ACTA SANCTORUM MAII

TOMVS SECVNDVS.



ACTA SANCTORVM MAII

collecta, digesta, illustrata,
A GODEFRIDO HENSCHENIO
ET DANIELE PAPEBROCHIO
e Societate Iesu.

TOMVS II.

quo dies V. VI. VII. VIII. IX. X. XI.
continentur.

Præmittuntur Hodoeporica sacra
IOANNIS PHOCÆ et ANTO.ⁿⁱ PLACENTINI
causa veritatis discernendæ comparata inter se.
Subiunguntur Acta Græca,
ad eosdem dies pertinentia

ANTVERPIÆ APVD MICHAELEM CNOBARVM ANNO MDC LXXX.

REVERENDISSIMO ET ILLUSTRISSIMO

DOMINO

D. WILHELMO

LIBERO BARONI

DE FVRSTENBERG

S.D.N. INNOCENTII XI. P.M.

CVBICVLARIO INTIMO,

PRÆPOSITO MONASTERIENSI,

DECANO SALISBVRGENSI,

CANONICO PADERBORNENSI,

PRÆPOSITO COLLEGIATARVM ECCLESIARVM

IN MESCHEDE ET BVSTORFF,

PRIORI S. MARIÆ DE CAMPEIO IN ALPIBVS TRIDENTINIS

Consiliario Intimo Salisburgensi et Monasteriensi.

CVm quæ in Celsissimo Principe FERDINANDO, Padebornensi ac Monasterienſi Episcopo, Fratre Tuo, virtutis raræ decora maxima coram ipsi suspeximus venerabundi, REVERENDISSIME ET ILLVSTRISSIME DOMINE, eadem in te priusgenito elucere etiam quam clarissime omnia constanti fama certisque auctoribus cognoscamus absentes; nefas nobis sit dubitare, utrum illustrium sanctitate hominum Vitas legendo delecteris, qui similiter atque ille, & prius quam ille, habuisti propositum eorumdem exempla vivendo exprimere. Hæc nos ratio

impulit ut proſequentes Acta Sanctorum Maji, ſub auſpiciis ejus, qui jam olim operi huic favorem, auxilium, protectionem aſſuetus impendere, jure optimo poſtulabat, ne cui potius quam ſibi offerendum hunc menſem putaremus; proximam poſt eum in hoc officii genere auderemus accedere REVERENDISSIMAM ET ILLVSTRISSIMAM DOMINATIONEM TUAM; quando hoc facientes videri non poſſemus mutare Patronum, ſed unum eumdemque duobus nominibus appellare. Ita ſcilicet VVILHELMO ſimilem FERDINANDVM natura genuit, formavit diſciplina, Sanctorum effecerunt exempla. Etenim ante eum in FVRSTENBERGICA domo, velut in palæſtra virtutum notiſſima, nactus indolem tantis natalibus parem, cum jam inde à puero flexilem ad optimos mores animum & diſciplinæ cujuſcumque capacem præ Te ferres, ita feliciter adoleviſti, ut ſingularis probitatis eruditioniſque ſpem maximam faceres, inter prima liberalium artium rudimenta. Ab his celeriter ad altiora progreſſus, operam dediſti eloquentiæ; non ut lenocinantibus verbis molle quid & effeminatum ingereres auribus, aut levis populi captares plauſum; ſed ut grandiori poſtmodum ætate, ſi quando res poſceret, ſolareris ægros, confirmares debiles, ferocientes emollires, nolentes traheres ad virtutem, duceres volentes. Operam deinde Philoſophicis dediſti ſtudiis, qualem darent futuri Sancti, cum in iis non tam quæreres oblectamenta, quam firmamenta animi, morum normam, remedia vitiorum; à principiis rerum ad noviſſima hominum ſolitus animum cogitando traducere, & cæleſtia terrenis, æterna tranſeuntibus quantum præſtarent æſtimare jam tum. Sic tamen hoc facere ſolitus eras, ut exercitatio tam congrua inſtitutioni à pientiſſi-

mis

mis parentibus hauſtæ, acueret, non retunderet inge-
nii vim, ad ſpeculanda naturæ arcana intenti. Patuit ſa-
ne hoc, quando ſublimiorum diſciplinarum magiſtra
Colonia, quem acceperat Academico experiendum in
pulvere, probavit inter primos, cui propugnandas de
Philoſophia Poſitiones committeret; ſucceſſu plane fe-
liciſſimo, eoque gratiori, quod appareret, quantus mox
eſſes in Iuriſprudentia futurus. Sed non uni Colonienſi
Academiæ debebatur honor educti ad ſupremum ſci-
entiæ iſtius apicem VVILHELMI FVRSTENBERGII: in par-
tem glorioſi magiſterii venire voluit & Pariſienſis, neq;
creditum ſibi pignus patriæ repoſcenti reſtituit prius
quam Iuris omnis effeciſſet peritiſſimum, totque illu-
ſtribus Majoribus parem, qui maximo numero à confi-
liis etiam intimis fuere apud præcipuos Germaniæ An-
tiſtites, atq; etiam Electores, Colonienſem ac Mogun-
tinum. Horum nemini inferiorem Te, fortaſſis & ſu-
periorem pluribus, cum res ipſa temporis decurſu pro-
baret, Salisburgenſis ac Monaſterienſis Epiſcopi Te ſi-
bi adjunxerunt Conſiliarium intimum, cujus fidei pru-
dentiæque diœceſeon ſuarum arcana committerent:
quod Tibi occaſionem attulit Legationum plurium, ad
Cæſarem, ad Principes, ad Comitia Imperii obeunda-
rum. Et tamen inter occupationes, tam varias genere,
tam graves momento, tam dubias exitu lubuit vacavit-
que identidem recurrere (ſicut etiamnunc facis) ad li-
bros cujuſvis facultatis verſandos, unde inſtructior ſem-
per ad negotia revertereris; cum feliciſſima ad cuncta
quæ legeris ſervanda memoria, & ad intelligenda inge-
nium perſpicax nullam eruditionis ſacræ ac profanæ
partem præteritam ſinerent, quam non facile comple-
cterentur; quoties opportunum foret publice privatim-

que exercendam, admirantibus ſummis infimiſque de re qualibet diſſerentis facundiam, copiam, promptitudinem. In ipſis porro negotiis tractandis quantus qualiſque apparuiſti! quanta cum approbatione tuorum Principum, quanta cum eorum ad quos mittebaris commendatione verſatus es! Perſpecta omnibus mentis Tuæ præſtantiſſima indoles præſentium in ſe convertebat oculos, amores trahebat abſentium; cum omnia ageres CATE & CAUTE juxta familiare tibi ſymbolum; utilia providens, nocitura declinans, utraque diſcernens lynceo ad ſingula oculo; nihil interim aut mente ſubdolum verſans, aut occultans vultu; ſed explicata fronte candorem animi palam faciens, mixtamque præferens hilaritati gravitatem. Itaque jam non Principes Germaniæ tantum, ſed & ipſe Auguſtiſſimus Imperator apud ſe cupiebant frequentem Te, quando in Italiam avocavit is, cujus proximam Deo Majeſtatem etiam Principes, etiam Imperatores venerantur, Chriſti ſcilicet Domini noſtri Vicarius in terris ALEXANDER VII, Pontifex vere Maximus, eruditione, ſapientia, ſanctitate. FURSTENBERGIORUM hic ingenia moreſque expertus erat in FERDINANDO, quem ante Purpuram familiaritate ſibi domeſtica junctum, nec à Solio quidem Papali paſſus erat recedere longius cum illuc eſt evectus, repoſcentiq; patriæ pœne invitus reddiderat, ne privato ſolatio ſuo publica poſthabere commoda diceretur communis omnium Pater ac Paſtor. Vt autem tam cari capitis facilius pateretur diſceſſum, faciebas VVILHELME, FERDINANDI Frater, natu quidem major, ſed adeo nihil minori invidens gradum altiorem, ut ejus ad Cathedram Paderbornenſem aſcenſu magis gauderes quam gaviſus fuiſſes tuo, alteque ſatis evectus

Tibi viderere, ſi proximum ei locum teneres. Hoc ergo animo cum eſſe Te ſciret divina mens ALEXANDRI Papæ, FERDINANDVM alterum habituram ſe credidit in VVILHELMO, & habuit, quoad vita mortalis ſuperfuit. Ad immortalem vero cum tranſiit ille, cavit ſucceſſor CLEMENS IX, ne, quod ex FERDINANDO in Te remanſerat Vrbi Romæ, Tecum amitteretur; juſſitque eodem Intimi Cubicularii ſpectatiſſimo ordine etiam ſibi aſſiſteres. Secutus deinde CLEMENS X, ſecutus INNOCENTIVS XI eſt; raraque, & neſcio an unquam Germanorum Nobilium ulli oblata felicitate, quartus ex ordine Romanus Pontifex habuit comitatui adſcriptum ſuo unum eumdemque FVRSTENBERGIVM, qui Dominos poſſet mutare non mores; quia hos tales haberet, qui poſſent Dominis, etiam multis, placere, exemplo in humanis haud quaquam frequenti. Interim Te quoque repoſcebat Germania, & ad Canonicatus Paderbornenſis titulum duarumque Collegiatarum inſignium Præpoſituram etiam Monaſterienſem adjunxerat, ac denique Salisburgenſem Decanatum; ut cum tot nominibus, quot Beneficiis, ipſa Te ſibi vendicaret; uni, quantumvis ſummo, loco affixum retinere erubeſceret Roma. Ita Germaniæ, ita VVeſtphaliæ Tuæ, ita FERDINANDO Fratri, redditus es dicam, an commodatus dumtaxat? Vt enim Cubicularii Pontificii nomen manere Tibi, ſic Tuum ſibi locum ſervare voluit Apoſtolica Sedes, in ſpem recipiendi Te aliquando, niſi hanc præveniat Germania, paribus Te quibus Ferdinandum infulis, aut etiam eminentioribus implicans, per omnes Eccleſiaſticorum honorum gradus eo uſque provectum, ut ſolus ſuperſit Epiſcopalis quo te poſſit attollere. Sed Tu, quam

meritis

meritis undequaque excellentibus es maximo fastigio dignus inter Præsules; tam esses, pro singulari tua modestia, etiam infimo contentus loco inter Presbyteros. Horum enim quanti facias munus, quantumque eo felicem ac supra vulgus elatum Te judices, palam facit Tua illa ad divinarum Officia laudum & tremenda sacri Altaris mysteria constans assiduitas, attentio, reverentia. Clero scilicet, tot in locis Tuo, non dominari auctoritate, sed prælucere gaudes exemplo, quod etiam supremi Ecclesiarum Antistites æmulentur, ministri earumdem inferiores erubescant non sequi; dum interim pientissima mens Tua, sacris illis deliciis inhærens, Dei ac Domini sui præsentia inardescit ad cælestia, solo jam corpore adhærens telluri.

Quoniam vero mirum quantum huc confert lectio earum historiarum, quæ Sanctorum vitas actusque continent; minime vana opinione præsumimus, hanc quam offerimus, Maji partem futuram præ aliis multis libris gratam ILLVSTRISSIMÆ ac REVERENDISSIMÆ DOMINATIONI TUÆ; quod variorum Sanctorum Presbyterorum, plurium sanctissimorum Episcoporum digesta hic nomina factaque invenies: quibus prima semper ac potissima fuit solicitudo sacrorum ministeriorum, per se aliosque rite curandorum, scientibus nihil esse quod hominem propius conjugat Deo. Et hunc toto quidem ut complecteris affectu adhuc velatum sub mysterio, sic inexplicabili ad eumdem facie revelata conspiciendum anhelas desiderio; stantique ad aram nimis longum videtur quidquid hic vivitur, & à Dilecti plena fruitione separat: sed per ipsum, quem manibus tam dignis, tam reverenter tractas Eucharisticum Agnum, obsecramus ILLVSTRISSIME AC RE.

REVERENDISSIME DOMINE, ne optes irritas esse preces, quibus eorumdem Cælitum, quorum hic memorias illustravimus, imploramus & merita, ut suo Tuoque voto prius non faciant satis, quam magni Patrui THEODORI Paderbornensis Episcopi expleveris, aut etiam superaveris annos; bonis litteris ad præsidium, Domui FVRSTENBERGICÆ ad ornamentum, Germanicis Ecclesiis ad firmamentum, FERDINANDO Fratri ad consilium & solatium. Ita vive, ita vale, ita Studia nostra hæc fove, qui optamus diu esse ac dici

ILLVSTRISSIMÆ AC REVERENDISSIMÆ

DOMINATIONIS TVÆ

minimi famuli & clientes

GODEFRIDUS HENSCHENIUS
DANIEL PAPEBROCHIUS
CONRADUS JANNINGUS
è Societate JESU.

PRO-

PROTESTATIO
AUCTORUM
AD LECTOREM.

QUod ante quatuor prægreſſos Menſes ſumus identidem proteſtati, nos in hoc de Actis Sanctorum argumento ſervatas velle URBANI VIII Pontificis Maximi Conſtitutiones; neque noſtris aliorumve huc referendis Commentariis aliud velle momentum ineſſe, quam eſt hiſtoriæ ab hominibus errori obnoxiis ſcriptæ; idem denuo proteſtamur. Obteſtamur etiam eos, qui meliora aut veriora ſe habere putaverint, ea ut dignentur communicare, cupientibus diſcere, & corrigi paratis atque corrigere quidquid emendationis egere cognoverimus; idque vel opportuna aliqua in progreſſu Operis occaſione, ut jam ſæpe fecimus, vel ea deficiente in faciendo poſtmodum totius Operis Supplemento. Deprecamur autem, ne mox ac reperiet aliquis diverſum quidpiam à ſenſu, in ſua Natione, Provincia, aut Religione recepto, id ſibi prius ſtatuat eſſe improbandum, quam ſepoſito affectuum præjudicio rem totam expenderit; vel, ſi id eſt difficile, eruditorum paſſim alibi virorum liberiores de propoſita controverſia ſententias exquiſierit. Imprimis vero obſecramus, ne nos, quibus unice propoſita eſt major Dei gloria, per cultum Sanctorum in certiori veritate fundatum, apocryphis qua fieri poterit ſecluſis; in hiſce diſcernendis notandiſque agi quis credat alieniori à ſe ſuiſque rebus animo. Si cui tamen ſecus videbitur, eoque juſtum arbitretur expoſtulationibus, etiam typo vulgandis, contra nos agere; non ſimul id efficere velit, ut vel non liceat vel non expediat ad objecta reſpondere. Quamvis nec putemus obligatos nos ſemper, ad reſponſum, eo quo voluerint modo ac tempore ſic expoſtulantibus dandum, quando ſatisfactionem expoſtulando prætenſam ipſi ſibi liberaliter præripiunt: & apud animos ſic comparatos, ut factione magis quam ratione moveantur, cauſam dicere, nihil aliud foret quam offenſas augere, fortaſſis in totius noſtræ Societatis injuriam & publica ſimplicium mentium ſcandala erupturas.

AD TO-

AD TOMUM II. MAII.

PRÆLIMINARIS COMPARATIO
II SACRORUM HODOEPORICORUM.

LIcet præoccupatis quorumdam animis gravis acciderit *Ioannes Phocas*, à nobis allegatus tamquam ea ſcribens, quæ præſens ipſe cognoverat, anno MCLXXXV loca ſancta circumiens: aliis tamen pleriſque tam gratus accidit novus ille lucis inopinatæ radius, affuſus hiſtoriæ undequaque obſcuriſſimæ, ut auctorem minime obvium propius noſſe cuperent. Etenim difficile eſt ſcriptori cuipiam citra ſcrupulum credere in aliqua magni momenti re, præſertim nova, cujus locum unicum dumtaxat legeris, productum ab alio, qui tibi forte ſuſpectus ſit ne aut non ſatis ſolide judicaverit de illius fide ac gravitate, aut non omnino fideliter expreſſerit ſenſum. Hunc ergo ſcrupulū lectori noſtro exemptum cupiens, huic ſecundo tomo Maji præfigo Compendiariam illam *locorum Sacrorum* Ecphraſin, quam *Ioannes Phocas*, Sacerdos ac Monachus, Græce ſcripſit; *Leo Allatius* Latinam fecit, ſexto antequam Bibliothecæ Vaticanæ Cuſtos præficeretur anno; Græco-latine edidit *Bartoldus Nihuſius*, notæ eruditionis ac probitatis Sacerdos in Hollandia, anno MDCLIII. Quia autem contraria iuxta ſe poſita eluceſcunt magis, viſum eſt *Ioanni Phocæ* ex oppoſito adjungere *Relationem de locis ſanctis, quæ perluſtravit Antoninus*, cum titulo *ſancti Martyris* præfixus opuſculo, quod veluti ab itineris ſocio compoſitum contra nos allegatur ex Vaticano quodam codice; mihi vero venit ex Belgico Mſ. Martinianæ (niſi fallor) Bibliothecæ Tornaci. Serviet autem hæc comparatio, ut quiſquis audiet itinerarium hoc recipi, velut fide digniſſimum; econtra vero *Ioannem Phocam*, ut fidei nullius Græculum, explodi; certius apud ſe ſtatuat, utra pars in auctorum delectu ratione veriſimiliori utatur.

IOANNIS PHOCÆ


Compendiaria deſcriptio caſtrorum & urbium, ab urbe Antiochia uſque Hieroſolymam, nec non ſacrorum locorum Syriæ, Phœniciæ, & in Palæſtina.

PRÆFATIUNCULA LEONIS ALLATII.

DVm Chij varia manuſcripta, Nihuſi præſtantiſſime, *locis è variis conquiſita, evolvo ſedulus; venit in manus meas Ioannis Phocæ locorum Palæſtinæ & Syriæ compendiaria deſcriptio, charactere minutiſſimo, in charta bombycina, non multum eleganter exarata. Novitate argumenti atque auctoris pellectus, animum figo & perlego. Auctor elegans & accuratus, prout illa ferebant tempora, viſus eſt. Quare copiam illius mihi deſtinaveram, ſed aliis interceptus negotiis neglexi. Poſt multos annos, cum manuſcriptos, quos ipſe videram, codices Romæ in memoriam revocarem; interque familiaria colloquia ſermo de Locis ſanctis incidiſſet, Phocas in animum rediit, ingenſque ſubiectum eſt deſiderium illum mihi, utcumque poſſem, comparandi. Scripſi, reſcripſi amicis, illi etiam qui mihi utendum dederat; rogans, rerogans, obſecrans; promiſſis etiam rem egi: ſed verba feci mortuis. Ad reliqua omnia, præterquam ad hoc vnum, ſemper in promptu reſponſum fuit. Quare quievi tandem animo. Verumtamen anno elapſo, cum in ſpe rerum aliarum verſarer, litteræ mihi ab amico, qui Chio tunc veniebat, redditæ. Dū nomina recognoſco, en cælitus miſſus Phocas apparuit, non aliena manu deſcriptus, ſed ipſum autographum, quod Chij conſpexeram, à reliquo volumine, cui erat annexum, avulſum. Quanta perfuſus fuerim lætitia fruſtra conarer dicere: non reportaſſem bonum tantum, ſi theſauruum inveniſſem. Illius itaque verſioni me accinxi, & aliquot dies in eo expoliendo inſumpſi.* Joannes, *Creta oriundus, patrem habuit* Matthæum, *qui poſtea Monachum induens, in Pathmo inſula ſe exercens diem obiit: ipſe ætate grandior ſub* Emmanuele Comneno *munera militiæ tulit. Meminit cap.* XXIV *de ſene Ibero,* πάλαι ἐπὶ χρόνοις

χρόνοις Ϲύχνοις ἐν τῷ περὶ τὴν θάλασσαν τ' Ἀτταλίας πεπηγότι λίθῳ τοὺς ἀσκητικοὺς διανύσας πόνους, ὅτε κἀ ἡμεῖς τῷ ἀνδρὶ ἐνετύχομεν τῷ ἀοιδίμῳ Βασιλεῖ κὰ πορφυρογεννήτῃ τῷ Κομνηνῷ Ϲυστρατευόμενοι; Qui quidem per plures annos in ſaxo, ad mare Attaliæ fundato, laboribus continuis, ſudoribuſque ſeſe exercuerat; ibique nos eum allocuti fuimus, dum una cum celeberrimo Imperatore & Porphyrogenneta Comneno militaremus. *Eiuſdem Emanuelis meminit alibi ſæpius hoc eodem libello. Ducta uxore, ex ea filium habuit; cuius nomen à compaginatoribus libri, dum cultro foliorum extremitates æquarunt, abſciſſum eſt. Poſtea Monachus factus inviſit loca ſancta anno* MCLXXXV. *Et hæc omnia habeo ex notula, quæ rubeis litteris in margine additur,* Ϲυγγραφῆσα παρὰ Ἰωάννου ἱερέως τοῦ εὐσεβεστάτου φωκᾶ, ὑοῦ Ματθαίου μοναχοῦ, τοῦ ἐνασκήσαντος ἐν Πάτμῳ τῇ νήσῳ, ὥσπερ ἅδε τοὺς ἁγίους τόπους ἐις χιλίους ϛ ω ε'. ſcripta à Joanne Sacerdote piiſſimo Phoca, filio Matthæi Monachi, qui ſe exercet in Patmo inſula, qui vidit ſancta loca anno MCLXXXV. *In fronte vero libri ſcriptum erat,* υἱοῦ ἱερέως τοῦ Φωκᾶ ἐκ τ Κρητῆς γράφω νῦν, τὄνομα.... Filius Sacerdotis Phocæ Cretenſis ſcribo nunc, nomine.....

. Hactenus de Joanne *Allatius: quibus ſubjungo Terræ ſanctæ portionem æri inciſam, intra quam obambulavit* Joannes, *ab Accon ſeu Ptolomaide per Galilæam & Samariam in Ieruſalem ſubiectamque ei eremum uſque ad Iordanem & Mare mortuum; unde in ſanctam civitatem regreſſus, Bethleem & Ramulam, aliis Liddam & Dioſpolim, tranſivit, atque per maritima in regionem Palæſtinæ venit uſque in Carmelum, præcipuo (uti apparebit) ſtudio deſcribens celebriora eius temporis monaſteria.*



Rationem ſuæ ſcriptionis reddit auctor.

AN vero nos ipſi, qui ſacroſanctis ſpectaculis animum explevimus, locaq; oculis uſurpavimus, in quibus Deus olim verſatus eſt, & fugientem populũ per Moysẽ ex Ægypto in ſignis & prodigiis deduxit, manu valida populis eorumq; dynaſtis Seon Rege Amorrhæorum & Og Rege Baſan & univerſis regnis Chanaan debellatis, atque excelſo brachio in eorum loco peregrino populo collocato, quem in tantum auxit atque ampliavit, quantum nobis divinæ litteræ ingerunt; quæque poſtremis deinde temporibus per Vnigeniti ſui divinam Incarnationem ſanctificavit, admirandæ noſtræ renovationis opere abſoluto: an nos, inquam, qui hæc perſpeximus, ſoli participes erimus, helluones & gurgites in cibis devorandis æmulati? Aſt ubinam gentium naturalis ſocietas & mutuus amor, per quæ dilectio oſtenditur, & humanæ conditio naturæ veluti lineamentis quibuſdam exprimitur? Res itaque pro viribus aggredienda eſt, ut veluti in tabula locorum ſitum, æque ac imagines, verbis depingamus, & quæ nos ipſi aſpectavimus, mediâ ſcripturâ rerum hujuſcemodi ſtudioſis enarremus. At vero illis, qui ea loca perviderunt, fruſtra nos operam ſumere videbimur. Etenim ſi ſermoni ea mens eſt ut aſpectum imitetur, & omnis imitatio exacta diſcuſſione inferior eſt, ſequitur me etiam minorem illis lætitiam comparaturum ea voluptate, quæ ipſis per oculos inſedit. Quid porro fermo? Eos expreſſius inſtruet, qui oculis ſacra illa loca non perluſtrarunt, ſæpe etiam & eos, qui ea narrantibus occurrunt, quam illi qui ſine ullo examine enuntiant, imo & iis ipſis qui intuiti ſunt, voluptatem aliquã conciliabit; ſi quæ conſpicere dulce, ea etiam ſuave eſt audire.

Antiochia.

11. Extabat tum, cum erat, ad Orontem Antiochi Theopolis, theatrorum magnitudine, ſtoarum ſplendoribus, templorum ſtructuris, copiâ item civium & divitiarum magnificentiâ ſuperba ac tumens, lateque ceteras fere Orientalis urbes exuperabat. Sed tempus ac vis barbara beatitatem illius exhauſit; licet conſpicua adhuc ſit, & turrium altitudine, & propugnaculorum validitate, & pratorum ac florum omnigena fœcunditate, & in plures partes ſeſe dividentium aquarum ſibilis, cum placide fluvius circumfluat urbem & cingat, & molli tactu eius turres circumplectatur. Inſuper è Caſtalii fontis fluentis egregie irrigatur: cujus aquæ torrentium inſtar pelluntur, & frequentibus ſulcorum rivis urbem univerſam perfundunt, eamque fluxibus aſpergunt; operarum copia & conditoris magnificentia ex illius fontibus per montes ad ipſam civitatem laticibus corrivatis.

Eius ſuburbium & montes.

Hic fama per orbem vulgatum Daphnes ſuburbium, proceris omne genus arboribus exornatum; & mons eſt maxime nobilis, quẽ admirandus Symeon in habitationem adaptavit. Hiſce finitimus eſt mons Maurus & Scopulus, in quibus antiquitus multi Deo addictiſſimi viri Deum conquirentes invenerunt, & ad hæc tempo-

tempora perdurant, & laudatorum montium pulchritudine pellecti, ſilvas inhabitant. Caſtalius fons inter duos colles exiliens, ex eius qui in mare procurrit ima parte eximia quædam aquarum irrigua evomit; in quo prægrandis aſſurgit porticus, curſum fontis concamerans. Hinc aquæ affluenter proſilientes in duos rivos dividuntur. Earum una pars per altiſſimos ductus, veluti ſulcos corrivata, æque ac aërius fluvius, ex parte dextera ſuperiorique in urbem influit; altera ſiniſtris fonti locis campeſtribus exundans, in paludibus ſuperſtagnat, univerſaque Daphnes prata irrorat, demum lævis Orontis fluentis immiſcetur. Mons vero admirandus, inter urbem & mare elatus, res egregia ac ſpectabilis & advenientium oculis delicium conſpicitur: namque urbi Roſoque conterminus, utriſque è partibus monte Scopulo Caucaſoque conſtringitur. Orontes fluvius innumeris inflexionum vorticibus ad pedes montis profluit, & in mare aquas immittit. In montis hujuſce vertice magnus ille Vir, tranquille vitam agens, & in corde aſcenſiones diſponens, corpore ſublimis extollitur, & cum ipſo corpore æthereus fieri, interque Deum & homines medius eſſe contendit. At qua ratione Deo dedito viro iſta res admiratione digna evenerit, ipſe dicam. Lapicidarum opera ſummitate Montis admirandi alte excavata, monaſterium ex uno conflatum compaginatumque lapide extruxit. In mediâ monaſterii inter exciſos lapides ſua ſponte natâ columnâ gradus appinxit, ſuper petram, ut ſacro eloquio traditur, pedibus firmatis. Verſus ex orientem ſolem templum pulcherrimum Deo erexit, in quod diſcipulos convocabat. Atque ita ſub dio ipſe commorans, illi tota nocte in templo ſtantes, ut decebat Sanctos, debitum Deo cultum offerebant.

Fons Caſtalius.

Mons S. Simeonis Stylita.

III. Poſt hæc & Antiochiam Laodicea ſequitur, civitas ingens, copia hominum frequens, licet tempus illius quoque ſplendorem imminuerit. Illam excipiunt Gabala ſive Zebel. Poſt Gabala caſtrum ſequitur Antarada dictum, ſive Tortoſa: & ſic littori Tripolim uſque varia caſtra adjacent. In mediterraneis jugum magnum porrigitur, quod * Chaziſii accolunt, gens Saracena, neque Chriſtum amplectens, neque cum Mahumeto ſentiens; ſed propriæ ſectæ tenax Deum confitetur, & inter eos primas occupantem Legatum Dei nuncupant: cujus imperio ad magnarũ urbium Principes dimiſſi, eos enſibus obtruncant. Nam præter expectationẽ in eos irruunt, & facinore in ipſo mortem oppetunt, à multis pauci illi poſt patratum ſeelus circumventi, idq; martyriũ eſſe & immortalitatis perceptionem exiſtimant.

Laodicea.

* Aſſaſſini *vulgo dicti.*

IV. Jugo inhæret pulcherrimus & ſacrarum ſcripturarum laude digne decoratus Libanus, mons prægrandis, à vertice ad imos pedes nivis tractus veluti cincinnos induens, pino, cedro, cypreſſoque conſitus, & aliis frugiferis iiſque variis ſatque abundantibus plantis refertus. Partes in mare nutantes colunt Chriſtiani, Damaſcum reſpicientes & Arabiam Saraceni poſſident. Ex rimis ac vallibus fluvij ad mare pulchri gelidiſſimique decurrunt, cum recens nix diſſoluta fluxus currentium aquarum cryſtalli inſtar efficiat. Ad montis pedes Tripolis iacet, quam conditor in peninſula poſuit: namque ex Libano tenue dorſum ſenſim deſcendens, linguæque inſtar in mare ſeſe inſinuans, ad Orientaliorem partem incurvatur, in cujus vertice qui urbem exædificavit fundamenta illius jecit. Circuitu ambituque ſuo admodum parva eſt, verum murorum altitudine, & pulchritudine ædificiorum ſpectabilis.

Libanus.

Tripolis.

V. Eam ſequitur Zebelet: mox Berytus objicitur, urbs ingens & multitudine hominum affluens, pratorum undique copiâ ſepta, & portus pulchritudine perecelebris. Portum etenim non natura dedit, ſed is artis induſtriâ fabrefactus, in ſinũ urbis ad lunæ modum ingeritur; & in extremis, quæ quaſi cornua egeruntur, duæ magnæ turres extructæ ſunt, quarum ex vna in alterã protenſa catena naves in portu ſtantes obſerat. Hæc & Syriæ Phœniciæque terminus eſt.

Berytus.

VI. Dehinc Sidon, & in ea portus, Didymi nomine elucens. Illius ſitus deſcriptionem qui Leucippes * res geſtas ſcripto tradidit, optimè expreſſit. Namque ſi ad locum appuleris, portum & ſinum ante portum, ut ſcripto delineatur, revera ita eſſe intueberis. Extra urbem, ad trium ſagittarum jactum, templum viſitur porticu prælonga concameratum, & templi mytulo quadratus lapis inhæret, in quo (ut multorum eſt traditio) Salvator mundi Chriſtus ſtans turbas inſtituebat.

Sidon.

*Achilles Tatius.

VII. Poſt Sydonem Sareptha caſtrum, in alluvione ipſa maris fundatur, & templum Prophetæ Eliæ in æde viduæ, quæ eum hoſpitio exceperat, media in urbe aſſurgit.

Sarephta.

VIII. Inde eſt Tyrus urbs, ceteris fere Phœniciæ urbibus pulchritudine præſtans. Etenim ipſa, æque ac Tripolis, in ſimili peninſula ſita eſt. Verumtamen hæc magnitudine multo illâ magis & ædificiorum majeſtate ac pulchritudine dilatatur. Sinus maris, qui ante ipſam conſpicitur, portui Beryteno haud diſſimilis eſt, quamvis ille & decore & magnitudine & celſitudine turrium amplior & ſpectabilior ſit. Extra urbem, ad geminum ſagittæ jactum, præmagnum ſaxum conſpicitur, in quo (ut fert traditio) Chriſtus Dominus quieſcens, Petrum & Joannem ſacroſanctos Apoſtolos in civitatem miſit ad panes comparandos. Illi abeuntes & adferentes una cum Salvatore ad vicinum fontem, mille non amplius paſſibus diſtantem, profecti ſunt. Cum Chriſtus ſediſſet, convivatus cum Apoſtolis ex aqua bibit, fontique benedixit: & ad hæc tempora fons ille, ſi verum fateri volumus, miraculum eſt videntibus, quod verbis exprimi non poteſt. Namque in mediis, quæ ibidem latius effunduntur, pratis ſaliens, peregrinis in admiratione eſt, & ſummo delectamento, dicitutque eſſe profunditatis expers. Structura vero illius figuraque hæc eſt. Turri octangula circumſepientes qui primi fontem in eum proſpectum redegerunt, in non mediocrem altitudinem illam excitarunt: ejuſdemque angulorum extremitatibus, ad modum phyalæ accommodatis, ad æquales pratorum altitudines, in ſummitatibus fornicum ſulcis excavatis depreſſam aquam in ſalientis ſpeciem effundi procurarunt: quæ curſu reſonans, prata fontem ambientia frequentibus irrigat fluentis, & quandoque quiſpiam in turri tamquam in ſpecula ſtans videre poterit denſam plantarum congeriem; & dum folia commoventur & meridies fervet, prati univerſam coronam irrigatam.

Tyrus.

Eiuſque fons miraculoſus.

IX. Inde Ptolemais ſive Acce ſita eſt, urbs ingens & copia hominum dives, aliis omnibus excelſior. Ea naves omnes onerarias excipit, & in eam pro Chriſto peregrinatores terra marique ſeſe recipiunt. Hinc advenarum immenſæ multitudinis acceſſu, dum aër corrumpitur, morborũ frequentium genera exitiali deſæviunt clade, tum odores peſſimi ex aëre putreſcente funeſtum hominibus excidium afferunt; & tanta noxa non ita facilis expugnatu eſt, nec remedium malo inveneris. Urbis dexteræ partes Carmelum & maritimam Palæſtinæ oram, ſiniſtræ Galilæam & Samariam habent.

Accon.

X. Prima itaque poſt Ptolemaidem urbs Galilææ Semphori ſita eſt, prorſus inculta atque inhabitabilis, nullumque fere priſtinæ beatitatis præ ſe fert veſtigium. Eam excipit Cana, caſtellum parvum (ut nunc videnti objicitur) ibi aquam Salvator in vinum

Cana.

Nazareth.

convertit. Tum inter varios colles media,ad ima ab iisdem efformatæ vallis,urbs Nazareth locum habet, in qua ingens per Gabrielem Archangelum myſterium Deiparæ Virgini annuntiatum eſt,propter magnam & affluentem illius miſericordiam,qui ob noſtram ſalutem hominem aſſumpſit Chriſtus Deus noſter.Statim atque primam hujuſce ingentis oppidi portam ingreſſus fueris, Archangeli Gabrielis templum offendes, & in puſilla circa lævam partem altaris, quod in templo eſt, ſpelunca, fons prælucidas aquas effundens erumpit, in quem immaculatiſſima Dei parens à Sacerdotibus iuſto Joſepho concredita, dum ab eo ſervatur, quotidie adveniens aquam hauriebat. Sed à concepto Præcurſore menſe ſexto, cum pro more aquatum veniſſet, primam à Gabriele ſalutationem excepit: turbataque tota,timens,in ædes Ioſeph regreditur,ubi Ave gratia plena ab Angelo audivit,& Ecce ancilla Domini fiat mihi ſecundum verbũ tuum, illi reſpondit,& hinc Dei Verbum in ventre ſuo puriſſimo accepit. Domus Ioſeph poſtmodum in pulcherrimum templum immutata eſt, in cuius læva parte prope altare ſpelunca, non in terræ viſceribus patens, ſed ſuperficie tenus hians. Os candido marmore exornatur,ſuper pictoris induſtria: Angelus alis inſiſtens, deſcendens ad matrem ſine marito,læto nuntio ſalutat,gravi graviter lanificio deditæ accurrens. Et figuratur quidẽ acſi cum ea colloqueretur: Virgini vero inſperato aſpectu deterritæ,ſtatimque terrore illo faciem alio avertenti, tantum non è manu purpura excidit: quæ tremens foraſque ſe è cubili proripiens,affini mulieri amicæque obvia fit, eamque ex intimi animi affectu amplexibus fovet. Per os in ſpeluncam ingreſſus paucos admodum gradus deſcendis, tum antiquam illam Joſephi ædem oculis luſtras,in qua regreſſæ à fonte Virgini Archangelus,ut jam dixi,fauſta annuntiavit. Eſt præterea eo in loco,in quo Annuntiatio facta eſt,ex nigro lapide crux cãdido marmori inciſa, & ſuper eam altare: & à dextera altaris puſilla ædicula,in qua ſemper Virgo Deipara ſe continebat.In læva vero parte Annũtiationis illa conſpicitur ædicula,luminis expers,quam Dominus noſter Chriſtus,regreſſus ex Ægypto, uſque ad Præcurſorẽ decollatum, incoluiſſe fertur. Tunc enim, ut divina oracula tradunt, audiens Jeſus quod Joannes traditus eſſet, deſerens Nazareth ad habitandum Capharnaum ſe contulit. Sequitur jugum, à diverſis collibus effictum, & in eo ſupercilium, à quo deturbaturi erant Iudæi Dominum, & tranſiit per medium eorum & abiit Capharnaum.

Eccl. S. Gabrielis.

Domus Ioſephi.

M. Thabor.

xi Jugo ſubeſt planities magna,in qua conterminas rupi partes occupat mons Thaborius, terreſtre cœlum,oblectamentum animi, & rectè ſentientium hominum oculorum deliciæ: namque divina gratia montem inumbrat, qui ſpiritale gaudium ſpirat. Collis eſt rotundus & moderate ſeſe erigens:in vertice duo extructa ſunt monaſteria: in his exttaneæ linguæ laudibus Chriſtiani, ſolitariam vitam amplexati, numen propitium reddunt. Monaſterium, in quo ſalutaris Chriſti Transfiguratio accidit, Latinorum monachorum multitudo tenet: lævum, qui noſtra conſuetudine monachum induerint Nazareni, ſacroſanctum illum locum ſanctificati ſanctificant. Salutaris Chriſti Transfiguratio in vertice collis evenit, ubi Latinorum monaſterium viſitur, in cujus divino altari Dominus, inter Eliam & Moyſem, ac tres præcipuos diſcipulos,Petrum,Ioannem, & Iacobum transfiguratus eſt. Locus æreis cancellis circumſepitur: ubi vero ſteterunt Domini pedes, præcãdidus umbo ſpectatur,& in illius medio figura divinæ Crucis, ex qua haud facilis enarratu odor emanans advenientium nares delectat.Extra monaſterium ad jactum lapidis puſilla aperitur ſpelunca, in quam poſt admirabilem Transfigurationem Dominus ingreſſus, diſcipulis præcepit, ne cuipiam dicerent viſionem, donec ipſe à mortuis reſurgeret. Ad borealem partem montis Melchiſedechi ſpelunca conſpicitur, digna quæ ab omnibus videatur, diverſis undique foraminibus patens, in eaque loca ſuperiora & ſubterranea, & variæ habitationes, & cellæ in aſcetarum miniſteria exercitiaque diſpertiuntur;& multi ingentium Sanctorum exercitationis ſuæ curſum in illis abſolverunt. Speluncam prope eſt templum, eodem in loco, in quo Abrahæ occurrens Melchiſedech, revertenti à cæde benedixit, hoſpitioque eumdem excepit. Ex hoc colle, ad primos ſolis ortus aciem oculorum intendens,paludes vallemque ſanctiſſimi inter fluvios Iordanis, &, ſi ulterius aciem direxeris, partes Libani ad orientem ſolem vertentes intueberis: ſimulque & duos ingentes montes, in quorum medio Damaſcus collocatur. Declinans vero paululum ad ſiniſtram Iordanis oculos, Tiberiadis mare per quam clare ac ſine ullo impedimento ſpectabis: cujus in adverſa parte parvus agger attollitur, in eoque Salvator panibus benedixit, & quinque millia hominum exaturavit, & poſt Reſurrectionem una cum diſcipulis, poſt centum quinquaginta trium piſcium capturam, pranſus eſt. Ejuſdem montis ad ſeptemtrionalem partem aliud jugum planitiem cingit, duodecim ſtadiorum ferme intervallo, & amplius etiam ſubdiviſum: in illius excurſu jacet urbs Naim, in qua Dominus filium viduæ ex mortuis in vitam revocavit. In orientali civitatis parte oppidum viſitur Aëndor.Inter Thaborium,Naim & Aëndor torrens Ciſſon perfluit, de quo ait David, Fac iis ſicut Madian & Siſaræ, ſicut Iabin in torrente Ciſſon; diſperierunt in Aëndor.

Transfigurationis locus.

Occurſus Abraham & Melchiſedec.

Mare Tiberiadis.

xii Unius diei ſpatio urbs Sebaſte diſtat,ab Herode Tetrarcha in honorem Cæſaris reſtituta: in ea venerandum caput majoris inter natos mulierum Joannis Baptiſtæ,minor Herodes inter convivandũ abſcidit. In media civitate carcer eſt, in quem, dum Herodiadem ille reprehenderet, conjectus, capiteque imminutus fuit. Carcer ſubterraneus eſt & viginti gradibus in eum deſcenditur, in cujus medio altare erigitur,ubi à ſpiculatore capite obtruncatur. A dextera altaris urnula viſitur, in qua S.Zachariæ Præcurſoris patris corpus ſervatum fuerat: à læva altera urnula, in qua corpus S.Eliſabethæ eiuſdem matris jacet: quemadmodum & in vtriſque carceris lateribus variorum Sanctorum Reliquiæ & diſcipulorum Præcurſoris quieſcunt. Supra carcerem templum aſſurgit, & in eo urnæ duæ ex candido marmore exciſæ,quarum dextera combuſti corporis venerandi Præcurſoris cineres, altera Elizæi Prophetæ corpus continet: ſupraque in aureo vaſe ſiniſtra Præcurſoris manus,quaqua verſum & ipſa auro obducta. In mediæ & ſuperioris partis civitatis colle antiquitus erat Herodis regia, ubi & convivium apparatum fuit, & exeeranda illa puella ſaltavit, & ſaltationis præmium ſacroſanctum Baptiſtæ caput retulit: nunc vero locus ille Græcorum monaſterium eſt. Templum monaſterij trullatum, & in læva altaris parte cellula, & in ejus medio ex marmore umbo in longe altiſſima foſſa conſpicitur, in quo prima venerandi & Angelis reverendi capitis Præcurſoris inventio fuit, quod eo loci ab Herodiade defoſſum latebat.

Samaria al. Sebaſte.

Carcer & eccle.S.I. Baptiſtæ.

xiii Excurrenti deinceps ſtadia ferme quindecim Samaritanorum metropolis Sichar obvia fit,cui poſtmodum Neapoli nomen fuit, inter duos montes ſita, quorum pedibus fundamentis ipſa ſuis, qua ſe longius extendit, inhæret. In dexteriore montium

Sichar.

(Sama-

(Samaritanorum ea traditio eſt) Deus Abraham reſponſum dedit, & Iſaacum in ſacrificium petiit, & Patriarcha (ut iidem exiſtimant, licet ipſi quid dicant, neſciant) in eo hoſtiam immolavit: mons etenim ille divinus Golgothæ lithoſtroton eſt, in quo ſalutarem Paſſionem Salvator mundi pertulit. Ad pedes montis conſpicitur ager, à Iacobo Ioſepho filio exhibitus: in agro Jacobi puteus, ubi Dominus labore delaſſatus quievit, & Samaritanæ, quæ ſacrum proſequitur Evangelium, elocutus eſt. De hoc eodem monte mulier Domino dixerat, Patres noſtri in monte hoc adoraverunt: & Dominus, quanam ratione iis, qui in ſpiritu & veritate adorant, Deus præcolendus ſit, colloquio illo omnes edocuit.

Ieruſalem.

XIV A Samaria ad ſacram civitatem ſtadia numerantur quatuor & octoginta. Via eſt omnis lapidibus ſtrata, & licet tota ea regio ſiccitate areſcat & ſqualeat, ubique tamen vitibus & arboribus conſtipatur. Sancta civitas variis vallibus & montibus circumsepitur: nec admiratione caret quod in ea ſpectatur. Eodem enim temporis momento & ſupereminens & depreſſa apparet: namque ſi Iudææ oram inſpexeris, ſupereminet; ſi colles illi adhærentes, complanatur. Divinus quippe locus in partes duas dividitur, & ad montis dexteri partem decliviorem ſancta civitas fundatur, cujus ambitus ad vallem uſq; diffunditur. Pars illius ſuperior tota vitibus conſita eſt, ubi ſanctus Protomartyr Stephanus lapidibus obrutus;

M. Oliveti.

lævam illius partem trans vallem mons Olivarum occupat, quem Dominus frequenter inviſens & in eo immorans, univerſum ſanctitate replevit, oratione, prædicatione, & demum ſacroſancta ſua ad Patrem aſcenſione. Sancta vero Sion ante ſanctam urbem ſedem ſibi habet, ad partem illius dexteram jacens, cujus deſcriptio hæc fuerit. Caſtellum eſt in quo ſancta Sion, Eccleſiarum mater, collocatur. Prægrandi magnitudine Eccleſia conſpicua eſt: tectum in proceritatem æqualiter orbiculatam effingitur, cujus ſpecioſas portas ingreſſo tibi ad partem lævam obiicitur S. Ioannis Theologi domus, in qua ſanctiſſima Deipara poſt reſurrectionem commorabatur, ubi & mortem obiit: viſiturque ibidem cellula, ferreis cancellis circum munita, & in loco ubi ſanctiſſimam animam Deo filioque reddidit, umbones bini. Dextera templi ad exteriorem partem altaris, cœnaculum, in quod gradibus uno & ſexaginta aſcenditur. Templum quatuor fornices & trullam habet. In ſiniſtra parte cœnaculi locus, in quo facta eſt Dominica Cœna. In bematis mytulo ſancti Spiritus in Apoſtolos deſcenſus. In templi inferiori parte Chriſtus pedes Apoſtolorum lavit, cujus loco adverſo templum erigitur: in eo domus in quam Chriſtus januis clauſis ad Apoſtolos introivit, ubi poſt lapidationem Protomartyr Stephanus

Sion.

Turris Dav.

ſepultus eſt, tum alio à Gamaliele avectus. Davidis turris in ſeptentrionali urbis parte ſita eſt, immani magnitudine ſuperbiens: & licet ab Hieroſolymitanis accolis aſſeratur eſſe Davidis, à me non improbabili (ut reor) ratione in dubium vertitur. Namque Turrim Davidis ex raſili albo lapide extructam fuiſſe, templum & alias duas turres poſtea ab Herode in honorem Phaſæli & Mariamnæ exædificatas, Ioſephus fert. At quæ modo viſitur ex communi lapide conſtructa eſt; & forte, quam nunc intuemur, ſuper vetuſtiſſimæ turris fundamenta aſſurgit. Prope turrim, quæ ad urbem ducit porta: quam ingreſſo lata platea iter aperit, in cujus læva parte regiis palatiis S. P. N. Sabæ metochium adhæret. Viam ad ſagittæ jactum emenſus, celebre Dominici ſepulchri templum reperies, cujus non alia figura fuerit, quam quæ à variis ſcripto mandatur. Spelunca, in Dominici corporis ſepulchrum converſa,

Eccl. S. ſepulcri.

duas in partes ſejungitur: quarum in una lapis revolutus repoſitus, candidis marmoribus cuſtoditur; in altera ad borealem partem, lapis, pro pavimenti menſura expolitus, cubito uno ſupereminet, in quo mortuus nuduſque vitæ largitor poſitus eſt, auro puro, ex deſiderio & fide Domini mei Imperatoris Manuelis Porphyrogennetæ Comneni, circumornatus. Prope eum eſt Golgotha, in quo Calvariæ locus, & exciſa Cruci baſis, & dirupti ſaxi tempore Paſſionis hiatus: ſub quo in cavitate lapidis Adami calvaria, ſcatebręque Dominici ſanguinis ſuper eam effuſæ. Templum ſupra Golgotha quatuor tectis & tholo aſſurgit. Proxime inhæret ſubterraneum templū ingens, in quo pretioſa & vivifica Chriſti Domini Crux inventa eſt. Ad orientaliorem partem civitatis templum viſitur, Sancta ſanctorum nomine, omnium pulcherrimum templum in trullæ formā deſinit; conſpiciturq; in vetuſto pavimento celeberrimi illius templi Salomonis, intus exteriuſq; variis marmoribus & teſſellato opere condecoratum. Ad lævā partem templi cameræ binæ, quarum in altera occurſus Chriſti Domini, quod ibi iuſtus Simeon Chriſtū Dominum ulnis exceperit; in altera, quam Jacobus ſcalam admirandam ad cœlum uſque pertingentem & Angelos Dei in ea aſcendentes & deſcendentes, conſpexerat, depicta ſunt: & lapis ſub depictæ ſcalæ imagine ille ipſe eſt, qui ſub Iacobi capite fuerat. Per partis dexteræ hiatum ad ſpeluncam infra templum deſcenditur, in qua repoſitus fuerat Zacharias Propheta, interemptus (ut Euangelium tradit) à Judæis inter templum & altare. Extra templum, lapidibus ſtratum impluvium magnum extenditur, antiquum (ut opinor) magni templi pavimentum: & in porta, quæ in ſanctam Gethſemane ducit, templum SS. Joachimi & Annæ conſpicitur, in quo immaculatiſſima Deipara in vitam venit. Proxime Probaticæ piſcinæ fluenta ſcaturiunt.

M. Calvariæ

Templum Salomonis.

XV Hinc extra civitatem, ad orientaliorem illius plagam, in medio magnæ præruptæque voraginis, montem Olivarum à ſancta civitate ſejungentis, Gethſemane oppidum collocatur: in quo ſanctiſſimæ Dominæ noſtræ Deiparæ ſepulchrum, & hortus ubi ſæpius Salvator noſter una cum diſcipulis ſuis immoratus eſt. Sunt in eo templa tria: in ſiniſteriore & concavitate ſubterranea divinum Deiparæ ſepulchrum ſpectatur. Templum in tholum deſinit, prælongum, æqualiter orbiculatum. In templi medio inſtar ambonis ſepulchrum Virginis ex ſaxo exciſum eſt, ad modum ædificij quatuor fornicibus ſtructi. Ad orientale latus, in capſula, ex eodem lapide expolita, & candidis marmoribus cooperta, immaculatum ſanctiſſimæ Deiparæ corpus, à ſanctis Apoſtolis Sione delatum, repoſitum fuit. Superius aliud templum ſpelunca eſt, in qua Dominica oratio effuſa eſt, & Apoſtoli ſomno gravati obdormierant. Ad pedes montis Olivarum, ad jactum lapidis, tertium templum occurrit, in quod poſtquam (ut Euangelium commemorat) Apoſtolos Dominus ob ſegnitiem reprehenderat, reverſus orationi ſe ſuæ reſtituit; tum cum ſudores illius quaſi guttæ ſanguinis defluebant. In eodem horto Chriſtus proditus, & Judas Dominum doloſe exoſculatus eſt, & Judæorum turba eum apprehendit. Parte horti adverſa, ad ſuperiorem oram Sionem reſpicientem, eſt templum & ſub eo ſpelunca, quam poſtquam abnegavit Petrus introiens & ſedens flevit amare. In eodem templo mœrens ipſe ac illacrymans Apoſtolus depictus conſpicitur. Super Gethſemane & orationis templo mons Olivarum, ut omnium oculis patet, à ſancta civitate, Ioſaphati & torrentis lacrymarum vallibus, dividitur. Locus ille puſillum urbem ſupereminens, collis eſt: quare neque

Gethſemani

Sepulcrum D. Virg.

Hortus.

Spelunca S. Petri.

prægrandis, ſi ab ipſa urbe conſpiciatur ; ſi vero ab Iordane & Bethania oculos conjeceris,quam maxime præcelſus objicitur : collis enim à deſerto leni acclivitate naſcitur.In capite mõtis locus eſt,in quo poſt reſurrectionem frequenter Salvator diſcipulos eſt allocutus,poſtremoque aſcenſionis admirandum myſterium patefecit. Prope eum ſpelunca infra ſpectatur, in qua S.Pelagia certamina quibus ſe exercebat abſolvit , & ſanctum illius corpus in urna ſaxea quieſcit. Non longe abeſt templum aliud , in quo Dominus diſcipulis orationis Dominicæ verba tradidit. In ſiniſtra urbis parte Latinorum eſt monaſterium , extructum ſuper fundamentis veteris monaſterii, à fama celebri Melania(ut fert traditio) ædificati. Ante hunc montem poſt civitatem,ut Samariam reſpicit,monaſterium aſſurgit,in quod poſt S. Protomartyrem Stephanum lapidatum & loco jam dicto repoſitum , ſacroſanctum illius corpus à Gamaliele portatũ eſt. Torrens, Getſemane exiens, ad S. Sabæ lauram pervenit & loca Rubæ deſerta, quæ circa mortuum Sodomorum mare effunduntur.

& S.Pelagia

Mon. S.Melania.

Cucumus.

xvi. Statim itaque à Getſemane , jactu ſagittæ non longius,qui Cucumus dicitur,ſuſtollitur;ædificium ſuper ſaxo quadrata ſtructum ut videtur figura, haſtarum duarum ut ipſe exiſtimo altitudine,& ab imis partibus ad acumen ipſum in pyramidis formam tenuatur ; in quo Monachus Iberus ſponte incluſus in ſalutis ſuæ curam incũbit.Sequitur deinde prægrandis rupes, in qua diverſæ ſpeluncæ,Virginum nomine nuncupatæ, induſtrio artificio excavatæ ſunt : eashabitant ex orthodoxis pauci , ſed majori copia Armenii monachi & Jacobitæ. Poſtmodum hiatus , ubi lacrymarum vallis diffunditur, dilatatur : ultrâque ipſam ager figuli , qui pretio Dominico ad ſepeliendos peregrinos conductus eſt. Agrum excipit Siloami piſcina , enatis abs ſe aquis totam illam ſiccitate horridam regionem irrorans. Inde & prata aliquot pauca & modica , in vallis latitudine arboribus conſitæ, conſpiciuntur. Fons fornicibus & ſpiſſis columnis obvallatur & venuſtatem obtinet, & hoc modo vallis ad S. Sabæ lauram, ut diximus, undecim paſſuum millibus excurrit : ubi vero laura & templum & ſepulchrum Sancti ſpectantur,in ampliores horridioreſque voragines vaſtis faucibus prolatatur. Ante lauram, in utriſque prærupti montis ripis , ſpeluncæ & puſillæ turres viſuntur : eas qui mundum illiuſque luxum abhorrent ob cæli regnum inhabitant , & impatibilem æſtus ardorem ſuſtinent , flammâ quæ extinguitur flammam quæ extingui nequit extinguẽtes. Ubi templum & Deiferi ſancti Patris Sabæ ſepulchrum eſt, in tres partes diviſa convallis in magnam voraginem & profundam altitudinem immergitur. Hujus extrema ingentibus turribus Sanctus ſuffulciens, in medio templum erexit, & recentiſſima illa aſceteria in ambitu extruxit,ut conſcripta de admirandâ illius vitâ hiſtoria tradit. Templum itaque delectationem undique conciliat, prægrande, prælongum, luminis plenum. Pavimentum marmoribus , vilibus illis ſane & ex eremo advectis , varie tamen affabreque elaboratis , condecoratur. Ante templum atrium eſt lapidibus ſtratum , & in illius medio magni Patris noſtri Sabæ ſepulchrum, è terra palmari altirudine eminens, candidiſſima marmorea tabella opertum. Prope illud circumque,nec non ſub terra,ſanctorum Patrum, qui ſolitariam vitam agentes illuſtres habiti ſunt , unaque cum iis ſanctorum Coſmæ & Joannis antiquorum Poetarum, ſepulchra ſpectantur. In illis locis fermè ad quadraginta deiferos viros & ante alios ſpectabiles inſpexi; interque eos potiſſimum ſex,qui pro ſe ipſi Deum alloquunrur.Eorum nomina ſunt Stephanus, Theodorus & Paulus, quartus ex magna Urbe ortum habet , quintus erat Iberus , ſextus qui in omnium ore , quod occulta perſpiciat, verſatur, Ioannes Stylita.

Spelunca Virginum.

Siloami piſcina.

Mon. S. Sabæ

Viri in eo ſancti.

xvii. Regrediens itaque ad ſacram civitatem,non per vallem ſed montis dorſum ſex millibus paſſuum,antequam ipſam appellas, S.P.N. Cœnobiarchæ monaſterium offendes.Illud variis turribus circummunitur, anteque ipſum ad ſagittæ jactũ fornix occurrit, in qua, ut auctor Vitæ illius refert , ſupra ejuſdem manum extincti carbones ſuccenſi ſunt. In medio monaſterij,in loco eminentiori, templum erigitur , tecto rotundo & ſub eo ſpelunca , in qua eſt Sancti ſepulchrum : peneſque illud duo fornices, in quibus magnorum Sanctorum reliquiæ conduntur. Speluncæ ſcalas deſcendens, ulterius à latere ſpeluncæ foramen invenies, in quam Sancti diſcipulus Baſilius introiens , ſepulchrum proprium, ita Sancto jubente, ut Vitæ Patrum aſſerunt, deſignavit: in eoque mortuus jacuit , & poſtea per quadraginta continuos dies Synaxis tempore, una cum Sancto ac Fratribus concinens, videbatur.

Mon.S.Theodoſii.

xviii. Dicto monaſterio aduerſum , ſiniſterius in profundum eremi Jordanis,S.Euthymii Magni monaſterium eſt : turribus magniſque fulcris circumvallatur , & in medio templum aſſurgit , tecto in modum cylindri directo : ſubtus ſpelunca patet, ibique medium S. Euthymii ſepulchrum, Deiferi Sabæ ſepulchro haud diſſimile , candido marmore æque ac illud opertum : & cum Sancto ſanctorum ſimul Patrum Paſſarionis & Dometiani Reliquiæ reconduntur.

Mon.S.Euthymii.

xix Poſt hoc monaſterium duodecim millium paſſuum intervallum excurrit , tumque obvia fit ingens vorago, quam torrens mediam ſecat. Illius in adverſa parte monaſterium Chozibæ jacet : res equidem, quæ dum narratur , non creditur, & ſpeculatione etiam ipſa in admiratione eſt. Namque ſpeluncarum ipſa foramina monachorum ſunt cellæ, & templum ipſum & cœmeterium in petræ ſciſſura excavantur, adeo ſolis calore deuſta , ut ex ſaxis illis ad modum pyramidum ignis lingulæ exilire conſpiciantur ; aquaque monachorum potui congeſta talis ſit, qualem è ſtagno hauries , cum ſol æſtate media lacubus inſiſtens,eos ignitis radiis æſtuque ferventiſſimo incendit. In hoc monaſterio diverſos ſanctitate conſpicuos viros inviſimus : inter eos unum ſigniferum , coram cum Deo colloquentem, cui Lucæ ſeni nomen eſt. Sed enim in monaſterium non ſine diſcrimine , tum ob prærupta rupis loca,tum ob vehementiſſimum ſolis ardorem, & deſcendimus & aſcendimus.

Mon.Chozibæ.

xx. Deinceps ſubſequitur anguſta , protenſa, & aſperrima via,ad eremi terga conducens. Antequam ad ipſam perveneris , in ejus medio dorſa montium duo conſpiciuntur, per quæ viâ mediâ adapertâ ad urbem Jericho iter eſt. In ea nullus fundamentorum lapis conſpicitur , univerſa nihilominus illius delineatio obſcure deprehenditur. At nunc cum tota ea circumjacens regio aquis abundet , monaſteriorum quæ in eremo ſunt, pro cultura hortorum uſui deſervit. Namque regio illa in partes ſciſſa, ſanctiſque illis monaſteriis diviſa , univerſa & arboribus obumbratur & vineis abundat : quapropter & turribus in ſingulorum monaſteriorum hortis , à monachis ædificatis,fructus omnis generis abunde ſuppeditantur.Univerſæ itaque eremo & Jordani,unaque mortuo Sodomorum mari noſtrâ conjecturâ non alia figura fuerit, quam quæ Achridis ſitus eſſe videtur : at in eo ſolummodo differunt, quod è palude Achridis aqua emergens in diverſis terræ convalli-

Eremi Iericho

Situs qualis Achridis in Macedonia.

vallibus ſtagnat, quas ſtrugas illius terræ accolæ vocant, hic vero Iordanes paludem ſecernit; eremi quoque latitudo Achridicâ planitie innumeris modis amplior eſt.

Rubæ eremus.

XXI. A dextera parte dorſi duplicis, quod diximus, Maris mortui obliqua videntur, & trans illud Segor: ibique, ultra hanc eremum & duo monaſteria S. Euthymii lauræque emenſa, magna Rubæ eremus objicitur, & collis è ſiniſtrâ dorſi ac viæ, in quo poſt dierum quadraginta jejunium Salvatorem duabus tentationibus tentator aggreſſus eſt, licet devictus ruboreque ſuffuſus receſſerit. Collis hujuſce in parte adverſa, ut ipſe exiſtimo, ad ſex paſſuum millia alter apparet, & in colle templum, in quo militiarum Dux Michaël cum Jeſu Nave confabulatus eſt.

Monaſteria ad Iordanē.

XXII. Ad Jordanem tria monaſteria ſtructa ſunt, Præcurſor nempe & Chryſoſtomus. At Præcurſoris quidem monaſterium, terræ motu à fundamentis ſolo æquatum, nunc à munifica à Deo coronati Imperatoris noſtri Porphyrogennetæ Manuelis Comneni liberalitate de novo, illius Rectore reſtitutionem procurante, exædificatum eſt. Ab hoc non longè, duarum ſagittarum jactu, inter fluvios ſanctiſſimus, fluit Jordanes, in quo ingens meæ renovationis arcanum Jeſus meus, paupertatem amplexus, baptiſmate perfecit. Et circa oram non longe, lapidis jactu, ædificium eſt, quatuor lateribus conſtans & tholo aſſurgens, in quo antequam retro incederet circumfluens Jordanis nudum eum excepit, qui operit cælum nubibus; tumenſque Præcurſoris dextera verticem capitis ejus tetigit, & Spiritus, columbæ forma, compari Verbo ſupervenit, ac Patris vix Redemptorem proprium filium eſſe confeſſa eſt.

Locus Baptiſmi.

XXIII. Inter Præcurſoris monaſterium & Jordanem quam maxime exiguus Hermoniim mons jacet, in quo Salvatorem ſtantem Ioannes digito populis commonſtrans, eum eſſe inclamabat, qui tolleret peccatum mundi. Inter monaſteria Præcurſoris & Calamonis, à Iordanis aquis à fundamentis S. Geraſimi monaſterium disjectum eſt, cujus nihil uſquam, niſi parvæ templi reliquiæ, apparet, & ſpeluncæ duæ & columna encliſteria, in qua magnus ſenex Iberus, gratioſus valde admiranduſque ineluditur, quicum verſati maximum ex illius conſuetudine lucrum nacti ſumus: namque divina quædam gratia Seni inerat. Verum neceſſarium ducimus, quod ante paucos dies, quam ad ipſum veniſſemus, patratum ab eo eſt miraculum, ut ad hilaritatem impellamus orationem, iis qui divinis avide delectantur, commemorare. In tortis ac turbineis Iordanis vorticibus, ut fieri amat, nonnullæ terræ partes contiguæ fluvio ſecernuntur, in quibus magna arundinum vis innaſcitur, ealque leonum diverſa genera inhabitare ſolent. Ex his duo ſingulis hebdomadibus ad Senis clauſtra venientes & columnæ capita applicantes, oculorum nutibus cibum ſibi ſubminiſtrari poſcebant: cujus cum facile participes facti eſſent, ad conſuetos fluminis vortices læti revenie-bant. Cibus erant legumina aqua madefacta, ut forte olyrites vel panis hordeacei fruſta. Hi cum aliquando adveniſſent, & pro more oculorum nutibus alimenta ſibi poſtularent, dum Seni non ſuppetit quanam ratione ferarum deſideriis occurrat (namque dierum viginti intervallo nihil eo temporis vir ille ſacer eſculentorum ſibi paraverat) illis hæc infit: Quando, ô belluæ, neque veſtram debilitatem alimento aliquo recreare poſſumus, cum per hos viginti jam elapſos dies nec quidem nobis, ut moris erat, quæ neceſſaria erant ſuffecerimus; ita nos, ita Deo, qua noſtra curat providentia, ſapienter diſponēte; opus eſt ut vos ad Iordanis fluēta progrediamini, indeque lignum puſillum ad nos afferatis, ex quo Cruces confectas voti reis benedictionis cauſa dabimus, à quibus pro ſingulorum arbitrio gratus ita ſtipe remunerati, parvam pecuniam colligemus, quæ vobis mihique cibum parabit. Dixit ille: feræ audierunt, & tamquam rationis compotes, alacri motu greſſuque ad Iordanem procedunt. Nec multo poſt, ô rem miram! duo ligna in collo geſtant, & columnæ baſi apponunt: tum demum ad Iordanis paludes prompte avolant. Et hæc ſint ſatis: nunc locorum hiſtoriam proſequamur.

M. Hermon.

Mon S. Geraſimi.

Leones duo iſtic à ſancto paſcuntur.

XXIV. Sed & Calamonis monaſterium turribus cortiniſque, ex quadrato politoque lapide, extructum eſt: & in ejus medio templum capax trullatum aſſurgit, tholis cylindri inſtar fabrefactis inſidens. Huic in dextera parte templum aliud annectitur, tholo æque conſtans, puſillum admodum, ætate Apoſtolorum (ut traditio eſt) ædificatum, in cujus mytulo Deiparæ imago depicta eſt, in ulnis Chriſtum Salvatorem geſtantis, figuram, colorem ac longitudinem ſanctiſſimæ imaginis Hodegetriæ, quæ in Regia urbe ſpectatur, præferens; & antiqua item traditione aſſeveratur, eam eſſe Apoſtoli & Evangeliſtæ Lucæ manu depictam, famamque ac rumorem de ea ſtabiliunt frequentia miracula, & ex imagine ſuaviſſimus odor non ſine omnium admiratione emanans. Subſequitur ſtadiis fere quinque diſtans Chryſoſtomi monaſterium, longeque ab eo ad teli jactum, columna eſt enclíſteria, in qua Iberus genere, moribus ſimplex, ſermone reverendus, qui tranquillam vitam agit, pridem per plures annos in ſaxo ad mare Attaliæ fundato laboribus continuis ſudoribuſque ſeſe exercuerat, ibique nos eum allocuti ſumus, dum una cum celeberrimo Imperatore Porphyrogenneta Comneno militaremus.

Mon. Calamonis.

Imago Deiparæ.

Mon. Chryſoſtomi.

XXV. In adverſa Iordanis parte, contra Baptiſmi templum, diverſa dumeta aſſurgunt, interque ea ſtadii unius longitudine Baptiſtæ Ioannis ſpelunca patet, puſilla nimis neque virum proceræ ſtaturæ, rectus qui ſteterit, capiens; ejuſdemque in faciem in eremi profundo altera ſpelunca hiat, in qua Elias Propheta vitam degens ab igneo curru abreptus eſt. Ultra dictas ſpeluncas, ad ipſos Iordanis curſus, fama eſt, eremum extendi, in qua venerandus Zoſimas Angelis parem Ægyptiam intueri dignus effectus eſt. Trans montes via ad montem Sinam, Raythum, mareque Rubrum conducens, locum ſibi vendicat. Sed hic de eremo oratio finem habeat.

Locus trans Iordanem.

XXVI. Ad dexteriorem partem ſanctæ civitatis Ieruſalem & à turre Davidis Prophetæ jugum eſt, vitibus univerſim conſitum, illiuſque ad partes depreſſiores Iberorum monaſterium, intra cujus ambitum venerandæ Crucis lignum in partes diviſum fuiſſe traditur. Hinc regionis Montanæ initia ſunt, non abſurde ita nuncupatæ, quod omnium montium oræ magis clivoſæ, per multa ſtadia in longitudinem excurrant, itaque à ſancta civitate ſtadiis fere quatuordecim Zachariæ Prophetæ domus inſpicitur, in quam poſt annuntiationem immaculatiſſima Deipara ſolicite contendens, Eliſabetham ſalutavit, cujus & infans gaudio in utero ſubſultavit, exultantiâ, ut par eſt, Dominum excipiens; Virgoque admirandum & propheticum illud Canticum enuntiavit. In loco itaque illo caſtellum & templum ſuper ſpelunca ſitum eſt. In ſpeluncæ ultimis regreſſibus Præcurſoris nativitas accidit. Prope eam, bino teli jactu, ad ſublimiorem partem montis, petra eſt, quæ diviſa fugientem Baptiſtæ matrem, infantem amplexatam, cum Herodes cæde immaniſſima ſæviret, ſinu ſuo avexit.

Montana Iudææ.

Mon. Elis. xxvii. Ab Ieruſalem inter duas vias, unam quæ ad Montana, alteram quæ ad Cœnobiarchæ monaſterium & lauram adducit, dorſum procurrit, & in eo iter aperitur, à ſancta Sione Bethleem ferens. Urbs vero Bethleem à ſancta civitate ſex fere mille paſſibus diſtat. In eius & ſanctæ civitatis meditullio monaſterium S. Prophetæ Eliæ exiſtit, à vetuſtiſſimis piis hominibus exædificatum, ſed terræ motibus funditus æquatum ſolo: verumtamen & hoc de orbe univerſo bene merens Dominus meus atque Imperator, per ſuum Præſidem, Syrum hominem, à fundamentis reparavit. Adeoque inter mo-
Bethleem. naſterium & Bethleem, itemque Rachelis ſepulchrū, ſtructurâ quatuor fornicibus, tholi inſtar in faſtigiatum cacumen deſinentibus opertum. Locus ille trianguli formam efficit. Ad ſiniſteriorem ſanctæ Bethleem partem, inter eam & Cœnobiarchæ monaſterium, ager eſt & in agro ſpelunca, in qua beati commorantes in agris Paſtores Angelicas laudes auribus acceperunt, Gloria in excelſis, illis inclamantibus, & in terra pax, & in mundo ſalus, ob Deum meum ex Virgine Deipara genitum. Sancta Bethleem in dorſo lapidibus ſtrato fundata eſt. In ea conſpicitur, & ſacra ſpelunca, & præſepe, & puteus ex quo David bibere concupivit, & templum ſpeluncæ humeris inſidens, prælongum prægrandeque ad formam crucis, ex non putreſcentibus lignis contectum. Circa altare tectum tholo ſaxeo ſeſe ſuſtollit. Hoc quoque longe pulcherrimum & maxi-
Eius Eccleſ. mum templum munifica ſervatoris orbis & Imperatoris mei liberalitas extruxit, totumque lapillis aureis exornavit: in quo civitatis illius Latinorum Paſtor interpoſitus, variis in locis atq; ipſo in ſanctuario ſupra ſpeluncam, Imperatorem obtantam forte magnanimitatem remunerans, decoram illius imaginē appinxit. Speluncæ, præſepis, & putei forma hæc eſt. Ad partem ſiniſtrā ſanctuarij ſanctæ ſpeluncæ os patet: penes illud puteus eſt, ex quo non ſenſu ſolummodo, ſed mente etiam progenitor David bibere peroptavit: aquam ex eo qui apud eum maximè
Ciſterna. prævalebant viri duo, caſtris allophylorum expugnatis, eadō hauſtam, Davidi ſiti æſtuanti adducunt: quam cum Deo libaſſet, ad hæc uſque tempora famâ percelebre continentiæ facinus illius per ora omnium volat. Ab ingreſſu ſpeluncæ ad ima, ſex & decem quibus deſcenditur gradus numerantur. Ad Borealem plagam, ſacroſanctum illud diverſorium jacet, in quo Virgo Chriſtum Salvatorem enixa eſt, & creatura univerſa Deum in carne vidit, & mundus totus renovatus eſt, & mortalis ego Deitate ditesco, cum Deus & Creator meus paupertatem meam at-
Spelunca. que inopiam induerit. Tum poſt unius gradus deſcenſum, ratione carentium animalium præſepe conſpicitur, æqua figura quatuor angulis commenſurata, quod candidis vetuſti illi homines marmoribus contexerunt, in medio apertura ad modum umbilici relicta, ex qua pars præſepis apparet. Præſepis illius, quod eum qui nullo loco capi poterat, cepit, cælo amplioris, terra marique & ſubterraneis multo capacioris: quem enim illa complecti ſuo ambitu non poterant, illud laxioribus ſpatiis infantem factum accepit. Picturâ exulto, totuſque intellectu in ſacroſanctam illam ſpeluncam penetro, &
Myſteria Natalis Dominici Dominici partus diverſorium oculis luſtro, atque in præſepi facti infantis accubationem & mei Salvatoris erga me amorem tremens timenſque revereor, extremamque illius inopiam, qua me cæli regno dignum effecit: ſed regiam eſſe ſpeluncam apprehendo, ac veluti in throno virgineis finibus Regem inſidentem, Angelorumque choros ſpeluncam circumverſantes intueor, & Magos munera Regi afferentes eximiâ lætitiâ animum oppleo, & gratiæ, qua dignus efficior, voluptate perfundor. Perita manu pinxit artifex in ſpelunca myſteria, quæ in ea patrata ſunt: namque in abſide effigiata erat puella in lecto recubans, læva dextero cubito ſuppoſita: ad dexteram ipſam genis reclinatis puerulum intuens, & innatam gravitatem ſubridentis ſpecie & elegan-
ti faciei colore indicans: neque enim vultu, tamquam illa quæ recens & primum peperit, pallida horridaque immutatur: æquum quippe erat, quæ digna effecta eſt ut ſupra naturam gigneret, dolorum per naturam illatorum eſſe immunem. Aſellus *graphicè depicta.* deinde & bos & præſepe & paſtorum cœtus, quorum auribus de cælo clamor intonans à gregibus avocavit: quare armentis relictis, quæ inter herbas & fontem cibum potumque ſibi quærunt, & cani gregum cuſtodi eorum cuſtodia demandata, cervicem in aërem tollunt, ad ſtrepitus ſonum aures dirigunt; alius alio modo ſtantes, prout ſibi quiſque faciliorem & leviorem ſtationem ducebat: & his quidem pedum nulli uſui eſt, illis facies in cælum figitur: namque dexteras ad vocem retrahentes turbatas aures promovent. Non tamen illis ſecundo audire opus fuit, majorem enim quam aures oculi fidem faciunt: namque Angelus ipſis occurrens pueruli accubationem in præſepi oſtendit. Pecudes, factis minime intentæ, fatuo greſſu ducuntur: quarum pars ad herbam nutant, pars ad fontem advertunt. Canis vero, quod animal iram in promptu gerit, viſionem inſuetam meditari videtur. Magi deſcendentes ex equis, munera manibus accipientes, genuaque flectentes, reverenter dona Virgini offerunt.

xxviii. Extra ſanctam Bethleem fere ad milliaria duo, in Cœnobiarchæ monaſterio ſpelunca eſt, in qua oraculo accepto Magi, ne ad Herodem reverterentur, per aliam viam reverſi ſunt in regionem *Mon. S. Charitonis.* ſuam. Trans lauram duodecim fere paſſuum millibus prope Rubæ eremum, S. Charitonis monaſterium jacet: & eo ulterius longo intervallo ſejunctum, duplex quod Chebrone eſt Abrahami ſepulchrum, & quercus Mambre, ſub qua ſanctiſſimam *Sepulcrum Abrahæ.* Triadem hoſpitio Patriarcha exceperat. Et hæc quidem ita ſe habent, à Ptolemaide per Galilæam ad ſanctam urbem Jeruſalem, Iordanem & ſanctam eremum: maritima vero ita.

xxix A ſancta civitate Ieruſalem ad ſex milliaria *Emmaus.* Armathem urbs conſpicitur, in qua Samuel magnus ille Propheta ortum habuit. Inde poſt alia ſeptem & amplius milliaria, Emmaus urbs magna in media valle ſuper eminenti dorſo jacet. Sic ad paſſuum fere viginti millia Rampleæ regio effunditur & templū ingens in eadem ſancti Megalomartyris Geor-
Ramula S. Georgii. gii viſitur. Illis in locis Sācto fuit natalis dies, & pro pietate ingentia certamina ſubiit, & ſepulturæ demandatus fuit. Templū dromicum eſt, & in ſanctuarii mytulo, ſub ſanctæ tabulæ pavimento ſepulchri os patet, candido marmore circumſeptum, Verum operæ pretium fuerit, quæ à templi Clericis ante paucos annos in Sancti ſepulchro ſunt patrata, narratione noſtra indicare. Dicebant namque interjectum, qui nunc præeſt, Latinorum Epiſcopum, ſepulchri os referare conatum; & tabula marmorea quā illud obtegebatur ſublata, ingentem ſpeluncam ſeſe oſtendiſſe; & in eius interiori parte Sancti ſepulchrum. Cum demum & illud quoque referare conarentur, ignis è ſepulchro exiliens, unum ex iis qui id aggredi conabantur ſemiuſtum reliquit, alterum ſubita morte delevit.

xxx. Regionem illam excipit Cæſarea * Philippi, civitas magna & populo frequens ad maris ripas ** Cæſarea ſed legendū* Palæſtinæ. fundata, portu celeberrimo manu hominum facto, immenſum pecuniarum ſumptum in loci ſtructuram

ram Herode erogante cincta. In ea Christus interrogavit Apostolos, Quem me dicunt homines esse Filium hominis? & Petrus, Tu es Christus Filius Dei vivi, respondit, verbis his æstum suæ caritatis ostendens.

Carmelus.

XXXI. Subsequitur Mons Carmelus, de quo in veteri recentiorique scriptura plurimus sermo est. Jugatur mons, ab ipso maris sinu, qui circa Ptolemaidem & Caipham incurvatur, initium ducens, & ad Galilææ fines perveniens. In extrema parte jugi, qua mare respicit, Prophetæ Eliæ spelunca spectatur: in qua Angelicam vitæ rationem cum exegisset mirificus ille vir, in aëra sublatus est. Erat eo loci antiquitus monasterium magnum, ut structurarum vestigia ad hæc usque tempora commonstrant. Sed illud, tempore quod omnia in senium impellit, & gentium variis excursionibus penitus abolitum. Verum ante aliquot annos quidam Monachus, dignitate Sacerdos, capillitio albus, è Calabria oriundus, ex Prophetæ revelatione in montem appellens, ea loca, monasterii nempe reliquias, vallo perparvo cinxit, & turri exædificata, temploq; non ingenti extructo, Fratribusque ferme ad decem collectis, etiamnum sanctum illum ambitum colit.

Conclusio auctoris.

XXXII. Et hic descriptionis hujusce exitus esto, ubi sacrorum locorum circuitionem habet. Quod si legentibus labor iste emolumentum afferre visus fuerit, opus ipsum ac labor compensatio mihi ampla, & lucrificabile præmium reputabitur: sin minus, ad parentem redeat, à quo ortum ducit, balbutiendoque sacrorum locorum memoriam refricet: ut nos eorum recordatione in vivam eorum imaginem remeantes, suavi solatio in gaudia restituamur.

Habes, Lector, JOANNEM PHOCAM, *dignum visum Allatio, quē poneret in capite libri* Συμμικτῶν *suorum, ante alias plures eius generis lucubrationes, quibus Hierosolyma ac Hierosolymitana loca descripta posteris reliquerunt, Græce quidem Epiphanius Hagiopolita, Perdiccas Ephesius, Anonymus Græcus, & Eugesippus quidam; Latine vero Willebrandus ab Oldenborg Canonicus Hildesheimensis, quem huc contulerat Lucas Holstenius, Bibliotheca Vaticana Custos: sicut & alij alia, ac nominatim noster Athanasius Kircherus pulcherrimum Ecclesiæ Copticæ Rituale, cuius Latinam paraphrasin à se concinnatam, directam pariter voluit* ad Clarissimum & zelo orthodoxæ fidei insignem virum, Bartoldum Nihusium, *simul omnium impressionem curaturum Amstelodami, sub eodem nomine, iisdem V. Cl. Ioannis Blaeu typis, & fide eadem; quibus de consensu Vicarij apud Hollandos Apostolici tunc excudebantur, ad usum Catholicorum ibidem, Breviaria Missaliaque Romana: quod scire potuerunt, qui* Ioannem Phocam *suspectum reddere voluerunt, quia* Batavis excusus in oris. *Hoc enim non ideo factum est, quod Vrbis Romanæ oculos fugeret Allatius, cui vel maxime probare se volebat; sed quod non semper inveniens Romæ qui sumptus editioni necessarios præstarent; gaudebat peregre typographos invenire, qui sua gratis vellent imprimere. Adeo autem non timebat Allatius, ne sibi suisve operibus id præjudicaret Romæ; ut hæc Symmicta dedicari voluerit Illustrissimo Iuveni Augustino Chisio, Fabij Card. Chisij, paulo post Alexandri VII, ex Augusto minori fratre nepoti; quemadmodum antea, tres laudatissimos libros, de perpetua Orientalis Ecclesiæ atque Occidentalis consensione, impressos eodem loco ac modo, eodemque Bartholdo Nihusio curante & proprias suas Annotationes adjungente, illustratos, inscripserat Ludovico XIV Francorum & Navarræorum Regi Christianissimo.*

Aſt Grajæ fors quid nefcio mentis habet
IOANNES *hic* PHOCAS: *proinde exclamat quidam,*
Tolle PHOCAM, Papebrouk.

Quid autem mali fecit iste? De locis sacris nemo ante ipsum, neque post ipsum alius quispiam magis graviter ac religiose scripsit, legentibus aspirans suavissimam qua perfundebatur interius spiritus suavitatem, istic ubi divinæ Incarnationis, Nativitatis, Baptismi, Transfigurationis, Passionis, Ascensionis mysteria commemoranda ei veniunt. De monasteriis Græcorum Iberorum, Latinorum, sine nationum discrimine laudabiliter semper ac reverenter loquitur: de Carmelo specialiter meritus bene, dum primus ipse post tot secula adnumeravit eum locis sacris, peregrinorum accessu cultuque honoratis.

Iudica, Lector, utrum merito mihi quis indignetur, quod hunc allegem auctorem: simulque dispice, numquid in toto libello possit inveniri, unde scriptoris fides arguatur, aut dubitetur utrum loca sancta, quæ describit, coram adierit lustraveritque. Tum, quæso te, quod subjungitur Itinerarium *cum superiori confer; & vide, num minus tibi placeat* Ioannes Phocas, *propterea quod ea de Carmelo monte narret, quæ difficile componi possunt cum longe posteriorum scriptorum assertis de beato* Bertholdo.

Quanti fecerint Symmicta Allatiana eruditissimi viri, quorum honori & amori datum fuit, ut prægustare ea legendo possent, prius quam passim vulgarentur, atque adeo quo in pretio habuerint, prælucentem ipsa in fronte eorum Ioannem Phocam, *docent præstantium quatuor Poëtarum Epigrammata, ad calcem libri addita. Primum eorum insumitur in laudem editoris Nihusij, nomen præferens* FERDINANDI A FURSTENBERG, *illius, inquam* FERDINANDI, *qui pridem* Paderbornensis *nunc etiam* Monasterienſis Episcopus, *post ceteros clarissimos titulos suos, non dedignatur* Mæcenas *huic operi inscribi. Ipsum juvat audire, sic gratulantem amico, quasi eruditionis Græca laudibus præcipuo, totumque in pectore Parnassum continenti.*

Cum male succubuit Turcarum Græcia Marti,
Et major Phœbi numine Luna fuit;
Cessit in exilium: doctique Heliconis alumnæ
Pierides patrium deseruêre solum;
Et toto procul orbe vagæ, coiere vicissim,
Parnassi sedem cum reperere novam;
BARTOLDO pandente novam sub pectore, tantis
Quæ domus exulibus patria prisca fuit.

Hæc ille: Amandus *autem* Fabius, *postquam commendasset operam, Iano Nicio Erythræo & Leoni Allatio in publicandis eorum scriptis imo reipublicæ litterariæ navatam, sic progreditur:*

O de Palladia bene te, BARTOLDE, palæstra
Et cupido veri de grege promeritum!
Iam digitis cumulos pridem numeramus vtrisque
Chartarum, luci quas tua Cura dedit.
Nec tamen inter eas pars est non magna tuarum:
Prole typos propriâ lassat & illa manus.
Obstetricaris simul & paris: unus utrumque.
Tantus amor studiis consuluisse piis.

ITINERARIVM ANTONINI PLACENTINI.

Tornacenſe MS. titulum hunc præfert, De locis ſanctis quæ perambulavit beatus Antoninus Martyr. *Bibliothecæ autem Vaticanæ Codex ſub numero* 636, *cui titulus Bedæ & aliorum, opuſculum idem ſic inſcribit*, Relatio B. Antonini Martyris. De hoc, *inquit Pater Daniel à Virgine Maria in Vinea Carmeli num.* 1331, *Molanus in Martyrologio ad diem* XIII *Nobris*, Placentiæ Revelatio S. Antonini martyris. *Sed addiderat notulam, ut ſignificaret feſtum hoc eſſe minus principale iſtius Sancti, nec in Vſuardo repertum, ſed aliunde acceptum. Principale autem feſtum tam apud antiquos, quam in Romano hodierno notatur die* XXX *Septembris: ubi Baronius Lectorem remittit ad Petrum de Natalibus lib.* 8. *cap.* 133. *Cur huc non remiſit nos Pater Daniel? Legiſſemus ibi, quod* S. Antoninus Martyr. . . . de Placentinis finibus egreſſus, per Orientales Provincias pertranſivit, & multa miracula fecit, demum ab infidelibus tentus, & capite cæſus glorioſo martyrio coronatus eſt? *Sed iſta legentes, etiam legiſſemus, quod iſte* S. Antoninus fuit ex ſacra legione Thebæorum, & ſocius B. Mauritii Martyris. *Hoc autem indicare lectori, erat evertere totam auctoritatem ejus ſcripti, cui ſumma fides poſtulabatur. Fieri enim non poterat, ut idem ſub Diocletiano ac Maximiano Imperatoribus militaſſet, Duce S. Mauritio, cujus martyrium anno* CCXCVII *adſcribit Baronius; & ea omnia reperiſſet in Terra ſancta, quæ hic narrantur, quæque non niſi ſub Conſtantino Magno cœperunt innoteſcere, ut de Iuſtiniano nihil dicam, cujus hic mentio fit aliquoties, & cujus Imperium cœpit anno* DXXVII. *Ego ut neminem hic accuſo ſic nec puto mihi ſequendum exemplum tale; & Leonis Allatii judicium laudo, qui Vaticanæ Bibliothecæ monumenta omnia notiſſima habens, alia quidem inde excerpſit Symmictis ſuis adjungenda; ſed Itinerarium*, S. Antonini martyris *nomen præferens, luce publica indignum cenſuit. Sic autem cenſuit, non tantum quia tempori non ſuo adſcriptum, ſed quia ipſum inveniebat, præ aliis ſimilis argumenti Latinis ſcriptis, refertum fabellis plane anilibus, quas nobis ſatis erit * aſteriſco notare, ut animum advertat lector. Iis porro, qui paulo notiorem habent locorum ſitum, quique alias legerunt itineraria ſacra atque profana, conſiderandum relinquo, utrum in hac Relatione inveniri poſſit veriſimilis ratio itineris alicujus; ubi nihil ordinatum digeſtumq3, ex more eorum qui prudenter & certo ductu peregrinantur; ſed confuſa omnia, velut ſi per ſomnium res agatur in mente, non autem corporeo motu ſuper terram. Videbis hoc, ſi quandoque digneris referre oculum ad tabellam ſuperius collocatam, indeque cogitationem cum res feret, extendas ad Syriam Ægyptumque, quarum hanc Paleſtinæ ſeu Terræ ſanctæ imaginaberis ad meridiem, iſtam ad Septentrionem jacere, utrimque nonnihil declinando.* Antonini Placentini itinerarium *ſimpliciter vocavi, ut neque errorem evidentem ſecutus videar, ſi ſcripſero* Martyrem; *neque prorſus à jam nota appellatione recedam, ſi omiſſo nomine* Antonini *vocavero* Anonymi itinerarium, *reſpectu auctoris nomen ſuum non exprimentis. Nunc ipſum lege, & Annotationes ad calcem ſubjungendas. Vt vero etiam diſcernere valeas ea loca, quæ hinc excerpta nobis objiciuntur, tamquam luculenta prætenſæ antiquitatis documenta, placuit illa Italico charactere repræſentare.*

RELATIO

Ex MS. Codice Tornacenſi.

Procedente B. Antonino martyre una cum (1) *Collegis ſuis, ex eo quod civitatem Placentiam egreſſus eſt, in quibus locis peregrinatus eſt, ire veſtigia Chriſti ſequentes, & miracula ſanctorum Prophetarum pervidere cœperunt.* Ita exeuntibus nobis de Conſtantinopoli pervenimus (2) Cyprum in civitatem Conſtantiam, in qua requieſcit S. Epiphanius: civitas pulchra, delicioſa, ornata palmis dactylorum. Deinde venimus partibus Syriæ; in inſulam (3) Santaricus ad Tyrum. *Tunc venimus Tholomaidam civitatem: millia ſex in Caſtra* (4) *Samaritanorum milliario à Sugamia ſub monte Carmelo. Super ipſa Caſtra milliario ſemis, monaſterium Eliſæi Prophetæ, ubi occurrit mulier, cujus filium ſuſcitavit, in monte Carmelo.* Ibique eſt petra modica rotunda*: quando exagitatur ſonat, quia ſolida eſt: talis autem virtus petræ illius, ut ſi ſuſpenſa fuerit mulieri vel alicui animali jactū (5) numquam faciet: & à civitate VI aut VII millia perſonat.

II. De Tholomaida maritima venimus in fines Galilææ, in civitatem quæ vocatur (6) Neocæſarea: in qua adoravimus amulam & caniſtellum S. Mariæ: in quo loco erat cathedra, ubi ſedebat quando ad eam Angelus veniebat. Deinde millia tria, venimus in Cana, ubi Dominus fuit ad nuptias: & accubuimus in ipſo accubitu, ubi ego indignus parentum meorum nomina ſcripſi. Ex quibus hydriæ duæ ibi ſunt. Implevi aqua unam, * & protuli ex ea vinum: & in humero plenam levavi, & obtuli ad altare, & ipſo in fonte lavavimus pro benedictione.

III. Et inde venimus in partes Syriæ [& civitatem Tripolim] ubi requieſcit (7) S. Leontius: quæ quidem civitas tempore Juſtiniani Imperatoris ſub verſa eſt à terræ motu (8) cum aliis civitatibus. Venimus inde (9) Vibilum, quæ & ipſa civitas cum hominibus ſubverſa eſt: poſt in civitatem Tani quæ & ipſa ſubverſa eſt. Deinde venimus in civitatem ſplendidiſſimam Berytho; in qua nuper fuit ſtudium (10) litterarum, quæ civitas ſubverſa fuit, dicente nobis Epiſcopo civitatis, quia cognitæ fuerunt perſonæ; excepti peregrini, quæ ibi perierant. Ipſa civitas poſita eſt ſub montana Libani.

IV. A Berytho venimus Sidonem, quæ ex parte ruit: & ipſa adhæret Libano. Homines in ea peſſimi. Illic currit (11) fluvius Aſclepius: & fons, unde ſurgit, ſtat. *De Sidone venimus Sareptam: quæ civitas modica & valde Chriſtiana eſt: in qua eſt cœnaculum illud quod factum fuerat Eliæ, & lectus ubi recubuit, & alveus marmoreus ubi vidua illa fermentavit: in quo loco multa offeruntur & multa virtutes fiunt.* Exeuntes de Sarepta venimus in civitatem Tyrum. A Tyro vique ad Sareptam continue millia (12) ſeptem. Tyrus civitas homines habet potentes, vitâ peſſimâ, tantâ luxuriâ quod dici non poteſt; gynæcea publica, holoſericum, & diverſa genera telarum.

V. At verò de Tyro venimus in civitatem Nazareth, in qua ſunt multæ virtutes. Ibi & pendet tomus, in quo Dominus* (13) A. B. C. habuit impoſitum: in qua eſt Synagoga poſita, & trabs ubi cum aliis ſedebat infantibus: quæ trabs * à Chriſtianis agitatur & ſublevatur; Judæi verò eam nullo modo agitare poſſunt: ſed nec permittit ſe foras tolli. Domus ſancta, baſilica eſt: & multa ſunt ibi beneficia de veſtimentis ejus. In civitate vero tanta eſt gratia mulierum Hebræarum, ut intra illam inter Hebræas pulchriores non inveniantur: & hoc * à S. Maria ſibi conceſſum dicunt (nam & parentem ſuam dicunt eam) & dum nulla ſit caritas Hebræis erga Chri-

1 Cyprus. 2 Salamis. 3 Tyrus. 4 Sunam. 5 6 Ptolemais. Cana. 7 Tripolis. 8 Byblus. 9 Berythus. 10 11 Sidon. 12 Sarepta. Tyrus. Nazareth. * 13 *

Christianos, illæ sunt omni caritate plenæ. Provincia paradiso similis in tritico, in frugibus similis Ægypto: sed præcellit in vino & oleo & pomis ac melle. Sed & milium extra naturam altum nimis, supra naturam hominis (14) talea grossa.

14 *Thabor.* VI. De Nazareth venimus in montem Thabor: qui mons exit in medio campestri, terra viva, tenens circuitum millia sex, ascensum millia tria, sursum ad unum milliarium planum; in quo sunt tres ecclesiæ, ubi dictum est à discipulis, Faciamus hic tria tabernacula. In circuitu diversæ civitates quæ in libro Regum leguntur. De Thabor venimus ad mare Tiberiadis, in civitatem quæ alio tempore est appellata Samaria, nunc vero dicitur Neapolis, (15) in qua puteus est, ex quo Dominus aquam à muliere Samaritana petiit: & ibi basilica est sancti Ioannis Baptistæ: & ipse puteus est ante cancellos altaris: & situla, de qua dicitur Dominus bibisse: & multi ægri ibi veniunt & sanantur.

Samaria.

15

VII. Deinde venimus in civitatem Tiberiadem, in qua sunt thermæ salsæ: hic aqua maris illius dulcis est, quod mare circuit millia octo. Deinde venimus in Capharnaum in domum beati Petri, quæ est in basilica. Inde venientes per castra, vel vicos, vel civitates, ad duos fontes venimus, scilicet Jor (16) & Dan, qui in unum effluunt, & vocitatur Jordanis: parvus ingreditur mare, & pertranſit totum maris pelagus usque ad littus maris. Revertentes post nos venimus ad locum ubi Jordanis egreditur mare. *Et in ipso loco transivimus Iordanem, & venimus in civitatē quæ vocatur* (17) *Gaddera, quæ & Gabaon dicitur. In ista parte civitatis, milliario tertio ab urbe, sunt aquæ calidæ, quæ appellantur thermæ Eliæ, ubi leprosi mundantur. Ibi est xenodochium, delicias de publico habens, & horâ vespertinâ mundantur thermæ.* Ante ipsum vero elibanum grande est solium, quod dum impletum fuerit, omnia ostia clauduntur; & per ostium mittuntur intus luminaria & incensum: & sedent in isto solio tota nocte: & dum soporati fuerint, videt ille qui mundatus est aliquam * visionem: & dum ipsam recitaverit, mundantur thermæ per septem dies. Ibi vero defunctus est collega noster Joannes de Placentia. Ipse fluvius calidus, qui Gaddera dicitur, descendit torrens & intrat Iordanē, & ex ipso ampliatur Iordanis & major fit.

Tiberias. Capharnaū.

16

Iordanes.

17

Gaddera.

*

VIII. Et tunc descendimus per Galilæam iuxta Jordanem, transeuntes multas civitates quæ leguntur: & venimus in civitatem Metropolim Galilææ quæ vocatur (18) Scythopolis, in monte posita, ubi Sanctus..... multas operatus est virtutes. *Deinde descendimus per alia loca Samariæ & Iudææ in civitatem* (19) *Sebastæam, in qua requievit Elisæus Propheta.* Descendentes per campestria, [per] civitates vel vicos Samaritanorum & plateas unde transiuimus, [vidimus] venientes Iudæos post nos cum paleis, vestigia nostra * incendentes, tanta est illorum (20) execratio. Utique Christianis quidem respōnsum faciunt: at cavent, quod ab illis emere vis, non tangas prius quam pretium des: quod si tetigeris, & non (21) comparaveris, mox scandalizabuntur. Nam foris in vico habent cum domo una posita (22) quod ipsū faciunt responsum. Nummos de manu tua non accipient, * sed tu in aquam projicies eos: & denuntiant tibi quod [non] ingrediaris. Tu vero noli exspuere: si autem exspueris, scandalizabuntur. Sero autem purificant se in aqua: & sic ingrediuntur in vicum aut in civitatem.

18 *Scythopolis.*

19

Iudæi non contenti Christianis.

20 *

21

22

*

IX. Deinde venimus in locum, ubi Dominus de quinque panibus & duobus piscibus quinque hominum millia satiavit, extra mulieres & parvulos: extenta campania, oliveta & palmeta. *Inde venimus ad locum ubi baptizatus est Dominus. In illo loco filij Israël transiverunt Iordanem, & filij Prophetarum perdiderunt securim: & ex ipso loco Elias assumptus est in cælum.* Ibique mons (23) Hermon modicus, qui legitur in Psalmo. Ad pedes montis ipsius ascendit de fluvio nubes, & horâ primâ oriente sole Hierosolymam venit * super basilicam S. Mariæ ad (24) S. Sophiam, quæ fuit Prætorium ubi auditus est Dominus. Super his locis descendit * ros sicut pluvia, & colligunt eum medici: & in ipso coquuntur omnes confectiones per xenodochia: nam multi languores sanantur ibi, ubi cadit ipse ros. Ipse est ros, de quo canitur, sicut ros Hermon qui descendit in Sion. *In ipsa ripa est fons ubi baptizavit S. Ioannes. Inde usque ad Iordanem millia duo. In ipsa valle inventus est Elias, quando corvus* (25) *ei deferebat panem & carnes. In circuitu autem vallis ipsius multitudo Eremitarum.*

Locus 5 panum & baptismi.

23 *M. Hermon.*

*

24

*

25

X. Et ibi prope est civitas quæ vocatur 26 Salamiada, ubi remanserunt duæ & semis tribus Israël, priusquam transirent Jordanem: in quo loco sunt thermæ ex se lavantes, * quæ vocantur thermæ Moysis: ubi etiam leprosi mundantur: & ibi est dulcissimus aquæ fons, qui bibitur pro catarrho, & multos sanat languores. Non longe à mari Salinarum, ad quod Iordanis ingreditur. Subtus est Gomorrha & Sodoma, ad cujus littus bitumen & sulphur colligitur: in quo mari, mense Iulio & Augusto & usque ad medium Septembris, tota die jacent * leprosi, & ad vesperum lavantur in ipsis thermis: & aliquoties Dominus, quem vult, mundat: nam & in generalitate est aliqua primitia. In quo mari nihil vivificatur, nec ligna ibi natant, nec paleæ, neque homo: sed quidquid ibi projectum fuerit, in profundum demergitur. De Iordane, usque ad locum in quo Moyses de corpore exivit, sunt millia VIII. Exinde *à Segor, in quibus locis sunt multi Eremitæ.* Vidimus ibi & monumentum (27) Absalon filij David.

Salamiada.

26

*

Sodoma & Gomorrha.

*

Mare mortuum.

27

XI. Teuimus Theophania iuxta Iordanem: & ibi fiunt mirabilia, ubi baptizatus est Dominus, in ipsa nocte: & ibi tumulus cancellis circumdatur: & in loco ubi redundat aqua in alveum suum, posita est Crux lignea. Itur in aquam ex utraque parte marmoris. In vigilia Theophaniæ grandes fiunt vigiliæ: populus infinitus: & quarta aut quinta vice gallo cantante fiunt vigiliæ. Completis Matutinis primo diluculo surgentes, procedunt Ministri sub divo & Diaconi, tenentes Sacerdotem. Ter descendit Sacerdos in fluvium: & hora qua cœperit benedicere aquam, mox Iordanis * cum magno rugitu revertitur post se, & stat aqua superior in se usque dum baptismus perficitur; inferior vero fugit in mare, dicente Psalmista; Mare vidit & fugit, Iordanis conversus est retrorsum. Tunc omnes Alexandrini habent ibi * naves (28) suas cum hominibus habentes calathos plenos aromatibus & balsamo: & hora qua benedixerunt fontem, antequam incipiant baptizare, fundunt illos calathos in fluvium & tollunt aquam benedictam, & exinde faciunt aquam aspersionis in suis navibus, antequam exeant ad navigandum. Baptismo completo, omnes in fluvium pro benedictione descendunt, induti sindones; & alias multas sindones [intingunt aquæ], quas sibi ad sepulturas servant. Post hæc omnia perfecta, statim aqua in proprio revertitur alveo: nam unde surgit Iordanis à mare Tiberiadis usque ad mare Sabinarum sunt millia CXXX. (29)

Theophania festum ad Iordanem.

*

XII. In ipsa vero ripa Iordanis est spelunca, in qua sunt septem cellulæ cum septem puellis, * quæ ibi infantulæ mittuntur: & cum aliqua ex eis mortua fuerit, in ipsa cellula sepelitur, & alia cellula inciditur, & alia ibi mittitur puella ut numerus stet: & habent foris qui eis cibaria præparet.

29 *Spelunca ad Iordanem.*

*

paret. In quo loco cum magno timore ingreſſi ſumus ad orationem : nullius ibi faciem vidimus. In ipſo loco dicitur eſſe ſudarium, quod fuit ſuper caput Jeſu. *Non multum longe à Iordane, ubi baptizatus eſt Dominus, eſt monaſterium S. Ioannis valde magnum, in quo ſunt xenodochia duo.* In iſta vero .... illa ripa Jordanis invenimus ſerpentes, de quibus theriaca conficitur. Inde venimus ad Jordanem.

Iericho. XIII. De Jordane uſque ad Jericho millia ſex. Jericho autem in oculis hominum ita videtur eſſe ut paradiſus : à terræ motu muri diruti : domus Raab reſtat, & eſt xenodochium : ſed & cubiculum, de quo exploratores depoſuit, oratorium eſt S. Mariæ. Lapides vero illi, quos levaverunt filii Iſraël de Jordane, non longè à civitate Jericho poſiti ſunt in baſilica poſt altare : & ante baſilicam eſt campus, qui dicitur Ager Domini : * in quo Dominus manu propria ſeminavit, ferens ſatum tritici tria modia : qui & colligitur, & numquam ſeritur, ſed ex ſe profert ſemen. Colligitur à menſe Februario, & inde communicatur in Paſcha : cum collectum fuerit, aratur, & iterum cum reliquis meſſibus colligitur.

Fons & fructus ibidem. XIV. *At vero fons aquæ, quem indulcavit Eliſæus Propheta, irrigat omnem Iericho, ubi naſcitur vinum potens, quod febricitantibus datur* : ibi naſcitur dactylum (30) de libra : ex quibus mecum adduxi in provinciam, & dedi unum Domino Paterio Tributio Patricio. Ibi naſcitur cedrus de cubitis XL, & virga faſioli duos pedes longa. Ibi eſt vitis, unde in Aſcenſione Domini plenæ ciſtæ racemis in monte Oliveti venales : & in die Pentecoſte mixtim exinde plena calatha proponuntur.

30

Arbor Zacchæi. XV. Exeuntes de Iericho venimus contra Hieroſolymam. Non longe à Iericho eſt illa arbor, ubi Zacchæus aſcendit, ut videret Dominum : quæ arbor infra oratorium incluſa eſt, & per tectum deſuper ſicca videtur. Igitur exeuntes de Iericho, venimus contra Occidentalem (31) in ſiniſtra manu, & intravimus villas Sodomæ & Gomorrhæ : ſuper quam provinciam ſemper aſcendit nubes cum odore ſulphureo. Quod dicunt homines de uxore Loth, & quod lingendo ab animalibus minuatur, mendacium eſt : ſed ſtat in ſtatu ſuo in quo fuit.

31

XVI. Aſcendentes de montanis Hieroſolymorum (32) Barrideum, indeque revertentes ad ſiniſtram ad oppida montis Oliveti, venimus in Bethaniam ad monumentum Lazari, reſpicientes valles illas & perambulantes monaſteria multa & mirabiliorum loca, vidimus clauſam multitudinem in monte virorum & mulierum. *Et rurſum in monte, unde Dominus aſcendit ad Patrem, ubi & judicare veniet, vidimus monaſteria copioſa, & cellulam ubi incluſa fuit vel jacet in corpore S. Pelagia*, & in ipſo monte jacet Iacobus Zebedæi, & Cleophas & multa Sanctorum corpora.

32 *Bethania.* *M. Oliveti.*

Getſemani. XVII. Deſcendentes de monte Oliveti venimus in villam Gethzemani, in loco ubi traditus eſt Dominus : in quo ſunt tria accubita, in quibus ille accubuit, & nos pro benedictione accubuimus : & in ipſa eſt domus S. Mariæ, de qua eam dicunt ad cælos fuiſſe ſublatam. Et in ipſa valle Gethzemani ibidem vocatur [vallis] Joſaphat. In dextera portæ eſt olivetum & ficulnea, in qua ſe Iudas laqueo ſuſpendit, hoc eſt ad portam Ieruſalem, cuius talea ſtat munita perticis. Portam civitatis (quæ cohæret portæ ſpecioſæ, quæ fuit templi, cujus liminare & tribulatio ſtat) inclinanter proni in terram ingreſſi ſumus in ſanctam civitatem, in qua adoravimus Domini monumentum.

Sepulchrum Domini. XVIII. Ipſum monumentum, in quo corpus Domini poſitum fuit, in naturalem exciſum eſt petram. Lucernæ hydria, quæ illo tempore ad caput ejus poſita fuerat, ibidem ardet diu noctuque : ex quo benedictionem tulimus, & recompoſuimus eam. In quo monumento deforis mittitur terra, & ingredientes benedictionem tollunt. Lapis vero, unde clauſum fuit monumentum ipſum, eſt ante illud monumentum. Color vero petræ, quæ exciſa eſt de Golgotha [non dignoſcitur] : nam petra ipſa ornata eſt auro & gemmis : & poſtmodum de ipſa petra factum eſt altare, in loco ubi crucifixus eſt Dominus. Petra vero monumenti velut molaris eſt, & infinite ornata : virgis ferreis pendent brachialia, dextro ceria, murenæ, monilia, annuli capitulares, cingella, baltei, coronæ, imperium ex auro vel gemmis, & ornamenta plurima. Et ipſum monumentum in modum eccleſiæ coopertum ex argento : & ante monumentum altare poſitum.

XIX. A monumento uſque Golgotha ſunt greſſus LXXX. Ab una parte aſcenditur per gradus, unde Dominus aſcendit ad crucifigendum. Nam in loco ubi fuit crucifixus, apparet cruor ſanguinis. Et in ipſo latere petræ eſt altare Patriarchæ Abraham, in quo ibat offerre Iſaac, quando tentavit eum Dominus. Ibi & Melchiſedech obtulit ſacrificium Abrahæ, quando revertebatur cum victoria à cæde (33) Amelech. Tunc ibidem dedit ei Abraham omnem decimationem in hoſtias. Iuxta ipſum altare eſt crypta, ubi ponis aurem, & audis flumina aquarum ; & jactas * pomum aut aliud quod natare poteſt, & vadis ad Siloa fontem ubi illud recipies. Intra Siloa & Golgotha credo eſt milliarium : nam Hieroſolyma aquam vivam non habet, præter in Siloa fonte.

Golgotha. 33 *

XX. De Golgotha uſque ubi inventa eſt Crux ſunt greſſus L. In Baſilica Conſtantini cohærente circa monumentum vel Golgotha, in atrio ipſius baſilicæ, eſt cubiculum, ubi lignum Crucis reconditum eſt, quam adoravimus & oſculavimus. Nam & Titulum, qui ſuper caput ejus poſitus fuerat, in quo ſcriptum eſt Jeſus Nazarenus Rex Judæorum, tenui in manu & oſculatus ſum. Lignum Crucis de nuce eſt : procedente vero ſancta Cruce de cubiculo ſuo apparet * ſtella in cælo, & venit ſuper locum ubi Crux reſidet : & dum adoratur Crux, ſtat ſuper eam ſtella. Et adfertur oleum ad benedicendum ampullis onychinis : hora vero qua tetigerit lignum Crucis ampullas, * mox ebullit foras. Revertente Cruce in locum ſuum, & ſtella pariter revertitur, & poſt recluſam Crucem non apparet ſtella. Etiam ibi eſt Canna & Spongia, de quibus legitur in Euangelio, cum qua Spongia aquam bibimus : & Calix onychinus, quem benedixit Dominus in cœna, & aliæ multæ virtutes : ſpecies B. Mariæ in ſuperiori loco, & zona ipſius, & ligamentum quo in capite utebatur : & ibi ſunt ſeptem cathedræ marmoreæ Seniorum.

Crucis inventio & adoratio. * *Reliquiæ aliæ.* *

XXI. Inde aſcendimus in Turrim David, ubi decantavit Pſalterium. Magna eſt valde : in ſingulis cœnaculis, quæ quadrangula, turris eſt : & opus ſculptum, non habens tectum ; in qua Chriſtiani pro devotione aſcendunt ad manſionem : & circa medium noctis ſpatium ſurgentes, audiunt voces * murmurantium deorſum in valle Joſaphat, ad loca quæ reſpiciunt contra Sodomam & Gomorrham.

Turris David. *

XXII. Deinde venimus in baſilicam Sion, ubi ſunt mirabilia multa : inter quæ eſt quod legitur de lapide angulari, qui reprobatus eſt ab ædificantibus. Domino enim ingrediente in ipſam eccleſiam, quæ fuit domus S. Iacobi, invenit lapidem * deformem, in medio jacentem, tenuitque eum, & poſuit in angulo : quem tenens levas & ponis aurem in ipſo * angulo, & ſonat in auribus tuis quaſi murmuratio multorum hominum. In ipſa eccleſia eſt columna, in qua tale eſt ſignum, ut dum eam quidam amplexus

Sion. * *

xus fuiſſet, in ipſa ei pectus adhæſit & apparent in ea palmæ & digiti; ita ut unde per ſingulos languores tollatur, & qui circa collum habent, ſanantur. In ipſa columna eſt cornu illud, de quo Reges ungebantur, unde & David in Regno unctus eſt. Ibi eſt Corona ſpinea, de qua Dominus eſt coronatus; & Lancea, de qua in latere percuſſus eſt; & lapides multi, cum quibus fuit lapidatus Stephanus. Ibi columna, in qua poſita fuit crux B. Petri, ubi crucifixus eſt Romæ: ibi & Calix, in quo poſt Reſurrectionem Domini Miſſas celebrarunt Apoſtoli: & multa alia mirabilia, quæ non recolo. *Ibi eſt monaſterium puellarum*: & ibi vidi teſtam honinis, incluſam in loculo aureo ornato gemmis: quam dicunt eſſe caput Martyris(34) Theodotæ, in qua multi aquam pro benedictione bibunt, & ego bibi. 34

Prætorium Pilati.

xxiii. *De Sion uſque Baſilicam S. Mariæ, ubi eſt congregatio magna monachorum, ac mulierum menſæ innumerabiles, lecta languentium plus quinque * millia, ad minus tria.* Et oravimus in Prætorio, ubi auditus eſt Dominus: & in eo baſilica S. Sophiæ. Ante ruinas Templi Salomonis ſub platea aqua decurrit à fonte Siloe. Secus porticum Salomonis in ipſa baſilica eſt ſedes, in qua ſedit Pilatus, quando audivit Dominum. Petra eſt quadrangula, in qua reus levabatur, ut ab omnibus audiretur & videretur. In ea levatus eſt Dominus, quando auditus eſt à Pilato: ibique illius remanſit imago, pedem habens modicum, pulchrum, ſubtilem. Natura communis, pulchra facies, capillo ſubannulato, manus formoſa, digiti longi, quantum imago deſignat, quæ illo vivente & pedibus ambulante * picta eſt, & poſita in ipſo Prætorio. Etiam de ipſa petra multæ fiunt virtutes: tollentes menſuram de ipſo veſtigio, ligant per ſingulos languores & ſanantur. Et ipſa porta ornata eſt ex auro & argento.

** Siloa fons.*

xxiv. Inde venimus ad aram, ubi fuit antiquitus porta civitatis: in ipſo loco ſunt aquæ putridæ, in quas miſſus eſt Ieremias Propheta. Ab arcu illo deſcendentibus nobis ad fontem Siloa per gradus multos, eſt ibi baſilica volubilis, de ſub qua ſurgit Siloa, clauſurâ cancellorum; in quibus pro benedictione in uno lavantur viri, in altero vero mulieres: in quibus aquis multa oſtenduntur, imo & leproſi mundantur. Et ante atrium eſt piſcina grandis, manu hominum munita, in qua lavatur populus aſſidue ſolis certis horis: nam ille fons irrigat aquas multas, quæ deſcendunt per vallem Ioſaphat, quæ & Gethzemani, & ingrediuntur in Iordane fluvio, ubi Jordanis deficit in Mare Salinarum, ſubtus Sodomam & Gomorrham.

Sepulcrum S. Stephani.

xxv. Ipſe fons Siloa infra civitatem incluſus eſt, quia Eudoxia(37) uxor Iuſtiniani Imperatoris addidit muros in civitate Ieruſalē, & ipſa munivit ſepulchrum & baſilicam B. Stephani, & ipſa ſuum habet ſepulchrum juxta ſepulchrum B. Stephani, & infra ſepulchrum ſunt greſſus xxvi, & B. Stephanus requieſcit foris portam ſagittæ jactu, unaque modo porta ex nomine ipſius Martyris vocatur, & eſt ad viam quæ reſpicit ad Occidentem, quæ deſcendit ad Ioppen & Cæſaream Palæſtinæ vel Dioſpolis civitatem, quæ antiquitus dicebatur(36) Azotus, in qua requieſcit S. Georgius martyr. In ipſa via, non longe aſtat columna marmorea, in qua Dominus prius ducebatur ad flagellandum: quæ * fugiens levata eſt ad nubes, & depoſita eſt in ipſo loco: & in tantum verum cognoſcitur eſſe, quia non habet baſim ubi debet eſſe, fundata, ſed ſic ſtat ſuper terram & agitatur: in cujus ſummitate Crux ferrea poſita eſt. Et rurſus per ſcalam aſcenditur, & fiunt ibi luminaria & incenſum, & dæmoniaci mundantur: nam & in ipſa provincia eſt B. Martyr Georgius. 35

Dioſpolis. 36

*

*

xxvi. Itaque exeuntes ex Siloa fonte, venimus in agrum qui comparatus eſt pretio ſanguinis Domini, qui vocatur Haceldama, id eſt, Ager ſanguinis, in quo ſepeliuntur omnes peregrini. Et intra ipſa ſepulchra ſunt cellulæ ſervorum Dei, ubi fiunt multæ virtutes: & per loca infra ipſa ſepulchra ſunt vineæ & poma. *Haceldama.*

xxvii. Revertentes in civitatem, venimus ad piſcinam natatoriam, quæ quinque porticus habet, & in una earum eſt baſilica S. Mariæ, ubi multæ fiunt virtutes. Ipſa vero piſcina modo iactata eſt in ſtercore, & ibi lavantur omnia quæ neceſſaria ſunt. Vidimus & in uno angulo catenam ferream, * cum qua ſe illaqueavit infelix Judas. Iterum exeuntes ad portam majorem, venimus ad locum in quo requieſcit B. Yſitius (37): ibique erogantur panes pauperibus, quos deputavit B. Helena. 37 *Natatoria Siloe.* *

xxviii. Viâ quæ ducit Bethleem milliario tertio ab Jeruſalem jacet Rachel, uxor Iacob, mater ſcilicet Joſeph & Benjamin, quæ requieſcit in finibus Rama. In medio loco in via media aqua ſurgit, habens quaſi ſextarios ſeptem, unde omnes complent ſatietatem bibendi, & nec augetur nec minuitur, & eſt ſuavis ad bibendum: & dicunt quod fugiens B. Maria in Ægyptum ſederit ibi cum puero, & ſitiens oravit, & continuo aqua emanavit: & in ipſo loco modo eccleſia conſtructa eſt. *Sepulcrum Rachel.*

xxix. Inde uſque Bethleem milliaria tria. Et Bethleem eſt locus ſplendidiſſimus, ſervi Dei multi. Ibi eſt ſpelunca, ubi natus eſt Dominus, & præſepium ex auro & argento ornatum, & jugiter ibi fiunt luminaria: os vero ſpeluncæ anguſtum. Hieronymus Presbyter, in loquendo peritus, in interpretatione clarus, inter cunctos relator conſpicuus, in ipſius ore ſpeluncæ petram ſculpſit, & ob devotionem Salvatoris ibidem ſibi monumentum fecit. Milliario ſemis de Bethleem in ſuburbe David, jacet David: ſed & infantes, quos occidit Herodes, ipſo in loco habent ſepulchra, & videntur eorum ſancta oſſa. *Ante Bethleem eſt monaſterium muro cinctum, in quo multitudo eſt monachorum.* *Bethleem.*

xxx. De Bethleem uſque ad ilicem Mambre ſunt millia(38) xxiii, in quo loco requieſcunt Abraham, Iſaac, & Jacob, & Sara, & ſimul oſſa Joſeph: & baſilica ædificata eſt: in quadriporticu atrium in medio diſcoopertum: & per medium cancellorum ex uno latere intrant Chriſtiani, ex alio Iudæi, facientes incenſa multa: nam depoſitio David(39) & Iacob in terra illa, die primo poſt Natale Domini devotiſſime ab omnibus celebratur, ita ut ex omni terra, Judæorum conveniat innumerabilis multitudo, incenſa ferentes vel luminaria, & dantes munera ac ſervientes ibidem. Iterum revertentes in Ieruſalem, deſcendimus per viam quæ vadit ad Gazam & Aſcalon millia xx. 38 *Quercus Mambre* 39

xxxi. De Ieruſalem venimus in montem Gelboe, ubi(40) occidit David gigantem Goliat, & ubi mortuus eſt Saul & filius ejus Ionathas. Iacet ibi Goliat in mediâ via, ligneum habens ad caput acervum, & ſuper eum congeries magna petrarum, ita ut à xx millibus uon poſſis invenire * lapidem quem movere poſſis: quia uſus eſt talis. Quoties quis ibi tranſit, ternos lapides ſecum defert, & eos ibi projicit: ſed & nos ſimiliter fecimus. In ipſos montes nec ros nec pluvia deſcendit, poſtquam David eos maledixit: & nocturnis horis ſecreto videntur ibi volvi immundi ſpiritus, tamquam vellera lanæ vel undæ maris. 40 *Montes Gelboë.* *

xxxii. Deinde viantes ad latus, venimus in civitatem, quæ dicitur Heliopolis, in loco(41) ubi Sampſon fortiſſimus cum maxilla aſini mille occidit viros, ex qua maxilla ipſo orante aqua profluxit, qui fons 41 *Fons Sampſonis.*

usque in hodiernum diem loca illa irrigat: nam in loco ubi surgit, fuimus. Deinde venimus inter templum & altare, ubi occisus est Zacharias, & ubi requieſcit. Inde venimus ad locum ubi Isaias Prophepheta de lignea serra secatus est: & ipse jacet ibi sub quercu Rogel iuxta aquarum decursum: & ipsa serra pro testimonio posita est ad S. Zachariam. Et inde venimus ad locum ubi Abacuc Propheta prandium ferebat messoribus, quando eum Angelus per verticem tenens, duxit in locum ubi Daniel inter leones orabat: & ibi surgit fons, ubi Philippus baptizavit Eunuchum. In ipsis sunt putei quos foderunt Abraham & Isaac, & appellarunt calumniam.

Sepulcra Zachariæ & Isaiæ.

Ascalon.

xxxiii. Inde ingressi sumus Ascalon. Ibidem est puteus Pacis, in modum theatri factus, in quo usque ad aquam descenditur per gradus, ubi requieſcunt (42) tres fratres Martyres: propria quidē habent nomina, sed vulgariter Ægyptii vocantur. Milliario à civitate, Herapia est, civitas Maxoni Ascalonitæ. Inde venimus in civitatem Axomates, in qua requieſcit S. Victor (43) martyr. De Mazona venimus usque Gazam milliarium: Gaza autem civitas splendida, delicioſa, homines honestissimi, omni liberalitate decori, amatores peregrinorum. Inde milliario secundo requieſcit (44) S. Hilarion.

42

43

Gaza.

44

45

xxxiv. Inde venimus in civitatem 45 Duaal, in caput eremi, quæ vadit ad Sina montem: in qua ex relatione Episcopi ipsius civitatis unum audivimus miraculum, quod silere non oportet. Puella quædam nobilissima nomine Maria, cum nupta fuisset, ipsa nocte nuptus sui mortuus est spōsus ejus: ipsaq; hanc rem patienter portavit, & infra septimanam omnia sua distribuit pauperibus. Celebrato die septimo, nocte ipsâ veste sponsi sublatâ, inventa non est: de qua dictum est nobis quia esset in eremo trans Jordanem, inter calameta vel palmeta ante nos in finibus Segor in mari Salinarum: in quibus locis invenimus monasteria xv vel xviii puellarum, quæ Christiani populabant: quæ habebant asellum qui eis cibaria deferebat, & nutriebant leonem terribilem ad videndum. Cumque appropinquassemus cellulæ, omnia animalia quæ erant nobiscum * à rugitu illius minxerunt, & in terram corruerunt: & dicebatur nobis quod ipsum asellum leo ipse gubernaret in pascuis: quem offerebant nobis pro centum solidis. Sed Pater Antoninus suscipere noluit, sed misit in Ierusalem cito, & adduxit eis ternas tunicas & oleum ad luminaria, & legumina multa. Et ipsæ nobis dixerunt de virtutibus Mariæ, cujus superius mentionem fecimus, quæ ambulaverat in Hierosolyma, sola portans legumina, sportellas plenas & tunicas; quas ei cupiebant auferre, sed nullus eam invenire potuit: (46) attamen de iis quæ secum duxit de eremo, nihil reportavit revertens. Cujus afflictionem vel ploratum nulla ratione consolari potuimus: sed tantum sæpius dicebat flens; Væ mihi miseræ! cujus causa me dico Christianam?

De Maria solitaria.

Leones monialium ministro.

*

46

xxxv. Proficiscentes de Eulatia introivimus eremum milliario xx, in quo est castrum ubi est xenodochium S. Georgij, in quo habent transeuntes vel eremitæ refugium vel stipendia. Inde intrantes interiorem eremum, venimus ad locum, de quo dicitur in Psalmo, Terra fructifera in salsugine (id est, in amaritudine) animalia habitantium in ea. Et ibi vidimus homines rasos, fugientes cum camelis. Nam & in Hierosolyma vidimus homines ex Æthiopia, habentes fissas nares * & aures, caligulas calceati, & per digitos in pedes annulos missos. Interrogavimus quare sic, & dixerunt: quia Traianus (47) Imperator signum hoc nobis reliquit.

Via ad eremum.

*

47

xxxvi. Ambulantes per eremum dies vi, camelis nobis aquam portantibus, sextarium mane & sextarium vespere dabatur per hominem quotidie: amarescente aqua in utribus per modum fellis, mittebamus in eam * arenā, & dulcorabatur. Familiæ autem Saracenorum & uxores eorum venientes de eremo . . . . in via sedentes depositā sarcina, petebant panes à transeuntibus: & veniebant viri earum de interiori parte eremi, adducebantq; utres cum aqua frigida, & accipiebant sibi panes, & adducebant restes cum radicibus, quarum odor suavissimus super aromata, & dies festos suos celebrabant. Populus autem qui per majorem eremum ingrediebatur ad explorandum, numero xii * millia sexcenti.

Festum Saracenorum in ea erantium.

*

xxxvii. *Perambulantes eremum octavo die venimus ad montem Domini Horeb; & inde moventes ut ascenderemus montem Sina, ecce multitudo monachorum eremitarum cum Crucibus psallentes obviaverunt nobis, & prostrati in terram adoraverunt: simili modo & nos fecimus, & lacrymavimus. Tunc introduxerunt nos in vallem inter Horeb & Sina, ad cuius montis pedes est fons, ubi Moyses adaquabat oves, quando vidit rubum ardentem: qui fons est incluſus infra monasterium, in quo sunt tres Abbates, scientes linguas, id est Græcam, Latinam, Syram, Ægyptiacam & (48) Bessam. Inde venimus ad spelunCam, ubi absconditus fuit Elias Propheta, quando fugit Iezabel mulierem perfidam. Ante ipsam spelunCam surgit fons, qui irrigat ipsum montem.* Inde ascendimus summum cacumen montis, in quo est oratorium modicum, habens longitudinem sex pedum, similiter & latitudinem; in quo manere nullus præsumit; sed orto iam die ascendunt monachi de supradicto monasterio, & celebrant ibi Officium: in quo loco pro devotione multi tondent capillos suos & barbam: nam & ego totondi ibi barbam meam.

Horeb & Sinai montes.

48

xxxviii. Mons vero Sina petrosus est, raro habet terram, & in circuitu ejus cellulæ multæ servorum Dei. Similiter & in Horeb, & in parte illius montis habent Saraceni idolum * suum marmoreum positum, candidum tamquam nivem: ibi & permanet Sacerdos eorum, ipsorum indutus dalmatica & pallio lineo. Quando venit tempus festivitatis eorum, percurrente luna, antequam egrediatur à festo ipsorum, incipit marmor illud mutare colorem: & quando cœperunt adorare idolum, fit marmor illud nigrum tamquam pix: completo tempore festivitatis eorum, revertitur iterum in pristinum colorem, unde valde miratus sum.

Idolum Saracenorum.

*

xxxix. Inter Sina & Horeb est vallis, in qua certis temporibus ros de cælo [cadit], quem manna appellant, & coagulatur, & fit tamquam granum masticis: & habent inde plena dolia, & dant aliis pro benedictione, & nobis dederunt sextarios quinque: ex quo & perdite bibunt, & nobis dederunt bibere. Nam & in ipsis montibus leo & pardus *, capreæ & burdones simul pascunt: & ex eis nullus læditur à leone, propter eremi vastitatem. Et quia jam se complebant dies festi Ismaëlitarum, præco exiit ut nullus subsisteret per eremum, per quam ingressi sumus; [sed] alii per Ægyptum, alii per Arabiam reverterentur in civitatem sanctam.

Vallis ibidem.

*

xl. De monte Sina usque in Arabiæ civitatem quæ vocatur (49) Abela, sunt mansiones vii: in Abela autem descendentes naves de India cum diversis aromatibus, visum est nobis per Ægyptum reverti. Et venimus in civitatem in qua pugnavit Moyses cum Amalech: ubi est oratorium, cujus altare positum est super lapides illos, quos posuerunt Moyse orante. In loco ipso est civitas munita de lateribus, locus sterilis valde propter aquas. Ibi occurrerunt nobis mulieres cum infantibus, palmas in manibus portantes, & ampullas cum rafano oleo, [quæ] prostratæ pedibus nostris ungebant plantas nostras

49

Amalech.

Madian.

noſtras & capita noſtra, lingua Ægyptiaca pſallentes Antiphonam: Benedicti vos à Domino,& benedictus adventus veſter, Hoſanna in excelſis. Ipſa eſt terra Madian, & ipſi habitantes in ea civitate. Dicitur autem quia ex familia Jethro, ſoceri Moyſis, deſcendunt LVIII (50) condomæ, militantes in publico cum uxoribus ſuis annonam, & veſtes accipientes ex Ægypto. 50

XLI. De quibus locis venimus Magdalo (51) & Sochot & ad LXX palmas & ad XII fontes; & applicuimus ibi per duos dies, fatigati per tantum laborem & eremi vaſtitatem: in quo loco eſt caſtellum modicum quod vocatur (52) Surandela, & eſt infra ipſum caſtellum eccleſia cum xenodochio, propter tranſeuntes. *Inde venimus ad locum ubi filij Iraël tranſeuntes mare rubrum caſtrametati, & ibi ſimiliter caſtellum cum xenodochio: & in loco quo exierunt de mari eſt oratorium Eliæ.* Et tranſeuntes venimus in locum ubi intraverunt in mare, ubi eſt oratorium Moyſis. Ibi eſt civitas parva,quæ appellatur (53) Clyſma, ubi de India naves veniunt. In loco ubi tranſierũt * fulgur exit de pelago majori & extenditur in multis millibus, quia acceſſus & receſſus aquæ habetur. Recedente mari apparet omnis ſubmerſio Pharaonis, & omnia arma in marmora *mutata videntur. Ibi accepimus nuces virides,quæ de India venerunt, quas de paradiſo credunt homines eſſe, & qui ex his guſtaverit*, ſanatur. 51 52 *Mare rubrum.* 53 * *Clyſma.* * * *

XLII. Intus autem in ipſo pelago modica eſt inſula, in qua eſt petra viva, ubi pendent * molles, ut carnei, in modum dactylorum, qui fundunt unguentum, quod oleum petrinum vocant, quod pro maxima benedictione tollitur. Vas in quo portatur, ſi impletum fuerit, & volueris reditare ad tollendum, jam non eum capit. In quo loco quanticumque ægroti pertingere poſſunt * ſanantur. Quem [liquorem] tollentes pro benedictione, non eum permittunt iterum introire per Clyſma antequam commiſceatur cum oleo: nam ſi non adulteraretur, credo,quia ipſam virtutem ſemper faceret: nam liquor ipſius tenet [odorem] continuo per duo millia. Infra civitatem ipſam,quæ dicitur Clyſma,intus in baſilica vidimus loculos ligneos ſanctorum Eremitarum Patrum XIIII. *Inſula maris rubri.* * * *

XLIII. Et inde venimus per eremum ad ſpeluncam B. Pauli eremitæ,quæ vocatur Siracumba: quia fons ipſum locum irrigat. Exinde pergentes venimus ad Cataractas (54) Nili, ubi aſcendit aqua ad ſignum manus hominis facta & habet gradus XII: ex utraque parte cataractarum, ſunt duæ civitates, quas ædificaſſe dicunt filias * Loth, & una earum dicitur Babylonia. Inde venimus per campos Taneos & in Memphis civitatem & Antinoum,in qua reſidebat Pharao ex (55)qua filii Iſraël exierunt. In ipſis locis ſunt horrea Ioſeph XII* plena. *Spelunca S. Pauli.* 54 * *Cataractæ Nili.* 55 *

XLIV. In Memphis fuit templum,quod eſt modo eccletia,cujus una porta ſe clauſit * ante Dominum noſtrum, quando B. Maria cum ipſo fugit in Ægyptum, & adhuc non poteſt aperiri. Ibi vidimus pallium lineum, in quo dicunt illum tempore * illo tranſiſſe,& ideirco ibi ejus remanſiſſe veſtigia: quæ imago ibi ſingulis temporibus adoratur, & nos adoravimus,* & propter ſplendorem non potuimus in eam intendere, quia quantum in ipſam intendis immutatur in oculis tuis. *Memphis.* * * * *

XLV. Deſcendentes per Ægyptum,venimus in civitatem (56) Alepi ad S. Mennatum (57): qui multas virtutes ibi operatur. Inde per ſtagnũ navigantes Alexandriam venimus: in ipſo ſtagno vidi multitudinem crocidolorum. Alexandria civitas eſt pulchra, populus levis, ſed amatores peregrinorum, hæreſes multæ. Ibi & requieſcit Athanaſius, ipſius civitatis Epiſcopus, qui, contra Arium ipſius civitatis Presbyterum hæreticum pro fide Chriſti certando, multa pericula mortis ſuſtinuit, temporibus Conſtantii [filii]Imperatoris Conſtantini, Helenæ filii. Ibidem requieſcit S. Fauſtus & S. Epimachus, & S. Antonius vel S. Maurus (58) & alia multa Sanctorum corpora. 56 57 *Alexandria.* 58

XLVI. Iterum venimus Hieroſolymam, ubi ego ægrotus per multum tempus jacui, uſque dum vidi per viſionem S. Antonium & B. Euphemiam, qui me pariter ſanaverunt. Egreſſi de Hieroſolyma venimus Ioppen, ubi jacet S. Thabita, quæ dicitur Doreas. Deinde Cæſaream Philippi(59),quæ Turris Stratonis, quæ & Cæſarea Paleſtinæ vocatur, in qua requieſcit S. Pamphilus, & S. Procopius, & S. Cornelius, ex cuius lecto benedictionem tuimus. Inde per Galilæam aſcendimus & venimus Damaſcum, vbi eſt monaſterium, ubi S. Paulus converſus eſt, in vico qui vocatur Rectus, ubi multæ virtutes fiunt. Deinde Heliopolim, & inde venimus Emiſſam, ubi eſt caput S. Ioannis Baptiſtæ in dolio vitreo: & nos ibidem ipſum vidimus & adoravimus. Et inde tranſeuntes per civitates, hoc eſt, Ariſſam Ariſtolam, Piphaniam: venimus in civitatem ſplendidiſſimam Apamiam, in qua eſt omnis nobilitas Syrorum. *Ioppe.* *Cæſarea.* 59 *Iter per Syriam.* 60

XLVII. Inde exeuntes venimus Antiochiam majorem, in qua requieſcit ſanctus Babylas Epiſcopus & tres parvuli, & S. Iuſtina, & Iulianus & fratres Machabæi, hoc eſt, VII ſepulchra, & ſuper uniuſcujuſque ſepulchrum ſcriptæ ſunt paſſiones eorum. Exinde deſcendimus Meſpotamiam in civitatem Chalcidam. Inde venimus Carram, ubi natus fuit Abraham. Et inde venimus in civitatem Barbariſſum, ubi requieſcit S. Bacchus (61), frater S. Sergii. Inde venimus in civitatem Suram, per quam mediam deſcendit Euphrates, qui ibidem per pontem tranſitur. In ipſa civitate paſſi ſunt S. Bacchus & S. Sergius, qui requieſcit in civitate Tyro. *Antiochia.* *Armenia.* 61

XLVIII. Inde tanta alia vidimus loca,in miraculis poſita, reverſi poſt nos per multa caſtella, per plateas, vicos, villas, vel civitates. Fatigati ex tam longo itinere cœpimus iter carpere tranſeuntes mare, & venimus in Italiam adjuvante Domino Ieſu Chriſto,pro cujus amore ab hoc loco egreſſi pervidere ivimus tanta ejus mirabilia, quæ ipſe inter homines habitans fecit,vel quæ ante tempus incarnationis ſuæ olim per Patriarchas & Prophetas ſuos fecerat; viventes, ovantes venimus Placentiam, civitatem noſtram, poſitam ſuper fluvium, qui dicitur [Padus] infra jam dictam Italiam. *Reditus Placentiam.*

ANNOTATA.

1. *MS. Tornacenſe* Collega ſuo: *ſed patet ex contextu num.* 7. *plures à ſcriptore induci ſocios itineris: ideo MS. Vaticanum ſequi hic malui.*

2 *Scivitne hic ſcriptor* Conſtantinopolim & Cyprum *pari intervallo diſtare ab* Italia: *& in* Syriam *quidem recta ituris præternavigandam* Cyprum; Conſtantinopolim *vero illis non magis neceſſariam eſſe quam Bruxellæ ſint ei qui Antverpiæ moratur,ut Gandavo Brugas perveniat?*

3 *Nullam ad* Tyrum *inſulam norunt Geographi, ac ne alibi quidem, quæ vocetur* Santaricus *vel ſimili aliquo nomine.*

4 Caſtra Samaritanorum *æque ignotæ appellationis ſunt.* Sunam *autem, hic* Sugamia, *unde mulier* Sunamitis, 10 *milliaria horaria ut mininum diſtat* Ptolemaide, *nec modicè abeſt à monte* Carmelo, *ſaltem ea parte quæ* Prophetæ *creduntur habitaſſe.*

5 *Neſcio an* jactus *nomine, aborſum intelligat: modicam*

dicam concipi oportet, quæ ſuſpendatur mulieri vel animali: ſed cauſam portentoſi ſonitus reddi, quia ſolida eſt, *tam eſt incongruum, quam ſi dicatur facile geſtari, quia gravis: nam ut ſonum reddat petra, cavam eſſe convenit, non ſolidam.*

6 Neocæſarea *Galilææ nulla eſt, ſed in extrema Syriæ parte ad radices Tauri montis una, à finibus Galilææ plus quam* 100 *milliaribus diſtans, ſed nec* Cælaream Philippi, *ad Iordanem ſitam in Galilæa, cogitare hic congrue poſſumus; diſtat enim à Ptolemaide triplo longius quam* Cana, *ad quam tamen ducere hic ſupponitur.*

7 *Colitur* S. Leontius *celeberrimus martyr, Tripoli in Syria paſſus* 18 *Iunij: hinc facile eſt nomen urbis, quod exciderat ſupplere: non item facile divinare, quid ſcriptorem moverit, ut à* Cana *Galilææ, unde porro verſus mare Galilææ & loca Chriſti prædicatione ac miraculis illuſtria aſcendere mos ferebat peregrinorum, vel ad Nazareth ac montem Thabor deflectere; non, inquam apparet quid eum moverit, ut à* Cana *flectat narrationem in Boream milliaribus plus quam* 30, *ad perluſtrandam Phœniciæ maritimam, à Tripoli uſque Tyrum, quo primum appulerat.*

8 *Terræ motus horrendi anno Iuſtiniani* 27, *Chriſti* 553 *meminit Baronius, additque ex Agathia, non ſolam Conſtantinopolim fœde concuſſam, ſed &* regiones Orientis & civitates ſolo æquatas, ut inter alias Berythum in Phœnicia.

8 Biblum *intelligo, media inter Tripolim & Berythum via: ſed* Tanim *nullam novi extra Ægyptum, nec reperio quidquam quod huc flectam in tota veteri Geographia.*

10 *Cum* Studium litterarum *legis pro* Academia, *agnoſcis phraſim, credo, vix antiquiorem* x i *ſeculo.*

11 *Nec Aſclepium fluvium antiquitas novit: inter Sidonem autem & Tyrum* Eleutherus *decurrit, ex Libano defluens.*

12 *Licet Placentinus ſit ſcriptor, qui proinde poſſet milliaria numerare æſtimatione Italica, ut tria æquivaleant uni leucæ horariæ; apparet tamen ex toto contextu, eum numerare milliaria horaria, ſicut etiam faciunt alij rerum in Terra ſancta geſtarum ſcriptores.*

13 *Quid ergo de Chriſto Nazarethani quærebant*, Ioan. vii, Quo modo hic litteras ſcit, cum non didicerit?

14 *Id eſt*, hominis proceri: Talea *autem pro longitudine, vox eſt accepta ex vernacula Italorum lingua* Taglia, *Francis* Taille.

15 Samaria *urbs mediterranea, diſtat à mari Tiberiadis duplo longius quam ipſe mons* Thabor: *neque hæc, ſed civitas vicina* Sichar *poſtea dicta eſt* Neapolis. *Cum ergo Ioannis* 4 *dicitur*, venit Ieſus ad civitatem Samariæ quæ dicitur Sichar; *accipitur Samaria, non pro ipſa civitate, ſed pro toto eo territorio, cujus caput erat* Samaria.

16 *Vt ad hos fontes veniretur, remetienda erat tota fere Galilæa ſuperior, per ſpatium horarum circiter* 20.

17 Gadaram *prope lacum Genezareth novi:* Gabaon *unicum ſacra littera nominant in tribu Benjamin prope Ieruſalem, longe à dicto lacu.*

18 *Quinque ut ſummum horarum iter eſt Gadara* Scythopolim, *proinde in tam brevi ſpatio non potuit quis multas urbes tranſiſſe.*

19 *Vt* Sebaſtæam *id eſt Samariam veniatur, nec unus quidem Iudææ locus attingendus eſt; ad hanc autem primum venitur, poſt emenſam totam regionem Samaritanorum.*

20 *Videtur ſupponere auctor, quod totam regionem jam dictam Iudæi tenerent, & quidem tam ſcrupuloſi contra Chriſtianos, ut ſequitur.*

21 Comparare, *Italis proprio idiotiſmo*, emere, *vulgo* comprare, *unde* Compra, *emptio.*

22 *Oedipo eget hic locus: ſuſpicor indicari forum rerum venalium, extra vicos poſitum pro Chriſtianis emere volentibus, ubi illis reſponſum faciant Iudæi, ne eorum ingreſſu immundæ fiant habitationes ſuæ. Sed quis talia unquam Iudæis affinxit?*

23 Non *ad Iordanem eſt* Mons Hermon; *ſed alius major in Cœleſyria, continuatus cum Libano; alius minor in Galilæa, ad Torrentem Ciſſon, haud longe à Thaborão monte, trans torrentem poſito.*

24 De S. Sophia *Conſtantinopolitana forte inaudiverat aliquid ſcriptor, quod inde Hieroſolymam tranſtulit.*

25 *Integri diei itinere* locus Baptiſmi *diſtat à* Torrente Carith. *Eſt tamen veriſimile ſatis, ad locum memoria abſconditi quondam ibi Eliæ celebrem aliquando habitaſſe Eremitas. An etiam quod Elias, uſque adeo tunc abductus à notitia hominum, ut neceſſe habuerit à corvis paſci, eos ibi collegerit, volens poſt ſe relinquere monaſticæ vitæ ſucceſſores, ut dicitur in libro de inſtit. monachorum? Credat hoc, qui poteſt credere Græcum eſſe auctorem, qui in voce* Carith *myſticam hanc ſignificationem reperit, quod* Elias ſedit in Torrente Carith, qui eſt contra Iordanem: quia in Carith, id eſt, in Dei Caritate, eum dividente à Iordane, id eſt, à peccatorum deſcenſione, ex tunc ſemper extitit.

26 *Totam regionem ſecundum Iordanem, quam longe fluit a ſuis fontibus uſque ad mare mortuum, occupaverunt tribus Ruben & Gad cum dimidia tribu Manaſſe, ſed nuſquam leguntur inveniſſe civitatem* Salamiada: *Verum Antonini Imperatoris itinerarium* Salaminiadam *habet procul inde, inter Ocoram & Emiſſam Cœleſyriæ urbes.*

27 *Econtra ex lib.* 2 *Regum cap.* 18 *ſcimus pugnam inter exercitus David & Abſalon commiſſam eſſe* in Saltu Ephraim *in Galaaditide, haud longe à mari Tiberiadis, ibique occiſum, & ſub acervo lapidum ſepultum Abſalonem eſſe.*

28 *Diceres* Mare mediterraneum, *per quod Alexandrini navigantes ſtationem capiunt in aliquo Paleſtinæ portu, puta Ioppe, confundi à ſcriptore cum* Mari mortuo, *nullam cum altero communicationem habente; adeo ut impoſſibile ſit, Alexandrinorum naves aſcendere ad locum Baptiſmi Dominici.*

29 *Abundat hic numerus centenarius: nam* 30 *ſufficere re ipſa patet.*

30 *Si ſenſus eſt, dactylos, qui ibi naſcuntur, unius libræ ſingulos eſſe, ceteris ſabellis eos adnumeres licet.*

31 *Imo ad meridionalem plagam reſpectu Iericho ſitæ fuerunt* Sodoma & Gomorrha.

32 Barrideum, *nomen hactenus ignotum Terræ ſanctæ ſcriptoribus.*

33 Abraham *non percuſſit* Amalec, *ſed* Saul: *victoria autem a qua revertebatur Abraham, relata fuit de quinque Regibus, qui victo Rege Sodomorum & ſocius ejus nepotem Loth captivum ducebant.*

34 *Variæ variis diebus* Theodotæ Martyres *coluntur à Græcis, nec facile eſt divinare, utrum harum aliquam vel aliam diverſam intelligat auctor.*

35 *Nullam hoc nomine uxorem habuit* Iuſtinianus, *nec* Theodora, *quam habuit, Hieroſolymas unquam venit: ſed intelligenda eſſet* Eudocia, *uxor Theodoſii junioris, de cuius in Terra ſancta rebus geſtis & ædificiis ſacris licebit multa legere apud antiquos; uti & hoc, quod mortuo conjuge eôdem reverſa, ſepulta ſit in eccleſia S. Stephani.*

36 *Aſt diverſiſſimæ civitates ſunt* Dioſpolis (*alias Lidda ac Ramula*) *&* Azotus *hæc enim ad mare ſita eſt in finibus Dan ad meridiem, illa vero in ejuſdem Tribus finibus Borealibus mediterranea.*

37 *Neque* Yſitium, *neque* Heſychium Sanctum *aliquem novi, de quo hic locus poſſit intelligi.*

38 *Expunctis* xx, *ſufficiet reliquiſſe* iii.

39 De David *ex Menæis conſtat.* Iacob *una cum ceteris progenitoribus Chriſti feſtum habet Dominica ante Natalem Domini, ſicut ad Ephemerides Græco-moſcas docui.*

40 *Lib.*

40 *Lib.*1 *Regum cap.*17 *Goliathi cædē deſcribit, factam* in valle Terebinthi, *ubi caſtrametatus erat Saul contra Philiſtæos, habentes caſtra ſua* inter Sochot Iudæ & Azeca in finibus Dommim, *quæ omnia loca ſunt media via inter Ieruſalem & Ioppe, à montibus Gelboe, procul inde ad Euroboream ſitis, plus quam* 20 *leucis.*

41 *A* valle Terebinthi *uſque ad* Civitatem ſolis, *cui propinquus eſt* fons Sampſonis, 10 *circiter leucæ extenduntur verſus meridiem, & hinc cetera ſatis commode ſequuntur, niſi quod iterum auctor recurrat* Hieroſolymam, *propter Zachariam & Iſaiam.*

42 *Menæa ad* 6 *Aprilis meminerunt duorum Martyrum Aſcalone paſſorum, poſt factam memoriam* Sanctæ Platonidis: *quam Baronius in hodierno Romano pro viro accipiens, duobus Aſcalonitis Martyribus junxit.*

43 *Neque* Victorem Martyrem, *qui huc ſpectare poſſit, ullum novi: neque* Herapiam, Axomatem, Mazonam *civitates; niſi forte ultima eſt* Majuma, *quæ* Gazæ emporium *nominatur à S. Hieronymo in Vita Hilarionis.*

44 S. Hilarionis monaſterium ſeptimo à Majuma milliario, *id eſt duabus ac ſemileucis, idem Hieronymus conſtituit, cui certior fides adhibenda.*

45 Dunaal *urbs, & quidem Epiſcopalis, in tota ſacra ac profana geographia nulla eſt; uti nec* Eulatia *aliqua, ad introitum eremi,* Capite *ſequ. nominata*

46 *Nullum commodum ſenſum ex ultima huius Capitis parte hactenus elicere potui conjectando; nec magni refert, quia talis* Maria *nuſquam inter Sanctas nota eſt.*

47 *Nihil juris* Trajano *in* Æthiopes *fuit, neque bellum cum iis: fiſſa igitur ejus juſſu aures & nares Æthiopum pro fabula haberi debent.*

48 *Quid ſi pro* Beſſa lingua, *legas* Perſam *ſeu* Perſicam? *Nam* Beſſi, *exiguus olim in Thracia populus, & eo quo hæc compoſita ſunt ævo ſub tali nomine non amplius notus, non videntur huc potuiſſe irrepere per aliquem ipſius auctoris errorem.*

49 *Debere hæc civitas* Abela *concipi ad mare rubrum, haud longe à Meca: ſed nec ibi, nec alibi in tota Arabia, nomen iſtud apud Geographos veteres novoſque reperitur: bene autem in Madianitide & ad lacum Genezareth, vel* Abila *in Cœſyria, unde* Abilina Tetrarchia *nomen ſumpſit.*

50 Concoma *videtur hic ſcribi pro* Familia.

51 *Hic iterum loca diſparatiſſima conjungere videtur auctor: necdum enim pervenerat ad Elim, ſextam Stationem Iſraelitarum ubi erant* 70 palmæ & 12 fontes, *ut dicitur Exodi* 15, *cum loquitur de* Magdalo *& Socoth, urbibus Ægypti, ad quas iidem Iſraelitæ conſtiterunt antequam tranſirent mare rubrum.*

52 *Novimus ibi deſertum Sur, ſed* caſtellum Surandela, *neſcio unde hic ſcriptor acceperit.*

53 Cliſma *præſidium Ægypti ad mare rubrum Ptolomæo eſt, hoc circiter loco: quare correxi nomen in Ms. Tornac. expreſſum hic & infra* Diſma, *quod nuſquam eſt.*

54 Speluncam S. Pauli *ad* 28 *gradum altitudinis collocat Roſweidus è regione Antinoi: ab hac uſque ad* Nili Catarrhactas, *in Æthiopia ſub gradu* 22 *ſitas, opus eſt itinere leucarum, ut minimum* 120; *hic vero ſcriptor ad* Babylonem *eas collocat, longe infra* Antinoum *leucis circiter* 40: *deinde cetera omnia loca Ægypti, quæ nominat, ſic permiſcet, nullo ſervato ſitus eorum ordine, ut palam facia: Ægyptum numquam à ſe conſpectam; ſed civitatum nomina in chartam conjecta, prout alibi lecta ſe memoriæ offerebant. Mox enim per Campos* Taneos *veniſſe ſe dicit* Memphim & Antinonum: *atqui jam in Æthiopia aut ſaltem ſuperiori Ægypto eramus, unde deſcendenti occurriſſet* Antinous, *tunc* Memphis, *ac denique in infima Ægypto* Tanis.

55 Pharaones *Ægypti Reges Memphi aut Babylone habitabant, longe infra* Antinoum, *quam Hadrianus Imperator ædificavit. Filii autem Iſrael egreſſi ſunt de ea quæ ſibi conceſſa fuerat terra Geſſen, inter Ægyptum & Syriam.*

56 *Quo iterum rapimur?* Alepum, *antiquis dicta* Hierapolis, *urbs Syriæ & quidem regia eſt: hinc vero* Alexandriam, *Syriæ ejuſdem urbem maritimam, iter, ſed terreſtre eſt, leucarum circiter* 18. *Hanc vero noſter homo confundit cum* Alexandria Ægypti, *tantum diſſita, quanta eſt latitudo totius Syriæ atque Ægypti.*

57 S. Menas *Martyr, qui colitur* 11 *Novembris, Ægyptius quidem patria fuit, ſed Cotyæi in Phrygia paſſus. Alius vero hujus nominis Martyr, Alexandriæ in Ægypto decollatus, cum ſociis Hermogene & Eugrapho, corporibus mari merſis allatus eſt Byzantium, ibique celeberrimum cultum habet* 10 *Decembris.*

58 *Quomodo ſupra per loca, ita nunc per corpora Sanctorum evagatur auctor.* S. Fauſtus, Diaconus *S. Dionyſii Epiſcopi Alexandrini, vere huc ſpectat & colitur* 19 *Novembris, paſſus ſub Diocletiano.* S. Epimachus, *paſſus quidem Alexandriæ etiam eſt, ſed corpus Romam tranſlatum, uti* 10 *Maji diximus, in medio relinquentes veteremne an novam Romam, id eſt Conſtantinopolim oporteat intelligere.* S. Antonii *corpus ſub Iuſtiniano repertum translatumque Alexandriam, ſub Heraclio allatum eſt Conſtantinopolim, atque inde in Viennenſem Galliæ diœceſim ſeculo* X *ſub Lothario II.* Pro S. Mauro, *Ægyptiis ignoto, legendus forſitan* S. Macarius Alexandrinus, *S. Antonio ſub diſiunctione junctus, utpote ejuſdem profeſſionis cum eo.*

59 *Medio ævo, cum jam* Cæſarea Philippi *diceretur* Paneas, *& extra Palæſtinam non alia quam* Cæſarea Cappadociæ *noſceretur, confuſam fuiſſe nomenclaturam hujus urbis, patet etiam ex Ioanne Phoca, qui hanc ipſam* Palæſtinæ Cæſaream *cognominavit* Philippi.

60 *Videntur hæc nomina ſic reſtitui poſſe, ut pro* Ariſſa, Lariſſa; *pro* Ariſtola, Arethuſa; *pro* Piphana, Epiphania *legantur, civitates Syriæ, ſicut & Emeſa inter* Heliopolim *&* Apameam. *Ita tamen hæc loca vicina inter ſe ſunt, ut recto itinere non occurrant, ſed grandi utrimque excurſu opus ſit.*

61 Bacchus & Sergius *fide, non ſanguine fratres, ſub Maximiano in Armenia paſſi, coluntur* 7 *Octobris. Ex his* Bacchus *ſecundum Latina Acta apud Mombritium,* Barbaryſi *capite plexus dicitur: hæc autem videtur eſſe* Arabiſſus *ſub Metropoli Melitena, haud longe à Comana Cappadocia; nec ita longe, interjecto Tauro monte, in Provincia Euphrateſia eſt* Sergiopolis, *à* S. Sergii *cultu & corpore nomen adepta.*

Hic vero abductus quidem eſt in caſtellum Surorum, *quo nomine* Sura *ad Euphratem intelligitur, inter Chalcidem & Carram, ſed denique martyrium conſummavit in* caſtello Chuzaphata, *quod ab eo deinde creditur nomen* Sergiopolis *recepiſſe. Itaque hæc quidem omnia male conſuta ſunt, ex male intellectis Sanctorum iſtorum Actis: indicant autem magnam ignorantiam auctoris, qui ex* Carra *Meſopotamiæ in* Arabiſſum *Armeniæ deſcendens, ſpatio leucarum circiter* 100, *rurſum ab* Arabiſſo *revolat* Suram, *pari omnino intervallo: nam* Carra *&* Sura *ſatis vicinæ urbes ſunt. Deinde neſcio quid infert de* Tyro *Phœniciæ urbe, tantumdem diſtante ab urbe* Sura *Occidentem verſus, quantum ab eadem* Sura *diſtat* Arabiſſus *ad Septentrionem. Ms. Tornacenſe, cujus ſolius integrum ecgraphum habeo,* S. Georgium *perpetuo appellat, pro* Sergio. *Sed hunc errorem libenter excuſavero, propter utriuſque nominis inter ſe facillime commutabilis affinitatem.*

Ignoſce, Lector, quod poſt auctorem adeo gravem, pium, elegantem, qualis eſt Ioannes Phocas, *volnerim te fatigare inconcinna hac* Placentini *ſcriptoris balbutie, nullo ſtylo, nullo ordine, nulla veriſimilitudinis cura conjungentis vera falſis, affinia diſparatis.*

Oportuit utrumque integre legendum exhibere, ut ſicui fuerit hactenus ſuſpectus Phocas, *quia à me laudatus; non ſuſpectus* Antoninus, *quia ſibi favens; is nunc,*

collato inter se utroque, non mihi sed oculis suis atque judicio credat. Credet certe, cui tam vacuus à præjudiciis erit animus, ut de Antonino *dubitare possit. Potuit* R.P. Fr. Ioseph Ignatius à S. Antonio, Carmelita Discalceatus Gallobelga, ex illustrissima familia Toparcharum de Rebec oriundus, *laudatusque in præfatione ad Tom.* 12 *Spicilegii Acheriani, velut* longe eruditissimus & antiquarum rerum peritissimus: *qui ante hos novem annos istud qualecumque Itinerarium sua manu transscriptum Tornaco misit, quærens quid tandem de auctore sentirem, qui ipsius judicio neque posset fuisse tam antiquus, quam præfert* S. Antonini Martyris Placentini *titulus; neque videretur esse tam novus, quam suggerebat tertia quartave à principio linea, ubi legebatur* Antoninus in quibus locis per Regnum conatus est ire, *intelligendo* Regnum Neapolitanum, *per quod ab urbe Placentina usque ad extremam Italiam iter alioqui erat ituro in Orientem.* Regnum *enim, ajebat, hoc sensu sumitur pro magna Græcia, seu reliqua post Romam Italia; & sic primum appellari cœpit seculo* XII: *necesse est autem uno ut minimum seculo citius scriptum Itinerarium fuisse; cum nulla mentio uspiam fiat Latinorum, qui in Syria eo tempore essent, vel antea aliquando fuissent, nulla etiam alicuius in Carmelo monasterii.*

Respondi ego, idemque nunc censeo, decimi vel undecimi seculi scriptum istud videri, tum ex styli barbarie, tum ex aliis adiunctis; sed pseudepigraphum: idque non tantum quia se Antonini Martyris *socium facit, & illum qui Miles fuit, transformat in Presbyterum vel monachum,* Patrem Antoninum *appellando cap.* XXXIV: *sed maxime, quia se dicit socium itineris, quod non potuit nisi somnians fecisse: quo fit ut taceat de celebrioribus, quæ in Terra sancta antiquitus fuerunt & tunc adhuc erant, monasteriis, puta Sabæ, Charitonis, Euthymii, Gerasimi, Theodosii, Calamonis, Chozebes; de aliis vero non nisi incerta quædam & sæpe fabulosa percurrens, nihil nos docere posit circa statum monasticum in Oriente, pro illo quo vixit & scripsit seculo, quantumcumque dilato.*

INDEX SANCTORUM

AD TOMUM SECUNDUM MAII

A V DIE AD XI INCLVSIVE.

A.

10 Acacius Martyr in Mysia inferiore *ex Martyrologiis* 557

11 Achilles Martyr Romæ *ex Martyrologiis* 625

6 Acuta martyr Mediolani *ex Martyrologiis* 101

8 Agathius miles Byzantii. Acta, cultus, Ecclesia: Translatio corporis 291, 292. Acta martyrii *ex Ms. Græco, cap.* 1 Professio constans fidei Christianæ. Verbera illata 203. *cap.* 2 Byzantii facta conversio multorum, Angelorum visitatio & medela, dira flagellatio & capitis abscissio 296. Acta Græca *ex Ms.* 762

11 Agatumber Ep. Metensis, *ex Martyrologiis* 632

7 Albertus Agricola apud Bergomenses, Cremonæ mortuus. Cultus sacer. Res gestæ *ex Bartholomæo de Peregrinis & Mario Mutio* 281

7 Alexius Martyr in Africa, *ex Martyrologiis* 136

7 Alla Martyr in Africa, *ex Martyrologiis* 136

11 Aloysius Rabata Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo 709, ubi Commentarius prævius ad querelas quorumdam RR. PP. Carmelitarum de nostro Martio & Aprili à pag. 709 ad pag. 717, & in Appendice 846 & seqq. Virtutes & miracula *ex Processibus anno* 1535 *&* 1573 *formatis. cap.* 1 Vita, obitus, & cultus 718, *cap.* 2 Miraculosæ curationes primo processui junctæ 720. *cap.* 3 Miracula in 2 processu notata 721

10 Alphius, Philadelphus, & Cyrinus fratres Martyres Leontinis in Sicilia. §. 1 Cultus horum apud Græcos & Siculos 502. §. 2 Tempus martyrii & locus natalis 503. §. 3 Acta quæ & qua fide scripta 504. Acta interprete Silvestro Sigona Leontino. Epistola hujus ad Episcopum Syracusanū, ejusque responsum 506. Præfatio ad Ioannem Brachifortē Comitē Mazarhini 507. *Pars* 1 auctore anonymo interpolata. *Caput* 1 Edictum contra Christianos. Animi ad patiendū parati. *Cap.* 2 Captivitas Sanctorū: ex quibus Onesimus & Erasmus occiduntur Puteolis, ceteri in Siciliā abducuntur 509. *Cap.* 3 Ducuntur Tauromenium, miracula in itinere, conversio militum 511. *Cap.* 4 S. Tecla, accessu Sanctorū ad se liberata à paralysi, XX milites martyrio coronati 513. *Cap.* 5 Cæsi ac laniati à S. Andrea sanantur, & post clavatos calceos, fame necandi ab eodem pascuntur 516. *Cap.* 6 Varia tormenta Sanctis illata. Iudæi converi & lapidati 518. *Cap.* 7 SS. Alexandri & Epiphanes conversio, & consultatio cum Sanctis fratribus 520. *Cap.* 8 SS. Teclæ & Iustinæ erga Sanctos officia, Alexandri secessuri acta 524. *Cap.* 9 Alexandri secessus. Sanctorum fratrum mors & sepultura 526. Eadem Græce *à p.* 772 *ad* 778. *Pars* 2 Suspecta tota. Auctore eodem. *Cap.* 1 Epiphanæ, Sanctorum exemplis excitatæ, martyrium 528. *Cap.* 2 Martyrii desiderium in Alexandro repressum. Thallalæi obitus 530. *Pars* 3 Similiter suspecta auctore eodem. *Cap.* 1 Agathonis Ep. Liparitani adventus in Siciliam. Alexandri baptismus & ordinatio sub nomine Neophyti 531. *Cap.* 2 Passio SS. Cleonici & Stratonici, Alexandri baptismus & ordinatio 532. *Cap.* 3 Tertylli cædes, persecutionis finis, quæsitæ frustra trium fratrum Reliquiæ 535. *Pars* IV Auctoris recentioris insulsæ fabulosa. *Cap.* 1 Eutropiæ conversio & filiæ ejus Euthaliæ à fratre Serviliano occisæ martyrium 537. *Cap.* 2 Euthaliæ sepultura. Serviliani & sociorum excæcatio, horum conversio, istius pertinacia 541. *Cap.* 3 Virgentinus & alii duo cæci illuminati. S. Neophyti Episcopatus, iter Romam & in Vasconiam 544. Annotata & censuræ 547. *Appendix* Iudæus à lepra sanatus, & conversus, Presbyter ordinatus 548. Translatio Reliquiarum 549

8 Amatus Saludecii in agro Ariminensi 348. Vita auctore Sebastiano Serico. Epistola dedicatoria 348. Prologus 349. *Cap.* 1 Patria, genus, vitæ rigor, contemptus, tolerantia & innocentia 350.

5 Angelus Ord. Carmel. *Cap.* 1 Patria, martyriū 56 *Cap.* 2.

Cap. 2 Honor corpori habitus, eccleſia illuſtrata & Carmelitis tradita. Patronatus Panormitanus 57. *Cap.* 3 Tranſlatio corporis in novam aream 60. *Cap.* 4 Inſtitutio novæ feſtivitatis pro die 16 Auguſti 62. Miracula & beneficia ex depoſitione juratorum teſtium. *Ex Italico Latine reddita optimeque digeſta* 64. *Cap.* 1 Leocatæ anno 1625 contagio ſerpens deprehenditur, Lazaretum inſtituitur, Sancti auxilium utiliter invocatur 65. *Cap.* 2 Ex primo infectorum contagio inficiuntur plures & à Sancto omnes juvantur 67. *Cap.* 3 Alii ſimiliter infecti & liberati: item alii qui ſe infectos diſſimulabant 70. *Cap.* 4 Leocatenſium ob peſtem ſublatam gratitudo miraculis honorata: antiquiora ipſius Sancti erga civitatem beneficia 72. *Cap.* 5 De oleo & aqua ex loco ſepulturæ ſcaturiente, & pluribus, etiam exteris, ſalutari: adiutæ parturientes 74. *Cap.* 6 A periculis maris, piratarum & fluviorum S. Angeli meritis eruti 46. *Cap.* 7 A dæmonibus & beſtiis ferocientibus liberati 79. *Cap.* 8 Periculoſe lapſi, lethaliter ſaucii, & alii moribundi adjuti 81. *Cap.* 9 Hernioſi integritati ſuæ reſtituti 84. *Cap.* 10 Aliæ ſimilium hernioſorum curationes 86. *Cap.* 11 Calculi & veſicæ dolores, item hydropoſis curata 88. *Cap.* 12 Cæci illuminati, paralytici curati 90. *Cap.* 13 Reliquæ curationes 92. In Appendice exhibetur neceſſario dilata Vita, qualis edita fuit *ex Mss. Vaticano & Siculo, per Gononum & Belloroſium*, cum Annotatis prolixis ad ſingula Capita, quibus evincitur auctorem non eſſe Enoch Patriarcham Hieroſolymitanum, teſtem, ut ſe fingit, oculatum. Proteſtatio prævia 798. Epiſt. dedicatoria Thomæ Belloroſii 801. Præfatio auctoris & vitæ epitome coram Epiſcopis 36 relata in Synodo ad Canonizationem 803. *Cap.* 1 Miraculoſa parentum converſio à Judaiſmo, ejuſdem nativitas & infantia 807. *Cap.* 2 Ingreſſus fratrum in Ordinem Carmelitanum & utriuſque prima miracula 812. *Cap.* 3 S. Angeli promotio ad Sacerdotium. Miracula diviſi Jordanis & mortui ſuſcitati: anachoreſis 816. *Cap.* 4 Viſiones & revelationes S. Angelo in diſerto oblatæ 820. *Cap.* 5 Iter S. Angeli Romam, Panormum, Agrigentum 823. *Cap.* 6 Ejus Acta cum Berengario, mors, ſepultura 829. *Appendix* Epiſtola Athanaſii de Claromonte de Reliquiis per S. Angelum tranſmiſſis 832. Epiſtola Thomæ Belloroſii 834. Hymnus 834. Anacephalæoſis difficultatum circa hanc Vitam, quarum ſolutio poſtulatur 834. Tertia Vita brevior, forſitan etiam antiquior & ſincerior *Ex Ms. Vltrajectino*. Pars 1, Vita in Paleſtina 835. Pars 2, Geſta in Europa & mors Leocatæ 837. *Appendix* 1 De tempore vitæ ac mortis veroſimiliores conjecturæ 859. *App.* 2 De Conventibus Siciliæ qui ante migrationem anni 1238 extitiſſent 841

8 Angelus Martyr Ordinis Camaldulenſis. *Ex Hiſtoria Camaldulenſi Auguſtini Florentini*, cultus, tranſlatio 356

11 Anicia Lucina conjux S. Faltoni Piniani, *Ex Actis S. Anthimi* 614 *a*, 616 *a b c f*, 617 *b*, 618 *d e f*, 619 *a b d e*

8 Anthes Diaconus Mart. Byzantii. *Ex Martyrologiis* 291

11 Anthimus Presb. Martyr via Salaria in Sabinis. Acta plurima. Monaſterium 614. *Cap.* 1 Convertit & baptizat S. Pinianum Proconſulem 616. *Cap.* 2 E Tiberi ab Angelo ereptus capite plectitur 617

8 Antiquus Martyr Byzantii. *Ex Martyrologiis* 291

7 Antonina Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136

9 Aphrodiſius Martyr Tarſi. *Ex Martyrologiis* 363

10 Aphrodiſius Martyr Tarſi. *Ex Martyrologiis* 557

11 Aradius filius Anaſtaſii Corniculatii Martyr Camerini 613

5 Archelaus Mart. in Africa. *Ex Martyrologiis* 7

8 Areſtinus Martyr Byzantii. *Ex Martyrologiis* 291

7 Arneſus Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136

5 Athanaſius Epiſc. Corinthiorum. *Ex Synaxario & Menæis* 54

11 Atticus Martyr in Aſia. *Ex Martyrologiis* 626

5 Avertinus Diaconus in Territorio Turonenſi. *Ex Lectionibus propriis & Antiphonis* 55

6 Aufidia Martyr Mediolani. *Ex Martyrologiis* 101

6 Auguſtianus Mart. Mediolani. *Ex Martyrol.* 101

8 Auguſtina Martyr Byzantii: *Ex Martyrologiis* 291

7 Auguſtinus Ep. M. Nicomediæ. *Ex Mroll.* 135

7 Auguſtinus Epiſ. Mart. in Africa. *Ex Mroll.* 136

7 Auguſtus ſeu Auguſtinus Martyr Nicomediæ. *Ex Martyrologiis* 135

7 Avida Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136

8 Aurelianus Epiſc. Lemovicenſis. Elogium. *Ex Breviario Lemovic.* Num ſcripſerit Vitam S. Martialis? 285

7 Autus Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136

B

8 Baccinus Martyr Byzantii. *Ex Martyrologiis* 291

6 Baſroditus Mart. Mediolani. *Ex Martyrolog.* 101

8 Baptizius Martyr Byzantii. *Ex Martyrologiis* 291

6 Barbarus gladio occiſus, CP. honoratus. *Ex Menæis* 103

8 Barachus Martyr Byzantii. *Ex Martyrologiis* 291

11 Baſſus Mart. via Salaria. *Ex Actis S. Anthimi* 615 b d, 618 a b

10 Beatrix Ateſtina Virgo Ord. S. Benedicti Patavii 598. Laudata à Monacho Patavino & Scardeonio 599. Supplementum Hiſtoricum *ex gemina Vita Italica* 600. Miracula *ex Italico Iacobi Philippi Thomaſini* 602

9 Beatus Vindocini in diœceſi Carnotenſi. Cultus: *ex Actis variis unica dantur.* Quo tempore vixerit, & qualis cum Dracone pugna 364. Vita ex *Mss.* 365. *Appendix.* De veneratione S. Beati apud Helvetios, & num alius Beatus fidem Chriſti illis annuntiarit 367

6 Benedicta ſanctimonialis Romæ. Elogium *ex S. Gregorii Dialogis.* Cultus ſacer 107

7 Benedictus 2 Papa 196. Vita *ex Anaſtaſio bibliothecario* 197

8 Berenſus Martyr Byzantii. *Ex Martyrologiis* 291

8 Bernardus Ordinis Prædicatorum Scalabi ſive Santarenæ in Luſitania cum duobus parvulis, qui ſimul ſunt à Chriſto ad cæleſtes epulas invitati & traducti. *Ex Chronico Antonii Senenſis & aliis.* Cultus, tranſlatio duplex 354

11 Bertilia conjux S. Walberti, mater SS. Waldetrudis & Aldegundis. Altaria erecta. Reliquiæ honoratæ. Virtus commendata 633. Sepultura, Tranſlatio 634, 635. Sylloge gratiarum *ex Gallico à pag.* 635 *ad* 640

10 Biricus Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrologiis* 557

10 Blanda uxor Felicis Mart. Romæ 498; baptizata, capite plectitur 501 c d

6 Bonifacia Martyr Mediolani. *Ex Martyrolog.* 101

6 Bonizella vidua Trequandæ in diœceſi Senenſi. Corpus in altari. Miracula 121

10 Bonoſa Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Mroll.* 557

5 Britonius Ep. Trevirenſis. *Ex Martyrologiis & Breviario Trevirenſi.* 11

C

8 CÆcilia Martyr Byzantii. *Ex Martyrologiis* 291
8 Cæleſtinus Martyr Byzantii. *Ex Martyrologiis* 291
10 Calepodius Presb. Martyr Romæ 498. Ejus cœmeterium 498 f, Corpus tranſlatum ad Eccleſiam S. Mariæ trans Tiberin, ubi ejus imago, hic typis excuſa 499. Acta Martyrii per Notarios conſcripta 500. Milites ad capiendum miſſi excæcantur 500 d, capite plexus ſepelitur, in cœmeterio ab eo Calepodii dicto 501 d
11 Caliſtus filius Anaſtaſii Cornicularii Martyr Camerini 613
10 Candedia Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrologiis* 557
6 Cariſia Martyr Mediolani. *Ex Martyrologiis* 101
6 Caſſericus Martyr Mediolani. *Ex Martyrologiis* 101
6 Caſſus Martyr Mediolani. *Ex Martyrologiis* 101
7 Caſtula Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
8 Caſtus Martyr Byzantii. *Ex Martyrologiis* 291
9 Caſtus Martyr Mediolani. *Ex Martyrologiis* 564
10 S. Cataldus Epiſc. Tarentinus in Italia 569. Hiſtoria Inventionis & Tranſlationis Auctore Berlengerio *ex Mss. Cap.* 1 Corpus inventum. Miracula facta 570. *Cap.* 2 Tranſlatio & varia miracula 571. *Cap.* 3 Alia miracula, etiam in Scriptore patrata 573. *Appendix* De inventione linguæ & libris ab eo ſcriptis 575. *Inquiſitio* de ætate & geſtis in vita 576. Miracula in vita facta 577
7 Catula Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
7 Cecilus Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
7 Celedonia Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
6 Celerinus Mart. Mediolani. *Ex Martyrologiis* 101
7 Celerinus Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
7 Celerinus alter Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136.
10 Celianus Mart. Tergeſti, in martyrio SS. Primi & Marci converſus 497, 498 d.
10 Cendeus Martyr in Myſia inferiore. *Ex Martyrologiis* 557
8 Cenerius Martyr Byzantii. *Ex Martyrologiis* 291
7 Cerenicus Diaconus in Sagienſi Normanniæ diœceſi 160. Vita *ex Mss. Cap.* 1 Studia in patria. Iter Romanum, dein in Galliam uſque ad ultimum receſſum 162. *Cap.* 2 Reliqua vita in receſſu peracta. Obitus, miracula 164
10 Certeſius Martyr Romanus. Corpus delatum & honoratum in Caſtella eremitorio Diſcalceatorum 566
10 Chryſanthus Mart. Romanus, Luxemburgum tranſlatus. *Commentarius* Alexandri Wilthemii Soc. Jeſu. *Cap.* 1 Corpus à Florentio Montmorentio impetratum 560. *Cap.* 2 Inductio ſolennis in urbem Luxemburgenſem 561. *Cap.* 3 Templi ornatus, ſacra peracta, beneficia impetrata 563
10 Cilicus Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrologiis* 557
8 Cithinus Martyr Byzantii. *Ex Martyrologiis* 291
6 Citinus Martyr Mediolani. *Ex Martyrologiis* 101
10 Coddeus Martyr Tarſi in Cilicia *Ex Martyrol.* 557
9 Codratus ſive Quadratus Martyr Nicomediæ. *Ex Græcis Faſtis & Martyrol. Rom.* 363
10 Comgallus Abbas Benchorenſis in Hibernia 579. Vita *ex* 3 *Mss.* 580. Alia Vita *ex Ms. & Sirino. Cap.* 1 Ortus, educatio, variæ habitationes, monaſterium Benchor conſtructum 582. *Cap.* 2 Varia miracula & mortui ſuſcitati 583. *Cap.* 3 Alii mortui ſuſcitati: varia miracula. Obitus, ſepultura 586
11 Cominus Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 625
6 Concordia Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 101
10 Conſtantia Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrologiis* 557
5 Creſcentiana Martyr Romæ. *Ex Martyrologiis.* An modo ſint Reliquiæ in eccleſia SS. Petri & Marcellini 7
7 Creſcentius Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
7 Creſcentius alter Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
6 Criſpinus Martyr Mediolani. *Ex Martyrol.* 101
10 Criſpion Martyr in Myſia inferiore. *Ex Martyrologiis* 557
11 Criſpus Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 625
10 Cyrillus Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrologiis* 557
10 Cyrillus Martyr in Myſia inferiore. *Ex Martyrologiis.* 557
11 Cyrillus Martyr Romanus delatus in Styriam ad monaſterium S. Lamberti 619. Pretioſæ arcæ incluſus 620
10 Cyrinus Martyr Leontinis, frater SS. Alphii & Philadelphi; cui omnia relata in Alphio conveniunt *à pag.* 502 *ad* 550

D

6 DAnax, gladio occiſus & CP. honoratus. *Ex Menæis* 103
10 Darus Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrologiis* 557
8 Datica Martyr Byzantii. *Ex Martyrologiis* 291
8 Dativa Martyr Byzantii. *Ex Martyrologiis* 291
10 Dativus Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 556
10 Dativus Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrologiis* 557
6 Demetrius telis occiſus, & CP. honoratus. *Ex Menæis* 103
11 Demetrius Martyr in Aſia. *Ex Martyrologiis* 626
8 Deſideratus Epiſc. Bituricenſis 303. Vita auctore Abb. Bovienſi. *Ex Patriarchio Bituricenſi* 303
7 Dexter Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
11 Dioeletianus ſeu Dioeletius Martyr Auximi. *Ex Actis S. Anthimi* 613. lapidibus interficirur 617 e.
10 Dionius Martyr in Myſia inferiore. *Ex Martyrologiis* 557
9 Dionyſius Epiſcopus Viennenſis in Gallia. *Ex Martyrol. Rom. & Gallicano* 361
10 Dionyſius Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrologiis* 557
11 Dioſcorides Martyr Smyrnæ. *Ex Menologio Baſilii Imp. & variis Menæis* 624
7 Domitianus Epiſcopus Trajectenſis ad Moſam 146. Vita *ex* 3 *Mss.* 146. Alia Vita *ex Ms. Leodienſi. Cap.* 1 Ortus, educatio, vita in Epiſcopatu acta 147. *Cap.* 2 Pius obitus. Sepultura apud Hoyenſes. Miracula 150. *Cap.* 3 Tranſlatio & miracula dein patrata 151. Alia miracula *ex Ms. Hoyenſi* 152
7 Donata Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
7 Donata altera Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
7 Donata tertia Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
8 Donata Martyr Byzantii. *Ex Martyrologiis* 291
8 Donata altera Martyr Byzantii. *Ex Martyrologiis* 291
6 Donatus Martyr Mediolani. *Ex Martyrologiis* 101

6 Donatus telis occiſus & Cl. honoratus. *Ex Menæis* 103
7 Donatus Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
7 Donatus alter Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
7 Donatus tertius Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
7 Donatus quartus Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
10 Donatus Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrologiis* 557
11 Dorothea Martyr Romana in monaſt. S. Lamberti in Styria 619

E

6 EAdbertus Ep. Lindisfarnenſis in Anglia. *Ex Beda potißimum in Actis S. Cuthberti & ex Hiſtoria Dunelmenſis* 107
10 Ecritatus Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrologiis* 557
6 Edentius Aturi in Novempopulania. *Ex Martyrologiis* 104
11 Eleutherius Martyr Romanus delatus in Styriam ad monaſterium S. Lamberti 619. Pretioſæ arcæ incluſus 620
6 Eliſabetha Hungara filia Regis Andreæ 3 Ordinis Prædicatorum Thoſæ in Helvetia 123. Vita *ex Germanico Henrici Mureri. Cap.*1 Regia proſapia: vitæ religioſæ initia 123. *Cap.*2 Religioſæ virtutes, divinis favoribus muneratæ 125. *Cap* 3 Morbi patienter tolerati, pia mors, elevatio, miracula 127
7 Eovaldus Martyr prope Gerundam in Hiſpania *Ex Domenecco.* Corpus Angelico monitu inventum. Auditus variis redditus 134
7 Epaphroditus Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
9 Ephenius Martyr Mediolani. *Ex Martyrologiis* 363
10 Epimachus Martyr, nunc Romæ paſſus, an Alexandriæ? & Romam delatus 551, 552. Sepultus via Latina 553 d f. Reliquiæ delatæ ad Eccleſias Campidonenſem, Weingartenſem, Pragenſem, Prumienſem 554
11 Epimenus Martyr Romæ. *Ex Martyrologiis* 625
10 Epiphane uxor S. Alexandri Conſiliarii Martyr Leontinis in Sicilia. Acta martyrii *ex Actis SS. Alphii, Philadelphi, Cyrini.* Converſio 521 *& ſeqq.* Martyrium 528, Sepultura 531
7 Ercola Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
11 Eudaldus Martyr in Novempopulania, an ſub Saracenis? 640. Corporis tranſlatio in Cataloniam. Miracula patrata. Ripollenſe monaſterium conditum. Tranſlatum ad illud corpus 641
10 Erulus Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrologiis* 557
11 Eſodes filius Anaſtaſii Cornicularii Martyr Camerini 613
11 Evellius Martyr. *Ex Actis S. Torpetis* 613
5 Eulogius Ep. Edeſſenus. *Ex Martyrol. Rom.* Acta *ex Theodoreto.* Exilium 10. Epiſcopatus 11
6 Evodius Epiſc. Antiochenus Martyr. *Ex faſtis Latinis & Græcis* 98
11 Euphemia filia Anaſtaſii Cornicularii Martyr Camerini 613
7 Eutheus ſive Eutychius M. Nicomediæ. *Ex Martyrologiis* 135
5 Euthymius Diaconus Martyr Alexandriæ. *Ex Martyrologiis* 60
7 Euticia Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
7 Euticus Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
8 Euticus Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 299
8 Eutidius Martyr Byzantii. *Ex Martyrologiis* 291

F

11 FAbius Mart. via Salaria in Sabinis. *Ex Actis S. Anthimi* 615 b c, 618 b.
11 Faltonus Pinianus Proconſul *Ex Actis S. Anthimi* 614 a, 615 c. Æger converſus baptizatur 616: pie obit 618 d.
8 Famoſa Martyr Byzantii. *Ex Martyrologiis* 291
6 Farerus Martyr Mediolani. *Ex Martyrologiis* 101
6 Fauſtina Martyr Mediolani. *Ex Martyrologiis* 101
7 Fauſtina Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
6 Fauſtinus Martyr Mediolani. *Ex Martyrologiis* 101
6 Fauſtinus alter Martyr Mediolani. *Ex Martyrologiis* 101
7 Fauſtinus Epiſcopus Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
8 Fauſtinus Martyr Byzantii. *Ex Martyrologiis* 291
8 Fauſtinus alter Martyr Byzantii. *Ex Martyrologiis* 291
10 Fauſtus Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrol.* 557
7 Felicia Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
8 Felicia Martyr Byzantii. *Ex Martyrologiis* 291
10 Felicia Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrologiis* 557
10 Felicia altera Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrologiis* 557
5 Feliciſſima Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 7
10 Felion Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrologiis* 557
6 Felix Martyr Mediolani. *Ex Martyrologiis* 101
6 Felix alter Mart. Mediolani. *Ex Martyrologiis* 101
7 Felix Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
7 Felix alter Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
8 Felix Martyr Byzantii. *Ex Martyrologiis* 291
10 Felix & uxor Blanda Martyres Romæ 498. Baptizati capite plectuntur 501
10 Felix Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrologiis* 557
10 Felix alter Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrologiis* 557
10 Felix tertius Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrologiis* 557
11 Felix filius Anaſtaſii Cornicularii Martyr Camerini 613
10 Fidelis Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrologiis* 557
9 Firmus Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrologiis* 363
7 Flavia Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
7 Flavia altera Mart. in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
8 Flavia Martyr Byzantii. *Ex Martyrologiis* 291
6 Flavius Martyr Mediolani. *Ex Martyrologiis* 101
7 Flavius Epiſc. Martyr Nicomediæ. *Ex Martyrologiis* 135
11 Florentius Martyr Auximi. *Ex Actis S. Anthimi* 613. Lapidibus interficitur 617 c
6 Floriana Martyr Mediolani. *Ex Martyrologiis* 101
6 Florianus Martyr Mediolani. *Ex Martyrologiis* 101
7 Florianus Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
8 Florida Martyr Byzantii. *Ex Martyrologiis* 291
8 Florida altera Mart. Byzantii. *Ex Martyrologiis* 291
9 Fortis eremita ad ſanctam Crucem Fontis Avellani. Acta *ex Iacobillo* 464
6 Fortuna Martyr Mediolani *Ex Martyrologiis* 101
6 Fortunata Mart. Mediolani. *Ex Martyrologiis* 101
7 Fortunata Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
10 Fortunata Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrologiis* 557
11 Fortunata Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 625
6 Fortunatus Mart. Mediolani. *Ex Martyrologiis* 101
7 Fortunatus Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136

7 Fortunatus alter Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
8 Fortunatus Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 299
10 Fortunatus Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrologiis* 557
11 Fortunatus Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 625
10 Fortunio Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 556
7 Fortunus Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
10 Fortunus Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrologiis* 557
10 Fortunus alter Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrologiis* 557
7 Francus eremita Calaber in Apulia. Res geſtæ *ex Romæo & Barrio* 282
11 Fremundus Martyr in Anglia Rex habitus, *Acta fabuloſa omiſſa* 656
10 Fronimius Epiſc. Veſontionenſis in Burgundia, ſepultus in baſilica S. Stephani à ſe perfecta 568 d e.
7 Frontonus Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
8 Furius Martyr Byzantii. *Ex Martyrologiis* 291

G

8 Gadderus Martyr Byzantii. *Ex Martyrologiis* 291
6 Gaianus Martyr Mediolani. *Ex Martyrologiis* 101
6 Gaianus alter Martyr Mediolani. *Ex Martyrologiis* 101
6 Gaianus tertius Martyr Mediolani. *Ex Martyrologiis* 101
7 Gaius Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
8 Gaius Martyr Byzantii. *Ex Martyrologiis* 291
8 Galla Martyr Byzantii. *Ex Martyrologiis* 291
7 Gallicus Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
8 Gaudioſa Martyr Byzantii. *Ex Martyrologiis* 291
6 Gavina Martyr Mediolani. *Ex Martyrologiis* 101
6 Gavinus Martyr Mediolani. *Ex Martyrologiis* 101
10 Geminus Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrologiis* 557
11 Gengulfus Martyr Varennis in Burgundia. Variæ illi dicatæ Eccleſiæ 642. Acta varia & quo tempore ſcripta. Reliquiæ Florinis, in Luſitania, Coloniæ 643. Item Bambergæ & alibi 644. Vita *ex pluribus Mss.* 644. *Cap.* 1 Ortus, educatio, conjugium, venationes, fontis miraculoſa tranſlatio 645. *Cap.* 2 Uxor ob adulterium relicta. Mors ab adultero illata. Horum vindicta. Sancti miracula 646. Hiſtoria miraculorum Florinis factorum Auctore Gonzone Abbate Florinenſi. *Ex Ms. Florinenſi* 648. *Caput* 1 Reliquiæ Florinas delatæ. Ejus ibi veneratio & miracula 648. *Cap.* 2 Cæci, paralytici, alii ægri curati. Injurii puniti 650. *Cap.* 3 Alii ægri ſanati & injurii puniti 653
7 Germanus Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
7 Germanus alter Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
5 Gerontius Archiepiſcopus Mediolanenſis. *Ex Breviario Mediolanenſi, Ennodio & aliis* 43
9 Gerontius Epiſcopus Ficoclenſis & Martyr, Patronus Callienſis in Umbria. *Ex variis*, *Cap.* 1 de ejus vita, morte & cultu 461. *Cap.* 2 de monaſterio & Reliquiis ejus 463, & in Appendice 845
6 Gerontius Aturi in Novempopulania. *Corpus in oppido ſui nominis.* Cultus 104
8 Gibrianus Presb. in diœceſi Catalaunenſi & Remenſi 300, Vita & miracula, *ex Ms. Remenſi* 301. Hiſtoria Tranſlationis *ex Flodoardo* 302. Miracula anno 1114 patrata 2 libris auctore coævo *dilata ad ultimum tomum Maji.*
10 Giddinus Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrologiis* 557
10 Glorioſa Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrologiis* 557
10 Gordians Martyr Romæ, ſub Juliano abſente 551. Acta martyrii *ex Mss.* Vicarius Juliani Imp. convertitur, plumbatis cæſus capite plectitur 552. *Appendix.* Eccleſia & cœmeterium Romæ 553. Reliquiæ delatæ ad Eccleſias Campidonenſem, Wingartenſem, Pragenſem, Prumienſem 554
8 Godon Epiſc. Metenſis, Memoria in Faſtis. Tempus Sedis. Sepultura 307
9 Gregorius Theologus, Archiepiſcopus Conſtantinopolitanus, Nazianzi in Cappadocia, §. 1 Vita ab ipſomet ſcripta, alia à Cæſare Baronio collecta, alia ab aliis edita. Cultus apud Græcos & Latinos 369. §. 2 Chronologia vitæ expenſa & innovata 370. §. 3 Baptiſmus & exercitatio apud Baſilium in Ponto 372, & in Append. 844 & 845. Vita auctore Cæſare Baronio *ex Ms. Romano.* Epiſtola dedicatoria Gregorio XIII Pontifici Maximo 373. *Cap.* 1 Patria, parentes, educatio, caſtitatis amor viſione roboratus 374. *Cap.* 2 Studia Cæſareæ Palæſtinæ, Alexandriæ, & Athenis peracta. Varia diſcrimina vitæ depulſa 377. *Cap.* 3 Intima cum S. Baſilio amicitia. Præſagium de Juliano. Diſceſſus Athenis. Acceſſus S. Cæſarii fratris 380. *Cap.* 4 Vita aliquamdiu Nazianzi peracta: ſchiſma ſublatum. Ejus & S. Baſilii ſacerdotium. Auxilia parentibus ægris præſtita 382. *Cap.* 5 Vita in eremo cum S. Baſilio peracta. Inſtitutum vivendi horum & aliorum arctum 386. *Cap.* 6 Ad Rei eccleſiaſticæ curam Euſebius Cæſarienſis & Gregorius Nyſſænus contra Arianos excitati. Obitus fratris & ſororis 388. *Cap.* 7 Epiſcopatus S. Baſilii promotus: fama ejuſdem propugnata. Exules confortati 391. *Cap.* 8 Epiſcopus Salimorum poſt acrem tergiverſationem ordinatus Gregorius 894. *Cap.* 9 Seceſſus in eremum. Reditus ad patrem: hujus & matris obitus. Eccleſiæ adminiſtratæ 396. *Cap.* 10 Poſt obitum S. Baſilii Conſtantinopolim evocatus, refutando hæreticos Theologi nomen acquirit 598. *Cap.* 11 Arianorum injuriæ toleratæ, pervicacia ſuperata à modeſtiſſimo Gregorio: hujus diſcipulus S. Hieronymus 401. *Cap.* 12 Electio ad Epiſcopatum CP. Maximi intruſi fraudes & ejectio 404. *Cap.* 13 Conſtantinopoli manere coactus, à Theodoſio Imp. Catholico inducitur in ſummæ ædis poſſeſſionem: à populo, expetitur in Epiſcopum 407. *Cap.* 14 In throno invitus collocatus, teſtamentum ſuum condit 409. *Cap.* 15 Teſtamenti hujus veritas defenſa & illuſtrata 413. *Cap.* 16 Fruſtra pro Eccleſiæ Antiochenæ pace laborans, partium incurrit invidiam, ejuſq; inſtitutionem in dubium vocantibus nonnullis, ipſe ab Epiſcopatu ſe abſoluit 415. *Cap.* 17 Nazianzum regreſſus Eccleſiæ illi conſulit: deinde Arianzum ſecedit. Variæ ejus ærumnæ 421. *Cap.* 18 Generoſa acta contra Apollinariſtas hæreticos: ſolicitudo pacis Eccleſiaſticæ 425. *Cap.* 19 Pius obitus. Miraculum muti ad ejus ſtatuam ſanati 427. Epitaphium 428
Carmen S. Gregorii de Vita ſua à Daniele Cardono in ſolutam orationem verſum 429. *Cap.* 1 Ab optimis parentibus pie educatus: Alexandria Athenas non ſine periculo navigat: ibique Baſilio conjungitur 430. *Cap.* 2 In patriam regreſſus, primum Presbyter à patre, dein à Baſilio Saſimorum Epiſcopus creatus, ſemel iterumque ſe ſubducit, etiam Nazianzenam adminiſtrationem detrectans 452. *Cap.* 3 Conſtantinopolim evocatus,

ibidem orthodoxiam reſuſcitat non ſine labore 435. *Cap.* 4 A Maximo Cynico Epiſcopatum invadente excitatum ſchiſma, ejuſdem ejectione repreſſum 436. *Cap.* 5 Gregorius prohibetur Conſtantinopoli diſcedere, ubi inter fideles & infideles utiliſſime laborat 439. *Cap.* 6 Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ adminiſtrandæ præfectus à Theodoſio, modeſte utiliterque officio ſuo fungitur 441. *Cap.* 7 Epiſcopus Conſtantinopolitanus creatus, fruſtra laborat pro Paulino Antiocheno poſt Meletii mortem, pacis communis cauſa, retinendo 444. *Cap.* 8 Ultronea abdicatio & receſſus 446. Appendix de triplici Tranſlatione. *Pars* 1 Tranſlatio ex Cappadocia Conſtantinopolim 448. Encomium *ex Ms. Græco* 448. Græce 766. *Pars* 2 Tranſlatio Conſtantinopoli Romam 454. *Pars* 3 Tranſlatio ad ſacellum Gregorianum ex Campo Martio in Baſilicam Vaticanam 456. Hiſtoria hujus Tranſlationis *ex Ms. Baſilicæ Vaticanæ* 457

9 Gregorius Ep. Oſtienſis in Legatione Hiſpanica mortuus. Acta *ex Ferdinando Vghello, Ioanne Marietta, Thoma Trugillo* 465. Miracula auctore Ægidio Calabrigenſi 466

5 Gregorius Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 7

11 Gualterius ſeu Gauterius Abbas & Canonicus Stirpenſis in diœceſi Lemovicenſi 701. Vita auctore Marbodo, tunc Andegavenſi Archidiacono, poſt Epiſc. Redonenſi 701. *Cap.* 1 Ortus, ſtudia virtutum & ſcientiarum. Migratio Stirpum 702. *Cap.* 2 Peregrinatio Hieroſolymam. Miracula in itinere patrata 703. *Cap.* 3 Stirpenſis Rectoratus & reliqua geſta cum pia monte 704

10 Guilielmus Presb. Pontiſaræ in Gallia. Obitus, miracula, peregrinationes, virtutes 597

8 Gurdinus Martyr Byzantii. *Ex Martyrologiis* 291

H

6 Hedentus Martyr Mediolani. *Ex Martyrologiis* 101

6 Heliodorus Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 101

8 Helladius ſive Eladius Epiſc. Autiſſiodori. *Ex Vita S. Amatoris.* Cultus. Tempus Sedis 300

6 Hereneus Mart. Mediolani. *Ex Martyrologiis* 101

5 Herine ſive Irena Aletii ſeu Lupiis in Calabria. §. 1 Vetuſtiora monumenta cultus in civitate prædicta 789. §. 2 Geminæ Reliquiæ apud Patres Societatis Jeſu. Miracula varia per uſum goſſipii, à Bernardino Realino Reliquiis admoti 791. §. 3 Aliæ variarum ſanitatum gratiæ eodem modo impetratæ 763

6 Herinus Martyr Mediolani. *Ex Martyrologiis* 101

9 Hermas Epiſcopus Philippenſis. Cultus apud Græcos & Latinos. Teſtimonia auctorum de eius ſcriptis. 360

6 Hieremias Mart. Mediolani. *Ex Martyrologijs* 101

6 Hilarianus Martyr Mediolani. *Ex Martyrol.* 101

6 Hilarion in pace quieſcens. *Ex Menæis* 104.

5 Hilarius Ep. Arelatenſis 24. Vita auctore Honorato Ep. Maſſilienſi *Ex Ms. & editione Barralis* 25. *Cap.* 1 Occaſio vitæ monaſticæ in Lerino inſula 26. *Cap.* 2. Epiſcopatus Arelatenſis. Pia exercitia. Libri conſcripti 27. *Cap.* 3. Illuſtres virtutes: miracula. Iter Romanum ad S. Leonem 30. *Cap.* 4 Morbus. Adhortatio ad ſuos. Obitus, ſepultura 32. Vindiciæ pro S. Hilario, Semipelagianiſmi calumnioſæ inſimulato. *Ex Prodromo velitari Brunonis Neuſſer* 34. &c. Doctrina Catholica in materia de gratia & libero arbitrio 37, 38, 39 &c Appendix de Hilario Proſperi ſocio in S. Auguſtini defenſione 41

8 Honeſta Martyr Byzantij. *Ex Martyrologijs* 291

7 Honoratus Martyr in Africa. *Ex Martyrologijs* 136

10 Honoratus Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrologijs* 557

10 Honorius Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrologijs* 557

I.

6 Iacobus Martyr in Africa. *Ex Martyrologijs* 101

10 Iacobus Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrologijs* 557

8 Januaria Martyr Byzantii. *Ex Martyrologijs* 291

10 Januaria Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Mroll.* 557

11 Januaria Martyr in Africa. *Ex Martyrologijs* 625

5 Januarius Martyr in Ægypto. *Ex Martyroll.* 299

7 Januarius Martyr in Africa. *Ex Martyrologijs* 136

10 Januarius Martyr in Africa. *Ex Martyrologijs* 556

10 Januarius Martyr Tarſi. *Ex Martyrologijs* 557

10 Januarius alter Martyr Tarſi. *Ex Martyrologijs* 557

10 Januarius tertius Martyr Tarſi. *Ex Martyrol.* 557

11 Januarius Martyr in Africa. *Ex Martyrologijs* 625

10 Jaſon M. in Martyrio SS. Primi & Marci converſus Tergeſti 497,498 d.

8 Iduberga ſive Itta vidua ſanctimonialis ſub S. Gertrude filia Nivellis. Ortus, matrimonium, cultus, res geſtæ. *Ex Actis filiæ* 307

11 Illuminatus Septempedæ in Piceno. A quo alius ſocius S. Franciſci 706

6 Importuna Martyr Mediolani. *Ex Martyrologijs* 101

10 Incidus Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrol.* 557

10 Indicus Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrol.* 557

7 Innocentius Epiſc. Africanus Caietæ in Italia 138
Vita apocrypha. Ex Mss. 38. Coniecturæ & Cenſuræ in dictam Vitam 140

6 Joannes Damaſcenus monachus & Presbyter. cultus apud Græcos & Latinos. Encomia varia. Tempus vitæ. Varia ejus Scripta, etiam Canonum & Synaxarij 108. Vita auctore Ioanne Patriarcha Hieroſol. Græca, ex Ms. 223. Latina Interprete Antonio Franciſco Deſtieu S. I. *cap.* 1 Patria & genus: patris erga captivos liberalis humanitas 111. *Cap.* 2 Ioannis egregius profectus ſub Magiſtro Coſma ex Italia adducto 113. *Cap.* 3 Propter Sacrarum imaginum defenſionem calumniam paſſus, manum amittit, eademque miraculoſe recepta, munere Senatorio abſolvi impetrat 114. *Cap.* 4 Monaſtica exercitatio, & ſub auſtero ſene perfecta obedientia 116. *Cap.* 5 Litterarij labores & felix ad Deum tranſitus 118. Μνήμη ex Ms Synaxario Baſilij Imp. 731 Sermo Conſtantini Logothetæ Acropolitæ Græco-Latinus, interprete Ioanne Baptiſta de Rubeis a pag. 731 & 761

7 Ioannes Beverlacenſis Archiep. Eboracenſis 166. Vita auctore Folcardo Cantuarienſi monacho. *Ex Ms.* 568. *Cap.* 1 Studia, conciones, Epiſcopatus Hagulſtadenſis, Archiepiſcopatus Eboracenſis. Miracula 168. *Cap.* 2 Alia miracula ante & poſt obitum. Tempus Sedis & mortis 171. Alia miracula auctore Willelmo Kecello Clerico Beverlacenſi *Ex Ms.* 573. *Cap.* 1 Invaſores puniti, pluvia impetrata: cæcus illuminatus: amens monſtruoſus ſanatus: ſuſpendendus pœnitens liberatus 174. *Cap* 2 Apoplexia curata: libido carnis reſtincta: muto loquela reddita: naufragi adjuti 177. Alia miracula, auctore ut plurimum teſte oculato. *Ex Ms.* 180. *Cap* 1 Victoria Regi Adelſtano conceſſa: muto loquela data: captivi liberati 180. *Cap.* 2 Sanitas collata contractis, mutis, cæco, amenti, alijs ægris. Periculum naufragij ſubmotum 184. Alia miracula auctore tertio

tio etiam in pluribus teſte oculato. *Ex Ms.* 187. Miracula ultima *Ex Ms. Cap.* 3 Beverlacum ab invaſoribus defenſum: tumba cæleſti lumine illuſtrata: miniſtri à ruina protecti 191. De Reliquiis nonnullis Audomarum tranſlatis in Appendice 843
8 Joannes Martyr Byzantij. *Ex Martyrologijs* 291
5 Joannes Monaſterienſis Cainone in diœceſi Turonenſi. Acta *Ex Breviario antiquo Turonenſi* 50. Aliqua in Append. 797
10 Job Propheta. Laus in Scriptura, Faſtis Latinis & Græcis. Tempus & locus. Qualitates. Corpus ubinam 494
10 Iocunda Martyr Tarſi. *Ex Martyrologijs* 557
9 Iocundus Martyr Tarſi. *Ex Martyrologijs* 363
11 Iocundus Martyr in Africa. *Ex Martyrologijs* 625
5 Iovinianus Lector Martyr Autiſſiodori. *Ex Martyrologijs & Actis S. Germani Epiſcopi, & Paßione S. Peregrini* 5
5 Irene Martyr igne combuſta Theſſalonicæ. *Ex Martyrologiis* 6
5 Irene Martyr celebrata CP. *Ex Menologio Baſilii Imp & Anthologio. Acta Græca & Latina ſed fabuloſa omittuntur* 4. Aliqua in Appendice 789
5 Irenæus Martyr igne combuſtus Theſſalonicæ. *Ex Martyrologiis* 6
6 Judith Martyr Mediolani. *Ex Martyrologiis* 101
8 Julia Martyr Byzantii. *Ex Martyrologiis* 101
10 Julia Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrologiis* 557
7 Julius Martyr in Africa, *Ex Martyrologiis* 136
11 Julius Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 625
7 Juſtinianus Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
6 Juſtus Martyr, Ep. Viennenſis in Gallia. *Ex Martyroll.* 99. Epiſtola S. Pii Papæ ad Juſtum 100
7 Juvenalis Martyr. *Ex Martyrologiis.* Num Epiſcopus Narnienſis aut Interamnenſis? An Diaconus S. Alexandri Papæ? An Corpus iſtius Beneventi 137

L

6 LAborus Martyr Mediolani. *Ex Martyrol.* 101
10 Lavarus Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrologiis* 557
5 Landus Martyr Hortæ in Italia *ex Ferrario, qui ex vulgi traditione* 49. Aliqua in Appendice 797
10 Laurentius in pace mortuus colitur à Græcis 589
5 Leo monachus Ordinis S. Baſilii Bovæ in Calabria. Ex *Marafioto, Vghello, Ferrario & Paulo Regio* 48
11 Liceria Virgo Martyr Senonibus in Gallia. *Ex inſtructione inde miſſa* 626
7 Lucella Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
10 Lucella Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 556
10 Lucella Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrol.* 557
11 Lucina, vide Anicia Lucina. Sepelit SS. Sebaſtianum & Beatricem 618 e f, item SS. Memmium & Julianum, Cyriacum, Largum & Smaragdum 619 d.
10 Lucinus Martyr Tarſi. *Ex Martyrologiis* 557
10 Lucinus alter Martyr Tarſi. *Ex Martyrologiis* 557
6 Lucius Cyrenenſis. *Ex Actis Apoſtol. & Martyrol.* 99
8 Lucius Martyr Byzantii. *Ex Martyrologiis* 291
10 Lucuſa Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrol.* 557
9 Luminoſa Virgo Papiæ, Cultus, encomium auctore Ennodio Ep. *in Vita S. Epiphanii Epiſc. Papienſis* 460

M

6 MAcrobius Martyr Mediolani. *Ex Martyrologiis* 101
7 Macrobius Martyr Nicomediæ. *Ex Martyrol.* 135
7 Maderus Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
11 Majolus Abbas Cluniacenſis in Gallia 657. Inſtrumentum quo Haymardus deceſſor Abbas ei cedit 657. Vita Auctore Nalgodo S. Majoli diſcipulo *ex Ms. Cluniacenſi* 658. *Cap.* 1 Ortus, ſtudia, Archidiaconatus, Eleemoſyna, Vita monaſtica 658. *Cap.* 2 Abbatis munus impoſitum. Illuſtres virtutes. Cæci illuminati. Alia miracula. Monaſteria reformata 661. *Cap.* 3 Captivitas ſub Saracenis tolerata. Pontificatus Romanus non admiſſus. Varia prædicta. Alia miracula 663. *Cap.* 4 Alia miracula. Morbus, obitus 666. Alia Vita Auctoribus Syro & Aldebaldo coævis. *Ex variis Mss.* Verſus Reimbaldi de his Scriptoribus 668. Prologus 669. LIBER I Acta privata tam ante quam poſt ingreſſum in monaſterium Cluniacenſe 669. Prologus alter 673. LIBER II Abbatis munus impoſitum. Illuſtres virtutes. Cæci illuminati. Alia miracula. Monaſteria reformata 674. Prologus III 678. LIBER III. *Pars* 1 Captivitas ſub Saracenis, Pontificatus Romanus oblatus. Alia circa Ottonem I & Ottonem II Imperatores 678. *Pars* 2 Varia miracula. Pius obitus 682. Vita III Auctore S. Odilone Abbate & S. Majoli ſucceſſore 684. *Cap.* 1 Introductio ad S. Majoli ætatem. Hujus virtutes in ſeculo, monaſterio & cura Abbatiali 685. *Cap.* 2 Miracula. Converſio multorum, Obitus 687. *Cap.* 3 Præſagium de Saracenis ex Provincia ejiciendis 689. Hiſtoria miraculorum Auctore ut videtur, monacho Silviniacenſi 690. LIBER I 691. LIBER II 695
10 Major ſeu Medon Martyr Romæ. *Ex Martyrologiis* 551 e.
6 Majoricus Martyr Mediolani. *Ex Martyrol.* 101
10 Majulus Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrol.* 557
11 Majulus Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 625
10 Maletus Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrol.* 557
6 Mamas in pace quieſcens. Ex *Menais* 104
11 Mamertus Ep. Viennæ Galliæ. Memoria in epiſtolis Hilari Papæ, S. Sidonii Apollinaris, libello Lucidi Presb. & Faſtis 629. Corporis ſepultura, & tranſlatio 630. Altare 631. Homilia S. Aviti de Rogationibus & S. Mamerto inſtitutore 631
11 Manilus Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 625
11 Manilus alter Martyr in Africa. *Ex Martyrol.* 625
6 Mapparicus Martyr Mediolani. *Ex Martyrol.* 101
7 Marcella Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
10 Marcella Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrol.* 557
6 Marcellinus Martyr Mediolani. *Ex Martyrol.* 101
7 Marcellinus Martyr Nicomediæ. *Ex Martyrol.* 135
7 Marcellinus Martyr in Africa. *Ex Martyrol.* 136
8 Marcia Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 299
8 Marcianus Martyr Byzantii. *Ex Martyrologiis* 291
10 Marcianus Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrologiis* 557
10 Mares Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrol.* 557
10 Maria Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrol.* 557
6 Marianus Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 101
11 Marianus Martyr Romanus in monaſterio S. Lamberti in Styria 619
6 Marina Martyr in Africa: *Ex Martyrologiis* 101
7 Marinus Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
8 Marinus Martyr Byzantii. *Ex Martyrologiis* 291
10 Marcus Diac. Mart. Tergeſti 497. Acta Martyrii *ex Ms.* Paſſus ignem & fuſtes 497. Poſt ſulphur reſolutum in os infuſum illæſus, capite plectitur 498
7 Martialis Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
7 Martialis alter Martyr in Africa. *Ex Martyrol.* 136

11 Martyres tres famuli Anaſtaſii Corniculárii 613
7 Martyres LVI ſeu XLV & alii plures in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
10 Martyres LXVIII, uxor, filii, ex familia Simplicii Senatoris Romani capite plectuntur 498,501 c d.
6 Martyres LXXXV & alii plures Mediolani. *Ex Martyrologiis* 101
9 Martyres CCCX in Perſide. *Ex Martyrologiis* 564
10 Martyres ex familia Palmatii Conſulis XLII converſi capite plectuntur 500 f, 501 d.
10 Marullus Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrol.* 557
6 Maſilla Martyr Mediolani. *Ex Martyrologiis* 101
6 Maſſunus Martyr Mediolani. *Ex Martyrologiis* 101
10 Maſutus Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrol.* 557
7 Maſtidia Virgo Trecis 141. Hiſtoria inventi Corporis *ex Mss. à Camuſato eruta* 142. Viſitatio capſæ & miracula recentiora. *Ex Proceſſibus Gallice excuſis* 144
6 Matrona Martyr Mediolani. *Ex Martyrologiis* 101
8 Matrona Martyr Byzantii. *Ex Martyrologiis* 291
10 Matrona Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 556
10 Matrona Martyr Tarſi. *Ex Martyrologiis* 557
10 Matrona altera Martyr Tarſi. *Ex Martyrologiis* 557
6 Matthæus Martyr Tarenti. *Ex Martyrologiis* 103
6 Maurelius Ep. Imolenſis. *Ex Ferrario & Vghello* Corpus in altari. Cultus Protectoris 106
7 Maurelius Ep. Mart. Patronus Ferrariæ. *Cap.* 1 Vicohabentinæ Sedis origo & tranſlatio ad S. Georgii Eccleſiam Ferrariæ 154. *Cap.* 2 Maurelii in eccleſia S. Georgii noviſſima inventio, tranſlatio, cultus, miracula 156. *Cap.* 3 Legenda apocrypha & fabuloſa de Vita & prima tranſlatione 158. *Cap.* 4 De patria, Epiſcopatu, martyrio, tranſlatione veroſimiliores conjecturæ 159
5 Maurontus Abbas Broyli, mortuus Marchianis, depoſitus Duaci 52. Vitæ ſynopſis *ex Mss.* 53. Commemoratio urbis Duacenæ ſervatæ 53
6 Maxentius Martyr Mediolani. *Ex Martyrol.* 101
8 Maxima Martyr Byzantii. *Ex Martyrologiis* 291
10 Maxima Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 556
10 Maxima Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrol.* 557
5 Maximus Ep. Hieroſolymitanus. *Ex Martyrol. Romano.* Damnatus ad metalla, peregit dedicationem Eccleſiæ; excipit S. Athanaſium. Deponitur ab Arianis 7, 8
6 S. Maximus Martyr Mediolani. *Ex Martyrol.* 106
7 Maximius Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 131
7 Maximus alter Mart. in Africa. *Ex Martyrol.* 239
8 Maximus Presbyter Mart Byzantii. *Ex Martyrologijs* 291
8 Maximus alter Martyr Byzantii. *Ex Martyrol.* 291
10 Maximus Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrologijs* 557
11 Maximus Mart. via Salaria in Sabinis. *Ex Actis S. Anthimi.* 615 e, 617 f, 618 a
8 Meles Hymnographus apud Græcos. *Ex Menais MSS.* 306
6 Meſeera gladio occiſa, CP. honorata. *Ex Menais* 103
8 Matron Presb. Corpus, ſacellum, altare, Reliquiæ: Acta *Ex Auguſtino Valerio & Petro de Natalibus* 306
8 Militum integra Cohors Martyrum. *Ex Menais Græcorum* 299
8 Militus Martyr Byzantii. *Ex Martyrologijs* 291
10 Mirus eremita Surici ad lacum Comenſem 603. Vita *Ex MS. ipſius Eccleſiæ* 601. Inſtrumentum Inventionis 608. Bulla Indulgentiarum 608. Tranſlatio corporis. *Ex Italico Andreæ Ferrarij* 609
8 Mittunus Martyr Byzantii. *Ex Martyrologijs* 291
11 Mocius ſeu Mucius Presbyter Martyr Conſtantinopoli. Eius ibi eccleſia 620. Elogia ex Menologio Baſilii Imp. & MS. Synaxario CP. & Martyrol. Rom. 621. Acta martyrii. *Ex MSS. Cap* 1 Zelus fidei. Tormenta ſub Leodicio Proconſule illata. Protectio ab exungulatione & igne. Simulacrum Bacchi dejectum 622. Cap. 2 Tormenta ſub Maximo Proconſule illata in rota. A feris illæſus capite plectitur 637
10 Mœca Martyr in Africa. *Ex Martyrologijs* 556
11 Montanus ſeu Montanianus Martyr Sirmii. *Ex Martyrologiis* 625
5 Mundana vidua Martyr, mater S. Sacerdotis Ep. Lemovienſis, ſepulta & culta Sarlati 14 a b, 15 e f, 16 a e. Occiſa à Wandalis aut potius Gothis 17 c, 18 a. Transfertur Sarlatum 17 d.
10 Munnus Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrol.* 557
10 Muttucus Mart. Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrol.* 557

N

10 Nappolus Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrologiis* 557
10 Naſomoſus Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrologiis* 557
7 Navida Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
7 Navigus Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
5 Nectarius Ep. Viennenſis in Gallia. *Ex Martyrologiis & Chronico Adonis* 9
11 Nepotianus Presb. Altini in Italia 627. Vita ſeu Epitaphium auctore S. Hieronymo 627
11 Nereus Martyr Romæ. *Ex Martyrologiis* 625
11 Nereus Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 625
5 Nicetius Ep. Viennenſis in Gallica. *Ex Martyrologiis & Chronico Adonis* 9
6 Nicitus Martyr Mediolani. *Ex Martyrologiis* 101
11 Nicolaus eremita Neapoli occiſus 707. Vita ex *Ms. Neapolitano.* Pœnitentia. Tentationes. Nolens alium occidere, occiditur 707, 708
9 Nicolaus Albergatus Cardinalis & Epiſcopus Bononienſis ex ordine Carthuſiano 467. Vita auctore Jacobo Zeno Epiſcopo Feltrenſi & Bellunenſi dein Patavino 469. *Cap.* 1 Proſapia, ſtudia, ingreſſus in ordinem Carthuſianum. Epiſcopatus Bononienſis. Legatio ad Martinum V Papam 470. *Cap.* 2 Dignitas Cardinalitia. Legatio pacis ad Gallos & Anglos: item ad Venetos & Florentinos cum Duce Mediolanenſi 472. *Cap.* 3 Rebellio Bononienſis diſſipata. Legationes reſumptæ, etiam ad Concilium Baſileenſe 474. *Cap.* 4 Aliæ legationes. Acta in Concilio Florentino. Obitus, ſepultura 475. Vita 11 Auctore Carolo Sigonio. Præfatio 477. *Cap.* 1 Ortus, ſtudia, Vita Carthuſiana & Epiſcopalis 477. *Cap.* 2 Mores Bononienſium emendati. Acta pro pace publica 479. *Cap.* 3 Legatus pacis in Gallias miſſus. Cardinalis eam Venetis cum Duce Mediolanenſi curat 481. *Cap.* 4 Reditus ad Epiſcopatum. Legatio in Gallias & ad Concilium Baſileenſe 483. *Cap.* 5 Pax Gallica confecta. Legationes variæ 486. *Cap.* 6 morbus, obitus, exequiæ 489. Beatus ac Divus compellatur 490
8 Nicoma Martyr Byzantii. *Ex Martyrologiis* 291
8 Niger Martyr Byzantii, *Ex Martyrologiis* 291
8 Nina Martyr Byzantii. *Ex Martyrologiis* 291
8 Nina altera Martyr Byzantii. *Ex Martyrologiis* 291
8 Nina tertia Martyr Byzantii. *Ex Martyrologiis* 291
10 Nina Martyr Tarſi. *Ex Martyrologiis* 557
10 Nina altera Martyr Tarſi. *Ex Martyrologiis* 557
6 Ninna Martyr Mediolani. *Ex Martyrologiis* 101

O

7 OCtavianus Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
7 Odemarus Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136

P

6 PAchomius in pace quiescens. *Ex Menæis* 104
7 Palatinus Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
10 Palladius I } Episcopi Bituricenses. Cultus u-
10 Palladius II. } triusque, tempus sedis & obitus. Ex variis 568
10 Palmatius Consul Martyr Romæ 498. Acta martyrii per Notarios scripta 100. Volens comprehendere S. Calepodium, voce virginis territus convertitur, & baptizatur à S. Callisto cum XIII ex sua familia 500 d e f. Sanat paralyticam, convertit alios, capite plectitur 501 c d. Aliqua in Appendice 845
6 Pappalicus Mart. Mediolani. *Ex Martyrologiis* 101
6 Patricius apud Græcos. *Ex Menæis* 104
10 Paulina Martyr Tarsi in Cilicia. *Ex Mroll.* 557
7 Peculiaris Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
10 Peregrina Martyr Tarsi in Cilicia. *Ex Martyrologiis* 557
5 Peregrinus Mart. igne combustus Thessalonicæ. *Ex Martyrologiis* 6
5 Petivus seu Petrus Diac. Mart. Alexandriæ. *Ex Martyrologiis* 6
6 Petronax Abbas & Instaurator Casinensis. 119 Monasterium a Longobardis destructum à Gregorio II missus restaurat. Abbas multorum monasteriorum constituitur. Privilegia à S. Zacharia Papa collata 120. Obitus, cultus sacer 121
8 Petrus ex Ordine Cisterciensi Archiepiscopus Tarentasiensis, Bella-Valle in Burgondia 320, & in Append. 843 f. Epistolæ ad obtinendam Canonizationem *ex Mss.* tum Generalis Capituli ad Papam Alexandrum, tum Regis Francorum ad eundem 321. postea Abbatis Morimundi ad eumdem 322. Mandatum Sedis Apostolicæ de scribenda vita & miraculis eius 322. Litteræ Petri Atrebatensis Electi, & Petri Abbatis Claravallensis ad Gaufridum Abbatem de expletione mandati Apostolici 322. Vita Auctore Gaufrido Abbate Altæcumbæ teste oculato. *Ex Mss.* 323. LIBER I Res gestæ & miracula usque ad mortem 324. *Cap.* 1 Ortus, educatio, studia. Vita monastica: gradus Abbatis & Archiepiscopi 324. *Cap.* 2 Clerus reformatus: Ecclesiæ decor procuratus, pauperibus subventum. Miracula facta. 226. *Cap.* 3 E fuga ad sedem Archiepiscopalem reductus, maleficium tollit & schismaticis resistit 329. *Cap.* 4 Illustria variis locis patrata miracula 331. *Cap.* 5 Accessus ad Reges Franciæ & Angliæ pro pace, miraculis illustratus, pius obitus 333. LIBER II Miracula post obitum patrata 335. *Appendix* Miraculum illustre liberatæ a morte mulieris 338. Historia miraculorum post obitum collecta, & Alexandro III & Lucio III oblata. 339. *Cap.* 1 Miracula post mortem patrata 339. *Cap.* 2 Miracula a S. Petro adhuc vivo patrata 343. Alia miracula 341. Aliæ Epistolæ pro impetranda Canonizatione *Ex Ms.* Abbatis Cistercienſis & Capituli generalis ad Lucium Papam 345. Eorumdem ad Cælestinum Papam, & ad Romanæ Ecclesiæ Cardinales, Cleri Ecclesiæ Tarentasiensis & Walberti Augustensis Episcopi 346. Bulla Canonizationis duplex 347, & 348.
7 Petrus Episc. Papiensis in Italia. Elogia *ex Paulo Diacono & Breviario.* Epitaphium. Ætas 164
6 Petrus Martyr Mediolani. *Ex Martyrologiis* 101
10 Petrus Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 556
10 Petrus Martyr Tarsi in Cilicia. *Ex Martyrol.* 557
10 Philadelphus Martyr Leontinis, frater S. Alphii, in quo supra relata huic etiam conveniunt á pag. 502 ad 550. Præterea invocatus claudum cæcumque sanat 544 b c. Ab eo oppidum S. Philadelphi dictum 550 a b f.
11 Pinianus Proconsul prænomine Faltonus. *Ex Actis S. Anthimi* 614, *& seqq.*
7 Placidus seu Placitus Presbyter Augustoduni & Abbas S. Symphoriani. 158
9 Polimius Mart. Mediolani. *Ex Martyrologiis* 564
6 Possinus Martyr Mediolani. *Ex Martyrologiis* 101
6 Postumus Martyr Mediolani. *Ex Martyrologiis* 101
7 Potentella Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
6 Prima Martyr Mediolani. *Ex Martyrologiis* 101
10 Prima Martyr Tarsi in Cilicia. *Ex Martyrol.* 557
11 Primitiva filia Anastasii Corniculatii, Martyr Camerini 613
7 Primolus Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
10 Primulus Martyr Romæ, *Ex Martyrologiis* 551 e f.
11 Primulus Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 625
10 Primus Presb. Martyr Tergesti 497. Acta martyrii *ex Ms.* Passus ignem & fustes 497. Post sulphur resolutum in os infusum illæsus, capite plexus 498
6 Primus Martyr Mediolani. *Ex Martyrologiis* 101
6 Primus Martyr Tarenti. *Ex Martyrologiis* 103
9 Priscus Patronus Nuceriæ Paganorum in Italia. *Ex Martyrologio Rom. & aliis* 360
7 Privatianus Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
10 Privatus Martyr Tarsi in Cilicia. *Ex Martyrol.* 557
10 Probata seu Probatus Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 556
6 Processa Martyr Mediolani. *Ex Martyrologiis* 101
7 Processus Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
8 Processus Martyr Byzantii. *Ex Martyrologiis* 291
5 Protogenes Ep. Carrhensis in Mesopotamia. *Ex Martyrologio Rom.* Acta *ex Theodoreto.* Exilium, miracula 10. Episcopatus 11 a d.
6 Prudentia Virgo Ord. Eremitarum S. Augustini Novocomi apud Insubres: miraculis clara. Corpus & imago in altari 129. Aliqua in App. 643
7 Pulverus Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136

Q

10 QUartus Martyr Romanus Capuæ depositus, an ibidem Episcopus 555. An Clericus? Ejus ibidem altare & sub eo corpus 556
9 Quindeus Martyr Axiopoli in Bulgaria. *Ex Martyrologiis* 363
7 Quinta Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
6 Quintianus Martyr Mediolani. *Ex Martyrol.* 101
10 Quintalus Martyr Tarsi in Cilicia. *Ex Martyrologiis* 557
10 Quintula Martyr Tarsi in Cilicia. *Ex Martyrologiis* 557
6 Quintus Martyr Mediolani. *Ex Martyrologiis* 101
6 Quintus alter Martyr Mediolani. *Ex Martyrol.* 101
7 Quintus Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
10 Quintus Martyr Romanus Capuæ depositus, an ibidem Episcopus 555. An Clericus? Ejus ibidem altare & sub eo corpus 556
10 Quintus Martyr Tarsi in Cilicia. *Ex Martyrologiis* 557
9 Quirillus Martyr Axiopoli in Bulgaria. *Ex Martyrologiis* 363

R

10 REflentus Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrologiis* 557
7 Reynaldus ſeu Renaldus eremita Calaber in Apulia. Res geſtæ *ex Romão & Barrio* 282
10 Reſtitutus Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrologiis* 557
7 Rogata Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
7 Rogata altera Mart. in Africa. *Ex Martyrolog.* 136
7 Rogata tertia Martyr in Africa. *Ex Martyrol.* 136
8 Rogata Martyr Byzantii. *Ex Martyrologiis* 291
8 Rogata altera Martyr Byzantii. *Ex Martyrol.* 291
10 Rogata Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrol.* 557
7 Rogatianus Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
10 Rogatina Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrol.* 557
6 Rogatus Martyr Mediolani. *Ex Martyrologiis* 101
8 Rogatus Martyr Byzantii. *Ex Martyrologiis* 291
8 Rogatus alter Martyr Byzantii. *Ex Martyrol.* 291
10 Rogatus Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrol.* 557
9 Ruffinus Martyr Nicomediæ. *Ex Faſtis Græcis* 362
8 Rufus Martyr Byzantii. *Ex Martyrologiis* 291
8 Ruſticus Martyr Byzantii. *Ex Martyrologiis* 291

S

10 SAbinus Martyr Romanus. Corpus delatum & honoratũ in Caſtellæ eremitorio diſcalceatorum in Latio 566. Sanguis delatus in Hiſpaniam 567 e.
5 Sacerdos Ep. Lemovicen Varia diſcuſſa 11. Vita ab Hugone Floriacenſi innovata *Ex Ms. Cap.* 1 Ortus, educatio, monachatus, dignitas Abbatialis 14. *Cap.* 2 Viventis miracula: parentum converſio: Epiſcopatus Lemovicenſis, obitus 15. *Cap.* 3 Ratio temporis, ſepultura, tranſlatio Sarlatum 17. *Cap.* 4 Miracula. Injurii in Sanctum puniti 18. *Cap.* 5 Sanitates collatæ: malevoli puniti 20. *Appendix* Reliquiæ ab Hugenottis diſperſæ, à Catholicis collectæ 22. Aliqua in Appendice 795. Miracula *ex Ms.* 796
7 Saltus Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
10 Salutor Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrol.* 557
10 Saminus Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrol.* 557
7 Sapida Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
10 Sarira Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrol.* 557
10 Satulus Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrol.* 557
10 Saturna Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrol.* 557
6 Saturnina Martyr Mediolani. *Ex Martyrologiis* 101
7 Saturnina Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
8 Saturnina Martyr Byzantii. *Ex Martyrologiis* 291
6 Saturninus Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 101
8 Saturninus Martyr Byzantii. *Ex Martyrologiis* 291
8 Saturninus Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 299
9 Saturninus Martyr Nicomediæ. *Ex Faſtis Græcorum* 362
10 Saturninus Martyr Tarſi. *Ex Martyrologiis* 557
10 Saturninus alter Martyr Tarſi. *Ex Martyrol.* 557
10 Saturninus tertius Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrologiis* 557
8 Saturus Martyr Byzantii. *Ex Martyrologiis* 291
10 Saturus Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrol.* 557
7 Savina Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
8 Secunda Martyr Byzantii. *Ex Martyrologiis* 291
6 Secundiana Martyr Mediolani. *Ex Martyrol.* 101
7 Secundiana Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
6 Secundianus Epiſc. Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 101
8 Secundola Martyr Byzantii. *Ex Martyrologiis* 291
6 Secundus Martyr Mediolani. *Ex Martyrologiis* 101
7 Secundus Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
10 Secundus Martyr Tarſi in Cilica. *Ex Martyrol.* 557
10 Seculà Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrol.* 557
8 Seddinus Martyr Byzantii. *Ex Martyrologiis* 291
10 Seleucus Martyr Tarſi. *Ex Martyrologiis* 557
10 Seleucus alter Martyr Tarſi *Ex Martyrologiis* 557
8 Senerus Martyr Byzantii. *Ex Martyrologiis* 291
10 Senterus Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrol.* 557
7 Septimia Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
10 Septimina Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrologiis* 557
11 Septimus Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 625
10 Sertimus Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrol.* 557
10 Severiolus Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrologiis* 557
10 Severus Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrol.* 557
5 Silvanus Martyr Romæ. *Ex Martyrologio Romano & Actis S. Bonifacii I Papæ.* Reliquiæ alicujus Silvani in Luſitania 7
6 Silvanus Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 101
10 Silveſter Ep. Veſontionenſis in Burgundia, ſponſa relicta, Clericus, dein Epiſcopus, in Cathedra coram Clero mortuus 567
7 Simplicius Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
10 Simplicius Senator Romæ Mart. 498. Acta martyrii per Notarios ſcripta 500. Converſus cum LXVIII ex familia, cum iis capite plectitur 501 c
11 Sipponius Martyr Romæ. *Ex Martyrologiis* 625
11 Siſinnius Diac. Mart. Auximi in Piceno. *Ex Actis S. Anthimi* 615 d e f. Cum S. Anthimo inſtruit & baptizat S. Pinianum Proconſulem 616. Lapidibus occiditur 617 c.
7 Sixtus Martyr prope Gerundam in Hiſpania. *Ex Domenecco.* Corpus Angelico monitu inventum aræ impoſitum claret miraculis 134
10 Solangia Virgo & Martyr apud Bituriges 589. Vita *ex Lectionibus Eccleſiæ propriæ* 589. Alia Vita *ex Gallico Latina facta. Cap.* 1 Acta in vita, martyrium, ſepultura 591. *Cap.* 2 Reliquiarum tranſlationes, etiam in ſupplicationibus. Pluvia impetrata. Cultus ſacer 592. *Cap.* 3 Picturarum modus. Tempus & auctor martyrii, & comparatio cum S. Genovefa 595. Hymnus antiquus, Antiphona, Oratio 596. Indulgentiæ pro Confraternitate ab Alexandro VII conceſſæ 596
8 Spicus Martyr Byzantii. *Ex Martyrologiis* 291
7 Staniſlaus Martyr Epiſcopus Cracovienſis in Polonia 198. Synopſis Vitæ *ex antiquo Ms.* 200. Vita auctore Joanne Longino ſeu Dlugloſſo Canonico Cracovienſi. *Epiſtola dedicatoria* 202. LIBER I Res geſtæ & martyrium 204. *Cap.* 1 Pietas parentum. Ortus, educatio & prima ſtudia 205. *Cap.* 2 Alia ſtudia Pariſiis peracta. Canonicatus. Sacerdotium, Conciones. Diœceſis pro Epiſcopo adminiſtrata 207. *Cap* 3 Epiſcopatus Cracovienſis aſſumptus, & in eo virtutes eximiæ 208. *Cap.* 4 Fortitudo in adverſis ferendis & admonendo Rege de effrænata ejus libidine 211. *Cap.* 5 Ob conjugatam vi raptam, aliis Epiſcopis tacentibus, acris ejus admonitio 213. *Cap.* 6 Ob villam Piotrawin emptam, evocatus tumulo venditor, à triennio mortuus 215. *Cap.* 7 Reſuſcitatus affirmata venditione ad tumulum reductus: expenditur ipſius miraculi certitudo & exempli utilitas 218. *Cap.* 8 Regia ſcelera, peſſime multiplicata, admonitione iterata corripit 221. *Cap.* 9 Ulterior conatus in emendationem Regis. Orationes, pœnitentiæ pro ejus ſalute aſſumptæ. Addita excommunicatio cum periculo vitæ 224. *Cap.* 10 Cædes S. Staniſlai à Rege perpetrata 227. *Cap.* 11 Gloria ejus inter Martyres coronati. Corpus miraculoſe redintegratum 230. *Cap.* 12 Anathema in Regem & occiſores latum. Interdicto

& variis calamitatibus ſubjectum regnum 233. *Cap.*13 Interitus Boleſlai Regis. Succeſſio fratris & aliorum abſque titulo Regis 236
LIBER II Miracula poſt tranſlationem corporis patrata 240. *Cap.*1 Apparitiones nonnullis factæ. Tranſlatio corporis ad Eccleſiam Cathedralem 240. *Cap.*2 Mortui ſex ad vitam reſuſcitati 242. *Cap.*3 Cæcis ſex viſus redditus 244. *Cap.*4 Curata apoſtemata, paralyſis, epilepſia 245. *Cap.*5 Varii moribundi, amentes & alii adjuti 247. *Cap.* 6 Varii ægri ſanati: alii à ſubmerſione & incendio liberati 250. *Cap.*7 Variæ apparitiones S. Staniſlai, potiſſimum de promovenda Canonizatione & corporis elevatione 252
LIBER III De Canonizatione B. Staniſlai, & miraculis poſtea patratis 255. *Cap.*1 Legationes pro Canonizatione ad ſummum Pontificem deſtinatæ. Examina repetita. Remora illuſtri miraculo ſublata 256. *Cap.*2 Solennis Canonizatio: de hâc epiſtola Innocentii IV Papæ 259. *Cap.*3 Sacra oſſa elevantur: equus mortuus reſuſcitatur 262. *Cap.*4 Miracula ab anno 1430 ad 1441 patrata 263. *Cap.*5 Alia miracula ab anno 1451 ad 1460 facta 268. *Cap.*6 Miracula duo anno 1464 patratra. Concluſio operis 271. *Cap.*7 Reſponſum Præpoſiti Clodavicenſis de hac Vita ſibi oblata 272. *Cap.*8 Miracula de novo addita 274. Miracula recentiora *Ex tabulis & votis factis in eccleſia Piotravienſi* 276. Alia *ex libro tabellarum votivarum ad ſepulcrum* 280
8 Stephanus ſeu Stephana Martyr in Ægypto. *Ex Martyrologiis* 299
8 Stercita Martyr Byzantii. *Ex Martyrologiis* 291
7 Sullitus Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
8 Syricus Martyr Byzantii. *Ex Martyrologiis* 291

T

11 TAddæus Martyr in Aſia. *Ex Martyrologiis* 626
8 Tampus Mart. Byzantii. *Ex Martyrol.* 291
8 Taraſius Thaumaturgus in Lycaonia. *Ex Synaxario Ms.* 305
6 Taſſus Martyr Mediolani. *Ex Martyrologiis* 101
10 Tavintus Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Mroll.* 557
10 Teclacia Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrol.* 557
10 Tertullinus Martyr Romanus Luxemburgum delatus. *Commentarius Alexandri Wilthemii Societatis Ieſu.* *Cap.*1 Corpus Luxemburgum delatum 558. *Cap.*2 Inductio ſolennis in urbem Luxemburgenſem 561. *Cap.*3 Templi ornatus, ſacra peracta: beneficia 563. Aliqua in Append. 846
8 Tertulus Martyr Byzantii. *Ex Martyrologiis* 291
5 Teuteria Virgo Veronæ. Cultus, Eccleſia. Tranſlatio 44. Vitæ compendium *Ex collectione Auguſtini Valerii Ep.* 45. Vita metrica *Ex Ms.* 46. Hymnus *ex Ms.* 47. Miracula *ex Italico Peretti* 47
10 Thalelæus Confeſſor Leontinis in Sicilia. Vita extat *in Actis SS. Alphii, Philadelphi, Cyrini* x *Maji.* Fuga ob perſecutionem Decii 526. Obitus 531 f, 532 a.
10 Thecla Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 556
5 Theodorus Ep. Bononienſis. *Ex Martyrol. Rom. Vghello, Maſino & aliis* 50
6 Theodotus Ep. Cyriniæ in Cypro. *Ex Menais* 105, & in Appendice 842
11 Theopiſta uxor S. Anaſtaſii Cornicularii, Martyr Camerini 613
6 Therinus gladio occiſus, CP. honoratus. *Ex Menais* 103
8 Tidus Martyr Byzantii. *Ex Martyrologiis* 291
10 Tinnus Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrol.* 557
6 Tironius Martyr Mediolani. *Ex Martyrologiis* 101
9 Tudinus Abbas Coriſopiti in Britannia Armorica. Cultus. Acta *ex Vita S. Correntini* 460
10 Tura Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrolog.* 557
8 Tunianus Martyr Byzantii. *Ex Martyrologiis* 291
7 Tunidus Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
10 Tunnus Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrol.* 557
5 Tuſca Virgo Veronæ. Cultus, Eccleſia, Tranſlatio 44. Vitæ compendium *ex collectione Auguſtini Valerii Epiſcopi* 45. *Vide* Teuteria.

V

6 VAlentina Martyr Mediolani. *Ex Martyrologiis* 101
6 Valeria Martyr Mediolani. *Ex Martyrologiis* 101
6 Valerianus Ep. Autiſſiodorenſis. Cultus ſacer. *Ex variis* 105
6 Valerius Ep. Autiſſiodorenſis. Cultus ſacer. *Ex variis* 105
6 Veneria Martyr Mediolani. *Ex Martyrologiis* 101
10 Venuſta Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrol.* 557
6 Venuſtus Martyr Mediolani. *Ex Martyrologiis* 101
6 Victor Martyr Mediolani. *Ex Martyrologiis* 101
6 Victor alter Martyr Mediolani. *Ex Martyrol.* 101
6 Victor tertius Martyr Mediolani. *Ex Martyrol.* 101
8 Victor Maurus Martyr Mediolani. Cultus, Tranſlatio. Eccleſia. Tempus cædis 286. Acta martyrii. *Ex Mss. & Mombritio* 288. Analecta *Ex Gregorio Turonenſi* 290
8 Victor Martyr in Ægypto. *Ex Martyrologiis* 299
8 Victor Martyr Byzantii. *Ex Martyrologiis* 291
8 Victor alter Martyr Byzantii. *Ex Martyrolog.* 291
8 Victor tertius Martyr Byzantii. *Ex Martyrol.* 291
10 Victor Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrol.* 557
6 Victoria Martyr Mediolani. *Ex Martyrologiis* 101
11 Victoria Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 625
6 Victoriana Martyr Mediolani. *Ex Martyrol.* 101
6 Victorina Martyr Mediolani. *Ex Martyrologiis* 101
10 Victorina Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Mroll.* 557
11 Victorinus Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 625
7 Victorius Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
7 Victorius alter Martyr in Africa. *Ex Martyrol.* 136
8 Victuria Martyr Byzantii. *Ex Martyrologiis* 291
10 Victurina Martyr Tarſi. *Ex Martyrologiis* 557
10 Victurina altera Martyr Tarſi. *Ex Martyrol.* 557
7 Victurus Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
7 Victurus alter Martyr in Africa. *Ex Martyrol.* 136
7 Victurus tertius Mart. in Africa. *Ex Martyrol.* 136
10 Victurus Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrol.* 557
7 Villanus Epiſc. Eugubinus. Cultus ſacer. Res geſtæ *ex Iacobillo* 281
6 Virtunia Martyr Mediolani. *Ex Martyrologiis* 101
7 Vitalicus Martyr in Africa. *Ex Martyrologiis* 136
8 Vitalis Martyr Byzantii. *Ex Martyrologiis* 291

W

11 WAlbertus & Bertilia conjuges. Altaria erecta. Reliquiæ honoratæ. Commendatio virtutis 633. Probata fuga à nuptiis S. Aldegundis filiæ. Sepultura illorum & tranſlatio 634, 635. Gratiarum & miraculorum Sylloge 1 anno 1619 ſcripta 635. Sylloge 2 ad an. 1629 utraq; ex Gallico Joannis le Clercq Paſtoris 637
5 Waldrada Abbatiſſa Metis 51. Vita *ex Ms.* 51
8 Wiro Epiſcopus Ruremundæ in Gelria. Commentarius prævius Joannis Bollandi §. 1 Wironis in Monte S. Odiliæ habitatio, Natalis, Vita à quo ſcripta 309. §. 2 Patria & Epiſcopatus. An ante hunc aut poſt monachus fuerit? & cujus Pippini fuerit Confeſſarius? 311. §. 3 Reliquiæ Ultrajectum & Ruremundam tranſlatæ 313. Vita ex

Ex ſchedis Wilhelmi Lindani Epiſcopi Ruremundenſis 315. Tranſlatio Eccleſiæ Collegiatæ ex Monte S. Odiliæ in urbem Ruremundam. *Ex archivio Ruremundenſis Eccleſiæ* 315

Z

8 ZAderus Martyr Byzantii. *Ex Martyrologiis* 291
10 Zebberia Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrologiis* 557
9 Zenon Martyr Axiopoli in Bulgaria. *Ex Martyrologiis* 365
10 Zenon Martyr in Myſia inferiore. *Ex Martyrologiis* 557
10 Zetula Martyr Tarſi in Cilicia. *Ex Martyrologiis.* 557

INDEX CHRONOLOGICVS

SECULUM CHRISTI I.

Sub Nerone S. Evellius Martyr 613
Circa 66 S. Euodius Epiſcopus Antiochenus martyrio coronatur 98
Seculo 1 S. Lucius Cyrenenſis 99
S. Hermas Epiſcopus Philippenſis 360
S. Irene Martyr celebrata Conſtantinopoli 4

SECULUM II.

Sub Hadriano Imp. SS. Primus Presb. Marcus Diac. Jaſon & Celianus Martyres Tergeſti 497
Anno 178 S. Juſtus Ep. Viennenſis Martyrio coronatur 99
Circa an. 190 S. Dionyſius Epiſc. Viennæ in Gallia 361

SECULUM III.

Anno 222 SS. Calepodius Presb. Palmatius Conſul & & alii 42, Simplicius Senator & alii 68, Felix & Blanda conjuges, Martyres Romæ 498
Sub Decio SS. Anaſtaſius Cornicularius, uxor, 4 filii, 2 filiæ, 3 famuli Martyres Camerini 613
Anno 250 SS. Alphius, Philadelphus & Cyrinus à Nigellione capti Romam mittuntur 503 f
Anno 251 SS. Alphius & fratres Leontinis martyrio coronantur 504 a. SS. Oneſimus & Eraſmus Martyres Puteolis 504 a 510 e. Milites xx 515 e. Judæi converſi lapidantur 519, 520 a. S. Epiphana ſciſſis mamillis 529
Anno 251 S. Thallalæus Confeſſor Leontinus obit. 531 SS. Cleonicus & Stratonicus Martyres Leontini 533
Sub Valeriano SS. Codratus ſeu Quadratus, Saturninus, Ruffinus & ſocii Mart. 362
Anno 275 SS. Gregorius & Nonna parentes S. Gregorii Nazianzeni 371 f
Seculo 3 S. Jovinianus Lector Autiſſiodori 5
Sub Daciano SS. Eudaldus & Sixtus Martyres prope Gerundam in Hiſpania 134
Ante an. 300 S. Gregorius Nazianzenus naſcitur 371 f
Sub Perſecutione, forte Diocletiani, S. Mocius Conſtantinopoli capite plexus 624 b
S. Dioſcorides Martyr Smyrnæ 624
Sub Diocletiano aut Sec. IV SS. Anthimus Presb. Maximus, Baſſus, Fabius, Martyres via Salaria 634
SS. Siſinnius Diaconus Diocletianus ſeu Diocletus, Florentius Mart. Auxius 614. SS. Faltonus Pinianus & Anicia Latina Conjuges 614
Sub Maximiano Martyres Mediolani paſſi nominibus ſuis expreſſi LXXIX, & certo numero indicati LXXXV, & alii plures 101

SECULUM IV.

Anno 303 SS. Anthius Miles, Maximus Presbyter Anthes Diaconus, Areſtinus & alii nominati LXXV Martyres Byzantii 291, 292 a
S. Victor Maurus Martyr Mediolani capite plectitur 286, 290 b,
Anno 309 S. Maximus poſt effoſſum oculum & popliten ſucciſum ad metalla damnatus, dein Epiſc. Hieroſolymis 7 c 9 d
Ab An. 327 S. Gregorius Nazianzenus ad an. 356 vacat eloquentiæ excolendæ 371 a
Anno 328 S. Gregorius Nazianz. baptizatur 372 d
Anno 335 Dedicatio Eccleſiæ Hieroſolymit. 8 b
Sub Conſtantino S. Theodotus Ep. Cyriniæ in Cypro 105
Anno 362 SS. Gordianus & Epimachus Martyres ſub Juliano 551
Poſt an. 355 S. Maximus Conf. Epiſc. Hieroſolymitanus moritur 7
Circa an. 357 SS. Baſilius & Nazianzenus degunt in ſolitudine Ponti 372 f
Anno 365 Nomen Paganorem idololatris tributum 288 d
Anno 369 Euſebius Epiſcopus Cæſarienſis moritur. 391 b. Electus S. Baſilius diu reſiſtit 391 c d e
Anno 379 S. Baſilius mortur 400 e. S. Gregorius Nazianz. proficiſcitur Conſtantinopolim. 399 d
Anno 380 S. Gregorius Nazianzenus teſtamentum condit 410 e
Anno 382 S. Palladius Epiſcopus Biturienſis mortuus 568 f
Circa 386 S. Britonius Ep. Trevirenſis moritur 11
Circa An. 387 S. Helladius Epiſcopus Autiſſiodorenſis obit 300
Anno 389 S. Gregorius Nazianzenus obit 169 427 f
Sub Theodoſio Seniore SS. Eulogius Ep. Edeſſenus & Protogenes Ep. Carrhenſis 10
Seculo 4 SS. Valerius & Valerianus Epiſcopi Autiſſiodori 101
S. Innocentius Epiſcopus Africanus Cajetæ depoſitus 138
SS. Nectarius & Nicetius Epiſcopi Viennæ 9

SECULUM V.

Anno 403 S. Hilarius Ep. Arelatenſis naſcitur 24 a
Circa An. 409 S. Gibrianus Presb. in diœceſi Catalaunenſi moritur 300
Anno 426 S. Lupus creatur Trecenſis Epiſc. 40 f
Anno 429 S. Hilarius creatur Epiſcopus Arelatenſis 24 a
Anno 449 S. Hilarius Epiſcopus moritur 24 b
Anno 461 S. Palladius II Epiſcopus Biturienſis mortuus 565 b
Circa 470 S. Sacerdos ab Ecditio in baptiſmo ſuſceptus 13 c
Poſt Annum 475 S. Mamertus Epiſcopus Viennenſis in Gallia 619
Poſt Annum 476 S. Luminoſa Virgo Papiæ 460
Sec. V. S. Nepotianus Presbyter Altini 627

S. Gerontius Archiepiſcopus Mediolanenſis 43
Circa 500 S. Sacerdos fit Abbas Calabri 13 e

SECULUM VI.

Anno 501 S. Gerontius Epiſc. Fiesolenſis Mart. 461
Circa 509 S. Sacerdos conſecratur Ep. Lemovic. 13
Circa 530 moritur 11, 13 d
S. Agatumber Epiſc. Metis obit 632
Anno 550 S. Deſideratus Epiſc. Bituricen. obit 303
Circa 550 S. Theodorus Ep. Bononienſis floret 50
Anno 551 Benchorenſe monaſt. in Hibernia conditur à S. Comgallo 580 a
Circa 560 S. Domitianus Ep. Traject. obit 150
Seculo 6 S. Maurelius Ep. Imolenſis 106
S. Benedicta ſanctimonialis Romæ 107
S. Joannes Monaſterienſis Cainone in diœceſi Turonenſi 50

SECULUM VII.

Anno 601 S. Comgallus Ab. Benchorenſis in Hibernia moritur 579
Circa 620 S. Waldrada Abbatiſſa Metis moritur 51
Anno 610 S. Waldrada teſtamentum condit 51 b
Anno 642 S. Maurelius an factus Epiſcopus Vicohabentiæ 159 f
Cir. an. 650 S. Godon Epiſc. Metenſis 307
Anno 652 S. Iduberga ſive Itta obit 307, 308 b
Cir. an. 660 SS. Walbertus & Bertilia parentes SS. Waldetrudis & Aldegundis, mortui 633, 634 b
Circa 676 S. Joannes Damaſcenus naſcitur 110 b
Anno 678 Corpus S. Aldegundis Curtiſſolra Malbodium transfertur 634
Anno 685 S. Benedictus II Pontifex Romanus ordinatur 14 Maji 196 f
Anno 686 obit 25 Martii 196 f
Anno 688 S. Eadbertus creatur Ep. Lindisfarn. 108
Seculo 7 S. Cerenicus Diac. in Sagienſi diœceſi 162 b

SECULUM VIII.

Anno 701 S. Maurontus Ab. obit Marchianis 51
Anno 718 S. Eadbertus Epiſcopus Lindisfarnenſis moritur 107, 108 d
Anno 720 S. Petronax Caſinum à Longobardis deſtructum inhabitare cœpit 120
Anno 721 S. Joannes Beverlacenſis Archiep. Eboracenſis obit 166 b, 173 a
Cir. an. 738 S. Petrus Epiſc. Papienſis obit 194, 195 e
Circa 740 S. Joannes Damaſc. fit Presbyter 110 b
Anno 751 Eccleſia SS. Teuteriæ & Tuſcæ conſecratur & corpora in ea ponuntur 44 f
Anno 752 S. Petronax Abbas Caſini moritur 121 b
Circa an. 760 S. Gengulphus Martyr Varenſis in Burgundia 642
Anno 774 Corpora SS. Gordiani & Epimachi delata Campidonam 554 a
Circa 780 S. Joannes Damaſcenus moritur 109,
Sec. VIII S. Eudaldus M. in Novempopulonia 640

SECULUM IX.

Anno 858 S. Lotharius donat Ultrajectinis monaſterium S. Wironis 314 b c d
Anno 870 Eccleſia S. Gengulpho dicata 642 b
Cir. Sec. IX S. Solangia Virgo & Martyr apud Bituriges 589, 595 a

SECULUM X.

Anno 954 S. Majolus fit Ab. Cluniac. 661, 663 a
Cir. an. 970 Eccleſia S. Gengulpho erecta Moguntiæ 642 e
Anno 978 S. Eudaldi Mart. corpus tranſlatum in Cataloniam 640 f
Circa 983 Corpus S. Maſtidiæ Virginis inventum Trecis 141 b c
Anno 995 Oſſa S. Eadberti & aliorum deferuntur Dunelmum 108 a
Anno 994 S. Majolus Ab. obit 957, 668 e
Seculo 10 S. Gregorii Nazianzeni corpus tranſlatum è Cappadocia Conſtantinopolim 448 d
S. Athanaſius Epiſc. Corinthiorum floret 54, 55 a

SECULUM XI.

Anno 1004 S. Eudaldi Mart. corpus delatum in Ripollenſe monaſt. 6 1 e
Anno 1030 S. Staniſlaus poſtea Ep. Cracovienſis naſcitur 200 a
Anno 1034 S. Gregorius Ep. Oſtien. creatur 465 b
Anno 1040 B. Fortis eremita ad ſanctam Crucem Fontis Avillanæ in Italia 464
Anno 1041 Eccleſia S. Gengulpho dicatur in Helvetia 642 f
Anno 1044 S. Joannis Beverlacenſis corpus transfertur ab Alfrico Archiep. Eboracenſi 166 f
Anno 1046 S. Gregorius Epiſc. Oſtienſis in Legatione Hiſpanica mortuus 465 c
Anno 1051 S. Cataldi Reliquiæ transferuntur 571 b c
Anno 1069 Bogna mater S. Staniſlai Ep. Cracov. pie moritur 207 a
Anno 1070 S. Gualterius ſeu Gauterius Abbas & Canonicus Stirpenſis obit 701 e
Anno 1079 S. Staniſlaus Epiſc. Cracovienſis Martyr occumbit 198
Anno 1088 S. Staniſlai corpus ad Eccleſiam Cathedralem transfertur 241 a b

SECULUM XII.

Anno 1102 S. Petrus dein Archiepiſc. Tarentaſienſis naſcitur 320 b, 326 d
Anno 1109 Reliquiæ S. Mauronti transferuntur in novam capſam 52 a
Anno 1122 S. Petrus, dein Archiep. Tarentaſien. vitam monaſticam Ciſtercienſem auſpicatur 320 b
Anno 1132 S. Petrus fit Abbas Stamedii Ord. Ciſtercien. 320 b, 326 d
Anno 1142 Idem fit Archiep. Tarentaſienſis 320 b
Anno 1161 Corpora SS. Teuteriæ & Tuſcæ inveniuntur, & eccleſia innovatur 45 a
Circa 1170 S. Avertinus Diaconus in diœceſi Turonenſi 55
Anno 1175 Corpus S. Domitiani Ep. Trajecten. elevatur Huji 151 e
Anno 1175 S. Petrus Archiep. Tarentaſ. obit 320 b d e
Anno 1190 S. Albertus Agricola apud Bergomenſes, Cremonæ mortuus 281
Anno 1192 S. Guilielmus Presbyter Pontiſaræ obit Dominica Rogationum 598 d
Cir. An. 1200 B. Amatus Saludecii in agro Italiæ Ariminenſi floret 348, 350 c

SECULUM XIII.

Anno 1220 B. Villanus Ep. Eugubinus 282
Anno 1220 S. Angelus Presbyter Ordinis Carmelitani martyrio coronatus 798 d
Anno 1216 B. Beatrix Ateſtina Virgo ſanctimonialis Paravii Ord. S. Benedicti obit 598
Anno 1228 ejuſdem corpus transfertur in aream marmoream 601 c

Anno

Anno 1353 S. Staniſlaus Ep. Cracovienſis Sanctis adſcribitur & Corpus elevatur 200 b c, 259 f, 262
Poſt An. 1265 B. Bernardus Ord. Prædicat. cum 2 parvulis 354
Anno 1387 Leocate peſte afflata experitur opem S. Angeli Carmelitæ 73 d
Anno 1290 Andreas Venetus coronatur Rex Hungariæ, iſtius nominis tertius, pater B. Eliſabethæ Ord. Prædicatorum 123 f
Anno 1297 B. Eliſabetha Hungara filia Regis Andreæ 3 naſcitur 123 f
Seculo 13 S. Gregorii Ep. Oſtienſis Corpus inventum & ſecuta miracula 466
Anno 1300 B. Bonizella vidua Terquandæ in Senenſi diœceſi moritur 121 f

SECULUM XIV.

Anno 1310 B. Nicolaus eremita Neapoli in Italiâ occiſus 707, 708 b
Anno 1312 Leo Corinthius Notarius Tragurienſis Latine vertit Acta Græca SS. Alphii, Philadelphi, Cyrini 504 a
Anno 1338 B. Eliſabetha Hungara, filia Regis Andreæ, Ordinis Prædicatorum moritur 123
Anno 1361 Collegiata Eccleſia ex Monte S. Odiliæ transfertur in urbem Ruremundam 317, 318, 319
Anno 1375 B. Nicolaus Albergatus poſtea Epiſc. Bonon. naſcitur 472 b, 477 e
Anno 1394 fit Carthuſianus 472 b

SECULUM XV

Anno 1415 S. Joannis Beverlacenſis feſto Transſlationis obtinet Henricus 5 Rex Angliæ victoriam de Francis 167 a
Anno 1417 B. Nicolaus Albergatus ordinatus Epiſcopus Bononienſis 478 b, 479 c
Anno 1418 Inventæ Lupiis imagines Deiparæ & SS. Irenes & Veneræ Martyrum 79 a b c
Anno 1419 S. Maurelii Epiſcopi & Mart. inventio corporis Ferrariæ 156 a
Anno 1426 B Nicolaus Albergatus creatur S. R. E Cardinalis 482 c, 483 e
Anno 1430 *& ſeqq.* Varia miracula fiunt patrocinio S. Staniſlai 263, & ſeqq.
Circa An. 1440 B. Aloyſius Rabata Ord. Carmelitici obit 717
Anno 1443 B. Nicolaus Albergatus Cardinalis & Epiſcopus Bononienſis moritur 467, 489 d
An. 1452 B. Miri Erem. corpus reperitur 603 c, 608 c
Anno 1458 B. Angelus Martyr Ord. Camaldulenſis Maſſacii in Italia 356
Anno 1470 Patres Carmelitæ in Capitulo generali tractant de procuranda Canonizatione S. Angeli Presb. Mart. 57 b
Anno 1480 Joannes Longinus ſcriptor Vitæ S. Staniſlai moritur 276 a
Anno 1486 S. Angeli Carmelitæ Corpus transfertur in aream argenteam 60 b, 61 c
Anno 492 S. Cataldus apparens curat inquiri librum ſuum 576 a
Anno 1492 B. Prudentia Virgo Ordinis Eremitarum S. Auguſtini Novocomi apud Inſubres migravit ad Chriſtum 129
Anno 1498 Commemoratio in Veſperis & Matutinis de SS. Alberto & Angelo facienda in Capitulo generali Patrum Carmelitarum ſtatuitur 57 b

SECULUM XVI.

Anno 1511 S. Solangiæ Reliquias transferendi data facultas 597 d e
Anno 1517 Acta SS. Alphii, Philadelphi, Cyrini in arca Reliquiarum reperta 504 e
Anno 1517 Reliquiæ eorumdem repertæ 547
Anno 1556 Urbs Duacena occupanda ſervatur S. Mauronto apparente 54
Anno 1567 Corpora SS. Valeriani Mart. Romani Conf. & Liceriæ Virg. Mart. Senonenſis in urbem tranſlata 626 c e
Anno 1573 Corpus S. Mamerti Epiſc. Viennen. a Calviniſtis combuſtum 530 f
Anno 1574 Capto Sarlato ab Hugonottis Reliquiæ S. Sacerdotis diſperſæ, a Catholicis collectæ 22 c d
Anno 1576 S. Victoris, Mauri & S. Satyri Mediolani corpora transferuntur 266 f, 287 a
Anno 1578 B. Beatricis Ateſtinæ corpus fere integrum transfertur Patavium 602 b c
Anno 1580 S. Gregorii Nazianzeni corpus Romæ e Campo Martio ſolemni pompa tranſlatum ad ſacellum proprium in æde Vaticana 457
Anno 1582 S. Carolus Borromæus transfert copora novem Sanctorum 44 e
Anno 1594 Reliquiæ SS. Wironis, Plechelmi & Otgeri inventæ Ruremundæ 313 b c

SECULUM XVII.

Anno 1602 S. Victoris Martyris Mediolani & S. Satyri capita argenteis thecis includuntur 287 b
Anno 1606 Patres Carmelitæ ineunt poſſeſſionem Conventus S. Angeli Leocatæ 58 d e f
Anno 1606 Corpus S. Maſtidiæ Virginis expoſitum Trecis 141 e
Anno 1619 SS. Walberti & Bertiliæ in unum loculum tranſlata oſſa 635 a
Anno 1623 S. Angeli Carmelitæ corpus ſolemniter transfertur in novam aream 60, 61, 62
Anno 1625 Corpus S. Tertullini Mart. Luxemburgum defertur 559 a
Anno 1625 S. Angelo Carmelitæ decernitur alterum feſtum 16 Auguſti celebrandum Leocatæ 62
Anno 1626 S. Angelus Carmelita inter Patronos Panormitanos aſſumitur 59 c d e f
Anno 1629 Capſa Reliquiarum S. Sacerdotis aperta, particulæ variis datæ 22 f, 23
Anno 1637 B. Miri eremitæ corpus Surici apud Inſubres transfertur 604 a, 609 c
Anno 1645 Quatuor corpora Sanctorum donata Florentio Montmorencio. Ex iis corpus S. Chryſanthi delatum Luxemburgum 560 c d
Anno 1647 Corpora SS. Chryſanthi & Tertullini recognoſcuntur 561 d. Deportantur in urbem Luxemburgenſem ad ædem Societatis Jeſu 562, 563
Corpora SS. Sabini & Certeſii Mart. excipiuntur Caſtellæ in Latio 567 d
Anno 1650 Corpora SS. Cyrilli, Eleutherii, Mariani, Dorotheæ Mart. Rom. in Styriam delata ad monaſt. S. Lamberti 620 a
Anno 1653 Sarlatum urbs, voto S. Sacerdoti facto, liberatur ab hoſtibus 22 e
Anno 1658 Alexander VII Papa confirmat Confraternitatem S. Solangiæ 596 e, 597 d: publicat Archiepiſcopus Bituricenſis 597 b

APPROBATIO

CENSORIS

ORDINARII.

OPus de Actis Sanctorum Maji, per Reverendos Patres Godefridum Henſchenium & Danielem Papebrochium, Societatis Jesu Presbyteros, digeſtis atque illuſtratis, quod fel. mem. Aubertus van den Eede, nuper Antverpienſis Epiſcopus Illuſtriſſimus, dum adhuc Archidiaconus & Librorum Cenſor inter nos eſſet, legere cœpit, & quouſque legerat vehementer ſibi placuiſſe demonſtravit, videre tamen perfectum non potuit morte præventus; id ego ultra medietatem productum voluminibus tribus, ex officio, poſt ipſum ſuſcepto, legi; & tanti Viri judicio etiam in ceteris, quæ deinde ad cenſuram datæ ſunt, partibus dignum omnino reperi. Utpote de quo, ſicut ille aliàs ad Aprilem à ſe ſimiliter recognitum dixit, Prudens Eruditio antiqua reducit, et Simplex Veritas obscura revelat. Quare hos etiam tres tomos, in quibus nihil deprehendi, quod orthodoxæ fidei boniſque moribus adverſetur, ſed uberem copiam pulcherrimorum ad omnem virtutem exemplorum, publicam lucem mereri tanto propenſius cenſeo, quanto accuratioribus Commentariis Obſervationibuſque ſingula invenio diſcuſſa atque expenſa. Tunc enim perfecte prodeſt Sanctorum Vitas ſcriptas habere, cum intelligitur qua fide & auctoritate unaquæque earum ſcripta ſit. Si separaveris pretiosum a vili, quasi os meum eris, inquit Dominus per Jeremiam. Ori igitur Domini aſſimulari nituntur, qui certa ab incertis, vera à falſis (quantum quidem humana aſſequi diligentia poteſt) maturo ſecernentes examine, conantur Hiſtoriam Eccleſiaſticam ea parte excolere, qua magis intractabilem hæreticiſque contemptam eam reddidit præteritorum incuria atque inertia temporum. Quod ut præfatis Auctoribus, ſacrum ſuum Annum per menſtrua incrementa promoventibus, ex communi piorum atque eruditorum deſiderio, feliciter cedat, meum etiam votum eſt. Antverpiæ Idibus Auguſti MDCLXXX.

Antonius Hoefslagh, *Sacræ Theologiæ Licentiatus,*
Eccleſiæ Cathedralis Antverpienſis Canonicus Graduatus,
& Seminarii Epiſcopalis ejuſdem Præſes,
Librorum in civitate eadem Cenſor.

ELOGIUM
R. P. DANIELIS CARDONI S. I.

Anno, multorum & morbis & interitu Antverpienſibus memorabili, MDCLXXVIII, XII *Novembris defuncti.*

CUpies, LECTOR, cujus non raro hoc menſe Majo & nomen leges & lucubrationes, noviſſe virum : quis ille DANIEL CARDONUS. Paucis accipe. Lucis uſura frui cœpit Antverpiæ, celeberrimo orbis emporio, anno à partu Virginis MDCXLIV, III Septembris. Studiorum ab humanitate appellatorum ſtadio ibidem feliciter decurſo; aliud Pietatis non ſegnius Mechliniæ ingreſſus eſt MDCLXI, XXV Septembris in Album Sociorum adſcriptus. Prodiit inde, elapſo tirocinii biennio, tam inſtructus à virtutibus, quam venerat imbutus litteris ; utriſque expeditior Philoſophiam auſpicaturus: cui itidem biennio inſumpto, per annum alium varie exercitus, politiorem in ſcribendo ſtylum, faciliorem in componendo uſum, venuſtiorem in loquendo latinitatem comparavit, ſibi dicam, an diſcipulis ? quos toto deinceps quinquennio, non minori illorum cum fructu quam ſua ipſius cum aſſiduitate ac labore, iiſdem inſtituit. Illud autem imprimis ſevere cavit, ne quis ſuorum prius Grammaticæ præcepta mandaret memoriæ, quam obſervaret divina ; aut potentius dicendo apud homines, quam precando apud Cælites peroraret. Non tantum præſcriptis per leges ſcholaſticas temporibus, ſed & alias ſæpe, ubi ſe dabat occaſio, Doctrinam Chriſtianam indefeſſo explicabat fervore, teneriſque mentibus leniter inſtillabat ; præludens jam tum ferventiori proximos juvandi zelo, quo deinde inter Acta Sanctorum occupatiſſimus, nihilo remiſſius in hanc parvulorum ſalutarem incubuit inſtructionem, publice, privatim, feſtis profeſtiſque diebus, omnium ſtudia laude, æmulatione, promiſſis, præmiis ingenioſiſſime acuens. Poſt hæc ſanctioribus Theologiæ ſtudiis quatuor impendit annos, non ſemel tuitus Poſitiones publice ad diſputandum propoſitas. Tam bene à pietate, zelo, atque eruditione comparatus, ſacris Ordinibus initiatus eſt MDCLXXIV, XXII Septembris. Jamque ingraveſcens P. HENSCHENII ætas, & infirma P. PAPEBROCHII valetudo curam injecerant Moderatoribus cogitandi de ſocio illis tertio adjungendo. Quæritur, invenitur, omnium ſententia judicatur, omnium ore proclamatur aptiſſimus P. DANIEL CARDONUS. Ita nempe cultæ latinitatis, qua mire excellebat, elegantia ; ita ingenium vividum judiciumque peracre ; ita variarum notitia linguarum (præter Belgicam enim, ſibi vernaculam, Latinamque, callebat Græcam, Italicam, Hiſpanicam, Gallicam, Anglicanam) quas diligenti ſtudio ac memoriæ tenacis beneficio perdidicerat, per-

perſuadebant. Nec vero conceptæ de ſe opinioni non reſpondit P. DANIEL. Probavit ilico ſuam operam Collegis Patribus; probavit Superioribus tum hic provinciæ noſtræ præpoſitis, tum Romæ in Societatem univerſam invigilantibus; probavit domeſticis pariter atque extraneis, eruditionis fama notiſſimis: quorum illi, lectis ipſius lucubrationibus, elegantis ſolidique ſcriptoris teſtimonium tribuerunt vivo; hi procul abſentes, contracta litterarum commercio familiaritate, mortuo etiam lacrymis parentaverunt. Notus paſſim R. P. JACOBUS WALLIUS iis quibus nota Poëtica; notus & R. P. JACOBUS VAN CALLOEN iis quibus Theologia, in qua uti diutiſſime ita & laudabiliſſime verſatus eſt, eo præſtantiores ambo, quod cum ſua quiſque eximiæ facultatis ſcientia perfectam linguæ Græcæ cognitionem conjunxerint. Hi (nam quiſque ſe in illa ſolet arte, quam novit, exercere) cum partem hujuſce Maji, jam tum impreſſam, volverent; cepit ilico (ut ſolet ſua quemque voluptas) utrumque Patrem una eademque Gregorii Nazianzeni Vita; alterum, quod Vita Theologi; alterum, quod ſcripta carmine; utrumque, quod Græci Auctoris eſſet. Legerunt, expenderunt, contulerunt Latina cum Græcis. Quid tum? Relegere, delectari, mirari verſionem, laudare interpretem, palam edicere; nullum tricas Græcorum, in verſibus paſſim obvias, extricare ſolertius ac reddere Latine magis ad mentem auctoris potuiſſe, ne ſe ipſos quidem. Ne tamen putes, ita ſeſe Sanctorum Actis impendiſſe ſcribendis, ut non & exemplis ſuum tempus ſuppeteret imitandis. Imo tanto impenſius hæc ſtudebat exprimere moribus, quanto elegantius illa exornaverat ſtylo; ut non uno modo Dei Sanctorumque gloriam & proximi ſalutem promoveret, quibus omnem vitam ſuam, laborem, actiones jam dedicaverat. Erat in precibus ex præſcripto Societatis quotidie perſolvendis accuratus, in diſcutiendis conſcientiæ nævis lynceus, in detergendis aſſiduus, in declinandis conſtans: unde conſuetudine in naturam abeunte tantam ſibi animæ munditiem paraverat, ut pro ingenito candore ſubinde fateri auditus ſit, nihil quidquam ſibi in mentem venire, octiduo etiam à ſuperiori confeſſione elapſo, quod conſcientiæ ſuæ Moderatori per ſacram exomologeſin putaret aperiendum. Quod nolim de gravioribus piaculis intelligas, quæ in recte conſtituta Religione pro monſtris ſunt; ſed de leviſſimis quibuſque labeculis, ſine quibus hæc vita vix aut ne vix quidem ducitur: Comprobant id ſchedæ, manu ipſius exaratæ, inventæque poſt mortem: quibus ceu rationum codicibus ſcripto commiſerat ſpeciatim quaſlibet cujuſvis diei actiones; quid matutinis horis, quid progrediente die, quid medio, quid declinante in veſperam, quid ſub noctem egiſſet: & tanta quidem cum accuratione, ut à longiſſimo tempore nullius fere diei geſta, deſiderari deprehenſa ſint. Crediderim id ipſum non alio factitaſſe conſilio, quam ut conferendo diebus dies, ſeptimanas ſeptimanis, menſibus menſes, circumacto denique anno rectius pernoſceret conſcientiæ ſuæ ſtatum, ſpiritualis lucri rationem haberet exploratiorem, majoremque nitorem procuraret. Hinc cuilibet, credo, abunde perſpectum eſt, quod, uti paratior quotidie puriorque ad aram ſacris operaturus

acceſsit

acceſsit, ita gratior Agno immaculato hoſpes, uberioribus præventus fuerit gratiarum donis, & dulcedinem cæleſtium, ad quas aſpirabat identidem, prælibaverit deliciarum. His aliiſque P. DANIEL primam Vocationis ſuæ partem, à ſanctiſſimo Patriarcha IGNATIO præſcriptam, de ſtudio vacandi cum divina gratia perfectioni propriæ animæ, egregie implevit. Nec ſegnius alteram, quæ cum eadem gratia impenſe in ſalutem & perfectionem proximorum incumbere jubet, dare effectam ſategit. Id antelucanus ſerotinuſque ſine interміſſione labor in ſcribendo Sanctorum Acta, proximis exemplo ad imitationem futura; id aſſiduitas Dominicis feſtiſque diebus in ſacro tribunali, expiare conſcientiæ noxas volentibus benigne aures præbentis; id promptitudo in ſuccurrendo ægrotis, frequentia in viſitando, in conſolando induſtria, in aſſiſtendo moribundis conſtantia abunde teſtatum reliquerunt. Recedam à propoſita mihi brevitate ſi cetera proſequar. Mors viri, in obſequio proximorum hauſta, luculentiſſimum, divina ſuffragante auctoritate, teſtimonium eſt zeli amoriſque ipſius tanti, ut nequeat eſſe major, ſiquidem pro ignotis etiam ac promiſcua vulgi turba, non modo pro amicis notiſque, animam poſuit. Nam qui anno MDCLXXVIII urbi Antverpienſi incubuerat gravis aër, tanta contagione infecerat omnia; ut nulla domus ſine ægris, nulla pœne ſine mortuis fuerit. Deerant qui decumbentibus inſervirent, nullo pretio, quantumvis magno, conducibiles; deerant qui corporibus opem ferrent, medici; deerant, quod luctuoſiſſimum, qui moribundis adeſſent confitentibuſque aures præberent, Sacerdotes. Emicuit paſſim Religioſorum zelus, nec in poſtremis noſtrorum fuit, è quibus, præter alios plures, in hac ſola domo Profeſſa duodecim Presbyteri, diurnis nocturniſque laboribus, nulla ſibi indulta quiete, fracti, octodecim non amplius diebus, caritatis victimæ occubuerunt. Inter alios, vita longiore dignos, R. P. DANIEL CARDONUS XII Novembris obiit, exacto ætatis ſuæ anno dumtaxat trigeſimo tertio, ſolennia quatuor Societatis JESU vota nuncupaturus tertio poſt menſe, ſi vixiſſet, jam tum per conſuetas Probationes eo præparatus. Morbi tempore non diuturno id unum frequenter rogavit Superos, ut P. DANIELI PAPEBROCHIO Lovanii, quo initio morbi, eadem ex cauſa contracti, feliciter migraverat, ad deſperationem medicorum laboranti, parcitum vellent, ſuamque pro illius redimenda vita liberaliter oblatam acceptarent; id unice viſus curate, ut quemadmodum in caritate vixerat, ex caritate morbum contraxerat, ita pro caritate animam poneret. Quæ quamquam libera lætaque, ad æterna ſic laborantibus amantibuſq; propoſita præmia, ut confidimus, avolavit; non potuit tamen non incredibile ſui deſiderium apud nos notoſque omnes relinquere, imo & dolorem excitare, & elicere lacrymas. Ut enim nihil de nobis dicam; CESSISSIMUS PADERBORNENSIS AC MONASTERIENSIS PRINCEPS, nuntiata hac morte, graviter indoluit. R. ADM. P. CAROLUS DE NOYELLE Aſſiſtens Germaniæ Societatis noſtræ, in communi paſſim noſtrorum ſtrage nullius ſe interitum gravius ſenſiſſe, quam

quam P. DANIELis, datis Roma litteris, teſtatus eſt. Sed fidem pœne ſuperat, quanti illum fecerit, adeoque quam acerbe mortem tulerit vir Illuſtriſſimus juxta ac cruditiſsimus, auctoritatiſque in aula Magni Ducis Hetruriæ non vulgaris D. ANTONIUS MAGLIABECHIUS. Ex ipſius viri litteris id judica, P. HENSCHENIO reſcribentis in hunc ſenſum. *Nullis umquam potero verbis exprimere, quanto me dolore affecerit intellecta mors optimi, doctiſsimi, atque humaniſsimi* P. CARDONI: *nec ſane poſſum ſine lacrymis ſcribere paucos hoſce verſus; cujus veritatis Deus mihi teſtis eſt, ſciens quod non mentior. Aderat mihi R. P. Nicolaus Bartolini Lucenſis, Presbyter Congregationis Matris Dei, quando epiſtola veſtra,* XVIII *Novembris Lovanio ſcripta, in manus tradita eſt. Præſens is eamdem referanti, certiſsime poterit affirmare Tibi, quod cum legendo eo perveni, ubi funeſtus nuntius continebatur, nequiverim porro lectionem proſequi, cum mihi excideret è manibus charta, lacrymæ ex oculis, ex ore ſuſpirium mœſtum prorumperet: Enimvero nullo non die experimur, novis identidem malis edocti, quam non ſit hæc ubi vivimus terra, niſi vallis calamitatum atque lacrymarum. Vix mihi cœperat noſci* P. CARDONUS, *ſuaque me amicitia per litterarum commercium honorare, totumque meum ſibi devinxerat affectum: & ecce nunc mortuus nuntiatur. Doleo plurimum mea cauſa, cui tam cito ablatus eſt amicus, adeo ſinceri cordis tantique candoris; eoque magis, quod rarius ejuſmodi amici obveniunt. Sed multo magis ſentio damnum, quod inde evenit eruditiſsimo veſtro atque ſanctiſsimo Operi: difficile enim vobis erit, quantum intelligo, alterum invenire Collegam qui eo accedere poſsit, tot gratiis à Deo & natura inſtructus, atque ipſe fuit. Ita placitum Domino, cujus voluntati acquieſcendum. Interim nobis conſolatio ſuppetit, quod confidere liceat, ipſum nunc frui ſocietate Sanctorum, quorum honori promevendo vitam conſecraverat: atque una cum eis Dominum deprecetur pro nobis.* Quis autem PATRUM HENSCHENII ac PAPEBROCHII ſenſus exiterit in funere tam cari ſibi aptique diſcipuli & collegæ, nihil attinet dicere. Satis ſit, quod & in inchoando hoc ſecundo Tomo Maji meminiſſe voluerunt P. CARDONI, ut ſocii in ſpem diuturniorem ſibi adjuncti; & nunc eidem Tomo in lucem educendo hanc ipſius commendationem inſeri mandarint, mea qualicumque opera, ſibi ad tempus commodata; qui utinam talis viti in his ſtudiis principia, etiam poſt multos annos attingam progreſſu lentiori, veſtigia mihi relicta, qua potero, ſequens!

Conradus Ianningus Soc. JESU.

ACTA

ACTA SANCTORVM
MAII
TOMVS SECVNDVS.

NOn ſemper id uſu commodius eſſe, quod tale viſum olim eſt, optima rerum diſcretrix, eademque temporis filia, experientia docet. Detegit enim ipſa, quæ latent ſub unoquoque commodo, incommoda; & hæc ſæpe deprehendit illo eſſe majora. Grandia librorum volumina, quod uno ſub complexu multam colligerent materiam, ante annos non admodum multos probabant librariæ ſupellectilis comparandæ ſtudioſi: ea vero ne ſua fatiſcerent mole, tabulis ligneis, æneiſque conſtringebant ſeris; & ad perpetuitatem facere non minus quam ad ornatum credebantur ex eodem aut pretioſiori metallo cornua, umbelici, & clavi: quæ ab injuriis pluteorum defendebant obducta tabulis è corio, etiam ſolidiori, tegmina. Nunc alius hominum ſenſus eſt tota paſſim Italia, Hiſpania, Gallia, imo, & Germania Belgioque. Deprehenſum eſt enim ſic armatos Codices, utut ſeſe tueantur ipſos, offendere alios juxta poſitos, manuſque explicantium impedire ac lædere; quod ſi grandius quoque volumen ſit, prægravare pondere, ac fere intractabile eſſe. Non eſt igitur quod nos pigeat ex plurium voto, undequaque nobis ſignificato, caſtigare magnitudinem, jam paſſim ingratam; & in plures, ſed minus ſpiſſos tomos, dividere opus. Itaque ſecundam hanc menſis Maji partem à die ejus quinto ordimur, quando præcedentes quatuor eo excurrunt, ut juſtam habere videantur menſuram: ceteras deinde partes huic ſimiles expecta, Lector; & ſi quid aliud ex uſu & commodo tuo majore eſſe deprehenderis, fidenter ſuggere, numquam non paratis in eo quod cœpimus mutare aliquid, cum Tibi viſum ex re communi fuerit. Datus ad prælum fuerat tomus primus anno ſuperiori MDCLXXVI *poſtridie Feſti Sanctorum omnium; hic vero adductus eò eſt anno præſenti* MDCLXXVII *menſe Octobri: quod ideo putavimus explicandum, ne quem forte decipiat ſerior editioni aut dedicationi additus dies; ex eoque putet ſibi æſtimanda tempora, quæ ſubinde procedente compoſitione & impreſſione ut præſentia nominantur. Sed hoc momenti minoris eſt: majoris forte referre quis credat, doceri ſe, quod huic operi proſequendo additus nobis ſit Collega tertius, in ſpem illius abſolvendi. Is eſt* P. Daniel Cardonus, *cujus in poſterioribus tribus tomis potiſſimum comparebit labor: hic tamen indicare nomen voluimus, ut ſiquando etiam in prioribus aliquid ab eo factum occurrat, intelligantur litteræ* D.C. *pro eo uſurpandæ. Hæc monitus, progredienti creſcentique operi fave, Lector; & cum videbis alicubi deſiderari pleniora quæ optabantur de quopiam Sanctorum documenta, rogatum te crede, ut eadem ſuggeras Supplemento addenda; & ne ſimilem deinceps, quoad alios Tibi notos, patiamur defectum, ultro indicium faciendo provide.*

QVINTA DIES MAII.

SANCTI QVI III NONAS MAII COLVNTVR.

SAncta Irene Martyr, celebrata Conſtantinopoli.
S. Iovinianus Lector, Martyr Autiſſiodori in Gallia.
S. Euthymius, S. Petivus, ſeu Petrus, } Diaconi Martyres Alexandriæ.
S. Irenæus, S. Peregrinus, S. Irene, } Martyres Theſſalonicæ.
S. Gregorius, S. Archelaus, S. Feliciſſima, } Martyres in Africa.
S. Creſcentiana, Martyr Romæ.

A S. Silvanus, Martyr Romæ.
S. Maximus Confeſſor, Epiſcopus Hieroſolymitanus.
S. Nectarius, } Epiſcopi Viennenſes in
S. Nicetius, } Gallia.
S. Eulogius Edeſſenus, } Epiſcopi Con-
S. Protogenes Carrhenſis, } feſſores.
S. Britonius, Epiſcopus Trevirenſis.
S. Sacerdos, Epiſcopus Lemovicenſis, } Sarlati in Gallia.
S. Mundana ejus mater, Vidua Martyr, } lia.
S. Hilarius, Epiſcopus Arelatenſis, in Gallia.
S. Gerontius, Epiſcopus Mediolanenſis.
B S. Teuteria, } Virgines, Veronæ in Ita-
S. Tuſca, } lia.

S. Leo, monachus ordinis S. Baſilii, Bovæ in Calabria inferiore. D
S. Landus, Martyr Hortæ in Tuſcia ſuburbicaria.
S. Theodorus, Epiſcopus Bononienſis in Italia.
S. Ioannes Monaſterienſis, Cainone in diœceſi Turonenſi.
S. Waldrada Abbatiſſa, Metis in Gallia Belgica.
S. Maurontus, Abbas Broyli, Marchianis & Duaci in Belgio.
S. Athanaſius, Archiepiſcopus Corinthiorum.
S. Avertinus Diaconus, in territorio Turonenſi.
S. Angelus, Presbyter Ordinis Carmelitani, Martyr Leocatæ in Sicilia. E

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REJECTI.

Anctus Reinoldus, monachus & Martyr, cui Tremoniæ in Weſtphalia præcipua baſilica dicata eſt, *refertur in Weſtphalicis Faſtis Ioannis Veldeni & aliorum, & aut* Tranſlatio *ejus aut* Natalis *habetur. Vitam dedimus* VII Januar.

S. Herculani, Epiſcopi Peruſini, tranſlationis feſtum *indicatur à Iacobillo de Sanctis Vmbriæ. Vitam dedimus* I Martii.

De bono Latrone, qui cum Chriſto crucifixus & cum eo paradiſum intravit, officium fieri in pleriſque Eccleſiis *tradit Grevenus in Auctario Vſuardi, quod Brugis fieri indicat in prima editione Vſuardi à ſe aucti Molanus, quem deſcribit Caniſius, & forte id factum, quod feſtum Aſcenſionis Chriſti in variis Martyrologiis celebretur. Nos de hoc latrone cum Martyrologio Romano & aliis egimus* XXV Martii.

Apollonius Abbas, quingentorum monachorum pater tempore Juliani apoſtatæ, *refertur in MS. Florario, & Violâ Sanctorum Hagenoæ anno* 1508 *excuſa.* C *De eo egimus inter Prætermiſſos* XVIII Aprilis.

S. Ultanus Abbas *colitur Foſſis, oppido diœceſis Leodienſis, uti diximus ad ejus Acta die natali* I Maji.

S. Anaſtaſius, Epiſcopus Confeſſor, *indicatur in MS. Kalendario Aquilejenſi, &* S. Athanaſius Epiſcopus Confeſſor *in alio Kalendario. Videtur de eodem agi, eoque Epiſcopo Alexandrino, cujus Acta dedimus* II Maji.

S. Alexandri Papæ *& ſociorum officium ad hunc diem tranſlatum eſt in antiquo Breviario Romano & in aliquibus Legendis Vitam dedimus* III Maji.

SS. Neophytus, Gaius & Gaianus, Martyres, *referuntur in Menæis excuſis & MSS. Taurinenſibus. De iis egimus* IV Maji.

SS. Aphrodiſius, Meldas, Macrobius, Valerianus, Leontius, Antoninus & ſocii IX Martyres Schythopoli, *referuntur in MSS. Mediolanenſibus & Taurinenſibus, ut diximus* IV Maji.

S. Nicephorus Confeſſor, Hegumenus monaſterii Medicii in Bithynia, *indicatur in MS. Synaxario Claromontano. Verum obiit die, quo ejus Acta damus,* IV Maji.

S. Godehardus, Epiſcopus Hildesheimenſis, *memoratur in MS. Florario, Greveno, Maurolyco, Ferrario, & aliis. Vitam dedimus* IV Maji.

Bruno, puer à S. Godehardo educatus, *cum titulo* Beatæ memoriæ *refertur à Greveno & Caniſio: de eo ibidem agitur* IV Maji.

Catharina, Sanctimonialis in Pareo Dominarum prope Lovanium, *memoratur ab Arnoldo Rayſio in Auctario Molani, & à Laherio in Menologio Virginum. Vitam ejus dedimus* IV Maji.

S. Pius Papa V. *obiit* I *Maji, ſequentibus autem diebus aliter nunc impeditis, colitur officio Eccleſiaſtico hac die* V. *Poterat ergo ipſam concludere. Quia tamen partitio operis nobis propoſita non patiebatur hujus dei Acta omnia adjungi ad quatuor dies primi tomi, & hi ſoli non plene eum implebant: viſum fuit, prolixam ſancti iſtius Pontificis Vitam ad calcem diei* IV *dare, cum nota* diei IV aut V; *quod hic indicamus, ut conſilii iſtius rationem lector intelligens, ipſam Vitam requirat* IV Maji.

Armorum Domini feſtum *indicatur in MS. Florario, uti pridie in variis feſtum* Coronæ Domini, *quod indicaſſe ſufficit.*

Juſtus, Hieroſolymorum Epiſcopus & Martyr, *memoratur in MS. Florario. Euſebius lib.* 4 *hiſtor. Eccl. cap.* 4 *enumerat Epiſcopos Hieroſolymitanos, & inter eos tertium* Juſtum, *& undecimum* Juſtum. *Theodoricus Pauli in MS. Chronico univerſali utrumque* Sanctum *appellat, &* in pace quieviſſe, *ſed nullum venerationis aſſignat diem.* E

Joannes, Zefanus, Marciaſus & Galla, *inter alios Martyres miſcentur in MS. Tamlactenſi, apud alios necdum reperti.*

S. Proculus, Archiepiſcopus & Confeſſor, in civitate Brunduſinâ in Apuliâ, *memoratur in ſcriptis additionibus Carthuſiæ Bruxellenſis ad Grevenum. Verum quia nullus in eâ Sede fuit* Proculus Epiſcopus, *aliquis hic error videtur latere.*

Teixelina, tempore Gothorum in territorio Conimbricenſi tanta ſanctitate clara, ut ſupra ſepulturam fuerit eccleſia conſtructa, ſed à Mauris deſtructa, *traditur à Georgio Cardoſo in Hagiologio Luſitano. Vtinam alia monumenta ejuſdem cultum probent.*

Gillebertus Nivernenſis Epiſcopus & Confeſſor *inſcriptus eſt in MS. Florario. Verum timemus aliquod σφάλμα, cum talis non reperiatur in Catalogis Epiſcoporum Nivernenſium apud Sanmarthanos; neque* Gillebertus

A Iebertus Epiſcopus *inter Sanctos Gallicanæ Eccleſiæ habeatur in Martyrologio Gallicano Sauſſaji. Erit forſan qui hunc* Gillebertum *diriget ad rectam ſemitam.*

B. Joannis, Epiſcopi & Confeſſoris Conſtantinopoli (cujus tempore inventa fuit Tunica Domini inconſutulis) depoſitio, *indicatur in MS. Florario Sanctorum. Enumerat S. Nicephorus ſeptem Epiſcopolos Conſtantinopolitanos, Ioannis nomine appellatos: at quis hic indicetur, non occurrit modo. De Tunica Chriſti inconſutili Treviris, ſub Ioanne ejus nominis primo Archiepiſcopo Trevirenſi inventa, agit Chriſtophorus Browerus lib. 4 Annalium Trevirenſium num. 9. Sed hunc Ioannem Sanctis adſcriptum fuiſſe necdum legimus.*

Foëlanus Candidus de Kill-Colma, *profertur in MS. Tamlachtenſi. Is à Colgano, in Appendice ad Inventionem S. Foillani Epiſcopi & Martyris 16 Ianuarij cap. 1, dicitur* Foillanus, cognomento Finnius, de Kill-Cholma, *& dicitur ad hunc diem etiam referri à Mariano Gormano & Martyrologio Dungallenſi. Nec plura de eo referuntur.*

Senanus Abbas *refertur à Colgano 8 Martij, cap. 1 Appendicis ad Vitam S. Senani Epiſcopi; & citantur Martyrologium Tamlachtenſe (in quo & nos reperimus) feſtilogia Ænguſſii, Mariani & Cathaldi Maguir. Ceterum ubi & quando fuerit Abbas, aliaque Acta, non indicantur.*

B Euchbritus Saxo *indicatur in dicto MS. Tamlachtenſi, de quo alibi nihil legimus.*

Aleidis, prima Abbatiſſa Vallis-Ducis prope Lovanium, nobiliſſima natura, ingenio, virtute & gratia clara *appellatur à Cantipratano, lib. 2 Apum cap. 10 § 8. Eſt inſcripta Menologio Bucelini & Henriquez cum titulo* Beatæ. *At* venerabilis *dicitur à Chalemoto, Piis adſcripta à Sauſſajo: abſtrahunt ab omni titulo Manrique in Annalibus Ciſtercienſibus an. 1212 cap. 10 § 10 & Miræus in Chronico Ciſter. an. 1229.*

Centum monachorum Ordinis Ciſtercienſis, ab hæreticis noſtri temporis variis in locis pro fide Chriſti trucidatorum, *memoria celebratur in Kalendario Ciſtercienſi Divione anno 1617 excuſo, item ab Henriquez & Chalemoto.*

Gabriel à Javeno, in Pedemontio an. 1540, } Mortui,
Gonſaluus Mẽdezius, in India Occidẽtali, } Ordinis
Antonius à Secura, Madriti anno 1573, } Mino-
Blancha Henriquez, Palentiæ anno 1544, } rum, *cũ titulo* Beati *referuntur in Martyrol. Franciſc. Arturi, &* Blancha *in ejus Gynæceo.*

S. Barbarus Martyr *refertur in Menais MSS. Taurinenſibus & Mediolanenſibus. De eo, aliis juncto, agimus* VI Maji.

C S. Domitianus, Epiſcopus Trajectenſis ad Moſam, *memoratur in Kalendario precum à Davroutio editarum. Colitur* VII Maji.

S. Maſtidia, Virgo Trecis, *memoratur à Ferrario & Arturo du Monſtier, citantibus Renatum Benedictum in Vitis Sanctorum. De ea agimus.* VII Maji.

SS. Juſta, Juſtina, & Henedina, *ſive* Henedia, Virgines Martyres in Sardinia, *memorantur à Ferrario in Catalogo generali, & ab Arturo du Monſtier in ſacro Gynæceo. In Martyrologio Romano* XIV Maji.

S. Torquatus & ſocii, *& inter hos* SS. Theodorus & Athanaſius, *recenſentur; & dicuntur ultimorum* corpora in eccleſia Compoſtellana collocata. *Conſule quæ de illis dicuntur* XV Maji.

S. Elgiva ſive Algifa, Regina Angliæ, *refertur in Martyrologio Anglicano Wilſoni, quem ſecuti Alfordus, Ferrarius, Arturus. Nos cum antiquis Faſtis cam. celebramus* XVIII Maji.

S. Cæleſtini V Papæ Canonizatio, *hoc die facta memoratur à Wione, Dorganio, Menardo, Ferrario. Dies ejus natalis recurrit* XIX Maji.

S. Humilitatis tranſlatio, *propter ſingulares gratias quas*

ipſa accepit à S. Ioanne Evangeliſta, hodie notatur à Ioannes Nadazi in anno Ioannis: colitur autem ipſa die XXII Maji. D

B. Juditha, vidua in Pruſſia, *dicitur in aliquo Vitæ compendio mortua 5 Maji anno 1260. Verum in exactioribus Actis vita hac mortali exuta, anno 1264 pridie Aſcenſionis Domini, adeoque die, quando illa Acta damus,* XXVIII Maji.

Scandalaus *ſeu* Scandalius, ſocius S. Columbæ Abbatis in Britanniam peregrinantis, *memoratur à Wilſono in Martyrologio Anglicano, eumque ſecutis Camerario, & Dempſtero in Menologio Scotico, Fitzimon & Colgano atque Ferrario. Verum deſunt antiqua venerationis monumenta: quæ ſi ſuggerantur, poterit de eo agi una cum Abbate ſuo S. Columba ad diem* IX Junii.

S. Fortunati, Epiſcopi & Confeſſoris apud Cellas, *memoria inſcripta eſt veteri Breviario Leonenſi & Martyrologio Vſuardi, auctius edito Pariſiis 1536, quem deſcripſit Molanus, & hunc Caniſius. Idem refertur in MS. Chamberienſi & alio Reginæ Sueciæ, & apud Witfordum in Martyrolog. Anglicano. At latius de eodem agitur in dictis Martyrologiis & aliis die* XVIII Junii.

S. Mauræ, } Virginum Martyrum tranſlatio in agro
S. Brigidæ, } Bellovacenſi, *ſpeciali ſolennitate colitur Dominica poſt Aſcenſionem, uti habet Sauſſayus hoc die in Martyrologio Gallicano, & poſt eum Arturus in Gynæceo ſacro. Vehementer ſuſpicor eaſdem eſſe quarum primam invenientionem retulimus ad* XV *Ianuarij ex S. Gregorio Turonenſi, quod ut dijudicari melius poſſit, antiqua earumdem Acta, quamvis non ſatis fidelia, & cetera de ipſis monumenta, optamus adipiſci, pro die, quo natalis ipſarum agitur Nongenti, ubi corpora ſunt,* XIII Julii. E

SS. Andreas & Benedictus, Eremitæ & Martyres apud Nitriam in Hungaria, ex hujus Eccleſiæ tabulis & Breviario Strigonienſi *memorantur à Ferrario in Catalogo Generali. Primus* Andreas, *alias* Zoerardus *dicitur. Vterque vero in Officiis Propriis Patronorum Hungariæ, anno 1641, juſſu Strigonienſis Archiepiſcopi editis Poſonii, colitur* XVII Julii.

S. Mariæ Magdalenæ, revelatio ſeu repertio corporis apud urbem Aquenſem anno ſalutis 1280, Pontificatus Nicolaii III anno ultimo, facta per Carolum Principem, filium Caroli Regis Siciliæ, *indicatur in MS. Florario Sanctorum. Quæ omnia erunt diſcutienda die* XXII Julii.

S. Caſſiani, } } }
S. Calliſti, } Epiſcoporum } }
S. Fortunati, } } Tranſlatio Tuderti
S. Romanæ, } Virginum } in Umbria *celebratur in Ferrarii Catalogo generali, & dicitur facta anno 1596. Sunt omnes inſcripti Martyrologio Romano & coluntur* S. Caſſianus Epiſcopus XIV Auguſti. F
S. Calliſtus Ep. XII Auguſti.
S. Fortunatus Ep. XIV Octobris.
S. Digna Virgo XI Auguſti.
S. Romana Virgo, XXIII Februarii.

S. Benedicta, Virgo & Martyr Romana, *colitur Vratiſlaviæ in Sileſia, in eccleſia Societatis Ieſu, cujus* oſſa in magna quantitate *inter alias Sanctorum reliquias ibidem aſſervari, è legitimo teſtimonio inde ad nos miſſo cognovimus. Celebratur ibidem feſtum omnium Reliquiarum Dominica poſt feſtum S. Bartholomæi: proinde poſſet de omnibus ſimul ſuo tempore plenius agi ad diem* XXV Auguſti.

S. Audoëni, Epiſcopi & Confeſſoris, *memoria celebratur in MS. Caſinenſi. Aſt ejus* apud Rotomagenſes tranſlatio *indicatur in aliis MSS. & apud Grevenum, Maurolycum & alios; item in Breviario Rotomagenſi anni 1587. Dies ejus natalis occurrit, quando de eo agemus,* XXVI Auguſti.

A S. Auguſtini, Epiſcopi & Eccleſiæ Doctoris, à S. Ambroſio fidei Catholicæ veritatem edocti, & hac die baptizati, converſio *memoratur in Martyrologio Romano, & pluribus aliis. De qua, more noſtro, agendum erit die ejus natali* XXVIII Auguſti.

S. Sacerdos, Epiſcopus Lugdunenſis, *celebratur in Martyrol. Hiſpan. Tamaji Salazar, quaſi à* Childeberto ſeniore Galliarum Rege, ad Athanagildum Gothorum Principem, Oratoris titulo miſſus, Seguntinæ ſedis Pontifex electus; ſed reverſus Lugdunum, apud Pariſios animam Deo reddidiſſet. *Et citatur chronicon Iuliani Petri, atque poëma Auli Hali. Reſpondet Raynaudus in Indiculo Sanctorum Lugdunenſium,* hanc viri ſancti legationem & ſecundum Epiſcopatum ignorari à Gallis ſcriptoribus, quos mirum eſſet iſta latuiſſe, ſi vere contigiſſent. *Præterea ex dicto Chronico Iuliani tradit Tamajus*, caput S. Sacerdotis aſſervari in eadem Sede Seguntina: *& late inſurgit contra Ciſtercienſes, aſſerentes*, caput illud eſſe Martini Abbatis Hortani, poſt Epiſcopi Saguntini, idque ſub nomine S. Sacerdotis coli. *De hoc agunt Henriquez, Chalemotus, Bucelinus ad hunc* V *Maji. Angelus Manrique in Annalibus Ciſtercienſibus, ad annum* 1213 *collocat obitum Martini Epiſcopi Seguntini, & miracula interſerit, aſſeritque objiſſe, quando omnia erunt accuratius diſcutienda,* XXVI Septembris.

At S. Sacerdos, Epiſcopus Lugdunenſis, *mortuus eſt & colitur* XII Septembris.

S. Aderitus, Epiſcopus Ravennatum, & diſcipulus S. Apollinaris ejuſdem urbis Epiſcopi, *indicatur in MS. Florario. Colitur* XXVII Septembris.

S. Allodius, Autiſſiodorenſis Epiſcopus, *inſcriptus eſt in MS. Florario, quod habemus ex Eyndhovienſi Regularium Monaſterio. At dies ejus natalis eſt* XXVIII Sept.

Illuminatus Reatinus, Ordinis Minorum, S. Franciſci diſcipulus, & Syriacæ profectionis comes (cui hic, quomodo ſtigmata à Chriſto acceperit, indicavit oſtenditque) *refertur in Martyrologio Franciſcano cum titulo* Beati. *Ab hoc poſt alios abſtinent Wadingus & Haroldus. Omnia quæ de eo dici poſſunt, inſeruntur Vitæ S. Franciſci* IV Octobris. D

Hereus, Antiochiæ Epiſcopus, *memoratur in MS. Florario. Videtur eſſe aut* Heron 4 Epiſcopus, *aut* Heros 6 Epiſcopus. *Vtriuſque meminit Euſebius lib.* 3 *Hiſt. Eccleſ. cap.* 36 *ſub finem, & lib.* 4 *cap.* 20 *Theodericus Pauli in MS. Chronico univerſali, utrumque Sanctum appellat, & priorem etiam* Martyrem. *Et hic inſcriptus eſt Martyrologio Romano, quando poterit de utroque agi* XVII Octobris.

S. Godefridus Epiſcopus *memoratur in MS. Antverpienſi monaſterii Præmonſtratenſis. Videtur eſſe* Epiſcopus Ambianenſis, *qui colitur* VIII Novembris.

S. Tryphonis paſſio *indicatur in apographo Martyrologii Hieronymiani Corbeienſi; Pariſiis excuſo. At* S. Tryphonis Martyris tranſlatio *dicitur in MS. Florario. Meminerunt etiam* S. Tryphonis pueri & Martyris *Grevenus & Caniſius; & hic addit, eum eſſe paſſum die quo potiſſimum colitur* X Novembris.

S. Leontius, Epiſcopus Forojulienſis in Gallia Narbonenſi, *adſcribitur huic diei in Indice Vincentii Barralis de Sanctis inſulæ Lerinenſis. Colitur in propria Eccleſia* I Decembris.

Siſintrudis, Virgo ſanctimonialis in Brigenſi monaſterio diœceſis Meldenſis, & Celleraria ſub S. Burgundofara ſeu Fara Abbatiſſa (quæ obitum ſuum præſcivit, & Angelis comitantibus in cælum deducta eſt) *memoratur cum titulo* Sanctæ *ab Arturo du Monſtier in ſacro Gynæceo, aſſerente hoc die feſtum ejus agi. Menardus cum titulo* Beatæ *rejecit in Appendicem* 2, *quod diem natalitium ignoraret. Bucelinus in Indice ad ſuum Menologium aſſignat diem* XXIX *Decembris, in qua de ea non agit. Omnia quæ de ea ſciuntur, habentur in Vita dicta Burgundofaræ; proinde commodius de ea agendum* VII Decembris. E

S. Stephani Protomartyris Tranſlatio, ob dexterum armum baſilicæ S. Petri à Pelagio Papa illatum, *inſcripta eſt MS. Martyrologio Vaticano Eccleſiæ S. Petri. Dies ejus natalis eſt, & ab univerſa Eccleſia ritu celeberrimo colitur,* XXVI Decembris.

G.H.

DE S. IRENE MARTYRE

CELEBRATA CONSTANTINOPOLI.

SEC. I

Templa 3 *Conſtantinopoli.*

Illuſtris eſt memoria S. Irenes Martyris apud Græcos alioſque Orientales. Petrus Gyllius lib. 3 *Topographiæ Conſtantinopoleos cap.* 6 *pag.* 164 *aſſerit*, ſe ex litterarum monumentis reperiſſe, Conſtantinopoli fuiſſe tria templa S. Irenæ, primum prope Sophiam antiquæ Irenæ nuncupatum, quod Socrates tradit magnum Conſtantinum ædificaſſe. *Idem confirmat Georgius Codinus de Originibus CP. pag.* 38 *editionis Luparæ.* Κωνσαντῖνος ὁ μέγας ἀνέγειρε τὴν ἁγίαν Εἰρήνην τὴν παλαίαν. Conſtantinus magnus ædificavit eccleſiam veterem S. Irenes, *aut ut Gyllius habet* eccleſiam Irenæ antiquæ. *Et hanc fuiſſe olim Metropolitanam indicat auctor Vitæ S. Iſaacii in eadem ſepulti referendæ die* XXX *Maji. Procopius lib.* 1 *de Ædificiis Iuſtiniani Imperatoris cap.* 2 *addit, quod* Eccleſiam Irenes, quæ antea cum ſibi vicino templo principe deflagraverat, Juſtinianus Auguſtus ampliſſimam conſtruxit, vix ut Byzantii, excepta æde Sophiæ, ulla ſit alia cui de magnitudine concedat. *Præterea, cap.* 7 *ſic loquitur idem Procopius:* Ad ipſas ſinus fauces ſitum eſt Irenes Martyris templum, quod totum adeo magnifice extruxit, ut me illi deſcribendo imparem fatear. Is enim, ornandi ſinus ſtudio ambitioſe cum mari certans, tamquam monili rotundo gemmas nitidas, ſic ei templa hæc addidit. *Vtriuſque jam dicti templi Dedicatio in Synaxario Collegii Claromontani Societatis Ieſu Pariſiis proponitur ad* XXVIII *Aprilis his verbis,* Encænia S. Irenes veteris ac novæ. *Aliud denique Gyllius collocat* in tertio colle, quod antiqua urbis regionum deſcriptio tradit fuiſſe in ſeptima regione. F

2 *Hæc de templis, quæ antiquum cultum S. Irenes Martyris confirmant. At, quod dolendum eſt, de ejus vita ac miraculis multa fabuloſa referuntur à Græcis, quæ ut inſerantur huic operi plane indigna ſunt. Pro reliquis ſuffi-* *Elogium ex Menologio Baſilii Imp.* *ciat elogium, in Menologio Baſilii Porphyrogeniti ita expreſſum.* Irene Chriſti Martyr, filia fuit cujuſdam Reguli, nomine Licinii. Cum autem eſſet formoſa, à patre ſuo incluſa fuit cum tredecim ancillis in excelſa turri, ſextum tum ætatis agens annum. Ibi autem ab Angelo myſteria Dei edocta, non diu poſt à Timotheo S. Pauli Apoſtoli diſcipulo, qui ad eam acceſſerat, fuit baptizata. Idola vero, quæ pater ei dederat, contrivit ac deorſum projecit. Quocirca pater iratus eam feroci equo alligavit, ut ita interficeretur. Aſt nullum illa inde detrimentum paſſa eſt: pater vero occiſus eſt ab equo, qui ejus manum mordendo abſtulit. Tunc Irene, precibus Deo oblatis, ipſum ſuſcitavit: quare fidem Chriſti amplexus eſt cum uxore & aliis circiter tribus milli bus. Tandem juſſu Ampeliani Præſidis comprehenſa eſt Irene, & multiplicibus tormentis excruciata, cum Chriſtum

A Chriſtum abnegare conſtanter recuſaſſet, enſe obtruncata & ſepulta fuit. *Hæc ibi: ex quibus colligimus, ſeculo Chriſti primo, quo S. Timotheus floruit, vixiſſe illam, ac proinde etiam dictum Regulum, ſive nobilem virum, Licinium; qualis etiam anno Chriſti* LXIV *Romæ extitit ſub Nerone Conſul. Potuit autem S. Irene coronam martyrii accepiſſe in perſecutione Domitiani aut Trajani. In novo Anthologio, auctoritate Clementis* VIII *ab Antonio Arcudio typis Vaticanis excuſo, eadem ex Menologio Baſilii Imperatoris edita ſunt, paucis ſub initium additis, ſcilicet,* hanc magnam Martyrem fuiſſe unicam filiam Reguli Lycinii & matris ſuæ Lyciniæ, oriundam ex urbe Magedone. *Quæ ipſa, ſed ad præcedentem diem, leguntur in MS. Synaxario Claromontano, in quo ſub finem notantur quatuor urbes, tormentorum S. Irenæ inflictorum ſpectatrices, ſcilicet,* Magedon patria ejus, Callinicus, Conſtantina, & Meſembria, *ubi* urbs Conſtantina, *videtur eſſe Byzantium, dein Conſtantinopolis dicta;* Meſembria *vero eſt ibidem in Thracia, urbs Epiſcopalis maritima, in ora maris Euxini & confinio Myſiæ inferioris. Ibidem in Cherſoneſo Thraciæ eſt* Callipolis, *forſan ſupra* Callinicus *dicta; nec dubito quin in illo tractu aut vicina Macedonia fuerit* Magedon *ejus patria: quæ omnia ex tot templis eidem Conſtantinopoli conſtructis confirmantur, nec non ex eo quod eæ regiones prædicatione S. Pauli ejuſque diſcipuli & in peregrinatione ſocii Timothei fuerint colluſtratæ.*

Et novo Anthologio.

4 urbes ejus Martyrio nobilitatæ.

B 3 *Acta vitæ & Martyrii, quæ hic danda eſſe non judicamus, extant in bibliotheca Vaticana & Græca & Latina. Ex his Græca ſunt in codice* 886 *ſignato, & ſic incipiunt:* Κατὰ τὸς παραλαμβάνοντας χρόνους, ὑπῆρχεν βασιλεὺς ὀνόματι Λικίνιος. *Alia Græca ſunt in codice* 1190 *cum hoc exordio,* Τὸν τῶν μαρτύρων ἐπικαλέσωμαι Θεὸν, μαρτυρικὸς ἀγῶνας διεξιέναι βουλόμενος. *Latina autem curavimus deſcribi ex codice* 6188 *ſub hoc titulo,* Martyrium glorioſæ & Victricis Martyris Hirenes, *& ipſa Acta ſic incipiunt.* Temporibus illis Licinio Imperatori erat filia quædam, nomine Penelope, ſpecie venuſta, & tam egregia corporis forma, ut ejus pulchritudinem omnes homines admirarentur. *Compendium horum, idque ſat longum, extat paſſim in Menæis excuſis & MSS. ex quibus Cardinalis Sirletus ſuum Menologium compoſuit, & ex longiſſima narratione de S. Irene (quam ante Penelopen dictam volunt.) hæc ſolum verba tranſtulit:* Die quinta. Sanctæ magnæ Martyris Irenæ. *Celebratur* certamen ſanctæ Martyris Irenæ *in Martyrologio Arabo-Agyptiaco, quod à Gratia Simonio Maronita Latine redditum ad nos Roma tranſmiſit Athanaſius Kircherus; item in Martyrologio Syriaco ſeu Typico S. Sabæ, Ruthenico apud Poſſevinum, Moſcovitico figurato apud* CL. *V. Laurentium Vander Hem Amſtelodami: & ſecuti ſunt Latini, Petrus de Natalibus lib.* 4 *cap.* 122, *multa ex fabuloſa narratione proferens; Grevenus in Additionibus Vſuardi, Galeſinius, Caniſius, & Ferrarius in Catalogo generali, qui eam ex Petro de Natalibus Epheſo tribuit, quod iſtic Epiſcopus fuerit S. Timotheus: ac dein ſeorſim refert* S. Herinam Virginem & Martyrem, ſub Licinio Imperatore, Aletii in Salentinis: *& in Notis cenſet* unam eamdemque eſſe, corpuſque Aletium tranſlatum fuiſſe, *ac* Aletinos ignorantes illius hiſtoriam, credidiſſe eam ſuam civem, aut certe acta utriuſque confudiſſe. *Apparet hoc ex Vita S. Herinæ Aletinæ, quam idem Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ diu ante ediderat, ubi in Annotatione indicat,* à Ladiſlao Rege anno MCCCCXVIII, in quodam ſacello, quod olim extra urbem Aletinam erat, imagines S. Herinæ & S. Veneræ; una cum accenſis lampadibus imaginem ſanctiſſimæ Deiparæ circumſtantium, fuiſſe repertas: ubi S. Mariæ de Luce cognominatæ templum conſtructum fuit. Sanctæ vero Herinæ inſignem baſilicam ab Aletinis excitatam fuiſſe, quam Clerici Regulares tenent. *De qua non ſuppetunt plura hoc tempore.*

Acta omiſſa habentur in Mss. Vatinis

Cultus & templum Aletii.

E

AUCTORE G.H.

memoria in variis faſtis.

DE S. IOVINIANO LECTORE, G.H.

MARTYRE AVTISSIODORI IN GALLIA.

SÆC. III

INter viros Apoſtolicos, *qui imperio Papæ Sixti II in Gallias miſſi, Euangelium Chriſti Autiſſiodorenſibus annuntiarunt, fuerunt* S. Peregrinus, *dictæ urbis primus Epiſcopus habitus, cujus Acta illuſtramus ad diem* XVI *hujus menſis Maji;* S. Corcodemus *Diaconus, de quo ad diem præcedentem* IV *Maji egimus; &* S. Jovinianus Lector & Martyr, *ad hunc diem* V *Maji relatus in antiquis Martyrologii Hieronymiani apographis, ac Lucenſi & Blumiano his verbis:* Autiſſiodoro paſſio S. Juveniani, Lectoris & Martyris. *In MS. Corbejenſi Pariſiis excuſo legitur* Juviniani; *at quod magis abludit in Epternacenſi,* Juliani. *Sed amanuenſium σφάλμα id eſſe arbitramur. Vſuardus iſta habet:* Autiſſiodoro paſſio S. Joviniani, Lectoris & Martyris. *Similia leguntur apud Rabanum & Adonem, & in quamplurimis optimæque notæ MSS. Martyrologiis; ſed nomen, varie detortum, ſcribitur* Jovinianus, Juvinianus, Juvenianus, Jovianus, Vivinianus, Vivianus, Romanus. *Ejus cultus etiam aſſignatur in antiquis Breviariis Eccleſiæ Autiſſiodorenſis.*

C *Cultus Sacer.*

2 *Aliquod majus elogium reperimus in antiquo Martyrologio Reginæ Sueciæ, quod judicavimus pertinuiſſe ad Fuldenſem aut aliquam vicinam circa Rhenum Eccleſiam. Ibi primo loco refertur iſtis verbis:* Autiſſiodero paſſio S. Juviniani, Lectoris & Martyris, qui cum B. Peregrino Epiſcopo & Martyre, imperio Sixti Papæ, Antiſſiodorum veniens; cum eſſet vir per omnia eloquens, & in divinis Scripturis egregie eruditus; dum ſuperſtitionibus Paganorum fortiter reſiſteret, tentus eſt; atque in Chriſti confeſſione perdurans, ab eis interemptus. Scriptum in paſſione S. Peregrini. *Hæc ibi, quæ plane eadem leguntur in MS. Adone Eccleſiæ Morinorum & Leodienſi monaſterii S. Laurentii, at nomen ſcribitur* Joviniani *&* Joviani. *Aliud encomium & ex jam relato decerptum legitur in Martyrologio Galeſinii, idemque varie auctum in Martyrologio Gallicano Sauſſaji, & ab utroque* Jovianus *appellatur. Reliqua in Actis S. Peregrini leguntur, in quibus inter comites ejus aſſignatur* Jovianus Diaconus, *& alius ab eo* Jovinianus Lector & Martyr, *de quo jam agimus. In Actis S. Germani Epiſcopi Autiſſiodorenſis, ad diem* XXXI *Iulij, referuntur* Subdiaconi duo Alexander & Jovianus, nec non & Jovinianus Lector. *Latius hæc deduximus præcedenti die in elogio S. Carcodemi, ex quibus videtur colligi omnes in eccleſia S. Amatoris fuiſſe ſepultos. Notkerus ad hunc diem ſic ſcribit:* Autiſſiodoro paſſio S. Joviani Confeſſoris: *quæ num de* Joviano Subdiacono *debeant intelligi, inquiri poſſet.*

Elogium ex Martyrologiis.

F *Alius ab eo Iovianus Diaconus.*

3 *Quamdiu* S. Jovinianus Lector *Autiſſiodori vixerit, & quo anno paſſus fuerit, non liquet. Aliquas* S. Joviniani Martyris reliquias adſervari Bononiæ in eccleſia S. Franciſci apud Fratres Conventuales, *tradit Maſinus in Bononia perluſtrata ad hunc* V *Maji. Sed hujus Lectoris eas eſſe non facile demonſtrabitur: facilius ſuſpicabitur aliquis ex Romanis cryptis allatas, æque ac ceteras plures, quas ibi magno numero & ordine optimo diſpoſitas vidimus anno* MDCLX, *promittente Guardiano, quod authentica de illis documenta nobis curaret tranſcribenda. Sed neglectum id hactenus, licet ſemel iterumque curaverimus peti à ſucceſſoribus. Si poſthac deſcripta tranſmittantur,*

Reliquiæ num Bononiæ?

A tantur, potuit de omnibus simul agi die aliquo unius ex toto numero principalioris Sancti, vel potius anniversario translationis communis die, quem nobis pariter indicari optamus cum Actis rei tunc gestæ. D

DE S. EVTHYMIO DIACONO,

G.H.

ITEM S. PETIVO SEV PETRO DIACONO,

ALEXANDRIÆ MARTYRIBVS.

v Maii. *Euthymius Diaconus.* *Alexandria Martyr.*

VAria de his Sanctis memorantur: ac primo apographa Martyrologii Hieronymiani ita hunc diem auspicantur: Tertio Nonas Maji Euthymii Diaconi & Martyris. *MS. Blumianum sub finem præcedentis diei eumdem retulerat. Verum, ad hunc diem, eum dictis verbis habet aliud Corbejense antiquum MS. nulla assignata Martyrii palæstra, quæ in MSS. Richenovienſi, Rhinovienſi, Carmelitano Coloniæ, & aliis nominatur* Alexandria. *Eadem indicatur apud Vſuardum, Adonem, Notkerum & in pluribus MSS. his verbis:* Apud Alexandriam S. Eutymii Diaconi in carcere quiescentis. *Quæ confirmantur à Bellino & Maurolyco atque hodierno Martyrologio Romano. Citato solum Adone hoc elogium concinnavit Petrus de Natalibus lib. 4 cap. 132.* Eutimus Diaconus & Martyr apud Alexandriæ civitatem, pro Christi fide ab infidelibus Christianitatem æmulantibus detentus, & dudum in carcerali erguſtulo vinculis arctatus, & inedia maceratus, in confessione emisit spiritum III Nonas Maji. *Galesinius tempus & alias circumstantias hoc modo adjungit:* Alexandriæ in Ægypto S. Euthymii Diaconi. Hic in eadem Diocletiani persecutione pro Christo in carcerem detrusus, ibi situ, inedia & custodiæ gravitate confectus, ad fidei confessionem vehementius confirmatus, animam Deo reddidit. *In Notis allegat* annum à Christo nato CCCV, Constantio V & Maximiano V Consulibus, ex MS. & Usuardo. *Observat frequenter Florentinius in Notationibus ad Martyrologium Hieronymianum, codicem MS. à Galesinio citari solitum, sæpius aberrare & fallere; aut certè ipsum ex conjectura plura circa tempus locum aut alias circumstantias adjicere. In MS. Tamlactensi habentur nomina* Eutemi & Entimi, *quæ videntur pro eodem supponi.*

2 *In MS. Vallicellano Congregationis Oratorii Romæ, & in alio Vaticano S. Petri ita legitur:* Apud Alexandriam S. Anthimi Diaconi, *& additur in MS. Patriciano, Neapoli invento inter collectanea Antonii Caraccioli,* in carcere quiescentis. *Quæ de uno eodemque* Martyre Diacono, *aliis* Euthymio, *sine* Eutimo, *ibi* Anthimo, *intelligenda sunt, uti etiam dum in aliis MSS.* Eufani & Eufemi *scribitur.* *Aliis Anthymus dictus.*

B

3 *Alius* Diaconus Martyr *suggeritur in MSS. codicibus Martyrologii Hieronymiani, dum post* S. Euthymium Diaconum, *absque palæstra martyrii indicatum, & aliis duabus turmis Martyrum, de quibus mox agemus, interpositis, ista traduntur in Lucensi, Corbejensi & Blumiano MSS.* In Alexandria Petivi Diaconi. *Quæ etiam leguntur in MS. Barberiniano. At nuda* Petivi *mentio habetur apud Grevenum & in MSS. Aquisgranensi & Parisiensi Labbæi. Verum loco* Petivi, *legitur nomen* Petri Diaconi, *in MSS. Epternacensi & Augustano & Kalendario Aquilejensi. In MS. Tamlactensi refertur* Petivus & Petrus. *An uterque sit Alexandriæ coronatus, judicet lector. Nos prout reperimus, ita & proponimus.* E *Item Petivus Diaconus.* *Aliis Petrus*

G.H.

DE S. IRENEO, PEREGRINO, ET IRENE

MARTYRIBVS THESSALONICÆ.

v Maii. C *Martyrii genus,* *exornatum à Petro de Natalibus.*

ANtiquum S. Hieronymi Martyrologium, *in quatuor suis apographis à nobis præcedenti & hoc mense alligari solitis, post relatum S. Euthymium Diaconum, ista habet:* In Thessalonica Herenæi, Peregrini, Herenæ. *Consentiunt posteriores Martyrologi, & genus martyrii addunt. Ex his Ado & Vſuardus & Notkerus ista habent:* Thessalonicæ natalis Sanctorum Hirenæi & Peregrini & Hirenes, ignibus combustorum. *In variis exemplaribus scribuntur absque aspiratione nomina* Irenæi & Irenes, *uti etiam fit in hodierno Martyrologio Romano. In MS. Barberino fit memoria* Herenæi & Herenæ peregrinorum, *sed malumus ipsum* Peregrinum, *proprium tertii Martyris nomen esse. Ita omissa* Irene, *referuntur* Herenæus & Peregrinus, ignibus adusti, *in variis MSS. & in Martyrologio quod Rosweidus, tamquam vetus Romanum edidit. In aliis etiam MSS. solus* Hirenæus *memoratur.*

2 *Petrus de Natalibus hoc dictis Martyres elogio exornat:* Hirenæus & Peregrinus Martyres & Hirene Virgo, apud Thessalonicam civitatem, dum veritatem sacræ fidei protestari aulî fuissent; Paganorum rabie detenti, atque insimul ignibus combusti, palmas martyrii perceperunt, III Nonas Maji. *Hæc ibi, citato Adone, qui solum* ignibus combustos *tradit. Plura ausus Galesinius, ab his Martyribus diem hunc ita auspicatur:* III Nonas Maji. Thessalonicæ in Macedonia beatorum Martyrum Irenæi, Peregrini, & Hirenæ Virginis: qui Diocletiano Imperatore cæleste Christi regnum primo voce palam confessi, demum in ignem positi, præclaro certamine comprobarunt. *In Notationibus citantur* Ado, Equilinus, Beda & MS. *additque* proditum, eos martyrii coronam tulisse anno Christi nati CCC. *Hæc Galesinius nimis facilis in conjecturis. Vacat hoc die genuinum Bedæ Martyrologium, at quod sub ejus nomine suppositum est, ista solum habet:* Thessalonicæ natale SS. Irenæi & Peregrini & Hyrenes, ignibus combustorum: *quæ fuerunt ex Adone transcripta. Num vero sint sub Diocletiano passi, & an Irene statuenda sit Virgo, nobis ex Galesinio & Petro de Natalibus auctoribus non satis fidelibus, non satis constat. Id melius forsan liquet ex pervetusto Martyrologio Patriciano, quod Neapoli ex codice membranaceo P. Antonii Caraccioli Clerici Regularis descripsimus, in quo ista leguntur.* In Macedonia civitate.... S. Erinæ Virginis & Martyris. *In MS. Tamlactensi sunt* Erenneus & Herenna *supra* Irenæus & Irene. *Ibidem est* Nonestinus, *alibi ignotus, forte positus pro* Peregrino. *& Galesinio.* F

D E

DE SANCTIS MARTYRIBVS AFRIS

GREGORIO, ARCHELAO ET FELICISSIMA.

G.H.

v Maii. PRogredimur cum quatuor Martyrologii Hieronymiani apographis antiquis ; *in quibus iſta leguntur.* In Africa Gregorii, Archelai, Feliciſſimæ. *MS. Richenovienſe meminit ſolius* Gregorii in Africa paſſi: *eumdem habent ſed reticent nomen palæſtræ Grevenus & MS. Aquiſgranenſe. Loco* Archelai *ſcribitur alicubi* Archilai, Arcelai, Arcilai ; *& quod plurimum abludit, MS. Auguſtanum S. Vdalrici ſcribit nomina* Gregorii, Auriliani & Feliciſſimi, *& eadem aliis interponit. In Labbæano MS. mentio ſit* Gregorii & Feliciſſimi, *at loco* Archelai *ponitur* alibi. *Nos ex conſtanti Martyrologii Hieronymiani lectione retinemus* Feliciſſimam. *In MS. Tamlactenſi Martyrologio leguntur nomina* Gregorii, Archilai & Feliciſſi, *ultima ſyllaba omiſſa.*

DE SANCTA CRESCENTIANA

G.H.

MARTYRE ROMÆ.

v Maii. TAbulæ hodiernæ Martyrologii Romani primo loco referunt S. Creſcentianam Martyrem Romæ. *Allegat in Notis Baronius* de ea vetera manuſcripta: *quæ hactenus non vidimus: dein addit* fuiſſe olim titulum Romæ S. Creſcentianæ, cujus mentio habetur in Concilio primo Romano ſub Symmacho Papa. *Fuit id habitum anno* CCCCXCIX, *poſt Conſulatum Paulini, in quo inter Presbyteros ſubſcripſit* Bonus Presbyter titulo S. Creſcentianæ. *Ferrarius ſubjungit in Catalogo Sanctorum Italiæ* cetera prorſus ignorari. *Nicolaus Brautius Epiſcopus Sarſinæ in Martyrologio Poetico hoc eam diſticho, quaſi dicto de omni, conatur honorare.*

B

Titulus S. Creſcentianæ.

Aſpexit mulier tortorem lumine læto,
Supplicium conſtans omne parata pati.

Octavius Pancirolius in Theſauro urbis Romæ, regione 2 eccleſia 19, aſſerit aliquos ſentire eccleſiam ad radices montis Calii prope Lateranum, quæ modo eſt dicata SS. Petro & Marcellino Martyribus, fuiſſe olim S. Creſcentianæ ſacram: & fatetur Pompejus Vgonius in Hiſtoria Stationum Romanarum Statione 18, non adfuiſſe dicto Concilio Romano ullum Presbyterum ſub titulo SS. Petri & Marcellini, quod aliis ulterius diſcutiendum relinquimus.

E

an modo ſit in eccleſia SS. Petri & Marcellini.

DE SANCTO SILVANO

G.H.

MARTYRE ROMÆ.

v Maii. SEquendo Tabulas Martyrologii Romani, *poſt relatam* S. Creſcentianam Martyrem Romæ: *mox iſta legimus,* Ibidem S. Silvani Martyris *In Notis allegatur* verus manuſcriptum: *& Ferrarius, in Catalogo Sanctorum Italiæ, de S. Silvano ad hunc diem annotat iſta.* Sanctus hic Martyr hac die annotatus reperitur in vet. MS. ex quo in Romanum Martyrologium tranſlatus eſt. *Damus nos ex variis MSS. quam plurimos Martyres,* Silvani *nomine appellatos, ſed ad hunc diem v Maji nullum reperimus. Annotat præterea Baronius, legi* in libro de Romanis Pontificibus Bonifacium Papam I ornaſſe ſepulcrum S. Silvani Martyris: *Quæ etiam huic S. Silvano tribuit Ferrarius. Sedit S. Bonifacius* I *Papa ab anno* CCCCXIX *uſque ad annum* CCCCXXIII, *inſcriptus Martyrologio Romano ad diem* XXV *Octobris. Anaſtaſius Bibliothecarius & Geſta MSS. Pontificum, in Vita S. Bonifacii, iſta habent:* Ornavit ſepulcrum ſanctæ Martyris Felicitatis & S. Silvani, ubi & poſuit hæc: patenam argenteam penſantem libras viginti, ſcyphum argenteum penſantem libras decem, amam argenteam penſantem libras tredecim, calices minores argenteos duos penſantes libras quatuor.

mentio in Martyrol. Romano.

C

& Actis S. Bonifacii I Papæ.

2 *Hæc ibi: cumque inter filios ſeptem* S. Felicitatis Martyris *die* X *Iulii quartus paſim numeretur* Silvanus, *ſuſpicari quis poſſet hunc eſſe, cujus ſepulcrum una cum ſepulcro matris ornatum à S. Bonifacio fuerit. At pro* Silvano *legitur etiam* Livanius. *Quare cum Ferrario dicimus,* patriam, tempus, Acta, genus martyrii ignorari. *Interim tempore* Gregorii XIII Pontificis *accepit* ſacras Reliquias S. Silvani Emmanuel de Camara, Comes Villæ-Francæ; quæ in Luſitaniam deportatæ, in illius Oratorio ſunt depoſitæ. *Harum meminit Georgius Cardoſus in Hagiologio Luſitano ad hunc* v *Maji, aſſerens,* origine Luſitanum ex antiquiſſima familia dos Silvas prognatum, & ſub Maximino Romæ paſſum. *Quæ donec melius comprobentur, contemni poſſent tamquam gratis excogitata, per nominis* Silvani *à* Silvis *ducti occaſionem; qua ratione ad nullam non gentem poſſet martyr iſte trahi.*

Reliquiæ S. Silvani in Luſitania.

F

DE S. MAXIMO CONFESSORE

G.H.

EPISCOPO HIEROSOLYMITANO.

POST AN. CCCLV. TAbulæ Eccleſiæ Romanæ, *ad hunc diem* v *Maji, celebrant memoriam* S. Maximi *his verbis:* Hieroſolymis S. Maximi Epiſcopi & Confeſſoris, quem Maximianus Galerius Cæſar poſt effoſſum oculum, pedemque ignito ferro aduſtum, ad metalla damnavit. *In Notis allegantur* itidem Græci, *apud quos in Menæis, Synaxariis, aut Menologiis nihil reperimus, neque hoc neque alio ullo die: inter Latinos ſolus auctor MS. Florarii nomen* Maximi Hieroſolymorum Epiſcopi *ad* XXX *Aprilis Sanctis aliis à ſe commemoratis adſcripſit, alio nullo verbo addito. Dein à Baronio citatur Sozomenus: apud quem lib.* I *Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap.* 10 *illud elogium habetur.* Paphnutius Ægyptius & Maximus, qui poſt Macarium Hieroſolymitanam rexit Eccleſiam, extant ex illorum Confeſſorum numero, quos tyrannus Maximinus, cum oculos eorum dextros effodiſſet, & ſiniſtrorum pedum flexus enervaſſet, ad metalla

Cultus ſacer.

AUCTORE G.H.

metalla condemnavit. *Idem lib.2 cap.19 ista deducit.* Per id tempus, cum Marcus post Silvestrum ad exiguum tempus Episcopatum Romanum gessisset, Julius in illam Sedem successit (*anno* CCCXXXVII, *uti* XII *Aprilis ad hanc Vitam docuimus*) sIn Sedem autem Hierosolymorum, post Macarium, successit Maximus. Quem fama est Episcopum Ecclesiæ Diospolitanæ à Macario ordinatum fuisse, sed à populo Hierosolymitano, ne eam Sedem capesseret, impeditum. Nam quia Confessor erat, & vir alioqui spectatus, populi suffragiis decretum fuit, ut post mortem Macarii in illius urbis Episcopatum succederet. Itaque cum multitudo ægre ferret se eo privatam fore, cujus virtutem explorate cognitam haberet, & seditio ex ea re oriri videretur; visum est Diospolitanis alium Episcopum deligere, ut Maximus maneret Hierosolymis, & sacro Episcopatus munere una cum Macario fungeretur, & post ejus mortem Ecclesiam illam solus gubernaret. Attamen intelligendum est, quod hi qui in hac re cognoscenda accuratius laborarunt, affirmant plebem istam omnia de sententia Macarii & fecisse & summo studio conatam esse. Nam eum omni cura incubuisse, ut Maximus post se constitueretur Episcopus, memorant: propterea quod mente complectebatur illum, cum rectam veramque de Deo opinionem teneret, & ob fidei confessionem populo percarus esset, necessario ad sibi succedendum, reservandum esse. Siquidem veritus est, ne se mortuo Eusebius & Patrophilus, sectæ Arianæ fautores, tempus idoneum nacti, illam Episcopalem Sedem alicui suæ opinioni dedito tribuerent: quandoquidem dum Macarius maneret in vita, novis rebus studere cœperunt illi quidem; sed cum ab eo essent eà de causa ab Ecclesia segregati, conquieverunt. *Hæc ibi.*

Dicitur ordinatus Episcopus Diospolitanus;

sed reservatus ut succederet S. Macario.

B

2 *Mortuus est S. Macarius circa annum* CCCXXXV *uti ad diem* X *Martii, quo colitur, ostendimus. Itaque Ecclesiæ Hierosolymitanæ dedicatio, quæ anno illo facienda erat, die* XIII *Septembris, satis occupatum debuit habuisse Maximum, ne interesset Concilio Tyrio, ubi Athanasii innocentia per summam iniquitatem opprimebatur. Itaque non ibi, sed Hierosolymis, dedicatione peracta, cum ibidem iretur in Concilium, & Athanasii damnatio atque Arii receptio signanda videretur, uti revera signata est utraque; factum crediderim, quod idem Sozomenus narrat lib.2 cap.24,* quod Paphnutius Confessor, qui Concilio interfuit, prehenderit manum Episcopi Hierosolymitani, monueritque ut surgeret: non enim conveniens esse ut ipsi, qui Confessores erant, & pro pietate effossos oculos ac poplites debilitatos habebant, communicarent consilio hominum perditorum. *Atque hæc verosimiliter causa est, cur Eusebius libro 4 de Vita Constantini prolixe agens de Dedicatione ista, quæ fuit omnium in hoc genere memorabilium actionum celeberrima, propter multitudinem collectorum undique ad eam Episcoporum, nullam mentionem dignatus sit facere Hierosolymitani Episcopi; cujus, ut in ecclesia propria, partes ibi esse præcipuæ debuerunt.*

quo mortuo peregit dedicationem ecclesiæ anno 1335.

Synodo tamen contra Athanasium non subscripsit.

C

excipit S. Athanasium,

3 *Idem Sozomenus lib.3 sub finem cap.20 scribit,* S. Athanasium per Palæstinam transisse, benevole & humanitus exceptum, atque Concilio Hierosolymis coacto Maximum & alios Episcopos pro eo scripsisse ista. Sanctum Concilium Hierosolymis coactum Episcopis Ægypti & Libyæ, & Presbyteris quoque & Diaconis & populo Alexandriæ, carissimis & cum primis desideratis fratribus, in Christo salutem. Deo universarum rerum moderatori, Fratres carissimi, pro admirabilibus beneficiis, cum quæ omni tempore in nos, tum quæ modo in vestram Ecclesiam contulit, Athanasium Pastorem & Dominum vestrum, ac collegam nostrum vobis reddendo, nullo modo dignas gratias agere possumus. Nam quis aliquando sperare poterat, se oculis ista aspecturum, quæ vos jam estis reipsa consecuti? Sed vestræ preces sine dubio sunt exauditæ ab omnium rerum gubernatore Deo, qui vestræ curam gerit Ecclesiæ, qui vestras lacrymas & lamenta intuitus est, ac propterea vestris orationibus aures clemens præbuit. Eratis enim tamquam oves abjectæ, male vexatæ, non habentes pastorem. Et ob hanc causam, qui verus Pastor est, & suarum ovium diligens Curator, in vos de cælo respexit, & quem desiderabatis vobis benigne restituit. Quin etiam nos omnia, quæ ad Ecclesiæ pacem faciunt, molientes, & vestræ aspirantes caritati, eum ante amice amplexati sumus, quam ad vos venerit: atque cum eo communicantes, has salutationes ad vos, & vota nostra gratulandi causa per illum misimus, ad eum finem ut intelligatis, tum nos vinculo caritatis cum eo colligatos esse, tum vos debere pro religiosissimis sanctissimisque Imperatoribus Deum sedulo precari, qui vestro perspecto desiderio, & ejus sincera pietate cognita, illum vobis honorificentissime restituere dignati sunt. Quare obviis, ut ajunt, ulnis eum complexi, debitas preces cum gratiarum actione Deo, qui hoc beneficium vobis tribuit, pro eo adhibere laborate: quo vos perpetuo Dei largiente gratia lætemini, & Dominum Deum laudibus efferatis, in Christo Jesu Domino nostro, per quem Patri sit gloria in perpetuum. Amen. *Hæc ibi. S. Athanasii Acta dedimus die secunda hujus mensis Maji, ostendimusque hanc reductionem ejus contigisse anno* CCCXLIX.

D

& ex Synodo scribit pro eo anno 349.

E

4 *Alius in Notis Martyrologii citatus auctor est Theodoretus, qui lib.2 Historiæ Ecclesiasticæ cap.27, aut ex divisione Sirmondi cap.22, ista habet:* Post Macarium Hierosolymorum Cathedram tenuit Maximus, vir susceptis pietatis causa certaminibus illustris: cui & oculus dexter erutus fuit, & dextri pedis suffrago succisa. Hoc deinde ad immortalem vitam translato, Cyrillus, alacris & promptus Apostolicorum dogmatum propugnator, Episcopali gratia & honore dignatus est. *Hæc ibi. S. Cyrilli Acta illustravimus ad diem* XVIII *Martii, ostendimusque num.9 ex Theophane* anno CCCLV Maximum Hierosolymorum Episcopum ab Acacio Cæsareæ & Petrophilo Scythopoleos Præsulibus depositum, & Cyrillum, quem una secum sentire sperabant, in ejus locum suffectum. *Meminerunt S. Maximi etiam Hieronymus & Nicephorus Episcopus in Chronicis: quibus omissis ex MS. Chronico universali, ab Theoderico Pauli Gorcomiensi compilato, eique inserto tractatu de Patriarchis Hierosolymorum, damus elogium, cujus ibi titulus est iste:* De sancto Maximo XL. Patriarcha Hierosolymorum, & *iste subnectitur textus.*

*deponitur ab Arrianis an.*355.

F

5 Maximus XL Patriarcha, vir pius & multum devotus fuit, & exemplar bene viventium. Iste sanctissimus Maximus fuit unus Confessorum ex illis, quos Maximianus Imperator dextris oculis effossis, & sinistro poplite succiso, per metalla damnaverat, inter cetera tormenta pro fide Christi sibi illata. Tandem baptizato Constantino Magno, & extinctis abusivis Imperatoribus, non solum liber abire permissus fuit, verum etiam ad Patriarchatum sanctæ Ecclesiæ Hierosolymitanæ assumptus, gloriose eam rexit. Erat enim vir simplex, bonus & innocens, per quem Christus infinitis claruit miraculis. Fuit præterea in fide Christi stabilissimus, rexitque Ecclesiam suam tempore maximæ persecutionis tyrannorum, Constantii Imperatoris Romanorum, Ariana hæresi depravati, & Saporis Regis Persarum, qui ultra sedecim millia Martyrum pro fide Christi martyrio coronavit. Tandem plenus virtuosis operibus, & multis miraculis clarus, obdormivit in Christo. *Hæc ibi.*

post multa patrata miracula.

6 *Nicepho-*

A 6 *Nicephorus Calliſtus lib.9 Hiſt. Eccleſ. cap.26*, Maximus, *inquit*, Hieroſolymorum Epiſcopus, in Licinii perſecutione egregium ſe oſtendit Martyrem, cum ei ex oculis alter propter veram pietatem effoſſus eſt. *Ita inepte interpres Latinus, cum Græce legatur, ὁ κατὰ Μαξιμῖνον διωγμὸς μέρτυρα ἀνεδείκνυ. Cum Sozomeno ergo attribuit* Maximino, *& favet Euſebius lib. de Martyribus Palæſtinæ cap.8, ubi iſta habet.* Cum in ſextum uſque annum perſecutionis adverſus nos procella deſæviret, ex Confeſſoribus divinæ religionis, quorum innumerabilis multitudo jam pridem apud Thebaidem verſabatur, in loco qui Porphyrites vocabatur, ex nomine marmoris quod ibidem effoditur; centum fere viri, tribus demptis, una cum mulieribus & parvulis admodum liberis, ad Præſidem Palæſtinæ miſſi ſunt. Quibus omnibus cum univerſorum opificem Deum Chriſtumque confeſſi eſſent, Firmilianus Præſes, qui Urbano ſucceſſerat, ſiniſtri pedis curvaturas ſimul cum ipſis nervis candente ferro exſcindi, dextroſque oculos primum quidem mucronibus confodi ſimul cum membranis & pupillis, deinde ad ipſas uſque radices cauterio peruri, tamquam ex Imperatoris mandato, præcepit. Poſt hæc ad metalla provinciæ Palæſtinæ, laboribus & ærumnis conficiendos, tranſmittit. *Hæc ibi, & cum Sozomeno dicitur* ſiniſter pes enervatus: *quod ad* dextrum *ſupra Theodoretus tranſtulit. Præterea mox dicuntur* Confeſſores exhibiti Maximino, *idque confirmatur ſub finem capitis his verbis:* Non longo poſt rurſus ex Ægypto centum ac triginta athletæ, Chriſtianæ fidei confeſſione nobiles, eaſdem, quas ſuperiores illi, oculorum ac pedum mutilationes jam antea in Ægypto perpeſſi, juſſu Imperatoris Maximini, pars ad Palæſtinæ, pars ad Ciliciæ provinciæ metalla damnati ac deducti fuerunt. *Hæc ibi.* AUCTORE G.H. *ſub Maximino.*

Glorioſus tormentis antea pro fide toleratis.

Sextus perſecutionis annus incidit in annum CCCIX, *quo Galerius Maximianus Imperator adhuc in vivis degebat & ſummæ rerum præerat, & Maximinus ejus nepos Cæſar tantum erat: proinde dicta perſecutio Maximiano Galerio optime adſcribitur in Martyrologio Romano. Hoc autem tempore ſi S. Maximus annorum fuerit triginta, agebat ætatis annum* XLVIII, *quando Nicæa celebrata eſt prima Synodus Generalis, cui ipſum quoque cum aliis Confeſſoribus interfuiſſe cenſet Godefridus Hermant, in Vita S. Athanaſii Gallica lib.2 cap. 1, quod veroſimile eſt; cum Euſebius dicat* iniri non poſſe numerum Presbyterorum, Diaconorum, Acolythorum, aliorumque complurium, qui Epiſcopos comitati ſunt, *& hos inter erat S. Macarius Hieroſolymitanus, quo moriente, annorum fere* LVI *potuit fuiſſe S. Maximus: ut merito credere debeamus, eum qui* XX *anno ſui Epiſcopatus depoſitus, grandævus valde tunc erat, non diu ſuperfuiſſe depoſitioni ſuæ, anno* CCCLV *factæ. Memoratur* S. Maximus, Epiſcopus Hieroſolymorum, *ad diem* XXX *Aprilis, in MS. Florario Sanctorum.* & Galerio Maximiano an. 309. Ejus ætas. B E

DE SS. NECTARIO ET NICETIO G.H.

EPISCOPIS VIENNENSIBVS IN GALLIA.

SEC. IV DVo ſancti Epiſcopi Viennenſes in antiquis Faſtis Eccleſiaſticis conjunguntur ad diem V *Maji, quos quatuor vetuſta Martyrologii Hieronymiani apographa ſub finem addunt his verbis:* Viennæ depoſitio Nectarii & Niceti. *Quæ etiam leguntur in pervetuſtis MSS. Martyrologiis Romanis Eccleſiæ S. Petri & Ducis Altempſii, item Caſinenſi charactere Longobardico, Tornacenſi S. Martini, & Trevirenſi item S. Martini, in quo cognominantur* Epiſcopi & Confeſſores. *Loco* Niceti *legitur etiam* Nicetæ. *Notkerus iſta ſcribit:* Viennæ Nectarii & Nicetii Epiſcoporum. *Aſt aliis Sanctis interpoſitis leguntur ambo in MS. Florario Sanctorum, in Auctario Greveni ad Vſuardum, & in Martyrologio Germanico Caniſii, hoc modo:* Viennæ S. Nicetii Epiſcopi, venerabilis ſanctitatis viri. *& poſtea:* Nectarii, Epiſcopi Viennenſis & Confeſſoris. *Nomen quoque utriuſque inſcriptum eſt MS. Tamlactenſi in Hibernia.*

Nomen utriuſque in antiquis Faſtis.

C

2 *S. Ado Epiſcopus Viennenſis, cum ad annum Chriſti* CCCXXXVII *ageret de Conſtantio ejuſque fratribus Conſtantino & Conſtante Imperatoribus, iſta ſubdit:* Florebat & tunc temporis Nectarius, Viennenſis Epiſcopus, in doctrina fidei eximius: qui in Vaſenſi illa Synodo venerabili primus interfuit, & Patris & Filii & Spiritus ſancti unam eſſe naturam, & poteſtatem, & deitatem, & virtutem in Eccleſia publice prædicavit & docuit. *Idem Ado refert dein Acta Iuliani & Ioviani Imperatorum; poſtea tempora Valentiniani & Valentis deſcribit, ſub finem vero addit:* Nectarius Viennenſis & Hilarius Pictavenſis Epiſcopi moriuntur. *Acta S. Hilarii illuſtravimus ad diem* XIII *Ianuarij, diximuſque obiiſſe anno* CCCLXVII. *Sed uti Hilario præponitur Nectarius, ita potuit hic citius obiiſſe. At citatum* Concilium Vaſenſe *habitum videtur circa annum* CCCL. *Eſt autem* Vaſio *urbs Epiſcopalis, ſub dominio ſummi Pontificis & Archiepiſcopo Avenionenſi. Aliqui referunt S. Nectarium ad Kalendas Auguſti, quando in Martyrologio, ſub nomine Bedæ ſuppoſito, iſta leguntur:* Viennæ S. Veri Epiſcopi, qui unus *fuit de diſcipulis* Apoſtolorum, & S. Nectari Epiſcopi. *At ſeorſim* Verus, *&* Severus *appellatur, tum etiam ſeorſim* Nectarius Epiſcopus *nullo huic loco aſſignato, referunturq; in Martyrologio MS. Bruxellenſi S. Gudulæ, MS. Florario, & in excuſo anno* MCCCCXC, *itemque in Auctario Greveni. In ſupplemento Sauſſaji appellatur* Epiſcopus Viennenſis, *ſicut & à Ferrario, qui annotat* non coli natalem ejus in Eccleſia Viennenſi. *Sane neque nos reperimus nomen ejus in Kalendario, præfixo Miſſali aut Breviario, aut in renovato Martyrologio per Ioannem le Lievre Canonicum Viennenſem; licet idem id ſcripſerit in Gallico tractatu de Antiquitate Eccleſiæ Viennenſis, & Ioannes de Boſcho in tractatu adjuncto Bibliothecæ Floriacenſi eum obiiſſe die primo Auguſti. His non obſtantibus, cum tot antiquis Martyrologiis eumdem relinquimus adjunctum* S. Nicetio, *ejus ſucceſſori, de quo ſam agemus.* F

S. Nectarii tempus Sedis.

& aliqua memoria 1 Auguſti.

3 *Ado in Chronico indicato, Gratiani & fratris Valentiniani Imperio ſubjungit,* eodem tempore Viennenſem Eccleſiam rexiſſe Nicetam, præclariſſimum in dogmate fidei Epiſcopum. *Idem Adò & Vſuardus, cum plurimis MSS. & excuſis Martyrologiis & hodierno Romano, eumdem hoc die celebrant his verbis:* Item Viennæ S. Nicetii Epiſcopi, venerabilis ſanctitatis viri. *In MS. Martyrologio Viennenſi, ſtudio & labore Ioannis le Lievre, ut diximus, renovato, iſta leguntur:* Natale S. Nicetii Confeſſoris, decimi quinti Viennenſis Archiepiſcopi. Hic rexit Eccleſiam ſuam temporibus Gratiani ac poſtea Theodoſii Imperatorum: interfuitque Concilio Valentiæ Delphinatus anno CCCLXXV habito: atque ſepultus in eccleſia S. Martini, quarti Viennenſis Epiſcopi & Martyris, quam ipſe conſtruxerat ad ejus honorem, miraculis eſt clarificatus. *Aliquod ſimile elogium habet Sauſſajus in Martyrologio Gallicano. In Breviario Viennenſi anno* MDXXII *excuſo præſcribitur officium Eccleſiaſticum de dicto S. Nicetio, in quo omnia de Communi Confeſſoris Pontificis cum oratione,* Da quæſumus. *S. Nicetii ſingularis cultus.*

4 *De Concilio Valentino poſſet moveri dubium num vere ei interfuerit* Florentius Epiſcopus Eccleſiæ Viennenſis, *uti ſubſcriptio habet apud Sirmondum. Non enim* Florentius *an adfuerit Conc Va. lentino?*

AUCTORE G.H. Florentius *iſte reperitur hoc tempore præfuiſſe, ſed ſeculo Chriſti tertio traditur Martyr obiiſſe die* III *Ianuarii, uti tunc diximus. Poſſet igitur cenſeri nomen ejus in locum* Nicetii *irrepſiſſe, quod ad ulteriorem inquiſitionem viris cruditis proponimus.*

5 *Apud Ioannem Chenu in Hiſtoria Chronologica Archiepiſcoporũ & Epiſcoporum Galliæ, dicitur* S. Nicetius olim à SS. Paſchaſio & Claudio Vienneníibus Epiſcopis educatus, adeo ut etiam B. Claudii extiterit Diaconus. *Acta* S. Paſchaſii *dedimus* XXII *Februarii*, S. Claudii *daturi Kalendis Iunii. Sanmarthani in hoc valde jejuni ſunt, & per errorem* Nectario *præponant* Nicetium. D

DE SANCTIS CONFESSORIBVS

G.H. EVLOGIO EPISCOPO EDESSENO ET PROTOGENE EPISCOPO CARRHENSI.

SUB THEODOSIO SENIORE.

Cultus 5 & 6 Maji.

B

Acta ex Theodoreto.

C

In perſecutione Valentis

Edeſſenis conſtantibus in fide,

S. Eulogius Præfecto reſpondet

cum aliis ablegatur.

ipſe & S. Protogenes Antinoën.

hic pueros docet,

miraculis claret:

E

F

Duo ſimul fuerunt Presbyteri Edeſſeni in Meſopotamia; & ſub Valente Imperatore, Arianæ hæreſeos propugnatore, plurima paſſi; tandem, poſt pacem Eccleſiis datam, facti ambo Epiſcopi, S. Eulogius *Edeſſenus ſucceſſor S. Barſæ, cujus Acta retulimus* XXX *Ianuarii*; S. Protogenes *Carrhæ*. Edeſſæ, *metropoli Oſrhoënæ provinciæ, ſubeſt urbs* Carrha, *ſatus vicina, nunc* Oſra *dicta, de qua egimus* XIV *Martij in Actis SS. Euſtathii & ſocium Martyrorum ab Arabibus occiſorũ. Ambo tabulis Martyrologii Romani adſcripti ſunt, Eulogius ad hunc* V *Maji his verbis*; Edeſſæ in Syria S. Eulogii, Epiſcopi & Confeſſoris: *at ſequenti* VI *Maji, ita legitur*: Carrhis in Meſopotamia S. Protogenis. *Acta utriuſque deſcripſit Theodoretus, lib.* 4 *Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap.* 15, *ſub hoc titulo*: De perſecutione Edeſſæ concitata, & de Eulogio & Protogene Presbyteris Edeſſenis: *dein Acta ita explicantur.*

2 Iterum Valens orbato Paſtore, *S. Barſe Epiſcopo in exilium miſſo*, gregi *Edeſſenõ* pro Paſtore lupum impoſuit. Et quoniam omnes, urbe relicta, extra urbem conuentus agebant, Edeſſam ipſe profectus eſt; Modeſtoque, Præfecturam tunc agenti, præcepit, ut coactis in unum militibus, qui tributa exigere ſolent, aſſumptiſque ex armata militia iis qui adeſſent, congregatam diſſipent multitudinem, virgis cædentes ac fuſtibus, nec aliis bellicis armis parcant ſi opus ſit. Imperata Præfectus prima luce dum exequitur, per forum tranſiens, feminam videt cum infante in ulnis propere feſtinantem: nam & contemptis militibus primos illorum ordines perruperat. Incenſus quippe divino zelo animus humano metu non tangitur, terroreſque ejuſmodi pro riſu ac joco habet. Præfectus ergo illam conſpicatus, remque intelligens, accitam percontatur quo pergat. Cui illa, Cognovi, inquit, adverſus Dei famulos paratas eſſe inſidias, & ad fidei conſortes contendo, cum ipſis cupiens tormenta ſubire, quæ inferre vultis. At infantem, ait Præfectus, quorſum geſtas? Ut mecum, inquit, optatæ mortis particeps fiat. Hæc ex femina cum audiviſſet Præfectus, deque illa omnium alacritatem perſpexiſſet; renuntiavit Imperatori, & fruſtra futuram cædem oſtendit: Nam & ipſi, aiebat, infamiam ſolam referemus, & iſtorum animi ardorem non extinguemus. His dictis, multitudinem quidem cruciatus, quos expectabant, pati non permiſit: ſed Principes eorum, Presbyteros & Diaconos, advocare juſſus eſt; & duorum alterum fieri, ut vel ad lupi eos communionem adduceret, vel urbe pulſos in ultimas oras amandaret. Convocatis itaque univerſis, blanda illis oratione perſuadere conatus eſt, ut Imperatoris legibus obtemperarent: extremæ enim dementiæ aiebat eſſe, Principi, qui tot tantiſque imperaret, exigui numeri homines obſiſtere.

3 Et quoniam taciti mutique obſtabant omnes; ad Eulogium virum laudabilem, qui his præſidebat, converſus Præfectus, Cur, inquit, iis quæ à me dicta ſunt non reſpondes? Et ille, Non putabam, ait, reſpondere me debere, cum interrogatus non eſſem. Atqui ego, inquit Præfectus, longa vos oratione ad utilia ſum cohortatus. Cui Eulogius ad omnes ſpectaſſe illa ejus verba dixit, abſurdumque duxiſſe, unum ſe aliis excluſis reſpondere. Ex me uno, inquit, ſi rogabis quid ſentiam, non celabo. Tum Præfectus: Communica ergo cum Imperatore. At ille diſſimulanter reſpondens & facete, Numquid, ait, cum Imperio etiam Sacerdotium eſt conſecutus? Ironiam ſenſit Præfectus, graviterque ſuccenſuit, & convitia ingerens in grandævum, hæc etiam adjecit; Hoc ego, ſtupide, non dixi, ſed ut cum quibus communicat Imperator, cum eiſdem communicetis admonui. Et cum reſpondiſſet ſenex, habere ſe Paſtorem, cujus nutibus omnes obſequantur, octoginta pariter comprehenſos ablegavit in Thraciam. Dum deportarentur, ſumma ubique cura excepti ſunt: nam & urbes & vici occurrebant, victores athletas laudibus proſequentes. Sed adverſarios inſtigavit invidia, ut Imperatori ſuggererent, illam ipſam quæ ignominia putabatur, ſummum honorem hominibus iſtis peperiſſe. Quo audito, Valens divisi illos per paria jubet, atque alios per Thraciam, alios per ultimos fines Arabiæ, alios per Thebaidos oppidula diſpergi. In quo ferunt ab immaniſſimis hominibus diſtractos etiam illos fuiſſe, quos natura conjunxerat, fratreſque à fratribus ſeparatos.

4 Eulogium porro, qui ceteris præerat, & Protogenem ab illo ſecundum, Antinoën in Thebaida relegavit. Ego vero iſtorum virtutem oblivioni non tradam. Nam cum Epiſcopum ſibi conſentientem nacti, Eccleſiaſticis conventibus intereſſent; & perexiguo cœtu animadverſo, cauſam ſciſcitati, Gentiles eſſe incolas didiciſſent; doluerunt ut par erat, eorumque infidelitatem deplorarunt. Nec ſatis eſſe lacrymas arbitrati, vires omnes ad eos ſanandos converterunt. Ac divinus quidem Eulogius in cella concluſus, dies noctesque univerſorum Deo ſupplicabat. Admirandus vero Protogenes, & legitimis litteris inſtructus, & velocis ſcripturæ peritus, loco reperto idoneo, ludum aperuit litterarium, puerorumque magiſter factus eſt, una illos & celeriter ſcribere docens, & in divinis eloquiis erudiens. Nam & Davidica illis carmina dictabat, & ex Apoſtolica doctrina, quæ maximè congruebant, ediſcenda proponebat. Uno autem de pueris morbo correpto, domum ejus venit; dextraque ægrotantis apprehenſa, morbum oratione depulit. Quod quidem ubi aliorum puerorum parentibus innotuit, domos ſuas illum deducebant, orabantque ut ægris opem ferret. At ille negabat ſe prius Deo ſupplicaturum, ut morbum fugaret; quam infirmus baptiſmi donum ſuſciperet. Ipſi vero, urgente ſanitatis deſiderio, libenter parebant; eademque opera & animi & corporis ſanitatem percipiebant. Quod ſi quando ſanum quempiam ad Divinam gratiam participandam induxerat, hunc ad Eulogium deducebat, & oſtium pulſans

A ſans orabat ut aperiret, eique ſigillum Dominicum imponeret. Et cum ille moleſtius ferret interrumpi orationem ſuam, magis neceſſariam eſſe aiebat ſalutem errantium. Omnibus autem admirationi erat Protogenes, cum viderent eum, qui tot miracula ederet, divinæque cognitionis lumen tam multis infunderet, Eulogio tamen primas cedere, & quos cepiſſet ad illum deducere. Merito itaque multo majorem præſtantioremque illius virtutem eſſe conjiciebant.

Regreſſi in patriam, fiunt Epiſcopi.

5 Jam vero cum, ſedata tempeſtate, tranquillaque ſerenitate reſtituta, redire ab exilio juſſi eſſent; deduxerunt illos univerſi cum queſtibus & lacrymis, inprimiſque Antiſtes Eccleſiæ, cui deinceps illorum agricultura carendum erat. Poſtquam ergo in patriam pervenere, divinus quidem Eulogius, magno Barſe ad doloris expertem vitam tranſgreſſo, Eccleſiæ quam rexerat gubernacula ſuſcepit; Protogeni autem admirando excolendæ traditæ ſunt Carrhæ, civitas inculta, & ſpinis Gentilium referta, multoque egens labore ac ſtudio. Sed hæc poſt pacem Eccleſiis redditam geſta ſunt. *Hæc Theodoretus. Pax indicata contigit poſt mortem Valentis anno* CCCLXXV, *& Imperium Theodoſio ſeniori oblatum.*

B 6 *Idem Theodoretus lib.*5 *cap.*4 *deſcribit Vitam* S. Euſebii Epiſcopi Samoſatenſis, *qui* XXI *Junij colitur, & varios ab ipſo enumerat creatos Epiſcopos, ac dein addit:* Eulogium, qui pro Apoſtolica doctrina fortiſſime certaverat, & in oppidum Antinoum una cum Protogene fuerat relegatus, Epiſcopum Edeſſæ ab illo ordinatum ferunt: Barſes enim ille admirandus jam è vivis exceſſerat. Porro Eulogius Protogenem, qui certaminum ipſius ſocius ac particeps fuerat, Carrhis Epiſcopum conſtituit, urbi male habenti ſalutarem medicum conſtituens. *Hæc Theodoretus. Addit Sozomenus lib.*6 *cap.*23 Protogenem Epiſcopatum Carrharum rexiſſe poſt Vitum, *ergo poſt Concilium Oecumenicum habitum Conſtantinopoli ſub S. Damaſo Papa anno* CCCLXXXI, *cui* ex provincia Oſroëna *ſubſcripſerunt dictus* Eulogius Edeſſenus & Vitus Carrhēſis. *At num ante obitum S. Valentis, imo ante exilium ſuum fuerit* S. Eulogius Epiſcopus Edeſſenus *dubitandū videtur, quod anno* CCCLXIX *ſub Damaſo Papa Concilio Antiocheno, in quo ſtatuta eo anno in Concilio Romano approbantur, reperiatur ſubſcripſiſſe* Eulogius Epiſcopus Edeſſenus. *Verum quod tum adhuc* S. Barſes *viveret, arbitramur errorem ſubeſſe, ac legendum,* Eulogius Presbyter Edeſſenus, ſimiliter credo & ſubſcripſi: *aut certe aliud σφάλμα irrepſiſſe.*

Ex Theodoreto.

Eulogius à S. Euſebio Samoſatēſi,

Protegenes à S. Eulogio.

Videtur Eulogius Presbyter adfuiſſe Concilio Antiocheno anno 369.

E

DE SANCTO BRITONIO

EPISCOPO TREVIRENSI.

G.H.

CIRCA AN. CCCLXXXVI

Cultus ſacer.

Vplcx habemus Martyrologium MS. Trevirenſe, alterum monaſterii S. Maximini, alterum eccleſiæ S. Paulini; in utroq; ad hunc diem recolitur memoria S. Britonii, Epiſcopi Trevirenſis. *Quæ eadem leguntur in MS. Florario Sanctorum, & in Martyrologio anno* MCCCCXC *Coloniæ & Lubecæ excuſo, item apud Grevenum & Molanum in additionibus ad Vſuardum, Caniſium, Ferrarium & Sauſſajum in ſupplemento Martyrologii Gallicani. Sed hi duo ultimi aſſerunt* ſub Dagoberto Rege Francorum *floruiſſe; cum conſtet ſeculo quarto Eccleſiæ præfuiſſe, & quidem ab anno* CCCLXXXII *uſque ad annum* CCCLXXXVI *uti obſervat Browerus lib.*4 *Annalium Trevirenſium: quem conſule de rebus ab illo geſtis. Has nos proferimus ex Breviario Trevirenſi ejuſque Lectionario anno* MDCXLV *excuſo, & ſunt hujuſmodi ad hunc diem* V *Maji.*

C 2 Britonius, qui in Epiſcopatu Trevirenſi ſucceſſit Bonoſio, Romæ, inter Epiſcopos Synodi cauſa ibi degentes, ad Nicæni Concilii Acta confirmanda & ceterarum hæreſeon dogmata labefactanda, tertium locum poſt Damaſum & Ambroſium obtinuit. Inde, exacta hieme & aperto mari, rediens ad ſuam Eccleſiam; cum Ithacius Hiſpanus Antiſtes, perſequendæ Priſcillianorum hæreſis & ulciſcendi dogmatis auctores æſtuans zelo, Trevirim veniſſet, & vi ad Hiſpanias retrahendus quæreretur; Britonius digno facinore Epiſcopum, etſi forte inconſulti zeli facibus accenſum, ab hoſpitali ſede per apparitores & forenſe miniſterium avelli, ac hæreticorum objici calumniis, neutiquam paſſus eſt. Ejus etiam tempore B. Ambroſius Treviros inviſit, Priſcillianiſtis coram Maximo Imperatore reſiſtens. Demum vita deſtitutus, tertio Nonas Maji, circa annum Chriſti trecenteſimum ſextum, Confeſſoris honore venerabilis habetur. *Hæc ibi.*

Epitome ex Breviario Trevirenſi.

3 *De S. Bonoſio deceſſore ejus egimus* XVII *Februarij: at de ſucceſſore Felice* XXVI *Martij: qui ibidem dicitur anno* CCCLXXXVI *in Concilio Trevirenſi, præſente S. Martino, ordinatus; ubi in Notis ad caput primum Vitæ, de Priſcillianorum hæreſi & Ithacio egimus. Apud Schechmanum, in Epitome ſeu Medulla geſtorum Trevirenſium, anno* MDXVII *excuſa, inter Sanctos Trevirenſes numeratur* Brito, *aliis* Britonus Epiſcopus, III Nonas Maji. *Plura hactenus non invenimus.*

ejus deceſſor. & ſucceſſor.

F

DE SANCTO SACERDOTE

EPISCOPO LEMOVICENSI,

G.H.

ET S. MVNDANA EIVS MATRE

VIDVA MARTYRE, SARLATI IN GALLIA.

CIRCA DXXX.

Burdegalæ oriundus,

Cadurci inſtructus,

Oca ortu, habitatione, Epiſcopatu, morte, ſepultura ac tranſlatione Reliquiarum S. Sacerdotis celebria ſunt iſta. Burdegala, *totius Aquitaniæ emporium celeberrimum, locus illi aut ſaltem patri ejus ad hanc vitam natalis obtigit. Succedit* urbs Cadurcenſis, *nobili Epiſcopatu & Academia in eadem Aquitania florens: in qua ab ipſo Epiſcopo ſuam inſtitutionem adoleſcens accepit. In hac diœceſi Cadurcenſi idem* S. Sacerdos *celebriorem fecit vicum* Calabrum, *prope fluvium Dordoniam ſive Duranium, quo in loco baptizatus ejus dominium accepit: ibidem poſtea divino monitu monachus, dein Abbas effectus, ibidemque ſepulturæ mandatus. Propinquus locus hic fuit ei qui nunc* Calviacum *dicitur: & vetus nomen remanet Lacui inter Calviacum & Carluxium, qui ad monaſterii jura pertinens adhuc appellatur* l'eſtang de Calabre, *uti etiam* la Tour

Calabri Abbas,

AUCTORE G.H.

de Calabre, *turri antiqua cum eccleſia deſolata, cujus Parochi, addicta olim terra appellatur* Bordarium S. Sacerdotis, *à ripa fluminis cui adjacet. Ex hoc loco evocatus* Sacerdos *ad Cathedram* Lemovicenſem, *in eadem Aquitania prima, ad Vigennam fluvium vixit reliquum fere vitæ tempus: ſed præſentiens finem vivendi imminere, reverſurus ad monaſterium Calabrum,* Argentaci, *loco ad fluvium Dordoniam inter Bortum & Carennacum ſito, vita functus eſt; & inde ad ſuum monaſterium Calabrum delatus, ibidem ſepulturam accepit. Et hæc loca ad ejus vitam pertinent: ſed præillis aliam urbem honeſtavit Reliquiarum tranſlatione, & miraculis omnipotentis Dei operatione factis, ab eadem adoptatus in præcipuum Patronum.*

Lemovici Epiſcopus.

Argentaci mortuus.

Sarlatum tranſlatus.

2 *Vrbs ea eſt* Sarlatum, *in ditione Petrocorienſi, cum celebri Ordinis Benedictini monaſterio ſub titulo Salvatoris mundi, quod tabulæ Abbatiæ perhibent à Pipino Rege aut ejus filio Carolo Magno fundatum. Ad hoc monaſterium, tempore Ludovici Pii, ſacra corpora* S. Sacerdotis, *ejuſque matris* Mundanę Martyris, *tranſlata fuiſſe infra referuntur, dein plurimis claruiſſe miraculis. Imo & apud Decanii Sarlatenſem an.* 1663 *inveniebatur MS anni* 1542, *in quo aſſerebatur etiam patris* Laban *corpus ibidem in honore fuiſſe, tamquam* Beati. *Poſtmodum* Ioannes XXII, *Summus Pontifex, monaſterium illud Epiſcopali faſtigio inſignivit anno* MCCCXVII; *& eccleſia Cathedralis dicata eſt* S. Sacerdoti Epiſcopo Lemovicenſi, *de quo hic agimus; menſæ autem ſeu reditibus Epiſcopalibus eſt adjunctum* monaſterium Calabrum *ſeu* Calviacum (*contracto forſan nomine quaſi* Calabriacum) *ſolum duabus leucis Sarlato diſitum; ubi* S. Sacerdos *vulgo appellatur Saint* Sardós, Sardou, *vel* Sardót *aut* Serdot *non autem* Sadroc, *ut quidam Francici Scriptores hallucinando indicant. Sub illo autem vulgari nomine duo habentur oppida; unum in Aquitania ſub diœceſi Montalbanenſi, leucæ ſpatio diſitum a Garumnæ ripa; quatuor à Toloſa; alterum* S. Sardos, de Granges *ſive à* Grangiis *cognominatum in diœceſi Agennenſi, tribus ab ea urbe leucis diſitum, una vero ab oſtio Loti in Garumnam procurrentis. Hi adde* Eccleſiam S. Sacerdotis de Aurenca, *nominatam in bulla Eugenii* III.

ubi eccleſia Cathedralis illi dicata.

B

oppida 2 ſub ejus nomine

3 *Quis primus auctor & quo tempore Vitam S. Sacerdotis ſcripſerit, nos latet. Hugo monachus Floriacenſis, qui ſub Ludovico* V. *cognomento Craſſo circa annum* MCXXX *floruit, in Chronico ſuo, Monaſterii Weſtphaliæ anno* MDCXXXVI *excuſo, pag.* 127, *occaſione Ecdicii, filii Aviti Imperatoris, iſta de Actis S. Sacerdotis ſcripſit:* Ecdicius, Aviti quondam Imperatoris filius, in libro Vitæ cujuſdam ſancti Confeſſoris, nomine & officio Sacerdotis, Lemovicinæ civitatis, corrupto nomine (ſicut opinor) nominatur Altitius, & hic illum creditur à baptiſmatis lavacro ſuſcepiſſe. Cujus pretioſiſſimi Confeſſoris Vitæ ſeriem, partim in occulto ſermone compoſitam, partim vero ſcriptorum indicio depravatam conſpiciens; nuper corrigere ſtatui, & tempore quo floruit, poſt multorum annorum curricula moderno tempore deſignavi. Et de ipſius quidem Sancti virtutibus in eadem ſerie apertiſſimo ſermone expreſſi: de hoc autem Altitio illud plane diffinire nolui, quod evidenti teſtimonio probare non poſſum: melius eſſe credens, quod me latet, ſeu de quibus ambigo, Deo totum relinquere, quam dubia pro certis proterve defendere. Hoc tamen antiquus ille liber, qui præfati Confeſſoris actus continet, mihi videtur innuere, quod circa hoc tempus, de quo nunc loquimur, memoratus Sacerdos eſſe potuit infantulus.

Vita ab Hugone Floriacenſi.

C

ex veteri Petragorico ſermone Latine reddita

4 *Hactenus Hugo Floriacenſis: qui dum antiquum Actuum ſancti Confeſſoris librum ait fuiſſe* in occulto ſermone compoſitum; *videtur mihi intelligere vulgarem Petracoricenſium ſeculo* IX *ſermonem; ideo occultum, quia* XII *ſeculo quo florebat Hugo valde immutatum à forma priori; aut potius quia minime communem, id eſt, ubique terrarum intelligendum, ut erant ea quæ conſcribebantur ſermone Latino. Sic Regino Prumienſis, Hugone Floriacenſi ſeculis duobus antiquior, in Chronica ad annum* DCCCXIV, *dicit, ſe reperiſſe eatenus ſcripta* in quodam libello, plebeio & ruſticano ſermone compoſita, quæ ex parte ad Latinam regulam correxi, *inquit (plane ut Hugo ait de Vita S. Sacerdotis)* quædam etiam addidi quæ ex narratione ſeniorum audivi. *Quem autem plebeium & ruſticanum ſermonem Regino vocat, is erat haud dubie qui per Provincias Romano Imperio quondam ſubjectas uſurpatus, à Francis earumdem tunc poſſeſſoribus, & patria id eſt Teutonica lingua diu uſis, vocabatur* Romanus, *ſive ut in quodam vetuſto Capitulari legitur* Ruſticus Romanus, *quemadmodum etiam nunc vocatur in Hiſpania aliiſque provinciis, corruptus ille ex Latino ſermo, quo paſſim eæ regiones utuntur quæ olim Romanæ ditionis fuere.*

D

5 *Sic autem conſcriptum librum accepiſſe potuit Hugo ab ſuo coævo, & monaſticæ vitæ apud Floriacenſes ſocio, Aimoyno: utpote patria Petracorico, ex vita (uti oſtendit ipſe in Vita S. Abbonis, danda ad* III *Novembris)* quæ vocatur ad Francos, *vulgo* Ville-franche, *leucis ſolum tredecim remota Sarlato. Acceptum porro non ſimpliciter Latine reddidit expoliviſque; ſed quædam etiam ex ſuo ſenſu immutavit; addidit etiam num.* 23, *quæ commoda credebat ad explicandum Chronologicam rationem prout ea tempora ferebant non inſulſam, ſed quæ erudito hoc ſeculo plane judicatur vacillare. Hanc autem* S. Sacerdotis Vitam, *ab Hugone Floriacenſi ſic exornatam, damus hactenus inèditam; qualem nobis ſubmiſit, vir in antiquitate hiſtorica eruditus, Armandus Gerard Canonicus Sarlatenſis, cujus beneficio Sammarthani ediderunt Abbatum & Epiſcoporum Sarlatenſium ſeriem. Vitam iſtam ipſe deſcripſit ex veteri codice MS. de Vitis Sanctorum quipenes eum erat, ubi illa continebatur à pagina verſa* LXXXVIII *ad paginam verſam* LXXXXV, *Vitæ quoq; priorem partẽ contulit cum ea, quæ in veteri Breviario Sarlatenſi eſt diſtributa in Lectiones per totam Octavam recitari ſolitas. Idem penes ſe habuit eamdem Legendam, veteri ſermone Petragorico, non quidem ex vetuſto illo contextu tranſcriptam, quo uſus Hugo eſt; ſed ex* Latino *Hugonis, cui præciſe inhæret* in Romanum *id eſt vulgare idioma redditam, cum appendice quorumdam recentiorum miraculorum, circa annum* MCCCXLVII *deſcriptorum; quorum nobis ſpecimen primo miſit; deinde ipſum eorum contextum à ſe Latine redditum rogatus eſt mittere, poſt Vitam per Hugonem conſcriptam proponendum lectori, una cum monumentis noviſſimæ Tranſlationis per eumdem communicatis. Et hæc quidem monumenta damus: miracula autem dare necdum poſſumus; quia qui legeret & tranſcriberet ex vetuſti ac fere evanidi characteris MS. nullus ad manum fuit prædicto Domino, caliginem oculorum ſenilium excuſanti, quo minus per ſe id fecerit. Poterunt ea, ſi poſtea habeantur, in hujus menſis Supplemento dari.*

datur ex Ms.

E

eum appendice.

F

6 *Ipſam Vitam abbreviavit aliquantulum Bernardus Guidonis, Ordinis Prædicatorum, Epiſcopus Lodovenſis creatus anno* MCCCXIV; *eamque inſeruit ſuo Sanctorali: quam ex MS. Pragenſi nobis anno* MDCXLII *ſubmiſit Ioannes Scholtz Societatis Ieſu, poſtea vero eamdem Tutellæ Lemonicum, ad calcem eruditæ Diſquiſitionis de ſeculo quo idem Sanctus vixit, ex MS. codice edidit Stephanus Baluzius Tutellenſis: de qua re etiam diſputaſſe dicitur Antonius Dadinus Altaſerra Anteceſſor Toloſanus tomo* 2 *rerum Aquitanicarum libro* 6 *cap.* 2. *Verum hunc illius operis tomum* 2 *aliunde non novimus quam ex epiſtola prædicti Armandi Gerard; ubi etiam Diſquiſitionis illius ut Gallicè ſcriptæ meminit; quam inſuper invenimus citatam apud Philippum Labbe tomo* 2 *Novæ bibliothecæ manuſcriptorum librorum, ubi pag.* 661 *& ſeqq. edidit iſtam Vitam, cum autographo Sanctoralis Bernardi Gudonis collatam, & in parva Capita diſtinxit. Nos ſecundam hanc Vitam utpote*

Eam Bernardus Guidonis abbreviavit.

ex

A

ex priore extractam, & omiſsis miraculis abbreviatam, omittimus, cum apud dictos auctores videri poſsit.

Natalis dies 5 Maji.

7 Aliquod etiam Vitæ compendium extat in Breviario Lemovicenſi anno MDCXXVI excuſo; in qua urbe & diœceſi colitur ſub ritu duplici ad hunc quintum Maji, quo die, id eſt tertio Nonas Maji dicitur, & apud Hugonem Floriacenſem & apud Bernardum Guidonis, & in dicto Breviario Lemovicenſi, ſpiritum Deo reddidiſſe. Eodemque etiam die apud Sarlatenſes feſtum ejus ſolenniſsimo ritu celebratur, & ipſe apud Sauſſaium in Martyrologio Gallicano longo excomio honoratur. Interim vitio amanuenſium relatus eſt ad diem IV Maji in MS. Adone, quem Romæ reperimus in illuſtri bibliotheca Cardinalis Sforza, ubi iſta erant inſerta: In Petragoricis natale S. Sacerdotis Confeſſoris & Pontificis. Quæ ita leguntur in Martyrologio Bellini Pariſiis auctо. In territorio Petragoricenſi S. Sacerdotis Lemovicenſis Epiſcopi. Hæc inde edidit more ſuo Molanus in Auctario Vſuardi: & Molano ſolum citato relatus eſt S. Sacerdos in hodiernum Martyrologium Romanum, uti etiam in Germanicum Caniſii. Ferrarius in Catalogo Sanctorum, qui non ſunt in Martyrologio Romano, eumdem, quaſi à jam relato diverſum ad quartum Maji his verbis profert: Lemovicis in Gallia S. Sacerdotis Epiſcopi. Dein in Notis citantur Tabulæ Eccleſiæ Lemovicenſis, ſed in ea colitur die quinta Maji. Dein patria dicitur Burdegala, ubi corpus jacet: ſed illud eſt in Cathedrali Sarlatenſi. Demum additur, in Vitis Sanctorum Galliæ apud Renatum Benedictum, Presbyterum vocari, ſed in margine indicatur S. Sacerdos Latine, Gallice Sainct Preſtre dici. Nos cum antiquis Actis omnibus, & uſu Eccleſiarum Lemovicenſis, Sarlatenſis, aliarumque vicinarum, malumus proponere ipſa Acta ad hunc diem quintum Maji. Diem nemine tradente qua facta ſub Carolo magno Tranſlatio ad eccleſiam Sarlatenſem eſt, nondum certiſſime cognovimus, inquit Vitæ auctor. Recolitur nihilominus illa Sarlati officio Duplici III Iulii: & iterum XXIII Auguſti Revelatio S. Sacerdotis: ſed de neutra habentur Lectiones propriæ, ut difficile ſit divinare, quid nomine Revelationis intelligatur, aut ad quod tempus ea ſpectet; vel quæ ipſius & Tranſlationis differentia ſit; unde Bernardus Guido eas confudit.

perveram 4 Maji adſcriptus.

Tranſlatio 3 Iulii, Revelatio 23 Auguſt.

B

8 Major controverſia eſt, quonam ſeculo, & quibus annis vixerit. Altaſerram & Baluſium ſecuti Labbe atque le Cointe, S. Sacerdotem ad ſeculum ſeptimum aut etiam octavum transferunt: imo Labbe tomo 2 Novæ ſuæ bibliothecæ omnia ad hunc ſenſum corrigit. Ac primo inter Nomina ac geſta Lemovicenſium Epiſcoporum pag. 267 iſta reperit: S. Sacerdos natione Burdogalenſis, qui veneratur & quieſcit apud Sarlatum Petragoricæ diœceſis, qui etiam florebat circa annum 517: & recte; ſed Labbe addit legendum 715, aut quid ejuſmodi. Eodem modo pag. 663 quia regnante Clodovæo Rege infra num. 13 dicitur ordinatus Epiſcopus Lemovicenſis, iſta parentheſi incluſit Labbe. Forte excidit, æquivoco illi, aut quid ſimile, vel inepti exſcriptoris gloſſema fuit, unde poſtea adlecta, quæ ad calcem habentur, de tempore quo floruit, ſcilicet nobis num. 17. Verum arbitramur omnes illos characteres ſervandos; ſanctumque Sacerdotem tempore Iuſtiniani Imperatoris diem clauſiſſe ultimum, forte circa annum DXXX, ac tum impleviſſe annos vitæ circiter ſeptuaginta, aut ſaltem ultra ſexaginta: itaque de fonte ſuſceptum eſſe ab Ecdicio, filio Aviti Imperatoris, qui anno CCCCLXVII ſub Anthemio Imperatore fuit Comes & Magiſter militiæ in Gallia, & anno CCCCLXXIV à Iulio Nepote Imperatore Patricius creatus, ac vulgo Rex appellatus, & ſic pro Rege Alticio ſub initium Vitæ, cum Hugone Floriacenſi, arbitramur legendum Regem Ecdicium, alias enim labyrinthum incurrimus inextricabilem. Dein Capuanum, alibi ignotum damus Cadurcenſibus Epiſcopum circa annum CCCCLXXX, inter Alithum, qui cum S. Paulino vixit, & Boëtium, qui ſubſcripſit Concilio Agathenſi anno DVI & Aurelianenſi primo anno DVIII aut ſequenti. Monachus porro & Abbas fuerit factus S. Sacerdos ſub finem ſeculi quinti: ac poſt devictum à Chlodovæo Alaricum Regem Gothorum, circa annum DIX, Epiſcopus Lemovicenſis, approbante ante ſuum obitum Chlodovæo: & ſic floruerit ſub Imperatoribus Anaſtaſio, Iuſtino & Iuſtiniano, mortuus circa annum DXXX; & verè vixerit cum SS. Remigio, Benedicto, Vedaſto & Amando. Qui omnes in Actis antiquis notantur, neque ex ullo iſtis temporibus habito Concilio aliquid extundi poteſt, quod chronologiæ iſti repugnet.

Ejus tempora ſic videntur ordinanda

ut ab Ecdicio in baptiſmo ſuſceptus circa annū 470

factus ſit Abbas circa annū 500

C

9 Bernardus Guidonis apud Labbe, quamvis S. Sacerdotem floruiſſe dicat circa annum DXVII (quod & nos tenemus) tamen cum Ruſticos duos præpoſuiſſet Exotio, ante annum DLX ſedere exorſo (uti ex ejus epitaphio & ſucceſſoris Ferreoli ætate demonſtratur) & poſt Exotium nominaſſet alios octo; eorum ultimo Cæſario ſubjungit Roricios ſive Ruricios etiam duos (de quorum, inquit temporibus require in libris antiquis B. Stephani eccleſiæ Cathedralis) ac denique, interjectis iterum tribus, nominat Agericum ſive Agerium, S. Sacerdotis deceſſorem in vita prædicta nominatum. Quod dum facit, &, ſibi ipſi repugnans, S. Sacerdotem coævum pene facit S. Ceſſatori, qui Caroli Martelli tempore floruit; merito ſuſpectus ſit nobis, ne ordo Epiſcoporum apud eum æque perverſus ſit in S. Sacerdote, quam perverſus eſt in utroque Ruricio, quorum alterum V ſeculo, alterum VI floruiſſe mox probabimus. Sanmarthani, allegato MS. Catalogo Ioannis Cordeſii Canonici Lemovicenſis, Bernardi ſententiam amplectuntur circa S. Sacerdotem, circa Ruricios corrigunt; corrigendi tamen adhuc ipſi, quod Synodos quibus interfuit junior, adſcribant Epiſcopatui ſenioris: Ruſticos autem nullos agnoſcunt, & alios aliquos à Bernardo nominatos prætereunt, tamquam ex ſola ſcriptionis diverſitate diſtinctos & introductos: quod illis libenter aſſentior, ſed pariter judico in Catalogis, pro arbitrio auctorum tam recentium interpolatis alteratiſque, nullam certam Chronologiam poſſe fundari.

Catalogi Ep. Lemovicenſium cæſus.

10 Porro ſicuti Sammarthani cenſent, nullam eſſe rationem habendam Ruſticorum, ut à Ruriciis diverſorum; ita exiſtimat Armandus Gerard nec Aggericum quidem Hugonis Flaviniacenſis (quod melius Agerium vel Agricium ſcripſeris) diſtinguendum à Ruricio ſeniore, inter quem & juniorem ſediſſe debuit S. Sacerdos. Ratio hujus conjecturæ eſt, quod ſicuti à rute Latinis dicebatur ruſticus aut ruricius, ita Petrogoricis in ſua vulgari lingua, in cujus uſu iſtæ voces non erant, ab agro dici debuerit agré vel agry. Sic autem ſcriptum nomen ejus Epiſcopi, qui Sacerdotem præceſſit, cum inveniſſet Hugo Flaviniacenſis, cui Latina & genuina Epiſcoporum Lemovicenſium nomina minus nota erant, putat eum Armandus, dum Petrogoricas voces Latina formæ reddere voluit, nominaſſe Aggericum, quem debuiſſet vocare Ruricium. Video hæc dici poſſe non ſine veriſimilitudine. Si tamen diſplicet Armandi conjectura, & omnino videtur retinendus Aggericus à Ruriciis diſtinctus; nihil vetat etiam hunc utrique Ruricio interponere. Etenim Ruricium I conſtat anno CCCCLXX fuiſſe Epiſcopum, & anno DVI propter ætatem ac morbos excuſatum quo minus Concilio Agathenſi intereſſet: Iunioris non invenimus notitiam ante annum DXXXV, quo Concilio Arvernenſi interfuit, idemque videtur uſque ad annum DLV aut ultra fuiſſe in vivis: proinde notabile intervallum temporis ſtatui poteſt inter utrumque; & locus datur non ſolum S. Sacerdoti, ſed etiam ante hunc Aggerico, ſaltem ad biennium, ſi fuit à Ruricio I diverſus.

Ruſtici à Ruriciis perperam diſtincti.

forte nec diſtinguendus Agericus.

medius autem ponendus S. Sacerdos.

11 Qui utrumque Ruricium conjunxerunt auctores, aliud nullum habuere fundamentum, quam quod Venantius Fortunatus in epitaphio eos conjunxerit ita canens:

nihil repugnante Ruriciorum epitaphio.

Hic ſacra Pontificum, toto radiantia mundo,
Membra, ſepulcra tegunt: ſpiritus aſtra colit.

AUCTORE G.H. Epiſcopus anno 509

mortuus circa an. 530.

E

F

AUCTORE G.H.

Ruricii gemini, prænomine, ſanguine nexi,
Exultant pariter hinc avus, inde nepos.
Tempore quiſq; ſuo fundans pia templa Patroni,
Iſte Auguſtini condidit, ille Petri,

Atqui hic illi non magis dicuntur ſibi in Epiſcopatu immediate ſucceſsiſſe, quam Avus fundaſſe templum S. Auguſtini, Nepos Petri, prout Bernardus Guido & poſt hunc alii interpretantur; licet ipſa ſyntaxis verborum, ſuffragante temporis ratione, potius exigat, ut Avus Petro, Nepos Auguſtino fundarit eccleſiam.

Cultus S. Mundanæ matris 31 *Maji*

12 S. Sacerdoti *junximus in titulo* S. Mundanam, ejus Matrem, Viduam Martyrem: *non tam quia hoc die proponunt eam Sauſſayus in ſupplemento Martyrologii Gallicani, & Arturus in ſacro Gynæceo, per ſolam diei proprii ignorantiam; quam quia non eſt operæ pretium hoc menſe alt diem* XXXI, *quo duplici Officio Sarlati colitur, novam de ea tractationem inſtituere, quæ tota eſſet ex hic dicendis petenda. Etenim genus ac tempus vitæ & mortis, moduſque tranſlationis, ex ſola filii hiſtoria ſciuntur: cultum quoque cum filio fere communem habet: licet de ejus corpore nihil modo ſciatur. Et forte cum ei propria ædificata eccleſia fuit in altera Dordoniæ fluminis ripa, quæ etiamnunc ſupereſt, tranſlatæ eodem Reliquiæ ejus ſunt, & in communi ſacrarum rerum ſtrage, ſuperiori ſeculo per Hugonottas facta, diſſipatæ. Hujus eccleſiæ, velut ad jura Sarlatenſia ſpectantis, inter alias circiter ſeptuaginta, ſeptimo loco meminit Eugenius Papa* III *in Bulla eorum confirmatoria anno* MCLIII, *eique annectit* Curias de Marciliaco & de Calabro. *Armandus Gerard in Notis addit, juxta eſſe* fontem S. Mundanæ, *ex quo plurimi adverſus dolores capitis remedium ſe haurire exiſtimant, non ſine frequenti effectu; in ejuſque rei teſtimonium feminas ibidem dimittere linea ſuorum capitum tegumenta.*

in propria eccleſia juxta ejus fontem.

B

puerum, dedit ei præfatum vicum Calabrum, in quo hæc gerebantur, hereditario jure poſſidendum: idem quippe vicus erat regius fiſcus. Et factum eſt hoc divina diſpoſitione, ut idem puer in baptiſmatis perceptione Sacerdos appellaretur nomine, officio poſtmodum magnus in Eccleſia futurus Sacerdos. D

CAP. II.

2 His patratis, traditus eſt Sacerdos, puer venerabilis, S. Capuano *d* Caturcenſi Epiſcopo, ut eum litteris & diſciplina Chriſtiana *e* inſtitueret: qui Capuanus in illis diebus erat præcellentiſſimus inter religioſos Aquitaniæ Præſules. Hoc *f* vero contigerat omnipotentis Dei diſpenſatione, quatenus puer ſanctiſſimus à Catholico perfectoque ſanctitatis magiſtro puriſſima fluenta doctrinæ biberet; unde demum mentes fidelium, Doctor factus egregius, irrigaret: & ne aliquando ab hæretica pravitate circumventus, quorum in illa regione ea tempeſtate maxima *g* copia inerat, à recto fidei tramite deviaret. Sic igitur jam nominis dignitate, parentum nobilitate, dono regio ſanctique Præſulis magiſterio, dilectus Domino Sacerdos decorabatur in infantia; quatenus ex hoc mortalibus clareſceret, quanta reverentia excolendus exiſteret, quem tot & tantis muneribus divina largitas præveniendo ſublimaret.

d e *& apud Caturcenſē Epiſcopum educatus* f g E

3 Sanctus denique Sacerdos, tranſactis annis puerilibus, dum doctrinis ſalutaribus inſiſteret, & puberſcentes annos maturitate vitæ tranſſcenderet; cœpit cunctos coætaneos ſuos virtutum laudibus præcellere. Unde venerabili Capuano, ſub cujus degebat magiſterio, admodum carus erat, & ei ſemper aſſiſtebat; & ea quæ ab ejus ore ſitiens hauriebat, in ſui cordis armariolo recondebat. Aſtutiam ejus ſimplicitas commendabat, & urbanum eloquium modeſtia temperebat: nec corporis gloriabatur decore, neque extollebatur mundiali favore. Verum tamen cum jam metas juventutis attingeret, in ipſa ferventi ætate cœpit mox caſtitatis amator exiſtere, mundique delectamenta ſpernere. Nam quotieſcumque tentator ad eum veniens tentationis aditum quærebat, clauſum ſemper adverſum ſe ejus pectoris oſtium inveniebat. Quid multa? Cum jam intrinſecus vas ſincerum ſancti Spiritus exiſteret, & in ara mentis holocauſtum piæ devotionis quotidie Deo ſacrificaret; memoratus Capuanus Epiſcopus, per Angelicam admonitionem, ordinavit eum Levitam. Et factum eſt poſt hanc ordinationem, ut idem vir ſanctiſſimus Sacerdos magis ac magis virtutum jubare clareſcet; & omnipotenti Deo, cui dudum miniſtrabat interius, æque exterius per miniſterium Eccleſiaſticum deſerviret. Et ex tunc cœpit in eleemoſynæ largitatem indigentibus erogare, ac in Dei laudibus perfectius inſiſtere.

poſt inſignē in virtute profectum,

ordinatus Diaconus,

F

CAP. III.

4 Erat per idem tempus in jam nominato vico Calabro cœnobium, in quo quadraginta & eo amplius monachi morabantur. His ergo dilectus Domini Sacerdos ſpecialiter ſedulus miniſtrabat: ita ut quidquid de facultate propria eis non tribueret, totum ſe perdere profecto putaret. Et renovata ibi primum Baſilica, longa jam vetuſtate pene conſumpta, conſtruxit ibidem habitacula monachis apta. Contulit etiam eidem cœnobio eumdem vicum Calabrum, cum appendiciis ſuis, quem (ut dictum eſt) à Rege Anticio hereditario jure ſuſceperat poſſidendum. Orabat etiam frequenter, quia didicerat quoniam oportet ſemper orare & non deficere. Et cum quadam die ſe in oratione ex more proſtraviſſet, emiſſa eſt ad eum divina vox dicens: O dilecte meus Sacerdos, ingredere cœnobium nil metuens: quoniam in ordinem religionis monaſticæ elegi te: & quia te vas ſanctificatum ab ipſis cunabulis exhibuiſti mihi, Angelicam cuſtodiam deputavi tibi. Ad hanc

dotat cœnobium Calabrenſe;

in eoque divino monitu effectus monachus,

C

Burdegala oriundus nobili genere

a

VITA

ab Hugone Floriacenſi innovata

Ex MS. Sarlatenſi.

CAPUT I.

Ortus, educatio, monachatus, dignitas Abbatialis.

1 GLorioſus Præſul & cunctis in orbe Sacerdotibus imitandus Sacerdos, ex Aquitania provincia oriundus, ex clara ſtirpe originem ſumpſit. Qui cum nobilis eſſet genere, nobilius ſplenduit probitate vitæ. De quo quis vel quantus fuerit, ex his quæ ſancto cooperante ſpiritu, de vitæ ejus qualitate, & de multorum miraculorum *a* copia ſcribere ſtatui, facile quilibet diſcere poterit. Hujus ergo pater, clariſſimus vir Laban, unus de Burdegalæ civitatis primoribus extitit: mater vero Mundana nuncupatur. Regnabat eodem tempore in Aquitania provincia Rex Chriſtianiſſimus, Anticius *b* nomine. Accidit autem ut idem Rex veniret ad quemdam vicum, nominatum Calabrum *c*, ſitum inter Caturcenſium & Petragoricorum fines, non longe à fluvio Dordoniæ. Et cum ibi aliquamdiu perſiſteret, quadam die aſſiſtens ei Laban, præfati viri pater, dixit: Domine mi Rex, ſi placuerit Serenitati tuæ honorare me, deprecor ut filium meum unigenitum, quem mihi nuper Dominus dignatus eſt donare, ſuſcipias ex baptiſmatis regeneratione. Cui gratulabundus Rex protinus reſpondit: Si noſtris illum conſpectibus præſentas, faciam quod poſtulas. Tunc feſtinus Laban attulit ei filium ſuum dicens: Ecce, Domine Rex, adeſt filius meus, cujus ſuſceptorem ex ſacro fontis lavacro te futurum promiſiſti. Et continuo Rex, ſuſcipiens ex ſacro latice

b

c

ab Anticio Regulo de fonte ſuſcipitur;

A hanc vocem cœpit continuo magnus Levita Sacerdos omnipotenti Deo dupliciter gratias agere, eo quod ab eo facta voce cælitus confortari meruiſſet; ſumptoque religionis habitu, cœpit propoſiti ſui normam perfectiſſime cuſtodire. Verum non eſt noſtræ facundiæ depromere, quanta mentis puritas & morum probitas, quanta jejuniorum aſperitas, & ſuper omnia lectionum ſanctarum intentio, vel quis circa religionem affectus, præ ceteris Fratribus Deo & hominibus eum cœperit commendare. His ergo aliarumque virtutum & magis humilitatis privilegio pollens vir ſanctiſſimus, ſub Abbatis regimine per ſeptem circiter annos, antequam ad Presbyteratus Ordinem accederet, Domino militavit. Sicque uſum rectæ converſationis numquam deſeruit, ut non ante aliis imperaret, quam majoribus debito rationis ordine ſubjaceret.

CAP. IV. *Abbas eligitur.*

5 Poſt hos dies factum eſt, ut vir Domini Sacerdos præfati monaſterii Fratribus præſideret. His tamen omnibus plus prodeſſe quam præeſſe ſatagebat. Studebat enim ut eis imitandus exiſteret, & ut bona opera factis amplius quam verbis oſtenderet. Quotidie quidem lectioni vacabat, & tamen omnibus ſedulus miniſtrabat. Ut ſervus omnium,

B omnibus ſerviebat; ſed ut judex peritiſſimus de criminibus arguebat. Minimus inter omnes apparebat; ſed tamquam doctor præſtantiſſimus, eos doctrinis ſalutaribus edocebat. Sicut pater ſuaviſſimus omnes diligebat; ſed velut ſapiens medicus, quos incorrigibiles prævidebat, à corpore Eccleſiæ tamquam membra putrida ſequeſtrabat. Fortitudinem lenitate temperabat, & temperantiam prudentia confortabat: ſicque in omnibus actibus ſuis juſtus & miſericors opparebat.

omnibus merito virtutis earus. & exemplo ac verbo utilis.

6 Quapropter omnes, qui in eadem provincia morabantur, eum toto niſu diligebant, & magnis laudum favoribus extollebant; & tamen, ut poterat, vitæ meritum occultabat; ne ſi forte favoribus interius intumeſceret, in ejus interioribus fructus humilitatis deperiret. Sed nimirum creſcebat de eo quotidie opinio famulatrix virtutum: confluebatque ad eum ex diverſis regionibus hominum turba non modica. Et quidam quidem veniebant, ut exemplo tanti viri meliores exiſterent; quidam vero, tantummodo ut eum inviſerent; alii autem, ut alimenta corporis vel quæque neceſſaria ab eo perciperent, & alii, ut ejus orationibus ſuas animas Do-

C mino commendarent. Quibus omnibus affatim vir ſanctiſſimus divinorum dogmatum pabula proponebat; &, ut cuique opus erat, proficere, ſecundum quod poterat, inſudabat. Cura pauperum & peregrinorum ita ei inerat, ut cum magna mentis alacritate in eorum uſibus expenderet, quidquid ſibi ſubtrahere potuiſſet: unáque admodum vili ſui Ordinis veſte contentus, nudos veſtiebat, & parcimoniam diligebat; & cum ſibi parcus exiſteret, ceteris largus erat.

ANNOTATA.

a *Hinc liquet ab eodem antiquo auctore edita eſſe Miracula à Bernardo Guidonis omiſſa & infra relata cap.* 4.

b *Secundum Hugonem Floriacenſem eſt* Ecdicius, *filius Aviti Imperatoris, de quo ſupra egimus.*

c Calabrum *ſeu* Calviniacum *eſt in diœceſi Caduceenſi, ſed in provincia Petracorienſi. Ita in Notis Armandus Gerard.*

d *MS. Pragenſe*, Epiſcopo Caturcenſi, Capuano nomine, viro inter Præſules Aquitaniæ præcellenti. *Apud Labbe etiam* Sanctus *dicitur. In Breviario Lemovicino* notæ ſanctitatis vir. *Videtur collocandus inter Alithium & Boëtium, adeoque foret quintus apud Sammarthanos.*

e *Breviar. Sarlat.* inſtrueret.

f *Idem*, etiam contigit. A. HUGONE FLOR. EX MS.

g *Propter Reges Wiſigothos, ibidem dominantes & hæreſi Ariana infectos.*

CAPUT II.

Viventis miracula: parentum converſio ad vitam ſanctam. Epiſcopatus Lemovicenſis, obitus.

7 INterea vir Domini Sacerdos deſiderabat ad Presbyteratus honorem conſcendere, ut quanto excellentior gradu fieret, tanto liberius Domino vacaret; & quotieſcumque ſacra myſteria peragerét, ſeſe lacrymis in oratione mactaret. Verumtamen, ut tandem hominibus appareret quantæ ſanctitatis exiſteret, placuit divinæ pietati, ut ejus vitam miraculorum gloria decoraret: quod ita factum eſt. CAP V. *Ordinatur Presbyter.*

8 Erat in ſuprafato vico Calabro quidam homo, cujus cutem lepra fœdaverat. Factum eſt autem ut quadam die vir Domini Sacerdos ab Angelo moneretur, quatenus eum viſitaret, & lotis manibus omnia ægritudinis ejus loca palparet. Quod cum feciſſet oratione præmiſſa, hominem continuo ſanitati reſtituit. Habitatores vero loci, nec non omnes regionis illius E populi hoc audientes, lætis animis Domino gratias referebant, B. Sacerdotis merita collaudantes. *leproſum ſanat.*

9 Mundana quoque mater ejus, audiens filium ſuum tantum peregiſſe miraculum, benedicebat Domino, cujus ope mirifica cuncta fiunt miracula: & corde compuncta, cuncta deinceps ſeculi ſpernens oblectamenta, filii deſiderabat imitari veſtigia. Morabatur in illo tempore vir ejus Laban in Burdegala civitate; quo illa dirigens, accerſivit eum, mandans illi per nuntium tam ſpectandum miraculum Dei feciſſe famulum. Hoc audiens Laban, glorificabat & ipſe Dominum in eo quod factum fuerat. *unde gaviſi parentes.*

10 Cum eſſet ergo Laban, ſicut ſuperius dictum, genere nobilis; Mundana, uxor ejus venerabilis, erat ei moribus & generoſitate conſimilis. Erantque ambo ſecundum ſeculi dignitatem inclyti & facultatum affluentia ditiſſimi. Quadam vero die venerabilis Mundana ad pedes viri ſui procidens, cum fletibus precabatur, ut ambo pariter felici commercio pro terrenis cæleſtia mercarentur, & S. Sacerdotis imitando veſtigia ſequerentur; & quemadmodum pariter vixerant carnaliter, viverent & ſpiritualiter. Quam ejus petitionem Laban exaudiens, corde compunctus libenter aſſenſum præbuit. Diviſerunt igitur in duas partes cunctam ſui juris ſubſtantiam, & unam quidem Eccleſiæ Chriſti tradiderunt, alteram vero pauperibus & peregrinis erogaverunt. Servos quoque ac vernaculos ſuos liberos abire permiſerunt, & reliquam vitam Domino dedicaverunt. Et Rom. 12, 11 erant ambo unanimiter, ſecundum Apoſtoli Pauli præceptum, ſpiritu ferventes, Domino ſervientes, ſpe gaudentes, in tribulatione patientes, orationi inſtantes, neceſſitatibus Sanctorum communicantes, hoſpitalitatem ſectantes, & Domini Jeſu Chriſti veſtigia per omnia perſequentes: præcipue tamen peregrinos amabant, & in eis ſuſcipiendis liberaliter inſiſtebant. CAP. VI. *exemplo ejus contingit ter vitari* F *bona ſua eccleſiis & pauperibus largiuntur.*

11 Quadam die, conveniente viro Dei Sacerdote cum Fratribus, more ſolito, ad horam orationis ſecundam, contigit ut pater ejus migraret à ſeculo. Cumque hoc ei nuntii venientes indicare voluiſſent, ipſe admodum devotiſſime orationi inſtabat, ita ut neminem eorum reſpiceret, donec orationi finem imponeret. Completa vero oratione, patrem jam exanimatum adiit: deinde cum eum jam mortuum in medio expoſitum inveniſſet, & interrogaviſſet horam diſceſſionis ejus; invenit eadem hora illum obiiſſe, CAP. VII. *Filius mor. tuo patre*

A. HUGONE FLOR. EX MS.

obiiſſe, qua ipſe ad orationem proceſſerat. Lugebat autem illum tam venerabilis Mundana, quam etiam & parentes ac vicini ejus pariter circumſtantes. Quos vir Domini Sacerdos conſolans, aſſerebat illum non eſſe lugendum, qui Euangelicum implendo præceptum, peregrinis & pauperibus devotus erogaverat facultates ſuarum rerum.

ſolatur mœſtrem

& defuncto vitam reddit

12 Porrò iterum eos interrogavit, ſi condignum ejus funeri præbuiſſent obſequium. Cui cum reſpondiſſent, quod vivificis myſteriis Dominici Corporis & Sanguinis non participaviſſet; cum ingenti mœrore protinus ſe in terram proſternens, oravit diutiſſime. Deinde defuncti manu apprehenſa, ſemel & ſecundo eum nomine vocavit. Qui continuo ad vocem viri Dei, acſi dormiret, ita ſurrexit; & circumſtantium multitudinem intuens, hujuſcemodi verba profudit, dicens: Hora quidem præſentis diei ſecunda à ſeculo migraveram: ſed filii mei meritis conceſſum eſt mihi ut iterum ad Superos remearem. Hæc eo loquente, ſtupebant cuncti qui aderant ad tantæ rei miraculum; expanſiſque manibus in altum, ac ſublato clamore ad cælum, Domino gratias referebant. Sed cum ſiluiſſent, continuo venerabilis Sacerdos Communionem Dominici Corporis dedit ei: qua ille percepta valde confortatus eſt. Tunc ante ejus præſentiam idem vir Dei ſeſe projiciens, ad ſimilitudinem Patriarchæ *a* Jacob, paternam benedictionem ab eo flagitare cœpit. Cui cum protinus benedixiſſet pater, iterum mox in pace quievit. O! laudabile beati viri meritum, per quod pater ad Superos reducitur, & Corporis Dominici viatico reficitur, ac poſtmodum quieturus in pace dimittitur.

donec Viaticum ſuſcipiat.

B

a

CAP. VIII *poſt adminiſtratum Epiſcopatū Lemovicenſem*

13 His peractis quæ diximus, cœpit fama beati viri hac illacque diffluere, & odor ſanctæ ejus converſationis finitimas regiones perfundere. Unde Lemovicenſi Epiſcopo *b* Aggerico beatæ memoriæ decedente, vir Dei Sacerdos in Cathedra ſublimatur ejuſdem Eccleſiæ, ad honorem Dei, electione Cleri & favore populi, Francorum Rege *c* Chlodovæo ſeniore illius provinciæ Principe etiam collaudante. Sicque per aliquot annorum *d* curricula eamdem gubernavit Eccleſiam Dei providentia. Verumtamen, quoniam ne aliquibus faſtidium generemus, verboſitatem fugimus, & brevitati animum applicamus, nunc ad ejus tranſitum flectamus articulum.

b

c

d

CAP. IX. *reverſurus Calabrum*

C

14 Sentiens igitur Sacerdos beatiſſimus, ſancto ſibi revelante Spiritu, extremum diem ſibi imminere; valedicens Fratribus Lemovicinam civitatem deſeruit, & natale ſolum repetere ſtuduit: ibi namque divina præordinante gratia, cupiebat ut ejus conderetur corpuſculum, ubi religionis ſumpſerat exordium. Qui cum iter faceret, venit ad quamdam villam quæ Argentacum nominatur, ibique jam diu maceratus dolore, gravi febrium afficiebatur acredine. Sed cum paululum reſpiraſſet, ovorum edulium poſtulavit. Quod diſcipuli ejus audientes, alimentum quod quæſierat, ſolicite per omnes villæ incolas quæritare feſtinaverunt; & non invenientes, ſtatim magiſtro annuntiaverunt. In eadem quippe villa germen gallinarum, milvorum & accipitrum hactenus infeſtabatur improba voracitate, ita ut vix ibi aliquando aliqua potuerit gallina durare. Quod ut vir ſanctus comperit, illam avium importunitatem ita compeſcuit, In hoc, inquiens, ambitu villæ nulla deinceps avium rapacium gallinas audeat infeſtare. Cujus ſervi Dei edictum inviolabile permanet in ſempiternum *e*. Mira res! verum hoc uno ſatis patet indicio, quod potenti virtute Pontificalis dudum auctoritas homines ligare poterat & ſolvere. Vere enim illius erat diſcipulus, qui in navicula poſitus, ſurgens imperavit ventis & mari, & facta eſt tranquillitas magna. Sic quondam Beatiſſimus Martinus, Turonum Archiepiſcopus, mergos à præda fluminis prohibuit, & rapacem ingluviem eorum compeſcuit. Paruerunt volatilia Martini præceptis; obtemperant adhuc accipitres Sacerdotis famuli Dei interdictis. Ipſe, *f* precamur, precibus nos ſolvat à criminibus, & ſic defendat ſupplices, ut nunc conſervat alites.

agrotat Argentaci,

inhibet milvorum rapacitatē.

e

D

f

CAP. X. *ſeque in ſuo monaſterio ſepeliri mandans obiit 5 Maji.*

15 Vir igitur Domini Sacerdos, Præſul ſanctiſſimus, videns diem ſupremum ſibi illuxiſſe, diſcipulos convocat, corpuſque ſuum Eccleſiæ, in qua exordium religionis ſumpſerat, reddi imperat. Demum, cum divinis myſteriis exitum præmuniſſet, & diſcipulis ſuis omnibuſque ibi convenientibus ſacræ exhortationis multa affamina peroraſſet, & ſe ſpiritualeſque filios, quos deſerebat, omnipotenti Deo commendaviſſet; tertio Nonas Maji ſpiritum cælo reddidit: qui choris nunc Angelicis circumſeptus illi proximus extat, cui in terra poſitus militabat. Sic enim Dominus noſter Jeſus Chriſtus in terris poſitus Patrem exorabat: Pater, volo ut ubi ego ſum illic ſit & miniſter meus.

ad corpus eo delatum

16 Magiſtrum igitur exanimem videntes diſcipuli, qui eum fuerant comitati, ajebant, nimio intrinſecus mœrore correpti, Cur, Pater, huc moriturus adveniſti? Cur nobiſcum tam parviſſimo vitæ termino degere voluiſti? Cur nos, Pater dulciſſime, relinquis orphanos? His & hujuſcemodi queſtibus diſcipuli ſatisfacientes dolori, magiſtri præcepta complere ſtudentes, ejus exanimes artus navi imponunt, & per Dordoniæ alveum iter arripiunt ad prædictum *g* monaſterium. Et cum jam appropinquarent ad matris Domini Sacerdotis diverſorium; ecce B. Mundana, luminibus orbata, filii tendebat ad exequias. Quo cum manibus famulorum ſuſtentata veniſſet, mox ad fluminis littus meruit recipere lumen divinitus. Nunc ſicut in altero miraculo fecimus, dilectum Domini Sacerdotem Beatiſſimo Martino Turonum Archiepiſcopo comparemus. Martinus *h* matrem ſuam à gentilitatis convertit errore, Sacerdos Præſul ſanctiſſimus exemplo continentiæ provocavit matrem ad emendationem vitæ: ille per fidem matrem illuminavit intrinſecus, hic illuminavit extrinſecus ad laudem & gloriam Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

E

illuminatur cœcamater.

g

h

ANNOTATA.

F

a *Ita etiam Bernardus Guidonis in MS. Pragenſi* Jacob *expreßit, prout habetur Geneſeos cap.* 49. *Aſt apud Labbe habetur* Job.

b *Notitia utriuſque Epiſcopi* Aggerici *&* Sacerdotis, *uti &* Capuani Epiſcopi Cadurcenſis *ſolum habetur ex hac Vita, eo quod Catalogi circa primos Epiſcopos ſint valde mutili.*

c *Poſt Alaricum Regem à* Chlodovæo *devictum anno* 507, *præfuit hic Aquitaniæ, ac tunc ante ejus obitum, id eſt* 27 *Novembris anni* 509 *videtur S. Sacerdos Epiſcopus conſtitutus.*

d *Saltem ad Iuſtiniani Imperium, quod incepit anno* 527. *Notat autem Armandus Gerard, id non ita intelligendum quaſi milvos omnino relegarit ab eo loco Sanctus, ut volunt aliqui; cum etiam nunc ibi æque ac alibi conſpiciantur, ſed quod ibi non magis quam alibi ſint infeſti gallinis.*

e *Sequentia hujus numeri intacta ſunt apud Bernardum Guidonis.*

f *Breviar. Sarlat.* precantium.

g *Non igitur* Argentaci, *ubi mortuus, ibidem & ſepultus eſt S. Sacerdos, uti perperam in ſupplemento Sauſſajus: graviori etiam errore pro* Argentaco *ſcribens* Argentoratum, *quæ eſt urbs Germaniæ ad Rhenum. Sauſſajī errorem*

A *errorem ex parte etiam transcripsit Arturus du Monstier in Gynaceo sacro ad hunc diem.*

h *Neque hoc, nec id quod supra dictum de Mergis, invenies apud Severum Sulpitium: unde ergo hæc sumpta, quæremus* 11 *Novembris.*

CAPUT III.

Ratio temporis: sepultura: translatio corporis Sarlatum.

Tempus quo floruit Sanctus.

17 FLoruit autem S. Sacerdos reverendus Episcopus Augustorum Anastasii *a* & Justini senioris *b* Justinianique temporibus, sibi ad invicem succedentibus; Chlodovæo *c* filio Childerici Francorum & Aquitanorum tenente monarchiam. Hunc Chlodovæum *d* S. Remigius baptizavit. Hoc etiam tempore eximius monachorum legifer *e* Benedictus, & B. Amandus *f* & S. Vedastus Episcopi, & alii plures viri sanctissimi floruerunt. Extitit etiam vigesimus *g* nonus Lemovicensis ecclesiæ Episcopus à B. Martiale, primo ejusdem civitatis Episcopo, Petri Apostolorum Principis *h* discipulo.

a
b
c
d
e
f
g
h

B

CAP XI. *cujus corpus populum multum sepultura præsentem,*

18 Gloriosissimo Præsule Christi Sacerdote, sicut jam dictum est, vinculis corporis absoluto, monachi sæpe fati monasterii corpus ejus sanctissimum de navi deponentes, & suis humeris imponentes, ecclesiæ, cujus Domino donante Abbas extiterat, intulerunt. Quis tunc ibi conventus virorum ac mulierum advenerit, quæve pompa ecclesiasticorum ornamentorum delata fuerit, supervacuum dicere duximus; videres tamen ad ejus exequias convenire gaudentes pariter & lugentes. Gaudebant, quia tanti Confessoris suscipiebant patrocinium; lugebant, se amisisse dulce solatium. Lacrymas cohibere non poterant pietatis affectu, sed consolabantur corporis ejus adventu. Carmina sic simul & lacrymas effundebant, exultabant pariter & dolebant.

mirifico odore perfundit.

19 Omnes tamen pariter suavissimo reficiebantur odore, & simul inæstimabili propinabantur dulcedine. Nam totum viri Domini corpus divino fragrabat nectare, acsi fuisset perfusum pretioso aromate. Angelorum chorus comitabatur in cælis, quem chorus virtutum semper fuerat comitatus in terris. Cum ejus vero sanctissima anima tripudiantes Angeli Dominum collaudabant, & homines in terris positi funeris exequias honorifice procurabant. Sic itaque in

C memorata basilica, Deo favente, reverendissimi Præsulis Sacerdotis Reliquiæ feliciter fuerunt reconditæ.

CAP. XII. *mater à Wandalis occiditur.*

20 Longo vero post tempore, dum piis lacrymis S. Mundana filii sui semper rigaret mausolæum, sub Wandalica *i* persecutione, gladii procubuit interemptione; & propter insuperabilem Christi confessionem, martyrii sustinuit immolationem. Porro corpus ejus, à fidelibus collectum, & juxta filii sui reverendissimi ac sanctissimi Sacerdotis Præsulis sepulcrum diligenter est humatum; ibique divina opitulante gratia multa fiunt miracula, præstante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre & Spiritu sancto vivit & regnat, per omnia secula seculorum, Amen. *k*

i
k

l

CAP. XIII. *Inter monasteria quæ Carolus M. & Ludovicus Pius ornarunt*

21 Optimo Imperatore *l* Carolo Magno Imperialia sceptra tenente, & Ludovico Pio filio ejus sub patris Imperio in Aquitania regnante, sicut Actuum eorum libellus testatur, multa in regno Aquitanico monasteria ab eodem Rege Ludovico fuerunt reparata, multa & à fundamentis constructa, quibus nunc veluti quibusdam luminaribus decoratur tota Aquitania. Hujus exemplum non modo Episcoporum multi, sed & laicorum quam plurimi æmulati, collapsa restaurare, & nova monasteria certabant construere. Hoc etiam tempore, in ejusdem provin-

m ciæ corpore, à religiosis viris *m* restaurata est ecclesia Salvatoris mundi in vico Sarlatensi, qui est situs in pago Petragoricensi. Sicque factum est, Dei operante clemente, ut ecclesias quas præfatus Imperator Carolus Magnus devastando læserat bello, quod multis annis gestum tandem peregerat contra Waiferum *n* tyrannum, & Hunaldum qui post Waiferi mortem Aquitaniam occupaverat; Ludovicus filius ejusdem Imperatoris repararet. Quas omnes ipse piissimus Imperator Carolus Magnus immensis auri & argenti ponderibus, gemmarumque pretiosarum exornavit muneribus amplissimis & honoribus ditavit, & insuper, quod est pretiosius, sanctissimis Reliquiarum patrocinii insignivit. Inter quas idem Princeps, Dominus amabilis Carolus *o* Magnus, honestavit, imo sanctificavit hanc, de qua loquimur, ecclesiam de Sarlato non modica portione ligni Crucis Dominicæ: quod, ut in quibusdam *p* Actibus ejus legitur, ipse Imperator *q* cum multis aliis Reliquiis detulerat ab Hierosolyma.

A. HUGONE FLOR. EX MS.

n

fuit etiam Sarlatensis.

o

p

q

CAP. XIV.

22 Ea tempestate monachi ejusdem ecclesiæ Sarlatensis ad superius nominatum vicum *r* Calabrum, jam pene in solitudinem redactum, abeuntes, una noctium, utriusque Sanctorum, Sanctissimi scilicet Sacerdotis & matris ejus S. Mundanæ Martyris sepulcra confringentes; & eorum sanctissima corpora inde colligentes & secum deferentes, intra præscriptam ecclesiam Salvatoris mundi dignissime tumulaverunt. Hæc omnia ita contigisse, sicut præfaximus, diligenter investigando cognovimus: diem tamen in quo hæc facta sunt, nemine nobis tradente, nondum certissime novimus. Nec mirum si nos latet hujus rei notitia, cum constet quod per illa eadem tempora, *s* bellis præpedita, tota Gallia totaque Aquitania liberalium artium pene caruerit disciplina.

r *ad quod à vico Calabro transferuntur corpora SS. Sacerdotis & Mundanæ.*

E

s

Temporis ratio erronee subducta.

23 Verum ut ab iis, quæ celebriori fama feruntur, notitiam capiat lectoris sagacitas; illius temporis, quo Beatissimus Sacerdos floruit, & illius quo in Sarlatensi vico corpus ejus translatum fuit, brevi admodum ratiuncula declaravimus. Computantur quippe à Passione Domini usque ad transitum S. Martini anni *t* quadringenti duodecim; & à transitu S. Martini, usque ad obitum Chlodovæi filii Childerici, cujus tempore floruit S. Sacerdos, anni centum duodecim. Sunt igitur à Passione Domini usque ad obitum hujus Chlodovæi, anni *v* quingenti viginti quatuor. Item ab obitu Chlodovæi usque ad decessum Caroli Magni, cujus tempore Sarlatensis locus restauratus est, sunt anni *x* trecenti & unus. Hæc tamen quæ scripsimus probabili ratione ab antiquis historiis sparsim relegendo collegimus, & coram Deo positi meracissima veritate tantummodo loquimur; & omissis incognitis ea quæ certissime novimus, ad honorem tanti Confessoris fideliter explicavimus.

t

v

x

F

ANNOTATA.

a Anastasius *imperavit à die* XI *Aprilis anni* 491, *usque ad* 8 *Iulii anni* 518.

b Justinus *proximo à morte Anastasii die cœpit imperare, & anno* 527 Justianum I *Aprilis declaravit successorem, qui illo* 1 *Augusti mortuo, plene regnavit.*

c Chlodovæus *solum cum Anastasio vixit.*

d *Baptizatus anno* 496, *regni sui anno* 17, *uti alibi probamus.*

e S. Benedictus *natus circa annum* 480, *mortuus* 543, 21 *Martii, quo die Acta dedimus.*

f *Coluntur ambo* 6 *Februarii: ex his* Vedastus *senior factus Episcopus circa an.* 500, *mortuus circa annum* 540. *At* S. Amandus *natus circa annum* 594, *& nonagenarius creditur vita functus circa annum* 684.

g *Hic apparet aliquod σφάλμα, & forte in catalogo Episcoporum Lemovicensium, cum antiqua vita scriberetur*

A. HUGONE FLOR. EX MS.

noto, nonus *poſt primum fuit* S. Sacerdos, *inter eos qui conſtituto firmiter Epiſcopatu ſibi invicem ſine interruptione ſucceſſerunt: non adnumerando iis S. Martialem, ejuſque diſcipulum S. Aurelianum.*

h *Ita vulgaris opinio habet, alii cum Gregorio Turonenſi referunt ad Decii tempora, quod ad ejus Acta examinabitur* 30 *Iunii. Magnum certe hiatum admittere debent in ſerie Epiſcoporum, qui vulgarem tenent opinionem: & ob hanc forte cauſam Bernardus Guido in catalogo illorum nomina tam liberaliter multiplicat, ut ſupra diximus.*

i *Petrus Franciſcus Chifletius lib.* 2 *Paulini illuſtrati cap.* 17, *oſtendit apud ſcriptores uno Wandalorum nomine venire nationes omnes Gothicas ſeu Geticas, aliaſque barbaras, & ſic potuit S. Mundana in aliqua excurſione Gothorum, qui Galliam Narbonenſem ſatis vicinam adhuc retinebant, occiſa fuiſſe. Coli eam in Eccleſia Sarlatenſi* 31 *Maji jub ritu duplici, ut* viduam Martyrem, *indicavit Armandus Gerard: aſt hoc die refertur à Sauſſajo in ſupplemento, quod ſequitur Arturus in Gynaceo ſacro.*

k *Hic definit Breviarium MS. Sarlatenſe: ubi tot Lectiones quot hactenus numeri à nobis notati.*

l *In MS. Sarlatenſi ponitur titulus* De revelatione S. Sacerdotis. *Apud Bernardum Guidonis.* De Tranſlatione corporis S. Sacerdotis apud vicum & monaſterium de
B Sarlato in territorio Petragorico: *& ſic ſequentia habentur apud Andream Cheſnæum tomo* 3 *pag.* 385.

m *Imprimis Bernardo Comite Petragoricenſi, conſentiente uxore Garſinda, qui locum eatenus ſub ſuo jure retinuerat. Diploma ejus vide tom.* 4 *Galliæ Chriſt. pag.* 808.

n *Imo bellum contra* Waiferum *ſeu* Waifarum *confecerat Pipinus, pater Caroli Magni, atque iſto anno* 768 *interfectus eſt, ante obitum Pipini, qui deceſſit* 24 *Septembris.* Hunaldus *autem, pater Waifarii, à Carolo Magno in fugam verſus, ac dein captus eſt. Conſule Vitam* 28 *Ianuarii num.* 8.

o *Colitur* Carolus Magnus *officio Eccleſiaſtico apud Sarlatenſes.*

p *Sunt aliqua ejus Acta ſub Turpini nomine edita, & paſſim improbata.*

q *Imo acceperat à Fortunato ſeu Macario Epiſcopo Hieroſolymitano, nam ipſe non eſt eo peregrinatus.*

r *Mirum eſt à Sauſſajo dici* Calabro dein Sarlatum nomen datum, *cum diſtent ad duas leucas.*

ſ *Intelligit bella Normannica, ſeculo* 9 *&* 10 *geſta.*

t *Imo mortuus eſt S. Martinus anno Æræ Chriſti* 397.

v *Chlodovæus è calculo noſtro deceſſit* 27 *Novembris anni* 509.

C x *E computo noſtro anni* 304. *Mortuus eſt autem Carolus* 28 *Ianuarii anni* 814.

CAPUT IV.

a *Miracula poſt Tranſlationem a patrata, atque imprimis injurii contra Sanctum puniti.*

24 REcenti tempore, quo in prædicta ſancti Salvatoris eccleſia glorioſi Præſulis Sacerdotis fuerunt membra recondita, ipſo ſancto Paraſceves die, piſtrinum monachorum forte cœpit exuri. Sic cum incendium illud tertio jam accenſum colligeretur fuiſſe extinctum, longo fomite iterum reſumpto robore reaccenſum, per vicina quæque late diſpergitur. Tunc repente fit clamor, fragor exoritur, catervatim concurritur, & incaſſum hinc & inde focus invaditur. Nam minax flamma, primo per vicinarum domorum faſtigia ſparſim porrigitur; ac demum impetus earum, agente vento, ad ipſam S. Salvatoris baſilicam uſque provehitur. Verumtamen ad
b funes *b* lignorum concurritur, ſonus eorum procul diffunditur; omne ornamentum quod erat in eadem baſilica feſtinanter colligitur, pretioſiſſimi Confeſſoris corpus foras extrahitur, & auxilium ipſius ſanctiſ-

Incendium ab ardente piſtrino in eccleſiam transfundendum

ſimi Pontificis devotiſſime ab omnibus qui aderant inclamatur. Interea loci cernitur ab Oriente advenire nubecula, quam cunctis videntibus candida præcedebat columba. Tunc nubecula illa, rapido flatu acta, ubi ſuper illa incendia ſua dilatavit velamina, mox ingentis aquæ cœpit inundationem emittere. Cerneres elementorum conflictum, ignis tamen eſt ſuperatus divinitus. Eſt operæ pretium tanti miraculi penſare ſublimitatem. Quis non ſtupet, cum ad invocationem dilecti Dei Sacerdotis obſcuraretur cæli ſerenitas; & cum ſubita pluviæ inundatione ſuperata incendii ſedaretur immanitas? Fatendum ſane eſt, & abſque ulla ambiguitate credendum, ad oſtendendum Sancti Sacerdotis meritum (cujus corpus inclytum tam ibi nuper fuerat Deo favente tranſlatum) ſuper ejus baſilicam, ad ipſam ſanctificandam & ad ſedandum idem incendium, ipſum adveniſſe Spiritum, qui in ſimilitudine columbæ in Jordane flumine requievit in Chriſto; & tanto ſigno Dominus operans, ipſamque ſuam ſanctam eccleſiam ſanctificans, ab imminenti incendio per hujus inclyti Confeſſoris meritum tunc liberavit; &, ut in ſequenti pandemus *c* opuſculo, multa poſtmodum miraculorum gloria decoravit; quod quæſumus faciat propitius, ad laudem & gloriam nomi- E
nis ſui, ſemper. Amen. D

extinguitur per nubeculam à columba apparente adductam.

25 Leo Papa *d* ſanctiſſimus eccleſiam Salvatoris mundi & beatiſſimi Confeſſoris Chriſti Sacerdotis, privilegio ſuæ Sanctitatis munire decrevit: in quo privilegio anathematizando prohibuit, ne quis præſumptione vel arrogantia elatus, aut parentum generoſitate tumidus, ſeu quovis alio modo, non electione legitima monachorum ibidem ſervientium, ipſius eccleſiæ audeat invadere dominatum, aut res ad eam pertinentes ullatenus diripere, minuere vel alienare. Quod quidam Hubertus, tonſura Clericus, actu vero ſacrilegus, pro nihilo ducens, Wilielmi Comitis fultus præſidio, arripuit dominationem, ſive prædictæ eccleſiæ congregationem: qui bonis omnibus locum expolians exinanibat, & quotidie peſſimabat. Sed cum quadam die membra ſopori ſtraviſſet, ecce Dominus Sacerdos, duobus comitantibus per viſum, apparuit, atque temeritatem illius coercendo, ita redarguit: Cur, inquiens, hominum nequiſſime, contra Apoſtolica decreta hujus ſanctæ eccleſiæ res invadere præſumpſiſti? Cur Abbatis nomen & tyrannidem aſſumpſiſti? Cur monaſterii ſupellectilem exportaſti? Et hoc dicens baculum, quem F
in manu gerebat, in ſublime erexit ut eum percuteret: ſed, ut idem Hubertus poſtea retulit, precibus comitantium revocatus, baculum à verbere retinuit. Miſer vero de lectulo ſurgens, primum quidem viſionis horrorem vehementer expavit: deinde phantaſiæ ſpiritu ſe deluſum autumans, ad priſtinum errorem paulatim relabendo rediit. Verumtamen dum furit; & dum ſecundum ſimilitudinem ſerpentis & inſtar aſpidis ſurdæ & obturantis aures ſuas, protinus ad crimina ruit; ecce iterum ipſi dormienti altera nocte ſanctus Pontifex ſeverior aſſiſtens, ait: Quomodo te habes, Huberte? Vigilaſne, an dormis? At ille pavore percuſſus illico reſpondit: Quis es, Domine? Cui vir ſanctus intulit: Nonne me noſti? nonne me jam dudum vidiſti? Cur me proterve ſpreviſti? His dictis cœpit caput ejus verberare, ac cetera membra quæ gerebat fuſte dolare. Tunc miſer primum, Parce Domine, Parce Domine, cœpit ejulando clamare. Demum culpam jam ſero clamitans, à lectulo deſilivit; ſicque demum amens effectus, cunctis qui aderant mirantibus per monaſterii clauſtrum diffugiens, in quoddam tuguriolum, hominum viſus fugitando ſe contulit. Viatores quidam comprehendentes eum ad eamdem eccleſiam con-

Huberius Abbas Simoniacus & dilapidator,

prima ſancti apparitione non emendatus,

ſecunda in furias actus moritur,

A continuo reducunt, ibique eum diligenter cuſtodiunt. Tunc populi per univerſam illam provinciam, quæ facta fuerant audientes, Salvatori Chriſto gratias referebant, Sanctique Sacerdotis prædicabant merita collaudantes. Ille vero moriens & crebro, Mea culpa, Sancte Sacerdos, inquiens, debitas pœnas luit. Omnibus vero, qui hoc audierunt, patenter innotuit, qua pœna dignus ſit, quiſquis injuſte ſuper gregem Chriſti tyrannidem arripit, & qui tamquam fur eccleſiaſticas res male diſperdit. Petragoricenſis Comes *e* Wilhelmus, qui contra Apoſtolica præcepta venditor eccleſiæ, de qua loquimur, extiterat; adjunctis utriſque manibus reductoque ore ad aurem, ac omni deformitate membrorum deturpatus, ingratam vitam duxit fine tenus.

& Comes qui eum induxerat contractione punitur.

e

Flaſconem vini Sancto offerendum rapiens,

26 Calviniacus eſt vicus, in confinio Petragoricorum & Caturcenſium. Hujus vici incolæ ad B. Sacerdotis monaſterium venire conſueverant. Quadam igitur die quidam illorum ex more veniebant: pauper vero quidam cum ſua conjuge eram & vinū de penuria ſua coëmerat, & ſequebantur præcedentes. Sed dum, ut diximus, tardiori calle iter caperent, & ſoli incederent; fit eis obviam unus ex paraſitis cujuſdam militis; flaſconemque vini, quem ferebant, violenter extorſit. At illi iter propoſitum expeditius peragentes ad ſupradictum veniunt monaſterium. Tunc expanſis manibus in terram ſe projicientes, de illata ſibi injuria à Deo & ab ejus famulo, Sancto videlicet Sacerdote, expetunt ultionem. Ille interim qui flaſconem rapuerat, ex eo ſibi potum porrigi poſtulabat. Hi autem qui adſtabant vinum ex ſupra memorato vaſculo fundere cupiebant: ſed nec peſſulum quidem, quo deſuper muniebatur, eximere prævalebant. Demum lancea peſſulum effringentes, vini liquorem ex eo elicere non poterant. Et dum hæc fierent, auctor flagitii divinitus percuſſus à dæmone corripitur, atque in ſeipſum debacchando ſceleris ultor efficitur. Manus enim proprias & brachia furibundis depaſcebat dentibus, & omnes quos poterat ſævis dilaniabat morſibus. Qui tandem apprehenſus, atque duris funibus adſtrictus, vitam exhalavit protinus. Illo igitur terribiliter mortuo qui adfuerunt, flaſconem cum vino ad Beatiſſimi Sacerdotis monaſterium detulerunt, & ad memoriam tanti miraculi in eadem eccleſia ſuſpenderunt.

B

furioſus efficitur,

C

27 Quadam autem die cuidam ardore febrium æſtuanti, per viſionem oſtenſum eſt, ut ſi de vino flaſconis, quem præcedente ſermone notavimus, biberet, ſtatim convaleſceret. Quo hauſto, morbo fugato, confeſtim convaluit; & non ſolum huic profuit, ſed etiam multis aliis, vinum illud ad medelam, quamdiu durare potuit. Sicque quod uni fuit ad interitum, multis ægrotantibus attulit remedium.

ex eoque relato bibentes agri convaleſcunt.

Peregrinis ſiti æſtuantibus

28 Æſtivo tempore quidam cauſa devotionis ad S. Sacerdotis oratorium venerant, & expleta oratione remeabant. Hi vas vinarium, quod œnophorus vocitatur, propriis humeris deportabant, ut ex eo horis competentibus potantes ſitis ardorem refrigerarent. Contigitque eos in itinere caloris & ſitis pariter ardore fatigari: qui nimia anxietate compulſi, aſſident potationi; rurſuſque iter corripientes, acrius ab æſtu afficiuntur ſitientes. Tunc anxii, Bibamus iterum, inquiunt, quia S. Sacerdotis non deerit munus. Quo dicto ad ſe applicantes œnophorum, ſummo tenus invenerunt plenum; propinatique iterum arripiunt iter. Quo mature confecto, ſub unius hoſpitii culmine ſe collegerunt; ibique iterum ex eodem vaſe bibentes, mirabantur, ſæpius illud plenum reperientes. Ad hoc ſpectaculum multi conveniebant, & toties bibebant quoties veniebant, acſi ab eo vinum non effunderetur. Igitur præfati peregrini, retrogrado calle reverten-

vini modicam diu ſufficit:

A. HUGONE FLOR. EX MS.

tes, tanti miraculi aſſerunt præconia, per omnia divulgantes: œnophorum etiam ſecum in teſtimonium ad monaſterium reportantes, & in eccleſia ſuſpendentes lætabantur, Domino gratias referentes.

aliorum ſarcinulas levi ex cauſa diripiens ruſticus,

29 Alio quoque tempore, dum ad ſancti Præſulis Sacerdotis eccleſiam quidam advenirent, canis forte in itinere comitabatur, qui gregem ovium cujuſdam ruſtici in via aggrediens, per paſcua latratibus agitabat: ſed à Domino ſuo revocatus, iterum cum eis gradiebatur: ſicque illi ad monaſterium venerunt, & perfectis pro quibus venerant, iterum ad propria repedabant. Interea opilio, turbati gregis querimoniam ad Dominum referens, animum ejus maligno acuit furore. Tunc ruſticus ille, hoſtiliter armatus, obvium ſe præbuit remeantibus peregrinis, & cœpit eos afficere injuriis, offerentibus eis propter id quod canis fecerat legitimam emendationem. Verumtamen cum adhuc in eos ſæviret, & ſarcinulas eorum hac illacque diſpergeret; illi S. Sacerdotis auxilium invocare cœperunt: proclamationes vero eorum ille ruſticus irridebat. At illi relinquentes ibi quæ ſecum tulerant, ad S. Sacerdotis recurrunt eccleſiam. Illis vero ibidem perſiſtentibus, mox ruſticus ille gravi membrorum conteritur diſſolutione: quem parentes gremio vanni compoſitum ad ſæpe nominati Sancti ſtuduerunt bajulare propitiatorium. Solennitas ejuſdem Chriſti Confeſſoris celebrabatur ipſo die; & ecce jam ſole ad occaſum vergente, præfati ruſtici portitores, eccleſiam irrumpentes, teſtem tanti miraculi eumdem ruſticum exhibent; quid contigerat indicantes. Ruſticus autem ille contumax, omni membrorum deſtitutus officio, expiravit noctis in medio.

paralyſi caſtigatur.

E

Eques alteri in ſanctum fidenti injurius,

30 Miles quidam, à S. Sacerdotis monaſterio rediens, obvium habuit quemdam, qui contra eum noxam admiſerat, & ad idem monaſterium orandi gratia veniebat. Miles vero ille, metu ac reverentia Confeſſoris Chriſti Sacerdotis, cujus ſtupenda miracula frequenter viderat, & fieri ſæpius audiebat, eum impune præteriens abiit. Alter vero eques, qui præcedentem militem à longe ſequebatur, eumdem peregrinum in eadem via offendens, de reatu illo, quem contra præfatum Militem perpetraverat, illum arguere miniſque terrere tentabat. Sed peregrinus ille, in B. Sacerdotem confidens, nullum equitem in eo itinere ſe formidare reſpondit. Tunc eques, exiſtimans quod eum contemneret, ſuperbia tumens, impulit calcaribus equum, & in eum irruit, tunicamque quam capiti ſuo propter æſtum ſuperpoſuerat, ei diripit, ac poſt ſe in ſella complicavit. Peregrino autem illi, ſancti Præſulis auxilium imploranti, continuo tunica capiti ejus ſuperponitur: & ille eques improbus, fracta coxa devolvitur. Equus vero furiis agitatus in jacentem invehitur, & per campum palantem aggreditur, & apprehenſus confeſtim moritur. Eques vero, dum ad Sancti ferretur eccleſiam, die octava poſtquam hæc fuere peracta, in ipſo itinere moritur. Et ſic eum vivens, cujus contempſerat meritum, non meruit habere propitium.

equi & ſua morte punitur.

F

ANNOTATA.

a *Hic ſub novo titulo*, Miracula, *inchoatur velut altera pars Legendæ, nec in Capita diſtinguitur, uti prior: ſed miracula ſingula paragraphum unum conſtituunt, prolixiorem brevioremque, ut res fert: quod in numeris conſequenter ſignandis etiam ſequimur.*

A. HUGONE FLOR. EX MS.

b Ligna *ſeu tabulas, malleis pulſandis, æneorum campanarum vice fuiſſe in uſu monachali, apparet ex plurium Sanctorum Actis, cum mentio fit monachi alicujus morientis: hic autem vid.s ea etiam ad quamvis aliam conventus aut populi convocationem valuiſſe. De hoc uſu, (quem una cum vitæ monaſticæ forma ex Oriente accepiſſe videtur Occidens noſter) diſcere etiam potes ex Paſſione Martyrum Sabaitarum* 20 *Martii num.*12, *& alibi invenies,* ἱερὰ ξύλα, ſacra ligna, *hujuſmodi appellari.*

c *Non exiſtimo diverſum quid indicari, ſed* ſequenti opuſculo, *idem eſſe ac ſi diceret,* progrediente opuſculo, *hoc ſcilicet præſente.*

d *Videtur intelligi* S. Leo *Papa* IV, *de quo agemus* 17 *Iunii, ſedit is ab anno* 847 *ad* 855.

e *Extat apud Sammarthanos, tom* 4 *pag.*808 *diploma,* quo Bernardus, Dei gratia Comes Petragoricenſis, monaſterium S. Salvatoris, quod vocatur Sarlatum, *quod tunc* minime regulariter *degebat,* conſentiente uxore Garſinda, *&* Domino Ludovico imperante, *tradit Abbatibus Oddoni & Addacio eorumque ſucceſſoribus, ſecundum regulam S. Benedicti eligendis, pro ſe, uxore, filiis & filiabus, fratribus & propinquis, cui ſubſcribunt è proceribus undecim, filii veroſimiliter & fratres; primo autem loco habetur* ſignum Guilielmi, *quem poſſis primum filiorum credere: an autem hic aut ex ſucceſſoribus alius, paterni vel aviti privilegii violator extiterit introducendo Hubertum, non facile dixerim; cum in ſerie Abbatum, Sanmarthanis communicata, nuſquam hujus nomen reperiatur. Ibi poſt Adacium collocatur Aſſenarius, & dicitur ad annum* 860 *vixiſſe, quo poſito neceſſe eſt ut Ludovicus Pius ſignificetur in præcitato Bernardi diplomate; cum ſub ejuſdem nominis nepote Ludovico Iuniore Aquitania non fuerit, Balbus autem ſolum cœperit imperare an.*877. *Ex hoc porro conſequitur, quod licet* anno 860 Carolus Calvus Aquitaniam per Comites diſpoſuit, *uti legitur in MSS. geſtis Conſulum & Præſulum Engoliſmenſium apud Beſlium: tamen jam antea ſuos Comites habuerit Aquitania, & quidem plures ſimul in variis partibus; neque jam ſolum habeamus Burdegalenſes Comites à Pictavienſibus diverſos, ſed etiam Petragoricenſes, quorum tamen tituli aliquando coaluerint, uti probat pto anno* 982 *inſtrumentum* Amæ Comitiſſæ Burdegalenſis ſeu Petragoricæ Patriæ, *jam ſupra ad diem* 4 *citatum, ubi de S. Macario.*

CAPUT V.

C *Beneficia ſanitatum, S. Sacerdotem invocantibus impenſa, malevoli puniti.*

Sicut erga malos ſeveri ſunt Sancti,

31 HUc uſque diſſeruimus qualiter Domini Pontifex Sacerdos tyrannos atque ſuperbos perſequendo contriverit: ſed amodo referemus, quomodo ſupplices potenti virtute ſignorum refovendo juverit. Verum quoties Sancti videntur in quemlibet inimicorum Dei exercere vindictam, ſicut in Paſſione Apoſtolorum Petri & Pauli legimus Simonem Magum ab alto eorum imperio corruiſſe; ſcire debemus quoniam Dominus eſt, qui per Sanctos ſuam operatur inſtitiam, juſto judicio puniens inimicum ad laudem & gloriam nominis ſui Sanctorumque ſuorum. Tanto ergo metuendi ſunt ipſi, quanto conſtat quia ille ubique præſens eſt, & maxime locis ſuo Sanctorumque ſuorum nomini conſecratis, qui ad inferendam per manus eorum malefactorum ultionem, quo modo & cum voluerit invalidus non eſt. Sicque quiſque Sanctus, dum ſubjectos ab adverſariorum injuria ſuo merito defendit, & impios juſto Dei judicio punit, plurimis ad ſe confugiendi aditum aperit: & dum aliquando ſuperbum perimit, ne loca ſacra temerare audeat, profecto ad ſe confugientibus remedium ſecuritatis præſtat.

ita & propitis invocantibus.

32 Generalis conventus, ſecundum morem antiquorum, in Caturcenſi territorio, in loco qui Pons-Rode*a* dicitur, agebatur: & plurima populi multitudo illic advenerat, fideliumque devotione inclyti Sacerdotis venerabile corpus eo allatum fuerat. Erat autem in eadem regione quædam matrona nobilis, quæ juvenem cæcum à nativitate alebat pro Dei amore. Cæcus vero ille ubi audivit tanti Confeſſoris feretrum illic eſſe delatum, rogare cœpit matronam illam, cujus ſuſtentabatur eleemoſyna, ut ſibi candelam emeret, quam ipſe ante præſentiam hujus Sancti poneret, ſi forte illum Dominus per ejus meritum illuminaret. Cui prædicta matrona reſpondit: Ego vice tua candelam, quam Sancto illi cupis afferre, libenter præſentabo: quia qui tibi ducatum præbeat, in tanto tumultu populi, invenire non valeo. Confluebat nempe ad prædicti Sancti Reliquias plurima populi multitudo. Tunc matrona fecit quod promiſerat, & mox ſibi contigit ut volebat: nam ipſa eadem hora, qua illa ante viri Dei præſentiam candelam poſuit, ille cæcus à nativitate intra domum ejus, per ejuſdem Sancti meritum, lumen cæli videre meruit. Stupentes autem qui aderant, illico illum qui cæcus fuerat, ante præſentiam viri Dei produxerunt: & innumeras gratiarum actiones Deo & Sacerdoti ſanctiſſimo pro tanto miraculo reddiderunt.

D *Ad S. Sacerdotis corpus* a *pro cæco pauperem candelam offerens matrona viſum ei impetrat.* E

33 Puella quædam, quæ à dæmone vexabatur, ad S. Sacerdotis azylum ſananda deducitur: ſed cum jam aliquot dies exegiſſet, & per eam malignus ſpiritus multas blaſphemias emiſiſſet, quas hic inſerere longum duximus; divina gratia, per ejuſdem Chriſti Confeſſoris merita, tandem à dæmone eſt liberata. *liberatur energumena*

34 A partibus vicinis puer quidam decennis ad S. Sacerdotis ductus monaſterium fuerat, qui ab ipſo nativitatis ſuæ tempore auditu, viſu, nec non & linguæ uſu caruerat: ſed cum ibidem aliquamdiu pernoctaret, & minime convaleſceret, tædio affectus ad propria remeabat. Verumtamen cum nec ſpem quidem ſanitatis, ab eadem rediens eccleſia, ſecum reportaret; ſubito auditum, viſum, & linguæ pariter uſum, in eodem poſitus recepit itinere. *ſurdus mutus ac cæcus curatur:*

35 Seprennis item puer, cui linguæ negabatur officium, à patre ſuo adductus eſt ad hujus Sancti tumulum, ut ibi recipere mereretur, ſanitatis commodum: ſed cum ibidem una tantum nocte excubias peregiſſet, & quod quærebat non impetraſſet; rediens in craſtinum, antequam propriam ingrederetur patriam, verboſitate nimia longa rupit ſilentia. *item mutus,* F

36 Quædam item mulier oculorum privata lumine, S. Sacerdotis venit ad limina, poſcens ejus juvamina: quæ dum in ejus poſita eſt baſilica, magna hominum ſtipata caterva; poſt multa precamina, clara recepit lumina. De cujus [oculorum] ſcrobibus magnus rivus emanans ſanguinis, ipſam teſtatur meritis illuminatam Præſulis. *cæca,*

37 Mulier autem altera, Lemovicæ incola, biſſena per [annorum] curricula membris nervorum præpedita, hujus Sancti ſuffragia quæſivit..... credula votiva ferens munera ad ejus Sancti limina. Quæ mox recepto robore, læta de tanto munere, in Sacerdote famulo glorificabat Dominum. *paralytica,*

38 Alio tempore adoleſcens quidam hujus ſancti Antiſtitis venit ad monaſterium. Hic ab ipſo nativitatis exordio linguæ caruerat officio: ſed mox ſanatus, plurima formabat lingua famina, & laudum reddens munera, redit lætus ad propria. *mutus alius,*

39 Item alio tempore in præſcripta baſilica operans Dominus, tria operatus eſt pariter miracula, ad declaranda S. Sacerdotis merita. Nam quadam ipſius Chriſti Confeſſoris ſolennitatis die, adſtante ibi frequen- *& alius, cæcus & paralytica.*

A frequentiſſimo conventu populi, mutus verberum fudit organa, luciſque cæcus meruit cernere crepuſcula, & mulier quædam languida membrorum recepit officia, quæ in grabato ante altare Salvatoris mundi fuerat depoſita.

pueri muti duo, 40 Factum eſt alio tempore, redeunte eadem ipſius eximii Confeſſoris glorioſa ſolennitate, & adveniente ad ejus venerabile templum numeroſa populi multitudine; ut duo nihilominus pagenſes cõvenirent, qui ambo filios ſuos parvulos, uſu linguæ carentes, ſanandos adducerent. Horum parvulorum alter tam vocis quam omnium membrorum amiſerat officia pariter: qui ambo continuo ſoſpitate recepta. divina opitulante gratia, per S. Sacerdotis merita, lætabundi remearunt ad propria.

b *ſurdus ac mutus,* 41 Vir quidam nobilis, nomine *b* Eubolus, propter ſuam animam quemdam alebat inopem: inops namque ille ſurdus & mutus, hac illacque diſcurrens, dum multis calamitatibus premeretur, ad hunc nobilem virum ſe contulerat, nec patrem aut matrem præter eum alium noverat, ſed hunc Dominus operans illi patronum proviſoremque providerat. Quadam igitur die ille Miles ingenuus, fama præclariſſima B. Sacerdotis excitatus (quæ per totam illam regionem emanabat de virtutibus, quas Dominus per ejus meritum operabatur, apud dictum monaſterium) direxit illuc hunc pauperculum, ut ei ſua miſeratione ſubveniret, ſicut alios curare conſueverat. Vernaculi vero præfati Euboli ante S. Sacerdotis præſentiam venientes, oblationis munus quod detulerant obtulerunt, ac demum pro pauperis illius ſalute rogaturi iidem ſe in terram præcipitaverunt. Sed dum imminente jam nocte, vigiliarum excubias ibidem peragere, ſicut eis à Domino ſuo imperatum fuerat, diſponerent; mox à cuſtodibus eccleſiæ foras ſecedere præcipiuntur. Illi vero quod vi non audebant, verbo tantum reſiſtebant, & nullo modo exire volebant. Verumtamen cum intelligerent, quoniam ibidem, ſicut diſpoſuerant, illa nocte manere nequibant; nomen S Sacerdotis invocare cœperunt. Quid plura? Inops ille, ſurdus & mutus à nativitate, continuo cœpit loqui & audire. Tunc qui huic gaudio intereſſe potuerant, ingenti lætitia perfuſi reddebant laudum præconia Domino omnipotenti, qui ſui famuli Sacerdotis precibus illi miſero largitus fuerat ſanitatis munus. Seniores vero loci, curatum inopem quod nomen

B

Salvatus ab eventu dictus:

C

c ſuum numquam *c* audierant, & primo quo vocari debuiſſet nomine neſciebant, Salvatum appellaverunt. Qui diu poſtea in eodem permanens monaſterio, multis advenientibus cuncta, quæ modo diximus, ſæpius replicabat.

42 Dies Paſchæ ſanctiſſimus illuxerat, & ad S. Sacerdotis eccleſiam non minima plebis multitudo confluxerat: inter quos quidam Ademarus, illuſtris genere, à Montiniaco *d* caſtello convenerat; & in eadem eccleſia Paſchale Sacramentum percepturus, dum Miſſæ peragerentur officia, perſiſtebat. Hic autem Ademarus litterarum diſciplinam, cui à parentibus traditus fuerat, prædo factus contempſerat; & innumeris ſæpe calamitatibus mercatores peregrinos, ſeu quoſlibet viatores per provinciam illam euntes, finitimoſque ruricolas vexare conſueverat, & in hujuſmodi ſtudiis animi ſui ſinum laxaverat. Verum cum, ſicut jam dictum eſt, in medio populi intra eccleſiam B. Sacerdotis incolumis adſtare videretur, & Euangelii lectio recitaretur, in pavimento ſubito corruit. Nam, ut ipſe poſtea retulit, ante oculos ejus S. Sacerdos, Epiſcopali infula decoratus apparuit; & virga, quam manu gerebat, collum ei percutiens, eumdem cadere compulit. Sed confeſtim à circumſtantibus eſt ſublevatus, & intra

d *Inſignis prædo in S. Sacerdotis eccleſia ſacramenta Paſchalia ſuſcepturus*

clauſtri ambitum deportatus. Expleta vero Miſſæ celebratione, continuo Abbas cum Fratribus adfuit accerſitus. Tunc æger ille crimina cum miſera mente pertractans, & vicinam mortem nimium pertimeſcens, omnipotentem Dominum peccando irritaviſſe, & S. Sacerdotis ſe iram promeruiſſe, lacrymando confitebatur. Abbas autem, nec non & omnes monaſterii Fratres qui aderant, ei condolentes, canonicum habitum ei continuo tradiderunt, & ad pœnitentiæ remedium eum protinus admiſerunt. Ille vero obliquo collo tota hebdomada miſerabiliter ægrotavit, & die octava tandem expiravit. Mors ejus plurimos terruit, & dum hujuſmodi verentur exitum, ſatagebant offerre Domino pœnitentiæ fructum. A. HUGONE FLOR. EX MS. *caſtigatur, & in habitu pœnitentia moritur.*

43 Seguinus quidam monachus, ſecularis & vagus, S. Sacerdotis extitit: hic tamen erat eloquentia [famam] promeritus, & litterarum ſcientia fultus, & primoribus patriæ notiſſimus. Quodam vero tempore cum quodam potente, non longe à monaſterio, morabatur apud caſtrum quod Carlutium *e* vocitatur: nam Regulæ jugum ferre non poterat, ſed eccleſias circumquaque plenus jam gloria ventilabat. Natalis Domini dies, toto orbe celeberrimus, imminebat; & Miles ille potens in B. Sacerdotis eccleſia vigiliarum excubias agere diſponebat. Quem prædictus monachus à bono propoſito deflectere cupiens, omne illius noctis Officium ſe ibidem celebraturum, acſi in memorata eccleſia poſitus eſſet, ex integro repromiſit. Prævaluit itaque monachus ille, Militemque retinuit: qui poſtquam eſt cibo vinoque repletus, cum quodam Sacerdote in contigua capella ſe collocavit: & cum indulgeret quieti, ecce S. Sacerdos adſtitit, dicens ei: Cur hic, Seguine, dormiens, poculo inebriaris oblivionis? An non potius oporteret te cum reliquis Fratribus eſſe, & debitum Officium Domino perſolvere in tã præcipua ſolennitate? Cui cum reſpondiſſet ille, Quis es, Domine? S. Sacerdos ſeverius in eum reſpiciens; An non me noſti? Cur alumnum tuum Sacerdotem fugitando declinas? Et cum hæc dixiſſet, continuo per capillos à fulcro eum extrahens, caput ejus ad humerum inclinavit: demum illum ante altare projiciens, immaniſſimis verberibus cecidit. Audires eminus ictuum crepitus vocemque dolentis. Quid multis memorem? Semineccm eum deſeruit. Hæc omnia prædictus Presbyter fieri vigilans conſpiciebat, ſed ingenti pavore percuſſus, quid deberet agere neſciebat. Sed dum jam tranſacta nocte lucis aurora conaretur emergere, ſurgentes undique viri per caſtellum, mirabantur omnes cur in tam præcipua ſolennitate moraretur Presbyter celebrare Officium nocturnale: qui etiam uſque ad oſtium capellæ venientes, Capellanum ſurgere præcipiunt irridentes. At ille, eorum affamine ac vicinitate roboratus, ſurrexit; & oſtium eis aperiens, quod factum fuerat intimavit. Tunc illi attoniti, tanto viſo miraculo, eodem comitante Presbytero, concito greſſu ad Beati Confeſſoris Chriſti domicilium convenerunt; & dum Fratres ejuſdem loci Miſſarum ſolennia peregiſſent, eos in unum convocant, & quod factum fuerat indicant. Monachus vero miſerabiliter extinctus, exemplo viventibus deſervit, ne vagi & inſtabiles contra auctoritatem Regulæ fiant; & ſive intra eccleſiam ſive extra conſiſtant, divinum Officium numquam prætermittant.

vagus monachus no. ctu Natalis Domini Officium negligens,

e

E

à S. Sacerdote apparente

F

morte punitur.

44 Tempore alio mercatores, cum ſuis ſarcinis ad urbem Toloſanam euntes, per Sarlatenſem villam proficiſcebantur ad prædictam urbem. Hi celebri fama virtutum glorioſi Præſulis Sacerdotis excitati, ad ejus oratorium venientes, & oblationis officia perſolventes, ſe ſuaque omnia Domino & S. Sacer-

mercatores à prædonibus capti

A. HUGO. NE FLOR. EX MS.

doti commendaverunt. Quos etiam abeuntes, & propoſitum iter agentes, quidam maligni comprehendentes, in quoddam municipium adduxerunt, & loris duriſſimis manus poſt terga religaverunt, eorumque pedes compedibus ferreis conſtrinxerunt. Qui cum triduo detinerentur, & multorum tormentorum generibus macerarentur, S. Sacerdotis auxilium invocare cœperunt. Affuit eis clementia miſerantis Domini, ſui Servi pulſata precibus; & ecce tertia nocte ſubito vincula diſſolvuntur, eorum pedes relaxantur, & captivi crudeli cuſtodia liberantur: mox retrogrado calle redeuntes, & catenarum vincula in Salvatoris mundi eccleſia ſuſpendentes. Demum illi qui eos comprehenderant pœnitentia ducti, ibidem eos ſunt ſecuti: ſicque omnes unanimiter Salvatori & Liberatori Domino Sanctoque Sacerdoti gratias referebant. Multa [prætereo] quæ Salvator operatus eſt poſtmodum, ad laudem ſui ſanctiſſimi Sacerdotis Præſulis, Sarlatenſis Eccleſiæ Patroni, miraculorum gloria decorati, & facit viſibiliter quotidie inceſſanter: quod & quæſumus faciat, ad laudem & gloriam nominis ſui, per infinita ſeculorum ſecula, Amen.

ſolutis vinculis liberantur.

B

ANNOTATA.

a *Vernaculus contextus, uti nobis indicat D. Armandus ſic habet hoc miraculum.* Primum miraculum, quod Deus fecit per S. Sacerdotem poſt ſuam mortem, fuit hoc; quod Epiſcopi & Prælati iſtius regionis & Clerici juſſi fuerunt convenire in villam quamdam ſupra fluvium, Seu dictum, quæ dicebatur villa-Pons-Roire: & ad hoc Concilium adducta fuerunt corpora Sanctorum illius Regionis, ut Chriſtianitas ageretur & illuſtraretur; & ſanctum corpus S. Sacerdotis ibi fuit detentum. *Ex hoc ſpecimine, intelligo vulgare illud MS. non ita ſimpliciter ex Hugone verſum, ut non multum ſibi indulſerit interpres mutando non ſolum phraſim, ſed quandoque etiam ordinem rerum. Imo, ſuſpicarer ipſum illud eſſe originale, quod ſecutus Hugo Latine reddiderit, niſi initio appendicis citaretur vetus Sancti Legenda, tamquam plura alia miracula explicans quæ hic ſummatim ſolum referantur. Fluvius autem* Seu, *ex Petrogorico à Monte-falconum deſcendens, Dordoniæ influit infra Dommam. Villæ illius nomen in tabula topographica non exprimitur, in Pullario tamen diœceſis Cadurcenſis nominatur* Cura du Pont de Riou: *unde ſuſpicor à rivo, ad cujus oſtium vicus ille ſit, factum eſſe nomen: nec alium tabula rivum offert, quam qui prope Vigannum oriens ſupra Coſterauſtam in Sevam incurrit.*

C

b *Eſt* Eubolus *ſeu* Eubalus *Comes Pictavorum circa annum* 900, *unde prognati Guilielmi Aquitaniæ Duces & Pictaviæ Comites: ſed de eo hic agi vix eſt veroſimile.*

c *Credo legendum* audierat *&* neſciebat, *ut intelligatur is, qui mutus ac ſurdus à nativitate fuerat, quia de nomine ſuo rogatus reſpondere nil poterat, occaſionem dediſſe novæ appellationis ex eventu ei imponendæ.*

d Montigniac *ad Veſeram, vix quatuor leucis Sarlato diſtat, Boream verſus.*

e Carluxium *caſtrum, duabus circiter leucis ſupra Calviacum, ad eamdem Dordoniæ fluvii ripam, intra quæ duo loca ſitum fuit monaſterium Calabrum.*

APPENDIX

De Reliquiis per Hugonottos diſperſis, per Catholicos recollectis & nuper recognitis.

An. 1575 capta ab Hugonottis urbe

IN *hiſtoria Sarlatenſi MS. & apud D. Armandum Gerard aſſervata, ſic Gallice legitur:* Die XXII Februarii anno MDLXXIV, die lunæ (ut vulgus appellat) pingui, Capitaneus Viváns, ex Caſtelnaú des Milaners orundus, cum ſociis Bornazil, Syriés, & Labertrandie, intercepit civitatem Sarlatenſem, nihil minus timentem, pro fiducia pacis factæ ad Rupellam XI Julii præcedentis. Intrarunt autem per ſcalas applicatas turri, de Potitiis dictæ; & deſcendentes in forum clamabant, Vivat Viváns, urbs capta eſt. Urbe potiti, ſpoliarunt eccleſias; conquiſierunt combuſſerunrque Sanctorum Reliquias, quibus Carolus Magnus locupletarat ornaveratque eccleſiam Sarlatenſem: capſam denique illam pretioſam ex argento, intra quam S. Sacerdotis corpus aſſervabatur, abſtulerunt, ejectis ab ea oſſibus diſperſiſque: quæ à perſonis piis ac religioſis collecta, theſauro eccleſiæ poſtmodum fuere reſtituta, repoſitaque intra hermam ligneam inauratam ubi etiam nunc ſervantur.

D

diſperſa reliquia, quæ à Catholicis recollecta

Eodem anno, die XII Maji, quando celebratur Octava S. Sacerdotis, urbis Sarlatenſis Patroni, à civibus Catholicis, vicinorum quorumdam nobilium auxilio ſubnixis, recepta civitas eſt. Applicitis quippe ad muros ſcalis occuparunt Catholici turres, à Pace & à Margareta nuncupatas, ac deinde reliquas, nullo ſuorum deſiderato; expulſiſque Hugonottis urbe tota potiti ſunt. Qua in re quia evidens fuit S. Sacerdotis protectio, in gratiarum actionem pro recepto beneficio quotannis inſtituitur amburbalis proceſſio, cum Reliquiis ipſius Sancti die XII Maji, poſt decantatam ſolenniter Miſſam: cui pompæ omnia civitatis collegia, tam civilia quam eccleſiaſtica aſſiſtunt.

urbe in octava S. Sacerdotis recepta,

E

12 Maji circumferuntur:

Rurſus, cum eadem Sarlatenſis civitas obſeſſa eſſet à copiis, Principi Condæo auctoritatis, ſub imperio Domini Marcinii Locumtenentis generalis, tempore turbarum Aquitanicarum; capta eſt die I Januarii anno MDCLIII, peſſimeque tractata. Quo malo compulſi cives Sarlatenſes, voto ſeſe obligarunt curandi per totum annum, quinto ſingulorum menſium die, ſacrum muſice celebrandum in honorem S. Sacerdotis, ſi urbs ab hoſtibus liberaretur. Vix votum fuerat nuncupatum, cum cives, qui fuerant relegati, quibuſdam Regiis copiis fulti, die XXIV Martii ejuſdem anni, regreſſi in urbem, ipſam recuperarunt, præſidiariis mactatis; quæ res partes Principis in Aquitania prorſus perdidit. Atque ex eo tempore grati pro urbe recuperata cives die XXIV Martii inſtituunt generalem proceſſionem, circumferentes Sancti Reliquias: perſeverantque ſingulorum menſium quinto die curare ſolenne ſacrificium in gratiarum actionem: cui Conſules, Officiales & cives primarii omnes interſſe tenentur. *Hactenus prædicta Hiſtoria: quæ autem & quales S. Sacerdotis Reliquiæ ab Hugonottica ſtrage reſervatæ Sarlati ſint, & quibuſcum hoc ſeculo communicatæ, apparebit ex ſequentibus Actis, è Gallico fideliter Latine redditis, prout ea nobis tranſcripſit ex originali idem qui cetera Armandus Gerard, quique anno* MDCLXII *quo iſta curabat, collegerat ſummam librarum circiter octingentarum pro capſa argentea confiecienda.*

quod etiam fit 24 Martii,

ob eamdem an. 1653 ab hoſtibus liberatam.

F

Die XXIII Novembris anni MDCXXIX poſt finitam ſolennem Miſſam capitulariter congregatis Dominis, Joanne de Jayac Decano, Arnoldo la Crompe Præpoſito, Joanne de Bars Archidiacono Sarlatenſi, Franciſco de Layge Archiadiacono Marcaiſienſi, Raymundo de Maraval Archidiacono Bironienſi, Antonio de Bars Cantore, Antonio Cordis, Joanne Monzie, Joanne Fondaumier, Joanne Tarde, Paſchali de la Brouſſo, Gabriele de la Brouſſo & Stephano Dilpech, Canonicis; expoſuit præd. D. Monzie Syndicus, quod R. P. Joannes du Puy, Guardianus Conventus Recollectarum hujus civitatis, certus de veritate Reliquiarum corporis S. Sacerdotis quæ ſunt in præſenti eccleſia, ipſum rogaverit,

Recollectis pro nova ſua eccleſia particulam petentibus à Capitulo,

A rit, ut nomine ſuo offerret libellum ſupplicem Dominis prædictis, quatenus dignarentur ipſius Conventui noviter extructo in hac civitate donare aliquas particulas ex corpore prædicti Sancti, reponendas in altari eccleſiæ ſuæ; ut tempore Miſſæ inclinantes ſeſe atque altare exoſculantes, poſſint cum *de conſenſu Epiſcopi* veritate dicere, Quorum Reliquiæ hic ſunt. Quibus auditis decretum eſt, ut prædicta ſupplicatio communicaretur cum Domino noſtro Ludovico de Saligniaco, Epiſcopo Sarlatenſi, ejuſque judicium deſuper exquireretur. Ad hoc autem exequendum deputatus eſt præd. Joannes Cordis, rogatuſque ut re collata cum Epiſcopo, ſententiam ejus ad Capitulum referret. Igitur die XXVI menſis præfati, *aperiturReliquiarium 26 Novembris 1629* collectis rurſum capitulariter omnibus prænominatis, poſt finem Miſſæ, retulit præd. D. Cordis locutum ſe cum Domino Epiſcopo ſuper negotio prænotato, ſeque ab eo rogatum ut reſponderet. Optaviſſe ipſummet comparere in Capitulo pro tali cauſa; ſed urgentibus quibuſdam negotiis impeditum, rem totam relinquere voluntati & diſcretioni Dominorum Capitularium: quiſi convenire judicaverint ut aperiatur Reliquiarium S. Sacerdotis, etiam ſe deſiderare particulam ex eo aliquam, reponendam in ſacello ſui Palatii Epiſcopalis. Poſt hæc à prædicto D. Cordis

B ſic relata, prænominati omnes, conſtituentes Collegium Capitulare, deſcenderunt ad inferiorem ſacriſtiam ſuæ eccleſiæ, eodemque delatum Reliquia- *in eoque ſex partes inveniuntur:* rium S. Sacerdotis aperiri juſſerunt per d. D. Paſchalem de la Brouſſe: in eoque inventa ſunt oſſa ſex diverſa, videlicet unum genu, pars una coxæ, pars altera tibiæ, duæ partes cubitorum, & una pars humeri. Quibus viſis recognitiſque, electa pars una eſt quæ brachii ſeu cubiti eſſe judicabatur, & quadrifariam diviſa, ut diſtribueretur ac donaretur exinde una quidem particula præd. D. Epiſcopo, altera Conventui Recollectorum, tertia Conventui Religioſa- *quarta una quadrifariâ dividitur,* rum S. Claræ hujus urbis qui ſimilem gratiam poſtularant, quarta denique deportaretur ad eccleſiam S. Sacerdotis diœceſis Montalbanenſis, quæ eſt Prioratus dependens à Capitulo. His ita geſtis clauſum denuo Reliquiarium eſt, repoſitumque in ſuperiori ſacriſtia conſueto in loco. Mox autem præd. D. Cor- *daturque Epiſcopo, Clariſſis,* dis accepit unam prædictarum particularum, eamque detulit ad D. Epiſcopum: alteram accepit D. Monzie, portavitque ad conventum dd. Religioſarum: aliæ vero duæ particulæ ibidem remanſerunt,

C intra quoddam parvum reliquiarium ſacriſtiæ inferioris. Die autem XXVII d. menſis finitis Veſperis *& Recollectis,* advenit d. R. P. du Puy, uno ſuorum Religioſorum comitatus: cui D. Antonius de Bars Cantor, aſſiſtentibus ſibi Dominis Cordis, Monzie, Fondaumier, & Tarde, tradidit particulam Conventui Recollectorum deſtinatam: quam R. P. Guardianus accipiens, collocavit intra argenteam capſulam & ſecum *quarta particula* abſtulit. Quantum autem ad quartam particulam attinet, quæ erat eccleſiæ S. Salvatoris in diœceſi Montalbanenſi deſignata; hæc repoſita eſt intra exiguum quoddam reliquiarium in ſacriſtia ſuperiori juxta reliquiarium majus, donec illius transferendæ commodum tempus & occaſio adveniſſent. Denique decretum eſt, ut de prædictis omnibus conſcriberetur proceſſus verbalis per Secretarium Capituli, cujus exemplar cuivis petenti tranſcriberetur. Actum Sarlati in eccleſia Cathedrali die, menſe, & anno quibus ſupra. D

Signat. A. de Nicol Secretarius.

Adveniente deinde die IV Februarii anni MDCXXXI, particula reſervata pro eccleſia S. Sacerdotis in diœ- *an. 1631 deſtinatur ad oppidum S. Sacerdotis* ceſi Montalbanenſi, tradita fuit Domino de la Crompe, Præpoſito d. eccleſiæ Cathedralis, in parvo reliquiario deferenda ad præd. eccleſiam; cum mandato referendi ab eodem loco inſtrumentum de receptione illius; eaque de re factus eſt ipſo die verbalis proceſſus, atque ſignatus per d. Secretarium. *Hactenus Acta Capitularia, quibus mox ſubjungitur inſtrumentum receptionis præd. à D. Præpoſito relatum, tenore tali.*

Anno MDCXXXI die XXIII Februarii, in eccleſia *quod 23 Febr. oblatâ Rectori Parochiæ ibidē* parochiali S. Sacerdotis diœceſis Montalbanenſis comparuit Venerabilis D. Arnoldus de la Crompe, Præpoſitus eccleſiæ Cathedralis Sarlatenſis in Petracorico: qui nobis Petro Bonniol Presbytero & Rectori præd. eccleſiæ S. Sacerdotis, coram Mag. Franciſco la Borderie, Poncetto Seré, Arnaldo Caſali Conſulibus villæ S. Sacerdotis, Mag. Joſepho de Crozilles Doctore & Advocato, Mag. Joannes Lanes cive, Guilielmo Vigueri, Jacobo Malaureur, Bernardo Bujol, Petro Faux, & aliis hujus villæ in- E quilinis, affirmavit, quod ad inſtantiſſimas preces plurium hujus villæ incolarum, factas Dominis Capitularibus collegis ſuis, pro obtinenda particula Reliquiarum S. Sacerdotis, communis Patroni noſtri, quæ in eorum theſauro ſunt; iidem Domini, volentes gratificari ſuumque affectum teſtari hujus villæ incolis, ſeparaverint à præd. Reliquiis portiunculam, commiſerintque d. Domino de la Crompe, deferendam in ipſam villam, tradendamque prædictis Curato & habitatoribus villæ S. Sacerdotis. Hanc igitur ipſe exhibuit intra parvum reliquiarium, ac recipi petiit atque collocari loco condigno in ipſa eccleſia. Nos vero Rector ejuſdem eccleſiæ, coram prædictis Conſulibus & inquilinis hujus oppidi, eaſdem recepimus, eo quo par eſt in ſimilibus honore ac reverentia, ſimulque inſtrumentum de apertione & extractione particulæ atque traditione in manus Do- *reverenter excipitur,* mini de la Crompe, deſuper ex mandato Capituli formatum anno MDCXXXI IV Februarii, ſignatum ab Antonio Nicol Secretario & ſigillatum ſigillo Capituli. Deinde poſt actas humiliter gratias Dominis Capitularibus, eo quod ipſis placuerat habitantibus & parochiæ S. Sacerdotis donare tam pretioſum the- F ſaurum, tamque ardenter deſideratum; nominatim autem d. Domino de la Crompe, quod dignatus fuerit eum huc transferre, Reliquias ipſas collocavimus ſupra majus altare præd. eccleſiæ. Poſtera au- *& poſtridie ſolenniter circumfertur.* tem XXIV menſis prædicti inſtituta eſt proceſſio generalis, cantatumque Te Deum, cum hymno, Iſte Confeſſor, ad agendas Deo gratias pro collato nobis tanti pretii pignore. Quibus ſic actis depoſuimus ipſas Reliquias intra ſanctuarium d. eccleſiæ, atque de omnibus conſcribi fecimus proceſſum hunc verbalem, primum ad exonerationem Domini de la Crompe, deinde ad memoriam poſteritatis & monumentum diei, quo facta eſt Tranſlatio ſanctæ iſtius Reliquiæ: cujus originale ſignavit Bonniol Rector, teſteſque prænominati ſigillatim.

G.H.

DE SANCTO HILARIO

EPISCOPO ARELATENSI IN GALLIA.

ANNO CCCCXLIX

ARelas, *ſive* Arelate, *antiqua & illuſtris Galliæ urbs Epiſcopalis eſt, ad Rhodani orientalem alveum in Provincia, ab Aquis-Sextis duodecim in ortum leucis, & totidem à Maßilia in occaſum ſita. Hic inter illuſtres Epiſcopos floruerunt ſeculo Chriſti quinto* S. Honoratus & S. Hilarius; *ambo ejuſdem patriæ in ſua nativitate, & ejuſdem exercitationis monaſticæ in Lerino inſula maris Mediterranei. De* S. Honorato *egimus die* XVI *Ianuarii & modo de* S. Hilario *agimus. Natus is eſt circa annum tertium poſt quadringenteſimum: & adoleſcens magnæ doctrinæ ad inſulam Lerinum à S. Honorato inductus, ibidem perſtitit, cum eſſet S. Honoratus factus Epiſcopus Arelatenſis, anno* CCCCXXVI *Theodoſio Iuniore* XII, *& Valentiniano* II *Conſulibus, uti annotavit in Chronico Proſper. Is* emenſo biennio *in ſuo Epiſcopatu (uti infra traditur num.6 Vitæ) mortuus eſt an.* CCCCXXIX *die* XVI *Ianuarii. Huic dicto anno ſubrogatus* S. Hilarius, *præfuit Concilio Regienſi, habito* III *Kalendas Decembris Theodoſio Auguſto* XVII *& Feſto V. C. Conſulibus, anno Chriſti* CCCCXXXIX, *quando cauſa Armentarii Epiſcopi Ebredunenſis diſcuſſa eſt, quod à duobus contra Canones ordinatus eſſet Epiſcopus. Interfuit dein anno* CCCCXLII *Arauſicano* I, *ubi triginta Canones editi, quibus primus ſubſcripſit* S. Hilarius. *De alio quoque Concilio, ſed incerti loci, infra in Actis agitur. Superfuit deinde* S. Hilarius *uſque ad hunc diem quintum Maji anni* CCCCXLIX, *quo obiit, cum* vix quadrageſimi octavi anni circulum *vivendo implevisſet, Aſterio & Protogene Conſulibus, quando* VII *Kalendas proxime ſecuti Septembris ſcripſit S. Leo Papa ad Epiſcopos Provinciæ de ſucceſſore electo: cujus epiſtolæ partem accipe:* Juſta & rationabilis nobis cauſa gaudendi eſt, cum à Sacerdotibus Domini ea geſta cognoſcimus, quæ & paternorum Canonum regulis & Apoſtolicis congruant inſtitutis.... Quod ergo in Arelatenſium civitate defuncto ſanctæ memoriæ Hilario, virum etiam nobis probatum, fratrem Ravennium, ſecundum deſiderium Cleri, honoratorum & plebis unanimiter conſecraſtis, bonum fraternitatis veſtræ opus noſtro judicio roboramus. *Hæc ibi. Fuerat Ravennius à S. Hilario Romam ad S. Leonem deſtinatus indeque notus. Eo autem conſecrato,* miſſis continno litteris Romam, indicarunt S. Leoni, quod poſt tranſitum beatæ recordationis Hilarii Epiſcopi, concordantibus omnium votis, ad ſummum Pontificium eſſet provectus Ravennius, *uti ſcribunt Epiſcopi Provinciæ in Libello Leoni Papæ oblato de renovando Eccleſiæ Arelatenſis Privilegio. Enimvero mox ab obitu* Hilarius beatæ recordationis *ab Epiſcopis Provinciæ, & ſanctæ memoriæ titulo à Leone Papa honoratur.*

S. Hilarius natus an. 403

Creatus Epiſcopus an. 429

B

mortuus an. 449.

à S. Leone dictus San. & memoriæ.

C

ab Epiſcopis Provinciæ beatæ recordationis.

2 *Vitam ejus, ex membranis antiquis MSS. monaſterii Lerinenſis, edidit Vincentius Barralis Salernus, monachus Lerinenſis, in Chronologia Sanctorum ſacræ inſulæ Lerinenſis pag.*103 *ex quâ inſerta eſt in ultimam editionem operis Suriani. Nos eamdem reperimus in perantiquo MS. codice Reginæ Sueciæ in membranis num.*1327 *ex quo initium Præfationis, alibi omiſſum, reſtituimus: reliquum autem contextum, plurimis locis, inintelligibiliter vitiatum, damus emendatum, labore & cura* R. P. *Petri Poßini, qui verbum verbo ſtudioſe contulit, & plus quam centum quinquaginta menda expurganda indicavit. Auctor non eſt* Ravennius, *in Epiſcopatu ſucceſſor (quia infra num.*32 *fit mentio* ſucceſſorum *qui aliquot tunc, cum ſcriberetur Vita, fuerant) ſed eſt veroſimiliter* Honoratus *Epiſcopus Maßilienſis: nam Gennadius Presbyter Maßilienſis, qui ſub finem ſeculi quinti floruit, ad calcem libri ſui de ſcriptoribus Eccleſiaſticis, de* Honorato *tunc Epiſcopo iſta habet:* Sanctorum Patrum Vitas ad ædificationem coaptat ipſe legendas, præcipue nutritoris ſui Hilarii, Arelatenſis Epiſcopi. *Ipſe autem in Vita num.*30 *aſſerit ſe interfuiſſe ejus exequiis:* Hebræam, *inquiens,* concinentium linguam in exequiis honorandis audiſſe me memini: *ſub finem vero ejuſdem interceßionem implorat.*

Vita ejus edita.

ſcripta ab Honorato Ep. Maſſilienſi.

3 *Antiquam veneration em Eccleſiaſticam confirmant vetuſtiſſima Martyrologii Hieronymiani apographa; in quibus iſta ante mille prope annos fuerunt adjuncta:* Arelate depoſitio S. Hilarii Epiſcopi. *Quæ eadem leguntur in antiquis MSS. Martyrologiis, Vaticano Eccleſiæ S. Petri, Barberino, Richenovienſi, & aliis. Rabanus hoc eum elogio exornavit:* In Arelato depoſitio S. Hilarii Epiſcopi, qui Pelagianam hæreſim in Collatoribus deprehendit, & corrigere ſtuduit: *Apud Vſuardum iſta leguntur:* In Galliis civitate Arelatenſi B. Hilarii Epiſcopi & Confeſſoris, præclariſſimi & nobiliſſimi viri: *imo, ut in hodierno Martyrologio Romano,* doctrina & ſanctitate conſpicui. *Ado plura colligens:* In Galliis, *inquit,* civitate Arelatenſi S. Hilarii Epiſcopi, magni, docti & præclariſſimi viri. Qui paupertatis amator, & erga inopum proviſionem non ſolum mentis pietate, ſed & corporis ſui labore ſolicitus erat. Nam pro reficiendis pauperibus, etiam ruſticationem contra vires ſuas, homo genere clarus, & longe aliter educatus, exercuit. Sed nec in ſpiritualibus neglexit: nam & in docendo gratiam habuit, & abſque perſonarum acceptione omnibus caſtigationem ingeſſit. Inter ſua vero opera ingenio immortali, ad multorum utilitatem, neceſſario opere, Vitam S. Honorati deceſſoris ſui compoſuit. *Adonem ſimul & Rabanum deſcripſit Notkerus. Sequuntur paſſim recentiores, Bellinus, Maurolycus, Felicius, Galeſinius, Caniſius, & alii. Ad diem vero* VII *Maji, memoria* depoſitionis S. Hilarii Epiſcopi Arelatenſis *celebratur in antiquis MSS. Martyrologiis Atrebatenſi eccleſiæ Cathedralis, Tornacenſi monaſterii S. Martini, & Latienſi S. Lamberti, & apud Grevenum in Auctario Vſuardi.*

memoria in faſtis Eccleſiaſticis 5 Maji.

& 7 Maji.

E

F

4 *Corpus S. Hilarii initio depoſitum fuiſſe in eccleſia S. Stephani, dein ſepultum in eccleſia S. Geneſii, conſtat ex Vita num.*23. *Verum poſtmodum tranſlatum fuiſſe, &* ſepulturæ traditum in Eliſiis campis, in templo, quod nunc S. Honorati dicitur *tradit ex MS. Lerinenſi Vincentius Baralis. Honoratus Buchæus lib.*4 *Chorographiæ Provinciæ cap.*4 § 1, Campos Elyſios *ait à Gentilibus nomen aſſumpſiſſe, ibidemque factum cœmeterium Chriſtianorum, ubi* varia extabant ſepulcra marmorea, ſub tugurio abſidis & majoris altaris, interque illud Sancti hujus noſtri Hilarii cum hac inſculpta inſcriptione: Sacroſanctæ legis Antiſtes hic quieſcit, *uti ex dicto MS. Lerinenſi aſſerit Baralis: cui tamen eatenus non aſſentior, ut credam Tranſlationis iſtius tempore aut etiam poſtea, locum novæ ſepulturæ vocatum à Chriſtianis fuiſſe* Elyſios campos; *ſed MS. illius auctorem, ex quadam affectatione elegantiæ Latinæ, uſurpaſſe eam appellationem, ad deſignandum id quod vulgo dicebatur* Paradiſus, *atrium ſcilicet ante eccleſiam, porticibus circumductum: uti paſſim adhuc videre eſt in Germania, ubi cum re ipſa etiam perſeverat antiqua* Paradiſi *appellatio, cujus cauſam alibi dedimus.*

Corpus tranſlatum ad eccleſiam S. Honorati.

5 *Demum in tabula parieti infixa ibidem hoc legitur Epitaphium.*

Epitaphium.

Antiſtes

A Antiſtes Domini, qui paupertatis amorem
Præponens auro, rapuit cæleſtia regna
Hilarius; cui palma obitus, & vivere Chriſtus;
Contemnens fragilem terreni corporis uſum,
Hic carnis ſpolium liquit ad aſtra volans.
Spernit opes, dum quærit opes; mortalia vitans
Perpetuis, cælum donis terreſtribus emit.
Gemma Sacerdotum, plebiſque orbiſq; Magiſter:
Ruſtica quin etiam pro Chriſto munia ſumens,
Servile obſequium non dedignatus adire.
Obſequio vixit minimus, ſed culmine ſummus.
Nec mirum ſi poſt meruit tua limina, Chriſte,
Angelicaſque domos intravit & aurea regna.
Divitias, Paradiſe, tuas, fragantia ſemper
Gramina, & halantes divinis floribus hortos,
Subjectaſque videt nubes & ſidera cæli.

varii alii Hilarii distinguendi.

5 *Hæc de* S. Hilario Epiſcopo Arelatenſi, *ante quem duo alii Hilarii fuerunt in Gallia Epiſcopi, quorum primus fuit* Epiſcopus Pictavienſis, *cujus Acta illuſtravimus ad diem* XIII *Ianuarii, & huic illuſtri ſcriptori tribuuntur nonnulla, quæ ad S. Hilarium Arelatenſem ſunt referenda: & rurſum Arelatenſi aliqua aſſignantur, ſpectantia ad* Hilarium Epiſcopum Narbonenſem *aliquanto ſeniorem, ut qui cum Patroclo Epiſcopo Arelatenſi vixerit; inter quem & præſentem S. Hilarium præfuit Eccleſiæ illi ſupra memoratus* Honoratus. *Theophilus Raynaudus, in Apologia pro S. Valeriano Cemelienſi cap.* 4 *num.* 2 *&* 3, *alium adjungit* Hilarium laicum: *qui de quæſtionibus Maſſiliæ & alibi in Gallia contra S. Auguſtinum ventilatis ipſum admonuit, per epiſtolam libris de Prædeſtinatione Sanctorum & dono perſeverantia præfixam. Epiſtolam vero ad eumdem numero* 88 *apud Lovanienſes, eſſe dicti Hilarii laici cum aliis erudite annotavit Bellarminus de Scriptoribus Eccleſiaſticis & cum eo Philippus Labbe, quos conſulat Lector, memineritque à Rabano & Notkero ſcriptum, quod* S. Hilarius *Arelatenſis*, Pelagianam hæreſim in Collatore deprehendere & corrigere ſtudueric.

B

zelus & fidei defenſio laudata.

7 *Conſtantinus Presbyter, in Vita S. Germani Epiſcopi Autiſſiodorenſis, ad diem* XXXI *Iulii illuſtranda, iſta ſcribit:* S. Germanus Arelatum petiit.... Itaque advenientem beatiſſimum virum urbs Arelatenſis religioſa gratulatione ſuſcepit, Apoſtolicum inſtar ſui temporis Sacerdotem ſuſpiciens. Illuſtrabatur eo tempore civitas Hilario Sacerdote, multimoda virtute pretioſo. Erat enim fidei igneus torrens, cæleſtis eloquii & præceptionis divinæ operarius indefeſſus: qui venerabilem ſanctum Pontificem, affatu ut patrem, reverentia ut Apoſtolum, ſublimabat. *Legant hæc qui nunc Auguſtino, non Hipponenſi, ſed Iprenſi faventes, ut enervent ſanctiſſimorum & doctiſſimorum virorum auctoritatem, à quibus, Romanæ Sedis certiſſima effata ſecutis, Ianſeniana hæreſis merito proſcinditur & exagitatur; eoſque licentius & ſecurius trahant in ſuſpicionem Semipelagianiſmi, etiam S. Hilarium Arelatenſem totumque cum eo Lirinenſem monachatum in eoſdem errores prelapſos docent. Contra hos Vindicias poſt Vitam dabimus, tacito ejus contra quem ſcriptæ ſunt nomine: quia non hominem, ſed factionem abominamur, cujus ſpiritu actus & ſtudio adjutus ille, quem Deus faciat utilioribus libris ſcribendis eruditionem ſuam poſthac impendere, compilavit Hiſtoriæ Pelagianæ opus tripartitum, calumniis etiam in Cælites refertum.*

C

VITA

Auctore Honorato Epiſcopo Maſſilienſi.

Ex MS. Reginæ Sueciæ & editione Vincentii Barralis.

PROLOGUS.

Auctor ſuæ tenuitatem excuſat,

1 COnſcius imperitiæ meæ, & non ignarius ignaviæ, dum teneram verecundiæ frontem ſilentii latebris volui cunctabundus operire, eamque ſub velamine taciturnitatis abſcondere; juſſionibus venerabilibus diutiſſime repugnavi. Sed vicit meritum Dominorum præſentiumque Pontificum, ſi tamen obedientis temeritas non imminuit judicium tam ſublimium Sacerdotum: quod cui fandi facultas non ſuppetit, ubertate loquendi indocta ruſticitate depreſſus, fruſtra vocatur in culpam, ſi nequeat excolere propoſitum ſterili ſermone materiæ. Cujus ponderis magnitudine anguſtus animus, E in ipſo præfationis exordio præfocatus, dum innumeras virtutum palmas hinc inde circumſpicit; nec incipere, quod aggredi conatur, queat; nec quod cœperit, ſupplere prævaleat. *a* Beatiſſimi Hilarii, a peculiaris Patris, monachi ſingularis, Antiſtitis ſummi, pii inſtitutoris, Vitam ſermone pauperculo, *omittit recenſere patriam,* ſenſu tenus cupiens demonſtrare, dignum duco nequaquam more rhetorico patriam *b* parenteſque memorare: quia etiam ipſe laudibus venerandi propinqui præcelſum ſtemma maluit *c* nobilitare, dum reſpuit; commendare, dum præterit; dilatare, dum *nobilitati,* ſpernit. Ego, ut ſic dixerim, hujus rei non immerito arbitror faciendam eſſe jacturam, ubi *d* præconiorum ſublimium redundat ubertas; more artificum, qui compoſituri diadema pretioſum, ſic eligunt *e* veras gemmas, ut aliquas præterire ſciant induſtria: ita & ego, ubi virtutum exuberant margaritæ, nonnullas neceſſario prætermittam; ut vitæ illius pretioſiſſimum monile, non humanis gemmis ornatum, ſed ſupernis virtutibus ſplendidum, ſine artificis manu pretioſitate propria commendetur. Proinde infantiæ ejuſdem rudimenta, indolem pa- *& puerilia,* triæ, jam tunc quæ ſubſecuta ſunt, nivei nitorem F vultus, fulgentium luminum *f* faces, modeſtum f *g* gradientis inceſſum, ignem flagrantis ingenii, inexhauſtum facundiæ fontem, philoſophicorum dogmatum *h* interiorem veramque doctrinam, quæ clara poſteris tradita ejus *i* eloquentiæ monumenta teſtantur, brevi trado compendio; in illis definiens hæc requirenda perſonis, in quibus tanta inſignia nequeunt fructificare virtutum. Ego autem, qui in humilitate gratiam, in mundi contemptu ſapientiam, in *k* Auctoris amore juſtitiam, in carnis mortificatione prudentiam, in perennium præmiorum comparatione fortitudinem prædico; illa omnino neceſſaria diſſimulatione prætereo. Et illud recte æſtimans narrationis exordium, quod ipſe judicavit converſationis ſuæ dignum eſſe principium; quemadmodum portum veræ ſalutis *l* [intraverit,] vitæ iſtius naufragio ſuperato, prælibare tentabo.

ANNOTATA.

a *Hinc incipit Vita excuſa apud Barralim & Surium.*

b *Eadem illi cum S. Honorato patria: de quo in Prologo ipſe ait:* Prætermitto commemorare avita illi ſecularium honorum inſignia, & quod concupiſci-

AUCT. HONORATO EP. MASS.

bile ac pene ſummum habet mundus, uſque ad Conſulatus provectum, familiæ ſuæ nobiltatem majore generoſitate pectoris faſtiditam. *Quæ eadem de S. Hilario videntur dicenda.*

c *Barolus & Surius* nobilitate.
d *Iidem* Præconium.
e *Item* Eligit.
f Facies.
g Modeſtis.
h *Iidem* Anteriorem.
i Eloquio.
k *Item* Actoris, *quod ſæpius recurrit.*
l *In iiſdem deerat verbum* intraverit. *Hæc in ſolo dimidio Prologo menda apud Baralium notata & ex Reginæ codice correcta placuit hic omnia adnumerare: ut appareat quam utilem operam ad hanc Vitam correctius edendam attulerit R. P. Petrus Poſſinus qui Baralii editionem mendoſiſſimam contulit ad longe accuratiorem textum accuratione ſumma, quamvis pauca deinceps notaturi ſimus ex plus quum centum quinquaginta caſtigatioribus locis: nec enim opera pretium eſt alienis erratis adnumerandis implere chartam. Solum addo in Suriana editione eorumdem erratorum non pauca, per ſapientem conjecturam fuiſſe feliciter correcta: ita mox infra initio Capitis* 1 *pro* jacebat, *apud Surium* jaciebat; *pro* tractavit, *legitur* tractatum *&c. uti in Codice Reginæ.*

B

CAPUT I.

Occaſio vitæ monaſticæ in Lerino inſula.

a b *a S. Honorato ipſum eſſeme*

2 HUnc igitur dum beatæ memoriæ *a* Honoratus pater, in novæ vitæ immortalitatem, cuperet pietatis regenerare viſceribus, *b* congregationem per ſe Domino acquiſitam pauxillulum dereliquit; & ad patriam, ex qua eum amor cæleſtis expulerat, tanti filii revocavit affectus. Corpore infirmus, mente validus & robuſtus, ſobolem novam ſpirituali adhortatione concipiens, inſtructione formans, orationibus procreans; in corde præclari ceſpitis ſanctum ſemen, aratro fidei percolendum, c *c* jaciebat peritus agricola, quod orationum perennibus donis, & lacrymarum fluentibus rivis jugiter irrigabat. Sed anima generoſa, quæ falſam atque fallentem ſeculi felicitatem innumero doctrinarum labore conceperat, cum ad cæleſtis regni militiam vocaretur, non levem habuit facilemque tractatum: quandoquidem ſe ſubtiliter ingerebat dulcedo præſentium, ut veram frugem & gloriam abſtraheret futurorum. Sed pius Pater, his adhortationibus animum, mundi proſperitate conſtrictum, ſolvere geſtiebat. Ego, fili, ſuperna inſpiratione flammatus, ut perennis vitæ gloriam conſequaris, ad eadem loca redire compellor, unde jam diu fugiendum eſſe ſalubri, ut cernis, definitione conſtitui: non tibi terrena, ſed cæleſtia; non caduca cum mundo, ſed æterna cum Chriſto, eodem ſponſore quo largitore muneris, in perpetuum proviſurus. Iſta quæ ſequeris, & quæ animo concepiſti, mors poteſt intercipere omni communis ætati; quæ autem ſuadeo, non deſerentes parant divitias, ſed manſuras; nec temporalia commoda, ſed æterna; nec titulos vaneſcentium honorum, ſed perennem gloriam tribuunt Angelorum. In ſeculi converſatione volatili (quam Scriptura prophetica umbræ apparenti & illico vaneſcenti credidit comparandam, dicens, Dies mei ſicut umbra prætereunt) recte quicquid aſpicitur deceptorium judicatur. Et ideo ſeu corporum vires, ſeu patrimoniorum facultates, ſeu felicitatis argumenta, vel diverſarum proſperitatum inſignia, pene eſt, ut ante tranſeant, quam producta lætitia quolibet uſu auctorem incipiant oblectare: quæ tamen plus metu amiſſionis excruciant amatorem, quam ſuæ proſperitatis ambitu lætificent poſſidentem; jugiter ſuſcepta, nec tamen manentia, more ſubdoli hoſtis ingerentis parvam prædam, ut poſſit animam perpetuo tenere captivam. Et ideo accenſus, non humano affectu, ſed divino nutu (quia non fallit ille qui dicit interius) magna & ſupra quam credi poſſunt de te mihi metere promitto; illa tibi & in præſenti proviſurus quæ non æſtimas, & in futuro quæ non poſſunt hactenus cogitari.

C *ad ſeculi fugam invitatur.*

Pſal. 101.

D

3 Sed cum B. Hilarius, exercitatione præcipua qua pollebat, acrimonia qua ceteros ſuperabat, eloquentiæ fonte qui ipſi ſuis inſtituentibus plus fluebat; iſta deſtrueret; non facile ſuſcipiendum credens, quod ſanctiſſimum eſſe mentis videbat intuitu; B. Honoratus ad Dominum tota ſe virtute animi convertit. Quo facto, non ſolum faſtidientis aſſenſum, verum etiam humilem & ſubjectum, Chriſto auctore, lacrymis gemitibuſque promeruit; quem blanda adhortatione non flexerat, violenta ſupplicatione ſuperavit; proſtratus in conſpectu Domini, ut eodem celſius exultaret; producens *d* flumina lacrymarum, ut à lacrymis eximeret futurorum. Illico in ejus pectore novæ cogitationis fluctus exæſtuat, ſuſcitantur alternantium diverſa inter ſe conſilia voluntatum; & cui invitantis Domini ingerebantur præmia, ipſius nihilominus mundi apponuntur obſtacula. In ſuſcipienda igitur cæleſtis militiæ tirocinia excitatus, talia ſecum ipſe deliberat: In ſtudiis ſeculi conſtituti, nonnumquam ſuadendi deliberatione ſuſcepta, juſta ab injuſtis, utilia ab inutilibus, perpenſa ſalubriter examinatione diſcrevimus: nonnumquam humanis auribus blandientes, ſpeciem juſtitiæ oratoriæ artis venuſtate celavimus: hic quid agendum eſt? Ubi cauſa vertitur ſalutis æternæ, [nihil] niſi ſtatus animæ & infinitorum cælorum eſt penſanda ſecuritas. Grandi maturitate tractanda ſunt, in quibus ad portum pœnitendi nec ratio ſupereſt nec recurſus: æquitatis lance cuncta penſanda ſunt, quæ utilitatis pondere menſuram ſuppleant in libra juſtitiæ. Cuncta quæ à mortalibus expetuntur, licet velut incomparabiliter pretioſa deſiderentur, ipſa continuo adoptione vileſcunt. Natura humana vitiorum noxio inſoleſcit appetitu, non contenta quod voluit, non ſatiata quod concupivit, in novas cupiditatum faces flammarum more detrimentis ſuis creſcens, pabuli abſumptione deficiens, nec intelligens quod nonnumquam in ipſis conatibus, morte immatura, mortem cogitur ſubire perpetuam: & idcirco, quid juſtitia, prudentia, fortitudo, temperantia demonſtrare ſoleant, ut dignum eſt, cogitemus.

cui repugnans, illius precibus movetur:

d

E

F

4 Juſtitia perſuadet, nihil Auctori Redemptorique præponendum, quia propterea Divinitas ad nos humiliata deſcendit, ut ad cæleſtia regna nos faceret pervenire. Recte deputatur eidem vita, qui dedit; Redemptori debetur obſequium: amplectenda devotio, quæ gloriam parit dignitatis Angelicæ. Prudentia ſimiliter docet, illorum exempla debere ſectari, qui Domino placuerunt: eligamus ergo quis noſtrum firmet ambiguum. Abraham primus incurrit, qui egredi compulſus à patria, præceptum convertit in præmium; aſtra viſus aſpicere, credidit quod contra naturam promittebat æternitas; promiſſum vertit in debitum. Iſtum decet imitari, innumera ſtellarum comparatione fœcundum, qui extitit regni perennis conviva glorioſus, cujus ſinus recte dicitur paradiſus animarū. Fortitudo, cordis anima generoſi, nihil humile, nihil abjectum permittit incipere: celſa ſectari, ardua conſcendere facit, adverſa ſuperare; deſperationem fortibus probationem nullatenus exhibere permittens. Temperantia provocat Regi cælorum

& ſerio deliberatis

perpendit quid dicens Juſtitia,

Prudentia,

Fortitudo,

Temperantia:

A lorum templum præparandum, fugatis tenebris vitiorum, replere lumine ſplendidiſſimo puritatis; abjectis voluptatum fœtoribus, caſtitatis fragrare thymiamate. Proinde, quia juſtitia Conditori nos tradere, prudentia majorum ſectari exempla, fortitudo contrarias proſternere poteſtates, temperantia templum Auctori parare debere juſtæ definitionis deliberatione ſuaſerunt; contemptum priſtinum ſpontaneo emendemus occurſu; quia non hunc, ſed illum à quo miſſus eſt, offendemus, ſi cauſam ſalutis diſſimulatione aliqua vel occupatione mundana crediderimus eſſe levandam. Et quia laborem ipſius ſuperna potentia invitavit, ut ſpolia diaboli victor ipſe ſuſcipiat, aſtructioni noſtræ ipſe B. Hilarius teſtimonium præbet, ita dicens: Hæſitantiæ meæ, invitante pio Domino, totus cum voluptatibus ſuis mundus aſtabat: quid relinquendum, quid appetendum videretur, animus meus, tamquam collatis apud amicum tractatibus, ventilabat. Quoties in animo meo velle & nolle ſucceſſit? Quid plura? abſente illo partes ſuas in me Chriſtus exequitur.

ſeculo reli-gio. 5 Tali diffinitione firmatus [Honorato] occurrit; aſpectu ſereno, animo ſecuro, ſummiſſo colloquio; quemadmodum humanum arbitrium divina præcedens gratia commutarat in melius, digna converſatione, ſermone nitente, habituque demonſtrans. Manum continuo in Euangelii miſſurus aratrum, ne retro vel cogitatione reſpiceret, obita taxatione omnium prædiorum, totius ſubſtantiæ acceptas à germano pecunias, vel uſibus pauperum, vel refrigeriis deputat monachorum. Nequeo ut dignum eſt vel æſtimare vel dicere, quemadmodum ſeculi voluptas, quæ ætatis lubricum illecebroſo humanæ fragilitatis eſcario & prava delectatione ſolet decipere, ex animo hujus Beati abjecta fuerit repente, ſalubri damnata conſilio, rationabili evitata perfugio, deſiderabili eremi glorificata ſecreto, illum Euangelicum percunctatorem meritis ſuperans, virtute vincens, perfecta conſummatione tranſcendens. Ille vendere noluit, hic univerſa diſtraxit: ille triſtis abſceſſit, hic lætificatus ſeculi paradiſum feſtinanter intravit. Aſtructioni noſtræ dignum B. *e* Eucherius teſtimonium præbet, ita dicens: Et tu, licet omnem cenſum in pauperes Chriſto dives effuderis; tu, licet præferas annis juvenem, moribus ſenem, *f* tamen plus eſt quod eremum concupiſti.

eremum appetis:

6 Ruptis ergo occupationum catenis, & Auctori facultatibus traditis, tanto duce terreſtrem ingreditur Lerinenſis inſulæ paradiſum, unde non more primi Adæ in hujus vitæ mitteretur exilium, ſed unde jure victoris ad cæleſtia poſtmodum regna raperetur. Hinc jam, omnibus nota illa mentis acrimonia, ardens anima, mens compuncta, quemadmodum ſingulorum in ea Dei ſervorum profectus alacri inſpectione pervaſerit, ut perſeverantiam hauſerit, vigilias vicerit, abſtinentiam rapuerit, humilitatis manſuetudinem tranſcenderit, orationis inſtantiam ſuperaverit, lacrymarum flumina meruerit, gratias omnium ſibimet vendicaverit, compunctionum virtutes attraxerit, & vim intulerit regno cælorum, Pontificalis gloria, mundo nota, ſatis ſuperque monſtravit. Siquidem quantum compunctionis tunc acquiſierit, hinc aperte cognoſcitur, quod poſtmodum in media civitate eremetica fecit inſtituta fervere. Amorem autem ſecreti ita medullitus auxit inſertum, ut cum illum Ducem ſuum Patremque perfectum, in *g* Sacerdotali faſtigio collocatum, ſub ordinationis principium crediderit comitandum; ſtatim definierit relinquendum. Quantus amor eremi fuit, apud quem B. Honorati dilectio non potuit ſtudio caritatis imminui. Sed ô! ardentiſſima compunctionis flamma, nequeo tuum ſauciato intuitu videre fulgorem. Quid tantopere fugis? quid deſeris? quali alibi poſſis lumen præſtare, quam ubi Auctor elegerit? Licet velis proprio gaudere ſecreto, licet conſuetudine eremi rapiaris; affectu Patrem deſerens, Pater effectus poſtmodum reverteris. Relationi huic ſcripta B. Eucherii præbent atteſtationem, quæ ad eum directa teſtantur: Magno animo egreſſus dudum de domo tua & de cognatione tua, uſque ad mare magnum recedentia eremi ſecreta penetraveras; majore tamen virtute repetita eſt à te eremus, quam petita: ſiquidem cum hanc prius hoſpes ingreſſus es, habuiſti Ducem & veluti itineris tui prævium, quem deinde etiam militiæ cæleſtis Magiſtrum: cumque in Pontificali faſtigio perſequendum putaſſes, ad familiare eremi ſecretum te amor retulit *h*. Et quia non multorum neceſſe eſt aſtructionibus narrationem ſuſcepti operis confirmare; quiſquis plenius iſta ſcire voluerit, opus, ubi hæc digne ſunt digeſta, percurrat.

Auct. Honorato ep. Mass.

Lerini ſanctè degit:

ANNOTATA.

a *Colitur* S. Honoratus *16 Ianuarii.*

b *In* inſula Lerinenſi, *nunc* S. Honorati *dicta.*

c *S. Hilarius de ſe ita in Vita S. Honorati loquitur:* Mei gratia, patriam quam faſtidierat non dedignatur accedere, nec refugit laborem tanti itineris, ſuis præcipue multis jam dudum infirmitatibus gravem: meque illic, jam in illis annis nimis amicum ſeculo & contumacem Deo, ut ſeductor & verax, ad amorem Chriſti blanda manu tentat [adducere].

d *Ibidem. O* quamdiu mollire duritiam meam niſus eſt imbre lacrymarum! quam piis mecum pro ſalute mea amplexibus oſculiſque certavit! Ad præſens tamen, ut ille ait, vici peſſima victoria. Sed agitandum me illiuc & edomandum dextera Dei ſuſcepit, illi enim me oratione tradiderat.

e S. Eucherius Epiſcopus Lugdunenſis (*cui dies 16 Novembris ſacer eſt*) *inſcripſit S. Hilario epiſtolam* de Laude eremi *à noſtro Roſweido editam, cum altero illius opuſculo* de Contemptu mundi.

f *Sequentia ita extenduntur*: moribus ſenem, ſis etiam ingenio clarus, clarus eloquio; nihil in te tamen primore loco magis ſuſpexerim dilexerimque, quam quod ſolitudinis ſedem ſic concupiſti.

g *Succeſſit* S. Honoratus *Patroclo, anno 426 occiſo, ut ad illius Vitam diximus.*

h *A dictis verbis incepit ſuam epiſtolam S. Eucherius: ex qua hæc ſubjuncta addo*: Ergo, *inquit*, nunc es nobilior & major exemplo. Prius enim cum deſertum peteres, comitatus fratrem videbaris: nunc cum deſertum repetieris, etiam patrem reliquiſti &c

CAPUT II.

Epiſcopatus Arelatenſis. Pia exercitia. Libri ſcripti.

a *A S. Honorato moribundo deſignatus. ſucceſſor.*

7 GEmens à *a* biennio, cum, ad meriti proprii percipiendum ex merito præmium, ex vitæ iſtius curſu beatus Pontifex vocaretur Honoratus; miſſis epiſtolis, ut extremis ſuis intereſſe deberet, admonuit. Ita juſſionem ejus feſtinavit implere, ac ſi revocaretur ad eremum. Cumque ad tantum virum crebra ſublimium virorum agmina benedictionis accipendæ gratia advenetarent, cœperunt de ſucceſſore B. Honorati flagitare reſponſum: excitati deſuper animi, de electione Pontificis, ad judicium perrecturi teſtimonium poſtulabant. Supremo halitu, ſummum meritis ſingularibus, digito demonſtravit Antiſtitem. Impenſis ergo ſupremis obſequiis, iterum S. Hilarius ad eremi ſecreta feſtinat. Sed illa

& S. Honoratum Epiſcopum deſerit.

AUCT. HONORATO EP. MASS.

Divinitatis potentia, quæ modis occultis ſuam per humana miniſteria peragit voluntatem, illuſtris viri Callij, qui tunc præerat militibus, animum repente ſuccendit, ut ignotum, ut longe poſitum, ut denique ad eremum properantem, ardenter expeteret, fortiter retineret, violenter attraheret. Electum civium numerum cum non parva manu dirigit militantum; feliciter pervenitur; ſpiritualis præda adſtat ante oculos inquirentium, & nihilominus ignoratur; quorumdam tamen indiciis declarata capitur. O ſupernæ gratiæ diſpenſatio inaudita! ubi officia paſtoris oves egerunt. Nec immerito poſtmodum abegit ex mente lupum, ubi oves primitus paſtoris officium peregerunt.

trahitur invitus ad Epiſcopatum

8 Cumque ſolicito gregis agmine ſervaretur; animus ejus plus de divini judicii demonſtratione ſolicitus, quàm extaret de ſuſcipiendi officii onere occupatus, diurnis nocturniſque fletibus voluntatem ſibi Domini declarari flagitabat enixe. Cumque poſitum in itinere ſolicita expectatione pavor judicii fatigaret, etiam clara voce, quæ intrinſecus volvebantur, omnibus patefecit. Igitur B. Hilarius cogentibus ſe ad Pontificatus officium, tale fertur dediſſe reſponſum: Licet (inquit) fortiter caritatis illigatum me vinculo teneatis, & violenta cuſtodum catena cingat aſtrictum; niſi Dominus voluntatis ſuæ mihi dederit ſignum, nequaquam Sacerdotii ſum ſuſceptu-

B

quem ab co. lumbam capiti inſidentem admittit:

rus officium. Itaque cum tali affatu cunctorum vota atque animos vulneraſſet, ac mœſto ducentium agmine vallaretur; Alamannicum deſcendens caſtellum, niveæ columbæ, deſuper advenientis & reſidentis in capite, divino acſi confirmatus attactu, omne amputavit ambiguum; quæ nec illis civium militumque frequentibus turbis atque cuſtodiis, vel abigi potuit, vel territa fugari, quin beato vertici ſuperpoſita, Domini voluntatem, dum ſecura reſidet, apertiſſime demonſtraret. Nullo dubitationis veſtigio deinceps derelicto, ubi columbæ ſpecies (quæ jam tunc comparata Spiritui ſancto ſuper caput Jeſu ejus venit in Baptiſmo) Pontificis quoque futuri deſignaverit nutu divino ſpecialius dignitatem, ſcilicet quæ ſupernam benedictionem pernicibus pennis, ſtridenti volatu, terris velocius deportaſſet, ut prius quam vocibus humanis, favore ſuperno dignus Pontifex clamaretur. In tam præclaro cultu novoque miraculo exigebat materię magnitudo diutius immorari, niſi narrationis ordo cœpta compelleret explicare.

C

lætanter exceptus conſecratur

9 Domini ergo voluntate omnes alacres, tam de confirmato invicem voto, quam de oſtenſo ſummi Pontificis merito, lætiores ad Arelatenſem perveniunt civitatem. Occurritur; feſtinatur. Primas, delicias vultus ſui ſplendore advenientibus præbens, merita interioris hominis, exterioris pulchritudine, demonſtrabat. Eminentiſſimam Sacerdotii dignitatem & novum privilegium ſanctitatis Angelico præferens vultu, agnoſcitur & agnoſcit. In quo agnitus eſt, magnus extitit; in quo agnovit, major apparuit; ſicut Sacerdotii gradu ſummus, ita humilitatis deſcenſu faſtigium celſæ ſublimitatis indeptus. O vere perfectus Chriſti diſcipulus, qui vias Magiſtri ſecutus, exercuit docendo quod didicit! Conſecratur in Sacerdotio, jam diu virtutum meritis conſecratus. Amplectendum conſecrationis miniſterium, quod auxit merita conſecrantum! Effectus nomine Sacerdos, qui jampridem virtutum erat decoratus inſignibus, ita ardenter & ſtrenue cœpit, ac perfectiſſime conſummavit; ut in illius temporis incerto tumultu, quem pax longa metuerat, congregationem ſubito inſtitueret, ſecreti cupidam, continentiæ virtute creſcentem; quam ſuo non minus pene imbuit exemplo, quam formavit eloquio. Hic affectu animi promptum, ſed effectu ſermonis imparem me eſſe profiteor, ut incipere audeam, qua pietate ſuſtinuerit infirmos, quibus doctrinis imbuerit imperitos, quidquid in civitate ſummum, in celſitudine arduum, in mortificatione corporis aſperum, in ſeculi contemptu viliſſimum, æquitate juſtitiæ pretioſum, correctione providum, ſapientiæ conſideratione præcipuum, cæleſti deſiderio ſempiternum, exercuit, implevit, oſtendit. Adeptus ipſe cæleſtem gloriã, exemplo ſuo fecit alios adipiſci: ad Philoſophiæ ſupernæ dogmata expeditus inceſſit, & ut alii quoque incederent inflammavit. Uſum vitæ temporariæ minimis, immò nullis exegit impendiis, & ita docuit ſingulis dierum curriculis tranſigendum. Ad obtinenda futura præmia innovato ſtudio ſemper exarſit, & ut alii inardeſcerent, oratione & adhortatione coëgit.

D

exemplo & adhortationibus ſuos excitat:

10 Cum primum ſpeculatoris ſuſcepit officium, in ſe ipſo primum monſtravit quemadmodũ congregatio mundum contemneret, corpus deſpiceret, & vitia ſuperaret, fatigaretur laboribus, manuum quoque operibus continuis vexaretur, ſanctis paginis inhæreret, jejuniis & vigiliis ſtudium commodaret, unius tegmine tunicæ contentus æſtatis ardorẽ & hiemis rigorem toleraret, iter pedibus conficeret. Talia ſibi ſuiſque ingerens documenta; Manducandi neceſſitas incumbit, ſemina jaciamus; vini perceptio præſumenda eſt, vineas excolamus; implevit illud Apoſtolicum ne quẽm forte gravaret otioſus. Victus proprii habita ratione, ſi quid operi ſuperfuerat, deputabat expenſis pauperum. In meditatione jugiter permanere, verbi miniſterio indeſinenter inſiſtere, multiplicibus cæleſtis ſapientiæ myſteriis ſaginari, Dominum proximumque diligere, Sacerdotes Domini non ſolum verbis, ſed factis accendere, zeli ſuperni æmulatione flagrare, inſtituere monaſteria, ædificare templa, digna Sacerdotio conſecrare; propriis non ſolum manibus, ſed nec periculis temperare; ſuſcipere orphanos, confirmare monachos, accerſire ſeculares, inſtitutione ſua Pontifices ordinare; ita quotidianam ſui actus diſcutere rationem, ut ſuperno Judici tamquam multiplicatum diſpenſationis ſuæ talentum niteretur ingerere.

E

officia Epiſcopis digna peragit: 2 Cor. 12.

11 Ita viſcera ejus miſericordia quatiebat & pietas, acſi ſolus ad redimendum paginis cæleſtibus urgeretur. Tractavit ſecum, deliberavit, & fecit, ut ſacra miniſteria *b* captivis ſolatia potius præſtarent quam eccleſiis ornamenta. Quid dicam cupidus, quid omittam neſcius, ab his qui majora ſciunt negligens judicandus? Quidquid argenti omnes baſilicæ habuerunt, captivorum redemptioni protinus deputavit. Cumque omnia cognoviſſet expenſa, exultans atque congratulans, quia vota fidelium, diſpenſatione ſua videbat cæli in ſedem præmiſſa; numquidnam poterit exiſtimari quantum viſceribus ejus inſederit pietas, qui uſque eo credidit omnia diſtrahenda, quouſque ad patenas vel calices vitreos veniretur? Accendit ſtudia offerentum diſpenſatione laudabili; nec ut fatigaret rejecit, ſed ut iterato offerrent uberius excitavit. Offerentum devotio gratanter optavit, ut oblatio ſua primum ſacris altaribus, poſtmodum membrorum Chriſti redemptionibus militaret.

pro captivorum redemptione tradit argentum Eccleſia: b F

12 Quemadmodum etiam ſervi Dei debeant honorari, documentis ſpiritualibus ſalubriter imitandum poſteris non negavit. Nam cum *c* S. Capraſium, ſicut ipſe dicere ſolitus erat, Angelica in inſulis converſatione degentem, infirmitate fatigari corporea, certis nuntiis comperiſſet; ad ejus occurſum celeri ſe feſtinatione proripuit, ad cujus pedes reſidens, ut ſui meminiſſet, humilitate ſubmiſſa ſed virtute inclyta flagitabat. Juſte dum tanto eremi incolæ impendit obſequium, & ſingularem præbet humi-

inviſit S. Capraſium ægrum: c

litatis

litatis affectum; Sacerdotii dignitatem, quo magis extolleret, solerter invenit. In eodem loco tunc
d temporis S. *d* Faustum Presbyterum pariter & Abbatem, ita futurorum præscius honoravit, ut inter
e f se & sanctos Sacerdotes *e* Theodorum & *f* Maxi-
honorat S. Faustum mum, medium compelleret residere. Constat ergo humilitatis culmina, proprio eum comparasse despectu, & celsum perinde virtutum meruisse fastigium. Sed forte hæc tanta & tam multiplicia veræ humilitatis exempla, aliquod superbiæ periculum generarunt, & non potius sublimis humilitatis comparunt celsa præconia.

superbis resistit: 13 Extitit rigidus, sed superbis; extitit terribilis sæculi iniquitate turgentibus, cenodoxiæ vanitate tumentibus: ceterum congregationi sanctæ & consummatis viris, non solum cor atque animum, sed
Præfectum urbis secreto & corpus quoque promptissime prosternebat. Quantum igitur districtionis habuerit, in causa justitiæ apertissime declaravit, ita ut ne dignitati quidem pepercerit Præfecturæ. Nam cum sæpius Præfectum temporis illius secrete monuisset, ut ab injustis judiciis se temperaret, & consuetudinario lapsu ille ferretur in præceps; accidit, ut dum in basilica Constantia, sacra solennia celebraturus, productis fontibus cælestium doctrinarum fidelium corda rigaret,
B subito ingrederetur cum suo officio Præfectura: quã dum ibidem cerneret immorantem, à prædicatione cessavit, dicens; non esse condignum, ut qui ejus pro salute propria contempserat monita, spiritualis
dein publice arguit: cibi perciperet alimenta. At ubi ille, digna confusione perfusus, egressus est convivium, quod inchoaverat; spiritualium deliciarum cibum, rursus innovato studio, profusissime cœpit præbere agminibus populorum; & reliquit exemplum, qualiter constantiæ virtute, mundanæ contemni debeant potestates.

magno zelo & eloquentia concionatur, 14 Temporalis vero ejus prædicatio, quantum flumen eloquentiæ habuerit, quas sententiarum gemmas sculpserit, [quomodo] aurum supernorum sensuum repererit, argentum splendentis eloquii abundaverit, descriptionum varias picturas & rhetoricos colores expresserit, ferreum spiritualis gladii acumen in truncandis hæreticorum venenatis erroribus exeruerit, non dicam differere, sed ne cogitare me posse protestor. Sedilibus præparatis in jejunio, ab hora diei septima usque in ejus decimam, epulis plebem spiritualibus saginabat: pascendo esurire cogebat, esurientes nequaquam pascere
C desistebat. Nescio utrum satietas plus famem fidelium provocaret, an edendo plebem magis coëgerit
Eccle.24. esurire, implens illud sapientiæ dictum, qui edunt me adhuc esurient, & qui biberint me adhuc sitient.
etiam apud rusticos: Si peritorum turba defuisset, simplici sermone rusticorum corda nutriebat; at ubi instructos supervenisse vidisset sermoni, vultu pariter in quadam gratia insolita excitabatur, seipso celsior apparebat, ut ejusdem præclari auctores temporis, qui suis scriptis meriti summi claruere, Silvius, Eusebius, Domnolus, admiratione succensi, in hæc verba proruperint: Non doctrinam, non eloquentiam, sed nescio quid super homines consecutum. Quid plura dicam? nisi dicendi pausa desuper eidem advenisset, sermonem finire non potuit, tanta gratia exundante, & miraculo & stupore crescente, ut peritissimis tunc auctoribus despectum sæculi ejus inferret oratio, in tantum, ut Livius, temporis illius Poeta & Auctor insignis, publice proclamaret. Si Augustinus *g* post te Hilari fuisset, judicaretur inferior.
g *Vitam S. Honorati & alia scripsit:* Et licet gratia ejus ex his operibus, quæ eodem dicendi impetu concepit, genuit, ornavit, protulit, possit absque hæsitatione dignosci, *h* [præ ceteris tamen eam commendant] Vita Sancti Antistitis Ho-
h norati, *i* Homiliæ in totius anni festivitatibus expeditæ, Symboli expositio etiam ambienda; epistolarum vero tantus numerus; *k* Versus etiam fontis ardentis.

Auct. Honorato *ep. mass.* i k

15 Sed ne quis me existimet falsa fortassis asserere, testimonium B. Eucherii Episcopi Lugdunensis justum credidi adhibendum, qui ejus volumine prosa versuque percepto, ita respondit: *l* Dictu difficile est, quanti mihi pretii fuerint litteræ sanctitatis tuæ, in quibus ita expertam facundiam recognovi, sicut tenes in aliis modestiæ morumque operibus principatum. Ignosce de te studiose minora dicenti, quia semper *m* in prædicatione sui virtus erubescit; m cum hoc ipsum verecundiæ genus pars magna virtutis sit. Inaudita forsitan crederer replicare, nisi hoc magnorum virorum dictis, scriptis, testimoniisque firmarem. Sedili mensaque apposita, liber ingerebatur, & Titio astante notario, liber præbebat animo cibum, manus nectendi velocitate currebat; notarii simul ferebantur articuli, & oculus paginam percurrebat. Adveniens [inter hæc] S. Edesius, rhe- *& Edesio*
toricæ facundiæ & metricæ artis peritissimus vir, stupens & admirans, hæc lætus effudit:

laudatus à S. Eucherio, l

Vidi ego, nec dignus tanta ad præconia testis,
Prolixos soles *n* jugi cessisse labori. E
Nectendi varias operatio *o* junxerat horas, n
Nec finem precibus *p* mutatus fecerat actus. o
Credere vix possum quemquam sic tempore eodẽ p
Nectere dictantem, relegendo, *q* lecta fatendo, q
Ore, manu, simul ac operari, attendere, fari.

ANNOTATA.

a *An* triennio *legendum? Ita Barralis arbitratur* S. Honorato, *anno* 430 *defuncto, successisse S. Hilarium. Verum S. Hilarius in ejus Vita num.*26 *appellat* breve tempus, quo indultus est Arelatensibus: *& sic*, biennio, *commodius permaneret.*

b *Forte legendum*, ut sacra divinis mysteriis vasa captivis..... solatia præstarent. *Porro ne quæras, unde vel ubi captivorum redimendorum aut solandorum copia; cum iis temporibus plurimi barbari invaserint hasce ditiones, qui sunt ab Idatio in Chronico relati, dum fuerunt subinde repulsi. Ita ad annum* 429, Per Aëtium Consulem, *ait*, haud procul de Arelate quædam Gothorum manus extinguitur, Anaolfo optimate eorum capto. Juthungi per eum similiter debellantur & Gothi. *Et ad annum* 435 Burgundiones, qui rebellaverant, à Romanis Duce Aëtio debellantur. *Et ad* F
annum sequentem 436. Narbona per Gothos obsessa, obsidione liberatur, Aëtio Duce & Magistro militum. Burgundionum cæsa viginti millia. *Et ad annum proximum* 437. Gothorum cæsa octo millia sub Aëtio Duce. *Iterum ad annum* 438. Bello Gothico sub Theodorico Rege, apud Tolosam, Litorius Dux Romanus, inconsultius cum auxiliari Hunorum manum irruens, cæsis his, ipse vulneratus capitur, & post dies paucos occiditur. Inter Romanos & Gothos pax efficitur. *En varia bellorum tempora, quibus eminuisse potuit caritas S. Hilarii in redimendis captivis.*

c *Erat Abbas Lerinensis* S. Caprasius, *mortuus* circa annos triginta supra quadringentos, die Kalendarum Juniarum. *Ita ejus Acta: in quibus & ista habentur:* In ejus extremis convenerunt glorioſæ & inclytæ memoriæ Sacerdotes, Faustus scilicet, Theodorus, Maximus & Hilarius: *atque de hoc eadem, quæ hic, humilitatis exercitia narrantur.*

d *Est hic* S. Faustus, *dein Episcopus Regiensis, de quo secuti Barralim egimus* 16 *Ianuarii. Verum in Ecclesia Regiensi colitur* 28 *Septembris, quando iterum de eo agi poterit.*

AUCT. HONORATO EP. MASS.

e *Quis hic* Theodorus, *tunc Epiſcopus, non conſtat. Fuit Forojulienſis Epiſcopus, ſed poſt S. Leontium; qui poſt hoc tempus aliquandiu præſedit.*

f *Hic eſt* S. Maximus *tunc Regienſis Epiſcopus, colitur 27 Novembris, ſucceſſit illi S. Fauſtus.*

g *Vixit quidem eodem tempore S. Auguſtinus, ſed citius deceſſit, anno ſcilicet 430. Quinam autem fuerint* Silvius, Euſebius, Donnolas, *Hilarii laudatores, necdum comperi: neque quis* Edeſius *Poëta mox citandus.*

h *Hanc illuſtravimus ad 16 Ianuarii.*

i *Philippus Labbe de Scriptoribus Eccleſiaſticis cenſet, aliquas hujus Homilias eſſe ex iis quæ ſub Euſebii Emiſeni Epiſcopi ſive Eucherii Lugdunenſis nomine hactenus prodierunt: ſed quænam ſint, aliis diſcernendum relinquit.*

k Hiſtoria Geneſeos uſque ad 7 caput Heroico carmine deſcripta ad S. Leonem Papam, inepte tributa S. Hilario Pictavienſi, convenientius huic quadrat, *teſte eodem Philippo Labbe.*

l *Expunxi ſenſum nullum facientia hæc verba*: Et tu, licet ſis clarus eloquio, clarus ingenio; tu, licet præferas annis juvenem, moribus ſenem, & auxiliaris auctor Romanæ facundiæ. *Nomen porro* Auctoris *ſupra bis repetitum, pro* Rhetore *videtur accipi: alibi pro* Creatore Deo.

B m *Valde mutila hæc apud Baralim leguntur de Titia notario.*

n *In Barali nil intelligebile notat his verſus,* Prolixos ſole digito ceſſiſſe labori. *Deſperata autem erat correctio, niſi codex Reginæ ſuccurriſſet pro* digito *exhibens*, jugi.

o *Impreſſum*, ratio varias injunxerat: *in MS. autem eſt*, operatio varias junxerat: *ſed tranſpoſitis perperam verbis uti ex ipſa metri lege apparet.*

p *MS.* mutatis, *Baralis* invitatis: *apice uno addito ad lectionem priorem, ſignificatur, mutato operandi actu, non fuiſſe mutatum actum precandi: eo quod etiam inter opus manuale continuabantur preces.*

q *MS. Reginæ hic mutilum duos verſus in unum contractos ſic exhibebat*, Nectere, dictantem ſimul ore, manu, operari, attendere, fari.

CAPUT III.

Illuſtres virtutes: miracula. Iter Romanum ad S. Leonem.

Parcus in cibo,

16 CIbum ſine lectione non ſumpſit. Ab eodem in civitatibus iſta eſt invecta primitus conſuetudo, & tanta parcitate vita eſt illius ſuſtentata, C ut raro ſecularium aliquem invitaret. In omni loco, quidquid ad profectum pertinere poterat, alacer inquirere, ſtrenuus exercere, ſolers conſueverat conſummare. Jam quemadmodum ſalinas expetens, *a* automata propriis manibus & ſudore confecerit, *a ſtrenuus in exerciiiis,* [ſolitus] hebdomade completa die Dominico media nocte conſurgere, triginta millia pedibus conficere, poſtmodum ſacris ſolennibus intereſſe, & uſque ad horam ſeptimam populos paſcere, ut dignum eſt, nec antiquorum poſſit explicare facundia.

pœnitentiã inculcat.

17 Quotieſcumque pœnitentiam dedit, ſæpe die Dominico ad eum turba varia confluebat. Ad ejus caſtigationem quicumque adeſſe voluiſſet, lacrymarum ſe imbribus eluebat, cæleſtibus judiciis territus promiſſiſque ſuccenſus. Tanti gemitus, tanti fletus adſtantibus naſcebantur, ut vitæ præſentis horrerent habitaculum. Quis ita futuri judicii monſtravit examen? Quis ita tenebroſum terribiliter intimavit incendium? Quis ita fluvii exurentis pariter & rapientis cruciatus expreſſit? Quis ita vulnera conſcientiæ ante oculos inſpicienda reduxit? Admonitione completa, cum lacrymis ſupplicationum ſumebat exordia; ut pœnitentiæ fructum, quem monendo contulerat, orando firmaret. Nam mulier quædam cæca, dum manus ejus impoſitione benedicitur, viſum ſe recepiſſe proclamat (æſtimo quod antea interiori homini præſtitit, quod exteriori poſtmodum impetravit) quæ, recepto lumine, ducem viæ deinceps non quæſivit; ſed precibus ejus non ambigo impetratum, ut tantum miraculum ad paucos admodum perveniret. Die etiam Dominico, dum lectionum ſolennia recitantur, quidam plaſma conſtrictus, Sancte, inquit, Hilari, cur me torques? publica voce proclamat. Tune B. Hilarius, ea qua poterat Dominum vi conſtringit, & rogat. Cumque ſe obtinuiſſe ſenſiſſet, Imperat tibi Jeſus, ait, ut de iſto nomine nullam facias mentionem; qua ſupplicatione cum quaſi quibuſdam catenis aſtringeretur, obmutuit; plus ſe obtinuiſſe congaudens, quia ejus meritum potuit occultari, quam plaſmatis vigentis ſoſpitate. D *illuminat cæcam:* *ſanat energumenum*

18 Sacrilegium etiam quo ſpiritus pythonis muliere obtenta influxerat, quam ſolerti ſpiritualis arte conſilii extinxerit, nequaquam ſilentio prætermittam. Comprehenſam jubet, recenſitis lectionibus veteris Teſtamenti, in cancello eccleſiæ publice collocari: quid lex juberet, quantum mali Chriſtianis mentibus diabolicæ perverſitatis propinaret aſtutia, ſermone profluo demonſtravit: & ne ullus deinceps tanto ſacrilegio, dum dæmonum reſponſa perquirit, ſponte ſe ſubderet, neceſſaria inſtructione perdocuit; nullam deinceps excuſationem, etiam negligentibus derelinquens, quam idcirco publice feciſſet ſtatui, ut non liceret poſtmodum ignorari. [Poſtquam autem dæmonem] præcepit abire; malignus ſpiritus, quia videbat aperte ſe proditum, nec poſtmodum decipiendis animabus clandeſtina fraude valiturum, Quo, inquit, vadam? Et Sanctus, advertens quantum Dei gratia ſuo miniſterio effeciſſet, lætus exclamat: Maximum purgationis indicium eſt, neſcire quo recedas. Populos etiam egredientes poſt Euangelicam lectionem, tali clamore revocavit: Exite, inquit, exite, quia hoc vobis de gehenna facere non licebit. Tunc ſpecialis zeli æmulatio ſingularis, ultionem pœnæ terribilem ob eorum exegit injuriam: nam cum facilis ad eum *b* tunc inaniter excitata populorum turba, & inconſueta decepta que veniſſet, ejuſque animum conciraſſet; civitatis pars maxima, miſſo deſuper terribili incendio, conflagravit: quod ipſi quoque, qui non mediocribus ſunt diſpendiis fatigati, ob ejus vindictam veniſſe cognoſcentes, propria voce clamaverunt; & flebiliter poſtea ejus genibus provoluti, miſericordiam poſtulabant. E *& Pythonissam.* *revocat egredientes è templo.* b F

19 Ille autem lectioni intentus, vigiliis deditus, orationi ac jejuniis jugiter mancipatus, cilicii aſperitate exilitatem tenuati corporis macerabat. Nec hyemis quidem rigore, quo ſolent torrentia flumina glaciali algore conſtringi, pedes indumento adjecto texit. *c* Nunquam eis linum lanamve concedens, Pſalmorum miniſteriis ſuavi modulatione cantatis, fletus uberes adjungebat. Orationem gemitibus inenarrabilibus duplicabat. Ab opere nec in noctis obſcuro deſiſtens, manus nota rapiebantur velocitate nectendi, mens recolendi exercebatur induſtria. Semel evigilatus, nec oculis pepercit, nec membra poſuit ad quietem; nihil aliud agens, niſi ut eum ſpirituales hoſtium catervæ invenirent occupatum pariter & armatum. In his profectibus conſtitutum ſubitus ardor accendit, ut Heliodori matrem, hæreſis Arrianæ vinculis colligatam expeteret, illuminaret, attraheret, & in æternum oblaturus in præſentia conſecraret. *intentus orationi, vigiliis, pœnitentiæ.* c

20 Pietatis autem ſuæ inſignia in his, quos ad cæli regna præmiſit, ita intimis invicem miſercordiæ viſceribus demonſtravit, ut nullus valeat imitari.

Minimi

A Minimi cujuſque Lectoris tranſitu, ejuſdem animus taliter vulnerabatur interius, ut ſingultibus quateretur, & profunderet fletus uberrimos, non aliter ac ſi unici pignoris ſolatio caruiſſet. Caſus quoque infirmitateſque ſuorum, vulnera propria reputabat. *Levitæ attritum pedem* Quod ſancti Cyrilli, tunc Levitæ, manifeſte patuit documento; qui baſilicis præpoſitus conſtruendis, dum marmorum cruſtas & theatri proſcenia celſa deponeret, fideli opere nudans loca luxuriæ; quod Sanctorum parabat ornatibus ſubito [lapſum eſt], molarum funibus ruptis, [ita ut] impetus marmoris deſuper venientis ſtantis pedem cum extrema digitorum parte occupatum collideret atque minueret: pro cujus gemitu & dolore non minus vulneris vir beatus excepit in corde, quam colliſus ſuſtinebat in corpore. Cumque miniſtri vulnus immenſum juges & indefeſſos Sacerdoti gemitus extorqueret, quia ejuſdem cellæ erat ejus cella conjuncta; remedia vir ſanctus more ſolito ſupplicationibus flagitabat. Paululum [deinde] ſopore depreſſus, videt reverentem eminus aſtare perſonam, quæ mœſtitudinum cauſas ſolicite perquirebat. Ille colliſum Levitæ pedem,
d non ſolum mœrorem ſibi *d* triſtitiæ, ſed & vulnus animi indicat inflixiſſe. Percuntatus; Vis, inquit, ut dolor omnis abſcedat? Optare ſe omni aviditate reB ſpondit. Produc, ait, pedem, vicariò ſuccidendum, & omnis protinus miniſtri dolor aufugiet. Pedem ſine hæſitatione protendit, ictum ferientis libenter excepit; tantuſque dolor acceſſit, ut refectionis dulcedinem doloris excluderet magnitudo. Evigilans non dubitavit implendum, quod fuerat promiſſum: ad præfati cellulam dirigit inquirere, *ſanat etiam in ſomnio ei compatiens.* ut qualiter ſe Levita ſentiret illico nuntiaret. Mandat ille omnem receſſiſſe dolorem, quietem deſuper eſſe conceſſam. Merito ejus pietate ſanatus creditur, cujus inquiſitione quietiſſimus reperitur, qui in relevatione proximi, membrorum propriorum jacturam credidit faciendam; implevit divinum præceptum; quinimo feliciter & exceſſit, dicente domino, Diliges proximum tuum ſicut te ipſum. Ecce invenitur hic beatus dilexiſſe proximum ſupra ſeipſum, qui quantum definitio mentis habuit, membra tradidit amputanda propria, ut ſanaret aliena.

21 In excurſibus autem quis, ut dignum eſt, explicabit, quantum ejus præſentia prorectum contule
e rit civitatibus Gallicanis, S. Germanum *e* ſæpius *cum S. Germano deponit Chelidonium Epiſcopum.* expetendo, cum quo Sacerdotum miniſtrorumque vitam, nec non profectus exceſſuſque tractabat. Ubi ejus adventus innotuit, flammata ad utroſque nobilium & mediocrium ſtudia convolarunt, aſtruentes Chelidonium *f* internuptam ſuo adhibuiſſe conC ſortio, quod Apoſtolicæ Sedis auctoritas & canonum prohibent ſtatuta: ſimul ingerentes ſeculi adf miniſtratione perfuncto, *g* capitali aliquos condemg naſſe ſententia. Tantæ rei novitate permoti, teſtes imperant præparari. Conveniunt ex aliis locis probatiſſimi Sacerdotes, res omni ratione prudentiaque diſcutitur, accuſatio teſtimoniis confirmatur. Adhibetur vera ſimplexque definitio, ut quem Scripturarum regulæ removebant, voluntate propria ſe removere deberet. Ille Urbem credidit expetendam, ibique ſe injuſto rigore aſtruit condemnatum. Quod ubi comperit vir beatus, quanto ſtudii ardore, quantoque zelo ſuperno fuerit inflammatus, ut non hiemis aſperitatem, non Alpium ſtridores attenderet vel frigora, non vitrea glacialis cruſtæ ſpicula protinus reſoluenda, nec deſuper gladii acuti ſimiles expaverit aculeos dependentes, in frigoris terrore mortiferi gelu concreto, velut vibratam dextram imitantes.

22 Verum ille inconcuſſa fidei radice conſtanter animatus, præſertim qui ad tantam voluntarie vene-

rat paupertatem, ut pedibus iter aggredi & conficere non timeret, intrepidus urbem Romam, ſine equo, ſine *h* ſagmario vel ſago, omni difficultate ſuperata, feſtinus intravit: Apoſtolorum Martyrumque occurſu peracto, B. Leoni Papæ illico ſe præſentat; cum reverentia impendens obſequium, & cum humilitate depoſcens, ut Eccleſiarum ſtatum more ſolito ordinaret; aſtruens aliquos apud Gallias publicam merito excepiſſe ſententiam, & in Urbe ſacris altaribus intereſſe. Rogat atque conſtringit, ut ſi ſuggeſtionem ſuam libenter excepit, ſecrete jubeat emendare; ſe ad officia, non ad cauſam veniſſe; proteſtandi ordine, non accuſandi, quæ ſunt acta ſuggerere: porro autem ſi aliud velit, ſe non futurum eſſe moleſtum. Et quia tantorum virorum, præſertim jam ad ſupernam gratiam vocatorum, nec in narratione audeo judicia ventilare; hoc breviter tetigiſſe ſufficiet, quod ſolus tantos ſuſtinuit, quod nequaquam minantes expavit, quod inquirentes edocuit, quod altercantes vicit, quod potentibus non ceſſit; quod in diſcrimine vitæ poſitus, communioni ejus, quem cum tantis viris damnaverat, conjungi nullatenus acquievit; quod cuſtodibus appoſitis, hiemis rigore ſæviente, quos ratione non flexerat, credidit *i* relinquendos. In civitatis receſſu, i licet corporali infirmitate fractus, tamen perfectioE ne ſanctus, & pietate prompiſſimus, totum ſe ad placandum tunc animum *k* S. Leonis inclinata hu- k militate convertit, miſſo primitus ſancto Ravenio tunc Presbytero, poſtmodum proprio ſucceſſore. Deinde ſanctum Nectarium, ſanctumque Conſtantium præcipuos Sacerdotes [ad eumdem direxit].

23 Et quia quantum in hac cauſa dictaverit, huic *eum ſibi reconciliat* operi nulla poſſum ratione connectere, Auxiliaris tunc Præfecti quæ fuerit ſententia credidi inſerendum, cujus hæc verba ſunt: Sanctos Nectarium & Conſtantium Sacerdotes, cum beatitudinis tuæ parte venientes, digna admiratione ſuſcepi. Cum his ſæpius ſum locutus de virtute animi atque conſtantia, contemptuque rerum humanarum, quo inter fragilitates noſtras ſemper beatus es. Nam quid poteſt in hac corporea vita eſſe ſecundum, quæ cum ſit miſera, tamen non poteſt eſſe perpetua? Locutus ſum etiam cum ſancto Papa Leone. Hoc loco credo aliquantum animo perhorreſcis: ſed cum propoſiti tui tenax ſis, & ſemper æqualis, nulloque commotionis felle rapiaris, ſicut nullis extolleris illecebris gaudiorum, ita ego nec minimum quidem factum Beatitudinis tuæ arrogantia memini *l* contal gione fuſcari. Sed impatienter ferunt homines, ſi F ſic loquamur, quomodo nobis conſcii ſumus; aures præterea Romanorum quadam teneritudine plus trahuntur, in quo ſi ſe Sanctitas tua ſubinde dimittat, plurimum tu, nihil perditurus, acquiris. Da mihi hoc, & exiguas nubes parvæ mutationis ſerenitate compeſce.

24 Talia percipiens, totum ſe orationi, prædicatio- *conſueta munia peragit.* ni, operationi, velut incipiens, mancipavit, rigore diſtrictus, miſeratione propenſus, largitione promptiſſimus. Non contentus quæ inveniebantur ingerere; niſi ſolatia conſolationum, rivis fletuum cumulaſſet, unde ſanctus Edeſius ita proſequitur *m*: m

Vidi ego prævento ſ fletu magis ubere fletus:
Quod dabat in nummis, cupiebat creſcere votis.
O quam prompta viget miſeratio, quam cita donis,
Gratia! Non etenim ſolum eſt ad munera largus,
Majores ſed opes avida pietate miniſtrat.

ANNOTATA.

a Automata, *inquit Baralis & tranſcribit Surius*, ſunt inſtrumenta mechanica, ita ſubtiliter conſtructa,

AUCT. HONORATO EP. MASS.

cta, ut ſua ſponte moveantur, *ſeu verius* moveri per ſe videantur. *Ego tam ſubtilia hic non intelligo; ſed grandes illas machinas, quas aqua aut vento moveri oculis quidem ipſis conſpicimus; automata tamen etiam vocamus, quia manuum noſtrarum adminiculo non egent.* Salinæ *autem in Arelatenſi diœceſi multæ, ſed potiſſimum in eo ſinu ſive lacu, quem Larius aliique fluvii efficiunt, antequam aquas ſuas per geminum canalem mari miſceant, vulgo dictum* Mer de Martigue, *Aquus ſextiis quam Arelato viciniorem. Sunt & aliæ ſalinæ Arelato propiores in im Campis lapideis.*

b *Forte*, facilis ad exitum: *ſed neque ſic clarus eſt ſenſus: neque melius quid occurrit; nam cum dicitur* turba inconſueta deceptaque, *neſcio quo id ſpectet, & ſuſpicionem ingerit mutili contextus.*

c *MS. Reginæ*, numquam ſinum lanamve: *prius ex Barali Surius*, nunquam ſinum lanamine concedens: *ſed ſi pro* ſinu *legas* linum, *clarus eſt MS. prioris ſenſus.*

d *Impreſſa* Juſtitiæ, *ſed MS. Reginæ melius.*

e *Hic eſt* S. Germanus Epiſcopus Autiſſiodorenſis, *cujus varia Acta illuſtranda ſunt ad* 31 *Iulii. De utriuſque congreſſu ſupra egimus*

f Chelidonius *Epiſcopus Veſontionenſis, tamquam irregularis, ut qui viduæ maritus fuiſſet, & capitalibus aliquando judiciis præfuiſſet, Epiſcopatu dejectus eſt, in aliquo incerti loci concilio; quod habitum anno* 444 *tradunt Sirmondus & alii in Conciliorum tractatibus, ſed ſolum ex hac Vita: ubi dubito, an loco* internuptæ, *legi non melius poſſit* ter nuptæ.

g *Ita MS. Reginæ, itáque malim legere, de Chelidonio ipſo dictum intelligens cum Sirmondo & aliis, ut ſcilicet ei dicatur objectum quod irregularis eſſet, adeoque non rite ordinatus. Baralis*, præfecto; *Surius*, Projectum: *ſed Projecti Epiſcopi alia prorſus cauſa fuiſſe colligitur ex mox citanda Leonis epiſtola.*

h *Male impreſſum* Saginario: Sagmarius *autem mulus ſeu equus ſarcinarius eſt: & ſic habet MS. Reginæ.*

i *S. Leo Papa, quod S. Hilarius non expectato judicii exitu diſceſſerit, offenſus, indignationem miſſa ad Epiſcopos Viennenſis provinciæ epiſtola declarat, in qua Chelidonius abſoluitur, quod ei objecta non ſatis probata viderentur. Vna Projectus Epiſcopus, cui ægrotanti alius fuerat ſubſtitutus, in integrum reſtituitur, & metropolitani poteſtas in provinciam Viennenſem S. Hilario adimitur.*

k *Videtur poſtea plene ſatisfeciſſe S. Leoni in iis, quæ videbatur nimio zelo peccaſſe. Hinc* S. Hilarium ſanctæ memoriæ *titulo honorat S. Leo in epiſtola* 2 *ad Epiſcopos Provinciæ de electione & conſecratione Ravennii Epiſcopi Arelatenſis. Acta S. Leonis dedimus* XI *Aprilis die ejus natali.*

l *Hic locus in editis miſere truncatus, ſic integre legitur in MS. Reginæ.*

m *Additur in editis*, Poëtice dicens, *quod melius abeſt. Sequentes porro Ædeſii verſus hic expreſſos vides, uti eos ex apicibus in membrana Reginæ ſignatis, viſus eſt poſſe reſtituere ſenſui non incommodo Poſſinus: cum apud Baralim turbatiſſima ſint omnia, dum ſic ibi leguntur, non ſatis commode à Surio per nudam conjecturam correcta.*

Vidi ego præventam fletus magno ubere fletu.
Nam quod crevit numis cupiebat creſcere notis.
Quam prærupta viget miſeratio! quam cita donis
Gratia! nec ſolum fuerat ad munera largus,
Majores comitantur opes pietate miniſtra.

CAPUT IV.

Morbus. Adhortatio ad ſuos. Obitus, ſepultura.

Anno ætatis 48 laboribus fractus,

25 ABſtinendo ergo, operi inſiſtendo, itinera pedibus conficiendo, ita ſe tenuavit, fatigavit, exhauſit, ut vix quadrageſimi octavi anni cir-

culum adimpleret. Non enim virtutum celſa illa perfectio, quæ non ſolum locum, ſed & condignam in cælis paraverat manſionem, moras diutius eſt paſſa terrenas; ſed fidelis ſervus implens præceptum, deſiderans promiſſum, corpus ſuum diverſis ægritudinibus mancipavit, ut ſupernæ monetæ verum obryzum, ægritudinum caliculo excoctum, theſauris *a* reconderetur æternis. Ergo ubi infirmitate creſcente, non virtus mentis, ſed ipſa eſt corporis conſumpta materies, quam alacri ſtudio omnes exhortatione relevans, in propoſito permanere, facunda & neceſſaria perſuaſione coëgerit, nequeo explicare. Igitur in ultimo ambiguo conſtitutus, accepit manifeſtæ revelationis non mediocre ſolatium; mens enim ad hoc in ſopore laxata eſt, ut ei ſingularis præmii magnitudo patefacta virtutum ſuarum depingeret ornamenta: Videt ſe ſacris intereſſe myſteriis, intuetur tunicæ Aaron quondam Pontificis tegmine decoratum, quod divina per Moyſem juſſione mira fuerat artis varietate contextum, duodecim gemmarum multiplici ac diverſo ſplendore pectus ornari, ejuſdemque numeri humeros fulgore veſtiri, ſtola quoque diſpari varietate micante membra circumdari, quam byſſo, croco, hyacintho, radio coruſcante, colore diſſono, metallo pretioſo, ſpirituum manus docta decoravit artificum *b*..... tinniola *c* etiam commota greſſibus incedentis, & intrinſecus malogranatis illiſa ictibus, clarum perſonabant extrinſecus ſalutiferumque tinnitum. Cumque ita meritorum perennium donis, præmiis, atque muneribus ſe cerneret adornatum; humano affectu adiici ſibi deſuper veſtimenta omnimode flagitabat: quod ubi didicit abnegari, videt filium ſuum ſanctum Ravennium applicari ad divina myſteria conſecranda, & intellexit ſibi eſſe migrandum.

agerecreatur viſione ornamenti Aaronis ſibi aptati,

26 Quam beatus igitur, quamque inclytus pater, qui adhuc in ſeculo conſtitutus, illius veri Sacerdotis, quem in multiplici colorum varietate, non figura, ſed meritorum veritas proprie decorabat, eſt præmium conſecutus. Cur non ei monſtraretur in tunicæ illius tegmine, quod in omni virtutum diverſitate poſſederat? Cur non ei revelaretur in veſtimenti illius pulchritudine, quod erat ei in ſtola perpetua compenſandum? Quem enim decorabat continentia mentis illæſæ, & in quo immaculatæ conſcientiæ lucebat auctoritas, merito lamina auri fulgenti ſpeculum verecundæ frontis ejus obtexerat: quem virtutum ſemper exaltarat principatus, digne pretioſorum lapidum textus ornabat. Cur non byſſum circumdaret, quem zeli caſtitatis zona conſtrinxerat? Nam, ut verius loquar, principalis ejus lamina auctoritate fidei & ignea flamma rutilavit, gemmæ quoque omnium virtutum ſplendore ſidereo micuerunt; rationale emicuit pectoris, fulſit elogium pietatis, juſtitiæ byſſinum, continentiæ cingulum, prædicationis tinniolum, malogranata bonæ ſpei, opere & ſermone jugiter ſonuerunt. Cum ergo tanta ac tali eſſet conſolatione relevatus atque perfuſus; congregationi ad ſolatium pariter & exemplum alacri ſermone diſſeruit, iſta omnes allocutionis voce compellans.

quo ejus perfectio in virtute indicatur.

& Ravennio ſucceſſori traditis.

27 Vitæ curricula hucuſque peregimus: jam ad illud tremendum ſuperæ majeſtatis evocamur examen. Viam carnis hujus, & incertam vitam ſeculi præſentis ingreſſi, juſſionibus paruimus Creatoris; ac ſervitutis propriæ peractis officiis, ad veram perennemque patriam prælata conſolatione migrabimus. Militavimus huc uſque ſpirituali militia; infidi corporis aculeos cilicii aſperitate contudimus; abſtinentiæ rigore ac vigiliarum laſſitudine univerſa vitiorum certamina auxilio ſuperavimus deſuper implorato; cogitationum laqueos ſancta meditatione diſrupimus;

in ultima adhortatione ſuis ſe exemplum proponens.

A diſrupimus; occupati ſtudiis doctrinæ cæleſtis, talentum perennitatis multitudini fidelium non ceſſavimus erogare; navigavimus per vitæ iſtius pelagus, & diverſa, juvante Domino, virtutum mercimonia, cum fœnore uſuræ ſalutiferæ, talenta Deo referenda percepimus; ad portum quietis, Domino gubernante, cœpimus propinquare, cum iſtius mundi principibus (cum quibus Apoſtolus deſcribit bellum juge eſſe) conflixiſmus, quod nulli deerit quicumque ad beatitudinem, cæleſti gratia præcedente & induſtria ſubſequente, voluerit pervenire. Abſolutum me & liberatum ad Domini mei intuitum credo eodem propitiante venturum: ad ea [præmia] obtinenda, perſeveranti curſu vobis ſunt peragenda certamina.

eos adſpiritalem pugnã excitat:

28 Ille utique, qui ſe livore proprio perdidit; qui procul odoratur bellum; & ad vocem tubæ, quaſi cuncti eſſe in ſua debeant poteſtate, diutina antiquitate callidus, ſubtilitate doloſus, decipiendi aſſiduitate atque arte peritus, qui electis paſcitur eſcis, & perfectorum perditione ſaginatur, pœnam propriam ſalutem reputat alienam, non mediocre æſtimans ſolatium, ſi ad ſuperna tendentes laqueis capiat peccatorum, & funibus perditionis, quos etiam Propheta ſuſpirans

Pſal. 118. B dicebat, Funes peccatorum circumplexi ſunt me. Hic ſalutis humanæ inimicus cavendus eſt: huic omnimodis repugnandum eſt & reſiſtendum. Quomodo enim poterit incedere jam ligatus, vel audebit repugnare captivus? Habebit proculdubio in infernali pœna participem, quem tenuerit in ſeculi voluptate conſortẽ.

Job 40. & 41 d Hujus fortitudinem Dominus B. Job monſtrans, ita dicit: Aurum *d* reputat velut lutum, [& fiduciam habet quod influat Jordanis in os ejus]. Quid niſi Sanctorum vitam velut lutum ſe æſtimat calcaturũ? proclamante Propheta,

Pſal. 39. Erue de luto fæcis pedes meos. Jordanis autem fluenta, quæ ſunt, niſi baptiſmi ſacramenta, quæ ſua credidit impugnatione devorãda? Lucea compago antiquitatem potentiamq; ejus non poteſt ſine Dei gratia ſuperare; tamen jugi certamine & indeſinenti conflictu ejus ſunt inſidiæ tolerãdæ. Spectator certaminis humani, quotidiani exercitii palæſtrã placidus intuetur; videt ignita jacula dirigi, ſed lacrymarum facit fonte reſtingui. cernit laqueos præparari, ſed orantes eruit & plorantes, ut cum vera exultatione decantent, Oculi mei ſemper ad Dominum,

Pſal. 24. quia ipſe evellet de laqueo pedes meos; ut [pedes] liberi ad annuntiandam pacem incipiant eſſe pretioſi. Et ideo quicquid in preſenti poteſt ab Auctoris amore ſeparare,

C æſtimandum eſt inimicum.

prædicit ubi imminẽtem tempeſtatem:

29 Si me humana non fallit illuſio, grandis tempeſtas huic imminet civitati; nõ mediocris, ſed ſatis gravis incumbit afflictio. Ad omnia contraria adverſaq; vos jugiter præparate, fidem Trinitatis immobiliter retinete, Scripturarum interiora penetrate, ut abyſſum invocantes in voce cataractarum, id eſt, credentium, terras dono ſuperno irrigare omnimodo non ceſſetis. Sit veſtitus aſperior, panis groſſior, cibus durior: iter nihilominus conficiatur pedibus expeditis; neceſſitas ſubita perniciem novi laboris infert delicatis; quia ut exercitatio robuſtum, deſidia reddit ignavum. Hac igitur adhortatione completa, jubet congregationem

& mortis ſuæ horam. mœſtam ſacrificium veſpertinæ laudationis offerre, & cibum conſuetudinaria refectione percipere, dicens; Hora diei undecima, anima mea, de corporis domicilio liberata, ad ſupernum Judicem feſtinabit. Cumq; modulatione pſalmorũ ſolita officia Auctoris in laudibus offerri alacer percepiſſet, jam rediens atq; commigrans; Voces, inquit, ſanctæ, voces quæ ad aures pervenitis Auctoris, me quoq; Domino commendate. Fratrum deinceps refectione completa, manu oculos atque os Crucis Dominicę ſigno communiens, & in oratione perſiſtens ſecurus, innumeris Sanctorum ſacris choris occurrentibus, lætus gaudenſque proficiſcitur ad ſupernam patriam *e*.

AUCT. HONORATO. EP MASS

30 Hinc jam quemadmodum ſit univerſa civitas congregata, qualiter unuſquiſque, non patrẽ, aut matrem, vel unicum, ſed omnium religioſorum atq; orphanorum ſingularem fleverit genitorem, quis ut dignum eſt explicabit? Nullus à fletu nullus ceſſavit à gemitu: parem cunctis luctum dilectio univerſalis induxerat, eratque velut ſeminarium lacrymarum generalis dolor omnium diligentium. Ubi baſilicæ beati ac primi Martyris Stephani venerabile corpus illatum eſt, totius populi cum fletu vox una procedit; Hæc, inquit, dies querelas injuſtæ imputationis perpetuo reſecavit. Ut amplius quam in prædicatione ſufficit non dicamus, fidelis populus, nimio ardore ſuccẽſus, membra ſancta, dum vult contingere pene diſcerpſit: [donec] ſtudio cõgregationis effectũ eſt, ut columnis ardentibus cereorum hinc & inde populos abigerent irruentes. Noctis vigiliis expeditis, cum mœſtis ſolis claritas reputaretur obſcura, ad exequias venerandas non ſolũ fidelium, ſed etiam Judæorum concurrunt agmina copioſa. Omniũ lacrymę ſe ſuperare certabãt: deficiente voce, gemitus increſcebant. Hebræam concinentium linguã in exequiis honorandis audiſſe me recolo: nam noſtros ita mœror obſederat, ut ab officio ſolito impatiens doloris inhibuerit magnitudo. Demum antequam B. Geneſii *f* baſilicæ ſanctum corpus inferrẽt, utriuſq; ſexus tantus cum lacrymis datus eſt clamor, ut aſtra ipſa percuſſa vicariũ de cælo reddiderint inſolitũ, & tonitruis comparandum fragore, cum ſono reboatum.

Magno omnium luctu corpus defertur ad templum S. Stephani

& dein S. Geneſii

E

f

31 Hic iterũ nova dilectio graviori fletu corda ſuccendit. Sed dũ ſinguli cupiunt fimbriã decerpere, corpuſq; cõtingere, Sancti *g* Baſilii, tunc Presbyteri, nunc Pontificis ſummi, invenit induſtria, ut maximã partẽ coopertorii utraq; manu diſcerptam, quo corpus ejus tegebatur, arriperet, & longius recedens, dividendo populis erogaret. Dum percipiendi ſtudio lætificat eos tanto munere, paululum retrahuntur à ſepulchro; & ſic corpus illud Angelico vultu venerabile atque decorum, ne iterum devotis redderetur obſequiis, clam eſt depoſitum in ſepulchrum. Quod ubi populi intellexerunt eſſe tumulatum, tantum ſubito omnes clamorem cum gemitu proprio reddiderunt, ut tecta ipſius Baſilicæ diſcuſſa corruere, & populos obruere putarentur. Vitæ illius memoria fit apud animos omnium pretioſa, & deſiderium tam ſingularis Antiſtitis in laudem renaſcitur. Eodem tumulato, cum plauſu cœpit doctrinæ illius recenſeri

F memoria, cum gloria prædicari mundi contemptus, compunctionis affectus, lacrymarũ fluvius, temporalitatis impetus, pietatis theſaurus, juſtitiæ culmen, temperantiæ moderamen. Quid plura? Civitas univerſa, quidquid ſacramento confirmare voluiſſet, nomen ejuſdem proferebat, aſtruens ſimilem poſtmodum non futurum.

coopertorio in Reliquias diſcerpto, ſupplitur.

g

Virtus ejus eluceſcit in ſucceſſoribus

32 Sed ſummum eſt, quod orante ipſo, amor verus utcumque potuit habere auctarium. Nam non ſolũ in *h* ſucceſſoribus, ſed adhuc in multorũ Pontificum renaſci non ceſſat augmentis; cum quibus dum laborem hic participat tẽporariis fructibus, ſine dubio æternorum *i* completur gaudiorum, ſicut arbor paradiſi fœcunda; & quid in præſenti offerat, & quid poſtmodũ gignendo relinquat ſingulari proſperitatis fertilitate *k* procurare nõ deſinit. Quanticumq; ſeu per ipſũ nutu cæleſti, ſeu poſt ipſum Dei providentia, ordinati ſunt ejus interceſſione Sacerdotes reſpondere ejus eruditioni, doctrinæ, ac creſcentibus meritis, gratia juvante contendunt. Felix qui non tantũ propriæ civitati ex ſua inſtitutione providit, verum etiam diverſa loca illuminare accenſis fidei calore innumeris lampadibus, & ſuper candelabrum ponere procuravit: ac ſic in

h

i

k

Auct. Honorato ep. mass. & discipulis.

singulis ejus gratia concalescens, quotidianis profectibus generata renascitur: quia quidquid ex ejus institutione producitur, ejusdem meritis computatur: capitis utique lucris adscribitur, quidquid membrorum uberrimo cultu percipitur. Pro omnibus solicitus, in certamine vitæ istius constitutus, orationum solatia impendit, præsentiam visitationis attribuit, sanctæ castigationis vel increpationis innumera ac reverenda præcepta seminavit, spiritualis ac peritus agricola; nunc minitans & dolens, exultans & tristis, lætus & anxius, turbulentus & patiens, serenus atque terribilis, durus & placidus, remissus atque districtus; nunc suspirio gemens, sed cum gaudio uberes lacrymas fundens: de cujus pectoris exundanti fluvio & fonte caritatis irriguo, sic hausit unusquisque quod voluit ac potuit, ut nullum damnum largitas sancta sentiret, sed erogando cumulum potius fœnerator thesauri cælestis acceperit; quia hæc est natura munerum cælestium, ut profusione sui in se jugiter crescat, & cum defeciſſe putatur, quasi semper incipiat; atque in minutionis paupertatem descendens, augmentum quoddam detrimento dispensator divinus semper obtineat.

B quam auctor magnis laudibus extollit

33 O magna, præcelsa, ac singularis caterva gratiarum, quæ veneranda recordatione obtutibus præsentaris, beneficiis sentiris, profectibus nostris adhuc militare cognosceris: tot annorum spatiis evolutis, in tuorum filiorum renasci non cessas honoribus, atque reparatis juste perpetuisque laudum titulis honoraris, qui interpellaris & audis, pro supplicantibus intercedens; conveniris, & reddis; constringeris, & ut postulata impetrentur exequeris; rogaris, & Deo præstante obtinere non definis. Ecce laudis pretiosum titulum, post emeritæ sanctitatis excessum. Ecce caput laureis virentibus & Crucis stemmate coronatum, & fructu virtutum folioque contextum, quod non defluit in æternum. Ecce præconium, post obitum triumphalibus meritis præponendum. Jacet in sepulcro ejus corpus conditum, cujus precibus referantur regna cælorum. In diversa virtutum culmina innovari tuorum non desistunt insignia meritorum. Cur anima tua non majora præstet, in paradisi beatitudine posita, quam in seculi certamine constituta, cujus virtutem ne signa proderent, oratio impetravit? Unicum pignus & decus Sacerdotii totius, cælestis scientia thesauri, jugiter ex tuo corde manarunt: lucerna tua, fidei lumine splendens, etiam ceteros super Ecclesiæ candelabrum positos lucere concessit. Vocatus ab Auctore, ad laboris fructum & perenne refrigerium feliciter perveniſti. In illa beatissima Patriarcharum societate receptus, animæ tuæ singularia conspicis ornamenta, quæ ita creverunt divinæ gratiæ adjumento, ut pretiosis virtutum manibus perenniter conspicua decorentur, qui continentiæ puritate omnium Scripturarum thymiamate templum tui cordis ac corporis fragrare fecisti, & ut in eo Auctor requiesceret, perennis industriæ vigilantia præparasti; qui secreti amore animum quoque affectumque pavisti; qui cum psalmorum modulatione junxisti flumina lacrymarum; qui in decachordo præceptorum moribus pariter & vocibus persultasti; qui vitæ institutione prædicasti, vias duras custodiendo; qui spiritualis organi cælestis harmoniæ suavisono cantu varia modulationis dulcedine concrepasti; qui sacrificio jejunii exteriorem hominem continens, vigiliarum assiduitate interiorem cursu strenuo bblectare non destitisti. Illud autem prætereundum esse non credidi, quia *l*..... dum Campi *m* lapidei spatia peragrasti, pastores singulos unda baptismi regenerando baptizatos recte vivere docuisti.

C l m

& devote invocat.

34 Fac ergo quæsumus ut qui te ad Christum feliciter veniſſe, & sine fine te regnare cum illo gloriamur, tuis continuis precibus muniamur, interventu protegamur, & qua trueris cum Christo gloria perfruamur *n*. Cum ergo tanti talisque viri testimonium merita ejus perhibuerint, digneque facta laudaverint; quia possibilitatis immemor, impulsu amoris incautus ad tantum præconium protulivi, veniam sperare præsumpsi: ut in illo meritorum suorum præclaro fastigio constitutus, etiam pro me interpellare non cesset; illisque venerabilibus Patriarcharum cœtibus aggregatus, ad præsidium nostrum turbam piæ sodalitatis asciscat; obtinens, ut non actu meo, non ignavia contristetur: quo circa me ejus suffragium muniat, & suis patrociniis meritum Sacerdotis in illa examinatione tremenda faciat invenire, regnante Domino nostro Jesu Christo, cui est honor & gloria in secula seculorum. Amen.

D n

ANNOTATA.

a *Impressum*, calculo exortum thesaurus reconderetur æternus.

b *Omitto quæ sequuntur & sensum turbabant*, pretiosiora pulchritudinum, quam diximus, ornamenta, quæ Deo sunt auctore formata atque constructa.

c Tinniola, *pro* tintinnabulis, *alibi necdum legi*: *MS. Reginæ* Tinnivola: *quid si*, Tinnibula?

d *Vulgata*, Sternet sibi aurum quasi lutum: *capite autem præcedenti invenitur locus qui hic librario festinanti excidit, quemque requiri indicant sequentia.*

e *Anno* 449, *ut supra dictum.*

f De S. Genesii *Martyris Arelatensis miraculis scripsit S. Hilarius sermonem, dandum* 25 *Augusti, die ejus natali.*

g Basilius *traditur dein factus Episcopus Aquensis urbis in Provincia.*

h *Successores fuerunt adhuc seculo* 5 Ravennius, Leontius, *&* S. Æonius, *qui colitur* 30 *Augusti.*

i *Impressum* comparatur.

k *Item* procreare. *Intelligitur urbs Arelatensis, quod in ea Episcopus vixerit & sancte obierit.*

l *Expunxi verba*, ut ante Resurrectionis diem, *quæ hic redundant, & nescio quo spectant.*

m Campus-lapideus *dicitur spatium illud petrosæ regionis, quod à Rhodano versus Orientem fere in quadrum extenditur, ubi in raris pascuis necesse fuit inveniri opiliones, Christiani fere cultus expertes; quos eatenus neglectos, curandos sibi Pastor zelosus susceperit.*

n *Hic finitur Vita in MS. Reginæ; reliquorum, quæ hic habes ex Barali, nec vola nec vestigium ibi extat, inquit Posinus. Hic auctor ostendit se esse Episcopum, dum petit ut S. Hilarii patrociniis Episcopale meritum in se inveniat summus Iudex, id est, vitam gradui tanto congruam.*

E F

VINDICIÆ PRO S. HILARIO,

Semipelagianismi calumnioſe insimulato,

ex Prodromo velitari Brunonis Neusser,

contra discipulos Pseudo-Augustini Iprenses.

Partis 2 *Caput* 4 *cum adjunctis ex Cap.* 9 *Part.* 1. *&* *Cap.* 8 *Part.* 2.

Virum doctissimum & S. Honorato carissimum

1 HIlarium Arelatensem, ingenio, doctrina, & vitæ castimonia conspicuum, plerique historici aliique scriptores justis elogiis & laudibus cumularunt. Hunc magnus Honoratus, primus Lerinensium fundator & institutor, tanti fecit,

A fecit, ut eum ceteris omnibus anteferret; imo ad eum Chriſto lucrandum, ab eremo *in patriam, quam tantopere faſtidierat*, non dedignatus ſit accedere. Fuit enim Honoratus illius popularis, imo & ipſi ſanguine conjunctus; & in eo *fidei, ſicut & ſanguinis venam* quæſivit: eumque, non per litteras modo, verum etiam, *tanto per excurſum ſuum ambitu, ab inſula*, nimirum Lerinenſi (cui ſe Hilarius, *derelictis Epiſcopatus ejus principiis, ſecreti amore, reddiderat*) *futuri præſcius amovere ſategit, ut ei juxta ſepulcrum ſuum in amore civium patriam collocaret.* Hæc ipſemet Hilarius in Sermone de vita & morte Beatiſſimi Honorati, apud Surium tomo 1 & Bollandum tomo 2 ad diem XVI Januarii. Tu vero doctiſſimum & ſanctiſſimum hominem odio gratis habuiſti; inter Semipelagianos connumeraſti pag. 167 Hiſtoriæ Pelagianæ & alibi paſſim; Semipelagianæ ſcholæ magiſtrum appellaſti pag. 252; eumque in quæſtione de initio fidei ac dono ab Auguſtini ſententia abhorruiſſe ſcripſiſti pag. 168; item contra illius doctrinam ſenſiſſe pag. 170; in Caſſiani partes tranſiiſſe & ſententias defendiſſe pag. 166; imo præcipuum inter illos haberi, qui à S. Auguſtino diſcedentes Caſſiani partes fovebant pag. 167; Auguſtini doctrinam acriter impugnaſſe pag. 263; Poëma de providentia, quod extat inter opuſcula Proſperi, adſcribendum illi eſſe, cum illius auctorem Semipelagianum eſſe conſtet pag. 263; contra Auguſtinum cum Caſſiano conſpiraſſe pag. 168 & 246.

auctor Hiſtoriæ Pelagianæ calumniatur ut Semipelagianum;

B 2 Cuncta hæc aliaque hujuſmodi adverſus Hilarium congeſſiſti, unius dumtaxat teſtis heterodoxi, nimirum Voſſii, ſuſpicione potius quam aſſertione fretus; & alterius longe pejoris, Uſſerii ſcilicet, conjecturali ſed vano teſtimonio cui plus deferendum eſſe credidiſti quam Adoni, qui in Martyrologio ſuo ad diem V Maji ſic loquitur: *In Galliis, civitate Arelatenſi, S. Hilarii Epiſcopi, magni, docti, & præclariſſimi viri: qui paupertatis amator, & erga inopum proviſionem, non ſolum mentis pietate ſed & corporis ſui labore ſolicitus erat: nam pro reficiendis corporibus etiam ruſticationem, contra vires ſuas, homo genere clarus & longe aliter educatus, exercuit. Sed nec in ſpiritalibus neglexit: nam & in docendo gratiam habuit, & abſque perſonarum acceptione omnibus caſtigationem ingeſſit: inter ſua vero opera, ingenio immortali, ad multorum utilitatem, neceſſario opere, Vitam S. Honorati deceſſoris ſui compoſuit:* non tamen, ut aliqui putant, ab eo ſermone diſtinctam, cujus ſupra mentionem feci.

non obſtante Adonis teſtimonio,

C 3 Hæccine ſunt hominis hæretici & Semipelagianæ ſcholæ magiſtri elogia? Tu ipſe fateris pag. 263 & alibi, ſummam de illo apud omnes æſtimationem & auctoritatem fuiſſe, eumque litterarum & ſanctitatis gloria ceteris, Lerinenſibus ſcilicet, ſuperiorem pag. 166; adeoque Vincentio, Lupo, Maximo, Eucherio, cui *ad ſtuporem* placuiſſe, ultro agnoſcis pag. 263. Denſus antiquorum recentiorumque manipulus, qui à mille ducentis annis de Scriptoribus eccleſiaſticis ſcripſerunt, illius ingenium, doctrinam & ſanctitatem mirificis laudibus celebravit. Imo tu ipſe dicis, illum ex libertate Auguſtinianæ ſententiæ impugnandæ, à quibuſdam illius ætatis Auguſtino doctiorem habitum fuiſſe: & ab Honorato Maſſilienſi, qui ejus Vitam ſcripſit, Livii cujuſdam, inter poëtas tunc ſatis inſignis, dictum illud celebratum, *Si Auguſtinus poſt Hilarium fuiſſet, judicaretur inferior:* ſubnectiſque hoc epiphonema, *Huic poëtæ tantum fingere encomium licuit.* Cunctahæc ad invidiam Hilario conciliandam: & inde forte, hoc elogio quaſi perculſus & exacerbatus, icto fœdere cum Voſſio, Uſſerio, Janſenio, huic ſanctiſſimo Doctori acerrimum bellum indixiſti.

& communis Catholicorum ſcriptorũ ſenſu,

4 Quod valuerit doctrina & ingenio, nullus negat: quod ſanctiſſimam & caſtiſſimam vitam egerit, omnes ſcriptores, qui de illo faciunt mentionem, atteſtantur. Accedit quod in eccleſiaſticas tabulas Martyrologii Romani eſt relatus, & feſtivo cultu die V Maji ejus memoria Arelate celebratur. Odioſa porro eſt omnis comparatio. Crede mihi, numquam ſe Hilarius Auguſtino præferendum eſſe duxit: numquam, ut dicis, Auguſtinianam ſententiam impugnavit, idque ex nimia licentia & libertate, vir ſane modeſtiſſimus ſi uſpiam alias, mitiſſimus & patientiſſimus ut mox luculenter oſtendam. Sanctiſſimi viri, qualem fuiſſe conſtat, hoc vano inſolentioris ſuperbiæ ſeu vanitatis ſtudio abripi ſe non ſinunt: imo putida cenſetur perpetua ſui ſuorumque jactantia. Aliorum ſanctitas nobis non prodeſt, niſi ad imitandum exemplo: nec parentum laudes liberos ornant vel juvant, niſi hi virtutes illorum amplectantur. Intelligenti pauca. A. BRUN. NEUSSER. *quaſi Auguſtino petulanter adverſatus ſit.* II

cujus admiratorem fuiſſe ſcribit Proſper

5 Jam vero videamus, quomodo probes, Hilarium hæreticum Semipelagianum fuiſſe. Ut dictis fidem facias, nullum auctorem, niſi acatholicum, appellas: ſed inter Catholicos, ut probe tenes, contra heterodoxos hoc in genere merito excipimus. [Proſper, inquis, hoc habet. Proſper hoc habet? O pravum Proſperi interpretem! Hilarium Arelatenſem ſemel dumtaxat Proſper appellat, *Sanctum Hilarium*, inquit Epiſt. ad Auguſt. *Spiritualium ſtudiorum virum, Arelatenſem Epiſcopum, ſciat Beatitudo tua, admiratorem ſectatoremque in aliis omnibus tuæ eſſe doctrinæ; & de hoc quod in querelam trahit*, nimirum de prædeſtinatione, *jam pridem apud Sanctitatem tuam ſenſum ſuum per litteras velle conferre.* Admiratorem & ſectatorem Auguſtini, idque in omnibus unica dumtaxat aſſertione dempta, quæ videtur illi difficilis (ac proinde ſenſum ſuum ſuper ea cum Auguſtino conferre per litteras ſtatuit, eumque conſulere) hunc vocas juratum Auguſtini & divinæ gratiæ hoſtem, & alterum Semipelagianorum ducem: ex his enim tantum Proſperi verbis accuſationem contra Hilarium ſtruis, eumque damnas, quem nullus unquam præter te damnavit. E VI

eſto in una ejus ſententia hæſitarit.

6 Sed, inquis, *unum eorum* fuiſſe Proſper aſſerit, *quos ſcilicet caligo illius opinionis obſcurat.* Cujus, amabo te, opinionis? Qua prædeſtinatio Dei ſecundum præſcientiam eſſe dicitur: nec in hac opinione obſtinatum animum figit (quamquam optima eſt, ſi eam de prædeſtinatione ad gloriam intelligas) ſed conſulturum ſe dicit de hoc argumento Auguſtinum, & apud eum ſenſum per litteras collaturum: quod forte præſtitiſſet, niſi Auguſtinum eodem fere anno Hippone à Wandalis ſtrictiſſime obſeſſum, & poſt aliquot menſes obſidionis tempore vita functũ fuiſſe, accepiſſet. Sed, inquis, Hilarius illos errores ſuſtinebat quos in dicta epiſtola Proſper Auguſtino refert. Hoc dicis, ſed non probas, nec probabis unquam. In reſiduis Hilarii ſcriptis nihil prorſus habes quod ſugillare valeas: nullum auctorem, vel antiquum vel recentiorem probe Catholicum proferre potes, qui hanc notam Hilario inuſſerit. Pudeat igitur ſanctiſſimum, doctiſſimum, & ingenioſiſſimum Antiſtitem erroris & hæreſeos inſimulare, abſque ulla penitus probatione, ex mera calumniandi voluntate. F

Fuit quidẽ à S. Leone Papa reprehenſus:

7 Provocas ad Bellarminum, libro de Scriptoribus Eccleſiaſt. ubi hæc habet: *Ob nimiam ſuperbiam reprehenditur à S. Leone Papa..... poſtea tamen reſipuit, & multis virtutibus clarus ſancto fine quievit.* Leo reprehendit Hilarium, in epiſtola ad Epiſcopos Provinciæ Viennenſis. Hoc loco Hilarium non excuſo. Legi poſſunt ea quæ illius Vitæ auctor, Honoratus Epiſcopus Maſſilienſis, hac de re ſcriptis mandavit: VII

A. Brun. Neusser. quorum fragmentum habes tom. 3 Conciliorum novæ editionis col. 1461 & 1462 in Concilio Veſontion. item in Notis poſtumis Sirmondi in epiſtolam S. Leonis, contentis Appendice ad dictum tomum col. 1591 &c, ubi multa invenies quæ pertinent ad mirabilem Hilarii ſanctitatem dicendique libertatem, forte nimiam, quia S. Leoni diſplicuit: quem fruſtra placare, miſſo ad eum in receſſu S. Ravennio, qui deinde illi ſucceſſit, conatus eſt. At citra hujus cauſæ diſcuſſionem, quæ hujus loci non eſt, damnas illa omnia quæ ſupra ex Bellarmino exſcripta ſunt. Nimirum, Hilarium ob nimiam ſuperbiam in dicta epiſtola reprehenſum, idque acerbiſſimis verbis: vix enim ad correptionem Epiſcopi acerbiora excogitari poſſent. Accedit quod Hilarius de plebe aut fæce quiſpiam non erat, ſed Archiepiſcopus & Galliarum Primas, ſumma vir doctrina, eloquentia, ſanctimonia, ingenio, cui poſt Auguſtinum vix alius par ea ætate fuit: nobili etiam ſanguine ortus, & magni Honorati inſtitutione ad perfectam virtutem formatus.

ſed modeſtiſſime tuli increpationem B

8 Ille igitur quantus quantus erat, cum Leonem placare non potuiſſet, quamvis acerbiſſime ab eo in d. epiſtola correptus, ut dixi, imo & dignitate Metropolitani privatus, ejuſque ſententia contra Chelidonium abrogata, & Chelidonius reſtitutus; tanta humilitate, patientia, & obſervantia in Romanum Pontificem fuit, ut ne mutire quidem auditus ſit. Poterat haud dubie aliqua ſaltem allegare ad ſui defenſionem. Poterat Synodi auctoritatem, integritatem, teſtium depoſitionem, & ſanctorum Antiſtitum, qui d. Synodo interfuerant, ac præſertim S. Germani Autiſſiodorenſis probatiſſimam fidem interponere. Nihil horum prorſus, & ne unum quidem vel minimæ expoſtulationis verbulum ipſi unquam excidit. Vix ſcio an par huic extet tantæ humilitatis & patientiæ exemplum: quod longe pluris facio, quam alia multa virtutum decora, quæ d. Honoratus Maſſilienſis ei tribuit: unde jure hæc addidit Bellarminus: *poſtea tamen reſipuit & virtutibus clarus ſancto fine quievit*, nimirum anno CCCCXLIX. Hujus cauſæ merita non pondero, dicto Baronii contentus, excerpto ex Append. ad 7 tomum edit. Rom. pag 1607. *Non mireris*, inquit, *lector, Romanum Pontificem Leonem adverſus Mamertum adeo vehementer inſurgere, virum ſanctitate inſignem: in his enim quæ contentioſi ſunt fori, perfacile eſt quemque decipi. Perſimile etiam S. Leoni accidit, qui in S. Hilarium, eadem fere ex cauſa, acerrime invectus eſt. Quis neſciat ſæpe accidere ut falſis accuſationibus & ſubreptionibus autes Pontificum repleantur: &, cum putant agere quod juſtum appareat, exagitent innocentem?*

forte non aquiſſimam:

C

VIII *& ex illa ipſa clare oſtenditur*

9 Ex his autem validum argumentum duci poteſt, quo Hilarius Arelatenſis ab omni prorſus erroris ſuſpicione purgetur. Si enim vel minima laboraſſet, ut Leoni notiſſimus erat, ita prorſus, arrepta opportuna præſentique hujus diſceptationis occaſione, hoc ipſum Leo indignatus illi exprobraſſet, inſtigante maxime Proſpero, qui parum, ut fateris ultro, Hilario favebat. Non omiſiſſent etiam Hilarii accuſatores, ac præſertim Chelidonius & Projectus, hoc potentiſſimo argumento accuſationem ſuam illuſtrare, tanti ſcilicet ponderis, adverſus Epiſcopum, imo, ſi vera canis, Semipelagianorum coryphæum: ſed de hoc argumento ne hilum quidem. Exprobratur ſuperbia, præſumptio, crudelitas, ſcurrilitas, injuſtitia, temeritas, arrogantia, aliaque id genus bene multa, eaque ſæpius in d. epiſtola, imo & in aliis à Voſſio editis exaggerata: quæ (ut teſtatur Baronius, & Honoratus Maſſilienſis Epiſcopus Vitæ auctor luculentiſſimam fidem facit) falſiſſima ſunt: ſed de Semipelagianiſmi nota vel umbra ne minimus quidem apex. Perperam igitur Semipelagianiſmi notam Hilario affinxiſti. D

fuiſſe quoad doctrinam inculpabilis, imo nec ſuſpectus.

10 Viſa quidem illi difficilis eſt Auguſtini ſententia de prædeſtinatione ad gloriam, idque merito & jure, cum huc uſque difficilis viſa fuerit maximis etiam Theologis. Sunt enim qui gratuitam prædeſtinationem, tum ad gratiam tum ad gloriam, Auguſtino tribuant, ut dogma Catholicum, approbatum ab Eccleſia. Idem alii ſentiunt, nimirum ut dogma Catholicum ab Auguſtino habitum fuiſſe, non tamen ab Eccleſia, quantum ad ſententiam de gratuita prædeſtinatione ad gloriam. Idem alii putant; quamvis nolint prædeſtinationem gratuitam ad gloriam, rem fidei ab Auguſtino reputatam. Alii volunt Auguſtinum tenuiſſe prædeſtinationem gratuitam ad gratiam, & prædeſtinationem ad gloriam ex meritis gratiæ. Alii demum jurant, Auguſtinum in libris contra Semipelagianos tantum egiſſe de gratuita prædeſtinatione ad gratiam, eamque adſtruxiſſe ut dogma fidei; de prædeſtinatione vero ad gloriam eo loco non egiſſe, utpote quæ ad rem illam, de qua diſceptabatur; nullo modo pertineret. Unde vides, quam difficilis fuerit ſententia Auguſtini, cum doctiſſimi Theologi (de primis enim Scholarum capitibus loquor) probe illam diſcernere non potuerint. Quid mirum igitur, ſi difficilis Hilario viſa fuerit: præſertim cum de illa dubitaret antequam Auguſtinus libros de prædeſtinatione Sanctorum edidiſſet, in quibus ſuam mentem de hac quæſtione ut fuſius, ita & clarius explanavit.] *Sententia autem de prædeſtinatione ad gloriam de qua dubitavit* *reverà intellectu difficilis fuit & eſt.* E

Cetera quæ Hilario objiciuntur frivola ſunt,

11 Multa ſunt alia, quamquam valde futilia, quibus ad probationem uteris, ut Semipelagianiſmi notam Hilario affingas. I Vixit aliquandiu inter monachos Lerinenſes, qui Caſſiani erroribus infecti fuerunt. II Caſſiani amicus fuit, illius igitur doctrinæ particeps. III Faſtum valde dilexit, imo & multo illum honore proſecutus eſt, & forte illius ſyncellita fuit. IV Propter Hilarium præſertim Cæleſtinus Papa graviſſimam illam epiſtolam ſcripſit ad Epiſcopos Galliæ, Auguſtino ſcilicet iniquiores. V Valde laudatur à Gennadio Maſſilienſi, ſuſpecto ſcilicet homine & aperte faventi Semipelagianis. VI Fuit auctor Poëmatis de Providentia, in quo Semipelagianorum doctrina continetur. Abutor Lectoris patientia, dum paleas ſeu feſtucas contra Hilarium congero: hæc enim nullo negotio refelluntur. Quod enim Lerinenſes Caſſiani erroribus infectos fuiſſe, dicis pag. 166 & alibi, de unico Fauſto antiquorum ſuſpicio eſt, & teſtimonium extat. Deinde dato antecedente, nego conſequentiam. Ex eo quippe quod Lerinenſium aliqui Semipelagiani extiterint (quod tamen non damus) male infertur, Hilarium quoque Semipelagianum fuiſſe; cum æque inferri poſſet, Honoratum, Eucherium, Lupum, Maximum, & multos alios perſpectæ ſanctitatis viros eodem vitio eademque nota laboraſſe, quod tamen ibidem vereris adſtruere; *Cum enim nulla Honorati, nec Maximi, nec Lupi ſcripta extent* (hæc ſunt tua verba) *nil ſiniſtri de illis ſuſpicari fas ſit: turpe enim eſt, ſanctos illos viros, quorum errata nullo certo teſtimonio conſtant, in depravatæ ſententiæ ſuſpicionem vocare.* Cur igitur ſanctiſſimum illum Antiſtitem Hilarium? Ex ore tuo te judico. F *ut quod fuerit amicus Lerinenſibus,*

12 Alterum vero, quod opponis, æque facile ſolvitur. Caſſiani amicus fuit. Unde hoc habes? Nunquam Hilarius Caſſianum appellavit; numquam Caſſianus Hilarium; ex quo ſaltem infero, intimæ neceſſitudinis vinculo adſtrictos non fuiſſe. Deinde amicus fuerit. Inde peſſime deducis, erroris fuiſſe participem. Alioquin eſſet potius quod Honoratum, Eucherium, Leontium, Helladium, S. Caſtorem, alioſque, quibus Caſſianus collationes ſuas *Caſſiani,*

A suas aliaque opera inſcripſit, in ſocietatem erroris vocares: quos tamen ab hac ſuſpicione liberaſti. Quod vero dicis tertio loco, Fauſtum ab eo valde dilectum & magno affectum honore fuiſſe; primum apud antiquos non lego; ſecus alterum: cum ſcilicet eum Hilarius *inter ſe & Theodorum ac Maximum* Epiſcopos *compulit reſidere*, ut habet Honoratus Maſſilienſis in vita Hilarii Cap. 5. Sed inde male deducis Hilarium Fauſti erroribus adhæſiſſe, cum eo tempore Fauſtus ne ſuſpectus quidem haberetur. Alioquin vocandi eſſent in ſocietatem erroris Theodorus, Maximus, Sidonius, Lupus, Eucherius, imo Leontius Epiſcopus Arelatenſis, aliique omnes Epiſcopi congregati in Synodo Arelatenſi & Lugdunenſi contra Lucidum, qui Fauſti opera tamquam communi utriuſque Synodi lingua & voce uſi ſunt, ad refellendas Prædeſtinatianorum blaſphemias: quod numquam revera præſtitiſſent, ſi Fauſtus eo tempore ſuſpectus fuiſſet. Cum igitur Fauſtus eo tempore libros ſuos nondum ſcripſiſſet, quos ſcilicet poſt annum ccccLxxv ſcripſit, mortuo jam à xxxv fere annis Hilario (etiam juxta tuæ Chronologiæ leges, pag. 263 & 292) peſſime deducis Hilarium Semipelagianum fuiſſe, ex eo quod Fauſti amicus fuerit. Ejuſdem farinæ eſt, quod opponitur quarto loco, nimirum propter Hilarium gravem illam Epiſtolam à Cæleſtino ad Epiſcopos Galliæ ſcriptam. Sine teſte, nihil volo tale. Imo ex hac Epiſtola manifeſtum argumentum eliciam, eoque faciam palam, nulla Semipelagianiſmi ſuſpicione Hilarium laboraſſe. Quod à Gennadio laudatus fuerit, non probat illum Semipelagianum fuiſſe. Quam multos enim laudavit hic auctor? Sed de Gennadio infra.

& Fauſti.

B

quod laudetur à Gennadio.

& ſcripſerit poema de Providentia.

13 Quod demum ſexto & ultimo loco habes, Hilarium fuiſſe auctorem Poëmatis de Providentia, gratis omnino & ſine teſte hoc dicis: nullus enim antiquorum huic ſententiæ ſuffragatur. Sed fingere ad libitum, tibi ſatis ſolenne eſt. Bellarminus quidem hæc habet; *Hic liber non videtur Proſperi, ſed alicujus ex factione Gallorum, qui Semipelagiani ſunt appellati: legat prudens Lector, & judicet.* Sed inde male deducis, Ergo Hilarii. Quaſi vero ex particulari particulare ſequatur. Scio quoque auctorem præfationis præfixæ editioni operum Proſperi, idem cum Bellarmino de prædicto Poëmate ſenſiſſe, idque ex Joanne Heſſels Doctore Lovanienſi, à quo forte Bellarminus hauſit. Utut ſit, illud Poëma de Providentia, cujuſcumque tandem ſit, multiplici laude non caret: cum in eo & vena facile fluat, & nitidiſſimi verſus paſſim occurrant, & elegantis ingenii lumina identidem ex verſibus emicent, & ſumma pietas ubique fulgeat: quo fit, ut auctor Synodio, Paulino, Proſpero aliiſque illius ſeculi, uno dempto Claudiano, vix cedere cogatur. Tu lege ſis, mi Lector, & judica, modo palatum tibi depravatum non ſit.

C

continet enim hoc doctrinam Catholicã

III 14 Quod vero ad doctrinam in eo contentam ſpectat, recte monet Bellarminus prudentem Lectorem, ut legat & judicet. Optime. Neſcio, an prudens ſim; lego tamen, & judico, omnia, quæ opponuntur, in ſenſu Catholico facile intelligi poſſe. Opponit tria Doctor ille Lovanienſis in dicta præfatione. I Non plus gratiæ optimum quemque accipere à Deo, quàm peſſimum. II Sanctos Patres ex lege naturæ bonos fuiſſe. III A voluntate noſtra prævenîri auxilium Dei. Nullibi ſane hæc. Vult enim tantum æqualem eſſe hominum conditionem, in beneficio creationis, animæ rationalis, luminis rationis à natura inditi, liberæ voluntatis, & forte gratiæ communis, ſeu generalis ſeu ſufficientis, quæ nulli adulto deeſt. Unde hi verſus, quibus homines hortatur, ut ſeipſos in ſeipſis ſcrutentur.

Ite ipſi in veſtræ penetralia mentis, & intus
Inciſos apices ac ſcripta volumina cordis
Inſpicite, & genitam vobiſcum agnoſcite legem;

A. Brun. Neusser, *quoad beneficium creationis & gratiæ omnibus communis.*

Legem ſcilicet naturalem, quam in tabulis cordis à natura, id eſt ab auctore naturæ ſcriptam gerimus; & rationis lumine, ſaltem in gravioribus & in ſubſtantialibus juris naturæ, pravum à recto diſtinguimus. Signatum quippe eſt ſuper nos lumen vultus tui: unde hæc ſtatim ſubnectit:

Nam quis erit, modo non pecus agri aut bellua ponti,
Qui vitiis adeo ſtolide oblectetur apertis,
Vt quod agit, velit ipſe pati? Mendacia, fallax;
Furta, rapax; furioſum, atrox; homicida, cruentum
Damnat, & in mœchum gladios diſtringit adulter.
Vnus enim pater eſt cunctorum, & ſemine recti,
Nemo caret, ſimiliſque omnes produxit origo.

Tum paulo poſt:

Ergo omnes una in vita cum lege creati
Venimus; & fibris gerimus, quæ condita libris.

15 Nihil certe hic niſi Catholicum. Loquitur enim de beneficio omnibus æque communi, creationis ſcilicet & luminis naturalis, nihil enim aliud intelligit illa voce, *ſemine recti*, niſi rationem ipſam naturalem, ſeu rationis lumen, quo ſcilicet in jure naturali, quoad ſubſtantialia, rectum à pravo diſcernimus; aut certe, ſi vis, hæc refer ad gratiam illam omnibus communem. Docet etiam, Deum velle omnes homines ſalvos fieri; quos enim homines, inquit, cujus generis, vel conditionis,

voluntatem Dei omnes ſalvos cupientis.

E

Neglexit ſalvare Deus? vir, femina; ſervus,
Liber; Iudæus, Græcus; Scytha, Barbarus; omnes
In Chriſto ſumus unum. Non perſona potentis,
Aut Domini Regiſve, prior; diſtantia nulla
Luminis unius ſpeculi, niſi diſcrepet uſus.
Nempe velut ſpeculum mens eſt; quæ quo mage terſa eſt,
Expoliente fide radiiſque intenta ſupernis,
Hoc mage confeſſi reſplendet imagine Chriſti.

Vides, ni fallor, uſum illum, hominis ſcilicet rectam operationem, eſſe à lumine, quod mens noſtra veluti ſpeculum cælitus excipit; à ſupernis radiis, à fide, à Chriſti gratia. *Nempe ſalutis*

Nota via eſt, Chriſto cunctis reſerante magiſtro,
Qui vocat, & ſecum nos deducturus, & in ſe.

16 Agnoſcit quidem liberum voluntatis arbitrium, quo anima gaudet, & cujus opera poteſt recte aut male agere. Illam tamen potentiam bene agendi, à Deo eſſe, fatetur ultro, his verbis, ſeu verſibus, quibus docet, hominem in ſe habere

bene agendi potentiam à gratia pendentem.

F

——— *diſcrimina rerum,*
Iuſque voluntatis, quo temperat arbitrium mens.
Si tamen ancipitis cæca inter prælia vitæ
Non de ſe tumeat; ſed votis tuta modeſtis,
Inde putet totum poſſe, unde accepit & eſſe.

Quid clarius? Sed accipe alia, ex quibus gratiam Chriſti mirifice commendat;

En, homo, quanta tibi eſt gratis collata poteſtas.
Filius eſſe Dei, ſi vis, potes. Omnipotens te
Spiritus, umbratum Verbi virtute, creavit.
Nec te corporeo patrum de ſemine natum
Iam reputes; pereant captiva exordia carnis;
Nil veteris conjunge novo. Non hic tibi mundus,
Non hæc vita data eſt; nulla hic tua, nec tuus ipſe es.
Emptus enim es, pretiumque tui, te ſolvere fas eſt,
Qua potes; ut ſolvens ſis ditior, & tibi creſcant
Quæ dederis, cedatque tibi pars ipſe Redemptor.

Quid quæſo aliud hæc ſonant, niſi gratiam Chriſti? Agnoſcit tamen libertatem hominis, qui cum divino inſtructus adjutorio poſſit bene agere, male tamen agit. Quamobrem vero? Quia vult. Nempe male agere, ſolius eſt liberæ voluntatis, non gratiæ. Sed audiamus Poëtam noſtrum Theologum;

IV *male agendi libertatem.*

A. Brun. Neusser. *Et tamen, heu! rursus querulis homo garrula verbis*
Bella moves, jaculisque tuis tua viscera figis,
Cur non sum bonus? Hoc non vis. Cur sum malus? Hoc vis,
Cur volo, quæ mala sunt; & cur quæ sunt bona, nolo?
Liber es; & cum recta queas discernere pravis,
Deteriora legis.....

Quid amabo in his carpendum; imo non laudandum?

17 Sed, inquies, æqualem in omnibus gratiam agnoscit, ut patet ex sequentibus.

——— *Nunquid non semine ab uno*
Venimus? aut alia est hominum natura bonorum?
Non aliter dives quam pauper nascitur. Unum est
Principium servis & Regibus. Optimus ille
Non plus accepit, quam pessimus. Æqua creantis
Mensura est.....

Et hæc Doctor Lovanienſis perperam carpit, ut errori Pelagii consona. Loquitur enim de naturalibus, ut patet, quæ paria sunt in omnibus; & miror hic nodum in scirpo quæri. Alia quæ sequuntur de libertate, optimum etiam sensum habent.

arbitrii humani indifferentiam,

Cum mihi progenito ad vitam mandata salutis
Et cordi insinuet bonus auctor & auribus, ac me
B *Currentem mercede vocet, terrore morantem.....*

Quid porro illud est cordi à Deo insinuatum, nisi gratia? quid auribus, nisi lex? quid merces & terror, nisi fide, spe, & sancto Dei timore in cordibus nostris operantur? Sed pergit.

Hoc operis sectare boni, hoc fuge cautus iniqui:
Vita beata illo paritur, mors editur isto.
Coram adsunt, aqua servatrix, populator & ignis:
Ad quod vis extende manum, patet æqua facultas:
à vi externa immunem, *Quod Deus ipse suo nequicquam promeret ore,*
Arbitrium nostrum si vis externa teneret.

Id est cogeret. Hic enim agit contra inania Astrologorum commenta: dicit autem ad bonum & malum æquam potestatem esse; ad bonum quidem per gratiam, uti sæpius ante dixerat; ad malum vero, ex pravo arbitrii usu, ut statim disertis hisce verbis asserit:

Verum, si quid obest virtuti animoque retardat;
Non superi pariunt ignes, nec ab æthere manat,
Sed nostris oritur de cordibus, ipsaque bellum
Libertas movet, & quatitur civilibus armis.

His autem cacodæmonis impugnationem & malas artes accedere, statim agnoscit;

C *Cumque hæc intus agi prospexit callidus hostis,*
De studiis vestris vires capit.....

nihil tamen sine Christo valituram ad bonum

18 Imo nihil in se boni, nimirum ex se, hominem habere, non semel canit;

Nos, quibus in Christo sunt omnia, non capiant res
Occiduæ, quas nec nobiscum inveximus orti.

Si omnia in Christo; posse igitur & velle. Excutiamus, inquit,

Peccati servile jugum, ruptisque catenis,
In libertatem & Patriæ redeamus honorem.
Impia non oberunt cum sævo pacta tyranno (nimirum peccato & Diabolo)
Captiva conscripta manu; resolubile Christo est
Hoc fœdus, quod jure potest subvertere justo,
Aversos revocans, & suscipiens conversos,
Sanguine quos proprio quæsivit prodigus emptos:
Si tamen Assertoris opem festina voluntas
Præveniat, fletu Dominum motura fideli.

Hic statim Doctor Lovanienſis exclamat; Hoc Semipelagianum est; præveniri scilicet gratiam à voluntate. Itáne vero, à voluntate sola? Ubinam hoc dicit? A voluntate; ita est; sed *aversa* prius à Deo per peccatum; & ab eodem Deo deinde *revocata* per gratiam; non enim aliter Deus à peccato revocat. *Aversos revocans*, inquit, & continuo rationem affert;

Nam nemo invitus somnove quietus in alto (de adultis loquitur) D
Fit salvus; nec vi petitur, qui sponte recessit.

19 Ex his certe manifestum fit, adultum salvum à Deo fieri, non tamen invitum, nec vi, nec nihil quidpiam operantem cum Deo, id est, cum divina gratia. Qui enim à Deo sponte recessit, per peccatum; sponte quoque, per gratiam scilicet & revocante Deo, redeat, oportet; v *sed ejus gratiæ cooperantem:*

Sic pulsata patent redeuntibus atria vitæ,

nimirum à Deo revocatis. Qui sane pulsant, petunt, quærunt, implorant (Deus quippe pulsantibus aperit) non tamen sine gratia pulsare dicuntur; ut enim pulsatur, antequam aperiatur; ita gratia pulsandi, prior est gratia aperiendi: illam autem Deus non pulsantibus largitur; alioquin daretur processus in infinitum. Victis denique per peccatum victoriam promittit, hac tamen lege,

——— *si carne vetusta*
Exuti, in Christi renovemur corpus, & omnem
Vincendi nobis vim de Victore petamus;

Christo scilicet, à quo vim omnem accipimus.

Qui dum nostra suis sociat, jungit sua nostris;
Vt non humanis fidens homo, totus in illum
Se referat, sine quo non stant, qui stare videntur; E
Et per quem sparsi coëunt, stratique resurgunt.

Quid quæso magè catholicum? *Per quem*, *Sine quo non*, *Non fidens humanis*, *Nostra suis*, *Sua nostris sociat*, *Omnem vincendi vim*, *Totus in illum se referat.* Quid amabo hæ voces significant, nisi hominem, nihil ex se solo posse, aut agere, ad salutem, peccati remissionem, victoriam de peccato &c. sed in his à Dei gratia totum absolute pendere. Adde communem gratiam, quam præter specialem illam hic Auctor agnoscit (uti & agnoscere debent omnes Catholici) nimirum sufficientem, sine qua intelligi nequit, quonam pacto Christus pro omnibus mortuus sit; nequit, inquam, in proprio, litterali, & communi Doctorum Catholicorum sensu.

dignum est igitur quod SS. Hilario aut Prospero ascribatur:

20 Ex quibus perspicuum fit, perperam huic auctori ab illo Doctore Lovanienſi crimen & nomen hæretici affictum fuisse. Longe modestius Bellarminus, qui prudentem Lectorem monuit, ut legeret & judicaret. Fateor carmen illud caute legendum esse: ab æquo tamen lectore reique dogmaticæ perito, ac præsertim illius partis, quæ ad divinam gratiam spectat; qui verba sensus Catholici patientia in Pelagianum sensum non detorqueat. F Quare Baronius hoc poëma cum aliis tribuere Prospero non dubitavit, tom. 6. anno Christi 451, pag. 136 editionis Romanæ: nec grandi crimini versum iri puto, sentire in hoc, imo & errare cum Baronio. Sed longius excurro, quam forte par esset. Auctorem porro hujus poëmatis indagare possemus ex Prologo illius, in quo fit mentio incursionis Wandalorum in Gallias, cædisque decennis, fumantis patriæ, maximæ inundationis, tot urbium dirutarum, & senis illius Episcopi, usta pulsi ab urbe, qui laceras oves exul ducebat; illius demum, cui hoc carmen inscribit, quem & poëtam & exulem fuisse, ex eodem carmine constat, de quo ita fatur:

est tamen auctoris posterioris.

Tu quoque pulvereus plaustra inter & arma Getarum,
Carpebas duram non sine fasce viam.

Sed cum ad rem nostram non faciat, omitto; & cum nulla, etiam probabili, ratione fretus, Hilarium, ut alterum Semipelagianorum Coryphæum traduxeris (quidquid enim ad probationem adduxeras, omnino refutatum est) jam irrefragabilibus evincam argumentis, illum Semipelagianum non fuisse.

21 Primum argumentum ex eo duco, quod nul- vi lus

A *Hilarium ſuſpectum eſſe non poſſe probat ſilentium antiquorũ,*

lus penitus antiquorum ſancto Epiſcopo Hilario hanc notam inuſſit; nullus, inquam, appellari poteſt. Quod enim ex Epiſtola Proſperi ad Auguſtinum, jam difflatum eſt; imo ibidem Proſper Sanctum illum vocat, & Spiritualium ſtudiorum virum. Abſit autem, ut Proſper, vir prudentiſſimus & ſanæ doctrinæ zelantiſſimus, Sanctum illum vocet, quem Pelagianis erroribus implicitum eſſe videret. II. Hilarius ſanctiſſimis & doctiſſimis Epiſcopis ſtrictæ neceſſitudinis vinculo conjunctus fuit; Honorato ſcilicet, Eucherio, Germano, Lupo, aliiſque bene multis; numquam autem ab iis erroris monitus fuit; quod dubio procul omni ſanctiſſimi viri facere non omiſiſſent, niſi forte dicas, illos ſimili errore laboraſſe; quod tamen blaſphemum dictu mihi eſſe videtur. III. Romani etiam Pontifices pro officio, tanti nominis nec minoris auctoritatis virum, quem Pelagiano errore notatum fuiſſe ſcirent, dubio procul omni corripuiſſent, ac præ ceteris Leo Magnus, ipſi alioquin ſatis infenſus, aut ſaltem acerbus. IV. Non caruit etiam hoſtibus Hilarius, qui eum apud Sedem Apoſtolicam accuſarunt; ſi autem vel minima Pelagianiſmi ſuſpicione laboraſſet, inde maximum accuſationi pondus acceſſiſſet: altum autem ea de re ſilentium. Viennenſis

B etiam ex hoc capite cauſæ ſuæ non parum momenti addidiſſet.

nec ſatis eſt contrarium ab Vſſerio dici.

22. V. Ex recentioribus, qui hanc tetram notam Hilario inuſſerunt, primi fuerunt duo celebres hæretici, Voſſius & Uſſerius, ex quibus tu ipſe hauſiſti (quod certe tibi gloriæ non vertitur) hauſit etiam alter, in annotatis marginalibus ad Martyrologium Romanum Cardinalis Baronii, nimirum ad III nonas Maji, ubi ſcripſit, Hilarium Epiſcopum Arelatenſem Maſſilienſes aut Semipelagianos foviſſe, contra S. Auguſtinum, ut *evidentiſſime*, inquit, *probat* auctor Antiquit. Eccleſ. Britann. pag. 245. Sed quo tandem argumento? Certe improbabili, non evidente: eo ſcilicet quod tu ipſe adeo exaggeraſti, ſed quod evidentiſſime diſſolvimus. Potuit quippe Hilario, ut dixi, gratuita prædeſtinatio ad gloriam minus placere, inde certe Semipelagianus cenſendus non eſt. Mirum igitur mihi accidit, ſanctum Epiſcopum, poſt mille ducentos annos, hæreſeos inſimulari, ex ſolo teſtimonio recentioris heterodoxi. Debuiſſes potius ipſum Martyrologii Romani textum, quam marginales notas conſulere; in quo ſcilicet legiſſes Hilarium, doctrina & ſanctitate

C conſpicuum dici; unde neceſſario ſequitur, Semipelagianum doctrina non fuiſſe.

VII *eum ipſe ab Eccleſia colatur ut Sanctus,*

23. VI. Ex cultu, eidem ſancto Antiſtiti à populis exhibito jam à MCCXXV annis, pluſquam manifeſtum fit, ne leviſſima quidem unquam illum pravi erroris ſuſpicione laboraſſe: Eccleſia enim hæreticos non colit. Hinc ab omnibus, qui de illo jam functo mentionem fecerunt, Sanctus dictus eſt. Hinc cum ſingulari Adonis elogio, in Martyrologium relatus. VII. Ex auctore illius vitæ, nimirum Honorato Maſſilienſi (qui etiam vir ſanctus fuit, & cui fides non niſi temere valeat detrectari) quam caſtigatæ vitæ, quam rari exempli, quam ſanæ & Catholicæ doctrinæ fuerit, clariſſime conſtat. Hunc forte ut ſuſpectum ejuſdem erroris excipies. Recte. Fidem habes Uſſerio ſcriptori hæretico, de Hilario male ſcribenti; & Sancto Epiſcopo, de illo bene ſcribenti, fidem detrectas. VIII. Proſper, acerrimus Auguſtinianæ doctrinæ defenſor, illorumque hoſtis quos Semipelagianos vocabant, ſeſe continere non potuiſſet, in tanto præſertim diſputationis æſtu; eumque ad Cæleſtinum, ad quem de aliis expoſtulavit, haud dubie detuliſſet: nemo certe hunc zelum in eo deſideret; ex litteris autem Cæleſtini conſtat, Presbyteros tantum ab eo delatos fuiſſe.

A BRUN. NEUSSER. *& in ejus ſcriptis nihil carpi poſſit,*

24 IX. In ſcriptis Hilarii hodienum extantibus multa legimus, in commendationem divinæ gratiæ, quæ ab homine Semipelagiano ſcripta eſſe non poſſunt. Indico tantum aliqua [ex ſermone de S. Honorato]. *Vtile eſt*, inquit, *laudare defunctum, ut ad largitorem gratiæ Deum tota laus referatur*: gloriari ergo non poſſumus de rebus geſtis, cum totam laudem inde ad Deum referre debeamus. *Servat Deo juvante baptiſmum*, id eſt, gratiam baptiſmalem, Deo juvante per divinam gratiam. *Chriſtus eum aſſumebat*; non alio modo niſi per gratiam. *Servanda eſt Chriſto ſumpta libertas, per Chriſti gratiam*; libertas, inquam, qua liberati ſumus à peccato. *Dat Chriſtus, in hac vita, diſciplinæ ſtudiis ornari*; donum igitur Dei eſt & gratia. *Nullo horum pueritia* Honorati, *Deo freta*, id eſt, divino adjutorio, *concutitur*. Præterea, *adſtitit*, inquit, *ſuo Tironi Dominus*; quid quæſo eſt illud, *adſtitit*? niſi, auxilio & collata ope juvit? *Quanta, Domine, diſpenſatio procurationis tuæ!* id eſt, ſolicitudinis, curæ, vocationis. *Inſpirans migrandi voluntatem*; nemo hanc eſſe gratiam neget. *Cooperante Chriſto omni adverſitate ſuperata*: Non ego, inquit Apoſtolus, ſed gratia Dei mecum; nihil enim aliud eſt cooperari, quàm

E cum alio ſimul operari.

In quibus boni omnis fontẽ Chriſtum agnoſcit.

25 *Diffuſa in monaſterio permanet Spiritus Dei gratia. Agitandum me illic & edomandum dextra Dei ſuſcepit*; de ſe ipſo loquitur; Dextera porro Dei gratiarum theſauros effundit. *Partes in me ſuas Chriſtus exequitur* (per gratiam haud dubie) *& per miſericordiam Dei mea contumacia ſubjugatur, invitante me pio Domino*. Cuncta hæc nihil niſi gratiam ſonant. Hinc ille ſtatim: *Gratias tibi ago, bone Ieſu, qui dirupiſti vincula meá, injeciſti mihi vincula amoris tui*: gratiæ aguntur pro beneficiis & donis. *In corde* Chriſtus *horum omnium fons habitavit*, nimirum donorum & gratiarum, *cui ſemper omne converſationis bonum* (Honoratum ſuum alloquitur) *adſcripſiſti; illud aſſidue tibi ac tuis ingerens, quid habes quod non acceperis? quid gloriaris, quaſi non acceperis?* Quid quæ- VIII ſo aliud Paulus, quid aliud Auguſtinus, eximii diverſæ gratiæ Præcones, dicere potuerunt? & hunc Semipelagianum & divinæ gratiæ hoſtem appellas? Agnovit haud dubie gratiam vocationis, & primæ illius bonæ voluntatis, & perſeverantiæ in bono, ut perſpicuum eſt ex dictis. Agnovit etiam prædeſtinationem gratuitam ad fidem, ut patet ex verbis

F ſupra exſcriptis. Quod tamen dubitarit de prædeſtinatione gratuita ad gloriam, non ea propter divinæ gratiæ hoſtis & Semipelagianus, ut temere adſtruis, cenſendus eſt. Longe plura mihi dicenda eſſent, ad vindicandum ſanctiſſimum Epiſcopum, cui per intolerabilem calumniam, in tua hiſtoria, tetram Hæretici notam inurere voluiſti: ſed hæc, judice me, ad hunc finem ſatis eſſe videntur.

Injuria igit. tur eidẽ fit,

26 Et vero quod ſanctiſſimum illum Antiſtitem, quem tota ſuſpexit antiquitas, quem antiqui ſcriptores ſummopere laudarunt, magnus Honoratus præ ceteris dilexit, Eucherius ſuſpexit, Sidonius celebravit, populi ſolenni & publico cultu coluerunt, in hæreticorum album referas, una fretus duorum hæreticorum futili atque inani conjectura, ita mirum mihi accidit & novum, ut vix oculis meis fidem haberem, dum hæc legerem in tua Hiſtoria. Tam certe mirum & novum, tam gravia, in re præſertim hiſtorica, ſine teſte adſtruere; & innocentiſſimum hominem, elapſis jam ab ejus morte MCCXXV annis, in *dum vocatur in ſuſpicionem hæreſeos.* facie totius Eccleſiæ reum hæreticæ pravitatis facere; ut nihil unquam in judiciis tam anomalum & heteroclitum viſum fuiſſe manifeſte conſtet. Quam

levi

A. Brun. Neusser. levi & inani ratiocinio tuam illam maledicam & calumnioſam aſſertionem enitaris evincere, palam à me jam ſupra factum. Quod enim Lerinenſes inter monachos vixerit; quod Eucherii, Lupi, Honorati, amicus fuerit; quod à Gennadio laudatus; hæc ſane non modo non probant hæreticum fuiſſe, ſed potius hominem ſanctiſſimum & doctiſſimum extitiſſe, prorſus evincunt: niſi enim talis fuiſſet, tantis Epiſcopis placere non potuiſſet.

quia dubitavit de numero puncto quod non eſt fidei.

27 Sed, inquis, dubitavit de doctrina Auguſtini. Non ita: ſed de uno dumtaxat doctrinæ capite, quod cum multis Auguſtini eſſe putavit, nimirum de gratuita prædeſtinatione ad gloriam, putavit, inquam, cum multis aliis, & tu etiam putas. Hæreticus igitur cenſendus eſt. Peſſima, execranda, & deteſtanda conſequentia. In eo ſemper parum ſincere agis: conjungis enim & miſces in unum atque confundis hæc duo, quæ tamen inter ſe plurimum diſcrepant, gratuitam ſcilicet prædeſtinationem ad fidem, ad vocationis gratiam, &c. & gratuitam prædeſtinationem ad gloriam. Primam tenuit Hilarius cum omnibus Catholicis; de altera dubitavit, quam etiam, cum multis iiſque magni nominis Catholicis, nego ac rejicio; quamquam tibi vitio non vertam,

B quod eam teneas. Nec eſt quod aliquis (quem tu ipſe hoc nomine ſugillas) dicat, Hilarium cum Maſſilienſibus per ignorantiam erraſſe: quis enim Hilarium, ingenioſiſſimum & doctiſſimum hominem, ignorantiæ inſimulet? Non eſt etiam quod eum cum ceteris eximas culpæ, quod res, eo tempore, nondum definita fuiſſet, ac proinde ſecus ſentire liceret; quod jam ſupra falſiſſimum eſſe, oſtendi; imo hoc jam damnatum fuiſſe, aſſeris, ab Innocentio, Zozimo, Bonifacio, Cæleſtino. Sed auctor fuit car-

vel auctor fuit Carminis quod revera non fecit & bonum eſt.

minis de Providentia. Hoc jam ſupra negatum eſt: nec enim diligentiſſimus in hoc genere Gennadius, nec Honoratus Maſſilienſis id reticuiſſent. Accedit, quod, ſi verum eſt (quod aſſerit Baronius ſupra citatus) in eo carmine mentionem fieri excurſionis Attilæ in Gallias; cum hæc poſt annum cccci contigerit, & Hilarius ex hac vita deceſſerit anno ccccxlix juxta tuam chronologiam, certe fieri non potuit ut illius carminis eſſet auctor. Accedit etiam, quod carminis auctor aliqua contra Eutychetem habet, damnatum ſcilicet in Concilio Chalcedonenſi celebrato anno ccccl; ex quo etiam ſequitur, illius opuſculi non fuiſſe auctorem. Præterquam quod ſatis luculenter ſupra oſtendi, carmen illud in ſenſu Catholico intelligi, & in bono lumine facile collocari poſſe: ac proinde nec Proſpero, nec Hilario indignum videri. Ex quibus omnibus Hilarius à tuis calumniis manet vindicatus.

C

IX *Perperam dicitur Arelatenatus,*

28 Priuſquam hoc argumentum dimittam, unum vel alterum adnoto, quod in hiſtoria peccaſti, cujus tamen non peritus modo, ſed magnus reſtaurator audire cupis. Dicis enim in hiſtoria pag. 168, S. Hilarii Epiſcopi Arelatenſis patriam Arelatem fuiſſe. *Hilarius juvenis*, inquis, *Arelate à S. Honorato Abbate ad meliorem frugem revocatus fuit.* Nimirum S. Honoratus in patriam ſe contulit, ut manifeſtum fit ex dicta vita S. Honorati, à S. Hilario deſcripta; *Mei enim gratia*, inquit cap. 5, *patriam, quam faſtidierat, non dedignatur accedere: nec refugit laborem tanti itineris.* Et paulo poſt, *Tum primum illam eſſe patriam, quam fugiendam eſſe dudum crediderat, agnovit.* Eadem autem erat utriuſque patria, imo uterque cognationis vinculo conjunctus, ut conſtat ex his verbis Hilarii, *quærens in me fidei* (de Honorato loquitur) *ſicut ſanguinis ſui venam*: eadem igitur utriuſque Patria & Sanguis. Et vero quod eo tempore Hilarius in patria degeret, quo ad eum Honoratus ſe contulit, ut illum mundo ereptum, *prædam ſuam*, ut loquitur, educeret, & Chriſto lucraretur; teſtatur Eucherius de laude Eremi: *Habuiſti ducem*, inquit, *& velut itineris tui prævium, quem deinde militiæ cæleſtis magiſtrum; eumque tunc ſecutus & parentes relinquens, parentem tamen ſequebaris.* Ibidem etiam ſcribit Hilarius cap. 6, Honoratum Arelatenſibus ignotum fuiſſe; *Sed unde illud quæſo, quod tam è longinquo, tam ignotus expetitur?* Arelatenſes compellat. Si autem Arelate illius patria fuiſſet, cum ortus eſſet ex nobiliſſima familia, *uſque ad Conſulatus nobilitatem provecta*, & quem *pene ſummum habet mundus* honorem, ut habet cap. 1, haud dubie Arelatenſibus ignotus minime fuiſſet.

qui fuit S. Honorati Arelatenſibus primũ ignoti conſanguineus,

D

29 Illud autem quod ſequitur ibidem dicto cap. 6, *Ille utique, qui cuncta diſpenſat; ille, qui eum & patriæ ſuæ, quamdiu congruum videbat, indulſit; & per maria, & per terras, ad utilitatem videntium, hanc tantam cultoris ſui gratiam circumegit*; quæ patria illa eſſe ſatis intelligitur, in qua Deus illum, poſt converſionem, aliquamdiu reliquerat, antequam peregrinationi & navigationi ſe committeret. Præterea idem Hilarius cap. 8 his verbis, *admonere ſatagebat, ut mihi juxta ſepulchri ſedem, in amore veſtro, patriam collocaret*; ſatis diſerte oſtendit, illam ſibi patriam ante non fuiſſe. Addo aliud, quod certe non minoris roboris eſſe videtur; nimirum S. Lupum, ortum in

E *& ſororius S. Lupi Tullo oriundi*

Leucorum oppido, ut legimus in ejus vita ex antiquis MSS. codicibus exſcripta apud Surium ad diem xxix Julii: *Nobili autem in primis familia*, duxerat in uxorem *Pimeniolam, S. Hilarii Epiſcopi Arelatenſis ſororem, illuſtris memoriæ*: ejuſdem igitur patriæ ac provinciæ Hilarius, Lupus, Honoratus, imo & Vincentius Lerinenſis Lupi germanus frater extiterunt: Leuci autem Mediomatricibus ſitu adhærebant, eorumque oppida erant Tullum & Naneejum, ut habet Cluverius lib. 2. Introd. cap. 12. Unde profecto eſt quod miremur, hominem in minimis etiam hiſtoriæ apicibus indagandis non tam accuratum, quam ſcrupuloſum, in plano ita lapſum eſſe; præſertim cum ex eodem auctore vitæ S. Lupi, poſt Baronium, alia recte collegeris, ad Legationem Britannicam SS. Germani & Lupi, ad receſſum Lupi ex inſula Lerinenſi, ad promotionem ejuſdem, item Honorati & Hilarii, illiuſque mortem pertinentia pag. 193.

30 Ex iiſdem etiam recte colligere mihi videor, Lupum ſub id tempus ex dicta inſula receſſiſſe, quo ex ea Honoratus ad Eccleſiæ Arelatenſis Cathedram

F traductus eſt, cujus ductu & diſciplina primum ibi annum Lupus egerat; capta forte inde recedendi occaſione, quod amantiſſimus Pater ex inſula diſceſſiſſet. Illud porro accidit, ut dicis pag. 169, ſub finem anni ccccxxvi. Lupus vero deinde *ad urbis Trecenſis Epiſcopatum de improviſo raptus eſt* (ita enim ſcribit ejus vitæ auctor) & *exacto biennio*, cum Germano Legationem Britannicam contra Pelagianos ſuſcepit, ut ibidem habet; unde colligo, uno fere anno poſt Honorati promotionem, Lupum promotum fuiſſe. Quia cum hæc Legatio ſub finem Autumni anni ccccxxix ſuſcepta fuerit, & biennium effluxiſſet ex quo Lupus aſſumptus fuerat, ſequitur aſſumptum fuiſſe ſub finem anni ccccxxvii. Honoratus autem ſub finem anni ccccxxvi, ut diximus, aſſumptus eſt: uno igitur fere anno, antequam Lupus promoveretur. Male porro deducis pag. 251, Epiſtolam Eucherii ad Hilarium de laude Eremi, datam fuiſſe anno ccccxxvi vel ineunte anno ccccxxvii, ex eo quod poſt reditum Hilarii ad inſulam ſcripta fuerit. Nam [eo rediit ſolum] Hilarius poſt aliquot menſes, puta ſex aut ſeptem, qui recte dici poſſunt Honorati Epiſcopatus principia, vel [etiam ſerius] quod longe veriſimilius eſt; & etiamſi

an. 426 Trecenſis Epiſcopi ordinati.

xi

A iamſi anno ccccxxvIII [epiſtola illa] ſcripta fuiſſet vel ſub finem anni ccccxxvII, æque in id tempus verba epiſtolæ quadrant.

31 Hæc porro à me dicta eſſe velim, non quod tanti interſit, ſed ut conſtet, ſcrupuloſum chronographum, qualem perpetuo te jactas, in plano etiam ceſpitare. Sed ut hæc forte per incogitatum errorem, ita pag.192 per affectatam & inverecundam maledicentiam ſcripſiſti, *pleroſque* horum *Epiſcoporum ingallia cum Pelagianis ſenſiſſe, atque ea in diſputatione, quæ de Prædeſtinatione agitabatur, Auguſtino adverſatos, ex Proſpero* colligi Ep. ad Aug. ubi ait, *paucos perfectæ gratiæ amatores* eidem adſtipulatos. Proſperum appellaſti, Proſperum audiamus. *Multi* [inquit] *ſervorum Chriſti, qui in Maſſilienſi urbe conſiſtunt, in Sanctitatis tuæ ſcriptis, quæ adverſus Pelagianos hæreticos condidiſti, contrarium putant Patrum opinioni & eccleſiaſtico ſenſui, quidquid in eis de vocatione electorum ſecundum Dei propoſitum diſputaſti.* Presbyteros & Monachos haud dubie intelligit; *tam claros ſcilicet, tamque egregios, in omnium virtutum ſtudio viros*, ut eos ibidem appellat, *quorum eſt*, ut ipſemet addit, apud alios *magna de probitatis contemplatione reverentia*; ibidem etiam *Sanctos* vocat, quibus ſe imparem eſſe, ultro fatetur, & ab iis *vitæ meritis multum antecelli.* Cuncta hæc in Monachos ac Presbyteros probe quadrant; Proſper enim, ſaltem eo tempore, ut tu ipſe admittis, Laicus erat. Itaque multi, qui in Civitate Maſſilienſi conſiſtunt [adverſabantur Auguſtino. Eſto.] Plerique igitur, id eſt, fere omnes, Galliarum Epiſcopi (qui convenerant in magnam Synodum, ut Beda vocat; & numeroſam, ut Conſtantius Germani vitæ auctor ſcriptum reliquit) Semipelagiani extiterunt. Quis hujus conſequentiæ vitium non videt, ſeu non ridet?

Male etiam dicuntur omnes fere Epiſcopi Galli Semipelagianiſ faviſſe.

32 Sed, inquis, Proſper ibidem aſſerit, eorum aliquos ſummum Sacerdotii honorem nuper adeptos fuiſſe. Ita eſt; ſed tam paucos, ut unum dumtaxat Hilarium Epiſcopum Arelatenſem appellet. Demus hunc [S. Auguſtino adverſatum] (quamquam Hilarium ab hac nota ſatis ſuperque vindicavi) an propterea inde inferri poteſt, pleroſque Galliarum Epiſcopos cum Semipelagianis ſenſiſſe? Stylum certe ſuſtinere debueras, cum hæc ſcripſiſti. Sed Vaſquez, inquis, diſerte hoc teſtatur. Nimirum elapſis MCC annis. Sed quo teſte vel auctore? Verſatiſſimus fuit, inquies, in Pelagianorum cauſa & hiſtoria. Eſto. Illius teſtificatio, quantum ad factum poſt MCC annos, niſi teſtes authenticos appellet, nullius momenti eſt. Ceterum ut de Hilario tandem concludam, quanti faciendus ſit, & quanti fieri debeat profundiſſima illius doctrina, ſumma vis ingenii, eloquentiæ, & facundiæ, morum ac genii ſuavitas, caſtigatiſſimæ vitæ ſanctimonia, vivendi auſteritas, immenſa caritas, inconcuſſa patientia, humilitas & manſuetudo, videri poteſt apud S. Honoratum Maſſilienſem Epiſcopum, Sauſſajum, & alios.

B

C

33 Antequam huic Capiti finem imponam, facere non poſſum quin Honoratum quoque Maſſilienſem, qui Vitam S. Hilarii conſcripſit vindicem à nota Semipelagianiſmi, quam huic quoque affinxiſti pag.293 & ſeqq. ubi, *hunc*, inquis, *in eadem cum Gennadio ſententia fuiſſe exiſtimo.* Quamobrem vero? Quia hæc ſcribit in Vita Hilarii, *cum ad meriti proprii percipiendum ex merito præmium beatus Pontifex vocaretur Honoratus.* Hæc ſtatim depravatus ſtomachus in pus & venenum convertit: *Ut quid toties meritum*, inquis, *& quidem proprium, in eodem verſu inculcat? niſi ut ex meritis prædeſtinatio divina ſuſpendatur?* Meriti cerre proprii præmium, ſed ex merito Chriſti: nec enim aliter intelligi poteſt: alioquin meritum proprium ex merito proprio, quod inſanum dictu eſt. Cæleſtis autem gloria adultis datur in mercedem & præmium meritorum: & hoc eſt de fide. Quamquam merita noſtra ſunt Dei dona: tamen ex illius dono ſunt merita noſtra, quibus præmium rependitur. Quamvis autem Honoratus tenuit prædeſtinationem ad gloriam (nec enim aliam ex his verbis intelligere poſſumus) ex præviſis meritis eſſe, non propterea Semipelagianus cenſendus eſt. Imo illius doctrinam & fidem Catholicam eſſe neceſſe eſt, cujus integritatem Gelaſius, zelantiſſimus Pontifex, reſcripto ſuo probavit. Ceterum in Honorato duo tantum tibi diſplicuerunt; nimirum quod eum Gennadius impenſe laudaverit; & quod ipſe Hilarium plus æquo, ut tibi videtur, laudibus extulerit; quaſi hæ, quod certe ridiculum dictu eſt, Auguſtino detraherentur.

D

Cap.VII Num.18. Similiter à Semipelagianiſmo excuſatur Honoratus Vitæ ſcriptor.

APPENDIX

E

De Hilario Proſperi ſocio in S. Auguſtini defenſione.

34 *Inter S. Auguſtini Epiſtolas una eſt numero octogeſima nona, inſcripta* dilectiſſimo filio Hilario, *qui reverſus ex Africa, ubi Auguſtino fuerat familiariter uſus (uti ex ipſiuſmet Hilarii prægredienti epiſtola apparet) Auguſtini familiaribus*, de Syracuſano portu Hipponem remeantibus, *litteras commiſerat, enixe rogans* ſuam imperitiam informari de eo, quod quidam Chriſtiani apud Syracuſas exponebant; dicentes poſſe hominem eſſe ſine peccato, & mandata Dei facile cuſtodire ſi velit; infantem non baptizatum morte præventum non poſſe perire merito, quoniam ſine peccato naſcitur; *aliaque ſimilia, merum ac crudum Pelagianiſmum ſonantia. Idem deinde cum remigraſſet in Galliam, & comperiſſet* Maſſiliæ vel aliis etiam locis in Gallia ventilari *quæſtiones ſuper prædeſtinatione Sanctorum & Auguſtini circa eam doctrina; mox ad eum de omnibus accurate informandum, aliam ſcripſit epiſtolam, quæ non extat; ſed extat pro ea ante librum S. Auguſtini longe poſterior epiſtola tertia, quibuſdam mutatis vel additis*, prout tunc *eorum* definitio erat, *qui* illo ſolo excepto *dicebant ſe Auguſtinum* in factis & dictis omnibus admirari; *quorum* in hoc contradictio quomodo ſit toleranda, *ab ejus diſcretione exquirit.* Nolo autem, *inquit*, Sanctitas tua ſic me arbitretur hæc ſcribere, quaſi de iis quæ nunc edidiſti ego dubitem: ſufficiat mihi pœna mea, quod à præſentiæ tuæ deliciis exulatus, ubi ſalubribus tuis uberibus nutriebar, non ſolum abſentia tua crucior, verum etiam pervicacia quorumdam, qui non tantum manifeſta reſpuunt, ſed etiam non intellecta reprehendunt. *Ex quibus apparet eum Auguſtini in Africa diſcipulum fuiſſe.*

Hilarius ab Africa redux

ſui ex Sicilia ad Auguſtinum ſcribens eũ contra Pelagianos exciterat;

F

ita deinde ex Gallia contra eorũ reliquias,

35 *Suam vero in hoc tanti momenti negotio commendatam cupiens ſolicitudinem*, Quia, *inquit*, urgente latore, timui ne vel non omnia vel hæc ipſa minus digne, conſcius mearum virium, poſſem digerere; egi cum viro, cum moribus tum eloquio & ſtudio claro, ut quanta poſſet collecta ſuis litteris intimaret, quas conjunctas his deſtinare curavi: eſt enim talis qui etiam præter hanc neceſſitatem dignus tua notitia judicetur. *His acceptis libros duos ſcripſit Auguſtinus, alterum* de Prædeſtinatione Sanctorum, *alterum*

adducto etiam ad ſcribendum Proſpero;

A de dono perſeverantiæ: *quorum initio*, Veſtrum, *inquit*, ſtudium fraternamque dilectionem, filii cariſſimi, Proſper & Hilari, qua poſt tot libros de hac re atque epiſtolas meas adhuc me deſideratis hinc ſcribere, tantum amo, quantum non poſſum dicere; & tantum me amare, quantum debeo, non audeo dicere. *Hinc minime dubium nobis relinquitur, cujus & quales fuerint litteræ illæ, quas cum ſuis conjunctas deſtinare curavit Hilarius; maxime cum ipſius Proſperi de eodem argumento extet epiſtola, cujus in præmiſſis vindiciis frequens mentio, ubi præfatur ſe ipſi Auguſtino* ignotum quidem facie..... aliquatenus tamen animo ac ſermone compertum: Nam per ſanctum fratrem meum, *inquit*, Leontium Diaconum miſi epiſtolas & recepi. nunc *autem* Beatitudini tuæ ſcribere audeo, non ſolum ſalutationis ut tunc ſtudio, ſed etiam fidei qua Eccleſia vivit affectu.

36 *Eorumdum porro jam ſemel pro Auguſtino unitorum tantus fuit in cauſa ſui Magiſtri zelus, ut, cum etiam eo mortuo non ceſſarent ſuper ejus ſententia controverſiæ,* & cum illo Romam ad Caleſtinum proficiſcitur *illi Romam profecti apud Celeſtinum Papam querelas depoſuerint: quibus idem motus ſcripſit* Venerio, Mario, Leontio, Auxanio, Arcadio, Philtatio (*omnibus verosimiliter in Provincia Epiſcopis, uti erant eorum*

B *tres Venerius Maſſilienſis, Leontius Forojulienſis & Arcadius Vincienſis*) & ceteris Galliæ Epiſcopis; *ita poſt præfationem monens.* Filii noſtri præſentes, Proſper & Hilarius, quorum circa Deum noſtrum ſolicitudo laudanda eſt, tantum neſcio quibus Presbyteris illic licere, qui diſſenſioni eccleſiaſticæ ſtudeant, ſunt apud nos perſecuti, ut indiſciplinatas quæſtiones vocantes in medium, pertinaciter eos dicant prædicare adverſantia veritati. *Hos autem cum corripi Papa juſſiſſet, ut qui non tantum* hæc erga vi-
pro tuendo Auguſtino defuncto. *ventes tentare audent, ſed nituntur etiam quieſcentium Fratrum memoriam diſſipare, incipit Laudare* Auguſtinum, ſanctæ recordationis virum: quem *inquit* tantæ ſcientiæ olim fuiſſe meminimus, ut inter magiſtros optimos à meis ſemper prædeceſſoribus haberetur: *& ſubinfert:* Unde reſiſtendum talibus, quos male creſcere videmus, *utique adverſus doctrinam & æſtimationem jam defuncti Auguſtini (alias enim nulla foret epiſtola totius connexio) prout prædicti* Proſper & Hilarius præſentes *expoſuerant.*

37 *Fuit ergo doctrina Auguſtiniana inſignis zelator*

C Hilarius *iſte: ſed, quantum ex productis hactenus mo-*
licet homo laicus, *numentis ſciri poteſt, aque ac ſocius ejus Proſper, homo laicus, certe nondum Epiſcopus: alias enim non* filius *ſed* Frater *ab Auguſtino & Cæleſtino compellaretur, & Proſpero omnino præponeretur. Vtrum autem poſtea factus idem ille ſit* Arelatenſis Epiſcopus *quæritur. Factum eſſe, creditum ab iis fuit, qui S. Auguſtini opera collegerunt: quia* Hilarii Arelatenſis *titulum in MSS. præferebat epiſtola, prædictis duobus S. Auguſtini libris præfixa. Titulus is Baronio, Myræo, Riveto & heterodoxis quibuſdam, à Labbeo noſtro citatis, perſuaſit,*
ab aliquibus cum Arelatenſi Epiſcopo confuſus. *Epiſcopum indicari; Bellarminus, Labbeus, Neuſſer diſtinguendos Hilarios duos judicarunt, iſque jam erat eruditorum virorum communis ſenſus; donec priorem opinionem reſuſcitavit nuperrime amicus noſter P. Franciſcus Macedo, pluribus contra Pſeudo-Auguſtini Iprenſis ſectarios certaminibus & victoriis orbi notus, in Commentatione Hiſtorico-polemica pro S. Vincentio Lirinenſi, Semipelagianiſmi ſimiliter inſimulato, à ſuo illo famoſo antagoniſta Hiſtoriæ Pelagianæ auctore. Ibi is cap. 15 conjecturis variis nititur veroſimile reddere, S. Hilarium Arelatenſem, primum à S. Honorato eruditum in Gallia, poſtea juvenem adhuc navigaſſe in Africam, ibique Auguſtinum audiviſſe: deinde pene certum facit, prædictas ad Auguſtinum epiſtolas datas eſſe ab eo tum privatam adhuc vitam agente; ideoque ex epiſtola Proſperi, ubi hic ejus mentionem facit, abolendum cenſet titulum* Epiſcopi.

D 38 *Etenim ordinatus eſt Arelatenſis Epiſcopus* Hilarius *anno dumtaxat* CCCCXXIX, *menſe Februario aut* & revera ſcripta ſunt Proſperi & Hilarii epiſtola *etiam ſerius: eodem autem anno in Africam irruperant Wandali, & omnibus pene occupatis, poſt victum Bonifacium Comitem cum exercitu, ipſi Hipponenſi imminebant ciuitati; quæ & obſeſſa ſequenti anno eſt, & tertio obſidionis menſe in eam decidit infirmitatem Auguſtinus, ex qua etiam obiit* XXVIII *Auguſti. Non erant igitur ea tempora quibus eos libros ille ſcribere potuerit, quos ad Proſperi atque Hilarii preces compoſuit, ſtylo per quam accurato & concinno (ut animo fuiſſe ſoluto appareat) & citra ullam tantæ calamitatis mentionem. Proinde quæ libros illos poſtulabant epiſtolæ, ex Gallia venerant anno ſaltem* CCCXXVIII *aut etiam citius, cum adhuc S. Honoratus eccleſiæ Arelatenſi præ-* antequam Arelatenſis ordinaretur Epiſcopus. *ſideret. Eſt igitur error aliquis in epiſtola Proſperi: cujus locum, quatenus Hilarium videtur ſpectare, totum hic lubet tranſcribere:* Credimus & ſperamus, non ſolum tenuitatem noſtram diſputationum tuarum præſidio roborandam, ſed etiam ipſos, quos meritis atque honoribus claros, caligo iſtius opinionis obſcurat, defæcatiſſimum lumen gratiæ re-

E cepturos. Nam unum eorum, præcipuæ auctoritatis & ſpiritualium ſtudiorum virum, ſanctum Hilarium Arelatenſem Epiſcopum, ſciat beatitudo tua admiratorem ſectatoremque in aliis omnibus tuæ eſſe doctrinæ: & de hoc quod in querelam trahit, jam pridem apud ſanctitatem tuam ſenſum ſuum per litteras velle conferre: ſed quia utrum hoc facturus, aut quo fine facturus, incertum eſt, & omnium noſtrum fatigatio in tuæ caritatis & ſcientiæ vigore ſperat; adde eruditionem humilibus, adde increpationem ſuperbis.

39 *Ab hoc loco ſi titulum* Epiſcopi *auferas, nihil* ideo foret ſupervacua duplicis Hilarii diſtinctio. *obeſſe putat Macedo, quo minus hic loquatur Proſper, non tantum de eo qui poſtmodum Arelatenſis Epiſcopus fuit, ſed etiam de illo à quo rogatus fuit ad Auguſtinum ſcribere, quique Proſperi litteras una cum ſuis in Africam direxit. Rem autem concipit ita geſtam, ut Hilarius primum in uno illo difficili puncto hæſitans, dubium ſuam declaraverit Proſpero, ſignificaveritque voluntatem ſcribendi ad Auguſtinum: poſtea autem, accepto aliquo Auguſtini reſponſo, prorſus in ejus ſententiam iverit; Proſpero id ignorante, interimque motu proprio ſcribente epiſtolam ſuam; cujus mittendæ dum*

F *commoditatem expectat, obtulerit illam Hilarius ad ſcribendum exhortans, quod eum jam feciſſe neſciebat: itáque factum eſſe, ut in epiſtola Proſperi remanſerit ambigua illa de Hilario ſententia: & hac Macedo nititur adminiculis ingenioſe excogitatis veroſimilia reddere. Concipere autem videtur Hilarium Arelatenſem pro eo tempore annis plena virum; ut qui adoleſcens in Africa Auguſtinum audierit, & Syracuſis in reditu conſtitutus* niſi adfaceret neceſſariam minor ætas Arelatenſis. *eidem occaſionem dederit contra Pelagianos ſcribendi (hoc autem anno* CCCCXI *factum cenſet non immerito Baronius) & quod idem nunc inter Auguſtini æſtimatores, ſed una in cauſa de ipſo querulos, fuerit* auctoritatis præcipuæ & ſpiritualium ſtudiorum; *quin & ante ingreſſum in monaſterium ſeculares geſſerit dignitates: eo enim adducit Eucherii locum, in epiſtola ad Valerianum ſic ſcribentis:* Hilarius nuper, & in Italia nunc Antiſtes Petronius, ambo ex illa pleniſſima, ut ajunt, poteſtatis Sede, unus in Religionis, alter in Sacerdotii nomen aſcendit: *ex quibus forſitan verbis vir eruditus mihique familiariter amicus Paulus Carolus Boſca, Ambroſianæ Mediolani Bibliothecæ Cuſtos, inſuſpicionem venit, quod Prafecturam Galliarum Hilarius geſſerit.*

A

qui juvenis abductus Lerinum à S. Honorato

40 *De Petronii ampliſſima apud Theodoſium juniorem dignitate Conſtantinopoli, priuſquam Epiſcopus Bononienſis fieret, dicetur ad diem* IV *Octobris. Hilarii* præcelſum ſtemma *Vitæ auctor commendat; ex quo pronus ei haud dubie fuiſſet ad quoſvis honores gradus, niſi ſpes ingentes pro Chriſto dimittere perſuaſiſſet S. Honoratus. Et hoc fortaſsis ſolum de eo indicatum Eucherius voluit: nec enim videtur adoleſcenti, annis viginti haud multum majori (ſi tamen hos attigerat, quando Honoratum ad Lerinenſem eremum ſecutus eſt) tantæ amplitudinis gravitatiſque munus commiſſum. Nam quando S. Honoratus, factus Arelatenſis Epiſcopus, carum ſuum diſcipulum abſtraxit ab eremo & ſecum duxit Arelatem, annorum duntaxat erat Hilarius* XXIV, *utpote qui anno* CCCCXLIX *Epiſcopus moriens vix* XLVIII *anni circulum vivendo expleverat: adeo ut, tempore ordinationis ſuæ Epiſcopalis, annum ut ſummum egerit* XXVII. *Et hunc dicemus, etiam antequam Epiſcopus eſſet, à Proſpero appellari* auctoritatis præcipuæ & ſpiritualium ſtudiorum virum? *Ignoſcet mihi ſpero P. Macedo, quod in tempore ſcriptæ à Proſpero epiſtolæ cum ipſo ſentiens, & in præcitato quoad Hilarium loco vitium eſſe cum eodem judicans, vitium ipſum via commodiori corrigam, quam ſit illa tot difficultatibus implicata, qua unus idemque ſtatuitur Hilarius; qui de Auguſtini ſententia dubitans, ipſi ſcribere voluit; & qui poſtea de eadem nihil ambigens, ſolum ſolicitus fuit ut ea aliis probaretur: dicamque, eo loco aut* Hilarium *irrepſiſſe pro* Honorato, *aut* Arelatenſem *pro* Narbonenſi *Hilario; alterutrum vitiante librario, & ex ſua imperita conjectura locum, quem illuſtrare voluit, obſcurante.*

poſtea anno ætat 27 factus eſt Epiſcopus.

B

idque ante mortem S. Auguſtini

41 *Neque enim delendo* Epiſcopi *titulum ſalva ſunt omnia, ut* unus *ſolus retineatur* Hilarius, Proſperi *in defendendo Auguſtino* ſocius, *idemque poſtea* Epiſcopus Arelatenſis. *Ille enim Auguſtino jam mortuo, & quidem pridem, à Cæleſtino poſtponitur Proſpero, tamquam adhuc laicus: cum tamen Arelatenſis fuerit ante Auguſtini mortem ordinatus. Quod ſi dubitare velis, an illa Auguſtini commendatio, inter primum & ſecundum caput Cæleſtinianæ Epiſtolæ, ſit authentica; eamque ſuſpiceris aliunde aſcitam, una cum præfatione & Capitulis poſterioribus undecim (quæ certo Cæleſtini non ſunt, ſed ut ſummum alicujus Gallicanæ Synodi ex Cæleſtini præſcripto coactæ) hæc, inquam, ſi dubitans ſuſpiceris; ſuſpicioni quidem tali favere videbitur ipſa contextus, abſque ejus lacinia interpoſitione optime cohærens, & per ipſam factus hiulcus atque obſcurus; atque ex hac parte expedies te, ut potuerit ante ordinationem Hilarii Arelatenſis & Auguſtini mortem ſcripta fuiſſe Cæleſtini epiſtola: ſed non efficies ut de illo cum tali elogio ſcripſiſſe tunc credatur Proſper; multo minus ut initio naſcentis Pelagianiſmi ad Auguſtinum de iis quæ audiverat Syracuſis ſcripſiſſe in Africam dicatur is, qui juxta Baronii ſententiam hoc fecit anno* CCCCXI, *quando Hilarius noſter decimum ætatis annum necdum attigerat. Et quantumvis hic aliquot annis ſerius crederetur Syracuſas*

quem is in Africa adiiſſe non potuit.

C

veniſſe ex Africa, epiſtolamque ſcripſiſſe: numquam tamen adduci poterit ad ætatem, tantis rebus tali viro proponendis idoneam. Quod ſi is non fuit in Africa in ætate tam exigua adhuc ſecularis; multo minus ibi fuiſſe dicendus eſt Religioſus; qui ut ſemel deguſtavit ſolitudinis Lerinenſis delicias, adeo iis captus eſt, ut nec magiſtri quidem cariſſimi amore cohiberi potuerit, quo minus eo revolaret unde abſtractus fuerat. Quid? quod Africanam commorationem, qua ſalubribus Auguſtini uberibus *nutriendum Hilarium adduxerat, non debuiſſet auctor Vitæ tacere, ſi ille revera ſub ejus diſciplina adoleviſſet; ſicut ſe adoleviſſe profitetur Proſperi ſocius in ſcribendis ad Auguſtinum litteris.*

D

Ab illo diverſus Proſperi ſocius

42 *Sed cur tricamur? Ipſe hic* Hilarius *ab Arelatenſi Epiſcopo liquido ſecernit ſeſe in fine epiſtolæ, quando hæc ſcribit:* S. Leontius Diaconus, cultor tuus, cum meis parentibus multum te ſalutat: *& infra: Sciat Sanctitas tua, fratrem meum, cujus maxime cauſa hinc diſceſſimus, cum matrona ſua, ex conſenſu, perfectam Deo continentiam devoviſſe. Habitabat ergo hic Hilarius in eadem in qua Leontius Diaconus, frater Proſperi, civitate; puta Arelatenſi vel Maſſilienſi, unde frequens erat navigatio in Africam, & unde Leontius fratris ſui Proſperi epiſtolas aliquando tulerat ad Auguſtinum, forſitan poſt celebrem illum Maſſilienſem conventum, pro ejus ſententia planius exquirenda, illuc miſſus: in eademque civitate ſuos habebat parentes: quin & negotiorum temporalium cauſa ante annos multos fuerat profectus in Africam, & ibi concionantem Auguſtinum diutius audiverat; egerat autem & fratris ſui negotia, qui eum iſtuc ablegarat. Hæc vero omnia ut optime quadrant in hominem laicum, Arelate aut in vicinia ortum, genere non ſummo, forte annos quadraginta aut quinquaginta natum cum Auguſtino poſtremum ſcriberet; ita minime conveniunt ei, qui ibi fuit poſt Honoratum Epiſcopus, peregre ſicut ille appulſus, genere nobiliſſimus, ætate juvenis, qui nec unum pedem ſcitur extuliſſe è Gallia, ſororem autem habuit Pimeniolam, Lupo, poſtea Trecenſi Epiſcopo, oriundo ex oppido Leucorum, nuptam: ut tam ipſum quam S. Honoratum & Lupi fratrem Vincentium Lerinenſem, credibile ſit Leucorum regionis indigenas pariter omnes fuiſſe; procul certe abfuiſſe à ſuis parentibus Hilarium, ſiquidem illi adhuc vivebant, quando ipſe dimiſſa patria Honoratum ſecutus Lerinum ſeſe contulit, aut Arelatem cum eodem Honorato migravit. Vt ut ſit manet à Semipelagianiſmi nota liber Hilarius, Arelatenſis Epiſcopus, qui vel Auguſtini honorem zeloſe curavit, etiam antequam eſſet Epiſcopus; vel cum ejus obtrectatoribus de hæreſi ſuſpectis nihil oſtenditur habuiſſe commune, ac ne dubitaſſe quidem de Auguſtino eo in puncto, in quo merito hæſitabant alii; quamvis autem de eo dubitaſſe ſciretur, non tamen propter hoc ſolum reus agi poſſet hæreſeos, ſed potius laudem mereretur, quam accepit à Maldonato viro docto, à quo dicitur,* Homo miræ prudentiæ in ſuſtinendo judicio.

E

patria etiã & genere diverſiſſimus fuit.

F

DE SANCTO GERONTIO G. H.

ARCHIEPISCOPO MEDIOLANENSI.

SECULO V

Vltu Eccleſiaſtico proſequuntur Mediolanenſes hoc die V *Maji S. Gerontium Archiepiſcopum ſuum: præſcribunt eum antiqua Miſſalia, qualia habemus anno* MDXXII *&* MDLX *excuſa, & Breviaria anni* MDXXXIX, *aliaque poſteriora juſſu S. Caroli Cardinalis Archiepiſcopi edita: in quibus pro Lectione tertia iſtud Vitæ elogium datur:* Geruntii Epiſcopi maximæ virtutes, cum exemplis modiſque aliis, tum præcipue claruere propter barbarorum violentiam, qui ſub Odoacro Rege Italiam ingreſſi, miſerrime ſæviſſimeque depopulabantur. Per eos immanes populos non ſolum omnis Eccleſiaſtica diſciplina corrupta & diſſoluta, ſed etiam in pulcherrima urbis opera deſævitum, urbs ipſa à fundamentis pene diruta fuit. Quæ cum à barbaris fierent, Geruntius ſemper acerrime obſtitit. Qui ſicut prudentia & humilitate ſua recuſaverat id munus, ita ſuſceptum conſtantiſſime geſſit, neque ulli unquam perverſitati temporum hominumque ſuccubuit. Cum ſanctiſſime mortem occubuiſſet,

cultus ſacer.

AUCTORE G.H.

in basilica S. Simpliciani sepultus est. *Hæc ibi: & est quarta Lectio ad illorum usum, qui in illa urbe & diœcesi Romano ritu utuntur: quibus reliquum Officium ex Communi Pontificum & Confessorum desumendũ sub ritu duplici præscribitur. Ejusdem S. Gerontii sacra memoria recolitur in Tabulo hodierni Martyrologii Romani, & apud Galesinium, Ferrarium in Catalogo Sanctorum Italiæ, & alios rerum Mediolanensium scriptores.*

Tempus Sedis, apud recentiores incertum,

2 *De tempore Sedis non convenit inter auctores. In Catalogo Archiepiscoporum, edito inter Acta Synodalia diœcesana Ecclesiæ Mediolanensis à S. Carolo habita., hoc elogium profertur:* S. Gerontius, civis Mediolanensis, Simplicio Pontifice, VII Kalendus Januarii invitus creatus Archiepiscopus, magna cum humilitate suscepit id munus, & arctissimis Insubriæ temporibus sanctissime gessit annos VI. Obiit in Domino III Nonas Maji, sepultus in basilica S. Simpliciani. *Hæc ibi. Acta S. Simplicii Papæ illustravimus ad diem 2 Martii, ostendimusque eum sedisse ab anno* CCCCLXVII *usque ad annum* CCCCLXXXIII, *sed quibus ex hisce annis præfuerit Ecclesiæ Mediolanensi S. Gerontius, hinc non constat. Ferdinandus Vghellus in Archiepiscopis Mediolanensibus cum aliis statuit præfuisse à die* XXVI *Decembris anni* CCCCLXVI *usque ad* CCCCLXXII: *sed*

B

sic ante tempora regni Odoacri in Italia è vita decessisset: & ideo quæ de eo hic traduntur, transferuntur ab Vghello ad S. Benignum successorem, cujus Acta danda sunt XX *Novembris. Regnavit autem Odoacer, post suam in Italiam irruptionem, ab anno* CCCCLXXVI *usque ad annum* CCCCXCIII. *Ferrarius ex deductione temporum in præcedentibus Episcopis, sed non satis solida, ait,* S. Gerontium Episcopatum administrasse ab anno CCCCLXXIII usque ad annum CCCCLXXIX, *& sic tertio anno regni Odoacri in Italia vita fuisset functus.*

3 *Tanta auctorum discrepantia circa Episcoporum Mediolanensium chronologiam, hic & alibi passim notata, fecit, ut habentes pra manibus exemplar antiqui Catalogi ex tribus variæ ætatis partibus ab annis circiter sexcentis collecti, totum judicaverimus examinandum prius & illustrandum, quam aliquid certi posse mus statuere de singulis. In hujus prima parte, minus quidem accurata quam sint cetera, minusque certa, magni tamen facienda propter prærogativam ætatis, ut quæ censeri posit ante finem seculi* VI *compilata; in prima, inquam, Catalogi parte sic legimus:* Geruntius, sedit annos sex, depositus VII Maji: *& diximus videri nobis originaliter scriptum fuisse* dep. v.m. Maji, *ideſt,* v mensis Maji: *deinde ad constituendum certos limites sexenni S. Geruntii Episcopatui, non invenimus certius fundamentum, quam*

ex veteri Ms. catalogo certius definitur.

C

in principio Laurentii, Episcopi post illum quarti, quod principium haberi non poterat ante annum CCCCXCIX. *Hinc autem sursum ascendendo ad Geruntium, per spatia tribus intermediis attributa, venimus ad annum* CCCCLXXVIII, *quo mortuus esset Geruntius, circa initium anni* CCCCLXXII *ordinatus. In decessore Geruntii Eusebio hoc unum habemus certum, quod ejus initium non posit differri ultra annum* CCCCLI, *quando jam Episcopus Epistolam scripsit S. Leoni Papæ: sed quia diuturnitas Sedis satis certo definiri nequit, propter errorem in numero annorum ipsi vel alicui antecessorum attributo; ideo censemus Geruntii ætatem potius ex successorum ætate metiendam.*

D

4 *Iosephus Ripamontius decade* I *Historiarum Ecclesiæ Mediolanensis lib.* 7 *asserit* à S. Gerontio in basilica S. Simpliciani, in qua ipse sepultus est, conditos Marolum, Glycerium, Lazarum, cum obscuriorem antea tumulum essent nacti. *Acta S. Lazari dedimus* XI *Februarii, & S. Maroli* XXIII *Aprilis, & S. Glycerii danda erunt* XX *Septembris. Memoratus ante Vghellus addit;* nonnullos arbitrari, è nobili gente à Basilicapetri Mediolanensi, excellentium virorum in omni memoria feracissima, ortum habuisse Gerontium; secundum alios ex Burrea prænobili familia: *quod gratis præsumptum, ut nulla solida in alterutram partem auctoritate probatur, sic nec meretur operose refutari. De eodem Gerontio sequentes versus panxit Ennodius Episcopus Ticinensis.*

Reliquiæ aliorum translatæ.

E

Præconium Ennodii.

Ecclesiæ postquam parta est tibi sella, Geruntı,
Funera decessor non timuit moriens.
Te reparante redit, patitur sors pallida letum,
Vivit post obitum discipuli pretio.
Agricolis junctus coluisti germina Vitæ,
Nec serpens lolium pabula læta tulit.
Qui dedit in medium, quem lex jubet optima victum:
Emit terrenis fructibus ille polum.
Errorem mentis pressisti lege laborum;
Otia non passus, virtutibus veheris.

5 *In ecclesia S. Simpliciani traduntur asservari quinque sacra corpora Archiepiscoporum Mediolanensium, scilicet* SS. Simpliciani, Benigni, Antonini, Gerontii & Ampelii; *item* S. Vigilii Episcopi Tridentini, & SS. Sisinnii, Martyrii, & Alexandri Martyrum, *quorum Acta passionis damus* XXIX *Maji. Horum omnium Corpora cum solemnissima processione à S. Carolo Borromæo translata fuisse, anno* MDLXXXII *mense Iunio, tradit Morigius in Sanctuario Mediolanensi pag.* 153.

translatio an. 1582

F

DE SS. TEVTERIA ET TVSCA

VIGINIBVS VERONÆ ITALIA.

G.H.

V MAII.

CElebris apud Veronenses est SS. Teuteriæ & Tuscæ Virginum *memoria, ob ecclesiam ipsarum nomini dicatam, in qua sacra illarum corpora adservari testis est Augustinus Valerius Episcopus Veronensis & S. R. E. Cardinalis, in Antiquis monumentis Ecclesiæ Veronensis, initio à Raphaelo Bagata Archipresbytero Ecclesiæ sanctorum Apostolorum & Baptista Peretto Rectore Ecclesiæ S. Teuteriæ collectis, & ab ipso Valerio pertextis, atque anno* 1576 *vulgatis. In hisce, ex Martyrologio Ordinis Fratrum Prædicatorum apud sanctimoniales S. Dominici, ad hunc* V *Maji ista leguntur:* Veronæ SS. Teuteriæ filiæ Regis Angliæ, ac Tuscæ, sororis S. Proculi Episcopi Veronensis. *Acta S. Proculi Episcopi dedimus* XIII *Martii, diximusque quo tempore floruerit incertum esse, & Onuphrium Panvinium lib.* 4 *Antiquitatum Veronensium cap.* 7 *fateri*, successionem

Harũ corpora in propria ecclesia,

Episcoporum, nimia jam vetustate majorumque fatali ignavia, tenebris vetustatis oppressam esse, *optavimusque ut ex his tenebris aliquando eruerentur Acta SS. Teuteriæ & Tuscæ Virginum, quarum hæc censetur soror S. Proculi Episcopi: at Teuteria dicitur ex Britannia advenisse, atque cum S. Tuscavixisse, cujus natalis est dies* V *Maji. Quamvis autem natalis S. Tuscæ* X *Iulii recurrat, Acta tamen utriusque, quia separari nequeunt, unà hic dantur.*

2 *In Psalmista vetusto ex membranis, adservato in ecclesia sanctorum Apostolorum (cui ecclesia SS. Teuteriæ & Tuscæ, quasi aliqua capella, est contigua) ista leguntur:* Anno Domini septingentesimo quinquagesimo primo vivebat S. Anno Episcopus Veronensis, frater S. Mariæ Consolatricis, qui consecravit præsentem ecclesiam sanctarum Virginum Teuteriæ & Tuscæ & altare: & posuit corpora dictarum Virginum

anno 751 *consecrata,*

A num in dicta eccleſia in arca præſenti, & magnam indulgentiam dedit eum aliis quamplurimis. Cum autem ſacra illa corpora, *ut in dicto Pſalmiſta traditur*, per plures annos latuiſſent, anno Domini MCLXI die IV Julii, inventa fuerunt: & eodem anno, die XIV Septembris, eadem eccleſia iterum conſecrata fuit. *Baptiſta Peretus ſupra citatus, in libello quem ſub annum* 1588 *de hiſce Sanctis Virginibus ſcorſim edidit, & Sorori Angelæ Bevilacquæ Prioriſſæ monaſterii S. Catharinæ Senenſis dedicavit, cap.*5 *agens de prædicta corporum inventione, ait repoſita tunc fuiſſe in majorem marmoream arcam, quæ veluti ad hoc præparata ibidem ſtabat poſt majus altare: deinde vero feſtum inventionis ſolitum quotannis renovari cum hac Oratione.* Omnipotens ſempiterne Deus, qui hodierna die corpora Sanctarum tuarum Teuteriæ & Tuſcæ fidelibus tuis cum gaudio inveniri tribuiſti, da nobis & earum interceſſionibus proficere & converſationis imitatione ad gaudia æterna pertingere. *Ab eo autem tempore inductam conſuetudinem credit idem Peretus, ut milieres devotæ noctem, quæ feſtum S. Teuteriæ præcedit, pervigilem in orationibus agant intra eccleſiam: & alii plures eamdem cœperint devote invocare, non ſine multiplici fructu beneficiorum divinitus impetratorum: quorum aliqua inferius ex pradicto libello Latine reddentur.*

innovata,

poſt inventionem ſanctorum corporum 4 Iulii.

B 3 *Inter Epiſcopos Veronenſes numeratur octogeſimus ſextus* Bonincrontus, *anno* MCCXCI *electus, vita functus anno* MCCXCVIII, *à quo* Indulgentia XL dierum conceſſa fuit omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, viſitantibus eccleſiam ſanctorum Apoſtolorum & SS. Teuteriæ & Tuſcæ Virginum, in conſecratione ipſarum eccleſiarum, & in Exaltatione ſanctæ Crucis uſque ad feſtum S. Michaëlis. *Bonincronto ſucceſſit* Theobaldus Epiſcopus, *mortuus anno* MCCCXXXI, *à quo item Indulgentia* XL *dierum conceſſa fuit, uti & ab ejus ſucceſſore Nicolao, qui uſque ad annum* MCCCXXXVI *vixit, aliiſque addit etiam* Indulgentias XL dierum, viſitantibus eccleſiam dictarum ſanctarum Virginum in quarta feria, ſive quolibet die Mercurii, ſingularum hebdomarum cujuſlibet anni, & in ipſarum feſtivitatibus. *Vixit cum præcedentibus Epiſcopis* Paganus Turrianus, *adlectus Patriarcha Aquileienſis anno* MCCCXIX, *vita functus anno* MCCCXXXII; *qui* prædictas Indulgentias XL dierum conceſſit in feſtivitatibus ſanctorum Apoſtolorum, & in ſolennitatibus beatiſſimæ Virginis Mariæ, & in feſtivitatibus SS. Teuteriæ & Tuſcæ Virginum, & per Octavas ipſarum feſtivitatum: *idque conſtare dicitur* ex tabulis antiquis, in membranis, in diverſis locis ipſarum Eccleſiarum appenſis.

*data Indulgentia circa an.*1300,

& deinceps pluries;

C 4 *Ita etiam conſtat*, feſtum S. Teuteriæ hoc V Maji ex Martyrologio Veronenſi eccleſiæ Cathedralis, ex libris antiquis eccleſiæ Sanctorum Apoſtolorum, & eccleſiæ S. Stephani, & ex libris & membranis eccleſiæ S. Laurentii, & S. Mariæ ad Faram, & S. Bartholomæi in monte. Feſtum vero S. Tuſcæ Virginis celebrari die X Julii ex libris antiquis eccleſiæ ſanctorum Apoſtolorum, & ex tabula lapidea inſerta parieti è regione arcæ ipſarum Sanctarum. *Particulares harum* Virginum Reliquiæ *conjunctim* ſunt in altaribus ſanctiſſimæ Trinitatis, S. Jacobi, & S. Helenæ in dicta Apoſtolorum eccleſia, *cum ea anno* MCXCIV *die* XX *Martii conſecraretur ab Epiſcopo Adalardo, inquit Perettus eadem hæc latius deducens cap.*7 *prædicti ſui libelli: qui iiſdem addit* altare S. Vincentii in eccleſia S. Mariæ in Clavica, *anno* MCCCXVI *per Tebaldum Antiſtitem conſecratum. Idem ait ſolius S. Tuſcæ Reliquias eſſe* in altari S. Joannis de Beverara; *nec non in eccleſia* S. Pauli in Campo Martio: *Reliquias vero ſolius S. Teuteriæ eſtatur aſſervari in eccleſiis* S. Georgii in Braida: S. Firmi minoris & S. Zenonis. Fuit etiam noſtris temporibus, *inquit Valerius Auguſtinus Epiſcopus*, erectum altare in honorem S. Teuteriæ Virginis in eccleſia S. Marthæ monialium S. Mariæ Magdalenæ in Campo Martio, à quibus ejus feſtum ſingulis annis ſolenniter celebratur, ad id multis vocatis Sacerdotibus, ob miraculum ſanitatis repente anno MDLIV recuperatæ à monacha ejuſdem monaſterii, de quo extant monumenta apud ipſas moniales. *Hæc ibi, quæ omnia antiquum dictarum Virginum cultum Eccleſiaſticum abunde confirmant: eaſque aliquamdiu vixiſſe ante annum* DCCLI, *quo S. Anno Epiſcopus illis & eccleſiam & altare conſecravit.*

feſtum S. Teuteriæ 5 Maji

S. Tuſcæ 10 Iulii.

Reliquiæ variis in templis.

Auctore G.H.

altare in S Magdalena ædi.

5 *Duo ſuggeruntur temporum characteres, dum* S. Teuteria ob Oſgualdo, Angliæ Rege *necdum Chriſtiano*, impudice appetita, & cum S. Tuſca B. Proculi Veronę Epiſcopi ſoror *vixiſſe dicitur. Peretus in libello cap.* 1 *mutata priori ſua ſententia pro Oſualdo Rege, poſt modum Chriſtiano & Sancto, ſubſtituens alium, qui cum S. Lucio in Britania vixerit obieritque gentilis, refert illas tempore Eleutherii Papæ: & in Hiſtoria de Vitis quatuor primorum Epiſcoporum, edita anno* 1602, *ad annum Chriſti* CCXXX: *ſed ſcire debebat Saxonicum nomen Regi Britanno minime convenire, ea ſaltem ætate. Panvinius loco ſupra indicato aſſerit* Ordinem Epiſcoporum Veronenſium, uſque ad annum Chriſti DCCLX non eſſe continuatum: quis invicem ſucceſſor fuerit incompertum, tempora etiam quibus ſinguli vixerint obſcuriſſima eſſe & incerta, *ac proinde* nuda nomina ordine alphabetico ſuggerit. *Quidni etiam aliquorum Epiſcoporum nomina lateant, ac ſecundus iſtius nominis Proculus Epiſcopus vixerit ſeptimo Chriſti ſeculo, quo* Oſwaldus *ſive* Oſgualdus Rex *apud Anglos imperabat? In Vita metrica ſolum* Tuſca, Proculi ſoror ſanctiſſima, *celebratur, nulla Epiſcopalis dignitatis facta mentione, ut is patuerit eſſe vir eximii nominis, in quocumque demum ſtatu floruerit. Iam primus Oſwaldus Rex Angliæ occurrit, Ethelfridi, cognomento Feri, Regis Northumbriæ filius: qui juvenis exul apud Scotos, in hodierna Hibernia, fidem Chriſtianam amplexus; & fratre Eanfrido occiſo, regnavit ab anno* DCXXV; *à Penda infideli Merciorum Rege anno* DCXLII *interemptus; coliturque Martyr die* V *Auguſti. Verum num iſti dicta impudicitia tribuenda ſit, an alteri è regia familia Oſgualdo ſive Oſwaldo, quis in tanta rerum obſcuritate aſſequetur? His interim prænotatis Acta proferimus. Si modum attendas, quo immiſſorum ab impuro proco ſatellitum manus dicitur evaſiſſe in S. Tuſcæ cella recepta; omnino cogeris opinari violentiæ iſtius auctorem aliquem Dynaſtam, in ipſo Veronenſis urbis territorio fuiſſe, qui laſcivos oculos injecerit in peregrinam puellam; niſi ſuſpicari malis, Principi alicui Anglo circa Veronam iter agenti, & fortuita libidine in eam accenſo, imputandum, quod neceſſe habuerit ad S. Tuſcæ cellam confugere.*

an floruerint ſeculo ſeptimo

D E F

VITÆ COMPENDIVM

Ex collectione Auguſtini Valerii Epiſcopi Veronenſis.

S. Teuteria Chriſti fidē amplexa.

TEuteria Virgo, ſtirpe quidem regia edita, ſed parentibus Ethnicis, in Anglia nata eſt, quo tempore populus regni illius & vicinarum urbium pars maxima Gentilitatis errore adhuc detinebatur. Hæc, divinæ miſericordiæ munere, Catholicæ fidei doctrina clam erudita, baptiſmum maxima cum devotione ſuſcepit, in dies magis ac magis Chriſtianis virtutibus proficiens: quæ cum ob egregiam formam ob Oſgualdo Angliæ Rege impudice appeteretur, ſpretis ipſius & pollicitationibus & minis, divinitus monita patriam relinquens, Veronam profecta eſt. Ubi cum audiſſet S. Tuſcam, beati Proculi tunc Veronæ Epiſcopi ſororem, non longe

A extra muros antiquos ipſius urbis, in quadam cellula loci quaſi deſerti, vitam degere ſolitariam; ad eam ſæpius acceſſit: & nacta occaſionem, non ſine miraculo ipſa etiam in cellulam ipſam intravit. Nam cum Regis *a* ſatellites, qui eam inſequebantur, non longe adhuc eſſent; hujus rei divinitus admonita, oravit B. Tuſcam, ut in cellulam reciperetur. Quo facto feneſtella per quam ingreſſa fuerat, aranearum telis pertexta, nemini recentis latebræ ſuſpicionem reliquit. Qua re deluſi Regis miniſtri in Angliam reverſi ſunt. Quod miraculum cernens B. Tuſca, Teuteriæ permiſit, ut ſecum ea in cellula reliquum vitæ degeret. Teuteria vero cum B. Tuſcam, tamquam matrem, in omnibus illi obediens, veneraretur; opera etiam & aſſiduis precibus ſalutem Oſgualdo Regi perſecutori ſuo à Deo impetravit: nam ad fidem converſus Chriſtianam vitam traduxit. Cum autem ambæ die noctuque vigiliis, jejuniis & orationibus Deo ſervirent; poſtremo B. Teuteria, gravi morbo correpta, ſacroſanctis perceptis Sacramentis, cum pronuntiaret verbum, In manus tuas, Domine, commendo ſpiritum meum; aſtantibus Angelis, migravit ad Dominum tertio Nonas Maji: b..... cujus corpus ſepultum fuit eo in loco, ubi B poſtea & corpus B. Tuſcæ: quæ eodem anno ſexto Idus Julii feliciter obiit, atque in eodem loco in earum honorem eccleſia extructa fuit: quam cum poſt plurimos annos S. Anno Veronæ Epiſcopus conſecraſſet, in ea illarum corpora in arca marmorea collocavit, miraculis clara.

A Veronâ à S. Tuſca admiſſa,

a cum Regis ſatellites, qui eam inſequebantur, non longe adhuc eſſent;

ambæ ſancte degunt & moriuntur.

b B

ANNOTATA.

a *Nullatenus nobis veroſimile eſt, ipſum illum hic intelligendum, cujus cauſa diſceſſerat virgo ex Anglia: alium eſſe oportet qui eam circa Veronam invenerit.*

b *Inſerta erant iſta à nobis omiſſa verba*: Anno ſalutis CCXXVI, *etiam reperta in inſcriptione dictæ arcæ, quæ poſita dicitur pro palla majoris altaris, ubi præter figuras ipſarum Virginum ex marmore inſertas, hæ litteræ ſunt inciſæ.* Sancta Teuteria, ſtirpe regia edita, magnas ſub Oſgualdo Angliæ Rege (ibi enim nata eſt) perſecutiones tulit: qui poſtmodum opera & orationibus Sanctæ Treveriæ ad Jeſu Chriſti fidem converſus, ſanctiſſimus Chriſtianus evaſit. Ea Veronam profecta, ad Sanctæ Tuſcæ diſciplinam (hæc S. Proculi Veronenſis Epiſcopi ſoror erat) ſe tranſtulit, ubi ambæ Deo ſpiritum reddiderunt, diebus SS. Firmi & Ruſtici, anno Incarnati Verbi CCXXXVI. Cum autem in hoc tempus earum corpora humi condita manſiſſent, Reverendus in Chriſto Pater, Dominus Elias Epiſcopus Suellenſis, pietate ductus, altius elevari curavit anno Chriſti MCCCCXXVII. *Hæc ibi: quæ etiam referuntur à Peretto cap. 7. Verum ea S. Proculi tempora, & hujus ad SS. Firmum & Ruſticum acceſſum examinavimus* XXIII *Martii, & ea potius ſeculo* IV *quadrare diximus. An vero hæc non debeant transferri ad Proculum juniorem, ſupra meritò dubitavimus. Quomodo porro ope S. Aidani Lindisfarnenſis Epiſcopi converſus Oſwaldus Rex cum ſua gente ſit, narrat Beda lib. 3 cap. 6, & plenius tractabitur ad* 31 *Auguſti, quo Sanctus iſte colitur. S. Treveriæ nullam apud ſcriptores Anglos, antiquos aut novos, invenio mentionem. Cur Eliæ Suellenſi tribuatur tranſlatio, abſque ulla mentione Veronenſis tunc Epiſcopi Guidonis Memi, neſciremus, niſi Perettus cap. 7 doceret fuiſſe eum Veronenſem Suffraganeum, & ipſius eccleſiæ Sanctarum Tuſcæ atque Teuteriæ Rectorem.*

C

D

VITA METRICA

Ex MS. eccleſiæ Apoſtolorum, à poſteris expolita.

BEata Virgo, quæ nec audit impios,
Nec eſt ſecuta Principem
Ditiſſimum, ſed corde perditiſſimum,
Nolens ei ſe jungere.
Sed mente pura cogitans leges Dei,
Illaſque conſtantiſſime
Servans, amanſque amore candidiſſimo,
Et caritatis vulnere
Chriſti icta, gloriam ac opes nil æſtimans;
Jeſum ſibi delegerat
Sponſum, morabaturque in hoc perpetuo
Dulci ligata vinculo.
Seu ſol anhelis, cuncta luſtrans lampade,
Afflavit oriens equis;
Veſper rubens ſeu ſera tollit lumina,
Terram ſoporeque irrigat;
Oſgualdus hanc, Rex Angliæ clariſſimus,
Amabat perditiſſime;
Ætate certantemque forma ſideri,
Pulcherrimamque corpore:
Conatur hanc movere de ſtatu ſuo
Præclara dona pollicens,
Et credit integella pectora allicere
Auri ſacris divitiis.
Sed illa, pelagi immota ceu rupes, manet,
Fragore magno concita
Jactata circum & fluctibus latrantibus
Quæ mole ſe tenet gravi;
Scopuli fremunt & ſaxa circum ſpumea,
Illiſaque alga ſpargitur.
Nam Virgo, ſanctis & pudicis moribus
Ornata, ſprevit munera,
Ipſumque ſprevit, aſſis æſtimans
Unius & connubia,
Et regna, & aulas, ac ſuperba Principum
Potentiorum limina,
Cæleſtis ardens ignibus puriſſimis
Amoris, ac Chriſtum inhians.
Tunc Rex videns ſe deſpici à Teuteria,
Inſidias ei purat;
Patremque cœpit proſequi ſuppliciis;
Divinitus ſed excita
Veronæ ad alta tendit ipſa mœnia:
Ut mente tota ſe Deo
In ſervitutem dedicaret, omnia
Linquens ſecundo numine,
Inhoſpitalium per Alpium juga
Chriſtum ſecuta pectore
Fortiſſimo, non fracta rebus aſperis,
Mox Rex nefandus, barbaro
Furore percitus, nefaria evomit:
Et incitatus dæmone
Veronam, ut illam quærerent quantocius,
Miſit ſeveros nuntios.
Tunc Tuſca, Proculi ſoror ſanctiſſima,
Veronæ habens ſuburbium,
Agebat omni à labe puram & candidam
Vitam, optimum laudans Patrem.
Perrexit ad quam paſſibus citiſſimis
Virgo beata Cælitum,
Metuque territa has preces ex pectore
Effudit: O ſalus mea,
Benigne Cælitum Pater, ſerva, obſecro,
Opemque fer: nam barbarus

Jeſum ſponſum aſſumit:

E

ſpernit amorem Oſwaldi Principis,

exul Vero, nam fugit,

à S. Tuſca admiſſa,

Adurget

A Adurget unguibus, fame rabida furens,
Et belluarum immanium
Inſtar, ſalutem & ſanguinem meum hiantibus
Sævi appetunt nunc faucibus.
Audi precor me ſupplicem, ô ſpes unica
Certumque præſidium meum.
Sic dixit, & feneſtram in anguſtiſſimam
Intravit ejus cellulæ:
Quam mox araneæ tegunt tenuiſſimo
aranearum telis protegitur. Juſſu Potentis ſtamine.
Regiſque nuntii, videntes hunc locum,
Intraſſe non hunc æſtimant:
Sed tranſeunt, in patriam & redeunt ſuam
Feſſi, nihil cum invenerint.
Tu glorioſa Virgo, cælum poſſidens,
Implorat. ejus patrocinium. Cujus volat laus conſpicua
Ab Indo ad ultima Britanni littora;
Serva tuo nos numine,
Ope ſoſpita cives, bona impetra omnia;
Poſſimus ut ſummo Patre
Et unico Nato frui perpetuo,
Cum ſempiterno Spiritu.

Hymnus ex eodem MS. codice.

B Virgo cælorum, patriæque noſtræ
Et decus clarum vigilanſque cuſtos,
Quæ ſacris tollis nitida inter aſtra
Offibus urbem.
Hue ades, noſtros miſerans labores,
Sive te cæli tenet aula, ſive
Accolæ gentes Atheſis fatigant
Te precc multa.
Sive diviſi orbe vocant Britanni;
(Diceris namque hiſce oriunda terris,
Vinculo æterno copulata amoris
Cunctipotenti)
Hoc ades, dum te canimus, ſacello,
Virgo cæleſtis; tua dum quot annis
Dicimus læti, redeunte certa
Luce, trophæa.
Cuncta ſpreviſti pretioſa Regis
Dona, nec cepit Veneris voluptas,
Fregit aut Bacchus vel opes amœnæ
Pectora caſta:
Sed Deo ſemper tua dedicata
Mens fruebatur dapibus ſupernis,
C Carnis & mundi ſuperans furores
Bellaque ſatan.
Quin duce & Tuſca latitans in arcta
Cellula, miræ documenta linquis,
Clara virtutis, miſeros juvaſque
Æthere caſſa.
Tu ferax vatum generoſa tellus
Clara Verona, ac opibus ſuperba,
Virginis tantæ decorata ſacro
Corpore gaude.
Verba dicamus bona, feſta venit
Lux, ades quiſquis, faveantque cuncti,
Dent ſacris aris pia thura, odores,
Munera & Inda.
Diva cæleſtes agitans choreas,
Supplices audi, & docili juventæ
Da bonam mentem, & placidam ſenectam
Soſpite curſu.
Da tuis longam veneranda pacem
Civibus, veros ſolidoſque honores,
Candidos mores, ſuperique plenos
Luminis hauſtus.
Laus tibi cæli Pater atque Princeps,
Lege qui certa moderaris orbem,
Quem fides veri ſtudioſa Trinum
Credit & Unum.

MIRACVLA

Ex Italico Baptiſtæ Peretti.

D

Familia pauperis indigentia ſub an. 1259

1 SUb Ezelino tyranno, qui aliquot annorum ſpatio violenter crudeliterque Veronæ imperavit, anno demum MCCLIX ſublatus de medio, contigit ut bonus quidam civis cogeretur ad cuſtodiendum Villæ francæ caſtrum, proprio impendio militaturus, proficiſci. Grave id homini erat minime copioſo; imo obærato, ſic ut familiam ægre ſuſtentaret. Cum ergo mœſtus egrederetur, & per forum tranſiens oculos vertiſſet in eccleſiam Sanctorum Apoſtolorum; recordatus eſt beneficiorum, quæ multi ſe dicebant per S. Teuteriæ intercceſſionem divinitus impetraſſe. Ingreditur ergo feſtinus in ædem, eamque ab arbitris tum forte vacuam reperiens, cor ſuum in oratione effundit cum lacrymis, in tanta ſua ſuæque familiæ neceſſitate auxilium poſtulans à ſancta Virgine. Cum ecce apparuit ipſi eadem, venerabili ſpecie, & candidiſſimis induta veſtibus, diuque ſtupenti tandem dixit; pergeret alacriter itinere cœpto, exauditas eſſe preces ejus, ipſumque cito reverſurum cum ſalute. Viſionem minime vanam probavit eventus: exiguas enim facultates, unde utcumque ſuſtentabatur familia, ita multiplicavit Deus, ut abſentis uxor inde potuerit creditoribus ſolvere, & marito victum ſubmittere, quamdiu in caſtri cuſtodia manſit; ſatis tamen etiam ipſa habuerit ad ſuam & domus totius alimoniam: vir autem incolumis poſtea rediit.

S. Teuteria invocata ſuccurrit.

E

attactu reliquiarum ſanatur deformitas faciei.

2 Inter eas mulieres quæ pervigilium S. Teuteriæ ex more in oratione agebant, advenit una filiam ſecum ducens, cui vultum omnino deformem reddiderat infirmitas quædam: hæc magnum impetrandæ gratiæ fiduciam præferens, Sacerdotem eccleſiæ iſtic præſentem rogavit, ut vultui puellæ admoveret Reliquias Sanctæ, Quo impetrato & orationibus expletis, redivit domum mater cum filia: quæ paulo poſt priſtinæ formæ & ſanitati reſtituta, ſæpe viſa eſt redire ad eccleſiam pro agendis de recepto beneficio gratiis.

an. 1554 apparens Sanctæ,

3 Anno Domini MDLIV, vivebat inter Virgines ſanctimoniales in monaſterio Campi Martii Soror Ludovica: ſed annis quinque miſere conflictata cum febri, gravibus miriſque ſymptomatis ſociata: cui licet medici levamen ſubinde adferrent aliquod, numquam tamen ſanitatem reddere poterant. Tandem die 1 Martii ſub auroram, alteri cuidam monachæ, quæ Soror Magdalena dicebatur, aliquantulum infirmæ apparuit S. Teuteria; juſſitque mandaret Sorori Ludovicæ ut perſeveraret orando, ſibique promitteret pervigilium ſui feſti cum jejunio agere, feſtum autem ipſum religioſius celebrare, ita ſubito convaliturum. Paruit illa, & per infirmariam Sororem nuntiari fecit Ludovicæ, quid ſibi dictum à Sancta eſſet. Juſſa omnia cum accurate expleviſſet ægra, rediit ei color priſtinus qui diffluxerat una cum viribus, ad totius monaſterii ſtuporem, neque enim aut ſentiebat ipſa aut aliæ in ea notare poterant ullum prioris infirmitatis veſtigium.

F

monacham infirmam facto ſibi voto ſanandam promittit:

quod ita factum teſtatus monaſterium edicit,

4 Paulo poſt factum miraculum venit Ludovicæ pater ad eccleſiam Sanctarum Virginum, ferens ut rogatus à filia fuerat, votivam è cera imaginem: eaque ante S. Teuteriæ ſtatuam collocata, juſſit de eadem celebrari Miſſam. Ego vero ad quem, utpote loci ipſius Rectorem, propius ſpectabat, de tota re doceri accuratius; cum de conquirendis teſtimoniis cogitarem, inveni quod ipſius monaſterii expertiſſimus medicus D. Petrus Beroldus, hujus urbis

A urbis honoratus civis, qui & oretenus mihi rem totam retulit, ad devotam piarum monacharum inſtantiam, manu ſua propria eamdem ſcripſerit in libro pergameno antiquo, continente Latino ſermone deſcriptam ipſarum Sanctarum hiſtoriam, qui liber rubro operculo munitus à Sanctimonialibus cuſtoditur, affirmans non niſi divino miraculo poſſe adſcribi curationem tam ſubitam. Idem mihi confirmarunt duo Reverendi Sacerdotes, quibus commiſſa eſt illius monaſterii cura, videlicet D. Petrus Bronzi, Rector eccleſiæ parochialis S. Ceciliæ, Confeſſarius; & D. Michael Maconi, Capellanus: qui & addidit, Ludovicam, eodem quo ſanata eſt matutino tempore, ſacro Chriſti corpore reficiendam fuiſſe, propter grave, in quo videbatur eſſe, periculum mortis.

Item Confeſſarius & Capellanus,

miraculum etiam Epiſcopus approbat

5 Vulgata mox fuit tota urbe fama ejus quod acciderat miraculi, cum ſacræ illæ virgines identidem narrarent ac renarrarent rem geſtam cunctis viſitationis cauſa ad ſe venientibus. Quare Mag. Matheus dal Bue, humanioris litteraturæ Profeſſor egregius & Græcæ æque ac Latinæ peritus, cum ex ore ipſiuſmet medici, pene lacrymantis præ affectus teneritudine, ſingula audiviſſet; atque ad B Reverendiſſimum Epiſcopum noſtrum D. Aloyſium Lipomanum accedens, retuliſſet quæ audierat; ipſique Epiſcopus reſpondiſſet; Intellexi omnia, laudetur Deus, quia veriſſima ſunt; idem Profeſſor coram omnibus ſcholaribus ſuis, me quoque præſente, explicuit geſtæ rei ſeriem; addiditque, ad fidem miraculo iſti conciliandam, plurimum conferre teſtimonium Medici tam experti: qui ſecundum ſuæ artis diſciplinam certiſſime poterat judicare, quod quæ compererat facta in Ludovica, naturæ ordinem longe tranſcenderent.

de eodem tabulam curans pingi monacha,

6 Poſtmodum ipſæ monachæ, in illius miraculi memoriam perpetuam, pingi fecerunt in tabula effigiem S. Teuteriæ ipſiuſque Sororis Ludovicæ, pro reddita ſanitate agentis gratias, & epigraphe rem geſtam explicante, ejuſque annum notante ac diem: in feſto autem ipſius Sanctæ Miſſas aliquot juſſerunt celebrari: exindeque in hac devotione perſeverantes, ſupra unum altarium ſuorum depingi S. Teuteriam curaverunt. Porro cum anno

quod auctorinarrant Abbatiſſa cui apparuerat Sancta,

MDLXXV, die IX Februarii, una cum D. Raphaele Bagata, Archipresbytero prædictæ eccleſiæ & parochiæ ſanctorum Apoſtolorum, circuiremus inveſtigantes antiqua monumenta de Sanctis & Reliquiis hujus civitatis (quæ poſtea cum hiſtoriis collectis ab C Illuſtriſſimo & Reverendiſſimo Epiſcopo Auguſtino Valerio, tunc Epiſcopo, nunc Cardinali Veronenſi, Latine impreſſa ſunt) acceſſimus etiam ad monaſterium Virginum in Campo Martio: ibique colloquentes cum Reverendiſſima Matre Abbatiſſa, à qua poſtulabamus exhiberi nobis relationem miraculi, in libro prædicto deſcriptam; invenimus ipſammet eſſe, cui olim S. Teuteria apparuerat. D

explicat gravia mortbi illius ſymptomata.

7 Hæc ergo, cum ſingula, ita ut ſupra dictum eſt, ex ordine retuliſſet; addidit, quod præter febrem, qua laborabat infirma, memorabile imo horribile erat ſymptoma ejuſdem, quo omnia illius membra, etiam lingua, diſtorquebantur; oculi vero pene videbantur emortui. Dicebat etiam, ventoſitate tanta vexari eam ſolitam, ut ad quorumdam ciborum uſum magnam ſtatim pateretur moleſtiam: cum vero ſanata fuit, eam quoque penitus ceſſaviſſe, ita ut eoſdem cibos jam abſque difficultate uſurparet, in illum uſque diem vivens ſana & ſalva, nomine Soror Ludovica de Schio: mortuam vero eſſe infirmariam, per quam ipſa nuntiarat mandatum Sanctæ, Camillam Veritádictam: ſed multas adhuc ſuperſtites vivere illius temporis monachas, quarum aliquæ ſibi nobiſcum loquenti aſſiſterent; in quibus & Soror Ludovica ipſa: quæ ſuo deinde teſtimonio affirmavit vera eſſe, quæcumque narraverat Domina Abbatiſſa: ac denique ad plenam totius rei fidem, allatus nobis & exhibitus eſt liber, de quo E ſupra.

Imagini ſubſcriptum teſtimonium.

8 *Neſcio an adhuc ſervetur prædictus antiquus liber, cui teſtimonium ſuum medicus adſcripſit: nam ejus teſtimonii exemplar inde tranſcriptum rogatus mittere R. P. Octavius Zenobrius, noſtri Veronenſis collegii Rector anno* MDCLXXVI, *pro eo ſubmiſit æque ſuperius memoratam, & ad idem prorſus valituram, epigraphen imaginis S. Teuteriæ, quæ adhuc legitur litteris admodum antiquis, & verbis expreſſa Italicis, ſic Latine reddendis*, Memoria ſanitatis recuperatæ, quemadmodum notatum eſt à me Sorore Ludovica ex Sororibus D. Magdalenæ: quæ fui infirma annis quinque febri & melancholia, cum accidente aſſideratibnis multum moleſtæ: neque unquam remedio aliquo à pluribus medicis curata, licet malum ſubinde non nihil relevaretur. Die autem primo Martii anni MDLIV, cum majori morbi labore fatigarer quam alias unquam, monita per revelationem, alteri cuidam monachæ factam, vovi S. Teuteriæ jejunare ipſius vigiliam, ejuſque feſtum celebrare, ac deinceps ei ſemper eſſe devota. Et ſubito ſanata fui ab omni mala diſpoſitione quam patiebar, abſque alio motu aut incurſione naturali quæ appareat: quod nulli alteri cauſæ adſcribi poteſt, quam divino auxilio & vero miraculo. *Addit idem Rector*, v *Maji fieri proceſſionem poſt cantatum, Te Deum, in eccleſia S. Marthæ; feſtum autem S. Teuteriæ ab antiquis cum Octava celebratum fuiſſe.* F

DE SANCTO LEONE

G.H. MONACHO ORDINIS S. BASILII.

BOVÆ IN CALABRIA INFERIORE.

v Maii.

Erdinandus Vghellus tomo IX *Italiæ ſacræ, acturus de Epiſcopis Bovenſibus, inter alia præfatur iſta:* Bova mediterranea eſt inferioris Calabriæ antiqua civitas, ſita in monte editiſſimo, præruptis taxis undique vallata, quinto à freto milliario, habitata familiis plus minus quadringentis. Eſt autem Bovenſis civitas, cum vicino pago Africo Comitatus titulo, Archiepiſcopo Rhegino in temporalibus ſubjecta. Ritu Græco in ſacris uſi ſunt uſque ad Gregorii XIII Pontificatum. Hic aſſervatur corpus B. Leonis, monachi S. Baſilii ex Africo pago: cujus feſtum agunt tertio Nonas Maji. *Quæ fere eadem de S. Leone habet Hieronymus Maraſioti lib. 2 Chronici Calabriæ folio* 155. *Quæ ſic exornat Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ ad hunc diem* v *Maji.*

Corpus in Cathedrali.

2 Leo in Calabria ulteriore, in qua Brutii populi ſunt, in agro Bovenſi natus pieque à parentibus

elogium ex Ferrario.

A bus educatus, adoleſcens ordinem S. Baſilii ingreditur, in quo eam vitæ normam ſecutus eſt, ut multam ſanctitatis laudem ſit adeptus, miraculis & vivens & mortuus coruſcans: ob quæ non mediocrem apud ſuos cives venerationem obtinuit. Corpus ejus Bovæ in templo Cathedrali honorifice conditum hac die præcipue colitur. *Hæc Ferrarius, qui eumdem iterum celebrat in Catalogo generali Sanctorum, citatis tabulis eccleſiæ Bovenſis. Meminit de eo & Paulus Regius de Sanctis regni Neapolitani. Reliqua latent: neque ſpes eſt plura obtinendi, niſi forte alicubi aſſervatur Vita Græce ſcripta: quam qui nobis ſubmiſerit, inſerendam ſupplemento hujus menſis, bene de Sancto, bene de opere noſtro, totaque poſteritate merebitur.* D

DE SANCTO LANDO

MARTYRE HORTÆ IN ITALIA. G.H.

FORTE SEC. VI

Horta cultus ſacer

HOrta, *Plinio* Hortanum, *urbs Hetruriæ ſuburbicaria eſt, nunc Provinciæ Patrimonii S. Petri dicta, prope Tiberim fluvium, ubi Neram amnem recipit. Quia urbis hujus ſplendor paulatim defecit, Hortana eccleſia olim Epiſcopalis, ſub Eugenio Papa Quarto Caſtellanæ civitatis Epiſcopatui juncta eſt, Bullaque ea de re data anno 1437 eſt ab Vghello tomo I Italiæ in Epiſcopis Hortanis excuſa. Ferrarius in Catalogo generali hunc V Maji auſpicatur à memoria* S. Landi, Martyris & Patroni Hortæ in Thuſcia, *allegarque* Tabulas eccleſiæ Hortanæ, cujus eſt Tutelaris, à qua Acta illius MSS. accepit ex libro, qui Fabrica Hortana nominatur, parte 4. *Inde compendium dedit idem Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ, quod hic damus & eſt hujuſmodi.*

B

compendiũ Vitæ

2 Landus, ſanctorum Martyrum Valentini, Rutilii, Florentini, Hilarii, & Feliciſſimæ (ut illius Acta habent) frater, adoleſcens Domitiano Imperatore Chriſtianam religionem colebat: ad quam prædicando multos perducebat. Ex Germania in Italiam veniens, fratres ſuos apud Valeriam in ſpecu latitantes invenit, quos baptizandos curavit. Digreſſus ab illis, apud Hortam prædicans, plures divinitus ſanavit infirmos: verum ab hoſtibus fidei comprehenſus, & ad Imperatorem perductus, varie ſed fruſtra ut Deos coleret tentatus, uſque adeo cæditur, donec ſanguis toto corpore defluereret. Rurſus præſentatus Imperatori, cum munera oblata contemneret & reſpueret, minas vero non formidaret; ad templum Martis trahi jubetur, ut illi ſacra faceret: ſin minus interficeretur. Ductus eo oravit ad Chriſtum; vixque finem fecit orandi, cum templum illud ſtatim corruens, multos ex ſacerdotibus illius oppreſſit. Quamobrem excandens Imperator, Landum ad arborem alligari, laminiſque ardentibus admotis exuri, genas abradi, & ad extremum capite truncari præcepit. Paſſus eſt apud Vadimonis lacum, juxta Baſſanellum oppidum, quod ab Horta II P. M. abeſt, ubi adhuc S. Landi ædicula monſtratur. Corpus vero in eccleſia parochiali ejuſdem oppidi, ad quod plurimi, præſertim dolori capitis obnoxii, confluere ſolent, conditum eſt.

C

ædicula ei dicata.

Corpus in eccleſia.

3 *Hactenus Ferrarius, forſan ex traditione vulgi ut plurimum collecta. Hinc etiam Ferrarius in Annotatione ſubjuncta hanc explicationem cum aliqua cenſura adjungit:* Feliciſſima, *inquit*, cujus S. Landus frater fuiſſe hic perhibetur, ea eſt quæ Faleriæ, urbe exciſa apud civitatem Caſtellanam, paſſa cum Graciliano. Valentinus autem & Hilarius videntur, qui Viterbii martyrio coronati traduntur: tametſi in horum Actis nulla fit Landi mentio, ac Valentinus & Hilarius ſub Diocletiano & Maximiano paſſi ſunt. Vereor, ne pro Diocletiano Imperatore, Domitiano ſcriptum fuerit, & pro; Ex Græcia, Ex Germania poſitum. Si enim frater fuit SS. Valentini & Hilarii, illi ex Oriente venere, & ſub Diocletiano Martyres effecti fuerunt. *Hæc Ferrarius. Coluntur* SS. Valentinus Presbyter & Hilarius Diaconus Martyres Viterbienſes (*quorum varia Acta habemus*) *die* III *Novembris; &* S. Feliciſſima *cum* Gratiliano XII *Auguſti: & hi quatuor dicuntur converſi* à S. Eutitio Presbytero & Martyre, *cui in diœceſi Hortana dicata eſt Eccleſia, ubique colitur* XV *Maji. Aſt ubi* SS. Rutilius & Florentinus Martyres *occubuerint aut colantur, hactenus non potuimus ſcire. Nicolaus Brautius in Martyrologio Poëtico ad eorum omnium inter ſe fraternitatem ita alludit.*

fratres Sancti plures attributi eſſe exiguaveri ſpecie. E

Quinque coronandos fratres, prior ipſe relinquens,
Martyrio clarus Landus in aſtra migrat.

4 *Si ſatis certo conſtaret eodem omnes floruiſſe tempore, ſuſpicari poſſemus, fratres habitos, quia fraterno amore ſeſe mutuo complexi fuerint. Sed ſcrupulum objicit nomen* Landus, *quod non tantum origine Germanicum eſt, ſed omnino truncatum videtur pro ampliori talis terminationis compoſito*, Rolandus *aut alio ſimili, per conſuetam Hetruſcis propriorum nominum mutilationem. Quare non ſolum non recipio ſuſpicionem Ferrarii, ne pro* Græcia *forte irrepſerit* Germania: *ſed magis moveor, ut à Longobardis aliiſve barbaris Italiæ occupatoribus, pro fide Chriſtiana paſſum, Hortaque coli cœptum opiner. Nominis iſtius diminutivum* Landuccius *in frequenti adhuc uſu Hetruſcorum eſt. Poſſet igitur ad ſeculum Chriſti* VI *referri, quo ſcimus alios plures ſub Longobardis paſſos. Non fuiſſet fortaſis difficile ex prædicto Fabricæ Hortanæ libro pleniora Acta obtinere: ſed eum credimus exiguæ eſſe antiquitatis, & quoad* S. Landum *multo etiam minoris fidei eſſe colligimus, ex eo quod Ferrarius offert ſpecimine. Quare, ea cura omiſſa, ſolum optamus, de præſenti ſacri corporis ſtatu ac veneratione plura nanciſci; & recentiora, ſi quæ ſuppetunt, miracula, ad confirmandam ſoliditatem cultus, à majoribus ad poſteros ſucceſſive derivati.*

nomen ordinem barbaram indicat,

ut ſub barbaris paſſus veroſimilius ſit. F

DE SANCTO THEODORO

EPISCOPO BONONIENSI IN ITALIA.

G.H.

CIRCA ANNUM DL.

Acta hujus Epiſcopi memoria ad hunc v *Maji in hodiernis Martyrologii Romani tabulis conſervatur his verbis :* Bononiæ S. Theodori Epiſcopi, meritis clari. *Ferdinandus Vghellus tomo* 2 *Italiæ ſacræ in Bononienſibus Archiepiſcopis hoc ei concinnavit elogium.* S. Theodorus eamdem Sedem Bononienſem obtinuit, cui Agapitus Pontifex in omnia monaſteria, eccleſias, Presbyteros atque Clericos ſuæ diœceſis poteſtatem aſſeruit. Fato functus eſt die quinta menſis Maji: quæ dies in honorem Sancti ſolennis habetur, ſepultuſque eſt apud S. Felicem. *S. Agapitus Papa ſedit decem menſibus & aliquot diebus partim anno* DXXXI, *partim anno ſequenti. Colitur* XX *Septembris. Quæ hic monaſteria diœceſis Bononienſis ſubjecit S. Theodoro, ita enumerat Sigonius lib.* 1 *de Epiſcopis Bononienſibus,* SS. Vitalis & Agricolæ in Arena, S. Proculi, SS. Felicis & Naboris, SS. Gervaſii & Protaſii, S. Stephani in Jeruſalem, S. Joannis in monte Oliveti, S. Mariæ in monte Palenſe, S. Michaelis in fundo Paterno, S. Helenæ, & S. Barbatiani.

Cultus ſacer

ea in monaſteria.

B

2 *Antonius Paulus Maſini, parte* 2 *Bononiæ perluſtratæ in Epiſcopis Bononienſibus, aſſerit,* S. Theodorum præfuiſſe eccleſiæ Bononienſi ab anno DXXX ad annum DL, ac ſepultum fuiſſe in antiqua eccleſia Cathedrali, quæ eſt modo SS. Naboris & Felicis; & aſſervari etiamnum ante altare S. Franciſco dicatum, & inde ad ſex pedes in lapide diſſito iſta legi verba : Hic requieſcit in pace Theodorus. *Idem Maſini in priore parte ad hunc* v *Maji aſſerit, dictam eccleſiam SS. Naboris & Felicis eſſe ſanctimonialium; & chirothecas Pontificales aſſervari in eccleſia S. Mariæ apud Patres Servitas. Eumdem hoc die celebrant Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ, Celſus Faleonus lib.* 1 *Memoriarum Hiſtoricarum Eccleſiæ Bononienſis, Ludovicus Zacconus in ſuo de Sanctorum Vitis compendio, & Nicolaus Brautius in Martyrologio poëtico: qui illud illi panxit diſtichon.*

tempus Sedis:

ſepultura.

Summus in Abbates, ſexum conceſſit & omnem,
Paſtori Paſtor: jus bonus omne, bono.

E

DE S. IOANNE MONASTERIENSI

CAINONE IN DIOECESI TVRONENSI.

G.H.

SECULO VI.

Cainono, *aliquibus* Chinonium, *oppidum diœceſis Turonenſis, verſus Pictavenſem tractum ad Vigennam fluvium, leucis ſeptē a Salmurio in ortum, & quinque à Loduno diſtat. Extant officia propria eccleſiæ Collegiatæ Cainonenſis, Salmuri anno* MDCXIX *excuſa: ſed abſque mentione S. Ioannis Monaſterienſis. Verum in Kalendario præpoſito, manu adſcripta habemus iſta verba:* v Joannis Monaſterienſis Confeſſoris, non Pontificis, duplex: *& hunc cultum confirmavit nobis Ioannes Baptiſta de le Barre è Societate Ieſu, Pariſiis ad nos miſſis Lectionibus, quæ habentur de S. Ioanne Monaſterienſi in Officio Eccleſiæ Cainonenſis, & in ejuſdem Sancti Capella, ſpectantque ad hunc diem quintum Maji, prout eas inde acceptas, hic damus. Ex antiquo Breviario Turonenſi excerpta habemus, in quibus etiam ad hunc* v *Maji* Joannis Monaſterienſis Confeſſoris *memoria celebratur.*

Cultus

capella.

C

2 In oppido Cainonenſi requieſcit in eccleſia S. Maximi, haud procul ab ejuſdem Sancti cancello, Joannes quidam Presbyter: qui natione Brito, fide religioſus ac devotione fervens, ut vitam contemplativam beatius ageret, ab hominum ſe conſuetudine & aſpectu ſegregavit, & in propinqua ſilva ſe abdidit, ubi diu, vacans jejuniis, vigiliis & orationibus, habitavit. Poſtmodum juxta ipſam Cainonenſis oppidi eccleſiam in vertice collis, oratoriam cellulam in caverna rupis delegit: è qua ſe noctu proripiens, ad ſepulcrum B. Maximi frequenter Domino ſupplicans, pervigil excubabat. Illic in parvo fundulo viridarium & lauros propria manu conſeverat, ſub quarum umbra per diem ſæpe legebat, ſæpe ad proximorum conſolationem ſcribebat, ſæpe ad ſe venientibus pro ſalute animarum prædicabat, ſæpius in divinis contemplationibus verſabatur, & laborantibus mira ſanitatum & gratiarum beneficia, Deo auxiliante, miniſtrabat.

Solitariam vitam agens,

viſitur à S. Radegunde

3 Hunc B. Radegundis Regina, dum ex aula Regis Clotharii ſecedens Pictavium verſus iter arriperet, & per pagum Cainonenſem tranſiret, inviſit, fama ſanctitatis ejus permota, & cum eo conſolatoria de cæleſtibus rebus colloquia miſcuit: quem deinceps magno ſemper amore coluit, & in ſuis perturbationibus ejus conſilia expetiit, ac ejuſdem ſe precibus commendavit. Juſſit etiam pretioſiſſimum ornamentum ponderis mille ſolidorum auri puriſſimi illi deferri, quo in Dei ſervitio ad ejus ſuffragium uteretur: ab eodem cilicium viciſſim depoſcens, quo regiarum veſtium loco tenellos artus laceraret; ac deprecans ut ſuis ſupplicationibus à Deo impetraret, quod nihil contra propoſitum ſuum ſanctiſſimum ab ipſo piiſſimo Rege marito pateretur. Poſtulationi ejus promptus auditor & efficax interceſſor nec verbo nec effectu defuit. Nam poſt triduanum jejunium & preces continuas voce è cælo dilapſa audivit, Securus eſto, Joannes, de B. Radegunde, quia in ſuo ſancto propoſito ſanctiſſime perſeverabit: quod deinde rei probavit eventus.

eique perſeverantiam impetrat.

F

4 Poſt obitum ſervi Dei accidit, ut ex illis arboribus, quæ totum viridarium patulis ramis obumbrabant, una cum per vetuſtatem exaruiſſet, ex ea loci cuſtos ſcamnum adaptaret, eoque jam per duos annos uſus eſſet. Sed mox tactus, ut credere pium eſt, divina inſpiratione; & corde compunctus, quod ad privatos & profanos uſus arborem, tanti Sacerdotis manu plantatam, adhiberet; defoſſa humo ſcamnum ſub terra repoſuit. Mirum dictu! Lignum aridum, divino animatum vigore, novos emiſit ſurculos, qui quotannis ſuccreſcentes, iis quæ circa tumulum S. Maximi ædificanda erant abunde ſufficiebant. Merita viri ſancti multis aliis ſignis Deus, ſed præcipue morborum curationibus & dæmonum expulſionibus declaravit: propter quæ oratorium ejuſdem, quod ſub nomine B. Radegundis ſupra eccleſiam S. Maximi colitur, à vicinis populis magna frequentia & devotione viſitatur.

arbor arida ab eo plantata poſt biennium defoditur & multiplicatur.

ipſe miraculis claret.

5 *Haſte-*

A optantur Acta vetustiora, 5 Hactenus Lectiones, recentius ut apparet compositæ: quas licet Turonensis Episcopi auctoritate vulgatas minime dubitem; optarem tamen ea ipsa (si qua extant) documenta nanciscì, quæ illis componendis materiam præbuerunt: simul etiam doceri, an aliquæ sancti corporis reliquiæ aut olim in honore fuerint, aut superioris ævi rabiem in sacra omnia bacchatam effugerint, atque adhuc serventur: denique causam cognominis, quo Monasterienses appellatur. Colitur S. Radegundis, etiam Cainone, XIII Augusti, quando ejus vitam duplicem dabimus, alteram à Fortunato Episcopo coævo scriptam, alteram à socia Sanctimoniali Bandonivia. Neutra mentionem facit S. Ioannis, quamvis posterior meminerit consilii, à Clothario Rege contra Sanctæ votum suscepti, de eadem ad thorum suum reducenda, quod ut disturbaret rogatus per epistolam fuerit S. Germanus Parisiensis Episcopus. In Vita S. Iuniani Abbatis, qui adhuc solitarius agens Reginæ eidem familiarissimus, eodem quo ipsa die colitur, mentio fit de cilicio, quod hæc ei misit, vicissim catenam illius sibi petens: ex quo apparet non abluisse à moribus Sanctæ, quod hic dicitur de postulato ejus cilicio. Vixit autem hæc Sancta saltem usque ad annum DLIII, circa annum DXLIV separata à viro: & ante eam obierat S. Maximus, Cainonensis ecclesiæ æque Patronus, qui colitur die XX Augusti: fuit enim S. Martini Turonensis discipulus: ex quibus colligitur, ætatem S. Ioannis seculo VI adscribendam esse. D vixit seculo sexto.

DE S. VVALDRADA ABBATISSA

METIS IN GALLIA BELGICA. G. H.

CIRCA DCXX. Vitam S. Waldradæ damus ex codice MS. cœnobii Corsendoncani, Ordinis Canonicorum Regularium in Brabantia, prope Turnhoutum oppidum: eamque contulimus cum alio MS. Vltrajectino Ecclesiæ Cathedralis S. Martino sacræ, sed in hoc erat Vita aliquo modo contracta. Præfigimus Prologum ex codice MS. cœnobii Rubeæ-vallis, etiam Canonicorum Regularium prope Bruxellas, ubi continebatur in prima parte Hagiologii Brabantinorum, quod simul olim in regno Austrasiorum vixerint Metenses cum Brabantis. Forsan auctor hujus Prologi arbitratus est serius vixisse S. Waldradam, sicuti censuit Auctor MS. Florarii Sanctorum: in quo ad hunc diem quintum Maji ista leguntur: In Francia depositio S. Waldradæ Virginis & Abbatissæ, de agnatione Carolidarum, quæ obitum suum divina revelatione præscivit. Obiit anno salutis DCCCLXII. Hæc ibi, non absque variis mendis: cum, non seculo nono, sed circa annum sexcentesimum floruerit, integro seculo ante tempora Caroli Martelli aut Caroli Magni Imperatoris. Aliquod Vitæ compendium edidit Meurisius, Episcopus Madaurensis, in Historia Episcoporum Ecclesiæ Metensis, in Pappolo XXVIII Episcopo, ubi ista sub finem addita: Egit hoc anno secundo Theoderici Francorum Regis, testamento ab eodem Rege & cunctis suis Principibus, Galliarum Pontificibus, optime firmato, & ita firmato decreto, ut si quis heredum aut parentum S. Waldradæ, ductus cupiditate, data Deo auferre tentaverit, legali decreto sua perdat, & quod aggredietur, nullo modo implere valeat. Hæc ibi: quæ desunt in Vita & ex ipso testamento videntur adjuncta. Mortuo Childeberto Rege anno DCVI cœperunt regnare filii ejus, Theodericus in Burgundia, & Theodebertus apud Austrasios. Verum hoc à fratre anno DCXII devicto & occiso, utrumque regnum obtinuit Theodericus, qui anno sequenti, cum secundum annum apud Austrasios fuisset auspicatus, Metis profluvio ventris mortuus est: quo tempore potuit S. Waldrada prædictum testamentum conficisse. Celebratur hoc itidem die quinto Maji memoria S. Waldradæ Virginis à Greveno in Auctario Vsuardi, Canisio in Martyrologio Germanico, Ferrario in Catalogo Generali, & Saussajo in Martyrologio Gallicano: cujus sunt ista verba: Metis depositio S. Waldradæ, Virginis & Abbatissæ, miraculis claræ. Quæ plane eadem ante scripserat in Martyrologio Benedictino Menardus, & assentiuntur Dorganius & Mabillon, qui seculo 2 Benedictino aliquod ejus elogium profert. Sed opponit se iis monachus Benedictinus Dervensis, qui miracula S. Bercharii seculo X scripsit, & asseruit, fuisse Regulam sanctissimi Benedicti adhuc inauditam hominibus Francorum Imperii. Nolumus nos ista movere: Mabillon seculo 2 pag. 847 respondet, quod fœde hallucinatur auctor hoc loco. Sit ita sane: sed cum inter suos antiquiores invenit qui id crediderint, non miretur probationes requiri, ut quisquis Sanctus monachus post S. Benedictum vixerit, dicatur Benedictinus fuisse. E

B Vita ex MSS.

Tempus Vitæ non seculo 9 sed 7.

testamentum conditum an. 612

C

memoria in fastis

etiam Benedictinis.

PROLOGVS VITÆ

Ex codice MS. Rubeæ-Vallis.

NOn parum nostro congruit proposito, vitam annectere nobilissimæ Virginis Christi S. Waldradæ Abbatissæ, propter consanguinitatem seu affinitatem cum Brabantigenis sive Francigenis Principibus contractam. Hæc enim in diebus suis, velut totius sanctitatis speculum & exemplar, admodum emicuit. Nam paupertatem cum Apostolis omnia relinquentibus, uti sub paucis verbis notificabimus, plenissime fuit amplexata. Misericordiæ quoque operibus tam clara effulsit, ut ipsamet frequenter egens, pauperibus necessaria ministraret: qua de re nostra culpatur inertia, qui virtutes virtuosorum imitari non satagimus. Imitanda nobis virtuosa gesta sua Sancti reliquerunt in memoria; nos tamen segnes & pigri torpemus desidia. Accendamur proinde ad fervorem, & ad emendationem accingamur, Sanctæque Waldradæ spiritualia certamina. Tamquam carbones vastatores, quibus in dilectione Dei & proximi calefieri valeamus, ad ædificationem revolvamus. F

Vitæ Sanctorum imitanda.

VITA

Ex MSS. Corsendoncano & Vltrajectino.

1 TEmporibus Theoderici & Theodeberti Galliæ Regum, B. Waldrada nobilissima, utpote dictis existens affinitate connexa, plurima sanctitate claruit. Venditis namque omnibus quæ habebat, ac pauperibus erogatis, sub perpetuæ voto castitatis Christi se servitio mancipavit. Porro tam sancte, caste, sobrie, & pie vixit, quod fama virtutum ejus ubique discurreret. Quo in tempore Eleutherius, Francorum Dux, S. Waldradæ consanguineus, monasterium monialium infra muros Mediomatricorum ædificavit, & amplis possessionibus dotavit. In quo B. Waldradam Christi ancillis præfecit Abbatissam. Quæ mirabiliter subditas verbo & exemplo ad amorem Dei jugiter invitare satagebat & incitare contendebat. Misericordiæ insuper insistens operibus, numquam prætermisit, quin superve-

Nobilis & sancta.

fit Abbatissa.

ex mss. *poſſeſſiones monaſterio donat:*

pervenientibus pauperibus aut victum aut veſtitum liberaliſſimo corde tribueret. Prædia vero propria, quæ ampliſſima ex parentum ſuorum ſucceſſione ſuſceperat, monaſterio ſuo, cui in officio præerat Abbatiſſa, quod in honore Beati Petri Apoſtolorum conſtructum ac dedicatum fuerat, munificentiſſime ac largiſſime delegavit.

dolet ob eadem Eleutherii fundatoris ſui monaſterii.

2 Interea contigit, quod Eleutherius Dux præfatus, cum in ædificatione dicti monaſterii ac larga & ſolerti proviſione ancillarum Chriſti, inibi Deo ſerviturarum, patrimonium ſuum atque divitias exponeret; à propriis conſanguineis, hoc nimis ægre ferentibus (cauſabantur enim ſibi ablatum, quod à viro devoto fuerat divino ſervitio deputatum, pro eo quod in dictis bonis eidem poſt ejus deceſſum ſuccedere ſperaverant) crudeliter eſt occiſus, ſicque proprio ſanguine pro virtuoſo opere laureatus Chriſti Martyr eſt effectus. Qua de re Beatiſſima Waldrada nimium dolens, quippe quæ tam fidum procuratorem ut neceſſarium proviſorem ſibi ablatum tanto piaculo cernebat. De cetero totam ſpem ſuam conſtituit in Deum, protectorem & proviſorem æternalem, cujus ope ac miſericordia, & merito ac numero Conventus prædicti monaſterii in omni proſperitate auctus eſt ac delatatus.

B

3 Procedente vero tempore, cum inibi ancillæ Chriſti in omni virtute ac ſpiritali exercitatione curſum præſentis vitæ peregiſſent; accidebat mirabile prodigium & à ſeculis inauditum in eodem loco. Nam dum quampiam harum ſanctimonialium ex hac luce migrare contingeret ad requiem ſempiternam, manus quædam dextera in feneſtra, quæ maxima inter magnas in abſide monaſteriali apparebat & in medio conſtituta erat, ſoli morituræ ſe manifeſtavit. Qua conſpecta, ſtatim illa moribunda condignis commeatibus ſibi neceſſariis præparare ſe curabat, confitendæ & communicando: & poſt hæc benedictione B. Petri Apoſtoli expetita, concomitante ſanctiſſima Waldrada cum omni Sororum ſuarum congregatione, ad locum uſque ſepulturæ, uſque ad S. Symphoriani monaſterium deducebatur (quoniam quidem ipſarum Dominarum monaſterium dedicato cœmiterio carebat, ſed pro tunc in nominato loco erat) illucque per ſe ipſam pedes ibat: ibique mauſolæo præparato, quaſi dormitura ſe collocabat; atque membris compoſitis ſpiritum Deo datori reddebat.

D

& pluribus Sororibus ad cælum indicio manus apparentis promiſſis

4 Beata vero Waldrada, cum plurimas ancillarum Chriſti præfato modo præmiſiſſet ad vitam æternam; tandem ipſa, Spiritu ſancto revelante, obitum ſuum inſtare præſcivit: quem etiam ſuperſtitibus Sororibus revelare curavit. Et poſtremo, adveniente hora ſui tranſitus, poſt plurima virtutum inſignia, poſtque innumera Deo exhibita obſequia, & præſtita proximo beneficia, cælos perpetuo victura conſcendit. Corpus autem ejus in ipſo monaſterio, cujus Abbatiſſa fuerat prima, ante altare B. Agathæ Virginis eſt humatum: cujus feſtivitas recolitur tertio Nonas menſis Maji.

ipſa quoque præmonita obiit,

E

& colitur 5 Maji.

DE S. MAVRONTO ABBATE

G.H.

BROYLI, MARCHIANIS, ET DVACI IN BELGIO.

An. dcci

Broyli conſtructum monaſterium

Ria loca Belgii ſunt celebria, habitatione, obitu, & aſſervatione Reliquiarum S. Mauronti. Primus eſt Broylus prædium, *vulgo* Bruel *in oppido* Merghē *ſeu* Mervilla *dicto, quod viri aliqui eruditi cenſent* Minariacum *in Itinerario Antonini appellari. Situm id in confiniis Arteſiæ & Flandriæ, ad Liſam fluvium, inter Aeriam & Armenteriam. In hoc ſuo prædio Broylo conſtruxit monaſterium* S. Maurontus, *ibidemque monachis collectis præfuit, & S. Amatum exulem excepit, mortuum ſepelivit, & poſtea ad novam eccleſiam à ſe conſtructam transferri honorifice curavit.*

C

Marchianis obitus.

2 *Alter locus eſt* monaſterium Marchianenſe, *ad Scarpam fluvium, inter Duacum & Amandopolim; ſepultura S. Rictrudis matris ejus, & dein ipſius Mauronti illuſtratus. Ibi* anno ab Incarnatione Domini ſeptingenteſimo primo, anno quarto Childeberti Regis filii Theoderici, migravit ad Dominum, quarto Nonas Maji. *Ita MS. Chronicon Marchianenſe, tempore Simonis Abbatis circa annum* MCC *ſcriptum, cap.* 18.

Duaci corpus.

3 *Tertius locus* Duacum, *notiſſima urbs Gallo-Flandriæ, quæ S. Mauronti corpus in Eccleſia S. Amati collegiata adſervat. Auctor Miraculorum S. Rictrudis, qui ea circa annum* MCLXVIII *ſcribendo abſoluit, lib.* 2 *num.* 16 *aſſerit,* Reliquias S. Mauronti in Marchianenſi monaſterio longo tempore quieviſſe; poſtea ſeu permittente ſeu volente Deo, furtim ſublatas, & Duacum tranſlatas fuiſſe..... De reliquiis igitur B. Mauronti, ex parte maxima Duacum ſublatis, conniventе Deo & populo, ſtatutum eſt, ut tertio Nonas Maji (quæ eſt dies depoſitionis ejus) ab univerſis ibi manentibus de eo memoria quotannis ſolenniter repræſentaretur. Cum autem annus revolutus eamdem ſolennitatem reduceret, hæc à Sacerdotibus, qui populo præerant, in eccleſis Dominica præcedente omnibus nuntiabatur: & interdicto publice ſervili opere, ſinguli die illo, ſicut nunc quoque agitur, ad eccleſiam devote feſtinabant. *Hæc dictus Auctor Miraculorum S. Rictrudis, addens, quomodo ſutor contumaciter contemnens dictam ſolennitatem, manum cultello lædens inhabilem reddiderit, uti in dicta hiſtoria, ad* XII *Maji à nobis edenda, latius videri poteſt.*

& cultus celebris.

Vita edita:

4 *Acta S. Mauronti continentur in Vita S. Rictrudis, ab Hucbaldo monacho Elnonenſi ſcripta & ad* XII *Maji danda: unde aliquam Synopſin Vitæ S. Mauronti damus, in aliquo MS. noſtro ex vetuſtiſſimis libris eccleſiæ S. Amati tranſcriptâ. Celebris ejus memoria inſerta eſt antiquis Martyrologiis MSS. Atrebatenſi eccleſiæ Cathedralis, Tornacenſi S. Martini, & Latienſi in Auctario Bedæ & Flori; & in priore* Levita *appellatur; in aliis duobus*, Abbas. *In MS. Centulenſi ſive S. Richarii iſta leguntur:* Caſtro Duaco S. Mauronti Abbatis, viri genere & ſanctitate ſpectabilis: qui legitur in baptiſmate ſanctiſſimi Richarii filius. *Ejuſdem meminerunt Grevenus & Molanus in Additionibus Vſuardi: item Molanus in Natalibus Sanctorum Belgii, Miræus in Faſtis Belgicis, Galeſinius, Sauſſajus, & in monaſticis Wion, Dorganius, Menardus, Bucelinus, cum quibus eumdem Ordini Benedictino adſcribit Mabillon.*

F

memoria in antiquis Faſtis.

Reliquiæ aliquæ in S. Giſleni

5 *Eſt in Hannonia illuſtre Ordinis Benedictini monaſterium, à ſuo conditore S. Giſleno jam cognominatum: cujus aſceta gloriantur ſe habere* Calvariam integram S. Mauronti Abbatis, Patroni tutelaris oppidi Duacenſis, ſumptuoſo argenteo capite inaurato decoratam, item medietatem brachii illius. *Aliqua etiam ejus Reliquiæ ſunt in eccleſia Quercu-Cinctenſi, uno milliari Duaco diſtante. Item* de ſepulcro S. Mauronti *particulæ ſunt Atrebati in eccleſia Cathedrali, uti iſta omnia apud Rayſſium in Hierogazophylacio Belgico leguntur. At Duaci in collegiata S. Amati eccleſia eſt amplum & peregregium ſacellum, cum ara S. Mauronto ejuſque parentibus ſacra: in qua ſtatua S. Mauronti, inter utriuſque parentis*

Quercu-Cincti & Atrebati

ara & ſtatua Duaci.

A *rentis ſtatuas, media eſt; & ipſe viſitur habitu illuſtris, dextra ſceptrum, læva eadem turritam geſtans. Plurima de S. Mauronto collegit ediditque Ioannes Buzelinus in ſua Gallo-Flandria ejuſque Annalibus, in quorum lib.5, ex libro argenteo eccleſiæ S. Amati, tradit,* anno MCXXXIX ab Atrebatenſi Pontifice Alviſo ſacra D. Mauronti

Tranſlatio reliquiarũ. oſſa in novam Duaci capſam fuiſſe tranſlata, & inter alios adfuiſſe Aquicinctenſem Abbatem Goſwinum, & Caſæ Dei Archimandritam. Miro tunc temporis oſtento, vel patefacta S. Mauronti gloria, vel approbata obſequentium ejus honori pietas. Quippe viſus eſt palam ab omnibus inſignis variuſque circulus, tamdiu coronæ modo cunctos obire, qui ſancta manibus oſſa tractabant, uſque adeo dum ea thecæ impoſuerunt. *Hæc Buzelinus: qui ea* eleganter auro & argento exornata, *ſcribit lib.2 Gallo-Flandriæ cap.8.*

VITÆ SYNOPSIS

Ex vetuſtiſſimis libris eccleſiæ Collegiatæ S. Amati Duacenſis, & alio Ms. noſtro.

B 1 BEati viri Mauronti pater Adalbaldus, Francigena nobiliſſimus fuit: mater vero ejuſdem

S. Mauron-tus in aula Regis enu-tritus, Rictrudis, de ſublimioribus Waſconiæ originem duxit. Ambo itaque genere clari extiterunt, ſed fide clariſſimi. Maurontus etiam horum primogenitus, geminæ nobilitatis eorum heres ſucceſſit veriſſimus *a*. Poſtquam vero ad viriles pervenit annos, Regali adhærens lateri, ut ejus poſcebat nobilitas, continuis ipſius mancipatus obſequiis, vin-

Sponſalia contracta abrumpit: culis etiam ſponſalibus innexus eſt: ſed citius carnalis amoris voluptuoſos, in quibus pedem poſuerat, compedes ſolvit; animarum Jucrifactore Amando Præſule ei ſuggerente ſpiritualis amoris ſuavitates, & æternæ jucunditatis dulcedines. Sed cum ſuæ mentis vorum ſanctæ retuliſſet matri, quod nequaquam ſuæ contubernio ſponſæ vellet uti; illa metuens, ne forte per abruptos laſciviæ curſus, ut quorumdam mos eſt juvenum, amplam & ad inferos ducentem deliberaret viam ſequi; maxima animi moleſtia cœpit turbari: & per nuntium à ſancto poposcit Amando, utpote mentium ægrotarum medico, quatenus ei ſubveniret in tanto periculo. Qui Martianas adveniens, lenibus & ſibi notis verborum

C fomentis eam demulcens, priſtinæ in deum reddidit alacritati.

poſt volatum apis circa caput 2 Acta deinde ab eodem Antiſtite Miſſarum celebritate ſolenni, cum & ipſe Maurontus in præſenti aſtaret, ſæpedictus Antiſtites Amandus vidit apem verticem illius ter gyrantem. Et confeſtim ſecum notans & intelligens, quid portenderet hujus ſigni præſagium, vocavit ad ſe Maurontum: & cœpit exhortari, ut celerius opere perficeret, quod olim mente conceperat, & quod ipſe Præſul divino auſpicio ſibi revelatum fuiſſe cognoverat. Et quod exhortatus eſt ille, iſte non diſtulit adimplere. Tunc ſanctiſ-

à S. Amando tondetur in Cleri-cum, ſimus Pontifex Amandus, juxtà morem Eccleſiaſticum benedicens eum, deciſa capitis ejus coma, in Clericum totondit; & coronæ ſignum geſtare fecit: per ea quæ agebantur exterius innuens, quæ horum ſignificatione ſervanda eſſent interius: ſcilicet ut ſummitas capitis denudata, ſecreta cordis omnia Deo nuda & aperta eſſe ſignificet: & quidquid cogitatur vel agitur in oculis, oculis pateat cuncta cernentis. Aperuit ei etiam ſacer Præſul & docuit, quod frequens capillorum reſectio, malarum cogitationum ſuperflua doceat frequenter eſſe reſecanda. Intimavit ei præterea, quod decus coronæ tiaram ſummi Sacerdotis, & Regalis diadema dignitatis exprimeret, ut per hoc noſſet ad Regale ſe pertinere Sacerdotium & poſt expletam diverſarum tentationum patientiam, ſe crederet percepturum æternæ vitæ coronam, à Deo diligentibus ſe repromiſſam. Quod & idem vir Dei Maurontus, non ſolum ex ſalubri ſacri hujus Præſulis traditione, ſed etiam ex ſanctæ Scripturæ ſuſcipiens & memoriæ commendans lectione, ſemper ſtuduit adimplere. EX MSS.

3 Factus namque poſtmodum Levita, eidem *ordinatus Diaconus* nomini, officio & converſatione condigna, curavit aptari: & (utpote clara editus proſapia) non tantum generis, ſed etiam morum nobilitate præclarus, in aula Regis fulgebat: ita ut regiæ, bullæ honoratus cuſtodia, ſecretorum *b* Regis velut prudens notarius b conſcriberet edicta. Cui etiam, ad cumulandum ſanctæ converſationis emolumentum, ſanctum viri A- *Regis ſecre-tarius,* mati addidit Deus collegium. Qui beatus vir electus, & ad Epiſcopatum urbis Senonenſium ſublimatus, eo *S. Amatum cuſtodien-dum agsi-pit* tempore quo Rex Theodericus iniquam exercebat tyrannidem, de infidelitate apud ipſum falſo accuſatus eſt, & in Perona, Monaſterio in oppido Viromanduorum ſito, cui Sanctus præerat Abbas *c* Ultanus, ſubire juſſus exilium. Deinde, poſt deceſſum c B. Ultani, traditus eſt præfato Dei famulo Mauronto, ut eum cuſtodiæ maneiparet in monaſterio ſuo, E quod ſecus Liſiam idem Maurontu nuper conſtruxerat in ſuo qui Broylus dicitur territorio. Quo ſuſcepto, ut religioſam ejus expertus eſt converſationem, utpote ſervando cæleſti theſauro, omnibus vitæ ejus diebus omnem famulandi exhibuit ei diligentiam, vitæ ſuæ & confratrum ſuorum pulcherrimum habens in eo ſpeculum. Poſtquam vero ſanctiſſimum exulem & Epiſcopum ſibi amabilem Amatum Dominus ad cæleſtem patriam, ex hac moleſtæ pere- *& mortuum ſepe-lit.* grinationis ærumna, Idibus Septembris aſſumpſit; ſacrum corpus ejus S. Maurontus in poſſeſſione ſua, honorifice ſepelivit; & cuncta hereditatis ſuæ prædia per cartarum illi dedit inſtrumenta.

4 Imminente autem termino, quo idem Chriſti miles glorioſus, vocante Domino, militiæ ſuæ ſtipendia erat recepturus; contigit ut adiret Martianas, quas mater ejus ſanctiſſima migrans ad Chriſtum providentiæ ſuæ commiſerat, viſitaturus oviculas. Puto autem magis aſſerendum, Divina diſpenſatione id fuiſſe diſpoſitum, ut videlicet quorum voluntates, non tantum carnalis, ſed etiam ſpiritualis dile- *ipſe moritur Martianis.* ctio & ſanctitas vitæ conjunxerat, corporum quoque naturale conſortium locorum diſtantia non diſ- F jungeret. Proviſa etenim à Domino ægritudine ibidem correptus, poſt expleta piæ adminiſtrationis munia, Tertio Nonas Maji (ut à ſanctis Patribus ſcriptum reperitur) cum matre ſua & *d* ſororibus d dormivit in Chriſto: cum quo perenni vivens vita, jugi lætatur gloria *e*. Obſecramus te, Sanctiſſime Levita Chriſti, Mauronte, qui veluti micans coram Deo e lucerna rutilas, tuis ſanctiſſimis nobis ſubvenias flagitationibus: quatenus indulta venia flagitiorum, mereamur Chriſti adipiſci conſortium: qui vivit cum Genitore æterno, Spirituque almo, per immortalia ſeculorum ſecula. Amen *f*. f

ANNOTATA.

a Mauronto S. Richarius pater ſpiritualis extitit, eumque per ſacrum baptiſma regeneravit: à quo infans in equo aſſumptus in magno periculo præcipitationis fuit, equo inſaniente, ſed incolumis matri redditus. *Ita in Vita S. Rictrudis num.7 & 15 Hucbaldus, & in Vita S. Richarii Alcuinus 26 Aprilis num.9, quæ hic repetebantur in MS. ſed conſulto omiſimus.*

b Rex Theodericus ad ſe revocatum Maurontum & ſuum tradens annulum fecit, eum totius curiæ

A Cancellariam. *Ita MS. Chronicon Marchianenſe cap.8.*

c S. Ultanus *Abbas, colitur 1 Maji, quando de eo egimus.*

d *Filiæ S. Rictrudis, & S. Mauronti ſorores, nominantur* B. Clotſendis 30 *Iunii*, S. Euſebia 16 *Martii*, B. Adelſendis 24 *Decembris colendæ.*

e *In MS. codice noſtro ſubjungebatur miraculum de Advocato, villam SS. Rictrudis & Mauronti ſibi attribuente, miſere pereunte; verum continetur in Hiſtoria Vitæ & miraculorum S. Rictrudis num.21.*

f Sepultus in Orientali parte juxta puteum, quem ſuis manibus fodiſſe traditur, & uſque hodie puteus S. Mauronti vocatur. *Ita idem Chronicon cap.18. Aqua dicti putei in miniſterium ſacrificii deputata erat, eaque ægros laborantes ſcrofulis ſeu ſtrumis, fuiſſe ſanatos, late probatur lib.1 Miraculorum S. Rictrudis cap.27.*

COMMEMORATIO

Vrbis Duacenæ per Sanctum ſervatæ.

B 5 AGitur S. Mauronti *Duaci VI Ianuarii commemoratio, ob ſervatam ea die urbem, illius potiſſimum beneficio. Qua de re ita ſcribit Arnoldus Wion, oriu Duacenſis, lib.3. Ligni Vitæ:* Apud Duacum Flandriæ Commemoratio Sancti Mauronti Abbatis, ejuſdem civitatis Patroni, quod hac die, ejus meritis & præſentia, liberati ſint Duacenſes à traditione Gaſparis Colinæi, ſummi Gallorum Ammiralii, anno Domini MDLVI. Cum enim ille hac nocte, in qua præcipue populus Flandricus ex antiqua conſuetudine mero indulgere ſolet, urbem capere moliretur, quod omnes ebrios ac ſopori deditos ſe inventurum putaret; apparuit S. Maurontus in ſomnis cuſtodi eccleſiæ S. Amati (in qua ſacrum ejus corpus quieſcit) eique ut Matutini ſignum daret uſque tertio præcepit. Quod cum facere recuſaret, horam Matutini nondum adveniſſe aſſerens; ab eo coactus tandem perfecit. At cum Matutinum pulſare ſe crederet; campanæ ipſæ, non Matutini, ſed armorum ſigna dabant. Quarum ſonitu populus excitatus, ad mœnia cum feſtinatione armatus properans, ipſum Sanctum, veſte monachali fulgida, liliis aureis reſperſa (ſic enim depingitur) indutum, dextraque regale ſceptrum tenentem, ac mœnia circumeuntem, claris oculis viderunt; eumque, donec populus excitaretur, urbem ſuam defendiſſe apertiſſime cognoverunt. Cujus beneficii gratia à Senatu Populoque Duacenſi hac die Proceſſiones ſolennes inſtitutæ ſunt, in quibus venerandæ ejus Reliquiæ, in capſa argentea reconditæ, maxima cum populi frequentia & devotione, ab eccleſiæ Canonicis reverenter deportantur.

Francus hoſtis, in pervigilia Regalium urbem occupaturus

Sancto ſignum campana dari jubente & in mœnibus apparente ſalvatur.

C

6 *Addit deinde prædictus auctor in notis, parentem ſuum Amatum Wion, urbis illius Procuratorem Generalem, primum ex omnibus mœnia conſcendiſſe armatum, ac viſionem illam mirabilem ſpectaſſe. Rem geſtam ita narrat Ioannes Buzelinus noſter lib.11 Annalium Gallo-flandriæ ad annum* MDLVII. Nihil hoſtile animo Belgæ volvebant, cum initio anni MDLVII (MDLVI *ait Wion, quia tum adhuc à Paſchate annum Belgæ ordiebantur*) Archithalaſſus Franciæ Gaſpar Colignius, nocturno belli furto Duacum ante lucem, ipſo Regum feſto, aggreſſus eſt. Spem conceperat, nocturnis compotationibus cives altius iri ſopitum, facilemque ſibi per muros aditum fore, ſomno merſis omnibus. Verum res alio, quam ſperaverat, vertit. Cum enim ſummo mane ſcalas muris applicuiſſet, repens ipſum metus abſterruit, ac retro pedem referre compulit. Placet quibuſdam, è ruſticanis hominibus nonnullos, pridie ſub veſperum urbem ingreſſos, ac Senatum periculi monuiſſe: ideoque poſitis pro corona murorum vigilibus ſolito pluribus, & ſpeculatore cymbalum è turri Prætoria pulſante, obviam itum inſidiis. D

aliitamen aliter rem narrant

7 Verius alii memorant, S. Mauronti operâ ſervatum fuiſſe oppidum. Sub id enim tempus, quo ſuos ad mœnia Colignius ducebat, jamque ad conſcenſionem omnia diligenter ac tacite properabat; Beatum Maurontum, urbis Patronum, adhuc ſtertenti eccleſiæ Amatenſis ædituo per ſomnium ſe videndum dediſſe, ac tertium ut ære campano Matutinalis officii ſignum ederet monuiſſe. Cum is minime obſequeretur, ac nondum ciendæ nolæ tempus adveniſſe contenderet; hoc facere, quod jubebatur, Divum coëgiſſe. Cum igitur ædituus ex more campanam impellit, eam haud quaquam ita ſonuiſſe, quaſi Clerus ad officium divinum evocaretur, verum bellicum quidpiam increpuiſſe, ceu fieri ſolet, cum ad arma capienda trepidis in rebus è publica cives incitantur ſpecula. Dum populus gravi incitatoque æris ſonitu ſuſcitatus ſeſe induit, armaque corripit, Sanctum interim Maurontum, monachali & aureis conſperſa liliis veſte conſpicuum, & regium manu ſceptrum tenentem (quo ſchemate pingi ſolet) urbis mœnia obiviſſe diligenter, ac ſua hæc præſentia ſic defendiſſe, ut in ea hoſtium nullus evaſerit: eum ab civibus, in armis muros conſcendentibus, tunc viſum: hujuſque primum aſpectu lætatum fuiſſe urbis Procuratorem Amatum Wyonium: inde profluxiſſe anniverſarias publicæ ſupplicationis ceremonias, quibus memoriam tanti beneficii Clerus, Senatus, ac populus, ipſo Regum feſto, magna cum voluptate celebrat. E

ſed prioris narrationi bus fides annua commemoratione firmatur

F

8 *Hujus rei ad exteros quoque fama penetravit: quæ & ſanam in Benedictino Kalendario, Macconii edito anno 1622, hæc habentur:* VI *Ianuarii Commemoratio* S. Mauronti Abbatis, qui viſſus eſt veſte monachali fulgida, liliis aureis reſperſa, dextraque regale ſceptrum tenens, urbem Duacenſem defendens ab inimicis. *Ferrarius quoque in generali Catalogo Sanctorum eodem die:* Duaci in Belgio S. Mauronti Abbatis. *ſtis adſcripta.*

apparitione teſtatur qui vidit:

DE SANCTO ATHANASIO

ARCHIEPISCOPO CORINTHIORVM.

G.H.

SECULO X

Corinthus ſub Romano Pontifice

COrinthus, *nobiliſſima olim & notiſſima Achaiæ urbs, Archiepiſcopali Sede illuſtris fuit: quam cum reliqua Achaia, Peloponneſo, Epiro, Theſſalia & Macedonia, juxta Notitiam Imperii Romani, fuiſſe in Illyrico Orientali, & cum eodem ſubfuiſſe Romano Pontifici, docent Leo Allatius lib.1 de Conſenſione perpetua Eccleſiæ Occidentalis & Orientalis cap.9 & eo, Carolus à S. Paulo in Geographia ſacra aliique; & confirmatur ex Actis S. Lucæ junioris, à nobis ad diem* VII *Februarii illuſtratis. In hiſce cap.6 dicitur Epiſcopus Corinthi, cum proficiſceretur ad Romanum Pontificem, veniſſe ad tugurium dicti S. Lucæ, obtuliſſe munera, è quibus (ne repulſa moleſte ferretur) unicus nummus fuit acceptus; præterea docuiſſe, quomodo in abſentia Sacerdotis Corpus Chriſti abſque attactu manuum ſumeret idem Lucas: qui floruit*

A *cultus ſacer S. Athanaſii.*

ruit ſeculo Chriſti nono, quo etiam vixit S. Athanaſius Archiepiſcopus Corinthiorum, qui hoc V *Maji recolitur in MS. Synaxario Claromontano Societatis Ieſu Pariſiis, hoc parvo elogio.* Eadem die Commemoratio ſancti Patris noſtri Athanaſii Epiſcopi Corinthiorum, qui obdormivit pie & ſancte diebus Imperii Baſilii & Conſtantini. *Quæ eadem, ſed ad quartum Maji leguntur in Menæis MSS. apud Petrum Franciſcum Chiſletium Divione repertis. Indicati Baſilius & Conſtantinus fratres Porphyrogeniti, filii Romani Imperatoris regnarunt ab anno* DCCCCLXXV *ſimul per annos quinquaginta, ſcilicet Baſilius uſque ad annum* MXXV, *& Conſtantinus uſque ad annum* MXXVIII. *Et hæc de tempore Sede & cultu dicti Athanaſii: qui in MS. Kalendario Aquilejenſi ad hunc diem videtur errore amanuenſium ſcriptus* Anaſtaſius Epiſcopus & Confeſſor.

tempus Sedis.

2 *Godefridus Hermant, lib.*II *de Vita S. Athanaſii Epiſcopi Alexandrini cap.*18, *mentionem facit eccleſiæ eidem Sancto in diœceſi Turonenſi dicatæ, ubi ejus caput haberi credatur: quod, inquit, valde veroſimile quidam exiſtimant, cum locus ſpectaverit olim ad jura Comitum Andegavenſium, tranſmarinis expeditionibus celebrium. Verum conſideranti corporis illius, quod Venetiis ſine capite nunc incorruptum oſtenditur, vividam integritatem: merito judicabit etiam de capite præſumi debere, quod ejuſdem incorruptionis gratiam participarit: adeoque nihil tale audiens de eo quod habetur in Gallia; de eo vero quod habere in Hiſpania dici intelligens, quod præter caput etiam lingua imputris ibidem ſervetur; nobiſcum ſentiet huic potius quam illi tribuendam prærogativam, ut magni Athanaſii eſſe videatur.*

an caput in diœceſi Turonenſi non potius hujus quam

D *Alexandrini eſſe credendum*

3 *Quid autem ſi eodem tempore quo Petrus titulo S. Marcelli Diaconus Cardinalis S. R. E. ab Innocentio* III *Conſtantinopolim miſſus legatus, curavit corpus S. Dionyſii Corinthiorum Epiſcopi mittendum Romam, tamquam ipſum eſſet Areopagitæ; ſic inventum ibidem aut alibi caput Athanaſii Epiſcopi, ſimili errore ipſe vel alius crediderit eſſe Alexandrini: itáque excitata tunc ea eccleſia ſit? Nos de Dionyſii Corinthii tranſlatione in Galliam, anno* MCCXV *egimus ad ejus natalem diem* VIII *Aprilis: & ex ibi deductis poterit hæc conjectura robur aliquod accipere.*

DE SANCTO AVERTINO

DIACONO IN TERRITORIO TVRONENSI.

B E

D. P.

CIRCA AN. MCLXX. *Nomen in Martyrologiis.*

S. Thomæ Cantuar. diſcipulus

Extractum ex antiquo Martyrologio Turonenſi exhibet nobis, ad hunc diem V *Maji,* S. Avertinum Confeſſorem. *Grevenus in Auctario Vſuardi anno* MDXV *&* MDXXI *excuſo, omiſſo loco cultus, iſta habet:* Item S. Avertini Diaconi & Confeſſoris. *Secuti ſunt Molanus in ſuis ad Vſuardum additionibus & Caniſius in Martyrologio Germanice edito. Philippus Ferrarius in Catalogo generali Sanctorum, qui non ſunt in Martyrologio Romano, iſta profert:* In territorio Turonenſi S. Avertini Diaconi, *& in Notis addit:* Extat apud Turones pagus cum eccleſia, de Sancti hujus nomine dictus. *Demum Sauſſajus in Supplemento Martyrologii Gallicani,* Turonis, *inquit,* S. Avertini Diaconi, cui pagus & eccleſia eo in tractu ſacra, perennem impendit venerationem. *In Regiſtro generali beneficiorum Archiepiſcopatus Turonenſis anno* MDCXLVIII *excuſo pag.*32 *indicatur* parochia de Venzay, alias de S. Avertino, *cujus* patronatus eſt penes Capitulum S. Martini, collatio penes Archiepiſcopum, & annui reditus

& eccleſia Parochialis

C ſunt MCC librarum. *Quæ omnia cum nobis venerationem ſacram* S. Avertini *confirmarent, ſcripſi Turonas ad* P. *Guilielmum Quirinum, operis noſtri promovendi ſtudioſiſſimum; qui plura de eodem Sancto quæſiturus, continuo excurrit ad dictam* Parochiam, *uno milliari diſtantem ab urbe; ibique invenit, non ſepulcrum Sancti, non oſſa ad venerationem ſervata (hæc enim omnia abſtuliſſe & aboleviſſe videtur feralis ille Hugonottarum turbo, de quo* II *Aprilis poſt Acta S. Franciſci de Paula dictum prolixius) ſed ſtatuam venerationi propoſitam, & circum ea anathemata plurima, capita præſertim ex cera, eo quod doloribus capitis mitigandis potiſſimum invocetur.*

in qua ejus imago

& Lectiones propriæ, in quibus

2 *Reperit ibidem Officium ejuſdem Sancti antiquum in membrana deſcriptum, ſed uno alterove folio evulſo mutilum, ubi vita ejus in Lectionis diſtributa ſic legitur:* Beatiſſimus Chriſti Confeſſor Avertinus, in majori Britannia, ex nobilibus valde ac religioſis parentibus ortus eſt, Beatiſſimi Martyri Thomæ, Cantuarienſis Archiepiſcopi, diſcipulus: cujus diem Natalem celebrantes, dignum duximus, juxta morem Eccleſiaſticum, ad Divinæ majeſtatis laudem & ejuſdem Sancti honorem ac noſtram inſtructionem aliqua explicare, unde tot & tanta laudabilia, quæ de eo undecumque occurrunt. Qui quidem Avertinus ad Sacerdotalem gradum, Domino diſponente vocatus, ut irreprehenſibiliter miniſterium impleret, ac primum in ſemet ipſo probatus, Corporis & Sanguinis Dominici ſacramentum ſibi ad meritum, & aliis ad remedium manducaret; corpus proprium, velut hoſtiam Deo viventem & placitam, mundo & vitiis & concupiſcentiis crucifixam, [orationum] armis & labiorum victimis jugiter immolabat. *Poſt hæc evulſa erant folia, ut videbatur duo, proximum autem hæc habebat.....* ac debilium ad naturalia officia reformavit. Quid plura? Multos & innumerabiles variis infirmitatibus detentos per ipſius ſuffragia Dominus liberavit. Maxime vero capitis dolorem aut infirmitatem ſuſtinentibus, templum glorioſi Confeſſoris devote viſitantibus, ab ineuntibus temporibus uſque nunc, idem D. N. Jeſus Chriſtus opitulari non deſiſtit. Poſtquam autem placuit Altiſſimo ut egrederetur de hoc ſeculo, tertio Nonas Maji, quod eſt quinto die ejuſdem menſis, ſanctiſſima ejus anima recepta eſt in cælum ab Angelis.

capitis doloris ſuccurrere dicitur?

3 *Inter prædicta fragmenta duo, notabantur Lectio* II, III, IV, V (*& veroſimiliter etiam* VI *niſi folium deſideraretur*) *ſumenda ex Sermone S. Maximi Epiſcopi, eo credo (etſi id non expreſſit* P. *Quirinus) qui recitatur in commune Confeſſoris Pontificis hoc exordio:* Beati Patris N. merita, jam in tuto poſita, ſecuri magnificemus: *optime certe prænotatis fragmentis convenit contextus illius Sermonis, qui totus de miraculis ſpiritualibus ac corporalibus eſt, qualibus hic Sanctus claruiſſe indicatur. Sequebatur forſitan in deficientibus foliis Evangelium congruum, cum Homilia ſuper eodem, per duas lectiones; ita ut ultima Lectio, ſicut fuerat prima, eſſet iterum de Sancto propria; cujus proinde lineæ dumtaxat paucæ videntur deſiderari. Pro reliquis divini Officii partibus hæc inſuper propria ibidem legebantur:*

F

AD MAGNIFICAT PRO I VESPERIS

ANTIPHONA

Deus noſter exaltat humiles Avertini ſic facit gloriam;
Per virtutes plures ac nobiles monſtrans ejus magnificentiam:
Ægros ſanat, confortat flebiles, capitibus affert lætitiam;
Sic adjuvat infirmos debiles, impetrando de culpis veniam.

proprium item Antiphona

AD

Auctore D.P.

Ad Benedictus Antiphona.

Avertine dum pandimus tuæ laudis magnalia,
Rependi nobis petimus tuæ precis ſuffragia.
Ergo tibi placentia ſint quæ devoti canimus,
Et Deo ſacrificia ſint gratia quæ offerimus.

Ad Magnificat pro II Veſperis.

Avertini ſolenniis exultent noſtri ſpiritus,
Poſcentes precibus piis ut nos adjuvet, cælitus
Impetratis remediis, & nos liberet penitus
A capitis moleſtiis, quibus mundus eſt ſubditus.

Oratio.

& Oratio. Aures pietatis tuæ quæſumus, Domine, ſupplicationibus noſtris inclina: ut qui peccatorum noſtrorum flagitiis percutimur, intercedente B. Avertino Confeſſore tuo, ab omnibus capitis, totius corporis, & animæ doloribus, atque adverſitatibus univerſis, miſerationis tuæ gratia liberemur.

4 *Statua, quam exponi diximus, repræſentat Sanctum veſtitum Dalmatica, ritu Diaconali, & talem fuiſſe indicant præcitati Faſti. Quod igitur in prima Lectione dicitur* ad Sacerdotalem gradum vocatus, *intentionem indicat cum qua ad ſacros Ordines ſuſcipiendos acceſſit; licet ad eorum præcipuum, quo aſpirabat, non pervenerit, exilio primum, dein morte præventus in Galliæ partibus: quo perveniſſe videtur anno* MCLXIV, *quando ſanctus Archiepiſcopus, ab iratis Regis facie ex Anglia fugiens, illuc ſe recepit. Habemus magni iſtius Martyris Vitam, deſcriptam à variis. Vita, quam ex monaſterii San-Giſleniani Manuſcriptis accepimus, dicit, quod* nocte fugam aggreſſus eſt, uno dumtaxat Fratre ferente ſolatium; & diebus deliteſcens & noctibus iter peragrans, poſt diem ſextum decimum ad portum Sanwici pervenit: & cum potiores vectores non haberet ad manum, in fragili cymbula, à duobus Sacerdotibus trajectus fuit in Flandriam. *Hic totus tanti Præſulis comitatus fuit; de quo loquens Ioannes Epiſcopus, in ejuſdem Sancti Vita, quam Reginæ Sueciæ MS. Codex nobis ſubminiſtravit,* paucis, *inquit,* comitatus Sanctiſſimum Papam Alexandrum III Senonis invenit: *utique duobus jam dictis Sacerdotibus & uno illo Fratre. De hoc autem Ioannes Exonienſis Epiſcopus, in prolixiori Vita ex ejuſdem Reginæ Codice nobis deſcripta, teſtatur quod fuit* de Ordine Sympringham. *Ordo hic Canonicorum Regularium fuit ſub Regula S. Auguſtini in Lincolnienſi agro inſtitutus, & ab Eugenio Papa III anno* MCXLVI *confirmatus, de quo pluribus* IV *Februarii ad Vitam Fundatoris S. Gilberti; plenam autem omnium Conſtitutionum, tam viros quam feminas concernentium, notitiam ſuppeditabit Tomus 2 Monaſtici Anglicani, à pag. 699 ad 791, & ſingulorum deinceps monaſteriorum fundationes uſque ad pag. 829, ubi etiam pag. 755 & 783 invenietur proprius Canonici Sempringamenſis & Monialis Gilbertinæ habitus.*

ex Ordine Sempringamenſi.

5 *Nomen Fratris illius, qui ſolus adhæſit Sancto, nemo expreſſit; ex eo autem quod apud Turonas celebratum jam novimus, datur juſta cauſa conjectandi* Avertinum *appellatum fuiſſe; quem Archiepiſcopi ſui internuntium ad Pontificem, poſt quam is anno* MCLXVI *diſceſſerat è Galliis, ultro citroque ire ſolitum, poſſumus ſuſpicari; & tali aliqua occaſione, priuſquam anno* MCLXX *Thomas in Angliam reverteretur, vita ſua finem inveniſſe in illo diœceſis Turonenſis vico, ibique tumulatum claruiſſe miraculis. Qui quoniam pro juſtitia & libertate eccleſiaſtica ſeptennio exulantem ſecutus Archiepiſcopum, ærumnis ejus plurimis multipliciter communicavit, contractaque veroſimiliter ex iis & itinerum laboribus invaletudine obiit,* Confeſſoris *titulo jure honoratur.*

ærumnis exilii & itinerum immortuus.

DE S. ANGELO MARTYRE

PRESBYTERO EX ORDINE CARMELITARVM

D.P.

LEOCATÆ IN SICILIA.

CAPUT I.

S. Angeli patria, Martyrium & cultus ſacer.

Anno MCCXXV. *Elogium ex Io. Groſſo*

Ioannes Groſſi Toloſanus, Magiſter Generalis Carmelitarum ab anno MCCCLXXXIX *ad* MCCCCXXX, *ſcripſit Viridarium ſui Ordinis, in tres libros diſtinctum, cujus vetuſtiſſimum exemplar extat MS. in bibliotheca Carmeli Francofurtenſis, unde ecgraphum accurate exceptum olim ad nos miſit Segerus Pauli, Carmelita Colonienſis, factaque cum editione Veneta anni* MDVII *collatione, teſtatus eſt MS. contextum multo integriorem eſſe impreſſo. Hujus Viridarii liber ſecundus agit de Sanctis aliquot dicti Ordinis, inter quos* decimus fuit *numeratus* S. Angelus de Sicilia, Martyr Domini glorioſus, qui inter Fratres de monte Carmeli, ad regnum Siciliæ primo applicantes, primatum tenebat. Iſte Sanctus, dum fidem Chriſti in quadam domo oppidi Licate fervide prædicavit, infidelium gladiis impiorum occubuit: ubi in honorem Sancti Martyris conſtructa dedicataque fuit eccleſia, in qua ejus glorioſum corpus ſuper magnum altare requieſcit honeſte, & in qua ſuis glorioſis meritis crebra fiunt miracula, & præſertim die V Maji, quem proprio ſanguine dedicavit.

2 *Poſt hæc à Groſſo ſcripta, Henricus quidam de S. Victore, edidit Vicentiæ anno* MCCCCXCIII *Catalogum Sanctorum, collectum à Petro de Natalibus Epiſcopo Equilino,* & poſtquam ad libri calcem pervenit, Viſum eſt, *inquit,* nobis, haud fore inutile, quorumdam Sanctorum geſta ſubnectere, quæ ex eorum hiſtoriis, quam compendioſe potuimus, auctorem hujus imitati, decerpſimus. *Ibi inter alia, de S. Angelo, ex iis quæ tunc circumferebantur Vitis, iſta ſcripſit:* Angelus Martyr & Confeſſor, natione Siculus, in urbe Lycate ex generoſa proſapia ortus, ab infantia Deo devote inſerviens, jejuniis & orationibus vacans, habitum Carmeliticæ Religionis ſuſcepit, in qua vitam maxima cum auſteritate degens, eximius prædicator effectus eſt. Hunc, finita quadam prædicatione, Sancti Dominicus & Franciſcus, audiente frequenti populo, in terra proſtrati, mirum in modum venerati ſunt: qui poſt longos amplexus B. Franciſco prædixit ſtigmata, & viciſſim ipſe Franciſcus ei martyrium: quod utriuſque adimpletum eſt vaticinium. Hic dum infidelibus Chriſtum prædicaſſet, à Paganis tentus, letiferis carceribus mancipatus, & pœnis undique afflictus, tandem fronte gladio percuſſa, Deo vitæ obtulit holocauſtum, III Nonas Maji. Cujus corpus in eccleſia, ejus nomini dedicata, requieſcit, miraculis decoratum.

& Appendice ad Petrum de Natal.

3 *Ita Henricus iſte: cujus Præfationem omittentes qui dicto Equilini Catalogo recudendo manum recentius admoverunt,*

A *verunt, pro eaque ſubſtituentes hæc verba.* De Sanctis nuperrime canonizatis, *perſuaſerunt iis, de quorum Sanctis ſubſequenter agebatur, tum ipſam appendicem eſſe Equilini, tum illius ævo factam fuiſſe iſtorum Sanctorum canonizationem.* Inchoavit *autem* Petrus de Natalibus ſuum Sanctorum Catalogum anno MCCCLXIX die S. Barnabæ, adhuc Plebanus SS. Apoſtolorum Venetiis, & abſolvit anno MCCCLXXI jam creatus Epiſcopus Equilinus, *quemadmodum ex MS. Codice D. Ioannis Angeli Ducis ab Altaemps teſtatur Thadæus Domnolus, in tractatu de loco Martyrii S. Felicis Epiſcopi Spalatenſis edito Venetiis* 1620. *Porro Lucas Caſtellius ex Ordine Prædicatorum, in fine ſui Tractatus de certitudine gloriæ Sanctorum Canonizatorum, texens* Catalogum eorum Juſtorum, qui publico ac ſolenni ritu ab eccleſia Romana Divorum Albo adſcripti fuere *(quem catalogum Franciſcus Victon Minimus, ad finem opuſculi ſimilis de Canonizatione Sanctorum, Gallice reddidit) fallaci illo titulo deceptus, putavit Honorio* III *Angeli canonizationem adſcribendam.*

ob cujus titulum mutatū Angelus Canonizatus putetur.

Cultus in Ord. Carmelitano.

4 *Ioannes Balæus, in Catalogo Scriptorum Britanniæ Cent.* 8 *poſt* §. 27, *dicit de Pio Papa* II, *quod* Angelum Carmelitam Martyrem canonizavit, ſolicitatore Joanne Soretho, *ſed hoc de ſola Officii conceſſione, aut (ut*

B *nunc vocamus) beatificatione intelligendum eſſe bene monet Lezana ad annum* MCCCCLIX, *eoque refert quod nomen ſcriptum inveniatur in kalendario anni* MCCCCLXII *& Breviario anni* MCCCCXCV. *Vt autem ad plenam Canonizationem procederetur dicit idem Lezana ad an.* 1220 *num.* 21 in Capitulo Generali Brixienſi anni MCCCCLXXVIII cautum eſſe, quod quilibet Provincialis, dum ad propria redierit, procuret ſumma cum diligentia à Regibus & à Principibus pro Canonizatione S. Angeli Martyris & S. Andreæ. *Idem negotium ut promoveat Nicolaum Audet Generalem Ordinis, anno* MDXXVII *urget Thomas Belloroſius, concludens Epiſtolam Vitæ à ſe editæ ſubtextam. Neque deinceps aliud actum aut ſaltem peractum eſſe videtur, quam ut Officium proprium ex illa Vita acceptum, cum aliis itidem propriis, recitari permitteret ſacra rituum Congregatio. Interim vero anno* MCCCCXCVIII *decretum fuerat* in Capitulo Generali Neumacenſi Provinciæ Narbonæ, quod per totum Ordinem in Veſperis & Matutinis fiat quotidie, niſi impedimentum evenerit, memoria de SS. Alberto & Angelo, *ut ſcribit Lezana anno præcitato.*

C 5 *Quod ad Martyrologia attinet, commemoratio* S. Angeli *facienda præſcribitur in antiquitus excuſo Martyrologii Carmelitici ſupplemento, nec non in Additionibus ad Vſuardum Colonienſium Carthuſianorum & Ioannis Molani, itemque in Martyrologiis Maurolyci, Galeſinii, aliorumque recentiorum, memoriam* S. Angeli v *Maji recolentibus. Eorum tamen verba non judicamus hic proferenda, quia fides eis adhibenda vel neganda pendet à veritate aut falſitate ejus Vitæ, quæ ſub nomine Enoch, velut teſtis oculati, atque poſt occiſum Angelum Hieroſolymitani Patriarchæ, ſcripta, fundamentum dedit elogiis ibi relatis. Vitam autem illam non eſſe dandam hoc loco, ſuadet expectatio magni libri de Sanctis Ordinis Carmelitici, quem pluribus abhinc annis ſub prælo habet R.P. Daniel à Virgine Maria, & indies in lucem producendum promittit. Cum enim multis rationibus convinci nobis videamur, eam non eſſe talem qualem titulus præfert; & fieri poſſit ut dictus R. Pater, noſtræ circa eam diffidentiæ conſcius, nonnulla in ejus vel declarationem vel defenſionem pararit, quæ à nobis conveniat citra præjudicium expendi; paratum de hoc argumento tractatum placuit hinc transferre uſque in Appendicem hujus tomi, ubi ipſam forſitan integram dabimus.*

Nomen in Martyrologiis

Vitatur hic omiſſa.

6 *Hac igitur tantiſper omiſſa, ne currenti prælo moras faciat, primum hoc de cultu* S. Angeli Caput con-

cludo Romani Martyrologii hodierni verbis, tamquam ſignaculo & approbatione ſolenni ejus cultus, qui eatenus ſancto Martyri privatim ac publice, citra Canonizationem Pontificiam, deferebatur: Leocatæ in Sicilia S. Angeli Presbyteri Ordinis Carmelitarum, qui ab hæreticis ob defenſionem Catholicæ fidei eſt trucidatus. *Præiverat, ad crimen cadis* Hæreticis *aſcribendum, Galeſinius; incongruum ratus* Paganorum *mentionem facere pro eo tempore, quo pridem paganiſmus omnis extinctus, & è Sicilia tota exacti erant Saraceni. Serpebat autem ſeculo* XIII *per Italiam, adeoque & per Siciliam, colluvies quædam perditiſſimarum opinionum, à quarum ſectatoribus occiſus eſt in Italia, eodem fere tempore quo* S. Angelus *in Sicilia,* S. Petrus *ex Ordine Prædicatorum. Egimus de hæreticis illis ad dicti S. Petri Acta* XXIX *Aprilis: eodem autem jure hæretici jam dicti illi vocari potuerunt* Pagani & Infideles *ab auctoribus Vitæ S. Angeli; quo occiſores S. Petri vocantur* Manichæi.

AUCTORE D. P.

Qui cadis auctor eſt

7 *Ad tempus martyrii quod attinet, paſſim jam creditur ex fide illius nobis necdum probatæ Vitæ accidiſſe anno* MCCXX: *ſed in hoc numero errorem eſſe oportet, ſi non omnia finxit qui Vitam compoſuit, qualis ex MS. Vaticano vetuſtiſſimo habetur apud Benedictum Gononum inter Vitas Patrum Occidentis pag* 227 *& ſeqq. Dicit enim pag.* 232 *col.* 1 *circa medium, quod fervens illa exhortatio ad pœnitentiam, ſub qua inceptum ſuum publice faſſa eſt mulier, cujus converſio cauſam Martyrio dediſſe narratur, habita fuerit* die Veneris, S. Marci, in Litania Majori. *Atqui anno* MCCXX *(qui Biſſextilis fuit & litteras Dominicales habuit* E, D) *feſtum* S. Marci *concurrit cum die, non* Veneris, *ſed* Sabbati. *Et hac forſitan cauſa motus Alegræus de Caſanate, in Paradiſo Carmelitici decoris, Statu* 4 *cap.* 12, *ſcribit,* Angelum *occiſum eſſe anno* MCCXXXI, *qui habebat ſolam litteram Dominicalem* E, *adeoque feſtum* S. Marci *in* Sabbato. *Sed quia S. Dominicus, quicum* S. Angelus *dicitur collocutus, obiit anno* MCCXXI, *neque ulla vel auctoritas vel ratio cogit* S. Angelum *in Italia tot annis retinere, proximum prædictæ concurrentiæ annum videlicet* MCCXXV *malui Paſſioni ejus aſſignare. Dicitur enim ſub Honorio Papa* III *veniſſe è Terra-Sancta* Angelus *& in Sicilia obiiſſe: ille vero in toto ſuo decem annorum Pontificatu, ab anno* MCCXXVI *ad* MCCXXXVII, *numquam in* die Veneris *feſtum* S. Marci *celebravit, niſi iſto anno* MCCXXV.

quis annus Martyrii?

E

CAPUT II. F

Honor ſacro corpori habitus; eccleſia illuſtrata & Carmelitis tradita: Patronatus Panorminatus.

8 IN *ipſa, in qua mactatus fuerat, domo tumulatum fuiſſe* S. Angelum *Ioanni Groſſo credimus; putamuſque ab auctoribus cædis flagitium ſuum occultare conatis, hoc extremum officium Martyri præſtitum. Hujus autem gloriam voluit mundo notam facere Deus, atque* ex ſepulcri loco, & quaſi ex ore ſepulti, repente pulchrum lilium enaſci fecit, quod quoties fuit inciſum, ſtatim renatum eſt: & hoc miraculo permoti incolæ illius oppidi, loco effoderunt: ubi inventum eſt ſanctum corpus, mirifico fragrans odore, quod honorifice repoſuerunt in arca honeſtiſſima. *Ita Belloroſius in ſua ad Nicolaum Audettum Generalem finali epiſtola, ibi certiorem apud nos fidem habens, ubi non ex Vita ſub Enochi ſuſpecto nomine reperta, ſed ex aliunde acceptis notitiis orditur de S. Angelo loqui. Expunctis igitur iis dumtaxat verbis, quibus ſepulturæ locum* in templo *fuiſſe etiam hic indicat, prout ex illa Vita didicerat, cetera ut veroſimilia am-*

Ex ore ſepulti lilia naſcuntur.

locus converitur in oratorium.

AUCTORE D.P. *plectimur, & cum Groſio tenemus, refoſſo corpore & crebreſcentibus miraculis factum eſſe, ut primum domus illa, in qua ſacer ſanguis effuſus erat converteretur in oratorium; ac tandem in honorem Sancti ibidem exſtrueretur dedicaretur que eccleſia: non tamen cum appellatione ipſius* S. Angeli, *necdum canonizati (id enim eccleſiaſtica iſtius ævi diſciplina fuiſſet contrarium) ſed ſub invocatione* SS. Philippi & Jacobi, *ut ſcilicet infra ipſius ſolennitatis annue recurrentis Octavam, haberi poſſet commemoratio Martyrii ibidem peracti. Vulgo tamen (ut alias ſimili in caſu ſæpe vidimus accidiſſe)* S. Angeli *eccleſia dicebatur, cujus corpus ibidem* ſuper ſummum altare requieſcebat.

ac demum in eccleſiâ.

9 *Elogium ejus Ionnes Groſſi his verbis concludit:* Fons quidam in eodem ſcaturiens loco, in quo iſte Martyr glorioſus ſanguinem pro Chriſto impendit, ſingulis annis à primis Veſperis uſque ad ſecundas inclusive oleum cunctis miniſtrat, quo qui ipſo die v Maji peruncti fuerint, meritis ſancti Martyris, multis diverſis gravati languoribus ſanantur, ad laudem omnipotentis Dei & gloriam, cui honor ſit & gloria in ſecula ſeculorum. Amen. *Idem, ſed de ſolius olei ſcaturigine inter utraſque Veſperas, ſcribit ad calcem Petri de Natalibus Henricus à S. Vrſio. Thomas Belloroſius, in epiſtola plenius rem explicans, ita loquitur:* Ex loco, ubi prius jacuerat corpus, fons vivus aquæ nitidiſſimæ & ſuaviſſimi odoris emanavit: ex ea vero parte, ubi caput Martyris requieſcebat, cœpit fluere medicinalis olei liquor: ubi poſtea manu artificis aqua illa per gradus operis lapidei circumdata eſt, quæ tertio Nonas Maji, anniverſario die Martyrii plus ſolito excreſcit: & tunc etiam oleum effluit, incipiens pridie ab hora veſpertina uſque ad ſolis occaſum diei ſequentis, quod ſolertiſſime colligitur ad ſanandos infirmos: multique ægroti illo die ſolenni deſcendunt per gradus fontis, loturi corpus eorum, implorantes Martyris auxilium; & ſenſim, populo ſpectante, recipiunt ſanitatem, præſertim hernici & paralytici.

fons S. Angeli miraculoſus,

B

de eo auctorum teſtimonia,

10 *Eadem ut legerentur vulgari quoque lingua Italice, Hiſpanice, Gallice, fecerunt Belloroſiani libelli interpretes, Ioannes Baptiſta della Roſa, Panormitanus Canonicus anno* MCCCCXCVII, *teſte Lezana; Leo Delicatus, in Horto Carmelitano, quem anno* MDC *excuſum laudari invenio in MSS. Italicis Licata miſſis ad Provincialem Sebaſtianum Seſſa; Antonius Philippinus, Magiſter Generalis Ordinis, in Vita Romæ & Panormi impreſſa anno* MDCLVI, *ut ex iiſdem MSS. didici; Ioannes Pintus de la Victoria, in ſua Hierarchia Carmelitana Tract. 6, auctor, ut arbitror recens; & Irenæus à S. Catharina, per quem Hiſpanus interpres nobis innotuit, quique deſcriptam à ſe Gallice Vitam Pariſiis impreſit anno* MDCLI; *de aqua autem inſuper habet, eam in vaſculis, ſigillo Magiſtratus Leocatenſis accurate obſignatis, ad varias civitates provinciaſque exportari. Didacus autem Coria, in Chronica Carmelitarum lib.* 10 *cap.* 5, *ex teſtimoniis Ioannis Rubei & Ioannis Stephani Chyzolæ Generalium, ac Bartholomæi Raguſii & Alphii Matthioli Procuratorum Generalium, fatetur, ceſſante nunc olei fluxu, aquam dumtaxat emanare.*

C

& experientia recentes.

11 *Rocchus Pyrrhus in Notitia Eccleſiæ Agrigentinæ pag.* 242 Fons ille, *inquit*, quem puteum S. Angeli appellant, divinitus oleum emanabat: ejus aquæ aliquando ebulliunt, aliquando & templi pavimentum abluunt, uti evenit anno MDCXXV, peſte in cives graſſante. *Quam exundantiam alias plurics obſervatam eſſe ex teſtium oculatorum fide tradunt prælaudata MSS. addunt que dictum puteum, dum ſtaret eccleſia vetus, in ejus meditullio fuiſſe: & aquam ordinarie, non quidem ſalſam licet vicinißimum ſit mare, ſed tamen amaram eſſe; verum in pervigilio feſti ſæpius obſervatum dici, quod facta eſſet ſuaviſſima.* Quam traditionem divina bonitas comprobavit anno MDCLX, quando D. Raphael Sitaiolus, Sacerdos ſecularis Leccatenſis, cum in Vigilia Sancti, hora poſt ſolis occaſum ſecunda, modicum illius aquæ deguſtaſſet, & ſaporem ejus mutatum cognoviſſet; rem palam fecit omnibus ibidem præſentibus, qui continuo ejuſdem dulcoris ſumpſere experimentum: nec antequam poſtero die, hora poſt occaſum ſolis tertia, omnes ab eccleſia eſſent digreſſi, ad priſtinum aqua rediit amarorem: quod omnium civium erga Sanctum devotionem haud modice inflammavit.

D

locum obtinent Carmelitæ an. 1599.

12 De eccleſia, *quam ſupra S. Angeli ſepulturam erectam fuiſſe diximus, & putamus à Gottofredo Agrigentino Epiſcopo conſecratam, qui & corpus è tumulo extulerit & ſupra altare collocaverit, poſt annum* MCCLXV; *de hac, inquam, eccleſia ſcribit Palæonydorus, quod eam* Magiſter Joannes Soreth à Calixto III Pontifice Maximo in dominium Ordinis acquiſivit, una cum ipſo ſancto corpore. *Sed errare eum monent Carmelitæ Leocatenſes, dicuntque in MSS. quod eccleſia illa* ab immemorabili tempore Rectores habuit, qui demum appellati fuere Gubernatores Societatis ſub titulo S. Angeli: & quod die quarto ac quinto Maji, in Vigilia & feſto ejuſdem S. Angeli, divina officia ibidem peragebantur à Sacerdotibus ſecularibus. Ceterum quia Ordo Carmeliticus ardentiſſimis votis aſpirabat ad tanti theſauri poſſeſſionem, conſenſu & interceſſione Senatus Leocatenſis tantum peractum eſt apud Clementem VIII, ut per Breve datum Ferrariæ XXV Junii MDXCVIII, de jure illius eccleſiæ Patribus Carmelitis tranſcribendo, tranſactum fuerit inter Epiſcopum Agrigentinum & Provincialem Carmelitarum ex una, Juratoſque & Clerum atque Rectores dictæ Societatis ex altera parte, ſub certis quibuſdam capitulis, quæ mox ſequenti anno die IV Maji, fuere per alterum Pontificium Breve Romæ confirmata. Nihilominus Provinciali & Priori hujus Conventus litigandum adhuc Romæ fuit, ſupra executionem dictorum capitulorum, cum Juratis præfatæ Societatis; donec in favorem Ordinis duabus definitivis ſententiis terminata lis eſt, dataque poteſtas Carmelitis ineundi poſſeſſionem eccleſiæ, & conventum ſibi juxta eam fabricandi, prout apparet ex Brevi ejuſdem Clementis Papæ, deſuper dato Romæ ad S. Petrum anno MDCV, XXVIII Januarii; & ex litteris Vice-regiis executorialibus, obtentis Panormi uno fere anno poſt, die XIV Januarii.

E

F

& poſſeſſionem ineunt 1606.

13 Itum ergo in poſſeſſionem eſt die 11 Februarii, in feſto Purificationis beatiſſimæ Virginis Mariæ, acceptante eam P. M. Angelo Alfonſi, Vicario Provinciali Provinciæ S. Angeli: qui ibidem primum Priorem inſtituit Fr. Sebaſtianum Syracuſam, ex oppido Calatabellotta. Hic autem poſtquam conventum S. Angeli, magna cum approbatione minime vulgaris ſanctitatis, ſpatio octo menſium & ſedecim dierum rexiſſet; in cælum migravit XVIII Octobris, multa monumenta huic civitati relinquens mirabilium ſignorum, tam in vita quam poſt obitum patratorum: de quibus ſumpta eſt anno MDCXXIX informatio juridica, per D. Michaelem Tavormina, Vicarium & Delegatum in cauſa ex commiſſione Epiſcopi Agrigentini D. Franciſci Trayna, de mandato ſacræ Congregationis Cardinalium: cujus inſtrumenti originale exemplar ſervatur in archivio Notariorum de Fontibus, hujus civitatis: oſſa autem prædicti Servi Dei clauſa intra capſam, aureo frigio adornatam, cuſtodiuntur in ſacriſtia hujus conventus S. Angeli.

quorum primus Prior vir ſanctus

14 *Hactenus MS. Italici verba, Latine reddita: quibus addo ex relatione D. Angeli Ruyz Presbyteri ſecularis, excepta* XI *Februarii anni* MDCXXVI, *quod dictus* Pater Sebaſtianus, extrema correptus infirmitate, atque à medicis

A dicis depoſitus, dixit ipſi Relatanti: Domine Angele, ſcio quod noſtræ Religioni devotiſſimus ſis, ideoque per amorem Domini noſtri obteſtor, ut cervicali meo aſſiſtere cures, quando ex hac vita egrediar. Cum ergo, *inquit Angelus*, veſpere obitum præcedente (obiit autem die Veneris tertia hora noctis) aſſiſterem lecto, propter opinionem maximæ ſanctitatis ejus, quem habueram Patrem ſpiritualem, & infirmus per ſingula momenta ſenſim deficeret; ſubito ſenſit impetum ſpiritus vehementis, tamquam turbinis intrantis per feneſtellam ipſius cellæ, inde proſpectum in eccleſiam habentis: vidique prædictum Patrem Sebaſtianum, arrepta cruce ænea, quam ſolitus fuerat geſtare de collo, ipſam verſus feneſtellam obvertere, & audivi quod fracta voce ſuſurraret: Hei me! hei me! Jeſu, Maria, Angele: quæ res me vehementer conterruit, quatiebatur enim tota cella. Ad hunc autem fragorem, accurrêre Patres Conventus, qui cubitum conceſſerant, quidque ei eſſet amanter requiſierunt: quibus ipſe clariori jam voce receptiſque viribus dixit, invaſum ſe fuiſſe ab aſſiliente multitudine dæmonum, ſub forma ipſorum ſuorum ſubditorum, qui eum cœperint fuſtigare: ſe vero, diabolica illuſione cognita, Deo fidentem, vidiſſe glorioſam Virginem Mariam cum B. Angelo Martyre; ad quorum præſentiam diſparuerint dæmones: & his dictis placide expiravit.

S. Angelum in morte adjutorem habere viſus eſt.

B

15 *Porro fidelium erga S. Angelum devotio Leocatæ non ſubſtitit, ſed ad alias quoque urbes ſe diffudit, in primis ad Panormitanam Metropolim, in qua* cum anno MDCXXIV in feſto S. Joannis Baptiſtæ menſe Junio eſſet publicata peſtilentia, tum alii multi beneficio S. Angeli ſanati aut præſervati ſunt, tum imprimis Magiſter Nicolaus Bonellus civis Leocatenſis: qui contactum ſeſe intelligens, ex febri ac vomitu cum dolore capitis duobuſque ſub ala ſiniſtra panis, rem aperuit officialibus; ab iiſque deportatus eſt ad Lazaretum, quod tunc erat in conclaviis de Zefonte dictis, juxta conventum S. Franciſci de Paula. Ipſe vero qui ſe Leocatenſem unumque ex Confratribus S. Angeli meminerat, & de veteri ejus lignea arca particulam aliquam circumferebat; ad ſuum Sanctum ſpem recuperandæ ſanitatis convertit, & cito ſeſe ſanum invenit. Eodem tempore in d. Lazaretum inductus eſt Mag. Balthaſar de Scotia, Licatenſis etiam ipſe, peſte afflatus: quem cum d. Nicolaus in certam ſervandæ vitæ fiduciam erexiſſet, ſi patrocinio S. Angeli ſe committeret, ex eo quod habebat particulam ei commodavit aliquam: & is cui jam anthrax peſtilens ſub axilla ſiniſtra apparebat, citam conſecutus eſt ſanitatem. *Ita juratus poſtea Nicolaus Leocatæ depoſuit, in ordine teſtium, de quibus infra,* XCVIII. *Ergo creſcente indies Panormitanorum devotione erga S. Angelum, viſus tandem dignus eſt qui inter Patronos urbis connumeraretur, de quo in MSS. extat hujuſmodi documentum.*

Licatenſes duo in Panormitano Lazareto ſanantur à peſte

invocato Sancto:

C

16 Die IV Maji, Indictionis nonæ, MDCXXVI conſiderans Illuſtriſſimus Senatus hujus felicis urbis Panormi, & præ oculis habens maxima miracula facta per S. Angelum Martyrem Ordinis Carmelitarum, & nonnulla beneficia per eum exhibita huic urbi Panormi; & præſertim quod apportaſſet quamdam imaginem Deiparæ, ad præſens in Metropoli Panormitana eccleſia conſervatam & veneratam, (*omitto cetera Panormi geſta, quia ex ſolius prætenſi Enochi narratione accepta*) ultra alia magna miracula per eumdem Sanctum in toto orbe terrarum peracta; & præcipue quod in anno præterito civitatem Leocatæ liberavit à morbo contagioſo; decrevit Illuſtriſſimus Senatus, pro ſua devotione erga dictum Sanctum, & ad inſtantiam adm. R. P. Mag. Salvatoris Vinci S. T. D. & Vice-Provincialis Ordinis Carmelitarum in hoc Siciliæ regno & urbe Panormi, inſtantis & petentis tum apud Illuſtriſſimum Dominum Cardinalem ab Aurea Archiepiſcopum Panormitanum & Locumtenentem pro ſua Catholica Majeſtate in hoc Siciliæ regno, tum & apud Senatum ipſum, ut dictum S. Angelum in Patronum & Protectorem ipſius urbis acciperent, ut cum aliis Patronis jam electis per eumdem Senatum, in hac potiſſima neceſſitate morbi contagioſi, in ſui ipſius perpetuam tutelam, apud Deum intercedere dignetur.

hac occaſione Senatus ejus urbis

Auctore D. P.

Patronis ſuis adjungit S. Angelum.

17 Ideo Illuſtriſſimus ipſe Senatus, vi præſentis Actus, elegit & eligit atque nominavit & nominat in Patronum & Protectorem dictum S. Angelum, quem inſtantiſſime rogavit & rogat, ut dignetur pro ejus clementia, ſub ejus patrocinio, protectione & tutela, urbem ipſam, ejuſque cives & habitatores accipere, & pro eadem urbe apud Deum optimum maximum & apud Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum intercedere, pro liberatione mali contagioſi, ut penitus extinguatur & ad priſtinam ſanitatem reducatur, prout ſperat. Statuit inſuper Senatus ipſe, quod, in ſignum hujuſmodi protectionis & patrocinii ac devotionis, quolibet anno in perpetuum, in feſto S. Angeli Patroni, celebrando in eccleſia D. Nicolai Ordinis Carmelitarum in Plano, vulgo dicto delli Bologni, fieri & dare debeat quatuor faces, rotulorum duorum pro qualibet face ceræ albæ, ad honorem & gloriam dicti S. Angeli Patroni, ad expenſas Univerſitatis ipſius civitatis, de ſumma pecuniarum quas expendere poteſt quolibet anno, juxta formam capitulorum, pragmaticarum, & aliorum factorum & faciendorum. Unde, ut infraſcriptum appareat, de mandato Illuſtriſſimi D. Franciſci Agliata & Paruta, Principis Villæ-Francæ & Ducis Salæ, Pretoris hujus Urbis Panormi, Marci Antonii Gaſcone, D. Simonis Pariſi Baronis Milocæ, Gaſparis Agliata, D. Vincii Sandolina, & D. Caroli de Termine, Juratorum Senatum repreſentantium, oretenus mihi Andreæ Stanghetta factus eſt præſens Actus.

E

cum obligatione annuæ oblationis.

& officii duplicis in Clero.

18 *Huic ſe conformans Archiepiſcopus* IV *Maji, edixit, ut omnes Eccleſiaſtici, tam ſeculares quam regulares, die* V *Maji de S. Angelo Officium facerent quotannis, ritu duplicis ſine Octava, ſicut de aliis Patronis. Exiſtimo hoc Officium nihil differre ab eo, cui totus Carmelitarum Ordo in ſuis pro tempore cuſis & recuſis Breviariis aſſuevit, niſi quantum forte proprius Ordinis ritus à communi Romano diſcrepat. Quare de illo nil quaro amplius: ſolum noto in uſu fidelium laicorum fuiſſe, & forſitan adhuc eſſe, minus quoddam Officium aliquoties excuſum, & demum anno* MDCXX *propoſitum cum hac epiſtola.* Notarius Jacobus Murci, Leocatæ concivibus ſuis Salutem. Officium parvum Protectoris noſtri S. Angeli Jeruſalemitani Martyris Carmelitæ, cujus reliquiis decorari meruit civitas noſtra dilectiſſima, per Fr. Simonem Saliba olim compoſitum, & jam impreſſum in officio B. Mariæ, juxta ritum Carmelitarum, in hoc folio, pro majori aptitudine recitandi, denuo imprimendum curavi: ut illud quotidie nos recitantes, magis devotio noſtra augeatur, & ab ipſo Martyre protegamur in cælis. Gratum accipite. Valete. Datum in eadem civitate, die III Nonas Maji, indictione III, MDCXX.

F

pro laicis compoſitum officium parvum.

Auctore D.P.

CAPUT III.

Tranſlatio corporis ex veteri arca argentea in novam.

Corpus, tertio poſt ſepulturam die reperiri,

19 *VNa cum prælibatis Capite ſuperiori MSS. venit in manus noſtras, beneficio R. P. Danielis à Virgine Maria, Actus novæ Tranſlationis celebratæ anno* MCCXXIII, *cujus tenor ſic incipit*, Inclytus Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti Sacerdos & Martyr Angelus Carmelita; *atque poſt brevem ejus Vitæ, quæ ſub Enochi nomine habetur ſynopſim, ſic continuatur.* Veteſtiſſima & notiſſima fama eſt, ex traditione antiquorum, tribus diebus conſequentibus deſuper ſepulchrum S. Angeli ter virens lilium apparuiſſe, & innumerabilia miracula ejus meritis coruſcaſſe. Ob id Leocatenſes cives poſt triduum ſacra oſſa diſſepelierunt: & ſtatim aqua ſcaturivit ubi corpus erat, cujus ſuper fontis aqua ſolebat oleum manere, quo liniti reſtaurabantur: illaque honorifice poſuerunt in lignea arca, coopertâ rubei coloris & frixo aureo decorata. Et ſic nonnullis annis elapſis *(uſque ad annum ſcilicet* MCCCCLXXXVI*)* poſteri cives, devotione moti, ſacras

B

anno 1486 transfertur in arcam argenteam.

reliquias prætactas tranſlatarunt in arca argentea, foliacibus argenteis deauratis *(erant illa limborum inſtar ſingulis in lateribus, tam arcæ quam operculi pyramidaliter aſſurgentis, prout delineatam arcam vidimus)* in modum Crucis ornata, in qua huc uſque manebant.

Anno 1615 decernitur ut alia ſplendidior fabricetur,

20 Præſentes vero cives, præ oculis habentes beneficia hodierna..... volentes in minori parte tali tantoque Martyri retribuere, ut ejus Reliquiæ majori honore & veneratione venerentur; decreverunt, jam ſunt anni octo, prætactam argenteam arcam, in qua prætactum venerabile corpus requieſcit, illuſtrare: ob eamque cauſam elegerunt in Deputatos hujuſmodi fabricæ Franciſcum Grugno, & Baldaſſarem Celeſtri & Prades, & in Depoſitarium argenti Joſeph Serravilla, probos ac nobiles cives, ut patet per Actum celebratum IX Junii, XIII Indictione, MDCXV. Et jam ſunt annus & menſes, Spiritus ſancti gratia ſpirante, quidam Magiſter Lucius de Anizi, faber argentarius terræ Raguſæ, comitatus populorum civitatis Mohac, hujus Siciliæ regni, obtulit & ſe obligavit eamdem argenteam arcam fabricare, ut in eiſdem Actis legitur, Actum VI Decembris, V Indictione, MDCXXI; ſicut illam domi ipſius de Serravilla fabricavit.

C

21 Qua arca expedita, volentes cives ipſi tranſ-

intra quam anno 1623

lationem prætactarum ſanctarum Reliquiarum facere, devenerunt ad hæc, in quorum perpetua memoria & eorum pietatis effectu, in nomine D. N. Jeſu Chriſti patefacimus, quod anno à ſalute mortalibus reſtituta MDCXXIII, Indictione VI, menſe Majo, die vero V, feria VI ac feſto ejuſdem Martyris, hora quaſi XX, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Gregorii, divina providentia Papæ XV, anno ejuſdem III, regnante Sereniſſimo, invictiſſimo ac Catholico Domino noſtro, D. Philippo, Dei gratia Rege quarto Hiſpaniarum utriuſque Siciliæ, Jeruſalem &c feliciter amen, in noſtrûm Notarii teſtiumque infraſcriptorum præſentia perſonaliter conſtituti, in venerabili eccleſia ejuſdem Martyris, idem Franciſcus Grugno, D. Antonius de Caro, D. Philippus Celeſtri, & Franciſcus quondam Joſeph de Averna, Magnifici Jurati hujus dilectiſſimæ civitatis Leocatæ, tamquam

coram DD. Vicariis,

patres & primi Univerſitatis, cui ſoli competit jus Patronatus prætactarum ſanctarum Reliquiarum, nobis de nominibus & cognominibus cogniti, prompto animo ac rogaminibus & piis ſupplicationibus, petierunt benedictionem à R. D. Michaele Tavormina, cive ac Vicario hujus civitatis, cui fuit collata poteſtas hujuſmodi tranſlationis ab adm. Ill. ac Rev. D. Gabriele Salerno, S. T. D. Cathedralis eccleſiæ Agrigentinæ Cantore & Vicario Generali Illuſtriſſimi ac Reverend. D. Octavii Ridulfi, S. R. E. Cardinalis, Epiſcopi Agrigentini, nobis etiam de nomine & cognomine cognito, ibidem præſente & prætacta auctoritate in ſpiritualibus benedicente, in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti. D

22 Qua benedictione habita, fuit per R.D. Carolum Giliberto, I. V. D. Archipresbyterum hujus majoris Leocatenſis eccleſiæ, intonatus hymnus, Deus tuorum militum. Et R. D. Angelus Ercolo, Capellanus dictæ eccleſiæ & Societatis dicti Martyris, & P. Mag. Fr. Angelus Gatti S. T. D. Carmelita, Prior ſacri Conventus ejuſdem Sancti, aliique Sacerdotes ſeculares & regulares, induti paramentis eccleſiaſticis, cantantes acceperunt veterem argenteam arcam ab altari majori, in quo poſita fuerat, præterita die, vigilia feſti, hora quaſi XX ad Veſperas ante Officium. Qua hora, ipſa die in an-

Clero populoque E

nis [præteritis], antiquiores cives aſſueverunt illam egredi à cancellis & clauſuris ferreis ſacri ſacelli prætactarum ſanctarum Reliquiarum; eamque proceſſionaliter, tranſeundo per eccleſiam S. Andreæ, poſtea per viam quæ vocatur Arcus, in humeris portando, ſub baldacchino, ſub ara ad hoc erecto, in palco ligneo ornamentis inſignito, in medio viæ quæ eſt prope cœmiterium prætactæ majoris eccleſiæ, ſubtus feneſtras Sacerdotis ſecularis D. Joannis de Caro, & domo D. Didaci la Ferta, devote aſtantibus in circuli forma Presbyteris & Clericis dictæ Majoris eccleſiæ, Fratribus omnium Conventuum, ac Confratribus omnium Societatum & Confraternitatum hujus civitatis, ac numero copioſo civium fere decem millia, ultra turbam plurimam quæ egreſſa fuerat ad diem feſtum hunc.

& magiſtratu,

23 In quo quidem palco pie præſidebant ſpectabilis Capitaneus D. Garſia Sarmiento & Avigna, armorum Capitaneus; ac Magnificus Joannes Antonius Montagudo Capitaneus, Angelus de Accolla Præfectus; dictique Jurati civitatis ejuſdem: ac circumcirca reverenter exiſtentibus cereis accenſis, Angelo Drogo Gubernatore, Joſeph Buxia, & Joſeph Bonello Conſiliariis, & Joanne Martino Paſſaviti, Procuratore dictæ Societatis & eccleſiæ. Et

F

poſita fuit vetus arca,

dicta per eumdem Archipresbyterum oratione, Preſta quæſumus omnipotens Deus, ut qui B. Angeli Martyris tui &c, prius Chriſti nomine invocato dictique Martyris implorato auxilio, fuit ab ipſis Vicario & Juratis ordinatum Mag. Philippo de Anizi, filio dicti Mag. Lucii ac eidem Joanni Martinio uti artifici: qui prius flectentes genua, magna devotione, nudato capite, diligenter ferreis inſtrumentis, adhuc cum lacrymis exclamante populo Miſericordia, eripuerunt à prædicta vetere arca * landas argenteas, adeo quod Reliquiæ prædictæ minime videri poſſent; illamque in prædictam novam, quæ in altari in medio dictorum Officialium Civitatis exiſtebat, humiliter immiſerunt. Qua ſedule clauſa, & clavis affixa, juſtoque Actu in vulgari lingua clara voce edito, ibidem Archipresbyter intonavit hymnum dicens, Te Deum laudamus, pſallentibus Clericis, pulſantibus campanis, tympanis & tubicinibus ſonantibus, ac tonitruantibus igneis artificiis. Poſt hæc finita per ipſum Archipresbyterum oratione, Domine Jeſu Chriſte Paſtor bone, fuit incepta annua Proceſſio, regium caſtrum verſus, via ſolita & antiqua, ſed converſa; hoc eſt quæ prius viæ finis, nunc principium fuit.

** an lamiñas vel bandas?*

24 Sed

A *& relata ad eccleſiã non ſine miraculis.*

24 Sed mirabilis Deus in Sanctis ſuis: quoniam in ipſa proceſſione, meritis ejuſdem Martyris, quatuor parvuli, ruptura infirmi, ſanitatem acceperunt, videlicet Julius Spata, Joſeph Zarbo, Angelus Vaccaro & Sebaſtianus Bono. Tandem applicando ad prædictam eccleſiam, dictam venerandam argenteam novam arcam collocaverunt in majori altari, pietate qua decet, ut ibi per octavam veneretur ſicut mos eſt. Et facta eſt in hoc triumpho Martyris lætitia magna in populo, omnes dicentes;

Gaude Jeruſalem ſancta, Chriſti ſanguine ſacrata:
Gaude civitas Leocatæ ſancti Martyris ditata,
Angeli Reliquiis.

unde tam ad inſtantiam dictæ civitatis dictorumque ejus civium quam aliorum quorum intereſt, interit aut intereſſe poterit, factus eſt præſens Actus, ſuis die, loco, & tempore valiturus, præſentibus pro teſtibus, Sacerdote ſeculari D. Angelo Mamuxia. Cl. D. Michaele Caci, Notario Antonio de Fragaro, I. V. D. Petro de Caſi, Artium & Medicinæ Doct. D. Franciſco Perconti, Alexandro Formica, D. Vincentio & D. Mario Serravilla fratribus filiis prædicti Joſeph Serravilla, Joanne Baptiſta de Ognibene, Antonio de Caci, Alexandro Articalupo,

B Joanne Philippo Fontana, Joſeph Collura quondam Franciſci.

Parata deinde nova etiam ligneã,

25 Facta, ut præſcripſimus Tranſlatione ſancti ac venerabilis Corporis Martyris noſtri Protectoris, ex communi conſilio ſpiritualis & temporalis Curiæ prælibatæ Officialium, ad reædificandam ligneam arcam, in qua ſacra oſſa manebant, ob deſtructionem inveterati ligni, ad perpetuo ſervandas reliquias, civitatis dilectiſſimæ ſuorumque civium pietate, fuit perfecta nova lignea arca, rubeo raſo intus ornata, variiſque coloribus acu inſignita, ingenio ac præſtantibus manibus ſanctimonialium Leocatenſium ſancti monaſterii S. Mariæ ſuccurſus, Ciſtercienſium Ordinis D. Bernardi: in qua glorioſum corpus tranſlatum fuit ex dicta vetere lignea arca, præterita nocte private in ſacro ſacello. Illud autem in ea inventum fuerat ſic poſitum. Prius in medio arcæ erat tabula, quæ æſtimaretur fundus arcæ, poſtea mantile è ſerico viridi, albo & rubeo coloribus lineato: exinde ſacra oſſa corporis ſanctumque caput ſeu calvaria rupta, involuta in xilino ſeu bambace. Deſuper quindecim nummulos æreos, regni Arragoniæ inſigni impreſſos, & ſubtus nonnulla fragmenta & cineres glorioſi corporis, ac denique membranam contineri vidimus, his verbis ſcriptam.

aperitur vetus, & invenitur corpus,

C

cum inſtrumento de tranſlatione anni 1486.

26 Sit cuncto populo Chriſtiano notum & manifeſtum, quod hodie die VII Auguſti, quartæ Indictionis MCCCCLXXXVI, regnantibus Beatiſſimo ſummo Pontifice Innocentio Papa Quarto & Sereniſſimo Principe & Illuſtriſſimo Domino noſtro D. Ferdinando, inclyto Rege Caſtellæ, Arragonum, Legionis, Siciliæ, Toleti, Valentiæ, Portugalliæ, Galliciæ, Majoricarum, Hiſpalis, Sardiniæ, Corſicæ, Murciæ, Hieruſalem, Algarbiæ, Algeziræ & Gibiltar, Comite Barcinonæ, Domino de Biſcaya & de Medina, Duce Athenarum & Neopatræ, Comite Roſolionis & Seritaniæ, Marchione Oriſtagnis, & Comite Goreani: exiſtentibus Capitaneo armorum terræ Licatæ, magnifico & ſpectabili Gaſcerando de Caro, Domino caſtri Montis-clari; & Capitaneo dictæ terræ, nobili Macciotta de Amato; Præfecto, Petro Cannizano; Juratis, nobili Moraclufio de Sotto, Berengario Seroria, Antonio Perconti, & Chriſtophoro la Caudarera: ad laudem ſanctæ & individuæ Trinitatis, gloriam & honorem glorioſiſſimi Martyris S. Angeli Ordinis Carmelitarum, fuit glorioſiſſimum corpus tranſlatum in præſenti arca argentea per Vener. D. Leonardum de Capranſano, Canonicum Agrigentinum, ad hoc commiſſum per Vicarios Generales Reverendiſſimi in Chriſto Patris & Domini D. Joannis de Caſtro Epiſcopi Agrigentini, intervenientibus in eadem Tranſlatione Venerabilibus Dominis, Joanne Gravina Vicario Terræ Licatæ & Presbytero, Gaſcerando Gugliſmotta Archipresbytero, & D. Antonio de Sotto Capellano & Beneficiali eccleſiæ S. Angeli: in qua Tranſlatione intervenerunt etiam multi ſpectabiles, magnifici & egregii viri Regni. Unde, ad laudem & gloriam atque honorem dicti glorioſiſſimi Sancti & futuram rei memoriam, dicti nobiles Officiales fieri fecerunt præſentem ſcripturam Tranſlationis prætactæ, per manus mei Fr. Petri Bancellis Ordinis Minorum civitatis Majoricarum, & ſigillo Univerſitatis prætactæ, & ſubſcriptionis dicti D. Leonardi munimine roboratam: quæ eſt acta Licatæ anno, menſe, die & Indictione præmiſſis, ante dictam eccleſiam domus Confratriæ, cujus Rectores ſunt in præſenti Magnificus D. Angelus Gaëtano, & nobilis Joannes de Anello; & Gubernatores Magnif. D. Michael de Chileſtro, & Antonius de Sotto; Procuratores, Antonius de Sancto & Bernardus de Mundo.

Auctore D. P.

Ego Domnus Leonardus de Capranſano.

E *In novam tranſponuntur ſacra oſſa;*

27 Et in dicta ornata arca eadem nocte poſitum fuit; priùs circumdata arca xilino corporali, fimbria fili albi fimbriato, iiſdemque Reliquiis xilino novo involutis. Poſtea in angulo ipſius arcæ poſita ſunt dicta fragmenta & cineres, in ſerico velo violati coloris fimbriis aureis circumdato: exinde ſacculus telæ albæ integer, dicto xilino vetere cum dicto mantile involuto plenus: poſtea deſuper palmis octo panni ſerici Damaſci viridis coloris, ac quantitate xilini novi, omnia ſunt cooperta. Hinc eſt quod hodie XIV menſis ejuſdem ac Dominica poſt Octavam feſti prætacti, hora, indictione, milleſimo, pontificatu ac regimine præmiſſis, notificamus qualiter à prædicta Martyris eccleſia egreſſa eſt Proceſſio, loco Octavæ pro concurſu populi die Dominico, ſolita & antiqua via, ut ſupra, ornata arca, ac pro decore Martyris monilibus aureis circumdata. Qua perventa ad dictum monaſterium, idem Vicarius ut ſupra, delegatus ab ipſo Vicario Generali dicti Cardinalis tit. S. Agnetis in Agona Agrigentini Epiſcopi, idemque Archipresbyter prædictis Sanctimonialibus lacrymantibus ſacra oſſa monſtraverunt.

qua proceſſionaliter circumlata

28 Subſecuta proceſſione & in eodem loco prope cœmeterium applicata, ipſa arca ſubtenta eſt, & cum majori aptitudine poſita in palco ligneo, dictis Officialibus genuflexis dictaque innumera fere civium & advenarum turba circum circa eo modo exiſtente, aperta arca, obſervato ut in ſuperiori Actu prædiximus officio, ipſi Vicarius & Archipresbyter lacrymantes & ſacra oſſa deoſculantes genuflexi eadem demonſtrarunt devoto populo, exclamanti ſæpe ſæpius, Miſericordia, ſummiſque lacrymis dicenti:

F *oſtenduntur populo,*

O forte ſcutum fidei, ô prædicator optime,
Chriſti ſator eloquii ô Angele cariſſime,
Diram necem pertuliſti,
Dum inceſtum prohiberes,
Pravos mores effugares
Spiritum ſic emiſiſti.
Pro tuis ora civibus.

29 Adoratione facta dictoque ſpectaculo peracto, dictam arcam, ſindone munda involutam, ereptis tamen dictis monilibus aureis ab ea, immiſerunt in prædicta argentea, quæ in ipſo palco manebat, prius poſitis in medio earum dicta membrana aliiſque tribus, una videlicet præſentis & ſuperioris & duabus aliorum dictorum Actuum in ſuperiori kalendatorum: arcaſque prædictas prædicti argentarii clavis &

ac rurſum argenteæ includuntur,

AUCTORE D. P.

vitibus ferreis fortiter ſimul affixerunt & cooperierunt, adeo quod ſine violentia & earum deſtructione ſacrum corpus prædictum minime in futurum videri poſſit. Quibus clauſis & hymno Te Deum laudamus cum oratione dicto, ſubſecuta proceſſione, tandem applicata ad pærdictam ſancti Protectoris eccleſiam Jurati, prædictam venerandam arcam per annum in ſacrario clauſerunt, ſolitis ferreis & ligneis clauſuris, ut mos eſt; gaudentes cives & dicentes, O fortunata ætas! ô nos felices gentes! qui meruimus videre glorioſum corpus Angeli noſtri.

Una cum Inſtrumentis deſuper confectis.

30 Unde in futurum appareat &c ut in ſuperiori; præſentibus pro teſtibus Sacerdote ſeculare Don Joſeph Bruione, Sacerdote ſeculare D. Jacobo Perconti, Sacerdote ſeculare D. Joſeph lo Blundo, P. Fr. Bonaventura Bracuzzo Sacerdote Minorum Conventualium, P. Fr. Melchiore Labizo Sacerdote Carmelita, Joanne Bapt. Formica Vice-portulano Oneratoris hujus civitatis; Hieronymo Formica, patre & filio, ac patre ſupradicti Alexandri Formica teſtis in Superiori; I. V. D. Joſeph Bonello, Franciſco de Milazzo, Petro Coſſo, Didaco Græco, Joſeph Ricciardo quondam Gaſcerandi, & Nicolao Cavaleri. *Vtrumque Actum ſubſignabat* D. Michael Tavormina Vicarius & delegatus ut ſupra: *& concludebat ſigno notariali* Jacobus Murci, Leocatæ civitatis dilectiſſimæ, Regia auctoritate per totum Siciliæ regnum citra Pharum ejuſque inſulas coadiacentes, Judex ordinarius atque Notarius publicus. *Denique fidem pro eodem Notario facientibus Juratis quatuor ejuſdem dilectiſſimæ civitatis, ſuprà num.* 50 *nominatis, utrumque Actum conſignat* Antonius Mallia, Regius magiſter Notarius, *addito conſueto Vniverſitatis Sigillo.*

B

CAPUT IV.

Inſtitutio novæ feſtivitatis pro die XVI Auguſti.

31 *EAdem qua ſuprapoſitum inſtrumentum fide ac certitudine authentica, à prædicto P. Daniele accepimus inſtrumentum alterum, biennio poſt confectum, huic quoque tractatui dignum adjungi, quod tale eſt:*

Civitas Leocata multis titulis S. Angelo obſtricta,

C

D. O. M. Innumera plane ac propemodum infinita ſunt, quæ ab univerſali rerum opifice humano generi, & præſertim Chriſtianæ reipublicæ, quam vultus ſui lumine (fidei dicimus) liberaliter inſignivit, & collata ſunt beneficia & conferuntur indies: ob quæ nullum dubium quin ineffabilibus & perpetuis vinciamur nodis, pro gratiis ipſi reddendis. Ceterum præcipuum omnium, quo ab omnibus fere malis, peſte, fame & bello nos hujus civitatis dilectiſſimæ liberamur, procul dubio illud videtur eſſe, quod civitatem noſtram ſanctiſſimo Sacerdotis Virginis & Martyris Angeli Carmelitæ corpore, uti incomparabili theſauro, decorare dignatus eſt: cujus quidem ea fuit perpetuoque erit erga nos ſingularis protectio, ut tanto patrocinio ſuffulti, quam plurima evaſerimus mala, quæ ceteros infeſtarunt.....

& potiſſimũ ob ſedatam peſtilentiã,

32 Mittamus innumera miracula, quæ ſic annuente atque opitulante Dei gratia, tum vivens tum poſt mortem glorioſe patravit: atque ad illud veniamus, quod ob ſui magnitudinem nec ſilentio prætermitti, nec æquis laudibus celebrari poteſt: illud dicimus miraculum, quod his recentioribus huic civitati evidentiſſime demonſtravit. Cum enim per plurimas hujus provinciæ partes (ſic volente Deo) ob noſtra crimina letalis quidam atque infeſtiſſimus morbus..... circumquaque graſſaretur; & jam menſe Junio huc ad nos peſtifera lues perveniſſet, ac firmiſſimas radices & fundamenta, ut ſpectabamus, hac in civitate jeciſſet, adeo ut abſque dubio in manu teterrimæ mortis nos omnes eſſe pro certo duceremus; ſanctiſſimus Dei Martyr noſtras partes ſuſcepit, noſtræque cauſæ, licet immeritæ, eſt prævalide patrocinatus. Invaſit primo ingreſſu morbus ille peſtifer eam civitatis partem, in qua ſanctiſſimi Præconis eccleſia ſita eſt; eamque domum, quam inter alias Sancti ſocietas poſſidebat. Quam rem indigne ferens (ſi ita fari liceat) ſanctiſſimus Martyr, repente pro ſua civitate validas effudit preces, ut credere fas eſt; ac radicitus omne virus eradicavit fugavitque funditus: ſicut etiam ab innumeris malis ſuam ipſius civitatem indies liberat, atque divinæ juſtitiæ opus avertit. Et quia ſatis certos nos eſſe duximus, ejus precibus incolumes evaſiſſe ac letiferam luem propulſatam eſſe; ne tantum beneficium ingrati diſſimulemus ac merito criminis arguamur, volumus ut à poſteris, uſque ad poſtremum orbis diem, tantum beneficium memoriæ teneatur. Atque ideo, in virtute præſentis, vera confeſſione ac ſolenni teſtificatione id ipſum profitemur.

D

volens gratam ſe exhibere,

33 Et cupientes utcumque gratos nos reddere, ob tam memorandum beneficium, ſanctiſſimo Martyri juxta mortalium vires; feſtum, non die quinta Maji (ut moris eſt) ſed ſexta decima Auguſti perpetuo agere (nimirum in memoriam eximii amoris immenſiq; beneficii eo tempore nobis collati) ejuſdemque templum, in quo jam ſui corporis ſepulcrum adeſt, amplificare ſtatuimus & decrevimus. Quæ res ut felicem habeat eventum atque efficacem; in nomine D. N. Jeſu Chriſti notum facimus cuilibet hanc ſcripturam lecturo, qualiter anno à mundi reparatione MDCXXV, octava Indictione, menſe Auguſto die ſeptima quæ feria quinta eſt, hora quaſi XXIII jam jam ſole cubante (die quidem albo lapillo, ut aiebant, ſignando, feſtivitate ſancti Dei Confeſſoris Alberti ex Religione prædicti Martyris, hac dicimus die, qua Indictione IV anno à nativitate Chriſti MCCCCLXXXVI prædeceſſores noſtri glorioſum corpus à veteri area, ſerico induta panno, ad argenteam tranſtulere) tempore Pontificatus noſtri in Chriſto Patris ac Domini Urbani divina providentia ſummi Pontificis, hoc nomine octavi, ſuæ aſſumptionis anno ſecundo, regnante ſereniſſimo invictiſſimo & Catholico Domino noſtro D. Philippo, Dei gratia Rege hujus nominis quarto Hiſpaniarum, utriuſque Siciliæ, Hieroſolymæ & aliorum regnorum feliciter ut ſemper: Nos D. Franciſcus Figueroa, Franciſcus d'Averna filius qu. Joſeph, & D. Hieronymus de Caro, tres ſpectabilium Juratorum hujus dilectiſſimæ civitatis Leocatæ, ut Patres Univerſitatis ad quam ſpectat jus Patronatus prædictarum Reliquiarum & feſtum, per infraſcriptum Notarium nominibus & cognominibus noti, ſtante abſentia infra civitatis territoria Nicolai Serravilla alterius Jurati, coram magna parte hujus populi in prædicta eccleſia, & primum ſuper hoc diligenti ac matura conſideratione habita, cum voto & conſilio D. Didaci de Giglia Regii Capitanei, & Franciſci de Averna filii qu. Vincentii Prefecti & Syndici, nec non plurium nobilium & cordatorum hominum & civium præſentium, nemine diſcrepante, vi præſentis (reſervata tamen, ſi neceſſitas cogeret & poſtularet ratio, Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi Epiſcopi Agrigentini benedictione, & Illuſtriſſimi & Excellent. Proregis regni ejuſque regii patrimonii licentia) transferimus ſancti Protectoris noſtri feſtum à die V Maji ad XVI Auguſti.

E

conſenſu communi,

F

anno 1625 7 Auguſti,

34 Ita ſcilicet, ut quemadmodum hactenus quolibet anno mos fuit in feſto S. Marci Euangeliſtæ publice

A *instituit, ut quomodo antea celebrabatur festum 5 Maji cum nundinis & ludis,*

publice notas fieri nundinas liberas à gabellarum obligatione, durantes usque ad prædictarum Reliquiarum ingressum; & quarta die Maji ad Vesperas excludere à seris ferreis sacelli dictum glorioſum corpus, asportando illud usque ad altare majus prædictæ ecclesiæ; & deinde die quinta sequente ejusdem mensis, quæ fuit dies glorioſæ mortis, mane, facta est sacra dictarum Reliquiarum processio, eademque die sub Vesperas, terra marique, bravium præcurrentibus datum est; & dictæ Reliquiæ per Octavam sequentem veneratæ sunt supra dictum altare majus: atque ultima die ejusdem Octavæ sero, facta est processio: & tandem eædem Reliquiæ in supradicto sacello inclusæ sunt. Post hanc memoriam tam glorioſi miraculi, liberationis patriæ à pestifera lue, iisdem & longe etiam majoribus dignioribus solennitatibus, quolibet anno perpetuum celebrari dictum festum præcipimus & mandamus, sumendo initium ab hodierna die usque in posterum tempus, cum nundinis liberis usque quo ingrediantur ad proprium sacellum prædictæ Reliquiæ, quod erit per totam festi Octavam & consequenter. Die xv mensis prædicti antequam Veſperæ incipiant, egrediantur prædictæ Reliquiæ à sacello, & portentur super altare majus, celebretque utraſque festi Vesperas cum Missa Rev. Archipresbyter hujus matricis ecclesiæ seu Rev. Vicarius civitatis cum suis Clericis, juxta tenorem Brevis Apostolici ad hanc rem. Et eadem die, sive mane sive sero, juxta temporis opportunitatem, fieri debeat per totam civitatem, sicut fieri consuevit, sacra glorioſi corporis processio: & post Vesperas ipsomet die, curratur, ut mos est, ad prædictum bravium; & per totam Octavam venerentur dictæ Reliquiæ in altari majori; ac in die Octavæ fiat processio per consuetas civitatis vias. Et in fine dictæ processionis, jam repositis in proprio sacello Reliquiis, prædictus Archipresbyter seu Vicarius intonet Hymnum, Te Deum laudamus: quo completo sequatur Oratio, gratias agendo Deo optimo maximo & nostro glorioſo Martyri, ob tantum nobis collatum beneficium. Quibus peractis concludantur consuetis seris, & serventur in proprio sacrario Reliquiæ.

ita celebretur deinceps 16 Augusti;

B

& nihilominus servetur festū 5 Maji,

35 Volumus etiam ut quinta die Maji, quæ est propria sancti Martyris dies, perpetuo celebretur etiam festum: id est à vigesima quinta die Aprilis inchoetur antiqua devotio visitandi Reliquias, quæ durat usque ad quartum diem Maji vigiliam festi: qua die ante Vesperas egrediantur supradictæ Reliquiæ de sacello, & collocentur supra altare majus ejusdem templi: ubi per totam diem quintam Maji usque ad solis occasum commorentur, & postremo proprio loco seu sacello consuetis seris includantur. Et ita in perpetuum servari debeat ad unguem, non intendentes veterem consuetudinem in aliquo alterare: sed solum in hoc primo festo volumus ut prædictæ Reliquiæ excludantur è proprio sacrario die decima septima, quæ erit dies sabbati ante Vesperas; ut in sequenti Dominico die, ob majus populorum commodum, præsentes mane inveniantur. Et fiat prædicta processio per viam quæ ecclesiam circuit, atque iter faciat per templum S. Andreæ & per viam quæ dicitur del Arco, & postremo collocentur Reliquiæ in majori altari matricis ecclesiæ, ubi solenne Missæ sacrum celebretur, atque in fine dicatur Hymnus, Te Deum laudamus, cum Oratione ut supra. Quæ Reliquiæ commorentur per totum diem in matrice ecclesia, & in sero sequatur dicta Processio, regium castrum versus, per consuetam & veterem viam, ordine tamen inverso; faciatque iter dicta Processio per viam quæ dicitur Bombardella, transeatque ante domum prædictam, in qua

sed processio fiat in Augusto,

C

initium habuit pestis, ut ea loca sanctam à Sancto benedictionem assequantur: deinde procedat per plateam dictæ Bombardellæ, & per iter versus S. Salvatoris ecclesiam reducatur ad proprium templum. AUCTORE D. P.

ad quam omnes invitantur.

36 Hortantes omnes posteros & devotos cives, ut post hoc quolibet anno, majori qua poterunt solennitate & gaudio, per totam Octavam tam glorioſi Patroni festum celebrare non desinant, ut jam nos in hoc primo festo initium damus: quæ omnia sint in honorem Dei O. M. & sui prædicti Martyris atque in memoriam talis & tanti miraculi. Hortantes etiam ut omnes, toto corde, totoque conatu devotionis atque obsequiis tam glorioſi Martyris, ad ejus preces, opem ac patrocinium in suis necessitatibus advolent. Pollicentes eis in Domino, quod sicut prædecessores nostri & nos, hujus Martyris intercessione, ab omnibus occurrentibus malis liberati sumus, ita & ipsi liberabuntur. Et semper pro hujus solennis festi principio lætum diem agamus, gratias agentes Deo ejusque Martyri, qui laudentur in perpetuas æternitates. Amen. Unde ut in futurum appareat, & tam ad instantiam dictæ civitatis dictorumque civium, quam aliorum quorum interest, intererit aut interesse poterit quomodolibet in futurum, factus est præsens Actus; suo die, loco & tempore valiturus: præsentibus pro testibus Sacerdote seculari D. Angelo Mamuxia, Sacerdote seculari D. Didaco la Ferla, I. V. D. Francisco Brissi, Archangelo d'Onolfo, Joanne Antonino de Caci, Petro Cosso, & Joanne Philippo Fontana. *Sequebatur ratificatio Nicolai Serrovilla Iurati tunc absentis & VIII Augusti præsentis, cum subsignatione Iacobi Murcii Notarii ut supra, & Iuratorum attestatione de illius notariali auctoritate die 1 Septembris.*

E

Clavium una Episcopo Agrig. conceditur.

37 *Ex his autem apparet civitatem Leocatensem sibi soli reservasse* jus Patronatus, *ut vocant, in sanctum corpus: in cujus etiam juris testimonium nemini voluit communicare claves tanti thesauri, quæ septem diversæ erant,* & D. Bon-incontro Agrigentino Episcopo, *ut habetur in MSS.* unam earum postulanti, generose restitit, etiam in judicio coram Tribunali Monarchiæ regiæ, ubi secundum civitatem pronuntiata sententia est. Postmodum tamen, incertum an gratificandi studio an alia ex caussa, Jurati ultro obtulerunt Episcopo unam ex tribus clavibus, quibus clauditur & aperitur cratis ferrea sacræ arcæ prætenta; duabus aliis, itemque iis quatuor quæ ad operculum arcæ pertinent, penes se retentis; idque sub conditione, ne Episcopus eam unquam aut ullo casu possit negare, quacumque ex caussa fuerit à Juratis requisitus.

F

Miracula antiqua.

38 *Quod ad miracula attinet, ea ut credantur, statim à prima corporis sancti revelatione, fuisse frequentissima, testimonium omni exceptione majus habemus ab erectione ecclesiæ, & cultus perpetui solennitate, non aliud principium præ se ferentibus quam multitudinem beneficiorum divinitus acceptorum, & Sancti Martyris intercessioni à fidelibus ipsum invocantibus pie adscriptorum. Quod antiquiora nulla extent litteris consignata, excusant auctores sæpius citatorum MSS. per excidium & incendium urbis, anno* MDLIII *à Turcis Franciscique factum, quo publica omnes privataque scripturæ perierunt. Thomas Belloroſius qui libellum suum vulgavit anno* MDXXVII, *totis viginti quatuor annis citius quam calamitas prænotata superveniret urbi; dum nullam talium librorum facit mentionem suspicari nos facit, quod ea jactura sit aliquanto antiquior. Dubitare interim de ea majorum diligentia non possumus; quandoquidem Arnoldus Bostius qui usque ad annum* MCCCCXCIX *vixit, in Speculo historiali lib.*8 *cap.*9 *de Angelo agens, sic finit:* Quæ quotidie Deus

Sed à Notario scripta pridem perierunt.

in

AUCTORE D. P. in loco ſepulturæ ejuſdem Martyris miracula operatur, per oppidi Notarios in voluminibus magnis conduntur. *Et in Codice MS. Conventus Mechlinienſis, ubi inter alia Ordinis monumenta fol. 184 extat ipſius S. Angeli Vita, iſta ſub finem leguntur:* Miracula quæ continue operatur Deus in loco ſuæ ſepulturæ, per Notarios oppidi in magnis voluminibus oſtenduntur ſcripta, nec valent faciliter recitari.

39 *Eſt ſane dolenda plurimum illorum jactura; poſterorum tamen hoc ſeculo diligentia, novis excitata beneficiis, eamdem quadamtenus ſupplere ſtuduit: nam, uti conſtabit ex tractatus ſequentis num. 72, 97 & 103, circa annum* MDC *imo &* MDLXXV *conſuetudo fuit, in librum referendi eorum nomina & cognomina, qui ſe morbo aliquo per S. Angeli interceſſionem levatos profitebantur. Sed hic liber licet adhuc in manibus fuerit, tunc cum magis authentice excepta ſunt infra commemoranda miracula; & forte etiam nunc ſuperſit, cœptus à Capellanis eccleſiæ S. Angeli, & ab Officialibus Sodalitatis continuatus; nemo tamen ex eo protulit aliquid, ob quod putemus operæ pretium requirere ejus exemplar, imo nemo hactenus eſt inventus, qui vel ſimpliciter eum nominarit. Pluris omnino faciendum eſt, quod, uti ſcribit Irenaus à S. Catharina,* anno MDCXXV, VI & VII, ad inſtantiam Magiſtratus Leocatenſis & cum licentia Agrigentini Epiſcopi, per Officiales & Notarios publicos ſumpta eſt & ſcriptis excepta informatio plus quam centum teſtium juratorum, qui fideliter depoſuere magnum miraculoſarum curationum numerum; ex certa ſcientia, habita per experientiam in perſonis vel propriis, vel ſibi notiſſimis. *Delibat deinde ea idem Ireneus ultimis Vitæ à ſe ſcriptæ capitibus. Nos beneficio ſapius laudati Danielis à Virgine Maria nacti ex conventu Tranſpontino Romæ ipſius originalis Proceſſus authenticum exemplar, ex eo compilavimus ſequentem tractatum; cujus accurata prolixitas argumento erit Patribus Carmelitis, nos cum de ſacratiſſimi Ordinis ipſorum viris ſanctis brevius egimus in Martio quam optabant ipſi, non niſi idoneæ materiæ defectu tam fuiſſe jejunos.*

ſeculo 16 deſcribi ſolebant nomina curatorum.

B *an. 1625 & ſeqq. per Notarium multa colligantur.*

MIRACVLA ET BENEFICIA

ex depoſitionibus juratorum teſtium

C *anno præcipue 1625 à 2 Octob. ad 25 Novembris in publicas tabulas relatis,*

Latine reddita aptiuſque digeſta.

Magiſtratuum rogatu

1 TEſtes recepti & examinati per curiam ſpiritualem hujus dilectiſſimæ civitatis Leocatæ, & per me Notarium Jacobum Murci, commiſſarium ad hæc deputatum, & de ordine & mandato Illuſtris & adm. Rev. Sacerdotis Don Joannis la Cartia, Canonici Agrigentini, Viſitatoris generalis Illuſtris & Reverendiſſi. V. I. D. Don Corradi Bonincontro, Sacerdotis Canonici Agrigentini, Abbatis Potentini & Vicarii Generalis Diœceſis Agrigentinæ, Sede vacante, virtute litterarum datarum Agrigenti die XIX Julii, VII Indict. MDCXXIV, ad petitionem & inſtantiam ſpectabilium Don Franciſci Figueroa, Franciſci de Averna qu. Joſeph, Nicolai Serravilla & Don Hieronymi de Caro, Juratorum, & Franciſci de Averna qu. Vincentii, Præfecti & Syndici hujus prædictæ civitatis, virtute memorialis ipſorum ſpectabilium virorum, decretati per eumdem Illuſtrem & adm. Rev. Viſitatorem Generalem, quod recipiantur teſtes, die XXVIII menſis Auguſti proxime præteriti, cum præſentia & interventu Reverendi Sacerdotis I. V. D. Don Julii Bennici, Vicarii foranei hujus prætactæ civitatis, ac delegati ad infra ejuſdem illuſtris & adm. Rev. Viſitatoris Gen. virture Actus facti in Actis Curiæ prædictæ, die XXX ejuſdem Auguſti proxime præteriti; ac cum præſentia & interventu Rev. Sacerdotis Don Andreæ Lombardo, Advocati Fiſcalis d. Curiæ: & hoc ad verificandum infra pro majori Dei gloria, ejuſque Sacerdotis, Virginis & Martyris, S. Angeli Carmelitæ, Protectoris hujus præd. civitatis. D

de licentia Vicarii Agrigentini,

2 *Præcitatæ litteræ, Memoriale, & Actus publici deſcribuntur integre in fronte ipſius Codicis: quæ non fuit operæ pretium deſcribere, quia in ſubſtantia nihil continent, quam argumentum zeli ad promovendam devotionem erga Sanctum de civitate optime meritum, & communes hodierni temporis formulas in Curiis Siculis uſitatas. Potius ex Relatione prænominati Notarii (qui die ultimo, ipſe quoque ad teſtandum acceſſit) hæc pauca, magis ad præviam notitiam ſpectantia, accipe.* Quia tempore peſtis plurimi fuerunt, qui mediante Sancti interceſſione varia miracula, gratias & beneficia receperunt, ut eorum diſtinctior memoria ad poſteros extet..... per me ad hoc deputatum prædicti teſtes uſque ad centum fuerunt excepti; ſimul etiam ad reſciſcitandam memoriam antiquiorum miraculorum ac beneficiorum, quorum notitia perierat conſumptis libris in quibus ipſa deſcribi ſolebant. Qui quidem teſtes..... auditi fuerunt cum ea diſquiſitione & examinatione qualem requirit negotii gravitas: ut autem exactius fierent omnia, & maturius excuti teſtimonia poſſent, duo dumtaxat quavis die recepti ad teſtandum fuere. Decrevit præterea d. Reverendiſſimus Vicarius Generalis, & injungendo mandavit Officialibus Sodalitatis ipſius Sancti, ut quoties deinceps coram eis comparuiſſent perſonæ fide dignæ, aſſerentes ſe aliquod miraculum aut beneficium accepiſſe à Sancto, eaſdem revelarent Curiæ ſpirituali, ut de iis ſumi & deſcribi poſſent authentica teſtimonia poſt congruam & diligentem facti diſcuſſionem. *occaſione peſtis extinctæ* E *audiuntur quotidie duo teſtes uſque ad 100.*

3 *Extat etiam hoc mandatum inter præcitata præliminaria ipſius Codicis MS. ſub die 1 Septembris* MDCXXV. *Et ſic auditi præter centum jam indicatos, alii undecim, intra diem* IX *Decembris jam dicti anni & diem* XV *Martii anni* MDCXXVII. *Pauci, inquies, reſpectu multitudinis, intra dies* LIV *prius recepta. Sed audi quid dicat* Don Franciſcus Attardo Mag. Notarius, curiæ Spiritualis Leocatæ *is qui die* XV *Septembris* MDCXXV *per Actum, in præliminaribus Codicis MS. expreſſum, ſubſtituerat ſibi Notarium Iacobum Murcium, ut qui* capturæ teſtium *prædictorum* minime poſſet *per ipſum* invigilare. *Hic, inquam, ultimus teſtimonium dicens anno* MDCXXVII *die* XV *Martii, inter alia aſſeverat,* quod ſi tamquam Magiſter Notarius prædictæ Curiæ voluiſſet diſcribere omnia miracula & beneficia quæ quotidie divulgabantur, non potuiſſet aliis ejuſdem Curiæ negotiis ex officio vacare. Si autem anno MDCXXV plura teſtimonia uſque ad centum excepta fuere; id non ideo factum, quod aliis annis abundaverint minus gratiæ per S. Angelum impetratæ; ſed quod eo anno ſpecialius obligatos eidem ſe agnoverint Jurati civitatis, ob depulſam ſuperiori anno peſtem, & iſtud ſuæ gratitudinis monumentum extare voluerint poſteritati. *& poſtea adhuc pauci alii.* F *ceteris ob nimiam copiam rejectis.*

4 *Porro Relationum ſeu Depoſitionum forma eadem omnibus fuit, qualis infra ex primo apparebit; incipiendo à nota diei, Indictionis, & anni Chriſtiani; in fine autem cujuſque addebatur ad Marginem,* Lecta ſibi confirmavit: *& ſub ipſa relatione legebatur vel ipſum deponentis nomen, manu propria ſcriptum; vel alterius ſe ſubſcribentis, pro & ex voluntate teſtium ſcribere neſcientium.* *Forma depoſitionum quæ ſcripta.*

A *ſcientium. Ad Relationes vero quorumdam Presbyterorum, aut aliàs litteratorum virorum, quorum non tantum mentem ſed etiam ipſa verba exprimebat Notarius, in principio ad marginem ſcriptum invenitur*, Seipſum dictavit: *fueruntque hi, teſtis* I, II, XIII, XIV, XXII, XXIV, XXXIII, XLII, *&* XLIV, *extremus vero &* CI *ipſe Notarius, addit*, Scribendo dictavi. *Idem vero ad finem totius codicis Romani, tranſcriptioni à ſe factæ hanc fidem adjecit,*

qua fide tranſſcripta & Romam miſſa, Ego Jacobus Muni, Leocatæ civitatis dilectiſſimæ, Apoſtolica auctoritate per totum orbem, Regia autem auctoritate per totum hujus Siciliæ regnum citra Pharum ejuſque inſulas adjacentes, Judex ordinarius atque Notarius publicus, omnes præmiſſas teſtificationes recepi, ſcripſi, illaſque exemplavi ex Originali penes me exiſtente, eaſque extraxi in charta communi & non ſigillata, ad inſtantiam Reverendiſſimi ſacræ Theologiæ Doctoris Patris Magiſtri Fr. Theodori Stratii, totius Ordinis Carmelitarum Prioris Generalis, ſtante ejus exemptione mea manu hic me ſubſcripſi, meoque ſolito & conſueto ſigillo ſignavi, in fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum præmiſſorum, hodie I menſis Martii, VIII Indictionis MDCXL. *Sequebatur ſubſcriptio Iuratorum Leocatenſium*, Alexandri Formica, Franci Foglietta,

B *& ibi rurſus exemplata* Franciſci Grugno, & Don Calcerandi de Caro, *de legalitate d. Notarii fidem facientium; atque Senatus Panormitani, magno ſuo ſigillo omnia confirmantis: nec non ſubſcriptiones* Fr. Seraphini à Jeſu Maria Notarii Apoſtolici, & Fr. Ludovici Perez, *anno* MDCLXXIII *diebus* VIII *Iunii &* XXXI *Auguſti, aſſeverantium*, concordare copiam cum originali exiſtente in archivio Ordinis Fratrum Beatiſſimæ Virginis Mariæ de monte Carmelo in Conventu S. Mariæ Tranſpontinæ in urbe. *Atque hæc eſt copia, quam miſſam in Belgium & nobis benigne communicatam per R. P. Danielem à Virgine Maria, dixi in fine præcedentis commentarii.*

ea quomodo hic tolliganturſ 5 *Res prolixa eſt, ac fere ducentas paginas minutæ ſcripturæ complet; quare vitandi faſtidii cauſa excerpemus ex ſingulis relationibus, quod in una quaque præcipuum eſt: & ſi quid ſæpius relatum à variis, ejus ſolius utemur verbis, cujus præ ceteris vel dignitas perſonæ, vel ſcientiæ certitudo prærogativam mereri videbitur. Ordinem quoque non eum ſequemur, quo auditi ſunt ſinguli: ſed res ipſas ab iiſdem relatas in certa quædam digerentes capita, ſic ſtudebimus brevitati, ut ad auctoritatis firmitudinem deſit nihil, neque abundet aliquid ad legentium nauſeam. Quia vero à die cœptæ actionis, id eſt à die* II *Octobris, uſque ad diem* XXV *Novembris incluſive, diebus fere ſingulis auditi duo ſunt, non erit neceſſarium addere diem factæ relationis: hanc enim qui ſcire volet, facile aſſequetur, conſiderando quotus Teſtis eſſe dicatur is cujus verba exhibentur: idque valebit in primis centum Teſtibus: in reliquis undecim poſtea auditis, uſque ad* XV *Martii anni à prima actione ſecundi, quia par ratio non eſt, adſcribetur dies. Quibus ſic præmiſſis, veniamus ad rem, & principium ſumamus ab ea peſte quæ novi feſti conſtituendi, amplificandæ eccleſiæ, & deſcribendarum gratiarum occaſio fuit: ita tamen, ut quando id ſolum curavere exceptores, ut quam vere ſingula referrentur dijudicarent, non autem qualitates evidentis miraculi diſcernerent à gratia, ex teſtantis opinione Sancti meritis atiributa; nos quoque cenſeamur in medio relinquere diſcrimen, altioris tribunalis ſententia ſtatuendũ.*

C

CAPUT I.

Leocatæ anno 1625 *contagio ſerpere deprehenditur, Lazaretum inſtituitur, Sancti auxilium utiliter invocatur.*

6 RElatio reverendi Sacerdotis. I. V. D. Don Caroli Heriberto, Archipresbyteri venera-

bilis majoris eccleſiæ hujus dilectiſſimæ civitatis Leocatæ, ætatis annorum LXVIII in circa, hujus civitatis civis cogniti, facta cum juramento, tacto pectore more Sacerdotali, ſuper inſraſcriptis & toto facto interroganti, dixit ſcire, qualiter *a* per merita glorioſi Virginis & Martyris S. Angeli *b*..... Deus Dominus noſter ſemper oſtendit varia ſigna, beneficia & miracula, circa diverſas perſonas energumenas, herniоſas, alioſque incurabiliter laborantes, in proceſſione, in feſto, in Octava ipſius Sancti, aliiſque anni temporibus; nec non in variis infirmis, qui aqua fontis, in loco ubi fuit ſepultura exiſtentis, loti, infinita receperunt beneficia: unde hæc civitas plurimum obligatur Deo & d. Sancto Martyri, quotidianis gratiis per ipſum adjuta ornataque *c*: ac ſpecialiter tempore antiquæ peſtilentiæ, quæ fuit anno MDLXXV aut circiter: quando hoc Siciliæ regnum affligitiſſimum fuit contagioſo illo morbo, adeo ut omnes fere civitates deſolatæ fuerint, amiſſa majori civium ſuorum parte: nam qui luem in hac civitate contraxerunt, ſi cum aliarum urbium numeroſiſſimis ægris conferantur, pauci admodum fuerunt: quod meritis S. Angeli omnes adſcripſerunt *d*.

EX PROCESSU MS.

a

b

S. *Angelus Leocatæ clarus miraculis*

c

à peſte ſemel

d

E

7 Hoc autem noviſſimo tempore, quo rurſum eodem flagello quaſdam hujus regni civitates caſtigatas voluit Deus, puta Drepanum, Panormum, Caſtellumveteranum, Caſtrum-novum, Cambaratam; gliſcentis mali nuntio commota hæc civitas, proxime preterito menſe Junio hujus anni MDCXXV, conata eſt divinam placare juſtitiam, & indignationem avertere, per varias proceſſiones, etiam nudis pedibus ſupplicantium & ſacras Martyris ſancti Reliquias circumferentium. Placuit nihilominus Deo permittere, ut ipſo illo menſe peſtilentia accenderetur quaſi per totam civitatem, burgum, & territorium circumjectum. Sed elevatam Dei manum S. Angelus ſuſtinuit: malumque eodem pene tempore & patefactum & extinctum fuit: exindeque non tantum ab epidemia, ſed & ab alio quovis vulgari morbo libera fuit civitas, magis quam unquam ante. Fuit autem communis omnium ſenſus, id eſſe adſcribendum interceſſioni illius Sancti, ad cujus eccleſiam omnis hujus civitatis populus recurrebat, cum vera & firma fide liberationis cito obtinendæ: ſicut & obtinuit. Ejuſmodi porro perſuaſio in eo fundatur, quod contagio primum exarſerit in vico eccleſiæ ipſius Sancti, & in atrio quarumdam domorum ad Societatem ipſius Sancti pertinentium: idque adeo vehementer, ut intra breve tempus omnes paſſim afflandi crederentur: ſed, ut dictum, malum univerſum citiſſime diſſipatum fuit per merita ipſius Sancti *e*.

uti ex communi civili ſenſu

e

8 Porro hæc dicit Relator prænominatus ex certa ſua ſcientia; utpote qui per annos quadraginta tres hic ſubſtitit, & modo eſt Archipresbyter majoris eccleſiæ, atque in perſona propria ſemper interfuit ſupplicationibus, quadraginta-horis, aliiſque precibus pro publica civitatis neceſſitate indictis: item qui tempore contagionis prædictæ circuivit ad audiendas confeſſiones infectorum, tam in lazareto quam per civitatem: commendando ſe Deo & S. Angelo, cujus interceſſione ſe credit ſalvum permanſiſſe: item qui lateris ac renum dolore tortus abſque facultate ſolvendi urinam, aliiſque infirmitatibus ſubinde afflictus, retulit ſanitatem invocato San-

teſtatur Archipresbyter.

Sancti opera etiam in ſe experta.

cto: ac denique qui ſuis propriis oculis vidit miracula patrata, potiſſimum in tranſlatione Reliquiarum, quas ſuis manibus extulit ſigillatim omnes populoque monſtravit, anno MDCXXIII, Indictionis VI, in feſto ipſius Martyris die V Maji, die Veneris, hora circiter undecima, circa cœmeterium majoris eccleſiæ; & ibi cognovit beneficia ipſo eodem tem-

pore

EX PROCESSUMS.

pore variis collata per interceſſionem Sancti, cui ſemper ſit gloria *f*. De cauſa ſcientiæ interrogatus dixit, ſcire prædicta per modum ut ſupra, quia interfuit, vidit & audivit: de loco & tempore dixit ut ſupra.

f

9 *Hactenus primus Teſtis, cujus totam relationem, unde ſpecimen ſumatur de forma reliquarum, placuit verbotenus repreſentare. Modum quo invecta & propagata contagio fuit, ſubitoque extincta, diſtinctius explicavit teſtis* XLII, Don Horatius Contreras Sacerdos ſecularis, artium & medicinæ Doctor, *deponens*, quod cum peſtis eſſet illata in urbem per puerum unum parochialem, qui habitabat in atrio *g* vici à S. Angelo nominati, haud procul ab ipſa ejus eccleſia & pærimonio venerabilis ſocietatis ad ejus honorem collectæ; parentes pueri, timore juſtitiæ & magiſtratuum celaverunt genus infirmitatis, omne illius indicium medico ſubtrahentes; & ne quid ſuſpicionis de ſua domo darent, admittentes in eam reliquos ſui atrii contubernales. Mortuo autem puero ex peſtilentia, accerſiverunt parochianos atque confratres, curando funeri operam daturos: quo factum ut non ſolum dilatatum ſit malum, ſed uſque adeo invaluerit, ut ex toto atrii illius contubernio, in quo viginti animæ numerabantur, duo dumtaxat in vivis manſerint: & ad alia quatuor aut quinque loca civitatis illico diffuſum malum ſit, quod mox agnitum eſt eſſe peſtilens. Populus ergo ad implorandum Sancti auxilium ardentiſſima prece concurrit, decretumque inter alia eſt, ut unuſquiſque domum ſuam conſpergeret aqua, ex benedicto fonte ſancti Protectoris hauſta: certaque gratia conſecuta eſt ſupplicantes. Nemo enim extra contuberniũ iſtud extinctus peſte eſt, quamvis in urbe & ſuburbio multos illa corripuiſſet: ex quibus tamen varii occultavere malum, ne domeſtica ſua ſupellex de more comboureretur, & ſolum peſtiferos anthraces lavabant aqua ſupradicta, illique evaneſcebant abſque contagio aliorum, quod prorſus mirabile eſt, nec ullis humanis mediis adſcribendum. Et hæc ipſe ſcivit tamquam medicus, diligenter in ejuſmodi accidentia pro publicæ ſalutis cura intendens & inquirens.

g

Peſtis ultima per puerum illata prope eccleſiam S. Angeli

B

celata diſſpergitur,

revelata populi concurſum auget ad Sanctum

10 *Addit teſtis* XVI, Fr. Joannes Antonius Marchi, Sacerdos Carmelita, tunc & etiam nunc Sacriſta in eccleſia ipſius Sancti..... quod tanta fuerit inſtantia accedentium ad Sanctum ſibi ſuiſque propitiandum, & aquam deinde ſecum ferentium, ut neque cibo neque ſomno capiendo tempus inveniret, dum conabatur ſatisfacere omnibus tam qui aquam petebant, quam qui eleemoſynas pro Miſſis, oleum, ceram ferebant: de quorum pluribus poſtea intellexerit, quod occulte afflati, priuſquam notarentur, ſalutem recuperaverint & extra ſuſpicionem contagii manſerint. *Hujus rei multos teſtes conſequenter videbimus: nunc videamus, quomodo malum quod clam gliſcebat detectum fuerit, priuſquam ſtragem faceret numeroſiorem. Dicet id nobis teſtis* IV, Don Joſeph Perconti, Sacerdos ſecularis.... tunc & nunc unus ex Sacellanis majoris eccleſiæ: qui rogatus venire ad audiendam in confeſſione uxorem Thofani Bellavia bis eam audiit, quoniam prima vice nimiis febribus aggravata infirma, minus apta erat ei rei agendæ. Poſtridie vero vocatus fuit iterum ad ſimiliter audiendam dictæ mulieris ſororem: quando ex quibuſdam ſignis deprehendit, non tantum unum eumdemque ambarum eſſe morbum, ſed etiam in contagii ſuſpicionem venit. Ergo, quoniam ædes illæ erant in vico ipſius Sancti, & in atrio ſpectante ad Sodales ipſius; ejuſdem interceſſioni ſe ardenter commendavit.

C

revelatur autem per Sacerdotẽ,

qui moribundas duas adminiſtrarat,

11 Cum autem infirmis prædictis extrema Viatici atque Olei ſacri Sacramenta contuliſſet, vocatus eſt ad tertiam illarum ſororem pariter infirmam à peccatis abſolvendam: & peſtilentis morbi certiſſima inveniens ſigna, rem totam detulit ad Doctorem Don Carolum Gilibertum Archipresbyterum & ad Juratos civitatis: qui una cum medicis diligenter omnia perquirentes, invenerunt infirmas iſtas peſte teneri una cum ipſo Thofano, palam ſe efferentibus panis, mali indicibus, in corporibus defunctorum. Omnino autem judicat, quod niſi ipſummet teſtem adjuviſſet Sanctus, fuerit certiſſime malo illo correptus; non tantum quia à prædictis infirmis ſparſum fuit malum ad multos, qui vix leviter cum illis tractaverant per urbem & territorium; ſed maxime quia eo tempore ſæpe & familiarius egit cum d. Thofano, ſibi in domo ſua repræſentante ſtipendia quædam, ratione infirmorum quorumdam ex peſte mortuorum, in eccleſia tamen majori ſepultorum, priuſquam de contagio quiſquam ſuſpicaretur aliquid.

D

& Sancto adſcribit quod ipſe non ſit afflatus:

12 *Ita pius iſte Sacerdos, quem in deportandis ad præd. infirmas Sacramentis, & alia quædam circa ipſas operatus*, Clericus Archangelus Bono, *Teſtis* LXV, dixit quod uxorem Thofani Bellavia ipſemet cum eodem Capellano ad ſepulturam in eccleſia S. Salvatoris ei dandam ſit comitatus: duabus autem aliis ibidem poſt ipſam mortuis, cum tota civitas ex ſuſpicione & timore peſtilentiæ conturbaretur, Officiales & Deputatos pro ſanitate publica conſervanda ordinaſſe, ut in domuncula quadam ipſius atrii collapſa ſepelirentur. Poſtea id eſt XIII Junii Doctores Medici & Officiales judicaverunt mulieres iſtas peſte extinctas fuiſſe: & quia ipſe Teſtis propriis ſuis manibus ſepelierat etiam Antoninam de Palermo, relictam qu. Frederici & ſocrum Thofani, in ipſa qua filia domo mortuam XXXI Maji (ipſa autem Antonina dicebatur luem contraxiſſe à Petro Balthaſare ſuo nepote, qui eam attulerat ex oppido *h* Cambarata) *i* concluſus intra domum ſuam fuit ab Officialibus: neque dubitabat ipſe quin ſe quoque afflaviſſet contagio, utpote multo frequentius intimiuſque verſatum cum familia illa, quam alii plerique exinde correpti. Angebat etiam eum quod funem, quo uſus fuerat in dimittendo infectæ mulieris ſarcophago, applicuiſſet campanæ, per octavam ſanctiſſimi Sacramenti pulſandæ; quodque per eamdem octavam plurima paramenta eccleſiaſtica, ad varios Dominos pertinentia, tractaſſet; unde verebatur ne plurimis fuiſſet cauſa infectionis. Nihilominus ad Dominam noſtram Drepanitanam ſuam matrem, & S. Angelum patronum recurrens, quotidie non tantum ipſe, ſed & tota domus ejus, quadraginta dierum clauſuram ſine noxa abſolvit.

uti etiam ejus miniſter Clericus,

qui & mortuas ſepelivit,

h i

& cum infectis egit familiarius

13 Cum jam dicta Antonina, prima letiferi morbi victima, priuſquam ea ſe ægram ſciret, pannos lineos ad mare laverat Angela Occhipinti, filia Beatricis, ancilla Franciſci Grugno, *teſtis* LXXXIV; ipſamque deinde in concinnandis pannis adjuverat: quod ſciens ipſe teſtis, adſcripſit beneficio S. Angeli conſervationem domus ſuæ à contagio; eo quod in ipſa haberet, cum ſingulari devotione, integram unam tabulam, ex veteri Reliquiarum arca, quæ ſibi tamquam uni ex Juratis obtigerat in earumdem tranſlatione.

E

nec non ancilla quædam.

14 *Si duo illi Teſtes ſalutem ſuam meritis S. Angeli jure acceptam retulerunt, tanto majori jure id facere potuit teſtis* XII, *quanto evidentiori contrahendæ luis diſcrimini ultro ſe ex caritate objecit, Sancti fretus auxilio*, Auguſtinus Infrigola, ætatis annorum circiter LIII civis Leocatenſis, *qui* dixit, quod cum proſerpens morbus judicatus fuiſſet vera peſtis (id autem, quantum recordatur judicatum eſt XII Junii Feria

Infectis ad lazaretum abductis.

F

A Feria VI in feſto S. Antonii Patavini) quidam de contagione ſuſpecti, ex vico eccleſiæ Martyris glorioſi, & ex atrio domorum ad Societatem ipſius ſpectantium, ubi principium peſtis habuit intra domum della Giarretta dictam juxta flumen; cum ipſa in domo per duos dies totidemque noctes ſervati fuiſſent, tandem per Officiales civitatis tranſlati fuerunt ad
k diverſoria *k* & eccleſiam S. Mariæ de Ritu, eo quod in prænominata domo nimis incommode degerent tam infirmi quam ſuſpecti. Verum cum ibi utrique conſiſterent abſque medicamentis & alicujus viri experti auxilio (nullus enim medicorum volebat ire ad locum Lazareto jam deſtinatum) decrevit ipſe teſtis, quod & mandavit executioni, pro Dei amore & ex commiſeratione civium ſuorum ſic derelictorum, caput ſuum exponere & offerre ſpectabilibus Juratis & Deputatis pro ſanitate, ad dicti loci miniſterium regimenque: quippe qui chirurgicæ artis peritus ab annis circiter viginti in Barbaria & civitate Algerii mancipatus fuerat ſervitio Morati Rayz, ibique dictam artem exercuerat, maxime circa peſte infectos: qui morbus in ea regione fuit frequens, idque non in civitate tantum ſed etiam in triremibus. Ea voluntas cum ab Officialibus
B ac civitate univerſa eſſet gratanter ſuſcepta; ipſe, poſt uſurpata in eccleſia majori Confeſſionis & Communionis Sacramenta, commendans Deo ac Dominæ noſtræ Monſerratenſi, S. Rocho, & ſpecialius S. Angelo, tum ſe tum domum ac liberos ſuos; ſuſcipienſque ab Officialibus neceſſaria ad victum, intravit in Lazaretum; infirmoſque & ſuſpectos omnes amanter complexus, cœpit non ſolum morbis mederi, ſed etiam cuicumque alteri eorumdem neceſſitati ſervire. Vidit autem neminem ipſorum eſſe, qui non haberet certam ſpem conſervandæ vitæ, innixam patrocinio Mariæ Virginis, S. Rocchi, Sanctique Angeli: quod eis minime fuit inutile: quia ſequeſtratio illa feliciſſimum finem ac celerem habuit.

miniſteriũ ſuum ultro offert vir peritus curãdæ peſtis,

omneſque invenit bene animatos;

15 *Addit deinde ſtupendum prorſus, quod ibi contigiſſe vidit, miraculum. Sed ipſum nobis melius dicet, quæ experta eſt, teſtis* XXVI Agatucia, mulier vidua, relicta quondam Viti Scollo, alias Rovetto, ætatis annorum LIV civis Leocatæ, narrans, qualiter filia ſua Gratia, uxor Antonini Maji, deprehenſa eſt morbo contagioſo laborare; cumque tam ipſa cum dicta filia quam alii domeſtici ſui deportata eſſet extra urbem in domum della Giaretta die XIII, ibidẽ die XIV mortua eſt Gratia atque ſepulta, relinquens poſthumam quatuordecim menſium filiolam, Angelam nomine, adhuc lactentem. Eodem deinde die juſſi ſunt infirmi ſuſpectique tranſire ad Lazaretum, uno ab urbe milliario in diverſorio & eccleſia S. Mariæ de Ritu conſtitutum. Hic ipſa, neſciens qua ratione parvulam educaret, multis cum lacrymis recurrit ad auxilium divinum, implorans ipſum per Sanctorum omnium & maxime S. Angeli merita. Poſtero vero die quæ Dominica fuit, XV Junii hora veſperarum, ſenſit madore quodam humectari mamillas; eaſq; diſcooperiens vidit lacte ſtillantes: quod ſibi in remedium præſentis neceſſitatis miraculoſe conceſſum intelligens (jam enim viginti tribus annis, ab obitu ſcilicet mariti ſui, lacte caruerat, & menſtruæ purgationes numquã fuerant ſibi reſtrictæ) cœpit lactare parvulam & lactat etiam nunc, tam copioſe, ut alteri infanti pariter lactando poſſit ſufficere: ideoque non ceſſat quotidie gratias agere S. Angelo, qui hoc eis præſtiterit, ſupra vitam, nihilo minori miraculo ſibi parvulæque ſervatam, quia moriens Gratia ſæpe fuerat eas amplexata.

inter quo anthorum 54 annus

orbam matre nepiulã lactare viſa eſt,

16 *Miraculo atteſtatus eſt, ac ſupra naturæ ordinem prorſus factum cenſuit, teſtis* XIII, Utriuſque Juris Doctor Petrus de Calii; *& teſtis* Artium & Medicinæ Doctor Joſeph de Raymundo; *ambo profeſſi notam ſibi eſſe honeſtiſſimam d. mulieris famam. Teſtis vero* XVIII, Artium & Medicinæ Doctor Franciſcus Safilla, *inſuper addidit*, quod ipſum ejus lac conſideraverit, inveneritque habere omnes veri lactis conditiones; quippe quod colore candidiſſimum, ſapore dulciſſimum, & conſiſtentia proportionata præditum, vidit ſuis oculis profluere ex uberibus Agathæ, ea qua dictum eſt abundantia. *Primus horum trium fuerat* Lazareti Rector ſeu Gubernator deputatus à Magiſtratu, *ideoque ex officio citius certiuſque cognovit quæ gerebantur*, teſtatur vero omnes iſtic concluſos ſpem firmam in D. Virginis atque B. Angeli auxilio locatam habuiſſe, Sacerdotibus ſecularibus ad id conſtitutis ſua quot hebdomadis peccata confitendo; per quos ipſe teſtis curaverit ibidem quovis ſabbato decantari Litanias Marianas, cum invocatione S. Angeli ad finem earumdem.

ingenti ac teſtatiſſimo S. Angeli miraculo.

AUCTORE D. P.

ANNOTATA.

a *Hoc principio, ſed mutatis mutandis, omnia teſtimonia Latine ſcribuntur, reliquæ narrationes deinceps in originali Italicè ſunt.*

b *Omitto reliquos titulos identidem recurrentes totis his Actis, & pro parte ex putato Enocho ſumptas, videlicet* Jeruſalemitani, ex regia ſtirpe Davidis, Sacerdotis Carmelitæ, Protectoris hujus civitatis Leocatæ, cujus Reliquiæ in arca argentea requieſcunt intra eccleſiam, & locum ſepulturæ ipſius ſancti corporis. E

c *Ita in genere pars major Teſtium dixiſſe invenietur Acta legenti.*

d *Ejuſdem peſtilentiæ antiquæ mentionem faciunt teſtes alii nonnulli, & ſpecialia quædam tunc acta referunt, quæ infra cap. 4 colligentur.*

e *Hæc eadem de peſte poſteriori magna pars teſtium reliquorum, partim iiſdem partim ſimilibus verbis, deſcribit; ac nominatim Teſtis* 2,3,7,8,9,10,11,14,17,18,19.

f *Hæc quoque communis omnium eſt & Latina clauſula, numquam amplius hic iteranda.*

g *Italice* Cortile: *quod licet proprie ſignificet unius majoris ſeu palatii impluvium, cui reſpondet Latina vox* Atrium: *quia tamen vox Italica aptatur collectioni domorum, circumcirca unam communem aream diſpoſitarum, & una communi porta ſecluſarum à platea; ideo Latinam quoque vocem huic ſignificationi, veniam præfatus, adapto, alia congruentiori voce deſtitutus: niſi quis* angiportum *dicere malit; quandoque etiam* contubernium *verti.* F

h Cambarata, *in tabulis* Camaranta, *media inter Leocatam & Panormum, utrimque ad* 50 p. m *& amplius diſita. Eſt &* Camarana *urbs nota ad mare, inter Leocatam & Pachinum promontorium.*

i *Italice* Baragiato: *ex quo colligas Siculis idem in uſu eſſe quod Belgis, ut domus peſte infecta vel de eadem ſuſpecta, affixa ante portam* barra *velut claudantur: atque hoc modo illa vox identidem in his actis recurrit: quod ſi Latinum eſſet* barra, *potuiſſet inde duci* barrare, *&* barratus.

k *Italice* Stanze, *quod communiter ſignificat cubicula; hic autem pro domibus accipitur, aut publicis diverſoriis; uti manifeſte nobis apparuit ex num.* 71, *ubi de viatore agitur.*

CAPUT II.

Ex primo infectorum contagio inficiuntur plures & à Sancto omnes juvantur.

17 *VEram peſtem fuiſſe, quæ Leocatenſes cives ad invocandum inſtantius S. Angelum compulit, ſatis conſtat ex prædictis: videamus quam eadem ſuerit contagioſa, & quam efficax adverſus eam auxilium tulerit* Sanctus, *ſati.*

Clauſis eorum domibus qui erãt cum infe. Ais conver.

AUCTORE D. P.

Sanctus, *conſideremus.* Franciſcus la Rocca qu. Laurentii, die XXII Junii, una cum uxore Roſella & filiis incluſus ab Officialibus fuit domui ſuæ, in platea Quatuor-Angulorum dicta, eo quod occaſione frugum ſuarum colligendarum, diebus aliquot fuiſſet converſatus in domo Thoſani, in qua exordium peſtis habuit, & cujus dominus in eadem cum omnibus domeſticis extinctus extra civitatem humatus fuit. Cumque ſexto poſt concluſionem domus ſuæ die Roſella uxor filium Angelum quadrimeſtrem infantem faſciis evolveret, invenit utrumque genu illius rubicundum ac vehementer tumidum: mox etiam duo pani apparuerunt in eodem corpuſculo, febriſque vehementiſſima, quæ brevi eo adduxit parvulum, ut morti quam vitæ proprior eſſet, neque jam amplius lac ullum ſugeret. Sic diſſolutum in gremio aliquamdiu tenens mulier, maritoque oſtendens, nihil vel ipſe vel illa dubitaverunt quin contagium puer traxiſſet. Quare nullam aliam de eo ſervando ſpem reliquam habentes, tanto majori cum fiducia recurrerunt ad ſuffragia S. Angeli imploranda, quanto devotius eidem prolem iſtam obtulerant ab ipſo ſuæ nativitatis initio. Recordatus autem pater ſe habere fruſtillum veteris arcæ ligneæ, in qua Sancti oſſa tam diu jacuerant, à compatre ſuo Jacobo Murci Notario acceptum; ipſum diviſit bifariam, & utrique filioli genu cum lacrymis & Sancti invocatione applicuit: deinde per Marium Sapio, nepotem ſuum, foris exiſtentem, miſit eleemoſynam ad eccleſiam S. Angeli pro ſacro cantando: denique ſub horam veſperarum, cum iterum faſciis evolviſſent puerum, cui mane dicta ligni fruſtilla applicuerant, invenerunt omni rubore, tumore, febri ac panis prorſus abſterſis liberum; & Sancto gratias agere non ceſſant, cujus beneficio ab ea hora ſanum filium eſſe gratulantur, quaſi nihil unquam paſſus mali fuiſſet.

in earum una puer agnitus peſte laborare

ſanatur applicito ligno de arca Reliquiarum.

B

18 Antonella, uxor Mag. Jacobi de Mayo, *teſtis* XCI, dicit ſcire, qualiter domi ſua barrata fuerit ipſa cum marito ac filiis, propterea quod in domo Thoſani Bella-via peſtis eſſet manifeſtata, & juxta eam habitabat filius ſuus Antoninus de Mayo cum ſua qu. uxore Gratia; & Marutia, ſimiliter ipſius teſtis filia, cum ſuo qu. marito Didaco Scollo: ex quibus jam dicti Gratia & Didacus contagio obierunt, periclitabantur autem ceteri, qui æque ac illi multam habuerant cum infecta domo converſationem, ac ſpecialiter ipſa teſtis: Etenim commodaverat Angelutiæ, uxori Thoſani tunicam nigram: quam ſibi redditam deinde induerat, neque dubitabat quin in ſuo quoque corpore manifeſtanda eſſet contagio, cum de prædictis mortibus audivit, & ſurſum deorſum ferri vidit civitatem propter formidinem peſtilentiæ. Et vero eodem quo domus ſua clauſa eſt die, qui erat Mercurii & XI Junii, gravi correpta febri, papulam grandem vidit ſibi in brachio dextro ebulliviſſe: ſed verita ne in Lazaretum deportaretur ubi jam filia ſua, gener, ac nepotes erant, ut melius potuit, occultavit malum: & ad S. Angeli patrocinium ſe convertens, lavit ſeſe aqua fontis ejus, & ſubito febri caruit, ipſaque papula ſanata eſt.

alibi alia quæ veſtem ab infecta geſtatam induerat

C

ſanatur uteus aqua de fonte S. Angeli.

19 *Similiter teſtis* XXXVIII Paulinus Lamendula, cum aliis Licatenſibus exire juſſus ab oppido Ramolia, propter peſtem Licatæ graſſantem, mox atque ad fontem urbis ſuæ venit, juſſu Officialium una cum ſociis concluſus fuit ad dies quatuor juxta eccleſiam D. Virginis de Gratia, & aliis viginti in domibus Mag. Franciſci Pici extra urbem, juxta hortum conventus S. Franciſci; quia tam ipſe quam ſocii meſſuerant & converſati erant cum Antonino Mayo ex peſte mortuo. Tranſactis autem diebus iſtis cum liberi dimiſſi eſſent ab Officialibus in ſuas quique domos, vix biduum in ea d. teſtis egerat quando febrem cum dolore capitis ſenſit, duoſque panos, erumpentes ſub axilla ſiniſtra, & poſt aurem dextram: unde ſe correptum agnoſcens, damnum tamen ſibi obventurum formidans ſi id palam faceret, de conſilio uxoris tacere decrevit, ſeque, communi civium ceterorum exemplo, S. Angelo Martyri commendare; petitaque de fonte illius aqua panos abluit, & intra viginti quatuor horas ſanum ſe ac liberum recognovit, & benefactori ſuo Divo gratias retulit.

item alius peſtem occultans.

D

20 Angelus Biſco, *teſtis* LXVI, ætatis annorum XXII in circa, dixit ſcire qualiter initio menſis Junii, cum in obſequio Dom. Franciſci Fuigeroa conſtitutus, in quodam ejus prædio degeret in territorio hujus urbis, una cum aliis famulis fruges demeſſas invertens; fuerit ibi inter ceteros Jacobus Græcus, qui de magno circa inguina dolore querebatur, putabatque renovatam ſibi, quam olim paſſus fuerat herniam: cui teſtis ipſe; Videam, inquit, novi enim, utpote non ita pridem per D. Virginem Drepanitanam ab hernia curatus. Cum autem vidiſſet ac tetigiſſet, dixit: Apage, non eſt id hernia; & propter ſuſpicionem peſtis, tunc inter cives gliſcentis, formidavit ne ea teneretur Jacobus: ad quem requirendum poſt paucos dies venit ipſius prædii procurator Franciſcus de Guelis; nuntiaverant enim de eo Deputatis ſanitati tuendæ, quod peſtilens anthrax in ipſo appareret. Eodem veſpere adfuit etiam Mag. Andreas lo Vaſco, & ipſum teſtem tranſtulit ad burgum hujus civitatis juxta hortum S. Franciſci; ubi cum aliis pariter incluſis manere juſſus eſt, eo quod attigiſſet Jacobum, qui in Lazareto mortuus erat ex peſte, quam contraxerat ex domo Thoſani Bellavia, ſub qua ipſe in cavea quadam habitabat. Metuebat ergo jam d. teſtis ne ſe quoque lues illa afflaſſet, nec vanum eſſe metum probavit dies XVI Junii, quando poſt ſubitum frigus vehementi pervaſus febri & capite dolens, cœpit provocari ad vomitum; qui tamen non ſucceſſit, ſed dolor in ſiniſtro inguine, in quo poſtridie tumor periculoſus apparuit. Quare nihil dubitans quin peſte teneretur, & tamen ſeipſum formidans manifeſtare, cœpit invocare Deum, S. Rocchum & S. Calogerum, cujus tunc agebatur vigilia, ac potiſſimum S. Angelum: die autem XVII non ſolum liberum à febri ſe miratus eſt, ſed etiam evanuiſſe anthracem, qui mortem propinquam denuntiaſſe videbatur: ideoque multas S. Angelo gratias agens, poſt expletam clauſuram ſæpius viſitavit ejus Reliquias, & Miſſam unam celebrandam curavit.

aliud ob peſtiferum contactum ſequeſtratus,

& erumpēs in ſe malum occultans,

E

S. Angelum invocat & ſanatur.

F

21 Don Angelus de Labiſo, Sacerdos ſecularis, ætatis annorum LVI, *teſtis* V, dixit ſcire, qualiter initio menſis Junii proxime præteriti, nolentibus Capellanis eccleſiæ majoris adminiſtrare Sacramenta infirmis in vico S. Angeli propter ſuſpicionem peſtis, vocatus ipſe fuerit à Doctore Don Julio Bennici, Vicario hujus civitatis, ut vellet accedere & confitentem audire Conſtantiam Gaeta de contagio ſuſpectam, quandoquidem ipſum malum necdum erat à Medicis judicatum contagioſum. Ivit ergo ad domum, atrio ſupra nominato vicinam: ubi poſtquam Conſtantiæ confeſſionem excepiſſet, infirma manum ejus oſculata eſt, dicens ſe cum mulieribus de domo Thoſani converſatam, vix dubitare quin peſte laboraret, quando ipſos anthraces ſentiret ſub axillis. Ad hæc ſtomachante teſte, atque querente quod id prius non indicaſſet; excuſavit ſe id auſam non fuiſſe, ne forte confeſſio ſibi negaretur. Poſtmodum perſeverantibus Capellanis negare extrema infirmæ officia, coactus fuit ipſe teſtis à Vicario iſtuc

Sacerdos qui in feſtis extrema miniſtrarat,

A *correptus etiam ipſe*

reverti: & quamvis omnem cautelam præſervativam adhibuiſſet quam norat, non ita tamen cavere ſibi potuit, quin appropinquaret quadamtenus infirmæ, indeque etiam ipſe in maximam ſuſpicionem veniret. Cum igitur palam innotuit, tam ipſam Conſtantiam, quam omnes de familia Thoſani peſte obiiſſe, & formidine contagii ſus deque ageretur civitas univerſa, fuit ipſe teſtis XIII Junii domui ſuæ incluſus: poſtero autem die ſeu XIV Junii ſenſit ardentiſſimam febrem cum dolore capitis gravi, erumpentibus conſequenter ad inguina panis: ex quibus certus de contracta lue, ſubito convertit ſe ad invocandum auxilium S. Angeli cum firma ſpe recuperandæ ſalutis: petitaque ab eccleſia aqua fontis ejus, eadem ſe lavit vovitque aræ offerendæ ſex rotulas: atque ita, beneficio ipſius, ut credit, Sancti, ſanitatem cito impetravit.

convaleſcit uſu d. aquæ.

22 Jacobella, relicta qu. Franciſci Cavalierie *teſtis* LXI, dixit ſcire, qualiter initio menſis Junii proxime præteriti, domum rediens quidam ſuus filiolus, nomine Raphael, novem circiter annorum, indutus ordinis Carmelitani habitu, & ſcholaris Fr. Antonini Marchi Carmelitæ, quęſtus ei ſit de capitis dolore inſolito: unde ipſa veniens in ſuſpicionem contagii, poſtmodum intellexit, quod Fr. Raphael filius ſuus ex manibus Conſtantiæ Gaetæ, in eccleſia S. Angeli, recepiſſet ſemicinctium laneum, fruſto caſei circumvolutum, quod illa portabat conventui in eleemoſynam. Vovit ergo quod octiduo continuo nudis pedibus accederet ad viſitandas Sancti Reliquias & offerendam tobaliam unam, quod & fecit: quia non tantum ſalvus ſibi filius, ſed & domus immunis ab ea vexatione manſit, quæ ſolet contagii ſuſpectos conſequi: cujus rei teſtem tabellam appendi etiam fecit in ſacello dictarum Reliquiarum: *Quid autem in eccleſia prius actum fuerit, prolixim explicans d. Fr. Antoninus, teſtis* XVI, *addidit*, veniſſe Conſtantiam ad ipſummet teſtem ut confiteretur Fr. Gaſpari Gallutio, Quoniam, inquiebat, ſentio me male habere, & caput doleo. Ipſo autem negante dictum Fr. Gaſparem eſſe in conventu, ac redire jubente, tradidiſſe Conſtantiam d. ſemicinctium cum caſeo, quod ejus mandato cariſſimus ſibi diſcipulus Raphael intro tulerit, exemptoque caſeo, retulerit ad Conſtantiam. Poſtmodum autem non comparente amplius Raphaele, quæſiviſſe in abſentem, ac demum ceſſante contagione intellexiſſe ex domeſticis, quod puero præter febrim ac vomitum nigrę plurimæ maculæ apparuerint in corpore, manifeſta peſtilentis mali indicia.

& puer qui allatam ab infecta eleemoſynam contrectaverat,

B

23 Franciſcus Perconti, qu. Mag. Jacobi, aromatarius, *teſtis* LXII, dixit ſcire, qualiter primis Junii menſis diebus, cum ſuſurraretur in populo de morbo contagioſo, ingreſſo quarterium eccleſiæ S. Angeli, infirmata fuit Margarita Juvara ancilla ſua: quam contagio afflatam ſuſpicans ipſe, interrogavit quid doleret. Ipſa vero reſpondit, ſentire ſe tumores duos, alterum ſub axilla dextera, alterum in inguine item dextro: tactu autem brachium ac frontem ægræ explorans, deprehendit maxima febre teneri. Quæ ab hero ulterius interrogata, quicum eo die locuta fuiſſet; reſpondit cum Conſtantia, ut ex ea quærerem, cur Vitus Gaeta (erat hic Conſtantiæ filius & ipſius famulus) non rediviſſet ex agro. Quare cum innotuit Conſtantiam, peſte extinctam, juſſu officialium ſepultam eſſe extra urbem; & ipſe teſtis certus fuit infectam eſſe domum ſuam, ultro rem detulit Deputatis ſui quarterii: quorum juſſu ipſe cum reliquis familiaribus domi concluſus, Margarita vero, in qua jam pene mentis impote maculæ lividæ pullulabant, certæ peſtis indicia, delata eſt ad domum della Jarretta, circa veſperam diei

Alius cujus ancilla infecta & ad Lazaretum delata erat.

C

XIV, quo ceteros quoque infectos transferri juſſerant Officiales.

AUCTORE D. P.

24 Videns igitur d. teſtis in quam præſenti periculo ſua totiuſque familiæ ſuæ ſalus verſaretur, ſe ſuoſque commendavit Deo, B. Virgini Drepanitanæ, Sanctoque Angelo: cumque eodem veſpere ſentiret dolere ſibi axillam ſiniſtram, petiit Confeſſarium; venitque ad eum D. Antoninus Collura, Capellanus in parochiali æde S. Pauli; ipſiuſque & uxoris ac reliquorum domeſticorum confeſſiones excepit: venit etiam Notarius Jacobus Murci, cui teſtamentum æger dictavit; qui deinde tota iſta nocte non dormivit ipſe, aut quiſquam de familia, partim ex timore, partim ex dolore morbi, cui acceſſit poſtridie febris, quam peſtilentem eſſe monſtrabat anthrax ſub axilla ſiniſtra formatus. Nihilominus requirentibus Officialibus quomodo haberent ſe domus iſtius inquiſiini, latere cupientes, atque ut melius poterant diſſimulantes, reſponderunt, tunc quidem ſatis bene valere omnes: & Deputati acquieſcentes reſponſo, diviſerunt in ſingulos fruſtillum quoddam veteris arcæ ligneæ S. Angeli. Ipſi vero ſuam portionem ſigillatim manducaverunt, votumque fecerunt de corpore ipſius nudis pedibus viſitando, curandaque ibidem Miſſa ſolenni: eodemque inſtanti ceſſavit ipſi teſti febris, & diſparuit tumor. Deinde die XXI Junii, rurſum teſtis prædictus utrimque ad axillas & inguina dolorem ſenſit cum aliqua febri: ideoque ad prænotatam devotionem recurrens, toto cordis affectu renovavit prius votum: & poſtridie allevatus, deprehendit in locis prænominatis maturas quatuor puſtulas, totidem aciculārum capitibus ſimiles, abſque alia alteratione: atque cognovit, Deum, ejuſque Matrem, & S. Angelum voluiſſe ei monſtrare ſuum evidens periculum, ut deinceps pro beneficio tanto gratior eſſet ipſe ac domeſtici ſui.

bis ſaltim à peſte in ſe apparente

per fruſtillum ligni de arca;

E

25 *Fuit inter hos* Lucas Perconti, annorum viginti unius, *frater Franciſci prænominati, teſtis* LXVII, *qui* dixit, quod eodem veſpere quo in fraterna domo cum aliis concluſus fuit, poſt invocatum communibus votis Sanctum, dolorem ſenſit in utroque inguine: veritusque ne malum, fere ſemper mortale, in ſua perſona ſe proderet, non eſt auſus illud manifeſtare: ſed allatis per Deputatos particulis veteris arcæ uſus cum ceteris de domo, una earum ſæpe ſignavit affecta membra: à quibus dolor omnis intra paucos dies abſceſſit: tranſiit tamen ad axillam, cui ſimiliter ipſum ligni fruſtillum applicans, rurſum intra paucos dies ceſſit malum, revertitque ad inguina. Cum ergo omnibus pene horis expectaret ut in aliqua ſui parte peſtiferi anthraces erumperent, de viſitanda nudis pedibus eccleſia votum fecit cum ceteris, exolvitque, niſi quod fuerit calceatus: quem defectum poſtea ſupplere curavit, in octava dierum ante feſtum novum XVI Auguſti celebrandum, quando ad eccleſiæ amplificationem comportantibus certatim petras ipſe ſe miſcuit, & quantam valebant humeri ferre unam ſuſtulit, ac deinde diſcalceatus rurſum ad eccleſiam ivit, acturus ſancto ſuo liberatori gratias.

utietiam ejus frater;

F

26 Caternutia, uxor Marci Pirrello, *teſtis* LXIII, dixit ſcire, qualiter ipſa cum ſocru ſua Phraſia Pirrello, à Deputatis ad ſanitatem tuendam concluſa fuerit domi ſuæ, propterea quod in domo dicti Perconti, atque ſignate cum d. Margareta eſſent familiarius converſatæ: eodemque tempore quodam veſpere ipſa teſtis deprehendit papulam nigram, ad magnitudinem tari, in manu ſiniſtra filii ſui quadrimi Angeli, ex voto ad Sanctum urbis Leocatæ Protectorem facto jam tunc induti habitu ordinis Carmelitani; itemque tumorem ſub axilla dextra

& mulieris cum ipſis converſatæ filius,

EX PROCESSUBUS.

cum graviſſima febri & ſtupore capitis. Igitur tam proprio erga Sanctum affectu quam publico totius urbis ad ipſum recurrentis exemplo ſtimulante, petiit pauxillum de oleo lampadis ante arcam Reliquiarum ardentis, eoque manum filii & axillam inunxit: neque ceſſavit ipſa & ſocrus ſua, nocte illa tota, Sancti auxilium implorare, eo fructu ut poſtridie mane febri liberatus puer, neque tumorem præferret amplius, & ſiccam papulam exhiberet. Quarto poſt inde die ipſa teſtis dolorem cum tumore grandi ſenſit ſub axilla dextra non ſine febri. Curavit ergo ut ſocrus ſua eodem oleo liniret locum mali: qui crepans intra triduum, ſanam ipſam ex integro reliquit, ideoque acceptam Sancto gratiam referentes, ceſſante contagio, venerunt ambæ ad eccleſiã S. Angeli, ibique duas Miſſas dicendas petiverunt, & tobaliam unam devotiſſime obtulerunt. *Quæ omnia* Soror Euphraſia Pirrello, Monialis Tertiaria Carmelitana, *teſtis* LXIV, *ſuo teſtimonio confirmavit, nihil addens aut detrahens relationi ſuæ nurus.*

oleo lampadis unctus convaleſcit,

dein etiam ipſa.

27 Antoninus de Amato, *teſtis* LXXVI, domui ſuæ cum uxore Joannella incluſus fuerat, propterea quod verſati fuerant in iis ædibus, in quibus ipſius teſtis ſocrus, Conſtantia Gaeta prædicta, deprehenſa fuerat laborare ex peſte, unde & mortua eſt. Expectabant ergo momentis ſingulis ut in ſua quoque domo aperiret ſe malum: & in ſuum adjutorium invocabant Sanctum, tanto ſolicitius, quanto ipſa Joannella vicinior erat partui, cum non modica ſua & mariti conſternatione, quod nulla obſtetricũ ſuam parturienti operam vellet commodare. Interim die v Julii ſequentis venerunt mulieri dolores partus: in quibus deprehenſa, ipſa ac vir ſuus, genibus in terram poſitis, invocavere Sanctum: petieruntque ut in eccleſia S. Angeli pulſaretur campana ad Ave-Maria, quemadmodum in hac civitate ad ſolatium parturientibus petendum fieri conſuevit. Ad primum ſonum campanæ filium enixa eſt Joannella: quem quia clauſa erat domus, nec ferri poterat baptizandus ad templum, baptizavit ipſa, eique poſuit nomen Rochi-Angeli.

B

puerpera de peſte ſuſpecta juvatur:

28 Poſtea xx die Julii aperuit ſe ipſi teſti ſub axilla ſiniſtra peſtilens tumor, aliuſque in brachio item ſiniſtro, mollis tamen inſtar maximæ papulæ. Peſtem ergo eſſe ſentiens, neque audens clam omnino rem habere, eam declaravit Magiſtro Joſepho de Gueli, domorum in ſuo vico clauſarum cuſtodi. Qui accerſito ad ſe Balthaſare Celeſtre & Prades, uno ex Deputatis ejuſdem vici, conſuluit cum eo quid facto opus foret: jam enim agebatur de promiſcua converſatione civibus reſtituenda, eo quod nulla amplius crederetur infectio ſupereſſe. Tum, novi motus vitandi cauſa, decreverunt caſum habendum ſecretum: ipſe autem teſtis, digreſſis Officialibus, peti ex fonte Sancti aquam juſſit, eaque ſe lavans votum fecit de viſitanda nudis pedibus reliquiarum arca, & unaruncia denariorum eleemoſynæ nomine conferenda ad fabricam novæ eccleſiæ: ipſaque veſpera ſanum ſe ſenſit, & reverſis ad cognitionem rei Deputatis, ſanum ſe eſſe declaravit: gratiam quotidie una cum uxore referens Sancto, cui votum ſuum complevere, elapſo concluſionis termino, filiumque tulere ad templum ut in eo ſupplerentur unctiones baptiſmales. *Hæc ille quibus prorſus conſona antea depoſuerat prad. Deputatus Balthaſar teſtis* LXVIII.

ejuſque maritus ſanatur per aquam.

C

CAPUT III.

D

Alii ſimiliter infecti & liberati: item alii qui ſe infectos diſſimulabant.

29 JOſeph de Labiſo qu. Fei, *teſtis* LXXVII, poſt feſtum S. Antonini Patavini exivit in aream ſuam extra civitatem, ubi eodem die circa veſperam primum vehementi frigore, tum acerrima febre correptum ſe ſenſit, ſenſuſque capitis obtuſos: quo in ſtatu cum tota nocte jacuiſſet, adfuit poſtridie ab ipſa urbe Thoſanus Triona, dixitque præd. teſti, quod publicata eſſet in urbe peſtis, & Officialium juſſu barrata ipſius teſtis domus, in qua ejus mater & uxor erant, hæc Angeluzia, iſta nominata Antonella, eo quod in vicina eis domo Antoninæ de Palermo deprehenſum eſſet malum. Tranſacto die in ſiniſtro inguine panum ingentem invenit æger; & nihil jam dubitans quin peſtilens eſſet morbus, propterea quod Antonina, domui ſuæ exhibens lotricis miniſterium, in eadem familiarius verſata fuiſſet; dixit Thoſano prænominato, ſe quoque ſimili lue teneri, idque juſſit Deputatis ſanitatis nuntiari. Mandarant hi ut ſe reciperet ad domum della Garretta, ubi reperit plures viros feminaſque, ſimiliter infectos aut infectionis ſuſpectos; cum iiſque ſequenti Dominica ad deſignatum in hunc finem Lazaretum deductus eſt, mortuo quam viventi propior. Ergo in tali diſcrimine conſtitutum ſe videns, iteratis ſæpe precibus auxilium Dei, B. Virginis & S. Angeli invocavit: & quia devotæ quædam perſonæ illuc miſerant aquam de fonte S. Angeli, cum nonnullis fruſtulis veteris arcæ; ipſe teſtis iiſdem ſæpe tetigit membra affecta, firmam habens vitæ ſervandæ fiduciam in meritis tam glorioſi Sancti. Vergebat nihilominus in pejus malum, quare, pro exiguo qui ſibi adhuc ſupererat mentis uſu, Auguſtinum Infrigola, qui ſuam Lazareto operam ex caritate addixerat, rogavit ut Sancti nomen ſibi identidem ſuggereret: quod dum utrimque devote agitur, die XVI prædicti Junii ruptus eſt anthrax, & morbo omni ſolutus ſubito æger fuit.

Extra urbẽ peſte contactus

E

jamque in Lazareto morti proximus

ſubito convaleſcit,

30 Interim Angelucciæ uxori (*prout ipſa retulit in ordine teſtium teſtis* XXX) narratur extremum mariti diſcrimen, animam ut credebatur agentis: plangere proinde ipſa cœpit, Deumque & Deiparam cum S. Angelo invocare. Id dum agit, luctu feſſa, caput ad ſomnum qualemcumque compoſuit; viſaque ſibi eſt videre Fraterculum aliquem Carmelitani Ordinis, qui eleemoſynæ nomine panem petebat, dicens, Domina, da eleemoſynam pro conventu S. Angeli. Cum ergo viſa eſſet ei porrigere panem, quomodo ſolita eſt facere quot hebdomadis ipſa & ſocrus ſua S. Angelo ſingulariter devotæ; videbatur fraterculus ille mœroris in vultibus earum apparentis cauſam quærere, & ab utraque reſponſum accipere, quod filius ſuus ac maritus Joſeph, aut mortuus jam aut morti vicinioſſimus eſſet. Tum vero ille qui apparebat, ſolari eas viſus eſt, dicens, Ne timueritis: nam per merita S. Angeli ſalvus evadet. In his experrecta à ſomno Angeluccia, conſolatam ſe ſenſit: neque vanum fuiſſe ſolatium dies proxima, quæ fuit Lunæ & menſis Junii XVII, aperuit: tranſeuntes enim per domum illam Deputati pro ſanitate tuenda, nuntiaverunt, Joſephum, anthrace rupto, ſanum aut ſaltem extra periculum eſſe.

quod ejus uxori ſolacia

F

per ipſum S. Angelum in ſomno revelatur:

31 Poſtmodum die XXIV Junii cum dictæ mulieres domum ſuam, in qua nulla contagio apparuerat, eſſent ex more purgaturæ, atque ad faciendum lixivium à Deputatis ordinatum parata haberent omnia

quæ etiam ad purgandam deinde domum ſuam,

A nia præter aquam; nec tamen eum defectum auderent indicare Deputatis, ne forte juberentur ad eam ex mari petendam domo egredi, quod honeſtatis cauſa nimium verecundabantur facere; ſperaverunt fieri poſſe ut aliquis eam ipſis bajularet: ſed nemine quem ad hoc uterentur comparente, nimium confuſæ ſunt. Recordatæ autem domi ſuæ eſſe puteum, ſiccum quidem, ſed ex quo præbere aquam ſibi poſſet Sanctus ſuus Angelus, cujus imaginem domi habebant: coram ea ante puteum genuflexæ, cœperunt aquam poſtulare. Tum experturæ num ſuas preces exaudiſſet Sanctus, ſitulam demiſere, eamque plenam reduxere aqua clariſſima: iterumque tentantes, viderunt aſcendiſſe aquam in puteo ad altitudinem duorum palmorum & amplius. Rurſum ergo flexis in terra genibus, egerunt Sancto ſuo Protectori gratias, & lixivium compoſuere: atque ut miraculo ſibi fuiſſe ſuccurſum intelligerent clarius, cum poſt octo dies ad alias ſuas neceſſitates aquam haurire vellent, inventus eſt puteus, ut antea, uſque ad fundum ſiccus. *Ita depoſuit teſtis* XXIX, Antonella relicta qu. Phei de Labiſc, *cujus relationem predicta Angelucia nurus ejus verbotenus confirmare profeſſa, ea de ſomnio ſibi oblato expoſuit, quæ paulo ante deſcripſimus.*

aquam neceſſariam ejuſdem miraculo impetrat.

B 32 Joſeph Ferro qu. Andreæ, ætatis annorum XLVII *teſtis* LXXXIII, dixit ſcire, qualiter circa finem Junii fuerit commoratus in quadam ſua vinea, ſita in monte hujus urbis, cum tribus filiis, eo quod uxor ſua Catarinella cum reliquis liberis domui eſſet incluſa, in atrio quod dicitur Mag. Pauli Feriſi in ſuburbio civitatis, in quo eodem atrio priori hebdomade fuerat deprehenſa peſtis, in perſonis Antonii Scarlata & uxoris ejus: qui eadem etiam obiere, & humati fuere in mediis agris, familiarem autem conſuetudinem habuerant cum ipſius teſtis domeſticis, tamquam cum vicinis. In vinea porro cum ſic maneret, filiorum uni Antonino duodenni gravis febris cum capitis ſtupore ſupervenit, deinde etiam anthraces duo ſub axillis apparuerunt. Quoniam igitur nihil dubitabat pater quin ea eſſet peſtis, attenta priori cum infectis familiaritate, & quia periculi magnitudine commovebatur, recurrit ad opem S. Angeli devotiſſime implorandam: & coram illius imagine, quæ in eadem vinea erat ſæpius genuflexus cum filiis, inſtabat ſupplicando, ut à malo illo liberaretur, votum addens curandi Miſſam: quod fecit, in civitatem rediens à vinea cum duobus filiis ſanis. Mox autem ut eodem rediit, tertium, qui in vinea relictus fuerat æger, multo melius habere comperit ipſique anthraces cito diſparuere, & puerum perfecte ſanum reliquere.

Vitandi contagii cauſa foris morantis filius

corripitur & ſanatur invocato S. Angelo:

C 33 Hieronymus lo Vaſco, *teſtis* LXXX, circa finem menſis Junii morabatur in agro, quem habebat in vico Sabbuci intra diſtrictum hujus civitatis. Ad hunc ibi juvandum Laurentius la Rocca, ipſius teſtis cognatus, miſit famulum ſuum Antonium Scarlata: qui ſtatim ac venit decumbere voluit, dicens ſe eſſe infirmum, neque utilem ad aliquid operis faciendum. Quia vero dies ſabbatinus erat: ipſique teſti conveniebat redire in urbem, d. Antonium, ambulare non valentem, poſt ſe accepit in equum ſuum domumque reduxit. Poſtera autem die cum revertiſſet ad agrum, & Antonium forſitan melius habere ac rediturum ſperaret; intellexit Antonii domum eſſe barratam eo quod ipſius uxor ſubito eſſet extincta peſte, & ipſe eodem morbo correptus in Lazaretum deportatus, ubi & mortuus eſt. Igitur nihil ambigens, quin ipſe, qui propinquus fuerat infectioni, malignitatem veneni brevi in ſe experiretur, S. Angelum jugiter invocabat: & ne familiam ſuam inficeret, ſeceſſit in vineam ſuam exiſtentem in Ciccobriglio, urbani territorii vico. Iſtic cum ſumma cautela agenti & Sanctum imploranti, vigeſimo ſuæ ſequeſtrationis die ſupervenit febris, quam peſtilentem eſſe indicabat dolor capitis cum vomitu. Nihilominus perrexit in Sancti patrocinio confidere, & die poſtero quatuor menſuras tritici miſit ad conventū, toto triduo vehementer ægrotans. Poſt tertium autem diem cum rediiſſet puer qui eleemoſynam pertulerat, prorſus ſanum eſſe ſe miratus, gratias liberatori ſuo egit.

item alius, qui ægrum famulum in urbem revexerat.

EX PROCESSU MS.

34 *Mirabile porro eſt, quod notat* Frater Vincentius de Alatto, Sacerdos Carmelita, *teſtis* XXXVI, ab eorum nemine, qui Sancti beneficio ſanitatem recuperarunt, ad alios pertigiſſe contagium: & ab eorumdem ſuppellectili univerſa nemini quidquam noxæ proveniſſe: cum tamen multi fuerint qui illius conſervandæ cauſa, cum alias debuiſſet igne comburi, ſuum aut domeſticorum certum morbum occultaverunt & clam habuerunt: *quorum jam nunc aliqua exempla vidimus, cetera hoc capite pergo colligere.*

ab nullo ſic ſanatorum aut eorum ſuppellectile lues propagatur.

35 Philippus de Seſſa *teſtis* LXXXV, exeunte Junio metebat fruges in prædio Mariani Bennici, intra diſtrictum hujus urbis, ibique accepit nuntium peſtis in civitate revelatæ; manſit tamen uſque ad penultimum diem menſis, qui fuit ſabbati, & tunc redivit in domum ſuam quæ ſita erat in atrio dicto Mag. Pauli Feriſi. Poſtero autem die inventa eſt uxor Antonini Scarlata peſte laborare, ac deinde ipſe etiam Antoninus, in eodem atrio domum habentes. Itaque quotquot ibi erant domus concluſæ fuerunt: nec multos poſt dies, mortuo jam Antonino ejuſque uxore Franciſchella, ipſius teſtis uxor, correpta eodem malo eſt, cujus indicium dabat maximus anthrax in ſecretioribus partibus, & papula in coxa dextra: duæ quoque illorum filiæ, Angelutia triennis & Viandra quinquennis, toto corpore aſperſæ lividis aut nigris maculis, capiteque dolentes, contagium ſe traxiſſe probabant. Metuentes ergo ad commune Lazaretum deportari, potius quam ſe indicarent, maluerunt S. Angelo ſuam ſalutem committere: editoque voto de viſitatione reliquiarum nudis pedibus inſtituenda, omnes intra quatriduum redditæ ſunt ſanitati, nullo mali tanti veſtigio in ipſarum corporibus relicto: ideoque ſæpe poſitis in terra genibus Sancto egerunt gratias, ac poſtea ſuo ſe exolverunt voto, una cum reliquis iſtius atrii inquilinis.

Integra familia ægra & malum celans

E

ſanatur voto facto ad S. Angelum.

F 36 Mag. Tiberius Calcaſola, *teſtis* XXVII, dixit ſcire qualiter XXXI Maji præteriti, circa horam XXII, audiens campanam oratorii Albatorum hujus civitatis, eoque tamquam unus de Confratribus accurrens, ut cauſam diſceret; invenit alios Fratres occupatos induendis ſaccis, ad ſepeliendam miſeram quandam pauperculam, nomine Antoninam, qu. Frederici de Palermo, pro more iſtorum Sodalium, ejuſmodi caritatis operibus ſe addicentium. Sumpſit ergo etiam ipſe ſaccum: & quoniam ipſum teſtem contingebat portare ſandapilam, aſcendit per ſcalas domus, ac mortuæ corpus inter brachia deferens, ipſum ad ejuſdem domus oſtium compoſuit in feretrum, aliis Fratribus adjuvantibus: pannoque Confraternitatis injecto, ſuppoſuit funeri efferendo humeros, & ad eccleſiam majorem detulit. Octavo poſt die vulgari cœpit fama per urbem, quod poſt Antoninam aliæ quatuor perſonæ eſſent in eadem domo extinctæ; ac denique XIII Junii judicatum eſt, peſtilentia obiiſſe. Cœpit ergo timere ne in ipſo quoque, qui d. corpus contrectaverat, transfuſum eſſet malum. Sed quia ignota aliis perſona ſua erat, propter ſaccum quo fuerat indutus, tacere decrevit, Deoque & S. Angelo ſe committere. Quia tamen habitabat in eadem domo qua ſuus cognatus

item alius qui ex peſte mortuam ſepelierat.

indeque hauſtam luem clam habebat.

EX PROCESSU MS.

gnatus Angelus Gattutus, de converſatione cum infectis aut ſuſpectis convictus, cum eodem pariter incluſus fuit ab Officialibus, in horas ſingulas expectans appariturum in ſe malum. Tandem die XXI menſis illud ſe prodidit per tumorem in inguine, febremque & capitis gravidi dolorem: nec tamen vel ipſis domeſticis, infirmitatem aliquam in eo notantibus multumque interrogantibus, quidquam eorum quæ ſentiebat aperuit; & conſilii anceps, quia damnum ex revelatione ſecuturum prævidebat, ſpem omnem convertit ad S. Angelum, cujus favori conciliando per ſacrificium Miſſæ in ejus æde accerſivit compatrem ſuum Franciſcum Traynito, & per ipſum tranſmiſit conſtitutam ad id eleemoſynam: interim ipſe domi cœpit roſarium ſertum evolvere utcumque poterat. Vix autem ab eccleſia d. compater rediit, renuntiavitque curaſſe ſe ut Miſſa diceretur; cum ille ſeſe allevatum ſenſit, panoque intra quartam horæ partem penitus evaneſcente, redditam ſibi miraculo ſalutem gratus recognovit.

& tertius per totum ab infecta induſium correptus: B

37 Mag. Joannes Mattheus Bertulini, *teſtis* LXXXI, die XXIX Maji, nervos colli cum utroque humero rigeſcere ſenſit, ita ut caput ac collum commovere nequiret; eodemque veſpere cœpit pati febrem cum obtuſione capitis, ac die poſtero extulit ſe in collo ejus grandis papula: quæ cum perſiſteret & morbus augmentum caperet, ſequenti hebdomada & initio Junii, cum peſtis publicaretur corripuiſſe domum Antoninæ de Palermo & generi ejus Thoſani, uxor ipſius teſtis Franciſchella dixit, ſe (quod eatenus virum celaverat, ne malum augeret formidinemque incuteret) quam primum ipſum infirmari ſcivit ad auxilium S. Angeli recurriſſe, ac petiiſſe tam de oleo lampadis quam de aqua fontis; eo quod d. Antonina lotrix ſua fuiſſet, pannoſque abluerat die Mercurii, immediate prius quam morbum vir ſentiret, qui etiam de iiſdem pannis induſium ſumpſerat. Et quamvis nondum propalato contagio fuerit in eccleſia majori ſepulta Antonina, morientibus tamen reliquis ejuſdem domeſticis, cœpit murmurare populus, & id quod erat ſuſpicari: quare non ceſſabat tacita invocare S. Angelum, nolens ſuæ ſuſpicionis indicio contriſtare virum. Hic vero talia audiens, & papulam in collo remanentem conſiderans, nihil dubitavit quin illa peſtilenti lue ipſe quoque correptus teneretur, eoque obnixius deprecatus eſt Sanctum ut ſibi ſuccurreret: quod & obtinuit, eoque nomine magnas deinceps gratias egit.

C

ac mulier ægra poſt urbem jam purgatam.

38 Soror Euphraſia, monialis tertiaria Carmelitana, *teſtis* LXIV, aſſeveravit quod præterito Auguſto, uno die poſt octavam novæ feſtivitatis, pro publicæ ſanitatis recuperatione inſtitutæ, ipſi non nihil febrile patienti cum obtuſione capitis, prodierit in inguine dextro panus; quem illa peſtilentem ſuſpicata, propter converſationem quam pridem habuerat in domo Franciſci Perconti, & cetera quæ domi ſuæ ſucceſſerant, *relata num.* 23 *& ſeqq.* S. Angeli implóraviit auxilium: atque ad ejus eccleſiam qua potuit ratione proreptans, cum adhuc publice proſtarent Reliquiæ, quæ alias in majori altari ſervantur; poſt fuſas pro ſalute recuperanda preces, porrexit roſarii ſui globulos, arcæ argenteæ admovendos: & ſumpta pauxilla aqua de fonte rediit domum, ubi anthracem peſtiferum ipſa aqua lavit & roſario perfricuit: ac ſubito reſtaurari ſibi vires ſentiens, mirata eſt in momento oculi diſparuiſſe panum illum, Sanctoque, ut debuit, acceptam retulit ſanitatem.

D

CAPUT IV.

Leocatenſium ob peſtem ſublatam gratitudo miraculis honorata: antiquiora ipſius Sancti erga civitatem beneficia.

Beneficium agnoſcens civitas,

39 *Quotquot de prædicta peſte, Leocatæ apparente, ſecerunt mentionem, qui inter teſtes fuere plures, ſed nominatim* II, III, VII, VIII, IX, XIV, XVII, XVIII, *&* XIX, *pro miraculo habent, quod lues iſta, mox ut detecta fuit, ſerpere deſiit. Teſtis autem* II Don Julius Bennici, Sacerdos, I. V. D. & Vicarius civitatis, *notavit expreſſe, quod* licet ii qui malo contacti fuerant ad ſui curationem eguerint diebus aliquot, nihilominus omnino violente & altiori virtute ſuppreſſum extinctumque malum videatur. *Ergo officii ſui eſſe credidit Civitas, ob tantum beneficium, quod compertum erat omnibus, vices referre gratitudinis: & primo* Jacobo Murci Notario commiſerunt Jurati, ut, pro ſuo erga Sanctum Martyrem affectu, ipſum miraculum perpetuæ poſterorum memoriæ conſignaret, prout hiſce verbis fecit: D. O. M. anno partus Virginis MDCXXV Indictione VIII menſe Junio, Dilectiſſima civitas protectione ſui Martyris à mortifera peſte defenſa, incolumis fuit eruta: quod ut viva memoria poſteri teneant, vera hic inſcriptione profitetur, ejuſdemque templum pro viribus amplificandum decrevit, ne tantum ac glorioſum miraculum reticens ſceleris arguatur ut ingrata. Hic titulus in capella ſupra primam cratem poſitus eſt, ibique etiamnunc ſpectatur, *ut in ſua relatione aſſerit ipſemet Notarius Iacobus.*

ejus monumentum poni curat,

E

& eccleſiæ amplificandam decernit:

40 *Publicato autem conſilio amplificandæ eccleſiæ,* tantus *mox* omnium animos ardor inceſſit ut multi civium aut portarent ipſi aut ab aliis portari facerent grandes petras, d. fabricæ ſervituras, *quemadmodum affirmavit* Mag. Paulus Io Judici, *teſtis* LXXIX: quidum aliquando pro ſua devotione una cum operariis aſſiſteret ejuſmodi devectioni, quæ feſtiviſſima erat (nam ramis frondibuſque ornatos carros trahebant boves coronati, inter tibiarum, tympanorum ac fiſtularum modulatos ſonos) contigit aliquando, ut intrante carro uno cum maxima quadam petra, dum ad portam uſque eccleſiæ Hoſpitalis S. Jacobi veniſſet, puer octennis, filius Antonini Roſſelli, Horatius nomine, animadverterit proſilire ex rota ipſius carri clavum: qui ad ſublevandum procurrens cecidit, & ſupra collapſi ſiniſtrum brachium tranſiit rota. Quo viſo teſtis ipſe ceterique clamarunt Jeſu! S. Angele, adjuva eum. Accurrentes autem & puerum ſublevantes, brachium, quod comminutum credebant, invenerunt abſque ulla læſione integrum, idque pro evidenti miraculo habuerunt.

hac occaſione puer ſub vota continendus ſervatur:

F

fit magnus concurſus

41 *Eodem circiter tempore & die* VII *Auguſti, poſt communis converſationis uſum civibus redditum, vulgatum etiam eſt decretum de nova feſtivitate die* XVI *ejuſdem menſis tunc & deinceps celebranda:* quo intermedio octiduo concurſus populi, qui antea ad eccleſiam S. Angeli magnus fuerat, tantus extitit, ut proxime ad confuſionem accederet, *prout teſtatur* Joſeph de Labiſo qu. Nicolai, *teſtis* LIII, Feſtum ſcilicet, *inquit ille*, videbatur perpetuum, dum nobiles & ignobiles, viri ac feminæ, magni ac parvi caterватim procederent, neque poſt Ave-maria veſpertinum liber erat per plateas tranſitus præ multitudine commeantiũ. Videre autem erat etiam matres ſimul infantem prolem brachiis, & humeris geſtare lapidem, ipſoſque parvulos ſuis manibus conferre lapillos ad eccleſiam, ſpectaculo tam devoto ut intuentibus faciles fluerent lacrymæ. Vidit autem tunc ipſe teſtis

ad lapides certatim adferendos.

A teſtis veſpere quodam puellam circiter triennem, cujus nomen ignorat, quæ dum petram à ſe allatam deponit, commotus cumulus grandiorum lapidum, plures ex iis ſupra parvulam effudit: in cujus auxilium mox ipſe teſtis aliique circumſtantes invocarunt nomen S. Angeli, ipſaſque petras amoliti, invenerunt puellam prorſus illæſam.

non ſine miraculo.

inſtituitur nova feſtivitas,

42 *Ipſa nova feſtivitas novis gratiis miraculiſque non caruit: nam de ſe ipſo fatetur* Pater Fr. Melchior Labiſo Sacerdos Carmelita, *teſtis* VIII, *quod* ab annis quinque hernioſus, ipſo die S. Angelo ſe commendans, ſubitam corporis obtinuit integritatem. *Fatetur etiam de ſe* V. I. D. Dominus Franciſcus de Caro *teſtis* XLV, quod proxime præterita æſtate adeo gravem incurrit infirmitatem, ut intra viginti quatuor horas quater omnino illa recurreret ſuumque patientem fatigaret. Negabat D. Horatius Contrera expertiſſimus medicus ſimile quid unquam à ſe viſum, nec inveniebat remedium. Ita cum duobus fere menſibus decubuiſſet æger, atque ad extremum vitæ diſcrimen eſſet adductus, adfuit dies XVI Auguſti proceſſioni deſtinata. Tranſeunte igitur domum ſuam ſacrarum Reliquiarum arca, ipſe, ut melius potuit, ſeſe in genua ſupra lectum erexit, conſpectiſque Reliquiis orare cœpit Deiparam Drepanitanam Sanctumque

ſub qua ſanatur incurabili morbo laborans,

B Angelum, ut ſibi ſuccurrerent. Exauditas preces dies ſequens declaravit: nam conſueta infirmitas non modo non rediit ſtato tempore, ſed neque deinceps amplius, eumque in plena ſanitate reliquit.

octiduum ſubſequens feſtive agitur,

43 Porro diebus octo primis poſt illam feſtivitatem, *juxta relatum Notarii Iacobi Murci*, per totam civitatem vicoſque circumjectos quovis veſpere renovabatur lætitia diei XVI per maſcaratas, cavalcatas, quintanas, luminaria, exploſiones ſcloporum, aliaque ſigna publici gaudii, fervore tanto ut pleriſque prorumperent lacrymæ, abſque eo quod certus aliquis tot novitatum auctor ſciatur, qui tamen pie creditur fuiſſe Deus ipſe atque Sanctus. Quod vero antea cœptum erat fieri, majori quoque cum fervore eſt continuatum, ut à pulſato Ave-Maria uſque in mediam noctem, cujuſcumque ætatis, conditionis ac ſexus homines, etiam matres cum lactentibus parvulis, comportarent lapides ad uſum ampliandæ eccleſiæ, & quidem pedibus nudis plerique: alii ordinate ac proceſſionaliter, alii mixtim cum luminaribus cantu & inſtrumentis muſicis, choreas ducentes atque ludentes, & paſſim inſonantes, Vivat Deus ſuaque Mater & S. Angelus protector noſter. Fuerunt etiam qui grandiſſima ſaxa carris adveherent, *cum eodem qui ſupra judicatus eſt apparatu: quorum unus*

& iterum lapides convehuntur ad fabricã

C

quando miraculoſe ſervatus eſt quidam

44 Joſeph Zirafi, qu. Jacobi, ætatis annorum XXVII, *teſtis* XXXVII, à Domino ſuo Gaſparo de Labiſo qu. Sebaſtiani, juſſus eſt cum alio famulo adducere ex agris boves quatuor, quos d. Gaſpar dicebat ſe velle in deferendis lapidibus ad d. finem occupare. Huic ergo obedientes mandato ipſe & ſocius, Didacus Jo Ruſſotto, cum bobus quatuor iverunt ad vineas qu. Michaelis de Labiſo, carroſque duos totidem maximis ſaxis onerantes, ad locum ædificandi templi ea depoſuerunt: dum autem exonerati reverturtur, & circa fontem civitatis tranſeunt, voluit teſtis aptare aliquid circa carros & boves; qui ſubito terrore conſternati occeperunt currere, currendoque impingentes in Joſephum, ad lapſum impulerunt, ita ut rotæ per caput ipſius tranſirent, & mox alterius carri rotæ per tibiam, ipſo dum caderet S. Angelum invocante. Qui nihilominus ſurrexit de terra, nec niſi cutem in capite ac tibia modice perſtrictam reperit, ideoque non dubitavit rem miracu-

ſub rotas currentes lapſus.

lo adſcribere, cum eo caſu contundi prorſus caput, tibia diſſiliré in partes, ipſe vita privari certo debuerit. EX PROCESSU NS.

45 *Et hæc quidem hactenus circa peſtem anni* MDCXXV, *aut ejus occaſione geſta ſunt: de peſte vero anni* MDLXXVII, *de qua initio teſtabatur teſtis* I, *teſtati ſunt alii videlicet*, XVII, XXXII, XXXIV *&* XLIII, *omnes ex communi populi ſenſu, adferentes eam ſolam rationem cur tunc pauci admodum morbo iſto perierint, quod tota univerſim civitas effuſa fuerit ad opem S. Angeli jugiter invocandam, cum ſæpiſſima ſpe liberationis feſtinæ.* Erat quidem tunc adhuc puer *teſtis* XXXII, Joſeph Serrovira, *tunc cum teſtimonium diceret* annorum ætatis ſexaginta in circa: vivam tamen conſervavit memoriam *ut ait*: propter ea quæ tunc vidit & audivit ex ſuo qu. patre Nicolao, qui tunc erat unus ex ſpectabilibus Juratis & ſimul Deputatus ad ſanitatem. *Teſtis autem* XXXIV, annorum ætatis octoginta octo in circa, Jacobus de Labiſo, *in cauſa ſpecialis ſcientiæ addit, quod* cum lues invaſiſſet domum ſui qu. patris Andreæ, iſque propterea eſſet in ea concluſus: ac poſtea ipſum malum ſe aperuiſſet in quodam ipſius teſtis filiolo Joſepho, trium annorum puero, qui familiarius converſatus erat in domo cujuſdam ſui avunculi; cumque in illo apparerent omnia vicinæ mortis ſigna ac livor per totum corpus diffuſus; ipſe & uxor ſua Geſimunda, cum Benedicta eorum mancipio, genibus humi flexis cœperunt invocare S. Angelum, & puer in nictu oculi ſalutem recuperavit.

Anno 1587 ſimili peſte afflicta civitas

ſimilem opẽ eſt experta

E *& miraculo ſanatus eſt puer unus*

46 *Teſtis denique* XLIII Don Joſeph Rametta, annorum quinquaginta octo in circa, Sacerdos ſecularis, dixit ſcire, qualiter octavo ſuæ ætatis anno peſtis infecerit domum & familiam paternam: ex qua cum mortuus eſſet ſuus qu. pater Lucas Rametta, ægrotaretque ſoror ſua Maria, fuit ipſe una cum matre Angela aliiſque fratribus deportatus extra urbem, conſuſuſque intra quaſdam cryptas ubi nunc eſt burgum; ubi ipſi teſti eruperunt anthraces duo ad collum ſubtus auriculam ſiniſtram. Cumque veniſſet medicus, qui curam ſuſceperat infectorum (erat is qu. Mag. Antonius Barbara) atque candenti ferro vellet letalem panum aperire; noluit id permittere filii compaſſione mota genitrix, & deprecata eſt medicum, ut in craſtinum uſque diem differret curationem, ſe interim loco affecto applicaturam oleum ex lampade S. Angeli: venientibuſque ad ipſam Antonino & Hieronymo de Orixi fratribus d. matris ſuæ, rogavit illa, ut, accepta quam intra aceti vaſculum eis porrigebat eleemoſyna, granis ſcilicet tribus, emerent unciam olei, ferrentque ad lampadem S. Angeli, & intinctum bombacem ad ipſam referrent, Volo enim, inquiebat, illud imponere collo filii mei Joſephi, ſperans quod eo facto ultro crepaturus ſit panus. Iverunt iſti & fecerunt ut Angela ſoror ſua imperarat; quæ filio, ſicut conceperat, bombacem applicuit cum illum veſperi ad ſomnum componeret; mane autem facto inventus eſt teſtis, totus madens pure, quod ex anthrace aperto eruperat. Tum vero pia mulier Sancti meritis beneficium adſcripſit, gratias ei ſæpius agens, venientique cum ferro candente medico filium ſanum & curatum exhibuit.

atque alter, cui candens ferrum parabat medicus.

F

Turbo totã urbi exitialis futurus

47 *Sunt & alia in quibus univerſam civitatem Leocatam ſibi Sanctus obſtrinxit: puta quod* ab annis circiter viginti, *ut depoſuit* Don Joſeph Carletto, Sacerdos ſecularis ætatis annorum ſexaginta quatuor, *teſtis* XIV, die XXII Septembris, cum circa tertiam matutinam imber vehemens cum maximo ventorum impetu totam commoviſſet civitatem; poſt longioris temporis moram ceſſavit quidem feralis

EX PROCESSUBUS.

feralis tempeſtas, ſed cum ruina pauperis eccleſiæ S. Angeli, cujus primum ſecundumque tectum turbo procelloſus abſtulit, violentia tanta, ut trabes tabulæque trans fluvium jactarentur: nec tamen extincta eſt lampas quæ ſupra ſacras reliquias ardebat.

ſiſtitur in eccleſias Angeli & teſtū amſert.

Contigit autem ut una ex trabibus ab eccleſia ſublatis caderet ſupra domum ipſius teſtis, quæ poſt tribunam tunc erat: quare miraculo viſum eſt poſſe adſcribi, tum ſpecialiter quod domeſticos omnes non oppreſſerit ruina, tum univerſim quod toti reliquæ fere civitati turbo feralis pepercerit: quaſi damnum omne in ſe recipiente Sancto, & ſui tecti diſſipatione redimere volente omnium cladem. Id quod agnoſcens Protectori ſuo grata civitas, decrevit magnam pecuniæ ſummam impendere ad reſtaurationem ruinæ, contribuentibus ad id circumjecti ruris populis, ac nominatim ipſius Sancti Societate. Atque hæc ſe ſcire ait ipſe teſtis, quod ab annis circiter viginti ſeptem ipſius eccleſiæ Capellanus fuerit, cum necdum ibi eſſet conventus Carmelitarum.

ſalvo ſub ruinis militc

Eadem de procella, raptis trans flumen trabibus, tectoque collatis impenſis reparato, dixit Franciſcus Grugno, ætatis annorum XLV, *teſtis* LXXXIV; *& addidit, quod* eadem procella, in militum contubernio tugurium unum ſubruit, ſub quo deprehenſus

B

Hiſpanus miles, ſeque commendans S. Angelo, vitam ſervavit; ſalvus eductus de ruderibus, ad omnium qui confluxerant ſtuporem maximum. *De lampade vero inextincta, præter ipſum, etiam teſtimonium dedere* Joannes Baptiſta Formica, ætatis annorum quinquaginta octo in circa, *teſtis* XCVIII, *&* Marcus de Averna, ætatis annorum ſexaginta quatuor, *teſtis* XCIX, tunc ipſius civitatis Juratus.

& lampade inextincta.

Turcici pirata acceſſu prohibentur,

48 *Valde etiam notabile eſt quod continet* relatio Rever. Sacerdotis Secularis Don Angeli Royz, Delegati & generalis Procuratoris fiſcalis per totam diœceſim Agrigentinam, ætatis annorum quadraginta in circa, *facta* die XI menſis Februarii MDCXXVI. *Hic cum dixiſſet*, quod infinita S. Angeli miracula referre ſolebat ſuus qu. Pater Antonius Royz, qui ſi nunc viveret ſuperaret ætatis annum centeſimum decimum; Inter alia autem referebat, inquit, quod naves quædam Turcicæ ſæpius maria iſta ingrederentur, redacturæ in ſervitutem quoſcumque reperiſſent Chriſtianos, ſed non potuerint terram capere aut damnum quale moliebantur inferre. Accidit quoque anno MDLIII ut claſſis Turcica, fœderata claſſi Regis Franciæ in qua militabat Princeps Salernitanus, Regis Catholici majeſtati rebellis, portum ad Leocatam caperet; unde egreſſi in civitatem Turcæ omnia quidem alia templa violarunt aut combuſſerunt, eccleſiam autem S. Angeli non fuerunt auſi attingere, ſed indemnem dimiſere; quamvis ſacrarum ipſius Reliquiarum arca, provida Magiſtratuum cura, ſubducta eſſet periculo, deportata ad quaſdam ædes, à corda nigra nuncupatas, ſeptimo ab urbe milliario.

alias à Sancti templo violando abſtinent.

C

49 Abducti autem in ſervitutem tunc ſunt cives aliqui, cum iiſque pater ipſius teſtis, qui poſtmodum in libertatem aſſerti ac reverſi in patriam, retulerunt, mancipatos ſe fuiſſe piraticis navibus ad hæc littora navigantibus prædæ cauſa, quibus præerat Rayz Adragutius, octodecim triremes probe armatas ſub ſe habens, qui huc volens appellere contrariis ventis identidem fuit repulſus: tandemque remorum violentia canalem ingreſſus, noctu expedivit tribunos aliquot cum ſcaphis, ut terram caperent iſtic ubi incuſtoditam invenirent. Hi vero repererunt in littore ſupra petram Fratrem Carmelitanum piſcantem, ſibique dicentem, Quo tenditis, filii? non videtis quoniam tota civitas in armis eſt? digitumque intendens, Videte, inquit: & viderunt Turci totam civitatem velut facibus collucentem, cum magno ſtrepitu armorum equorumque: ideoque in ſuas ſcaphas ſe receperunt: ac nihilominus ad civitatem propius accedentes, eadem viderunt audiveruntque diſtinctius. Sed & Fratrem Carmelitanum, quicum erant locuti, inclamantem cuſtodes murorum intellexerunt; ideoque proditos ſeſe rati, trepide ad ſuam claſſem rediere, ſingula nuntiantes duci ſuo Rayz. Hoc vero non ſemel ſed ſæpius accidit, uti referebat ſuus qu. pater, ipſeque teſtis ex variis Leocatenſibus audivit à Turcica captivitate elapſis.

alias ab ipſo Sancto apparente terrentur.

D

CAPUT V.

De oleo & aqua ex loco ſepulturæ ſcaturiente & pluribus etiam exteris ſalutari, atque adjutis parturientibus.

50 *Paulo ante nominati teſtis* Don Angeli Ruyz *longævus* pater; qui ſæpius fuerat Rector Confraternitatis, in eccleſia S. Angeli antiquitus conſcriptæ, inter alia ſolebat commemorare, quod aliquando circa altare majus prædictæ eccleſiæ ſcaturierit oleum, quo omnis generis infirmitates curabantur: item quod ſæpius ſoleret commoveri aqua fontis, ad quam commotionem quotquot concurrebant infirmi ſeſeque abluebant, certam ſanitatem ſoliti erant referre; quemadmodum, *inquit ipſe teſtis*, etiam nunc quandoque accidit, cum maximo plurium ægrorum ſolatio. *Et de oleo quidem*, Magiſter Angelus Mortillitto ætatis annorum centum unius, *teſtis* LVII, dixit ſcire, qualiter ante annos circiter ſeptuaginta, ipſomet præſente & qu. Don Jacobo Acomando eccleſiæ Capellano, illud effluxerit, quemadmodum etiam fluxiſſe alias ipſe teſtis in eadem eccleſia viderat, nec non audiverat à ſenioribus Leocatenſibus. Tum vero ad famam ebullientis olei concurriſſe multos infirmos, qui eo uncti ſalutem recipiebant: inter quos ipſe teſtis recordatur fuiſſe puellam quinquennem, filiam Nicolai Schembri hortulani, cui latus unum exaruerat, quare in ipſo loco ſe ponens unde oleum profluxerat, eoque ſuum latus ungens, confeſtim accepit ſanitatem.

E

Oleum in eccleſia S. Angeli ſæpius ſcaturiſſe

affirmat teſtis centenarius.

51 *De miraculoſa fontis commotione, teſtis prodeat is, qui mortuo primo Priori P. Sebaſtiano, poſt Octobrem anni* MDCVI *proximum Prioratum tenuit per quinquennium,* Pater Fr. Vitus Guglimotta, Sacerdos Carmelita, ætatis annorum ſexaginta unius in circa, *in ordine teſtium productorum* IX. *Aſſeveravit hic, eam commotionem ſui regiminis tempore accidiſſe, aque ac antea ſæpius, & multos ſanitatem recepiſſe. Similiter* anno MDCXVI die VIII Aprilis, cum Priorem ageret Pater Fr. Melchior Labiſo *teſtis* VIII, aqua commota eſt: ad eamque commotionem venit inter alios Angelus quidam Hernandez, privignus Antonini Infantini, utriſque pedibus aridus; qui eadem ablutus aqua, recepit libere gradiendi facultatem, fulcra ſua axillaria ad memoriam beneficii in eccleſia relinquens. *Quod ipſum affirmat teſtis* XV, *mox infra nominandus*, qui præſens adfuit, fulcra ſuſcepit, eaque appendit in capella cum aliis, ubi pendent adhuc. *Adoleſcentis infirmitas qualis fuerit optime explicabit ejus mater, teſtis* LXXVIII, *nomine* Paulella, annorum quinquaginta, olim uxor qu. Antonini Infantini, & ad præſens uxor Mag. Angeli Jacopinelli. Habebat ea ex primo marito Thoma Hernandez filium Angelum, tunc annorum tredecim adoleſcentem, qui ex vitrici ſui qu. Infantini prædio revertens, ipſo Infantino adhuc vivente, à cinctura deorſum paralyticus

Fons S. Angeli miraculoſe commotus poſt an. 1606.

F

& an. 1616

quando per eam ſanatus eſt juvenis paralyticus.

A paralyticus erat, dicens, quod talem ſe inveniſſet, mane à ſomno ſurgere volens. Nihil autem proficientibus quæ conſulti medici varia applicabant remediis, accurrit ad opem S. Angeli petendam; filium, quia ambulare non poterat, primum eo deferens; deinde adducens, aptatis ei per modum crociarum duobus baculis, quorum uſu greſſum aliqualiter promovebat. Duravit ea calamitas menſem integrum & dies aliquot, non ceſſante matre Sanctum invocare & filium ipſius aqua lavare. Tandem intelligens commotâ aquâ patrari miracula, detulit eo filium, & ejus ſanitatem petiit tanto affectu quanto afflictiſſima mater poterat, neque de referenda gratia hæſitans. Non fuit tamen eo die ſanatus æger, ſed relatus die poſtero ſubitum toto corpore vigorem recepit, actiſque gratiis & baculis in capella relictis, cum lætante matre lætiſſimus abiit.

52 *Prædicto anni* MDCXVI *motui atteſtatur etiam* Pater Fr. Gaſpar Gabulius *teſtis* X; *ſub quo poſtmodum Priore anno* MDCXIX *die* XVII *Aprilis feria* IV, *rurſum commota eſt eadem aqua, prout teſtatur tam ipſe prænominatus Prior quam qui primus miraculi recurſum obſervavit, tunc eccleſiæ Sacriſta*, Pater Fr. Michael Gentili, *& anno 1619*

B Sacerdos Carmelita, annorum XXVIII, *teſtis* XV. *Refert hic, quod dictis anno & die*, mane ſurgens ut eccleſiam aperiret, quemadmodum conſueverat, invenit aquam d. fontis vehementer commoveri, adeo ut maxima cum abundantia efflueret totamque eccleſiam humectaret. Invenit etiam lampadem, quæ *lampade per miraculum accenſa* juxta fontem accendi ſolet, quamque ipſe pridie veſperi extinxerat, urnæque impoſuerat, inde ſublatam ſuumque in locum demiſſam ardere: quod ei admirationem magnam attulit, cum potius iſto in loco ebullientis aquæ aſpergine extingui debuiſſet. Ergo ſtupore ac terrore plenus aſcendit ad dormitorium, & vocavit Priorem, ipſi ac reliquis Fratribus narrans quæ acciderant. Qui cum pariter ad eccleſiam accurriſſent, omniaque ut Sacriſta narraverat comperiſſent; juſſit Prior pulſari campanas, prout in ſimili aquæ iſtius motu fieri mos eſt: ad quem ſonum factus eſt populi totius concurſus ac ſpectabilium Juratorum, qui continuo juſſerunt cantari ſolenne Sacrum, mortariola explodi, aliaque fieri in ſolennioribus feſtivitatibus ſolita. Hac autem occaſione vidit ipſe teſtis Paulillam uxorem Marci Grancina, quæ à multis annis ſpiritu immundo vexata, poſt horrendos clamores velut exanimis concidit in capella Reliquiarum: pauloque poſt ſurgens ſanam eſſe ſe liberamque à dæmoniis aſſeveravit, per intereceſſionem ſancti Martyris: ac beneficii monumentum attulit tabellam, quam ipſe teſtis in capella fixit. *quando liberata eſt energumena,*

C 53 *Eadem de aqua & lampade, ſuâ relatione aſſeruit præfatus Prior, additque miraculum iſta occaſione patratum in Laurea Palumba paralytica, de eo ſe inaudiviſſe dicens. Ex propiori ſcientia teſtis* XCVIII, Joannes Baptiſta Formica annorum LVIII, *depoſuit* quod ipſam Lauream Palumbam vidit ante portam eccleſiæ, quæ aſſeverabat ſe fuiſſe paralyticam, & aqua ipſius fontis pridie commoti uſam ad corpus abluendum, integre fuiſſe ſanatam. Ipſe autem de eadem aqua aſſerit quod multi eam hauriant, & devotionis ergo ad longinquas etiam regiones deferant. Idque ſcit tamquam aliquando Juratus hujus urbis, cui ſæpe contigit publico civitatis ſigillo obſignare vaſcula; & tamquam vicariam portus Præfecturam pro ipſa civitate gerens, qui vidit multas naves, frugum aſſumendarum cauſa appulſas, ex eadem aqua implere vaſa ſecumque auferre: item velut qui ſæpius ex eadem aqua Panormum deſtinarit ad Don Aloyſium Maeſtro-Antoni Equitem habitus S. Jacobi, & S. Angeli ſtudioſo cultori: qui ipſam maxima cum inſtantia poſtulabat, ipſique teſti per litteras ſignificavit, quamplurimos extitiſſe qui maxima ac prorſus ſingularia beneficia per aquæ iſtius lotionem impetrarint, potiſſimum tempore ultimæ peſtilentiæ, quæ civitatem illam graviſſime afflixit: & nominatim Marchioniſſam Gibellinam, ipſius D. Aloyſii conſanguineam proximam, cujus ſalus propter gravem oculorum infirmitatem à medicis deſperata habebatur: jamque prorſus cæca erat, quando de d. aqua accepit à D. Aloyſio ſimul & lucem: in cujus beneficii monumentum par oculorum argenteorum, quos ſibi à D. Aloyſio miſſos, ad eccleſiam S. Angeli ipſe teſtis detulit, coram arca reliquiarum fuiſſe appenſum. *Aqua ea copioſe effertur à Juratis ſigillata:* EX PROCESSU MS. *per eam cæca illuminatur,*

54 *Similiter teſtis* XVII, Joannes Jacobus la Scalia, ætatis annorum LXXV, *inter alia* tamquam qui ſæpe fuerit Juratus, deponit, quod idem ſigillandi obſequium in gratiam extraneorum haud raro impleverit, ac nominatim quando totius Ordinis Carmelitani Generalis eam gratiam poſtulavit à civitate, quæ ipſi per quamdam navem quatuor vaſa deferenda decrevit, quod & factum fuit ipſo teſte curante. *Neque ea res nova eſt aut hoc ſeculo primum fieri cœpta: nam teſtis* XIX Artium ac Medicinæ Doctor, Joſeph de Raymundo, ætatis annorum LXI completorum, dixit, quod cum ipſe ſtudiorum cauſa ante annos quadraginta verſaretur in civitate Barcinonenſi, ſeque dediſſet in ſocietatem quorumdam Catalanorum; unus eorum, Joannes Grial nuncupatus, dixit ipſi teſti, Habetis in veſtra civitate eximium Sanctum & miraculis illuſtrem, videlicet S. Angelum Martyrem Carmelitanum. Viditque eodem tempore iſtuc navem appellere, quæ aſſumptis Leocatæ frugibus, à Portus Præfecto plura vaſa acceperat aquæ de fonte S. Angeli, ſigillata à Juratis Leocatenſibus, quæ cum aſperſa eſſet ſuper oculos cujuſdam cæci, cœpit ille ſtatim lucem aſpicere: quidam etiam brachio mancus eodem remedio ſanitatem obtinuit; factoque ad eamdem participandam concurſu infirmorum, grandia quam plurimis obtigerunt beneficia. *mittitur ipſa ad Generalem Ordinis Stratium,* E *eadem Barcinona multis prodeſt,*

55 *Teſtis etiam* XVIII, Artium & Medicinæ Doctor Franciſcus Safilla, ætatis annorum LX circa, oriundus civitatis Placentiæ..... Vidit ante annos circiter XXX, Raguſinos aliquos inſtitores, poſtquam frumento ſuas naves hic oneraſſent, aſſumere ſecum vaſa, ut dictum eſt, ſigillata, eaque in ſuam regionem transferre. *Sed audiendus imprimis teſtis* XLI Laurentius Burgius ætatis annorum XLIV, oriundus inſulæ Melitæ, civis Leocatæ cognitus, *qui* narravit, qualiter ab annis circiter duodecim, à prædicta inſula ad civitatem Leocatam venerit Vincentius Vaſſallus, Melitenſis, privignus ſui qu. patris Benedicti Burgii, ipſi teſti amiciſſimus: cum quo teſtis ipſe de rebus & negotiis variis egit, iiſque expeditis, congruum credidit amicum deducere ad eccleſiam S. Angeli; ubi, poſt adoratas Sancti reliquias, oſtendit ei fontem in medio eccleſiæ exiſtentem, dixitque eum iſtic prodiiſſe, poſtquam inde ſublatum eſſet S. Angeli corpus; multoſque tam cives quam externos illius aquæ uſu maximas gratias divinitus obtinuiſſe, & à quacumque infirmitate ſanatos eſſe. Si ita eſt, inquit Vincentius, volo ex ea mecum deferre Melitam & experiri num per illam reſtituendus ſit viſus uxori meæ, jam à biennio cæcæ per quemdam defluxum ſupra oculos, in qua curanda medicorum omnium Melitenſium fruſtra deſudavit induſtria. Faceret ſane ſubintulit Franciſcus, eique manu propria implevit vaſculum; & ſic Melitam renavigaturum dimiſit. *expetitur à Raguſinis,* F *eamdē auferens mercator Melitenſis*

56 Poſt annum ab hinc unum & dimidium ve-

EX PROCESSU MS. *uxoris ſuæ viſum inſtauratum profitetur:*

nit rurſum Leocatam Vincentius, & ut primum ſe applicuit ad ipſius teſtis domum, Domine, inquit, Laurenti, eamus ad eccleſiam S. Angeli: volo enim ante ejus reliquias curare Sacrum celebrandum; quia dum uxoris meæ oculos, olim, ut noſtis, cæcos, tertio aqua ea abluiſſem, quam te præbente hic mecum abſtuli; lumen illa recepit, & æquum eſt me eo titulo gratum eſſe. Grandem ſane & miraculoſum Sanctum hic habetis. Dictum, factum. Curatur Miſſa, repatriat Vincentius. Hoc autem proxime elapſo Majo, cum à Melita inſula rediviſſet Mag. Georgius Gattus, eumque Laurentius de ſuo amico Vincentio interrogaſſet, reſpondiſſetque Georgius, optime valere ſeque hoſpitio ejus uſum eſſe: Ergo, inquit, Laurentius hoc etiam mihi dicite, quomodo ſe habeant oculi uxoris ejus. Habet eos, retulit Georgius tam claros atque formoſos quam ulla mulier totius inſulæ, ipſaque mihi dixit cæcos prorſus fuiſſe, ſed illuminatos aqua S. Angeli, quam ſuus maritus Leocata attulerat. Cognovit itaque teſtis prænominatus omnino verum eſſe, quod ſibi de ſanatis uxoris ſuæ oculis dixerat Vincentius, & novas Deo ac Sancto ejus gratiarum retulit actiones. *Pari certitudine retulit teſtis ſequens jamque ſupra nominatus*, Doctor Joſeph de Raymundo, quod elapſis annis non plus quam quatuor, miſerit in civitatem Terræ-novæ ad ſuam ſororem Margaritam Bonaſiam, maligna febre laborantem, vaſculum ſimilis aquæ: quæ eo in potu uſa, brevi tempore perfectam recepit ſanitatem, abſque eo quod d. ſorori ſuæ remedium aliud ipſe teſtis applicuiſſet.

eâdem ſanatur febricitans,

B

57 *Notabile eſt autem hoſce duos teſtes fuiſſe Medicinæ Doctores, qui non facile ſolent ſupernaturali gratiæ adſcribere infirmorum curationes:* Medicinæ *etiam* Doctor & ſimul Sacerdos *fuit* Don Horatius Contrera *teſtis* XLII, *qui inter alia* aſſeveravit, quod toto viginti quinque annorum tempore, quibus medicum profeſſus Leocatæ vixit, in difficilioribus quibuſque caſibus, cum neque in arte ſua neque in remediis ſpem haberet reliquam, ſolitum ſe iis quæ applicari jubebat remediis, modo de oleo lampadis, modo de aqua fontis admiſcere aliquid, & infirmos hac ratione plurimos ſervatos in vivis, cum ſua aliorumque circumſtantium admiratione, potius adjutorio Sancti quam applicitis medicinis eam gratiam adſcribentium. Aſſeveravit etiam ipſe teſtis, quod in multis malignis febribus, cum jam letale frigus, non ſolum extremos artus, ſed totum occuparet corpus, immiſſis in os morientium aliquot guttis iſtius aquæ, rediiſſe eos ad vitalem calorem, ad loquelam pridem amiſſam, ac denique etiam ad ſanitatem penitus deſperatam. Aſſeveravit denique multas mulieres gravidas, quibus vel tranſverſus in utero fœtus vel etiam præmortuus citius mortem promittebat quam partum, poſtquam aqua illa vel aſperſæ eſſent vel lotæ, abſque ulla ſua noxa enixas eſſe aut viventem aut pridem fœtentem conceptum, præter omnem naturæ ordinem ac medicinæ rationem. Et hæc ipſe ſcire dicit; ut qui artem ſuam exercendo, ipſa quæ dixit miracula ſuis tractarit manibus & oculis uſurparit.

ipſam medicinis ſuis admiſcens quidam

oleo lampadis adhibito

C

morbos deſperatiſſimos curat.

teſtatur adjutas parturientes.

58 *Creſceret in immenſum hoc caput, ſi gratias omnes, per uſum ſalutaris iſtius aquæ impetratas, hic vellem congerere; potius, quod ab oleo cæpit, etiam in oleo finiatur, & ſimul exemplum aliquod adjutæ per S. Angelum puerperæ proponatur. Dabit hoc nobis* Flavia ætatis annorum triginta in circa, uxor Matthei Reciputo, *teſtis* LXIX. *Hæc* menſe Majo proxime præterito, ipſo feſto glorioſi Martyris, conſtituta in labore partus, in quo jam triduo perſeverarat, cum ſeſe jam jam liberandam crederet, emiſit maximam copiam ſanguinis, adeo ut brevi animam redditura crederetur: ideoque mandarunt medici, ut extrema ei Sacramenta miniſtrarentur. Ergo tam parturiens ipſa quam Baroniſſa de Monte-claro, tunc ibidem præſens aliæque circumſtantes, Sanctum, cujus tunc feſtum agebatur & ſolennis circumducebatur proceſſio, pariter cœperunt orare, ut hoc ſuo die ſuccurreret afflictis. Tum Confeſſione peracta & Viatico ſumpto, juſſit Flavia de lampade, quæ ante ſacras Reliquias ardere conſuevit, oleum peti: quo allato & ad corpus admoto, prodiit continuo filius mortuus. Sed & hic voto ad Sanctum emiſſo poſt tres horas revixit, & ſine mora baptizatus vocatus eſt Angelus, vivitque etiam nunc ſanus & ſalvus. Puerpera vero, multum licet ex ſanguinis amiſſione debilitata, poſt conſuetos tamen dies ſurrexit de lecto, ad eccleſiam S. Angeli venit pro agendis Deo ac Sancto gratiis, Miſſam ibidem cantari fecit, & tabellam beneficii impetrati teſtem appendit, quæ ibidem nunc quoque viſitur.

D

facilitatur partus deſperatus

& fœtus mortuus ſuſcitatur.

59 *His anno* MDCXXV *notatis addamus etiam, propter argumenti identitatem, quod continet* Relatio Clerici conjugati, Don Joannis Franciſci Attardo, Mag. Notarii Curiæ Spiritualis Leocatæ, *qui* XV menſis Martii, MDCXXVII narravit, qualiter menſe Februario proxime præteriti anni MDCXXVI, diem præciſe non recordatur, gravida Armenia de Atardo & Averna uxor ſua, ad dolores partus adducta, parere non potuit: quare domeſtici omnes atque imprimis relator ipſe cœperunt beatiſſimam Virginem Mariam invocare, ut deſideratum partum ſibi largiretur. Aggravabantur nihilominus cruciatus, adeo ut præter extremum ſpiritum non expectaretur quidpiam. Aderant proinde obſtetrices omnes ac medici civitatis, quorum commune judicium erat, per ea quæ ſe exterius prodebant ſigna, mortuum eſſe fœtum. Jam intumeſcere parturiens cœperat, & certo putabatur extinguenda: quare ipſa Armenia ejuſque maritus & ceteri omnes converterunt ſeſe ad S. Angelum, de cujus veteri arca ſervatum fruſtillum impoſuerunt moribundæ: &, ô miraculum! ipſo inſtanti enixa eſt Armenia filium mortuum, exindeque cum familia univerſa ipſi Sancto devotiſſima vivit. *Nunc quæ ſuperſunt enarranda miracula aut beneficia incipimus in certas claſſes diſtribuere, ne materiæ ſimiles abſque ordine vagentur, inter diſſimilis argumenti exempla diſperſa: quamvis diſſimilia quoque in hoc fere conveniant quod vel in Proceſſione aut ſaltem in feſto aliquo Sancti ipſius facta ſint, vel adhibita aqua oleove, vel ſimplici Martyris glorioſi invocatione.*

E

per fruſtillū de area.

F

CAPUT VI.

A periculis maris, piratarum ac fluviorum S. Angeli meritis eruti.

60 JOannes Jacobus la Scaglia, ætatis annorum LXXV, *teſtis* XVII, dixit, quod ſi vellet narrare beneficia & miracula, quæ proceſſionibus publicis aſſiſtens vidit, tempus ſibi omnino non ſufficeret; unum præcipue relatu dignum ſibi videri aiebat, quod accidit ab annis circiter quadraginta, cum Jurati munere fungeretur. Cum ipſe in die feſto S. Angeli celocem conſcendiſſet, celocibus aliis pro premio certaturis ſignum curſus inchoandi daturus; ſupervenit navis, Meſſina, uti præferebat, adveniens, cujus vectores requirebant à dictis celocibus ipſoque Jurato, quid ſibi vellet tantus in mari celocium numerus, tanta in littore ſpectantis populi multitudo. Quibus ipſe nominatim reſpondit, Hodie

circa annū 1585 feſto S. Angeli

A die eſt feſtum S. Angeli glorioſi, Protectoris noſtræ hujus civitatis, cujus honori terra marique certamus, poſito victoribus præmio; & his jam nunc ipſe, tamquam Juratorum unus, ſignum dare veni. Illi autem de navi, Ergo verum eſt, inquiunt, quod nobis Dominus Naſca narravit. Ipſo vero teſte interrogante, quid illi inter ſe loquerentur; Domine, inquiunt, grande hodie miraculum contigit. Venientes enim Meſſina cum hac navi, quando ſolum aberamus à portu veſtro ad quinquaginta paſſuum millia, circa auroram vidimus lignum ſupra quod erant perſonæ duæ: quibus propiores facti agnovimus carinam inverſæ navis, indeque miſellos ad nos recepimus, præſentique periculo vitæ exemimus.

ſupra carinã inverſa navis periclitantes

61 Cœpimus deinde interrogare, quid eis acciderat: illi vero reſponderunt: Heri veſperi cum hac noſtra navi ſolvimus Melita Leocatam verſus, cumque ingreſſi eſſemus canale, & velum *a* torqueremus, inverſa eſt navis, & quotquot ea vehebantur, alius alio ligno nixus, natare ad littus tentaverunt, neſcimus quo ſucceſſu: nos autem natare neſcientes carinæ adhæſimus, in eaque manſimus tota nocte uſque modo; jamque eam cogitabamus dimittere, noſque committere Deo & fortunæ: ſed

a

B noſtrum unus, iſte ſcilicet Dominus Naſca, Maneamus, inquit, frater, & fidamus S. Angelo glorioſo, cujus hodie feſtum cum ſolenni reliquiarum traductione agitur Licatæ quo navigabamus: multa is quotidie miracula patrat, quemadmodum ego novi, ſæpe multumque in ea civitate verſatus: opitulabitur haud dubiè etiam nobis. His dictis, vidimus album quid ſupra mare inſtar columbæ, quod verſus nos veniebat; ipſam ſcilicet navem veſtram, quæ quoad prope nos acceſſit continuavimus lacrymas, vota, & gemitus, S. Angelum invocando: atque ita nobis ſperata ſalus per vos obvenit. His auditis juſſit ipſe teſtis ut d. Dominus Naſca cum ſocio in celocem ſuam tranſiret, datoque curſuris ſigno quod præſtolabantur, revertit ad terram, exponens omni populo admirabilem iſtum caſum, communemque lætitiam narratione ejuſmodi vehementer exaggerans. Tum miſeros naufragos juſſit reſpectu Sancti veſtiri de publico, & ad eccleſiam duci, ubi ſatiari non poterant oſculando pavimentum & gratias agendo. Dicit autem ipſe teſtis, quod plurima alia de variis navibus, à periculo naufragii vel Turcorum erutis, poſſet recenſere, niſi ſilentium ſibi indicerēt affixa parietibus ſacelli anathemata manicarum, catenarum & tabellarum, ad perpetuam acceptorum beneficiorum memoriam.

invocato Sancto

ſervantur incolumes.

C

62 Angelus de Accolla, *teſtis* XXV, recordatur quod ab annis circiter viginti quinque, celox Turcica, quinque milliariis procul ab hac urbe excenſionem fecit, in quamdam ſtationem dictam *b* Joannis Gargani, in nocte feſtivitatis S. Angeli, ceperuntque captivos Licatenſes duos, Franciſcum de Labiſo, alias lo Vecchio, & Franciſcum Antonii, alias Patacca, in præſentiarum mortuos ambos: quos cum in ſuam traxiſſent celocem, ſub initium diei inventi ſunt ſupra hanc civitatem haud procul à *c* Lorgitore, ſic dicto loco. Dum autem proceſſionalis pompa duceretur, exaudiebatur ſcloporum fragor ex caſtello regio hujus urbis, ut ſolet: quo excita Turci, à dictis Chriſtianis ſcire voluerunt, quidnam in urbe ipſarum ageretur. Reſponderunt illi, feſtum agi S. Angeli Protectoris Leocatenſium, miraculorum gloria illuſtris. Quibus Turci, Si miraculorum faciendorum virtutem haberet veſter Sanctus, non utique vos à nobis capi permiſiſſet. Econtra Chriſtiani, Credimus, inquiunt, Deo & Sancto, quod non patientur nos in Barbariam abduci, ſed brevi ſimus à ſervitute liberandi. Sub hæc pretexrita civitate paulatim ad Xichilis littora acceſſit celox, cui ſupravenientes triremes Melitenſium Syracuſis profectorum, piratas ceperunt & prædictos duos Chriſtianos aſſeruerunt in libertatem: qui ſubito cum ſcapha in littus expoſiti, feſtinaverunt ad templum ſui liberatoris, ad referendas ritè gratias: adhuc enim expoſitæ ſtabant ſuper altare Reliquiæ, quippe infra Octavam feſtivitatis, cum vix quatuor dies eſſent ab ipſorum captivitate elapſi. Et hæc narravit ipſe teſtis, ut qui ea ſæpius audierit ex ore dictorum captivorum. *Eadem prorſus narravit teſtis* LIII, Joſeph de Labiſo qu. Nicolai, tamquam proxime agnatus ipſi Franciſco, ex quo rem ſæpius audierit, & qui præſens fuerit cum ille & ſocius ejus exſcenderunt in terram, eoſque pro agendis gratiis ad templum eſt comitatus.

EX PROCESSU MS.

63 Patronus Joſeph Bonfuſſuto, *teſtis* LVI, dixit, quod ab annis viginti quinque, die XV Decembris, in feſto S. Barbaræ, ab hujus civitatis portu in mare ad tria milliaria cum aliis ſeptem naviculariis egrediens cauſa eruendæ unius anchoræ, quam poſt ſe reliquerat navis qu. Patroni Franciſci de Antoniis Licatenſis, tempeſtate jactata *d*..... Dumque d
hoc agens ſub ortum ſolis totis conniterentur viribus, inverſa eſt ſcapha: ſupra cujus carinam, ut melius potuerunt recepit ſe ipſe teſtis cum ſociis, inter quos erat ipſemet de Antoniis, d. navis patronus. Cumque in tam præſenti mortis diſcrimine conſtituti auxilium S. Angeli implorarent, nec tamen per horas omnino quinque à quoquam adjuvarentur; tandem unus ex iis qui fodiendi cauſa in agros egrediuntur, dum extra civitatem veniſſet ad eccleſiam S. Mariæ gratiarum, proſpexit eminus ſic periclitantes: atque ad littus recurrens cives admonuit de ferendo auxilio; qui continuo expediverunt ſcaphas duas, non tamen ita cito, quin priuſquam ad illos accederent ipſæ, quinque horæ fere integræ effluxiſſent. Interim vero ipſe teſtis cum aliis tribus, fidens quod terram poſſent natatu attingere ſe dimiſerat in mare, aliis ſupra carinam remanentibus, ſed frigore pene enectis. Dum ergo ſolvunt ſcaphæ à littore, natant illi; ſed ſpiritu paulatim deficiente, d. teſtis, quem voce non poterat amplius, ſaltem mente invocabat Sanctum. Quo vires præſtante, adnavit tandem ad unam ſcaphiarum, uti & alii tres: alia vero ſcapha, paulo longius progrediens, excepit quatuor reliquos: omnes vero ſimul poſtquam terræ redditi corpora ſiccarant & calefecerant, E
ad agendas Sancto gratias iverunt in templum, ubi d. de Antoniis eleemoſynam pro ſe & ſociis obtulit.

ſeptem nautæ navi everſa ſub mergendi,

invocato Sancto adjuvantur.

64 Mag. Torchinus Titta, *teſtis* LIV. dixit quod ab annis circiter viginti, exiſtens in navi quæ ſigna vehebat ex Dirillenſi *e* ſilva, ope S. Angeli evaſerint Turcicam ſervitutem. Cum enim ſuperveniſſet quædam Turcarum piratica, coactique eſſent terram verſus dirigere proram, nec eam ſat cito tenere poſſent, omnes ſe projecerunt in mare, natatu evaſuri. Secuti ſunt pariter natantes poſt eos Turcæ; à quorum uno multum velociori comprehendendum ſe videns ipſe teſtis, invocavit Sanctum: & converſo in aliam partem hoſte, liber evaſit; nec non ab aliis periculis pluribus, in quibus Sancti ſuffragium petiit & impetravit.

e

liberatur nauta capiendus à Turca

65 Patronus Franciſcus Guglielmotta, *teſtis* LV, dicit quod ab annis circiter octodecim, cum ſerviret in quadam navi pertinente ad Patronum Andream Groſſum Licatenſem jam defunctum, & die XI menſis Maji, quantum recordatur, hinc ſolvere vellent d. navem, onuſtam ſeptuaginta quinque vaſis vini, in Melitam inſulam deportandi; exorta eſt à meridie tempeſtas. Et quoniam in iſto littore

b ſimili die Licatenſes duo à Turcis capti,

c

non fruſtra confidunt ſe liberandos.

EX PROCESSU MS.

ſubſiſtere diutius navis non poterat, neceſſe fuit tranſire verſus Verduram: quo cum veniſſent decrevit patronus navis ibi non ſubſiſtere, ſed majoris ſecuritatis ergo verſus *f* Marſalam navigare. Ita proſequentes curſum ſuum Xiaccam ſuperarant, ſed caput S. Marci ſuperare non poterant. Dum igitur connituntur violentius..... *g* inclinata in latus navis impleta eſt aquis, quare eam fundum mox petituram cognoſcentes, ipſe teſtis cum d. qu. Patrono aliiſque navicullariis, qui omnes erant Licatenſes, in memoriam reduxerunt S. Angelum, & maximis cum clamoribus eum cœperunt invocare. Interea erexit ſe navis, & ipſi egerere aquam certatim aggreſſi, brevi ſe omni periculo liberos gratulati ſunt. Veſper tunc erat: mane autem facto & tempeſtate ſedata pervenerunt Melitam, indeque huc reverterunt, & capto littore iverunt ad templum S. Angeli, offerentes ibidem facem ceream cum tabella gratiæ obtentæ monumento, quæ etiam nunc in capella pendere cernitur.

Navis inclinata & mox ſubmergenda

f

g

erigitur ſalvaturque:

66 Dixit etiam quod illius anni proxime ſequenti æſtate, eâdem in navi rediens Melita, cum jam in conſpectu Mazarellorum *h* Xichilenſe ſulcarent mare, ſuperveniſſe ſibi de nocte duas Turcicas celoces: quæ cum bis impetum feciſſent in navim, ipſeque patronus eum ſuis intelligeret non poſſe ſe vim ulteriorem repellere, ſæpius ſe commendaverunt S. Angelo: cumque ſclopos aliquot exploſiſſent verſus Turcas, ipſi alio ſe converterunt, dictamque navim dimiſerunt indemnem. Quare ſtatim ac terram tenuere, pro agendis ſuo liberatori gratiis ad eccleſiam ejus ſe conferentes, curaverunt Miſſam decantari, & periculi ſuperati teſtem tabellam ibidem dimiſerunt, uti hodie videre eſt. Atque univerſim teſtis hic profitetur, ſe in quocumque maris periculo poſitum, invocato Sancto ſperatam opem ſemper retuliſſe. *Eidem atteſtatur ſupra nominatus Ioſeph Bonfoſſuto, utriuſque periculi ſocius, & præmiſſam relationem verbotenus confirmat: ſecundi autem periculi particeps, teſtis* LIV, *idem etiam ſuæ relationi inſeruit.*

h

eadem liberatur à Turcis.

B

67 Recordatur præterea *jam dictus Ioſeph Bonfoſſuto*, quod ab annis circiter duodecim Meſſina veniens Leocatam, tamquam epibata, in jam dicta navi Andreæ Groſſi, cum veniſſet ad ſinum *i* Vindicari, in eo mari quod ab Avola cognominant nautæ Siculi; circa horam vigeſimam ſecundam diei, inimicum navigium *k* majus verſus ipſos curſum direxit, qui aliam navim Drepanitanam defenſionis gratia conducebant. Vento autem vehementius aſpirante, primum quidem navim Drepanitanam redegerunt hoſtes in poteſtatem ſuam; deinde ipſam, in qua d. teſtis cum jam nominato Patrono aliiſque navicullariis Leocatenſibus ferebatur, non deſiterunt perſequi uſque ad horam indicandæ ſalutationis Angelicæ: jamque præverterant eamdem, cum omnes auxilium S. Angeli cœperunt depoſcere, atque ut à tam preſenti periculo eriperentur orare. Et ecce ventus poſuit, adeo ut navigium inimicum uti velis ultra non poſſet: atque ita commoditas data periclitantibus eſt, ut dimiſſa navi omnes ſe in ſcapham conjicerent, remigandoque evaderent ex hoſtium frendentium manibus conſpectuque: & ſic ad eccleſiam S. Angeli pro gratiis de more agendis acceſſerunt, præter ſpem omnem humanam ſalvi.

i

k

C

Item alterius navis vectores dato elabendi ſpatio.

68 Patronus Joannes Dominicus Cavalcanti, oriundus civitatis Meſſanæ & civis Leocatenſis, *teſtis* LVIII, dixit quod ab annis circiter quinque, menſe Novembri, cum navim ſuam oneraſſet viginti quinque vaſis vinariis, hinc in Melitenſem inſulam devehendis; & inde peracto negotio ſalvus reverteretur, vento utens proſpero venit uſque ad ſtationem S. Mariæ in inſula del Gozo *l*. Quia vero tempeſtatem deteriorem fieri notabat indeque diſcedere formidabat, moram ibi traxit per horas fere tres ad mediam uſque noctem. Tandem tamen vela ventis dedit, & ad quindecim paſſuum millia provectus in mare, non potuit amplius ad prædictam inſulam retrocedere, vehementius incumbentibus à meridie ventis & Siciliam verſus compellentibus. Res erat periculi & laboris pleniſſima propter vehementiam ſævientis procellæ, quæ majorem navis malum ruperat & armamenta *m* quædam abſtulerat. Malus tamen, quamvis ruptus non cadebat, ſuſtinente, eum S. Angeli favore, quem aſſiduis invocabant precibus. Quin etiam cum fracto paulum poſt gubernaculo proximi naufragio viderentur, ferebatur tamen verſus Siciliam navis. Interim nautæ vectoreſque, de vita ſua actum rati, in ſignum animi pœnitentis, ſua ſibi invicem confitebantur peccata, uti hujuſmodi hominibus frequens eſt, & tempeſtate ingraveſcente non ceſſabant S. Angelum invocare.

D

Navis fracto malo & gubernaculo,

m

à tempeſtate & Turcis periclitans,

69 Hæc dum fiunt, adfuit oneraria *n* inimica mille ſalmarum, quæ minorem *o* Terranovanam ſuæ navis conductricem cœpit inſequi: cumque eam egiſſet uſque ad terram Siciliæ in mare Maſarellorum, ejus potiundæ ſpe depoſita, revertit ad ipſam dicti teſtis navim. Ubi inter gemina ventorum ac piratarum pericula deprehenſi nautæ, & inſtantius adjutorium S. Angeli flagitantes, viderunt onerariam, quæ ipſos facillime poterat comprehendere, nullo intentato damno prætervehi; neque dubitarunt quin id miraculo deberent adſcribere, quo inimicorum oculi fuerint obcæcati, ne prædam coram ſe poſitam viderent. Sæviebat tamen ut antea mare: ſed non impedivit quo minus navis terram in Sicilia caperet infra Xichilim in mari *p* Samperienſi. Et tunc primum malus cum velis in mare decidit: egreſſus autem teſtis cum ſociis, egerunt Sancto gratias; ibique relinquentes navim ſuam jam prorſus inutilem, iter ſuum terra proſecuti, Leocatam venerunt, ac pluribus vicibus ſanctas ſui liberatoris reliquias devote viſitarunt.

n

o

E

utrimque evadit, Turcis non viſa,

p

70 Mag. Horatius Raynel Melitenſis, *comparens* die XXXI Januarii MDCXXVI, dixit, quod Septembri proxime præterito venerit in navi Francica, cui chirurgi præſtabat officium, Alexandria Melitam. Ipſis autem Cretenſe mare tenentibus, exorta eſt tempeſtas fœdiſſima, cum ventis imbribuſque, ita ut de naufragio faciendo vehementer periclitarentur. Erat ibi inter alios mercator quidam Græcus, Joannes Baptiſta Ortonius nuncupatus, qui dixit ipſi teſti, Da mihi peram meam, quia ibi continetur fruſtillum de ligno veteris arcæ S. Angeli Martyris Carmelitani, quam mater mea Leocatæ accepit ac mihi dedit Melitæ, eſtque in multa devotione. Acceptum ergo fruſtillum è goſſypio cui involutum erat, juſſu d. Ortonii miſit in mare, poſtquam ſemel orationem Dominicam & ſalutationem Angelicam reciraſſet. Neque mora, ipſo inſtanti ceſſarunt venti pluviæque, & facta eſt in mari tranquillitas magna, interceſſione Martyris, cui ipſe teſtis cum nautis & vectoribus ceteris libenter gratiam retulerunt, cum Melitam appulere: unde poſtea ipſe teſtis cum Alexandrinis mercibus huc advenit, & gratiam ſibi factam publice notam eſſe voluit.

tempeſtas ſedatur

F

arcæ fruſtillo in mare miſſo.

71 *Eodem* anno MDCXXVI die VI menſis Martii, Marianus Lombardus, de civitate *q* Plateæ, modo hic Leocatæ repertus, ætatis annorum octuaginta in circa, dixit ſcire, qualiter die Mercurii proxime præterito die IV præſentis menſis, venit ipſe cum ſuo filio Petro ad ſectionem *r* fluminis hujus urbis. Quia autem nox ingruebat & pluvialibus aquis intumuerat rivus, ita ut navigari non poſſet; reduxit ſe ad diverſoria Sabbuci, quatuor circiter millaribus diſſita ab

q

r

in trajectu fluvii ſubmergenda

A ab urbe. Ibi cum noctem tranſegiſſent, decreverunt pariter vado tranſire in quodam loco Troſus dicto. Quod executioni mandantes primum filius cum difficultate tranſiit, equus autem ipſius teſtis, filium ſecuturi, cum in medium fluminis alveum veniſſet, devians à calle pridem ſtrato, cecidit, & cum eo ſeſſor ſuus; qui à tumentibus aquis mox abripi cœpit. Ergo ſuffocandum ſe ibi metuens, recordatus eſt quod ab ipſa civitate Platea, unde veniebat, inter alias merces ſecum ferret quaſdam candelas ex cera alba, ad uſum eccleſiæ S. Angeli Martyris: quem extemplo invocavit his verbis, S. Angele, adjuva me, quoniam candelas tuas porto. Ad hæc audita accurrit filius, eum in locum ubi profundum admodum flumen erat; arreptumque patrem extraxit è periculo, violentia tanta, ut omnino agnoſcat fieri non potuiſſe quod tantas vires filius ſuus haberet exereretque, niſi eas Sanctus ipſe ſubminiſtrarit; ideoque per ejus merita ſe liberatum agnovit ſervatumque in vivis, præcipue cum ipſe & filius ſuus ſint imperiti natãdi.

mirabiliter eripitur.

item puer in fontẽ Sancti lapſus.

72 R.D. Angelus Rayz (*ex quo ſequenti capite plura legentur*) dixit, quod ante annos aliquammultos, in vigilia feſtivitatis ipſius glorioſi Sancti, puer quidam Michael nomine, filius Caroli de Labiſo, decidit in fontem qui eſt in media eccleſia S. Angeli: & aquis tamdiu ſupernatavit, donec accurrerent alii, qui ſalvum & incolumem extraxere, dicentem, quod adſtiterit ſibi quidam monachus Carmelita, & manum pectori cadentis ſupponens prohibuerit ne mergeretur. Sunt autem millena hujuſmodi miracula ac beneficia, quæ ipſe teſtis dicit à ſe cognita prætermitti: qui ſpecialiter S. Angelo devotis plurimas miraculoſas curationes collatas, potiſſimum in die Proceſſionali, per ſe vidit ipſe, ac deinde ſcripto notavit, circa ſurdos, cæcos, claudos, mutos, hernioſos & energumenos, quoniam hæc cura ei demandata tunc erat. *Sed hujuſmodi ſcripta non vidimus, eaque ſola, quæ anno* MDCXXV *& deinceps legitime atteſtata fuerunt, pergimus conſequenter per capita aliquot digerere & diſtinguere.*

B

ANNOTATA.

a *Ita per conjecturam verti, quod lingua Sicula ſcriptum erat*, Volendo noi fare il caro.

b *Idiotiſmo Siculo* Cala, *quod nomen à verbo* calar *deſcendere, forte acceptum.*

c *Ecgraphi dubia ſcriptio facit ut hæream*, Lorgitoris *an* Sorgitoris *legi debeat.*

C

d *Textus Siculus ita plenius habet*, quale havea sferrato da ſorgitore per il mal tempo: *quibus ad verbum explicandis ſuppetunt quidem conjecturæ, ſed contrahere malui, ut certior explicatio habeatur ab alio, qui uſum habeat vocabulorum & phraſium, apud Siculos nautas uſitatarum.*

e Dirillus *fluvius in mare evolvitur circiter* 24 p. m *infra Leocatam, in eodem littore magis ad ortum: huic fluvio,* 10 *circiter milliariis procul à mari, adjacet oppidum ejuſdem nominis, atque ultra ipſum ſilva eſt.*

f Marſala *urbs Siciliæ, in Lilybæo promontorio: quæ autem hic notantur intermedia loca, deſiderantur in tabula iſtius inſulæ, hactenus defectuoſiſſima. Interim ſatis nota eſt* Sacca, *antiquis* Thermæ Seluntinorum, *ſub Epiſcopatu Agrigentino.*

g *In vulgari*, è mettendo li borini à prua: *quæ rurſum ſunt vocabula facci nauticæ propria, à qua petenda eorum diſtinctior explicatio.*

h Xichilis *urbs, ſatis nota in hoc opere menſe Aprilis, ubi die* 4 *dedimus Acta B. Guilielmi; nomen habet à* Xichili *fluvio; ad cujus oſtium, priuſquam Leocata veniens pertingas, occurrit vicus* Mazarelle, *notatus in tabulis circa oſtium Raguſæ fluvii.*

i Vindicaris, *in boreali promontorii Pachynæi angulo, in modum portus excavato ſinui adjacet: inter Pachynum autem & Syracuſas ſpectandum ſe præbet collis,* Avolo *dictus in tabulis, qui tractui iſti nomen dat.* EX PROCESSU MS.

k *In vulgari Siculo* Bertone, *quod ex vi augmentativæ terminationis* majus navigium *interpretari placuit: propius rem explicent Siculi.*

l *Latine* Inſula Gaudii *dixeris: adjacet Melitæ ad occidentem, pene è regione Leocatæ, cui dictæ inſulæ ad Meridiem ſunt, cum modico in Orientem flexu, & intervallo milliarium circiter* 60.

m *Nominatim*, il ſchivo, *nobis necdum nota vox.*

n *In vulgari, ut ſupra* Bertone.

o Terranova, *in eodem Siciliæ latere quo Leocata, ab hac Pachynum verſus diſtans* 16 p. m.

p Samperienſe mare *hic dicitur, à* vico S. Petri, *vulgo* Sampiero, *prope oſtium Xichilis prænominati.*

q Platea, *vulgo* Piazza, *pari fere intervallo* 50 *aut* 60 *milliarium à Leocata & monte Æthna diſtat, utrimque media.*

r *In vulgari* la Giarretta del fiume: *quod per conjecturam explicandum nobis fuit ex natura fluminis* Salſæ, *quarto ſupra Leocatam milliari in duo cornua ſe dividentis, & velut poplitem flexum repræſentantis. Francis certe poples* jarrette *dicitur, & terra ejuſmodi flexu intercepta etiam in noſtra Belgica lingua affinis ſignificationis vocabulo appellatur* ham, *id eſt*, perna, *per metaphoram ſcilicet: quidni ſimiliter &* Giarretta?

E

CAPUT VII.

A dæmonibus & beſtiis ferocientibus liberati ope S. Angeli.

73 MAg. Angelus Martolitto, *teſtis* LVII, ætatis annorum centum unius, dicit quod ab annis circiter ſexaginta, ipſe aliique ex familia Mag. Paſqualis Galia deportaverit in eccleſiam S. Angeli filiam ipſius Paſqualis Palmam, à dæmonibus vexatam, quam multi Sacerdotes exorcizando fruſtra fuerant conati liberare. In hac ergo eccleſia cœpit immundos ſpiritus adjurare Don Franciſcus Blondus, Sacerdos: cui non diu fuit laborandum: quia dæmones, aliquantulum reluctantes, cito confeſſi ſunt non poſſe ſe diutius eo loco perſiſtere, ubi eſſet corpus ejus Sancti, quem tantopere formidabant. Ergo in ſignum ſuæ egreſſionis juſſi ſunt tres lampades extinguere: quo facto d. Palma tunc & deinceps libera apparuit: reſque ut miraculoſa palam vulgata eſt. Eodem anno venit & alia mulier Jacobella nomine, uxor Angeli Locurri; & ipſa qua in eccleſiam inducta eſt hora, poſt adjurationes nonnullas, mundata fuit quietaque, ac ſi numquam impurum hoſpitem circumgeſtaſſet. Circa eadem vero tempora Leocatam venit quidam Melitenſis, Petrus appellatus, energumenus etiam ipſe: qui aqua fontis S. Angeli ſe abluens, ipſe à ſe dæmonem expulit; dumque eo egreſſo tantiſper decumbit in media eccleſia ſub majori fornice ſeque perfricat, ſuſtuſit eum de loco Jacobus Acommandus illius eccleſiæ Capellanus, & ex ipſo loco ubi cubuerat Petrus oleum vidit ſcaturire, *de quo vide initium capitis* 5.

Circa an. 1565 liberantur puellæ.

mulier

F

& vir energumenus.

74 Joannes Andreas Barbéri, *teſtis* LIX, ætatis annorum quinquaginta quinque in circa, civis Leocatæ, recordatur quod ab annis circiter quadraginta venerit Leocatam miles quidam Hiſpanus (nomen memoria excidit) qui vexatus à dæmoniis & opem S. Angeli expoſcens, intravit per majorem portam civitatis: ſed quærentem rectum iter verſus eccleſiam, ita in gradu fixit dæmon, ut nullius quantumcumque

circa 1585 miles Hiſpanus,

EX PROCESSU MS.

cumque robuſtæ manus poſſent illum è veſtigio movere, ſcientem ſe duci ad Reliquias Sancti. Dum ergo ſic obluctatur, concurrit populi multitudo maxima: & tunc velut flagello actus cœpit recta currere ad eccleſiam, is qui Leocatæ fuerat numquam nec viam interrogando didicerat. Secuta eſt eum multitudo non parva, in qua ipſe etiam teſtis erat, & eum aſſecuti, invenerunt ante portam majorem eccleſiæ moliri ingreſſum. Interea advenit Don Tullius Cirami Presbyter, ſolitus exorciſmos ſacros ſuper hujuſcemodi pronuntiare: quem ut vidit energumenus, ultro in eccleſiam introivit, ſeque in Capella ante Reliquias Sancti collocavit ut mortuum. Cumque eum d. Sacerdos loqui compuliſſet per exorciſmos, & dæmoniorum edici juſſiſſet nomina, ipſâque egredi ex obſeſſo corpore, & egredientia lampades ac luminaria eccleſiæ extinguere, facta ſunt quæ Sacerdos imperaverat, & miles apparuit prorſus liber, circumſtantibus omnibus Dei miſericordiam concordi clamore extollentibus.

poſt 1600 civis Leocatenſis

75 Horatius Contrera, *Teſtis* XLII, *Sacerdos medicus, de quo alibi*, teſtatur quod toto quo artem profeſſus eſt viginti quinque annorum tempore, viderit omni anno in die feſto ipſius Sancti, quo plurimi & varii infirmi concurrunt, & per totam Octavam ſanari multos eorum. Nominatim autem meminit cujuſdam obſeſſi civis Leocatenſis, adhuc viventis, cui domi propriæ ſacros exorciſmos impendebat pius Sacerdos Don Leonardus Re, nihil dubitans quin vere à maligno teneretur, eo quod varia ſecreta ſibi revelaſſet, & Latina loquens lingua diverſos Euangelii textus allegaret, aliaque evidentia ſigna ſuæ calamitatis daret. Cumque dæmonem tandem loqui coactum ſuumque & ſociorum nomina prodere, etiam ad dimittendum infelicem urgeret, reſpondit dæmon ad S. Angelum me deferte: nam illius, non tuo juſſu egrediar. Adductus igitur eo miſer eſt in feſto SS. Philippi & Jacobi, ſub quorum nominibus conſecrata ea eccleſia fuit: ibique abſque ulla vel patientis vel alterius cujuſquam noxa egreſſi ſunt dæmones, in ſignum diſceſſus extinguendo ſeptem lampades, coram frequenti multitudine, in qua ipſe teſtis ac pater ejus fuit.

B

an. 1623 mulier Panormitana,

76 Reverendus Pater Mag. Fr. Angelus Gatto, S. Theol. Doctor, Sacerdos Carmelita, *teſtis centeſimus*, aſſerit, quod cum à biennio Panormi per Quadrageſimam conciones haberet in eccleſia Conventus S. Mariæ de Monte Carmelo, à Mag. Joanne Conti Baullaro, cui tamquam uni ex confratribus Sodalitatis Panormitanæ S. Angeli obtigerat particula ex ligno veteris arcæ, quod Leocatenſis Sodalitas Panormitanæ miſerat, dictum ſibi fuiſſe, quod ipſe Mag. Joannes ejuſdem particulæ ſegmentum communicaverit cum quodam ſuo conſanguineo, qui illud devote domum ſuam detulit. Vix autem domus limen attigerat, quando ejus uxor cœpit in conſuetas ſibi furias agi, multaque incongrua dicere ac facere: nihil ad hæc commoto marito, qui prídè talia tolerabat, ſuperbiæ & impotentiæ muliebri iſta imputans. Verum tandem alia longè diverſa vociferationũ iſtarum cauſa patuit, quando magis magiſq; inſurgere viſa mulier, Quod, inquit, iſtud eſt lignum quod infers in domum? ejice illud foras, neque enim ipſum patiar hic manere. Tunc enimvero obſtupuit vir, certus uxori ſuæ non potuiſſe humanitus innoteſcere, quod ſecum tale quid haberet: quare jam ſuſpicari incipiens notam illam mulieris perverſitatem, non tam ipſius, quam diaboli ipſam poſſidentis eſſe, exorcizandam eam Sacerdotibus commiſit: quibus agentibus, palam ſe profeſſus eſt dæmon, & per S. Angeli invocationem coactus egredi, muliere deinceps, pro ſana ſe modeſte gerente. *Eadem confirmavit tribus menſibus poſt die* 11 *Martii auditus Ioannes Antoninus de Caci, qui ipſum ex ore ejuſdem Ioannis Conti audiviſſe aſſeruit.*

C

D

& juvenis Panormo Leocatam adductus,

77 Relatio Rev. Sacerdotis D. Angeli Royz, *facta* XI *Februarii* MDCXXVI, *ut ſupra dictum num.* 48, *primo loco antea alia habet*, quod cum ipſe, qui pro officii munere commoratur in curia Epiſcopali Agrigentina, per Natalis Dominici feſtos dies ad hanc ſuam patriam excurriſſet, venit ad ſe Mag. Vincentius della Villa Panormitanus, dixitque ſe habere nepotem, nomine Mag. Vincentium Palizzi, cui annis jam octo à dæmoniis vexato mederi non potuerant Sacerdotes & Exorciſtæ Panormitani, quorum plures fatigaverat: circumductum etiam per varia Sancta loca hujus regni Siciliæ ad illuſtriorum Sanctorum Reliquias, æque fruſtra; tandem rurſum Panormi in eccleſia S. Michaelis ſubjectum fuiſſe exorciſmis una cum pluribus aliis energumenis. Horum aliqui tandem loqui coacti, de Vincentio dixerunt, omnino nuſquam liberandum niſi Leocatæ ad invocationem S. Angeli Martyris: quare ipſe della Villa teſtem hunc rogavit, ut ipſe nepotem ſuum ſuſciperet, utpote ſicut audierat haud inexpertus adjurandorum dæmonum, & ejuſmodi caritate ſæpe cum miſeris poſſeſſis uſus. Nec recuſavit ipſe teſtis facere quod petebatur, ſolum condixit velle ſe ut ad eccleſiam S. Angeli adduceretur energumenus, ibique deſignarentur Religioſi duo, per quos eſſet legendis pſalmis litaniiſque juvandus.

E

in quem zelotypa meretrix dæmones immiſerat,

78 Ergo primo die præſentis Februarii eadem Dominica, d. teſtis cum poſſeſſo ſe ad eccleſiam contulit, factaque ante Reliquias Sancti oratione, ad declinandam popularem turbam deportari eum juſſit ad oratorium Sodalitatis, ubi proſtat antiquiſſima ſancti Martyris imago; ibique cœpit adjurare dæmonem atque conſtringere ut fateretur, quomodo illuc eſſet ingreſſus, qua de cauſa, quo numero, ac demum abſque patientis læſione diſcederet. Duri erant & protervi ſpiritus, nec ita facile ceſſuri loco; Sacerdote tamen exorciſmos continuante, & loquit in nomine Jeſu Nazareni Sanctique Angeli Martyris jubente, cùm ventum eſſet ad illa verba, Deum qui te genuit dereliquiſti; rugiens vociferanſque ſpiritus principalis, dixit ſe Beelzebub nuncupari, & habere ſub ſe quatuor ſpiritus, iſtic colligatos menſtruo ſanguine cujuſdam meretricis Panormitanæ, quæ alteri meretrici invidebat amorem iſtius Palizzi. Cumque obſeſſum teneret Sacerdos ſacra ſtola ligatum, petiit dæmon ut ſibi inducíæ darentur uſque ad feſtum Sancti. Verum nullas concedere volens Sacerdos urgebat ut illico egrederetur, ſeque in ipſa quam tunc aſſumpſerat forma exhiberet ſpectandum: & viſus eſt energumenus continuo in formam teterrimæ beſtiæ converſus, ſeque humi ſtravit proreptans ſerpentis inſtar, & querulis clamoribus inculcans, in nomine S. Angeli egrediendum ſibi eſſe: idque cum rugitu ac mugitu tanto ut circumſtantibus omnibus horrorem incuterent.

F

qui tandem exorciſmis victi

79 Invocabant omnes Sancti nomen, dum energumenum ſuum in pedes Sacerdos erigit, obvertens eum verſus imaginem ſacram: ſed hanc intueri non ſuſtinens dæmon, detorquebat vultum oculoſque patientis, eoque prorſus nigro atque tumente vociferabatur, Tu me expellis, tu me expellis. Aderant huic actioni Rever. Legum Doctor D. Julius Bonnici Vicarius foraneus, & Clericus D. Franciſcus Attardus, cum tribus Fratribus de Societate S. Angeli: quibus non ceſſantibus congeminare preces & litanias, tandem Exorciſta, moras increpans longiores, Exi, inquit, ab eo in nomine ſancti Martyris. Cui dæmon cum ejulatu horribiliori reſpondit, Exeo: & multum ſpumantem, copioſo-

profeſſi ſunt ſe expelli à S. Angelo.

que

A que per nares fluentem ſanguine, & valde fatigatum, energumenum ſuum dimiſit, cui poſtea toto octiduo adhuc fluebat ſanguis de corpore, non ſine dolore membrorum omnium velut reliquias aduſtionis ſentientium. Denique rediens teſtis ad ipſum Palizzi, ſanum eum ac liberum invenit, clamantem ac dicentem, Miſericordia ! S. Angele ! Anima mea ! miſericordia ! Rurſum tamen deportari eum fecit ante Reliquias Sancti: ubi exorciſmis iteratis, cum nullum veteris hoſpitis indicium cuiquam appareret, creditus is eſt abſolute egreſſus; & populo gratias agente, ac Dei miſericordiam & S. Angeli merita collaudante, pulſatæ ſunt campanæ, & cunctis maximo numero accurrentibus, publicata gratia per Sanctum obtenta. Suaſit autem homini jam liberato d. teſtis ut habitum ipſius Sancti aſſumeret; eidemque de peccatis rite confeſſo poſtera die ſacram impertiit Communionem, ſub eo ſacro, quod in gratiarum actionem cecinit Prior Conventus.

80 *Hactenus de malignis ſpiritibus, homines per ſe ipſos torquentibus: addamus his exempla eorum, quos in evidens amittendæ vitæ adduxerunt periculum, ſtimulantes ferociam beſtiarum, hominibus in adjumentum datarum.* Lazarus de Rinaldus, ætatis annorum triginta ſex in circa, oriundus Inſulæ Melitæ, civis Leocatæ cognitus, *teſtis* LXXXII, dixit ſciré qualiter ab annis circiter tribus, menſe Majo in Octava S. Angeli, ſibi profecto ad prædium Joſephi Cavaleri, quod eſt in vico della Petrulla, ad hujus urbis territorium pertinente, traditus eſt à famulis de mandato Joſephi la Licata ingens taurus ad macellũ ducendus, eo quod magna feciſſet damna occidendo varia animalia. Ligatum ergo cum verſus urbem minaret Lazarus, jamque ad portam novam ventum eſſet; convertit ſe taurus verſus teſtem, eumque cornibus apprehenſum in aerem ſuſtulit pluribus vicibus, ſemper eum in cornua ſua recipiens. In hoc periculo conſtitutus, cum Jeſu & Angeli nomen continuo inclamaret, idemque faceret accurrens undique in ſubſidium multitudo; dimiſit ultra hominem taurus, tunc quidem ſemimortuum, ſed intra paucos dies ita ſanum ac robuſtum, ut non dubitarit ſpeciali gratiæ adſcribere ſervatam ſibi vitam, & in monumentum rei tabellam appendere.

B *Servatur vir furentis tauri cornibus pluries jactatus:*

81 Franciſcus Provinzanus, ætatis annorum viginti quatuor incirca, *teſtis* LXXXIX, dixit, quod in fine Septembris anni præteriti, exiſtens ipſe in vico Sabbucorum intra hujus urbis territorium, ab Antonio de Xiculuna ad miniſteria ibidem in prædio obeunda conductus, voluit una cum dicto Xiculuna quamdam vaccam domare. Cumque ipſe eam teneret cornibus, & d. Xiculuna iiſdem cornibus funem circumvolveret; illa in omnem ſe partem violenter torquens, & ipſum teſtem ſecum intricans, reſiſtere diutius non valentem raptare per terram infeliciter cœpit. Periclitari ergo ſe videns, quoniam implicitus erat funi, per ſuum collum & vaccæ cornua circumducto; & ipſa in effuſum agebatur curſum; quem voce non poterat, propter fauces interclusas, animo invocavit S. Angelum, idem clamoſius faciente d. Xiculuna. Statimque immota ſtetit inſtar lapidis vacca, obſtricto ſuo commoditatem præbens extricandi ſe, funemque à faucibus propemodum eliſis removendi: quod miraculoſo Deiparæ Virginis ſanctique Martyris auxilio tribuens, gratias hoc nomine utrique retulit ac refert ſæpe.

alius raptatus à vacca & in ipſo raptu ſuffotãdus, C

82 Joſeph la Pulcella, ætatis annorum quadraginta in circa, *auditus die* XXIV *Decembris* MDCXXV, dixit, quod ab annis circiter ſeptem, menſe Januario, miniſtranti ſibi in prædio qu. Alexandri Patellari & terram colenti, accidit ut juvencorum aratro applicitorum unus, necdum ſatis domitus, violenter procurrens & alterum juvencum ſecum rapiens, converteretur in ipſum teſtem, ferocia tanta, ut cornu in latus ejus ſiniſtrum inferens ipſum de cingulo appenſum teneret. Quo in periculo maximis vocibus S. Angelum inclamanti, atque ut ſibi opitularetur roganti, diſrupta ſunt ferrea cinguli ſui vincula, & ipſe in terram illæſus concidit. Quoniam autem non erat ruptum cinguli corium, vetus & fraccidum ſæpiuſque reſartum, ſed ferrea ipſius cinguli fibula; non dubitavit miraculo adſcribere gratiam, ejuſque teſtem tabellam appendere in capella S. Angeli. Idem aſſerit quod conſtituturus in vinea quadam ſuburbani territorii circa Xaccam, & volens aratro jungere vaccam unam, ab ea violenter ſe ſubducente impetitus fuerit, ita ut evadere nullo modo poſſet. Videns ergo recto curſu venientem ad ſe, invocavit ſanctum Martyrem; tum inter vaccæ cornua comprehenſus, ſumpto inſolito vigore, ipſa arripuit cornua, lateribus utrimque ſuis hærentia; apprehenſamque iis vaccam tam violenter deprehenſit in terram, ut ex ejus ore, telluri alliſo, duo dentes exciderent. Tum vero dimittens eum vacca aufugit; & ipſe, non ſuis viribus id actum credens, debitas gratias Sancto egit.

EX PROCESSU MS.

& vacca ſimili agro acta.

CAPUT VIII.

Periculoſe lapſi, letaliter ſaucii, & alii moribundi adjuti per S. Angelum.

83 VTriuſque Juris Doctor Orlandus de Orlandis, ætatis ann. LIV in circa, oriundus civitatis *a* Nari, & civis hujus civitatis Leocatæ, *teſtis* XXXIII, dixit, quod cum anno MDCXXXIII facta eſſet publice tranſlatio Reliquiarum ex veteri in novã argẽteam arcã, in concurſu hominum fere decem milliũ, tam civium quam exterorum; adfuerit ibidem filius ſuus Joannes Baptiſta, annorum circiter XII adoleſcens, atq; pro ſua devotione obtinuerit aliquid ex lignea arca, intra quam reliquiæ clauſæ erant, quod deinde ex collo ſuo appendit. Cum autem die Martis ſequenti idem Joannes Baptiſta, de mandato parentis, in ſuburbio hujus civitatis moraretur, decidit in profundam foveam, multis ſaxis inferre conſtratã. Qui in ipſo lapſu S. Angelum invocans, vidit monachulum Carmelitanum tendere ſubtus ſe pallium, ſeque eo exceptum ſenſit ſine noxa deponi. Quare ſe in pedes erexit, ibique manſit, donec accurrentibus ad ejus clamores vicinis extractus eſt, narrans omnibus quomodo decidiſſet ac præſervatus eſſet: pater vero illius, intellecto quod in perſona filii acceperat beneficio, curavit euchariſticum ſacrificium in eccleſia S. Angeli faciendũ, coram ſe & filio qui ſalvatus fuerat.

a *Habens de ligno veteris arca*

F *in profundã foveam innoxie labitur.*

84 Pater Fr. Vincentius de Alatto, Sacerdos Carmelita, ætatis ann. LXVII, *teſtis* XXXVI, dicit, quod cum primum eccleſiam S. Angeli obtinuiſſet Ordo Carmelitanus anno MDCVI, ipſeq; inter primos Conventus novi religioſos ſub Priore Fr. Sebaſtiano Syracuſa piæ memoriæ numeraretur, accidit in Vigilia Apoſtolorum Petri & Pauli circa meridiem, quo die & hora natum ſe ipſe teſtis affirmabat, ut volens luſciniæ cuidam in cavea appenſæ miniſtrare, ſedem quamdam conſcenderet; in ipſo autem aſcendendi niſu inverſa cellã, per altiſſimas ſcalas conventus, in præceps abiit, una cum ipſo teſte. Qui continuo S. Angeli recordatus, eumque invocans, cecidit tandem ſupra ligna quædã *b* acuta, quorũ cuſpides neceſſario debuiſſent corpus ſupra ſe labentis perrodere, & vitã eripere. Accurrit illico qui propius aberat Fr. Deſiderius Barberi, & lapſũ juvit ut aſſurgeret: aſſurrexit autem

Carmelita de ſcalis altiſſimis ruens in acuta quadã ligna

b

EX PROCESSU MS.

autem abſque ulla vel læſione vel nota : nec ignarus cui vitam deberet, protinus ad Reliquias venerandas acceſſit; deinde caſum ſuum in tabella expreſſum curavit publico exponendum in capella S. Angeli, ubi etiamnunc ſpectatur.

naupegus obrutus ſub opere ſuo cum ſocio nauta.

85 Patronus Joſeph Bonfuſſuto, *alibi jam nominatus*, *teſtis* LVI, dixit quod ab annis circiter viginti quinque, die quodam circa horam decimam octavam, in littore circa portam veterem, intendens reparationi ſuæ ſcaphæ, cujus carinam reparabat Mag. Antoninus la Rocca; cum ſub eadem ambo conſiſterent, mota ſubito ſcapha fuit, ipſoſque obruit, ratos ſe omnino conterendos. Clamabant tamen ſinguli, S. Angele adjuva me; auditoque clamore accurrerunt plures, qui circa portam jam nominatam erant: magnoque molimine attollentes ſcapham, mirati ſunt utrumque videre illæſum, quando vel ſolo pondere, ſub quo integrum horæ quadrantem jacuerunt, debuerint prorſus fuiſſe contuſi. Manifeſtum ergo miraculum ipſe & d. Mag. Antoninus in ſui conſervatione agnoſcentes, ſine mora ad agendas Sancto gratias ejus templum petierunt.

B

latomus in præceps ruës cum ipſis quæ findebat jaxa,

86 Joſeph la Carubba, *teſtis* XCII, ante annos fere ſeptem, volens in monte hujus civitatis findere tria magna ſaxa ſibi invicem cohærentia ad gypſum conficiendã, hac enim arte ſe ſuſtentat, ita infeliciter rem peregit, medio ſaxo inſiſtens, ut illa ſubito diſſilientia, una cum ipſo teſte in præceps ferri maximo impetu cœperint. Qui nihil dubitans quin ſub iis infallibiliter eſſet conterendus, Sancti tamen Angeli invocandi recordatus, ut ait; cœpit illius nomen invocare, idemque faciebat ejus in opere ſocius Antoninus Bellia. Qui cum ejulatu accurrens, & ſaxorum fragmina ut poterat amoliens, ſub quibus mortuum ac prorſus confractum reperturum ſe Joſephum credebat; reperit eum ſanum ac ſalvum, niſi quod coxarum una leviter eſſet perſtricta; pileus autem quem habuerat in capite contuſus & minutim diffractus erat. Ambo itaque in genua pariter provoluti, ipſo in loco egerunt Sancto gratias, deinde ad eccleſiam ejus venerunt, idem prolixius luculentiuſque facturi.

mulier cum fabro ſub molari ſaxo conterenda.

C

87 Hentiona, uxor Angeli Smecca, *teſtis* LXXII *miraculo quod infra num.* 120 *referetur ſanata à Sancto*, paucis poſtquam à lecto ſurrexerat diebus novum vitæ diſcrimen ſe incurriſſe commemorat. Cum enim domum ejus veniſſet Mag. Marcus Caſſato, ad molam quandam ſ manuariam acuendam; & ſuperiorem petram altius ſuſpenſam pertica fulciviſſet, metuens ipſa teſtis de ſucceſſu, S. Angeli nomen invocavit. Et ecce ea adhuc loquente, rumpitur pertica, & ſupra ipſam ac d. Mag Marcum cadere incipiebat grave ſaxum, cum certa utriuſque morte: ſed invocato rurſum Sancto hæſit lapis, in ipſius perticæ fruſto ſuſpenſus: quod fruſtum nequaquam potuiſſet ferre iſtiuſmodi pondus, niſi robuſtius, ſed inviſibile fulcrum ſuppoſuiſſet è cælo glorioſus Martyr. Quæ res dictam Hentionam, priori beneficio valde accenſam, magis etiam inflammavit ad cultum amoremque tam benefici Tutelaris.

Item cum equo onuſto lapſus, in periculo præcipitii.

88 Joſeph la Pulcella, *de quo num.* 82, dixit XXIV *Decembris anni adhuc* MDCXXV, quod ante menſes circiter quatuor Panormũ proficiſcebatur eques, ſecum habens duas capſas plenas ſupellectilis argenteæ, ſpectantis ad Marchioniſſam Campi-franci; cumque eſſet vicinus dicto oppido, in quodam paſſu ubi grande præcipitium erat, cecidit ita onuſtus equus & ſub eo ipſe teſtis. Qui periculum intelligens, ut alias ſemper in re ancipiti, ita & tunc imploravit auxilium S. Angeli, erga quem ſpeciali afficitur devotione: etenim ſi vel tantillum moviſſet ſe equus, neceſſe omnino erat utrumque provolvi in præcipitium. Virtute autem Sancti factum eſt ut tam equus quam Joſeph in dextrum latus ſe converſos repererint, ipſo teſte ignorante quomodo id actum ſit fierive potuerit; & tamquam de liberatione evidenter miraculoſa gratias agente.

D

pueri tibia ex lapſu fracta

89 Medicinæ Doctor Don Horatius Contrera, *teſtis* XLII, dixit, quod ab annis viginti quinque ſuam profeſſionem in hac urbe Leocata exercens, pro ſingulari quam ab infantia habuit erga S. Angelum devotionis affectu, ſemper & diligenter obſervaverit favores, gratias & miracula quæ per eum civitas ipſa recepit, ut de iis rogatus poſſet teſtimonium dicere: imprimis autem illud retulit, quod recordabatur, ſolicite & ad perpetuam memoriam infigendam ſibi narrare ſolitum ſuum qu. patrem Marianum Contrera, medicinæ Doctorem etiam ipſum. Videlicet, quod cum ipſe teſtis annorum dumtaxat quatuor aut quinque eſſet, infelici quodam lapſu fregerit utrumque os tibiæ dextræ; adeo ut pater ſuus, quantumvis haud mediocriter expertus, diffideret eum poſſe ſanari abſque remanſura deformitate. Itaque priuſquam filii curationem ordiretur, ut erga S. Angelum devotiſſimus, ipſum in ejus capellam deferri juſſit: tum ipſe eodem ſubſequens & magno cum planctu filii poſtulans ſanitatem, audivit eum erupiſſe in clamorem: ideoque accurrens brachiis eum ſtrinxit. Ita complexum dum tenet, obdormiſcit filius, & audentior hoc inopinato ſucceſſu pater, explorat filii ſui tibiam dexteram: eamque integerrimam inveniens, dubitanſque ne forte doloris ſenſus ſuam confudiſſet memoriam, ſiniſtræ quoque manum admovit, & æque ſanam invenit. Itaque nihil dubitans de miraculo, exclamavit, Miſericordia, & juſſit pulſari campanas eccleſiæ, ut ſolent dum populus convocatur ad arma: quod hic eſt vulgandi miraculi ſignum. Deinde, cum communi totius civitatis gratulatione & ſtupore, domum reduxit filium ſanum; cui poſtea numquam deſtitit inſigne hoc beneficium identidem inculcare, ut devotiorem Sancto efficeret.

E

coram altari Sancti conſolidatur.

puella idem paſſa,

90 Joannes Andreas Barberi, *teſtis* LIX, dixit, quod ab annis circiter novemdecim quædam ſua decennis filia, nomine Beatrix, per ſcalas deſcendens ex alto cecidit, ita ut tibiæ dextræ oſſa confringerentur. Quam cum ipſe teſtis exhibuiſſet chirurgo qu. Franciſco la Scalia, ille eum admiratione ſua utramque fiſtulam ruptam inveniens, loco non uno; ipſam quidem tibiam inter tabulas arctiſſime ſtrinxit, ad eam curandam poſtridie rediturus; indicavit tamen puellam, ſi forte curaretur, mancam futuram reliqua omni vita. Id cum intelligerent parentes, multum devoti S. Angelo, una cum tota familia ſua iverunt ad illius eccleſiam, eoque curaverunt afferendam etiam filiam, inter brachia Laurentii Piſani, amici ſui. Intrantibus autem illis eccleſiam & aquam benedictam ſumentibus, etiam puella petiit dimitti in pedes, ut per ſe eccleſiam ingrederetur. Prohibuit primum pater, poſtea conſcientia ductus, & jam aliquid ſua expectatione grandius ſperare incipiens, permiſit ut deponeretur in terram. Quæ mox ſuis pedibus ingredi cœpit, tamquam nihil unquam mali paſſa: quod deinceps etiam potuit, dum die tota abſque ullo prorſus impedimento ambulavit. Interim ad domum ipſius teſtis chirurgus rediit, & neminem inveniens, aſſerebat, nimis male feciſſe eos, qui ita affectum corpus loco moverant. Magis autem obſtupuit, quando idem teſtis ad ipſius domum filiam adduxit, ut probaretur an ultra aliquid curandum reſtaret. Tunc enim ſeipſum ſæpius cruce ſignans, teſtatus eſt evidentiſſimum illud eſſe miraculum. Quapropter ipſe teſtis, gratus eſſe volens, ſactum votivum decantari fecit.

F

in aditu eccleſiæ curatur.

91 Con-

A 91 *Congruum videtur his miraculis ſubjungere alios, ab hominibus vulneratos.* Franciſchella, uxor qu. Laurentii de Orlando & modo uxor Sargentii Salvatoris Secchi, ætatis annorum LIII, *Teſtis* XXXV dixit, qualiter ante annos triginta, vivente adhuc ſuo qu. priori marito, menſe Majo infra octavam S. Angeli, ipſa, eidem tunc & nunc devotiſſima, una cum ſorore ſua Antoninella, uxore Jacobi Caruſo, circa vigeſimam quartam horam, ſumptis palliis, egreſſa eſt domo ad viſitandas Sancti Reliquias, ſupra majus altare in eccleſia per Octavam proſtantes. Cum autem veniſſent ad aream, quæ eſt ante eccleſiam majorē, dicit acceſſiſſe hominem ſibi ignotum, qui ex improviſo pugionem ſtringens, duo mortalia vulnera inflixit humeris ejus, in nullo ab ea offenſus aut læſus. Exclamavit autem continuo ipſa S. Angelum invocans; fugit percuſſor, accurrit populi multitudo, ſauciamque ut melius potuerunt, ſoror & alii detulerunt in vicinam domum Bartholomæi Ramundi, Medici Chirurgi. Qui una cum filio Joſepho Raimundi Doctore medico vulnera inſpiciens & curare incipiens, dixit miſellam morituram, quam primum periculus vulnerarius tolleretur, quod intra viginti quatuor horas faciendum erat; eo quod unum vulnus per alterum tranſibat. Ita curatam portarunt in domum propriam, & lecto impoſuerunt, ſæpe clamantem, S. Angele, adjuva me; quandoquidem innocens in hoc veni diſcrimen: quod etiam affirmabat civitas tota, dicens, errore factum, eo quod ſtatura ſimilis eſſet uxori ejus qui crimen fecerat, & ſimilis coloris, viridis ſcilicet, tunicam induta ſub pallio, unde pro illa accepta fuerit. Poſt horarum viginti quatuor ſpatium redierunt medici, inſpectiſq; vulneribus pene ſanam eſſe dixerunt, quam ſtatim morituram pronuntiarant: idque manifeſto adſcripſerūt miraculo. Quare intra paucos dies lecto ſurgens ipſa teſtis, non diſtulit gratias Sancto agere in eccleſia ſua, Miſſam ibi celebrari faciens, & in monumentum receptæ gratię affixam ferreis cratibus relinquens ſuperiorem ſuæ tunicæ partem, eam ſcilicet in qua vulnera receperat. *Atteſtatur huic miraculo jam d. Doctor Medicus teſtis* XIX: *item teſtis* XXIII, utriuſque Juris Doctor Franciſcus Biſſi annorum XLVI, ex relatu ſui qu. patris Jacobi Biſſi, qui nunc ſi viveret eſſet annorum circiter XC.

duobus letalibus vulneribus ſaucia.

invocato Sancto convaleſcit:

gladio perfoſſus

92 Mag. Petrus la Villa, oriundus urbis felicis Panormi & civis hujus dilectiſſimæ civitatis Leocatæ, ætatis annorum triginta incirca, die IV menſis Martii, anno MDCXXVII dixit, qualiter die XIV ejuſdem menſis anno proxime præterito, die ſabbati circa horam vigeſimam, cum forte in ſua fabri ferrarii officina, quam habet in burgo extra muros civitatis, ſuo intendens operi, corrigere vellet ſuum quemdam famulum Paulum Gueli, uxoris fratrem, ad eumque caſtigandum progreſſus eſſet extra officinam; accurrit aliquis ſtricto gladio, prohibere volens ne juvenem percuteret; & priuſquam teſtis ipſum conſpiceret, gladium ventri ejus immerſit ad ſeſquipalmum ſub umbilicum ex larere ſiniſtro, eumque educere non valens reliquit in vulnere. Ita conſtitutus Petrus, quanta vi potuit, extrahere gladium conatus eſt, S. Angeli auxilium invocans: accurrit etiam ſocer ſuus Vincentius Gueli, ſiniſtraque manu poſita ſupra ventrem læſi, dextra enſem eduxit niſu maximo, & cum ſanguinis effuſione copioſa. Porro prima cura vulnerato fuit, ſibi tamquam Chriſtiano proſpicere per Sacramentum Confeſſionis, quam fecit D. Antonino Collura Sacerdoti. Acceſſerunt deinde medici, chirurgicus unus Joannes Baptiſta d'Ogni-bene & *e* phyſici duo Horatius Contrera atque Joſephus Ramundi. Hi pariter judicarunt nullam eſſe ſpem vitæ, ipſaque nocte hora ſecunda moriturum Petrum

& à medicis depoſitus,

B C e

(qui, ut rebus ſuis proſpiceret, id ſibi diſerte ſignificari voluerat) prius autem quam expiraret, viſu & præſentium cognitione privandum. Ipſe ergo volens quam pientiſſime expendere modicum illud quod ſupererat vitæ ſpatium, petiit ſibi afferri quam habebat domi ſuæ imaginem S. Angeli; nec non fruſtillum ejus ligni, quod ſibi ex veteri Reliquiarum arca obtigerat: & illam adſtringens pectori, ipſum etiam vulneri applicans, orabat Sanctum, ne tali morte ſeſe extingui pateretur. Poſtea cum hora à medicis definita adfuit, deficere viſum & pejus ſe habere ſentiens, excitabat ut potuit devotionis fervorem: tum viribus aliquantum reſumptis, petiit dari ſibi de aqua fontis. Mox datam illam, devote potavit: exindeque melius habens, celeriterque ad ſanitatem proficiens, intra dies paucos omnino ſanus comparuit in publico, debilis quidem ob tam copioſe fuſum ſanguinem, ſed ſufficiens ad debitas gratiarum actiones, & acceptum beneficium legitimis tabulis voluit conſignari.

EX PROCESSU MS.

hauſta Sancti aqua celeriter ſanatur.

93 *Addo his alios naturali infirmitate moribundos.* Balthaſar Celeſtri & Prades, *teſtis* LXVIII dixit, quod in tranſlatione reliquiarum, nactus de ligno veteris arcæ partem, ſumptam inde portiunculam miſit ad civitatem Plateenſem, cognatæ ſuæ D. Eliſabethæ Triona, Baroniſſæ de Azolina, relictæ qu. Troiani de Triona: eo quod ipſa ſibi ſignificaverat, primogenitum ſuum Joannem Franciſcum, annorum duodecim puerum, in extremo vitæ periculo jacere & cito moriturum credi. Cum autem Leocata accepiſſet pium munus, ipſum aquæ immerſit: eamque moribundo filio bibendam exhibens, ſimul cum ea ſanitatem porrexit, prout ad ipſum teſtem ſcripſit primis ab accepto munere diebus. Exinde autem morem ſibi fecit quotannis in feſto ipſius Sancti, ac præcipue in novo feſto proxime præterito, mittere ad Reliquias Sancti honorandas facem unam ex cera alba.

item puer moribundus,

94 Don Joſeph Perconti Sacerdos ſecularis, *teſtis* IV, dixit quod ante annos octo exiſtens in civitate Nari, & ibi ex graviſſima febre decumbens, ſic ut omnino crederet diem vitæ ſuæ ultimum adeſſe; converſus ad invocandum Sanctum, Leocaram miſit qui ſibi adferret pallium de ipſius altari. Quod ubi corpori ſuo devote impoſuit, depulſa febri ſanus in momento fuit. *Teſtis etiam* LIV Turchinus Titta, *de quo mox plura ſequenti capite*, dixit quod duabus vicibus ad extremum vitæ articulum adductus, ſacroque oleo jam inunctus, interceſſione ipſius Sancti fuit liberatus, fretus obſequiis quæ ſumma ſemper animi promptitudine ipſius eccleſiæ miniſtrando exhibuerat. In earum autem infirmitatum una ab annis circiter quatuordecim, quando mors ſua damnoſiſſima familiæ toti fuiſſet, miſertus filiorum quos parvulos relinquebat, magna cum devotione ſe convertit ad Sanctum dicens, S. Angele, tu noſti quomodo tuæ eccleſiæ & Fraternitati inſerviverim. Ipſo autem inſtanti viſus eſt ſibi videre aliquem veſtitum habitu Carmelitico, idque intra ſilvam ſeu deſertum locum: videbatur autem ille ambulare, & identidem ipſum ægrotantem reſpicere: in quo aſpectu relevari morbum ſeque ſanari ſentiebat æger: uti revera fuit, & tunc & deinceps uſque nunc, liber ab omni infirmitate. *Anno quoque* MDCXXVII, die IV menſis Martii, Joſeph Mannara civis Leocatæ dixit, quod anno MDCVIII filio ſuo Angelo tunc bienni advenerit lepra, quæ ſedecim menſium ſpatio illum exedens, ad ultimam vitæ metam adduxerat. Jam ipſe teſtis & Angelutia uxor ſepulcralem ſindonem moribundo pararant, quando Angelutia prædicta, nequaquam oblita S. Angeli, adferri ſibi juſſit de aqua fontis; eaque aſperſit

& Sacerdos impoſito ſibi pallio altaris.

F

alius bis ad mortis articulum adductus.

& puer lepra conſumptus.

EX PROCESSU MS.

aſperſit filium; ſucceſſu tam læto, ut oculos ille mox aperuerit, ſeque in momento ſanum ac mundum exhibuerit. Ob cujus miraculi magnitudinem & evidentiam, cantata ſolennis Miſſa fuit, ipſis curantibus, & tabella beneficii teſtis in ſacello affixa.

95 *Sed audiendus hic inprimis, qui poſt exceptas centum teſtium relationes ſuam denique etiam ipſe ſubjunxit* Notarius Jacobus Murci, *ætatis annorum* XLI, *cujus hæc poſt præſtitum juramentum ſunt verba:* Dico ſcire, qualiter devotio, quam à pueritia habui erga meum & hujus dilectiſſimæ urbis ſanctum Protectorem, me ſtimulat, ut æque ac alii exponam minimam aliquam partem eorum mirabilium, quæ dignatus eſt Dominus temporibus meis facere per interceſſionem ipſius Sancti, quæque ego, indignus licet, curioſe obſervare curavi. Atque ante alia narrare placet, quod cum mihi puero veniſſet graviſſima quædam infirmitas, mei quæ parentes, Bartholomæus Murci & Joannella Gallo, videntes quod ad finem vitæ properarem, me devoverunt S. Angelo: & ſic in vivis ſervatum in tanti beneficii memoriam induerunt habitu Carmelitano, quem me diebus aliquot geſtaviſſe optime recordor. Nec prætermiſero, quod quotieſcumque in meis infirmitatibus aut tribulationibus ſanctum ipſius Martyris nomen invocavi, ſemper obtinui auxilium & conſolationem: uti cum ad mortem infirma jaceret Epiphania Murci & Caci ſoror mea, uxor qu. Michaelis Caci, cujus obitus mihi damnoſiſſimus fuiſſet; votum pro ea Sancto feci, ejuſque factus compos, tam pro vita illius quam pro damno quod evaſeram, appendi in ſacello tabellam, etiam hodie ibi ſpectandam. Similiter cum ante annos octodecim eſſem Panormi, inſcribendus Ordini publicorum Notariorum, rurſum ad portas mortis deductum me vidi ex gravi quo tenebar morbo: ſed voto me obſtringens, quod Leocatam regreſſus nihil agerem prius quam ipſius Sancti Reliquias viſitare, mox obtinui ſanitatem; & ut promiſeram, reverſus feci.

Ipſe notarius profitetur Sancto debere bis vitam ſuã

B

itemque ſororis moribundæ.

ANNOTATA.

a Narus, *Agrigentinæ diœceſis oppidum in mediterraneis, diſtans Leocata verſus Boream* p. m. *circiter* 3.

b *Vulgariter* certi ſcerdi di legno, *quid autem proprie hi ſint, explicet Siculus aliquis.*

C c *Item* per conciare un molino centimolo: *verti*, molam manuariam, *id eſt quæ manibus circumagitur: grandior enim eſſe non potuit, cujus ſaxum vir unus ſurſum attrahere valuit: ſed quid* centimolo *ſit doceri adhuc cupio.*

d *Notantur in tabula*, Villa-Franca *haud procul à mari, inter Mazaram & Agrigentum; &* Barra-Franca *in Montanis ferme* 30 p. m. *diſtans Leocatâ*: Campum-Francum *necdum reperi.*

e *Ita in omnibus hiſce Actis Doctores medici vocantur* Phyſici, *quod ſcilicet ex ſcientia naturæ præſcribant quæ cura adhibenda infirmis: qui autem manu exequuntur curationem præſcriptam, maxime vulnerariam,* medici *quidem dicuntur etiam ipſi, ſed cum addito* chirurgici. *Hiſpani tacent vocem* medicus, *&* Phyſicos *ac* chirurgicos *ſimpliciter nominant.*

CAPUT IX. D

De Herniosis per S. Angelum integritati ſuæ reſtitutis.

96 MAg. Torchinus Titta, ætatis an. ſexaginta in circa, *teſtis* LIV, dixit, ſcire qualiter ab octavo ſuæ ætatis anno manſerit apud qu. Mag. Gregorium Biſſi *a* coſtorarium, artis diſcendæ cauſa; qui Mag. Gregorius, ſi viveret, hodie eſſet ut minimum centum & octo annorum: erat autem unus ex officialibus Confraternitatis nunc *b* Societatis S. Angeli, idque erat frequentius pro ſua erga Sanctum devotione; & etiam tunc quando officio liberabatur, impendebat ſe obſequio illius eccleſiæ, eo magis quod ibi conventus non erat, ideoque ipſa poſt abſolutas Miſſas claudebatur, & reliquo die clauſa manebat, præterquam in feſtis præcipuis anni & feſtivitate ipſius Sancti. Cum ergo numquam exponerentur Reliquiæ S. Angeli, ſive in jam dicta ſolennitate ſive in aliis per annum occaſionibus, quin d. Gregorius curam haberet ornandæ eccleſiæ; &, donec expoſita ſtabat arca, cuſtodiæ illius una cum aliis Confratribus intenderet die ac nocte; cumque in his ſemper uteretur miniſterio ipſius teſtis, qui etiam ipſe Confratribus adſcriptus erat; factum quoque eſt, ut à jam dicta ætate uſque modo conſcius fuerit plurimorum quæ per Sanctum patrabantur miraculorum, & gratiarum quas omnis conditionis ætatis ac ſexus homines recepiſſe profitebantur: quarum nec ipſe expers fuerit.

A pueritia ſolitus eccleſiæ S. Angeli miniſtrare,

a

b

E

adeoque multorum miraculorũ conſcius,

97 Ruptus enim ætatis ſuæ anno quarto, dum forte ut pueri ſolent ſaltare vellet, herniam illam toleravit uſque ad annum ætatis decimum, ſemper auxilium Sancti depoſcens. Accidit autem in Dominica Paſſionis mane, ut à d. qu. Gregorio miſſus fuerit in eccleſiam ad velandum Crucifixum, qui tunc ſupra arcum majorem eccleſiæ ipſius viſebatur, & modo eſt ſupra altare laterale. Itaque ſupra trabem illam ſublimem ambulans & lapſum reformidans, eo magis quod ſe hernioſum meminiſſet, Crucifixo & S. Angelo ſe commendavit, ipſóque inſtanti multum in loco læſionis dolorem ſenſit: ſed in deſcenſu ſanum ſe reperit, abſque ullo inteſtinorum defluentium tumore: & perfectiſſime ſanum eſſe judicaverunt medici, quotquot eum explorandi miraculi cauſa viſitarunt, poſtquam gratiam in ſe factam revelavit ipſius eccleſiæ Capellano, qui tum erat qu. Don Franciſcus de Celeſtre: qui rem, ut ſibi relata erat, atque ut in talibus ſolebat facere, deſcripſit in libro miraculorum S. Angeli. Et ſimiliter idem teſtis, inter ceteros filios ſuos, duos habuit eadem herniæ infirmitate laborantes: quibus ſanitatem impetrarit eos commendans Sancto, ita ut diu poſtea vixerint, ac poſtmodum, prout Deo viſum eſt, alio morbi genere obierint.

ſanatur à ruptura quã 5 annis paſſus erat.

F

item duo ejus filii.

98 *De eodem anteacto tempore, quo nondum ibi conventus Carmelitarum erat,* narrat XLVI Notarius Antonius Streva, ætatis ann. LXXIV, quod mulier quædam Lucia Aletta, monacha Carmelitana tertiaria, ante annos haud multo pauciores quam ſexaginta, habitarit ad ipſum eccleſiæ S. Angeli frontiſpicium, in quibuſdam domunculis, nunc ad complanandam aream ante templum deſtructis; habens penes ſe nepotem ſeptennem, nomine Angelum, filium qu. Lixi Barbéri, qui graviſſimam herniam patiebatur. Hic ante portam eccleſiæ, pro illius temporis uſu poſt Miſſas celebratas clauſæ, ludens, & per rimas pueriliter introſpiciens, vidit intra eccleſiam Carmelitanum Fratrem cum libro in manibus. Cucurrit ergo ad

item circa an. 1563 puer

A ad aviam, viſum narraturus. Hæc autem ſuſpicata ipſum eſſe S. Angelum, eo tempore ſolitum iſtic aliquando conſpici, Vade, inquit, & dic S. Angelo, ut te ſanum efficiat. Ivit puer, Sanctumque ut fuerat edoctus rogavit: qui mox ad oſtii commiſſuram accedens, extendit brachium, ipſamque herniam manu ſtrinxit tam fortiter, ut magna voce exclamarit puer, Ai me: deinde ad aviam ſuam recurrit: quæ nepotem amplexa & ſanum deprehendens, exclamare cœpit, Miſericordia. Accurrerunt ad voces illas è vicinia complures, & quia ipſe teſtis cum ſuo qu. patre tunc habitabat in ſuis quibuſdam ædibus poſt eccleſiam, accurrit etiam ipſe: inventque mulierem omnibus enarrantem quod in ſuo nepote acciderat miraculum, viditque ſanum puerum quem antea ſæpe infirmum viderat.

apparente ei in eccleſia S. Angelo.

ſicuti an. 1550 curatus erat ibi. dem alius.

99 *Paulo etiam hoc miraculo antiquius eſt, quod* refert Mag. Angelus Mortilletto, annorum centum & unius, *teſtis* LVII, *videlicet* fluxiſſe annos ſeptuaginta, quibus ipſe jam grandior & filios habens, audivit pulſari campanas eccleſiæ S. Angeli, uti moris erat quoties publicabatur miraculum aliquod, ibidem à S. Angelo patratum: quare cum multis aliis iſtuc properans, vidit ibi puerum ſeptennem nomine Palmerium, de quo pueri pater, Mag. Angelus Jacopinellus Spatula ejuſque uxor aſſerebant, quod eumdem hernia laborantem ſæpius commendarint S. Angelo; tunc autem cum d. puer una cum aliis coætaneis forte intra templum ipſum luderet, veniſſe quemdam in habitu Fratris Carmelitani, qui apprehenſum brachio parvulum poſuit ſupra altare majus, & membra male affecta ſic tetigit, ut puer dolorem cogeretur ingenti clamore propalare. Ad has voces accurriſſe ſocios, & alios quoſdam; accurriſſe etiam ipſos patrem ac matrem, & ex filio jam ſano quid acciderat intellexiſſe: qui propterea gratias iſtic publice agebant, ſuſpicantes Fratrem iſtum fuiſſe S. Angelum, ſolitum iſto modo ibi ſæpius apparere & ejuſmodi miracula perpetrare.

B

Recentius ſanantur pueri duo

100 Pater Fr. Gaſpar Galutius, Sacerdos Carmelitanus, annorum XLIII, *teſtis* X, depoſuit quod annos nondum tres natus, hernioſus fuerit: ſed cum Notarius Carolus & Angela parentes ſui votum pro ſe feciſſent Sancto, ſanitatem receperit. *Teſtis* XXI D. Antonius Collura Sacerdos ſecularis, inter alia meminit, quod viderit puerum trium circiter annorum, filium Joſephi Parlaturi, quem graviſſime ruptum pater ſuus inter brachia portarat ad Reliquias S. Angeli, dum die ejus feſto ſolita fieret proceſſio: quem miraculo curatum judicarint medici, eumdem ante & poſt acceptam gratiam conſiderantes, cum læto totius populi, miſericordiam ex more ſuecclamantis, jubilo. Utriuſque Juris Doctor Franciſcus Biſſi, *teſtis* XXIII, cum ante annos viginti Catanæ eſſet, viſitavit reliquias S. Agathæ Virginis & Martyris. Dum autem ibi in oratione perſiſtit, venit in ſpem quod meritis ipſius Sanctæ Sanctique Angeli ſanari poſſet ab hernia graviſſima quam patiebatur. Cum autem deinde Meſſinam tenderet, ut ibi ſe curandum chirurgis traderet; ipſo è nave egreſſu ſenſit ſe ſanum, nec dubitavit quin id utriuſque Virginis & Martyris, Agathæ, inquam, & Angeli beneficium eſſet.

C

& Doctor Iuris unus

rurſum pueri duo, unus in Proceſſione an. 1595

101 *Similiter teſtis* XXXIV Utriuſque Juris Doctor Joſeph Bonello, ætatis annorum XXXVIII in circa, pari modo ruptus ab annis triginta, ſic ut abſque vinculis lineis ferreiſque incedere nequiret; dicit quod commendans ſe S. Angelo (prout ſibi auctor erat pater ſuus, ſæpe inculcans, Habe fiduciam in eo, & certus eſto obtinendæ ſalutis) & in feſto Maiali proceſſioni junctus; poſtquam ea ad planum regii caſtri veniſſet, ſanum ſe eſſe miratus, in eadem ſanitate perſeverat etiam nunc: quapropter ſuus qu. pater & Miſſam in gratiarum actionem cantari, & vinculum quo ſtringebatur ipſe teſtis appendi ad ferream cratem juſſit. Joſeph *quoque* Serrovira, *qui teſtis* XXXII *fuit*, non obſtante quodam ſuo morbo, de quo infra, præſens ſedebat ſupra ſuggeſtum, in quo ſacræ Reliquiæ anno MDCXXIII ab arca eductæ populo exhibebantur: dixitq; quod ibi exiſtens, rogatus fuerit à quadam muliere, quæ virum Hiſpanum habebat in cohorte Capitanei Don Gracia Sarmiento & Acugna, tunc ad præſidium urbis conſtituta, ut filium ſuum, quem ei porrigebat, & in uno teſticulorum hernia carnoſa dicebat laborare, admoveret dictis Reliquiis oſculandis. Quod cum feciſſet, & in manibus Archipresbyteri elevatas Reliquias oſculatus puer eſſet, repoſuit parvulum intra brachia ſuæ matris, cujus æque ac viri nomen memoria excidit: & illa continuo proteſtata eſt, quod filium ſalvum recepiſſet.

EX PROCESSU MS.

alius in tranſlatione an. 1623.

102 I. V. D. Don Franciſcus de Caro, *teſtis* XLIV, dicit quod in ſua ſuorumque perſona receperit multa per S. Angelum beneficia, ac ſpecialiter in filio ſuo Joſepho, qui anno MDCXIX, ætatis ſuæ fere tertio expleto, tam graviter utrimque diſruptus eſt, ut ſæpe atque ordinarie opus eſſet pedibus ſuſpenſum tenere parvulum, donec in locum ſuum recideret inteſtina, quæ in ſcrotum deſcenderant. Hunc cum D. Horatio Contrera Doctori medico oſtendiſſet, ordinavit ille ut vinculum puero fieret: quod quo ſtringebat melius teneras carnes, tanto eas ſcindebat profundius, luctuoſo ſane parentibus ſpectaculo. Tandem cum nec hoc proficeret, negavit medicus aliud quam divinum haberi remedium poſſe. Appropinquante ergo quinta Maji, die ipſius Sancti feſto, ipſe teſtis & uxor ſua D. Angela Orlandi, confeſſionis & communionis Sacramenta ſumpſerunt in eccleſia Sancti, pariter orantes ut ſuorum ac filioli ſui miſereri vellet: deinde ipſo illo mane curaverunt infirmum filium juxta Reliquiarum arcam in proceſſione portari, prout talibus moris eſt. Verum non modo non eſt ſanatus puer, ſed magis dilatata eſt hernia. Anno proxime ſequente teſtis & uxor ſua votum fecere, quod filium ſuum habitu Carmelitano veſtirent, rurſumque ſuſceptis ipſo feſto Sacramentis, ſimili rurſum modo curaverunt filium in proceſſione circumduci: ſed neque tunc exauditæ fuerunt preces, ingraveſcente ſemper hernia uſque ad feſtum anni MDCXXI. Tum vero eadem quæ prius fecere parentes, ſed ne parvulo male verteret diei iſtius calor, voluerunt eum relinqui domi, in platea quæ nomen habet S. Mariæ de Itria, quia illac tranſitura erat pompa; ſciebant enim quod potens eſſet Sanctus, ſi ita expediret, ſanitatis beneficium impertiri quocumque in loco. Cum ergo tranſiret ſupplicantium ordo, piique parentes ad feneſtras poſiti Sanctum deprecarentur pro filio, livida facta eſt facies pueri ex ſubito ſingultu, qui pariter grandem vocem emiſit; qua exciti accurrunt, & ſanum inveniunt, ſanatumque oſtendunt prænominato medico. *Hactenus pueri pater Teſtis* XLIV, *cui ipſius quoque medici jam dicti relatio, quæ eſt in ordine* XLII, *per omnia concordat.*

E

Puer in proceſſione bis circumlatus fruſtra

F

tandem an. 1621 ſanus efficitur.

103 Angelucia, uxor Alfii Graſſo, *teſtis* LI, dicit quod ab annis duobus, videns filiam ſuam bimeſtrem, nomine Roſam, inſolitum ſiniſtro in inguine tumorem præferre, eam obtulerit medicis, qui reſponderunt hernioſam eſſe: progreſſu autem temporis non longi eadem infantula membris omnibus debilis molliſque apparuit, quaſi oſſibus caruiſſet: & medici paralyticam eſſe dicebant. Opem ergo à S. Angelo petens ac ſperans mater, identidem redibat ad ejus Reliquias viſitandas: recurrente autem menſe

& an. 1623 puella

EX PROCESSU MS. Majo proxime elapſo, & Octava die ipſius feſti (quando propter copioſam pluviam, quæ duci per urbem non potuerat proceſſio, ducta per eccleſiam eſt) ipſa teſtis, quæ propter morbum ſuum dolenter admodum domi remanſerat in die feſto, filiolam *poſt proceſſionem diei Octavæ.* detulit ad eamdem eccleſiam. Ubi cum jam in locum ſuum reponeretur lipſanotheca ſacra, & ipſa pro materno affectu Sancti poſtularet adjutorium, præ deſiderio obtinendæ gratiæ contrectans filiæ infirma membra, deprehendit evanuiſſe tumorem. Quod lætanter aliis manifeſtans, accerſitus eſt ab Officialibus urbis Joannes Baptiſta d'Ogni-bene Medicus chirurgus, ut exploraret an vere ſanata eſſet puella; eoque tardante, acceſſit Doctor Joſeph Raymundi Medicus phyſicus & chirurgicus: qui perfectam & miraculoſam curationem fuiſſe aſſeruit: quapropter eo publicato, ab omni populo collaudata altis vocibus Dei miſericordia eſt: & nomen cognomenque infantulæ à Jacobo Murci Notario relatum in tabulas.

104 Hieronymus Liſcanus de inſula Sardiniæ, *& an. 1615 puer* *teſtis* LII, dixit quod ab annis circiter decem, filium habuit Petrum nomine tunc triennem; cujus dex-
B trum teſticulum ipſe & uxor ſua Angelutia cum vidiſſent enormiter tumere, & Joannem Baptiſtam d'Ogni-bene ac Joſephum Raymundi medicos conſuluiſſent, illis judicantibus herniam eſſe, & vinculum puero aptare ſuadentibus; conficiendum illud ipſe teſtis curavit, & puero quamvis renitenti violenter circumpoſuit: verum quia grandiuſculum erat, minus congruebat. Id cum pater narraſſet D. Angelo Oriolo, Capellano Societatis S. Angeli, Ito, inquit, in capellam Sancti, & ex plurimis quæ ibi appenſa ſunt ſanatorum vinculis, alterum minus ac congruentius meo permiſſu accipe. Abiit ergo cum filio in eccleſiam, ſalutatoque primum & adorato Venerabili Sacramento, tum Reliquiis Sancti, monitus à patre filiolus genuflectere, propter tumorem teſticuli non potuit: ſed nec tempus erat aptum, factis jam tenebris, ad commutandum vinculum. Quare in craſtinum rediturus, fecit ut parvulus oſcularetur antiquiſſimam tabellam, in qua pictus e- *Sancti imaginem oſculatus,* rat Sanctus, tunc quidem in eccleſia poſitam juxta portam conventus juxta fontem Sancti, nunc vero collocatam in oratorio Societatis S. Angeli. Paruit puer, pro ætate ſua ſatis devote: quem deinde in lecto componendum inſpiciens, vidit ſublatam in-
C flationem, & ſic die poſtero filium oſtendit medicis, qui ſanum eſſe pronuntiaverunt. Actis itaque ex merito gratiis, nihil ſimile poſtea ſenſit puer, ſed intra biennium alia quadam ex infirmitate deceſſit.

105 Joannes Andreas Barberi annorum LV, *teſtis* *ſub an. 1581 puer alius* LIX dixit, quod anno ætatis ſuæ decimo ex violentia quadam utrimque crepuerit; cumque eum Don Marcus Barberi, ſecularis Sacerdos & ipſius teſtis patruus, medicis oſtendiſſet; dixerunt eſſe rupturam notabilem ac grandem. Tunc varia curatio ei adhibita eſt: tandem Medicinæ Doctor qu. Ferrantes Zammito vinculum ei fabricandum curavit valde ſtrictum, nam tale magnitudo mali exigebat. Videns autem prædictus ſuus qu. patruus, quod puer ad ſanitatem nihil proficeret; cœpit & ipſe nepotem ſerio commendare S. Angelo, & parvulum i- *in proceſſione.* dem ut pro ſe faceret admonere, ſæpe etiam hac pro cauſa ſacrum faciens ante Reliquias. Ita manſit puer uſque ad Majum ſequentem, quando recurrente Sancti feſto, cum ipſa proceſſio, tali die circumduci cum reliquiis ſolita, ad monacharum cœnobium de
c *c* Succurſu dictum perveniſſet; ſenſit ipſe teſtis, qui ſub feretro ambulabat ſupplicabundus, diſrumpi vinculum: & manus loco antea male tumido admovens, nec ullum amplius tumorem inveniens, oſtendit ſeſe medico prænominato, tunc aſſiſtenti in pro- D ceſſione, ut de iis quæ fieri dicerentur miraculis judicium ferret: quo ſanationem ipſius approbante & vulgante, exclamavit populus, Miſericordia: nec tale quid amplius ipſe teſtis paſſus eſt.

ANNOTATA.

a *Retinui Siculam vocem, quia ejus ſignificatum ſola conjectura fortaſſe non aſſequor,* Couſturier *Francis,* Sartor *eſt, an etiam Siculis* Coſtoraro?

b *Mutata forſitan fuerit appellatio, cum locum Carmelitæ obtinuerunt: ſed quæ differentia Siculis ſit inter* Confraternita *&* Compagnia *fateor mihi eſſe ignotum.*

c *Antiquiſſimum hoc eſſe Benedictinarum cœnobium, teſtatur Rocchus Pirrus: addit anno 1636 ad aliam eadem S. Andreæ tranſlatas moniales ſumptibus Joſephi Serravillæ, ejus forte qui in his Actis nominatur num. 106 & 114.* Joſeph Serrovira, *vir omnino primarius & tunc ſexagenarius.*

CAPUT X.

Aliæ ſimiles hernioſorum curationes, S. Angeli meritis adſcriptæ.

106 MArgarita la Chiara, relicta qu. Joannis Baptiſtæ Puloſo, oriunda civitatis Poli- *Curatur puella rupta in umbilico.* tii & civis Leocatæ cognita, *teſtis* LX, dicit, die quodam, ante annos duos aut tres, filiam ſuam ſemeſtrem nomine Flaviam, quam ſupra brachium geſtabat, ſubito ejulare præter modum cœpiſſe. Cum autem nulla ratione placari ſe ſineret, dubitans de aliquo infortunio mater, & parvulæ corpus perluſtrans, invenit magnum in umbilico tumorem: quem à ruptura eſſe, Joannes Baptiſta d'Ogni-bene chirurgus conſultus indicavit. Adhibebantur remedia, ſed proderant nihil. Quæ igitur ſciebat ac viderat multos per S. Angelum à tali infirmitate liberatos, ad eumdem ſibi quoque recurrendum credidit: & recurrente proceſſionis annuæ die, minime neglexit illuc filiam ſuam deferre, juxta feretrum comitatura. Et tunc quidem ſperatam gratiam non obtinuit: ſed in ea quæ octavo die agebatur proceſſione ſimiliter præſens, deprehendit quod tumor ille periculoſus evanuiſſet, eamque oſtendit prænominato chirurgo, tunc proceſſionem ad exa- F men ſanandorum comitante: qui ubi ſanam eſſe par- *coram Vicario Agrigentino.* vulam pronuntiavit, gratulanter conclamatum à populo eſt, in præſentia Vicarii Agrigentini, qui ſanatam parvulam videre voluit: deinde nomen & cognomen ejus in librum miraculorum relatum eſt. *Ita mater, cui atteſtatur, qui præſens aderat, tunc Vrbis Præfectus* Joſeph Serrovira, *teſtis* XXXIX, *diſtinctius exprimens nomen Vicarii, quem fuiſſe ait* Doctorem D. Alfonſum Servantium, Vicarium Generalem Cardinalis Octavii Rodulfii, Epiſcopi Agrigentini.

107 Balthaſar Celeſtri & Prades *teſtis* LXVIII, *Capitanius Juſtitiæ hernioſus,* cum ab annis circiter quindecim eſſet juſtitiæ Capitaneus in hac civitate, & equum ſuum exerceret; præ ea quam adhibuit vi ſic ruptus eſt, ut dicat ex equo ſe debuiſſe deſcendere ac lecto decumbere. Poſtero autem curavit Miſſam unam dici, & de oleo lampadis ante Reliquias ardentis afferri pauxillum: quo cum ſeſe unxiſſet, ante veſperam ſanus fuit, & Sancto gratiam acceptam retulit. *Teſtis etiam* LXXXVI, Mi- *& puer ſic natus.* chael Gattuto qu. Leonardi, aſſeruit ſe habere nepotem, qui nunc agit tertium ætatis annum, Felicem nomine, & hunc à nativitate ruptum fuiſſe in dextro inguine: quem cum pueri mater filia ſua Franciſchella, uxor qu. Joſephi Zeraphi, commendaſſet

A daſſet S. Angelo, ſabbatinum toto uno anno jejunium vovens pro obtinenda filio ſanitate, voti compotem ſe lætata eſt menſe Junio, exeunte ipſo devotionis præfatæ anno, & cum omni familia gratias Sancto egit.

item alius hernia carnoſa laborans,

108 Angelus de Caci, annorum XXVI incirca *teſtis* LXXII dixit, quod prout ex relatu ſui qu. patris Mag. Thomæ de Caci recordatur, tum eſſet in faſciis infans paucorum menſium, correptus fuit ea infirmitate teſticulorum, quam herniam carnoſam appellant medici, quæ nullam ei requiem indulgebat, præ magnitudine cruciatus ex enormi ipſorum teſticulorum inflatione: cui malo cum nullum ſufficiens remedium poſt varia adhibita invenirent medici, viſum eſt ipſius teſtis parentibus, ex quibus Franciſchella mater adhuc in vivis eſt, auxilium petere à Sancto hujus urbis Protectore, ejus eccleſiam frequenter devoteque viſitando. Cumque ne ſic quidem placeret Deo finem facere calamitatis, & ipſe teſtis jam attigiſſet ſeptimum ætatis annum, venit Leocatam expertiſſimus quidam medicus ex oppido *a* Burgii, dictus Antoninus Cupo: cui ut filium præſentarent parentes à ſuis quibuſdam conſanguineis ſunt perſuaſi: conſilium autem accepere ut caſtrari puerum facerent, haud dubie ſic liberandum. Dura res parentibus viſa eſt talem contra filium crudelitatem exercere, itaque ad ſpem in Sancto ſolo ponendam redierunt.

cui medius ſectionem ſuadebat:

a

B

quam ille meditans,

109 Non idem ipſi teſti animus fuit: ſed cum alicunde intellexiſſet quid medicus conſuluiſſet, decrevit illud quam poſſet occultius executioni mandare, patre ſuo ignorante. Cum ergo frequentaret ſcholas in novo Fratrum Carmelitarum conventu, cui præfectus erat Fr. Sebaſtianus Syracuſa, ad diſcendas ſub Fr. Ludovico Milazo litteras, cum hoc ſuo magiſtro egit de hoc negotio. Rem is cum Patre Sebaſtiano contulit: hic vero negavit morem puero hac in parte gerendum patre inconſulto, cum quo ſe acturum promiſit: ſic autem egit ut loco periculoſæ ſectionis, quam diſſuadebat, conſuleret oleo lampadis ante Reliquias ardentis ungere filium, certam ei ſanitatem promittens, atque inſuper dans eis partem rubei panni ex veteri argenteæ arcæ fartura. Exinde perſeverante illo quotidie partes affectas inungere, eiſque dictam particulam applicante, contigit intra paucos dies ut quidam ſuus frater Joannes Antoninus cubitum veniens, inveniret teſtem id ipſum agentem. Hic autem applicita manu cognoſcere volens quo in ſtatu res eſſet, nullum ut prius tumorem ſenſit, magnaque voce exclamavit, Miſericordia. Accurrerunt ad clamorem pater ac mater cum familia reliqua; cognitaque curatione miraculoſa filii, totam illam noctem expenderunt agendis gratiis, magna cum impatientia præſtolantes lucem: quæ ubi orta eſt, apprehenſum manu filium ad eccleſiam duxit pater, & P. Sebaſtiano ſibi ad portam obvio illum exhibuit: qui prior eum allocutus, Credo, inquit venire te ut S. Angelo agas gratias, quia filio reddidit ſanitatem. Id ipſum, reponit pater, acturus & tuæ Reverentiæ indicaturus, adveneram: ſubjungens curari ſe velle Miſſam ſolennem, & in gratulationis publicæ ſignum *b* mortariolia aliquot ſuo ſumptu explodi: quod & factum eſt. Deinceps non ceſſavit idem pater quoad vixit filium accepti beneficii commonefacere, & devotionem erga Sanctum eidem inculcare, narrando ordinem obtentæ gratiæ. *Ita ille, quæ omnia confirmavit* Joannes Antoninus de Caci, *ipſius teſtis frater ſupra nominatus, anno* MDCXXVI *die* II *Martii, ſingula jurejurando atteſtans.*

ſuadetur oleo lampadis ſeſe inungere.

C

b

110 Jacobus Bono qu. Joannis, ætatis ann. XXXV incirca, *teſtis* LXXIV, dixit, ſe habere inter alios filium unum jam quadrimum, nomine Sebaſtianum, qui primo ætatis ſuæ anno in dextro inguine diſruptus fuit, ingenti cum tumore protuberantibus inteſtinis: cui poſtquam fruſtra pater varia adhibuit remedia, cœpit frequentius filium commendare Sancto: qui licet infans necdum perfecte formaret verba, quo tamen meliori poterat modo ſemper dicebat, eamus ad eccleſiam S. Angeli. Ita abiit annus unus in tali infirmitate: poſtea autem in proceſſione, quinta Maji ante biennium habita, cum tranſlatione Reliquiarum ex veteri in novam argenteam arcam, poſt earumdem publicam exhibitionem; cum ventum eſſet ad planitiem caſtri, examinati à medicis ibidem ſunt infirmi, qui cum ſanitatis recipiendæ ſpe propiores arcæ procedebant, & puerum ſanum eſſe invenerunt. Exclamavit ergo ipſe teſtis, Miſericordia; idemque faciente populo gratulabundo, filium ſuum ſtitit coram Notario Jacobi Murci, ut curati nomen atque cognomen in tabulas reciperet,

EX PROCESSU MS.

In Tranſlatione ſanantur unus

& alter puer.

E

111 Laurentius Spata, *teſtis* LXXVI, de filio ſuo Julio jam ſeptenni dixit, quod anno ætatis ſecundo factus herniоſus ex parte ſiniſtra, poſt quædam remedia incaſſum tentata, fuit à ſe atque à ſua uxore Margarita commendatus interceſſioni S. Angeli, lotus aqua fontis, oleo lampadis ejus inunctus, & in proceſſionibus quandoque deportatus. Tandem ab annis duobus cum transferrentur ſolenniter Reliquiæ, in ipſa regii caſtelli planitie viſitatus eſt à medicis puer, inter ipſius teſtis eum ferentis brachia: & quaſi nihil unquam læſus, repertus integer; ideoque poſt lætam Miſericordiæ conclamationem, ipſius quoque nomen & cognomen exceptum eſt à Notario prædicto. Maria Falcone, *teſtis* XCVI, jurata affirmavit, quod ab annis circiter XXVIII filium habuit nomine Andream, annorum tunc duorum & herniоſum: quem cum ad eccleſiam S. Angeli ſua quædam filia nomine Franciſchella duxiſſet, ſanum integrumque reduxit admiranti matri: & rei geſtæ modum requirenti reſpondit, Deſcendimus ambo intra fontem S. Angeli, ubi erat quidam Fraterculus Carmelitanus: qui herniam tetigit atque ſanavit. In cujus beneficii compenſationem ſuus qu. maritus Mag. Petrus Falcone, altari ipſius Sancti obtulit pallium ex capellotto *c* rubro cum limbis aureis.

item unus ad fontem.

c

aliuſque Sancto commendatus.

F

112 Relatio D. Andreæ Lombardo, *poſt ipſius Notarii teſtis ultimi depoſitionem ipſo* XXV *Novembris deſcripta, inter alia* habet, quod cum frater ſuus Franciſcus Lombardi, ante hos decem annos tranſactos octennis, gravem herniam pateretur, ab utriuſque matre Laurea fuerit Sancto commendatus, ſecuto effectu deſideratæ curationis. *Idemque poſtea die* II *Martii anno* MDCXXVI confirmavit Joannes Antoninus de Caci, *dictorum Andreæ & Franciſci Lombardo affinis, per uxorem quam habet, ſororem illorum. Denique* Capitaneus Vaſcus de Sayavedra Hiſpanus, de regno Caſtellæ veteris, de terra S. Martini de Valdez, ætatis annorum LXI, Regius Caſtellanus regii caſtri hujus civitatis, unius ex quatuor regiis caſtris hujus regni Siciliæ, die XXV Martii prænotati, dixit ſcire, quod ante annos octo filius ſuus Don Petrus, annorum tunc duodecim adoleſcens, equitans verſus eccleſiam S. Mariæ de Sambucis quarto ab hac urbe milliario, cum equum ferocientem ſatis regere non poſſet, & ſibi magis quam illi vim faceret, ruptus fuit in dextro inguine ita vehementer, ut incurabile eſſe malum medici conſulti reſponderint, ac nominatim Joannes Baptiſta d'Ognibene: qui patri auctor fuit, ut humanis remediis deſperatis adhiberet divina, ac filium S. Angelo commendaret. Cui conſilio acquieſcentes ipſe teſtis & uxor ejus Catharina, & toto quadriennio, quo

item filius Regii Caſtellani

ſuus

EX PROCESSU MS.

ſuus iſte filius magnos ab infirmitate iſta patiebatur cruciatus, ſuam continuantes devotionem, tandem exauditos ſe gaviſi ſunt, ſanatumque filium prædicto chirurgo oſtenderunt. Quo aſſentiente miraculoſam curationem videri; curaverunt ipſi per eum qui tunc Prior conventui præerat, P. Mag. Fr. Angelum Gatto, fieri ſolenniſſimum ſacrum, cum feſtivo campanarum ſonitu & tormentorum boatu: ac poſtea eleemoſynæ nomine per Actum publicum ceſſerunt Societati ipſius Sancti, ad uſum fabricæ promovendæ, ſcuta decem à Mag. Luca Biſſi ejuſque ſociis ſibi debita. *Et hæc etiam confirmata leguntur in relatione ipſius jam d. Prioris, ultimi inter centum teſtes, in primo proceſſu adductos.*

& alterius filii duo cum filia paralytica.

113 Anno *denique* MDCXXVII die XI Martii, Antonius Io Judici publice teſtatus eſt, quod ante quatuor annos filio ſuo Franciſco qui nunc octennis eſt, eruperit ingens hernia in dextro inguine cum continuo graviſſimoque cruciatu: item quod filia Angela, triennis puella, ab ipſa ſua nativitate tam fuerit membris omnibus mollis ac debilis, ut non niſi maxima cum difficultate poſſet ambulare: quæ deinde uno menſe antequam hæc deſcriberentur de gradibus lapſa, toto corpore impotens facta eſt, & perpetuo ſedere coacta: quin etiam, quod alter filiorum ſuorum, Joſeph nomine, ad præſens novennis, ex utero matris hernioſus prodiit in parte ſiniſtra. Tam multiplex in tot liberis afflictio, ut ait ipſe, vehemens in ipſo atque uxore deſiderium excitavit, in liberis ita defectuoſis experiendi virtutem S. Angeli: quapropter jugiter ei ſupplicabant, ut calamitati ſuæ ſuccurreret. Tandem vero ante dies octo accipientes aquam de fonte, ex eaque balneum liberis ſuis parantes, poſtero die mane omnes ſanos invenerunt. Quos cum inſpiciendos exhibuiſſent chirurgo Joanni Baptiſtæ d'Ogni-bene, & hic perfecte ſanatos eſſe aſſeruiſſet; cucurrerunt illico cum ipſis ad eccleſiam: factamque ſibi gratiam revelantes, curaverunt ſolenne Sacrum, cum feſtivo campanarum pulſu aliiſque lætitiæ ſignis, decantandum.

B

ANNOTATA.

a Burgium, p. m. *circiter* 5 *diſtat Leocata, verſus Drepanum euntibus.*

b *In vulgari eſt* Maſchi, *occurritque ſæpius. Sunt illi haud dubie genus aliquod igniariæ machinæ, licet vox in communi Italica linguæ ſignificet* Maſculos.

C c *Vulgo* Camellotto, *ex caprarum pilis confectus pannus. Imperiti, ob vocis corruptelam, æſtimant Camelorum pilos eſſe: & ſic etiam in noſtro Belgio, pro* kepers-hayr, *dicitur* kemels-hayr.

CAPUT XI.

Calculi & veſicæ dolores item & hydropiſis curata per S. Angelum.

Stranguria laborans

114 IOſeph Serrovira, *teſtis* XXXII annorum LX circa, dixit de ſuo qu. patre Nicolao, qui ſi nunc viveret eſſet centum & quindecim annorum, quod anno ætatis ſuæ quadrageſimo octavo occupatus ſtranguria, familiari ſibi malo, accerſierit ex oppido Caſtri-Joannis expertiſſimum medicum, cui nomen Joannes-Maria, cognomen memoria excidit: qui lenire malum per ſyringas conatus aliquoties, cum profeciſſet nihil, ad extremas anguſtias redactus erat æger & moriturus credebatur. Hic lecto decumbens, nocte quadam ex una aſſiſtentium ſibi mulierum quæſivit, quæ eſſet hora. Reſpondit illa, quartam circiter noctis eſſe. Quo dicto recordatus eſt æger illam ipſam eſſe horam qua paucis annis ante, ſcilicet MDLIII die XI Julii, accerſitus fuit à Capellano venerabilis eccleſiæ S. Angeli, ut ſe juvaret in ſalvanda argentea arca glorioſi corporis à manibus Turcarum & infidelium, qui ſub initium diei ingreſſi in civitatem cœperant eam expilare: & tunc d. Nicolaus abſtulerat arcam ſacram in territorium Daynumeræ, loci ad hujus civitatis diſtrictum pertinentis, ibique abſconderat in quodam diverſorio à Chorda nigra appellato. Itaque ad Sanctum converſus, magis corde quam voce, ſupplicavit eidem pro ſalute impetranda. Dixit autem poſtea, quod vix incepta oratione, vehementi paroxyſmo corripi ſe ſenſerit: deinde per virgam ejecerit quaſi inteſtinum quoddam longitudine unius palmi, plenum pure & glarea tam fœtenti, ut vix quiſquam ſubſiſtere in camera illa potuerit. Adveniente autem medico, & jubente ut urinam cieret æger, implevit matulam eadem materia. Quam ille conſiderans, pronuntiavit fieri naturaliter non potuiſſe, ut ea ſic egereretur: quandoquidem farcimen illud non erat aliud, quam apoſtematis intra veſicam concreti pellicula, prout intus contenta materia demonſtrabat. Ea autem egeſta, ſubito ſanitatem recepit æger, & uſque ad octogeſimum ætatis annum incolumis vixit.

D *qui olim S. Angeli arcâ à Turcis ſervarat.*

eodem invocato ejicit purulentum apoſtema.

E

115 Franciſcus Turco, *teſtis* XL, dixit, quod ab annis circiter novem, filio ſuo Petro, tunc quinquenni, acciderit infirmitas graviſſima, facultatem reddendæ urinæ præpediens, qua diebus ac noctibus pene continuis plorabat & ejulabat puer: conſulti autem medici reſpondebunt, eum eſſe effectum calculi, unde nequiret puer niſi per ſectionem liberari. Senſit ut debuit filii diſcrimen pater, nec in humanis inveniens remedium, divina explorare propoſuit, ad S. Angeli deprecationem recurrendo. Cum ergo ſæpius puerum portaſſet ad eccleſiam ejus, ac præcipue quoties Reliquiæ foras educebantur (quod in feſto ejus v Maji atque octava feſtivitatis die tunc fieri conſueverat) nec tamen opem ullam experiretur, annum jam & medium durante malo; inſtare cœpit apud Sanctum tanto importunius, quanto diutius differebatur gratia. Tandem decrevit filium ungere oleo lampadis ante arcam ardentis; quod quidem cum ardentiſſima devotione fecit, nihilominus illa nocte plus etiam ſolito ejulavit puer. Mane autem ſurgens ipſe teſtis, in eodem lecto, in quo jacebat parvulus, invenit calculum inſtar nuclei olivarum: ſibique perſuadens hunc eſſe qui filium cruciaverat, ipſum oſtendit medicis: qui eum agnoverunt eſſe talem qualem calculoſi portare ſolent. Et firma atque conſtans exinde ſanitas pueri ſatis clare oſtendit, miraculoſe fuiſſe curatum: ideoque non ceſſat pater, poſt actas Sancto gratias, filio inculcare quotidie illius devotionem atque amorem.

puer calculoſus

unctus oleo lampadis calculum ejicit.

F

116 Andreas Ferro, annorum XXI, *teſtis* XC, dixit, quod cum novennis eſſet, gravi infirmitate præpediente, urinam vel emittere omnino non poterat, vel non niſi per maximos cruciatus, quos lacrymæ & ejulatus teſtabantur. Quibus moti parentes ejus Angelus & Franciſchella, cum puerum totis tribus diebus in eo tormento vidiſſent, devoverunt ipſum Sancto hujus urbis Protectori: viſitanteſque eccleſiam ejus, ac de oleo lampadis ungentes filium, illius opem præſtolabantur, poſt curatum inſuper in ejus honorem ſacrificium Miſſæ. Et perrexit quidem plorare puer nihilo minus dolere relatus ab eccleſia, quam cum delatus eo fuerat: ſed à parentibus advocatus chirurgus Antoninus Belguardus, cognovit malum eſſe à calculo, qui proximus egreſſui eſſet: ſicut revera egreſſus ipſamet hora, nullo alio remedio adhibito, puerum ex integro ſanum dimiſit;

item puer alius.

A dimiſit; ideoque non dubitarunt illi adſcribere gratiam S. Angeli beneficiis, quem tam devote invocarant, cum ex eo tempore nil tale amplius paſſus fuerit puer.

Concionator Minorita, 117 Rev. P. Fr. Paulus ab Alcamo, Prædicator ac Sacerdos Minorum Obſervantiæ S. Franciſci, *teſtis* XCIII, dixit XVII Septembris, quod præterita hebdomade exiſtenti ſibi in ſuo hujus civitatis Conventu S. Mariæ de Jeſu, ſenſerit familiarem ſibi infirmitatem, urinæ ſcilicet reddendæ difficultatem. Cumque in hoc ſuo labore ingraveſceret dolor etiam uſque ad ſpaſmos, nec ullam in humanis remediis ſpem haberet, eo quod conſuetos fines excederet dolor, tandem recordatus eſt S. Angeli: cui ſtatim ac ſe commendavit dicens, S. Angele, libera me ab hoc cruciatu; urinam ſubito reddere cœpit, ejiciens calculum cum acutiſſimi doloris ſenſu: id quod beneficiis Sancti adſcribens, gratanter declaravit ut tale, ſperans abhinc deinceps liberum ſe eo malo futurum per d. Sancti interceſſionem.

Priori Con. Carmelit. urina impedita ſolvitur. B 118 *Teſtis centeſimus* Rev. P. Fr. Angelus Gatto, Sacerdos Carmelita, affirmavit, quod eo quadriennio, quo ipſe fuit hujus Conventus Prior & per Quadrageſimam concionabatur ad populum in eccleſia ſua, nocte quadam invaſus fuit intolerabili dolore primo ventris tum veſicæ: quo ſic invaleſcente ut ſibi videretur animam agere, nec in applicitis medicinis opem ullam inveniret, quia jam integram noctem tranſegerat, nec tamen urinæ quidpiam egerere potuerat; convertit ſe ad S. Angelum, per ejuſdem religionis ac nominis communionem orans, ſibi ut dignaretur ſuccurrere: qua prece prolata, ſubito ſoluta ei urina eſt, & omni prorſus dolore liberum ſeſe eſt miratus.

Syndico Panormitano tollumtur febres 119 V. I. D. Cæſar Lazara ætatis annorum ſexaginta circa, Regius Syndicus de urbe Panormi, in hac civitate degens, dixit die nono menſis Decembris, quod cum Novembri proxime præterito eſſet in civitate Nari, invaſum ſe ſenſerit à vehementiſſimo morbo, cum febri ardente & totius corporis labore ſummo, maxime propter urinam, quæ tota rubra inflammataque erat & ſanguine mixta. Ita infirmus in hanc civitatem venit ſui officii cauſa, intendens ante omnia viſitare Reliquias S. Angeli: atque ad civitatem perveniens XXX die menſis, juxta fontem deſcendit ex equo, & ſic cum aliis nobilibus pedes urbem ingredi voluit. Cum autem portæ appropinquaret, eâdem egrediebatur pompa proceſſionalis, quam nobiles iſti dicebant à Leozatenſibus inſtitui, pro liberatione civitatis Agrigentinæ à peſtilentia. Mutanda ergo via fuit, atque ita caſu factum eſt ut tranſeunda fuerit ipſa S. Angeli eccleſia: de qua requirens teſtis quænam eſſet, & nomen intelligens, ſummopere conſolatum ſe ſenſit, & prædictos nobiles ſe deducentes rogavit, ut cum eorum bona gratia liceret ſibi viſitare reliquias d. Sancti. Annuentibus autem illis, poſt adoratum venerabile honoratamque arcam, deductus ad fontem, qui dicebatur ipſo erupiſſe loco, ubi olim fuerat ſancti Martyris ſepultura; ipſe cum ſingulari devotionis inſolitæ affectu ex eodem bibit, venienſque ad hoſpitium nec morbum nec febrem nec alterutrius reliquias ſenſit amplius, & urina clara deinceps ac ſana apparuit: quare ſe agnoſcit Sancto ipſi obligatiſſimum, coram Hieronymo la Magnia & Petro Faraone Actuariis ſuis, ac Baſilio Stilla apparitore, laudem debitam Sancto reddens.

haufta a. qua de fonte Sancti.

item mulieri una cum iis grave ſymptoma patienti: 120 *Quia autem febrium facta mentio eſt, nonnullos ab iis liberatos hic ſubjungamus.* Hentiona, uxor Angeli Smecca, ætatis annorum LX incirca, *teſtis* LXXXIII, dixit die VII menſis Novembris, quod ab uno circiter menſe pati cœperit febrim cum ſymptomate moleſtiſſimo, qua per octiduum continuata, in peſſimum ſtatum ſe reductam ſentiebat. Cum autem eſſet, ſicut etiamnunc eſt, devotiſſima S. Angelo; ſæpius ei ſe commendavit: & quodam veſpere mandavit ſibi hauriri de fonte, & ſumi aliquid de oleo lampadis S. Angeli. Quam aquam oleumque ſibi allata ſuo admovit corpori, tantoque impenſius deprecata eſt Sanctum, quanto ſolicitius eamdem devotionem inculcabat ſibi medicus ſuus Doctor Franciſcus Perconti. Quarta autem noctis hora obdormivit aliquantulum, & viſa eſt ſibi videre per ſomnium perſonam gravem, in ætate juvenili, cum pallio albo, galero, & ſcipione, tamquam peregrinum; qui ipſam in lecto inveniens requirebat, quid ei eſſet? Videbatur autem reſpondere, multum ſe fatigatam eſſe hac ſua infirmitate, quod ſi adhuc ſemel ejuſmodi ſymptoma pateretur, quale ſe dicebat proximo mane præſtolari, haud dubie ſuffecturum ad mortem. Cui peregrinus, Ne metue, ſed herbam hanc accipe & collo applica, neque id quod formidas recurret amplius. Noverat herbam ipſa teſtis; ſed nomen prorſus è memoria excidit: volens autem ut ſibi videbatur d. herbam accipere, experrecta eſt de ſomno, plena ingenti fiducia, quod is qui viſus erat fuiſſet S. Angelus, cujus ſpeciem ex ejus imaginibus cognoverat, & quod ab omni incommodo foret deinceps libera: uti revera liberam invenit rediens ad eam viſitandam medicus, permiſitque ut ſurgeret de lecto, poſtquam ſomnii ſeu viſionis ordinem ex ipſa audierat. *Huic relationi atteſtatus eſt, altera poſtquam res acciderat ſeptimana, die* XI *Octobris, ipſemet medicus prænominatus, teſtis* XX.

poſt Sancti ipſius apparitionem.

ſanatur filia March. Sanctæ crucis. 121 Balthaſar Cæleſtri & Prades *teſtis* LXVIII, dixit ſignificatum ſibi à Marchioniſſa Sanctæ-crucis, in hoc regno commorante, D. Franciſca Cæleſtri, quod applicando fruſtillum de ligno arcæ filiæ ſuæ Lucretiæ ſecundo genitæ, quæ febri hectica laborabat, eamdem reſtituerit ſanitati: pro quo beneficio miſit duas faces, quæ arſerunt in majori eccleſia, ſub oratione quadraginta horarum, iſtic coram reliquiis S. Angeli inſtituta, pro liberatione urbis Panormitanæ à lue contagioſa, quæ ſuperiori anno menſe Auguſto iſtic detecta nuntiabatur.

& alius à febri periculoſa, Joannes Antoninus de Caci die II menſis Martii anno MDCXXVI profeſſus eſt quod affinis ſuus, frater uxoris, Franciſcus Lombardus, prægreſſo menſe Januario in gravem delapſus febrim, periclitari cœperit de vita, ex medicorum judicio, timori quam ſpei propinquiorem judicantium: quare tam ipſe teſtis quam ſocrus Laurea ac familia reliqua infirmum commendavere Sancto, & magna cum devotione dederunt ei aliquoties abſumendum fruſtillum de lignoi veteris arcæ, & aquam de fonte bibendam. Quibus factum eſt, ut diſſipante ſe maligno qui febrem cauſabat humore, eruperint ægro duæ ad collum parotides: & his intra breve tempus apertis, convaluit Franciſcus; itaque ſanus nunc vivit, ac ſi nihil incommodi paſſus fuiſſet. *Dicendum porro etiam de hydrope eſt aliquid: nam & hunc curaſſe Sanctus invenitur.*

item mulier hydropica 122 Melchiora, uxor Pauli Bella, ætatis ann. XLIII, *teſtis* XXII, dixit XII menſis Octobris, quod à duobus circiter menſibus toto corpore cœperit intumeſcere, medico Franciſco Safilla judicante malum ex inveterato ab annis quinque aſthmate procedere, ac prorſus incurabilem eſſe hydropiſim, cui levamen dumtaxat aliquod aperto ventre dari poſſe cenſebat, quod etiam facere deſtinarat. Creſcente autem morbo, decrevit ſpes vitæ conſervandæ: neque plus quam octo dies ſunt, quod propter anguſtias quas patiebatur maximas,

EX PROCESSU MS.

propinquam ſe morti ipſamet exiſtimabat. Itaque præmiſſis Confeſſione & Communione ſacra, etiam extremam Unctionem ſuſcepit de manu D. Antonini Collura, Capellani parochiæ S. Pauli ſuique Patris ſpiritualis, per Paulum maritum accerſiti: qui tali in ſtatu ipſam dimiſit, ut præter ultimum ſepulturæ officium nihil ei crederet impendendum reſtare. Ergo eo ſe adductam videns ægra, S. Roſaliæ ſe commendavit, ſed imprimis Virgini ac Martyri S. Angelo, ad cujus Conventum pro Miſſa dicenda ferri eleemoſynam præcepit. Nocte proxima, poſtquam ſæpius ſuo ventri impoſuerat particulas de arca S. Angeli, & ſaxo ſepulcrali S. Roſaliæ, obdormiſcens aliquantulum ſenſit ſibi ventrem coſtringi ab ipſis, ut videbatur, Sanctis Angelo & Roſalia, omniaque inteſtina commoveri. Ut autem evigilavit, ſeque ſine tumore eſſe & morbo omni liberatam cognovit, filiam Philippam ad ſe vocans, miraculum in ſe factum narravit, tam ſana & gracilis quam unquam antea; ipſiuſque aſthmatis reliquiis libera. Gratias porro egit liberatoribus ſuis Divis, & venientibus ad ſe poſtridie tam Medico quam Capellano prædictis ſtuporem movit tam miraculoſa tamque repentina mutatio: *qui etiam rem eamdem ſuo confirmavere juramento hic* XXI, *iſte* XVIII *teſtis.*

jam morti proxima

per SS. Angelum & Roſaliam.

B

123 Pater Fr. Franciſcus Galutius, Sacerdos Carmelita, *teſtis* X, dixit quod cum Prior eſſet P. Mag. Angelus Gatto, vidit peregrinum quemdam, cujus nomen ſibi è memoria excidit, quamvis nomen ipſe palam indicarit, hydrope laborantem: qui paucos ante dies egreſſus de hoſpitali S. Jacobi venit in eccleſiam S. Angeli. Cumque ingredi vellet illius fontem, prohibere id nitebatur ipſe teſtis, ne quid turbarum oriretur. Illo tamen perſiſtente, atque dicente, quod omnino ſe deberet tam ſalutifera aqua explere; magnum ejus fervorem reveritus ipſe teſtis, ingredi illum permiſit. Poſtquam ergo ingreſſus bibit largiter, Jam, inquit, Pater, ſanus ſum, per Dei & S. Angeli gratiam: reipſa vero ſanum eſſe monſtrabat ſubita gracilitas corporis. Ad naturalem ſtatum reducti: *aderat & videbat, jam nominatus Prior Conventus.*

& peregrinum ſimiliter hydropicum.

124 Notarius Antoninus Streva, annorum LXXIV, *teſtis* XLVI, dixit, quod ab annis circiter ſexaginta, paulo ante & poſt, ſæpe viderit Agathucciam puellã ſedecennem, filiam Jacobi de Drepano, qui velut civis honoratus & opulentus habitabat in platea Pontis juxta caſtrum Regium, Dicta autem filia per defluxum humorum ſupra oculos facta erat omnino cæca, nihil prõficientibus medicinis, quas magno impendio patris applicuerat qu. Angelus de Glava, hujus urbis tunc expertiſſimus medicus: qui tandem ipſi Jacobo dixit, quando nulla jam ſpes humanitus ſupererat filiæ recuperandi viſus, iret & S. Angeli invocáret auxilium. Paruit autem afflictus pater, & filiam ſuam Sancto devõvens, curavit eam indui tunica habitus Carmelitici, & una dierum ipſam duxit in eccleſiam cum oblatione unius cerei. Vix autem portam attigerant, quando aperti ſunt oculi Agathucciæ, quos tanto tempore clauſos habuerat; ſeque ſanam videns, una cum patre clamare cœpit, Miſericordia. Concurrentibus vero ad eos clãmores civibus, concurrit etiam ipſe teſtis, viditque apertos Agathucciæ oculos, quos antea ſæpe viderat clauſos, atque ita particeps fuit lætitiæ, æque ac poſtea in multis aliis occaſionibus publicatorum miraculorum: quorum monumenta cum extent palam in capella Sancti, ſuperfluum credidit longiorem de iis relationem texere.

An. 1565 illuminatur puella cæca,

C

S. Angeli templum adiens,

125 Angelutia, uxor Philippi ſo Nobili, *teſtis* XLVIII, dixit, quod ſuo cuidam ex ſorore Antonella nepoti bimulo, nomine Mariano, filio qu. Philippi Moniſteri, gravis ſupra oculos catharrus, in brevi tempore, totam facultatem videndi oculo dextro, fere totam ſiniſtro abſtulit. Quam ille calamitatem cum biennio paſſus eſſet; denique menſe Majo, ante duos & dimidium annos, Sacerdotibus Sancti reliquias in cœmeterio majori publice oſtendentibus, ipſa teſtis porrexit roſarium ſuum ſacris lipſanis admovendum, & admotum tanto majori cum devotione recepit, quanto magis deſideraverat ipſas reliquias aliquando videre. Tum vero egreſſa ab urbe ad vicum Sabbucorum, ubi maritus ſuus Philippus una cum dicto nepote Mariano morabatur, præfatum roſarium ſeu coronam oculis pueri pluries admovit, dicens, Glorioſus S. Angelus lucem nobis donet: eodemque die rediit in urbem, maritum atque nepotem in ſuburbanis relinquens: qui etiam ipſi poſt octo dies advenerunt; & quidem Marianus tam clare videns, ac ſi nihil incommodi unquam in oculis habuiſſet, cum maximo ipſius teſtis ſtupore omniumque vicinorum; quorum nullus dubitavit, quin hoc eſſet evidens S. Angeli miraculum, cui proinde tam ab ipſa quam à marito nepoteque actæ ſunt frequentes gratiæ de beneficio tam æſtimabili.

D

tactus roſario reliquiis ad moto.

E

CAPUT XII.

Cæci illuminati, curati paralytici, per invocationem S. Angeli.

126 JOannes Angelus la Cutrera, ætatis annorum quinquaginta in circa, oriundus civitatis Heracleæ, & civis Leocatæ, *teſtis* XXXIX *auditus die* XXI *Octobris*, dixit quod ab annis circiter viginti, defluxio quædam, in oculum ſuum dextrum labens, illius lumen omne extinxerit: qua in orbitate manſit ipſe totis quatuordecim annis, uſque dum ſimilis in alterum oculum deſcenſus plenam advexit cæcitatem, non obſtantibus remediis quantumcumque multis. Jam tribus annis ita cæcus fuerat, cum ante duos annos & medium menſe Majo, in tranſlatione corporis S. Angeli, intelligens Reliquias publice oſtendi in cœmeterio eccleſiæ majoris, plurimum doluit quod tam religioſo ſpectaculo privaretur, propter oculorum vitium domi ſuæ recluſus. Interim non negligenter invocabat Sanctum: dumque ipſius domum tranſiret pompa cum nova arca, ad oſtium domus ſuæ acceſſit poſt illud ſupplicans. Tum vero viſus ſibi eſt confuſe cernere tranſeuntem ordinem, ipſamque capſam velut umbras: quod cum dixiſſet uxori ſuæ Martiæ, reſpondit illa; Quin tu, marite, oculos lavas aqua ejus fontis, qui in media S. Angeli eccleſia eſt; vidi enim paſſim id facientes, multamque opem inde relatam profitentes cives exteroſque. Forſitan etiam tibi ea ratione ſuccurret Deus, quia magnam in Sancti meritis ſpem repoſitam habeo. Abi ergo, inquit teſtis, & de illa aqua affer quantocius. Abivit mulier ad eccleſiam, implevit aqua vaſculum, marito attulit, & ipſe per triduum ea ſe abluit: tertio autem die perfecte illuminatus, cœpit diſtinctiſſime videre res quaſcumque & perſonas: quapropter in genua provolutus, Deo & Sancto frequentes egit gratias: deinde ad eccleſiam ſe tranſtulit, factamque ſibi gratiam publice notam fecit, cum magno totius civitatis jubilo & ſuæ erga Sanctum devotionis augmento. *Ita ipſe & de ipſo etiam teſtis* II Don Julius Bennici Vicarius Leocatenſis.

item vir in reliquiarum Tranſlatione Sanctum invocans

F

& oculos aqua ejus lavans.

127 Fran-

& an. 1623 fuer,

A 127 Franciſchella uxor Franciſci Mangiameli, *teſtis* LXX, dixit quod ab annis circiter quatuor, *anno 1624 eadem aqua ſanata cæca* cuidam filiæ ſuæ, nomine Gratiæ, tunc annum primum ætatis vix egreſſæ, defluxerit humor tam malignus in oculos, ut eorum lumen omne extingueret, ex iiſque perpetuo ſanguis ſtillaret. Accrevit deinde ſuper ipſos caro, pupillas cooperiens, tantoſque gignens cruciatus, ut fere ſemper utrumque oculum palmulis applicatis obtegens aperto ore ejularet. Adhibuit quidem remedia multa mater: ſed nihil videbatur ad curationem prodeſſe: quare ad Deiparæ Virginis & S. Angeli interceſſionem apud Deum promerendam ſe convertens, hujuſque eccleſiam identidem viſitans, commendabat ipſi filiam ſuam, lavando ejus oculos aqua fontis in media eccleſia ſcaturientis. Jam duos annos cum dimidio egerat in hac ærumna infelix parvula, & in perpetuam cæca manſura putabatur: accedebat autem ad cæcitatem etiam membrorum imbecillitas tanta, ut quamvis ſua ætas ipſam formando greſſui maturam feciſſet, nihil tamen facere poſſet minus. *& paralytica puella,* Tandem anno MDCXXIV, quodam ſabbato menſis Auguſti hora Completorii, dum d. teſtis eſſet in eccleſia Sanctum invocans, & aqua ejus tingens, B non tantum oculos & crura filiolæ, ſed totum ejus corpus, votumque faciens quod habitum Carmelitani Ordinis ei eſſet impoſitura; cœpit parvula ex illa hora ambulare & oculos aperire: neque multi dies abierunt quin eſſet integerrime ſana. Quapropter gratam voluntatem cupiens demonſtrare ipſa teſtis, ultra quotidianam actionem gratiarum, curavit varia Miſſæ ſacrificia offerri; neque diſtulit votivo habitu parvulam induere. *Ita mater: cujus omnia ac ſingula verba ſibi prælecta confirmare dixit pater puellæ Franciſcus, teſtis* LXXI.

an. 1625 ſanatur cæcus in proceſſione, 5 Maji 128 Martinus Cumbo, *teſtis* LXXXVIII, dixit, quod ante annum unum initio Decembris, pati cœperit defluxum ſupra oculos, quo tandem factus eſt plane cæcus, fruſtra adhibitis quibuſcumque remediis. Recurrit ergo ad invocandos S. Luciam & S. Angelum Virgines ac Martyres, & ad hujus eccleſiam frequenter ſe duci faciebat ante Reliquias, & ante imaginem S. Luciæ, quæ in eadem eccleſia colitur: curavit etiam ibidem Miſſam celebrari, ipſiſque Sanctis geminam facem ex cera vovit, ſi ei lucis uſuram reſtituerent. In hoc autem ſtatu perſeverans uſque ad quintum diem Maji proxime præteriti, cum Proceſſio circumduceretur, C etiam ipſe ſe circa ſanctas Reliquias portari fecit, magno affectu Sancti opem implorans. Nec fruſtra: durante proceſſione cœpit paulatim lucem videre cum tanto ſucceſſive incremento, ut die poſtero potuerit abſque duce exire ad agrum ſuum colendum, quod ab initio dictæ infirmitatis facere numquam potuerat, qui neque pedem extulerat urbe: nunc autem integerrimo viſu fruitur, potiſſimum beneficio S. Angeli, quem ſpecialius invocavit una cum S. Lucia, cui ſe pariter agnoſcit obligatum.

& menſe Auguſto cæca per aquam: 129 Eliſabettucia, uxor Franciſci Gulino, *teſtis* XLIX *audita ejuſdem menſis Octobris die* XXVI, dixit quod ante ſex menſes quædam filia ſua Franciſchella, annorum ſeptem puella, infirmari oculis cœpit: quibus non omiſit ipſa teſtis ex medicorum conſilio adhibere quæcumque ſuggerebantur remedia: ſed fruſtra. Oravit ergo Deum & S. Angelum ut potius mortem indulgerent parvulæ, quam cæcam vivere paterentur: vixit tamen omnino cæca menſibus quatuor, uſque dum accepit de aqua ſalutaris fontis: qua ſæpius puellæ faciem abluens, multam concipiebat fiduciam gratiæ obtinendæ: ſicut & obtinuit. Poſtero enim die melius habere Franciſchella cœpit, & paulatim viſum recuperare: itaque profecit ad ſanitatem ut tertio die integre diſtinctiſſimeque cognoſcere potuerit objecta quælibet, in eaque viſus claritate uſque hodie perſeverat, cum magna conſolatione matris, ſancto Martyri propterea ſe devotiſſimam agnoſcentis. *Hæc de cæcis: ad paralyticos tranſeo.* EX PROCESSU MS.

130 Joſepha, uxor Franciſci Bagarellæ, annorum decem & ſeptem incirca, *teſtis* XXVIII, dixit, *juvatur paralytica & miſere contracta,* quod ante duos annos ſic infirmata ſit ut nullum corporis membrum poſſet movere, nullumque in medicis ſæpe conſultis, variaque remedia applicantibus inveniret ſolatium; quin de die in diem ingraveſcente malo, quod eſſe paralyſis dicebatur, funditus peſſum iret valetudo ſua, & lecto jugiter affixa teneretur. Contracta deinde etiam crura fuerunt artuſque alii, cum tanta totius corporis deſiguratione, ut omnibus ſpectantibus horrorem incuteret. Tandem ipſa & mater ſua Hieronymella ad Deiparam Sanctumque Angelum recurrerunt. Cumque d. mater aquam de fonte Sancti petiiſſet, eaque filiæ membra laviſſet, cœpit illa nonnihil commovere pedes artuſque alios. Sentiens autem *uſu aquæ de fonte.* id eſſe initium ſperatæ gratiæ ac ſuæ devotionis fructum, voto ſe obligavit ipſa & mater ſua, quod E Miſſam ſolennem cantandam curarent. Vix duo præterierant dies, quin plene ſanata in ſuæ matris comitatu ad eccleſiam iverit, ſuoque ſe voto exolverit, addita mortariolorum exploſione & aliis publicis lætitiæ ac gratitudinis argumentis. *Huic porro relationi ſimilia dixerat etiam* Don Joſeph Carletto, ſecularis Sacerdos, *teſtis* XIV, velut qui optime Joſepham noverit, in juncta domui ſuæ domo habitantem, *ſed ibi viri cognomen ſcribitur* Zagarella *fuiſſe.*

131 Antonius Græcus qu. Martini, *teſtis* VI, *item puer membris omnibus diſſolutus,* dixit, quod ante annos circiter X, filius ſuus Joſeph tunc anniculus, idemque formoſiſſimus & valentiſſimus pro ætate, quodam matutino tempore dum ſolveretur è faſciis inventus fuit ab uxore Antonella pueri matre membris omnibus mollis & fracidus inſtar pulmonis: ſic autem infirmus manſit annis quatuor, ita ut loqui quidem ſciret, ambulare autem non poſſet, ſed ſolum ſtare fixus in loco; quod ipſum ut poſſet, & aliquam trunci inſtar haberet conſiſtentiam, faſciis eum involvebat mater. Porro dierum una, ſolutis aliquando faſciis, ambulare cœpit tam expedite, quaſi id pridem ſæpiuſque feciſſet. Quo ſpectaculo attonita mater; Et quomodo, inquit, fili, ſanum te video? F *ad apparitionem Sancti.* At ille: Hac, inquit, nocte apparuit mihi quidam & dixit: Surge, ambula: ego ſum S. Angelus. Huic ergo, cui ſæpius pro filii ſanitate ſupplicaverant ipſe & uxor ſua, acceptum beneficium retulerunt: nam & aquam de fonte ejus ſoliti fuerant lavando puero adhibere, & cum eo inter brachia ſublato comitari ſemper proceſſionem Reliquiarum. Quia autem res acciderat diebus ipſum feſtum immediate prægreſſis, rurſum ſecuti proceſſionem, cum ea perveniſſet ad planum Cunicellæ, coram omni populo prædicavere miraculum, exhibito palam filio ſano. *Idem teſtatur, qui d. publicationi præſens fuit* Don Angelus Oriolus, Sacerdos ſecularis, *teſtis* III, *expreſſe addens*, morem eſſe, ut certis locis ſubſiſtat ordo ſupplicantium, ad cognoſcendum de gratiis quæ inter procedendum fiunt, aut antea factæ nuntiantur, populo ad ſingularum publicationem Dei miſericordiam altis vocibus collaudante.

132 Calogerus Bravo, *teſtis* XLV, dixit, quod ante annos duos, menſe circiter Novembri, privignus ſuus Franciſcus Zirafi, annorum quatuordecim adoleſcens, domum

EX PROCESSU MS. *uti etiam alius mutus & omni motu privatus:*

mum fuit deportatus ex vinea, ad Caput-aquæ ſita, & pertinente ad Doctorem Joſephum Raimundi, cui ſerviebat; deportatus eſt autem mutus & membris omnibus captus. Huic curando non tantum medici, ſed etiam Sacerdotes fuerunt adhibiti, propter ſuſpicionem latentis in eo dæmonis. Verum cum utrique proficerent nihil, plorabat pueri mater, uxor ipſius teſtis Franciſchella; quæ tertio hujus infirmitatis menſe exacto, poſt multas ad Deum & Deiparam preces, tandem etiam ad S. Angeli ſuffragium expoſcendum converſa, ſumpſit aquam de fonte ipſius, & filio balneum inde paravit, cum quanta potuit devotione & auxilii impetrandi fiducia. Ipſa porro nocte lotionem factam ſecuta, experrectus puer, clamare cœpit, Adjuvate, adjuvate me: quia hic eſt Pater quidam: ſurgenſque de lecto currere cœpit verſus ſcalas. Per quas continuo aſcendentes ipſe teſtis & uxor ſua, qui fuerant ad clamorem curſumque exciti, & videntes audientesque Franciſcum recte loquentem & ambulantem, requiſiverunt quid haberet: ipſe vero reſpondit, quod collocatus in lecto viderit juxta vaſculum, in quo lotus erat, Patrem quemdam Carmelitam, ſimilem Priori Conventus S. Angeli, cujus ſe intuentis aſpectu conterritus conatuſque aſſurgere, ſanum ſe invenerit, ſicut revera erat & nunc eſt, ab omni prorſus infirmitate liber: quod ipſe teſtis ejuſque uxor minime dubio Sancti miraculo adſcribentes, eidem gratias deberi profeſſi ſunt.

B

ſanatur contractus & claudus annis 4.

133 Angelucia, relicta qu. Notarii Petri Cavaleri, *teſtis* XLVII, annos, quantum recordatur, ſedecim eſſe dicit, quod mortuo ſuo qu. marito, filiorum ex eo ſibi relictorum unus, nomine Marius, undecim dumtaxat menſes natus, cœpit membris contrahi, malo de die in diem augmentum ſumente: ac denique toto corpore inutilis apparuit, quando ad eam venit ætatem qua pueri jam greſſum conſueverunt formare: erant enim brachia & crura diſtorta ac mollia, quare non niſi ſedere poterat aut jacere. Ea re triſtis ipſa teſtis, non defuit ſibi, quin curando morbo tam miſerabili medicos adhiberet & medicinas: ſed nihil ea ratione proficiens, & altioris virtutis opus eſſe cognoſcens, ad Deum Deiparamque Virginem & S. Angelum urbis Protectorem ſe convertit. Interim ſextum ætatis annum attigerat puer, ſæpe à matre ad eccleſiam eunte commendatus Sancto, ſæpe lotus aqua ex ejus fonte ſumpta: tunc vero commovere ſe ille aliquantum cœpit, & qualemcumque moliri inceſſum, ut melius poterat ſe ſuſtentans: itaque nitens duobus baculis per ſe ad eccleſiam Sancti acceſſit: integraque ſalute mox ibi recepta, dimiſit baculos, ac recta domum ambulavit ad matrem, viſo miraculo effuſam in actiones gratiarum. *Idem, prout ex ipſo audierat Mario, brevius attigit teſtis* XIV, D. Joſeph Carletto *ſuperiùs nominatus.*

C

Itemque puella ſic nata & gibboſa:

134 Antoninus Xiculuna, *teſtis* LXXV, de filia ſua Franciſchella divit, quod ab ipſa nativitate membris omnibus mollis & fracida inſtar pulmonis fuerit, habens præterea magnum gibbum ſub latere, neque dubitabatur quin omni vita maneret greſſu privata, quare eam oportebat ſemper geſtare brachiis. Cum autem duorum annorum jam eſſet, humana remedia deſperans ipſius teſtis uxor Mattheola, ad divina quærenda applicuit animum, & S. Angelum cœpit invocare, ungens aliquando filiam ſuam oleo lampadis ejus & aqua fontis lavans. Poſtmodum ab anno uno circiter & dimidio puellam detulit ad eccleſiam, ibique adorato Sancto experiri cœpit an nondum parvula gradi poſſet. Cœpit autem illa ambulare, tamquam pridem id ſciviſſet: & recte ambulans, domum eſt reducta à matre, multum ſibi gratulante de Patrono tam propitio.

D

Deinceps pluies facultates.

135 Michael Gattuto qu. Leonardi ætatis annorum LVIII, *teſtis* LXXXVI, ante duos annos gravi, ut dixit, correptus infirmitate & lecto affixus eſt, contractis membris omninoque debilibus: quare totus mœſtus ac multum plorans, eo quod nulla ſibi prodeſſent remedia, invocabat jugiter Dei & S. Angeli auxilium. Eodem tempore uxor ſua Agathucella & filii correpti ſunt febribus: unde multo magis afflictus, eoque impenſius Sanctum orans, cœpit uti aqua ex fonte Sancti hauſta, ſeque ea identidem conſpergere aut lavare. Id ad accenſam domus ſuæ candelam agens aliquando, circa horam ſextam noctis cujuſdam, diem Mercurii præcedentis, ſuaſque ærumnas, & S. Angeli miracula cogitatione verſans, vigilantibus oculis vidiſſe ait Fraterculum quemdam Carmelitanum, annorum ut apparebat ſeptem, & vultu jucundum; qui ſupra lectum decumbentis tranſiens ipſum reſpexit, ſubitoque diſparuit. Poſt tunc ſimili modo vidit alium ejuſdem ordinis Fratrem, qui annos ætatis circiter viginti ſeptem præferens, habebat macidulam faciem, barbulam flavam, ſtaturam mediocrem: qui & ipſe lectum tranſiens reſpexit infirmum. Hic vero ſe vigilare ac minime ſomniare cognoſcens, in magnam erigitur ſpem conſequendæ per S. Angelum, quem ſibi apparuiſſe rebatur, ſanitatis. Neque vana ea fuit: etenim ſequenti die melius habens, quotidie proficere cœpit ad perfectam plenamque valetudinem: neque multi fluxere dies quin ad eccleſiam iret, pro ſalute reddita gratias relaturus.

ſuo, uxoris & liberorum morbus auctior.

E

apparens Sancta.

CAPUT XIII.

Reliquæ curationes & gratiæ S. Angeli interceſſioni attributæ.

136 Joſeph Serrovira, ætatis annorum ſexaginta circiter, *teſtis* XXXII, *poſt alia quæ eſt teſtatus*, omnino credidit relatu dignum, quod anno MDCXXIII ſibi contigit in Tranſlatione Reliquiarum ex veteri in novam argenteam arcam. Cum enim tunc familiaris ſibi ereſipelas tibiarum unam repetiiſſet, uti pluries quovis anno ſolebat, & tamen nullo modo committendum ſibi crederet, ut actioni tam ſolenni tamque à cunctis deſideratæ præſentiam ſuam ſubtraheret; in cella, quin aliter ad publicum venire non poterat, efferri ſe juſſit ad ſuggeſtum, unde oſtendendæ populo Reliquiæ erant. Dumque id fieret, ipſe ſe ferventiſſimis votis commendavit Sancto; & auxilium ejus brevi expertus, non modo moleſtum illud malum cito depulſum tunc vidit, ſed illud etiam amplius non pertulit, libet ab eo uſque nunc.

Curatur frequens ereſipelas,

F

137 Philippus Cinciglione, *teſtis quinquageſimus*, dixit, quod XV die Septembris præteriti, filius ſuus Andreas, annorum viginti juvenis, propter infirmitatem oculorum rediit in urbem ex vinea ſua, ſita ſub vico Durra in hujus civitatis territorio: cumque ſequenti mane curaſſet ſibi minui ſanguinem, ipſo veſpere defluxit in brachium, cujus vena aperta fuerat, humor malignus, ipſum cum tota manu enormiter tumefaciens, adeo ut nec digitum quidem commovere poſſet: accedebat dolor in eiſdem partibus tantus cum convulſionibus & ſpaſmo, ut tota nocte ejularet auxilium poſcens. Quare ipſius teſtis uxor Paulella, verita ne forte in paralyſim converteretur malum tam vehemens, quandoquidem Doctor Joſephus Ramundi, qui infirmum viſitarat, ſuſpicabatur ſimile quidpiam; accepit quod penes ſe habebat goſſypium, ſacris Reliquiis tunc admotum,

brachium poſt venam incipiens putrefieri.

A tum, cum illæ ex una in alteram arcam transferrentur, ante annos duos & dimidium: item particulam de ligno veteris arcæ: & utrumque affecto brachio alligavit. Juſſit etiam adferri ſibi aquam ex fonte ejuſdem Sancti, eaque brachium & manum filii magna cum devotione & gratiæ obtinendæ fiducia abluit. Et ecce ſubito ceſſavit ſpaſmus, brachiumque & manus, ſubſidente tumore, intra horam unam non plenam redierunt ad ſtatum naturalem: & eiſdem jam utitur d. Andreas, quaſi nihil unquam incommodi paſſus: quæ res totius familiæ devotionem erga Sanctum haud parum auxit.

difficillima iſchias, 138 Hieronymus Liſcano, de inſula Sardiniæ civis Leocatæ, *teſtis* LII, dixit quod ab annis circiter quatuor Panormo veniens Leocatam, dum
a eſſet inter Racelmutum *a* & Narum, tantum ſubito ſenſit cruciatum in coxa dextera, ut eo ſibi videretur moriturus: pervenit tamen ſed magna cum difficultate in hanc urbem, verum non potuit per ſe ex equo deſcendere, ſed auferendus ab aliis fuit: à quibus in lecto collocatum viſitavit Doctor Franciſcus Safilla. Hic iſchiadem eſſe ratus, mandavit venam aperiri in pede: malo autem ingraveſcente,
B nihil jam niſi mortem proſpiciens infirmus, Confeſſarium petiit: tum S. Angeli recordatus, qui filio ſuo hernioſo fecerat gratiam num. 104 relatam; eumdem rogavit ſibi quoque ut ſuccurreret, vovens quod integro uno menſe diebus ſingulis ſanctas ejus reliquias in ipſius eccleſia viſitaret. Vix votum nuncuparat, cum ſubito ceſſit cruciatus omnis, ſeque ita liberum ipſe teſtis ſenſit, ac ſi nihil fuiſſet paſſus. Quare venienti chirurgo ad ſecandam venam permittere id noluit, aſſerens nihil jam opus eſſe, quando per S. Angelum integram receperat ſoſpitatem: & de lecto exiliens properavit ad eccleſiam pro agendis gratiis: quod ab illo tempore uſque modo facere non ceſſavit, ſaltem alternis diebus.

rupta in pectore vena, 139 Franciſcus Mangiameli, *teſtis* LXXI, annorum XXVI incirca, dixit, quod ante annos quatuor menſe Decembri, prope feſtum Natalis Dominici, rupta ſibi fuit vena in pectore cum effuſione copioſiſſimi ſanguinis: adeo ut medici aſſeverarent ex illa infirmitate procul dubio moriturum; & quidem cito. Cum autem ipſe teſtis erga S. Angelum devotiſſimus eſſet, pluries ab eo petiit ut in hoc diſcrimine ſe curandum ſuſciperet. Non ceſſabat interim ſanguinem ſpuere menſe toto, eumque die quodam Januarii tam abundanter evomuit, ut omnis humaC ni conſilii vacuus de lecto ſurrexerit, ſeque ut potuit protraxerit in eccleſiam Sancti: ubi poſtquam bibiſſet de aqua fontis, ad orationem faciendam ſe compoſuit: & egreſſo ad altare Sacerdote inſtituit audire Miſſam ab eo dicendam, ſanguinem interim ſpuens ut antea. Verum hoc facere ceſſavit quando ad Dominici Corporis & Sanguinis conſecrationem pervenit Sacerdos. Cum ergo reliquæ Miſſæ citra incommodum interfuiſſet, jam nihil de collata ſibi ſanitate dubitans, cœpit gratias agere; & poſtea curavit tabellam, quæ in teſtimonium percepti beneficii conſpicitur parieti capellæ affixa.

herpes inſanabilis, 140 Franciſcus Grugno, *teſtis* LXXXIV, aſſeruit ſe habere filiam novennem nomine Caſſandram, quæ graviſſimo & incurabili malo laboravit, quod vulgus
b morbum puerorum, medici *b* herpeten nuncupant. quæ poſtquam ſingulari cū devotione & fiducia impoſuit ſibi illam tabulam, quam ipſe teſtis fuerat in diviſione veteris arcæ conſecutus, ut antea dictum, brevi recuperavit integram ſanitatem, in qua hodieque perſeverat. Joſeph Riccobeni, *teſtis* XCV, dixit die XVIII Novembris, quod à diebus circiter octo, filia ſua trimula, Angela nomine, vexata fuit defluxu tam maligno, ut lingua retracta, obtortum collum, reſtrictus naſus, oculique inverſi & ſolam oſtentantes albuginem, miſerabile ſpectaculum intuentibus eſſent: quæ autem pauca loqui poterat inarticulata *c* fere erant. Proinde ipſe teſtis & ſua uxor Catharinella filiam devoverunt S. Angelo: poſtero autem die, ceteris membris curatis, ſolum collum obſtipum apparuit. In quo Sancti beneficam virtutem teſtis ipſe agnoſcens, continuo ad eccleſiam abiit: actiſque pro filia gratiis, ſumpſit aquam de fonte oleumque de lampade, & iis filiæ caput totum lavans & ungens, ſequenti rurſum die vidit ſanatam ex integro puellam: quam propterea ipſe & uxor ſua detulerunt ad eccleſiam, factum in ea miraculum profeſſuri.

ex proceſſu MS. linguæ, colli, oculorum diſtorſio, *c*

141 Maria, relicta qu. Mag. Petri Falcone, *teſtis* XCVI, dixit quod ab annis circiter ſex, filia ſua Antonia, tunc annorum duodecim, vexata fuerit ſcrofulis, maxima in copia circa collum emergentibus, & illud ſæpe enormiter inflantibus, cum ingenti ejus moleſtia. Quamvis autem idoneæ medicinæ adhiberentur, ingraveſcebat tamen malum, & præfocationem tandem minabatur. Recurrerunt igitur mater & filia ad auxilium S. Angeli implorandum, frequentantes eccleſiam ejus, & male affectum collum fonte lavantes, atque ungentes oleo, de lampade ante arcam ardente ſumpto. Tandem ante menſes circiter ſex dormienti Antoniæ apparuit in ſomnis Carmelitarum Frater, ætate juvenis, facie candidus, modicum barbæ habens, ſeque in ſedili proximo collocavit. Ipſa vero videbatur ſibi coram eo tamquam coram S. Angelo genua flectere, & junctis manibus ſupplicare ut à d. infirmitate ipſam liberare vellet. Tum vero manum collo impoſuiſſe, atque abitum parare videbatur: quem rurſum, ut aſſerebat, appellans Antonia, poſtulabat ſanitatem: ipſe vero facto ſuper eam ſigno Crucis diſparuit. In his expergefacta puella mireque recreata, narravit matri ſuæ ſomnium; quod minime vanum fore cum ſperaret utraque, utriuſque ſpem comprobavit eventus: quia ab illa hora evaneſcere paulatim cœperunt ſcrofulæ, & iis liberata intra dies paucos puella, libera deinceps manſit & manet. E

copioſiſſima ſcrofula.

142 Eliſabetha de Raymundo, *teſtis* XCIV, filium habet Joſephum nomine, qui modo ſeptimum ætatis annum numerat: hic à ſua nativitate crus dextrum ab ipſo genu diſtortum habuit, quantumque proficiebat ætate, tantum deficiebat à recti greſſus concinnitate. Ipſa tamen teſtis, de curatione mali agnati deſperans, nullum ei adhibebat remedium: aliquando dumtaxat lavabat filium aqua, ex fonte S. Angeli ſumpta. Dumque in hac devotione perſeverat, & ſuam neceſſitatem Sancto commendat, die quodam ante annos circiter duos, vidit admirabunda crus filii ad rectitudinem eſſe compoſitum: neque habuit alium cui ejuſmodi beneficium acceptum ferret quam S. Angelum, cui fuerat devota. F

crus diſtortum.

143 Rev. Pater Fr. Antonius Serravilla, Sacerdos Carmelita, ætatis annorum XLV incirca, Prior venerabilis Conventus Carmeli hujus civitatis Leocatæ, *teſtis* VII, *poſtquam in genere teſtatus eſſet de promptiſſima S. Angeli ad ſuos Leocatenſes juvandos voluntate, tot argumentis probata, ut enarrandis ſigillatim miraculis non poſſit ſufficere*, dixit de ſua ſorore Franciſchella, quod poſtquam una tibiarum prorſus inutilis ei fuit reddita, ex lapſu de ſublimi ſolario, unde dicta tibia duobus locis fracta erat, & ipſa per tres menſes lecto decubuerat, movere ſe nequiens; tandem ſeſe affectuoſe devovit S. Angelo: plenamque ſanitatem & gradiendi expeditam facultatem ab eodem obtinuit, & in monumentum beneficii reliquit eccleſiæ baculum ſive crociam, quam ſibi aptaverat, ad qualemcumque greſſum juvandum.

tibia ex fractura inutilis.

EX PROCESSU MS. *alia despe-rate exulce-rata,*

144 P. Fr. Vitius Guglilmotta, Sacerdos Carmelita, ætatis ann. LXI, *testis* IX, mortuo primo Conventus Priore Fr. Sebastiano, ibidem Vicarius ac deinde ex Capituli ordinatione Prior declaratus, spatio annorum quinque officium se tenuisse dixit, vidisseque commoveri aquam fontis, ad quam multi tunc infirmi concurrerint sanitatemque retulerint, atque inter alios uxor qu. Nicolai de Labiso, quæ tibiam habebat desperate exulceratam totam, eamque d. aqua abluens sanam deinde habere professa est. Similiter vidisse ait mulierem quamdam, cujus nomen memoria excidit, quæ tunc morabatur in vico ipsius ecclesiæ, & totis septem annis fuerat inferne paralytica, & utroque crure impedita. Hæc aliis mulieribus sustentantibus aliquando in ecclesiam venit tempore Missarum, ibique toto die mansit, cum lacrymis & orationibus salutem postulans. Cumque dato ad Salutationem Angelicam signo vespertino sacristanus vellet ecclesiam claudere, moneretque mulieres illas ut exirent, noluit infirma acquiescere, sed altis vocibus clamare cœpit, S. Angele, non discedam hinc nisi desideratam gratiam obtinuero. Vix autem verba protulerat, cum surrexit in pedes, ita sana ac si numquam fuisset infirmata, & domum læta ac gaudens rediit.

paralysis utriusque cruris,

B

145 P. Fr. Gaspar Galutius, Sacerdos Carmelita ætatis ann. XLIII, Prior Conventus anno MDCXIX, *testis* X, affirmavit quod tempore sui Prioratus, vidit Mag. Franciscum Bartelotta *d* culcitrarium civitatis Plateensis, serio se commendantem S. Angelo; eo quod, ut aiebat, dolorem quemdam internum patiebatur in crure circa ipsum os, qui non modo ipsum prohibebat sui opificii exercitium, sed nullam eidem requiem permittebat, unde etiam notabiliter claudicabat ambulans. Ut autem intravit ad fontem S. Angeli eoque crus abluit, continuo sanum se professus est, ad laborem consuetum progressus, rectus & hilaris. Jacobus de Labiso, annorum LXXXVIII incirca, *testis* XXXIV, vidit quemdam Antonium Morinellum, alias Peduzo *e* dictum, à vitio pedis quem habebat inversum unde & claudicabat, civis ceteroqui satis opulentus & fortuna per quam commoda utens: qui cum sæpius ad S. Angelum recurrit, vidit eum ipse testis recto pede ambulantem, jam sunt anni circiter quinquaginta; solitus antea videre pedem ejus ordine contrario locatum, ut sursum appareret pars ea quæ planta esse inferne debuisset.

d *cruris dolor internus,*

e *pes inversus*

C

146 *Concludantur hæc omnia commemoratione gratiæ cuidam reo sic impetratæ, ut ea, præter patrocinium Sancti, etiam commendetur ejus virtus, qui primus Leocatensi Conventus datus fuit Prior,* Fr. Sebastianus Syracusa de Caltabellota, *quam ejusdem Conventus tunc Supprior ac postea Prior,* P. Fr. Vitus Guglilmotta, *octavus in ordine testium, jam aliquoties supra nominatus* exposuit *narrans*, quod die quodam invenit P. Sebastianum multum conturbatum: qui sibi quid novi accidisset quærenti, exhibuit epistolam Dominæ Baronissæ Drepanitanæ, filiæ suæ spiritualis, orationibus ejus apud S. Angelum commendantis maritum, in Vicaria Panormitana captivum & capitis damnatum; & addidit: Vade, Pater Supprior, neque omittas Deo & S. Angelo commendare afflictam illam Dominam, ut ipsorum auxilio obtineat marito quam desiderat indulgentiam. Neque minus fecit ipse quam commendarat alteri Fr. Sebastianus: sed totam sequentem noctem coram Reliquiis orando transegit insomnem, die autem postero ante easdem Reliquias sacrificavit, neque postea orare desiit, donec octavo acciperet litteras ejusdem Dominæ, agentis pro lato sibi auxilio gratias; neque dubitantis quin vita; marito suo præter spem indulta, beneficium esset S. Angeli, id apud Deum promeriti; ipsiusque Fr. Sebastiani, qui S. Angelum suis precibus inclinavit, ad hujusmodi favorem à Deo postulandum & impetrandum.

Reus capitis damnatus

& Sancto commendatus

D *Vita gratiâ impetrat.*

147 *Liceat nunc mihi iterum profiteri quam alacri libentique animo hunc tot miraculorum ordinandorum & describendorum laborem susceperim, ut in iis respirarem tantisper à mœrore, hactenus inconsolabili quem antiquitatis Carmelitica zelatores quidam ingesserant, pertrahendo invitissimum multisque modis deprecantem ad ingratam prorsus atque inamœnam, quamque declinare studio omni decreveram, discussionem earum auctoritatum, quibus suas pro ea prætensiones fulcire nitebantur. Itaque hanc tam optatam nactus levandi tædii occasionem, nullam ab Aprili, qui totum alias sibi me poscebat, passus sum mihi moram injici, donec in manus sumeretur Majus (uti testis mihi esse poterit is, qui MS. Italicum commodavit, R. P. Daniel à Virgine Maria) sed aliis curis omnibus sepositis, ipsas fere noctes impendi operi, illudque intra dies quatuordecim dicto Patri exhibui. Cum enim eodem tempore ad prælum daret Vitas Sanctorum Ordinis per anni circulum digestas, jamque ad Aprilem impressio processisset; festinabam ut proxime ad idem prælum parato ipsius Majo inferendum offerrem laborem hunc meum, quo citius eo frueretur Ordo; & tam luculento experimento meum erga se tenerrimum affectum cognitum prius haberet, quam edito, quod vitari non poterat Aprili nostro, ob eam quam extorserant aliqui discussionem, sequioribus de me delationibus judiciisque aures animosque patefaceret.*

Hunc tractatum animissimo animo deproperatum,

148 *Gratanter acceptavit P. Daniel oblatum sibi munus, quod ipsa celeritas reddebat carius; dictitans integri anni spatium non satis sibi futurum ad similem collectionem faciendam. Quoniam tamen suum sibi opus in majorem quam animo destinarat molem excreverat, cupiebatque impressionem, ab anno LXX hujus seculi cœptam, saltem anno LXXIV absolvere; maluit beneficii istius gratiam nostro Majo reservari integram: cujus interim, ut specimen aliquod exhiberet lectori, collectos in unum tractatus hujus titulos elaboratæ & jam jam imprimendæ S. Angeli Vitæ velle se subtexere significavit: quod sane non potui non habere acceptum. Sed spem meam fefellit illius operis progressus lentior, quo factum est, ut non modo prius in lucem venerit noster Aprilis, tunc tantum cœptus imprimi, sed ipsius etiam Maji impressio huc usque progrederetur, nec scire possim, an affectus, non ex nostra, sed ex ipsius parte mutati, non etiam mutaverint locum illum, qui meum tunc æque ac nunc constantem amorem, quavis injuria & contumelia per prædictos zelatores illata inferendaque fortiorem, testatum faceret si prodiret talis, qualis primum impressus fuit. Quare ne id nesciat Ordo, quod scire ipsum tunc voluit dictus P. Daniel, & nunc removeri ab ejus notitia nollem; cavere volui ejus rei mentionem hic inserendo.*

gratum habuere Patres Carmelitæ,

F

149 *Addere etiam lubet ejusdem affectus testes & tunc mihi fuisse, & nunc esse posse* P. *Seraphinum à Jesu Maria, tunc Provinciæ negotia Romæ curantem; &* P. *Ludovicum* Perez, *ibidem ab eruditione non Theologica tantum sed & historica æstimatissimum: quorum primus cum descriptionem libri curasset, alter descriptis ad originale relegendis contulisset operam, & utrique per litteras egissem gratias; uterque rescripsit* XXIV *Februarii anni* MDCLXXIV. *Posterior scilicet in hunc sensum:* Binas Paternitatis vestræ, P. Seraphino & mihi inscriptas, magna cum animi consolatione legi, nec minori rubore pondero. Pro simplici, etsi accurata, MS. Copiæ istuc missæ cum originali Leocatensi collatione mihi gratias refers, atque data opera epistolam, æque humanam ac piam, scribis: quibus igitur obsequiis me decet prosequi Patern. Vestram, dum promptissima eaque incomparabiliter majori opera, codicem ipsum MS. ex Siculo Latinum fecerit,

tamquam beneficium singulare

E *& jam olim ad præveniendas querelas oblatum sibi.*

A *positam circa Ordinis sui Sanctos operam collaudantes;*

ric, & in publicam lucem aptarit? Huc revera mihi advocandum occurrit S. Angeli patrocinium, cujus laudes & mirabilia, cum Paternitas vestra tanta solicitudine suscipit evulganda, ejusdem gratiam digne promeretur, & præmium tam insignis operis ipsius precibus à Deo reportabit. *Pergit deinde idem Pater ad alia quædam promittenda, quæ nondum accepi; licet etiam promissa à P. Seraphino per epistolam quæ talis fuit.* Non erat Paternitatis vestræ mihi gratias agere, pro exscripta & transmissa copia libri miraculorum S. Angeli; sed mei: qui semper me & memorem & gratum illi profitebor, quod tam ardenti studio evulgandis Sanctorum Ordinis nostri mirabilibus insudet. Habeo in nostra cella apographum authenticum primi processus informativi pro canonizatione S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis, quod describi curabo: & desideratam delineationem antiquæ imaginis S. Angeli asservatæ in oratorio Sodalitatis Leocatensis, fideli pictoris manu fieri, una cum testimonio ætatis ejusdem picturæ, ut pro viribus respondeam zelo vestræ Paternitatis; cui sicuti R. P. Henschenio, immensas ago gratias pro tot laboribus exantlatis ad honorem Sanctorum Ordinis nostri, & ab eis utramque mercedem utrique deprecari non omittam.

B *etiam post editum contra nos Armamentarium,*

150 *Ita illi, verbis non magis humanis, quam (ut credere juvat) sincero animo, fidem mihi reipsa facientes, quod nullam vellent habere partem in amaris querelis, quibus Armamentarii Carmelitici auctor, contra Martium nostrum temere usus, suorum opplere aures animosque avertere conatus fuit, jam inde ab anno* MDCLXIX. *Ego quoque ut iis nihil me motum declararem, statim ab ipsa libri prædicti editione, duplicavi conatum bene merendi de Ordine universo, ac sigillatim de obtrectationis illius auctoribus. Neque nunc, licet secunda ejusdem Armamentarii parte multo inhumanius habitus, idem facere cesso; adeo in hoc genere profusus, ut ad ter mille circiter florenorum pretium, in sacrorum curandorum stipendium ab amicis collatum, per Conventus Ordinis utriusque in Flandrobelgica Colonienſi, & Gallobelgica provinciis erogarim, quo tam nostros, quam alios sibi opportunos libros habere possent Patres Carmelitæ; plus unis illis hoc in genere savens, quam ceteris simul omnibus Ordinibus Mendicantium, pro eodem beneficio instantissime supplicantibus. Totius insuper bibliothecæ nostræ & reconditissimorum quorumque in nostro Musæo monumentorum usum, tamquam proprium semper & liberaliter concessi R. P. Danieli prædicto; eadem offerens etiam contra nos scripturo, & ex pertaro num forte extundere ex iis posset aliquid quo nostras circa Ordinis historiam opiniones refelleret, solique studentes veritati certius eamdem edoceret, quam ex antiquorum scriptis didicimus. Et si parva sunt ista, conabimur adjicere etiam majora; tantum ne quos habere possunt Patres isti honori suo amice faventes, suis opinationibus serviliter spevent invenire obnoxios: & cum pro iis ipsi scripserunt quæcumque & quomodocumque voluerunt, patiantur etiam nos pro nobis rationem reddere; neque hic quidem verbis ac scriptis provocent ad responsionem, quam suo loco ac tempore in veritate & caritate paratam inveniens; alibi vero occultis machinis ejusdem promenda libertatem molianur subvertere.*

EX PROCESSU MS.

quibus vicissim bene facere perreximus & pergemus.

ANNOTATA.

E

a *Distant* Narum & Racelmutum p. m. *circiter* 10.

b *In vulgari est* Upelesia, *quod non sine scrupulo* herpetem *reddidi, eo quod hic morbus magis familiaris sit pueris: neque enim persuadere possum* Epilepsiam *intelligi.*

c *Ibidem* parlava namfarusa, *quod per conjecturam interpretari ausus sum.*

d *Vulgariter* Matarazzaro.

e *Id est* Pedunculus.

SEXTA DIES MAII.

SANCTI QVI PRIDIE NONAS MAII COLVNTVR.

C

Sanctus Euodius, Episcopus Antiochenus, Martyr.
S. Lucius Cyrenenſis.
S. Iustus, Episcopus Viennenſis in Gallia, Martyr.

S. Secundianus,
S. Iacobus,
S. Marianus,
S. Concordia,
S. Marina,
S. Heliodorus,
S. Saturninus,
S. Silvanus,
} Martyres in Africa.

S. Victor,
S. Felix,
S. Victor,
S. Carisia,
S. Ausidia,
S. Iudith,
S. Emeria,
S. Victor,
S. Acuta,
S. Faustina,
S. Hilarianus,
S. Victoriana,
S. Saturnina,
S. Gavina,
} Martyres.

S. Hedentus,
S Fortuna,
S. Victoria,
S. Prima,
S. Gaianus,
S. Valentina,
S. Fortunata,
S. Postumus,
S. Faustinus,
S. Majoricus,
S. Venustus,
S. Massunus,
S. Processa,
S. Secundianus,
S. Importuna,
S. Quintianus,
S. Petrus,
S. Tassus,
S. Caffericus,
S. Mapparicus,
S. Veneria,
S. Bonefacia,
S. Quintus,
S. Floriana,
S. Victorina,
S. Demorus,
S. Gaudola,
S. Victorina alia,
S. Crispinus,
S. Possinus,
S. Felix alter,
S. Donatus,
S. Laborus,
S. Masilla,
S. Gajanus alter,
S. Farerus,
S. Quintus,
S. Rogatus,
S. Maxentius,
S. Ninna,
} Mediolani.

F

A S. Ninna,
S. Virtunia,
S. Valeria,
S. Tironius,
S. Matrona,
S. Citinus,
S. Floricinus,
S. Hereneus,
S. Fortunatus,
S. Fauſtinus alter,
S. Gauinus,
S. Herenus,
S. Papalicus,
S. Primus,
S. Caſſius,
S. Secundus,
S. Celerinus,
S. Hieremia,
S. Flavius,
S. Macrobius,
S. Marcellinus,
S. Maximus,
S. Bafroditus,
S. Auguſtianus,
S. Niticus,
Alii LXV
S. Gajanus tertius
Socii xx & alii.
} Martyres. Mediolani.

S. Demetrius,
S. Danax,
S. Donatus,
B S. Therinus,
S. Meſeera,
S. Barbatus,
Et ſocii,
} Martyres, Conſtantinopoli honorati.

S. Matthæus,
S. Primus,
} Martyres, Tarenti in Calabria.

S. Pachomius,
S. Hilarion,
S. Mamas,
S. Patricius,
} apud Græcos.

S. Gerontius, } Arturi ſeu Vico Iulii
S. Edentius, } in Aquitania. D

S. Theodotus, Epiſcopus, Cyriniæ, in Cypro.

S. Valerius, } Epiſcopi Autiſſiodori in Gallia.
S. Valerianus, }

S. Maurelius, Epiſcopus Imolenſis, in Italia.

S. Benedicta, ſanctimonialis Romæ.

S. Eadbertus, Epiſcopus Lindisfarnenſis, in Anglia.

S. Ioannes Damaſcenus, Confeſſor.

S. Petronax, Abbas & Inſtaurator Caſinenſis.

B. Bonizella Vidua, Trequandæ in ditione Senenſi. E

B. Eliſabetha Virgo, filia Regis Hungariæ, Sanctimonialis, Thoſſæ in Heluetia, Ordinis Prædicatorum.

B. Prudentia Virgo, Ordinis Fremitarum S. Auguſtini, Novocomi apud Inſubres.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REIECTI.

C Melioris, *ſeu* Metioris pueri, pro Chriſto decollati, *memoria inſerta Martyrologiis Maurolyci, Felicii, Caniſii, Greveni, & alteri Coloniæ & Lubecæ anno* 1490 *excuſo & MS. Colonienſi Carmelitarum, nulla alia loci aut temporis addita circumſtantia. Forte eſt* Melorus, *qui &* Melor, Melon, *&* Melior *dicitur, cujus Acta dedimus* III Januarii.

S. Parmenas Apoſtolus, ex ſeptem primis Diaconis, *indicatur in Menais Græcis & Menologio Sirleti. Nos cum Latinis de eo egimus* XXIII Januarii.

S. Quintus *ſive* Coiintus Thaumaturgus, *ſive* Miraculorum effector, *refertur in Menologio & Menais Græcorum & apud Cytheraum. De eo egimus* II Mart.

Gabrielis Archangeli feſtiva Commemoratio, Romæ in Collegio Gregoriano ordinis S. Benedicti, iſto die anno 1632 unito Congregationi de propaganda fide. *Nos de eo egimus* XXVI Martii.

S. Marianus Lector & Jacobus Diaconus *referuntur à Rabano, tacitis eorum titulis, & indicatis martyrii Actis: quæ illuſtravimus* XXX Aprilis.

S. Juſtini Natalis apud Vicum Partiniacum in Vaſconiæ finibus *refertur à Sauſſajo in ſupplemento poſteriori: eſt idem de quo ipſe ibidem & nos quoque egimus* I Maji.

B. Panacæa Virgo, à noverca percuſſa, & ex vulnere mortua, ut Martyr *refertur in Catalogo generali Ferrarii, & Gynaceo ſacro Arturi du Monſtier, & Menologio Virginum Laberii. Nos Acta ejus dedimus ad diem* I Maji.

S. Florianus, *memoratur in MS. Caſinenſi. Suſpicamur eſſe, cujus Acta dedimus* IV Maji.

S. Venerius, Epiſcopus Mediolanenſis, *refertur in Breviario Mediolanenſi anni* 1539, *& in Miſſalibus anni* 1522 *&* 1560; *& videtur, huc à die quarta tranſlatus, quod tum fieret officium de S. Godehardo. At modo in Breviario & Miſſali, juſſu S. Caroli Borromæi editis, colitur* IV Maji.

S. Protogenes, Epiſcopus Carrhenſis in Meſopotamia; *inſcriptus eſt Martyrologio Romano. Quia vero Acta illius & S. Eulogii Epiſcopi Edeſſeni cohærent, ea ſimul dedimus* V Maji. F

Brigidona & Maria *interſeruntur inter Martyres hujus diei in Tamlactenſi MS. necdum ab aliis indicatæ.*

Joannes Gothus, Epiſcopus Gerundenſis in Hiſpania, admirabilis ſanctitatis & ſummæ doctrinæ vir, qui pro zelo Catholicæ fidei multas ab Arianis injurias paſſus eſt, *ut* Sanctus *refertur in Martyrologio Benedictino ab Arnoldo Wion, indicante id fieri* ex conjectura quadam, quod in quodam Calendario Germanico reperiſſet nomen Joannis Epiſcopi, *quaſi hic unicus eſſet Ioannes Epiſcopus. Wionis conjecturam refert, ſed ut minime ſecuram rejicit, Rodericus da Cunha Archiepiſcopus Vliſipponenſis, Hiſtoriæ ſuæ parte* I *cap.* 21, *ſuſe de eodem Ioanne ut Sancto agens. Trithemius quidem etiam Sanctiſſimum appellavit, ſed eccleſiaſtici cultus ei tributi nullum uſpiam apparet argumentum: multo minus ad hunc diem. Interim ſecuti Wionem ſunt Dorganius, Menardus, Bucelinus, Ferrarius, Antonius à Purificatione, Tamajus Salazar. Prudenter omiſit Ioannes Mabillon, qui ne quidem inter Prætermiſſos nomen annotavit. S. Iſidorus de*

A

*de Scriptoribus Eccleſiaſticis cap.*31 *aſſerit, eum* condidiſſe monaſterium, quod nunc Biclaro dicitur, ubi congregata monachorum ſocietate ſcripſit regulam ipſi monaſterio profuturam, ſed & cunctis Deum timentibus ſatis neceſſariam. *Hanc Regulam necdũ licuit videre. Tamajus ex Iſidoro, Maximo, aliiſq; aliqua Acta delibata edidit, quæ ibi videri poſſunt. Nos certiora monumenta de die natali ejuſque veneratione exſpectamus.*

Colmanus de Loch-echin, & alii LXX, *memorãtur in Ms. Tamlachtenſi: de quibus nihil certi potuimus aſſequi inter varios Colmanos, quorum aliquis Lannenſis refertur* XXX *Martii apud Colganum, qui ibidẽ de aliis Colmanis agit.*

Eadmerus ſeu Edmerus, Archiepiſcopus S. Andreæ in Scotia, *ut* Sanctus *refertur in Menologio Scotico Camerarii. Thomas Dempſterus lib.*5 *Hiſtor. Eccl. Scotorum pag.*261 *aſſerit* claruiſſe anno MCXXI, & ex Cantuarienſi D. Auguſtini cœnobio extractum, & Epiſcopum S. Andreæ conſecratum, ante annum abſolutum abdicato Pontificatu ad monaſterium rediiſſe, *eumque honorat ſolum titulo* Beati, *plane autem eumdem omittit in ſuo Menologio.*

Adulphus, *ex monacho Medehamſtedenſi, Archiepiſcopus Eboracenſis, qui ſimul Epiſcopatum Wigornienſem adminiſtravit, creatus anno* 992 *mortuus eſt anno* 1002, *hoc ſexto Maji. Laudat Malmesburienſis* ſanctum (ut perhibent) virum & reverendum. *Hinc cum titulo* Beati *refertur à Menardo & Bucelino.*

B

Adaluardus & Stephanus, ſancti Epiſcopi & Martyres, Bircæ in Suecia, *referuntur in Catalogo Generali Ferrarii. Ioannes Magnus, in Hiſtoria Pontificum Metropolitanæ eccleſiæ Vpſalenſis,* Adaluardum ſecundũ Epiſcopum, & à S. Anſchario, primo tum Archiepiſcopo Bremenſi, miſſum *ſtatuit*, & forte Upſaliæ adeptum martyrii coronam. Huic datũ comitem individuum *arbitratur* Stephanum, tertium Upſalenſem Epiſcopum, in terris Hulſingorum (quorũ primus & præcipuus Apoſtolus erat) martyrio coronatum. *De eiſdem agit idẽ Ioannes Magnus lib.*17 *Hiſtoriæ Sueonum cap.*15. *Verum miramur eorum memoriam non celebrari in antiquis Faſtis Suecicis, Miſſali ante ducentos circa annos excuſo, officiis propriis ſæpè recuſis. Hinc, dum certiora monumenta venerationis nanciſcamur, lectorem ad jam indicatos libros remittimus.*

Magna de Antino, Abbatiſſa Ancyræ in Galatia, *ut* Sancta *proponitur in Gynæceo ſacro Arturi, ex Hiſtoria Lauſiaca Palladii cap.*135, *nomine proprio non indicato, & Carmelitico Ordini à quibuſdam adſcribitur. Nos certiora monumenta ſacræ venerationis requirimus.*

C

Joannes, Abbas de Fontibus, vir ſimplex & juſtus & recedẽs à malo, conſecratus eſt in Epiſcopũ Elienſem Dominica Lætare ann. MCCXX, *id eſt* VIII *Martii*, obiit an. MCCXXV. *Ita Weſtmonaſteriẽſis. Addit Wion lib.* 2 *cap.*41 obiiſſe menſe Junio. *Quibus citatis cũ titulo* Sancti *refertur in Martyrol. Anglicano anno* MDCXI *recuſo, diciturq;* olim in eccleſia Cathedrali Elyẽſi ante altare S. Andreæ ſepultus. *Quæ nobis non ſufficiunt ut cultum Eccleſiaſticum illi tributum arbitremur.*

Everardus Abbas I in Halutcuſtram. *Ita Dempſterus in Menologio Scotico. Idem Hiſtor. Eccleſ. pag.*266 *ſtatuit* monaſterium de Ulmo in Cambria Ordinis Ciſtercienſis, *&* Sanctum *appellat, atque* claruiſſe anno MCXLV. *Ex Dempſteri ſcedis Philippus Ferrarius eumdem accepit.*

Centũ monachi Ordinis Ciſterciẽſis ab hæreticis noſtri temporis variis in locis pro fide occiſi, *referuntur ab Henriquez, Bucelino & Sauſſajo; pridie autem hujus diei in Kalendario Divionenſi.*

Henricus, relicta Prælatura, monachus Camberoni in Hannonia Ordinis Ciſtercienſis: *cum titulo* Beati *refertur ab Henriquez, Chalemoto & Bucelino: at* Sanctæ memoriæ *ſolum dicitur à Sauſſajo Ejus converſio, ſed tacito nomine, indicatur in ſpeculo exemplorum: Nomen Henrici edidit Montalbo, eiq; tribuit Pontificatum Pariſienſem; ſed nullus Pariſiis Henricus præfuit, de quo poſſet hic agi.*

D

Bartholomæus Puccius, apud Montem-Politianũ in Hetruria, vita exemplari ac miraculis illuſtris, *ut* Beatus *inſcriptus eſt Martyrologio Franciſcano Arturi. Agunt de eo poſt alios Wadinghus & Haroldus ad annum* 1290, *ſtatuuntque inter viros ſanctitate illuſtres, ſed abſtinent à titulo* Beati.

Bartholomæus Genectaris, Franciſcus Colis, Agatha Marella Clariſſa, ordinis Minorum in Minorica anno 1538 occiſi, *ut* Beati *indicantur in Martyrol. Franciſc. Arturi.*

Elizabeth à Turris, Burgis in Hiſpania floruit circa ann. 1510 *atq; ab Arturo in Martyr. Franciſ. & Gynæceo* Beata *appellatur, at* Venerabilis *in Menologio Virginum Laherii.*

Felix Eugubina, Ordinis S. Auguſtini, mortua anno 1510 cum opinione ſanctitatis, *refertur à Ludovico Iacobillo de Sanctis & Beatis Vmbriæ, & compellatur* beata ſoror.

E

Catharina de Sena, *profeſſa in Conventu Hiſpalenſi Matris Dei, Ordinis S. Dominici, imitata virtutes S Catharinæ Senenſis, magna cum opinione ſanctitatis obiit anno* MDXCVI *hoc* VI *Maji tunc Dominica, celebri ob feſtivitatem dictæ S. Catharinæ Senenſis. Vitã ejus deſcripſit Ioannes Rachack ſive de S. Maria lib.*2 *Sanctimonialium Dominicanarum cap.*11, *& ejuſdem Vitæ compendium legitur in Anno ſancto dicti Ordinis, ubi* Beata ſoror *compellatur.*

S. Placidus Presbyter Auguſtoduni, *memoratur in MS. Luxovienſi & alio Reginæ Sueciæ, item in Martyr. monaſterii S. Savini apud Andream Sauſſajum in Martyrologio Gallicano pag.*1248, *ſed* Epiſcopus *appellatur. De eo nos agimus* VII Maji.

B. Philiberti Epiſcopi depoſitio Auguſtoduni *ita Ms. Salinenſe S. Anatolii. Fuit unicus Philibertus Epiſcopus Æduenſis, ſed an.*1557 2 *Kalendas Octobris mortuus, de quo iſte longe antiquior codex non agit. Videtur nobis* B. Placidus *jam indicatus intelligi, uti dicemus* VII Maji.

S. Juvenalis Martyr, *indicatur in aliquot Kalendariis MSS: Colitur* VII Maji.

Benedictus Epiſcopus *memoratur in Auctario Greveni ad Vſuardum. Videtur intelligi Benedictus Papa II, ab aliis relatus* VII Maji.

S. Petri Epiſcopi Tarentaſienſis Canonizatio, facta anno 1193, *indicatur in MS. Florario Sanctorum. Dies natalis eſt* VIII Maji.

F

S. Pallachius Epiſcopus, Euticus, Marcia, & Saturninus, *memorantur in Martyrologio monaſterii S. Savini in Tarbienſi diœceſi apud Sauſſajum poſt Martyrologium Gallicanum. Ex his tres ultimi referuntur* VIII Maji. *At de Pallachio nihil ſcimus, niſi ſit* S. Helladius *aut* Elladius *Epiſcopus Autiſſiodorenſis, etiam relatus eodem* VIII Maji.

Job Propheta, vir patientiſſimus, *celebratur hoc die à Græcis in Menæis & Menologiis. A Latinis vero* X Maji.

S. Pontii paſſio *notatur in antiquo Calendario MS. Trevirenſi S. Maximini, ſuſpicamur eſſe eum per quem Philippi Imperatores fidem Chriſtianam ſunt edocti: qui deinde Martyr obiit* XIV Maji.

S. Pachomius, Abbas in Ægypto, *cum elogio inſcriptus eſt Menologio Baſilii Imperatoris: an idem, qui cum SS. Mamante & Hilarione infra refertur, ibi inquirimus. De S. Pachomio Abbate agemus* XIV Maji.

S. Regniſidis *ſeu* Reginſwindis, Virgo & Martyr in Lauffen, ad Neccarim fluvium in diœceſi Herbipolenſi, *dicitur in Actis ſepulta* pridie Nonarum Majarum, *& refertur in MS. Vſuardino aucto, quod ſpectavit ad Nicolaum Schechium Hagenojum. Verum*

A *in dicta diœceſi colitur* xv Julii.

S. Ludovici Regis Francorum feſtum Tranſlationis capitis, è cœnobio S. Dionyſii ad ſacroſanctum ſacellum Palatinum, celebratur feria quarta poſt Dominicam infra Octavam Aſcenſionis, *& memoratur ad hunc diem in Martyrologio Gallicano Sauſſaji. De ea agetur ad ejus natalem* xxv Auguſti.

S. Euthalia *indicatur nudo nomine in Menæis & Menologio Sirleti. Videtur illa, quæ in eiſdem latius celebratur & in Martyrologio Romano* xxvii Auguſti.

Matthæi Apoſtoli & Euangeliſtæ natalis in Perſide *memoratur in apographis Martyrologii Hieronymiani, Lucenſi & Corbeienſi Pariſiis excuſo, imo & Epternacenſi, nomine* natalis *omiſſo. Verum in Romano Martyrologio celebratur* Tranſlatio corporis Salernum *& dies natalis* xxi Septembris.

Zabdas Hieroſolymorum Epiſcopus, qui S. Mauricium & ſocios ejus Thebæos baptizavit & in fide Chriſti confirmavit, *memoratur in MS. Florario Sanctorum. Conſtituitur is à Nicephoro* xxxix Epiſcopus, *& dicitur* x annis ſediſſe. *Aſt à Theodorico Pauli in MS. Chronico univerſali habetur* xxvii Patriarcha, & xxx annis in omni bonitate & patientia refertur migraſſe ad Chriſtum anno ccxcvii, *& titulo* Sancti *honoratur & reliqua de S. Mauritio & ſociis Thebæis latius indicantur, quæ in prævio ad aliquem horum tomorum catalogo habebis, & ad illorum diem natalem poterunt plenius examinari* xxii Septembris.

B Petrus Prior monaſterii de Alvaſtra in Oſtrogothia, qui Revelationes S. Birgittæ ſcripſit, *refertur cum titulo* Beati *à Chryſoſtomo Henriquez, eumque ſecutis Chalemoto & Bucelino. De eo agi poterit ad Vitam S. Birgittæ* viii Octobris.

SS. Andronicus & Athanaſia *memorantur in Menæis & Menol. Sirleti ac Kalendario Moſcovitico: & iterum, quando à Latinis referuntur* ix Octobris.

S. Theodoretus, Antiochiæ paſſus, *memoratur in Menæis & Menologio Græcorum & apud Maximum Cytheræum. Eſt is* Presbyter Antiochenus, *aliis* Theodorus *dictus*, ſub impio Juliano paſſus, *& colitur potiſſimum* xxiii Octobris.

D S. Dubricii Ep. Landavenſis Tranſlatio *refertur in Martyrologio Anglicano prioris editionis, at in poſteriori die* xxix *Maji. Celebratur autem ejus natalis in utraque editione & aliis* iv Novembris.

Venantius à Fabriano *cum titulo* Beati *indicatur ab Arturo in Martyrol. Franciſ. Socius is fuit B. Iacobi à Marchia, in cujus Vita de eo agetur* xxviii Novembris.

Oderiſius Cardinalis, & Abbas Caſinenſis, *memoratur in MS. Kalendario Ordinis Benedictini. Ab aliis refertur die quo mortuus dicitur* ii Decembris.

S. Stephani Protomartyris Tranſlatio Corporis Romæ, tempore Pelagii Papæ primi, & Theodoſii Principis, quod ſepultum eſt in eccleſia S. Laurentii extra muros & in ejus ſepulcro. *Ita MS. Strozzianum & Martyrologium Florentinum anni* 1486. *Poterit de ea agi aut* iii Auguſti *aut* xxvi Decemb.

S. Joannis Apoſtoli et Evangeliſtæ, ante portam Latinam Romæ in ferventis olei doliũ miſſi, *ſolennitas celebratur in plurimis pervetuſtis Martyrologiis tam manu exaratis, quam typo excuſis ex apographo Corbeienſi Hieronymiano; item apud Vſuardum, Adonem, Notkerum & alios recentiores: & eadem ſolennitas continuatur hactenus in Officio eccleſiaſtico. Omnia accuratius erunt explicanda ad diem ſancti Euangeliſtæ natalem* xxvii Decembris.

E S. Troadii *memoria, inſcripta hoc die magnis Græcorum Menæis, & Vitis Sanctorum Maximi Cytheræi, & Menologio Caniſii. Is videtur Martyr* Troadius *eſſe ſub Decio paſſus, qui in iiſdem Menæis & apud Cytheræum etiam refertur* ii *Martii. Cui agonizanti, ut tum diximus, in ſpiritu adfuit S. Gregorius Thaumaturgus, & ad ſubeundum martyrium roboravit. De eo cum Martyrol. Romano agetur* xxviii Decembris.

DE SANCTO EVODIO

G.H.

EPISCOPO ANTIOCHENO MARTYRE.

CIRCA ANNUM LXVI *Cultus 6 Maji apud Latinos*

C *Celebris eſt memoria S. Euodii variis diebus, aſt à Latinis potiſſimum, hoc* vi *die Maji colitur, quo iſta ab Vſuardo referuntur*: Antiochiæ S. Euodii, qui, ut B. Ignatius ſcribit, primus ibidem Epiſcopus ab Apoſtolis ordinatus eſt. Hic glorioſo martyrio apud eamdem urbem vitam finivit. *Ado priorem partem ad hunc* vi *Maji profert; aſt in prævio libello, de feſtivitatibus Apoſtolorum eorumque diſcipulorum, iſta habet*: Pridie Nonas Maji, Natalis S. Euodii, qui ab Apoſtolis Antiochiæ Epiſcopus ordinatus eſt, de quo B. Ignatius ad Antiochenam eccleſiam ea ſcribit: [Pauli & Petri facti eſtis diſcipuli, nolite perdere depoſitum, quod vobis commendaverunt. Mementote digne beatiſſimi Euodii Paſtoris veſtri, qui primus vobis ab Apoſtolis Antiſtes ordinatus eſt. Non confundamus Patrem, ſed efficiamur digni filii & non adulterini.] Hic Martyr apud Antiochiam urbem, cui præfuit, ſepultus eſt. *Hæc Ado. Similia habent cum plurimis Martyrologiis MSS. Notkerus, Bellinus, Grevenus, Maurolycus, Molanus, Galeſinius, Caniſius, aliique cum hodierno Martyrologio Romano, in quo hæc proponuntur*: Antiochiæ S. Euodii, qui, ut B. Ignatius ad Antiochenſes ſcribit, primus ibidẽ à S. Petro Apoſtolo ordinatus Epiſcopus, glorioſo martyrio vitam finivit. *De eodẽ agit Petrus de Natalibus lib. 4 cap. 137, ubi errore typographico legitur* pridie Kalendas Maji ſepultus, *cum ex adjunctis Sanctis conſtet legendum eſſe*, pridie Nonas Maji.

2 *Græci conjungunt* SS. Oneſiphorum & Euodium, *quem* Εὔοδον *appellant, & die* xxix *Aprilis ſic habent*: Hi è ſeptuaginta fuerunt diſcipulis: quorum & Paulus ad alios ſcribens meminit. Ac Oneſiphorus quidem Epiſcopus fuit Colophonis. Euodus autem à Petro in Sede Antiochena collocatus. Ambo denique non paucis periculis ac tentaminibus ſuperatis, multiſque ad Chriſtianam fidem converſis, etiam ipſi ad deſideratum Dominum pervenerunt. *Quæ in Synaxario Chiſletiano leguntur die præcedente. Rurſus iidem apud eoſdem Græcos die* vii *Septembris, hoc encomio celebrantur*: Eadem die memoria ſanctorum Apoſtolorum Euodi & Oneſiphori. Hic ſanctus Apoſtolus Euodus, creatus in magna Antiochia poſt Petrum Epiſcopus, in epiſtolis B. Pauli memoratur; qui magnifice inter ſeptuaginta diſcipulos excelluit, & præclarus verbi præco extitit.... Hic in choro Præconum verbi, cum Apoſtolo Oneſiphoro, in cæleſtibus degit tabernaculis. *Colitur S. Oneſiphorus à Latinis & in Martyrologio Romano die* vi *Septembris. Hujus meminit S. Paulus 2 ad Timotheum cap. 1 & 4, at non* S. Euodii, *ut videatur vitioſe ſcriptum* Pauli *pro* Ignatii: *aut certe auctor Menæi poſſet dici ad Epiſtolam S. Pauli ad Philippenſes reſpexiſſe, ubi cap. 4 legiſſet* Euodum, *cum habeatur*; Euodiam rogo & Syntychen deprecor idipſum ſapere in Domino. *De epiſtolis S. Ignatii, & ea quæ Philippis ad Antiochenos ſcripſit, egimus Kalendis Februarii ad ejus Vitam* §. 6. *In Synopſi diſcipulorum ſeptuaginta, quæ ſub nomine Dorothei & Hippolyti ſcripta traditur, etiam* S. Euodius Epiſcopus Antiochenus *refertur.*

apud Græcos 29 Aprilis,

F *& 7 Septembris.*

3 Con-

A 3 *Conſtitutus eſt S. Euodius Epiſcopus, quando S.* D
Tempus Sedis. *Petrus, anno à paſſione Chriſti duodecimo, relicta Antiochia, Sedem Romæ collocavit; id autem contigiſſe anno æræ vulgaris quadrageſimo diximus in Diatriba præliminari ad tomum primum Aprilis ante Catalogos veteres Romanorum Pontificum. At quo præciſe anno fuerit* Euodius glorioſo martyrio coronatus *non ſatis conſtat. Petrus de Natalibus id factum aſſerit* ſub perſecutione Neronis, *ſub qua SS. Petrum & Paulum in citata Diatriba oſtendimus paſſos anno* XII *Neronis prædicti, vulgaris autem æræ* LXV, *nec videtur diu poſtea vixiſſe S. Euodius.*

DE S. LVCIO CYRENENSI.

G.H.

SECULO I. *Memoria hujus Sancti celebratur apud pleroſque Martyrologos antiques & recentiores, Vſuardum, Adonem, Notkerum, Bellinum, Greverum, Maurolycum, Molanum, Galeſinium, Caniſium, qui eum* apud Cyrenem primum ab Apoſtolis ordinatum Epiſcopum *aſſerunt. In Martyrologio Romano ſolum dicitur* Cyrenæ S. Lucii Epiſcopi, quem in Actibus Apoſtolorum S. Lucas commemorat: *ſcilicet ſub initium capitis* XIII, *ubi iſta leguntur:* Erant in Eccleſia, quæ erat Antiochiæ, Prophetæ & Doctores, in quibus Barnabas & Simon qui vocabatur Niger, & Lucius Cyrenenſis, & Manahen, qui erat Herodis Tetrarchæ collactaneus & Saulus Miniſtrantibus autem illis Domino & jejunantibus, dixit illis Spiritus ſanctus: Segregate mihi Saulum & Barnabam in opus, ad quod aſſumpſi eos. Tunc jejunantes & orantes imponenteſque eis manus, dimiſerunt eos. *Et hæc fere ſolum de iis certa ſunt.*

Memoria in faſtis *& Actis Apoſtolorum,*

B

2 *Petrus de Natalibus Epiſcopus Equilinus lib.4 Catalogi cap.136 hoc elogium profert:* Lucius Epiſcopus Cyrenenſis, de quo S. Lucas Actuum XIII mentionem facit, à ſanctis Apoſtolis primus apud Cyrenem Pontifex ordinatus eſt: quo officio prædicationis fideliſſime peracto, ſanctitate & doctrina conſpicuus, quievit in pace, pridie Nonas Maji, ut dicit Hieronymus in Martyrologio ſuo. *Verum, non meminit Lucii S. Hieronymus, ſed Ado & Vſuardus, quorum videtur aliquod exemplar habuiſſe Petrus, S. Hieronymo adſcriptum. Non etiam conſtat ex verbis S. Lucæ eum* Epiſcopum *fuiſſe, & varii interpretes opinantur,* Cyrenenſem *appellari, quia* Cyrenæ *natus ſit. Eſt autem* Cyrene *ſeu* Cyrena *urbs Epiſcopalis Pentapoleos in Libya, ſub Ptolemaide metropoli & Patriarchatu Alexandrino; quæ nunc* Cairoon *dicitur, in regno Barcæ ſita. In Synopſi* LXX *diſcipulorum, ſub nomine Dorothei, dicitur* Lucius Epiſcopus Laodiceæ Syriæ: *aſt in ea quæ ſub nomine Hippolyti extat,* Epiſcopus Olympiadis *ſive* Olympiæ *urbis Elidis in Peloponneſo. Videtur melius illi tribui poſſe titulus* Doctoris & Prophetæ ſub gratia novi Teſtamenti, *uti is datur* S. Manahen *ſocio ejus* XXIV *Maji à Martyrologio Romano, item ab Vſuardo, Adone, Notkero & aliis: ad quem diem reliqua explicamus.*

An fuerit Epiſcopus Cyrenenſis?

E

DE SANCTO IVSTO MARTYRE

EPISCOPO VIENNENSI IN GALLIA.

G.H.

ANNO CLXXVIII *Memoria in faſtis 4 Maji* *Memoria S. Iuſti Epiſcopi Viennenſis ad diem* IV *Maji celebratur, abſque mentione martyrii, in Martyrologio Adonis apud Moſandrum: ſed quaſi ea lectio non eſſet ſatis genuina, aſteriſco prænotatur nomen & à Roſweido ad Appendicem rejicitur. Recenſetur eodem modo in Martyrologio ſub nomine Bedæ ſuppoſito, & in MS. Florario Sanctorum. At martyrio coronatus recolitur in Martyrologio Coloniæ & Lubecæ anno* MCCCCXC *excuſo, item in Auctario Greveni ad Vſuardum. Quin etiam tres in martyrio ſocii eidem adjunguntur ab auctore Martyrologii Gallicani Sauſſajo, cum hoc prolixo elogio.*

C

& cum elogio apud Sauſſajum, 2 Viennæ S. Juſti Epiſcopi & Martyris, qui quintus ordine à S. Creſcente, quem Paulus Apoſtolus illic primum Præſulem conſtituit, ſedens, hujus Eccleſiæ cunabula viſcerali amore ac paterna ſolicitudine fovit: & in magnis perſecutionibus fidem prædicans & aſtruens verbo & opere, il luſtriſſimus in Chriſti confeſſione refulſit. Unde & à S. Pio Papa & Martyre Apoſtolicis reſcriptis honorari; quaſique Gallicanæ eccleſiæ coryphæus, de rebus magnis regni Chriſti deque illi imminente martyrio, promeruit commonefieri. Demum ipſe fidem Chriſti dum ſtrenue propagaret, gregemque Chriſti undique lupis obſeſſum intrepide tueretur; violenter è ſua ſpecula ejectus, longoque exilio maceratus eſt. Sed cum forte epiſtolis oves deſolatas confirmaret, revocatus in urbem cum Severino, Exuperio & Feliciano, primariis ſuis adjutoribus, omni ferocitate impetitur. Verum in pietatis defenſione ad extremum ſpiritum perſeverans, glorioſo occubuit martyrio, in perſecutione quarta ſub Antonino. Cujus glorioſi Antiſtitis & inclytorum commilitonum corpora, in Rhodani profluentem projecta, at è fluctibus à pio viro erepta, in loco Brenione dicto condita fuerunt: ubi inculta diu delituere, donec tandem divina revelatione excitus B. Bernardus Archiepiſcopus Viennenſis è latibulo eduxit, atque condecenti honore inde tranſlata, in S. Romani, quam ædificaverat, eccleſia repoſuit. Sed amplioris conciliandi ſplendoris ſtudio, hinc etiam paulo poſt elata, ad monaſterium Romanum, quod ad Iſaram ipſe extruxerat, evexit: in quo in hunc diem glorioſe aſſervantur, perpetuiſque coruſcant divinæ virtutis & gloriæ monumentis.

F

& 6 Maji in MSS. Viennenſibus. 3 *Hæc omnia Sauſſajus: quæ conabimur elucidare. Ac primo de S. Creſcente, quem Galatiæ alii adſcribunt, agendum erit* XXVII *Iunii die ejus natali. Habemus duo MSS. Martyrologia de Sanctis eccleſiæ Viennenſis; in his, uti etiam in Kalendario veteris Miſſalis refertur ad dictum* VI *Maji, & hoc in dictis Martyrologiis habetur elogium:* Pridie Nonas Maji, Natale S. Juſti Martyris, ſexti Epiſcopi Viennenſis, qui quo tempore Pius Papa primus Romæ ſederet, accepit epiſtolam conſolatoriam ab eo de ſacri Pallii (quod colobium Epiſcoporum vocat) dignitate & fidei fervore. Exulatus tandem ipſe à Marco Aurelio, martyrio etiam ſub eodem coronatus eſt, in quarta perſecutione, poſtquam rexiſſet Eccleſiam ſuam per annos triginta quinque. *Quin etiam Sauſſajus quæ dixerat de die* IV *videtur modeſte retractare, dum iterum in Supplemento ad diem* III *Auguſti ſic ſcribit,* Viennæ repoſitio

AUCTORE G.H.

S. Juſti Epiſcopi & Martyris, cujus natalis colitur die VI Maji. *De tempore quo ſedit S. Pius Papa, qui colitur* XI *Iulii, egimus in Tractatu de antiquis ſummis Pontificibus, & in Vita S. Aniceti deceſſoris & S. Soteris ſucceſſoris* XVII *&* XXII *Aprilis, oſtendimuſque martyrio coronatum ſub M. Aurelio Anno* CLXI. *Ejus ad S. Iuſtum epiſtolam, ex archivo Viennenſi erutam, hic accipe.*

Epiſtola S. Pii Papæ ad S. Iuſtũ:

4 Pius Epiſcopus Fratri Juſto Epiſcopo. Athalus, epiſtolas Martyrum portans, ad nos venit: & gaudium nobis ineffabile faciens de triumpho eorum, dixit nobis S. Verum, collegam noſtrum, victorem de mundi principe triumphaſſe: te vero apud Senatoriam urbem Viennam ejus loco à Fratribus Epiſcopum conſtitutum, & colobio Epiſcoporum veſtitum. Vide ut miniſterium, quod accepiſti, in Domino impleas. Cura autem Sanctorum corpora, ſicut membra Dei: quemadmodum curaverunt Apoſtoli Stephanum. Carceres Sanctorum viſita, ne aliquis tepeſcat in fide. Martyria ſancta Spiritu ſancto proba; & ut perſeverent in fide, incitator inſiſte. Presbyteri & Diaconi, non ut majorem, ſed ut miniſtrum Chriſti te obſervent: plebs univerſa tua ſanctitate protegatur. Fratres noſtri, quos per Athalum recognoſces, de tyranni ſævitia jam liberati, requieſcunt in Domino. Paſtor Presbyter titulum condidit, & digne in Domino obiit. Revelatum mihi eſſe ſcias, Collega beatiſſime, citius me finem hujus vitæ facturum. Unum flagito, in communione ſta, & mei ne obliviſcaris. Salutat te Senatus pauper Chriſti, apud Romam conſtitutus. Saluta omne collegium Fratrum, qui tecum ſunt, in Domino.

B

Tempus Sedis apud Adonem

5 *Hæc S. Pius, ut diximus, ſub Marco Aurelio martyrio coronatus anno* CLXI. *Si ergo non pluribus annis citius fuerit S. Iuſtus creatus Epiſcopus, non videtur initium Sedis referendum ad tempora Hadriani Imperatoris, ut fecit Ado in Chronico ſcribens:* Hoc itidem tempore, *ſcilicet ſub* Hadriano, Juſtus Viennenſis eccleſiæ Epiſcopus illuſtriſſimus in confeſſione exſtitit. *At ſub* Antonino Pio, *inquit*, Viennenſium Epiſcopus Juſtus clarus habetur. *Dein ſub* Marco Antonino Vero, *ait*, Juſtus Viennenſis Epiſcopus, longo tempore exilio maceratus, Martyr glorioſus efficitur. *Nonnullis vero interpoſitis de ſociis Martyribus, à Sauſſajo adjunctis, iſta habet:* Severinus, Exuperius & Felicianus, parvo tempore ante, apud Viennam martyrio coronati. *Deſcripſimus ipſi Viennæ anno* MDCLXII *Catalogum Sanctorum Epiſcoporum Viennenſium, ex quo huc ſpectant iſta:* S. Juſtus Epiſcopus floruit temporibus Antonini Pii & Antonini Minoris, *ſcilicet M. Aurelii Veri*, quo tempore Irenæus Lugdunenſis Epiſcopus adhuc Presbyter habebatur. Hujus Juſti tempore fertur perſecutio graviſſima Chriſtianorum fuiſſe: inter quos martyrio coronati ſunt Severinus, Exuperius & Felicianus, quorum corpora divina revelatione poſtmodum reperta ſunt. *Hæc ibi, & melius Sedes S. Iuſti ſolum attribuitur imperio Antonini Pii, & M. Aurelii Antonini Veri: proinde non ſunt illi tribuendi anni triginta quinque. Qui præceſſit* S. Verus *Epiſcopus colitur Kalendis Auguſti, &* S. Irenæus XXVIII *Iunii. Euſebius lib.* 5 *Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ in Præfatione aſſerit*, anno decimo ſeptimo Imperii Antonini Veri, *id eſt anno Chriſti* CLXXVII, violentiorem motam eſſe perſecutionem; *potiſſimum autem (uti cap.* 1 *proſequitur)* in Gallia, in qua duæ præ ceteris inſignes præſtanteſque urbium matres celebrantur Lugdunum & Vienna. *Inter Lugdunenſes Martyres fuerunt SS. Epipodius & Alexander cum ſociis quatuor ac triginta, de quibus egimus ad diem* XXII *Aprilis, ibique diximus S. Irenæum adhuc Presbyterum, ab aliquibus Martyribus per epiſtolam commendatum fuiſſe S. Eleutherio Papæ. In hac ergo perſecutione, & forſan anno ſequenti* CLXXVIII, *paſſos Viennæ arbitramur S. Iuſtum Epiſcopum & tres alios prænominatos.*

C

& in MS Catalogo

cum ſociis Martyribus.

D

Tranſlationes 3 Martyrum abſque mẽtione S. Iuſti.

6 *Locus ſepulturæ primus fuit* Brenio, *quem Ioannes le Lievre in Antiquitatibus Viennenſibus aſſerit, prope oppidum S. Columbæ, è regione Viennæ, trans fluvium Rhodanum eſſe. Alter locus, tranſlationi S. Iuſti adſcriptus à Sauſſajo, ſub nomine* Monaſterii Romani, *eſt* eccleſia S. Romani, *non à S. Iuſto, ſed à S. Bernardo Archiepiſcopo ædificata & trium jam dictorum Martyrum corporibus beata: deque hac tranſlatione Petrus de Natalibus lib.* 10 *Catalogi cap.* 82 *iſta habet:* Severinus, & ſocii ejus Exuperius & Felicianus, apud Viennam paſſi ſunt XIII Kalendas Decembris. Quorum corpora, poſt multa annorum curricula, ipſis revelantibus inventa, & à Pontifice urbis ipſius Clero ac populo honorifice ſublata, in baſilica S. Romani, quæ in ipſa civitate ſita eſt, condigno honore tumulata ſunt, ibique requieſcunt. *Hæc ibi, quæ pro priore parte in MSS. Martyrologiis Viennenſibus referuntur, &* S. Bernardus *nominatur* Pontifex, *ſed ſitus Eccleſiæ S. Romani non indicatur: dein additur;* Poſtmodum idem Pontifex eaſdem reliquias tranſtulit ad ſuum Romanenſe monaſterium. *In Vita S. Bernardi ad* XXIII *Ianuarii à nobis edita num.* 7 *agitur de monaſterio Romanenſi conſtructo & eccleſiæ S. Petri, in quam* trium Martyrum reliquias, ſcilicet Severini, Exuperii & Feliciani tranſtulit reverenter. *Quæ omnia ubique narrantur abſque mentione S. Iuſti: ut videatur Sauſſajus iſta non ſatis conſiderate junxiſſe: qui dein ad* XIX *Novembris de tribus iſtis Martyribus jam relata tradit, idque ſine mentione S. Iuſti. Ioannes le Lievre aſſerit, à Chriſtianis Viennenſibus ad honorem S. Iuſti conſtructam fuiſſe eccleſiam in monte, ubi olim propugnaculum Crappum fuiſſet, eamque in Prioratum dein erectam, ſed tandem in ſolitudinem redactam. Aliqua parochia S. Iuſti, tribus Viennæ leucis verſus Septemtrionem ſita indicatur in mappis, uti & alia ad Rhodani defluentis dexteram ripam, antequam hic ad oppidum, Pontem ſancti Spiritus dictum, devoluatur. Sed quia plures in Gallia fuerunt* Sancti Juſti, *non continuo aſſeveramus ab uno eodemque ea omnia loca fuiſſe compellata.*

E

hujus eccleſia.

F

DE

DE SANCTIS MARTYRIBVS AFRIS

SECVNDIANO EPISCOPO, IACOBO, MARIANO, CONCORDIA, MARINA, HELIODORO, SATVRNINO, SILVANO. G.H.

VI MAII

Martyres VIII

ANtiqua *Martyrologii Hieronymiani apographa, Lucenſe & Blumianum, de hiſce Martyribus ita loquuntur:* In Africa natalis Sanctorum Secundiani Epiſcopi, Jacobi, Mariani, Concordiæ, Marinæ, Heliodori, Saturnini. *In MS. Corbeienſi Pariſiis excuſo additur* Silvani. *In antiquiſſimo codice Epternacenſi iſta leguntur:* In Africa Secundiani Epiſcopi & aliorum ſex, Jacobi, Mariani, Concordi, Marinæ, Eleodori, Saturnini, *nulla facta mentione* Silvani, *imo à numero ſex Martyrum ſecluſi. Præterea loco* Concordiæ *&* Heliodori *ſcribitur* Concordi *&* Eleodori. *In MS. Romano Cardinalis Barberini ſic habetur:* In Africa S. Secundiani Epiſcopi Martyris. *At loco* Martyris *legitur in MS. Trevirenſi S. Maximini* Marini, *ſupra* Mariani *aut* Marinæ *In MS. Tamlactenſi referuntur nomina* Secundiani, Jacobi, Saturnini, Mauriani, Heliodori, Concordii, Marinæ. *Nudum nomen* Secundiani *invenitur in MSS. Caſinenſi, Altempſiano, Aquiſgranenſi, Auguſtano S. Vdalrici & Pariſienſi Labbæi. Aſt* In Africa Secundini *ſcribitur in MSS. Richenaugienſi & Rhinovienſi.* Secundini Epiſcopi in S. Sophia *&* Secundini Martyris *celebratur memoria in MS. Beneventano, jam Vaticano, ſignato numero* 5949. Mariani vero & Jacobi Martyrum *meminerunt, MSS. Trevirenſe S. Martini, & Vallicellanum in Calendario præfixo ante opera S. Iſidori Hiſpalenſis: item Notkerus & Rabanus, ſed hic elogium addit ex Actis S. Mariani Lectoris & Iacobi Diaconi, Lambeſæ in Numidia paſſorum, quæ Acta illuſtravimus ad diem* XXX *Aprilis. In MSS. Ceniulenſi S. Richarii, Leodienſi S. Lamberti & S. Laurentii, item in Adone MS. cœnobii Lobienſis, & alio MS. Martyrologio apud Chriſtinam Reginam Sueciæ adſervato, iſta habentur:* Eodem die ſanctorum Martyrum Heliodori, Venuſti, Poſtumi, Maximi, Niceti, cum aliis LXXII. *Ex quibus ſolus* Heliodorus *huc ſpectat, reliqui referendi ſunt ad claſſem ſequentem. Interim in MS. Colonienſi Carmelitarum præponitur* in Africa, *quaſi ibidem omnes eſſent paſſi: quod etiam hoc modo factum ab Vſuardo:* In Africa ſanctorum Martyrum Heliodori, Venuſti & aliorum ſeptuaginta quinque. *Verum* Venuſtus, *uti dixi, cum aliis ſpectat ad ſequentem claſſem ubi nomina fere omnium referuntur. Interim Vſuardum alii deſcripſerunt.*

B *ſeorſim Secundianus Epiſcopus,*

E *Heliodorus cum aliis ex ſequenti claſſe. Marianus & Iacobus*

DE SANCTIS MARTYRIBVS.

VICTORE, FELICE, ITEM VICTORE, CARISIA, AUFIDIA, JUDITH, EMERIA, ITEM VICTORE, ACUTA, FAUSTINA, HILARIANO, VICTORIANA, SATURNINA, GAVINA, HEDENTO, FURTUNA, VICTORIA, PRIMA, GAIANO, VALENTINA, FORTUNATA, POSTUMO, FAUSTINO, MAJORICO, VENUSTO, MASSUNO, PROCESSA, SECUNDIANO, IMPORTUNA, QUINTIANO, PETRO, TASSO, CASSERICO, MAPPARICO, VENERIA, BONEFACIA, QUINTO, FLORIANA, VICTORINA, DEMORO, GAUDOLA, ITEM VICTORINA, CRISPINO, POSSINO, ITEM FELICE, DONATO, LABORO, MASILLO, GAIANO, FARERO, QUINTO, ROGATO, MAXENTIO, NINNA, VIRTUNIA, VALERIA, TIRONIO, MATRONA, CITINO, FLORIANO, HERENEO, FORTUNATO, FAUSTINO, GAVINO, HERINO, PAPPALICO, PRIMO, CASSO, SECUNDO, CELERINO, HIEREMIA, FLAVIO, MACROBIO, MARCELLINO, MAXIMO, BAFRODITO, AUGUSTIANO, NITICO ET ALIIS LXV, ITEM GAIANO ET SOCIIS XX, ET ALIIS PLURIBUS,

MEDIOLANI IN INSVBRIA. G.H.

SUB MAXIMIANO

SAnctus *Ambroſius, qui quarto Chriſti ſeculo floruit, Eccleſiæ Doctor & Epiſcopus Mediolanenſis, in ſermone pro feſto SS. Nazarii & Celſi Martyrum, aſſerit alias* urbes exultare, ſi unius ſaltem Martyris reliquiis muniantur. *Aſt urbem Mediolanenſem* poſſidere populos Martyrum; *quos hic damus, aut certe aliquem inſignem eorum numerum. Mediolanenſis ergo hodie* gaudeat terra, nutrix cæleſtium militum, & tantorum parens fœcunda virtutum: recte & ex debito à filiis paren-

Mediolani populi martyres:

AUCTORE G.H.

tis eccleſiæ horum beatorum Martyrum celebrantur inſignia. Immenſa enim Dei noſtri pietas illorum merita noſtra vult eſſe ſuffragia: ſimulque dum nobis fidem veram duro martyrii agone commendat, afflictionem præcedentium, inſtructionem efficit poſterorum. Illos examinat, ut nos erudiat: illos conterit, ut nos acquirat: eorumque cruciatus, noſtros vult eſſe profectus. Merito ergo eos colimus, qui periculis ſuis pugnant, & noſtris utilitatibus militant. *Hæc aliaque ad ſuos Mediolanenſes S. Ambroſius. Tempus martyrii horum athletarum arbitramur, cum Maximianus Imperator Sedem ſui Imperii Mediolani haberet. Nam, uti in Actis martyrii S. Victoris Mauri, ad diem* VIII *Maji illuſtrandis, indicatur*, regnante impio Maximiano Imperatore, in civitate Mediolanenſis vigebat ingens perſecutio Chriſtianorum. *Ex quibus ad hunc* VI *Maji in antiquiſſimo Martyrologii Hieronymiani apographo Epternacenſi, ante mille propemodum annos exarato, ſequentes referuntur hoc modo.*

inter quos ſub Maximiano Imp. multi.

2 Mediolani, Victoris, Felicis, item Victoris, Calriciæ, Affidiæ, Juthid, Emeriæ, item Victoris, Acutæ, Fauſtinæ, Hilariani, Victorianæ, Saturninæ, Gavinæ, Hedenti, Furtunæ, Victuriæ, Primæ, Gaiani, Valentinæ, Fortunatæ, Poſtumi, Fauſtini, Majorici, Venuſti, Maſſuni, Proceſſæ, Secundiani, Inportunæ, Quintiani, Petri, Taſſi, Caſſerici, Mapparici, Veneræ, Bonefaciæ, Quinti, Florianæ, Victorinæ, Demori, Gaudolæ, item Victorinæ, Criſpini, Poſſini, item Felicis, Donati, Labori, Maſillæ, Gaiani, Fareri, item Quinti, Rogati, Maxenti, Ninnæ, Virtuniæ, Valeriæ, Tironi, Matronæ, Citini, Floriani, Herenei, Fortunati, Fauſtini, Gavini, Hereni, Pappalici, Primi, Secundi, Caſſi, Celerini, Hieremiæ, Flavi, Macrobi, Marcellini, Maximi, Bafroditi, Aguſtiniani, Nitici, & aliorum LXV, item Gaiani & aliorum XX. *En Syllabus Martyrum* LXXIX, *ſuis nominibus expreſſorum: de quibus, cum aliqua tamen varietate, agitur in aliis tribus apographis ejuſdem Martyrologii Hieronymiani, ſcilicet Corbeienſi Pariſiis excuſo, Lucenſi à Florentinio edito, & MS. Blumiano.*

Nomina in MS Epternacenſi expreſſa

B

3 *Vt autem varietas melius appareat, ipſos Martyres in decades diſtribuimus. In prima decade*, Calricia, Caricia *&* Carica *ſcribitur*; Affidia *in aliis* Aufidia *eſt*; *uti &* Juthid, Judith; *&* Fauſtina, *in unico* Fauſtinus. *In ſecunda decade in MS. Corbeienſi leguntur nomina* Helarianæ, Victuriani, Saturnini, Gavini, Ædenti, Primi. *In quibus, Lucenſe & Blumianum cum Epternacenſi conveniunt, tamen in duobus loco* Victuriæ *habetur* Victoriæ; *& loco* Furtunæ, *in hiſce eſt* Fuſtunæ, *in Corbeienſi* Fortunati; *niſi hic transferatur ad tertiam decadem, ubi in Lucenſi & Blumiano eſt* Fortunati, *ſupra in Epternacenſi* Fortunatæ. *At loco* Poſtumi, Fauſtini, Inportunæ, *in Corbeienſi habetur*, Portumi, Juſtini, Inportuni, *& pro* Maſſuni *in aliis eſt* Maſſimi, Maſſi, Marſuni. *In quarta decade* Taſſi, Caſſerici, *in Corbeienſi eſt* Taſſicaſſirici *unico vocabulo, ubi & deeſt* Mappariçus, *qui in aliis eſt* Mappalicus. *Loco* Veneræ *in aliis tribus eſt* Veneriæ, *&* Bonefaciæ *ſeu* Bonifaciæ, *quod in Epternacenſi videbatur dividi. Dein, loco* Florianæ *&* Victorinæ, *in ſolo Corbeienſi legitur* Florini *&* Victorini: *& loco* Demoni *in aliis legitur* Domori, Domuli, *& (quod valde abludit)* Memoriæ. *In quinta decade pro* Gaudolæ *&* Victorinæ, *in Corbeienſi habetur* Gaudulæ *&* Victorini; *loco autem* Poſſini *legitur* Poſſinni, Poſſiſini *&* Poſſinæ. *Nomina* Felicis *&* Donati *deſunt in aliis tribus codicibus. Pro* Maſillæ, *legitur* Maſſillæ *&* Maſilæ: *& hic deſinit MS. Blumianum.* Fareri, Faleri, Saferi *varie efferuntur. In ſexta decade nomina* Quinti & Rogati *deſunt in Corbeienſi: pro* Ninnæ *&* Virtuniæ *etiam* Ninæ *&* Virtumæ *ſcribitur: uti* Tironi, Tironii *&* Tyroniæ. *Poſt* Citini *in Corbeienſi & Lucenſi additur*, cum ſociis eorum & reliquis Sanctis: *& dein, loco* Floriani, *habetur in Corbeienſi* Florianæ. *In ſeptima decade loco* Hereni, *in utroque alio eſt* Herenti; *uti &* Caſſi, Secundi, *ordine mutato. In ultimo ordine* Macrobi, Magrobi *&* Magropi *ſcribitur, uti &* Bafroditi, Bafrobiti *&* Babrofiti: Aguſtiniani, Auguſtiniani *&* Agatiani. *Pro* Nitici *in Lucenſi habetur* Niceti: *& hiſce ſocii adjuncti* LXV, *in Corbeienſi ſunt* LXXIII *in Lucenſi* XLII. *At memoria* Gaiani & aliorum XX, *in aliis habetur inter nomina* Flaviani *&* Macrobiani: *& ſub finem in ſolo Corbeienſi iſta reperiuntur*, Item Gaiani cum aliis LXXII.

collata cum aliis 3 Mss.

C

D

E

4 *Sunt autem in Epternacenſi Martyres centum ſexaginta quatuor tam anonymi octoginta quinque, quam ſeptuaginta novem ſuis nominibus expreſſi. In MS. Corbeienſi ſunt univerſim ducenti quadraginta duo, in Lucenſi vero centum quadraginta novem: ad hos Codices proxime accedit MS. Martyrologium Reginæ Sueciæ, à Luca Holſtenio in Animadverſis ad Martyrologium Romanum laudatum, in quo iſta habentur:* Mediolano Victoris, Felicis, cum aliis centum triginta tribus. *At MSS. Atrebatenſe & Tornacenſe*, Mediolano, *inquiunt*, natale SS. Victoris & Felicis. *MS. Ado Leodienſis S. Laurentii & MS Florarium iſta habent:* Mediolani Hilarioni, Victurioni, Saturnini, Victoris, Felicis. *Horum tres priores referuntur in MSS. Pragenſi & Trevirenſi S. Maximini:* Victorianus *autem apud Witfordum in Martyrologio Anglice ſcripto. Alii duo* Victor & Felix, *qui omnium anteſignani habentur, memorantur in MSS. Auguſtano S. Vdalrici, Aquiſgranenſi & Pariſienſi Labbæi, & apud Grevenum in Auctario Vſuardi. In MS. Tamlactenſi exprimuntur nomina* Victoris, Felicis, Curieæ, Aufidiæ, Judith, Emeriæ, Acutæ, Fauſtinæ, Marcelli, Maximi, Auguſtini, Gaiani, *cum aliis* LXXX.

Mentio aliquorum in variis Martyrologiis.

F

5 *Monuimus in claſſe præcedenti varios ex his Martyribus adjungi aliis, nullo expreſſo loco, & ita legi in MSS. Centulenſi, Leodienſi, Lobienſi, & alio Reginæ Sueciæ.* Eodem die ſanctorum Martyrum Heliodori, Venuſti, Poſtumi, Maximi, Niceti cum aliis LXXII. *Ex his omnes, uti jam diximus, huc ſpectant, præter* Heliodorum, *qui eſt Afris annumerandus: ipſis interim alios, ut Afros, jungi in MS. Colonienſi Carmelitarum ibidem indicavimus: imo variato numero idem legi apud Vſuardum his verbis:* In Africa Sanctorum Martyrum Heliodori, Venuſti & aliorum ſeptuaginta quinque. *Verum* Venuſtus *cum reliquis ad hanc claſſem ſpectat. Secuti ſunt paſſim recentiores: quod accurrate voluimus notare, ut paſſit ab aliis idem ulterius examinari, & ſic veritas magis eluceſcat.*

Afris aliqui adjuncti.

DE

DE SS. DEMETRIO, DANACTE, DONATO, THERINO, MESEERA, BARBARO ET SOCIIS. G. H.

MARTYRIBVS CONSTANTINOPOLI HONORATIS.

VI MAII

Culteus Conſtantinopoli.

Antiqua Menæa MSS. quæ Mediolani in Bibliotheca Ambroſiana, & Taurini inter libros Ducis Sabaudiæ luſtravimus, ad ſextum Maji his verbis utuntur: Eadem die ſanctorum Chriſti Martyrum Demetrii, Danactis, Donati, Therini, Meſeeræ & ſociorum ejus. *Quibus in MS. Græco Synaxario Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, quod Pariſiis commodatum habemus ex collegio Claromontano Societatis Ieſu, iſta adduntur*: Celebritas feſti eorum peragitur in martyrio, ſeu ſacello illorum in Deutero, *quæ eſt urbis Conſtantinopolitanæ regio ſic dicta, quod in ea pro ſecunda vice regnare exorſus ſit Imperatorum aliquis antea throno pulſus. In Menæis MSS. quæ Divione apud Petrum Franciſcum Chifletium adſervata reperimus, aliqua diſticha adjunguntur. Ac primo de* S. Demetrio, *qui ibi* Demetrion *appellatur, tale habetur, ex quo telis occiſus intelligitur.*

B

S. Demetrius telis occiſus,

Βέλη, τὰ τιτρώσκοντα σάρκας καιρίως,
Δημητρίων ἠγεῖτο βέλη νηπίων.
Quæ tela carnes ictibus certis lædunt,
Tela puerorum Demetrion putabat.

Danax & 2 alii gladiis,

Dein ſubjunguntur ſancti Danax, Therianus, *ſupra* Therinus, & Meſirus, *ſupra* Meſeera, qui gladiis cæſi coronantur, *cum tali diſticho.*

Ἀμφοῖν ἀθλητῶν ἐκκεκομμένων κάρας
Κεῖται Μεσίρος ἐν μέσῳ κάρας δίχα.
Capite minorum pugilum duorum jacet,
Sine capite medium Meſirus locum tenens.

Donatus telis,

Poſtea adjungitur S. Donatus telis confoſſus, *& his verſibus honoratur.*

Ἄλλος ξένος τις ἥλιός μοι Δονάτος
Σαρκὸς προσέχων ἀκτίνων δίκην βέλη.
Sol alius mihi eſt, ſed mirus ſol, Donatus,
Infixa carni tela pro radiis habens.

Demum, qui pridie in Ambroſianis & Sabaudicis Menæis refertur, & die VIII *hujus Maji in MS. Synaxario adjungitur,* S. Barbarus Martyr, gladio cæſus *hoc diſticho ſignificatur.*

Barbarus gladio.

Τὴν κλῆσιν εἰ μὲν Βάρβαρος σύ, γεννάδα
Οὐδ' ὁ πιμῶν σε βάρβαρος τὴν καρδίαν.
Nomine tu quidem es Barbarus: aſt qui te colit
Ut fortem athletam, mente barbarus non eſt.

Quod autem ultimus hic etiam ad reliquos ſpectet ex concluſione patet, dum indicatur celebritatem eorum peragi in eorum martyrio, in Deutero. *Referuntur ad diem* XXIII *Aprilis* SS. Glycerius, Donatus & Therinus Martyres, *quos diximus videri à S. Georgio converſos, cum ipſoque illo die paſſos. Hinc die* XXIV *Aprilis coluntur* SS. Euſebius, Neon, Leontius, Longinus & alii quatuor Nicomediæ à S. Georgio converſi, & poſt varia tormenta ſacratis capitibus obtruncati. *Illis in duplici MS. Taurinenſi adjungumtur* Demetrius, Danamus, Donatus, Therinus, Neſtamus, *quos ibidem omiſimus, ſi forte forent* Demetrius, Danax, Donatus, Therinus & Meſeera, *hic in eodem Taurinenſi codice relati: quod indicaſſe ſufficit, quamdiu latent eorumdem Acta quæ aliquando extitiſſe, ex tam diſtincta martyrii à ſingulis tolerati notitia certum nobis fit. Non tamen eodem aut loco aut tempore paſſos omnes: ſed potius à communi intra urbem Conſtantinopolitanam cultus loco, communem ſimul nactos venerationis annuæ diem.*

E

Aliqui ejuſdem nominis relati 23 & 24 Aprilis.

DE SS. MATTHÆO ET PRIMO G. H.

MARTYRIBVS TARENTI IN CALABRIA.

VI MAII

C

Tarentum, antiquiſſima & nobiliſſima urbs Magnæ Græciæ nunc Calabriæ, & ditionis Salentinorum, inter plures Sanctos habuit duos hos Martyres, vulgo minus notos: quos damus ex MS. Martyrologio Adonis, olim apud Brixienſes auctо, quod pertinuit ad Eccleſiam Tolonenſem in Provincia, à nobis reperto inter codices MSS. Reginæ Succiæ, ante annos ut minimum ſexcentos conſcripto. In hoc iſta leguntur: Et eo die, in civitate Tarentina, ſanctorum Matthæi & Primi. *Vierque, ſed loco non indicato, memoratur in MS. Martyrologio Eccleſiæ Aquiſgranenſis & apud Grevenum in Auctario Vſuardi, excuſo anno* MDXV *&* MDXXI. Mattheus *eſt in MS. Tamlactenſi.* Primi *mentio fit in apographis Martyrologii Hieronymiani Epternacenſi & Lucienſi, ſtatim poſt relatum* Matthæum Apoſtolum *& Euangeliſtam: ut vel ideo dubitari poſſit, an ab hoc alius ſit ſtatuendus* Matthæus, Martyr & Socius Primi. *Qua monitione præmiſſa eos hic proponimus, ulteriori examini ipſorum met Tarentinorum relinquentes indeciſam quæſtionem. Forſitan Tarentinæ hiſtoriæ ſcriptor noviſſimus Fr. Ambroſius de Tarento Auguſtinianus, de utroque vel alterutro eorum ulterius invenit quidpiam, quod Supplemento poſt faciendo inſeri mereatur: nam ejus hiſtoriam necdum videre nobis licuit, neque cum ipſo auctore vix bene cœptum ame hos paucos annos litterarium commercium proſequi, nulla alia ex parte ejus, qui prior nos appellarat cauſa veroſimili apparente; quam mortis, quæ veremur ne præmature ſubreptum vetuerit promiſſis ſuis noſtriſque poſtulatis facere ſatis. Quod ſi horum Sanctorum, ut ad ſuum argumentum ſpectantium notitia nulla ad Ambroſium pervenit, & ipſe jam obiit; rogo ut ejus vice alius quiſpiam civium, noſtro hoc indicio excitatus, aliquid curæ & ſtudii conferat in hanc diſquiſitionem, ampliſicaturam patriæ decora, & veterum Patronorum cultum poſtliminio reſtauraturam, ad majorem Dei in Sanctis ſuis honorandi gloriam.*

F

DE

DE SS. PACHOMIO, HILARIONE MAMANTE ET PATRICIO

D.P.

APVD GRÆCOS.

VI MAII

DVplicia MSS. Græca Taurinenſia Ducis Sabaudiæ & alia Mediolanenſia bibliothecæ Ambroſianæ, hoc VI Maji ſuggerunt memoriam ſanctorum Patrum noſtrorum Pachomii, Hilarionis & Mamantis. *At Menæa Divionenſia Petri Franciſci Chiſletii eos ita referunt:* Sancti Mamas, Pachomius & Hilarion in pace quieverunt: *& adduntur hi verſus:*

Ἱλαρίωνι καὶ Παχομίῳ Μάμας
Συνεκεδεδήμην τὴν καλὴν ἐκδημίαν.

Cum Hilarione atque Pachomio Mamas
Migratione emigraverunt pulchra.

Et mox ſubjungitur S. Patricius, *nulla re addita, quem tamen aliis, hac præmiſſa monitione jungimus.* Mamantem *niſi Martyrem non novcramus hactenus: nunc vero habemus alterum, qui in pace quieverit, eumque ſuſpicamur fuiſſe monachum, æque ac ſocios ei junctos, & ex Vitis Patrum ſeu parte earum aliqua modo deperdita olim acceptos; ſicut ſub illa phraſi multos, quos nunc ex iiſdem Vitis cognoſcimus, in Synaxariis adſcriptos exiſtimamus. Magnum* Pachomium, *in Ægypto Abbatem, commemorabimus die* XIV *Maji, quando etiam laudatur in Menologio Baſilii Imperatoris, à ceteris vero Græcis die ſequenti: Sancti autem* Hilarionis Thaumaturgi *memoria illuſtrata à nobis eſt* XXVIII *Martii, quamvis à Menæis excuſis & Synaxario Claromontano referatur ad diem* IV *Maji. Sed vix audemus ſuſpicari eos eſſe qui hic notantur cum S. Mamante, niſi forte communis tranſlatio aliqua illis obtigerit, quæ eos hac die inter ſacra junctim commemorari fecerit: dum autem hujus rei nullum profertur indicium, malumus unius monaſterii ſeu lauræ incolas, eodemque loco ſepultos opinari.*

B E

DE SS. GERONTIO ET EDENTIO

G.H.

ATVRI SEV VICOIVLII IN AQVITANIA.

VI MAII

Aturi olim Vico-Iulii.

ATurum *ſive* urbs Aturenſium *Epiſcopalis, vulgo* Ayre, *in regionis Aquitaniæ Novempopulana Provincia, à fluvio* Aturo *nomen accepit, cum olim* Vico-Julium *diceretur. Ita namque* Marcellus Epiſcopus civitatis Vico-Julienſis *interfuit Synodo Agathenſi anno* DVI, *&* Ruſticus Epiſcopus Vico-Julienſis *Concilio Matiſconenſi ſecundo an.* DLXXXV. *Hoc in loco floruerunt olim* SS. Gerontius & Edentius: *quorũ memoria conſervatur ad hunc diem* VI *Maji in antiquis MSS. Martyr. Atrebatenſi Eccleſiæ Cathedralis, Tornacenſi monaſterii S. Martini, & Latienſi S. Lamberti his verbis:* In Galliis Vico-Julii depoſitio S. Geronti Confeſſoris & Edentii. *In Martyrol. MS. monaſterii S. Sabini de Levitania, in agro Tarbienſi ſatis vicino, iſta leguntur:* Die V Maji in Galliis Vico-Julii depoſitio S. Neronti Confeſſoris & Eventii: *Ita excudit Sauſſajus in Martyrologio Gallicano pag.* 1248. *Verum ipſe Sauſſajus in Supplemento videtur errores emendaſſe, dum iſta ad hunc* VI *Maji refert:* Ipſo die in Galliis Vico-Julii depoſitio SS. Gerontii Confeſſoris & Edentii. *Collocantur deinde ab eodem Sauſſajo in Indice nominum Sanctorum tam* Gerontius Confeſſor Vico-Julii *quam* Edentius Confeſſor Vico-Iulii. *Nec plura de* S. Edentio *reperimus. Varii omiſſo Vico-Iulii nomine de* S. Gerontio *agunt, quem* Confeſſorem *in Gallia celebrant Apographum Martyrologii Hieronymiani Lucenſe, MS. Florarium & MS. Ado Leodienſis monaſterii S. Laurentii. At pro Gallia legitur* Gallæci, Galacus, Galatia, *in MSS Blumiano & Corbejenſi ejuſdem Martyrologii Hieronymiani apographo & MS. Corbeienſi atque in Appendice Adonis. In MS. Colonienſi S. Mariæ ad Gradus legitur in* Africa, *per errorem loci, ab aliis ſanctis Martyribus hoc die in Africa paſſis deſumpti.*

SS. Gerontius & Edentius.

C

Ex his Gerontius Confeſſor,

etiam Presbyter & Epiſcopus dictus.

2 *In antiquiſſimo codice Martyrologii Hieronymiani, quem ante mille fere annos deſcriptum Epternacenſibus reſtituimus,* S. Gerontius *appellatur* Presbyter: *in MSS. Caſinenſi, Altempſiano & Trevirenſi* S. Maximini *vocatur* Epiſcopus: *quod minus arbitramur. At nullo loco, ne quidem Gallia appoſita,* Geronus Confeſſor *habetur in MS. Pariſienſi Labbæi, & nudum nomen* Gerontii *in MSS. Tamlactenſi atque Auguſtano S. Vdalrici. Et hæc ſunt quæ de dictis Sanctis habemus: quos non dubitamus illuſtres fidei Catholicæ propugnatores fuiſſe, &* S. Gerontium, *cui nomen* Confeſſoris *adſcribitur, etiam plurima paſſum fuiſſe, ac tandem cum* S. Edentio *in pace quieviſſe, idque primis æræ Chriſtianæ ſeculis, cum poſt S. Matthæum Apoſtolum in antiquiſſimis apographis Martyrologii Hieronymiani, ante alios Martyres, legatur* S. Gerontius.

an S. Clari ſocius 1 ſeculo?

3 *Antonius Dadinus Altaſerra, lib. 4 Rerum Aquitanicarum cap.* 11 *agit de miſſione S. Clari Epiſcopi in Gallias, circa finem ſeculi* 1, *ſub Anacleto Papa; quam miſſionem examinabimus ad* 1 *Iunii, ſi interim ejuſdem S. Clari Vitam MS. nanciſcamur. Huc autem ſpectat quod idem auctor, neſcio an ex dicta vita, ſocios Euangelicæ prædicationis Claro jungat* SS. Juſtinum, Severum, Geruntium *cum aliis tribus: nulla facta mentione* Edentii. *De Iuſtino egimus* 1 *hujus: Severus colitur* 1 *Auguſti, & ſui corporis depoſito claritatem dedit ejuſdem nominis oppido prope Aturum. De* S. Gerontio *ait Altaſerra,* Ejus corpus conditum ad Gertamum amnem haud procul Auſcio, *in eadem ſcilicet Novempopulania:* Unde poſtea tranſlatum in locum qui dicebatur Sonvicus in diœceſi Conſerannenſi, nomen loco fecit vulgo S. Gerons. *Ita ille, in eo, ut videtur, corrigendus, quod SS. Severo & Gerontio Martyrii palmam appingat: cum S. Gerontium paſſim Confeſſorem faciant præcitata monumenta. Et hæc quidem etiam Vico-Iulii aſſignant Gerontium: ſed non repugnaret quominus inde poſtea tranſlatum corpus ſit ad iſtum, qui nomen ejus nunc obtinet, locum: hic autem* 30 *& amplius leucis Aturo diſtans trans Garumnam verſus Pyrenæos, adjacet oppido S. Licerii. Similiter nihil obſtat quo minus pars aliqua notabilis ſancti Gerontii, æque ac S. Clari & ſociorum aliorum eidem attributorum, habeatur Burdegalæ in eccleſia parochiali S. Eulaliæ, iſtic collocata à Karolo Magno, uti ex veteri capellæ inſcriptione diximus, ubi de S. Iuſtino.*

F

corpus in oppido ſui nominis,

pars aliqua Burdegalæ.

DE

DE SANCTO THEODOTO

G.H.

EPISCOPO CYRINIÆ IN CYPRO.

SUB CONSTANTINO

Elogium ex Menæis 6 Maji,

Nter urbes Cypri ad oram Borealem eſt Cyrinia, *vulgo* Cerines, *antiquis* Ceranium *in alta rupe ſitum, ubi S. Theodotus Epiſcopus plurima paſſus traditur in Menæis, cum hoc elogio* : Eadem die VI *Maji* certamen ſacroſancti Martyris Theodoti Epiſcopi Cyriniæ in Cypro. Vixit is ſub Licinio Imperatore & Sabino Præſide, ad quem adductus boum nervis cæditur, deinde ſuſpenſus per omne corpus laceratur, tum in lecto ferreo igne candente extenditur. Poſtea in carcerem conjectus, ceſſante perſecutione, decreto Conſtantini Magni à cuſtodia liberatur: & cum duobus adhuc annis ſuperfuiſſet, ad Dominum migravit ad gloriam & laudem Dei, qui illum glorioſum effecit. *Hæc in dictis Menæis, quæ inde Sirletus ad ſuum Menologium tranſtulit. Quo citato inſcriptus eſt Martyrologio Romano his verbis: In* Cypro S. Theodoti Epiſcopi Cyriniæ, qui ſub Licinio Imperatore graviſſima paſſus, in pace tandem Eccleſiæ ſpiritum Deo reddidit. *Ita Romanum Martyrologium.*

D

Magis celebris videtur fuiſſe Feſtivitas ejus menſe Ianuario ; ſive die XVII, *quo refertur in dictis Menæis ; ſive* XIX, *quo ejus encomium habet Synaxarium MS. Claromontanum Societatis Ieſu Pariſiis: item MSS. Menæa Mediolanenſia bibliothecæ Ambroſianæ & Pariſienſia Cardinalis Mazarini. Illud ex dicto Synaxario repetimus, quod ita Latine vertitur:* Eadem *die* XIX *Ianuarii* certamen ſancti Martyris Theodoti, Epiſcopi urbis Cyriniæ in Cypro. Hic erat ſub Licinio Imperatore & Sabino Præſide inſulæ Cypri. Verum ob confeſſionem fidei Chriſtianæ ad Sabinum Præſidem adductus, taureis verberatur, deinde ſuſpenditur ejuſque carnes lacerantur. Tum exenditur in ignito lecto ferreo, à quo gratia Chriſti mirabiliter liberatur. Poſtea trajectis per pedes clavis currere cogebatur. Conjectus denique in carcerem permanſit, uſque dum perſecutione finita, decreto Conſtantini Magni vinculis abſolutus eſt, alteroque poſt anno vita exceſſit. Celebritas feſti peragitur in oratorio ſanctiſſimæ & immaculatæ Deiparæ Dominæ noſtræ, loco qui Harmatii dicitur. *Hæc ibi.* Locus *autem* Harmatii vocatus, domus erat Harmatii Magiſtri, qui Domeſticus fuit Zenonis, & Baſiliſci exercitũ ei prodidit. Quare ipſius Zenonis juſſu interemptus eſt, cum per teſtudinem aſcenderet ad tribunal Hippodromi. *Ita Georgius Codinus de Originibus Conſtantinopolitanis pag.* 47 *editionis Luparea.*

& 17 & 19 Ianuarii ex MS. Synaxario.

E

DE SS. VALERIO ET VALERIANO

G.H.

EPISCOPIS AVTISSIODORI IN GALLIA.

SEC. IV.

Cultus in Breviariis.

Abemus varia antiqua Breviaria Eccleſiæ Autiſſiodorenſis, à Petro le Venier Pœnitentiario dictæ Eccleſiæ tranſmiſſa: in quibus præſcribitur aliqua veneratio SS. Valerii & Valeriani Epiſcoporum & Confeſſorum, *& hæc recitatur Oratio* : Deus qui nos ſanctorum Confeſſorum tuorum Valerii & Valeriani confeſſionibus glorioſis circumdas & protegis, da nobis eorum imitatione proficere & intercеſſione gaudere. Valerius *traditur tertius hujus Sedis Autiſſiodorenſis Epiſcopus, & ejus ſucceſſor* Valerianus: *qui adfuit anno* CCCXLVI *Concilio Agrippinenſi, & ſubſcripſit depoſitioni Epiſcopi cujuſdam, Chriſtum Deum negantis : hæc autem ibidem ejus ſententia indicatur* : Valerianus Epiſcopus dixit, Etſi non omnes conſeniores hic apud Agrippinam, Dei voluntate qui ſumus adunati, conveniſſemus, ſuffecerat à quinque Epiſcopis N.... blaſphemum, quia Chriſtum Deum negat, pro meritis ſuis ſententiari eodem jure eſſe depoſitum. Nunc autem in præſenti majora cognovimus: multorum enim eorum laicorum ſubſcriptione manifeſtum eſt, quia primordialem Dominum & Deum noſtrum negat, cum per univerſos Prophetas manifeſtetur illum ante mundi conſtitutionem fuiſſe cum Deo Patre omnipotente, & quia omnes cecinerunt illum venturum & pati pro totius mundi ſalute, ſicut ipſe complevit. Quapropter N.... falſus Doctor, qui nudum tantum hominem aſſerit Chriſtum, recte omnium Conſacerdotum voce damnatus eſt. Ideo conſentio, ut ſi quis epiſtolas ipſius per Catholicam Eccleſiam attulerit, communione privetur, eumdemque cenſeo juſte eſſe depoſitum. *Hæc ibi: ex quibus tempus, quo tam ipſe, quam ejus deceſſor Valerius vixerint, aſſequimur.*

C

S. Valerianus condemnat Ep. Colonienſem.

Elogia ex Hiſtoria Epp. Autiſſiodor.

2 *Philippus Labbe tomo* I *Novæ bibliothecæ MSS. Librorum edidit Hiſtoriam Epiſcoporum Autiſſiodorenſium, ubi tale elogium ejus ſic legitur:* Caput III de S. Valerio. Valerius ſedit annos XVII. Fuit autem temporibus Diocletiani & Maximiani, Caro & Carino Conſulibus, adminiſtrantibus apud urbem Romam dignitatem Sacerdotii Caio, Marcellino & Marcello Præſulibus, qui etiam ab iiſdem tyrannis martyrizati ſunt: qui beatus Vir fideliter curſum vitæ peragens, II Nonas Maji migravit ad Chriſtum, & ſepultus eſt apud montem Autricum, ſecus prædeceſſorem S. Marcellianum Epiſcopum. Caput IV de S. Valeriano. Valerianus natione Gallus ſedit annos XXX. Fuit autem vir maximæ ſanctitatis atque ſimplicitatis; ſed hic Beatus, cum à progenitoribus S. Amatoris ad ejus nuptias veniret rogatus, videlicet ut utroſque ſua benedictione ſanctificaret; Dei nutu arrepto Sacramentorum libello, pro benedictione conjugali Leviticam eis impoſuit. Hic etiam cum ceteris Coëpiſcopis, Severino ſcilicet Senonenſi, Solemni Carnotenſi, Camilliano Tricaſſinenſi, Pronicio Meldenſi, Marcello Pariſiacenſi, S. Euvurtium Aurelianorum ordinavit Epiſcopum. Fuit autem temporibus Melchiadis Papæ ſanctique Silveſtri, ſub Conſtantino Imperatore, Conſtantio & Voluſiano Conſulibus, qui plenus ſanctitatis obiit pridie Nonas Maji, & ſepultus eſt juxta prædeceſſores ſuos in monte Autrico. *Hæc ex dicta hiſtoria Epiſcoporum Autiſſiodorenſium.*

S. Valerii,

& S. Valeriani.

F

3 *Vitam S. Amatoris, dein Epiſcopi Autiſſiodorenſis, dedimus ſupra ipſis Kalendis Maji : in qua dicitur* S. Amator vir ſolertiſſimus, cujus in cælum animus jam tenebatur declivior, præceptis dominicis ſibi à beatiſſimo Valeriano frequentius inculcatis: nam acclivis erat & pronus in ſanctiſſimi Valeriani prædicationibus. *Dein nonnullis interpoſitis de nuptiis S. Amatoris agitur & illa traduntur* : Invitatur de more religioſorum ad introitum thalami illico Valerianus Epiſcopus, ut conjunctionis eorum auſpicium Dominicis invocationibus confirmaret. Qui dum appropians, libellum

S. Valerianus inſignis Concionator.

AUCTORE G.H.

bellum ſacrarum precùm dextera arriperet, divino jam inſtinctu atque providentia perennis naturæ humanæ opificis, pro ſocietatis coadunatione atque bono conjugali effundere preces cum vellet, ſacro eos Levitarum dedicavit officio. Sed nullus aſtantium, quæ ab Epiſcopo geſta fuerant, niſi tantum hi, qui benedictionibus fruebantur, cognoſcere potuerunt..... Peractis vero diebus celeberrimis nuptiarum, alacres atque concordes ad S. Eladium Epiſcopum, qui beatiſſimo Valeriano ſucceſſerat, greſſus Amator & Martha ſponſa tendunt: & procidentes coram eo, votorumque ſuorum deſideria depalantes, ille Clericum ſe fieri depoſcebat, illa religioſarum numero ſociari magis ac magis poſtulabat. *Hac ibi: Colitur* S. Eladius VIII *Maji: at* S. Marcellianus *deceſſor S. Valerii* XIII *ejuſdem menſis Maji, & primus omnium Epiſcopus* S. Peregrinus *Martyr, etiam hoc menſe Majo, die* XVI.

S. Amatore conſecrat Levitam:

4 *Memoria ſacra horum Epiſcoporum inſcripta eſt variis Martyrologiis. In MS. Leodienſi S. Lamberti iſta leguntur*: Autiſſiodoro depoſitio S. Valeriani Epiſcopi & Confeſſoris, & S. Valerii Epiſcopi. *Eadem leguntur in MS. Florario, additurque* S. Valerianum fuiſſe tertium poſt B. Peregrinum Epiſcopum. *In MS. Adone cœnobii S. Laurentii apud Leodienſes de utroque agitur, & inferitur hiſtoria S. Amatoris ſupra relata. Quæ etiam habetur in illuſtri MS. Reginæ Sueciæ, forſan apud Fuldenſes exarato & alio MS. cœnobii Lobienſis: ſed abſque mentione* S. Valerii. *Ita ſolius* S. Valeriani Epiſcopi depoſitio Autiſſiodori *aſſeritur in antiquiſſimo Martyrologii Hieronymiani apographo Epternacenſi, item in MS. Richenovienſi, & faſtis Maurolyci & Felicii: & ad* XXI *Maji in MS. Florario. At contra ſolius* Valerii Epiſcopi depoſitio Autiſſiodori *inſcripta eſt apographis Lucenſi, Corbeienſi & Blumiano, & MSS. Trevirenſi S. Maximini, Tornacenſi S. Martini, item Martyrologiis Notkeri, Greveni, Caniſii, & alteri Coloniæ & Lubecæ ſub annum* MCCCCXC *excuſo. Hac voluimus accuratius deſcribere, quod aliquis egregie doctus in antiquitate Burgundica arbitretur eumdem Epiſcopum eſſe* Valerianum *&* Valerium, *quaſi hoc nomen per contractionem eſſet ſcriptum.*

nomen utriuſque in Faſtis,

& ſeorſim S. Valeriani

& S. Valerii.

B

D

5 *Galeſinius citato codice MS. ſed valde imperfecto, iſta edidit*: Autiſſiodori in Gallia SS. Felicis & Valerii Martyrum. *Quæ eadem Galeſinio allegato habet Ferrarius. Verum* Felix *unus alterque hoc die ſupra relatus eſt inter Mediolanenſes Martyres, à quo* S. Valerius Epiſcopus Autiſſiodorenſis & Confeſſor *eſt diſtinguendus.* Valerianus *memoratur in MS. Tamlactenſi.*

Non eſt alius Valerius ibidem Martyr.

6 *De tempore quo ſederit S. Valerius aut obierit nihil certi pronuntiare poſſumus quia potuit. Sedes aliquot annis vacaſſe. Alia ratio eſt S. Valeriani, quia ex Vita S. Amatoris manifeſtum eſt poſt obitum S. Valeriani ſtatim ſucceſſiſſe S. Eladium, cujus obitum referemus ad annum* CCCLXIV. *Conſule dicta ad hujus & S. Amatoris Vitam. Quia vero traditur S. Valerianus ſediſſe triginta annis ſaltem hi ſumendi ſunt ab anno circiter* CCCXXXIV *uſque ad dictum annum* CCCLXIV, *& ſic anno tertio Sedis ſuæ interfuiſſet Concilio Colonienſi, & ſediſſet ſub Imperatoribus Conſtantino ejuſque filiis, Iuliano apoſtata & Iboviano; ejuſque temporibus fuiſſent Pontifices Romani, Silveſter ſaltem aliquamdiu, Marcus, Iulius, Liberius, Felix II, Damaſus, & Siricius. De annis tam Pontificum quam Imperatorum, cum magna confuſione temporum adjunctis in Hiſtoria Epiſcoporum Autiſſiodorenſium, eginus ad Vitam S. Amatoris, acturi iterum ad Vitam S. Eladii. Si quis autem certiorem viam oſtenderit, eam libenter ingrediemur. In Colonienſi Concilio pro blaſphemo abdicato, ſubſtitutum fuiſſe Epiſcopum Ephratam, orthodoxum plane, & in S. Athanaſii hiſtoria laudatiſſimum ſenem, eoque nomine mox legatum à Sardicenſi Synodo ad Conſtantium Imperatorem, nihil ambigimus: turpique errore factum putamus, ut illius nomen acceptum ſit pro nomine deceſſoris, quod ut appellari indignum forte reticebatur: ideoque ipſum ex ſupra relata ſententia expunximus, ſubſtituta littera* N, *nominis indefiniti ſigno: pluribus autem de hac re agimus, die* XIII *Maji Cap.* I *de Vita S. Servatii, qui S. Athanaſio præſente blaſphemum redarguerat, cum ille ſcilicet adhuc Treviris exularet.*

Tempus Sedis

E

DE SANCTO MAVRELIO

EPISCOPO IMOLENSI IN ITALIA.

G.H.

VI MAII

C

FOrum-Cornelii *urbs ſub iſto nomine antiquis ſcriptoribus notiſſima fuit, dein* Imola *dicta, in Æmilia inter Bononiam & Faventiam ſita, eſtque ſub Metropoli Ravenna Epiſcopalis. Ferdinandus Vghellus tomo* 2 *Italiæ ſacræ primos ejus Epiſcopos refert*, S. Cornelium, *circa annum* CCCC *adlectum*; S. Projectum, *cui* XXIII *Septembris ſacer eſt*; *& tertium* S. Maurelium, *quem ait* vixiſſe anno DXXXII, coronatumque nobili martyrio eſſe, ignorarique tyrannum: ejus corpus aſſervari in Cathedrali cum Reliquiis S. Projecti, *quo has & illud tranſlatum fuiſſe deinde ſcribit, ex eo quo prius ſervabantur loco, ab Epiſcopo Mainardino, mox ut hic Sedem Imolenſem obtinuit, forte circa annum* MCCX *aut aliquanto ſerius. Teſtatur præterea idem Vghellus* celebrari ejus feſtum VI Maji, & de eo agere Ferrarium. *Cujus eſt abſque mentione Martyrii iſtud elogium, citato* officio eccleſiæ Imolenſis.

Tempus Sedis,

2 Maurelius civis Cornelienſis (quæ civitas Imola nominatur hoc tempore) ad Epiſcopalem honorem ante S. Projectum evectus, ſic eccleſiam Imolenſem adminiſtravit, ut vita functus, Sanctus ab ea eccleſia ſemper habitus ſit & colatur. Ejus corpus in æde Cathedrali ſub ara majore aſſervatur ex antiqua traditione. Acta tamen illius & tempus quo vixit haud ſciri poteſt. *Annotat dein Ferrarius*, legi ex tabulis ejuſdem eccleſiæ, ad ſacrum uſum confectis, corpus S. Maurelii in propria ara quieſcere: eumque hac die uti urbis Protectorem coli. *Idem Ferrarius, in Catalogo generali Sanctorum, iterum celebrat* S. Maurelium Epiſcopum Foro-Cornelii in Æmilia, ejuſdemque urbis Protectorem, *annotatque* ejus mentionem fieri in officio dictæ eccleſiæ in Lectionibus S. Petri Chryſologi: Acta tamen ipſius excidiſſe. *Colitur S. Petrus Chryſologus* III *Decembris. Brautius Epiſcopus in Martyrologio Poëtico ſic eum celebrat*:

F

Corpus in altari.

cultus Protectoris.

Addidit ad patriæ civis, Paſtoris amorem:
Quo ſicut cives, ſic & amavit oves.

DE

DE SANCTA BENEDICTA G.H.

SANCTIMONIALI ROMÆ.

VI MAII

Cultus ſacer.

IN *Tabulis Martyrologii Romani, ad hunc* VI *Maji, celebratur ſacra memoria* S. Benedictæ Virginis Romæ. De ea, *uti annotat Baronius*, S. Gregorius lib. 4 Dialogorum c. 13, ubi agit de S. Gallæ obitu, quam Benedicta poſt diem trigeſimum (ut S. Petrus Apoſtolus prædixerat) ſecuta eſt ad coronã. *Credi S. Gallam obiiſſe* VI *Aprilis diximus inter Prætermiſſos ad dictum diem, de ea cum Martyrologio Romano ad diem* V *Octobris acturi. Rem totam aliquanto latius ex S. Gregorio accipe.*

2 Cum omnipotens Deus perennem jam mercedem reddere ejus, *id eſt Gallæ*, laboribus decreviſſet, cancri ulcere in mamilla percuſſa eſt. Nocturno autem tempore ante lectum ejus duo candelabra lucere conſueverant: quia videlicet amica lucis, non ſolũ ſpiritales, ſed etiam corporales tenebras odio habebat. Quæ dum nocte quadam ex hac eadem jaceret infirmitate fatigata, vidit B. Petrum Apoſtolũ inter utraq; candelabra ante ſuum lectum conſtitiſſe; nec perterrita timuit, ſed ex amore ſumens audaciam exultavit, eique dixit: Quid eſt, Domine mi, dimiſſa ſunt mihi peccata mea? Cui ille, benigniſſimi ut eſt vultus, inclinato capite annuit, dicens: Dimiſſa; veni. Sed quia quamdam ſanctimonialem feminam in eodem monaſterio præ ceteris diligebat; illico Galla ſubjunxit: Rogo ut ſoror Benedicta mecum veniat. Cui ille reſpondit: Non, ſed illa talis veniat tecum. Hæc vero, quam petis, die te erit trigeſimo ſecutura. His itaq; expletis, viſio Apoſtoli aſſiſtentis & colloquentis ei ablata eſt. At illa protinus cunctæ Congregationis accivit Matrem, eique quid viderit quidve audierit indicavit. Tertio autem die cum ea quæ juſſa fuerat Sorore defuncta eſt: illa vero quam ipſa depoposcerat, die eſt trigeſimo ſubſecuta. Quod factum nunc uſque in eodem monaſterio manet memorabile, ſicque hoc à præcedentibus Matribus traditum, narrare illic ſolent ſubtiliter juniores, quæ nunc ſunt ſanctimoniales Virgines, ac ſi illo in tempore huic tam grandi miraculo & ipſæ adfuiſſent.

B

dies obitus S. Petro apparente indicatus S. Gallæ.

3 *Hæc S. Gregorius, qui* Benedictam ſanctimonialem feminam *appellat: at poſtea in eodem monaſterio ait fuiſſe* ſanctimoniales Virgines, *& talem fuiſſe* S. Benedictam *indicatur in Martyrologio Romano: hujuſque auctoritate inter* Sanctas Virgines Romanas *eam collocat Antonius Gallonius: qui addit* Caput S. Benedictæ aſſervari Romæ in eccleſia ſanctorum Apoſtolorum, neſciri ubi corpus habeatur. *Octavius Pancirolius in Theſauro Vrbis Romæ, regione 7 eccleſia 7, agit de Eccleſia S. Catharinæ Virginis & Martyris, eamque aſſerit cum monaſterio adjuncto à S. Galla fundatam prope eccleſiam S. Petri; at cujus ordinis fuerit non indicari à S. Gregorio. In archivio S. Petri dici* eccleſiam S. Catharinæ, *&* monachas S. Benedicti *appellari. Hinc inſcripta eſt* S. Benedicta *Martyrologiis Benedictinis Wionis, Dorganii, Menardi, Bucelini, uti & Kalendario Mabillonis ad primum ſeculum Benedictinum. Idem Pancirolius arbitratur* corpora SS. Gallæ & Benedictæ adhuc latere in dicta S. Catharinæ eccleſia, aliquando elevanda & in altari more ſolito collocanda, *& ita in Indice Reliquiarum tradit* corpus S. Benedictæ ſervari in eccleſia S. Catharinæ de Burgo, caput apud ſanctos Apoſtolos, & aliquas reliquias in æde S. Luciæ in Silice: *de qua agit, Regione 2 eccleſia 40.*

Caput Romæ,

An ordinis Benedictini

Reliquiæ,

E

4 *Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ de ejus ortu, juventute, & ingreſſu in monaſterium iſta tradit:* Benedicta Virgo, nobilis Romana, à teneris Chriſto Domino inſerviendi ac illi virginitatis dicandæ deſiderio flagrans, ſpretis pro Deo parentibus & facultatibus, in monaſterio adoleſcentula adhuc ſe incluſit: in quo ita ſancte Vitam inſtituit, ut cæleſtis Virginum ſponſus illam non multos poſt annos ad ſe acceperit. *Hæc Ferrarius & fere ex citato Gallonio: qui per veroſimilem conjecturam talia aſſeruerunt, reliqua ex S. Gregorio deſumpſerunt. Meminerunt ejuſdem Arturus du Monſtier in Gynæceo ſacro, & Brautius Epiſcopus in Martyrologio Poëtico, aliique recentiores cum Carolo Bartholomæo Piazza in Sanctuario Romano, aſſerente* ſacrum ejus caput exponi in Eccleſia Apoſtolorum.

Elogium Ferrarii.

DE SANCTO EADBERTO G.H.

C

EPISCOPO LINDISFARNENSI IN ANGLIA.

F

ANNO DCXCVIII.

S. Cuthberto ſuccedit poſt annum S. Eadbertus,

INter *illuſtriores Angliæ Sanctos merito cenſeri S. Cuthbertum Epiſcopum Lindisfarnenſem, diximus ad ejus Vitam, relatam die* XX *Martii, quo mortuus eſt anno* DCLXXXVII. *Obitum ejus & ſepulturam cum retuliſſet Beda lib.* 4 *Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ gentis Anglorum cap.* 29, *iſta ſubjungit*: Quod cum factum eſſet, Epiſcopatum Eccleſiæ illius anno uno ſervabat venerabilis Antiſtes Wilfridus, donec eligeretur, qui pro Cuthberto Antiſtes ordinari deberet. Ordinatus eſt autem poſt hæc Eadbertus, vir ſcientia Scripturarum divinarum ſimul & præceptorum cæleſtium obſervantia, & maxime eleëmoſynarum operatione inſignis, ita ut juxta legem omnibus annis decimam, non ſolum quadrupedum, verum etiam frugum omnium atque pomorum, nec non & veſtimentorum partem pauperibus daret. *Hæc ibi Beda, qui in Vita S. Cuthberti cap.* 11 *num.* 61 *eumdem* Eadbertum, magnarum virtutum virum, & in Scripturis notabiliter eruditum fuiſſe, *aſſerit: ac dein cap.* 12 *deſcribit, quomodo corpus S. Cuthberti fuerit elevatum, cooperante S. Eadberto, & hic vitam beato fine concluſerit: quæ inde repetita ſunt ejuſmodi.*

doctrina & eleëmoſynis excellens.

2 Volens autem latius monſtrare Divina diſpenſatio, quanta in gloria vir ſanctus poſt mortem viveret, cujus ante mortem vita ſublimis, crebris etiam miraculorum patebat indiciis; tranſactis ſepulturæ ejus annis undecim, immiſit in animos Fratrum, ut tollerent oſſa illius (quæ more mortuorum, conſumpto jam & in pulverem redacto corpore reliquo, ſicca invenienda rebantur) atque in levi arca recondita, in eodem quidem loco, ſed ſupra pavimentum dignæ venerationis gratia locarent. Quod dum ſibi placuiſſe, Eadberto Antiſtiti ſuo, medio ferme Quadrageſimæ tempore, referrent; annuit conſilio eorum, juſſitque ut die depoſitionis ejus, quæ eſt tertia decima Calendarum Aprilium, hoc facere meminiſſent. Fecerunt autem ita: & aperientes ſepulcrum, invenerunt corpus totum, quaſi adhuc viveret, integrum; & flexibilibus artuum compagibus, multo dormienti quam mortuo ſimilius. Sed & veſtimenta omnia, quibus indutum erat, non ſolum intemerata, verum etiam priſca novitate & claritudine miranda apparebant. Quod ubi viderunt Fratres, nimio mox timore & tremore ſunt perculſi, adeò ut vix aliquid loqui,

permittit corpus S. Cuthberti elevari,

AUCTORE G.H.

vix auderent intueri miraculum, quod patebat; vix ipſi, quid agerent, noſſent.

3 Extremam autem indumentorum ejus partem, pro oſtendendo incorruptionis ſigno, tollentes (nam quæ carni illius proxima aderant, prorſus tangere timebant) feſtinarunt referre Antiſtiti, quod invenerant: qui tum forte in remotiore à monaſterio loco, refluis undique maris fluctibus cincto, ſolitarius manebat. In hoc etenim ſemper Quadrageſimæ tempus agere; in hoc quadraginta ante Dominicum natalem dies, in magna continentiæ, orationis & lacrymarum devotione, ducere conſueverat: in quo etiam venerabilis prædeceſſor ejus Cuthbertus, priuſquam Farne peteret, ſicut & ſupra docuimus, aliquamdiu ſecretus Domino militaverat. Attulerunt autem & partem indumentorum, quæ corpus ſanctum ambierant. Quæ cum ille & munera gratanter acciperet, & miracula libenter audiret (nam & ipſa indumenta, quaſi Patris adhuc corpori circumdata, miro deoſculabatur affectu) Nova, inquit, indumenta corpori pro his, quæ tuliſtis, circumdate; & ſic reponite in thecam, quam paraſtis. Scio autem certiſſime, quia non diu vacuus remanebit locus, qui tanta cæleſtis miraculi virtute conſecratus eſt. Et beatus eſt multum, cui in eo ſedem quieſcendi Dominus, veræ beatitudinis auctor atque largitor, concedere dignatur. Adjecitque mirando, quæ quondam verſibus dixi, & ait:

Quis Domini expediet cæleſtia munera dictis?
Vel paradiſiacas quæ capit auris opes?
Dum pius infeſti dirupto pondere leti,
Vivere ſiderea ſemper in arce dabit;
Mortua nunc tanto qui membra decorat honore,
Pulchraque perpetuæ pignora præſtat opis.
Quamq; beata domus, ſub tanto quæ hoſpite fulges,
Neſcia quæ nævi, lumine læta micas.
Nec tibi difficile, Omnipotens, mandare ſub arvo,
Ne depoſta voret funera labis edax,
Qui triduo ſervas ceti ſub viſcera Vatem,
Lucis iter pandens mortis ab ore, tuum:
Qui ignibus in mediis inſontia membra tueris;
Ne Hebræum lædat Chaldea flamma decus:
Dena quater renovas per frigora plebis amictum,
Quæ Phariam fugiens, invia ſervat, humum:
Qui rediviva levem formas in membra favillam,
Cum tremet Angelicis mundus ab axe tubis.

Hæc & his ſimilia plura ubi, multis cum lacrymis ac magna compunctione, Pontifex tremente lingua complevit; fecerunt Fratres, ut juſſerat: & involutum novo amictu corpus, levique in theca reconditum, ſupra pavimentum ſanctuarii compoſuerunt.

4 Interea Deo dilectus antiſtes Eadbertus morbo corripitur acerbo: & creſcente per dies multumque ingraveſcente ardore languoris, non multo poſt, id eſt pridie Nonas Maias, etiam ipſe migravit ad Dominum; impetrato ab eo munere, quod diligentiſſime petierat; videlicet ut non repentina morte, ſed longa excoctus ægritudine, tranſiret é corpore. Cujus corpus in ſepulcro beati Patris Cuthberti ponentes, appoſuerunt deſuper arcam, in qua incorrupta ejuſdem Patris membra locaverant: ubi nunc uſque, ſi petentium fides exigat, miraculorum ſigna fieri non deſinunt. Sed & indumenta, quæ ſanctiſſimum corpus ejus vel vivum vel ſepultum veſtierant, à gratia curandi non vacant. *Hæc miracula S. Eadberti ab eodem S. Beda, in Vita S. Cuthberti carmine ſcripta, ita exponuntur:*

Morborum fugiunt labes, furor impius atri
Dæmonis abſiſtit; vivenſque ſolebat ut ante,
Signorum monſtrare jubar, modo ſic quoq; paſſim
Spargitur & functos virtus miranda per artus.

Creatus eſt Epiſcopus an. DCLXXXVIII, *mortuus an.* DCCXVIII, *ſepultus in Eccleſia Lindisfarnenſi, quam* S. Finanus *ibidem* Epiſcopus (*teſte eodem Beda lib.* 3 *cap.* 25) more Scotorum, non de lapide, ſed de robore ſecto compoſuit, atque arundine texit. Sed & Epiſcopus loci ipſius Eadbertus, ablata arundine, plumbi laminis eam totam & tectum & ipſos quoque parietes ejus cooperire curavit. *Vitam S. Finani illuſtravimus ad diem* XVII *Februarii.*

5 *In Hiſtoria Eccleſiæ Dunelmenſis (quam ſub nomine Simeonis Dunelmenſis editã vindicavimus Turgoto, ad Vitam S. Cuthberti) lib.* 2 *cap.* 6, *ob ſecundum Danorum depopulationem, dicitur an.* DCCCLXXV corpus S. Cuthberti ſublatum, & ſucceſſorum ejus venerabilium Sacerdotum oſſa veneranda, ſcilicet Eadberti, Eadfridi, & Ethelwoldi. Hæc tollentes, de locis in locum, euntes & redeuntes diſcurrebant per annos ſeptem, *teſte Ricardo Dunelmenſi lib.* 2 *cap.* 1. Deinde in villam, nomine Crecam, venientes, ibi quatuor menſes reſederunt. Tandem vero redeuntes ad villam Kunkæceſtram, nunc Ceſtram vocant, devenerunt: ibique cum Reliquiis quieverunt, *ab anno ſcilicet* DCCCLXXXIII *uſque ad annum* DCCCXCV. *Poſtea anno* DCCCCXCV *tranſlata fuerunt eadem ſancta corpora in Ripon monaſterium: inde, poſt tres aut quatuor menſes, Dunelmum. Denique anno* MLIV, *die* XXIV *Auguſti, dicta oſſa reperta fuerunt in eodem loculo cum ſacro corpore S. Cuthberti, & ab hoc remota ſeorſim fuerunt adſervata, uti omnia hæc leguntur in Hiſtoria Tranſlationis S. Cuthberti in novam tumbam num.* 6, *& ad* XII *Februarii in Vita ſupra indicati Epiſcopi Ethelwoldi.*

6 *Sacram memoriam S. Eadberti celebrant Grevenus & Molanus; in Additionibus ad Vſuardum, cum MS. Florario & hodierno Martyrologio Romano & Anglicano: item Maurolycus, Caniſius, Menardus, Mihew, Bucelinus & alii. Gelenius etiam refert: ſed arbitratur eumdem eſſe cum S. Egberto Presbytero, in inſula Hyenſi mortuo: cujus Acta dedimus* XXIV *Aprilis.*

DE S. IOANNE DAMASCENO

MONACHO ET PRESBYTERO APVD GRÆCOS.

CIRCA AN. DCCLXXX

Gregium hunc virum, & tunc quoque cum in patria ſua Damaſco *negotiis occuparetur temporalibus ſacra doctrina & zelo religionis celebratum, ad omnem porro ſanctitatis formam extulit celeberrima* S. Sabæ Laura, *in Palæſtina; de cujus aliis alumnis Sanctis actum aliquoties à nobis eſt, ageturque deinceps, ad dies eorum memoriæ ſacros. Synaxarium, Baſilii Imperatoris juſſu collectum, & omnium quæ novimus eo in genere antiquiſſimum, memoriam illius refert ad diem* XXIX *Novembris: quo die eumdem habuerunt & alia MSS. ex quibus Menologium ſuum compilavit Sirletus, quod extat ab Henrico Caniſio excuſum. Cetera, quæ vidimus tam typis excuſa quam manu exarata, diem* IV *Decembris* Joanni *adſcribunt: quando in Menæis excuſis colitur partito cum S. Barbara diei officio, cum proprio Canone Stichariiſque & Contaciis, in quibus valde laudatur Sanctus, ab incomparabili ſacrorum hymnorum pangendorum facultate, efficaci hæreſeon convictione, & monaſticæ exercitationis rigore. Græcos ſequuntur Rutheni ſeu Moſchi, aliæq; eccleſiæ à Græcis ſacrorum ritus poſtea mutuatæ, quibus ſeſe aptarunt Molanus in additionibus ad Vſuardum ſecundæ ſeu Duacenæ Editionis, Caniſius in editione altera Germanici Martyrologii, & Arnoldus Wion in Ligno vitæ, imitatus Trithemium, de* Joanne, *tamquam Regulam Benedictinam profeſſo, agentem inter illuſtres viros ſui Ordinis.*

Græcis Faſtis adſcriptus 29 Novembris,

& 4 Decembris,

2. *Hoc idem abſque ulteriori probatione fecit in Menologio Benedictino Gabriel Bucelinus, ſed ad præſentem diem* VI *Maji.*

Latinis 6 Maji.

A VI *Maji*; *quando* Joannem *Romani Martyrologii tabulis à ſe recognitis inſeruit Baronius, cum inſigni elogio. Et elogium quidem accepit è vita; diem, vel ex Maurolyco vel ex Molano primæ editionis: ante quos tamen alia quædam MSS. Latina, licet nobis necdum cognita, ad eumdem diem debuerunt retuliſſe* Joannem. *Nam in Additionibus Carthuſianorum Colonienſium ad Vſuardum anni* 1521, *ſæpe ſub nomine Greveni citatis, ſic legitur:* Conſtantinopoli depoſitio ſanctæ memoriæ Joannis Damaſceni, Doctoris egregii, nec minus vita & miraculis clari. *Et hæc verba Molanus in prima, ſicut dictum, anni* 1564 *Lovanienſi editione tranſcripſit, omiſit in ſecunda Duacena anni* 1583. *Maurolycus anno* 1564 *primum editus, deinde* 1570 *&* 1578 *Venetiis recuſus:* Conſtantinopoli S. Joannis Damaſceni Preſbyteri, moribus & doctrina clariſſimi tempore Theodoſii tertii, *id eſt*, Adramyteni, *qui ſolum exigua parte anni* DCCXV *regnavit, quando necdum cœperat* Joannes *ſcriptis clareſcere. Videtur autem Maurolycus ea determinatione corrigere voluiſſe alios, qui ante ipſum, Theodoſii ſenioris ætatem, id eſt ſeculum Chriſti* IV, Damaſceno *adſcripſerant.*

Vitâ ſcripta à Ioanne Patr. ante an. 969

B 3 *Vita, quam habemus, & Græce etiam ex MS. Medicæo Regis Franciæ damus, antehac cum operibus Baſileæ excuſam, auctorem præfert* Joannem Patriarcham Hieroſolymitanum: *qui argumento ex Arabica quadam ac ſimpliciſſima narratione accepto, ipſam luculento exornavit ſtylo, duobus forte ſeculis poſt mortem* Damaſceni. *Siquidem monumenta omnia excutiens, unde conatus ſum Hieroſolymitarum Patriarcharum ſeriem integrare, nullum inveni iſtius nominis, ante eum quem Curopalates aſſerit, ſub annum Nicephori Phocæ ultimum, Chriſti* DCCCLXIX, *vivum à Saracenis fuiſſe combuſtum. Nondum Conſtantinopoli innotuerat illa ſic exornata Vita, fortaſſe nec compoſita quidem erat, quando ſuum jam cultum ibi habebat* Damaſcenus *& elogium in Synaxariis; utique ex aliis antiquioribus notitiis, & quidem ab Arabico contextu valde diverſis, decerptum: quod in Baſilii Imperatoris Synaxario MS. tale eſt, ad* XXIX *Novembris.*

ex ſchedis Arabicis;

ex antiquiori alia elogium in Menologio Baſilii

4 Hic fuit ſub Imperio Leonis Iſaurici & filii ejus Conſtantini, ex urbe Damaſco, genere illuſtri, honorato & fideli: patrem autem habuit virtutis amantem; & eruditus eſt omni gentilium diſciplina, inſuper etiam divinis litteris. Pro amore deinde Chriſti paternas divitias deſerens, factus eſt monachus, una cum Coſma, eo cujus eſt multa mentio in poëmatis ſacrarum feſtivitatum, magnæ præſertim hebdomadæ ante diem Paſchæ. Joannes porro, ſuarum orationum efficacia & demonſtrationum è Scripturis deſumptarum, Iconomachorum confudit hæreſin; * unde ab hæreticis Imperatoribus varie relegatus, & carceribus traditus, in pulchra confeſſione conſummatus eſt, ſepultuſque à diſcipulo ſuo.

C

& Sirleti

5 *Hæc ibi: quibus prorſus ſimilia invenit in aliis MSS. Sirletus, uſque ad ſignum* *: *ſed ceteris omiſſis, ſic concludit:* Iconomachorum confundens hæreſim, multa erudite & accurate ſcripta reliquit; in quibus omnium fere quæſtionum ſolutio invenitur. Cum vero ad multam & laudabilem ſenectutem perveniſſet, exceſſit è vita B. Joannes, ante Manſur appellatus, quo vocabulo & ipſius parentes appellabantur. *Cum iſto apud Sirletum elogio convenit, ad* VI *Maji, Synaxarium Collegii Claromontani Pariſiis, niſi quod de Majumenſi Coſmæ Epiſcopatu mentionem interſerat, & in fine ſubjungat quædam de ejus poëmatis ac vita in pace conſummata; quæ poterunt uſui eſſe ad diem* XIV *Octobris.*

atque Menæis,

aliud ex Suida.

6 *Expunxit aliquis ex Claromontano, qui ibi de cognomento habebantur ſcripta: ſed ipſum egregie confirmat Suidas, hoc addito de poëmatis ejus elogio:* Joannes Damaſcenus, cognomento Manſur, vir fuit eloquentiſſimus, nec ulli eorum, qui ipſius tempeſtate doctrinæ laude claruerunt, ſecundus. Opera ipſius perquam multa, & in primis erudita, tum in divinam ſcripturam Parallelorum collectanea, tum muſici Canones, partim Iambico carmine conditi, partim oratione ſoluta. Floruit autem una cum eo Coſmas Hieroſolymitanus, vir elegantiſſimo ingenio, muſicamque ſpirans prorſus concinnam ac modulatam. Certe muſici Canones Joannis & Coſmæ nullam adhuc comparationem admiſerunt, nec quandiu hic mundus durabit, admittent.

AUCTORE D. P.

Cognomen Manſur Redemptum ſignificans

7 *Nominis porro ſignificatum exponens Theophanes, ad ſecundum Copronymi annum, eadem occaſione declarat, quo impius hic fuerit animo in* Joannem, *dum adhuc in Palæſtina degeret, ſub barbaro Saracenorum dominatu quam in Chriſtianorum Imperatorum terris ſecurior. Cum enim mentionem intuliſſet Petri Majumeni Epiſcopi (qui Coſmæ videtur deceſſor fuiſſe) ab Arabibus ob vituperatum libere Mahometiſmum conciſi:* eum, *inquit,* orationum ſuarum encomiis ſanctus Pater noſter Joannes, qui recte Chryſorrhoas nuncupatur (propter efflorescentem in ipſius tam vita quam ſermone gratiam ſpiritus, inſtar auri radiantem) quem etiam ſacrilegus Imperator Conſtantinus quotannis ſolitus fuit ſubjicere anathemati, propter eminentem illius in recta fide doctrinam: & pro avito ejus nomine Μανσοὺρ, quod Redemptum ſignificat, novum ſuæ ætatis doctorem, judaico prorſus ingenio, nuncupabat Μανζηρὸν, *id eſt (ſicut ex Papia oſtendit Meurſius in Gloſſario)* Scorti filium.

Copronymus in contumeliam detorquet;

E

cujuſ furore nihil territus.

8 *Non conterruit* Joannem *tyranni rabies, etiam jus clavium eccleſiaſticarum ſibi impie arrogantis, ut de eo ſe ulciſceretur, quem aliter non habebat in poteſtate. Quin,* æque ac alii inſignes monachi, *in quibus & Stephanus Junior ſociique fuerunt,* XXVIII *Novembris commemorandi, accurrit Conſtantinopolim aut certe in ejus viciniam etiam ipſe, ubi maxime periclitabatur fides, futurus particeps periculorum ac certaminum; quæ in Baſilii Imperatoris Menologio indicata, miraremur à Vitæ ſcriptore fuiſſe præterita, niſi hic profiteretur Arabica ſe monumenta ſecutum. Cum enim in his ea ſolum contineantur, quæ vel in patria ſecularis egerat vel monachus in Laura; de morte prorſus nihil videtur inveniſſe ſcriptor Græcus, unde nec diem, neque locum notavit.*

auſus eſt Conſtantinopolim accedere;

quo factum ut peregre mortui vitæ non ſcripſerint Sabaitæ.

F 9 *Extremam certe partem vitæ peregre tranſegiſſe* Joannem *vel inde poſſumus confirmare, quod ſi in Laura ſua obiiſſet, & inter Sanctos illius loci Patres religioſiori ritu eſſet ſepultus extra commune cœmeterium; non defuiſſet inter monachos ibidem degentes aliquis, qui totam ejus vitam æque prolixe & accurate deſcripſiſſet, & pari cum lingua Græca elegantia, atque deſcripta ibi eſt Vita nepotis Stephani Sabaitæ, danda à nobis* XIII *Julii; qui anno* DCCXCV *ibidem obiit, & decimo ætatis ſuæ anno Chriſti* DCCXLV, *Lauram ingreſſus, haud paucos annos in ea vixit cum avunculo ſuo S. Joanne; & ſimul deſcriptum ibidem eſt Martyrium* XX *monachorum Martyrum, biennio poſt obitum jam dicti Stephani occiſorum ab Arabibus, quod illuſtravimus die* XX *Martii.*

utinec CP. nota diſtincte fuit ejus Vita in Palæſtina.

10 *Porro ſicut de extrema* Joannis Damaſceni *ætate parum vel nihil prorſus ſcivere Palæſtini, inter quos Arabice ſcriptam priorem ejus vitam* Patriarcha Joannes *reperit; ita nec Synaxariorum auctores Conſtantinopoli videntur cognita habuiſſe, quæ de calumnia ipſi per Leonem Iſaurum apud Saracenum Damaſci Principem conſtructa ſciverunt illi, quæque de inſigni ejus obedientia narrabantur communi traditione inter monachos Sabaitas: in quorum Laura etiam nunc monſtratur ipſius cellula, non item ſepulcrum. Hoc vero eum Conſtantinopoli nactum omnino arbitramur, ſicuti Latina Martyrologia vetuſtæ quædam habere & habuiſſe oſtendimus: quæ ſola etiam meminerunt miraculorum à viventis patratorum, ſed in genere; & verum obitus diem videntur memoriæ conſignaſſe.*

AUCTORE D. P.

11 *Cur autem non potius id dico feciſſe Græcos? Quia bi, in deligendo commemorationis annuæ die, videntur alium prorſus habuiſſe reſpectum. Nam qui diem* XXIX *Novembris primi aſſumpſerunt; ideo id feciſſe videntur, quia pridie celebraverant* S. Stephanum Juniorem; *& quia propter laudata ab hoc* Joannis Damaſceni *opera ac zelum pro cultu ſacrarum imaginum, congruum cenſuerint hujus quoque memoriam conſequenter facere. Qui diem* IV *Decembris in uſum receperunt & pro eo habebant ab ipſo S. Ioanne ordinatum Virginis ac Martyris Barbaræ officium, ac recitabant hujus encomium ab illo compoſitum; conveniens exiſtimarunt utriuſque cultum conjungere, compoſito, quod nondum factum erat, proprio Canone de ipſo Ioanne. Plane quemadmodum* II *Martii, ante vitam S. Mariæ Ægyptiacæ, diximus placuiſſe, ut in officio feriæ* V *Hebdomadæ* V *Quadrageſimalis, quando illius Sanctæ vita à S. Andrea Cretenſi Conſtantinopolim allata recitabatur, una cum magno Pœnitentiali Canone per ipſum compoſito, miſceretur dicto Canoni de S. Maria alter Canon de S. Andrea, licet proprium alias uterque haberet ſui cultus diem, hæc* I *Aprilis, iſte* XVII *Octobris.*

12 *Adde quod* Joannes, *licet mortuus die* VI *Maji, nullum tamen eo die peculiarem habuerit cultum: quia corpus ipſius humiliter tumulatum, regnante adhuc Copronymi filio Leone Chazaro, paternæ impietatis æque ac regni hærede, numquam videtur fuiſſe elevatum de terra; deficientibus forte quæ id faciendum ſuaderent miraculis, cum tota Populi Conſtantinopolitani devotio, reſtituta poſt paulum ſub Irene & Conſtantino Imperatoribus orthodoxo imaginum cultu, ferretur erga S. Stephanum alioſque illuſtres pro earum defenſione Martyres; quorum præfulgens ſplendor aliorum in eadem Confeſſorum lucem obfuſcabat. Neque hoc per meram conjecturam dici exiſtimet quiſpiam; ſed legat in Menæis Canones diei* IV, *qui de* S. Joanne *ſunt; invenietque nullam iſtic fieri mentionem corporis vel ſepulturæ, aut miraculorum ejus invocatione patratorum, contra quam fieri notabit in aliorum Sanctorum Canonibus, quorum ſepulcra in veneratione erant. Similiter nec in Claromontano Synaxario, ubi accurate notari ſolet quo urbis Conſtantinopolitanæ loco cujuſque Sancti Synaxis celebretur, ratione corporis vel reliquiarum ejus; nihil tale legitur de* S. Joanne, *quem tamen Conſtantinopoli Latini adſcribunt, idque ut arbitramur non ex vano.*

13 *Elogium quod illi Magna Menæa texunt, multo quam in Synaxario Baſilii Imperatoris prolixius, his verbis concluditur:* In ſenecta uberi vitam finivit, cum eam ad annos quatuor ſupra centum produxiſſet. *Hos ego ſic ordinaverim, ut circa annum* DCCLXXX *mortuus* Joannes, *defuncto quidem Copronymo, ſed necdum pacata eccleſia, natus ſit circa annum* DCLXXVI; *adeoque ſub Leone Iſaurico (qui regnavit ab anno* DCCXVI *ad* DCCXLI) *annos natus circiter quadraginta, inter publica quam gerebat Damaſci procurationis negotia, cœperit ſat agere pro cultu ſacrarum imaginum, quem funditus everſum volebat impius ille; & fideles confirmare ſcriptis quaquaverſum epiſtolis, eoque liberius arguere perfidum quo minus ejus iram timebat, longe extra ejuſdem juriſdictionem poſitus. Paſſus deinde ab eo calumniam, & pro reddita ſibi per Deiparam manu quæ fuerat præciſa, cum adoptivo fratre Coſma, ingreſſus Lauram S. Sabæ, annos ibi aliquot delituerit; uſque dum rurſum clarescere cœpit conſcribendis cum Coſma Canonibus ſacris; & ab Ioanne Hieroſolymitano Patriarcha* Coſmas *quidem factus eſt, poſt Petrum Martyrem, Majumæ Epiſcopus circa finem Leonis vel initia Copronymi;* Joannes *vero Presbyter ordinatus, idque haud parum ante annum* DCCXLIX: *tunc enim oſtendimus in Catalogo non amplius in vivis fuiſſe* Joannem Patriarcham, *quem mortuum tamen Damaſcenus laudat ut ſuum magiſtrum, cujus ſenſa omnia intime noverit, in epiſtola ante annum jam dictum ſcripta contra eos qui Petri Cnaphei hæreſim ſuſcitabant.*

cur Græci eum potius retulerint ad 29 Novembris

vel 4 Decembris,

quam ad 6 Maji, quo videtur obiiſſe,

B

& Conſtantinopoli modeſte tumulatus.

Vixit annis 104, circa an. 676 natus,

C

Presbyter ordinatus circa an. 749

D

14 *Patriarcha hoc mortuo, ad dilectam ſuam inter Sabaitas ſolitudinem ſeſe receperit* Damaſcenus, *ibique doctos eos libros ſcripſerit, quorum vim ferre non valens Copronymus abſentem primum annuo cœperit ferire anathemate; deinde propius congredi auſum exiliis carceribuſque, in Baſiliano menologio memoratis, macerarit: à quibus, eo mortuo, ſolutus, clam reverterit Conſtantinopolim; neque multo poſt vita exceſſerit, prius ſaltem quam imaginibus cultus ſuus & pax orthodoxis redderetur, quibus ſub Leone Chazaro quædam veluti induciæ obtigerant, mitigata quæ prius ferbuerat perſecutione. Plura ſperabamus de extremis Damaſceni certaminibus dicere nos poſſe ex Oratione* ſapientiſſimi Cyri Conſtantini Logothetæ Acropolitæ de S. Joanne Damaſceno: *quare eam ex Vaticano Codice tranſcribendam, & ab humaniſſimo Ioanne Franciſco de Rubeis, Iuriſconſulto Romano curavimus, Latine reddendam, quamvis prolixiſſimam, & nimia verboſitate diffluentem. Iamque ea interpretatio fere tota per veredarios erat ſucceſſive allata, & pauca quæ reſtabant folia mox afferenda ſperabantur, cum hæc poſtularentur ad prælum; quod tantiſper remorari viſum non eſt, cum in iis quæ jam ad manus venerant, nihil appareret præter nudam paraphraſim Actorum vetuſtiorum, qua operis hujus molem augere operæ pretium non ſit. Quod ſi vel in fine dictæ orationis inveniatur aliquid de rebus à Sancto actis Conſtantinopoli, id in hujus tomi Appendice proponemus. Nunc ſatis habemus lectorem remittere ad encomium S. Theodoſiæ, Sanctimonialis & Martyris Conſtantinopolitanæ, ab eodem Conſtantino compoſitum & XXIX Maji illuſtratum; ubi pluribus agemus de auctore, qui ſeculo* XIII *exeunte ſcripſit ac floruit: de Ioanne autem ſic exorſus eſt,* Τῷ Ἰωάννῃ τὸν λόγον, τῷ ἐκ Δαμασκοῦ τὸ ἐγκώμιον: Joanni orationem! Damaſceno encomia! Quo igitur pacto in ipſo limine non torpebo, & priuſquam ad certamen exuar non aufugiam?

mortuus circa an. 780.

encomium à Conſtantino Logotheta ſcriptum.

E

15 *Interim ex ſupra dictis de tempore & loco, quibus hic Sanctus videtur obiiſſe; conſequitur, nullam eſſe veroſimilem cauſam, ob quam Baronius Maurolycum & Molanum ſuſpectos habuerit, & pro* Conſtantinopoli *ſcribendum ſibi putarit* Damaſci; *cum neque mortuus ibi ſit Sanctus, neque ullo conſtet argumento quod Chriſtiani, ſub Saracenorum jugo gementes, aut iſtic aut omnino in toto Oriente ſoliciti fuerint, de inſtituendo aliquo ejus cultu. Habes deinde unde corrigas Volaterranum, Bellovacenſem, & Antoninum: qui Damaſceni ætatem ad Seniorem Theodoſium referentes, anſam dederunt Trithemio diſtinguendi duos* Joannes Damaſcenos; *alterum qui ſub dicto Theodoſio floruerit, edideritque libros de fide orthodoxa; alterum, qui pro imaginibus depugnarit. Liquet enim ex cap.* 10. *lib.* 3, *ubi auctor meminit Petri Cnaphei, qui in quinta Synodo damnatus ſub Iuſtiniano eſt; & ex lib.* 4, *ubi contra Iconomachos diſputat, iſtorum librorum auctori tantam vetuſtatem non convenire, ut non potuerit eſſe idem qui etiam ſub Copronymo ſcripſerit.*

quam male diſtinctus in duos ſit.

F

16 *Opera ejus noviſſime edidit ac recollegit Iacobus Billius, S. Michaelis in Eremo cœnobiarcha, ſæpius deinde ſubjecta typis. His aliorum quoque auctorum ſcripta quædam inſerta, quorum partim ignorantur, partim indicantur nomina: in iis autem quæ ipſius Damaſceni nomine inſigniuntur, putat Billius numerandam Barlaami ac Ioſaphati hiſtoriam, quam alii Ioanni Sinaitæ adſcriptam volunt: quod ad eorum anniverſarium diem* XXVII *Novembris examinare licebit. Philippus quoque Labbe anno* 1652 *in lucem emiſerat* Conſpectum novæ editionis omnium ejus operum in quatuor partes tributorum: *ſed ea editio hactenus lucem non vidit: cui quid novæ rei acceſſurum fuerit licebit ex ipſo Conſpectu videre, ad quem lectorem remittit auctor*

Operum ejus editiones variæ,

A

iis addi posset sermo de S. Barbara

auctor in Dissertatione historica de scriptoribus ecclesiasticis. Ego ex Allatio hic indico addi iis posse, pro vita S. Stephani Martyris (quæ certo Damasceni non est, sed Metaphrastis, desumpta ex antiquiori alia, à Stephano Magnæ ecclesiæ Diacono composita; quam suo tempore in lucem efferemus) pro hac, inquam, Vita addi posse suggero, Sermonem de Gloriosa Christi Martyre Barbara, *quem sub illius nomine, nescio ubi, reperit, ejusque vere esse censuit, vir in talium discrimine versatissimus, hoc principio:* Ὑπέρκειται μὲν ὁμολογουμένως ἅπασαν ἐγκωμίων σύνθεσιν.

& multa ex ecclesiasticis Græcorum libris,

17 *Ast iisdem operibus longe maximam accessionem fieri posse ex Græcorum libris ecclesiasticis novemdecim, pridem Græce excusis apud Venetos, censet in suis Prolegomenis ad Marianam Græcorum pietatem noster Simon Wagnereckius. Etenim prædictos libros (quos fere ex Hierosolymiticorum monasteriorum usu, à S. Saba primitus ordinato, usurpant Græci; quemadmodum eos à Saracenis abolitos S. Sophronius restituere exorsus,* S. Joanni Damascenó *reliquit opus, vel absolvendum, si inchoarat tantum, vel denuo restaurandum, si perfectum ab eo iterum aboleverint barbari) Græcos, inquam, ecclesiasticæ Hymnodiæ libros sic restituit prædictus* Damascenus, *ut videatur ei tribui posse, quidquid de Sanctis aut Festis, ætatem ejus præcedentibus, absque auctoris nomine, continent. Etenim Simeon Thessalonicensis, in Dialogo contra hæreses apud Leonem Allatium, primum sic loquitur.* S. P. N. Sabbas divinum officium in certum quemdam Typum seu formam scriptam redegit, quam à SS. Euthymio & Theoctisto per traditionem acceperat: hi porro à majoribus suis & Charitone præsertim Confessore desumpserunt. Hanc vero divini Officii normam, à S. Sabba in litteras missam, cum ob

quos fere abolitos Ioannes restauravit

B

post Sophronium,

irruptionem vastantium omnia barbarorum interiisset, S. P. N. Sophronius, sanctæ civitatis Patriarcha, studio laboreque suo restituit; ac post eum divinus & in rebus Theologicis acerrimus Joannes Damascenus renovavit, & denuo in litteras misit.

ipse plurium Canonum scriptor,

18 *Ac paulo infra, præterito Sophronio (veluti cujus labor vel ad perfectum nihil adduxerit vel penitus interierit) rursus ait,* Typicum Hierosolymitanum, sacratissimum Sabbam & Theologum Damascenum pro nomothetis habet. *Certe prædictus Wagnereckius, ad primæ suæ partis finem (alias autem ab eo designatas necdum scimus prodiisse in lucem, auctoris morte verosimiliter interceptas) auctorum in dictis libris nominatorum & à se delibatorum texens Catalogum, nihil reperit cujus causa S. Sophronium nominaret; sed post Theotocia sub nomine S. Sabbæ producta, subjecit ea quæ* S. Ioannem Damascenum *auctorem habent numero septuaginta quinque: præter alia quæ forte ab eodem auctore sunt; sed, nomine per socordiam librariorum prætermisso, ignorantur cujus sint.*

C

& forte primus Synaxarii auctor.

19 *Existimat porro Wagnereckius, etiam ipsa de Sanctorum historiis Breviaria Damasceni inventum & opus esse, qua quidem parte antiquiores ætate ejus Sanctos amplectuntur, & Synaxarium proprie dictum constituunt; eoque allegat Ægidii Romani auctoritatem, in 3 Sent. quæst. 4 art. 1 §. 2 num. 48 citantis* S. Ioannis Damasceni Martyrologium; *quod aliud esse non potest, quam Synaxarium ab eo ordinatum, & ab aliis deinde variis accessionibus auctum; sicuti id, quo hodie adhuc Græci utuntur, Typicum, S. Sabbæ dicitur, à primo auctore; & quæ sub Hieronymi atque Usuardi nominibus citantur Martyrologia eorumdem vere esse creduntur, licet variis ad calcem cujusque diei additionibus aucta. De Synaxarii institutione atque usu, vicem supplentis plurium & grandium de Sanctorum vitis librorum, & eatenus Occidentalis Ecclesiæ Breviario de Sanctis assimilandi, potius quam succinctioris styli Martyrologio, fuse egimus ante mensem Martium, ex eo quod Basilius Porphyrogennetes colligi jussit, editum ad calcem primi nostri tomi de Actis Sanctorum Martii: quibus addi posset, quod hic de ejus inventore Damasceno suggerimus, eoque credimus verosimile magis, quia Actorum & Martyriorum, sic compendio collectorum, nullam ante ejus tempora invenimus mentionem.*

AUCTORE D. P.

VITA

Auct. Ioanne Patriarcha Ierosol.

Ex MS. Græco Medicæo Regis Franciæ, Interprete R. P. Antonio Francisco Destieu S. I.

CAPUT I.

Ioannis patria & genus; patris erga captivos liberalis humanitas.

Si Sancti pretiosis hoc non amittit statuis

E

1 COnsueverunt homines ad eorum gloriam, qui divinam in animis imaginem incontaminatam incorruptamque primigenia integritate servarunt, aut sæpius etiam deformatam inquinatamque instaurarunt, simulacra corporum sacra effigiesque conficere. Sed quibus magnificentior cultus suppetit, eorum etiam manus divitiarum plena luculentiores pro amplitudine, & splendidas adhibet materias, iisdemque ipsorum insculpunt lineamenta, ut qui hoc se pacto rentur majore erga sanctos Viros honore defungi. Si ergo in imaginum artificio tantopere splendori student, quomodo satis decuerit res ab illis gestas commemorantem neglecta atque informis oratio? Danda quidem rusticioribus venia, extemporali, ut possunt, oratione gesta eorum, qui Christo placuerunt, narrantibus: at vero iis, quibus facultas dicendi studio est comparata, nequaquam ignoscendum, si Sanctorum vitas levi, ut impetus tulit, manu scriptas dejecerint: ac Vitas præsertim virorum illorum, quibus Spiritus & vita spatium dedit invigilandi libris, quique doctrinæ adjumento tum mentem ab insciitia & oblivione, tum animam ab omni turbulento motu vindicarunt: qui insuper huic terrarum ambitui ornamentum attulerunt; qui omnium mentes elaboratis à se illustrarunt scriptis, non externæ dumtaxat

magis eorum vita culto est ornanda sermone,

F

sapientiæ illecebras habentibus, sed Paracleti etiam lumen affluenter vibrantibus.

imprimis Ioannis Damasceni

2 Horum, & primos inter, unus est celebris ille Ioannes, cui cognomen à Damasco civitate patria cum Viri illustris fama est inditum. Hic etenim non exiguum firmamenti ecclesiastici exstitit sidus; verum & maximum & splendidissimum, non modo in hæresis ubique diffusæ nocte lucens, at omnem etiam illius male sentientis caliginem emissis eloquentiæ suæ radiis dispellens. Nam fusa ubique terrarum nox erat, præclaras venerandarum imaginum obscurans formas. Erat sane profunda caligo, quam qui afferebat diffundebatque, non is de plebe quispiam fuit, qui in aliqua scilicet orbis parte malum fereret; verum Romani Imperii sceptrum tenens, ipsos jam manu, ut sic loquar, orbis fines complectebatur: quo fiebat, ut multo quaquaversum spirans furore, atque ingenti impetu deturbans venerandas imagines, illarum itidem cultores, leonis rapientis ac rugientis instar, iste nomine & mente Leo partim dilaniaret, partim Orthodoxorum alios alio dispergeret rugitu suo, & in subterraneorum recessuum latebras compelleret, mallentque permulti cum leonibus habitare & draconibus, quam

qui hæresem noctem scientiis suis dispulit

sub Leone Iconomacho,

AUCT. IO. IEROSOL. EX MS. GR.

quam cum ipso atque ipsius ministris commorari: alii vero metu perculsi ad extremos procul terræ fines procurrerunt (Leo enim rugiet, & quis non pavebit?) atque ab ipso, tamquam à colubri profugerunt conspectu.

ei se generose opponens.

3 At vero hic vir, nomen à gratia, qua perfusus erat, consecutus, iracundia adversus solum serpentem æstuans (ut ad religionis studium virtutemque hæc illi verteretur iracundia) non è Thracia, quam tum temporis incolebat, ad Sarmatas; non ex urbe Byzantina, ad Herculeas columnas fuga se proripuit; sed nec de palatiis transiit ad solitudinem ob hujusce Leonis rugitum; verum Damasci prius, postmodum in Palæstina degens, & in loco exercitatus solitario, adversus Leonem fortissime dimicabat, & cor illius ex tanto locorum intervallo, eloquentiæ armis, Paracleti igne fabricatis ac vitali induratis aqua, ceu tricuspidibus hastis fortissimus bellator meus transverberabat. Ceterum suo ista loco ornate magis explanabit oratio nostra: nisi fortasse æquum fuerit, quod sane non est, tanti viri vitam incondite, ut se habet, ac lingua tantum ac litteris Arabicis scriptam negligere. Igitur exponendum mihi est è qua & quam nobili radice florentissimum hoc efflоruerit germen, ac quænam tellus patria illud se protulisse glorietur.

B

His Damasci ad summam urbis gloriam natus fuit

4 Ea est Damascena civitas. Ut enim ipsa multum de Paulo gloriatur, quem cælos aliquando conscensurum, prima vidit abjectâ impietate ex Christi inimico Christi amatorem factum; ita jure meritoque plurimum gloriæ sibi sumit ab hoc viro, qui neque aliunde venit, neque ex alia religione ad rectam est traductus, sed quem ab ipsamet radice protulit; eumque ad pietatem magis, quam ad corporis habitudinem formans obstetricando, enutriensque docendo, ob hoc germen suum magnifice sese & effert & exultat, majoremque hinc voluptatem cœpit, quam ex ornamentis, quæ ad splendorem habet reliquis; sive anni temperiem dixeris, sive aquarum dulcium ac pellucidarum fluenta, quibus irrigatur multis. Neque vero optimorum fructuum copia urbem hanc usque adeo effert, ut pulchra hæc & nobilis ex ea arbor enata, quæ secundum decursus aquarum enutrita tempestivos Spiritus sancti edidit fructus, quorum aliqui perpetuo recentes apud nos sunt, tam visu pulchri, quam gustu suaves, ac denique ejusmodi, ut eos, à quibus attinguntur ac delibantur, non solum voluptate afficiant, verum etiam saginent & augeant vescentes, eosque in viros spiritu perfectos evehant, & numeris omnibus absolvant. Ita Damascena civitas ob hunc suum partum in majore est gloria, quam ob alia omnia bona, & oblectamenta, quorum copia abundat.

C

ex majorib. apprime Christianis

5 Hæc igitur civitas est, quæ eum virum tulit. Progenitores autem habuit pios, quique in medio spinarum florem pietatis & christianæ scientiæ fragrantiam servarunt soli; soli christianum nomen, perinde atque præclaram hereditatem, nec ullius vi extorquendam retinuerunt, orthodoxa doctrina apud ipsos nihil depravata, ex quo tempore Agareni *a* urbem ceperant. Inde illos virtus sua illustres fecit in medio impiorum, vel hostibus ipsis tantam virtutem reveritis: seu potius, quemadmodum Danielem ob edita pietatis specimina apud Assyrios, apud Ægyptios Josephum, illustravit Deus; ipsos in terra extera & hostili licet captivos, rerum arbitros ac Dominos constituens; eumdem in modum Joannis majores, publicorum hic quoque negotiorum moderatores inter Saracenos esse fecit; atque hic etiam pii captivi impiis, in quorum venerant potestatem, imperarunt. O ingentia Dei miracula! ô admirabiles calamitates! Nihil profecto virtute sublimius, nihil pietate præstantius est & excelsius. Ut enim vexilla in colle, aut potius ut in nocte lucerna, ut semen in Israele, ut in cinere scintillæ; sic genus progenitorum Joannis relictum Damasci fuit, ad proferendam conspicuam hanc facem, quæ extremis terrarum præluceret.

a

& inter Saracenos ipsos honoratis

D

patre præ ceteris virtuti dedito

6 Tales itaque ei, quem laudandum suscepimus, extitere majores. At ipse pater, ut qui esset ex tam bona stirpe propagatus, pietate ceterisque virtutibus eos antecellere contendens, impensiorem quoque Dei caritatem præ se tulit. Et sane consentaneum erat, ut viro tam claro & ad summum virtutis fastigium perventuro talis, quem propinquiorem habiturus erat, vitæ autor obtingeret, qui suos etiam ipse progenitores splendore anteiret; ut continuato quasi quodam progressu recta & composita ratione strueretur in altum ascensus, atque ita; quæ magno huic ac celebri viro evenirent, divina de cælis providentia gubernari viderentur: quemadmodum & circa Joannem Baptistam contigit. Nam quoniam majore, quam Prophetæ priores, luce radiaturus erat, &, quod longe ante Sacerdotii prophetici dignitatem est, arcanum illud sacrum, Domini baptisma patraturus; à divina providentia procuratum est, ne de vulgi ordine, sed de Sacerdotali ut prodiret tribu, ac parentem haberet Prophetam. Pari modo & Ioanni nostro divina providentia patrem dedit virum maxime & religiosum, & humanum. Etenim publicorum negotiorum administrationi tota ditione præfectus; cum propter multam suam virtutem, tum propter reliquum vitæ splendorem, divitiis, quibus florebat plurimum, non ad comessationes ac perpotationes præpostero sumptu abutebatur; sed quantum in auro illi esset, ceterisque bonis mobilibus, id ille redimendorum Christianorum captivorum pretium faciebat: quas autem rerum mobilium facultates per Iudæam ac Palæstinam habebat luculentissimas, redemptis Christianis, qui illis in locis sedem sibi delegissent, elargiebatur ad requietem ac sufficiens vitæ subsidium; aliis sub cælo libero & pede soluto, quocumque esset collibitum, proficisci permittebat. Tam plena fuit humanitate hujus viri virtus. Etenim sic habuit multa, tamquam qui haberet nihil, suas Deo facultates noctu diuque rependens.

& magna erga captivos caritatis:

E

qui filio ista calitus donatus,

7 Talis cum esset, non hospitalitatis, ut Abrahamus, sed humanitatis mercedem accepit, admirandam prolem, si non ex promissione, certe ex prænotione & præfinitione divina. Præsciebat siquidem Deus, qualis esset Ioannes evasurus, quem proinde tali Viro præstituit oriundum filium *b*, ac præmium simul humanitatis demonstratæ erga eos, qui cum dura captivitate libertatem commutarant. Nascitur itaque ei puer hic egregius, & tenero adhuc corpusculo per spiritualis matris *c* regenerationem, suam sobolem pater efficit lucis filium, rem executus non sane tunc facilem, quamque inter medias illas gentes non multi erant ausuri. Deinceps cura de filio patri fuit, non ut condisceret agitare equos, dextere hastam vibrare, ex arcu sagittam peritissime collimando mittere; cum feris congredi, & mansuetudinem naturalem in belluinam mutare crudelitatem, uti multis haud raro evenit animo perturbatis, & furiosum quemdam immanemque in modum exilientibus. Ad has artes non quærebatur à Ioannis patre Chiron *d* alter, in montibus enutritus, ac cervorum medullis discipulum enutriens: sed vir investigabatur omni eruditionis genere excultus, omni præditus eloquentia, qui verbum bonum ex animi corde eructaret, ut filium, quoque suum talibus cibis & epulis aleret. Hoc vero tam

F

b

c

eidem instruendo magistrum

d

A tam pium deſiderium Deus ipſi explevit, inventuſque eſt à quærente, qualis quærebatur. Illi autem inveniendo talis ſe fortuna obtulit.

ANNOTATA.

a *Heraclii an.* 25, *qui fuit Chriſti* 635, captam à Saracenis Damaſcum, *eorumque imperium ſtabilitum in Syria, ſcribit Theophanes. Chriſtiani exiſtimantes eos ſibi à Sara uxore Abrahami nomen arrogare, cum eſſent ex Iſmael filio Agar oriundi, Agarenos per contemptum dixere. Mihi veroſimilius eſt*, Sarracenos *dictos ſua lingua, velut* Dominos ovium, *cum eſſent ex paterno inſtituto paſtores earum.*

b *Circa annum, ut arbitror*, 676.

c Fontem baptiſmalem *intellige, Graci* Κολυμβήθρων *appellant.*

d Chiron *Centaurus dicitur commendatum ſibi Achillem ſic educaſſe in Theſſaliæ montibus.*

CAPUT II.

Ioannis & Coſmæ egregius profectus ſub magiſtro Coſma ex Italia adducto.

B 8 DAmaſceni barbari, facta, ut ſolebant, *a* excurſione verſus maris oras, multam Chriſtianorum hominum fecerant prædam, & mare ingreſſi captivam in navibus turbam abduxerant: abductos autem in urbem partim venales emptoribus proponebant, partim gladio reſervabant trucidandos. Horum in numero vir fuit monaſtico habitu, ortus ab Italia *b*, venuſtus facie, venuſtiori autem animo, Coſmas *c* nomine, in cujus ore gravitas quædam elucebat, internam animi indicans habitudinem. Hujus ad pedes ſe abjiciebant, qui ad necem trahebantur: hunc obſecrabant, ut ſibi Deum redderet propitium, & ſcelerum veniam ab ejus facili erga homines voluntate precibus obtineret. Ipſi vero barbari obſervata reverentia, qua ſe morituri convertebant ad illum tanta morum gravitate virum, ad eum accedentes ſciſcitati ſunt, qua eſſet in mundo uſus dignitate, quove inter Chriſtianos honore ſplenderet? Reſpondit ille: Nullum ſacrorum graduum ordinem attigi, inutilis autem Monachus ſum, Philoſophiam edoctus, non ſolum noſtratem ac Deo amicam, ſed eam etiam quæ exteros ſapientes habet auctores. Hæc ſimul dixit, obortæ lacrymæ oculos impleverunt.

Captum à Saracenis Coſmam monachum

inter addi. Eos morti

C 9 Non procul inde conſtiterat Joannis parens, & virum tam effuſe illacrymantem contuitus, accedit, calamitatem verbis ſolaturus, &, inquit, Quare, ô vir divine, defles orbis hujus amiſſionem, cui dudum jam renuntiaſti; atque ut, ex veſte iſta conjicio, mortuus etiam es? Non hujus vitæ, repoſuit Monachus, jacturam deploro: nam, quod ais, ſum mundo mortuus. Hoc mihi dolet unice, quod humanas omnes diſciplinas affectatus fruſtra fuerim, eis quaſi fundamentum mihi ſubſtruens orbem, quem vocant, ſcientiarum. Rhetorica linguam exercui; dialecticis præceptis ac demonſtrationibus eruditus ſum; de moribus ſcire conniſus ſum, quantum *d* Stagirites, quantum Ariſtonis *e* filius tradidere; rerum naturam omnem, quantum homini eſt ſatis, ſpeculando perveſtigavi; arithmeticæ rationes didici; geometriam ad amuſſim teneo; concentus muſicos & concordes numeros probe ſatis calleo; ad cæli motum & converſionem quæcumque pertinent, non neglexi, ut demum ex magnitudine & pulchritudine rerum creatarum parem pro captu meo Creatoris ipſius adipiſcerer cognitionem. Etenim quiſquis creatarum rerum cognitionem adeptus eſt

lacrymari intelligens pater Ioannis,

d e *quod ſcientias multo ſtudio acquiſitas*

certiorem, is earum Auctorem & cognoſcit certius, & propter admirabilitatem magis ſuſpicit. Inde ad Theologiæ arcana progreſſus tum, tum ejus, quâ tradiderunt Græci, tum illius, quæ eſt à Theologis noſtris certiſſima ratione explicata. His ergo ſcientiis plenus non dû feſtinavi cuiquam in re tam utili dare partem habendam, & procreare filium patri philoſophicis ſtudiis reſponſurum. Uti enim plerique amant naturales liberos ſuſcipere, generis hinc ſucceſſionem permanſuram rati: ſic & qui Philoſophiæ vacaverunt, gignere liberos per philoſophicam inſtitutionem optant, quo aurea Philoſophorum gens in vivis perpetuo conſervetur; ipſi vero, quod mirabilis ſobolis iſtius auctores fuerint, immortalem gloriam conſequantur. Proprium ſiquidem univerſim eſt benignæ naturæ, ut velit alios bonorum quorum eſt dives facere participes: proinde talis qui non eſt, neque id vult, non is recte facit, ſed maligne, quadam plenus ſuperbia & invidentia; quandoquidem adduci non queat, ut alios, ſi quo abundat bono, impertiatur. Quapropter & quod habere videtur, auferetur ab eo, ſicuti evenit ſervo talentû apud nummularios non collocanti. Ego igitur, qui bonam partem elegi, magnopere velim doctrinam mihi comparatam aliis tradere; voto autem meo fruſtratus, ut fidelibus iſtis ſervis accenſear, qui talenta apud alios collocata auxerunt altero tanto, nullo per Philoſophiam genito filio, vita excedo ſine prole: eoque miſer, ut ſic loquar, vultû, ſicut vides, lacrymis fœdo mœſtum ac dejectû.

AUCT. IO. IEROSOL. EXMS. GR.

necdum alteri communicaſſet;

E

10 Hæc verba cum audiſſet is, qui talem theſaurû appetebat, reſpondit: Age vir beate, animû ipſe tuum ſolare, fortaſſe enim petitiones cordis tui dabit tibi Dominus. Hæc ſimul dixit Joannis pater, quâ potuit citiſſimo ad Saracenorum Principem cucurrit, eiq; ad genua procidit, virum illum ornatiſſimum Coſmam ſibi depoſcens. Neque repulſam petitionis retulit, ſed ingentis omnino pretii donum accepit Coſmam: quê in ædes ſuas abductum ſolari cœpit, & diuturna rerû durarum perpeſſione confectum recreare. Tû & hujuſmodi quædam adjiciens; Non modo, inquit, in poſterum liber es, verum etiã domus meæ ſoclû & dominum juxta atque me eſſe te volo, meæque lætitiæ omnis & doloris participem. Unum autem hoc abs te peto, vir honorande, ut hunc nimirû filium naturalê meum, Joannê, ac inſuper alterum iſtum tibi cognominê, quem Hieroſolymis oriundum, & tenera ætate parêtibus orbatum, in filium adoptavi ſpiritualê, omni tua ſcientia & Philoſophia, ſive externa ſive ea qua Spiritus ſancti gratia dignos imbuit, perquã diligentiſſime informes erudiaſque. His auditis viſus eſt Philoſophus noſter, equi inſtar violente vincula confringentis & campi ſpatia calcibus quatientis; aut inſtar ſitibundæ cervæ & ad aquarum fontes curſu effuſæ: dixiſſes pariter illum, ceu novum Midam, in magnos theſauros auri incidiſſe fortuito; tanta alacritate ad rê promptus ſuſcipit adoleſcentes, ſitque illorû magiſter.

eumdem à Principe impetrat

& ei filium Ioannem & Coſmã adoptivum commẽdat

F

11 Tunc Joannem, veluti aquilam alæ, ſua animi indoles egregia, & ſtudium per cælum volantem ferebant. Coſmam autem ſpiritu fratrem, ſtudio condiſcipulum, dixiſſes navim paſſis inſtar alarum velis per aquam ferri ventis ſecundis ſpirantibus, & puppim inflantibus zephyris. Ita velocitate ingenii ſtudiiq; contentione abſtruſior doctrina omnis illis eſt comparata, tum quæ in ſcribendo verſatur, tum quæ in diſſerẽdo ac demonſtrando. Morum interim diſciplinã mentem non excolebant ſolum, ſed turbulentos etiam animæ motus pacabant, & quam acutos in ſolem aquila, tam illi oculos irretortos defigebant in rerum naturas verbis explicatas. Arithmeticas autem proportiones non minus feliciter ſunt aſſecuti, quam vel *g* Pythagoras, vel *h* Diophantes ipſe. Evaſerunt quoque geometricarum demonſtrationum ita periti,

qui cunctas ab eo diſciplinas edocti

in ſinguli, evadunt eximii.

g h

AUCT. IO. IEROSOL. EX MS. GR.

riti, ut alii quidam Euclidæ, aut ſi qui fuerunt ſimiles, exiſtimarentur; poëtica vero facultate tam eximii, quam doctis eſſe videntur propter divina quæ conſcripſere carmina. Sed quantus in aſtronomicis eſſet Joannes, quamquam ipſe pauca, de intervallis, ſtationibus, habitudinibus, receſſuum æquabili ratione ad brevem rudiorum inſtitutionem exararit, apparet luculente. Talis per omnia & Coſmas erat, cujus de laudibus orationem aliis relinquo; etenim eſt noſtra laudum materia Joannes.

& ſpecialiter in Theologicis Joannes,

12 Quis porro exactam in eo theologicorum placitorum ſcientiam non agnoſcat & admiretur ex elementario ejus libro, quem ſi quis dixerit præceptis rectæ rationis omnibus perfectum, tabulaſque Moſaicas, non aberraverit à vero. Sed hæc ad libri commendationem ſcio poſtea fuiſſe dicenda, non autem nunc: diximus tamen hic, in argumentum diſciplinæ ab eo cultæ, ut intelligatur, quanta univerſam illam aggreſſus ſit diligentia & eruditione; & quomodo, quod certe admirabilitatem habet, non elatus ſit ſcientia & cognitione illa; quin potius ceu feracium arborũ rami exuberante fructuum copia prægravati propendent in terram, ſic & ſe dimittebat multiplici doctrinarum fructu fœcundus ille Joannes, non in humum quidem intuens, ſed in profundiſſimum Philoſophiæ pelagus; per quod quia humanis affectibus, quadam quaſi navi ferebatur, optabat eam ab hoc mundo exonerare, ac corporeorum affectuum veſtimentis prorſus exuere, atque ita nuda mente in mare ſe demergere & ſubire fundum, ut jacentem inibi reperiret magni pretii margaritam. Hoc illi cum in votis eſſet & in oculis, ad imum uſque gurgitem deſcendebat, neque inflatus cognitione extollebatur, verum reconditioris ſcientiæ deſiderio erat multum demiſſus. Sic autem intellectualis mentis ejus lampas abundabat humanæ eruditionis oleo, ut ad illius pariter, quam corporea materies non alit, accenſum de cælo lumen eam admovere, totuſque ignitus eſſe Joannes videretur.

nihil tamen inde elatior:

B

patrique reſtituuntur à magiſtro

13 Interea magiſter, in diſcipuli amorem merito adductus, ad pueri patrem accedens: En, inquit, quod cupiebas, id conſecutus es: hi me pueri doctrina antecellunt: neq; enim ſatis ipſis fuit magiſtrum æquaſſe, ſed ingenii magnitudine conatibuſque numquam remiſſis, Deo autem præcipue ſapientiæ donum ipſis adaugente, ad Philoſophiæ altius quam ego, faſtigium ſunt evecti. Poſt hac utilis mea opera iis eſſe non poteſt; cujus merces ea mihi ſit, ut per te liceat in ſolitariæ vitæ inſtitutum concedere, inque eo ſupremã ſapientiam prudenti conſilio inveſtigare. Nam, quam ante edoctus ſum Philoſophiam, ea me ad iſtam trãſmittit: duobus autem bonis diteſcere beatius mihi eſt, & ad prioris ſapientiæ poſſeſſionem adjicere eam, quæ ab omni materia ſejuncta eſt & cogitationem omnẽ ſuperat, qualem nuda dumtaxat mens & omnino à corpore abſtracta percipere poteſt. Gravis accidit Joannis parenti hic Philoſophi ſermo: ceterum retinere virum non potuit, ne maligne reddidiſſe videretur mercedem de inſtituto ad ſcientias filio. Dimiſit igitur bona cum gratia Philoſophum, inſtructum viatico in uſus copioſiſſimo. Ille autem ad Lauram S. Sabæ in ſolitudinem perrexit, ubi ad mortem uſq; commoratus, ad ſummã ſapientiam Deum ipſum deceſſit. Deceſſit & morte parens Joannis: Joannem vero Saracenus Princeps ad ſe vocans, eum primi Conſiliarii dignitate ornavit. Et recuſabat ille quidem, cupiditate alio trahente: vi demum multa adactus repugnare jam non potuit amplius, atque ita majore cum poteſtate ſubrogatur parenti.

C

ad S. Saba Lauram ſe recipiente:

& Joannes creatur Protoſymbolus.

ANNOTATA.

D

a *Ad annum Iuſtiniani Imper.* 8, *Chriſti* 694, *narrat Theophanes, quomodo Sarraceni (qui eatenus cum Romanis pacem habuerant, quam ad annos* 30 *duraturam petierant à Conſtantino Pogonato, circa annum Chriſti* 678) *cœperint omnes Romani Imperii partes habere infeſtas, & circa annum* 699 *etiam Africam occuparint. Ad hos ego annos ſpectare exiſtimo excurſionem dictam, cum Ioannes ad* 20 *ætatis annum accederet; adeo ut neceſſe non habuerit primis litterarum rudimentis imbui, ſed ad perfectam Philoſophiæ ac Theologiæ ſcientiam ducem dumtaxat & inſtitutorem requireret.*

b Calabriam *hic intelligo, quæ erat Græcis monachis plena.*

c *Menæa addunt*, cognomine Aſyncrites, *id eſt*, indifferens *ſeu* nihil dijudicans *ab obedientiæ ſtudio; vel* incomparabilis, *propter doctrinæ excellentiam.*

d Stagirites *dictus Ariſtoteles, à* Stagira *patria, Macedoniæ urbe, Peripateticæ Philoſophiæ Princeps.*

e Plato, filius Ariſtonis, *Academicorum auctor.*

f *Princeps ſeu Dux Arabum (Amerumnam ipſi vocant) ab anno* 684 *uſque ad* 706, *fuit* Abimelech, *ſecundum Theophanem.*

g Pythagoricam *Philoſophiam totam fuiſſe in ſcrutandis numerorum myſteriis, notum eſt.*

E

h Diophantus *Arithmeticus ſubtiliſſimus: cujus Algebram (ut nunc vocatur) comprehenſam* 13 *libris, necdum ex Græco Latine redditis, ſervari in Vaticana teſtatur Geſnerus, in ſua Bibliotheca.*

i Parellelorum tres libros *intelligo, præcipuum Ioannis opus, & omnis doctrinæ moralis promptuarium, ut patet vel ſolos capitum titulos percurrenti.*

k Protoſymbolus *Græcis, id eſt*, Primus ſeu Præſes Conſilii.

l Valid, *patri Abimelecho ſuffectus, Principatum tenuit uſque ad an.* 716, *quando ei ſucceſſit* Suliman *annis tribus, & poſt eum* Umar *annis* 2, *huic* Iſid *annis* 4, *tum* Iſam *annis* 19 *uſque ad annum* 743 *juxta ſuprà citatum Theophanem: & hi duo poſtremi erga Chriſtianos ſatis æqui fuerunt: ſub* Iſam *vero omnino oportet accidiſſe eam quæ capite ſequenti refertur hiſtoriam.*

CAPUT III.

Propter ſacrarum imaginum defenſionem calumniam paſſus, manum amittit: eademque miraculoſe recepta, munere Senatorio abſolvi impetrat.

F

Inſaniens contra imagines Leo Iſauricus

14 EO tempore imperium Romanum gubernabat Leo Iſauricus, quem adverſus ſacras imagines recteque ſentientem Eccleſiæ cœtum, perinde ac leonem rugientem ac rapientem, ſuus agebat furor: nam illas abſumebat igne belluinæ rabiei ſuæ, at ipſos illarum cultores rapiens & perdens, tyrannicæ impietatis dentibus miſerabiliter dilaniabat. Hæc poſtquam Ioanni ad aures pervenerunt, Eliæ impetum ad tuenda ſacra, & Baptiſtæ cognominis ſui liberam in reprehendendo confidentiam imitatus (quaſi Spiritu ſancto ungente intus eum, qui etiam ante unctionem deſtinatus fuerat impietati adverſarius) ſermonem ceu gladium ſpiritualem ſtrinxit, ad belluni hominis dogma ramquam caput reſecandum. Ad Orthodoxos itaque, quibus notus erat, pro venerandarum imaginum honore Epiſtolares *a* adhortationes mittebat, operoſe oſtendens ac ſapientiſſime, neceſſariam eſſe imaginum adorationem. Illos etiam hortabatur, ut ſimilia commemorarent aliis, & Epiſtolas ſuas omnibus oſtentarẽt; atq, omni ratione novus veritatis defenſor ſatagebat, ut veluti per orbem de manibus in manus piorũ ſuæ litterę irẽt, & ſic recta doctrina confirmaretur. Deniq;

a *& zelum Ioannis pro iis non ferens,*

Pauli

A Pauli exemplo conabatur orbem terrarum, ſi non pedibus, certe promulgata per Epiſtolas veritate peragrare.

conquiſita aliquâ ejus epiſtola

15 Quæ ubi Leo Imperator cognovit, deditos ſuo errori quoſdam accerſens, quando jam impietatem ſuam configi non ferebat, Joannis litteris eam aperte promulgantibus; jubet, ſpecie religionis ſimulata, omni ſtudio & per colloquii captationem, Joannis manu ſcriptam Epiſtolam captare. Quapropter iſti impietatis protectores non deſtitere dolo diſſimulato omnem movere lapidem, quodque juſſi erant, perquirere, quoad inventam Epiſtolam Imperatori traderent in manus. Ille autem accitis notariorum ſuorum quibuſdam, Epiſtolæ formam ad imitandum proponit, ut tam ſcripturæ notas, quam ſententias locutioneſque repræſentarent. Habuit paratam in id multorum operam: his mandat probroſus Imperator ille, ad ſe conſcriberent velut à Joanne Epiſtolam, cujus hæc fuit ſententia.

fingit unam ut ſibi ab eo ſcriptam,

16 Imperator ſalve. Majeſtati tuæ hoc nomine gratulor, quod eadem utriuſque noſtrum ſit fides. Benevolentiam ego cum veneratione debitam Imperatoriæ tuæ, qua ſuper cetera attolleris, dignitati teſtificor; effecit ea ſiquidem, ut tibi ſignificarem, B urbem hanc noſtram negligenter omnino cuſtodiri, militumque Agarenorum præſidium perexiguum eſſe ac infirmum. Quo circa, per Deum immortalem, miſerere civitatis hujus, quam labore nullo occupabis, ſi ex improviſo mittas ſtrenuam militum manum, quæ aliorſum iter ſimulet. Ego quoque ad hanc expeditionem nonnihil conferam, nam tota prope regio cum urbe ipſa in mea eſt poteſtate. Adornata hac Epiſtola alteram impius ille pari malignitate Damaſcum ſcribit ad Saracenorum Principem, quæ ita habebat: Quemadmodum pace nihil novi beatius, nihil fortunatius amicitia; ſic pacis ſervare fœdera & laudabile & Deo gratum arbitror. Ea propter omni alia re hæc mihi eſt prior, inviolatam, quam tecum, vir nobiliſſime, ſanxi, tueri pacis amicitiam; tametſi ad eam diſſolvendam & frangendam verſute fidem, à quodam ſub tuo imperio degentium Chriſtianorum clandeſtinis & crebris inciter litteris, affirmantibus certo affuturum illum mihi ad urbem tuam manu capiendam, modo firmum exercitum eo miſero. Quocirca unam ex Epiſtolis ab illo ad me miſſis remiſi tibi, ut ea, de quibus ad te ſcribo, confimem: ſimul ut intelligas, qua ſim & quam integra in fœderibus fide; inſuper ut noris malevolentiam ejus ac fraudulentiam, qui hæc C auſus ad me eſt ſcribere.

& Principi Saraceno mittit:

qui amputari dextrâ Ioanni jubet.

17 Ambas eas Epiſtolas vir ille, ut nomine Leo, ſic & ſerpens verſutia, ad Barbarum mittit. Quibus hic acceptis Joannem ad ſe vocat, ac ſubdititiam ei Epiſtolam oſtendit. Quam Joannes percurrens, litterarum formas ſuis ſimiles eſſe confeſſus eſt; quæ vero iis continerentur, ea haud ſcire ſe omnino, neque ſibi in mentem unquam veniſſe dixit. Non latuere ſcilicet legentem fraus atque inſidiæ: at Chriſti hoſtis Princeps ille, ad Ioannis verba perinde ſe, ut aiunt, habuit ac aſinus ad liram: obſurduit enim ad ſincera atque veracia dicta, non item ſilentio preſſit iniquum imperium; ſed è veſtigio abſcindi jubet manum dexteram Ioanni: breve autem tempus oranti ad purgandum crimen, & furorem impii erga ſe hominis enarrandum, abnuit Barbarus, qui furore abreptus neque omnino ſe capiebat. Igitur præſciſſa eſt dextera illa, quæ robur quoddam per ſua ſcripta indiderat recte de Deo ſentientium animis: præſciſſa eſt illa dextera, quæ Dei hoſtes inceſſebat; &, quæ prius quando cultum imaginum calamo propugnabat, tincta fuit atramento, proprio ipſa jam tingitur ſanguine. Exciſam vero illam in ſublimi, ut ſic loquar, ſuſpenderunt foro. AUCT. IO. IEROSOL. EXMS. GR.

18 Quam primum tenebras reddidit veſper, tandemque furorem deſediſſe Tyranno Ioannes putavit, ad eumdem miſit legationem ſupplicem in hæc verba: Increſcunt dolores mei, jamque eo evaſerunt, ut ferri non poſſint: neque acuta vis mali remittet, quamdiu amputata mihi manus in aëre pendet: quare impera eam mihi ad beneficium reddi, ut eam terra condam, & dolor ſævire deſinat. Ceſſit ſtatim precibus Tyrannus, dataque eſt viro juſto manus ſua. Qua is accepta in domeſticum ſe oratorium recipit, ubi toto pronus corpore ante divinam Dei Genitricis imaginem, ac dextram reſciſſam nativæ commiſſuræ admovens, imo de pectore cœpit obſecrare illam, tam miſeris facilem, cum gemitibus lacrymiſque exclamans: Domina, Mater, quæ Deum puriſſima genuiſti, ecce propter imagines ſacras hæc mihi manus amputata eſt dextera. Cauſam non ignoras furoris, quo Leo ſæviit: ſuccurre ſis ergo quam potes citiſſime, & manum ſana. Illa dextera Excelſi, quæ ex te carnem ſumpſit, intercedente te, virtutis ſuæ miracula patrat plurima: hanc igitur manum ad tuas preces illa ſanet, ô Deipara, ut tuas, quarum dederis materiam, laudes natique ex te filii compoſitis ad cantum numeris ea perſcribat, operamque ſuam orthodoxo cultui commodet: potes etenim, quidquid lubet, Dei mater cum ſis.

petit ſibi à Deipara reſtitui:

19 Hæc Joannes non ſine lacrymis orans ſomno corripitur, & parentis Dei ſacram imaginem videt oculos commiſeratione & hilaritate plenos ad ſe convertiſſe, ac fari: En, tibi perſanata eſt dextera: de cetero ne ceſſa, ſed eam uti mihi modo pollicitus es, fac calamum eſſe ſcribæ velociter ſcribentis. Evigilans *b* igitur, qui ſanatus erat, & manum abſciſſam mox curioſe contemplans, ſanatamque illam videns, Spiritu exultavit in Deo ſalutari ſuo, & Dei Matre: quia fecit illi magna, qui potens eſt. Tum in pedes ſe erigens manus in cælum ſuas ſuſtulit, cecinitque carmen in id tempus belliſſime conveniens; & tota nocte una cum familia univerſa gaudens, ad gratias Deo agendas novum modulatus eſt canticum: Dextera tua, Domine, magnifice ad laudem tuam uſa eſt potentia ſua; dextera tua meam mihi avulſam manum reſtituit, & per eam franget hoſtes, qui venerandam tuam tuæque Matris non honorant imaginem. Tu mea quoque manu, non ſine multiplici gloria tua, conteres adverſarios imaginum diſcerptores. Ita nox ea dies illi, non autem nox erat, neque tenebræ, ſed lumen. Atque ut paulo diverſa ratione propheticam vocem uſurpem; vox erat inibi, non confuſa, diem feſtum agentium, vox epulantium in viri juſti tabernaculo.

& hoc per viſum impetrato,

b

euchariſtica hymnos cum familia canit.

20 Hæc porro neque occulte, neque ſilentio acta ſunt: verum mirificus ille ſonus, & quaſi ad numeros ducta ſuccelamatio pertigit ad totam circum viciniam. Hinc continuo quidam ex Chriſti hoſtibus Saraceni ad Principem ſuum ierunt, aſſerentes Joanni nequaquam manum præſciſſam, ſed alteri fortaſſe cuipiam ſervo, aut alicui ſane de familia miniſtro, ſe per benevolentiam pro Domino dedenti; eos vero, quibus præfectio erat imperata, pœnam prætio permutaſſe. Etenim Ioannes, inquiebant, domi conſidens ita canit, ita exultat, ut illum putes nuptias celebrare, epithalamiorumque hymenæorum excitare ſonitum: quid quod & ejuſmodi lætitiis ejus exultatio videtur major. Hoc nuntio allato accerſitur Ioannes: qui cum veniſſet, reſectam dexteram jubetur oſtendere. Ea autem oſtenſa, quædam ſectionis lineola, Dei Matre rem ita comparante, ſe prodidit, & manifeſtum

Quare ad Principem accerſitus

& miraculum in ſe factum conteſtans,

AUCT. IO. IEROSOL. EXMS. GR. nifeſtum veriſſimæ mutilationis indicium. Ad hæc rogat Barbarus, quis eum medicus, quæ vulneri impoſita medicamenta curaſſent. Joannes vero clara ingentique voce miraculum prædicans; Dominus, inquit, meus, omnipotens medicus, qui vim ac potentiam minime tardam ad preces habet.

innocenſque declaratus.

21 Cui rurſum Barbarus: Quantum igitur conjicio, quidquid paſſus es, ô homo, paſſus es nullo tuo crimine: ceterum ignoſce mihi, quod inconſulta contra rationem ſententia illam tibi pœnam irrogavi: nunc autem priſtinum munus adminiſtrans principem inter conſiliarios noſtros locum occupabis; neque enim poſthac quidquam niſi te auctore faciemus. At ille in humum ſe abjiciens, adoravit; pronuſque jacens obteſtabatur perdiu, ut ſe alio concederet, aliamque & amabiliorem viam inſiſtere ſineret, ac ſequi illum, qui dicit, Ego ſum via. Barbarus contra ſecedendi facultatem abnuebat, & erat videre duello, ut ſic loquar, certantes Barbarum hunc & Juſtum illum: iſte multum adnitebatur Joannem retinere mundi vinculis impeditum; hic vi quadam adniſus conabatur illa rumpere, angeliciſque alis avolare. Ingens tunc prorſus patebat campus, in quo certaminis arbiter ſedebat Chriſtus, ſpectatores erant Angeli. Dixerit fortaſſe quiſpiam nec immerito, malos à ſiniſtra genios animum Barbaro addidiſſe, ſimulque lenitatem ad demulcendum perſuadendumque. Vicit tamen poſt multam contentionem duellator meus, & omnia ad perſuadendum propoſita ab adverſario argumenta, tamquam puerilia tela contempſit, victorque exceſſit, caput illuſtri vitta redimitus, ac domum, unde mœſto antea vultu exierat, hilariori jam ingreditur aſpectu *c*.

B *facultatem impetrat ſecedendi in monaſterium.*

c *& bonis vacare diſtribuit.*

22 Supererat porro illi duas à Domino propoſitas ſententias ſequi, alteram, quæ facultates ſuas vendere, & pauperibus jubet diſtribuere; alteram, quæ domos etiam & agros, ceteraque omnia deſerere Domini cauſa imperat. Circa primam minime tardus fuit, ne fieret; circa ſecundam vero non ſic egit, ut facultates ſuas temere relinquens, lites & contentiones inter conſanguineos multas ſereret, aliis aliud adeundæ hereditatis jus obtendentibus: verum medius inter utrumque incedens, bona ſua partitus eſt in pauperes & captivos, in ſervos item ſuos, quos donavit libertate, in conſanguineos, parte quoque ſua divinis templis conſecrata. Igitur uti nudus de materno exiit utero, ſic exceſſit è mundo, ceteris omnibus, præterquam veſte neceſſaria, ſpoliatus. Talis Hieroſolymam abiit, ubi adorata,

C *S. Saba Lauram cũ Coſma ingreditur.*

quo par erat cultu, ſacrorum locorum majeſtate, perinde ac divina ſiti flagrans cervus, in ſolitudinem concedens, divini Sabæ lauram attigit; habens non itineris tantum, ſed & conſilii ſui comitem ac ſocium Coſmam, quem prius ejuſdem educationis ac inſtitutionis habuerat participem. Diceres illos eſſe ſacrum par, quod ſimul ad Chriſti jugum currereret, ut illi colla ſubjicerent.

ANNOTATA.

a *Vtinam epiſtolæ illæ extarent! interim pro iis eſſe poſſunt, quas habemus* De imaginibus orationes tres.

b *Carolus Bartolomeus Piazza, in Sanctuario ſeu Menologio Romano ſub annum* 1675 *vulgato, ad hunc diem notat, in Capella Paulina, juxta Baſilicam S. Mariæ majoris, inter alia Deiparæ magnalia hanc quoque hiſtoriam coloribus eleganter expreſſam cerni; prout diſtinctius videre eſt apud Paulum de Angelis, in deſcriptione ejuſdem Baſilicæ, lib.* 11 *cap.* 6, *ubi in expreſſione partis orientalis à latere dextro feneſtræ fornicem illuſtrantis, Sanctus conſpicitur truncum brachium porrigens, & ſub eo hæc epigraphe legitur:* Reddidit truncam manum S. Joanni Damaſceno, qua ſcribens pro imaginibus ejus pugnarat. D

c *Suffectus Ioanni forſitan in eo munere eſt* Theodorus Manſuris filius, *ejus veroſimiliter patruelis; barbaro hanc ſaltem gratiam facere volente, ut in familia tam pia continuaretur dimiſſa ab Ioanne dignitas: ſed minus felix iſte fuit, ſiquidem Theophanes ait eum* 11 *anno Iſauri, id eſt Chriſtianæ æræ an.* 736, ad deſerti regionem eſſe relegatum: *quod ipſum forte Leonis machinatione factum eſt, etiam amicos Ioannis perſequente.*

CAPUT IV.

Monaſtica Ioannis exercitatio, & ſub auſtero ſene perfecta obedientia.

23 ITaque Joannes, qui unus argumentum eſt ſcriptionis meæ, divinum illud ovile ingreſſus, pedibus advolvitur Paſtoris, enixe orans unum ſe adderet ad alias gregis oves, ovem ſe aiens perditam, deſertiſque de montibus nunc primum ad Chriſtum Paſtorem reverti. Gaviſus eſt ea re ſacri gregis Paſtor, & iſto conſilio beatum eum dixit: cumque propter vitæ ſplendorem & ingenii locupletem facultatem novitius ille uni è præcipuis ſenibus videretur tradendus, ut tali duce Dei viam tuto iniret; quem unum maxime omnibus virtutibus credebat conſpicuum, primum advocat, eique Joannem tradere ſatagit. At is renuit, cauſatus haud quaquam parem ſe eſſe regendo tam celebris doctrinæ viro. Dimittit ſenem hunc gregis Præfectus, atque poſt illum accerſit alterum: ſecundus autem eadem cum primo cauſatur. Tertius quoque poſt hos adducitur, aliique præter hos non pauci: ſed una omnes voce deprecari cœperunt Joannis inſtituendi curam.

Ceteris ejus inſtituendi curam recuſantibus, E

docto cuidã ſeni traditur,

24 Poſt tam multos autem alius demum inducitur ſenex, moribus ſimplex, ſed multa doctrina præditus, qui prompto animo promptum accipiens Joannem, eum in ſuam cellam recipit. Ac primo in limine fundamentum illi ſubſtruit præclarum iſtud: ne quidquam ſuo arbitratu ageret; Deo autem ſacrificaret ſudores ſuos per orationis aſſiduæ contentionem, & lacrymando ſtuderet eluere maculas vitæ prioris: nam Deus id demum ſacrificium purum cenſet, ac alio omni ſuffitu odoratius. Hoc primum iis de rebus præceptum fuit, quæ corporis adminiculo fiunt. Circa ea vero, quæ ſolius animi; monebat ne ullam menti reduceret imaginem, aut formas rerum non convenientium repræſentaret: eamdem autem omni vano tumore liberaret, ne multiplici diſciplinarum efferretur cognitione, quaſi iis, quæ didicerat, cuncta eſſet conſecutus: neve appeteret viſiones, aut rerum in obſcuro poſitarum manifeſtationes: ne ſua unius fiducia niti aſſueſceret; ut ſibi videatur ſine erroris periculo quidquam tenere, quoad uſque mens ipſa ſecernatur à corpore: ſed contra reputaret formidoloſas eſſe ratiocinationes proprias, & cogitationes, quæ falli queant: ſtuderet, ne mentem ſpargi pateretur, ſed ſumma cura illam colligeret, ut hoc pacto divina luce perfundatur ipſa, purgetur anima, corpus emundetur, ac denique corpus cum anima jungatur menti, ut triplex ea res, propter ipſam cum ſimpliciſſima Trinitate conjunctionem, evadat ſimplex; nec jam carne, neque anima, ſed totus ſpiritu homo conſtet, duobus illis prioribus voluntatis inductione in tertium illud ac primarium, mentem ſcilicet, transformatis.

F *qui ei præcepta excolendi ſpiritus*

25 Talem

A *& ſilentii ſervandi tradit.*

25 Talem in modum filio pater, ac magiſter diſcipulo præcipiebat, hoc quoque adjiciens: Ne ad ullos miſeris epiſtolam: ne quid prorſus externarum diſciplinarum commemores. Silentium prudenter tene: ſcis etenim iſtud noſtrorum dumtaxat Philoſophorum non eſſe præceptum, verum & Pythagoras ille Samius ſuis diſcipulis, arcana Philoſophiæ diſcentibus, ad plures annos tenendum imperavit. Ne rectum arbitrare, etiam bona intempeſtive proloqui, idque te David doceat, dum ait: Silui à bonis. Quid autem hinc illi evenerit, audi: Concaluit, inquit, cor meum intra me; igne ſcilicet divini amoris, qui meditatione propheticæ mentis ſuſcitabatur. Hæc Joannem monebat ſenex, non ſcribens in aquis, non ſerens in rupibus, ſed in terra ferace.

Pſ. 38. 3.

Ille obediēs per omnia

26 Multum temporis ſic deinceps exegit Joannes per omne experimenti genus inſtituenti ſe certam in re quavis obedientiam præſtans. Nulla ejus ad imperata detrectatio; nulla in ore querimonia; penſitatio in animo erat nulla, qua magiſtri præcepta intus dijudicaret. Nempe hoc illi unum tamquam in intimis exſculptum tabulis, ſic animo penitus inſidebat, ut, quidquid ageret, quidquid

B agere, juberetur, id juxta Pauli conſilium ſine querimonia ac diſcuſſione effectum daret: nam quid eum recte facere juvat, cui in labiis ſedeat, aut in corde deliteſcat aliquid queribundi murmuris, vel, quaſi ſerpens, diſcuſſio nefaria? quando rectior evadet animus ita ſentientis? quando ulterius ad meliora provehetur? ideo qui tales ſunt, fruſtra laborant nihil ad interiora proficientes.

eſtam ſportas nimio vendere juſſus

27 Deinceps autem acrioribus obedientiæ pugnis pugilem ſuum exercens ſenex, quid non comminiſcitur? Sportas, quas ſuis manibus contexere ſolebant multas colligens, occaſione captata, inquit Joanni: Sportas, fili, ſi tota uſpiam Palæſtina, Damaſci magno venumdari intellexi; & rebus, ut tute noſti, opus nobis eſt plurimis: quamobrem ſportis illis omnibus, quam potes celerrime, collectis iſtuc ito; neque illas tantillo, quam à me juſſus fueris, minoris vendito: ſimul pretium, quam par erat, duplo majus definit. Nihil is repoſuit, neque jubentis diſcuſſit ſermonem, obtemperare certus uſque ad mortem. Levat in humeros onus, & quaſi pedibus adderet alas parendi ſtudium, ita Damaſcum proficiſcitur centones indutus, ſquallore ac illuvie obſitus, qui ſe prius illic viderat ſplendore conſpicuum. Ibi forum circuit ſportas offerens

C venales; quas quoniam æſtimabat magno, riſum *humiliter parat.* movebat, cunctorum cavillis atque injuriis objectus. Donec tandem ex iis unus, quos habuerat in famulitio, cum illuſtris ac clarus eſſet in civitate, contra ſtans, vultumque ejus ad animum revocans, virum ita abjectum ac pannoſum, quis eſſet fuiſſetque olim, agnovit: & commiſeratione tactus acceſſit, acſi eum ignoraret quem norat, & ſportas pretio tanto emit, quanto flagitabatur. Hoc autem acceptor, viam Joannes repetit ad eum qui ſe miſerat, atque victoris in morem alacri gradu revertit, ſtrato humi hoſte, inanis gloriæ ac ſuperbiæ parente.

Epitaphium rogatus cōponere

28 Forte è vicinis Joannis Monachus fuit, qui terreſtrem peregrinationem cum cæleſti domicilio commutarat, atque ad Deum conceſſerat. Sanguine is habebat fratrem, qui calamitate victus, fraterni funeris acerbitatem nequaquam poterat occultare. Quamobrem eum Joannes ſolabatur, quibus poterat verbis revocans à mœrore. At ille in luctu durans, Joannem flebiliter rogavit, ut ſibi conſcriberet carminis quidpiam ad luctum levandum excitandumque animum. Reverebatur Joannes Senis juſſum, nec petitioni annuebat; ille vero non deſiſtebat petere mœſtus atque afflictus. Quidni enim, inquiebat, miſereris animi dolentis? quidni tenue illi admoves medicamentum, quod dolorem ſopiat? Corporum ſi eſſes medicus, ac mihi corpus pervaſiſſet morbus, tu vero remedium mihi pro viribus non adhiberes male habenti & viam mortis ingredienti, nonne contempti neglectique mei pœnas Deo eſſes daturus? Nunc itaque dum pejus habentem me contemnis ac negligis, graviores pœnas daturus es. Senis imperium ſi extimeſcis, ſcito rem iſtam ita me arcanam habiturum, ut nemo audiat. Flexus hoc ſermone Joannes, de mortuo elegans carmen componit, quod omnium hactenus ore cantatur hoc principio: Humana omnia vanitas.

AUCT. IO. IEROSOL. EX MS. GR.

cum prater ſenis præceptum annuiſſet

29 Forte aberat à cella magiſter Ioannis, qui interea carmen iſtud modulate ſuccinebat intra cellam; cum Senex foris accurrens, canoramque illam excipiens vocem multa cum ira exclamat: Itane prima promiſſa exciderunt, & pro luctu ac mœrore delicias canendo captas, & gaudio diffuſus ſedes? Ille mox cauſam enarrat ſeni, obtenditque ejus, qui coëgerat, luctum, ac pronum ſe humi ſternens ignoſci ſibi poſtulat. At Senex uti rupes aut incus ſtetit, nihil ſupplicanti concedens, atque illum è veſtigio ejecit E cella. Hic admirabili viro occurrit ſtatim primorum parentum inobedientia, eam propter è paradiſo expulſorum. Iamque non habens ubi conſiſteret, neque quo ſe verteret, impenſius mœrebat eo, cui frater perierat, hæc apud animum ſuum dicens: Iſte quidem fratrem amiſit, at ego per inobedientiam animam meam perdidi. Demum Senes alios accedens, quos virtute præ ceteris norat eximios, eoſdem mittit ad Senem legatos, enixe oraturos, ut ſe pateretur demulceri, & errati gratiam Ioanni faceret. Iverunt igitur illi, & multum obteſtabantur: ipſe autem perinde ac ſtatua nil movebatur precibus, neque diſcipulo faciebat poteſtatem redeundi ad cellam.

ideoque eſſet ab illo expulſus.

pro reditu impetrando jubetur purgare latrinas

30 Tunc Monachorum iſtorum quiſpiam dixit: Poſſes ei, qui peccavit, aliud quidpiam imperare, quam ut privetur convictu tuo. Ille autem ſevero vultu; Hanc, inquit, legem Ioanni dico, ſi vult inobedientiæ ſibi veniam dari, omnem Lauræ ambitū pererret, ſuaque manu latrinas omnes purget in monachorum cellis. Hoc illi audito, cum recederent contracto ſubmiſſoque præ mœrore vultu, multum admirantes inflexibilem Senis animum, occurrit iis Ioannes; ſeque pro more inclinans de Patris adverſum ſe ſententia interrogat. Cui illi; non ſine ſtupore ſe admirari Senis inclementiam, cujus reſponſum præ verecundia vix auderent exponere. At ipſo ut illud patefacerent vehementer ac demiſſe contendente, tandem mœrentes turpem illam repurgationem edicunt. Ille vero ut intellexit, contra eorum ſpem omnem gaviſus eſt: Facile prorſus, inquiens, iſtuc mihi erit, quin etiam voluptati maximæ. Atque ad repurgationem imperatam illico provolans, cum quæſitis inventiſque inſtrumentis adit cellam Senis in proximo commorantis, & eam ingrediens manus illas fœdare cœpit, quas multis ſæpe aromatis habuerat deliburas, & ſanatam à Chriſto dexteram (ô magnam viri abjectionem!) luto ſtercoreque contaminat.

quod facere incipiens &c laudatur

31 Quam primum vero audivit Senex tantam Ioannis ad obtemperandum promptitudinem, ejuſque ſinceram & profundam, imo ſublimem humilitatem, accurrens complexus eſt eum, implicuitque ſe collo, manum, oculos, humeros deoſculans: & qualem, exclamabat, beatæ obedientiæ pugilem ego in Chriſto genui? Verum Ioannes ad has Senis voces plurimum erubeſcens, ſeſe inclinabat in terram, & tam-

AUCT. IO. IEROSOL. EX MS. GR.

quam coram Deo ſe proſtraviſſet, ſolum rigabat lacrymis: tantumque abeſt, ut ad paternas voces inflaretur, aut ad Senis laudes intumeſceret, ut magis etiam ſe demitteret ac magis, atque animus illi doleret maxime. Ita ſcilicet eos, qui exercitatum habent intellectum, ſcimus ſeſe ad ſui commendationem abjicere, & laudibus propriis moleſte affici, in Deum omnia conferentes. Filium pater interea ab humo excitat, & manu prehendens cellam ſuam cum gaudio ſubit. Dixiſſes, obſervato Joanne, eum in Paradiſum voluptatis reſtitui poſtliminio; quique veterem Adamum non obediendo in ſe repræſentarat prius, nunc Chriſti novam rurſum exhibere imaginem ſingulari illa obedientia.

magis ſe humiliat

CAPUT V.

Litterarii labores Ioannis, & felix ad Deum tranſitus.

32 NOn multum poſt hæc interceſſit temporis, cum Seni *a* per ſomnum ſe offert omnium celebrata laudibus, omniſque expers labis Virgo: Et fontem, ait, cur obturaſti tam ſuaves latices emanaturum, tam limpidos, tam copioſos, tam dulces? Daturum aquam recreandis animis, ea, quæ de petra mirabiliter erupit in ſolitudine, præſtantiorem; aquam cujus deſiderio captus eſt David; aquam Samaritanæ à Chriſto promiſſam? Permitte fontem fluere; fluet enim uberrime, & orbem pererrabit univerſum, ingentique fluctu hæreſeon obducet maria, eaque in admirandam dulcedinem convertet. Qui ſitiunt, ad aquam feſtinanter eant; & qui puræ vitæ carent argento, affectionibus ſuis ad pretium diſtractis mercentur à Joanne opinionum & operum ſinceram puritatem. Propheticam ille citharam, ille Davidicum apprehendet nablium; ille cantica canet nova, cantica Deo Domino: Moſeos carmen vincet muſicis ſuis modis, vincet Mariæ tripudium *b*: fabula dicentur inutiles Orphei cantus. Spiritalem ille cæleſtemque intendet melodiam. Ille Cherubicos hymnos aſſectabitur, & cunctas eccleſias, filias ſcilicet cœleſtis Ieruſalem, juvenculas faciet tympaniſtrias, quæ Deo carmen canant, ad Chriſti mortem & reſurrectionem annuntiandam. Ille fidei dogmata *c* recte exponet, atque hæreſis omnis tortuoſam obliquitatem notabit infamia. Eructabit cor ejus verba bona, & Regis geſta nuntiabit omni admiratione majora.

a *Monitus à Deipara Senex ne prohiberet Ioannem*

B

facra cantica compoſuere,

b

c

C

33 Mane igitur Joannem advocat Senex, qui hæc arcana didicerat, atque ait: O Fili ad parendum Chriſti cauſa prompte, aperi os tuum, ut ſpiritum ducas; aut potius, quem in corde præcepiſti, per os exhala. Sapientiam ſcilicet loquetur os tuum, quia mentis multa meditatione exercuiſti te. Aperi os tuum, non in parabolis, ſed veritatibus: non in ænigmatis, ſed dogmatibus. Loquere in auribus Ieruſalem, videntis Deum pacificæ Eccleſiæ ſuæ, verba non vana, neque per auras diffluentia, ſed quæ cordi Spiritus inſcribit. Conſcende in montem Sinai, montem viſionum ac revelationum divinarum, & ſicuti in abyſſum profundæ humilitatis demiſiſti te, ita nunc evade in eccleſiæ verticem. Prædica evangelizans Ieruſalem, & in virtute exalta vocem tuam: glorioſa namque mihi dicta ſunt de te à Domini noſtri matre. Ignoſce quidquid tibi à me obvenit impedimenti, per ignorantiam enim feci.

jubet eum id libere agere,

34 Ab eo igitur tempore divinos cantus exorſus Ioannes melliflua compoſuit carmina, quæ Eccleſiam exornarunt, Deoque fecerunt locum tabernaculi, in quo feſta agitantium purus ſonus auditur. Neque iſta ſolummodo, verum & pro præcipuis feſtivitatibus deſcripſit orationes & ſacrum librum, *d* ſcriptamque, ut ſic loquor, divina manu tabulam explanavit cum doctorum omnium indoctorumque non parvo ſolatio, tamquam januam ad ſubeunda myſteria Theologiæ ceterorumque veræ fidei dogmatum & ſpeculationis atque ſcientiæ compendioſioris eorum, quæ ſive ſub intellectum, ſive ſub ſenſum cadunt. Quem quidem librum ego cælum dixerim, rectis demonſtrationibus, tum à natura tum à Scriptura petitis, multumque ad eruditionem facientibus, velut aſtris collucens. Quocirca qui in iſtud cælum non intuetur, neque ejus oblectatus pulchritudine lucem inde accipit, aut cæcus is eſt, aut tenebris obſitus; nec illum infelicem dicere dubitem, quiſquis ad divinum hunc ſplendorem caligat. Bene prolixos inſuper libros de divinarum venerandarumque imaginum *e* commendabili adoratione rurſus exaravit. Et quo ipſe in ſe divinæ imaginis ab initio impreſſæ pulchritudinem finxerat auguſtiorem, eo ſublimius atque ornatius ſcripſit de venerandis imaginibus.

D *qui non illis tantum ſed & ſcriptis libris eccleſiam locupletat,*

d

e

35 In his laboribus adjutorem fraterno amore habuit, quem à Spiritu divino fratrem acceperat, Coſmam, Virum illum ornatiſſimum, ſuæque eloquentiæ, inſtitutionis, exercitationis participem. Atque is ingenioſe imitabatur Ioannem ſuis ad ſpiritualia carmina ſtudiis, ac ſuaves concentus cithara & voce ſuccinuit Eccleſiæ, proprium corpus per affectionum compreſſionem, Deo tamquam tympanum aptans; totum quoque ſe velut Pſalterium decachordum exhibens, dum quintuplicem corporis ſenſum, animique pares numero facultates arte magna ſapienterque intendit. Tandem etiam Patriarchæ *f* Hieroſolymitani manu Epiſcopus Majumæ *g* creatus, non ſponte ac ultro, ſed vi adactus, gregem, ut Deo gratum erat, præclare gubernavit; jamque in grandem ætatem provectus, ad patres ſuos, ſeu potius ad Deum, moriendo conceſſit.

ſocio Coſma in omnibus utens.

E

f g *Hoc Epiſcopo facto*

36 Interim idem Hieroſolymitanæ eccleſiæ moderator divinitus afflatus, Ioannem accerſit, eumque ordinavit, ut in cathedra Seniorum laudaret Deum. Is vero ad Lauram divini Sabæ in ſolitudinem regreſſus, propriumque, ſi fas eſt dicere nidulum ſubiens ſublime volans aquila, nequaquam menti ſuæ objecit hoc Salomonis pronuntiatum, Presbyteros duplici afficiendos honore, ſed in aliam partem, contraque ſe, illud vertendo uſurpavit dicens, animi demiſſionem altero tanto majorem Presbyteris procurandam, quam ante; altero tanto plus contendendum Presbyteris in ſui exercitatione. Presbyteris duplicia perferenda certamina, non modo adverſus corporis, ſed & adverſus animi affectiones occultas, etiam iis, qui ſibi vacant, niſi eximia utantur prudentia; adeo ut internus etiam ſordeſcat homo, nec id tamen ſentiant. Hujuſmodi vero affectus ſunt, dolus; invidentia; falſa de rebus exiſtimatio; occulta arrogantia; inanis gloriæ ſtudium ſub ſpecie humilitatis; alienarum rerum curioſa ſcrutatio, cujus cauſa plurima mala ſe inferunt linguæ; animi elatio, atque evagatio; morum vafrities; faſtus corporis demiſſione diſſimulatus; abſtinentia cum deliciarum appetitu conjuncta; voluntatis ſuæ conſectatio; amor vilis lucri; extra legis normam quæſita veſtis, unde cum fratribus diſcrepantia, & occulta ſuperbiæ illecebra.

ipſe Presbyter ordinatur

& reverſus ad Lauram inſiſtit virtutibus acquirendis

37 Hæc vitia radicitus evellere ſuo ex animo cum ſtuderet Ioannes, labores laboribus, animi cum primis, adjungebat: mentemque ipſam undequaque in ſe cogens, libros etiam, quos prius elaborarat, contractos recognoſcebat, exornans, expoliens,

A poliens, caſtigans accuratiſſime dictionem, ſententiam, numerum, conſtructionem; atque ubi elegantia effloreſcebat nimis,& quaſi ad luxuriam, prudenti judicio ad gravitatem reducebat, ne quid ſeu oſtentationis, ſeu levitatis libri ſui ſecum traherent.

elimandis ſcriptis ſuis:

Sane quiſquis in iſtius viri lucubrationes cum judicio incubuerit, ſpeculationum ſublimitatem & gravem orationis conſpiciet ornatum. Nunc verò quis pietatis ſtudium in orationibus illis non admiretur; & quomodo divitias ſapientiæ ſuæ in univerſos large dividat? Etenim acceptum ingenii talentum non in duplum modo, ſed & in decuplum auxit: plus ego ad numerum addere reformido,ne angelicos quoque terminos exaggeratione prætergreſſus videar: cum immodica dumtaxat dicere, indecorum ſit.

in quibus zelum laudat S. Stephanus M.

38 Suus etiam divinus ardor huc eum impulit, ut pro divinis legibus dimicans, primum quidem Damaſco, deinde ex Palæſtina impeteret contumelioſos venerandarum imaginum in ipſa Conſtantinopoli deturbatores. Inde magnæ illius Urbis alumnus, qui Martyrum primo cognominis, &, ut ille Chriſti cauſa, ita ipſe propter ejus imaginem, lapidibus obrutus in cælum procurrit, cum librorum Joannis meminit adverſus impios pridem ſcriptorum, divinum virum

B ac Deo plenum illum appellavit: quamvis autem Epiſcopali unctione delibutus numquam fuerit (nec enim diſſimulanda eſt veritas) ſuſpiciendus eſt tamen velut frontem martyrii corona redimitus: nam propter eximium zelum pietatis cuſa ea eſt adverſus virum pium calumnia, ob quam ei manus reſecta fuit.

& tandem vita functus migrat in cælum,

39 Tali vitæ & exercitationis religioſæ peracto curſu, fide ſervata, imo & per libros propagata,& illuſtrata dogmatibus, atque in hæc uſque tempora monumentis ſuis ſtabilita, defenſa, vindicata, ad Chriſtum dilectum ſuum properavit: neque illum jam in imagine contemplatur, aut adorat in figura; ſed in faciem contuetur, ſpectans gloriam beatæ Trinitatis. Ob has cauſas hunc pietatis pugilem, cultorem religioſæ vitæ, Eccleſiæ exornatorem, Veritatis ducem; hunc in certaminibus, exercitationibus, doctrina ſingularem omnino virum, ignorantium magiſtrum, rudium præceptorem, æquum erat condecorare laudibus, quam potuimus maximis;non quo tantillum gloriæ illi adderemus, verum ut noſtri ipſe viciſſim ſit memor in cælis, & nos etiamnum in terra degentes cæleſti illius impleamur gloria, quam David intra pectus filiæ regis, intra regium videlicet

Pſ. 44, 14 C animum, teſtatur reſidere, dum palam ait: Omnis gloria filiæ regis ab intus.

unde eum ſibi propitium auctor precatur.

40 Ignoſce porro, ô ter Beate, mihique te præſta ardentiſſimum & perpetuum patronum coram Deo, quia præclarum hoc virtutum tuorum monumentum ab alio homine, ut potuit, ſimpliciter ſcriptum Arabica lingua & litteris conſecutus ego, cui unum tecum nomen obtigit, in hunc ſermonem curaverim vertere ad memoriam poſterorum, cum amore tui, tum tuis impulſus viſitationibus, imo & tuis, ſi ita loquendum eſt, mandatis: meque etiam effice Trinitatis adoratorem, materiæ expertem, ſpiritualem, totum ſecretum à corpore, totum abreptum in contemplationibus, totum conſecratum in divini amoris holocauſtum, quamquam etiam nunc in hoc corpore viventem; ut ab illo citra doloris ſenſum ſeparatus, cum fiducia bona tecum Deo repræſenter, cui gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

AUCT. IO. IEROSOL. EXMS. GR.

ANNOTATA.

a *Menæa rem ſic referunt, quaſi eidem Coſmæ, qui in ſeculo Ioannis præceptor fuerat (nam & hic, ut dictum, ad eamdem Lauram ſe receperat, & forte adhuc in vivis erat) apparuiſſet Deipara, dicens,* quamdiu adhuc ſub præceptore Joannes erit? quin potius diſcipulo tuo præcipis ut exponat hymnos ad ejus gloriam, qui ex me natus eſt ſine ſemine, & gaudium eorum, qui me ex imo corde deſiderant honorare?

b *Huc ſpectant primi in ejus laudem Verſiculi ſimilares,* σιχάριᾳ προσόμοια: Quem te nominabo Sancte, Theologum Joannem, an David Pſaltem? Cytharam ſpiritu reſonantem, an tibiam paſtoralem? Dum aures ſimul & mentem mulces; dum Eccleſiæ ordines omnes exhilaras mellifluis tuis vocibus. O qui fines orbis terrarum illuminas, ora ut ſalventur animæ noſtræ. II Quem te nominabo, Venerande Joannes & dulciloque? Tu aſtrum fulgentiſſimum, tu Trinitatis aquila illuminata, ſpirituales caligines virtute viſiva pervadens; qui ineffabilibus divinitatis myſteriis initiatus, tamquam alter Moyſes explicaſti muſicam tuam artem, ora ut ſalventur animæ noſtræ. III Quem te nominabo, ſemper honorande? Portitorem lucis, inclytum ducem, miniſtrum & ſpectatorem myſteriorum Dei, ſidus illuſtrans Eccleſiam, lampadem fulgentem iis qui ſedent in tenebris, an organum perquam ſonorum aut fiſtulam ſuaviſſimam? ora ut ſalventur animæ noſtræ. *Similibus laudibus plenus quoque totus Canon eſt, & quæ de Sancto ſunt aliæ divini officii partes in Menæis.*

E

c *Hinc octavæ Odes ſtrophe prima ſic ait:* Luculenter ſcriptis libris redarguiſti ô Ioannes, diſſolutionem Neſtorii, Severi confuſionem, *(quorum hic ſcilicet unam in Chriſto naturam, iſte perſonas duas adſtruebat)* amentiam docentium unicam *in eodem Chriſto* voluntatem, & fidem de unica operatione *ejuſdem*, orthodoxiæ ſplendor finibus omnibus refulgens. Et *huc ſpectant ejus* libri 4 de Orthodoxa fide.

F

d *Iterum libros* Parallelorum *intellige.*

e De Imaginibus tres, *ut dixi, habemus* orationes, *cetera deſiderantur.*

f Ioannes *hic fuiſſe videtur, circa annum* 740.

g Majuma *urbs Palæſtina ad mare, proxima Gazæ.*

h Stephanus Iunior, *martyrium perpeſſus an.* 767.

DE SANCTO PETRONACE

G. H.

ABBATE ET INSTAVRATORE CASINENSI.

ANNO DCCLII

Ad Caſinenſe monaſterium, à Longobardis deſtructum,

Caſinenſe monaſterium, *antiquitate rerumque ibi geſtarum magnitudine clarum, conditorem ſuum reveretur* S. Benedictum, *& inſtauratorem agnoſcit* S. Petronacem. *Acta miraculaque* S. Benedicti *late deduximus ad diem ejus natalem* XXI *Martii, quo vita hac mortali functus eſt anno* DXLIII, *pridie Dominicæ Paſſionis. Succeſſerunt in monaſterii hujus regimine* Conſtantinus, Simplicius, Vitalis, Bonitus: quo præſidente cum dictum monaſterium à Longobardis diriperetur, monachi Romam fugerunt, codicem ſanctæ Regulæ, quam B. Benedictus deſcripſerat, & quædam alia ſcripta, nec non & pondus panis, vini quoque menſuram, & quidquid ſuppellectilis potuerunt ſurripere, deferentes: atque ex conceſſione Pelagii Papæ, juxta Lateranenſe Patriarchium, monaſterium conſtruxerunt: *uti iſta ex capite* 2 *libri* I *Chronici Caſinenſis à Leone Marſicano ſcripti contraximus. Eſt hic Pelagius* II, *in Summum Pontificem aſſumptus menſe Novembris anni* DLXXVII, *mortuus in Februario anni*

AUCTORE G.H.

anni DXC. *Addit Leo*, monaſterium Caſinenſe per annos centum & triginta deſtructum permanſiſſe: *id eſt ab anno* DXC *uſque ad annum* DCCXX, *dum, teſte Paulo Diacono & monacho Caſinenſi, lib.6 de Geſtis Longobardorum cap.39*, Petronax, civis Brixianæ urbis, divino amore compunctus, Romam venit: hortatuque tunc Gregorii, Apoſtolicæ Sedis Papæ, Caſinum caſtrum petiit: atque ad ſacrum corpus beati Patris Benedicti perveniens, ibi cum aliquibus ſimplicibus viris, jam ante reſidentibus, habitare cœpit: qui eumdem venerabilem virum Petronacem ſibi Seniorem (*id eſt Abbatem*) conſtituerunt. *Hæc ibi. Papam illum fuiſſe S. Gregorium ſecundum, diximus ad hujus Vitam die* XIII *Februarii* §. III. *Adminiſtravit is Romanam Eccleſiam ab anno* DCCXV *ad annum* DCCXXXI. *Sub hoc Pontifice, circa annum* DCCXX, *Caſinum venit Petronax: nam* S. Willibaldus, *poſtea Epiſcopus Eyſtettenſis, ut Acta ejus* VII *Iulii elucidanda habent*, veniens ad S. Benedictum, *hoc eſt, ad monaſterium Caſinenſe*, ibi reperit paucos monachos & Abbatem, nomine Petronacem, apud quem per decem annos manſit: quibus exactis perrexit Romam, ſedente ſummo Pontifice Gregorio III, *qui dicto Gregorio ſecundo ſucceſſerat. Venit autem S. Willibaldus circa annum* DCCXXIX *aut ſequentem, uti latius diximus* VII *Februarii ad Vitam S. Richardi patris* §. 2, *& ad Vitam S. Gregorii Papæ ſecundi ſub finem* §. 3. *Porro* S. Willibaldus in primo anno fuit Cubicularius eccleſiæ, & in ſecundo Decanus erat in monaſterio: & poſtea per octo annos fuit portarius in illo monaſterio, quod ſtat ſupra in monte valde excelſo, & alios quatuor erat in alio monaſterio, quod infra ſtat juxta amnem Raphito. *Vtrumque monaſterium late deſcribit Leo lib.1 cap.31. Nunc monaſterium inferius non extat.*

miſſus S. Petronax

à S. Gregorio 2. Papa,

B

duplex monaſterium reſtaurat,

2 *At quæ de horum monaſteriorum conſtructione habeant alii, inſpiciamus. Paulus Diaconus capite ſupra indicato ita ſcribit.* Hic *Petronax* non poſt multum tempus, cooperante divina miſericordia, & ſuffragantibus meritis B. Benedicti Patris, jamque evolutis fere centum & * decem annis, ex quo locus ille habitatione hominum deſtitutus erat, multorum ibi monachorum, nobilium & mediocrium, ad ſe concurrentium, Pater effectus, ſub ſanctæ Regulæ jugo, & B. Benedicti inſtitutione, reparatis habitaculis cœpit vivere, atque hoc ſanctum cœnobium in ſtatum, quo nunc cernitur, erexit. *Hæc Paulus Diaconus: cujus verba, hic ſupra relata, ita explicat Leo Oſtienſis lib.1 cap.4.* Cum autem omnipotens Deus

C

præfatum B. Benedicti cœnobium jam decreviſſet miſeratione illa ſua omnipotentiſſima reſtaurare, & cœnobialem inſtitutionem, quæ inde principium ſumpſerat, ex ejuſdem Patris loco & per orbis circulum propagare; contigit diſponente Deo, ut Petronax, civis Brixianæ urbis, vir valde religioſus, divino afflatus amore, Romam veniſſet: quem Reverendiſſimus..... Papa Gregorius cælitus inſpiratus admonuit, ut hoc Caſinum caſtrum peteret; atque monaſterium B. Benedicti, quod jam per tot annos deſtructum manſerat, ſuo ſtudio reconciliare ſatageret. Quo annuente, mox idem venerabilis Pontifex cum illo aliquantos de Lateranenſi Congregatione Fratres direxit, & alia quoque illi nonnulla adjutoria contulit. Is ergo huc ad ſacrum B. Benedicti corpus perveniens, tam cum illis qui ſecum venerant, quamque etiam cum aliquot ſimplicibus viris, quos inibi jam pridem reſedиſſe reperit, habitare cœpit anno Domini ſeptingenteſimo ac viceſimo: atque ab eiſdem Fratribus in Abbatem prælatus, cooperante Deo & B. Benedicti ſuffragantibus meritis, conſtructis decenter habitaculis, ac multorum ibi Fratrum congrega-

** aliû triginta*

& Abbas multorum monachorum conſtituitur

anno 720.

tione ſtatuta, ſub regula ſanctæ doctrinæ vivere ſtuduit. *Hactenus Leo: in cujus textum ſciolus quiſpiam ſed plane imperitus, inſeruit, Papam Gregorium fuiſſe* tertium: *quam vocem appoſitis punctis, utpote contra mentem auctoris intruſam, omiſimus: idque clariſſime ex anno* DCCXX *appoſito convincitur: & dicta vox deeſt apud Paulum Diaconum.*

D

3 *De aliis fabricæ adjutoribus iſta addit idem Leo.* Quem, *Petronacem videlicet*, tres quidam nobiles viri Beneventani, Paldo & Taſo atque Tato germani fratres, qui ante quindecim circiter annos monaſterium ſancti Martyris Chriſti Vincentii, juxta ortum Vulturni fluminis, de propriis ſumptibus conſtruere cœperant, cum eſſent potentes ac divites, in ipſo opere tam per ſemetipſos, quam per ſuos uſque ad reſtaurationem loci hujus plurimum adjuverunt. *Hæc ibi. Vitam horum fratrum ſcripſit S. Autbertus, ibidem Abbas fere coævus, cujus meminit Paulus Diaconus. Referi autem ille* S. Paldonem regimen cœnobii ſuſcepiſſe anno DCCVII, *cum jam biennio ante videatur cœptum conſtrui monaſterium, ut ſint quindecim circiter anni ante reſtauratum Caſinum anno* DCCXX, *quo* S. Paldo *vita functus eſt* XI *Octobris, ad quem diem dicta Acta erunt elucidanda. Huic ſucceſſit* S. Taſo, *anno* DCCXXIX *die* XI *Ianuarii mortuus; quibus tertius frater* S. Tato *ſubſtitutus, obiit* XI *Decembris anni* DCCXXXIX. *Nos Ferrarium ſecuti, quod dicta Acta necdum haberemus, Tatonem loco Taſonis retulimus ad* XI *Ianuarii, quod in Supplemento poterit emendari. De S. Petronace ab his fratribus adjuto ſilent Acta indicata, quod aliunde Leo potuit ſciviſſe. Præfatæ relationi iſta ſubdit Leo:* Hic eccleſiam B. Martini, quam parvulam reperit, ſedecim ferme cubitos auxit, ibidemque abſidam efficiens in honore Beatæ Mariæ ſemper Virginis & ſanctorum Martyrum Fauſtini & Jovitæ, in ea altarium ſtatuit, in quo etiam & brachium unius illorum, quod ſecum de Brixia portaverat, decenter recondidit. *Acta varia horum Martyrum illuſtravimus ad diem* XV *Februarii.*

adjuvantibus SS. Paldone, Taſone & Tatone,

E

4 *Præfuit S. Petronax cœnobio Caſinenſi ſub tribus Pontificibus Romanis eiſque Sanctis, ſcilicet S. Gregorio II, S. Gregorio III, & S. Zacharia, qui eccleſiam adminiſtravit ab anno* DCCXLI *& initio Decembris, uſque ad annum* DCCLII *& diem* XV *Martii, quo ejus Acta exornavimus. Hujus beneficia monaſterio collata ita deſcribit loco indicato Paulus Diaconus:* Huic venerabili viro Petronaci in ſequenti tempore Sacerdotum præcipuus & Deo dilectus Pontifex Zacharias plura adjutoria contulit, libros ſcilicet ſanctæ Scripturæ & alia quoque, quæ ad utilitatem monaſterii pertinent, inſuper & Regulam, quam beatus Pater Benedictus ſuis ſanctis manibus conſcripſit, paterna pietate conceſſit. *Hæc Paulus & ex eo Leo, qui addit iſta:* Contulit etiam pondus libræ panis, & menſuram vini, quæ olim inde ſub Longobardorum invaſione, monachi fugientes ſecum Romam detulerant. Ab hoc etiam ſanctiſſimo Papa prædictus Abbas privilegium primus accepit, ut hoc monaſterium cum omnibus cellis ſibi pertinentibus, ubicumque terrarum conſtructis, ob honorem ac reverentiam ſanctiſſimi Patris Benedicti, ab omnium Epiſcoporum ditione ſit liberum, ita ut nullius juri ſubjaceat, niſi ſolius Romani Pontificis. *Hæc ibi, ad quem locum eruditiſſimas notas de qualitate & origine ſpiritualis juriſdictionis Caſinenſis adjungit Angelus de Nuce, ex Abbate Caſinenſi factus poſtea Archiepiſcopus Roſſanenſis in Calabria.*

F

ac S. Zachariæ Papa varia dona conferente

& exemptione concedente.

5 *Inter* nobiles monachos, *quos ſupra Paulus Diaconus aſſerit concurriſſe, eminuit* Carolomannus Dux Francorum, Pippini Regis frater, *quem* anno DCCXLII Caſinum ſeceſſiſſe & monachum effectum, *habent Annales Fuldenſes. Acceſſit &* Ratchiſus Rex Longo-

Fuerunt ſub eo monachi Carolomanni,

A Longobardorum, *qui teſte Leone cap.* 8 *dicti libri primi*, ad hoc monaſterium B. Benedicti perveniens, & ſub regulari magiſterio inſtituendum ſe tradens, poſt religioſam ſatis ac Deo placitam converſationem, ibidem vitæ finem ſortitus eſt.... Uxor vero illius nomine Taſia, & filia Ratruda, concedente & adjuvante præfato Abbate monaſterium puellarum, non longe à Caſino (*fluvium hic intellige non montem*) in loco qui Plumbariola vocatur, propriis ſumptibus extruxerunt; multiſque ditatum opibus, ibi ſub magna cautela & diſtrictione regulari vitam agentes, ultimum diem clauſerunt. *Hæc ibi. Caſinum etiam, ut diſciplinam monaſticam perfectius addiſcerent, ſe receperunt* S. Willibaldus *ſupra laudatus*, & S. Sturmius primus Fuldenſis Abbas *à S. Bonifacio Caſinum directus. Quibus adde aliquanto poſteriorem tempore S. Luidgerum deinde Mimigardivordenſem ſeu Monaſterienſem Epiſcopum, qui anno* DCCLXXXIV *pulſus è Friſia, Romam indeq; ad Confeſſionem S. Benedicti conceſſit ad biennium, uti in Commentario de ejus Vita explicatum* XXVI *Martii. Cardinalis Baronius, cum ſecutus Sigebertum ad annum* DCCXVI, *num.* VII *indicaſſet monaſterium Caſinenſe à Petronace reſtauratum, num.* VIII *addit iſta.* Mirum dictu, quanta mox ex nova plantatione Petronacis fuerint propagata eo in loco germina monachorum, B & aucta eorum examina inſtar apum, quæ ex turgeſcentibus alveariis prodeuntes, in diverſa loca ad fœtus multiplicationem volaverint: *uti à nobis ad quamplurimos hujus inſtitutionis Sanctos toto hoc opere noſtro eſt dicendum.*

6 *Tandem concludit Leo cap.* 8 *dicti libri primi*, Petronacem præfuiſſe huic monaſterio annis triginta duobus, defunctum eſſe II Nonas Maji, & ſepultum in porticu juxta eccleſiam S. Martini. *Dicti anni ſi completi ſumantur, ab anno* DCCXX *ad annum uſque* DCCLII *erunt numerandi. Quo adhuc anno* DCCLII *Optatus, Petronacis ſucceſſor, à Stephano II Papa (qui à die* XXIX *Aprilis hujus anni Pontificatum ſuſceperat) ad Regem Aiſtulphum, poſt ſeptimum ab illius ordinatione menſem, deſtinatus eſt, ſed eo non obſtante poteſt Petronacis obitus in hunc diem* VI *Maji anni* DCCLII *incidiſſe. Natalem ejus celebrat Arnoldus Wion his verbis*: Caſini S. Petronacis Abbatis, qui Caſinum monaſterium poſt ejus primam everſionem, magnifice reſtauravit, & obſervantiam monaſticam propagavit. *Secuti Wionem Dorganius, Menardus, Bucelinus in Faſtu Benedictino, Mabillon in Actis Sanctorum Ordinis S. Benedicti, Marcus Antonius Scipio in Elogiis Abbatum Caſinenſium: Ferrarius in Catalogo generali, qui omnes eum Sancti titulo honorant: uti etiam facit Bernardinus Fainus in Vita Italica à ſe compoſita & ad nos miſſa, in qua teſtatur S. Petronacem hac* VI *Maji in monaſterio Caſinenſi Officio eccleſiaſtico ſub ritu duplici coli.*

7 *Idem Faynus narrationis ſuæ exordium ſumit, ab antiqua apud Brixienſes æque ac Romanos Petroniorum familia, quæ in agro Brixiano, octodecim circiter millibus ab urbe, poſſederit atque à ſe nominaverit* Petroniacam, *vulgo* Pedergana: *ubi Petronax exceperit aliquos è Caſinenſium diſperſione monachos, ferentes ſecum partem ex ſacro cranio S. Andreæ, in cujus honorem ipſis monaſterium ædificarit. Quæ omnia in ſilentio antiquorum ſcriptorum malumus indiſcuſſa relinquere; cum nullæ ſint incertiores conjectationes, quam quæ ex nominum affinitate deſumptæ, præſumunt adſcribere homines illuſtres familiis certis, aut olim nobilibus aut nunc famoſis, & familias locis, aut hæc illis aſſignare.*

8 *Exiſtimem ego, ſi S. Petronacem fundatorem habet monaſterium iſtud S. Andreæ, id ab eo conditum, non ante, ſed poſt reſtauratum Caſinum; idque etiam veroſimilius æſtimabo, ſi probatum fuerit, quod narrat* E *idem Faynus, Petronacem anno* DCCXXXIX *excurriſſe Brixiam, invitatu S. Apollinaris Epiſcopi, & pro oſſe ex brachio S. Benedicti, quod afferebat, quodque argenteo brachio operis Longobardici antiquiſſimique incluſum etiamnunc cuſtoditur, & quotannis* XXI *Martii honorandum proponitur, in Cathedralis eccleſiæ capella quadam ſanctæ Cruci dicata; accepiſſe, die* XIII *Septembris, ſimile os ex brachio dextro S. Fauſtini. Ex hujus autem rei tam diſtincta notitia, quam vir ſincerißmus debuit in monumentis dictæ eccleſiæ reperiſſe, magis etiam confirmaretur, quod Caßinenſes prætendunt, fidem de præſentia ſancti corporis in Caßino eo tempore minime controverſam fuiſſe inter eos qui iſtic tunc habitabant.*

Auctore G.H.

Ratchiſius cum uxore & filia

& dicitur coli Officio eccleſiaſtico.

SS. Willibaldus Sturmius Luidgerus alii, qui.

in agro autem Brixiano ædificaſſe monaſterium S. Andreæ

S. Petronax vita fun. ctus anno 752

& Maji inſcriptus faſtis,

DE B. BONIZELLA VIDVA

TREQVANDÆ IN SENENSI DIOECESI.

D. P.

AN. MCCC *Cultus 3 Dominica Maji*

Aud longe à diœceſis Senenſis, ad Claias uſque paludes procurrentis, Orientali termino Trequanda *oppidum viſitur, iſtic fere ubi fontes Vmbronis fluvii emergunt*, p. m. *circiter* 20 *à metropoli. Hujus oppidi parochialis* eccleſia B. Bonizellæ diem quotannis feſtum celebrat, populis ad ſepulcralis aræ feſtum concurrentibus, *uti ad* VI *Maji habent Faſti Senenſes, ab Inthronatorum Academia anno* 1669 *altera vice editi, & Eminentißimis Flavio ac Sigiſmundo Chißiis S. R. E. Cardinalibus dicati. De hac plura rogatus docere* R. P. *Sebaſtianus Conti, auctor elogii mox proponendi, reſpondit*, feſtum *agi* Dominica tertia Maji: & ſupra, ſeu potius ultra altare, ad parietem Sacerdoti celebranti obverſum, ſervari integrum ejus cadaver: ad cujus pedes jacet etiam B. Guido ejus nepos, corpuſculo pariter integro, quemadmodum videre eſt per obductam fronti arcæ cryſtallum, quando aperitur tabulatum, quo arca concluditur: quod quidem tabulatum clauſum ut plurimum ſervatur tribus clavibus, penes oppidi Prætorem, Priorem Communitatis, & eccleſiæ Parochum remanentibus: in eodemque tabulato, poſitus hoc ſeculo titulus legitur, Bonizella Trequandæ miraculorum fons: miracula tamen nulla ibidem ſcripta aut picta habentur, ſaltem quæ authentice probata ſint. *Ita ille per epiſtolam datam* XXV *Iulii anno* MDCLXXVI. *Elogium, quod dixi, tale eſt.*

corpus integrum ſuper altari.

2 Flammæ, quæ anno MCCCLXXXIV aut ſequenti Aretini Epiſcopatus tabularium olim abſumpſerunt, meliori ſane luce dignis Bonizellæ geſtis, in commentarios ibi relatis, venerabundæ poſteritatis admirationem orbarunt. Fama tamen, perpetuo tractu ad nos uſque deducta, dubitare non ſinit, eam, licet productam ex illuſtri Cacciacontium genere (qui videlicet titulo Comitum Scialengæ, Aſcianum, Sinalongam, Foianum, Trequandam, Penoium, aliaque oppida in Senenſi ditione; nec pauca in Florentina, nomine Comitum Palazzoli & Fabricæ, jam pridem poſſederant) nihil tamen antiquius habuiſſe, quam heroica pietate aſſequi, ne ſuam nobilitatem generi deberet. Quare, poſt Naddum Piccolomineum conjugem illi morte

Acta flammis abſumpta:

ex traditione habetur, nobiliter natam

obiiſſe an. 1300

EX FAST. SENEN. morte ſublatum, ad Belſederii pagum ſeſe recipiens, vitæ reliquum, hoc eſt in annum uſque MCCC, ipſius mortalitati ſupremum, ad Chriſtianæ perfectionis leges exegit.

& largitate erga pauperes excelluiſſe.

3 Quo enim, per mortalium illecebrarum fugam & corporis afflictationem, ſeverior in ſeipſam, eo in egentes humanior, ſuos ampliſſimos reditus impendebat ſublevandis ulceroſis ac mendicis, iiſque ſanctimonialibus quas premerent rei familiaris anguſtiæ. Nimirum ſapientiſſime provida, per pauperes, Dei nummularios, perituras divitias commutabat æternis: atque ita pecunia, ſolicitum aliis bonum, ipſi tutiſſimum evaſit & plane fruendum. Ceterum ſanctimoniæ, cui feralis, uti diximus, flammarum ſplendor oblivionis tenebras inducere viſus eſt, admirabili vice ipſæ ſepulcri umbræ lucem rependerunt gloriæ immortalis. Cum enim in Trequandenſis templi extimo pariete, Bonizellæ cadaver, tribus appoſitis candidis marmoribus, conditum fuiſſet; ita denique ſacrum theſaurum Superi publico bono detectum voluere.

4 Apes, per marmorum illorum, haud apprime coëuntium, ſpiramenta, ultro citroque ſolicito diſcurſu commeare conſpectæ, incluſi occulto alveari favi in ſpem aliquos excitarunt, & ad amovendos lapides induxerunt. Cum ecce Bonizellæ cadaver intuentur, in cujus obſequium apum ſtudia fervebant, ſuæ videlicet oblitarum naturæ, mortuis ne floribus quidem, non modo corporibus, inſidere exhorreſcentis. Sed mortuum videri non poterat corpus illud, quod ab omni prorſus tabo eximium, & nullo cæmentorum aut vetuſtatis ſitu obrutum, etiamnum ſanctiſſimi animi integritatem ſpirabat. Et vero ad beatas manus ingenioſum examen confluxerat. Quam bene! Si enim ſedere in ore infantis Platonis, tunc etiam ſuavitatem illam prædulcis eloquii portendentes; quanto dignius Bonizellæ manum ambirent, teſtes dulcedinis, quam ex illa longe amabiliſſimam liberalitas expreſſit in miſeros? Quod autem tantæ pietatis ſuavitas ullo ſatis melle adumbrari nequibat, omiſſi ſui nectaris opificio, ceram inter ſacras palmas dædaleæ volucres confinxerunt in calicem, aræ myſteriis deſtinato perſimilem. Ne ſcilicet dubitari poſſet, Dominum, cui per pauperum manus opes Bonizella erogaverat, hereditatis ſuæ ſuique calicis partem fuiſſe potiſſimam. Animus certe, in tantam pietatem flecti cereus, qui poſſet aptius quam cera referri?

B *Apum per ſepulcri rimas commeantium indicio,*

invenitur corpus incorruptum,

manibus genens ceream calicē ab illis confictum;

C

ab eo decē tius repoſito

5 Cadaver, tam mire conſpicuum, debitis cultibus exceptum, & loculo affabre conſtructo conditum, aliis aliiſque prodigiis cœpit exinde clarescere; quemadmodum ſuſpenſæ ad ejus tumulum votivæ tabellæ ſoteria ſolventium, antiquitate notabiles, fidem faciunt. Illud inter cetera commemoratione digniſſimum. Palantibus aliquando turmis per vicinos Trequandæ agros, nonnulli milites, templum ingreſſi & ligneam arcam intuentes, in edito collocatam, quid lateret ſcrutaturi, illam vi recluſerunt. Ubi vero candidum Bonizellæ corpuſculum invenere, ceterorum quidem oculos quidam pietatis ſenſus corripuit, at unius audaciſſimi obtutum longe magis aurum ſolicitavit, quod gemma obſignatum emicabat è digito. Eum itaque annulum dum non veretur abripere, in ipſo veſtigio ereptam ſibi oculorum, in crimine ducum, lucem indoluit; & videlicet ſenſit, plane cæcam eſſe cupiditatem. Verum ſic cæcus ſcelus tandem ſuum dextræque violatæ potentiam vidit, & pœnitentiæ collyrio medicinam perditis oculis fecit. Nam ſtatim atque ingemiſcens, repoſito annulo, veneratus eſt manum, virtutes pauperes, non ſcelera alere jam dudum ſolitam, recepto luminum uſu convaluit: ut jam pro decantata Achillis haſta Bonizellæ annulum veriſſime ſuſpicere liceat, validum ſanitatis, non impertiendæ minus, quam propellendæ.

D *annulum aureum detrahens miles*

cæcitate punitur,

ſanatur eodem reſtituto.

6 Præ hac tamen de auri ſacra fame palmari victoria, multo nobilius celeſtis heroïna gloriatur, quod temporis, avido dente cuncta abſumentis, vires poſt tot jam ſecula perenni triumpho ſubigat, per ſui corporis ipſorumque veſtimentorum, quibus illud olim humatum fuit, integerrimum nitorem. Cujus intaminatæ formoſitatis in partem admittitur conſepultus illi parvulus nepos, pretioſa appendix, B. Guido, uſitato jam ſacri honoris titulo nuncupatus. Parum quippe Bonizellæ fuerat, vim corruptionis expertem ſuo retinere cadavere, quod rarum; niſi illam, quod plane rariſſimum, in aliena quoque tranſmitteret.

incorrupta quoque illius veſtes & nepos aviæ conſepultus.

E

7 *Hactenus* P. Sebaſtianus Conti Piſtoienſis, *noſtræ Societatis Sacerdos, alter, poſt piæ mem.* P. Joannem Baptiſtam Ferrarium Senenſem, *Faſtorum prædictorum auctor, indicatus per præfixam elogio litteram* C, *ſicut ea quæ Ferrarius compoſuit notat littera* A. *Suos enim illos duos inſignes alumnos, ea quæ librum edi curavit Academia noluit propriis ſignare nominibus in proœmio, ſed Academicis & inter ſolos Academicos notis, quibus hunc* Amœnum, *iſtum ſolet nuncupare* Compoſitum; *neſcio an ſatis probando apud omnes uſu; quando ſic notitia poſterorum ſubduceretur, qui fuerint operis laudandi auctores, niſi eorum nomina aliunde mihi indicata, hic manifeſtanda judicaſſem. Ceterum tam ſpectabilem Sanctitatem à Philippo Ferrario & Nicolao Brautio præteritam fuiſſe mirarer, niſi tanta eſſet ſacrorum hujuſmodi pignorum per Italiam copia, ut unius alteriuſve ſcriptoris notitiam diligentiamque neceſſario debuerint multa latere, dum non vacat vicatim ſingulas regiones percurrere: & multi, ignorantia rerum vel incuria tardi, negligunt indicare minus nobilium locorum proprios Tutelares.*

faſtorum Senenſium, unde hæc jumpta auctores qui?

F

8 *Cauſa referendi in faſtis ad hunc* VI *Maji* B. Bonizellam *necdum mihi innotuit: crediderim tali die mortuam putari: tertiam tamen hujus menſis Dominicam electam, aut pro majori populi commoditate, aut quia tali Dominica facta ſit ſolennis ad aram tranſlatio: cui licet ad pedes poſitus infans* Guido *etiam* Beatus *vocetur, nolui tamen ejus nomen proponere in titulo, cum ſpecialem ab avia cultum nullum habeat: quare nec inter Senenſes Sanctos ſeorſim ab ea nominatur.*

cur relata ad hunc 6 diem?

DE B. ELISABETHA HVNGARA
FILIA REGIS ANDREÆ III, ORDINIS PRÆDICATORVM, THOSÆ IN HELVETIA. D.P.

AN. MCCCXXXVIII. *S. Eliſabethæ vidua ex Stephano fratre proneptis,*

POſtquam *Andreæ II Hungarorum Regis filia, Landgravii Thuringiæ vidua,* S. Eliſabetha, *virtutibus in vita & miraculis poſt mortem celeberrima, genus ſuum illuſtravit; plures in eadem familia Regia claruerunt ejuſdem nominis heroides: inter quas duæ Ordinem & habitum S. Dominici amplexæ, commemorantur ab Ambroſio Taegio in MSS. Latinis Mediolani ſervatis parte 3 & ex hoc apud Michaelem Plodium lib.* I §.223 *Italice: ſed utrobique ſatis confuſe. Diſtinctius de utraque egit Sigiſmundus Ferrarius, de Rebus Hungaricæ Provinciæ parte* 2 *lib.* 2 *cap.* 35 *& ſequentibus, deducta earum genealogica linea, oſtendens quod prædictæ S. Eliſabethæ ex fratre quidem germano ſuo Belæ proneptis fuerit* ſoror Eliſabetha, *Stephani* IV *filia, in monaſterio inſulæ S. Mariæ profeſſa, quæ anno ætatis ſuæ* XXV, *Chriſti* MCCLXX *teſtimonium dixit de eximia ſanctitate B. Margaretæ amitæ ſuæ, in eodem Ordine defunctæ, incertum quamdiu poſtea ſuperſtes; quodque* altera ſoror Eliſabetha, *ex alio ſed non germano S. Eliſabethæ fratre Stephano fuerit filia Andreæ III; verum ubi vixerit & quam ſancte, omnino ignoravit; hoc ſolum de ea proferens, quod Fr. Georgius Eppius Wimpinenſis, in libro de perſonis utriuſque ſexus illuſtribus Ordinis Prædicatorum, ſic ſcripſit.* Eliſabeth, filia Andreæ Regis Ungarorum illuſtriſſimi, vita, religione, virtutibus, & miraculis præclariſſima. Sicut enim lucerna ſplendens ſuper candelabrum, ita hæc in congregatione Sororum ſingulariter radiavit exemplis eximiæ ſanctitatis. Habebat hanc gratiam, tam apud Deum quam apud Sorores, quam mirabantur valde, & intuebantur vultum ejus tamquam vultum Angeli ſtantis inter illas. Peracto demum laudabiliter vitæ ſuæ curſu, in pace in id ipſum obdormivit, ſtolam immortalitatis accipiens à Domino Jeſu Chriſto, ſepultaque honorifice anno Domini MCCCXXXVI.

cum ſynonyma cognata tum ab aliis

B

tum à Georgio Eppio laudata.

2 *Cetera, quæ de hac Eliſabetha ignorarunt auctores prænominati, in lucem protulit Henricus Murerus Lucernenſis, Carthuſiæ Ittingenſis profeſſus, in Helvetia Sancta, vitam ejus Germanice reddens ex vulgari Helvetico, quo Thoſani monaſterii Chronicon quædam Sanctimonialis conſcripſit. Chronicon in monaſterio Wilenſi S. Catharinæ, Abbati S. Galli ſubjecto Murerus reperit; unde ipſum quoque rogatu meo petiit & impetravit Conſtantienſis noſtri Collegii anno* MDCLXXVII *Rector R. P. Melchior Balthaſar: & Mureri verſionem cum ipſo conferens, eam omnino fidelem atteſtatus, non exiſtimavit operæ pretium, ipſum vulgarem contextum tranſcribere, ad Latinam verſionem ex eo immediate curandam. Fuiſſet hoc quidem noſtri operis inſtituto congruentius, quo intellecto voluiſſet idem Pater interpretandi laborem in ſe ſuſcipere, quia nemo forte alius aut linguam aut characterem legere potuiſſet: ſed graves quædam interceſſerant cauſæ, ob quas reſtitutus jam monaſterio Wilenſi codex haud facile potuit poſtea repeti: quare acquieſcendum hic mihi fuit, & Mureri contextus, ſub tam fideli teſte probatus, exhibendus Latine.*

Vita ex Chronico Thoſano acceptâ à Murero,

C

3 *Ab hoc*, Sancta Eliſabetha Virgo & Regina, *ex uſu perpetuo Thoſani, in quo vixit, monaſterii appellatur.* Regina *quidem dici vivens noluit, dicta eſt tamen conſtanter poſt mortem, ab aliis Thoſanum monaſterium incolentibus aut viſendi ſepulcri cauſa eo adventantibus, utpote Regis filia, nec* Regina *tantum, ſed* Sancta Regina: *manetque hic tumulo honos, etiam apud hæreticos Zwinglianos, qui monaſterium Thoſanum poſſident; ipſamque S. Eliſabethæ tumbam, ex vivo lapide ſtructam, hactenus ſervant inviolatam; creduntque ejus corpus in eo contineri, nullo quod contrarium ſuadeat argumento in lapidibus apparente. Plura venerationis antiquæ ſigna temporis edacitas & hæreſeon inundatio nobis invidit. Neque olim tantæ ſanctitatis fama longe extra Helvetiam ſe diffudit, quo factum ut ipſi Ordinis ſcriptores exteri de ea nihil fere inaudierint. Quare continebo me intra titulum* Beatæ, *quem facile probabit ipſe hæreticorum hujus temporis de ea ſenſus. Annum mortis notabo* MCCCXXXVIII, *Murerum ſecutus: qui anno* MCCXCVII *natam, ætatis anno* XIII *profeſſam,* XLI *defunctam ſcripſit, certiori, ut credimus, auctoritate informatus.*

& ſepulcri honor adhuc ſuperſtes.

E

VITA
Ex Germanico Henrici Mureri.

CAPUT I.

Regia Eliſabethæ proſapia. Vitæ religioſæ initia.

S. Eliſabethæ pater Andreas 2

1 CIrca annum Domini MCC, Hungariæ Rex præerat Andreas, ejus nominis ſecundus: qui ex prima ſua uxore Gertrude, Bertholdi Meraniæ Ducis filia, ſuſtulit ſanctam lateque celebrem Eliſabetham, Thuringiæ & Haſſiæ Landgraviam, cujus in caſta viduitate conſummatæ feſtus dies agitur XIX Novembris. Idem Andreas ſecundis nuptiis, cum Beatrice Aldobrandini Marchionis Eſtenſis filia *a* contractis, obiit anno MCCXXVIII relicta uxore gravida: quæ in patriam regreſſa ibidem filium peperit, Stephanum nomine. Hic adultus conjugem accepit ex Veneta Maurocenorum nobilitate Thomaſſinam: quæ non ſolum ingentem ei dotem attulit, ſed etiam filium heredem peperit, quem Stephanus à patris ſui nomine voluit Andream dici. Huic cognomen Veneti adhæſit, quod apud Venetos natus & educatus, regionem illam ſingulariter dilexit, etiam poſtquam avitum regnum *b* obtinuit; quod patruelis ſuus Ladiſlaus amiſerat anno MCCXC, propter inſolentiam exoſus ſuis, ideoque ab eis vita ſimul & principatu orbatus, ſuccedente Andrea, quem diximus Tertio; qui Albæ coronatus, regnum laudabiliter tenuit; populoque & proceribus carus, inſignibus contra inimicos victoriis illuſtravit.

per ſecundas nuptias avus Andreæ 3 a

F

b

proavus hujus B. Eliſabethæ

2 Huic uxor obtigit Fenna nomine, nata Siciliæ *c* Regina; eique filiolam unicam peperit Budæ in Hungaria, quam à nomine Sanctæ ſuæ proamitæ Eliſabetham in ſacro baptiſmi ſalutaris lavacro dicere placuit, in omen futuræ virtutis, qua electam ſibi ſponſam ornaturus erat fidelis Deus. Ipſo quo hæc nata eſt tempore, anno ſcilicet MCCXCVII, Budæ adfuit honeſtus quidam Conſtantienſis civis, Thoſani cœnobii Defenſor, qui duas ex filiabus ſuis neptes in eodem

c

natæ an. 1297.

EXGERM. MURERI. habebat monaſterio. Hic narravit quomodo ad argumentum & augmentum publicæ propter Principem natam lætitiæ, ex omnibus Budenſis urbis turribus vini fontes fluxerint, unde cuivis volenti miniſtrabatur gratis: quodque omnes ſimul campanæ pulſatæ fuerint, Principibus regni totaque nobilitate gratulandi cauſa ad aulam properantibus.

in Alberti Rom. Regis aulâ educata

3 Mortua poſt aliquod ab inde tempus Fenna, Andreas Rex ſecundam accepit uxorem Agnetem, filiam Alberti Auſtriaci Romanorum Regis: quæ cum aliquamdiu in Hungaria vixiſſet, obtinuit à Domino ſuo Rege & marito, ut cum bona ejus gratia Eliſabetham privignam ducere Viennam poſſet, ibi inter fratris ſui liberos educandam. Poſtquam vero Andreas Rex anno MCCCI, ſui regni XI, Budæ obiit, apud Fratres Minores ſepultus; relicta ejus Agnes Proceribus perſuaſit, ut Eliſabetha deſponderetur Henrico *d* Duci Auſtriæ fratri ſuo, tranſ-

d *& filio Henrico in pueritia deſponſa;*

ſcripta in ipſam dote propria, quæ ad trecenta Hungaricorum millia numerabatur. Sub hæc anno MCCCVIII 1 Maji apud Vindoniſſam caſtrum Helvetiæ ad Ruſſam, cæſus eſt Rex Albertus, pater Agnetis,

e

à fratris ſui filio *e* Joanne; cujus mortem ultura Regina cum ſua privigna in Hungariam rediit: neque

B

ſolum cum fratribus ſuis Auſtriæ Ducibus perſecuta eſt reos cædis, ſed eorum etiam viduas liberoſque innoxios & conſanguineos pleroſque in mortem tradidit, terras autem & caſtella eorumdum incendiis populationibuſque vaſtavit. Super quibus malis tantoque effuſo ſanguine graviter tandem compuncta

quam noverca Agnes monaſterio deſtinans,

Eliſabeth eſt, nec minus Regina ejus noverca: communiſque pœnitudinis conſilio, reſtaurarunt Koninxfeldenſe monaſterium. Sperabat autem Agnes futurum ut Eliſabetha privigna induceret animum iſtic cum ipſa manere & ſtatum religioſum amplecti: verum eum locus ei non ſatis placeret, permiſſum eſt ut in Suevia inter confœderatos eligeret cœnobium, in quo ſervire Deo & vitam finire vellet. Eliſabeth autem declaravit, non aliud ſe velle ingredi quam Thoſanum in Turgovia, prope Winterthurnam.

volentè monaſterio Thoſano offert,

4 Annum ætatis agebat decimum tertium virgo regia, quando ante novæ eccleſiæ altare præcipuum, ſacrum Prædicatorii Ordinis habitum prima ſumpſit: quod altare poſtea dedicatum fuit in honorem Annuntiationis Marianæ Sanctæque Eliſabeth Turingorum Landgraviæ: eumque in eo habitu hebdomades quindecim abſolviſſet, in omni obſervantia,

C

obedientia, & humilitate, qualem Ordinis rationes exigunt; mandavit Sororibus Domina Agnes, ut ipſam ad religioſam profeſſionem ſuſciperent. Cui

ibique profeſſam

cum vehementius inſtanti negare nihil Sorores poſſent, conſenſerunt tandem ut Profeſſionem emitteret Eliſabeth, prout lubens volenſque fecit. Cognito enim novercæ erga ſe animo, à quo non magnum poſſet ſperare auxilium ſolatiumve, averſari mundum & fallaciam creaturarum cœpit generoſius, ſuumque amorem omnem convertit ad Dominum & Salvatorem, cui ſe per vota religioſa obligabat.

5 Hic ei Regina Agnes magiſtram & inſtructricem præpoſuit Friburgenſem quamdã ſanctimonialem ex Briſgovia, acceptam à monaſterio S. Catherinæ in Wura *f* cognominato: quæ Buſnangenſi

f

familia orta, erat Rudolphi Habſpurgii ex ſorore *g* neptis. Hæc cum ſevero admodum eſſet ingenio, haud parum dure Eliſabetham tractabat, adeo ut Sorores ceteræ vehementer compaterentur puellæ. Eodem fere tempore beata mater & fundatrix monaſterii Witichenſis, Ordinis S. Franciſci in Valle Kitzingenſi, Luidgardis, Koninxfeldiam venit ad Hungarorum Reginam Agnetem, ut cum ea ageret de opportunis monaſteriolo novo ſubſidiis confir-

cognata ſua inſtruẽdam tradit.

g

mationeque Pontificia eidem impetranda: quæ cum apud Reginam menſæ aſſideret, ſub ipſa refectione divino ſpiritu afflata cum lacrymis atque ſuſpiriis dixit, eadem hora comburi monaſteriolum ſuum. Ad quod Regina, ſi monaſteriolum ardet, inquit, ẽgo tibi monaſterium erigam. Neque minus fecit quam dixit: evaſit enim ad magnam amplitudinem Witikenſe *h* cœnobium, & ſanctarum virginum numero auctum, ſtabilitum etiam eſt reditibus amplis, ex Pontano *i* in Exgovia oppido per jam dictæ Reginæ donationem percipiendis.

D

h

i

hæc ab Henrico Auſtrio ad nuptias ſolicitata.

6 Non multum à memorata Eliſabethæ profeſſione temporis effluxerat, quando Dux Auſtriæ Henricus in has partes venit, eo conſilio ut deſtinatam ſibi pridem ſponſam, uxorem acciperet. Cum igitur eamdem præter opinionem ſuam videret, ſacro velo præpropere donatam ac Deo conſecratam; adeo vehementer excanduit, ut detractum è capite illius velum conculcarit pedibus; deinde ad blanditias converſus, niſus eidem eſt perſuadere ut poſthabita nova profeſſione ſecum in Auſtriam rediret, ſibique conjux eſſe vellet. Ad hæc

poſt conſultum per preces Deum

reſponſura Eliſabeth deliberandi ſpatium poposcit, rectaque ad eccleſiam ſe conferens proſtravit corpus ante Venerabile Sacramentum, auxiliumque & vires petiit cum divinæ circa ſe voluntatis declaratione, unde cognoſceret, quid agere, quid omittere deberet. Neque enim leve animo ejus offerebatur certamen, dum conſiderabat ſe patris ſui eſſe heredem unicam, excuſabileſque videri nuptias, cum quibus ipſa regni pacem ſtabiliret, ipſum ſibi vindicando, pro quo alias exſtituræ *k* eſſent graves

E

k

diſſenſiones & bella inter competitores cruenta.

vehemen-temque lu-ctam

7 Vehemens enimvero hic erat hoſtis fraudulenti inſultus: fortior tamen intus urgebat gratia, per quam interius audiebat loquentem ſibi Deum, intelligebatque voluntatis ejus eſſe, ut in arrepta ſemel vitæ religioſæ forma perſeveraret, abjectis ſeculi pompis & deliciis omnibus; neque ſe pateretur à Sponſo cæleſti ullatenus ſeparari, ſed æternam mercedem ab eo ſibi præſtandam expectaret. Inde deliquium paſſa, quaſi ſi anima jam jam eſſet ſeparanda à corpore, multum per os nareſque emiſit ſanguinem, & ſimul omnem ſecularem amorem à corde. Sibi autem reddita & ad Ducem reverſa,

ſeipſam & mundum vincit.

negavit, quod Deo jam ſemel deſponſa, datam ei fidem poſſet violare, propter amorem mortalis hominis: omninoque decretum ſibi eſſe dixit, vitam finire in humili obedientia, paupertate voluntaria

F

& caſtitate perpetua. Abiit his auditis indignabundus Dux: Eliſabetha vero, poſt ejuſmodi pugnam relatamque victoriam, toto corde ſeſe vertit ad ſponſum ſuum Chriſtum, virgineum ſuum corpus & florem ætatis eidem novo voto dedicans: quod annis deinceps viginti octo ſervavit in omni caſtimonia, ita ut nullum unquam verbum ab ejus ore prodiiſſe auditum ſit quod ei vel minimum adverſaretur; nihilque ejuſmodi ad aures oculoſve admitteret, velut Angelo ſimilis nihil haberet cum carne commune.

ANNOTATA.

a *De hoc* Andreæ *matrimonio fuſe agit Bonfinius initio lib. 9 Rerum Hungariæ.*

b *Eodem Bonfinio teſte, matris inſignia uſurpavit potius quam patris, addito ſolum Crucis circulo, ut à ceteris Maurocenis dignoſceretur.*

c *Filia veroſimiliter Manfredi nothi, tyranni potius dicendi quam Regis, quem invita Apoſtolica Sede incubantem Siciliæ, Caroli Andegavenſis milites an. 1266 tandem vita ac regno privarunt. Vxor huic fuit Beatrix, ex*

A *ex qua Conſtantiam natam Petro Aragonio junxit, ut partes ſuas firmaret an.*1262: *quidni eodem conſilio filiam alteram, quamvis de ea alibi legamus nihil, Andreæ Regi Hungariæ?*

d *Fuit* Henricus *Alberti Regis filius, cognomento* Placidus, *ſolo titulo fratribus communi ex horum temporum uſu* Dux Auſtriæ: *rem enim & titulum gerebat primogenitus* Fridericus, *qui anno* 1314 *electus Imperator utrumque ceſſit tertio ſuo fratri* Leopoldo: *nam ſecundo genitus* Rudolfus *Bohemiæ Rex anno* 1308 *obierat.*

e *De cæde* Alberti *videndus Hagecius in Chronica Bohemiæ ad an.*1308 *ubi complices nominantur Rudolphus Vratenſis Comes & Vlricus Palmenſis: erat autem* Joannes, *filius Rudolphi Sueviæ Ducis & Landgravii Alſatiæ, altero poſt Alberti cædem menſe defuncti; & profugus in Italiam factique pœnitens, anno* 1313 *Piſis monachus obiit.*

f *Ita appellari videtur Friburgenſe trans Thiſam ſuburbium, in qua hoc monaſterium ſitum eſt.*

g Rodulpho *Imperatori ſorores duas aſſignat Bucelinus tom.*1 *Genealogicæ notitiæ Germaniæ,* Eliſabetham *Friderico Comiti Zollerenſi,* & Bertham *Otthoni Baroni Ochſenſteinio nuptas: habuit fortaſſe præter has alteram Buſnangiæ familiæ innuptam: nobili certe & antiquæ: nam inter eos qui equeſtribus Ludis ſub Henrico* 6 *Norimbergæ celebratis an.*1198 *interfuerunt, numeratur* Baro Buſnangius.

B h *Nulla hujus monaſterii, quod mirum, notitia apud Waddingum, nec* Luidgardis *fundatricis apud Arturum.*

i Pontanum oppidum *vulgo* Bruck, *ſuper Aram fluvium, Baſileenſi ditioni ex Argovia ſe inferentem. Huic proxime adjacet* Koninxfeldenſe *ſæpe nominatum monaſterium, & ab hoc verſus Orientem unius diei itinere diſtat* Thoſanum: *leucis porro dumtaxat duabus à* Pontano oppido *diſtant* Badenæ Argoviæ, *quarum infra num.* 10 *fit mentio, & unde ad novercam viſendam dicitur Koninxfeldiam Eliſabeth excurriſſe. Aſt ut* Einſidlenſe *monaſterium adiret, excurrendum longe majori ſpatio in meridiem fuit: abeſt enim Ponte hoc monaſterium horis minimum viginti.*

k *Diu quidem de ſucceſſione certatum fuit inter Ladiſlaum Tranſilvanum & Carolum Caroli Regis Siciliæ filium, uti fuſe explicat Bonfinius lib.*9: *ſed eo tempore quo ſanctimonialem profeſſa erat Eliſabetha circa an.*1310 *ſolus ſine æmulo regnabat Carolus: neque in electitium Vngariæ regnum jus ullum erat Eliſabethæ, licet unicæ patris ſuæ heredi. Dubitare tamen poterat Virgo de ſuæ profeſſionis obligatione, quam ſuſceperat ætate non tantum immatura, ſed ante legitimum tempus probationis nondum expleto menſe quarto ab aſſumpto habitu.*

C

CAPUT II.

Religioſæ virtutes B. Eliſabethæ, divinis favoribus muneratæ.

Frequenter ſolita confiteri,

8 INternam porro cordis animique munditiam diligenti ſervabat cuſtodia, omnem actum ac cogitatum conſiderate diſponens: neque tamen ideo minus frequenti utebatur confeſſione levium noxarum atque defectuum: ſed ad eam magna cum contritione attentioneque præparabatur, frequentius etiam quam præcipiebat Regula ſacro ſeſe ſiſtens tribunali, patrique ſuo ſpirituali magno cum candore aperiens quidquid animum gravare videbatur. Accidit autem ut alius quiſpiam ejuſdem Ordinis Confeſſarius Thoſam veniret, Sororum auditurus Confeſſiones; cui cum ſimiliter ipſos internos ſuos cruciatus manifeſtaret, quæſivit ille quænam eſſet; & reſpondente virgine ſeſe ſororem Eliſabetham à Buda vocari; iſte ut erat ingenio aſper & moribus inculcatus: Digna es enimvero, inquit, ut laboribus exercitam & cruciabilem vitam agas, quæ ad haſce miſerias à tam longinqua regione veniſti. Tam inſulſum inſperatumque reſponſum animum ejus vehementer pupugit: quare à confeſſionali recta ad Chorum ſe conferens, ibi coram venerabili Sacramento cor ſuum effudit, & ſolamen petiit à Sponſo cæleſti, quod apud ſui Ordinis Confeſſarios non inveniebat. Ille vero poſtea intelligens ipſam eſſe Reginam, magna compunctus eſt pœnitudine quod adeo inhumaniter ipſam fuiſſet allocutus, ſuæque ruſticitatis veniam ab eadem humiliter petiit & facile impetravit. Ad certiorem porro internæ puritatis cuſtodiam conſueverat annis ſingulis multa cum præparatione, contritione & humilitate, quaſi peccatricum omnium prima foret, generalem inſtituere confeſſionem: quod ejus exemplo ceteræ quoque ſorores deinceps fecerunt. EXGERM. MURERI. *inurbanum confeſſarii patienter ſuſtinet.* *confitetur quot annis generaliter:*

9 Sancti Patris Dominici Regulam & Conſtitutiones obſervabat diligentiſſime & perfectiſſime, magna cum obedientia parens Prælatis & Superioribus ſuis, juxta illud Bernardi, Perfecte ſpiritualis & obediens non præſtolatur Prælati imperium, ſed præparatam habet aurem auditui, linguam ſermoni, pedem viæ, manum operi: ſeque intus excitat ſtimulatque ad Superioris juſſu complenda. Vera humilitas & liberalis miſericordia, perpetuas apud ſanctam hanc Reginam habebant ſedes: nullumque tam abjectum aut vile miniſterium erat, quod non exequeretur promptiſſimo animo; doleretque ſi ipſum ſibi præceptum videret ab aliis, ſeque ut Reginam honorari: nolebat enim pluris fieri quam ceteræ, aut in aliquo eximia haberi. Itaque Sorores ipſa præveniens præſtolabatur in refectorio, cibos inferebat menſæ, referebatque ad culinam lances vacuas: cum autem ipſamet accumberet menſæ, volebat ut promiſcue ſecum omnes, juniores æque ac ſeniores, ex eadem lance comederent; quod ſi id aliqua excuſaret præ reverentia, contemni ſeſe exiſtimabat. *perfectæ obedientiæ* E *& humilitatis exemplo prælucet:*

10 Quæ totis viginti quatuor annis culinæ præfuit Soror teſtatur, quod numquam Eliſabetha queſta ſit de aliquo ciborum defectu, neque ſibi vel ſanæ vel ægræ paſſa ſit miniſtrari quidpiam, quod non eſſet toti Conventui commune. Porro in Capitulo coram Domina Prioriſſa ſuas culpas ipſa quam humillime confitens, cunctis prælucebat humilitatis exemplo. Elucebat in eâdem generoſa beneficentia animuſque erga afflictas aut ægras ſorores compaſſionis pleniſſimus, cum aliarum cruciatus & dolores æſtimaret ut proprios, omnibus conſilio & opere præſto eſſet, amanter inviſeret, mediaque opportuna ad eaſdem ſublevandas ſolerter ſuggereret. Raro aut forte numquam ab ea diſceſſit quiſpiam petito conſilio & ſolatio vacuus, ſive ex ſeculari eſſet ſeu eccleſiaſtico ordine: quando autem mœrentes Sorores non poterat reipſa ſolari, faciebat id ſermonibus exhortatoriis ad patientiam & caritate refertis. *item temperantiæ,* F *miſericordiæ,*

11 Omnium tamen virtutum ejus præcipua videbatur religioſa paupertas, & veluti fundamentum ceterarum; cum non ſolum eſſet reipſa pauper, quam extreme neceſſaria quandoque deficiebant, ſed nec habere quidquam vellet, qui perfectæ paupertatis gradus ſupremus eſt. Contigit aliquando, ut viſitanti ſe novercæ, Dominæ Agneti Reginæ, ipſa occurreret Thoſæ in tunica detrita laceraque: quod cum illa notaſſet, & amanter queribunda diceret; Numquid te pudet, filia cariſſima, iſto in habitu circumire, quæ es Ungariæ Regis filia? nihil his *paupertatis,*

EXGERM. MURERI. *in veſtitu*

mota Eliſabeth ſuam amabat conſervabatque paupertatem, gaudens quia Thoſanum monaſterium non amplius haberet quam triginta ſolidos annui reditus. Sed acceſſit mox piorum quorumdam ex Auſtria liberalitate, & ipſius Eliſabethæ intuitu, prædium Oeringenſe, frumenti modios quadraginta quoad illa viveret præſtiturum. In cubicello ejus aliud videre non erat quam ſimplicem Crucifixum, nullo auro, nullo argento ornatum; ſaccumque ſtramineum cum vili opertorio lodicibuſque, cetera vero utenſilia plebeja & lignea, ipſam decentia & ſpirantia paupertatem. Verum quanto temporalibus rebus pauperius monaſteriolum erat, tantum abundabat verioribus virtutum & ſanctimoniæ opibus; quarum ſumma erat ipſa Regina, inter Sorores excellens velut Lucifer inter ceteras ſtellas.

& cella.

Orationis fervore rapta ſæpe invenitur,

12 Fervor orationis tantus in ea erat, ut omnis pene illius actio, continua videretur oratio: in Choro tamen imprimis erat ſedula & attenta ad cantum horarum ſeptem Canonicarum, à quibus numquam abeſſe ſuſtinuit, nec ægra quidem, niſi extrema neceſſitas invitam prohiberet. Sæpius autem inventa eſt intra eccleſiam rapta in ſpiritu, quandoque etiam ad cubiti altitudinem ſublevata de terra, quandoque ſic defecta viribus ut inter manus eſſet deportanda ad cellam. Huic tam attentæ orationi jungebat corporis macerandi nihilo remiſſius ſtudium, quamvis eo plerumque infirmo & debili uteretur, propter crebros ejus morbos: unde Sororibus ſuis magnæ erat admirationi, hinc æſtimantibus, quam ſingulari gratia divinitus eſſet prævenita. Sanctæ D.N. Jeſu Chriſti paſſioni quotidie meditandæ afficiebatur tenerrime: ipſo autem die Veneris ſancto in illius honorem cum ſummæ humilitatis affectu, quadringentas faciebat inclinationes corporis, additis ad ſingulas orationibus piis, eodemque die neque vinum neque aquam guſtabat. Similiter in Adventu Dominico conſuetudinem ſibi fecerat per eumdem partiendi ſepties mille ſalutationes Angelicas cum totidem inclinationibus, in honorem ejus temporis, quo in caſtiſſimo Virginis Matris utero Salvator manſit. Cum autem tranſiſſet vigilia Nativitatis Dominicæ, circa Matutini officii tempus abdebat ſeſe in ſecretum aliquem locum, ut millies Salutationem Angelicam iteraret, in honorem pueri recens nati, cum attenta myſterii tanti conſideratione. Deiparam præterea tenerrimo honorabat affectu, ejuſque feſtivitates quam devotiſſime celebrabat, præſertim Annuntiationis diem, commemorans illius lucis gaudia & honorem.

B

Paſſionis & Incarnationis myſteriis pie affi-citur.

C

ſolitudinis ſtudioſa,

13 Si quando Sorores juniores accedebant Eliſabetham, ut ſpiritualibus ejus exercitiis communicantes lenimen aliquod afferrent ejus doloribus & cruciatibus; blande eas à ſe dimittens dicebat: Eſt mihi, Filiolæ, quod diſponam in mundo altero, ut cum iſtuc advenero, inveniam ubi maneam: & hoc dicto ad orationem ſeſe recipiebat. Die autem quadam accidit ut ex ſenioribus una Eliſabetham quæreret, negotii alicujus cum ea communicandi cauſa: qua non inventa in monaſterio, abiit ad chorum, ibique Sororem quamdam humi jacentem reperit ante imaginem B. Mariæ Virginis: quam dum non agnoſcens conſiderat (erat autem ipſa Eliſabetha) vidit eamdem cubito uno elevari à terra. Aliquanto poſt viſione prædictam deſcendit venerabilis Regina ad prædictam Sororem, ibidem præſtolantem; quæ una cum ipſa ſimul choro egrediens, eumdem poſt ſe diligenter claſit, ita ut nemo ingredi vel egredi poſſet: ac paulo poſt eodem rediens cum lumine, & neminem in choro reperiens, firmiter credidit, raptus illius gratiam Eliſabethæ factam fuiſſe, quando præter ipſam nulla iſtic fuerat.

inter orandū elevatur à terra.

14 Devota quædam Soror vidit aliquando per ſomnum beatam Reginam, & Sorores nonnullas ejuſdem monaſterii, quarum ſingulæ geſtabant manibus lancem ligneam & Officii Mariani Matutinum recitabant: ad ſingula autem recitati Officii verba, decidebant ab ore earum in dictam lancem totidem margaritæ, quot verba pronuntiabantur: ab ore autem Eliſabethæ ad verba ſingula prodibant grandiores uniones duo. Ex quo ſigno Soror illa cognovit, cum quanto majori attentione & devotione illa oraret. Solebat autem quavis nocte ad primum Matutini ſignum ſurgere, & Officii Mariani Matutinum recitare.

D

oſtenditur gemmas ore fundens,

15 Diverſo tempore obierant perſonæ duæ, quæ cum viverent B. Eliſabethæ moleſtiam creaverant? hæ tribus Sanctimonialibus apparentes ſuppliciter rogarunt, ut ſuo nomine proſtratæ in terram veniam poſcerent ab Eliſabetha, propter injurias eidem factas; eamque rogarent ut pro ipſis intercedens apud Deum, aditum eis ad gaudia æterna aperiret. Neque hic finis fuit: iſtarum enim animarum altera Sorori tertiæ denuo apparuit, ſignificavitque non poſſe ſe ad requiem ingredi, priuſquam ab ipſamet Regina veniam petiviſſet. Cui cum Soror illa reſponderet id modo fieri non poſſe, eo quod Regina graviter ægrotaret, neque tunc pro ea poſſet orare; reſpondit anima, non ante tamen ſeſe ſalvandam. Poſtea autem faſſa Sorori iſti Eliſabeth ipſa eſt, quod ſibi in choro orationem facienti anima illa apparuerit; ab eaque ſuppliciter auxilium poſtularit, per quod in æternam beatitudinem admitteretur.

orat pro defunctis à quibus fuerat injurias paſſa.

E

16 Femina paupercula, haud procul Thoſa habitans, annis totis quadraginta brachium manumque habuerat paralyſi impeditam & nulli operi utilem. Poſt annos autem plurimos audivit vocem dicentem ſibi: Vade ad Reginam Hungariæ, eamque roga ut manum tuam tangat, ita ſanitatem conſequeris. Somnium id eſſe credidit mulier, nec magni fecit. Nocte poſtera vocem eamdem diſtincte audivit dicentem, Vade ad Reginam Ungariæ. Tunc illa cœpit intra ſe cogitare quomodo in Ungariam itura eſſet, via tam longa & ſibi ignota; neque enim ſciebat Reginam Thoſæ morari. Tertia igitur nocte iterum eadem vox inſonuit dicens: Ito ad Reginam Hungariæ, quæ in Thoſano cœnobio habitat: hæc te ſanabit. Mane facto feſtinavit ad Thoſam paupercula: & iis quæ ſibi contigerant enarratis, petiit ad conſpectum Reginæ adduci. Hæc vero, ut erat ætate ac profeſſione juvenis, mente humilis, expavit ad nuntium, virtute vacuam ſeſe & tali gratia indignam aſſerens. Victa tamen Sororum intercedentium precibus ad mulierem acceſſit, ipſamque amplexa oravit Deum, ut pro magnitudine fidei quam præferebat eidem ſuccurreret. Et ecce rediit ad brachium ac manum vigor priſtinus: neque multum temporis abiit quin rediret curata integre mulier, offerens in gratiarum actionem monaſterio reculas quaſdam, ſuis manibus elaboratas.

paralyticam ad ſe divinitus miſſā

F

amplexu ſanat.

17 Quodam tempore pomarium monaſterii ingreſſa Eliſabeth cum una ex Sororibus, aëris captandi cauſa, & hac illacque obambulans, venit ad domunculam, ubi aquæ roſaceæ aliiſque ſimilibus diſtillandis fornacem accenſam habebant ancillæ, ad varios uſus infirmarum Sororum. Ipſam autem inſpicientes domunculam, quæ tota lignea erat, viderunt in ea ardere omnia, neminemque adeſſe qui poſſet flammam reſtinguere. Dixit ergo Soror Eliſabethæ comes, Ibo & auxilium reſtinguendis flammis convocabo. Cui Eliſabeth, Prius, inquit, quam id feceris tota in cineres abierit domuncula: ipſæ feramus auxilium quod poſſumus. Nullum ibi tunc forte aderat idoneum aquæ hauriendæ vas: ergo

incendium aquæ modiciſſimæ reſtinguit.

A ergo ſemiuſtum ante pedes vannum, qui portandis carbonibus dumtaxat utilis erat, manibus corripit Regina, nequidquam obluctante Sorore, dicenteque impoſſibile eſſe ut perforatus vannus aquam teneret. Evicit nihilominus Eliſabethæ fides, & fideliter credēs quod nihil apud Deum impoſſibile ſit, acceſſit ad aquam, eaque implevit pertuſum vannum, ad domumculam attulit, & gliſcentes flammas fide potius ſua quam aqua illa tantilla reſtinxit.

CAPUT III.

Morbi patienter tolerati ab Eliſabetha: pia mors, elevatio, miracula.

Patienter fert ſubtractam ſibi à noverca hereditatem,

18 EXplicandum præterea eſt quas cruces, infirmitates, atque dolores in vita ſua ſuſtinuerit Eliſabetha: has enim ei Chriſtus velut ſponſalitias arrhas donavit, quibus eam ſibi obſtringeret fortius, & oculis ſuis efficeret gratiorem. In his numerari jure poſſet paupertas ab ea tolerata, totis illis viginti quatuor annis quibus in ordine vixit, cum in
B monaſteriolo arctiſſima eſſent omnia, & qui auxilium ferre poſſent amici ac conſanguinei procul: noverca autem Domina Agnes rigida & auſtera erga privignam, cujus hereditatem univerſam ab Andrea Rege relictam poſſidens, parum ex ea reliquerat filiæ, ipſi autem monaſterio etiam minus uſque poſt obitum Eliſabethæ, ſicut deinde intelligetur. Verum hac prætermiſſa tolerantiæ jugis & perpetuæ materia, ad alia magis particularia tranſeo.

ſæque ab ea dimitti indonatam;

19 Haud diu poſt ſuam profeſſionem Eliſabeth in gravem morbum decidit; cui curando balneorum uſum opportuniſſimum fore judicabant medici. Ergo cum bona Superiorum gratia Badenas in Argoviam ipſa, Sororibus quibuſdam comitata abiit: indeque poſt expletum tempus balneationi præſcriptum, Koninxfeldiam, ad viſitandam novercam ſuam D. Agnetem, & aliquam ibidem recreationem capiendam. Et oſtendit ei quidem D. Agnes theſauros atque clenodia, à Rege Andrea ſibi relicta: ſed ex omnibus nihil privignæ donavit, ac prorſus vacuam remiſit Badenas. Quæ deinde Tigurinum pagum ingreſſa ad Einſidlenſes ſeu Eremitas divertit, ubi tam à civitate quam à circumjecta nobilitate, regiam ejus perſonam venerante, multiplici honore eſt affecta. Hic reſpiravit illa primum
C à mœrore, in quam duritas novercalis ipſam conjecerat, præcipue autem in Einſidlenſi Deiparæ ſacello: ubi pro accepta divinitus conſolatione gratias agens, ſæpius faſſa eſt, quod abſque ea rurſum in morbum fuerit relapſura.

ad mortem ægra

20 Quatuor deinde annis à profeſſione iterum infirmitatem incurrit Eliſabetha, eamque gravem valde, & medicis (uti concorditer fatebantur omnes) prorſus ignotam: quare ipſis de vita ejus deſperantibus, & viribus indies deficientibus, opus fuit eam cuſtodiri diligenter. Duravit autem hic morbus à die Pentecoſtes uſque Novembrem & in feſtum proamitæ ejus S. Eliſabethæ. Intra quod tempus cum eam non corporis tantum vires ſed etiam intellectus deſtituiſſent, ipſo Sanctorum omnium feſto apparuit ei ſancta Regina ac Vidua Eliſabetha poſt Matutinas, confortans eam atque conſolando promittens, quod poſt dies quatuordecim melius ipſi foret; prius tamen multi adhuc cruciatus & dolores ſuſtinendi eſſent. Deinde capiti neptis ſuæ manum imponens Sancta, dixit hac parte ſanandam eam, ſuiſque ſenſibus reſtituendam: quod ita quidem factum eſt, ſed totius corporis dolores aucti magis magiſque.

viſitatur à S. Eliſabetha

21 Tandem decima nona Novembris vi dolorum intolerabilium compulſa ſurrexit de ſtrato, & curſim ad eccleſiam perrexit: ubi in choro ante altare deliquium patiens concidit, magnamque curantibus eam Sororibus ſolicitudinem attulit. Dum autem à Conventu decantarentur Veſperæ, convertit ſeſe infirma, oculos velut à profundo ſomno expergiſcens aperuit, ſeque omni dolore & cruciatu liberam ſenſit, nullo remanente morbi prioris indicio præter imbecillitatem quamdam. Hanc tam inſperatam curationem ſui ipſamet Sancta præterita nocte ante Matutinas prædixerat, ei tertium apparens promittenſque ipſo ſuæ feſtivitatis die tempore Veſperarum relevandam à morbo, ſuis precibus intercedentibus. Tunc Regina balneum ſibi parari juſſit, ſeque deinde in lectulum collocari: ubi indies magis magiſque convaleſcens, intra breve tempus ad chorum & refectorium deſcendere cum ceteris potuit atque Sororibus miniſtrare. Quamvis autem ceſſarit gravis ille morbus, & ſanitas pro majori parte reſtituta ſit ei; reliquias tamen illius aliquas ad finem uſque vitæ retinuit, ad quotidianæ patientiæ exercitium.

EX GERM. MURERI. *& ſubito curatur*

in illius feſto.

patitur quadriennio tertianam

22 Quarto ante beatum obitum anno advenit Eliſabethæ febris quartana, quæ corporis ejus vires immedicabiliter attrivit: videbaturque D. N. Jeſus
E Chriſtus ſuos omnes dolores cruciatus & pœnas cum hac ſua ſponſa partiri velle, quemadmodum ipſa ſæpius & ardenter poſtulaverat, cupiens ei conformari in omnibus, neque dubitans de patientiæ dono ſibi per eumdem communicando. Et vero tanta ei conceſſa eſt gratia ad omnia toleranda, ut nullum unquam puſillanimitatis aut tædii ſignum geſtu aut verbo monſtraverit. Extremis autem duobus annis magis emicuit patientiæ virtus, quando colicis doloribus vehementiſſimis afflicta, etiam membris omnibus facta eſt paralytica, adeo ut nulla in re ipſa ſe poſſet juvare, ſed etiam ad cibum ac potum ſumendum alieno miniſterio infantis inſtar egeret. Paralyſin ſecuta præmortuorum membrorum corruptio, adeo ut plagis ulceribuſque toto corpore oppleretur. Ita viſitata cruciataque dicebat ex intimo cordis affectu, Gratias tibi, Domine, quod ex tua voluntate membris cunctis totiuſque corporis uſu privata ſim: quemadmodum tu quoque in cruce fixus propter me, nullum membrorum tuorum potuiſti movere.

biennio dolores colicos & paralyſim

interim ſanitatem ejus manifeſtat energumenus:

23 In hac tolerantia cum annum integrum tranſegiſſet Eliſabet, videbatur pleriſque fieri ordine naturali non poſſe quin cito moreretur: interim vero contigit ut generis humani inimicus, per os energumeni loquens, fateri palam cogeretur, venerabilem Reginam ſingulariter à Deo electam fuiſſe, magnæque in cælis gloriæ deſtinatam: tanti etiam eſſe meriti, ut in hora tranſitus ſui Deum orando ingentem animarum prædam è purgatorii flammis ad cælum traheret, cum magno totius Curiæ ſupernæ gaudio. Placuit tamen Deo, ad gloriæ & coronæ quam ei parabat augmentum, ut dilecta ſibi ſponſa vitam adhuc uno anno produceret, inter cruciatus paralytici ac ſemiputridi corporis, cum magna tolerantia, humilitate & orationis inſtantia ſuſtinendos. Quadam autem nocte cum torqueretur vehemētius, & ambæ ad ejus cuſtodiam deputatæ Sorores indormiviſſent, ſubito lux ingens in cubiculo apparuit: ad quam exterrita illa curatricem ſuam inclamavit; quæ ægre expergefacta, rurſum præ laſſitudine longaque vigilia indormivit: quare nolens ei ulterius moleſta eſſe humillima Eliſabetha, quieſcere eam ſivit, expectans magno cum deſiderio diem. Dum autem ita jaceret orationi intenta, quæ in cubicello pendebat extincta lampas cælitus accenſa fuit, multoque clarius ſolito lumen dare cœpit; quo expergefacta

F

lampas apud decumbentem extincta, cælitus accenditur,

EXGERM. MURERI. gefacta curatrix obſtupuit: non tamen ex infirma elicere valuit unde lumen eſſet, vel quis ipſum accendiſſet.

ſalutato extremum Venerabili

24 Alia nocte cum ſimiliter curatrix ejus lapſa eſſet in ſomnum, ſenſit ſe Eliſabetha ſanam ac viribus tantis donatam, ut è lecto ſurgere, veſtes ſumere, ad chorum abire potuerit & ibi aliquanto temporis ſpatio coram venerabili orare. Inde autem ſilenter rediens lecto ſe repoſuit, nemine prorſus id obſervante aut ſciente, donec id ipſamet indicavit: quid autem in eccleſia exiſtenti fuerit revelatum noluit cuiquam indicare: ſed ſecum id in ſepulcrum intulit, neque amplius poſtea ad templum acceſſit.

ad mortem ſe componit,

Appropinquante vero exitus ſui tempore, integris adhuc ſenſibus utens, dixit: Nunc adeſt tempus, quo me convenit orando à Deo petere id quod communiter horrent homines, mortem ſcilicet qua ex hac valle lacrymarum transferar. Tunc extremis eccleſiæ Sacramentis muniri petiit: quibus ſingulari cum devotione & præparatione ſuſceptis, peractoque Officio in talibus uſitato, petiit aperiri ferneſtram, unde cælum poſſet intueri; oculoſque eo vertens, ita Deum alloqui cœpit.

B

Deoque animâ commendat

25 Domine Deus meus, Creator & Redemptor animæ meæ, idemque futurus remunerator, reſpice me oculis infinitæ miſericordiæ tuæ hodie, meque in patriam cæleſtem recipe ab hoc ærumnoſo ſeculo, per acerbiſſimam paſſionem ac mortem tuam: ſic enim ab hoc mundo diſcedo, quod non recorder quemquam conſanguineorum meorum vidiſſe, poſtquam ex regno paterno receſſi. Deinde ad Prioriſſam totumque Conventum verſa, gratias eis egit pro omni ſibi exhibito honore, beneficientia, cura, & patientia in ſuis infirmitatibus. Rurſumque internam ſuam orationem reſumens, auxilii divini præſentiam tacito cordis clamore invocabat, dum quieſcerent labia: atque ita animam reddidit Creatori die ſexta Maji, ætatis ſuæ anno quadrageſimo primo, annis omnino viginti octo in ſacro Prædicatorum Ordine tranſactis. Fuerat cum ſana eſſet ſtatura ſpectabili corporis, adeo ut exterior ſpecies Regii ſtemmatis celſitudinem indicaret; non minus quam internam animi manſuetudinem & humilitatem, ingentem vero erga Deum caritatem, vitæ rigor & diſciplina.

& reddit 6 Maji.

C

Noverca ad ſepulturam venienti apparet gloriosa.

26 Poſtquam Regina ſic feliciter è vita abiit, ingens exorta eſt lamentatio, non tantum apud Sorores & famulas, ſed apud omnes quotquot aliquam ejus habebant notitiam. Deinde corpus defunctæ ex conſuetudine Ordinis paratum ſepulturæ, ſupra terram ſervatum eſt in loco ſacro per octiduum, donec ejus noverca Regina Agnes Koninxfeldia Thoſam adveniret cum multo comitatu. Qua ibidem conſtituta atque lugente, apparuit eidem B. Eliſabeth ingenti cum ſplendore ac nive candidior, geminumque cubitum elata ſupra terram. Hanc ſpeciem, non Regina tantum, ſed etiam cubicularia ejus vidit; loquentis tamen vocem intelligere non potuit, quam ſola percipiebat illa; ſed quid ſibi à privigna dictum eſſet revelare nolens, ajebat, quæ inter ipſas acta eſſent ſecum commoritura. Poſtera die mane poſt exequiale officium, multis cum circumſtantium lacrymis, ſepulturæ datum eſt corpus Reginæ Eliſabethæ in ipſa eccleſia: Regina autem Agnes mœrens rediit Koninxfeldiam: ac deinde Thoſano monaſterio plurima beneficia atque ſubſidia contulit.

D

ſepelitur octava die corpus,

quod ſeptimo poſt mêſe refoſſum,

27 Triginta hebdomadæ poſt ſepulturam tranſierant, cum aliquibus viſum eſt convenire, ut ſublatum è terra Beatæ corpus & ligneo exemptum loculo ſupra terram altius elevaretur, in lapidea tumba, reſpectu eximiæ ſanctitatis ejus & proſapiæ regiæ. Refoſſum igitur ipſum eſt, poſcentibuſque Sororibus ut aperto ſarcophago videre illud adhuc ſemel poſſent, viſum eſt minime indulgendum, eo quod jam ante mortem fere conſumptum, poſt eam crederetur penitus computruiſſe. Aſt illæ, nihil ea ratione commotæ, viris digreſſis, ipſæmet aperuere loculum, & conſumptis veſtimentis corpus Reginæ integerrimum repererunt abſque ullo ulcerum priorum veſtigio, ſimulque etiam ſuaviſſimum perceperunt odorem: quo mirabiliter recreatæ, Deum magnifice collaudarunt. Tranſlatum deinde ſacrum corpus eſt in lapideam, uti dixi, tumbam aliquanto elevatam à terra: ſupraque ipſam erectæ quatuor Euangeliſtarum ſtatuæ, quorum media utrimque ſpectantur Hungarici regni inſignia, abſque ulla ſepulcrali inſcriptione vel titulo.

reperitur integrum & transfertur.

E

ad ejus tumbam ſanantur infirmæ Sorores duæ.

28 Porro brevitatis nobis propoſitæ memores tria hic dumtaxat attexam miracula, fidelis famulæ interceſſioni conceſſa à Deo; quibus appareat, non tantum in vita, ſed poſt mortem quoque ſignis & prodigiis claruiſſe B. Eliſabetham. Thoſanarum Sororum una, multis afflicta infirmitatibus, eo die qui juxta laudabilem Chriſtianorum uſum trigeſimus ab ejus depoſitione recolebatur, ſupra modum aggravatam ſe ſentiens, ad beatæ Reginæ tumulum adrepſit, certo confidens inde ſibi auxilium proventurum. Neque vana ea fiducia fuit: cum enim voviſſet, ſi ſanaretur, quotidie eumdem tumulum per annum integrum viſitare, ab omni infirmitate liberatam ſe fuiſſe teſtata eſt. Simili voto obſtringens ſeſe Sororum altera, febri laborans tertiana, quæ vires ei omnes attriverat; haud diu poſt à febri libera, priſtinum corporis robur recepit. Tertia per ſomnium viſa ſibi inter conſidentes in choro Sorores conſediſſe,

F

alia in viſione audit vitam legi.

ibique videre ingredientes multos venerabiles viros ſuperpelliceis & ornamentis Leviticis indutos, quorum medius venerabilior aſpectu & habitu Epiſcopus librum geſtabat: ex quo, poſtquam coram Venerabili Sacramento ante aram conſtitit, converſus ad Sorores legere cœpit vitam Beatæ Eliſabethæ & mirabilia Dei opera circa eam, quomodo ea hic deſcripta ſunt, aliaque plura prætermiſſa; itáque diſparuit tota ea viſio, ad confirmandam in audientibus ſanctitatis minime vulgaris exiſtimationem.

B. PRVDENTIA VIRGO

ORDINIS EREMITARVM S. AVGVSTINI,

NOVOCOMI APVD INSVBRES.

D.P.

ANNO MCDXCII. SAnctuarium ſeu Martyrologium Sanctæ Novocomenſis eccleſiæ, tum ex MSS. Codicibus tum ex probatis auctoribus elaboratum, ſumma ſedulitate Primi Aloyſii de Tattis, Novocomenſis Congregationis Somaſchæ Theologi ac ſacri Officii Conſultoris, *anno* MDCLXXV *in lucem prodiit; nobiſque benigne tranſmiſſum ab Auctore, & alia multa minime negligenda docuit, & hujus Beatæ primam nobis notitiam dedit, ſub hoc elogio.* Pridie *Ortu Mediolanenſis,* Nonas Maji Novocomi in ſuburbio Vici apud moniales S. Marci, Ordinis B. Auguſtini B. Prudentiæ Virginis, quæ nobili nata genere avitam nobilitatem ſuis virtutibus reddidit illuſtriorem. Mediolani primum in aſceterio S. Marthæ cæleſtis Sponſi addicta obſequio, juſſu Majorum mox tranſtulit ſe Novocomum, ut collectis ibi religioſis mulieribus præſideret eaſque moderaretur. Commiſſam ſibi Prudentia B prudentiſſime adimplevit provinciam: nam diuturna *Comi defuncta,* jurgia, inter aſcetrias ejuſdem B. Marthæ Mediolani & D. Marci Comenſis, magna dexteritate ſedavit: & eccleſiam Deiparæ Virginis Eliſabetham inviſentis à fundamentis erexit. Denique fracta laboribus & meritis cumulata, poſtquam duos de quadraginta annos pientiſſime cœnobium ſuum gubernaſſet, ad præmium evolavit in cælum.

2 *Huic compendio vitæ ab illa actæ ſubjungitur Annotatio, docens acceptum illud eſſe,* ex antiquis hujus aſceterii monumentis, in quibus paſſim miraculis *miraculis poſt mortem claruit:* coruſcaſſe narratur: id quod plurimæ, *inquit Auctor,* etiam teſtantur tabellæ, quas ad illius tumulum fidelium pietas detulit ac ſuſpendit, ob varia morborum genera B. Prudentiæ invocatione depulſa. Sed illud memorandum inter alia, quod cum in loculo jaceret exanimis, ultro ſuſtulit ſe è feretro; & aliquamdiu ſic erecta, venerata eſt ſanctiſſimum Chriſti Domini corpus. Fuit origine Mediolanenſis ex antiqua Caſatorum progenie, quæ B. Beatricem pariter nobis protulit, Franchini Ruſchæ Comitis uxorem; conſanguineam ſane B. C Beatricis fuiſſe B. Prudentiam credimus, ſicut extitit illi coæva. Obiit enim beata Virgo anno ſalutis MCCCCXCII hac die; illa vero anno MCCCCXC, XVI Martii, ut ait Donatus Boſſius in Chronico Mediolanenſi. *De hac ne quidem inter prætermiſſos nobis contigit facere mentionem, quod eam non inveneri-mus tali die Martyrologio Franciſcano adſcriptam. Defectum vero hic agnitum licebit in Supplemento abunde compenſare, maxime ſi ad ea quæ habet prædictum Novocomenſe Martyrologium (eo quod in jus civilitatis Comenſis per matrimonium ſuum Beatrix tranſiſſe cenſeatur) acceſſerit Mediolano diſtinctior notitia præſentis cultus, qualem de* B. Prudentia *ut ſuggereret præcitatus Primus Aloyſius de Tattis, per litteras* XXVI *Octobris anno* MDCLXXVII *datas, ſic reſpondit.*

quorum duo teſtatiora narraniur, 3 Cultus B. Prudentiæ eſt ab immemorabili ob crebra eaque inſignia miracula, quæ ad illius tumulum patrata ſunt. Præcipua fuere quæ adhuc picturata cernuntur in duplici tabella lignea. Nempe amentis qui nudus ad monaſterium ſe contulerat; & à ſorore Moniali B. Prudentiæ commendatus, illico priſtinam mentis ſanitatem recepit; & alterius ægroti, qui exhalaturus animam, ſtatim ac à propinquis exorata eſt B. Prudentia in ejus ſubſidium, ipſa apparente liberatus eſt ab ægritudine. Ad quadraginta alia beneficiorum monumenta B. Prudentiæ ſepulcro affixa jam erant, quorum plurima hac noſtra tempeſtate evanuerunt. *Horum autem nullam fuiſſe conſervatam in ſcriptis notitiam, eo magis dolendum,* *corpus & i. magò in al. tari.* *quo minus talia beneficia nunc ſunt frequentia.* Nam eccleſia ſanctæ Mariæ ad Eliſabeth, ubi jacent B. Prudentiæ exuviæ, à Jacobo Minuntio Monialium dictarum Vicario ſub Epiſcopo Lazaro Caraffino (*adeoque poſt annum* MDCXXVI) è veteri arca tranſlatæ in honorificentiorem loculum, non ſine mira odoris inſueti fragantia circumſtantes afflante; & ubi ſupra minorem aram proſtat veneranda illius imago, cum eo omni qui Beatis convenit apparatu; hæc, inquam, ec- E eleſia omnibus olim patens, ſecus viam quæ ducit ad Helvetiorum ditionem, nunc clauſa eſt intra ſepta monaſterii; poſtquam ſcilicet ab hac ad alteram S. Marci chorum ſuum, ſanctimoniales tranſtulere: *proinde ceſſante populi ad honorandas prædictas Reliquias accurſu, mirum non eſt ceſſare beneficia invocantibus conferenda. Quod ſi aliqua poſt hac contingat publicari miracula, interceſſioni B. Prudentiæ attribuenda, ea libenter in hoc opus referemus, prout nobiſcum communicata fuerint.*

4 *Interim* prænotata omnia *coram prælaudato auctore* ſancte affirmarunt adm. Reverenda Antonia *quod fuerit ab initio Regulam Auguſtiniana pro-feſſa,* Franciſca de Gallis, jam tertium hujus aſceterii Prioriſſa; Sor. Julia Catharina à valle, bis eodem officio functa; & Sor. Franciſca Magdalenæ de Bulziis; omnes Moniales profeſſæ & ſeniores præfati monaſterii: *quæ ex ſuis ſcripturis, quas pauciſſimas habent de B. Prudentia, aliud nihil potuerunt elicere, quam quæ jam dedimus redacta in ordinem. Ad monaſterium Mediolanenſe S. Marthæ quod attinet, de eo obiter diximus ad* XIII *Ianuarii, nihil eſſe unde conſtare poſſit, illud olim fundatum fuiſſe ex Prædicatorum inſtitutione; adeoque non apparere quo fundamento Philippus Ferrarius in* F *generali Catalogo Sanctorum, dicto Ordini adſcripſe-aque ac B. Veronica de Binaſco,* rit Beatam Veronicam de Binaſco: *nunc autem indubitanter addimus econtra certo conſtare, quod ab initio ac deinceps ſemper Auguſtiniani inſtituti fuerit.*

5 *Etenim* cum *hic* Ordo *nuper* inſtaret in ſacra *conſtat exa-minatis* Rituum Congregatione, ut ſibi concederetur il- *Mss. monaſterii S. Marthæ* lius Beatæ tamquam propriæ feſtum cum Officio agere, & Ferrarii aliorumque nonnullorum auctoritatem Promotor fidei objeciſſet; productum fuit diploma Gerardi Cardinalis Novocomenſis, datum Mediolani in monaſterio Claravallis die III Decembris anno MCCCCXLI; & Bulla Pii II, data Mantuæ XXIV Auguſti anno MCCCCLIV; quibus tum Pontifex tum Cardinalis Monialibus S. Marthæ concedentes, ut poſſint eligere Confeſſarium quemcumque voluerint, vocant illas Ordinis D. Auguſtini. Quæ ut certius cognoſcerentur, ſacra Congregatio dedit litteras ad Cardinalem Littam Archiepiſcopum Mediolanenſem, ſtricte jubens, ut omnia ſtatim monumenta, in archivio monaſterii S. Marthæ exiſtentia, ſedulo evolvens, diligentiſſime ſcrutaretur, ſub quo

AUCTORE D. P. Ordine fundatum fuerit monaſterium, & ſi ſub eodem continuo uſque ad præſentia tempora perſeveraſſet, nec ad alium unquam defeciſſet. Quæ omnia cum accurate Cardinalis prædictus perfeciſſet, invenit tandem monaſterium S. Marthæ ortum habuiſſe anno Domini MCCCLXIII, ſub habitu & Regula S. P. Auguſtini, in eoque ſemper manſiſſe atque uſque in præſens manere. His autem in forma authentica & probanti ad ſacram Congregationem tranſmiſſis, mox iſta omnem fidem, quam eatenus in Ferrario habuerat, longius exufflans, decretum benigne conceſſit recitandi Officium ac Miſſam celebrandi ſub ritu Duplicis, de B. Veronica de Binaſco, tamquam de vera Ordinis Auguſtiniani Beata.

6 *Hæc ad nos anno* MDCLXXVII *die* II *Februarii Ordinis iſtius Hiſtoriographus Aloyſius Torellus; quæ occaſione oblata, libenter proponere hic voluimus; eo præſertim fine ut pateat quam gratæ nobis accidant admonitiones eorum, qui nos de rebus ſuis, quatenus eas non plene cognitas habuimus amice ſincereque monent. Addo ego quod ab annis ſedecim Mediolano tranſeuntes, & dictum monaſterium pro veneratione ipſius B. Veronicæ (cujus Vitam in Ianuario ediderat Henſchenius) viſitantes anno* MDCLXII *die* XXIV *Aprilis, tum alia vidimus favorum dictæ Beatæ cælitus collatorum monumenta, tum inſigne Breviarium MS. quod eidem, eatenus litterarum ignaræ, eaſq; ad recitationem Pſalterii anno* MCCCXCIV *edocendæ, attuliſſe dicebatur Angelus; idque accurate pervolventes, cognoſcenteſque omnino tale, quali tunc utebatur Ordo Auguſtinianus (hoc enim probabant propria de Sanctis Officia) non potuimus dubitare, quin ejus Ordinis illa fuerit, cujus Breviario uſa eſt: magiſque fuimus confirmati in ſententia, de fide prædicto Ferrario, ſæpius deprehenſo in talibus erroribus, non nimis facile habenda. Quod eos notare velim, qui contra quam in Aprili diximus* VIII *die, de cultu B. Alberti Patriarchæ Hieroſolymitani, necdum à Vercellenſi Eccleſia recepto (quod adhuc nuperrime nobis inde confirmatum eſt) prætendunt, ipſoſmet Vercellenſes Canonicos falſitatis arguere, propter Ferrarium plus aliquid aſſerere viſum ad diem* XIII *Septembris. Sed de hoc alibi plenius diſtinctiuſque.*

D *quidquid contra ſcripſerit de Veronica Ferrarius.*

SEPTIMA DIES MAII.

SANCTI QVI NONIS MAII COLVNTVR.

SAnctus Eovaldus, S. Sixtus, Martyres prope Gerundam in Hiſpania.

S. Flavius Ep.
S. Auguſtinus Ep.
S. Auguſtus ſeu Auguſtinus,
S. Marcellinus,
S Macrobius,
S. Futheus ſive Eutychius.
} Martyres Nicomediæ.

S. Celerinus,
S. Maximus,
S. Victurus,
S. Potentella,
S. Abba,
S. Fauſtina,
Alii plures,
} Martyres.

S. Arnaſus,
S. Donatus,
S. Donatus
S. Octavianus,
S. Donatus,
S. Marinus,
S. Navigus,
S. Auguſtinus Ep. S. Pulverus,
S. Victurus, S. Rogata,
S. Gaius, S. Victorius,
S. Antus, S. Muderus,
S. Maximus, S. Fortunus,
S. Celerinus, S. Victurus,
S. Frontonus, S. Secundus,
S. Quintus, S. Celedonia ſive
S. Flavia, S. Cecilus,
S. Martialis, S. Donata,
S. Privatianus, S. Saturninus,
S. Septimia, S. Donata,
S. Dexter, S. Navida,
S. Quinta, S. Fortunata,

S. Felix,
S. Iulius,
S. Creſcentius,
S. Gallicus,
S. Iuſtinianus,
S. Vitalicus,
S. Rogatianus,
S. Lucella,
S. Honoratus,
S. Felicia,
S. Savina,
S. Saltus ſive Sullitus,
S. Simplicius,
S. Flavia,
S. Alexius,
S. Catula,
S. Euticia,
S. Peculcaris,
S. Germanus,
S. Rogata,
S. Marcella,
S. Odemaris,
S. Ercola,
S. Saturnina,
S. Primolus,
S. Caſtula,
S. Donatus,
S. Felix,
S. Victorius,
S. Proceſſus,
S. Antonina,
S. Sapida,
S. Donata,
S. Secundiana,
S. Donata,
S. Martialis,
S. Ianuarius,
S. Tunidus,
S. Victurus,
S. Fortunatus,
S. Creſcentius,
S. Germanus,
S. Avida,
S. Fortunatus,
S. Rogata,
S. Epaphroditus,
S. Marcellinus,
S. Florianus,
S. Palatinus,
S. Fauſtinus Ep.
S. Euticus,
Alii LVI ſeu XLV.
} in Africa.

S. Iuvenalis Martyr.

S. Innocentius Epiſcopus Africanus, Cajetæ in Italia.

S. Placidus ſeu Placitus Presbyter, Auguſtoduni in Gallia.

S. Maſtidia Virgo, Trecis in Gallia.

S. Domi-

A S. Domitianus, Episcopus Trajectensis ad Mosam.
S. Maurelius, Episcopus Martyr, Patronus Ferrariæ in Italia.
S. Cerenicus seu Serenicus Diaconus, in Sagiensi Normanniæ diœcesi.
S. Ioannes Beverlacensis, Archiepiscopus Eboracensis, in Anglia.
S. Petrus, Episcopus Papiensis, in Italia.
S. Benedictus II Pontifex Romanus. D
S. Stanislaus, Episcopus Cracoviensis & Martyr, in Polonia.
S. Albertus agricola, apud Bergomenses, Cremonæ mortuus.
B. Villanus, Episcopus Eugubinus in Italia.
S. Reginaldus, } Eremitæ Calabri in A-
S. Francus, } pulia.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REIECTI.

Sancti Guilielmi Archiepiscopi Bituricensis translatio *colitur cum Octava, & dicitur* elevatio & repositio corporis *in Martyrol. Gall. Saussaji, & Menologio Bucelini Vitam ejus dedimus* x Januarii.

S. Godefridus, Comes Cappenbergensis & monachus, *inscriptus est Catalogo generali Ferrarii, citato* Martyrol. Canisii & monast. *sed perperam. Fuit Ordinis Præmonstratensis, cujus varia Acta illustravimus* xiii Januarii. B E

S. Euthymii Magni, Abbatis in Palæstina, translatio reliquiarum & dedicatio ecclesiæ ejusdem, *memoratur in ejus Vita num.* 112 *&* 122 *relata* xx Jan.

S. Amandus, Episcopus Trajectensis, *hoc die natus traditur, ideoque ejus hodie memoria agitur in Martyrologio MS. Monasterii S. Martini Tornaci, ut diximus* vi Februarii.

S. Letardi Episcopi natalis *refertur in MSS. Romano Ducis Altempsii & alio nostro ante sexcentos annos exarato, & quidem primo loco his verbis:* Nonis Maji. In Cantia monasterio Petri & Pauli, depositio Sancti Leothardi Episcopi & Confessoris. Qui cum filia Regis Francorum, nomine Bertha, in has partes directus est, ut sanctitatis exemplo Christianæ religionis cultum, Pagano adhuc Regi conjuncta, non mutaret. *Maritus Berthæ fuit S. Ethelbertus, Rex Cantianorum, à S. Augustino tunc per S. Gregorium Magnum in Angliam missо ad fidem conversus: ad cujus Vitam* xxiv *Februarii elucidatam, quod natalem S. Letardi ignoraremus, hujus Vitam conjunximus, atque eum fuisse Episcopum Silvanectensem ostendimus. Si opera hæc aliquando recudantur, poterit ad hunc diem transferri Vita S. Letardi, quam interim lector reperiet dicto* xxiv Februarii. C

S. Tarasii Episcopi Constantinopolitani *memoria celebratur in MS. Florario. Vitam ejus illustravimus* xxv Februarii.

Crucis Christi apparitio, Hierosolymis facta, *celebratur in Menologio Basilii Imperatoris & Menæis Græcis, & in Martyrologio Arabico-Ægyptio. De ea egimus ad Vitam S. Cyrilli Episcopi Hierosolymitani, cujus tempore contigit, s. v, die* xviii Martii.

S. Gabrielis Archangeli festiva solennitas in Ordine Benedictino *indicatur in Menologio Bucelini. De eo egimus* xxvi Martii.

S. Domninus *seu* Domnio aut Domnus, Episcopus Salonensis & Martyr Spalati, *inscriptus est Catalogo generali Ferrarii, diciturque una ex insulis Diomedæis seu Tremitanis ab eo appellari* San-Domino, *ejusque istic corpus adservari. De eo late egimus* xi Aprilis.

B. Stanislai de Operow, *Ordinis S. Pauli in Polonia, in monasterio S. Mariæ Clari-montis, refertur à Martino Baronio in Epitome de Vitis Beatorum Maji Tomus II. Polonia Patronorum, ordine decimus sextus: de quo intelleximus, ad ejus hactenus incorruptum corpus, hac die, qui Sancto hujus nominis Episcopo ac Martyri festivus est, magna populi frequentia concurri; errore vulgari orto ex homonymia, quasi ut commune utrique nomen sic & festum esset: cum juxta Baronium præcitatum obierit* 22 *Aprilis anno* 1524. *Qui dies cum nobis præterierit, potuissemus hodie de illo agere, si monasterii illius Superiores misissent nobis, ut rogati promiserant, Vitam ejus & miracula: his autem deficientibus differemus illum ad Supplementum operis, oramusque ut requisita aliquando mittantur pro* xxii Aprilis.

S. Georgii passio in civitate Diospoli, *inscripta est antiquis Martyrologii Hieronymiani apographis, & nudum nomen in MS. Augustano & Labbæano. Est* Diospolis *in Palæstina, ipsa urbs Ledda aut* S. Georgii *dicta, à Magno* Georgio *Martyre illuc translato sed Nicomediæ passo, cujus Acta dedimus* xxiii April.

S. Petri Martyris Ordinis Prædicatorum, translatio corporis *memoratur in MS. Florario, & Greveni Auctario ad Vsuardum. Item apud Galesinium (sed* Vincentium *appellat) & in Martyrologio Coloniæ & Lubecæ anno* 1490 *excuso. Vitam ejus dedimus cum hac Translatione* xxix Aprilis.

Inventio sanctæ Crucis *primo loco habetur in MS, Epternacensi. In quibusdam* memoria ostensę Crucis Constantino Imperatori, *cum dicto,* In hoc signo vinces, *& potissimum in Menæis & Menologiis Græcorum. In aliis etiam indicatur memoria* clavorum & lanceæ, *imo &* coronæ spineæ. *De Inventione egimus* iii Maji.

SS. Neophytus Gaius & Gaianus Martyres *indicantur in MSS. Menæis Chifletianis, uti deduximus* iv Maji. F

S. Hilarius, Episcopus Arelatensis, *est adscriptus pervetustis Martyrologii Hieronymiani apographis Epternacensi & Lucensi: item Martyrologiis Atrebatensi, Tornacensi Latiensi, & cum majori elogio aliis Reginæ Sueciæ & S. Cyriaci. Vitam ejus damus* v. Maji.

S. Raphaëlis Archangeli festum Cordubæ & alibi in Hispania celebrari *tradit Tamajus Salazar in Martyrologio Hispanico, ubi indicantur varii dies, quibus alibi colitur.*

Quinque S. Mariæ Virginis Deiparæ gaudiorum festum *celebratur in Auctario Molani ad Vsuardum primæ editionis, & Martyrologio Germanico Canisii & Kalendario Mariano Balinghemii, qui addit alios dies quibus etiam illud festum celebratur. Agitur illud hodie Coloniæ in proprio sacello à proprio sodalitio, & refertur à Gelenio.*

Ezeleidis Virginis in Anglia *memoria habetur in Auctario Greveni ad Vsuardum, & inde in Martyrologio Germanico Canisii, Catalogo Ferrarii, & Gyneceo Arturi. Nobis hactenus incognita est.*

Breccanus de Eachdruim *indicatur in MS. Tamlachtensi. Colgano* 20 *Februarii ad Vitam S. Olcani num.* 12 *dicitur* Brocanus, filius Senani Principis, co-

A

li in Echdruim 7 Maji, *& refertur etiam à Mariano Gormano.*

Venantius, Theodoſius, Ceranus & alii III, Alone prope Uxamam paſſi ſunt VII die Maji: *ita ad annum 718 chronicon Hauberti Benedictini, editum & illuſtratum à Fr. Gregorio de Argaiz, purum putum figmentum quantum quantum eſt: in cujus ſubſidium evocatus S. Gregorius Epiſcopus Granatenſis, in Catalogo Martyrum, per eumdem Argaiz edito & explicato, auctor æque ſuppoſititius num. 61 ait,* Alone Sancti Theodorus, Ruſticus, Stephanus, Zoilus, Perſa & Spiridion. *Don Gaſpar Ibaniez de Segovia & Peralta Marchio Agropolitanus, qui in prima parte Diſſertationum ſuarum eccleſiaſticarum pro defenſione antiquorum titularium contra modernas fictiones, dextrinas detexit impoſturas, horum quoque figmentorum pudendos natales explicabit in ſecunda, quæ verſatur ſub prælo: quod hic ſatis eſt indicaſſe.*

Joannis Papæ Natalis Romæ *inſcribitur MS. Martyrologio Trevirenſi S. Maximini primo loco. Mortuus eſt anno 996 Romæ & hoc* VII *Maji, & in eccleſia S. Petri ſepultus, Ioannes Papa* XVI, *Baronio* XV: *ſed*

B *non reperimus venerationem eccleſiaſticam illi tributam. An alterius Papæ Ioannis, cujus reliquiæ ſint Treviris, feſtum intelligatur, non ſatis aſſequimur. Fuiſſe enim aliquas S. Ioannis Papæ reliquias in eccleſia S. Maximini non indicatur in Medulla geſtorum Trevirenſium Ioannis Enen excuſa anno 1517, in qua pag. 54 & 55 agitur de Reliquiis in dicta eccleſia adſervatis, abſque mentione ullius Ioannis Papæ. In eccleſia autem Vaticana S. Petri recitatur hodie Officium de S. Benedicto II Papa, cujus etiam ibidem corpus adſervatur, abſque alterius commemoratione.*

S. Baſonis Confeſſoris depoſitio Lauduno Clavato, *inſcripta eſt MS. Martyrologio pervetuſto Remenſis eccleſiæ SS. Timothei & Apollinaris, de quo alibi non meminimus aliquid à nobis lectum. Erit forſan qui majorem notitiam ſuggeret. Eſt in Turonenſi diœceſi oppidum, Comitatus titulo inſigne* Mons-Bazonis *dictum, ſed ab alio, ut credo, non Sancto: imo Ioannes Maan Latine ſcribens Hiſtoriam Turonenſem, ubi agit de Archiepiſcopo* 82 *Reginaldo de Mont-Bazon, perpetuo appellat* Monte-baronium.

S. Juvenalis, Epiſcopus Interamnenſis. *Item* S. Juvenalis, Epiſcopus Confeſſor, *ſcilicet* Narnienſis. *Item* S. Juvenalis Martyr, Epiſcopus Narnienſis, *&* Juvenalis, Diaconus S. Alexandri *Papa*, Martyr, *à variis hoc die referuntur; de quibus agimus infra ad Memoriam* S. Juvenalis Martyris, *hoc die in Martyrologio Romano & aliis celebratam.*

C

Kieranus, qui & Mochuomocus & Laſſara Virgo *memorantur in Hibernico MS. Tamlachtenſi, de quibus, inter tot ejuſdem nominis, difficile eſt dijudicare.*

Alphonſus Rex, Legione in Hiſpania, *ut* Sanctus *memoratur à Ferrario in Catalogo generali. In pugna cum Saracenis interfectus eſt hoc die, anno* 1027, *& laudatur à Scriptoribus Hiſpanis, ſed abſque veneratione eccleſiaſtica.*

B. Benedicti elevatio corporis, extra urbem Panormitanam in cœnobio S. Mariæ-Jeſu, *indicatur à Cajetano in Martyrologio Siculo: at ſilet idem de eo in ſuis Sanctorum Siculorum Vitis.*

Gertrudis Duciſſa Poloniæ, ſanctimonialis in Zwifaltem, *cum titulo* Venerabilis memoriæ *refertur à Bucelino.*

Adam, Abbas S. Mariæ de Trappa Ordinis Ciſtercienſis, in diœceſi Sagienſi Normanniæ, multis miraculis clarus, *refertur cum titulo* Beati *ab Henriquez, Chalemoto, Bucelino, poſt Philippum Seguinum ab eis relatum, ſed cujus verba abſque titulo* Beati *citantur. Sauſſajus ne quidem inter Pios recenſet, neque ejus meminerunt Sammarthani tomo 4 Galliæ Chriſtianæ, ubi pag. 869 de Trappa monaſterio agunt.*

D

Abbatiſſa prima Argenſolienſis, Ordinis Ciſtercienſis in diœceſi Campaniæ Catalaunenſi, *laudatur à Cantipratano lib. 2 Apum cap. 46 num. 5 & 6, quod* difficillimas quæſtiones abſque litteratura noverit explicare, & pro Blanca Comitiſſa Campaniæ ſe morti obtulerit. *In Kalendario Ordinis Ciſtercienſis Divione anno 1617, hoc die nominatur* Euſroſina Abbatiſſa in Argenſolio, *eademq; refertur ab Henriquez, Bucelino & Arturo du Monſtier in Gynæceo ſacro. At Manrique in Annalibus Ciſtercienſibus ad an. 1224 cap. 2 agit de prima Abbatiſſa Argenſolienſi, & ſub finem non probat* ab Henriquez Euſroſinam vocatam; & quamvis ipſum referat, non ſatis audet ut verum affirmare. *Prudenter omiſit Chalemotus. At Sammarthani dictam Abbatiſſam appellant* B. Idam Leodienſem, *neque inter reliquas Abbatiſſas ulla reperitur* Euphroſyna *dicta. Primus forte illius ſic appellandæ auctor, quia proprium nomen non noverat, ex lingua Græca tale aſſumpſit, quod ejus ſapientiæ congruere poſſe judicavit.*

Gerlacus Abbas Miloticenſis cœnobii in Bohemia, Ordinis Præmonſtratenſis, vitæ ſanctimonia, ſpiritu prophetico, & miraculis in vita & poſt obitum clarus, *cum titulo* Beati *indicatur à Chryſoſtomo Vander Sterren in Natalibus Sanctorum Ordinis Præmonſtratenſis. Et ex eo à Ioanne le Paige lib. 2 Bibliothecæ Præmonſtratenſis pag. 518 de quo alibi nihil reperimus. Accepimus nuper egregium opus P. Georgii Crugerii quod Sacros Bohemiæ pulveres appellat, per menſes dieſque digeſtum, quo omnes quacumque nota, præſertim majoris vulgo Sanctitatis illuſtres, ſuo quique laudantur die: ſed ad hunc 7 Maji nulla mentio* Gerlaci. *An alibi ejus meminerit auctor non poſſum dicere, quia opus illud oculis, id eſt, Indice, caret.*

E

Lucolphus & Landulphus, Manderburgii alii Marpurgi aut Magdeburgi an. 1249, } mortui Ordinis S. Franciſci, *indicãtur cũ titulo* Beati

Joannes de Taglia, in Corſica an. 1464,

Antonius Bereca, in India Occidentali, anno 1535,

Claudius Girardus, in territorio Viennenſi an. 1565,

Antonius de Bariales, in itinere Indico,

Angela Felix, Mediolani, anno 1447

in Martyrologio Franciſcano Arturi, & Angela *in hujus Gynæceo, nulla addita alicujus eccleſiaſtici cultus probatione: Diarium ſacrum Mediolani excuſum an. 1568* Angelæ *iſtius non meminit.*

S. Victor Martyr Mediolani, *celebratur in MS. antiquo Reginæ Sueciæ, & edito à Luca Holſtenio in Animadverſis ad Martyrologium Romanum. Vitam damus die quo obiit,* VIII Maji.

S. Achaicus Martyr Conſtantinopoli *refertur à Rabano, item à Greveno ſed perperam inter Martyres Nicomedienſes. Idem* S. Acacius *ſive* Acatius *dicitur in Menæis & Menologiis Græcis. At Latinis fere* Agathius *eſt & colitur* VIII Maji.

S. Codratus *ſeu* Quadratus, Martyr in Bithynia cum ſociis, *refertur in Menæis excuſis & Martyrol. Romano. Acta damus* IX Maji.

B. Fortus *ſeu* Fortius Eremita, apud Eugubinos, *relato aliquo ejus epitaphio refertur à Ferrario. Acta ejus damus* IX Maji.

S. Dionyſius, Epiſcopus Viennenſis, *indicatur in MS. Florario. Colitur in eccleſia Viennenſi* IX Maji.

S. Gregorius, Epiſcopus Oſtienſis, in Legatione Hiſpanica mortuus, *indicatur à Ferrario: ab aliis, quando Acta ejus damus,* IX Maji.

S. Flavia Domitilla, Virgo Romana, poſt longum in inſula Pontia exilium, Tarracinæ martyrium paſſa,

A

passa, *memoratur ab Vsuardo, Adone & aliis. Ast Acta cohærent cum Actis SS. Nerei & Achillei, & simul cum illis colitur* XII Maji.

S. Pachomius, Abbas in Ægypto, *inscriptus est MS. Græco Synaxario Claromontano & Martyrologio MS. Arabico-Ægyptio, & MS. Kalendario Aquileiensi. Ejus Vita dabitur* XIV Maji.

S. Barbarus, Martyr & miles, *refertur in scriptis additionibus Carthusiæ Bruxellensis ad Vsuardum. Videtur coli, uti ibidem indicatur,* XIV Maji.

S. Joannes Pischaita Confessor, ab iconomachis plurima passus, *celebratur in Menæis Græcis. De eo acturi sumus* XXV Maji.

S. Apollinaris, Episcopi Ravennatum, dedicatio ecclesiæ Classensis, *indicatur in Vita S. Maximiani Episcopi 22 Februarii num.14. Colitur is solenniter die* XXIII Julii.

S. Christinæ, Virginis & Martyris, translatio corporis Panormum, *refertur in Martyrologio Siculo Cajetani, ejusque exemplo à Ferrario & Arturo. Historia translationis edita est ab eodem Cajetano tomo 2 de Vitis Sanctorum Siculorum, danda ad diem ejus natalem* XXIV Julii.

B

S. Jacobi, Apostoli & Hispaniarum Patroni, dedicatio novæ ecclesiæ Compostellanæ, facta anno 879, *late deducitur à Tamayo Salazar in Martyrologio Hispanico, additurque* ecclesiæ Valentinæ dedicatio, *cujus* Sedes *dicitur etiam* à S. Jacobo erecta, *de quibus agi posset ad festum S. Iacobi,* XXV Julii.

Theodericus, Episcopus Cameracensis & Confessor, *insertus est MS. Florario. Dies ejus natalis est, quando de eo agemus* V Augusti.

Beatissimæ Virginis Claræ de Monte-Falcone, Ordinis Eremitarum, festum *excusum relatis verbis in Kalendario Missalis Venetiis anno* 1487 *impressi: cujus dies festus in ipso loco summa celebritate agitur & colitur* XVII Augusti.

Gisala, soror S. Henrici Imperatoris, Regina Hungariæ, uxor S. Stephani mater S. Emerici Regum, *cum titulo* Sanctæ *refertur à Ferrario in Catalogo generali & ab Arturo du Monstier in Gynæceo sacro; at cum titulo* Beatæ *à Dorganio & Bucelino, quia post obitum mariti fuit* Abbatissa Ordinis Benedictini. *Interim à Menardo solum* Venerabilis *appellatur, & à Radero proponitur in Bavaria pia. De ea agendum erit in Vita S. Stephani Regis & mariti* XX Augusti.

C

S. Maximæ, Virginis & Martyris, *dies hic natalis indicatur in Actis MSS. sed plane fabulosis, interim dies translationis apud Carnotenses (licet de ea nihil in ejus Breviario aut Martyrologio Gallicano reperiatur) celebrari dicitur, quando (si quid certius cognoverimus) poterit de ea agi* XXV Augusti.

S. Joannis Baptistæ inventio sacri cerebri, in ecclesia de Nogento, Rotrodi in Gallia, *signatur sub calcem Vitæ B. Bernardi Tironensis* 14 *Aprilis editæ, de qua inventione poterit agi in festo Decollationis S. Ioannis* XXIX Augusti.

Herebertus, Episcopus Frisingensis, *indicatur in Menologio Scotico Camerarii ut* Sanctus, *& titulatur Trithemius, qui ejus meminit lib.4 de Viris illustribus cap.221, sed abstinet à titulo* Sancti, *& asserit* claruisse anno DCCLXXV. *Verum quia nullus apud Wiguleium Hundium inter Frisingenses Episcopos appellatur* Herebertus, *videtur intelligendus Erimbertus, frater & successor S. Corbiniani, in cujus Vita ejus mentio fit* VIII Septembris.

SS. Taraci, Probi & Andronici depositio reliquiarum in ecclesia S. Euthymii, *refertur in hujus Vita 20 Ianuarii num.122. Coluntur hi Martyres à Græcis & Latinis* XI Octobris.

S. Martini depositio in Sanctonico *indicatur in MS. Martyrologio monasterii S. Savini in agro Tarbiensi apud Saussajum pag.1248. Plures de eo agunt die sequenti. Est autem Abbas & Presbyter monasterii Vertanensis, coliturque* XXIV Octobris. D

S. Cælestis, Episcopi Metensis, translatio *annotatur, uti plenius dicetur ad diem ejus natalem,* XIV Octobris.

S. Donatiani Episcopi translatio Brugas *indicatur in scriptis additionibus Carthusiæ Bruxellensis ad Vsuardum: inscribitur etiam Martyrologio Bruxellensi S. Gudulæ. Dies ejus natalis est* XIV Octobris.

S. Eata, ex Abbate Maibrosensi Episcopus Lindisfarnensis, *celebratur in Menologio Scotico Dempsteri. Ab Anglis & aliis* XXVI Octobris.

Franciscus, Fundator Zampanensis in Calabria *ut Sanctus dicitur coli, in quadam epistola ad nos Neapoli olim data à b. m. P. Beatillo: de quo nunc requirentes pleniorem notitiam, cum Zampanum Cusentiæ vicinum esse inveniremus, variæ super ea re litteras dedimus, partim ad Monasterium si quod Zampani est, partim ad nostrum Cusentiæ Collegium: sed hactenus nihil responsi accepimus. Dubitamus autem an prædictæ informationi non subsit error aliquis, invenio enim tum apud Herreram Alphabeti Augustiniani parte 1 pag.227, tum apud Ferdinandum Vghellum Italiæ sacræ tomo 9 col.254,* B. Franciscum Zampanum *Ordinis Eremitarum S. Augustini, Congregationis Zampanensis, cujus corpus* Suberati in Calabria, in Augustinensium ecclesia conditum fidelium devotione colitur: *de quo vel altero distinctius cupimus informari, saltem pro mense, quo Augustinianus Eremita obiisse dicitur circa annum* MDI *videlicet pro mense & initio* Novembris. E

S. Nicolai in Barrensem urbem translatio *inscripta est MS. Martyrologio Tornacensi S. Martini aliis* IX *hujus, at dies natalis est* VI Decembris.

Venerabilis Yolanda in Ducatu Luxemburgensi, *in* Ordine S. Dominici, *refertur his verbis à Francisco Lahier in Menologio Virginum & hujus exemplo à Dominico de Herne in anno sacro Prædicatorum vernacule hic edito, addito cognomine* van Weenen, *quasi* Viennæ in Austria *nata esset, cum sit filia* Comitis Vianensis in Arduenna. *Vitam ejus ex vetustis Teutonicis rythmis Latine redditam, & curiosissimis commentariis illustratam, vulgavit Alexander Wilthemius an.1674 & in Annotationibus ad titulum libelli sui, quo* Venerabilem *dumtaxat appellat, ita scribit:* Habitavit Lahierius annis aliquot in hoc Collegio Luxemburgensi, rebus in Lotharingia turbatis: verum unde ista de Yolanda hauserit, nescio. Ego tale nihil inveni (*scilicet, ut verba Latine explicans Wilthemius interpretatur,* In provincia nostra eo die coli atque in Ordine D. Dominici haberi Beatam) Yolandæ nomen in PP. Dominicanorum Martyrologio non comparet (*ad cujus scilicet calcem adjectæ* Sorores Beatæ Ordinis S. P. Dominici *illa præterita*) preterquã quod Yolanda obiit XVI Kal. Januarii, non Nonis Maji. *Ceterum, quia Cantipratanus eam* Beatissimam *vocat, & sepulcralis lapis, quem in Propylæo ad tomum 2 Aprilis dedimus, repræsentat animam ejus, diademate instar Sanctarum ornatam, atque à Seraphinis altera manu incensantibus ad cælos subvectam; & ipsa Vita plena est eximiæ sanctitatis argumentis; videant posteri nostri, utrum eamdem, ut edita à Wilthemio est, una cum rythmis unde eruta (egregium veteris Teutonismi specimen) dare velint cum titulo* Venerabilis *(uti alias nonnullas vitas dedimus) ad diem mortis prænominatum* XVII Decembris.

S. Dominicus, Episcopus Confessor, *refertur in Kalendario Missalis Mediolanensis anno* 1560 *excusi. Is videtur esse* Episcopus Brixiensis *inscriptus Martyrologio Romano* XX Decembris.

A S. Stephani Protomartyris tranſitus in Romam ſignatur in MS. Vaticano num. 5949. Aſt Tranſlatio corporis appellatur in Martyrologio Romano & aliis. De qua agi poterit aut die Inventionis III Auguſti, aut die Natali XXVI Decembris. D

DE SS. EOVALDO ET SIXTO

MARTYRIBVS PROPE GERVNDAM IN HISPANIA.

G.H.

SUB DACIANO.

Acta antiqua.

ACta SS. Eovaldi & Sixti, *Martyrum, apud* Gerundam, *Hiſpaniæ in Catalania urbem Epiſcopalem, ex MS. Codice antiquo Hiſpanice tranſlato edidit Antonius Vincentius Domenecus, in Hiſtoria generali Sanctorum Cataloniæ ad hunc* VII *Maji: quorum tranſumptum ſe ex Originali codice MS. pervetuſto accepiſſe teſtatur Ioannes Tamayo-Salazar in ſuo Martyrologio Hiſpanico, unde eadem his verbis accipe.*

2 Incipit in nomine Domini & Servatoris noſtri Jeſu Chriſti Legenda Inventionis corporum SS. Eovaldi & Sixti, Martyrum Hiſpanorum, qui paſſi ſunt ſub Daciano Præſide, ut ab antiquis temporibus ſcripta eſt: quam in honorem Dei & gloriam Sanctorum in hunc codicem tranſtulimus, ex antiquo Gothico, ne memoria excideret, & in futuris ſeculis, quod de veneratione illorum & miraculis accepimus, agnoſcatur.

ex codice Gothico tranſcripta.

B

3 Tempore quo Dacianus crudeliter fideles in Hiſpania perſequebatur, & diris cruciatibus illorum vitas perdebat, multa ſanctorum corpora Martyrum in locis abditis à Chriſtianis ſepulta ſunt, ut vix de eorum exuviis aliquid ſciretur, niſi Deus illas, ad ſui gloriam & fidei exaltationem, paulatim mirabiliter propalaſſet. Quod etiam evenit in Inventione Corporum SS. Eovaldi & Sixti Martyrum Hiſpanorum, quæ hoc ordine detegere dignatus eſt. Erat igitur in oppido Celran quidam honoratus agricola, juſtus & timens Deum, qui inter alia virtutum inſignia quotidie Miſſam devote audiebat. Evenit ſiquidem quod quadam nocte in ſomnis illi Angelus apparuit, & ei nominatim dixit: Serve Dei accede ad vineam, quam in Valle-torta, juxta eccleſiam beatæ Virginis & Martyris Theclæ habes: & ibidem duo corpora invenies Sanctorum, qui martyrium paſſi ſunt pro Jeſu Chriſti fide, quæ propter Daciani tyrannidem, illic fideles condiderunt.

Corpora in abditis locis ſepulta.

ab Angelo indicantur agricolæ.

4 His vocibus ſervus Dei ſtupefactus, & à ſomno excitatus, primo diluculo è lecto ſurgens, ut viſionem nocturnam examinaret, ad eccleſiam properato devenit, ſicut illi mos erat; & beatæ Virginis Mariæ Miſſam celebrari poſtulavit, ut Deus precibus ſuæ ſanctiſſimæ Matris de inſomnii antecedentis veritate illum illuminaret. Nocte ſuperveniente ad vineam acceſſit agricola, ubi orationi intendens, cum in illa per aliquantum temporis perſeveraſſet; in uno ex vineæ angulis, ſuper cumulum veprium & ruborum, tantum luminis fulgorem vidit coruſcantis, ut convicinos agros & populos lux repleret cæleſtis. Qua viſione lætatus, gratias Deo egit, eo quod tale meruit proſpicere lumen. Altera die mane facto, ut profuſius revelationem exploraret, iterum ad eccleſiam devenit: & audita de Spiritu ſancto Miſſa, itidem de nocte in vineam repedavit, ubi ſecundo lumen intuitus, gratiis Deo actis in domum ſe recepit. Demum tertio antelucano tempore eccleſiam ingreditur, & peracto per Presbyterum de Sanctiſſima Trinitate ſacrificio, ad vineam nocte repedans, eadem lumina oculatus invenit: & redditis iterum Deo laudibus, in domum properavit: & ligone cum aliis ferramentis ad opus neceſſariis accepto, ad vineam devenit: & combuſtis vepribus & rubis, aggerem lapidem occupantibus, fodere oratione præveniente incepit: & non poſt multum temporis incidit in capſam ligneam, tali artificio & opere clauſam, ut nulla ſciſſura noſceretur. Qua extracta, & cum lacrymis & veneratione in plano vineæ poſita, iterum foveam aperire ſtudebat, quod & zelo devotionis accenſus fecit, donec aliam ſimilem capſam detexit.

C

qui lumine divino excitatus.

2 Capſas effodit:

5 Quo theſauro invento, Clerico ſacriſtæ oppidi de Celran omnia, prout evenerant, patefecit. Qui ad Epiſcopum Gerundenſem accedens, eadem ut ab agricola acceperat, pro Sanctorum eidem manifeſtavit honore. Epiſcopus relata prudenter penſans, ad omnium inquiſitionem devenit: qua facta ad locum Inventionis capſarum cum ſuæ eccleſiæ Capitulo, Clero & populo feſtinatus acceſſit: & acceptis reverenter capſis, illas cum hymnorum canticis & jubilationibus ad Gerundam remeare conſtituit. At cum ad rivulum, qui parochias oppidorum de Celran & Campdora diſterminat, Corpora Sanctorum detuliſſent, ſic ſunt immobilia facta, ut nequaquam eminus pergere viſa ſint. Hoc viſo miraculo, Epiſcopus quia Dei voluntatem agnovit, Reliquias in eccleſia Celranenſi depoſuit. Quo facto præcepit, ut omnes tam eccleſiaſtici quam ſeculares à Deo expeterent, ut illis ſuorum nomina manifeſtaret Sanctorum. Oratione ergo perfecta, unaquæque capſa per ſe aperta eſt, ita ut populus videret corpora ſanctorum Martyrum: in quarum una S. EOVALDUS MARTYR, in alia S. SIXTUS MARTYR legebatur. Quibus perlectis, protinus per ſe, ut prius, capſæ ſunt clauſæ. Epiſcopus extrui præcepit duas aras, & in unaquaque Corpus uniuſcujuſque Martyris devotione mirabili collocavit.

Epiſcopus Gerundam deferri curans,

reperit immobiles,

& agnoſcēs nomina,

in 2 aris in Celran collocat.

6 Horum Inventio ſanctorum Corporum ſtatim per circumvicinos populos divulgata fuit: & ex tunc quotannis tam ingens incolarum concurſus ad locum iſtum, quo capſæ cum Reliquiis ſanctorum Martyrum depoſitæ ſunt, fieri ſolet, ut vix tantam capiat eccleſiæ ambitus Celranenſis peregrinorum catervam. Innumera ſunt, quæ quotidie Deus ſanctorum Martyrum ſuorum interventu dignatur operari miracula, præcipue S. Eovaldi meritis: cujus impetratio valde pro ſurditatis ægritudinibus & aurium doloribus valet, ut præbent tabulæ, juxta ſarcophagum pendentes, veridica teſtimonia: quorum præcipua fuere ſequentia. Quidam agricola & ejus uxor in die feſto S. Eovaldi ad aream terere triticum properarunt, & licet totam conſumpſiſſent diem terendo, nulla penitus grana extrahere potuerunt, quin potius ſurdi facti nihil audiebant. Sed voto facto ad ſanctum Martyrem, & donis ad ejus ſepulcrum miſſis, protinus receperunt auditum. Anno ſequenti iſte agricola cum bobus arare eodem incepit feſto: & illico unus ex bobus in terram tamquam exanimis proſiliit. Quo viſo agricola de obſervatione feſtivitatis S. Eovaldi votum emiſit, & bovem ſanum recepit. Freſca mulier ſexagenaria, ex urbe Gerunda, auditum amiſerat: & inſtante alia devota matrona, S. Eovaldo promiſit ſe ſuam feſtivitatem celebraturam, & ad ejus ſepulcrum eum donis ituram. Quod ut fecit, cum juxta Martyris aram pernoctaret, media nocte ſonitu clavium eccleſiæ

Clarēt miraculis,

F

à S. Eovaldo variis auditus redditur.

A cleſiæ excitata, auditum accepit. Quidam paterfamilias, ex oppido de Villatenín, filiam bimam ſurdam habebat, quam S. Eovaldo obtulit, & voto facto in ejus eccleſia pernoctare & munera offerre promiſit. Quod adimplevit, & illa nocte puerula galli cantum audivit, & patri manifeſtavit: ex quo liberata diſceſſit. Agricolæ oppidi S. Columbæ de Fernes, cum tempeſtatem grandinum, meſſium ruinam minitantem, inſpicerent, voverunt S. Eovaldo, quod ſi à periculo liberati, meſſium grana ejus interventu ſervarent; ſe ad ſuæ eccleſiæ ædificationem quotannis donarium oblaturos. Quo dicto tempeſtas evanuit, & agricolæ ſua munera Deo & Martyri ſanctiſſimo reddiderunt. AUCTORE G.H.

& grando periculoſa depellitur.

Colitur etiã S. Eovaldus 17 Iulii

7 *Hactenus illa Acta Latina, quæ Hiſpanice extant apud Domeneccum, hinc inde longiori phraſi exculta. Indicat ille* S. Eovaldum *in lingua vulgari Catalanica* Sant-Hou *appellari; eumque ſeorſim die* XVII *Iulii celebrari, & nomen ejus & S. Sixti in Orationibus, tam in ſacrificio Miſſæ quam in reliquo Officio eccleſiaſtico pronuntiari. Meminit horum Sanctorum ad hunc diem Ferrarius in Catalogo generali: At* S. Sixti *Tamajus ad* XVII *Iulii & totam hiſtoriam Inventionis repetit, non ſatis ſui memor, utpote qui ad hunc diem ex Domenecco dixerat feſtum* S. Eovaldi *etiam celebrari* XVII *Iulii.*

8 *In eadem crudeliſſima perſecutione Diocletiani & Maximiani paſſus eſt S. Narciſſus Epiſcopus Gerundenſis die* XVIII *Martii, ubi latius de urbe* Gerunda *actum. Solum hic notandum videtur* S. Eovaldi *nomen ejuſmodi eſſe, quod eum alienigenam credi faciat, Saxonico aut Teutonico genere, ex iis qui Romanæ militiæ adlecti, aut alia ſimili occaſione in Hiſpaniam fortuito advenerunt.*

DE SS. FLAVIO EPISCOPO, AVGVSTINO EPISCOPO, AVGVSTO SIVE AVGVSTINO, ITEM MARCELLINO, MACROBIO, EVTHEO SIVE EVTYCHIO, G.H.

MARTYRIBVS NICOMEDIÆ.

VII MAII. *Cultus ſacer in Martyrologio Hieronymiano.*

Hæc prima Martyrum claſſis eſt in antiquis Martyrologii Hieronymiani apographis: quæ in codice Epternacenſi dividitur hoc modo: In Nicomedia natalis Flavi Epiſcopi, Auguſtini, item Auguſtini. Et alibi Marcellini, Macrobi, Euthei & trium fratrum. *MS. Corbeienſe Pariſiis excuſum ita habet:* Nonis Maji. In Nicomedia natalis SS. Flavii Epiſcopi, Auguſtini Epiſcopi, item Auguſtini. Trium fratrum Marcellini Macrobii, Euthicii. *MS. Lucenſe à Florentinio editum hac eos varietate refert:* In Nicomedia natalis SS. Flavi Epiſcopi, Auguſtini Epiſcopi, item Auguſtini. Trium fratrum Marcellini, Macrobi, Heutheri. *Ita interpoſito diſiunctivo puncto, ſeparantur* tres fratres *à tribus primis, & adjunguntur tribus poſterioribus in editione Pariſienſi & Lucenſi. MS. Blumianum differt à Lucenſi, quod tertius* Auguſtinus *ſit per errorem intruſus, & ultimus appellatur* Euthecius. *In Martyrologio Rabani iſta habentur:* In Nicomedia natalis Flavii Epiſcopi & Frodiſii: Macrobii, Auguſtini Epiſcopi. *Apud Vſuardum iſta leguntur* Nicomediæ paſſio ſanctorum Martyrum Flavii, Auguſti, & Auguſtini fratrum. *Eadem leguntur apud Adonem & ſequuntur poſteriores Bellinus, Maurolycus, Galeſinius & alii cum hodierno Martyrologio Romano. Notkerus iſta tradit:* Apud Nicomediam paſſio ſanctorum Martyrum Flavii & Auguſtini, & trium fratrum Marcellini, Macrobii & Euthycii. *Memoria* S. Flavii Epiſcopi & Auguſtini Epiſcopi apud Nicomediam *celebratur in MSS. Corbeienſi & Leodienſi S. Lamberti, & Trevirenſi S. Maximini duplici, in quorum altero ſcribitur* Auguſtinus, *in altero additur &* trium fratrum. *In MSS. Richenovienſi & Rhinovienſi iſta habentur:* In Nicomedia Flavi Epiſcopi, Auguſtini, Macrobii. *At loco ultimi in MSS. Vaticano S. Petri, Caſinenſi, & Altempſiano, adduntur nomina* Marcellini, *ſeu* Marcelli & Maximi, *ſed hic ad ſequentem claſſem ſpectat. In MS. Aquiſgranenſi hæc traduntur: In Nicomedia natalis* Franii *aliis* Flavii Epiſcopi, Afrodiſii, Macrobii, Auguſti, Auguſtiani & trium fratrum: *& dein inter alios reperitur nomen* Marcellini, *qui huc ſpectat. At qui miſcetur* Afrodius, *& apud Rabanum* Frodiſius, *videtur in ſequenti claſſe* Epaphroditus *dici. In MS. Pragenſi, præter relatos ab Vſuardo, fit mentio* SS. Marcellini, Macrobii & Euticii, *ut duorum primorum apud Grevenum in Auctario Vſuardi. MSS. Auguſtanum S. Vdalrici, & Pariſienſe Labbei celebrant* Flavium, Auguſtinum, Marcellinum, Macrobium & Eutychium. *MS. Tamlactenſe* Flavium, Macrobium, Auguſtinum, Marcellinum, item Auguſtinum & tres fratres.

Rabani, C *Vſuardi, Adonis, Notkeri, & aliis.*

2 *Hæc latius deduximus, ut ſtatueremus primo an omnes poſſint attribui* Nicomediæ. *Ita reperimus in undecim Martyrologiis factum, ubi ſaltem ex tribus poſterioribus aliqui conjunguntur: qui tres tamquam* alibi *paſſi indicantur in antiquiſſimo MS. Epternacenſi. Secundo dubitatur quinam ſint dicendi* fratres. *Ab Vſuardo, Adone & pluribus tres priores cenſentur* fratres. *In editione Pariſienſi & Lucenſi Martyrologii Hieronymiani & apud Notkerum tres poſteriores cenſentur* fratres. *Interim in antiquiſſimis MSS. Epternacenſi, Tamlactenſi & Trevirenſi S. Maximini à reliquis ſeparantur, quaſi præter Martyres ſex nominatos, adhuc eſſent addendi* tres fratres *anonymi, quorum videtur ideo numerus exprimi. Re tam incerta malumus definire nihil, ideoque nec in titulo eorum meminimus. Tertia eaque majoris momenti quæſtio videtur, ut ſtatuatur quarum Sedium fuerint Epiſcopi hi Martyres,* Flavius & Auguſtinus. *In MSS. Atrebatenſi & Tornacenſi dicitur,* Natale S. Auguſtini Nicomediæ Epiſcopi *Verum in ceterorum antiquorum ſilentio dici poteſt, ex variis Sedibus ſolitos fuiſſe abduci Epiſcopos ad præcipuas urbes, ut iſtic martyrium ſubirent, exempli cauſa, Romam, Nicomediam, Carthaginem, Alexandriam, Antiochiam, ut ſæpius factum ex toto hoc opere noſtro conſtat.*

An omnes Nicomediæ paſſi?

qui tres fratres?

3 *Hac reſolutione non contenti nuper Hiſpani aliquot, ad ſuas ditiones traxerunt ſimiles Epiſcopos, & ſic* S. Flavium *aſſerunt* cognomento Antiochenum, virum Conſularem, & Epiſcopum Illiberitanum, in Bætica Hiſpaniæ *fuiſſe: qui dum* cum fratribus ex Hiſpania in Aſiam, gravium negotiorum cauſa, transfretaret, apud Nicomediam fidei confeſſione delatus, & in carcerem conjectus, per cruciatuum agones, Diocletiano jubente, una cum fratrum corona martyrii coronam intrepidus agoniſta percepit. *Ita audaci calamo ad hunc diem Tamajus Salazar in Martyrologio Hiſpanico: & ne quis dubitare audeat, adducit in teſtimonium Adverſaria Luitprandi, nuper ſcilicet excogitata, in quibus iſta ex impreſſione Plantiniana anni* MDCXL *num.* 17 *leguntur:* Nicomediæ paſſus eſt in

An inter hos Flavius Epiſc. Illiberitanus in Hiſpania?

F

AUCTORE G.H. in persecutione Diocletiani S. Flavius Antiochenus, vir Consularis & Episcopus Illiberitanus: qui Concilio interfuit Illiberitano anno CCXCIX vel circiter: qui negotiorum gravium causa Nicomediam delatus, cum fratribus Augusto & Augustino, VII Maji martyrium passus est. *Hæc ibi: & allegatur apud Tamajum Memoriale Sanctorum MS. cujusdam R. P. Fr. Petri à S. Cæcilio, in quo dicitur* Hispanus origine, nobilis genere, Consulatum gessisse anno CCLXXI, & anno CCXC Episcopus Illiberitanus creatus: *addit autem idem Tamajus*, Augustum & Augustinum Presbyteros, Marcellinum, Macrobium & Eutychium Diaconos *ejus extitisse. Hæc ibi, quæ non merentur ulterius refutari; quia similia figmenta alibi satis rejecimus. Fuit* Flavius, Episcopus Eliberitanus, *in Concilio Eliberitano: sed (ut accurate docet Garsias Loiasa) habito Æra* CCCLXII, *id est anno Christi* CCCXXIV. *Quomodo ergo potuit sub Diocletiano passus esse? Plura nolumus objicere.* D

DE SANCTIS MARTYRIBVS AFRIS

CELERINO, MAXIMO, VICTURO, POTENTELLA, ALLA, FAUSTINA ET ALIIS PLURIBUS, ITEM AUGUSTINO EPISCOPO, VICTURO, GAIO, ANTO, MAXIMO, CELERINO, FRONTONO, QUINTO, FLAVIA, MARTIALE, PRIVATIANO, SEPTIMIA, DEXTRO, QUINTA, ARNESO, DONATO, ITEM DONATO, OCTAVIANO, ITEM DONATO, MARINO, NAVIGO, PULVERO, ROGATA, VICTORIO, MUDERO, FORTUNO, VICTURO, SECUNDO, CELEDONIA, SIVE CECILO ET DONATA, SATURNINO, DONATA, NAVIDA, FORTUNATA, FELICE, JULIO, CRESCENTIO, GALLICO, JUSTINIANO, VITALICO, ROGATIANO, LUCELLA, HONORATO, FELICIA, SAVINA, SALTO SEU SULLITO, SIMPLICIO, FLAVIA, ALEXIO, CATULA, EUTICIA, PECULIARI, GERMANO, ROGATA, MARCELLA, ODEMARO, ERCOLA, SATURNINA, PRIMOLO, CASTULA, DONATO, FELICI, VICTORIO, PROCESSO, ANTONINA, SAPIDA, DONATA, SECUNDIANA, ITEM DONATA, MARTIALE, IANUARIO, TUNIDO, VICTURO, ITEM FORTUNATO, CRESCENTIO, GERMANO, AVIDA, FORTUNATO, G.H. ITEM ROGATA, EPAPHRODITO, MARCELLINO, FLORIANO, PALATINO, FAUSTINO EPISCOPO, EUTICO ET ALIIS LVI SEU XLV.

VII MAII

Prima turma

Ltera hæc est Martyrum classis, quæ purpurato sanguine in Africa est coronata: & forsan in duas turmas distinguenda: Harum prima est inscripta antiquis Hieronymiani Martyrologii apographis hoc modo in codice Epternacensi: In Africa Celerini, Maximi, Victuri, Pudentellæ, Allæ & aliorum multorum. *In palæstra martyrii & duobus primis athletis consentiunt alii codices, sed tertio* Victuro *seu* Victoro *additur titulus* Episcopi; *& loco* Pudentellæ *scribitur* Porentellæ, Potentellæ *&* Potentillæ: *& deest nomen* Allæ, *forsan ex priori nomine detractum, & perperam iteratum. Apud Notkerum ejus loco habetur nomen* Faustinæ, *& ita reliqui proponuntur:* In Africa Celerini, Maximi, Victuri, Potentillæ, Faustinæ & aliorum innumerabilium. *In MS. Trevirensi S. Maximini memorantur* in Africa Celerinus & Maximus. *At palæstra omissa indicantur in MS. Tamlactensi* Celerinus Maximus, Victorius, Pudentella Alla: *& solus* Celerinus *in MSS. Pragensi, Augustano & Labbæano, item apud Grevenum & Canisium, sed hi* Episcopum & Confessorem *appellant: ita &* Victurum *seu* Victorum *statuunt* Episcopum *codices Corbeiensis, Lucensis & Blumianus.*

2 *Altera turma ita late indicatur in antiquissimo Epternacensi apographo.* Item Agustini, Victuri, Gai, Anti, item Maximi, Celerini, Fortuni, Quinti, Flaviæ, Martialis, Privatiani, Septimæ, Dextri, Quinti, Arnesi, Donati: item Donati, Octaviani: item Donati, Marini, Navigi, Pulveri, Rogatæ, Victuri, Muberi, Fortuni, Victuri, Secundi, Celedoniæ, Saturnini: item Donatæ, Navidæ, Fortunatæ, Felicis, Juli, Crescenti, Gallici, Justiniani, Vitalici, Rogatiani, Lucellæ, Honorati, Feliciæ, Savinæ, Stulti, Simplici, Flaviæ, Alexi, Catulæ, Euticiæ, Peculiaris, Germanæ, Rogatæ, Marcellæ, Udemari, Stercolæ, Saturninæ, Primolæ, Castolæ, Donati, Felicis, Victori, Processi, Antoninæ, Sapidæ, Donatæ, Secundianæ: item Donatæ, Marcialis, Januari, Diuvi, Victuri, Tunidi: item Furtunati, Criscenti, Germani, Asidæ, Furtunati: item Rogatæ, Epaphroditi, Marcellini, Palatini, Faustini Episcopi, Eutici & aliorum LVI. *secunda turma ex Ms. Epternacensi.*

3 *En Martyres octoginta quatuor suis nominibus ex- collato cum pressi, quos per decades conferimus cum aliis Martyrologii aliis Mss. Hieronymiani apographis, & nonnullos addimus. Reli-*

quorum

A *quorum Anteſignanus dicitur* Auguſtinus Epiſcopus *in MSS. Lucenſi & Blumiano: qui vereor ne ex claſſe Nicomedienſium Martyrum iteratus hic ſit: relinquo tamen ut inveni. Tum loco* Victuri *ſcribitur* Victori *in eiſdem:* Gai, Gagi, Gajani *&* Gagianti, *& tunc* Anti *nomen omittitur, æque ac nomen* Furtuni, Frontini, *aut* Frontani; *& cum* Martiale *deficit aliquamdiu MS. Blumianum, In ſecunda decade eſt nomen* Septimæ, Septimiæ *&* Septiminæ; *& loco* Quinti *eſt in aliis* Quintæ, *tum* Arneſi, Orneſi *&* Ameſi. *Alter* Donatus *deeſt in Corbeienſi, & in eo legitur nomen* Mariani, *uti in Lucenſi* Octavianæ. *In tertia decade ſunt in Lucenſi nomina* Rogati, Mulieri, Victori. *In Corbeienſi deſunt nomina* Muberi, Fortuni, *& pro* Victuri *eſt* Victurio *& loco* Celedoniæ *in utroque legitur duplex nomen,* Cecili, Donatæ. *In quarta decade & deinceps ordo immutatur, & loco* Juſtiniani *in Corbeienſi habetur nomen* Juſtiani, *& interponitur nomen* Donati, *qui ſupra in Corbeienſi defuerat. In quinta decade loco* Stulti *habetur* Salti *&* Sulliti. *In ſexta decade valde variant nomina; &* Germanæ, *aliis eſt* Germani; Marcellæ *in Lucenſi* Maricellæ; *&* Udemari, Odemari *&* Odemaræ *ſcribitur: item* Stercola, *aliis* Ercola *eſt: &* Primola, Primolas: *&* Donatus *Corbeienſi* Donata. *In ſeptima decade pro nominibus* Victori *&* Sapidæ, *in*
B *Corbeienſi eſt* Victuri *&* Sapi. *Nomen* Antoninæ *in utroque deeſt, & pro* Januario *in Corbeienſi eſt* Januaria, *&* Donata *deeſt in Lucenſi. In octava decade loco* Diuvi *eſt in aliis (etiam Blumiano quod hinc reſumitur) nomen* Tunidi *vel* Tunnidi; *&* Victuriæ *ſeu* Victoriæ *loco* Victuri: *&* Avidæ *loco* Aſidæ *ſcribitur: & deeſt nomen* Fortunati, *& in Lucenſi* Rogatæ. *Demum in ultimo ordine additur in aliis nomen* Floriani *ſeu* Floridiani, *&* *loco* Eutici *in Lucenſi eſt* Euſtici. *Subjunctus illis numerus* Martyrum LVI, *in aliis eſt* XL *aut* XLV. *Ex his in MS. Tamlactenſi referuntur nomina* Martialis, Frontonis, Quinti, Celerini, Privatini, Arneſii, Donati, item Donati, Gaginati, Navigii, Pulunii, Octaviani, Flaviæ, Septimnæ, Dextræ, Quintæ, Rogatæ, Felicitatis. AUCTORE G.H.

4 *Qui hujus turmæ Aſorum Martyrum primus collocatur* Auguſtinus *refertur etiam in MS. Trevirenſi S. Maximini: &* Quintus *in MS. Kalendario ante operas S. Iſidori Hiſpalenſis reperto, &* Antus *in MS. Caſinenſi. Eum qui priori claſſi* Frodiſius *&* Afrodiſius *ab aliquibus adjicitur, hinc rejecimus; arbitrati poſſe eſſe eum qui hic* Epaphroditus *dicitur. Qui Martyribus Nicomedienſibus in MSS. Vaticano S. Petri, Caſinenſi & Altempſiano additus eſt* Maximus, *etiam huc ſpectat.* *aliqui in aliis faſtis.*

5 *Quo hi Martyres tempore paſſi ſunt non liquet. Florentinius propendet in tempora S. Cypriani, cujus eſt illud in Exhortatione ad martyrium cap.* XI. Exuberante poſtmodũ copia virtutis & fidei, numerari non poſſunt Martyres Chriſtiani. *Porro priori turmæ* innumerabiles *adjungit Notkerus, & ſic honeſte omiſit poſteriorem turmam.* *An paſſi tempore S. Cypriani?* E

DE S. IVVENALE MARTYRE. G.H.

VII MAII. *Cultus ſacer in antiquis faſtis.*

Nomen hujus Sancti, ad hunc VII *Maji & nonnullos alios dies relati, notiſſimum eſt, ſed res ejus geſtæ latent, ut ne quidem de loco & tempore, quibus floruerit, poſſit aliquid certi proferri. Vſuardus in omnibus plane exemplaribus, manu exaratis & typo excuſis, iſta tradit:* Eodem die S. Juvenalis Martyris. *Quæ eadem habentur apud Bellinum, Molanum, Grevenum, in Martyrologio Coloniæ & Lubecæ anno* MCCCCXC *excuſo, & in hodierno Martyrologio Romano. Apud Adonem, tam in variis membranis deſcriptum quam à Moſandro & Roſweido excuſum, ea ita exprimuntur:* Natale S. Juvenalis Martyris. *Beda hoc die vacat: ſed quod ſub ejus nomine excuſum poſtea Martyrologium eſt, prædicta ex Adone refert. Notkerus quaſi eadem habet hac phraſi,* Nativitas S. Juvenalis Martyris. *Et hæc ab Adone & Notkero primo loco referuntur: deque eo ſolo iſtum verſum hoc die habet*
C *Wandelbertus:*

Morte pia Nonas Juvenalis Sanctus honorat.

Similia ſunt in antiquis Faſtis MSS. Trevirenſibus S. Maximini & S. Martini, Leodienſi S. Lamberti, ac Divionenſi Supplemento ad genuinum Martyrologium Bedæ, atque in MS. Florario Sanctorum: item apud Maurolycum, Felicium & alios recentiores. Hæc cum ubique ſic haberentur, & nullus locus exprimeretur, videtur aliis data libertas hunc Martyrem ſuis eccleſiis attribuendi.

2 *Marius de Vipera in Catalogo Sanctorum, quos eccleſia Beneventana celebrat, arbitratur hunc Sanctum ibi ſub ritu duplici coli ſecunda die Maji, & hoc elogium ejus profert:* Juvenalis Martyr, ob miraculorum frequentiam inſignis, Beneventi præſertim effulſit. Cum enim ipſa civitas mirum in modum peſtilentia afflictaretur, ejus interceſſione & patrocinio libera & ſana facta eſt. Ejus corpus in ipſamet civitate, intra auguſtum templum S. Sophiæ, ſub altari ſpecialiter ei dicato aſſervatur, magnaque populi frequentia colitur: præſertim ſexto Nonas Maji, qua die ejus feſtum Beneventi celebratur: ut ex geſtis ipſius glorioſi Martyris, in eadem eccleſia habetur. Eumque eſſe fatemur, de quo Martyrologium Romanum ſub die ſeptima hujus menſis agit, & hunc diem Tranſlationis eſſe credimus. *Hæc Vipera, citato ad marginem* MS. Martyrologio antiquo bibliothecæ Beneventanæ num. 178 ſignato, *præter quod ſi habentur aliqua Beneventi alicujus S. Iuvenalis geſta, optamus ea nobiſcum communicari, de eo ſeorſim acturis, ne diſceptationes multiplicentur. Ad eumdem diem ſecundum Maji nomen* S. Juvenalis *inſcriptum eſt antiquo Martyrologio Reginæ Sueciæ ſæpius à nobis allegato. At die* III *Maji in MS. Romano Cardinalis Barberini ſub finem additur:* Alibi S. Juvenalis Martyris. *Apud Grevenum etiam, poſt relatum* S. Juvenalem Epiſcopum, *ex Vſuardo additur:* Eodem die Juvenalis Martyris. *At quinto die Maji in MS. Caſinenſi, inter alios Martyres, eſt nomen* S. Juvenalis: *& iterum ſexto die refertur* S. Juvenalis Martyr *in quatuor MSS. Kalendariis noſtris. Quæ omnia de* S. Juvenale, *ad hunc* VII *diem relato, videntur intelligenda.* 3 *Maji.* 5 & 6 *Maji.*

F 2 *Baronius in Notis Martyrologii ad diem* III *& hunc* VII *Maji*, opinatur hujus meminiſſe S. Gregorius Homilia 27 in Euangelia, *quaſi* S. Juvenalis Martyr eſſet Epiſcopus Narnienſis, & in ea eccleſia ſepultus. *At Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ ad hunc* VII *Maji, de* S. Juvenale Martyre Romano *iſta ſcribit:* Hac die Juvenalis Martyr in Martyrologio Uſuardi & Romano memoratur: quem Baronius opinatur Epiſcopum fuiſſe Narnienſem, de quo S. Gregorius Papa Homilia 27 loquitur. Nos vero cum Narniæ nulla Juvenalis Martyris memoria extet, à Juvenali Epiſcopo & Confeſſore diverſi; hunc potius Juvenalem Diaconum S. Alexandri Papæ credimus, de quo Petrus Galeſinius in ſuo Martyrologio die III Maji agit, & antiqua MSS. citat. *Verum iſta Galeſinii MSS. non mereri multam fidem ſæpius oſtendimus, & accurate diſcußimus acta* S. Alexandri, *abſque ulla* Juvenalis Diaconi *mentione.* *an hic relatus ſit Epiſcopus Narnienſis* *aut Diaconus S. Alexandri Papæ.*

Corpus alicujus Iuvenalis Benevenſi *culus 2 Maji.*

4 *Idem Ferrarius in utroq; Catalogo ad hunc* VII *Maji refert* S. Juvenalem Epiſcopũ Interamnenſem: ex cujus Actis, ſi extarent, deprehenderetur num diverſus eſſet à Juvenali Epiſcopo Narnienſi. Huic S. Proculus Epiſcopus Interamnenſis ejus nominis ſecun- *an Epiſcopus Interamnenſis*

A dus, eccleſiam in colle, cui à Sancto Epiſcopo nomen eſt, in agro Interamnenſi ædificavit. *Hæc ille. In Miſſali Mediolanenſi anno* MDXXII *& Breviario anno* MDXXXIX *excuſo nulla fit mentio* S. Juvenalis Epiſcopi & Confeſſoris *die* III *Maji, ſed ejus memoria tranſlata eſt ad hunc* VII *Maji: quæ de* S. Juvenali Narnienſi *ſunt intelligenda. De quo ſatis egimus* III *Maji, oſtendimuſque nihil eſſe cur præter hunc unum alius ejuſdem nominis Narnienſis aut Interamnenſis Epiſcopus ſtatuatur.* D

DE S. PLACIDO SEV PLACITO

PRESBYTERO AVGVSTODVNI IN GALLIA.

G.H.

VII MAII. AUguſtodunum, *urbs Æduorum antiqua & celebris, ad Arotium fluvium, in hodierno Ducatu Burgundiæ, antiqua Sede Epiſcopali ſub Archiepiſcopatu Lugdunenſi exornata, plurimos habet Sanctis adſcriptos Epiſcopos; inter*

S. Placidus ab aliquibus habetur Epiſcopus, *quos an cenſendus ſit* S. Placidus, *de quo hic agimus, merito dubitatur. Talis agnoſcitur in MSS. Atrebatenſi eccleſiæ Cathedralis, & Tornacenſi S. Martini, & ſub nomine* Placiti *apud Notkerum, & in MSS. Trevirenſi S. Maximini, & Leodienſi duplici S. Lamberti & S. Laurentii; item in Florario Sanctorum, & in auctario Vſuardi per Grevenum & Molanum in prima editione cum Caniſio & Ferrario, in quibus iſta verba habentur:* Au-

B guſtoduno B. Placidi *ſeu* Placiti Epiſcopi. *Addit Galeſinius,* & Confeſſoris: *& Sauſſajus,* divinæ gratiæ diſpenſatoris egregii. *Verum hiſce omnibus obeſt, quod nullum* Placidum *ſeu* Placitum Epiſcopum Æduenſem, *ſive* Auguſtodunenſem *agnoſcant, Antonius Monchiacenus, Demochares,* Ioannes Chenu, Clau-

melius Presbyter *dius Robertus & Sanmarthani: ut videatur antiquioribus MSS. credendum, qui* Presbyterum *appellant, uti ſunt quatuor apographa Martyrologii Hieronymiani, etiam Epternacenſe ante mille propemodum annos exaratum, in quo iſta habentur:* Auguſtoduno depoſitio Placiti Presbyteri. *MS. Corbeienſe Pariſiis excuſum, Lucenſe à Florentinio editum, & MS. Blumianum, atque Rabanus in ſuo Martyrologio iſta referunt:* Auguſtiduno depoſitio Beati Placidi Presbyteri. *Pridie hujus diei ſeu* VI *Maji, in MS. antiquo Reginæ Suecia plurimum ab Holſtenio laudato, & in MS. Martyrologio cœnobii Luxovienſis, idem clarius confirmatur his verbis:* Augu- *& Abbas* ſtiduno depoſitio B. Placidi Presbyteri, & Abbatis *S. Sympho-* baſilicæ S. Symphoriani Martyris. *Colitur* S. Sympho- *rini.* E rianus, *Martyr Auguſtodunenſis,* XXII *Auguſti: baſilicæ vero, ſub ejus nomine exiſtentis, meminit Fortunatus in Vita S. Germani Epiſcopi Pariſienſis ad diem* XXVIII *Maji illuſtranda: & num.* 3 *hunc aſſerit* à Nectario Epiſcopo conſtitutum Abbatem ad S. Symphorianum. *Num vero hanc dignitatem ante vel poſt S. Germanum obtinuerit* S. Placidus, *incertum eſt.*

DE SANCTO INNOCENTIO

EPISCOPO AFRICANO CAIETÆ IN ITALIA.

D.P.

SEC. IV. CAjeta, *in laterali Latio & Formiano ſinu, antiquiſſima civitas & Epiſcopalis eſt: quæ hoc tempore annexa regno Neapolitano, Catholicum Regem Hiſpaniarum ſuum Principem reveretur: cujus ope arceque munitiſſima, reddita eſt inexpugnabilis. In Ca-*

Cajeta cum aliis Sanctorum corporibus eſt corpus S. Innocentii *thedrali eccleſia requieſcunt* varia Sanctorum corpora: *ſcilicet* Eraſmi, urbis hujus Patroni, *cujus feſtum celebratur die ſecunda Iunii;* Marciani, Epiſcopi & Martyris, *ad* XIV *diem ejuſdem Iunii referendi;* Caſti & Secun-

C dini, *quorum natalis incidit in Kalendas Iulii;* Probi Epiſcopi & Martyris, *ad* VI *Octobris memorandi; & ad hunc menſem Majum recolendi ſpectant,* S. Innocentius *hoc* VII *die,* Euperia *Virgo & Martyr die* XVII, *&* Al-

& ſolennis cultus. bina, *itidem* Virgo & Martyr, *die* XXVI: *quorum omnium corpora ibidem requieſcere, & feſta ſolenni ritu peragi, teſtatur Ferdinandus Vghellus tomo* I *Italiæ ſacræ in Cajetanis Epiſcopis. Nos de ſingulis ſuo tempore acturi, ex*

Acta Mss. qualia Fervario judicata; *Legendario MS. Cajetano plerorumque Acta obtinuimus, procurante P. Antonio Beatillo Societatis Ieſu, ſtudiorum noſtrorum amantiſſimo, cui promovendo theſaurum à ſe de Sanctis regni Neapolitani collectum liberaliter communicavit. Aliquod ejus compendium ſed* fabuloſis, *ut ait,* rejectis, *edidit Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ; & hanc ſubiecit Annotationem:* Hæc S. Innocentii hiſtoria accurata eget cenſura alicujus viri docti, qui omnibus diligenter inſpectis, tempus quo vir in humanis fuit proderet, quæ Galilæa civitas, & quæ Juſtiniana ſit (tres enim hujus nominis urbes leguntur) explicaret. *Hæc ille. Verum, unde opinatur editum à ſe compendium Vitæ apud viros doctos poſſe obtinere aliquod ſpecimen veroſimilitudinis, cum ipſam hiſtoriam, ex qua illud compendium eſt deſumptum, aſſerat fabuloſam? Prius igitur quam de ipſa, qualis videatur nobis, pro-*

quomodo hic propoſita? *nuntiemus aliquid, contextum ejus hic proponere placet, ſub titulo Vitæ apocryphæ; utpote obſcura multa, quædam etiam à veriſimilitudine aliena continentem: tum vero noſtras ad eam illuſtrandam conjecturas, & ad caſtigandam cenſuras proponemus, integrum de re tota judicium relinquentes Lectori. Ipſa ſic habet.*

VITA APOCRYPHA

Ex Legendario MS. eccleſiæ Cajetanæ.

F *Dicitur quinquennis per Angelum ablatus à parentibus*

1 IN diebus illius perſecutio erat Chriſtianorum: & dum natus fuiſſet Beatus Innocentius in Galilæa civitate, factus annorum quinque media nocte ablatus eſt ab Angelo à latere matris ſuæ. & ductus ad Sanctos Quadraginta, milliario trigeſimo à parentibus ſuis. Tunc expergefacta mater ejus, non invenit filium ſuum ad latus ſuum: & dicit ad virum ſuum Adrianum: Væ nobis! quomodo ablatus eſt filius noſter à latere noſtro? quid utile erit nobis eſſe in hac civitate? Primarius fructus noſter ablatus eſt à nobis: exeamus de civitate iſta, & mutemus aliam Provinciam. Exeuntes portam civitatis Galilææ, pervenerunt in civitatem Juſtinianam in terra Africa, ſcrutantes per univerſa loca, quærentes B. Innocentium filium ſuum, ſimulque tranſmittentes B. Memoratianum..... quærendo B. Innocentium.

adultus reverſus in patriam, 2 Beatus vero Innocentius, cum moratus fuiſſet in loco, quo portatus fuerat ab Angelo, annis viginti duobus, & factus fuiſſet annorum jam viginti ſeptem; data eſt ei gratia à Deo ſapientiæ & intellectus, & recordatus parentum ſuorum, ait intra ſe: Qui ſunt parentes mei, vel cujus matris lac bibi, aut qualiter

in

A in hunc locum adductus ſum ignoro. At recordatus Pſalmi in loco ubi dicitur, qui aſcendunt mare in
Pſ.100,2. navibus in aquis multis ad operandum operationem ſuam: aſcendit in naviculam, & reverſus eſt in civitatem Galilæam, requirens parentes ſuos. Et confitendo ſe eſſe Chriſtianum, ductus eſt ad
coram Proconſule fidē Chriſti profeſſus quemdam Proconſulem, nomine Anolinum, qui in ipſis diebus S. Criſpinam Martyrem in vinculis detinebat, atque affligebat. Cumque audiſſet B. Innocentium, & cognoviſſet eum eſſe Chriſtianum, cœpit eum ſermonibus interrogare dicens: Unde venis? vel quo vadis? vel quem quæris? Cui B. Innocentius reſpondit, Parentes, quos habeo, non ſunt terreni: verumtamen patrem & matrem, qui me carnaliter genuerunt, quomodo ab eis ablatus ſum, vel ubi ſunt, neſcio: propter quod vado eos quærere, & ubi quæram, neſcio; & ſi eos non invenero, ſufficit Chriſtum, quem confiteor, quotidie mecum habere. Pro quo ſermone iratus eſt Anolinus Proconſul, & volebat eum terrere.

in Iuſtiniana urbe Africæ ordinatus Diaconus dein Epiſcopus. 3 Quod cognoſcens B. Innocentius, timore
B perterritus, eadem nocte aſcendens in naviculam qua venerat, pervenit in Provinciam Africam in civitatem, quæ vocatur Juſtiniana: ubi invenit parentes ſuos. Et moratus eſt in eadem civitate, ubi data eſt ei gratia à Deo & Domino Jeſu Chriſto, & factus eſt Diaconus, in quo habitu fuit annos ſeptem. Poſtmodum cum factus eſſet Epiſcopus, fuit in Epiſcopatus ordine per alios annos ſeptem.

veniſſe in inſulam Ænariam, tum Speluncam & navigaturus Terracinā, 4 Deinde vero venit in Italiæ Provinciam, in inſula quæ vocatur Ænaria, in partibus Campaniæ conſtituta, milliario à civitate Neapoli decimo octavo, in quo loco morabantur quædam Dei famulæ moniales; quæ ſuſceperunt eum cum magno gaudio in earum monaſterium, & ibi moratus eſt diebus ſeptem. Et egreſſus de ipſa inſula, veniens in locum quæ vocatur ſpelunca, ubi invenit B. Memoratianum Diaconum ſuum, qui jam anteceſſerat eum cum omni familia ſua, & gaviſi ſunt valde; & ingreſſi naviculam volebant ambulare in civitatem Terracinam, milliarium à Spelunca circa tertium decimum. Cumque jam appropin-
vento abactus Capratiam: quaſſet Terracinam, ſubito datus eſt ventus validus, & cœpit eos fatigare; ita ut remi in manibus eorum rumperentur, & jactavit eos ventus in locum, quæ vocatur Capratia: in quoloco morati ſunt dies quindecim.

C 5 Audiens hæc Severianus nomine, qui tenebat
venientes ad ſe capiēdum, primum locum in civitate Terracina, juſſit Notario ſuo, ut tolleret ſeptem paria boum & ambularet ad B. Innocentium, atque ſub omni cuſtodia cum omni familia ſua & rebus, deportaret in civitatem Terracinam. Quos cum vidiſſet B. Innocentius ſic armatos ad ſe venire; dixit ad Beatum Memoratianum. Pueri iſti veniunt comprehendere nos, di-
oratione ad Deum fuſa cit ei Beatus Memoratianus: Et ego jam video, ſed ora, Domine mi, in Chriſti nomine, ut in nos non faciant, quod volunt. Beatus autem Innocentius flexis genibus cœpit orare dicens: Domine Deus, Pater omnipotens Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui tecum vivit & regnat in ſeculorum ſecula, quem dignatus es per Prophetas nobis annuntiare venturum, ut nos ſua paſſione liberaret de regione umbræ mortis, & redimeret nos de inimicorum inſidiis, exaudi me ſervum tuum, in iſta hora: ut homines iſti, qui ad nos veniunt ad læſionem famulorum tuorum, ne permittantur quidquam
procul abegiſſe, contra nos operari, per Dominum noſtrum. Cumque explicuiſſet orationem, Notarius appropinquavit cum militibus, & ſeptem paribus boum. Cum autem apprehendiſſent B. Innocentium ſubito datus eſt mugitus omnium boum illorum, & exſpiraverunt omnes. Perterriti autem qui venerant, timore magno & fugati, reverſi ſunt in civitatem Terracinam, renuntiantes Severiano omnia quæ eis contigiſſent, & qualiter boves illorum expiraſſent. Talis autem in eis timor & tremor datus eſt; ut non ultra præſumpſerit Severianus ad B. Innocentium mandare, niſi ſolum rogando ut oraret pro eo. Beatus autem Innocentius in ea hora, qua cinctus eſt à militibus, antequam timor in illis oſtenderetur, oculos ad cælum levavit, dicens: Sicut cum gratia non potui ingredi hanc civitatem Terracinam, ſed ſicut inimicum me ſuſceperunt; peto, ut qui in ea natus fuerit, homo ille non ibi valeat. EX MS.

cocliten & mancum ſanaſſe, 6 Poſtea vero, dum adhuc B. Innocentius in prædicto loco Capratia moraretur, erat ibi quidam pauper à nativitate ſua egens victu, cui nomen erat Secundus: qui habebat unum oculum læſum, ac manum unam pedemque unum aridum: qui nequaquam victum inveniebat, nec alia facultas aderat, abſque uno pari bucularum immaculatarum. Cui apparuit Angelus Domini in ſomno, dicens: Apprehende buculas, & vade ad B. Innocentiam: & quod tibi ab eo imperatum fuerit, fac. Exurgens mane homo ille ambulavit ad E
B. Innocentium, dixitque ei quæ in ſomnis viderat. Cui B. Innocentius dixit: Fac, quod tibi juſſum eſt, & veni ad nos. Cui dicit homo ille: Domine, volo buculas apprehendere, ſed nullatenus poſſum, quia neque zonam in capite acceperunt, neque jugum in cervice. Cui B. Innocentius dixit: *indomitos boves ciccaſſe.*
Vade in nomine Domini Jeſu Chriſti, cujus ego ſervus ſum: apprehende vaccas has ſecure, & nullam tibi moleſtiam facient. Abiit homo ille aridus, & cum tanta manſuetudine apprehendit eas, ac ſi dies noctesque in fune ſtetiſſent, quas antea nec decem homines domum ſuam applicabant. Quas cum apprehendiſſet, jugum imponens ſuper eas, ducit eas ad mare apud B. Innocentium. Qui cum vidiſſet eum, dixit: Deus & Dominus noſter Jeſus Chriſtus rependat tibi pro nobis, & efficiaris ſalvus; ut qui in infantia tua habuiſti male, modo bene recipias. Et juncto vehiculo impoſuit ſuper eas, quæ neceſſaria erant, & abiit ad locum, quem deſiderabat, hoc eſt à fundo ad Palmam, paſſus plus minus octingentos. Homo ille reverſus cum oratione ad domum ſuam, invenit omnia vaſa plena tritico, oleo, & vino, cui ab ipſo die reddita eſt ſalus in oculo, manu, pedeque: F
& tanta ei Deus miniſtrabat per orationem Beati Innocentii, ut uſque ad mortem ſuam ei aliquid minus non fuerit.

moritur 7. Maji 7 Beatus autem Innocentius requievit in eodem loco cum Diacono ſuo Memoratiano, ſeptimo die menſis Maji, ubi mirabilia per eos Dominus oſtendit. Poſt multum vero tempus tranſlatum eſt corpus
tranſlatus Cajetam claret miraculis. B. Innocentii à civibus Cajetanis in civitatem Cajetam, & cum hymnis, & laudibus reconditum eſt in abdito ſanctæ Mariæ Cajetanæ eccleſiæ: ubi ejus meritis & interceſſionibus multa mirabilia fulgent, ad laudem Domini noſtri Jeſu Chriſti: qui cum patre, & Spiritu ſancto vivit & regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

CONIECTVRÆ ET CENSVRÆ

In Vitam præcedentem.

Sub Diocletiano & Maximiano vixit Innocentius

1 QVod in tota ea, quæ de S. Innocentio habetur, hiſtoria inventu difficillimum viſum Ferrario eſt; obviam plane habet ſolutionem, oculos reflectenti ad S. Criſpinam, quæ cum in vinculis attinebatur & affligebatur à Provinciæ Proconſule, ad eumdem adductus S. Innocentius *dicitur*, fidemque profeſſus. Nec enim ignobilis ea aut obſcura eſt Martyr: ſed apud S. Auguſtinum occaſionibus variis lociſque minimum quinque laudatur; ad diem v Decembris, quo colitur, plenius & diſtinctius expendendis. Satis hic fuerit Adonem audire, ex illis hoc elogium ipſi texentem: in Africa apud Coloniam Thebeſtinam, natalis S. Criſpinæ, quæ temporibus Diocletiani & Maximiani, cum ſacrificare noluiſſet, juſſu Anolini Proconſulis decollata eſt. *En tempus, en locum quo referas cetera.*

Galilea in Africa loco maritimo,
B

2 *Nempe* Thebeſta, *ut ipſe in Lexico Geographico docet Ferrarius*, urbs Africæ mediterranea & olim Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Carthaginenſi. *Huic ergo proxima, ſed ad mare, fuerit* Galilæa, *Innocentii patria: nec procul inde etiam ad mare, ſed in alia, puta Byzacena provincia, urbs* Juſtiniana. *Ignota, inquies, Africanis Concilius atque hiſtoriis nomina, imo longe petita: nam* Galilæam *Paleſtinæ regionem ſolam legimus,* Juſtinianam *vero (quæ tamen urbs Epiſcopalis eſſe deberet) alibi plures, nullam in Africa.* De Galilæa *fateor: ſed & hoc ſcio, plurima eſſe & fuiſſe in Africa ignotæ appellationis aut poſitionis oppida, imo & urbes. Carolus à S. Paulo in ſua Geographia ſacra ordine alphabetico proponit notitiam Epiſcopalium Sedium ultra centum & quinquaginta in Africa, quæ cui provinciæ ſint adſcribendæ ignoratur; inter notas autem certaque provinciæ adſcriptas urbes, leges apud eumdem* Beneventum, Papiam, Neapolim, Pariſium, Regium, Abidum, Seſtum, Idam, Abderam, Hortam, *ſimileſque, imo* Germaniam & Aquitaniam, *non regiones, ſed urbes; quas non minori cum admiratione aliquis minus peritus audiat nominari in Africa, quam* Galilæam.

deinde Adrumeti poſt dicta Juſtiniana:
C

3 *Ad* Juſtinianam *quod attinet, obſervo, omnes hoc nomine appellatas urbes ab reſtauratore* Juſtiniano *id accepiſſe ſeculo* VI, *poſt ea Concilia celebrata, ex quibus nunc fere habemus Africanarum Sedium nomenclaturam, cum aliis antea dicerentur nominibus, ſicut Byzantium primum dicebatur, quæ poſtea ab amplificatore ſuo dicta Conſtantinopolis. Teſtem de his locupletem & irrefragabilem habemus Procopium Cæſareenſem, per omnes quos de Iuſtiniani ædificiis ſcripſit ſex libros, quorum ultimus ea ſolum tractat, quæ fecit in Africa, capite autem 4 narrat, quomodo in provincia Byzacena urbem maritimam* Adrumetum, *muris expoliatam à Wandalis, exindeque Maurorum incurſionibus expoſitam, ille invenerit*; verum eadem muris maximis cincta, ac juſto inſtructa præſidio, cives ab hoſtium quorumvis metu in ſecuritatis fiduciam vindicavit, Quapropter, *inquit Procopius* & hanc etiam urbem hodie vocant Juſtinianam, ſervatori Principi ſolventes ejuſmodi præmium, ſolaque nominis impoſitione gratum animum ſignificantes: quippe nihil aliud, quo Imperatoris beneficentiam remunerentur, aut habent ipſi, aut ille exoptat. *Habemus ergo Iuſtinianam, à tribus quas noverat Ferrarius, in Macedonia, Mœſia, Bithynia ſitas, adeoque nihil huc facientes, diverſam. Fuit autem* Adrumetum *urbs Epiſcopalis, in eaque anno* CCCXCIV *celebratum Concilium.*

4 *Vt autem vitæ ſcriptor notam ſuo tempore urbis hujus appellationem uſurpavit, pro ea quæ Diocletiani ævo nota erat; ſic videtur etiam recentioris inſtitutionis vocabulo uſus, cum locum, trigeſimo milliario à* Galilæa, *Innocentii patria, diſitum, vocavit* ad Quadraginta, *Martyres ſcilicet Sebaſtenos intelligens,* IX *Martii coli ſolitos, quorum ſacri cineres, Conſtantini ac poſterorum ejus temporibus, in varias orbis partes delati, pluribus etiam locis nomen fecere: quod & in Africa accidiſſe poſſumus credere. Præerat autem Byzacenæ Provinciæ Proconſularis; quem omnino credo in hac Vita vocandum fuiſſe* Anolinum, *ſi exactiorem rei notitiam auctor habuiſſet: at vero Innocentium legens vel audiens à* Severiano, *primas Terracinæ tenente paſſum moleſtiæ aliquid, non abſurdum credidit, eidem in Africa adducere Innocentium, fidem profeſſurum, quod nunc melius corrigeretur.*

D

educatus in loco qui poſtea appellatur ad Sanctos 40.

5 *Sancti porro peregrinatio in Italiam fugiendæ perſecutionis cauſa, difficultatem non habet quoad loca per Vitæ auctorem expreſſa: ſuberant enim Provinciæ Africanæ Præfecto Prætorio Italiæ, imo & ipſis Imperatoribus Auguſtis, qui Romæ potiſſimum degebant: hinc continua erat ex Africa in Italiam navigatio, in qua primum eſt* Ænaria inſula, *paſſim ab antiquis deſcripta, nunc* Iſchia *appellata. Notiſſima quoque ibidem eſt urbs* Terracina, *inter quam &* Cajetam Spelunca, *à Tacito, Suetonio & Strabone memorata, nunc* Sperlonga *dicta. Non procul inde* Fundi, *antiquiſſima civitas & etiamnum Epiſcopalis eſt: unde de* Capratia *quod ibidē ſit in territorio Terracinenſi, conjectura fieri poteſt: quid ſi hæc nunc* Turris S. Anaſtaſii *appelletur? Inquirendum id viris eruditis relinquimus; quia nolumus ad* Caprariam *inſulam, inter Corſicam & Genuenſem ditionem, confugere. Et hæc de locis in Vita hac memoratis.*

deinde ad Campaniæ littora migravit.

E

6 *Iam quod ad reliquam ejus ſeriem attinet: ea ſic videtur ordinari poſſe, ut circa annum* CCLXXVI *natus, quinquennis raptus fuerit è paterna domo. Hoc quia ei in ſalutem ceſſit, crediderit auctor ab Angelo factum. Ab iis deinde in quorum poteſtatem devenit dominis, ingenua pueri indole delectatis, traditus ſit litteris ſacris ac profanis inſtituendus, eo in loco qui poſtea à Quadraginta Martyribus nomen accepit; ibique per annos non ſolum duos, ſed (prout ex conjectura correxi) viginti duos, ad omnem proficiens ſapientiam, cum jam ageret ætatis annum, non ſeptimum, ſed vigeſimum ſeptimum, parentes hactenus ſibi ignotos quærere aggreſſus,* Galilæam *abierit, fervente jam Diocletiani perſecutione contra Chriſtianos: ubi mox talis agnitus, ductuſque* Thebeſtam *ad* Anolinum, *manus ejus evaſerit veneritque* Adrumetum: *quo jam pridem parentes ejus migrarant. Hos vero iſtic divina quadam diſpoſitione reperiens ibidem ſubſiſtere elegerit, & ceſſante per ultroneam Imperatorum abdicationem perſecutione cooptatus ſit in Clerum, cum ſuo quondam pædagogo Memoratiano. Factus deinde eccleſiæ illius Diaconus, poſt annos ſeptem in eo munere & gradu exactos, Epiſcopo urbis mortuo in Pontificatum ſucceſſerit: in quo conſtitutus prædictum* Memoratianum *aſſumpſerit in* Diaconum ſuum: *ſic enim corrigo quod in ecgrapho noſtro modo,* datum, *modo,* dictum ſuum, *perperam ſcribitur.*

F

Vitæ tempus quomodo ordinari poſſit.

Cauſa deſerendi Epiſcopatus, poteſt fuiſſe Arianorum violentia

7 *Quæ deinde cauſa jam Epiſcopo fuerit, ut Eccleſia ſua dimiſſa migrare decerneret in Italiam, cum ſua Epiſcopali familia, quis poſſit divinare? Suſpicari ſi libeat ad Conſtantii uſque tempora & orthodoxorum Epiſcoporum toto imperio vexationem perveniſſe Innocentium; conjectare haud inconſequens fuerit, Arianorum violentiæ eccleſias occupantium ipſum ceſſiſſe eodem tempore, quo latere cogebatur S. Athanaſius: præmiſſoque in navi cum familia Memoratiano, in* Ænariam *primum inſulam, deinde* Speluncam *appuliſſe, unde voluerit* Terracinam *navigare: ſed vento validiori coactus exſcenderit ad* Capratiam, *medio forſan inter Terracinam & Speluncam ſpatio, ibique ſubſtiterit dies quindecim.*

8 *Interim vero de Catholici ex Africa* Epiſcopi *adventu monitus* Severianus, *eidem urbi à Conſtantio Imperatore Præfectus, homo Arianus (non enim gentilem fuiſſe, ſed*

nec

A *ob quam & Terracina excluſus fuerit ſub Imp. Conſtantio.*

nec Catholicum, ſatis patet ex eo quod egit) vinctum eum adduci præceperit, ſubmiſſo Notario cum ſeptijugo plauſtro, in quo adveherentur Terracinam ipſe & ſocii. Bobus autem ad ſancti viri orationem mortuis, territo Notario, & Severianum terrente, ſic ut etiam precibus ejus ſe commendaret, ibidem Capratiæ *dimiſſus fuerit quiete habitare: donec tam ipſe quam* B. *Memoratianus ac ceteri morerentur, miraculis clari, præſertim* Epiſcopus Innocentius, *cujus ibi cultus* VII *Maji perſeverarit; donec loco per Saracenos deſolato, ut alia plura,* Cajetani *cives excitati fuerunt, ad venerabile corpus in ſuam eccleſiam transferendum. Quando ex eis quæ Capratiæ tradita ſermone, vel ſaltem picta ſcriptave fuere, compilata etiam Vita hæc fuerit; cui poſt tantum temporis intervallum facile ignoſcas circumſtantiarum minus veriſimilium aſperſum aliquid, cum ea fere fortuna ſit omnium Vitarum quæ poſt plurium ſeculorū lapſum ſcriptæ fuere. Ferrarius in Catalogo generali,* S. Innocentium Epiſcopum & Martyrē *appellavit: ſed ipſe ſe in Catalogo Sanctorum Italiæ corrigēs, rectius aſſerit,* Confeſſorem in Domino obdormiviſſe.

AUCTORE D. P.

DE S. MASTIDIA VIRGINE

TRECIS IN CAMPANIA GALLICA.

G.H.

VII MAII. *Inter illuſtres ſanctitate feminas, quæ plures apud Tricaſinos ſeu Trecenſes in Campania Gallica floruerunt, cenſeri debent* Maura & Maſtidia: *illa vixit circa annum quadrageſimum ſupra octigenteſimum, & habuit Vitæ ſuæ ſcriptorem Prudentium Epiſcopum, auctorem plane coævum, qui S. Maura devotionem erga S. Maſtidiam ita exponit:* Nondum, frater Mauriti, à memoria mea elapſum eſt, quod te miniſtrante oculata fide cognovi. Expleta namque matutina ſynaxi, innuiſti mihi ut Mauram aſpicerem, arctius amplectentem & dulcius oſculantem altare, ubi corpus beatæ Virginis Maſtidiæ requieſcit: ſed & hora ſexta à Fratribus decantata, ad pedem ejuſdem altaris lacrymarum ſuarum rivulum oſtendiſti. *Hæc ibi. Colitur* S. Maura XXI *Septembris, at* S. Maſtidia *hoc* VII *Maji. Ex adductis verbis ſcimus corpus ejus publicæ venerationi ſeculo nono in altari ædis Cathedralis expoſitum fuiſſe, at quot ſeculis ante vixerit non conſtat. Nicolaus Des-Guerrois de Sanctis Trecenſibus, ad ſeculum primum transfert, & Martyrem obiiſſe ſtatuit: ſed non probat.*

Feſtum inventionis 7 Maji.

B *Corpus in altari ſec. 9.*

tempus vitæ incertum.

Hiſtoria inventi corporis.

2 *Deplorat res ejus geſtas non extare auctor Hiſtoriæ inventi corporis & miraculorum, quæ aſſerit coram oculis ſuis menſe Aprili anni milleſimi ſeptimi fuiſſe patrata. Edidit hanc hiſtoriam Nicolaus Camuzatus in Promptuario ſacrarum Antiquitatum diœceſis Tricaſinæ, quam nos ex illo deſumptam damus. Meminit ejuſdem Inventionis Monachus Altiſſiodorenſis, Robertus nomine, in ſua Chronologia iſtis verbis:* Apud urbem Trecaſſinam, Præſulante Milone, in fundamento eccleſiæ ejuſdem Sedis, inventum eſt cujuſdam electæ Dei Virginis venerabile corpus, purpura integra involutum: invenerunt etiam nomen ipſius Maſthidia. Collocatum eſt ergo corpus hujus S. Maſthidiæ Virginis, &

ſub Milone Epiſcopo,

C in Trecenſi Sede venerabiliter retinetur. *Hæc ibi. Sanmarthani in Epiſcopis Trecenſibus de dicto Milone Epiſcopo* XLVI *iſta habent:* Milo benedictioni eccleſiæ S. Stephani Senonenſis, factæ à Seguino Archipræſule anno DCCCCLXXXVIII, intereſt cum Rocleno Nivernenſi & Heriberto Autiſſiodorenſi, apud Odorannum in Chronico. Quo tempore D. Maſtidiæ corpus inventum eſt in eccleſia Trecenſi, quam vetuſtate collapſam reſtituit, *quibus ſimilia habet monachus Autiſſiodorenſis, Robertus dictus, ut poſt ex ejus ſupplemento patuit.* Miloni *ſucceſſit* Manaſſes, *qui* anno DCCCCXCIII ſupremum diem expleviſſe *dicitur.* Eccleſiam *autem* Cathedralem *reſtauratam in hiſce Actis* monaſterium appellari *aſſerit Camuzatus;* quod adhuc id temporis Canonici cum ſuo Præſule, tamquam monaſticæ vitæ aſſertores, in commune juxta veterem inſtitutionem viverent; *idque factum addit* uſque ad tempora Philippi, *qui* Cathedram Epiſcopalem regendam ſuſcepit anno MLXXXII, *ubi plura in eam rem congeruntur, quæ ibi legi poſſunt.*

circa an. num 983

Canonicis in commune viventibus.

3 Feſtum inventionis colitur in prædicta eccleſia Trecenſi die VII menſis Maji, frequenti tum civium tum eorum, qui finitima urbis loca inhabitant, undecumque confluentium concurſu, eximio illud devotionis fervore celebrantium, qui etiam in eadem eccleſia totam noctem pervigilant: adeo ut plerique aſſiduis orationibus, quam medicorum ope non poterant, corporis ſanitatem, intermedia Virgine & conciliatrice, obtineant. *Hæc aliaque dictus Camuzatus. Celebratur ad dictum* VII *Maji memoria* S. Maſtidiæ *in Trecenſibus Martyrologiis & MS. Carmelitani Ordinis, qui ſuum cultum in Breviariis & Martyrologiis ex conſuetudine harum potiſſimum ditionum per* B. *Alberrum Hieroſolymitanum Patriarchā, ut alibi oſtendimus, ſuſcepit. Memoratur etiam* S. Maſtidia *apud Grevenū & Molanum in Auctario Vſuardi, Ferrarium in Catalogo generali, Caniſiū in Martyrologio Germanico, & Sauſſajum in Martyrologio Gallicano. Ferrarius iterum citato Renato Benedicto de Vitis Sanctorum Galliæ, eamdem refert ad diem quintum Maji.*

E

4 *Scribit idem Camuzatus,* thecam, qua ſacrum Virginis corpus incluſum cuſtoditur, olim argenteis laminis affabre & ſubtiliore artificio elaboratis, auriſque celatura inſculptis, extrinſecus obductam fuiſſe..... quæ à Trecenſi Epiſcopo anno MDCVI die XX Maji relata fuit, dictumque corpus ex ea eductum, ſuper majus altare ſupradictæ eccleſiæ ſumma cum veneratione collocatum, ac extemplo in capſam repoſitum eſt. Quia vero ipſum corpus integrum, recto inter ſe ordine connexis & compactis membris, avulſo tantum ab humeris capite, repertum eſt; inde complures ſuſpicandi anſam arripuerunt, memoratam Virginem capite plexam, martyrii palmam obtinuiſſe. *Hæc ibi. Sauſſajus eadem ex cauſa ſcribit,* corpus martyrii indicio, nempe purpureo collobio, conſpicuum *inventum; quod repetit ad diem* XX *Maji, ob reſerationem thecæ iſto die factam. Erat tunc Epiſcopus Renatus Breſlæus, qui excitatus fuit illuſtri miraculo, quod dicto anno* MDCVI *in feſto* S. Maſtidiæ *contigerat. Erat puer eccleſiæ S. Stephani choraulus, paralyſi & omnium membrorum obſtructione ultra quatuor menſes miſere vexatus, & ad corpus S. Maſtidiæ delatus priſtinam ſanitatem ſubito aſſecutus. Quod miraculum legitime examinatum & approbatum eſt: de quo & reſeratione thecæ, elatione & repoſitione corporis, publicum inſtrumentum ſeu proceſſum verbalem confici curavit ſuo nomine dictus Epiſcopus Renatus, eſtque illud cum Vita S. Helenæ & hujus Maſtidiæ Gallice excuſum Trecis anno* MDCXXV.

Corpus expoſitum an. 1606

F

occaſione paralyticæ ſubito ſanatæ.

5 *Adduntur in eodem libello tria alia miracula legitime approbata, quorum prius contigit anno* MDCXIII, *in honeſta puella Loiſia Leger, quæ habebat tibiam ſiniſtram cum pede adeo inflammatam, ut poſt varia remedia fruſtrà adhibita, judicio medicorum & chirurgorum debuiſſet tibia abſcindi. Quod renuens dicta puella permittere, confugit ad patrocinium S. Maſtidiæ, & nocte ante feſtum S. Maſtidiæ vigilans in Sacello ejus, ſubito ſanata eſt, & ipſo die cum ſacrum S. Maſtidiæ corpus per urbem in ſolenni proceſſione portaretur, dicta puella abſque ullis fulcris alacris comitabatur. Alia duo miracula patrata ſunt anno ſe-*

Sanatio puellæ tibiis inflammatis affectæ an. 1613

AUCTORE G.H.

quenti MDCXIV, *quando duæ claudæ fuerunt ſanatæ, quarum altera, Edmera le Clercq vidua, biennio ex quadam in tibias defluxione non poterat abſque fulcris incedere, ſanata eſt ſexta Maji in vigilia feſti S. Maſtidiæ: altera femina conjugata, nomine Franciſca Patrois, quæ ex afflictione renum, & contuſione nervorum etiam biennio abſque fulcris non potuerat ſemet movere, ſanitatem recuperavit die* VIII *Maji poſtridie feſti S. Maſtidiæ. Horum miraculorum proceſſus verbalis aſſervatur in Archivio Epiſcopi Trecenſis.*

& duæ feminæ claudæ an 1614.

fundatio 2 Capellanorum

6 *In Regiſtro beneficiorum diœceſis Trecenſis ibidem anno* MDCXII *excuſo aſſignantur* duo Capellani altaris S. Maſtidiæ, *quorum conſtituendorum collatio ſpectat ad Epiſcopum, at fundatio refertur ad annum* MCCXXXV *apud Nicolaum Des-Guerrois: qui ſub finem libri addit, anno* MDCXXX *Ludovicum* XIII *Regem Chriſtianiſſimum cum Regina conjuge, Regina matre ac reliqua Curia, adfuiſſe Trecis, eiſque tunc alias Sanctorum reliquias fuiſſe oſtenſas, & inter has aperta theca ſacrum corpus S. Maſtidiæ, cujus pars aliqua Reginæ donata ſit.*

HISTORIA INVENTI CORPORIS

B

Erutа ex MSS. à Nic. Camuzato.

1 ADmiranda Sanctorum, geſta deſcribere, ſummi profectus credimus eſſe: diſſimiles enim mentes hominum, diſſimilationes exigunt modulationum. Quibuſdam ad inſtruendum mellita tantum Patrum eloquentia ſufficit, quibuſdam vero etiam mirabilium per Sanctos geſtorum relatio neceſſaria ſit, quorum mores non repudiandos, ſed pro modo ſuo quoſque credimus eſſe tractandos. Unde S. Maſtidiæ Deo dicatæ Virginis litteris mandare conamur actus, quos multis profuturos eſſe putamus. Hæc namque Virgo beata, quantis apud Deum valeat meritis, ſe viſitantibus, effectibus monſtrat mirabiliſſimis. Sed ejus vitam, quam ex præſentibus intelligimus virtutum copia fulſiſſe plenam, cum deſit, aut præ incuria priorum non deſcriptam, aut aliquo modo credimus periiſſe ſcriptam; idcirco prætereuntes dubia, referemus tantum ea, quæ noſtris viſibus fuerunt ſubjecta.

Prologus Auctoris

à ſe viſa narrantis

2 Milo vir reverendus, dum urbis Trecorum regeret Præſulatum, monaſterium S. Petri Principis Apoſtolorum parietibus induxit majoribus dilatandum, & ſenioris eccleſiæ quoddam deſtruens altare, quod Corpus ſacroſanctum Maſtidiæ Virginis ſciebat tegere, prius reperit tumulos Præſulum meritis & nomine famoſorum: hinc perſcrutando altius terræ ſolum, invenit tandem venerabilem prædictæ Virginis ſarcophagum, in quo unus ſupradictorum recondiderat tanti corporis theſaurum, & quaſi incubans ſervabat defoſſum. Aperiens ergo thecam, invenit ſancti corporis gemmam, purpura involutam, ita ſcilicet omni corpore integram, ac ſi die præcedenti eamdem ſubiiſſet ſpeluncam: quam cum ſummo numeroſi populi levantes honore, ſupra quamdam aram ejuſdem deponunt eccleſiæ, ubi Virgo comparatione difficilis, ſedem habuit diverſorum annorum curriculis. Tandem vero majoris templi altaribus Deo dicatis, in parte ſeptemtrionali conſecratum eſt altare in honore B. Baptiſtæ Joannis, juxta quod, cum magna innumerabilis populi honorificentia, Virgo prudentiſſima locatur Maſtidia: ubi quanto virtutum fulgeat fulgore, nulli rhetorum admodum explicabile, in tantum ſe jam extollit virtutum acervus quotidie.

C

corpus integrum repertum,

juxta altare S. Joannis Bap. collocatur

Anno 1007 *Fer.* 6 *Paſchalis*

3 Anno denique ab Incarnatione Dominica milleſimo ſeptimo, cum gens Chriſticolarum Dominicæ Reſurrectionis potiretur gaudio, & Paſchalis feſti ſolennitatem corde celebraret devotiſſimo, gaudia gaudiis accumulavit Virgo beata noſtris, quæ talibus prodidit indiciis. Feria ſexta Paſchalis hebdomadæ, cum ſol in terris jubar roſeum fudiſſet ignicomus, & terras illuſtraſſet radiis fulgentibus; quædam mulier, cujus arida gravi torpebat læva veterno, à Ternodorenſi venit pago; & ut oraculo dicerat, capſam Virginis ſubiit, & palma qua vigebat pectus tundens, voces ad ſidera lacrymoſas mittere cœpit. Brachium namque ejus humor deſeruerat, digitiſque omnibus in medio palmæ fixis, pugnus aridus pectori adhæſerat, nec qualibet vi à pectore avelli poterat. Hæc igitur longa trahens à pectore ſuſpiria, Maſtidiam ingeminat voce aſſidua. Nec mora: humor calori commixtus refovere cœpit artus, digitiſque calentibus à pectore divelli pugnus, digitorumque ſe ſubrigere cœperunt artus, & priſtinæ ſanitati totus redditus eſt humerus.

D

ſanantur mulier contracta

4 Hinc cum ſol aureus ſe ſubveheret ad altiora, & ejuſdem diei tertia jam incanduiſſet hora, more ſolito Fratres eccleſiæ S. Petri ſuburbanæ S. Remigii adeunt templa, Miſſarum inibi celebraturi ſolennia: ubi cum aliquandiu moras innecterent, contigit ut parentes cujuſdam infantis ab urbe Senonica redeuntes Trecorum mœnia ſubirent. Puer vero, qui jam videbatur triennis, præ infirmitate corporis non poterat imitari greſſus hominis, ſed magis videbatur repere more quadrupedis vel ſerpentis; ad cæli autem culmen vix tantum erigere caput poterat, nam reliqua pars terræ inhærebat, longoſque corpore tractus nitendo dabat, & ut ſerpens claudus vulnere ſe in ſua membra plicabat. Hunc itaque cum parentes ante S. Maſtidiæ inferrent præſentiam, meritis Virginis ſanctæ mox ſibi divinam ſenſerunt adeſſe clementiam; nam cunabula longa relinquens puſiolus, novellis plantis humum calcat rectus effectus. Stringitur in ſolidum quod fluxerat antea nervis, & miracula omnium aſtantium præbet ocellis.

E

puer incurvus & repens,

5 Interea pater quidam cum filio, frontis lumine privato, cum Clericis ſuburbanum adierat templum: Clericorumque præveniens reditum, redivivo greſſu ſæpedictæ Virginis reviſit locum, mox ſolita uſus Domini clementia: impetrante enim virgine Sancta, cæcatam pueri frontem tenebrarum deſeruerunt nubila, feneſtraſque reſeratas lucis adierunt crepuſcula; quorum fama totius urbis perluſtravit loca, Clericorumque concitavit animum redeundi ad Principis Apoſtolorum limina.

& alius puer cæcus.

F

Dominica in Albis

6 His interim geſtis, dies ſupervenit Dominica, quæ Octavis Paſchæ habebatur prætitulata; cujus ſub gallicinium, cum jam lucifer deſereret oceanum, Fratreſque eccleſiæ S. Petri partem celebraſſent Matutinarum; mulier quædam, quæ eamdem noctem duxerat inſomnem, tantam Virginis in ſe ſenſit propitiationem. Ejus namque tibiæ coxis adhæſerant; popliteque curvo, ſic ſe utrorumque nervi compaginaverant, ut verſo uſu, genibus, non plantis, terram calcaret: nec aliter quam manibus ſubnixa ſaltu terram ſuperans, alienis vectabatur veſtigiis, id eſt, quibuſdam in eundo innitebatur ſcabellis. Hæc igitur perſeverans in orationibus, cum nocturnorum primus jam celebraretur actus, divinæ pietatis ſic ſibi ſenſit adeſſe munus. Primitus caro à carne ſeparari, nervorumque ruga in longum cœpit enodari, moxque miris pallens modis (& ut adhuc teſtatur) anguſtia ineſtimabilis percuſſa doloris, vocibus totum implet locum lacrymoſis, quæ illuc confluere cogerent è diverſis diverſos locis; cunctiſque videntibus capſam ſancti Corporis manibus arripuit propriis, & quaſi manu erigeretur ſanctæ Virginis erecta adſtitit artubus cunctis. Sic Dominicę Reſurrectionis hora, erectionis ſuæ mulier ſenſit donа.

alia contracta,

A na. His ita peractis:

Jam prima novo ſpargebat lumine terras,
Tithoni croceum linquens aurora cubile;

7 Cum ſic ſæpe dictam virginem innovavit Dominus virtute. *item paralyticus,* Quidam homo, jam fere terdenis annis ſub mœnibus habebatur urbis, qui artubus omnibus diſſolutis, Virginis ſemper inhærebat januis & ab ingredientibus templum, ſe in ſterquilinio torpentem confoveri orabat eleemoſynis: læva namque ejus vitali habebatur exhauſta calore, & ſic arida in modum arcus ad flexum flectebatur ulnæ: tota etiam pars ſiniſtra corporis gravi torpebat paralyſi, & ſenſu privata erat omni, fluxoſque per artus, languida dimiſſis pendebant vincula nervis: quin etiam crurium & tibiarum nervi in rugam habebantur collecti, nec terram ſignare poterat greſſu quolibet levi. Hunc igitur, ut cadaver jam pene ſepeliendum, bis bina cervice referentes quidam, ut popoſcerat, ſub ſanctæ Virginis ponunt tumbam. Tunc aliquantiſper perſeverans in oratione flebili, extemplo donum medicinæ Dei ſenſit adeſſe ſibi. Primitus lævam, quam & ariditate & curvatione diximus damnatam, gravi etſi percuſſus dolore, cœpit erigere. Hinc non longo interpoſito ſpatio, pars B reliqua cœpit reviviſcere. Longi cadaver temporis extinctos ad vitam erigit artus, & calle novo progrediens perſona vetus, moris frequenter greſſibus pulſabat ſolum, hinc currens lætus laudat Dominum. Talibus igitur miraculis accumulavit Dominus gaudia ſuæ reſurrectionis. Nec lectorem, obſecro, fatua deterreat pagina, quæ etſi verborum horreat aſperitate incompoſita, tota tamen ſenſus mirabili nitet fragrantia; certi enim ſumus rebus tantis nos magis honorem detrahere, quam magna magnis accumulare; ſed interim ceſſet excuſatio frivola, cum quæ ſunt explicanda explicare tota nō poſſit pagina.

8 His tranſactis, ejuſdem hebdomadæ tertia ſuperveniente feria, quæ XVII Kal. Maji eo anno *15 Aprilis muta mulier* fixit ſedilia, cujus ſecundam cum jam vectis equis ſol attingeret horam, mulier quædam, Tricaſſinorum orta in patria, à Senonarum partibus rediens, urbis Trecorum adiit mœnia; & hæc ita auribus erat obturata, ſicque aurium ejus conceptacula habebantur obſtruſa, ut nullius quamvis clariſſima haurire poſſet verba. Sed cum ſanctæ Virginis veniret ante præſentiam, fortuitu Sacerdos quidam ad altare ejus pſallebat Miſſam. Nec diu orationibus vacarat lacrymoſis, ecce jam cæcas audire cœpit voces C Sacerdotis: hinc auris diutiſſime ſurda, etiam tacitas cœpit haurire loquelas, ruptiſque penetralibus omnes patuerunt fores. In craſtinum autem mulier *16 Aprilis cæca,* quædam, cujus frontis feneſtras nox occupaverat cæca, ducatu filii ſui functa, à Wauracenſium patria, S. Maſtidiæ venit viſere templa; ubi cum aliquandiu orationum funderet libamina, & diei ſecunda jam incanduiſſet hora, nocturna cœperunt recedere nubila, luce fugante perſpicua. Lux ingrediens noctis crepuſcula fecit diſcedere, atque diu clauſæ reſerantur ſub fronte feneſtræ.

9 Die ſequenti cum ſol cæli contingeret centrum, ecce Dominus miraculo addidit miraculum: *17 Aprilis inferiore parte quaſi mortuus:* nam puerulus quidam gradiens curvus more quadrupedis, & tamen jam ferme ſeptennis, parentum latus ulnis ante ſepulcrum poſitus eſt ſacroſanctæ Virginis. Nam ab inguine inferius ita membris omnibus erat emortuus, ut quaſi cadaver ſemivivum tortuoſos redderet flexus; nec humanos imitaretur greſſus, ſed ſerpere vel repere, ut ſerpens videbatur reptabundus. Hic itaque ante egregiæ Virginis depoſitus præſentiam, infundi ſibi divinitus totius corporis mox ſenſit medicinam. Reviſit obſcœna primum calor vitalis inguina, hinc que labitur ad inferiora; ſicque incolumis adſtat inferius, ut ante fuerat ſuperius. Vix dum pro talibus cantica contexuerant laudum, & ecce ſic Dominus ingeminat miraculum. EX CAMUZATO.

10 Juvenis, ut puto, annorum quindecim unus aderat adſtantium, cujus dexteram ariditas exhauſerat manum; nec tantummodo pugnus aruerat, ſed *juvenis habens manū aridam* & digitorum ſummitas mediæ palmæ ſic adhæſerat, ut unguibus carni infixis, pugno ſemper armatus eſſe videretur exſtantibus digitis. Hic, ut prætulimus, cum pro dictis plauſus exaggeraret odarum, repente divinitus recompenſationis inopinatæ percepit præmium. Ariditas namque, quæ ſic excoxerat dextram torpentem, vitali fugante calore, fugam corripuit celerem; ungues ab artu divelluntur noto, & erectionis diu optatæ digiti potiuntur dono; ſicque merito ſanctæ Virginis ex immobili redditur manus mobilis, & ſibi donum ſenſit adeſſe, quod vixdum audebat ſperare. Summatim omnia tangendo percurrimus, quoniam hujus itineris, ut creditur finis haberetur nullus; & ſenſu ampliſſima abbreviamus verbis, ne lectori faſtidium generet pagina futilis. Nec tamen nova credat quiſque nos finxiſſe ſubdole, quod non eſt. Chriſto loquimur teſte. Scimus enim dolis apud inſipientes eſſe locum, B apud ſapientes vero nil aliud eſſe quam ludum.

11 Vix ſeptima ipſius hebdomadis ſupervenit feria, quæ à die paſchæ habebatur quinta decima, *19 Aprilis* tantarumque citati quidam fama virtutum à diverſo convenientes egregiæ Virginis adeunt tumulum: inter quos commigrantes quidam Trecaſſinorum, puellas duas, ut ſpero quinquennes, adducunt ſecum: quarum una, ut parentum teſtatur auctoritas, male prægnantis delapſa ventre parentis in lucem, ſine *duæ puellæ cæcæ:* luce ruit; ipſique prima dies primordia vitæ membrorum cum ſtrage dedit: altera etiam ſimiliter luminis, & ſi non à nativitate, diu tamen privata erat munere, & tam ſe quam parentes inaudito transverberaverat dolore: parentes diligentes unice, ante præſentiam adducunt Virginis almæ. Nec precibus diutinis aures pias onerarunt, cum ſubito hora tertia maximus ille dolor, gelidos qui ſtrinxerat artus, menſura fuit lætitiæ. Nam lux indeficiens cæleſtia lumine complens, meritis placatus dilectiſſimæ Virginis, inceptum ſupplevit opus jure creantis, feneſtras frontium diu clauſas patefecit, & jubar ignotum adeſſe juſſit. Fulgent acies in vultibus claris, & inſtaurata ſuis micuerunt ora lucernis. Refutant ambæ parentum ducatus, ſeque clamant circumſtantia claris penetrare viſibus. Quæ voces dum parentum conceptæ ſunt auribus, præ lætitia feriunt aurea ſidera clamoribus, plauſus lætitiæ per cuneos plebis & patrum geminatur, & maxime in cordibus parentum augmentatur. F

12 Hinc non longo interpoſito ſpatio, acervum ſuperiorem tali accumulavit Dominus miraculo. Homo quidam jam quaterdennis, Tullonenſium ſcilicet partibus exortus, ita quadam parte corporis erat nervis contractus, ipſiuſque virtute fruſtratus, ut alteri inniteretur totus. Nam crus & tibiam nervi ſic conſtrinxerant in rugam, ut tibia altera brevior *contractus,* nullo veſtigio ſignare poſſet terram: hinc pedis columna ſuſtentando vectabatur, illinc baculo innitebatur. Hic igitur primitus audiens miracula ſatis nova, quæ per ſanctos ſuos Dominus operabatur urbe Senonica (nam eo tempore ſublimi, ut æquum erat, efferebantur fama) nativos relinquens fines, ipſius urbis utcumque potuit aggreſſus eſt mœnia. Ubi cum aliquantiſper moras innecteret, nec Domini, qui per alios quippe hanc fieri prædeſtinaverat, medicinam ſentiret; fama virtutum incomparabilis compulſus Virginis, ejus præſentiam adire ſtuduit conatibus

EXCAMUZATO. tibus celerrimis. Nec mora cum diei partem in orationibus tenderet, & ab alto pectore ſuſpiria trahens gemitum ingeminaret, hora nona ſe cælitus reſpici cognovit, & cujus meritis fieret perpendit. Nam ante altare recubans præfatæ Virginis, vitalem calorem in emortuis refundi ſenſit membris: cœpit nervorum mortificatio pelli, & in priſtinam virtutem reduci: ſicque continuo vigens omnibus apparuit membris, acſi nullius aliquando ſenſiſſet veſtigia infirmitatis.

paralyticus. 13 His ita compoſitis, diem ſequentem reduxit orbita ſolaris: qua die quidam juvenis, ab ipſa pueritia debilis, à partibus veniens Lingonicis, tumulum adiit incomparabilis Virginis. Is itaque parte ſiniſtra corporis ita enervatus, ſicque præ paralyſi nervorum complexione habebatur privatus, ut nec aliqua movendi quidem adeſſet virtus: & cum jam nox occumberet Oceano atra, involvens terramque polumque umbra magna, jamque placidum carpturirent feſſa ſoporem corpora, ad gementis reſpexit Dominus alta ſuſpiria. Nam cum una ilia longo gemitu tenderet, & Maſtidiam crebris vocibus ingeminaret; precibus ſanctæ Virginis, ut credimus, placatus Dominus ſanitatis ægro impertivit munus. Redit peregrina virtus in membra deſerta, nervorum diſſolvitur ruga, & novo inceſſu nova ſignat veſtigia: ſicque ex illa hora omnes in ejus corpore & nervi ac membra ſolidata apparent, ut ſolutionis illius nulla ulterius ſigna remanerent.

B

VISITATIO CAPSÆ
ET MIRACVLA RECENTIORA
Ex Proceſſibus verbalibus Gallice excuſis.

Epiſcopus Trecenſis Renatus an. 1606

1 REnatus de Breſlay, Dei permiſſu & ſanctæ Apoſtolicæ Sedis Epiſcopus Trecenſis in Campania, Conſiliarius & Eleemoſynarius Regius, omnibus præſentes litteras viſuris Salutem. Notum facimus quod anno 1 noſtri Epiſcopatus, die ſabathi in Vigilia Sanctiſſimæ Trinitatis, xx Maji, ab Incarnatione Domini anno MDCVI, moti ſingulari devotione, fecimus aperturam capſæ ſive arcæ in qua requieſcit corpus S. Maſtidiæ, ex ſententia & conſilio Capituli eccleſiæ noſtræ, pro collocando ibidem præſenti Proceſſu verbali ad memoriam poſteritatis & argumentum laudandi exaltandique divini Nominis, propter miraculum quod accidit in eccleſia noſtra, & eſt tale.

C

die 7 Maji Matutinis interfuit

2 Cum prædicto anno MDCVI, die VII Maji, feſto ipſius S. Maſtidiæ preſentes eſſemus ad Matutinas, audivimus in d. noſtra eccleſia grandem commotionem, quaſi vehementer exultantis populi, qui magno numero confluxerat: cujus novitatis cauſam diligenter ſciſcitati, intelleximus vociferari populum præ lætitia, propter recens factum miraculum in perſona pueri adoleſcentuli, chorauli in æde S. Stephani, nomine Natalis, filii Nicolai Brenaudat, annorum circiter novem aut decem, oriundi ex oppido S. Baſoli, vulgo Droup Saint Baſle: qui jam jam curatus ſubito erat à paralyſi & perclusione membrorum, qua fuerat quatuor menſibus detentus. His intellectis cupiens de rei veritate fieri certior, juſſi ad me deduci prædictum puerum: qui interrogatus aſſeruit, quod à menſibus quatuor non potuerit pedibus ſuis uti iiſve inſiſtere: & quod auditis miraculis quæ fiunt ſingulis annis per merita S. Maſtidiæ, rogaverit ſuum in muſica arte inſtructorem Mag. Claudium Herluiſon, ut ſe portari faceret ad eccleſiam S. Petri, intra ſacellum Salvatoris, *audit ſanatum puerū paralyticum,* ubi requieſcit corpus S. Maſtidiæ; quatenus ibi ſub ejus arca collocatus, noctem in precibus laudibuſque cum populo ageret. D

3 Huic ejus petitioni cum annuiſſet phonaſcus prænominatus, deportatum ſe aiebat in dictum ſacellum ab ancilla ipſius heræ, ibique oraviſſe matrem ſuam ut ſibi quæreret Sacerdotem, cui de peccatis confiteretur. Quæ cum adduxiſſet Mag. Ludovicum Dugard, ipſius ſacelli Vicarium, eique confeſſus eſſet; ſenſiſſe aiebat circa mediam noctem primo intenſum frigus, deinde calorem tantum fuſum per omnia corporis membra, ut ſibi ardere videretur: poſt quod relevatum ſe prorſus ac ſanatum ſenſerit. Quo per eum ſic intellecto, ſtatim miſimus qui rogarent Præpoſitum & Subdecanum varioſque Canonicos eccleſiæ S. Stephani, cum prædicto phonaſco Herluiſon inſtructore choralium puerorū, ut nobis ſe ſiſterent: qui à nobis interrogati pro certo aſſeruerunt, quod præd. puer, ſuæ eccleſiæ choraulus, à tempore quatuor menſium & amplius uſque nunc fuerit membris ſuis perclusus. *de ſua cuſtatione miraculoſa teſtantem,* *& alios morbi conſcios,*

4 Tali atteſtatione & certitudine nequaquam contenti, audivimus etiam Mag. Claudium Belin Doctorem medicum, Nicolaum Vivien Magiſtrum tonſorem & chirurgum, & Petrum Gentil Magiſtrum apothecarium civitatis Trecenſis; qui ſicuti nobis relatum erat, curam impenderant prædicto puero. Et affirmarunt coram nobis in veritate, quod ante ſanitatem adeo prompte & inopinate redditam, cognoverint & ex artis ſuæ præſcriptis judicaverint, d. Natalem Bernaudat tactum fuiſſe paralyſi; eoque adductum, ut omnino crediderint impoſſibile eſſe, ut abſque divina operatione ſanaretur, adeo cito & tempore tam exiguo, per quæcumque ei potuiſſent applicari medicamenta humana. *item medicos factum miraculo adſcribentes* E

5 Eum ergo videntes adeo perfecte prompteque ſanatum à præd. infirmitate, poſſumus certo judicare, & grandi miraculo talem caſum adſcribere. Quapropter egimus & agi juſſimus Deo gratias: & de omnibus ſcribi juſſimus Proceſſum hunc verbalem, ad gloriam Dei & honorem S. Maſtidiæ: ſumpſimuſque occaſionem aperiendi præſentem capſam ſive arcam, in qua corpus præd. Sanctæ requieſcit: quod invenimus integrum, tribus ſudariis involutum, ex ſindone admodum candida uno, duobus ex ſerico, primum rubro deinde nigro; ſupraque ipſum in charta pergamena ſcripturam bonæ memoriæ deceſſoris noſtri Stephani de Givriaco Epiſcopi Trecenſis, cum ſubſcriptionibus aliorum: quam ſcripturam ſuo in loco reliquimus, eum intelleximus quod ab hominum memoria prædicta capſa non fuiſſet reſerata. *Sedit autem Stephanus iſte ab anno* MCCCXCV *uſque ad annum* MCCCCXXVI, *adeo ut totis* CLXXX *annis arca illa clauſa manſerit, aut ſaltem neſciatur fuiſſe recluſa. Aliud miraculum, ſimili Proceſſu atteſtatum, ſic Latine legendum accipe.* *& ejus approbationem imponis arcæ* *per annos 180 non reſerata.* F

6 Anno MDCXIII die XXVII Maji, circa primam horam poſtmeridiem, Nos Renatus de Breſlay, Conſiliarius & Eleemoſynarius ordinarius Regis, Epiſcopus Trecenſis, rediens in hanc urbem à domo noſtra Aquenſi in Otha, dependente à noſtro Epiſcopatu, propter relationem nobis factam per notabiles hujus urbis perſonas, tam eccleſiaſticas quam laicas, de quodam miraculo quod fecerat S. Maſtidia in vigilia ſui feſti, circa perſonam Ludovicæ Leger, filiæ qu. Claudii Leger & Franciſcæ d'Aubeterre, natæ annos undecim; & propter zelum quem habemus ad promovendam Dei gloriam & cultus eidem deferendi augmentum, volentes ut ipſum miraculum omnibus innoteſceret, de eoque Proceſſus verbalis formaretur, fecimus ad certiorem probationem accerſiri nobiles viros Blaſium d'Aubeterre, *Idem anno 1613*

A beterre, annorum LIII; Jacobum Senocq, annorum LVIII, cives mercatores in hac urbe morantes; ac Joannem Gautherot, Contrarollarium in domo Domini de Guiſia, annorum circiter XLVIII; itemque honeſtas matronas, Bonaventuram Bruyer, uxorem Thomæ Charpentier Sergeantii ſimiliter Trecis habitantem, annorum LXX; Claudiam Hué, uxorem dicti Senocq annorum XLVIII proamitam d. Ludovicæ Leger, Franciſcam Senocq uxorem dicti Gautherot annorum XXIX, Joannam Bardot uxorem dicti d'Aubeterre, annorum XLV; Franciſcam d'Aubeterre, viduam qu. Claudii Leger, & præd. Ludovicæ matrem ac filiam d. Blaſii d'Aubeterre annorum XXXIV, & Barbaram Coüillaude uxorem Andreæ Montagne, alias Parvi-Flandri nuncupati annorum LXV.

audit teſtes decontracta puella,

cui fruſtra curata tibiam reſecandam cenſuerat medicus,

7 Hi porro & hæ omnes, poſt juramentum in ejuſmodi caſu requiri ſolitum, ac ſigillatim præſtitum, unanimiter dixerunt & declararunt, quod ab uno circiter anno d. Ludovicæ advenerit defluxio quædam in tibiam & pedem ſiniſtrum: quæ augmentum ſumens d. Ludovicam effecit ita debilem ut erecta ſtare non poſſet, ipſaque tibia ac pes ei adhærens per nervorum contractionem ſic incurvata eſt, ut d. Ludovica eam nullatenus poſſet extendere. Quamvis autem d. Ludovica oblata fuerit pluribus chirurgis, ac nominatim Magiſtris Michaëli Michelin, Nicolao Vivién juniori, Jacobo Baubey, & Nicolao Bourgeois apothecario, ex quorum judicio ipſi fuerunt applicata medicamenta varia, nihil tamen ſolatii relatum ab iis fuerat: quapropter eorum unus, omnia fruſtra eſſe videns, cenſuit expedire ut tibia illa amputaretur: quod Ludovica nequaquam permittere voluit, ſed à Deo ejuſque Sanctis, in quibus habebat fiduciam, morbi ſui remedium ſe præſtolari velle dixit.

B

ſed cum ad aream S. Maſtidiæ pervigilat

8 Ergo duobus diebus ante feſtum S. Maſtidiæ, ipſa Ludovica ſtitit ſe venerabili ac diſcreto viro Mag. Dionyſio Latrecey, Doctori Theologo, Canonico eccleſiæ noſtræ Trecenſis & Curato S. Magdalenæ Trecenſis, qui ipſius, ut rogabatur, confeſſionem excepit. Die autem ſexta menſis prædicti declaravit puella animi ſui propoſitum matri, eamque rogavit ut ſe deduceret ad agendum pervigilium in capella S. Maſtidiæ, fundata in noſtra d. eccleſia, ubi ejus corpus integrum requieſcit. Quem in finem junxit ei mater ſociam Sirettam Leger ſororem ſuam, ipſiſque ſe addidit præd. Senocq propatruus, in templo iis obviam factus. Habebat autem puella furcillas axillares, ſeſe iiſdem ſuſtentatura nocte illa in d. capella, prout ſolent quotannis plures variis malis afflicti: qui idem Senocq nobis dixit, quod præd. ſuam proneptem commendarit d. Barbaræ Coüillaude, quæ erat in d. capella cum ſuo marito prænominato, viro prorſus impotente, ad noctem quoque ibidem agendam.

C

poſt animi deliquium ſubito curata.

9 Circa horam autem ſecundam poſt mediam noctem dicitur adveniſſe d. Ludovicæ magna debilitas, cujus cauſa exclamare illa cœperit. Quod audientes prædictæ Barbara & Siretta, propius illam inſpexerint, viderintque d. Ludovicam totam animo linqui: cui ut ſuccurrerent eamque à deliquio revocarent vinum petierint ab aſſiſtentibus: quo poſt aliquot tempus ſumpto ſibi reddita puella, vociferari cœperit admodum male ſe torqueri: ſtatim autem poſt liberata ab omni doloris ſenſu, dixerit, ſibi bene jam eſſe: quemadmodum revera illæ viderunt d. Ludovicam ſuis inſiſtere pedibus, extenſis ut prius & ad naturalem ſtatum reductis. Quare quotquot ibidem aderant exclamarint Miraculum, Miraculum, effuſi in Dei & Sanctæ laudem ac gratiarum actionem. Poſtera vero die in proceſſione, quæ ducitur à venerabilibus eccleſiæ noſtræ Canonicis, & in qua circumfertur arca S. Maſtidiæ, viſa eſt Ludovica commode ambulans, abjectis furcillis, quemadmodum etiam nunc. Quæ omnia affirmarunt & ſubſcribendo ſignarunt prædicti deponentes Jacobus Senocq, Blaſius d'Aubeterre Claudia Hué, Gautherot, Joanna Bardot, Franciſca d'Aubeterre, Franciſca Senocq, & Bonaventura Bruyér.

GALLICO.

ac deinde proceſſionē ſanis pedibus ſecuta.

curatur mulier græſ. ſu privata,

10 Die VI Maji MDCXIV, factum eſt miraculum per S. Maſtidiam in perſona Adamatæ le Clerc, viduæ qu. Nicolai Courtois, Sergeantii & Notarii in Balivatu de Iſles, annorum XLII: quæ ſanata fuit per merita & interceſſiones d. Sanctæ à fluxu qui in crura deſcenderat, adeo ut ſe juvare non poſſet niſi per furcillas ſubaxillares: eoque in ſtatu manſerat ſpatio annorum duorum, omnia media humanitus poſſibilia tentans ad recuperandam ſanitatem, ſed fruſtra. Miraculum porro in ea factum atteſtati ſunt Claudius Bourgeois Apothecarius Trecis commorans, Joannes Corneveu chirurgus habitans Clariaci, Bonaventura Courtois Sergeantius in Marchionatu de Iſles, Joannes Brunet molitor, Anna Courtois, Joanna David uxor Claudii Large manoperarii, Babella Taſſin vidua qu. Collini Millon manoperarii, omnes commorantes in dicto loco Iſles.

E

item alia.

11 Die VIII ejuſdem menſis aliud miraculum accidit in perſona Franciſcæ Patrois, uxore Toſſani Marchant, ſartoris, commorante Trecis, annorum quinquaginta circiter, ſanata à malo renum cum contuſione nervorum, cauſata per exceſſus in ſua perſona commiſſos: quam infirmitatem duobus integris annis patiens, & nullum ei remedium inveniens, cogebatur ſupra furcillas ambulare. Teſtes autem miraculi fuerunt præd. Marchant, Claudius Aubry ſutor, Jacobus Benoit mercator, Dionyſius Berthier cocus, honeſta matrona Joanna le Bey, filia Petri le Bey, Petrus Marchand ſartor levir d. Franciſcæ, Maria Comefer uxor Stephani Prieur ſartoris, Catharina Goguet, uxor Guilielmi Bourdon tapetiarii, & Joannes Marchand ſartor, omnes commorantes Trecis. *Hactenus libellus impreſſus Gallice, addens quod Proceſſus verbales de duobus hiſce ultimis miraculis inveniantur in archivis eccleſiæ Trecenſis: proinde illuc ſcripſimus, parati tum ipſos, tum alia quæcumque poſt ea patratorum hactenus miraculorum monumenta in appendice hujus tomi dare, ſi ea mature impetraverimus ab iis quorum inter eſt honorem hujus Sanctæ promovere.*

F

DE SANCTO DOMITIANO

G.H. EPISCOPO TRAIECTENSI AD MOSAM.

CIRCA AN. DLX.

TRajectum *urbs illuſtris eſt ad Moſam fluvium interfluentem, olim Sede Epiſcopali nobilitata, uti ad Vitam* S. Servatii *die* XIII *Maji latius explicamus. Poſt hunc alioſque Sanctos decimus eamdem Sedem rexit* S. Domitianus, *ibidem ex hac mortali ad immortalem vitam tranſlatus hiſce Nonis Maji, quas S. Domitiano ſacras celebrant Officio eccleſiaſtico Trajectenſes, Tungrenſes & Leodienſes cum ſua diœceſi, uti antiqua Breviaria harum eccleſiarum, quæ varia habemus, atteſtantur: & quia urbs Lovanienſis olim paruit Epiſcopis Leodienſibus, etiam S. Domitiani officium præſcribitur in quodam MS. Breviario eccleſiæ S. Petri. Præcipua autem feſtivitas eidem Sancto agitur in urbe Hoyenſi, Leodium inter & Namarcum ſita, ubi primus Patronus habetur ob corpus eo delatum. Ibi enim inſtituitur cum ſacro corpore per urbem publica proceſſio, cui interſunt Gubernator, Conſules cum reliquo Magiſtratu, item cives per ſuas cohortes diſtributi: eamque honeſtant plerique Ordines religioſi, & plurimi peregrini pedibus nudis, lineiſq; amicti, cereos ardentes geſtantes: & ſic dictus dies, prohibito omni opere ſervili, peragitur.*

cultus ſacer 7 Maji,

in antiquis Breviariis,

cum ſolenni apud Hoyenſes feſtivitate,

B

2 *Eodem* VII *Maji ſacra memoria* S. Domitiani *recolitur in antiquis MSS. Martyrologiis Leodienſibus eccleſiæ Cathedralis S. Lamberti & monaſterii S. Laurentii, ac MS. Florario Sanctorum. Item in Martyrologio Coloniæ & Lubecæ anno* MCCCCXL *excuſo, additionibuſq; Greveni & Molani ad Vſuardum, quod ſecuti ſunt Caniſius, Galeſinius, Ghinius, Ferrarius, Sauſſajus, & iterum Molanus in Natalibus Sanctorum Belgii, & Miræus in Faſtis Belgicis. Alii dies ob ſacri Corporis elevationem & tranſlationem S. Domitiano dicati ſunt, tum* VIII Junii *in MS. Florario, ubi additur annus* MCLXXII, *tum* XV Junii, *quo eum Molanus in ſecunda editione additionum ad Vſuardum retulit, & infra in Actis primis dicitur Hoyi celebrari. Cum reliquis porro Epiſcopis Trajectenſibus fit ejus Commemoratio* VI Februarii *in eccleſia Trajectenſi, ubi in Theſauro Reliquiarum aſſervatur aliquis ejus digitus, & ſolet in Litaniis cũ aliis Sanctis invocari, & hæc in feſto ejus recitabatur Oratio:* Deus, qui nos B. Domitiani Confeſſoris tui inſtantia ad agnitionem tui ſancti nominis vocare dignatus es, concede propitius, ut cujus ſolennitatem colimus, ejus patrocinia ſentiamus. *Aſt in aliis Breviariis iſta præſcribitur legenda:* Miſericordiæ tuæ nos, quæſumus Domine, ſancti Pontificis tui Domitiani pia commendet oratio: cujus hodie celebratur in tuo conſpectu pretioſa confeſſio. *Et hæc de eccleſiaſtico ejus cultu ſufficiunt.*

item 15 *Junii*

& 6 Februarii.

orationes,

C

Vita duplex

3 *Vitam ejus duplicem damus, priorem ex cœnobiis Rubeæ-vallis prope Bruxellas, & Corſendoncano prope Turnhoutum, utroque Canonicorum Regularium, quæ etiam extat apud Hoyenſes, ex quo Prologum ab aliis omiſſum præponimus. Poſteriorem Vitam reperimus ipſi in monaſterio Leodienſi S. Laurentii Ordinis Benedictini, & contulimus cum iis quæ ab Ægidio Leodienſi, monacho Aureæ-vallis, conſcripta ſunt, & à Ioanne Chapeavillo in Geſtis Pontificum Tungrenſium, Trajectenſium & Leodicnſium tomo* I *&* II *vulgata: quibus ſubjungimus aliqua miracula ex codice Hoyenſi, à Carolo Werpæo Societatis Ieſu nobis ſubmiſſa. Omnia autem hæc ſcripta fuerunt poſt tranſlationem ſacri corporis anno* MCLXXXIII *factam, id eſt ultra ſeptingentos annos poſt annum* DLX, *circa quem traditur* S. Domitianus *obiiſſe.*

& hiſtoria miraculorum,

VITA

Ex tribus codicibus MSS.

Prologus

1 AD confirmandam fidei Catholicæ veritatem, in diverſis terrarum nationibus, ſub diverſis temporibus, diverſos divinæ religionis cultores & præclaros Doctores providentia & pietas ſuperna elegit: ex quibus glorioſæ memoriæ B. Domitianum, plebs & patria Trajectenſium Pontificem & Paſtorẽ, ſancta eccleſia Hoyenſis Patronum, meritis præclarum accepit. Tanti ergo Patris [memoriæ], digni immenſo laudis præconio, plaudat Chriſto devota fideliũ concio; quæ ipſius promerente patrocinio, deſiderat cum Sanctis regno perfrui ſempiterno. Digne namque laus & memoria hujus ſancti viri ab hominibus frequentatur in terris, qui miraculorum ſignis coruſcus, ab Angelis ſuſceptus, cum Chriſto gloriatur in cælis. Ad gloriã autem & laudem Regis omniũ, & ad notitiã poſterorum & conſolationem fideliũ, ejuſdem venerabilis noſtri Patroni vitã, virtutes & merita, ſecundum quod ex relatione teſtium veridicorum audivimus, & ſacris ſcripturarum voluminibus deſcriptum invenimus, Deo cooperante & ſermonẽ veritatis cœleſti gratia confirmante, prout poſſumus & valemus, legendis, lectionibus, litteris inſerere deſideramus.

E

de auctoritate hujus ſcripti.

2 Beatus Domitianus, in Galliæ partibus ex præclaris parentibus oriundus, cum miſericordiæ operibus abundaret, fama ſanctitatis ejus velocibus pennis cuncta pervolans occupavit. Tempore illo contigit, ut venerabili *a* Euchario eccleſiæ Trajectenſis Epiſcopo defuncto, S. Domitianus, jam ſcientia, virtute, nec non & ſanctitate celeberrimus, in eadem Sede populi ac Principum electione ſubrogaretur Epiſcopus: qui tamen præ nimia humilitate tantum honorem ſuſcipere non conſenſit, quoad uſque Dominus ſuam voluntatem ſuper hoc ei divinitus revelavit. Factus ergo Epiſcopus non eſt facile dicere, quanta ſolicitudine populũ ſibi creditum gubernabat, prædicationibus, eleemoſynis etiam & eccleſiarũ ædificationibus inſiſtendo, ac Paganos (quorum copia adhuc in ejus parochia fuit) convertendo. Tanta autem virtute ac miraculorum gloria ſimul & admirabili doctrina reſplenduit, quod non inveniretur ei ſimilis in omnibus Galliæ provinciis. Quodam vero tempore, cum valida fame univerſa provincia fuiſſet oppreſſa; & pauperũ populus nimia attenuaretur indigentia; videns ſanctus Epiſcopus, ex nimia aëris ſiccitate, quaſi nullam eſſe ſpẽ incolis de meſſe futura; divites, qui timore ſterilitatis ab eleemoſynarũ largitione ceſſaverant, monuit & moneri præcepit, ut reſpectu divini amoris pauperes Chriſti reficerẽt ex ſua annona; promittens omnibus, quod in meſſe proxime ſequenti frugũ & fructuũ fieret abundantia. Populus autẽ *b* Pontifici obedivit, & Pontifex Dominum exoravit: Dominus autem ad preces ſervi ſui de cælo dans benignitatem, aridam provinciam aquis pluviarum largius liquefecit; & terra germinans fructum ſuum, incolas & habitatores patriæ illius abundanti meſſe refecit.

a *Epiſcopus creatus*

in fame publica

divites ad eleemoſynas excitat,

b *addicens meſſem abundantem:*

3 In diebus illis cum hæreſis *c* Ariana maxime in Aurelianorum provincia prævaluiſſet, ac ſuper hoc diverſarum urbium & terrarum Magnates & Epiſcopi *d* Aurelianis ad Concilium generale convenirent, atque hæretici pompoſo eloquentiæ faſtu tumentes contra fidem arguerent; orantibus Catholicis & revelatione divina inſinuante, B. Domitianus omnium

c

d *in Syno do Aurelianẽſi hæreticos confutat:*

A omnium eloquentiſſimus, ſcientia quoque & argumentatione perfectiſſimus, à Coëpiſcopis univerſis ad reſiſtendum hæreticis primus & ſolus electus, divinituſque à Chriſto admonitus, omnem illam hæreticorum multitudinem ſacræ Scripturæ teſtimoniis cõvicit & confudit, ira ut non eſſet adverſarius qui ipſũ torvo vultu reſpiceret, vel verbis ejus reſiſteret; ſed plures ex eis pœnitẽtia ducti, ante pedes ejus provoluti veniam poſtularent: ceteros vero hæreticos, in ſua malitia perdurantes, à conſortio & conventu fidelium expellens, fecit à Principibus exilio relegari. In eundo autem ad præfatum Concilium, & redeundo, ac ibidem exiſtendo beatus Pontifex Domitianus, ubicũque declinabat, fidem Chriſti annuntiando miraculis refulgebat. Regreſſus autem ad propriam parochiam, eccleſias in quibus locis non erãt conſtrui faciebat, & conſtructas conſecrabat: hoſpitalia quoq; in urbibus, ad colligendos & ſuſtentandos pauperes, fieri procurabat, & omnibus oppreſſis & egentibus ſalutis remedium & pietatis beneficium largius impendebat.

eccleſias & hoſpitalia erigi curat:

4 Accidit autem ut in terra Hoyenſi multi homines ex quodã fonte infecto cujuſdam ingentis & fœtidi draconis putredine ægrotationes varias ac graviſſimas paterentur, & beſtiæ ac jumenta ex eodem bibentes ſubito morerentur: unde illius terræ incolæ, Sanctũ, Patrem patriæ, invitantes ad eumdem locũ, ſupplicaverunt, ut eos ac eorum jumenta eriperet à tã miſerabili damnatione. Sanctus autem Domitianus, miſericordia motus, cũ præfatis hominibus ad locũ acceſſit, & oratione facta imperavit potenter ipſi draconi, ut recedens à loco illo numquam de cetero homini vel creaturæ Dei, uſui hominum neceſſariæ, vim haberet nocendi, atq; aqua putrefacta ex draconis fœtore amplius non amitteret uſum pocula tribuendi. Ad hoc præceptũ viri ſancti ſtatim draco à fonte in abyſſum deſcendens, nuſquã comparuit; & aqua fonte deſiccato ad ſuperficiem terræ non aſcendens, ſe obedienter ſub terra concluſit. Beatus vero Præſul accipiẽs baculũ Paſtoralem, fixit in ſolidam tellurem: & ſtatim per gratiam cæleſtẽ novum produxit de terra fontem potabilẽ & aquam ſalubrem, infirmis & variis doloribus ſanitatis remedia conferentẽ. Poſt hæc cœpit eccleſiã B. Mariæ Hoyenſis ſæpius frequẽtare, vigiliis atque Miſſarum ſolenniis ibidẽ inſiſtens, ubi etiam ægrotãtes ex diverſis regionibus ad ſe venientes ſanitati reſtituebat, & defunctos de morte ad vitam, ac perditos ad ſalutem de interitu revocabat. Tandẽ revelata eſt ſancto Præſuli Domitiano, proxima corporis ſui de hac vita reſolutio, qui Sanctorum per circuitum viſitans limina, ad tumbam B. Servatii pervenit, ubi convocatis eccleſiæ ſuæ Clericis & ceteris fidelibus, ac eis ſermonem faciẽs, pacemq; & communionem omnibus tribuens, omnes ut pro eo Deum deprecarentur admonuit; & remanens in eccleſia rogavit Dominũ, ut ante ſuum exitum dignaretur eum ſua dulcedine conſolari. Facta autem oratione, lux immenſa de ſuperno cæli ſolio ſuper eum emiſſa reſplenduit, qua tota baſilica refulgens, lucem mirificam ædilibus exhibuit: in qua luce vir ſanctus vidit Dominũ Jeſum Chriſtum, in medio Angelorum conſiſtentem, & in Majeſtate paterna vocantem eum ad ſe atque dicentem: Euge ſerve bone & fidelis, quia in pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui. Poſtea vero ea lux cæleſtis paulatim evanuit; & Præſul glorioſus, viſione Dominica conſolatus, in exultatione permanſit; ac tandem ibidem intra religioſorum Sacerdotum manus Nonis Maji ad cælos migravit. Affuerunt illius tranſitui chori Angelorum hymnidici, qui animam ipſius cum gaudio & laudibus ad præmium & fontẽ gaudii detulerunt. Ex ſacri autem corporis fragantia, ſanitas evenit ægrotis permaxima.

Heyenſes fertur ab infeſtatione draconis liberaſſe:

& fontem produxiſſe:

agros ſanitati reſtituit.

ad tumbam S. Servatii,

à Chriſto vocatur,

7 Maji in cælum migrat:

B

C

5 Convenit autem ad exequias ſancti viri totius provinciæ Clerus: & corpus ſanctiſſimi, odorem dans ſuaviſſimum, cum innumerabili turba utriuſq; ſexus hominum, à Trajecto in eccleſiam B. Mariæ Hoyenſis oppidi deferunt tumulandum. Ad cujus tumulum tanta ſubſecuta ſunt miracula, quod tempore Karoli Magni, ejuſdem Imperatoris juſſione miſſus Willigiſus Coloniẽſis Præſul, ſanctum corpus de terra effoſſum, & adhuc odorem ſpirans ſuaviſſimum, è terra levavit XVII Kal. Julii. Poſt hæc anno Domini MCLXXII Romanum Imperium regente Auguſto Friderico, hujus nominis Imperatore primo, Radulphus LXII Leodienſis Eccleſiæ Epiſcopus, numerãdo à B. Materno primo Tungrorum Pontifice, iterum tranſportavit corpus S. Domitiani in feretrum novum, argento & auro decoratum, VI Idus Junii. Sed tantum prima tranſlatio, quæ facta fuit per Willigiſum Colonienſem Archiepiſcopum, in Hoya celebratur *f.*

EX MSS. *Corpus Hoyi ſepultum*

elevatur 15 Junii

iterum 7 Junii.

f

ANNOTATA.

a *Sacrani memoriam* S. Eucharii *celebravimus 27 Februarii, ſed ob defectum Actorum non liquet, quo anno deceſſerit eique ſucceſſerit* S. Domitianus.

b *MS. Rubeæ Vallis*, Dominum audivit.

c *Sicut hoc & præcedenti ſeculo, quia* Lutherus *hæreſeon auctor fuit, reliqui hæretici, licet ab eo plane diſcrepẽt, à variis omnes* Lutherani *appellantur; ita olim, quia hæreſis* Ariana *Eccleſiam perturbavit, reliquæ ſub eo nomine ſæpe cenſentur: uti hoc loco fuerunt damnata dogmata Eutychetis & Neſtorii: ex quibus Neſtorius duas in Chriſto perſonas conſtituebat, & Eutyches cum unica perſona unam adſtruebat naturam.*

d *Eſt illud* Aurelianenſe v *habitum anno* 38 *Childeberti Regis, id eſt Chriſti* 547, *aut ut alii* 549, *in quo* XV *Epiſcopus reperitur* Domitianus *ſubſcripſiſſe.*

e *Hujus draconis expulſi & fontis novi excitati mentio celebratur in Lectionibus propriis.*

f *Miracula hic ſubjuncta omittimus, infra accuratius referenda.*

E

ALIA VITA

Ex MS. codice Leodienſi monaſterii S. Laurentii.

CAPUT I.

Ortus, educatio, ac vita in Epiſcopatu acta.

F

1 VIceſimus Trajectenſi Eccleſiæ præſedit Epiſcopus, Sanctiſſimus Pater, B. Domitianus, vir per omnia laudandus. Hic in Galliæ partibus ex honeſtis & ſecundum terrenæ dignitatis gloriam altis & præclaris parentibus extitit procreatus. Cum autem hic felix infantulus ſacro fonte baptiſmatis in Chriſto eſſet baptizandus, divino futurorũ præſagio, quaſi dominator vitiorum futurus, & domus Domini civis perenniter cum Angelis regnaturus, nomen accepit Domitianus. Regeneratus autem in Chriſto, parentũ cura & diligentia honeſtiſſime nutriebatur, quoniam ab ipſis ferventiſſime fovebatur, & tenerrime diligebatur. Dũ vero à nutricis lacte foret ſegregatus, puer bonæ indolis eſſe incipiens, ad ſacra eccleſiæ limina cũ parentibus aliquando perveniẽs, extenſis manibus, flexis genibus ſupplicans, ad Dominum fudit preces, ut ad æternas poſſet pertingere manſiones. Parentibus autem ejus hoc vidẽtibus, & talem in parvulo devotionem velut miraculum admirantibus, puer præcipuis Doctoribus & perfectis in divinis inſtitutionibus traditur, ſtudiis litteralibus & Chriſtianæ devotionis ſanctionibus imbuendus. Docibilis itaq; juvenis, ſuperna ſibi providẽte clementia, gemina, humana videlicet &

Honeſto loco natus,

pietate & doctrina imbuitur:

EX MS. divina, claruit edoctus ſcientia. Delectationibus itaque præſentis vitæ poſthabitis, adoleſcens idem ſpectabilis, fide devotus, cõverſatione Deo & hominibus amabilis, pernoctans in orationibus, ſedulus permanens in vigiliis, corpus macerabat jejuniis: præclari
a autẽ ſui virtute nominis in ſe *a* domans vitia mundi, & carnẽ prorſus ſpiritui inſervire coëgit, & in omni virtutum exercitio laudandus effulſit. Et licet juvenis eſſet ætate, habens cor devotum & ſenile, nihil in opere geſſit vanum vel puerile; ſed in flore adoleſcentiæ virtutum fragrabat odore. Venerãdus autem Dei famulus laſciviam mundi & gloriam cupiens fugere, præceptis Euangelicæ inſtitutionis ſtuduit inhærere: & ſanctorum Patrum ſequens benigne veſtigia, feſtinabat ſine intermiſſione ad ſancta procedere Sanctorum officia, ut cum Chriſto poſſet in cæleſtibus gloria gloriari æterna.

2 In Dei ergo ſerviens opere, in benedictionibus dulcedinis eſt præventus; nomenque Domini noſtri Jeſu Chriſti indoctis & incredulis prædicabat, diligentiſſime, prædicator electus. Glorioſus igitur agoniſta Domini Domitianus, ſciens in diebus ſuis multas gentes in Galliarum provinciis, & præcipue
b in Aquitanicis regionibus, *b* Paganorum adhuc ritibus ſervientes, & à cultu Chriſtianæ Religionis &
B fidei Catholicæ ſemita deviantes; lorica fidei armatus, & tam contra ſpirituales nequitias, quam contra hominum malignantium perſecutiones, galea ſalutis decenter munitus; civitates & caſtella circumiens, verbi Domini ſemina cum benedictionum germine ubique ſeminavit fideliter, & documento deificæ veritatis homines, in tenebris & in umbra mortis ſedentes, ad agnitionem veræ Deitatis convertit. Itaque ubicumque & quantumcumque poterat nomen Domini Jeſu Chriſti exaltabat, idemque in Chriſti nomine ſpiritus immundos ex obſeſſis corporibus effugabat: ſurdis auditum, cæcis viſum, claudis greſſum, mutis loquelam reſtituebat; univerſiſque infirmantibus, ad ſe venientibus & gratiam pietatis petentibus, remedium ſalutis præſtabat. Orphanorum, viduarum, oppreſſorumque omnium pius conſolator, contra malignos ſpiritus & contra omnium perſecutionum preſſuras fortis extitit præliator. Quos autem ad Deum convertebat, ab omni peccato purgabat, & eos cibis carnis & ſpiritus reficiebat. Alacer quidem erat in exhortatione, dulcis & eloquens in ſermone, ſimplex & pudicus in in operatione, perfectus & veridicus in promiſſione, dilectus Deo & hominibus, totius gentis &
C patriæ fuit ſalus & decus.

3 Cum his itaque ſervus Dei Domitianus polleret virtutibus, fama ſanctitatis ejus ſepulta ſub terra non latuit, ſed velocibus pennis cuncta pervolans occupavit: qui qualiter evectus ſit ad arcem Pontificatus, Aurelianenſis Synodi oſtendunt actus. Contigit autem Servatianæ civitati, eccleſiæ Trajectenſis Præſule venerabili memoriæ Euchario defuncto, Paſtoris gubernatione nudari. Tunc condicta die Principibus terræ, tum Magnatibus tum Clero & populo prædictæ urbis in eccleſia B. Servatii congregatis, de Epiſcopi ſubrogatione tractaturis, Beatus Domitianus, in terrarum Provinciis ſcientia & virtute famoſus & ſanctitate celeberrimus, Spiritus ſancti gratia præordinante, concordi electione Cleri & Principum in Paſtorem eligitur, & voluntate unanimi utriuſque ſexus & ætatis populi ad Præſulatus faſtigium poſtulatur. Florente itaque Chriſtiana religione, Childeberti & Theodeberti Regis tempore, Aurelianenſi Synodo legitur interfuiſſe.
c *c* Qualiter vero culmen attigerit ſummi Sacerdotii, ex verbis tam ipſius quam ſuorum Conſacerdotum poteſt colligi, quæ in Synodo dicta ſunt Aurelianenſi. Nam quæ docebat ore, ſolerter adimplebat opere, ne forte prædicans aliis, reprobus efficeretur: quem quia diverſarum Provinciarum Pontifices prudenter noverant, eccleſiaſticis eum negotiis nullo modo abeſſe ferebant. *d* Adfuit in hoc ſacro Conventu Clerus Senatuſque Trajectenſis, poſtulans à Rege & principibus univerſis ſibi Domitianum in Paſtorem dari. Cumque diu renuiſſet, tandem precibus aſtantium victus preces fudit ad ſummum animarum Paſtorem, ut ſi Deo acceptum eſſet & placeret, ſuæque & fidelium ſaluti valeret, Dominus de cælo ſua gratia ſuum placitum ſibi divinitus revelaret. Dilectus autem Domini, indicio ſibi de ſupernis oſtenſo, monetur jugum Domini leve & ſuave ſuſcipere, & Dominicas oves à morſibus luporum ad cæleſtis vitæ paſcua revocare.

4 Confortatus igitur à Domino, electioni factæ fidelium aſſenſum præbuit; ſanctæque regimen Eccleſiæ, ad laudem & ſalutem populi, humiliter & devote ſuſcepit. Electus itaque à Clero & populo, *e* Epiſcoporum qui convenerant & Principum univerſorum ipſiuſque Regis Childeberti judicio, prædia, caſtella & quæ Tongrenſis eccleſiæ & civitatis erant beneficia, poſt deſtructionem ipſius à pluribus direpta, Trajectum ad Sedem ſuam conceſſum eſt transferre, in qua etiam Synodo per eum Dominus multa ſigna oſtendit. Dicitur quod, dum diſputaret contra hæreticos, qui ibi convenerant; terra in modum pulvinaris aſſurgens, ei ſedilem præparavit. Contradicentibus & reſiſtentibus verbis fidei hæreticis, cum contra fidem Catholicam aliquid falſitatis dicerent, B. Domitianus plenus Spiritu ſancto, levabat manum ſuam contra ipſos hæreticos, & ſtatim ipſi excæcabantur per divinam potentiã. Regreſſus vero ad Patriam, multis bonis ſuam ditavit eccleſiam. Hic civitatis Tongrenſis dirutæ incipiens deformitatem faſtidire, B. Servatii ſepulchrum in Trajecto cœpit frequentare. Divina ſiquidem operante virtute, quantalibet nivium defluxiſſet copia, tumulum B. Servatii, ut dicit Gregorius Turonorum Epiſcopus, nix non contingebat. Videres in circuitu cuncta nivibus operiri, nec tamen Sancti tumulũ nivibus contigi. Operabatur illic & alia Chriſtus miracula, ut probarentur in conſpectu Dei prætioſa ejus ſancti viri merita. Ob hoc & devotio fidelium, & frequentantis populi ſtudium, ligneum atque parvum ſuper ſancta membra compegerunt oratorium: ſed quia tanto viro non erat condignum, à vento rapiebatur aut ad terram ſponte
F ſubruebatur.

5 Arvernenſis *f* etiam Synodus ejus augmentatur præſentia, melliſluique ſermonis roboratur ſapientia:

In qua gemma fuit, quia Doctor eum decoravit.
Cumque ſuis ovibus præberet paſcua Sanctus,
Doctrinæ verbis formam dabat & bonitatis,
Exemplis operum retrahens à fauce luporum.
Sed quidquid Pontifices ſtatuebant conniventes,
Domitianus erat qui vitæ verba ferebat,
Schiſmata rumpebat, veramque fidem retinebat.
Urbs Arvernenſis ſenſit pia dogmata Patris,
In Synodo cujus venit ſeditque vocatus,
Opponens hæreſi Canones recta faciendi.

Singulis namque diebus, niſi gravi infirmitatis moleſtia debilitatus, Paſſionis Dominicæ myſteria celebrabat; ſuiſque verbum vitæ, Dominum Jeſum Chriſtum, indeſinenter & dulciter annuntiabat; & in divinis laudibus, die nocteque orationibus inſiſtens, infatigabiliter permanebat. Laudem idem hominum & mundi gloriam fugiebat: de omni bono ſibi divinitus collocato, Creatori omnium gratiarum actiones cum debito laudis præmio referebat.

Non

D *in Aurelia. nenſi Synodo confirmatur.*

d *degit Trajecti apud ſepulcrum S. Servatii.*

E

f *intereſt Synodo Arvernenſi.*

optatus Epiſcopus Trajectenſis.

addictus Paſſioni Chriſti.

A *& operibus misericordia.*

Non eſt inventus virtute vel gratia illi ſimilis, in univerſis Galliæ Provinciis. Qui ad eum infirmitate vexatus vel peccamine obvolutus ob donum gratiæ veniebat, divino medicamento ſanatus & ab omni peccatorum macula mundatus, ſalutem corporis & animæ recipiebat. Benignus ergo & miſericors ad omnes gratiam à ſe petentes extitit, & nulli divinæ ſalutis beneficium negavit.

in fame publica

6 Quodam igitur tempore, cum fame valida univerſalis provincia fuiſſet oppreſſa, & pauperum populus nimia victus attenuaretur indigentia, Paſtor gregis ſæpe dictus, audiens ex ſiccitate aëris maxima modicam eſſe ſpem terræ incolis de meſſe futura, plebem circumpoſitam attentius monuit & moneri præcepit cum omni diligentia, ut divino Creatoris amore, pauperes & egentes ex ſua reficere dignaretur alimonia; promittens omnibus, quod in ſequenti meſſe proxima per Dei gratiam frugum & fructuum fieret ſufficienter abundantia, qua tota plebs lætificata, copioſa perciperet alimenta. His itaque à ſancto Dei Pontifice præmiſſis, populus ejus obediens mandatis ejus, ſuis bonis ſibi à Deo collocatis, victum & alimoniam plenius & diligentius nomine Deitatis contulit pauperibus & egenis,

addicit copioſam meſſem

B confidens de bonitate omnium Creatoris & credulitate ſui Præſulis, Chriſti piiſſimi Confeſſoris. Sanctus autem Pontifex cum omni devotione fudit preces ex intimo corde ad Dominum, qui cuncta creavit & paſcit ex nihilo, & quinque millia hominum ex quinque panibus hordeacis, & duobus piſcibus ſatiavit abundantiſſime in deſerto; ut ipſe pietate ſolita terræ ſiccitatem ad fruges procreandas pluvia appetenti & utili irrigaret celerius de ſuperno: ut populus ejus credulus de promiſſo, Deo gratias referens, fructu frugum gauderet & corporum alimento. Miſericors autem Dominus, voluntatem timentium ſe faciens, & deprecationem eorum exaudiens, ad preces dilecti ſui ſervi de cælo dans benignitatem, ariditatem pernicialem, aquis pluviarum uberibus liquifecit; & terra germinans fructum ſuum, incolas & habitatores patriæ meſſe abundanti refecit. Populus autem cum ſuo Paſtore immenſas Deo gratias retulit, & amplius quam prius ſolebat indigis victum & neceſſaria vitæ diſtribuit.

eccleſias & hoſpitalia conſtrui curat:

C 7 Eccleſias in quibus non erant locis conſtrui faciebat, conſtructas ad laudem Dei & ſaluti fidelium confecrabat. Hoſpitalia in urbibus ad colligendos pauperes & ſuſtentandos fieri poſtulabat: & omnibus oppreſſis & egentibus ſalutis remedium & pietatis beneficium largius impendebat. Potentes & divites ne pauperes opprimerent arguebat: pacis amator, inter diſcordes pacem & concordiam reformabat. Itaque hic ſanctiſſimus vir Domini Domitianus ſecundum Euangelicam atteſtationem, lux eſt mundi vocatus: dum homines ſedentes in tenebris perfidiæ, reduxit doctrinis & virtutibus ad lucem Dei vivi notitiæ. Sal etiam terræ probatur eſſe, qui gentes irrationabiles à veritatis ratione, conditas ſale ſapientiæ, guſtabiles Deo perfecit Dominici ſaporis perfectione. Operarius idem & Diſcipulus Euangelicæ inſtitutionis, dum quotidie in vinea patri familias laborem ſuſtinens, perduxit ad Deum populum acquiſitionis.

8 Accidit itaque ut in terminis Hoyenſis provinciæ, in diebus ſancti viri, multi ex fonte infecto ingentis & fœtidi draconis putredine, circummanentes homines ægrotationes varias & graviſſimas paterentur, & jumenta & beſtiæ ex eodem bibentes ſubito morerentur. Unde illius terræ incolæ, ſanctum patrem patriæ & doctorem invitantes ad eumdem locum, cum humili devotione ſupplicabant intime, ut divina dante bonitate, homines & jumenta eri-

EX MS. *Hoyenſes fertur infeſtatione Draconis liberaſſe.*

peret & ſalvaret à tam miſerabili damnatione. Clementiſſimus autem Prælatus, condolens nimium Hoyenſium miſeriæ, damno animalium & dolori, ad locum perveniens, fecit homines per pœnitentiam à peccatis mundari, & pro ſua liberatione preces fundere divinæ Majeſtati. Quo facto imperavit Sanctus divina potentia draconi, ut recedens à loco de cetero numquam homini vel creaturæ Dei, neceſſariæ hominum vitæ vel uſui, vim haberet nocendi, & aqua putrefacta ex draconis fœtore amitteret uſum hauriendi poculum. Ad hoc ſtatim præceptum ſancti viri draco, à fonte in abyſſum deſcendens, nuſquam comparuit: & aqua fonte deſignato ad ſuperficiem terræ non aſcendens, à ſui uſus confluxu ſe obediens ſub terra retinuit.

fontem produxiſſe.

9 Beatus vero Præſul, ſciens aquam recentem ibidem populo ad potandum eſſe acceptabilem, accipens baculum paſtoralem cum oratione fixit in ſolidam tellurem: & ſtatim per gratiam cæleſtem produxit de terra fontem potabilem, & aquam ſalubrem infirmis, & doloribus variis ſanitatis remedia conferentem. Hoc facto plebs illius confinii Creatori omnium gratiarum actiones perſolvit, & ſancto Paſtori ſuo reverentiam & honorem impendens, in omnibus ſibi beneplacitis plenius obedivit. Hinc Sanctus Domini, ad venerationem glorioſæ Virginis Mariæ matris Domini & ad ſalutem incolarum [ædificatam] Hoyenſium eccleſiam frequenter viſitabat, & Miſſarum officiis precibuſque, pſalmorum melodiis & nocturnalibus vigiliis inſiſtens, hoſtiam Deo acceptabilem ſuper menſam Dominicam immolabat. Inde populus illius provinciæ ipſum, adhuc in carne vivum, cœpit venerari ut Dominum & Paſtorem piiſſimum animarum: quem poſt ejuſdem tranſitum, ſuperna gratia largiente, meruit in perpetuum habere tutorem plebis & patriæ Patronum.

E

ANNOTATA.

a *Varia ex his relatis referuntur, in magno Chronico Belgico; & in lectionibus Breviarii dicitur*, à pueritia ſtrenuum ſe vitiorum domitorem exhibuiſſe, & tam morum ac virtutum claritate, quam humanarum divinarumque rerum ſcientia *excelluiſſe*.

b *Videntur per Paganos intelligi hæretici. Nam Harigerus cap.* 32 *ſcribit eum* ſediſſe, florente ubique Chriſtiana religione.

F c *Sequentia leguntur in Annotationibus ad Harigerum cap.* 32, *ex Codice Aureæ Vallis tranſcripta.*

d *Aliqua hic ſubobſcura ſunt, ac videntur peracta in Aurelianenſi* 2 *Concilio, quod habitum ante Arvernenſe, de quo agitur.*

e *Sequentia uſque ad num.* 4 *iiſdem verbis leguntur, Harigero addita ab Ægidio Aureæ-vallis monacho cap.* 32, *& dicuntur facta poſtquam Aurelianenſi* 5 *Concilio adfuit Domitianus.*

f *Sequentia hujus numeri continentur in Annotatis ad dictum cap.* 32. *Eſt autem* Arvernenſis Synodus *habita ſub Theodeberto Rege Auſtraſiorum*, VI Idus Novembris, poſt Conſulatum Raulini Junioris *anno Chriſti* 535. *Huic ſubſcripſit* Domitianus Epiſcopus eccleſiæ Tungrorum, quod eſt Trajectum, *ſcilicet eccleſiæ quæ olim erat Tungrorum, tunc autem erat Trajectenſis.*

CAPUT II.

Pius obitus. Sepultura apud Hoyenſes: miracula.

10 CUm igitur placuit Altiſſimo, B. Domitianum de præſenti educere ſeculo, & beatitudinis Sanctorum conjungere gaudio, Spiritu ſancto inſinuante Paraclito, revelata eſt ei proxima corporis ſui de hac vita reſolutio. Qui Sanctorum per circuitum devote viſitans limina, precibus aſſiduis & eleemoſynarum inſtantiis exorabat, ut bona conſummatione à Sanctorum ſuſceptus Angelorum collegio, præmio cum juſtis meretur perfrui ſempiterno. *Ad tumbà S. Servatii* Ad tumbam autem ſancti & piiſſimi Chriſti Confeſſoris veniens Servatii, implorabat ejuſdem intervẽtu gratiam & auxilium ſibi adeſſe Altiſſimi; quando de ergaſtulo inſtantis vitæ exueretur & ſeculi. *ſacro viatico munitus,* Convocatis itaque eccleſiæ ſuæ Fratribus & devotis ſuæ diœceſis Sacerdotibus, ceteriſque Chriſti fidelibus in eccleſia convenientibus, facta confeſſione, ſalutifera noſtræ redemptionis celebrans
B Sacramenta, devotiſſime pane Chriſti vivifico & ſanguine ſalutari permunitus, pacem & communionem dedit omnibus, & ſe univerſorum commendavit orationibus, humiliter ab eis opem poſtulans ad Dominum, jam de hoc ſeculo receſſurus.

11 Poſt hæc ad omnes locutus eſt verba ſalutaria melliſluæ prædicationis: commonens eos perſeverare in fide perfecta & bonæ exercitio actionis. Dilecti ait fratres & filii, audite præcepta Altiſſimi, & nolite partem habere cum miniſtris diaboli, & ſalvi eritis in die iræ diſtricti judicii. Laborate ergo propriis manibus, & ſicut Sancti libenter ſubvenite pauperibus, ut ſitis divites cum Chriſto in regnis cæleſtibus. *diſponit de ſepultura;* His & aliis ſermonibus cunctis ab ipſo inſtructis, data benedictione, ut Pater & Paſtor dulciſſimus, oves devotas commiſit gratiæ ſui Redemptoris; injunxitque eis ut corpus ſuum in eccleſia Hoyenſi beatæ Virginis Mariæ, ſicut ei Dominus ordinaverat, eccleſiaſticæ traderent ſepulturæ. Confeſſor autem ſanctiſſimus, permanens in eccleſia, invocavit Patrem mente, ut ipſum conſolari ante exitum ſua dignaretur dulcedine: qui ſemper prope eſt omnibus ſe invocantibus in veritate.

12 Facta autem hac oratione, lux immenſa de ſuperno cæli ſolio ſuper eum emiſſa reſplenduit; quo
C tota baſilica refulgens, lucem mirificam, fidem & gratiam fidelibus copioſam exhibuit. In luce igitur relictus hac cælitus collata, pius Pater cum magna exultatione oculos erigens ad ſuperna, vidit piiſſimum Regem Sanctorum Jeſum Chriſtum omnium Redemptorem, ſedentem in medio Angelorum in Majeſtate Paterna, vocantem eum ad ſe cum miſericordia, dicentem ſibi hæc conſolationis verba; Euge, ſerve bone & fidelis, quia ſupra pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui; & percipe quod oculus non vidit, & auris non audivit, nec in cor hominis aſcendet, quod Deus præparavit omni ſe perpetuo diligenti. Beatus es & bene tibi erit, quia cum Sanctis gaudebis, & cum Angelis in æternum immarceſſibili gloria exultabis. Beati erunt, qui per te meo crediderunt nomini, beati qui tibi devoti impenderunt honorem obſequii. Veni, benedicte Patris mei, & percipe regnum tibi præparatum ab initio ſeculi. His dictis lux cæleſtis paulatim evanuit, & glorioſus Præſul lætificatus viſione Dominica in exultatione permanſit. Vixit autem in omni tempore vitæ ſuæ in timore Dei & virtutum reverentia, ſerviens Conditori ſuo in ſanctitate & juſtitia ſine
D querela. Bonum denique certamen certavit, fidem inviolabiliter ſervando, curſum conſummavit, ſicque felici conſummatione inter religioſorum Sacerdotum manus, Nonis Maji de hac inſtabili vita, *7 Maji ab Angelis in cælum deducitur* in cæleſtibus cum Sanctis victurus, ad Dominum tranſmigravit. De morte igitur ad vitam, de mœrore ad lætitiam, de mundo pervenit ad gloriam. Affuerunt ejus tranſitui chori Angelorum hymnidici, qui animam ipſius cum laudibus detulerunt ad præmium gaudii.

13 Archipresbyteri vero, ejuſdem Patris filii cariſſimi, frequentantes & cuſtodientes corpus Præſulis beatiſſimi, impendebant ei honorem debitum, cum orationibus & Pſalmis exequiarum officii: ſicque corpus ſanctiſſimum, odorem cunctis adſtantibus dans ſuaviſſimum, à Sacerdotibus religioſis, cum devoto Conventu civium & innumerabili turba utriuſque ſexus hominum, in eccleſia B. Mariæ Hoyenſis oppidi defertur, tumulo commendandum. Percipientes autem Nobiles & Magnates *ſepelitur Hoyi,* provinciæ, ſepulturam tanti Patris in eccleſia tam
E venerabili præparatam fore; ex honore reverentiæ convolantes undique cum nimia devotione, ſui Paſtoris & Dei Confeſſoris exequiis feſtinabant unanimiter intereſſe. Cumque hoc corpus ſancti Patris venerabili jaceret in feretro, indutum veſtibus Præſulatus, caput ornatum habens infula, manum Paſtorali circumdatam baculo, omnium advenientium naribus odor ſuaviſſimus eſt infuſus. Multi vero devotione accenſi, ſanctitatem Patris ſanctiſſimi agnoſcentes, ex veſtimentis ejus particulas pro reliquiis incidebant, alii rumpebant, nonnulli ungues manuum ſive pedum ejus dum poterant decurtabant, quidam vero ſummitatem capillorum capitis præcidebant, & hæc omnia ſibi quaſi venerandas reliquias reſervabant. Celebratis igitur Miſſarum ſolenniis, cum orationibus & pſalmis ſepulturæ officii congruis, corpus ſacrum in ſepulcro novo, ex lapide pretioſo exciſo, imponitur devotiſſime, fidelium Sacerdotum miniſterio: ſicque cum magna reverentia reconditur in loco ſacro, tanto Sacerdoti digniſſimo.

14 Clauſo igitur poſt ſepulturæ officium ſepulcro, odor ſuaviſſimus procedens de corpuſculo, ſanitatem corporum, & animarum contulit fidelium populo, cui plena erat fides & bona intentio. Audientes itaque ſanctitatem viri ſancti, variis doloribus oppreſſi ex longinquis ſicut ex vicinis viculis infir-
F mi, viſitabant ſacri tumbam corporis, gratiam & ſalutem animarum & corporum obtinentes. Venientes autem cæci ad venerationem corporis ſacri, *claret miraculis:* divina gratia largiente oculorum ſunt lumine reſtaurati: ſurdi auditum ex ſancti merito receperunt, muti uſu linguæ & vocis accepto læti ad propria redeunt: claudi & contracti membrorum nervis, cum fide Sanctum invocantes, collato ſibi cælitus greſſus officio gradiebantur, & ab omnibus diverſarum infirmitatum gravatis doloribus peſtes peſſimæ omneſque ægritudines repellebantur. Quidam etiam invidi, quia miracula à ſancto Patre Domitiano fieri non credebant, & virtutum ejus inſignia depravare volebant, nimio terrore repente percuſſi, S. Domitianum cum devotione laudabant, & coacti merita Sancti ubique potenter prædicabant. Omnis Eccleſia congaudeat Hoyenſi pro conceſſa gloria, nam potenter hanc illuſtrat divina gratia. O Domitiane, dulce languentium ſolamen, per tua merita, quæ continent tuæ diſſolutionis depoſita, quæ velut ſol fulgebunt in reſurrectionis gloria, ibi colloces nos oves Judicis in dextera.

15 Obiit *a* circa annum Domini quingenteſimum a
ſexage-

à Chriſto viſitatur

A sexagesimum. Fuit etiam iste Pontifex summæ bo-
amatus ab omnibus, nitatis, in eleemosyna promptus, in judiciis ju-
stus, in universa morum honestate excellentissi-
mus, nullum despiciens; sed omnes in bona volun-
tate complectens, omnes diligens, ipse quoque di-
ligebatur ab omnibus. Et ut verbis Sigeberti mo-
nachi Gemblacensis, optimi historiographi, utar,
Clarebant, inquit, sub Justiniano magno Impe-
ratore, Cassiodorus Senator post monachus,
laudatur à Sigeberto. Arator Poëta, Priscianus Grammaticus, Victor
Capuanus qui cyclos Pascales scribens Victorii er-
rores redarguit, Gregorius Lingonensis, Nicetus
Trevirensis, & Beatus Domitianus Trajectensis
b c Episcopus *b:* & in Gallia arbor *c*, quæ sambucus
dicitur, uvas protulit. Hujus viri sanctissimi sepul-
crum, licet in ecclesia fuerit, ubi vel in quo loco
locatum extitit, minime ab incolis scitur: unum
inde pro vero dicere possumus, quod ecclesia mul-
toties passa est ruinam tribulationum, Winidorum
videlicet & Normannorum & Hungarorum & alia-
rum persecutionum, quæ toties locum illum & to-
tam Leodiensem parochiam devastando oppresse-
runt: &, sic potuit esse, ut sepulcrum B. Domi-
tiani ab ipsis omnino deletum fuerit: vel forte erat
B in loco aliquo, ubi paries murorum deducendus e-
d rat; & sic ignoratur ab omnibus *d*.

6 submersi revivisc-cunt: 16 Nostris vero temporibus sex juvenes in a-
quis submersi, inter paucos annos in diversis festi-
vitatibus ejusdem suscitati sunt. Ex quibus aliqui
sub molendinis molentibus pertransierunt, & per
dimidium diem æstivo tempore in aqua jacuerunt:
alii per duarum fere horarum spatium, alii per
ægri sanantur, trium, alii à primo tempore æstatis usque ad vespe-
ras in aqua jacuerunt: de quibus postea aliquem vi-
dimus. Cæci, claudi, surdi, muti, paralytici,
phrenetici & dæmoniaci, quorum præ multitudine
captivi liberantur, ignoramus numerum, in diversis festivitatibus ejus
recipiunt sospitatem usque in hodiernam diem. Mul-
ti etiam in diversis locis in carcerali custodia detenti,
precibus & meritis B. Domitiani catenis diruptis li-
berati sunt: de quibus aliqua hic in medium proferre
e curavimus miracula. Quidam vir Teumaci *e* in vin-
culis positus, B. Domitianum cum lacrymis cœpit
interpellare, ut ejus meritis intervenientibus absol-
veretur, quia propter nimiam paupertatem, nulla
spes erat ei redimendi, cui piissimus Confessor sub-
sequenti nocte in somnis apparuit dicens: Ego sum
Domitianus: surge & appone manum vinculis, &
C extrahe pedem: ne dubites, quia cedentibus ultro
vinculis liberaberis. Cave etiam, ne cum liberatus
fueris, revertaris per silvam quæ est juxta Halois,
sed inferiori via redeas sub nemore, & à nullo ca-
pieris. Expergefactus autem à somno manum ap-
posuit ad vincula, & mirabile dictu statim liberatus
est, & Dei misericordiam & Beati Pontificis inter-
ventionem liberationi suæ attribuens, pro voto fer-
reas catenas attulit B. Domitiano.

furto sublata vesti-tuuntur, 17 Quidam negotiator, memoriam faciens Bea-
ti Pontificis & se ejus precibus commendans, inci-
dit in latrones, à quibus spoliatus est; sed Dei o-
pitulante gratia, numquam sarcinam ejus dirumpe-
re potuerunt: sed nec panem, quem super loculum
B. Domitiani tetigerat, per triduum jejunantes co-
medere potuerunt: sicque se deliquisse cognoscen-
tes, res proprias ei restituerunt. Juvenculus qui-
dam juxta rotam cujusdam molendini dilapsus est in
aquam: & statim B. Domitiani auxilium in corde de-
poposcit, quia verbis non poterat. Qui ab hora pri-
ma usque ad horam nonam in aqua subsistens, tan-
dem repertus est: & cum mortuus existimaretur ab
omnibus, tandem cœpit respirare: quem beati Pon-
tificis meritis & intercessionibus suscitatum non du-
bitamus. Sunt & alia plura miracula, quæ propter D
fastidium legentium hic omittentes, ab historia ma-
num retrahamus.

ANNOTATA.

a *Reliqua hujus numeri iterum eisdem verbis habentur in dictis Annotationibus ad Harigerum.*

b *Passim in MSS. & excusis exemplaribus Sigeberti ad annum* 528 *legitur*, Nicetius Trevirensis & Domitianus Tungrensis florent, *sequentibus omissis.*

c *Iterum apud Sigebertum ad annum* 550 *ista leguntur:* Arboris quæ dicitur sambucus, flores, grana, & fructus, in flores, grana, & fructus vitis transformantur. *Imo habentur apud Miræum tamquam Sigeberto adjecta.*

d *Reliqua usque ad finem capitis relata sunt ab Ægidio Aurea-vallis citato cap.* 33.

e Teumiacum *nusquam invenias, sed bene* Fumiacum, *vulgo* Fumay, *ad Mosam fluvium, locum etiam-nunc munitum, unde pedestri breviori itinere Hoyum euntibus, ad transitum Bochi fluvioli viam mediam intersecantis, pari fere utrimque quinque vel sex leucarum spatio, occurrit villa* Halloy *dicta. Sed an ibi silva, qualis hic mox vitanda monetur? Dubitare facit situs fluvialis. Potius igitur intelligerem alterum* Haloy, *alias* Hayloys *scriptum, & ad silvam notatum in chorographica Comitatus Namurcensis tabula, solis duabus leucis Hoyo distans, & præditum à Fumiaco iter continuantibus fere transeundum; directius autem, si quis veniat ex* Chiney, *castro solum quatuor leucis distante ab oppido Hoyensi: & pro hoc facit alius codex apud Chappeavillum, in quo* Ceumacum *legitur, facili depravatione ex* Cenniac: *& eodem quadamtenus trahi potest* Caimaticum, *quod idem in alio codice invenisse dicit.* E

CAPUT III. a

a

Translatio S. Domitiani & miracula dein patrata.

18 ANno ab Incarnatione Domini millesimo
centesimo & septuagesimo tertio, regente
Romanum Imperium *b* Frederico Augusto, Leo-
b diensem ecclesiam gubernante *c* Radulpho Pontifi-
c ce, Hoyenses Canonici S. Mariæ, adeuntes faciem
corpus elevatur anno memorati Pontificis, supplicaverunt, quatenus B.
1173 Domitianum in loculo argenteo, quod ei jam diu
fabricatum extiterat, collocaret: quia valde eis in-
honestum videbatur, cum apud Deum esset meri-
tis excelsus, apud homines loco teneretur humili.
F Anuit Episcopus, & *d* decimo septimo Kalendas Ju-
d lii se hoc facturum promisit. Omnibus itaque re-
bus rite ordinatis, memorato die Episcopus ad ec-
clesiam venit; orationem faciens, loculum aperuit; & sanctam margaritam, quæ intus latebat, omnibus in palam permissum est videre; & mox ab ipso Pontifice in locello argenteo recondita est honorifice. Quibus expletis, Sacerdotes albis induti, propriis humeris sanctissimum corpus à terra levaverunt, & extra ecclesiam detulerunt, Clericis psallentibus atque subsequentibus cum civibus & feminis qui manibus cereos ferebant: nam omnibus erat una devotio, par erat exultatio, in proximo eorum visitatio.

19 Postquam vero sanctissimum corpus ejus re-
sanantur cæci, conditum est in ecclesia, Episcopus Missam celebra-
vit: atque inter ipsa sancta mysteria non defuit in-
tercessio S. Domitiani. Nam mulier quædam uni-
cam habens filiam, quæ novem mensibus decursis
numquam lumen cæli viderat, ante corpus beati
Pontificis assistebat, atque in hunc modum eum
interpellabat: O Domitiane, Confessor Domini
præ-

EX MS. pretioſe, natæ meæ lumen reſtitue: eam tuo famulatui tradam omnibus diebus vitæ ſuæ. Scio vere & certiſſime ſcio, quod quæcumque petieris à Domino impetrabis. Quid amplius? mulier Domitianum interpellabat, & Domitianus precibus ſuis puellæ lumen reſtituit. Stupentibus qui aderant, præibat exultans, viam carpens, & viæ ducem ulterius non requirens. Concito curſu Sacerdotes qui aderant Epiſcopo puellam adduxerunt, & quod Deus viſitavit plebem ſuam per merita B. Domitiani intimaverunt. Qui Deo gratias reddidit, & ut Te Deum Laudamus ab omnibus cantaretur præcepit.

paralytica, 20 Quibus expletis in proximo affuit viſitatio B. Domitiani. Nam mulier quædam, quæ jam per annos ſex à paralyſi tenta fuerat, & ſub loculo reſidebat, à cuſtodibus flores popoſcit, & accepit, nervos tetigit, & mox huc atque illuc deambulavit. *incurvata,* Alia quoque mulier habens ſpiritum infirmitatis, quæ incurvata erat per annos plurimos, & manum dexteram erigere non poterat, ad ſanctum acceſſit feretrum cum lacrymis, & manum ſuper loculum terendit, & ab ægritudine qua laborabat liberata eſt. Dum hæc & ſimilia agerentur, fama qua nihil
B velocius per ſingulos diſcurrens, memorati confeſſoris miracula *e* divulgavit. Concitabatur tota civitas, & ad tam mirabile ſpectaculum [currebat] omnis ſexus & ætas, & omnes infirmi variis doloribus detenti, tam in grabatis quam in vehiculis *paralytica,* allati ſunt. Inter quos mulier altera, quæ à paralyſi curvata erat per annos novem, quia per ſe non poterat ab aliis allata eſt. Mira res, nam mox ut loculum B. Domitiani tetigit, erecta eſt & ſibi reſtituta. Cumque hujus rei & ſupradictorum fama percrebeſceret, quidam Engelbertus nomine, cœpit derogare Sancto, & adeuntibus eccleſiam inſultare. *energumenus obgannens.* Mox mirum in modum divinitus correptus cœpit æſtuare, & deſtitutis corporis membris & viribus in terra volutari. Tandem ſe deliquiſſe profitens, & à Sacerdote abſolutionem poſtulans, os ſuum & pectus percutiens, à vexatione abſolutus eſt.

21 Tempore Radulphi, trigeſimi tertii Epiſcopi Leodienſis, poſt *f* concremationem eccleſiæ S. Lamberti, quæ accidit anno Domini Milleſimo centeſimo octogeſimo quinto, cum pro reſtauranda ejuſdem B. Lamberti eccleſia undique convenirent de toto Epiſcopatu proceſſiones ad offerendum; contigit B. Domitiani feretrum ibi cum omf *ad corpus delatum Leodium anno* 1185 ni frequentia populi de Huyo apportari: ſenſerunt &
C intellexerunt qui affuerunt *g* quomodo feretrum B.
g Lamberti & feretrum B. Domitiani ſeſe invicem quodam ſonoro ſtrepitu ſalutaverunt. Cum igitur plurimi utriuſque ſexus, ex his qui de Huyo advenerant, offerendam ſuam conſummaſſent, & reverti citius cum ſuo Sancto accelerarent; non potuit feretrum B. Domitiani moveri, donec omnes qui cum ipſo venerant ſuam oblationem feciſſent. *& facta oblatione relatum,* Poſt hoc ejus oblatione completa, Hoyenſes putantes ibi Sanctum ſuum velle remanere, cum lacrymis & gemitibus oratione completa, iterum applicantes manum feretro Sancti, eum facillime ſuſtulerunt, & cum laudibus & lætitia celerrime revertebatur.

22 Factum eſt autem cum aſcendere inciperent publicum montem qui junctus eſt civitati Leodienſi, antequam ad cœnobium Regularium Canonicorum S. Ægidii, quod in ipſo monte continetur venirent; femina quædam de Leodio, jam per ſeptennium cæca, audito B. Domitiani adventu cu- *cæca illuminatur.* currit, & feretrum ambabus manibus tenuit. Quam cum amovere vellent circumſtantes, juravit quod non recederet, quouſque lumen reciperet. Illico per meritum B. Domitiani lumen recepit, & ſic læta D
ad propria remeavit. Et ſic Hoyenſes B. Domitianum cum gaudio magno reportaverunt ad propria. Factum eſt autem hoc miraculum in vico S. Chriſtophori, ſicut nobis retulerunt duo viri Religioſi de Ordine Ciſtercienſi, qui ibi præſentes fuerunt; & ſcimus quia verum eſt teſtimonium eorum.

ANNOTATA.

a *Quæ hoc capite continentur, deſcripſit Ægidius Aurea-vallis tomo* 2. *Geſtorum Pontificum Leodienſium, & quænum. hoc & ſequenti habentur referuntur cap.* 51, *reliqua cap.*55.

b *Hic eſt* Fredericus Barbaroſſa, *ſive* Ænobarbus, *Aquiſgrani coronatus anno* 1152, *Romæ à Pontifice an.*1155, *mortuus anno* 1190.

c Radulphus *creatus Epiſcopus an.*1167, *mortuus an.*1191.

d *Idem dies excuſus eſt apud Ægidium. In ſuperiori relatione & alio de Miraculis ſcripto, dicitur* VI Idus Junii *id factum*

e *MSS.* multiplicabat.

f *Concrematio traditur contigiſſe anno* 1183 *aliis* 1185, IV *Kal. Maji, die Tranſlationis corporis S. Lamberti. Ita Ægidius cap.*53. E

g *Lambertus Parvus apud Chapeavillum iſta ſcribit:* Anno 1185 Hoyenſes corpus S. Domitiani ob reverentiam S. Lamberti Martyris ſumunt, & Leodium navigio adferunt: quod Leodienſes Clerici à Monte-publico ſuſcipientes, cum maxima devotione per portam S. Martini cum crucibus & vexillis & multorum Sanctorum Reliquiis in occurſum S. Lamberti deferunt. Inde revertentes in eccleſia B. Mariæ Virginis utrumque deponunt. Et Rudolphus Epiſcopus feſtum S. Domitiani celebrari juſſit.

ALIA MIRACVLA

Ex MS. Hoyenſi.

Prologus 1 AD illuſtranda B. Domitiani merita, quæ Dominus per eum Miracula operatus eſt, à die Tranſlationis uſque nunc, paucis abſolvere decrevimus. Miracula autem, ſicut dicit Apoſtolus, 1 Cor. 14, in ſignum data ſunt non fidelibus ſed infidelibus, 22 & diverſos in diverſis habent effectus. Sicut enim i- F
dem Apoſtolus dicit, quos Deus prædeſtinavit, hos Rom. 8, 30 & vocavit: Vocat autem flagellis alios: unde per Salomonem * dicitur, flagellat Dominus omnem * imo Apoſtolus filium quem recipit. Ideo & ipſum Paulum percuſſit, ut ſanaret, dejecit ut erigeret, cæcavit ut illu- 12 Hebr. 6 minaret. Aliis ſpiritus illuſtratione vocat, alios miraculis: ſed unde prædeſtinati proficiunt, reprobi excæcantur. Nam illud quod filiis Iſraël tempore Moyſis fuit ad remedium, Pharaoni & Ægyptiis contigit ad ſupplicium: ille cum populo ſuo demerſus eſt in mare, filii Iſraël à ſervitute liberati. Itaque, ſicut nos credimus & ſperamus, per Beati Antiſtitis Domitiani merita fideles & devoti proficient, reprobi vero & detractores tabeſcent. Nunc ergo ad ædificationem bonorum, quæ Deus per eum operatur miracula, ſicut nos ipſi partim vidimus, partim ab aliis, qui viderunt, accepimus, compendioſe abſolvamus.

2 *a* Mulier quædam, quæ diſſolutione membro- *Sanantur* rum laborabat, & pedibus tunc temporis inſiſtere *contracta* non valebat, nocte quaſi in extaſi poſita videbat *tres aliique* mulierem quamdam, pretioſis indutam veſtibus, ad *infirmi* Corpus B. Domitiani accedere, dixitque ei: Surge, & porrige manum depoſcentibus. Nec multum temporis

temporis interfuit, quo liberata, ſed non niſi tranſactis octo diebus fides eſt ei adhibita. Contigit etiã quamdam, quæ numquam ambulaverat, greſſum recepiſſe, & ad altare beatæ Dei Genitricis, ſine auxilio alicujus proceſſiſſe, & gratias Deo & Genitrici ejus inde cum B. Domitiano retuliſſe. Tunc etiam contigit quamdam puellulam, quæ duobus annis curvata in terram, erigi non poterat, plenarie liberatam eſſe. Accidit etiam eos qui uſum loquendi numquam habuerant, interceſſione beati Pontificis ſuſcepiſſe. Duæ etiam quæ caduco morbo laborabant, liberatæ ſunt. Duo hydropia curati ſunt.

item alii longiori ſpatio ægri quatuor

3 Quidam etiam Nivellenſis, auditis miraculis B. Domitiani, ore profitens ad ſalutem, corde credens ad juſtitiam, promiſit ſe iturum ad limina Beati, ſi ei greſſus reſtitueretur. Et ſtatim recepit, quod optabat. Quidam de *b* Bordines; qui duobus annis & tribus menſibus in lecto decubuerat, facto voto veniendi ad limina B. Mariæ, ſtatim recepit ſanitatem. Duæ mulieres, quæ uſum manuum paralyſi amiſerant, nec digitos poterant extendere, una eademque hora convaluerant. Mulier etiam de Rupe, *c* caſtello Comitis Namurcenſis, quæ per ſex annos in lecto decubuerat, nec poterat pedibus inſiſtere, priſtinam recepit ſanitatem. Alia mulier, quæ ſimili ægritudine laborabat, vovit B. Domitiano unicam vaccam, quæ fuerat indomita, nec duci poterat: & recepit ſanitatem, & vacca præcurrens ductores ſuos præibat, quaſi nullo ductore indigeret.

& alii to. tidem

4 Quidam miles de *d* Ouce, facto voto veniendi ad oratorium B. Domitiani, tentare cœpit, ſi progredi poſſet: & paulatim reſumptis viribus uſque Hoyum pervenit: ſed quia debitas gratiarum actiones non retulit, iterum ſicut prius ægrotavit, donec divina aſpirante clementia, ad invocationem B. Domitiani perfecte convaluit. In eadem villa parvulus quidam, qui numquam ambulaverat, conſolidatis plantis ejus, ſanitatem recepit. Mulier etiam quædam, quæ quidquid in cibo & potu ſumpſerat, ſtatim evomebat, opitulatione beati Confeſſoris curata eſt. Puerulus, qui uſum videndi per duos menſes in uno oculo amiſerat, ad corpus beati Pontificis matre duce venit, obdormivit, expergefactus viſum recepit.

item muti caci ſurdi ac claudi

5 Tria ſigna, in una puella perpetrata ſunt: viſum recepit; quæ prius muta fuerat, locuta eſt; ambulandi vires recepit. Quidam Converſus de *e* Cornelio monte, qui auditum amiſerat, dum ad limina B. Domitiani properaret, adhuc in itinere poſitus, quod optabat, recepit *f*. Quidam de parva *g* Andana, qui per tres hebdomadas nihil penitus comederat, votum fecit veniendi ad corpus beati Pontificis, ſi aliquatenus convaleſceret: mox quam optavit ſalutem, recepit. Alius de *h* Viſet, curia Epiſcopi, qui novem annis ægritudine laboraverat, in momento curatus eſt. Mulier quædam de *i* Falais uſum membrorum, quem amiſerat, recepit. Similiter puerulus quidam de *k* Anicin vires recepit gradiendi. Quidam de Nelin, qui maxima ægritudine laborabat, & ſibi & Domino ſuo inutilis erat, liberatus eſt, unde etiam à Domino ſuo Godefrido de *l* Han legitime traditus eſt, in feſto B. Domitiani denarium daturus. Eadem conditione juvenculus quidam B. Domitiano ab eodem Domino traditus eſt, qui mutus erat.

verſum aliis morbis laborantes,

6 Mulier quædam, quæ fiſtula laborabat in tantum ut medici deſperarent, & manum apponere recuſarent, à prædicta ægritudine in momento convaluit. Quidam ad paſcua boves deducens, modica aura afflatus, ſtatim in terram decidit, &

alienis manibus ad domum reductus (inſanus enim putabatur) tribus diebus nihil omnino comedit. Tandem ad prædictum Pontificem confugiens, & veniam depoſcens, optatum beneficium impetravit. Quædam puella, quæ unum latus amiſerat, pene & ejuſdem partis oculum, à cæcitate & lateris dolore pariter liberata eſt. Quidam de familia Domini Henrici de Lacia, turbine concuſſus, vires corporis amiſit: ſed interceſſione prædicti Pontificis ſanitatem recepit. Quidam etiam de *m* Floreffia, qui manum aperire non poterat, & uno pede debilis erat, in momento redditus eſt incolumis. Mulier quædam de Gimel, quæ de equa ceciderat, & ſeptem annis & eo amplius in lecto decubuerat, auditis magnalibus B. Domitiani paulatim convaluit; & prius alienis innitens manibus, priſtinæ ſanitati eſt reſtituta. Mulier de Vilier, quæ nec ſurgere poterat nec progredi, viſo beatis Pontificis loculo, perfecte convaluit.

alii denique plures ju. vantur,

7 Sed quia in ſingulis immorari tædioſum eſt, ſuccincte cetera proferamus. Mulier quædam filiolum ſuum noluit communicare in aqua, quæ de reliquiis Sanctorum defluxerat pro ægrotantibus; cum ad ejus elationem reprimendam puer cœpit infirmari: quod mater videns agnovit culpam ſuam, ſe deliquiſſe profitens, & ſic filio ſanitatem impetravit. Alius quidam parvulus, ſemimortuus adductus, ſtatim convaluit. Mulier quædam, quæ per tres annos vires ambulandi amiſerat, monita in ſomnis venire ad corpus beati Pontificis, fidem adhibens, curata eſt. Similiter quidam de Hotton *n* à diuturna ægritudine ſanatus eſt, & ex tunc cœpit pauperibus miniſtrare *o*.

ANNOTATA.

a *Priora miracula jam num.* 12 *&* 13 *eiſdem verbis narrata omittimus. At quæ hoc numero referuntur, erant priori Vitæ adjuncta, ſed ibi omiſſa.*

b Bordines, *duabus circiter Leucis Huyo diſtat ad Occidentem, in confinio Namurcenſis & Leodienſis ditionis, trans Mehaniam fluviolum.*

c *Illud forſitan* Caſtellum, *quod ad orientalem Moſæ ripam, una ſupra Namurcum leuca, in rupe extructum exhibet chorographica tabula.*

d Oúce, *in eadem tabula* Oúhe, *proxima Huyo trans Moſam villa.*

e Mons-Cornelii *prope Leodium, in quo Ordinis Præmonſtratenſis Abbatia olim, nunc Carthuſianorum monaſterium: de his plura vide* v *Aprilis ad vitam S. Iulianæ, Cornelienſis hinc dictæ.*

f *Duo priora erant etiam priori Vitæ adjuncta cum hac clauſula:* Multa autem alia & quaſi innumerabilia ad feretrum Beatiſſimi Domitiani ſubſecuta ſunt poſt ejus Tranſlationem miracula, quæ brevitatis cauſa hic ſcripta non ſunt.

g Andana *vulgo* Anden *Abbatia, per S. Beggam fundata, duabus ſupra Hoyum leucis: huic propinquum* Andenalle, *forma diminutiva, unde hic* Parva Andana *dicitur.*

h Viſet, *locus utcumque munitus in orientali Moſæ ripa, inter Leodium & Trajectum via fere media.*

i Falais *duabus Huyo leucis in occaſum diſtat, ad alteram Mehaniæ ripam.*

k Anicin, *an recte ſcriptum neſcio, uti nec de aliis quibuſdam locis, forte extrà Namurcenſem Comitatum quærendis, quod non lubuit admodum operoſe indagare: hujus finibus trans Bochum prænominatum proximum eſt* Achin.

l Han, *caſtrum ad Sabim, ſupra Namurcum duabus leucis; à quo diſtinguuntur* Han ſupra Leſcam, *&* Franc-han *ſive liberum.*

m Flo-

A m Floreffia, *ubi Ordinis Præmonſtratenſis Abbatia ſed in tabulis Topographicis iſtarum ac vicinarum partium inſignis, inter Han & Namurcum, ad ripam labis meridionalem.*

n *In margine ecgraphi ſcriptum vel* Hurion: *neutrum invenio.* D

o *Sequebatur de mercatore, qui in latrones inciderat, relatum in 2 vita num. 16.*

DE S. MAVRELIO EPISC. MART.

D.P. *PATRONO FERRARIÆ IN ITALIA.*

CAPUT I.

Vicohabentinæ Sedis origo & tranſlatio ad S. Georgii eccleſiam Ferrariæ.

SEC. VII. FErraria *urbs (de cujus origine multi multa, nec ſine fabulis) priuſquam eo conſiſteret loco, ubi hodieque ampliſſima viſitur, ad Septentrionalem ſcilicet ripam minoris Padi (Volanenſem Padum vulgo nuncupant) olim aut tota aut majori parte ſua ad alteram dicti fluminis ripam ſtetit, ubi hodieque nominatur parochia S. Georgii, qua* Ferrarola *dicta invenitur ſeculo* XIII; *cum ſcilicet ædibus eccleſiiſque majori ex parte tranſlatis una cum* Ferrariæ *nomine, qui reſtabat vicus diminutive ſic dici cœpit, quaſi* parva Ferraria, *quæ & vetus* Ferraria *vocari potuiſſet. Hic certe primitus conſtituta eſt Sedes Epiſcopalis, quod quando & quomodo factum ſit, quoniam haud parum ad hunc locum facit, reſque implicatiſſima eſt, lubet per antiqua vetuſtatis exoletæ veſtigia indagare conjectando; non tam ut propriam ea de re ipſe firmem ſententiam, quam ut moneam partium iſtarum eruditos homines plura quærere, quibus inventis ſternatur via ad evitandas ſalebras, ſcriptorum præcedentium diligentia necdum complanatas. Ravennatem eccleſiam ſub Valentiniano Imperatore auctam eſſe Archiepiſcopali dignitate apud omnes fere pro indubitato habetur; ſed quod eo profertur jam dicti Imperatoris privilegium, uti apud Ferdinandum Vghellum extat tom. 2 col. 331, Baronio aliiſque merito de ſuppoſitione eſt ſuſpectum: multis certe modis interpolatum eſſe, & quidem ineptiſſimis, nemo dubitaverit, qui aliquam habet vetuſtatis cognitionem.*

Ante inſtitutionem Epiſcopatus Ferrariēſis

B

Cathedra Vicohabētis exiſtens

C

2 *Solidius multo id videtur probari ex S. Petri Chryſologi ſerm.* 175 de Marcellino Epiſcopo Vicohaventino & S. Mariæ & virginis partu, *cujus hoc initium.* Omnium quidem rerum primordia ſunt dura, ſed duriora ſunt primordia generantis. Sancta Eccleſia Ravennas, ut primum pareret, viam fecit, angores pertulit, ſenſit dolores: & hoc egit, Fratres, ut ordinem partus divini toto veritatis tramite cuſtodiret. *Cum autem divini partus ordinem eum fuiſſe oſtendiſſet, ut exeunte edicto Cæſaris in Bethleem quaſi in via de Virgine naſceretur Chriſtus:* Edicto, *inquit,* Cæſaris Pagani Dominus obtemperaturus occurrit, & decreto B. Petri, decreto Principis Chriſtiani (*quod de inſtitutione Archiepiſcopatus, non ſine contradictione quorumdam accepta, putem eſſe intelligendum*) ſervus adhuc aliquis obſiſtit? Verum, *pergit Chryſologus,* quia neque proſpera adverſis, neque gaudiis miſcenda ſunt triſtia, his omiſſis hodierni germinis lætitiam proſequamur. Habeat modo natus, qui primus natus eſt, primogeniti reverentiam, teneat & honorem. Marcellinus hodie vernaculi partus totum rapuit & conquiſivit affectum, Circumſtant filii, adſunt propinqui, cognatio tota concurrit, familia exultat omnis, ipſa penetralia domus tripudiant & lætantur; quia videre oculis, ſuſcipere manibus hodie primum genitricis partum ſobolemque meruerunt. *Ex his liquido patere exiſtimo, quod uti primus Marcellinus fuit, quem ecclesia Ravennas, Archiepiſcopali deinceps jure plurium ſubjectarum Eccleſiarum mater per Epiſcopales ordinationes futura, Epiſcopum ex ſe genuit; ita primus fuerit S. Petrus Chryſologus & non alius, qui Pontificio Imperialique decreto eam acceperit poteſtatem. Accepe-* *accipit E-* *piſcopum* *Marcellinū* *circa annū* 450. *rit autem ſub S. Leone Magno Pontifice & Valentiniano Imperatore circa annum Domini* CCCCL; *qui antea à Leonis deceſſore S. Sixto III ſimplicem Epiſcopi titulum poteſtatemque acceperat.*

à S. Petro Chryſologo I Ravennatium Archiepiſcopo

3 *Marcellini ſucceſſores omnes in obſcuro latent; nullius eorum ſubſcriptione in Conciliis quinto ſextoque ſeculo aut etiam ſeptimo habitis apparente, niſi iis qui in Lateranenſi ſub Martino Papa anno* DCXLIX *notatur* Joannes Vico-Sabinas Epiſcopus, *legi debeat* Vico-habenas, *qua videtur eſſe opinio Rubei lib.* 4 *Hiſt. Ravennatium. Eſt autem hoc eo veroſimilius, quod* Vico-Sabinenſis *Epiſcopatus nullum uſpiam ſit veſtigium reperire: qui autem ætate S. Petri Chryſologi dicebantur* Vico-haventini, *potuerunt* Vico-habenates *mitigata nonnihil voce dicti fuiſſe. Ut ut ſit, non diu poſt prædictum Lateranenſe Concilium manſit* Vico-habentiæ *Cathedra: ſed ad eam quam dixi veterem* Ferrariam, *poſteris* Ferrarolam, *tranſlata ea eſt. Tranſlationis auctorem Vitalianum Papam fuiſſe volunt Ferrarienſes, qui anno* DCLVII *ſedere cœpit. Cauſam fuiſſe ſuſpicor Mauri Ravennatis Archiepiſcopi, addicta ſibi Exarchi Imperatorii potentia ſubnixi, defectionem à Romana Sedis obedientia, eo inſolentiæ progreſſam, ut ad cauſam Romæ dicendam citatus, ipſe Romanum Pontificem præſumpſerit ad ſuum tribunal judicandum citare: manſitque in ea obſtinatione uſque ad mortem, ut throni ſic & delicti ſucceſſorem anno* DCLXXII *nactus Reparatum: qui cum cito reſipuiſſet, à Vitaliani ſucceſſore Adeodato non alia lege veniam impetravit & gratiam, quam ut Mauri nomen expungeret è diptychis. Interim factum videtur ut* Vico-habenas *ſeu* Vicohabentinus *Epiſcopus, Archiepiſcopi ſui execratus ſuperbiam, Romam ſe contulerit; utque ab jurato eccleſiaſticæ unitatis hoſte recederet longius, Sedis Ferrariam tranſferendæ petierit acceperitque facultatem.* Ferrariam *autem ideo delegerit, quod ad Vicohabentinam diœceſim pertineus, ſed à Longobardis poſſeſſa, eſſet extra poteſtatem Exarchi Ravennatis. Hoc vero ne gratis dictum putetur, conſideret lector jam inde à tempore S. Gregorii Papæ, Longobardorum regnum adeo late in Italia patuiſſe, ut* univerſa hæc, exceptis Roma atque Ravenna, cum locis ad eas ſpectantibus, ab Alpinis montibus Regium uſque Calabriæ, illis pareret: *ſicut ait Baronius ad an.* 591 *numero* 41.

E

ibidem ſedisſe videtur an. 649 *Ioannes, male Vico-Sabinas dictus:*

poſt quem tranſlata Ferrariam Sedes.

4 *Patet hujus rei veritas ex terminis Comitatus Peruſini, per illos tunc inſtituti, Hortam uſque promotis; quam ipſam, licet trans Tiberim poſitam, & ſolis* 24 p. m. *Roma diſtantem, poſſediſſe Longobardos ſcimus ex Paulo Diacono lib.* 4 *cap.* 7. *Nihil igitur mirum dicimus, cum aſſerimus,* Ferrariam, *à Ravenna diſtantem ſaltem* 40 p. m. *in Padi ripa contra Imperatorios detentam ac munitam ab iis fuiſſe, imo tunc extitiſſe caput totius Comitatus contra Exarchos Ravennates. Sicut autē iidē Lombardi omnia uſque ad ipſa Romana mœnia habebant incurſionibus ſuis infeſta, cum extrema plerorumque circa locorum deſolatione; ita etiam* Vicohabentia *poteſt ab iiſdem credi depopulata. Quare ſi cui minus placet tranſferendæ Sedis cauſa*

F

idque vel ad declinandā Mauri Ravennatis tyrannidē,

A *causa in Mauri Archiepiſcopi rebellionem collata; poterit ab ipſiſmet Longobardis, pro majori parte tunc Chriſtianis, cauſam ſumere, opinando, quod ipſimet æquum eſſe conſueverint, Ferrarienſis Comitatus à ſe conſtituti Epiſcopum, non alibi quam Ferrariæ reſidere: itaque factum eſſe ut Vitalianus Papa, ipſis ita volentibus,* Marinum, *à ſe conſtitutum Epiſcopum ordinarit, Ferrariæ Sedem habiturum. Huic ex ipſamet gente ſucceſſerit* Oldradus, *à nonnullis perquam male repoſitus ad tempora S. Silveſtri Papæ, ab aliis creditus primus ſub eodem Vitaliano Ferrarienſis Epiſcopus, & S. Maurelii, cujus cauſa hæc examinantur, deceſſor.*

vel Longobardis ejus poſſeſſoribus ita volentibus

5 *De* Marino *certe, fuerítne unquam Ferrariæ Epiſcopus, nulla ſatis ſolida auctoritate probatur. Nam quod de Ferrarienſis Epiſcopatus inſtitutione extat documentum tom. 2 Vghelli col. 546, ipſemet indicat ſuppoſititium videri multis, & pro tali videtur habere. Satis profecto eſt vel initium legere, ut ita ſentias: ipſum ergo accipe.* Jubente Vitelliano, ſervo ſervorum Dei, atque Conſtantino Romanorum Imperatore Auguſto, exiit edictum Romanum, ut deſcriberetur, qualiter poſt deſtructionem noſtræ Vicunveriæ eccleſiæ, quæ de jure B. Petri Apoſtoli fuit, petitionibus precibuſque Clericorum & laicorum infra Ducatum noſtrum Ferrariæ, in ipſa videlicet Maſſa-Babylonia, quę vocatur Ferraria, quæ

non obſtante fundationis bulla, certo ſuppoſitia.

B de patrimonio ſanctæ noſtræ Romanæ eccleſiæ eſt & B. Petri, in ipſa eadem Maſſa alteram fundavimus & eã auxlmus & ædificavimus eccleſiam, ad honorẽ Dei omnipotentis & Martyris S. Georgii, atq; in Epiſcopatum conſecravimus, ad jus & dominium S.R.E. & B. Petri; & in dominio & poteſtate ſeu cura & gubernatione ſua conſtituimus atque ſubjugamus: & in ea quemdam Epiſcopum ex Romanis, Marinum ſcilicet, virum religioſum, juſtum & honeſtum, ac venerabilem, & ex nobili genere natum, ex auctoritate B. Petri & noſtra, cum Cardinalibus ſcilicet & Epiſcopis noſtræ Romanæ civitatis, in ipſa ſancta eccleſia Ferrarienſi, ad Epiſcopalem effectum elegimus, inveſtivimus & conſecravimus &c. *Cæcus eſt qui non videat tot pene indicia impoſturæ quot verba, atque hoc totum figmentum conditum eſſe poſtquam S. Petri patrimonium, quod vocat, conſtitutum eſſet, adeoq; pluribus poſt extinctum regnum Longobardorum ſeculis per Æmiliam atq; Flaminiam: ſuperfluum igitur fuerit expendere ſingula.*

Tranſlata eſt autem ad eccleſiã S. Georgii veterem.

6 *Quidquid autem ſit de tempore quo condita eſt eccleſia* S. Georgii *(fieri enim poteſt ut ea appellatio aut antiquior aut recentior multo ſit) eidẽ indita videtur eſſe, poſtquam illuc allatum eſt brachium S. Georgii, quod nunc in nova cathedrali ſervatur, quæ SS. Georgio & Maurelio ſacra eſt. Sunt quidem qui eas Reliquias ſeculo* XII *ineunte primum allatas credant, à Roberto Flandriæ Comite: ſed hoc oſtendetur infra erroneum eſſe: antiquius autem iſtic eſſe S. Georgii patrocinium (cujus haud facile aliud initium aſſignaveris) probat Henrici Imperatoris diploma apud Vghellum tom. 2 col. 564; quod anno* MXIV *ſignatum, jura ſua libertateſq; confirmat* Canonicis Sanctæ Ferrarienſis eccleſiæ, in honorem S. Georgii conſtructæ; *ad cujus tunc pertinebat omnis illa terra, quæ inter duo flumina uſque ad Comaclienſes agros, ſeu verius paludes protenſa, dicitur* Poleſinum S. Georgii. *Similis confirmatio facta deinde anno* MLXVIII *ab Alexandro Papa II per Bullam quæ extat col. 568, inſcripta* Euerardo Archipresbytero, Romano Archidiacono, & reliquis Canonicis ſanctæ Ferrarienſis eccleſiæ: *nominaturque inter alia* eccleſia S. Stephani in Burgo Ferrariæ *(ubi Burgum vocari vides quæ nunc ipſa eſt civitas)* inſuper etiam medietas decimationis plebis S. Georgii in Epiſcopio, medietaſque omnium rerum quæ pro animabus fidelium defunctorum eidem eccleſiæ relinquuntur *&c.*

C

anno autem 1135 ad novam Cathedralem,

7 *Tranſlatâ poſtea per Landulfum Epiſcopum cathedrâ, ſub annum* MCXXXV, *tranſlati quoque ſaltem pro parte Canonici ſunt, cum iiſdem juribus; uti probatur per Bullas Adriani IV, anno* MCLVII, *& Alexandri III, anno* MCL-

XXIX *eiſdem verbis eamdem rerum & decimationis medietatem exprimentes. Altera medietas videtur pertinuiſſe ad Epiſcopum: ita tamen ut Presbytero Curato Canonicisque ibidem relinquendis, ad parochiæ curam & eccleſiæ miniſterium, congrua portio relinqueretur. Pennottus enim lib. 2 cap. 22 num. 1 allegat privilegium, quod anno* MCXLI *die* XI *Maji, Griffus Epiſcopus, Landulfi ſucceſſor immediatus,* pro animæ ſuæ deceſſorumque & ſucceſſorum in Epiſcopio *Ferrarienſi* ſalute *ſcribit,* Hugoni Sacerdoti & Joanni ſubdiacono Tranſpadanæ S. Georgii eccleſiæ Subdiaconis, in qua Ferrarienſis Epiſcopatus Sedes olim viguit,

AUCTORE D. P.

manentibus in veteri primũ Canonicis ali-quot

8 *Interim ſurrexerat & egregie propagari cœperat Canonicorum Regularium Lateranenſium inſtitutum, quo in jam dictam S. Georgii eccleſiam recepto,* Gravendinus Ferrarienſis Electus, Ugucio Præpoſitus, *aliique Canonici Ferrarienſes, irrevocabiliter tradiderunt* Bruno, Canonico S. Georgii de Ferrarola præſenti, ac nomine eccleſiæ & Canonicæ præfati S. Georgii de Ferrarola recipienti, totam & integram decimationem quæ ad ſacriſtiam *Cathedralis Ferrarienſis* pertinebat, vel pertinuerat, vel dari debuerat de poſſeſſionibus poſitis in Plebatu prædictæ eccleſiæ S. Georgii de ultra Pado. *Actum anno* MCCXXXVII, *& poſtea ab Innocentio IV confirmatum fuit. Nonis Iulii anno Pontificatus* X *Chriſti* MCCLII *reſcribente* Priori & Conventui S. Georgii de Ferrarola ordinis S. Auguſtini Ferrarienſis *apud Vghellam col. 576.* Exinde, *inquit Pennottus,* ſtetiſſe in eccleſia eadem Canonicos Regulares oſtendunt litteræ Benedicti Papæ XII Abbati S. Petri in Cæloaureo Papiæ & Priori ejuſdem eccleſiæ S. Georgii de Ferrarola directæ anno MCCCXXXIX. Sed & de anno MCCCLXII Canonici monaſteriorum S. Jacobi Cellæ-volanæ, & S. Laurentii in Cæſarea apud Ravennam invicem unitorum, capite deſtituti, in illorum Priorem Canonice elegerunt Antonium Canonicum S. Georgii de Ferrarola ejuſdem Ordinis S. Auguſtini, quorum electionem confirmavit Innocentius VI, per ſuas datas Avenione anno X ſui Pontificatus.

deinde eodẽ inducta Lateranen. Regularibus

E

9 Poſtea cum dicta eccleſia eſſet cuidam Petro Diacono Card. tit. S. Angeli commendata ac poſt illius obitum cuidam Jordano Epiſcopo Albanenſi, Canonici Regulares illam omnino deſeruerunt: quam Joannes Papa hujus nominis XXIII, inſtante Nicolao Ferrariæ Marchione, Monachis Olivetanis univit, per ſuas datas Bononiæ de menſe Septembri anno MCCCCXI: *qui cum eccleſiam reſtaurandam curaſſent, fuit ea anno* MDLXXIX *die* XVIII *Novembris à Filiaſio Roverella Archiepiſcopo Ravennate ſolenniter conſecrata, uti ex inſtrumento Ioannis Æmiliani cognoviſſe ſe ſcribit Marcus Antonius Guarini, in compendio Hiſtorico Ferrarienſis hiſtoriæ, ſub annum* MDCXXI *vulgato, poſt annos* XXIV *quam Don Michael-Angelus Olivetanus Italice publicaverat* vitam S. Maurelii Epiſcopi Martyris, Protectoris & Defenſoris civitatis Ferrarienſis, *in forma dialogi inter Monachum & Peregrinum, tamquam Chriſtianæ* humilitatis ſpeculum. *Hic autem eſt ille Sanctus de cujus Vita tam MS. quam typis excuſa, pronuntiat Ferrarius in Catalogo generali, quod* multa egeat cenſura: *quare etiam neceſſarium cenſuimus totam ſæpius nominatæ eccleſiæ originem & fortunam recenſere, ut intelligi queant, quæ de hoc Sancto offeruntur, explicanda ab enormibus quibus ſunt implicata figmentis.*

as deinque an. 1411 monachis Olivetanis.

F

CAPUT II.

S. Maurelii in eccleſia S. Georgii noviſſima inventio, tranſlatio, cultus, miracula.

10 *VT à notioribus certioribuſque ad alia obſcuriora paulatim aſcendamus, age initium ducamus ab ultima ſacri corporis inventione & tranſlatione, quam ſic deſcribit Michael Angelus pag.* 53. Anno MCCCCXIX, cum in Cathedra S. Petri Martinus Papa III præſideret, Romanum vero Imperium Sigiſmundus, Ferrarienſis civitatis Dominium Nicolaus III Marchio Ateſtinus obtinerent, inveniendorum transferendorumque ſanctorum corporum Maurelii & Alberti hæc occaſio ſeſe obtulit. Jacebant hæ gemmæ imo theſauri, in quodam ſepulcro intra cryptam ſeu paradiſum (ſic enim in multis locis appellatur) inſtar ſacelli conformatam, ſub tribuna majoris altaris. Et erat quidem locus iſte primum ſatis aptus orationi: ſed cum humilis eſſet ac ſulterraneus, proceſſu temporis totus humidus, obſcurus, deſolatuſque frequentari deſierat, ac pene venerat in oblivionem; ſive propter crebra quæ ſupervenerant bella alioſve caſus, ſive propter exiguam iſtorum temporum devotionem. Ut ut fuerit, aperiens Deus cataractas cæli tantum aquarum infudit terris, ut egreſſis ripas fluminibus non ſolum valles inundarentur, ſed arborum quoque cacumina propemodum obtegerentur. Tali in neceſſitate recurſum à Ferrarienſibus ad Deum eſt ſuumque S. Maurelium, per cujus interceſſiones & merita diminutæ paulatim ſunt aquæ. Tunc monachi noſtri, qui non ita pridem locum obtinuerant, conſiderantes quod ſanctæ Reliquiæ tenerentur in prædicta ſpelunca, neglectæ vulgo & inhonoratæ; meritoque formidantes, ne totæ in pulveres tandem abirent, à ſuperinfuſis identidem aquis conſumendæ; ſtatuerunt eas inde efferendas ipſaque in eccleſia alte locandas, ubi extra periculum ejuſmodi deinceps eſſe poſſent: quod tamen aggredi non præſumpſerunt niſi cum conſenſu Illuſtriſſimi Domini Marchionis ac Reverendiſſimi Petri Bojardi tunc Ferrarienſis Epiſcopi.

An. 1419 *poſt magnã exundationem fluvii*

B

quæ in humida crypta periclitabãtur reliquiæ

11 Laudavit uterque conſilium pium: & de eorum ſententia lectus eſt dies VII Maji, ipſi S. Maurelio ſacer, ad rem peragendam; invitato in id Religioſo omni ac ſeculari Clero, ut congruo cum apparatu proceſſionaliter adeſſe vellent. Ipſo autem die exoriente, qualem oriri conveniebat in tali tamque læta feſtivitate, Reverendiſſimus noſter Pontificaliter indutus, cum Clero Religioſiſque omnibus convenerunt in eccleſiam Cathedralem: qui, cum ab eccleſia eſſent ordinate egreſſi, ne nimia quæ ſenſim confluxerat multitudo, & major quam area capere poſſet, feſtivitatem ipſam funeſtaret, non paucorum certo certius obterendorum exitio; providit Deus, mutata ſubito cæli facie, & effuſo in terras nimbo denſiſſimo, tanta cum vehementia ventorum, ut unuſquiſque cogeretur, dimiſſa vacua area viiſque ad eam ducentibus, ſeſe alio recipere. Illuſtriſſimus Marchio cum Baronibus atque Equitibus ſuis, nec non Epiſcopus cum Patriarcha Roberti, multiſque Religioſis & bona populi parte, propere reverterunt in eccleſiam; ibique ſubſtiterunt, donec ceſſante pluvia ordinari denuo pompa poſſet. Ea ad quatuor millia hominum numeravit: unde colligas, quanta futura fuiſſet, quamque difficulter promovenda, niſi cælum ipſum innumeros alios cedere loco feciſſet.

7 Maji ſereno primũ dein pluvio die,

C

(quod Providentiæ effectus fuit)

12 Hac igitur, inter ſacrorum hymnorum cantus, perveniente extra portam civitatis, obviam proceſſere Patres noſtri: ſimulque omnes, quos adeſſe conveniebat, ſumma cum reverentia ingreſſi ſunt in cryptam: & aperientes ſepulcrum invenerunt in eo duas capſulas plumbeas, ulnam unam longas, quarum quæ ad dexteram poſita hoc titulo deſuper inſcripta erat, HIC EST CORPUS SANCTI MAURELII EPISCOPI FERRARIENSIS ET MARTYRIS; altera ſequentibus inſigniebatur verbis, HIC EST CORPUS SIVE OSSA BEATI ALBERTI EPISCOPI FERRARIENSIS ET CONFESSORIS. Tunc omnes in genua proſtrati adoravere ſacras reliquias, & peractis debitis ceremoniis ſigillatim ſuſtulere capſam utramque, magna voce cantantes, Ecce Sacerdos magnus, qui in diebus ſuis placuit Deo & inventus eſt juſtus. Ita detulerunt illas ad majus altare, ante quod ſacrum Miſſæ officium ſolenniſſime celebratum à Reverendiſſimo D. Epiſcopo fuit. Ex eo autem tempore ceſſaverunt aquæ, neque exinde regionem inundavere uſque in præſentem diem, quamvis ſubinde contigerit turgere copioſis undis flumen, magnamque ſtragem minitari. Recordor autem accidiſſe temporibus meis, ut in tali formidine ſacra S. Maurelii manus efferretur ad pontem: eaque ſignatæ aquæ magno cum fremitu recurrerent ad mare, ac populum præſenti liberarent formidine. Sed redeo ad ſeriem narrationis propoſitæ.

D

nominibus S. Maurelii & B. Alberti notata

deferuntur ad altare,

E

13 Vulgatus quaquaverſum rumor inventionis prædictæ brevi tantam excivit hominum multitudinem, adorare, videre, tangere cupientium; ut diſcrimen conſiderantes monachi, ne minime pares ſuſtinendæ multitudini, haud ſatis arcere à ſacro theſauro poſſent piè rapaces manus; ipſum recluſerunt in quoddam archivium intra ſacriſtiam, donec novum ſepulcrum fabricaretur. Verum increbreſcente in vulgus rumore, quod ſancta corpora aliorſum auferre molirentur Patres, parum abfuit quin impetu facto effringerent oſtium ſacriſtiæ. Quare curatum celeriter eſt, ut altare ligneum inſtar arcæ majoris fabricaretur, quæ ſuperne aperienda collocaretur in medio templo, in capella, quæ tunc ſub nomine Divæ Virginis cenſebatur; ibique incluſerunt prædictas capſas, prius omni populo palam monſtratas; cunctis certatim caput inclinantibus, manus brachiaque tollentibus in cælum, percutientibus pectus, magna voce clamantibus, Succurre nobis, Miſerere nobis. Exinde vero tam multa facta miracula ſunt, ut iis exponendis non ſufficiam. Tacere tamen non poſſum rem prorſus novam & admirabilem. In eodem unde ſacra lipſana extracta primum fuerant loco, ſcaturire cœpit fons aquæ pulcerrimæ, ſapidiſſimæque, nec non ſaluberrimæ iis qui ad medelam variarum infirmitatum illuc deſcendunt, ipſam vel in potum hauſtam ſumpturi, vel in lavacrum aſperſionemve acceptam infuſuri corporibus ſuis: ex quorum ingenti numero recenſebo paucos, nominatim deſcriptos.

inde ad ſacriſtiam

ac denique in ſacellum D. V.

F

Fons in loco priori ſcaturiens,

14 Mulier quædam familiæ perquam honeſtæ, nomine Seregaita, annos jam duos ferens inutiles nervorum attractione manus, eaſque præmiſſa oratione iſtic lavans, ſubito ſanas recepit. Alia, Lucia nuncupata, famula adm. Illuſtris D. Ugotionis de Contrariis, decennalem unius brachii dolorem ægre ferens, eo quod ipſo uti non poſſet, remedium diu optatum in eodem lavacro reperit. Jacobus quidam Bononienſis pictor, eamdem aquam ori ſuo admovens, liberatus eſt à malo faſtidioſo atque ingrato, quod ipſam cibi neceſſariam ſumptionem difficilem ei odioſamque reddebat. Filiolus Bon-Joannis de Lavezolis pedem ferebat ulceroſum tortumque, cui nullum remedium inveniebant medici: ſed mater pueri, audita populari devotione circa prædictam aquam, eodem accurrit: & primum

pluribus ſanitatem potus vel aſperſus præſtat.

A mum calidis ipſa ſuffuſa lacrymis, opem poſtulavit filio; tum ſalutari latice pedem lavit, ſanumque mirata ſubito eſt. Alius juvenculus, Joannes nomine, filius Pauli de Montagnana, uno oculorum per quamdam infirmitatem privatus, eadem aſpergine amiſſum lumen recuperavit. Idem beneficium inde retulit Patavina puella, nomine Florina, quæ triennium utriuſque oculi caruerat lumine. Totidem annis confractum brachium geſtaverat territorii Bononienſis mulier, nuncupata Bartholomæa, totumque contuſum plagis à ferocienti marito acceptis: & altera ex Serminenſi vico, quæ elephantiaſi laborabat, ſimiliter ferebat brachium longo tempore infirmum & ulceroſum: utraque autem à dictis infirmitatibus ſanata fuit uſu iſtius aquæ.

15 *His uſque ad pag. 60 relatis à Michaele-Angelo, addendum puto, quod idem antea pag. 26 ſcripſerat, ad probandam Maurelianæ præſentiæ virtutem pro defenſione illius loci, quem corporis ſui theſauro voluit* (locupletatum: *verba auctoris Latine reddita hæc ſunt.* Memini ex ſenioribus noſtris audiviſſe, atque etiam in veteri quodam pergameno legiſſe, quomodo ſub Leone Papa X, propter timores aliquos bellicos, ſuciſum utroque in latere fuerit campanile eccleſiæ noſtræ, ad eum qui hortos reſpicit angulum; ſuppoſitæque ad molem ſuſtinendam machinæ, quæ ingruente neceſſitate ſuccenſæ, deficientibus ea parte fulcris, facerent ipſam corruere in terram. Verum quidam ex noſtris P. Fr. Philippus nomine, ab ætate Senior cognominatus, ad diſtinctionem à ſynonymo ſuo juniore, magnæ vir integritatis & ferventiſſimus amator S. Maurelii (cujus corpus & altare atque ſacellum curans ex officio, ibidem non ſolum dies, ſed noctes quandoque in oratione ducere erat ſolitus) divina, ut credibile eſt, inſpiratione motus, Ducem adiit, Alfonſum ſcilicet primum; dixitque, Deum precibus S. Maurelii conciliandum, & ſervaturum ſatis locum illum. Fidem verba invenere: ſublatis machinis reſtaurati ſunt muri, prout etiamnunc ad oculum diſcernitur: & uſque hodie turris illa conſiſtit illæſa. Aiunt etiam iidem Seniores, quod cum ex pluribus turribus auferrentur campana æra majora (credo ad conficienda exinde tormenta bellica) atque etiam ad maximam noſtram campanam ventum eſſet, exclamaſſe prædictum bonum ſenem; Dimittite, dimittite illam: nec enim utilis vobis eſſe poterit, quia eſt campana S. Maurelii. Perrexerunt nihilominus fabri mandata exequi, ipſamque ad caſtrum pertraxere; ubi cum aliæ ſimiles campanæ omnes, ſecundo aut tertio mallei ictu diffringerentur; hæc noſtra, etiam octies decieſque percuſſa, remanſit integra. Quo miraculo admoniti operarum Præfecti vetuerunt illam ultra attingi; ornatamque floribus & coronatam, velut triumphali pompa, revexere victricem. Unde tanta erga illam reverentia aſſici cœperunt accolæ, ut quoties tempeſtatem periculoſam minatur cælum, huc certatim accurrant, pulſaturi campanam S. Maurelii, cujus ſono diſſipari procellas omnino confidunt, reſque ipſa demonſtrat.

Campanile eccleſiæ ab eo ſervatæ creditur

B

C

utrumque corpus modo eſt in propriis ſacellis.

16 *Ita Michael Angelus, qui cum ſcriberet S. Maurelii vitam, ejus corpus depoſitum erat, intra æneum monumentum; & corpus B. Bernardi ſimiliter quieſcebat ſub altari capellæ alterius. Rem diſtinctius explicans Marcus Antonius Guarini docet, monumentum illud conſpici ad dexteram altaris majoris intraque ipſum claudi arculam argenteam. Corpus autem B. Bernardi dicit eſſe ad ſiniſtram altaris ejuſdem intra ſepulcrum, ex candido marmore eleganter ſculptum auroque illuſum Deinde capellam S. Maurelii totam ait elegantiſſime hiſtoriatam ipſius Sancti geſtis & miraculis, per Ioannem Baptiſtam Benvenuti cognomine Hortulanum. Vnde & ex prenotato Michaelis Angeli loco intelligitur, ex utroque majoris altaris latere eſſe proprium cujuſque ſarcellum, & in hoc ejus monumentum. Credibile eſt tunc cum reſtaurata, prout ſupra diximus, eccleſia fuit, anno* MCCCCLXXIX, *in eum quem deſignavimus modum ordinatum altare capellaſque & monumenta; ipſa deinde uno minimum poſt ſeculo taliter tamque ſumptuoſe fuiſſe adornata: ex quo etiam tempore, dicto jam æneo monumento à parte interiori leguntur hæc inſcripta verba,* Divi Maurelii Martyris & Epiſcopi veneranda oſſa, cujus divinitatem frequens votorum reus teſtatur indies: *in poſteriori autem hac,* Patres Olivetani, ære proprio & piorum, poſuere. *Diſplicuit autem, nec immerito, titulus* Divinitatis, *in alieno plane ſenſu quam vulgus capiat uſurpatus; quare expungere eum à Romanorum Pontificum aliquo juſſi monachi ſunt, uti ex Marco-Antonio colligitur; viſum deinde Sanctæ Sedi eſt, hoc poſſe diſſimulari; cum monachi non incommode vocem eam explicarent, & forte ab ejus mutatione ſcandalum aliquod in vulgo metuerent. Addit idem Auctor, Ioannem Fontana Ferrarienſem Epiſcopum, ab anno* MDXC *uſque ad* MDCXI, *ſolitum quotannis fuiſſe die* VII *Maji, ad Sancti feſtivitatem eo loci celebrandam, procedere ſolennißima pompa, tota in equis nobilitate comitatum.*

uti & campana utilia contra tempeſtates.

17 *Hactenus fere proceſſerat prælum, & hoc ipſum folium jam erat ſub manu typothetarum; cum à P. Heraclio Criſtanelli, Collegii noſtri Ferrarienſis nunc Miniſtro, jam alias de hoc opere cum danda eſſet B. Vrſulinæ Parmenſis Vita bene merito, cujus diligentiam in tranſcribendis antiquioribus S. Maurelii Actis fruſtratus eventus fuerat, ſpoliato aut excuſſo (ut hæc calamitoſa belli tempora ferunt) tabellario, novas accipimus litteras, indicium jacturæ illius ferentes, & pro ſolatio aliquo vitam S. Maurelii, novo Francii Benedetti ſtylo Italice expreſſam, cui titulus,* Rex Meſopotamiæ & ſacer Paſtor Ferrariæ, *in hac ipſa urbe apud Mareſtos impreſſam anno* MDCLXVII. *Quamvis enim quoad ſubſtantiam ſolo exquiſitæ locutionis cultu ea differat ab aliis; conatus tamen auctor de recentioribus miraculis addere quiquid potuit indagando aſſequi, eorum paucitate ſpem plura accipiendi nobis abſtulit. Vitæ huic, poſt dedicatoriam, inſcriptam Marchioni Franciſco Eſtenſi Taſſoni, Ferrarienſium apud Alexandrum VII Oratori, hæc de eo Oratio præmittitur:* Deus, qui B. Maurelium Pontificem tuum, hoſte devicto per martyrii palmam, ad ſupernæ contemplationis gloriam pervenire feciſti; tribue quæſumus, ut qui protectionis tuæ gratiam quærimus, ejus piis interdentibus meritis petitionis noſtræ ſalutarem conſequamus effectum. *Ad privatamne dumtaxat Ferrarienſium devotionem fovendam hæc concinnata Oratio ſit, an etiam in publicum eccleſiaſtici Officii uſum adducta, neſcimus, neque nunc vacat examinare. Ad gratias autem ſupra relatis poſteriores in fine opuſculi ſui deſcendens idem auctor, has recenſet.*

D

Auctoris D. P.

E

Vita recentiſſime edita

F

18 *Anno* MDCXXX, *civitatis totius imprimiſque reſidentiæ ſuæ protectorem ſe eſſe monſtravit Sanctus. Afflaverat peſtilens contagio civitatem, quæ ne ab ægris proſerperet ad ſanos, illis extra frequentiam popularem ſemotis aßignatum pro Lazareto erat monaſterium S. Georgii. Iamque ei rei curandæ præfecti, occupato ampliſſimi refectorii monaſtici ſpatio, ut illud adhuc ſpatioſius majoriſque turbæ capax redderent, pertundi jubebant parietem, cui Balthaſaris Regis cœna ultima inſculpta erat eleganti ſcalpello Thomæ Laureti Siculi, vulgo dicti Neapolitani. Sed manum admoventibus operi, adeo conſtanter ſe oppoſuerunt qui adhuc ibidem reſidebant Religioſi, indignando, lamentando, iram Sanctorum intentando; ut ſuperſedendum conſilio putarint: creditumque fuit S. Maurelio intercedente factum eſſe, ut reſtincta cito quæ primum accendi cœperat, peſtilentia, non modo ceſſarit ruinæ deliberatæ periculum; ſed etiam locus ipſe manſerit*

in qua narratur reſtincta peſtilentia;

AUCTORE D. P. *immunis à ſordibus, quibus erat pro ſalute publica deſtinatus. Similiter anno* MDCXXXIX, *cum fluviorum Rex Eridanus, irata fronte contra urbem invectus, perniciem ei ſub undis ſuis minaretur; hinc Clerus civitatis cum brachio S. Maurelii, inde cum ejuſdem manu Georgiani ſuburbii incolæ monachi, tumentibus fluctibus ſeſe objiciebant, alternis ſupplicabundi: eoque officio factum putatur, ut aqua aperto alibi exitu, verſus oppidum Zocca dictum, per ſilvas valleſque ſeſe effuderint, abripientes ſecum quod portabant periculum. Anno denique* MDCLIX, *cum Laurentius Fiaſchi, monaſterii jam dicti Oeconomus, in proximo, qui Decima appellatur, loco trituræ faciendæ conductas operas jumentaque haberet, ſubito inhorruit calum, imbriferis ab omni parte gravidum nubibus. Igitur Reverendiſſ. Abbas tunc regens, D. Hyacinthus Bonacoſſa, differendum ſuadebat opus, ob præſens damni alias ſecuturi periculum. Contra Oeconomus, magna in Sanctum impulſus fiducia, jubet initium facere triturationi, vovens Miſſa ſacrificium ſuper eo altari offerendum, ſub quo ſacra D. Maurelii oſſa quieſcunt. Et ecce, diſruptis quæ turbidum conceptum diutius portare nequibant nubibus, tantum quidem circumcirca effuſum eſt aquarum, ut viæ publicæ in torrentes converſæ mox viderentur: ipſum tamen locum, in qua triturabatur,* B *nec leviter quidem aſperſerunt, cum maxima admiratione eorum omnium, ad quos miraculi tam manifeſti notitia pervenit.*

cohibita exundatio Padi.

pluvia à loco triturę prohibita.

CAPUT III.

Legenda apocrypha & fabuloſa de Vita & prima tranſlatione S. Maurelii.

19 *Beatus ille Albertus Ferrarienſis Epiſcopus, cujus jam facta mentio & plenior facienda eſt natali ejus die* XIV *Auguſti, obiit anno* MCCLXXIV, *atque ut ſcribit Vghellus col.* 581 ſepultus eſt in S. Georgii templo contra S. Maurelii Martyris ſepulcrum, *prout teſtamento ſuo caverat, executorem ejus inſtituens Priorem loci D. Auguſtinum Lateranenſem: ſed cum miracula nonnulla etiam ad ejus invocationem celebrarentur, apparet ex prædictis elevatum de terra fuiſſe corpus annorum ſubſequentium aliquo, eodem forſitan* XIII *quo obiit ſeculo: quando viſum fuit Priori ac Fratribus de veteri ſepulcro elevare oſſa S. Maurelii; & utriſque recondendis in novum communemque tumulum, faciendas curare geminas ejuſdem formæ ex plumbo arcas, eodem inſcriptas ſtylo.* C *Nunc paulatim ad antiquiora progreſſuri, quærimus qua ratione Ferrariam allata & in S. Georgii templo condita ſint S. Maurelii ſacra pignora.*

Poſt oſſa S. Maurelii & B. Bernardi ſec. 13 tranſlata.

ſcripta Vita Latina S. Maurelii, quam deſideramus.

20 *Habebant Patres Olivetani, teſte Michaele-Angelo pag.* 44, *Vitam Sancti Latine ſcriptam; quam credimus poſt inſtitutum Canonicorum Regularium in eccleſiam S. Georgii introductum, ab aliquo Congregationis Lateranenſis Canonico primò compoſitam; quamque, velut primum fontem omnium exinde ſcriptorum & editorum, conati ſumus adipiſci, variis eam in rem litteris ad noſtri Ferrarienſis collegii Patres directis; qui ſuis quidem partibus non defuerunt: ſed tranſcriptum exemplar periit in via. In hac dicebatur* Sanctus aliquis Imperator ſacrum corpus advexiſſe, *quis autem is fuerit reticebatur. Fortaſſis etiam ibidem tacetur, unde & quando illud advectum ſit. Et de tempore quidem hactenus controvertitur inter Ferrarienſes, æque ac de auctore tranſlationis prænotatæ. De loco vero ait Michael-Angelus* in variis ipſius civitatis Chronicis *legi, quod* venerabilis muneris auctor, exiſtens in civitate Edeſſa in Meſopotamia nocte quadam ab apparente S. Maurilio monitus ſit, ab urbe, quæ brevi eſſet infidelibus ſubjicienda, corpus ejus transferre in Italiam; indicata parte & latere dextro templi, ad cujus parietem ſub parvulæ crucis indicio eſſet inveniendum. Quo refoſſo, indeque ablato, cum ipſum Romam deferre propoſuiſſet is cui facta revelatio prior erat; altera vice apparuiſſe Sanctum, monuiſſeque ut in Adriaticum ſinum flecteret navigationem, oſtiumque Padi Volanenſe ſubiens, depoſitum pium Ferrariam veheret in S. Georgii Martyris templum, tunc quidem ab urbis muris excluſum, olim tamen illius ſedem Epiſcopalem. D

Corpus dicitur advectum Edeſſa ab aliquo Imperatore,

21 *Proſequitur deinde idem Michael-Angelus narrare miracula, dictam tranſlationem comitata aut ſubſecuta, hoc tenore:* In ipſo ſacri corporis adventu, puer quidam, Joannes nomine, ex conferta ſeque premente turba de ponte in Padum ceciderat, jamque non de vita ſolum ſed & de ſepultura filii deſperabant parentes, cum biduo toto quæſitum à piſcatoribus corpus non appareret. Tandem ad S. Maurelii interceſſionem facto recurſu, conſpectum eſt illud ſupra aquam, frigidum ac lividum totum: deportatum autem ante ſacrum altare rubeſcere atque moveri cœpit; & puer, tamquam reſuſcitatus à ſomno, interrogantibus quid ſibi contigiſſet, reſpondit, ipſo quo cadebat momento apparuiſſe ſibi venerandi vultus virum, cui veſtis alba & mitra in capite, atque promiſiſſe quod poſt biduum ſalvus eſſet reſtituendus parentibus ſuis. Legitur etiam quod Sacerdos quidam, Bartholomæus nuncupatus, & in oppido Voghieræ habitans, moleſta arthritide annis totis ſeptem afflictas manus pedeſque dolebat, uſu utrorumque privatus: qui monitus in ſomno, ut ad ſacras S. Maurelii reliquias ſanandum ſe confideret, illuc ſe deportari fecit; momentoque temporis, ſolutis manuum ac pedum nodis, nerviſque ſuo ſtatui reſtituris, ſanatum ſe ſentiens, veſtes popoſcit ſacrificales; nec prius diſceſſit, quam Miſſa in gratiarum actionem completa, factam ſibi gratiam pro concione enuntiaſſet. Legitur etiam quod nobilis quædam Bononienſis, Margarita nomine, viro deſponſa, à cingulo deorſum paralytica facta ex gravi morbo; cum ad eccleſiam S. Georgii Ferrariæ magnum eſſe populorum concurſum, propter frequentia miracula, narraret fama; eodem à matre ſua deportata eſt: cumque ſimul ambæ ante altare orarent, ſanitatem recuperavit infirma; ideoque conſolatiſſima mater, varia ibidem dona reliquit. E

non ſine miraculis Ferrariæ fecuit:

Aſt Edeſſa numquam Paganos habuit à tempore Apoſtolorum F

22 *His miraculis promptius fidem quis adhibuerit, quam tranſlationi ex chronicis præcitatis acceptæ. Nam quod ad* Edeſſam *attinet, ubi S. Maurelius patre Pagano & Meſopotamiæ Rege natus, ac deinde à fratre ſimiliter Pagano occiſus, & clam tumulatus fingitur (qua de re infra) gloriabatur illa, teſte Wilhelmo Tyrio lib.* 4 *cap.* 2, *quod* in ea quam ab initio & temporibus Apoſtolorum ſuſceperat ſub Abagaro Rege fidei ſinceritate perſeverans,..... ſolaque inter omnes illius regionis urbes illibata ab infidelibus, qui circumpoſitas jam pridem occupaverant provincias, nec ſubjugata fuerat, nec alterius profeſſionis quemquam pertulerat habitatorem. *Cum autem anno* MXCVII *fama Comitis Balduini (frater hic erat Godefridi Bullonii) cum exercitu Chriſtianorum ad Euphratem uſque progreſſi illuc eſſet delata; eique ſe cum Regulo ſuo, homine Græco, tradidiſſent cives, ut jugum excuterent Saracenorum* (qui exterius in urbibus finitimis & præſidiis confinibus habitantes, tantas eis inferebant moleſtias, ut egredi urbem non liceret, nec ſua exterius procurare negotia; licet tributa & vectigalia annuatim ſolverent, vineaſque & agros pene continuis exactionibus compulſi redimerent) *manſit urbs ſub imperio Latinorum uſque ad annum* MCXLII, *quando Sanguinus Turcorum Aſſyriam obtinentium Rex, ipſam male cuſtoditam oppugnavit expugnavitque, civibus ad interneciо-*

priùs autè capta à Turcis eſt quam facta dicitur eſſe tranſlatio,

A internecionem deletis. Ad illud autem usque tempus nullius Regum, nedum Imperatorum Occidentalium mare transierat belli sacri causa: solus Constantinopolitanus Ioannes Comnenus, anno MCXXXI in Ciliciam usque penetravit, Euphratem autem numquam trajecit, ut credi possit Edessam vidisse.

adscripta an. 1106, & Henrico tertio

23 Atqui Ferrarienſium Chronicæ, à Michael-Angelo allegatæ pag. 42, consentiunt, translationem factam anno MCVI; quo tempore Romanum quidem Imperium tenebat Henricus istius nominis tertius, Rex Germaniæ quartus; sed nec ipse nec alius istius nominis mare transivit in terræ sanctæ auxilium. Quare nec Ferrariam transtulisse corpus S. Maurelii potuit: frustraque rixantur de Henrico Ferrarienses, tertione an quarto vel quinto debeant tantum bonum. Frustra etiam Michael-Angelus conjecturas innectit de Imperatore Conrado, Henrici V nepote, vel S. Ludovico Rege Franciæ, qui diu post amissam Edessam illuc transmiserunt. Quod autem suggerit de Roberto Flandriæ Comite, ex primis Terræ sanctæ conquisitoribus uno, qui S. Georgii brachium, quo Ferrarienses gloriantur attulit, & Comitissæ Mathildi donavit, hoc autem corpus similiter attulisse potuerit, non multo plus verosimilitudinis habet. Nec enim usquam apud Guilielmum Tyrium, res à Roberto gestas satis accurate persequentem, ullum ejus trans Euphratem vestigium extat: & ipse anno MCV revertens in Flandriam, neque Adriaticum mare navigasse scitur, aut Italiam omnino attigisse, neque Mathildæ Comitissæ donasse potuit brachium prædictum, quod ab eo Aquicinctenſi in Flandria monasterio traditum fuisse constat; adeo ut si quam ejus partem Roberti munere habuit Mathilda, eam debeat accepisse per internuntios, alia quavis occasione ex Palestina aut Flandria ad sese à Comite præfato directos.

aut Roberto Flandro.

B

Synopsis Vitæ nihilominus fabulosa,

24 Ut autem dictæ translationis historia conveſtita est personarum ac locorum circumstantiis, nullam cum veri similitudine affinitatem habentibus; ita multo absurdiores sunt eæ quibus implicatur & obscuratur Vita: cujus hoc compendium esset. Maurelius, Edessæ in Mesopotamia, patre Theobaldo ejus provinciæ Rege Pagano natus, fidem nihilominus Christi edoctus, XVIII ætatis anno regnum à patre secum communicatum regere cœpit: & tunc primum sibi natos fratres, Hippolytum & Rivallum, eadem secum religione imbuit. Post octo autem regiminis annos, pertæsus seculi, patri ac fratribus valefecit; & fama Theophili Smyrnenſis Episcopi allectus, ad eum se contulit, quo tempore civitas illa turbabatur à Severino hæresiarcha, Christi divinitatem negante. Itaque ordinatum à se Presbyterum Maurelium Romam mittendum decernit Theophilus: quo iter ingresso, Severinus hæresiarcha fulmine repentino extinguitur, ne suo ingressu templum polluat cathedrale. Maurelius hoc audito nuntio, dum Smyrnam vela revolvi jubet, tempestate compulsus usque Ostiam, Romam porro perrexit, dum istuc, mortuo Oldrado Ferrarienſi Episcopo, alium à Joanne Papa IV petituri adessent Ferrarienſium legati, anno DCXXXVI. Papa autem cælesti admonitus oraculo, Episcopum Maurelium iisdem conferari voluit: qui primo suo in urbem Ferrarienſem ingressu, puellam à nativitate cæcam illuminavit. Post annos autem octo agnitus est ab Edessenis, ipsum ubique quærentibus, propterea quod mortuo Theobaldo Rivallus fratrem majorem interfeciſſet, regnumque totum ad idololatriam retraheret; eosdemque ad res restaurandas secutus, à perfido fratre & increpationis impatiente, regni etiam amissionem metuente, conjectus in carcerem cruciatusque, ac demum (ne tumultus oriretur in populo) clam plexus est capite; & à Christianis qui supererant tumulatus latuerit usque ad tempus translationis suæ in Italiam.

C

25 Hæc summa fabulæ prolixioris. Vbi primum, contra perpetuam Edessenorum traditionem, Reges in ipsorum urbe Paganos vides; & quidem non Syriacis Græciſve aut saltem Latinis nominibus, sed Longobardicis, Theobaldum atque Rivallum. Deinde noto Ferrarienſes Episcopos dici sub Ioanne IV, annis saltem triginta prius, quam Ferrarienſes ipsi credant Episcopatum apud se constitutum, quippe qui ejus auctorem faciunt Papam Vitalianum; ut de ætate ipsius Ioannis Papæ IV taceam, cum anno DCXXXVI male composita, qui non ante annum DCXLI Pontifex scitur ordinatus fuisse. Quid porro de Severino, apud Smyrnenses hæresiarcha, & orthodoxo eorumdem Episcopo Theophilo dicam? Vtique aliud nihil, nisi fidelioribus opus esse monumentis, ut in rerum natura extitiisse credantur, quam sit Vita tot titulis rejicienda. Quam autem ille docuisse prætenditur hæresim, ea aut Ariana aut Photiniana fuisset, pridem nota & damnata utraque. Notus est in historia ecclesiastica Severus ille, Monachus in Syria, ac deipse Pseudo-Episcopus Antiochenus, sub Anastasio Imperatore hæretico, Chalcedonenſis Synodi adversarius pro Eutychiana impietate, propriis quibusdam erroribus admixta: qui circa annum DXIII plurimas in Oriente turbas excitavit, & cujus sectatores usque in Asiam minorem urbemque Smyrnenſem potuerunt penetrasse. Damnarat eos una cum sociis Acephalis & Eutychianis Vigilius Papa, anno DXLII, frendente nequidquam earum fautrice Iustiniani Imperatoris conjuge, uti S. Gregorius lib. 2 Ep. 36 nos docet. Anno etiam DCXXII Paulum, è Severianæ sectæ Principibus unum, in Armenia ab Heraclio Imperatore confutatum, legere est apud Baronium. Huic similis aliquiseodem seculo potuit etiam Smyrnenſi Episcopo facessiviſſe negotium: sed, ut dixi, nihil nisi conjecturæ incertæ possunt super vita tam fabulosa fundari.

Auctore D. P. in indiciis nonnullis ostenditur.

E

CAPUT IV.

De patria, Episcopatu, martyrio, translatione S. Maurelii verosimiliores conjecturæ.

F

26 Talis cum sit Legenda S. Maurelii, saltem Italica (nam Latinam, ut dixi, videre necdum nobis contigit, verosimile est tamen Italicam ex eadem sumptã esse) cumque Michael-Angelus pag. 42 agnoscat in Archivio Ferrarienſis Ecclesiæ non inveniri antiqua de Episcopis ejus urbis monumenta; eaque credi omnia periisse incendio, quod vetus Episcopium ante translationem factam sub Landulfo consumpserit; de S. Maurelio certiora quærentibus, quid tandem certum sperari poterit? Certum, fateor, omnino nihil. Si tamen in hoc defectu lubet conjecturas sectari, mihi duplex occurrit, veri saltem similitudinem habens: Lector alterutram eligat, aut suggerat meliorem. Primum ergo mihi incidit suspicari, S. Maurelium, non ex Mesopotania advectum, sed ex Romano Clero Presbyterum, sub Joanne Papa IV legatum fuisse Smyrnam, ad Theophilum Episcopum, de Severiana hæresi apud suos gliscente conquestum: inde autem reversum Romam, sub id tempus quo Vicohabentiæ erat instituendus Episcopus, eidem Ecclesiæ fuisse præfectum anno DCXLII. Cum autem Maurus, Ravennatium Archiepiscopus, anno DCXLVIII creatus, Romanæ Sedi obedientiam negaret, eamque substractionem Vitalianus Papa persequeretur; fieri potuit ut Romanæ unionis studiosus Maurelius, suaserit persuaseritque longius à Ravenna transferri Vicohabentinam Cathedram. Dictus ergo Ferrarienſis Episcopus, in ipso Sedis transferendæ conatu occisus sit à Ravennatium emissariis, eoque factum ut suffectum in Ferrarienſi sede Oldradum primum Ferrarienſem Episcopum nominarint aliqui, idque tenere volentes alii & tamen Ferrarienſibus Episcopis annumerare Maurilium, hunc illi dixerint successisse: alii vero utrique etiam

Quid si Romanis natione

& an. 642 factæ Epſ. Vicohaben.

propter Ravennense schisma & translatam Sedem occisus sit an. 670?

AUCTORE D. P.

etiam Marinum præpoſuerint ſuppoſititio Vitaliani inſtrumento perſuaſi; donec veniret Marcus Antonius Guarini, qui Oldradum & Maurelium Ferrarienſibus ereptos Vicohabentinis relinqueret. Quod ſi ita occiſi Maurelii corpus fuerit in aliqua circa Idiſſam fluviolum eccleſia tumulatum, nomen hoc occaſionem dederit Edeſſam in Meſopotamia comminiſcendi. Deinde à S. Henrico Imperatore, iſtic ſorte tranſitum habente, poſtquam Roma fuerat coronatus anno MXIV; adductum ſit ad Ferrarienſem S. Georgii eccleſiam.

& circa Idiſſam ſepultus?

aut potius natione Longobardus

27 Hæc prima mihi occurrit conjectura; quæ ſi minus placet (quia Legendam ejus de quo agimus Sancti non tam corrigit in paucis aliquibus circumſtantiis, quam totam fere ejus ſubſtantiam, velut gratis excogitatam, immutat) en tibi alteram, ipſi Legendæ preſſius inhærentem. Conſtat ex Paulo Diacono, Peruſinum Ducatum ſeu Comitatum, jam inde ab hujus ſeculi initio totam complexum Vmbriam, æque ac Ducatum Spoletanum ſub Longobardis fuiſſe cum reliqua uſque ad Alpes Italia. Conſtat etiam, eoſdem Longobardos non ſimul omnes ad fidem Chriſtianam eſſe traductos, ſtatim ac eam Rex ſuus Agilulphus eſt amplexus; poſt hujus tamen converſionem, benigne uſos habitantibus inter ſe Chriſtianis, iiſque & eccleſiis ſuas & Epiſcopos permiſiſſe. Quid igitur vetat inter hujus nationis Duces ſeu Comites, fuiſſe aliquem Theobaldum, urbium ani præfectum; qui paganus licet ipſe, non ægre tamen tulerit, & ſubditos ſuos pleroſque effici Chriſtianos, & filios quoque in eadem religione adoleſcere? Horum autem ſenior Maurelius, uſque ad XXIV annum ætatis apud patrem manens, gubernationis curas ſuſtinuerit; videns deinde familiam ſtabilitam duobus egregiæ indolis fratribus, Hippolyto & Rivallo, ſeculo valefacere & religionis cauſa in terram ſanctam proficiſci voluerit; unde revertens & Smyrnam appulſus, Epiſcopo ejus urbis (Theophilo *forſan dicto*) adhæſerit, & ſacris ſub eo inſtitutis litteriſque inſtructus, Preshyteriique dignatus ordine, eidem haud inutilem operam contra hæreticos Severianos navarit: poſt aliquantos vero annos reverſurus in patriam, cum ad aliquem ditionis Lombardicæ portum in littore Hetruſco navigationem dirigeret, tempeſtate compulſus Oſtiam, non illibenter illic excenderit. Apoſtolica veneraturus limina, cum Romanæ eccleſiæ Joannes, *non IV, ſed V* præſideret, anno DCLXXXVI ordinatus, & unico dumtaxat anno Pontifex: à quo ſimili fere modo petentibus Epiſcopum Ferrarienſibus datus ipſe ſit, quo ante ducentos & plures annos Ravennatibus deſignatus à Sixto III eſt S. Petrus Chryſologus; eique Eccleſiæ octo annis præfuerit, jam maturæ vir ætatis, & circa annum DCXXX natus.

in reditu ex terra ſancta Smyrnæ ſubſtiterit,

& à Joanne 5 ordinatus Epiſcopus

C

28 Patriam ſi requiras, haud difficulter in Peruſino, quem ſupra nominavi, Comitatu invenies; modo animum advertas ad Interamnam, Latino nomine eamdem quæ Græco dicebatur Meſopotamia: Græcum autem pro Latino uſurpare malens ſciolus quiſpiam, alios temere ſecutos trans mare tranſque Euphratem avehere ſuaſerit Maurelii natales; ibique Theobaldum Regem in regia civitate Edeſſa fingere: quem ſatius fuerat Ducem Comitemve in Italia relinquere. Hic autem è vivis exceſſerit, cum Ferrarienſes Maurelius jam Epiſcopus regeret: poſt cujus mortem ſuccedentem in paterna ditione ſeniorem fratrem, cum junior Rivallus expuliſſet è vita, & ad avitas reverſus impietates bonis omnibus offendiculo ac dolori eſſet; rogatus Maurelius ſit, ut ſuam patriæ indulgeret præſentiam, junioris fratris, cui olim ultro ceſſerat, refrænaturus inſolentiam: quod cum annuiſſet, Interamnamque acceſſiſſet anno DCXCIV, primum comiter exceptus à Rivallo, deinde ab eodem monitionis impatiente clam ſublatus de medio; à fidelibus eo loci ſepultus ſit, ubi Henricorum aliquis Roma rediens, corpus revelante id Sancto invenit, tranſtulitque Ferrariam. Eum ego S. Henricum fuiſſe non tantum ideo libentius dixero, quod Sanctum Imperatorem vocet Legenda, & annum MXIV aſſignet Roſius, quo is coronatus Romæ fuit; ſed etiam quia ſic inter dictam tranſlationem & Legendæ à Regularibus ſcriptæ tempus, intercederet ſpatium plurium annorum, per quos non ſolum Sancti vita ac paſſio, ſed etiam ipſius Tranſlationis accuratior diſtinctiorque notitia potuerit obſcurari; maxime ſuperveniente incendio aliquo, quo meliora Epiſcopii Ferrarienſis monumenta deflagrarint.

ibi pro juſtitia occiſus?

indeque Ferrariam tranſlatus à S. Henrico?

D

29 Aſt, inquies Marcus Antonius Guarini, in compendio Hiſtoriæ Ferrarienſis ſub annum 1621 Italice, & ex eo Latine Ferdinandus Vghellus anno 1647 in Epiſcopis Ferrarienſibus, Marini ſucceſſores ſic numerant: Andreas anno DCLXXVIII, Juſtinus DCLXXX, Joannes DCCLXXII, quem Privilegiis gratiiſque proſecuti ſunt Adrianus primus Leoque tertius Pontifices Maximi DCCXCVIII; Andreas DCCCXXIV, qui Mantuano concilio aſſedit, *in his autem nullus* Oldrado, *nullus* Maurelio *locus:*

E

30 *Lego hæc omnia; & Synodi quidem Mantuanæ, anno* DCCCXXVIII *juſſu Eugenii Papæ convocatæ, ad controverſias Gradenſis & Aquileienſis Eccleſiarum, multis annis ventilatas, terminandas coram Legatis Pontificiis Benedicto Epiſcopo & Leone Diacono Bibliothecario, meminit Hippolytus Doneſmundi: quem in Epiſcopis Mantuanis tranſcripſit Vghellus, ſed in Aquilejenſibus id ipſum corrigens, eo quod Eugenius citius obierit, ſcribi jubet annum* DCCCXXII. *Hadriani & Leonis privilegia vellem Marcus Antonius in medium protuliſſet: quanto autem certius eorum veritatem probaverint Ferrarienſes, quod opto; tanto evidentius facient matilum eſſe Epiſcoporum catalogum, in quo à morte Vitaliani Papæ, uſque ad initium Hadriani, id eſt per ſolidos centum annos, præter* Marinum *duo tantum nominantur Epiſcopi: qui autem ipſis aſſignantur anni* DCLXXVIII *&* DCLXXX, *nullis ſtabiliuntur documentis, ut poſſint ex mera conjectura adſcripti ab aliquo ſciolo videri. Demus autem recte notatos eſſe: ſucceſſerit ergo* Marino *circa annum* DCCLXX *inſtituto* Andreas, *Andreæ* Juſtinus, *huic* Oldradus, *Oldrado* Maurelius, *omnes intra* XXIV *annos vita functi; & relinquitur hiatus annorum* LXXVIII *uſque ad* Joannem: *quod ſpatium fortaſſis implere poſſent* Andreas *&* Juſtinus, *ſi poſt* Oldradum *&* Maurelium *ſediſſe affirmarentur ſeculo Chriſti* VIII; *idque adhuc commodius facerent, ſi* Oldradus *concipiatur non deceſſor ſed ſucceſſor Maurelii.*

ubi ſtatuta poſt iſtic Sedem Epiſcopis

è primis unus.

F

DE S. CERENICO SEV SERENICO

G.H.

DIACONO IN SAGIENSI NORMANNIÆ DIOECESI.

SUB FINEM SECULI VII

Cultus ſacer 7 Maji.

Agium, *urbs Epiſcopalis Normanniæ inferioris, celebrat hoc* VII *Maji in tota ſua diœceſi feſtum* S. Cerenici *aut* Serenici *officio eccleſiaſtico novem ut vocant Lectionem, eumque Sagienſes in Litaniis inter Confeſſores, poſt SS. Silveſtrum & Gregorium, tertio loco invocant, deinde alios viginti ſubjungunt, Martinum, Ambroſium, Auguſtinum, Hieronymum, &c. Eumdem inſcripſit Martyrologio Gallicano Sauſſajus his verbis:* In territorio Sagienſi S. Cerenici Abbatis & Confeſſoris, qui tempore Mileardi Sagiorum Epiſcopi ſacram Chriſto militiam aggregavit, cœnobiumque conſtruxit: in quo cum religioſo cœtu multa puritate ac devotione Domino ſerviens, vitæ curſu beate peracto, Sancto fine

A fine quievit. *Ioannes Bondonnetus in Hiſtoria Epiſcoporum Cenomanorum, in ſuis ad Vitam S. Domnoli Epiſcopi Notationibus, aſſerit* plurimas eccleſias ad honorem & memoriam S. Cerenici eſſe conſecratas, *inter quas eminuit illa, quæ illi dicata fuit, & parochia ab eo denominata, quæ in Mappis Geographicis* S. Celerin *dicitur: ubi monaſterium in confiniis Epiſcopatuum Sagienſis & Cenomanenſis, ad confluentes Sartulæ in Sartam infra Alenzonium, ſuper excelſa præruptaque rupe conſtruxit. Etiam in antiquo Kalendario Breviarii Cenomanenſis proponitur.*

Eccleſiæ illi dicata.

2 *Ordericus Vitalis lib. 3 Hiſtoriæ eccleſiaſticæ pag. 464 aſſerit* Dominum Goisfredum de Meduana, Willelmo Baroni Geroji filio, caſtrum S. Serenici ſuper Sartam erexiſſe, *tempore Guilielmi ſecundi Ducis Normaniæ, qui poſtea Rex Angliæ fuit. Ceſſit dein caſtrum* S. Serenici Roberto fratri dicti Willelmi Baronis, qui illud cum circumjacente provincia diu tenuit: eique Guilielmus Dux Adelaidem conſobrinam ſuam in conjugium dedit, & magnis ortis ſimultatibus inter Normannos & Andegavenſes, caſtrũ S. Serenici contra Guilielmum Ducem tenuit, ibique anno ejuſdem Ducis XXV obſeſſus & mortuus eſt. *Hæc ibi Ordericus. qui lib. 8 pag. 674 late de ipſo Caſtro, ejuſque occaſione, de ſanctitate Cerenici agit.* Robertus *ergo dicti* Roberti filius anno MLXXXVIII à Roberto II Duce Normanniæ hoc caſtrum jure requirit, quod pater ſuus omni vita ſua hereditario jure poſſedit, tenuit, & iſtic obiit. Tunc Robertus Dux iſta poſcentibus facile annuit, & Roberto Geroio caſtellum S. Serenici reddidit. Ille vero fere XXXVI annis poſtmodum tenuit, muris & vallis zetiſque munivit, & moriens Guillermo & Roberto filiis ſuis dereliquit.

caſtrum S. Cereniti,

B

muris & vallis munitum,

3 Habitatoribus hujus municipii quies & pax pene ſemper defuit: finitimique Cenomanenſes ſeu Normanni inſiſtunt. Scopuloſum montem anfractus Sartæ fluminis ex tribus partibus ambit: in quo S. Cerenicus, venerandus Confeſſor, tempore Milehardi Sagiorum Pontificis habitavit. Ibi monachis cœnobium fundavit, cum glorioſo cœtu Domino militante, vitæque curſu beate peracto, Nonis Maji feliciter ad Dominum migravit. Denique Carolo Simplice regnante, dum Haſtingus Danus cum Gentilium phalange Neuſtriam depopulatus eſt, ſanctum corpus à fidelibus in Caſtrum-Theoderici tranſlatum eſt, & diſperſis monachis monaſterium deſtructum. Succedenti vero tempore incolarum facta eſt mutatio. Sanguinarii prædones, ibi ſpeluncam latronum condiderunt, ubi ſub regimine S. Cerenici contemptores mundi modeſte converſati ſunt, & in ordine monachico jugum Domini ſine tenus geſſerunt. Centum quadraginta, ut fertur, ſub præfato Archimandrita cultores ibidem in vinea Domini Sabaoth laboraverunt, quorum lapidea ſepulcra palam adventantibus intra baſilicam & in circuitu ejus teſtimonio ſunt, cujus meriti & reverentiæ homines ibi requieſcant. Sceleſti ergo habitatores multa infortunia merito perpeſſi ſunt, & cædibus ac combuſtionibus multimodiſque preſſuris ac dejectionibus frequenter afflicti ſunt. *Hæc ibi.*

Corpus inde tranſlatum in Caſtrum Theodorici.

C

fuerant ſub eo 140 monachi.

4 *Interim brachium* S. Cerenici *aut ibidem remanſerat, aut potius relatum fuit. Nam teſte eodem Ordericо pag. 706* Sagienſes monachi anno MXCIV brachium S. Cerenici de eccleſia tulerunt, & in S. Martini cœnobium reverenter tulerunt. Nam reliqua pars corporis ejus in Caſtello Theoderici, ſuper Maternam fluvium ſervatur, & à Gallis celebri devotione veneranter excolitur. *Hæc omnia Ordericus Vitalis, Vticenſis in eadem Normannia monachus, qui hiſtoriam ſuam ad annum* MCXLI, *quo vivebat, deduxit. Extat etiamnum apud Sagienſes monaſterium S. Martini valde antiquum, circa annum* MLX *reformatum, ante-*

brachium delatum Sagium.

quam brachium S. Cerenici eo delatum fuit. At Caſtrum Theoderici, *vulgo* Chaſteau-Thiery, *oppidum eſt opulentum ſupra Meldas, ad Matronam fluvium in Campania ſuperiore, quo olim corpus* S. Cerenici *delatum etiamnum adhuc eſſe tradit Bandonnetus, ſupra relatus. Sauſſajus aſſerit feſtum ejus cum magna ſolennitate celebrari in caſtro Theodori* IV *Maji, & corpus ejus ibidem in eccleſia cœnobitica ipſius arcis celebrari. Eſt igitur hic omnino alius ab eo, cujus corpus in Armoricis apud Parochiam de Guiclezni creditur quieviſſe, uti dictum* VI *Martii: nam etſi Britonibus* Z *pro* R *uſurpantibus, idem ſit* Sezni, *quod aliis forte eſſet* Serni, *& iſtud pro* Serenico *illi uſurpaſſent, nulla tamen pars Vitæ ſuadet aut ibi obiiſſe Sanctum hunc, aut poſt mortem eo fuiſſe tranſlatum quod olim ſuſpicabamur: manet tamen adhuc veroſimile Guicſeznienſibus non aliam fuiſſe cauſam credendi quod ſuus Patronus fuerit* Sagirienſis Epiſcopus, *quam quia ejus nomen confuderint cum hoc* Sagienſi Abbate.

Auctore G.H.

5 *Tempus quo* S. Cerenicus *in ſuo apud Sagienſes cœnobio habitavit, aſſignatur illud, quo* Milehardus Sagiorum Eccleſiam Epiſcopus regebat, *quod pluribus videtur fuiſſe circa annum quinquageſimum, aut ſexageſimum ſupra quingenteſimum. Deceſſorem autem Milehardus habuiſſe dicitur Paſivum, qui interfuit Conciliis Aurelianenſibus ſecundo, tertio, quarto & quinto, ut videretur iſte viviſſe fere uſque ad annum* DL. *At ſucceſſor ab auctoribus eiſdem nominatur Leudebaudus, qui Concilio Turonenſi ſecundo ſubſcripſit anno* DLXVII. *Ita de* Milehardo *ſentiunt Ioannes Chenu, Claudius Robertus, & Sanmarthani in ſuis de Sagienſi Epiſcopatu Catalogis. His præivit Ægidius Bry Dominus de la Clergerie in Senatu Parienſi Advocatus, qui cum Hiſtoria Comitum Perticenſium & Comitum & Ducum Alenzoniorum edidit anno* MDCXX *Catalogum Epiſcoporum Sagienſium. Ioannes Bondonnetus, in Vitis Epiſcoporum Cenomanenſium, aſſerit in Vita SS. Innocentii & Domnoli, Milehardum ſucceſſiſſe Paſivo, & ſub iſto veniſſe* S. Cerenicum, *eique aſſentitur Carolus le Cointe in Annalibus Francorum ad annum 557 num. 39 & ad annum 565 num. 15, ubi conatur probare eum abſque ratione tabulis Benedictinis adſcribi, quod cum Bondonneto fecerat Menardus. Sed de tempore Vitæ aliter ſentiendum arbitramur.*

num vixerit ſeculo 6

E

6 *Ioannes Mabillon, in Actis Sanctorum Ordinis S. Benedicti, S. Cerenicum integro ſeculo juniorem facit, eumque ſcribit è vita exceſſiſſe circa annum* DCLXIX, *& quam ſubiicimus Vitam* S. Serenici, *profert ex MS. codice Abbatiæ S. Martini Sagienſis, ſcriptamque ait ab auctore anonymo ante ſeculum* IX. *Eamdem Vitam, ſed aliquantulum contractam, deſcripſimus ex MS. codice Beelfortii, excerptam ex vetuſto MS. Eccleſiæ ejus nomini dicatæ apud Alnetum in diœceſi Baiocenſi, ubi monaſterium eſt Ordinis Ciſtercienſis. Pariſiis anno* MDCLXII *apud Patres Fullienſes, inter ſchedas* R. P. *Ioannis à S. Martino, qui dicto anno è vita diſceſſerat, reperimus eodem exordio dictam* S. Cerenici *Vitam ex eodem MS. eccleſiæ apud Alnetum tranſcriptam: aliam præterea ex Officio proprio, miſſam à* R. D. *Iacobo Bourdon eccleſiæ S. Cerenici Rectore ad dictum Ioannem à S. Martino; quam nobis deſcripſimus cum Vita* S. Serenedi *fratris, illi tranſmiſſa, ex libro vetere MS. eccleſiæ Parochialis dictæ de Salvia, in deſerto diœceſis Cenomanenſis, Decaniæ de Brunolonio, ad exemplum Notarii atteſtatione munitum: cujus prior pars continet eadem fere cum Vita S. Cerenici fratris. Vitam aliquam ejuſdem S. Cerenici, ex alio MS. eccleſiæ S. Mauritii Andegavenſis, habuit & in Notis allegat Mabillon. Colitur autem* S. Serenedus XXI *Iulii.*

Vita unde huc edita.

F

7 *Nota temporum, quibus hi fratres in Gallias venerunt,*

AUCTORE G.H.

Adventus in Gallias ſub S. Bathilde Regina,

runt, indicatur in Balthilde Regina, *cujus vitæ Sanctitas & ad ejus ſepulcrum patrata miracula innuuntur. Fuit ea uxor Chlodovei* II *Regis, filii Dagoberti primi, eoque mortuo cum filio Chlothario III aliquamdiu regnavit. Varia ejus Acta illuſtravimus ad diem* XXVI *Ianuarii, & in hiſce maritus illi aſſignatur* Chlotharius Rex Chriſtianiſſimus, *pro quo Mabillon* Chlodoveum *vult ſubſtitui. Vita in Lectiones diſtributa ex officio proprio his verbis incipit:* Circa annos ſexcentos & quadraginta ſex, tempore quo Chlotharius ſecundus &

& Chlothario 3 ejus filio:

beatæ memoriæ mater ejus Bathildes Gallis ac Francis præſidebant, ſancti Fratres germani Cerenicus & Cerenedus Galliam ſubeuntes *&c. Regnavit autem Chlotharius iſte ab anno* DCLVI *uſque ad annum* DCLXX, *ut alibi demonſtramus.*

Tempus Milehardi Epiſcopi ex Mss.

8 *Interim apud Mabillon num.* 16 *legitur.* Templum quod S. Cerenicus cœpit inſtruere, Mileharius poſtea ſtudioſe complevit: *ubi* Mileharius *videtur eſſe, qui apud Ordericum appellatur* Milehardus, *ac proinde non vixiſſet ſeculo Chriſti ſexto, uti ſcripſerunt ſupra citati Bry, Chenu, Robertus, Sanmarthani, Bandonnetus, & le Cointe, qui omnes ante annum* MDCXX *ſua ſcripta ediderunt. Vſi aliquando ſumus MS. codice membraneo Chriſtinæ Reginæ Sueciæ, numero* 322 *ſignato, in quo poſt Chronica Euſebii, Hieronymi, Proſperi & Sigeberti, erant catalogi Archiepiſcoporum Rotomagenſium, eique ſubditorum Epiſcoporum Abrincenſium, Conſtantienſium, Baiocenſium, Ebroicenſium, & Sagienſium, & quod huc ſpectat, hi numerantur* Epiſcopi primi Sagienſes, Sigisboldus, S. Latunius, S. Landricus, Hylus, Hubertus, S. Aunobertus, S. Lotharius, Milebardus, S. Hildebrandus, S. Ravenerus, S. Frogenius, S. Godegrandus, Rodobertus, Hugo, Benedictus, Regenfridus *&c. Omiſſo* Paſſivo, *quem Democharis inepte poſt* Godegrannum *rejecit, & retinuit priores eodem ordine, quo eos ex MS. codice retulimus: & ſic poſt* Aunobertum *leguntur* Lotharius *&* Mileardus. *Colitur* S. Aunobertus XVI *Maji, & interfuit Concilio Rotomagenſi ſub S. Ansberto anno* DCXCII *ut ad hujus Vitam diximus* IX *Februarii cap.* VI, *adeoque* Mileardus *alii*, Milehardus, Mileharius, Milebardus, *vixiſſet ſeculo ſequenti, quando templum à S. Serenico cœptum extrui, poſt ejus obitum ſtudioſe complevit. Si autem iſte venerit in Gallias tempore Chlotharii III cum S. Bathilde matre regnantis, & in matura ætate defunctus fuerit, potuit attigiſſe finem ſeculi ſeptimi, ſive annum Chriſti ſeptingenteſimum, atque ita omnia accurate cohærent.*

B

9 *Quod ſupra citati Bondonnetus & le Cointe magnam amicitiam fuiſſe inter* SS. Leonardum *Abbatem Vandoperæ &* Cerenicum *ſcribant, neque in hujus Vita, neque etiam in Vita S. Leonardi, data* XV *Octobris, legitur: ſed in hac multa ſunt de S. Domnolo, qui moribundo adfuit: quæ infra ad* XVI *Maji ante hujus Vitam referimus, unde ſcimus, ultra centum annos ante S. Serenici tempora, vixiſſe dictum S. Leonardum.*

C

rejecta a micitia cũ S. Leonardo Vandoperenſi.

VITA

Ex variis MSS. & editione Mabilloni

CAPUT I.

Studia in patria. Iter Romam, dein in Galliam uſque ad ultimum ſeceſſum.

Serenicus & Serenedus Spoletini litteris imbuuntur

1 FUerunt duo ſtrenui viri, quantum ad ſeculi attinet dignitatem, generoſitatis ſplendore, præclaris parentibus, orti ex urbe Spoletana: quæ ipſius provinciæ caput ac metropolis habetur, ita ut ab hac circumquaque provincia derivatum ſumat vocabulum: quorum alter Serenicus, alter dictus eſt Serenedus. Hi ergo à primævo ſui temporis ortu, ſtatim ut in tenerrima ætate ſagax cœpit creſcere ſenſus, utpote à nobili proſapia editi, à parentibus ad ſacras litteras imbuendum præceptoribus ſunt commiſſi. A quibus acuto urgente ingenio, ſpirituque introrſus corda docente, infra modici ſpatium temporis, mira ſub celeritate in divinis litteris Chriſtianæque Religionis norma atque Apoſtolicæ fidei doctrina mirifice ſunt imbuti.

D

Patrum lectioni vacant.

2 Ut vero temporum ſuccedentibus ſpatiis mollis adoleſcere ætas, & litterarum exuberante peritia, prudentior in ipſis cœpit ſuccreſcere ſenſus; non ſunt priorum Magiſtrorum documento contenti, ſed proprio fervente ſtudio, per patulos Scripturarum campos latius evagantes, Sanctorum Patrum Orthodoxorum ſcripta ſimul & exempla ſolerti indagine perſcrutari ſtuduerunt: feceruntque ſibi, in morem apis florigeræ, ex diverſorum Patrum opuſculis, velut è diverſis frondium floſculis, melliſluos favos, quos quotidie ſalubriter edentes, alioſque reficientes, mentis ardorem cæleſtis patriæ dulcedine ſatiabant.

E

pie, vivēter, de relinquēdis parentibus cogitat.

3 Porro poſtea quam ad viriles perventum eſt annos, & perſpicaci habitu, quod olim attenta perceperant aure, luce clarius noſſe cœperunt; illo cooperante, qui diſcipulis ait; Petite, & accipietis; quod in Scripturarum compererant exercitio, ardenti complere niſi ſunt ſtudio: totoque mentis conamine his quæ perceperant operam dantes, ſtrenue ſoliciteque Chriſti ſervitio ſe mancipare ſtuduerunt. Cumque quotidie ſenſim de virtute proficerent in virtutem, & in divinis complendis monitis infatigabili perſiſterent conſtantia mentis, ſeque ſemper ad altiora paullatim præcepta ſolerti transferrent vigilantia, auremque cordis ſedulo divinis accommodarent juſſibus; audivit B. Serenicus (cujus ætas adultior, & ſenſu, ceu prioris, erat præſtantior) Euangelicam intonare tubam, ſi quis amat patrem aut matrem ſuper me, non eſt me dignus. Et illud: Omnis qui reliquerit patrem, aut matrem, aut fratres, aut ſorores, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit. Hoc ergo vir beatus præceptum, non arenti aut ſpinoſa terra ſuſcipiens, ſurdave aure audiens, ſed corde optimo aureque patenti ſemina Divini complectens verbi, quod auditu didicit, opportunitate comperta opere complevit. Denique dum ſecum hoc mente revolveret, germanum, quem magis ſpirituali quam carnali fraternitate in omnibus fidum ſocium adſciverat, ſalutifero compellare cœpit hortatu, quatenus opere complerent quod in Euangelio Domino docente compererant. Et hoc qualiter implere poſſent ignorantes, ad ſolita præſidia concurrentes, id eſt orationum ſtudia, Dominum totis niſibus exorarunt, ut quid inde ſibi placitum foret, eis miſericorditer pandere dignaretur.

Mat. 10. 37.

Id. 19. 29.

F

Romam petunt.

4 Et quoniam in humanis actibus, quibus religioni divinæ militari videtur, frequenter cæleſti contraitur voluntati; ideirco quod pari voto conceperãt, utrum ſalutare eſſet, orationibus elucidari depoſcunt. Siquidem precibus Deo fuſis, tandem Angelo revelante divinitus per ſomnium monentur, ut propria relicta domo agriſque paternis, provinciæque oblivi, Romam petant: in qua altaribus Petri Apoſtolorum Principis ad tempus famulaturi, ibi in ſacris orationibus vigiliarumque excubiis ac reliquis cæleſti converſatione dignis actibus tamdiu inſerviturí, quo uſque, quid ſibi foret denuo agendum, divina diſpoſitio indicaſſet. Siquidem hac revelatione comperta valde alacres effecti, maxime quod ſuæ petitioni

A tioni ſuperna gratia dediſſet aſſenſum, monita quæ per ſomnum viderant, ocius expergefacti implere ſatagunt. Urbe namque qua fuerant orti ſpreta, parentumque ac propinquorum cura poſtpoſita, furtim arva fugientes parentum, concito calle curſu Romam euntes, Petri inviſere certarunt limina. Ad quæ cum ventum eſſet, à Summo Pontifice omnique congregatione Chriſti ſibi gratiam ferente honorifice ſunt ſuſcepti, ubi per aliquot annos jejuniis & orationibus vigiliarumque obſervationibus intenti, per arctam viam, quæ ad cælos ducit, incedentes, exemplaque patientiæ & humilitatis, pudicitiæ & ſobrietatis præbentes, maxima veneratione à plurimis habebantur intantum, *a* ut poſt modicos dies elapſos Papa Romanus ob gratiam ſanctitatis ſeptimum Cardinalem beatum Serenicum Diaconũ ordinaret.

ordinantur Diaconi

honoris impatientes Romam deſerunt Angelico monitu.

5 Interea vir ſanctus tanti honoris gloriam, ob vitæ meritum à plurimis ſibi impenſam, ægre ferebat. Enimvero baratrum elationis incidere metuens, mundi pompas toto mentis ſtudio effugere conabatur: & quoniam jam pridem fragilem mundi gloriam forti animo calcare deliberaverat, valde cavere cœpit, ne in hoc quod ſpreverat denuo laberetur: videlicet, ne ſub ſpecie religionis, hunc amor adſtringeret mundanæ gloriationis. Quippe noverat, ut vir ſagax, ſimplicitatem habens columbæ, nec carens aſtutia ſerpentis, quæ fuerint verſuta hoſtis callidi commenta: qui non ſolum quoſdam per aperta ſeculi tentat negotia, ſed etiam per ipſum ſanctitatis habitum fortia fidelium ſtudet evertere corda. Quamobrem cum fratre de hoc ſæpius mutua cœpit habere colloquia, exhortans quatenus ſuper his Divinam appeterent clementiam, & arctam, quam profeſſi fuerant, minime deſererent viam. Inter hæc Angelus Domini jamdicto viro in ſomnis apparuit, eumdemque alloquens inquit: Serenice, quid eſt quod agis? effectum tuæ perfice voluntatis, pro quo patrem & matrem, agroſque patrios reliquiſti. Non te iſthic Dominus diutius præcepit immorari, ſed aliorſum properare indicit. Namque cum pro ejus amore caros omiſeris propinquos, non te hic penes eoſdem manere oportet, ſed in Occiduas multo longius ſecedere partes, quo eorum prorſus oblitus, in contemplatione divina liberius aciem mentis ſuſpendere queas. Quod ergo orſus es, neceſſe eſt ut fortis athleta ad victoriæ finem uſque perducas. Equidem non inchoanti, ſed perſeveranti præmia pollicentur. Quam revelationem Chriſti miles comperiens, & fratrem alloquens, Divina juſſa intimat.

B

C

Galliam adeunt:

6 Haud mora, Divina monita faceſſunt, urbemque qua deguerant, ſub celeri feſtinatione relinquunt, ad loca ſibi divinitus præparata ociſſime properantes. Romana vero mœnia relinquentes, & Italiæ loca procul ab urbe poſita peragrantes, tandem cum ingenti labore, Italiæ fine permeato, calle foſſo, Alpium nivoſos cœperunt tangere colles: quibus difficili meatu tranſitis, poſtremo Galliarum uberes multo ſudore quæſitos ingreſſi ſunt limites. Luſtrum quoque integrum in urbe morati ſunt, quo pacto, ut ſupra relatum eſt, viſione Angelica in ſomnis moniti, urbem excedentes, Galliæ terminos penetrarunt. Plures vero orationis ſtudio Galliæ peragrarunt urbes, Sanctorum viſitantes ſepulcra: non id agentes vagæ mentis impulſu, aut gyrovago levitatis imperatu, ſed Chriſti amore, atque Angelicæ revelationis ducente vocatu: nempe qui quantum pro nomine Chriſti longius diſcedebant de ſolo proprio, tantum merebantur viciniores fieri cælo.

Cenomannos petunt:

b

7 Multorum ergo luſtrantes Sanctorum loca, Chriſto præduce, diœceſim devenere Cenomannicam, ad vicum qui dicitur *b* Salica: qui vicus erat loci ſitu ſalubris, ſolique opulentia fertilis, in montis vertice poſitus, & pro hoc à viantibus longe conſpicuus. Igitur illuc adventantes, aliquamdiu ſimul morati ſunt. Sed cum Dominus ex gemina lampade gemina diſpoſuiſſet illuminare loca, necnon & duas provincias decorare; B. Serenicus tam fertile repudians ſolum, parcius atque ſolitarium perquirere deliberat; ſcilicet hominum frequentiam fugere, & ſolitariam cœleſti contemplatione dignam cupiens deducere vitam. Hac autem ſecum deliberatione habita, germanum amabili affatus eloquio, & benedictionem cum lacrymis fundens, In cæleſti patria nos, inquit, mereamur indeficienti viſu cernere.

D

8 Aſſumpto igitur ſecum quodam puerulo, nomine Flavardo, *c* Oximenſem diœceſim petiit. Serenedus itaque remanſit Salica, cum ſummo amore locum amplectens, tamquam eum ſibi à Domino deſtinatum: ubi per longa temporis curricula multis emicuit virtutibus, ut in ipſius Geſtis plene legitur, donec conſummato temporis curſu terræ corpus reddidit, & ſpiritum plurimis exornatum virtutibus cælo intulit. Vir quidem venerabilis Serenicus Chriſto ducatum ferente, cum Flavardo diſcipulo ſuo, quem de ſacri Baptiſmatis (ut fertur) unda levaverat, Oximenſem diœceſim petens, venit ad locum quemdam ſuper Sartæ fluvium, qui ex omni parte ſui ſinuoſo fluminis ambitur excurſu, diverſarumque hinc & inde prominentibus aſperatur [rupium] ſcopulis, & niſi ex uno tantum latere præpedientibus montium difficultatibus fere conſtat inacceſſus. Tempore igitur illo Gallis & Francis Rex præerat Chriſtianiſſimus vir Chlotharius, atque in Divini cultus religione valde ſtrenuus. Hujus *d* inhærebat thalamis digniſſima conjux beatæ memoriæ Balthildis, quam circum Divinum amorem parilis voti accenderat ardor, atque egregiæ ſanctitatis ad alta ſuſpenderat amor: cujus ſepulcrum à fidelibus digna celebratione frequentatur, ejuſque meritis multimodæ ſanitates infirmantibus Chriſto largiente donantur.

E

Serenicus in pagum Oximenſem ſecedit.

d

ANNOTATA.

a *In Vita S. Seneredi fratris hæc ita leguntur*, ut poſt modicum tempus elapſum idem Papa ob gratiam religionis utrumque ordinaret Romanæ eccleſiæ Cardinales. *Quæ fere eadem haberi in altero MS. codice teſtatur Mabillon, omiſſo verbo* ſeptimum *aut* ſeptimos, *quod forſan cum voce* Cardinalem *poſteri intruſerunt. Videtur eorum adventus in Vrbem referendus ad tempora* S. Vitaliani Papæ, *cujus Acta dedimus* XXVII *Ianuarii. Nomen* Cardinalis, *ſi quod tunc fuit, poſt annum milleſimum Chriſti in dignitatem evaſit.*

b Salica *ſive* Saluca in deſerto *vulgo* Saulge, *in Decanatu Brunolonio, vulgo* de Brullon *ad Eruam fluviolum, qui deinde prope Sabolium in Sartam defluit.*

c *Sirmondus in Notis ad Concilium, Aurelianenſes aſſerit*, famam eſſe Oximi olim Epiſcopalem Cathedram fuiſſe, atque inde poſtea Saios tranſlatam, & hodie Oximenſis pagi caput ſub Sagienſi eſſe Epiſcopo: *in dicto etiam Concilio dici*, Litaredum Epiſcopum de Uxuma, *aut* ex civitate Uxoma, *inde ergo hic* Oximenſis diœceſis *adhuc diceretur. In lectionibus propriis legitur*, Oximenſis pagus, *& ſic diœceſis pro pago ſeu territorio etiam ſumitur. Eſt autem* Oximum *oppidum, vulgo* Hieſmes, *quatuor leucis à Sagio verſus Boream diſſitum.*

d *Imo potius videtur legendum*, hujus inhærebat regimini digniſſima mater beatæ memoriæ Bathildis, *ut ſupra ex lectionibus propriis diximus.*

CAPUT II.

Reliqua vita in ſeceſſu peracta. Obitus, miracula.

Sub arbore moratus, fontem cali. tus meritur:

9 CUmque vir beatus ad jam dictum veniſſet locum, deſcendens ad radices montis, ſub cujuſdam arboris morabatur arbuſculo. Arbor vero eadem modico diſtabat à flumine intervallo: intelligenſque locum ſibi divinitus deſtinatum, magnas omnipotenti Domino cum memorato diſcipulo laudes retulit, qui in ſe ſperantes numquam deſerit, & de ſua miſericordia præſumentes incaſſum non ſpernit. More autem ſuo Curſum illius horæ quæ tunc erat, explevere diurnum: quo expleto, dataque benedictione, ſurgens ab oratione, vidit in dextera parte ſub cujuſdam ſaxi prærupto, diſtillantis fontis profluere rivos, qui fons illic numquam ante profluxerat, ſed illius meritis datus hucuſque perpete curſu fertur in alveum, aptumque ſitientibus tribuit hauſtum. Quod Dei famulus cernens, oculos & manum ad cælum erigens, ait: Gratias tibi ago, Domine Jeſu, qui tuorum non es oblitus
B ſervorum, & in miſericordia tua confidentibus gratuita pietate non deſinis miſereri: qui etiam es memor mei, & per diverſa gradientem cuſtodiſti, & Angelum tuum hucuſque prævium præſtitiſti, qui me ab omnibus te jubente eripuit, & ad locum tua mihi electione diſpoſitum inoffenſo calle perduxit *a*.
a Denique locum à quo fons defluxerat, & illum ad quem vir beatus tranſire diſpoſuerat, fluvius ingenti dirimebat excurſu, qui tempore eodem aquarum collectis diſcurſibus, alluvione ingenti riparum alveos impleverat, quapropter viantibus vada negabat; nam & omni tempore tanti gurgitis illic profunditate diffunditur, & præ aquarum altitudine maxime peditantibus invadabilis habebatur.

amnis aquas ſigno Crucis dividit:

10 Interea fluvium tranſire cupiens, nimiæ auſteritatis æſtuabat ardore, ſcilicet qualiter id quod mente conceperat, exequendo perficere poſſet: nam neque navis aliqua præ oculis aderat, neque alia facultas fluminis tranſeundi uſpiam apparebat. Mentis ergo aciem ad cælos erigens, orationiſque preces effundens, ſignum Crucis aquis dedit, & fluminis alveum in dextram lævamque diviſit: ſicque Crucis evectus munimine flumen tranſivit, & ad locum optatum Domino ducente pervenit. Dic rogo,
C numquid tu fenſilis amnis, cum Jordanica in te innovaſti miracula, Arcam Teſtamenti Iſraëliticamque innumeram multitudinem adventaſſe comperiſti? An & Helizæum cum Heliæ pallio tuos gurgites [dividentem], dominique ac magiſtri requirentem veſtigia in littore vidiſti? Vere his majus aliquid ſenſiſti, dum per vivificæ Crucis vexillum in geminum latus diſciſſus, Chriſti famulo per tuum pelagus invium iter pervium præbuiſti.

librum in aquis relictum recipiendum prædicit

11 Ceterum Flavardus ejus diſcipulus, ejuſmodi novitate perculſus, dum Magiſtri veſtigiis ſtupidus inſiſtit, librum quem ferebat, velut ſui immemor, in aquam cadere permiſit. Quod factum poſtea cognoſcens, vehementer expavit; illicoque in Magiſtrum reſpiciens, vultus rubore mentis indicavit angorem. Quem Pater reſpiciens facili rubore perfuſum, ſtatim illius animi intellexit mœrorem, tantique cauſas examinans doloris, ait: Quis mœror, ô fili, ſolitos in corpore mutavit vultus? quæque mentem moleſtia urget interius? At ille continuo ad pedes illius corruens, corde timido voceque ſingultuoſa, cum ingenti mœrore reſpondit: Pater, librum illum, quem mecum detuli, caſu quodam neſcius in flumine reliqui. Tum ille vultu placido mœrentem intuens diſcipulum, inquit: Omnem, fili, D mentis omitte mœrorem, ſolicitoſque hac pro re pone dolores: liber ille pro quo triſtaris ſub Chriſti cuſtodia poſitus, nobis tempore ſuo repræſentabitur ſalvus. Novem namque annis ſaxorum denſitate vallatus in aquarum latuit fluentis, & poſtea ſancto viro illæſus eſt redditus.

Cella extructa multos ad ſe trahit:

12 Deinde in loco eodem, ad quem primum de amne egreſſus eſt, quamdam erexit cellulam, in qua primum velut ſub modico tugurio cœpit hoſpitari *b*. Latuit itaque ibi per quædam curricula temporum, donec volitante fama illius rumor circumquaque excreſcere, & tam de vicino, quam de longinquo fidelium cœpit ad illum turba confluere. Nempe etſi tantum latere voluiſſet, tamen non potuit: quippe neceſſarium erat, ut alienas tenebras in lucem transferret. Plures vero religioſi ac ſtrenui cernentes, certatim ad illum concurrere, & de bonis ſuis flagranti amore optima quæque deferre cœperunt. Iis vero omnibus ad ſe confluentibus, & fragilis mundi quæque poterat munuſcula & cæleſtis doctrinæ dabat documenta, ſolerter præcavens, ne aliquis ad ſe veniens ſine ſpirituali ædificatione ad propria remearet. Sedulo namque ſecum illud revolvebat, quod Dominus ſanctis prædicationibus ait: E Vos eſtis lux mundi; & illud: Vos eſtis ſal terræ. Matth. 5. Quocirca omni ſtudio ſatagebat, ne quiſquam peccatorum tenebris obvolutus, abſque veritatis lumine à ſe umquam recederet obſcurus; aut aliquis doctrina Eccleſiaſtica ineruditus, ſine ſapientiæ condimento regrederetur inſulſus; & unicuique, prout poſſe videbat, cæleſtis dona fluenti libentiſſime tribuebat. Ceterum multi illius ſecuti monita, terrena reſpuerunt patrimonia: & calcantes pro Chriſti nomine caduci oblectamenta mundi, hujus adhærendo monitis cælibe vita ſunt contenti.

collatem amiſſum recuperat:

13 Interea multorum elapſis annorum curriculis, dum quædam mulier abluendarum veſtium cauſa properaſſet ad fluvium, introrſus inſpiciens, librum, de quo ſupra meminimus, innocue inter undas jacere conſpexit: quem cum ſummo gaudio arripuit, & feſtina celeritate ad virum Dei detulit. Ipſe denique librum videns, magnas omnipotenti Deo gratias retulit, quod illum per tot annorum ſpatia, inter undarum diſcrimina, ab omni læſione cuſtodivit. Namque idem liber revolutus, ſic ab omni aquarum læſura repertus eſt ſalvus, tamquam non in undis, ſed in ſcriniis manſiſſet incluſus. Denique ipſe codex nunc uſque in ipſius Baſilica cuſtoditur: & F quod hæc littera geſtum narrat, ipſe cunctis ſe intuentibus oſtenſione evidenti affirmat.

orationi & ſacræ lectioni vacat:

14 Poſthæc tollere vir Domini mentem ad altiora, gradatimque virtutum ſubire cœpit argumenta: & quoniam jam de ſua certus extiterat, pro aliorum ſalute precibus aſſiduis Dominum exorabat. Equidem ipſius ſummum ſtudium fuerat, quotieſcumque ab oratione vel animarum exhortatione vacabat, ſanctarum rimari profunda Scripturarum, veteriſque ac novi convenientiam inſpicere Teſtamenti, ſubtilique ſcrutari contemplatione, qualiter in novo veraciter factum conſtat, quod in illo ſub figurarum obſcuritatibus clauſum latebat, & juxta illud Pſal- Pſal. 1. mographi, in lege meditans die ac nocte, infatigabiliter aut in orationum ſtudio, aut in Scripturarum morabatur exercitio.

ſedulus in Divinis officiis,

15 In orationis autem ſtudio tantus illum fervor accenderat, ut abſque peculiari ſupplicatione Romanum ſeu Gallicanum, necnon & ſanctorum Patrum Benedicti ſeu Columbani *c* Curſum horis ſingulis Domino decantaret. Congruum enim illi viſum fuerat, ut horum officia Chriſto perſolveret, quorum virtutum actus jamdudum in mentis arce locaverat: c

A locaverat: ut quos ardua imitatione ſtuduerat ſequi, in officiorum ſollenniis conaretur imitari. Nam quia humilitatis gratia Sacerdotalem gradum ſuſcipere renuebat, ipſum quod acceperat Diaconatus officium quotidie ſolicitus Domino exhibebat. Per ſingulos enim dies ſacris altaribus Sacerdotique miniſtrando adſtans, oblationes Domino pectore caſto menteque devota offerre ſtudebat.

templum conſtruit:

16 Denique collatis ſibi fidelium donariis diſcipulorumque fultus ſuffragiis, in B. Martini Antiſtitis honorem nobile cœpit inſtruere templum, quod *d* Mileharius Saiorum Epiſcopus, ab eo partim conſtructum, poſtea ſtudioſe complevit. Inter cetera namque virtutum inſignia patientiæ bonum illiùs non mediocri fortitudine roboraverat mentem, quatenus nulli ob contumeliæ livorem ultionis redderet talionem: & ſi forte quiſquam ſibi aliqua adverſa irrogaſſet, hunc non ut hoſtem odiis inſequebatur, ſed velut cariſſimum fratrem leni mentis affectu venerabatur. At ſi quiſpiam de rebus amiſſis ſibi à fidelibus irrogatis aliquod damnum indicans nuntiaſſet, ſtatim pectore tranquillo illam beati Job ſententiam animo revolvebat: Dominus, inquiens, dedit, Dominus abſtulit, ſicut Domino placuit, ita factum eſt: ſit nomen Domini benedictum. Siquidem ejus mens ſemper cæleſtibus intenta, terrena cum amore poſſidere nequiverat: quapropter hæc amittens, ab arce ſuæ contemplationis aliquo dolore impacta minime deciderat. Si autem quilibet iracundiæ litigio perculſi ad eum accederent, exhortatione ejus audita concordi pace ad propria remeabant.

d

injurias tolerat patiēter;

Job 1.

B

omnibus munificus,

17 Caritatis quoque officia, etiam in rebus tranſitoriis, omnibus ad ſe venientibus tam liberaliter exhibebat, ut quidquid habere poterat, in hoſpitum uſus expenderet, adeo ut nullum à ſe recedere ſine aliquo munuſculo permitteret. Nec erat ei in ſuſcipiendorum hoſpitum exceptione perſonarum diſcretio, ſtudioſe cavens, qualiter hæc Jacobus reprehendat Apoſtolus: ſed omnes æquali amplectens affectu, divinum in his potius quam humanum attendebat honorem. Præterea in caritate locuples, in abſtinentia ſtrenuus, in tribulatione fortis, in peccantibus miſericors, in eloquiis cautus, in vigiliis attentus, in corporis munditia caſtiſſimus, in cibi & potus perceptione ſobrius, atque in corporea pulchritudinis ſpecie erat venuſtus. Multos etiam variis languoribus addictos, ac corporea tabe preſſos, per orationum ſuffragia reddidit illæſos; febriumque diverſarum ab his æſtuatione depulſa, eoſdem ad propria lætantes remiſit tuguria.

claret miraculis:

C

morbo tactus meritur

18 Cumque per multa temporis ſpatia in hujuſmodi laboribus excreviſſet, jamque perfectus in eis atque maturæ ætatis fuiſſet; cumque etiam tantos ejus labores Divina gratia remunerari cenſeret; moleſtia tactus corporea, ſuum obitum his qui ſecum erant *e* diſcipulis, proinde mœſtis ac flentibus, indicavit: quos ut bene facerent ſacris monitis exhortatus, in pace relinquens, deinde Chriſti munitus myſterio, Nonas Maji, Angelicis vectus conſcendit ad aſtra catervis. Sepultus eſt autem in eadem eccleſia B. Martini quam ipſe fundaverat, quæ nunc in ipſius etiam honore, id eſt B. Serenici, dedicata conſiſtit: ubi ſub altari hactenus cernitur ejus ſepulturæ veneranda memoria, & fiunt ibi ſuper infirmos ejus meritis ſanitatum remedia. Eſt enim idem venerabilis ac metuendus locus, in quo videntur ſæpe Divinæ revelationes ac prodigia, ac in ejus malefactores ultionum crebra miracula.

e

7 Maji

19 Nam poſt beati viri deceſſum, multorũ etiam temporum elapſis curriculis, cum *f* Carolus Rex Francorum, vallatus multitudine militum, partes petereť Occiduas, devenit ad quoddam caſtrum, quod ſitum eſt in pago Cenomannico, haud longe à prædicti Sancti cœnobio. Cumque militaris expeditio cunctam circumquaque vaſtaret vicinitatem, etiam hujus Sancti monaſterium depopulata eſt per violentiam: nam plures eorum ſacram inrumpentes ædem, multa inibi illicita exercuerunt, non verentes Divinæ ultionis vindictam, nec S. Serenici perpendentes merita, quem tanto munere Divina jam ſublimaverat gratia. Sed cum ſuperna diſpoſitio horum proterviam cenſuiſſet ſternere; ac ſancti viri meritum, cujus locus tam irreverenter à perfidis calcabatur, longe lateque divulgare; apes quæ circumaderant, agmine facto clauſtriſque relictis, adeo in eoſdem ſacrilegos furentes irruerunt, ut & his penitus fugæ ſubſidium adimerent, & de montis ſupercilio per ſaxorum præcipita in alvei profunda præcipitarent. Nempe talis ibi tunc inerat ruina, ut ruentium per diverſa petrarum acumina diſſecarent corpora, & altus fluvii gurges in imo convulſa rotaret cadavera. At ſi quiſpiam excipientis caſu quolibet valuiſſet evadere ſilicis diſcrimina, illico ab ingenti fluminis abſorptus vorabatur unda: ſiquidem tanta ex his tunc illuc fertur ruiſſe caterva, ut multa poſt tempora, ceu aiunt incolæ, decreſcentibus aquis, in unda fluminis viderentur oſſa, cum jam multa præterierint tempora, & hæc cadavera per diverſa locorum ſpatia exuberans detulerit unda. His igitur hujuſmodi voragine multatis, tantus tremor reliquam invaſit multitudinem, quatenus de eodem exercitu nullus deinceps aliquam præſumpſiſſet inferre contumeliam in his, quæ ad ſancti viri jura pertinere videbantur.

f

D

Monaſterii ejus violatores per alia puniuntur,

item irreligioſi.

20 Poſthæc vero anni curriculo evoluto, advenit Serenici ſolennitas. Cumque more ſolito ad hanc popularis confluereť multitudo, pluresque cum religionis metu ſanctum ſtuderent venerari locum; affuerunt inter reliquos, ceu lolium inter frumenta, duo viri rebelles, moribus incompoſiti, levitateque inſtabiles, qui loci religione poſtpoſita, ante ipſius Baſilicæ oſtia herbas atrii ſuos equos depaſcere dimiſerunt. Qui protinus inſolito furore agitati, quamvis ferrea forent compede nexi, ab alto tamen montis vertice per ſaxorũ prona labentes, in profunda fluminis ſunt præcipitati, atque meritis B. Serenici ad alterius ripæ crepidinem pervenerunt illæſi. Quod miraculum multitudo quæ aderat cernens vulgi, in ſui Sancti meritis potentiam cœpit laudare Chriſti. Ergo & nos idcirco hoc factum credimus, ut & hi qui proterve egerant à tali auſu deinceps reſipiſcerent, altiuſque in locis ſacratis Divinam potentiam metuerent: & qui aderant, S. Serenici cernentes merita, eumdem locum religioſius venerando excolerent, atque in Sanctis ſuis ubique Deum operantem profuſius collaudarent. Enimvero poſthæc in loco eodem quanti per ejuſdem Sancti merita dæmoniaci, cæci, ſurdi, claudi, variiſque languoribus afflicti curati ſunt, non eſt *g* memoriæ commendatum nec litteris exaratum: uſu enim ſuo etiam ipſa miracula cernentibus viluerant. Hæc autem modo compendii gratia è pluribus pauca ſufficiat tetigiſſe, atque, ut imperatum eſt, quæ ſcripta comperimus, legentium memoriæ fideli narratione proluſiſſe *h*.

E

g

h

ANNOTATA.

2 *In lectionibus propriis iſta interponuntur:* De ipſo utique fonte quoddam dicitur mirum, quod & ob Sancti meritum & ejus caſtitatis indicium creditur evenire. Nam ſi quædam feminæ criminoſæ ad ſuſcipiendam aquam de canali, per quod fons defluit, hydriam

A hydriam ſubmittant, continuo fons ipſe rivulum ſuum continet: unde oportet, ut alia femina munda eamdem ſupponat, quatenus impleatur. Hoc ſi non cunctis nec ſemper eis acciderit, novimus tamen quaſdam, quibus hæc contumelia dicitur adveniſſe. *Hæc ibi, quæ in altero Auctore etiam reperit Mabillon.*

b *Additur in eiſdem Lectionibus:* grabato lapideo macerando carnem incubans.

c *Mabillon annotat* Curſum ſive officium Romanum, quod in rebus divinis adhibetur, Pippini dumtaxat principatu receptum fuiſſe, *quaſi hæc à poſteris explicationis cauſa adjecta eſſent.* D

d *De tempore Sedis* Mileharii, *circa aut poſt annum* 700, *ſupra egimus.*

e *Diſcipulos ſub eo* 140 *fuiſſe, ſupra ex Orderico Vitale diximus.*

f Forte, *inquit Mabillon*, Carolus Martellus, cum adverſus Saracenos Turonos profectus eſt: *ſed is per abuſum Rex appellatur.*

g *Hinc liquet alia antiquiora Acta extitiſſe, quæ adhuc deſiderantur.*

h *De tranſlato corpore ad Caſtrum-Theoderici, & brachio in urbem Sagienſem, ſupra egimus.*

DE S. IOANNE BEVERLACENSI

ARCHIEPISCOPO EBORACENSI.

G.H.

ANNO DCCXXI

BEverlacum, oppidum amplum & perfrequens *Cambdeno*, *ſitum eſt in parte Orientali Ducatus Eboracenſis*, *vulgo* Eaſt-Riding, *haud procul ab Hallo fluvio, qui aliquot inde leucis in æſtuarium Humbri fluminis dilabitur, Ea ditio Bedæ appellatur* Deirwaud, *id eſt* Silva Deirorum. *Ibi* S. Joannes, *de quo hic agimus*, reperit eccleſiam parochialem, S. Joanni Euangeliſtæ ſacram. Acquiſitis hujus loci ſitu & dominio, prædictam eccleſiam ſanctam in monaſterium convertit & monachis aſſignavit. Presbyterium, id eſt chorum eccleſiæ, ibi conſtruxit, habente Priore eccleſiæ S. Joannis locum in navi eccleſiæ. Fabricavit ad Auſtralem prædictæ eccleſiæ oratorium S. Martini, ubi poſtea moniales collocavit. Aſſociavit monaſteriis iſtis ſeptem Presbyteros & totidem Clericos in navi eccleſiæ S. Joannis. Acquiſivit ſuis monaſteriis manerium de Ridings. Ex tunc conſtruxit eccleſiam S. Nicolai in fundo dominii ſui. *Quæ omnia ex Collectaneis Lelandi indicantur tomo primo Monaſtici Anglicani pagina* 170, *ubi repræſentantur ſculpta ipſius Beverlacenſis monaſterii ſtructura, & facies occidentalis eccleſiæ conventualis. Huc ſe contulit* S. Joannes, *cum ſenio gravatus, ſeſe Archiepiſcopatu Eboracenſi abdicaſſet; & tandem hoc* VII *Maji anno Chriſti* DCCXXI *ſanctam animam Chriſto tradidit, miraculis in vita & poſt obitum clarus.*

B *Beverlaci monaſterium conſtructum*

obitus S. Ioannis.

Vita ſcripta poſt Bedam

2 *De virtutibus rebuſque geſtis S. Ioannis pluribus locis agit venerabilis Beda, potiſſimum lib.*5 *Hiſtoriæ eccleſiaſticæ gentis Anglorum cap.*2 *& ſequentibus. At poſtea res ejus geſtas in unum volumen collegit* Folcardus, eccleſiæ Sanctæ Trinitatis Cantuariæ monachus, ad precem & inſtantiam Aldredi Archiepiſcopi Eboracenſis: *ut titulus Actis hiſce præfixus indicat. Videtur hæc ſcripſiſſe, cum S. Eduardus Confeſſor Rex præeſſet Angliæ, mortuus anno* MLVI: *à cujus conjuge Editha Regina, ob commendationem Aldredi Archiepiſcopi, ſe adjutum in monaſterii ſui deſolatione commemorat in Præfatione ad hanc Vitam, quam damus ex MS. Anglicano, nobis Macloviopoli ſubmiſſam à Reverendo Domino Leandro Pricharto, monacho Benedictino. In citato Monaſtico Anglicano pag.*169 *indicatur quod* Folchardus Cantuarienſis ſcripſit Vitam D. Joannis Archiepiſcopi Eboracenſis, *non tamen dicitur* Folchardus Archiepiſcopus Cantuarienſis, *uti dicta verba interpretatur Ioannes Mabillon, & corrigit, eumque aſſerit* monachum Bertinianum initio ſeculi XI in Anglia degiſſe. *Verum* Folcardus *hic Bertinianus, altero Cantuarienſi aliquanto junior fuiſſe videtur, evocatus in Angliam à Guilielmo Rege, & præpoſitus Torneienſi cœnobio, quod cum fere* XVI *annis* (*abſque benedictione, Abbatis vices ſupplendo*) *rexiſſe teſtatur Ordericus Vitalis lib.* II *Eccleſiaſticæ hiſtoriæ ad annum* 1108 *quod initium eſt* XII, *non vero* XI *ſeculi. Subjungit Mabillon aliquam Vitam S. Ioannis, ex MS. Legenda monaſterii S. Gildaſii de Nemore acceptam, opinatus eſſe ſcriptam a Folcardo monacho Bertiniano. Verum ea ſolum eſt aliquod compendium, ex majori Vita, quam damus, excerptum. Aliud, ſed magis contractum, habemus in antiquo pergameno, ab Henrico Huntindonienſi ſeculo* XII *conſcriptum. Alia ejus Vita, anno* MDXVI *excuſa extat in Legenda Anglicana Ioannis Capgravii. Quibus omnibus omiſſis, ſubjungimus Miracula illuſtria, à quatuor diverſis auctoribus & fere teſtibus oculatis conſcripta, à laudato Leanaro Pricharto ſubmiſſa. Horum primus appellatur Willelmus Kecellus, ac primo attingit tempora Guilielmi Conqueſtoris Regis, ut videatur ſub finem ſeculi* XI *aut initium ſequentis ſcripſiſſe: ſequentium auctorum nomina non indicantur. Qui ex his proxima miracula conſcripſit, meminit Stephani Regis, anno* MCXXXVI *coronam regiam adepti & ultimorum Thurſtani Archiepiſcopi temporum, qui anno* MCXL *obiiſſe dicitur. At tertius auctor indicat miracula intra quinque annos patrata. Quartus meminit generalis interdicti, cui Anglia ſub Ioanne Rege ſubjecta fuit, ac videtur ſub Henrico III ultima miracula adjunxiſſe.* E *Miracula 4 auctorum.*

C *à Folcardo Cantuarienſi*

datur ex Ms. Anglicano.

3 *Extat inter decem Scriptores Hiſtoriæ Anglicanæ, Londini anno* MDCLII *excuſos, Chronicon Thomæ Stubs ſive Stubei Dominicani,* XIV *ſeculo ſcriptum de Actibus Pontificum Eboracenſium, in quo columna* 1691 *& ſequenti continentur Acta S. Ioannis Archiepiſcopi, & ſub finem iſta leguntur:* Seceſſit in monaſterium ſuum, quod apud Beverlacum fundaverat, ibique miraculorum gloria inſignis, Nonis Maji feliciter vitam finivit. Sepultus eſt ibi in eccleſia, ex tunc uſque nunc ſemper glorioſis non ceſſat publicari virtutibus. *Deinde in Alfrico Archiepiſcopo, qui præfuit dictæ eccleſiæ ab anno* MXXIII *uſque ad annum* MLI, *hæc ſcribit:* Iſte capſam, auro & argento & lapidibus pretioſis opere incomparabili, apud Beverlacum fabricari fecit; & elevatum de ſepulcro ligneo, mirabili artificio inſculpto, pretioſum corpus glorioſi Patris S. Joannis Archiepiſcopi, cum ingenti Cleri plebiſque exultatione, multis additis Reliquiis, in eam honorificentiſſime collocavit. Ipſe etiam à quodam divite, nomine Forceo, pecunia ſua acquiſivit eccleſiæ S. Joannis terram apud Milletune & apud Holm, & quinque bovatas apud Fredichthorp, cum pecunia & hominibus in ea. *Hæc ibi. Eſt autem* bovata terræ *quantum bos unus colat. Contigit autem hæc tranſlatio* XXV *Octobris anno* MXLIV: *& ſolenni cultu dictum diem, æque ac diem hunc natalem, celebratum fuiſſe, conſtat ex relatione miraculorum: & apud Auctorem ſecundum num.*13 *dicitur femina, ſeptem annis contracta, in* una ſolenniratum ipſius, quæ Tranſlatio corporis ſancti nominatur, *ſcriptore cum aliis pſallente ſanata. Alia iterum Tranſlatio anno* MCCCVII *facta traditur in Monaſtico Anglicano.* F *Corpus ab Alfrico Archiep. tranſlatum.* *25 Octobris anni 1014.*

4 *Eduardus*

A

ob victoriã 25 Octobris an. 1415 obtentam

4 *Eduardus Maihew agit de priori Tranſlatione ad dictum diem* XXV *Octobris, & illud memorandum interſerit:* Anno Chriſti MCCCCXV invictiſſimus Rex Henricus, ejus nominis quintus, eo ipſo die, ejus Tranſlationi ſacro, nimirum VIII Kalendarum Novembris, id eſt XXV Octobris, celebrem illam victoriam, in loco qui Angicourt appellatur, contra Gallos obtinuit: quam ſanctiſſimo huic Pontifici aſcribens, in Angliam reverſus, tam depoſitionis ſeu natalis, quam tranſlationis ipſius feſta per totam provinciam Cantuarienſem (nam in Eboracenſi, ut videtur, antea celebrabantur) ſolenniter celebranda curavit. Extat ſane in Conſtitutionibus Provincialibus Angliæ, titulo de Feriis, Henrici Chiceley Archiepiſcopi Cantuarienſis in Synodo Provinciali, quæ anno Chriſti MCCCCXVI habita eſt, hac de re decretum, cujus exordium eſt. Anglicanæ Eccleſiæ. Paulo autem inferius hæc habentur verba: De Fratrum noſtrorum & Cleri in præſenti Concilio præſentium voluntatibus & aſſenſu, & nihilominus ad Chriſtianiſſimi Principis & Regis noſtri (Henrici quinti) inſtantiam ſpecialem, ſanctiſſimi Confeſſoris & Pontificis Joannis de Beverlaco memoriam ubique per noſtram provinciam votivis & devotis affectibus duximus exaltandam. Statuimus igitur &c. Statuit, ut retulimus, de duobus illius feſtis celebrandis. In poſteriorem vero hujus decreti partem, quæ ad Tranſlationis ejus feſtum ſpectat, hoc modo ſcribit Doctiſſimus vir Guillermus Linwede, iſta die (XXV menſis Decembris) qui tunc accidebat die Veneris, fuit bellum de Agincourt in Picardia anno MCCCCXV, ob cujus victorioſum exitum dictus Rex Henricus Quintus procuravit per Eccleſiam Anglicanam ſic ordinari, prout hic habetur: & ſic non ſolum hoc feſtum numerari poteſt inter ferias ſolennes, ſed etiam repentinas &c. Hæc ipſe. Videat igitur lector non ſolum præcedentibus ſeculis, ſed in his etiam ultimis, beatiſſimum Antiſtitem Joannem de Beverlaco Regibus Angliæ in bellis adfuiſſe. *Huc uſque Eduardus Maihew*

feſtum utroque die in provincia Cantuarienſi celebratum.

B

Antiqua memoria in ſacris Faſtis.

5 *In pervetuſto Miſſali, in cœnobio Gemeticenſi adſervato, & circa annum milleſimum exarato, præſcribitur ad diem* VII *Maji feſtum* S. Joannis Epiſcopi in Beverliſco. *Habemus antiquum Martyrologium in Anglia conſcriptum, in quo hiſce Nonis Maji, primo loco collocatur* depoſitio S. Leothardi Epiſcopi Cantuariæ *defuncti, & mox ſubjunguntur iſta:* Et natale S. Jonis Eboracenſis Archiepiſcopi. *In Martyrologio Coloniæ & Lubecæ anno* MCCCCXC *excuſo iſta habentur:* Beverlaci natale S. Joannis Epiſcopi & Confeſſoris Eboracenſis. *Sequuntur hos auctor Florarii MS. Grevenus, Molanus, Caniſius, Galeſinius, cum hodierno Martyrologio Romano, item cum Anglicano & variis monaſticis, quorum varii referunt ejus Tranſlationem ad diem* XXV *Octobris. In Breviario ſecundum uſum eccleſiæ Sarum anno* MCCCCXCIX *excuſo, ad hunc* VII *Maji præſcribitur in Calendario, ut præcipua feſta ſolent, rubro charactere feſtum* S. Joannis de Beverlaco, cum regimine chori, *ubi propoſitæ Lectiones continent compendium vitæ, & additur hæc oratio:* Deus qui præſentem diem B. Joannis, Confeſſoris tui atque Pontificis, migratione conſecraſti; da Eccleſiæ tuæ digne de ejus ſolennitate gaudere, ut apud tuam miſericordiam exemplis ejus adjuvemur & meritis. *In Breviario Sariſburienſi anno* MDLVII *excuſo præſcribitur etiam ad diem* XXV *Octobris ſacra ejus ſolennitatis memoria. In quibuſdam Faſtis MSS. aliqua ejus notitia ad diem* XVII *Ianuarii, &* XXVIII *Aprilis habetur, uti tunc inter Prætermiſſos obſervavimus.*

C

6 *His deductis accipimus hiſtoriam & Antiquitates univerſitatis Oxonienſis anno* MDCLXXIV *Oxoniæ excuſas, auctore, ut ex Præfatione colligimus, Antonio Woodo,* AUCTORE G.H.

& ex his pag. XI *contentis, ubi de Scholarum Oxoniæ, ipſis Britannorum & Saxonum temporibus, ſcilicet ante Regem Alvredum florentium, vindiciis agitur, iſta deſcribimus:* Primo itaque, *inquit*, cum Sancto Joanne de Beverlaco auſpicabor, anno circiter DCCXX, diem obeunte, quem ingenuis apud Oxonienſes Artibus operam dediſſe, ſcripta antiqua haud pauca prodiderunt: depictis etiam feneſtrarum indiciis, lucem hac in re copioſam affundentibus. Scriptor enim, qui florebat anno MCCCLXXIII in ejuſdem Beverlacenſis Vita (cujus initium, Antiquioribus Britonum ſola &c.) Harphamiæ inter populos Deiræ natum, annos autem vernantes apud cœnobium S. Hildæ in ſtudiis collocaſſe perhibet: primumque ex Anglis Doctoris vel Magiſtri gradu ornatum fuiſſe. Erat autem, inquit ille, Doctor ejus Theodorus alienigena, qui in Oxonia ſummum conſcendit apicem &c. Quod & Lelandus ex Auctore anonymo retulit de Beverlaco, dictoque ejus loci Sancto, opere trifariam partito, ſcribente: quem ego quidem Gulielmum quemdam Asketellum fuiſſe arbitror, qui regnante Edoardo II eamdem ſibi materiam ſumpſit, ediditque libros pariter tripartitos: multa, ut opinor è Deiracenſi aliiſque trans Humbrum bibliothecis edoctus: cujus regionis monachi, cum Angliam Dani ubique perſultarent, Hiſtorias ſuas & Antiquitates variis perpetim cladibus ſumma induſtria eripuere. Huc accedunt Sacriſtæ Beverlacenſis, à prædicto etiam Asketello memorati, verba, Sanctum Joannem de Beverlaco primum in Artibus Magiſtrum apud Oxonienſes extitiſſe memorantis. Quæ egregie etiam confirmantur ab ipſius Beverlacenſis imagine, in ſiniſtro bibliothecæ Sarisburienſis latere, feneſtram olim ſextam decorante, imo neſcio an ibidem etiamnum comparente, hac inſcriptione: Doctor Sanctus Joannes de Beverlaco fuit primus Magiſter Artium liberalium in Oxonia..... Poteram etiam alia proferre teſtimonia, iis quæ de Beverlacenſi adducta ſunt communiendis perquam accommoda.... Sed me alio rapit ſuccincta deſtinati operis brevitas. *Hæc ibi: & pag.* 12 *ſub finem definit,* Oxonii his annis generalia quæ vocant ſtudia floruiſſe, aut Academiam Artium & ſcientiarum Profeſſoribus, graduumque aliquorum diſtinctionibus inſtructam fuiſſe, cum Sanctus Jannes de Beverlaco Magiſtri ibidem gradum capeſſiverit.

Ejus Magiſterium in Artibus apud Oxonienſes:

D

7 *Idem auctor libro* 2 *Hiſtoriæ & Antiquitatum Univerſitatis Oxonienſis pag.* 61, *agens de Scriptoribus ante recreatam ab Alfredo Academiam, primo loco collocat* S. Joannem de Beverlaco; *deque illo ſcribit* addendum, quod cum in media eccleſiæ Beverlacenſis collegiatæ parte, terram contumulandæ mulierculæ effoderet ædituus XIV Septembris anno MDCLXIV, hypogæum retexit lateritium, inque eo loculos binos reperit: quorum alter pulveres continebat, alteri vero oſſa humana includebantur, his porro verbis eorum uni inſcriptis: Anno ab Incarnatione Domini milleſimo centeſimo octogeſimo octavo combuſta fuit hæc eccleſia in menſe Septembris, in ſequente nocte poſt feſtum S. Matthæi Apoſtoli: & in anno milleſimo centeſimo nonageſimo ſeptimo, octavo Idus Martii, facta fuit inquiſitio Reliquiarum B. Joannis in hoc loco: & inventa ſunt hæc oſſa in orientali parte ſepulcri, & hic recondita: & pulvis cæmento miſtus ibidem inventus eſt & reconditus.

E

F

Aliqua Reliquiæ in eccleſia Beverlacenſi inventa.

VITA
Auctore Folcardo Cantuarienſi monacho
Ex MS. Anglicano à Leandro Pricharto tranſmiſſa.

PROLOGUS.

1 LUcernæ ardenti & lucenti in caliginoſo loco, Anglorum Archipræſuli *a* Aldredo, mini-
a *Deſideranti Archiepiſcopo obedit,* mus devotorum ejus Frater Folcardus ſalutem cum fideli famulatu. In præcepto ſervitutis tuæ, mi reverentiſſime Pater & Domine, neceſſe eſt parvitati meæ memorari, non ſolum veterum amicitiarum & frequentis beneficii, verum etiam (quod his pluris eſt) auctoritatis tuæ, qua inter homines es Chriſtus Dei. Tanta quippe cæleſtium chariſmatum prærogativa ſuffultus, pondus habes præcepti: unde & gravius quoque imminet judicium reſiſtenti. Et cum hæc puſillanimitatem meam perſuadeant
B parere juſſioni tuæ; plurimum ſuccurrit memoria ejus miſericordiæ, quam nobis feciſti fideli hac commendatione.

b *ejus commendatione per Reginâ adiutus in deſolatione ſui monaſterii.* 2 Turbato ſiquidem fluctuantis *b* Cœnobii mei pelago, gementibuſque pene cunctis cariſſimis pignoribus monaſterii, quod is, qui paſtoris & medici locum occupaverat, in languente ovicula non culpæ preſſuram, ſed veterem familiaris odii inſequeretur jacturam; & cum collatis totis animi ſui viribus conſociam ovem ab irruente (proh dolor) nimis familiari lupo non conaretur tueri, ſed perperam comparato potentatu ſeculari exturbatos nos è carina monaſteriali fluctibus immitteret ponti; jamque irruentibus viciſſim & involventibus undis, cum interitus ſolummodo immineret, nec ulla ſpes emergendi eſſet; hæc tandem velut maris ſtella pio illuxit fulgore, naufragumque ſuum portu recepit miſerationis ſuæ, & doloribus vulnerum adhuc hiantium & recentium compaſſa, materno conductu tibi velut ſagaci medico miſit curandum & conſolandum pro tempore, ſecuta ſcilicet fideli Deo femina exemplum illius electi Samaritani, qui vulnerato, à latronibus & à Sacerdote & Levita neglecto, miſerans appropinquavit, ſaucium vino lavit,
C oleo fovit, pietate alligavit, ſtabulario ſub promiſſione mercedis curandum commiſit. Utque tantam pietatem omnis noſcat poſteritas, *c* Reginam dico fuiſſe, quæ hæc fecerit, cujus probitates nullius umquam quantumlibet diſerti rhetoris facunda evolvet loquacitas: quam idcirco divinitus adjunctam regio credimus lateri, ut tanta ejus invigilantis induſtriæ ſolertia emolumentum provideatur præſentis regni.

c 3 Ut autem ſuperius relicta repetam; conſolatione & medela tui, mi amantiſſime Pater, clauduntur quidem vulnera, ſed è vicino quorumdam lividorum clam inſidjantia perhorreſco jacula. Verum multum reſpiro ſub poteſtate patronæ, quin & ſub commendationis tuæ conſtitutus tutela; nec per Dei gratiam timendum eſt quod te tutore vel rectore nos ulla, quantumlibet minax & inſidians, obruat procella. Nam ſemper, Domini præcedente gratia, ſperabo ſub umbra alarum tuarum, donec tranſeat iniquitas omnium inſidiarum. Sed hæc hactenus. Ad pondus autem imperii tui vertatur ſermo meus, qui ex conſequentia ſui hoc neceſſario paucis prælibabit, quibus incrementis divini famulatus Sancta Eboracenſis Eccleſia tui Præſulatus [tempore] priſtinam ruſticitatem exeuſſerit; & in
D Dei laudibus, rudi novitate tuis doctrinis commonita, decenter adoleverit. Hoc divinitus coronæ tuæ dixerim adauctum, quod Clerus à ſecuſarium hactenus uſitata veſte indiſcretus, nunc in veſte nuptiali laudes celebrat Dei, & talaribus tunicis conventum celebrat Synodi; itemque nimis neglectum in eleemoſynis & pauperum oblationibus opus exercet miſericordiæ, & quod memoriam fidelium defunctorum aſſidua eis ineulcaſti commendatione. Quod dico, non ut laqueum adulationis tibi injiciam, ſed potius (ſi dicendum à me eſt) ut ad talia accendam: quæ utique neceſſario te Deo debere cognoſcis ex ſuſcepto munere prælationis, cum impoſita dignitate honoris.

Laudat eum à reformato Clero,

4 In hoc quoque dignum ſucceſſorem præcedentium Sanctorum tuæ Sedis Præſulum te præbes, cum eorum actus & vitam celebrare & litteris commendare ſedulus ſtudes. Unde & accidit, ut Reſponſoriis Sanctiſſimi Joannis te jubente compoſitis pro modulo parvitatis meæ, præciperes ad ejus vitam inchoandam ſtylum vertere: quod opus certe tanto magis cognoſcitur difficile & arduum, quanto magis fuerit notum. In nomine ergo Domini tu remigium ſubige, vela pande, curſum noſtrum
E Deo committe. Eo gratiam ſuam precibus tuis accomodante, ripam attingentes, feliciter arenam calcabimus littoris, ſecuri nec ſoliciti de tumultuantibus æquoris canibus, qui quanto acutius in latratu criſtas erigunt, tãto imbecilliores eos natura prodit *d*.
d

ejuſque juſſu poſt Reſponſoria Vitam ſcribendam ſuſcipit.

ANNOTATA.

a Aldredus *ex Epiſcopo Wigornienſi, in Nativitate Chriſti anno* 1060 *electus Archiepiſcopus ex Roma conſecratus.*

b Cœnobium SS. Trinitatis *Cantuariæ fuerat ante à Danis combuſtum: poſtmodum* cœnobium Chriſti *dictum.*

c *Regina Editha, uxor S. Eduardi Confeſſoris, de qua ad hujus Vitam egimus* 5 *Ianuarii. Ingulphus Croylandenſis ejus pietatem, caſtitatem, doctrinam, aliaſque virtutes depradicat.*

d *Hoc quaſi Prologo finito ſubditur in MS. per modum rubricæ.* Hic redit Fr. Folcardus ad propoſitum ſuum de S. Joanne: *ex quo colligas ceteras rubricas, per modum titulorum capitalium conſequenter interjectas, non eſſe auctoris ſed tranſcriptoris: quas tamen, pro antiquitatis veneratione hic voluiſſemus ſubjungere continua*
F *ſerie, niſi eas deprehendiſſemus ſatis temere deſcriptas fuiſſe, uti mox poſt num.* 8. *apparebit.*

CAPUT I.

Studia, conciones. Epiſcopatus Hagulſtadenſis. Archiepiſcopatus Eboracenſis. Miracula.

Poſt Chriſti adventum

5 ÆTerna compatientis Dei miſeratio, mundo ſuccurrens perdito, per incarnatum ſuum Filium, antiquum damnationis humanæ diſſolvit judicium: ut ſicut per tranſgredientem Adam eramus filii mortis & inferni; ſic per Chriſtum Jeſum, Dei & Virginis unigenitum, reſtitueremur filii vitæ in hereditatem cæleſtis regni. Per hunc conregnantem ſibi in cælis, & hominibus cohabitantem in terris, divinum diſpoſitionis ſuæ reſeravit myſterium; in quanta ſcilicet miſericordia ſalvare decreviſſet Deus filios hominum, cum ad eos vivificandos in mortem tradiderit unicum filium ſuum. Accepta ſiquidem injuria illatæ contumeliæ, hac in contemptoribus ſuis uſus eſt lege miſericordiæ, ut ubi

A ubi ſuperabundavit culpa, ibi miſerationum ejus largiora redundarent exempla. Confirmatis itaque diſcipulis ſuis, doctoribus noſtris, per divinorum præceptorum dogmata; omnem pene jam mundum, à ſui denominatione, ſub Chriſtiano prætitulavit nomine; penetraruntque verba eorum fines & angulos terrarum, unde & pervenit fides ad notitiam omnium linguarum. Ut enim fideli Patrum traditum eſt relatione, jamdudum fide illuminatis finibus totius Galliæ, ſerius perlatum eſt verbum Dei ad hanc inſulam Britanniæ. Quæ ſecuta exemplum illius Euangelici junioriis filii qui primo repugnans jubenti patri, poſtea vero pœnitentia ductus acrius perſtitit in excolendis fructibus vineæ Patris ſui; eo cœpit devotius in ſuſcepta religione proficere, quo ſe vidit ad fidem Chriſti tardius veniſſe.

fides pro. mulgata per orbem

ſerius in Britannia,

6 Cœpit jam hinc Chriſti propitia bonitas in tribulis dulces ficus procreare, in rubo decoras uvas multiplicare, & novellæ gentis ſuæ ſtirpem Sanctorum filiorum prole fœcundare. Ergo inter cetera, rudi Britanniæ divinitus tunc collata luminaria, ad depellendas veterum errorum tenebras clarius à Deo accenſa, effulſit hic beatus puer Joannes, velut matutina ſtella: qui ab ipſo nominis initio in Chriſti initiatus gratia, glorioſus Dei

ubi inter Sanctos effulſit Ioannes,

B miles finetenus in Chriſti perſtitit militia. Subdu-

a xit primo manum ferulæ *a* Theodori Archipræſulis Cantiæ, cujus doctrinis ac cura erat inſtitutus: à ſummo Doctore ſummum conſcendit apicem philoſophiæ. Hujus excellentiæ evocatus gratia in monaſterio Streveshalenſi aliquantis detinetur diebus ab Elfleda Abbatiſſa. Sed clemens Deus tantum lumen non paſſus diu modico includi locello, eductum de modii latibulo impoſuit candelabro, ut omnibus luceret ingredientibus in ſua domo.

ſub S. Theodoro

apud S. Elfledam degit,

excellit in prædicatione

7 Exiens ergo inde, fraterna commonitus caritate, rudibus adhuc Anglorum populis verbum Dei cœpit euangelizare. Divina autem affatim præditus largitione, facundus rhetor erat in verborum digna effuſione: præbebat etiam ſancta vita competentem favorem aſſiduæ prædicationi, cum à ſemita auditæ inſtitutionis nuſquam diverteret exhibitum exemplum in ſe converſationis. Comitabatur præterea virtus Dei virtutem verbi ſui, & ſanabantur per eum quique infirmi, ut & in hoc fideli ſervo ſuo promiſſio firmaretur Chriſti, Signa, inquit, quæ ego facio & vos facietis, & majora horum facietis. Tanta autem ditatus gratia Divinitatis, acceptum talentum Domini ſui vario multiplicat fœnore, ut in gaudium Domini ſui læta intraret vocatione.

& ſanctitate vitæ:

Joan. 14. 12

C

inter diſcipulos inſtruxit S. Bedã:

8 Litterarum enim affluenti imbutus copia, in docendis diſcipulis ſuis ſolerti inſtabat vigilantia; inter quos Bedam, qui inter Doctores Eccleſiæ clarus habetur, caro effectu pro capacitatis ſuæ vigore amplectebatur; quem ſecutus induſtrius tirunculus, à tanto pædagogo affluenter imbutus, & in exponendis Euangeliis, & in hiſtoricis rebus digerendis magnus enituit; & deſcriptis temporum & Computi rationibus ſubtiliſſimis, inditam Britannicæ gentis hebitudinem purgavit, ſcriptorumque ſuorum dignitatem Romanæ Sedis acquiſita auctoritate nobilitavit; quodque his majus eſt, ſervata innocentia vitæ, Deo fideliter ſtuduit finetenus placere: ut cum ſancto ſanctus eſſet, & cum electo Magiſtro ſuo Sanctiſſimo Joanne in electione diſcipulatus Chriſti permaneret. Succedente etiam tempore, quem à primis ſacrorum graduum ordinibus Deo mancipaverat, Sacerdotii dignitate hunc Bedam, cum aliis quibuſdam ſuæ inſtitutionis viris, dignos Deo adjutores promovit; ut tanto tenacius Chriſto viti ſuæ adhærerent, quanto ſtrictius complexi palmites ejus eſſent. Verum quia horum aliquorum memoria reliquæ vitæ, ex neceſſitate rerum convenientium, fuit inſerenda, redeamus nunc ad acceptæ narrationis geſta evolvenda *c*.

& ad Sacerdotium promovit:

EX MSS.

c

9 Regnante inclito Anglorum Rege *d* Aldfrido, excedente humanis rebus felicis vitæ *e* Eara Epiſcopo, cunctorum votis poſcentibus, maxime vero nutu Dei agente, hic dilectus Dei in ejus ſucceſſit Epiſcopatu: unctuſque in Chriſtum Domini, opera auxit pietatis & fidei, competentia utique tanto ordini & divinæ dignitati, quæ licet omnia enarrare nequeamus pro numero ſui, ſaltem ad aliqua explicanda accingamur, ad honorem & gloriam Domini, quæ utique veridicis tradita agnovimus teſtibus, & potiſſimum à *f* Beato Brithtuno: qui primo ejus erat Diaconus, & poſtea ejus dono & conſecratione monaſterio ab eo tunditus conſtructo, quod Beverley dicitur, Abbas præfuit digniſſimus.

d

e

ordinatus Epiſcopus Hagulſtadenſis.

f

10 Dedicaverat idem dilectus Deo Præſul eccleſiam in honorem Beati Michaelis Archangeli, in villula dicta Carnesboc, non longe à defluente amne Tynæ fluvii *g*. Hic frequenter, & maxime Quadrageſimali tempore, quod à populari frequentia locus remotior erat, in jejuniis & orationibus & eleemoſynarum largitionibus intentus Sanctus Joannes manebat; ubi cum quodam tempore turbam pauperum, ſolito ſuo more conſolandam, juſſiſſet introduci; convenit inter eos quidam miſerabilis formæ vir. Nam & mutus erat à nativitate, & adeo *h* obſcœnus lurida capitis fœditate, ut præoccupato à tinea toto circulo capitis, pro pilis horrebat raris & hirſutis quaſi porcorum ſetis; quem ſanctus Epiſcopus bene noverat, quia ad eleemoſynam ſuam inter alios pauperes eum frequenter viderat. Tandem ergo dilectam Deo animam talis facies miſeriæ altius pungens, clementius tetigit; injectaque manu, ut erat benigniſſimus, mento pauperem comprehendit, *i* benexit, & in Dei nomine ut loqueretur præcepit. Præcedit Epiſcopus litteras quaſdam & verba dicendo; ille qui mutus erat, ſoluto linguæ officio, ſubſequitur eadem ex ore Epiſcopi loquendo. Tandem poſt verba paulatim invadit orationis ſententias, prout Præſulis exigebat ſanctitas. Fugatur etiam ab illo omnis illa horrida capitis contagio, veſtiturque capillorum ornatu criſpo & nigro; ſicque conſolatis reliquis pauperibus ſimplici alimonia, ille per Sancti Joannis merita redit ditatus multiplici miſerationum Dei copia *k*.

in eccleſia S. Michaelis quadrageſimam peragit.

g

E

infirmos curat.

h

ſcabioſo muto loquelam dat

i

& ſanitatem

F

k

11 Poſt hæc ergo B. Wilfridus Epiſcopus, qui longo tempore ab Epiſcopatu ſuo ejectus fuit, à Romano Concilio & à Domino Papa Agathone Epiſtola accepta in patriam revenit, & Epiſcopatum Hagulſtadenſis eccleſiæ cum Synodali Concilio recepit, & Sanctus Joannes in Eboraco civitate Epiſcopatum accepit, & annis triginta tribus nobiliter tenuit.

fit Archiep. Eboracen.

12 Alio quoque tempore, cum iter faceret Sanctus Dei, pervenit ad vicum qui *l* Yatadini dicitur, ubi tunc erat Monaſterium ancillarum Chriſti, quibus præerat Hereburgis dicta Abbatiſſa, mulier fide plena, & tunc ob adventum viri Dei cum filiabus ſuis in Chriſto valde jucundata. Refert ergo illico pia Mater cum luctu, conquerens ſancto Præſuli, *m* conſororem quamdam magna corporis ægritudine deprimi, nec aliquam ſpem vitæ ejus haberi. Precatur ſuppliciter ut eam dignaretur viſitare: dicitque ſe in Dei pietate & ejus meritis multum confidere, quod ei melius proveniret ex impoſitione manus ſuæ. Requirit beatus Pontifex

l

m

brachium ob ſectam Lunæ venam intumeſcens

ex MSS. causam morbi, discitque ab Abbatissa illam in quarta luna sanguinem minuisse; turbatoque corporis statu, brachium ejus miserabiliter intumuisse. Protestatur hoc comperto esse factum imprudentius, memoratque se à B. Theodoro Archiepiscopo magistro suo audisse, cum puer esset & ejus discipulus, periculosissimam esse in quarta luna imminutionem sanguinis, & non oportere hujusmodi curationes exercere in teneriori crescentis lunæ ætate, vel recenter erumpente fluentis pelagi rheumate. Victus tandem lacrymis atque precibus mœrentis Abbatissæ & consororum, infirmantis feminæ intrat cubiculum: visoque nimio tumore brachii, signum opponit Crucis, prælibatque Deo intensius thura puræ orationis, consolatusque jacentem egreditur è domo. Sed cum languente femina efficax permanet benedictio, & omnis illa cum recedente Episcopo recedit inflatio. Vix Sanctus confederat ad cibum, & Capuburgis (sic enim vocabatur) ad ejus Diaconum Brithtunum, suum mittit nuntium, petens ut illi suum præstaret colloquium. Petita ille Episcopi benedictione cum iret, illam jam sanam obviam habet, discitque medelam curationis provenisse sibi per orationem Pontificis. Post hæc vixit sana
B longo tempore, jucunda frequentans relatione curationem sibi à beato Præsule impensam.

signo Crucis sanat:

13 Invitatus quoque hic Deo electus Pontifex ad
n dedicandam ecclesiam *n* villæ, quæ australis Burton dicitur, officii sui non instrenuus executor, accessit & dedicavit: perfectisque ut mos est omnibus, ad propria redire voluit. Is vero, cujus villa erat, qui eum invitaverat, precibus humillimis cum suis instat ut domum ejus intrare, & ex ejus obsequio prandium digneretur suscipere. Cui cum Sanctus Dei Joannes diceret, magis Episcopum decere ad monasterium redire, & Deo in suis pauperibus servire, quam per domos divitum convivari; promissis sub hac gratia eleemosynis pluribus, & maxime à B. Brithtuno idem pollicente persuasus, assensum tandem præbuit poscentibus.

& dedicata ecclesia in Burton.

14 Mater familias autem uxor ejus qui eum invitaverat, gravi corporis invaletudine distinebatur, ita ut plus tribus septimanis lecto decumbens periclitaretur. Quo comperto vir Dei, verus medicus animarum & corporum, de aquis ad dedicandam ecclesiam consecratis jussit eam potari; & ubi morbi dolor acrius urgebat, ex eadem aqua rigari. Quo facto omnis morbus subito fugatur, & illa in novum sanitatis vigorem reparatur. Surgit mulier con-
C tinuo, parat se ornatu suo, ingredienſque petit benedictionem, & convivantibus læta exhibet servitutem, tantamque valetudinem sibi collatam cunctis innotuit, ut pio Præsuli secumque sedentibus in potu fidelis pincerna serviens, nec semel ut quiesceret recederet. Videte quæso in Beato Joanne hic impletum, quod Christus promisit suis: Opera quæ ego facio & vos facietis. Ille Dominus noster domum intravit, socrum Petri febricitantem invenit, febres depulit, illamque sibi ministrare præcepit. Uterque unum & simile faciunt opus; sed ibi absque servo Dominus; hic vero per Dominum & cum Domino fidelis & prudens servus.

clinicam & qua benedicta

15 Clarificat item Dominus in simili opere Joannem servum suum, cum per quemdam divitem,
o *o* Adam nomine, invitatur ad consecrandum ecclesiæ opus novum. Erat huic diviti quidam suorum, valde carus illi & utilis: qui ex incumbente morbo ad id pervenerat, ut juxta decumbentem in lecto feretrum corpori aptaretur, sudaria pararentur, & quæ funeri congruerent in præsentia languentis ad manum essent. Hic invitatur iterum ille homo Dei noster medicus, qui pressuris gravibus antidotis occurreret validioribus: visisque ex
D more funereis apparatibus, magnus orator totus intro fertur ad cælestia, & rogata obtinuit. Ad præceptum mox conversus, velociter eum sanari & surgere jussit, moxque recessit. Ille fugato morbo redditus vitæ, paululum hæsit stupens, utrum esset idem ipse. Caro ad vitam reparata cœpit exigere vitalia; mittit ad prandentem Dominum, petitque, ut aliquid sibi mittat ad bibendum. Exultant omnes, quod is petit bibere, de cujus paulo ante solicitabantur funere. Porrigit illico inclitus Præsul calicem vini, jubetque sitibundam sitim ex eo refocillare. Quo hausto ille acceptis indumentis vestitur, ad convivantes ingreditur, & quia jam diu non manducaverat esurire se fatetur, & escam postulat. Lætari solenniter videres omnes convivas pro consocio reddito vitæ, venerari sanctum Dei virum mundo tanta clarificatum sanctitate, laudantes Dominum procul dubio, qui talia in suo Joanne favore operatur propitio.

in alia dedicatione moribundum.

ANNOTATA.

a *Colitur* S. Theodorus 19 *Septembris. Is Romæ consecratus venit Cantuariam anno 669, mortuus an. 690.* E
Thomas Stubs asserit ab eo, ob excellentem in Scripturis ingenii vivacitatem, Joannem, id est Gratiam Dei, appellatum. *De eo plura infra num. 15 referuntur.*

b *Vitam* S. Elfledæ *illustravimus ad diem 8 Februarii, ubi num. 60 hæc S. Ioannis ibi residentia ex Thoma Stubs adducitur, Beda lib. 4 cap. 23 asserit*, ex hoc monasterio Streneshalensi prodiisse quinque Episcopos, & hos omnes singularis meriti & sanctitatis viros: *inter quos numeratur* Joannes.

c *Hic interponebatur iste titulus*: Qualiter S. Joannes electus est in Archiepiscopum Eboracensis ecclesiæ. *Verum quæ sub initio referuntur, pertinent ad ejus Episcopatum Hagulstadensem: & ejus Episcopatus Eboracensis erat perperam infra num. 14 insertus, & inde hic sub finem relatus.*

d *Hic est* Alfridus nothus *seu* junior, *à seniore Alfrido fratre apud Malmesburiensem & alios non distinctus, qui successit Egfrido fratri, anno 684 circa Pentecosten occiso. Consule Ricardum Priorem Hagustaldensem cap. 10.*

e S. Eata, *teste eodem Ricardo, mortuus est anno 685, inscriptus Fastis Anglicanis ad diem 26 Octobris.*

f *Beda lib. 5 cap. 2 sequentia habet, quæ, inquit*, dicere solet vir reverendissimus & veracissimus Berhthun, Diaconus quondam ejus, nunc autem Abbas monasterii, quod vocatur Indera-vuda, id est insula Deirorum. *Pro his in Vita à Mabillone edita legitur*: Nunc autem Abbas monasterii, quod Beverlick dicitur. *In Monastici Anglicani tomo 1 pag. 170 dicitur* obiisse Brithunus primus Abbas Beverlacensis Idibus Maji anno Domini 733 & sepultus juxta S. Joannem. *Hujus Vitam illustramus 15 Maji.* F

g *Addit Beda*, non longe ab Hagulstadensi ecclesia, id est unius ferme milliarii & dimidii spatio. *Videtur à Thoma Stubs* Arneshange *dici, id est* Mons aquilæ.

h *Beda*: Scabiem tantum & furfures habebat in capite, ut nihil unquam capillorum ei in superiore parte capitis nasci valeret: tantum in circuitu horridi crines stare videbantur.

i *Beda*. Signum sanctæ Crucis linguæ impressit. *ubi & reliqua accuratius profert.*

k *Hæc ad num. 25 perperam translata culpa amanuensium, reposuimus, uti & habet Vita apud Mabillonem. Ricardus* anno uno *solum & forte non integro Hagulstadensi ecclesiæ præfuisse asserit. Factus ergo esset Archiepiscopus Eboracensis anno 686. Scilicet, ut Beda ait lib. 5 cap. 5.* Cum Wilfridus in Episcopatum esset Hagulstaden-

A gulſtadenſis eccleſiæ receptus, eſt idem Joannes defuncto Boſa Epiſcopus pro eo Eboraci conſtitutus. *Vitam* B. Boſæ *dedimus* IX *Martii, quando eum dicto anno 686 obiiſſe diximus. Vitam* S. Wilfridi *illuſtravimus ad diem* 24 *Aprilis.*

l Yatadim, *Bedæ* Vetadum *aut* Wetadum *in Vita apud Mabillonem* Humedatum.

m *Bedæ dicitur*, filia carnalis Abbatiſſæ.

n *Bedæ cap.* 4 villa à monaſterio Beverlaco duorũ fere millium ſpatio ſeparata. *Eidem* Comes Puch *dictus, cujus* filia Yolfrida, monialis facta apud Beverlic, obiit 3 Idus Martii anno Domini 742; cujus oſſa ſepulta ſunt Beverlaci. Puch cum filia dedit manerium de Valkingione. *Ita Vita S. Ioannis in Monaſtico Anglicano.*

o *Bedæ cap.* 5 Addi *dicitur, ubi eadem narrantur.*

CAPUT II.

Alia miracula ante & poſt obitum. Tempus Sedis & mortis.

B *Poſt Synodum* 16 MAgnificavit Dominus illum in conſpectu Regum, & in conventu Principum oſtendit illius gloriam & meritum. Regali edicto conveniunt Primates regni: convenit etiam cum aliis & hic vir a Dei. Adfuit quoque & ipſe *a* Oſredus Rex, vir religionis & fidei: & communi tractatu fidelium ordinationes ibi conſtituunt multarum rerum utilium. Nam & injuriæ ibi corriguntur, leges Dei ſanciuntur, pacis æquitas firmatur, res eccleſiarum & monaſteriorum Regis munimine corroborantur. Quibus feliciter ſtatutis, Dominus Archiepiſcopus, Dei gratia & nomine & officio Joannes, *Regem Oſredum excipit convivio.* Regem cum ſuis ad menſam ſuam invitat: qui gratifice obedit, ut decebat, comitatuſque Proceribus ſuis diſcumbens ad nutum aſſedit Pontificis, utiturque cum carnalibus epulis cæleſtium monitis. Quibus cunctis affluenter refectis, audite quæſo cordibus intentis, audite & hic operationem Dominicam, videte & hic aſſertionem Euangelicam: Opera quæ ego facio & vos facietis. Implete, ait S. Joannes pincernis ſuis, implete tres hydrias, unam vino, aliam mulſo, tertiam ceruſia.

ibi tres hydriæ ab eo benedictæ C 17 Quibus impletis uſque ad ſummum, Joannes, qui & gratia Dei, extenſa manu benedixit & propinari præcepit. Hauriunt pincernæ creſcentia hydriarum fluenta fœcundis calicibus, & per lætos convivas propinando redeunt frequentius: hauriunt in exhauſte, nihilque in hydriis apparet toties hauſiſſe; nam *manent inexhauſtæ.* ſemper redundant ad ſummum uſque. Potantes ipſi ſtupent renovato nectare, quodque bibunt mirantur creſcere, & placita dulcedine & mirabili cæleſti exundatione. In hujus potus creſcenti valentia recolite nuptias in Cana Galileæ: nam ibi Architriclinus vinum bonum eſſe pronuntiat. In exundatione autem hydriarum trium, mementote Dominici convivii, quo quinque millia hominum & eo amplius ſatiavit, & conſiderate in veſtris cordibus, quid per Joannem ſuum operatur Dominus ſuus. Legitur ibi quia viſo ſigno vini crediderunt in Jeſum ſui diſcipuli: hic quoque Rex Oſredus Principeſque ſui experti ſunt, viſo hoc ſigno, eſſe in Joanne ſuo gratiam Dei: veneratuſque Dei hominem, vocat ad ſe ejus pincernam, Brithdredum nomine; lætuſque regia jucunditate; Optime, inquit profeciſti in ſervitute tua: nam & optimo potu & mirabili à Domino tuo refecti ſumus affluenter, ſanctitateque Sancti lætificati quam vidimus, diſcedere nunc habemus cum ejus gratia.

18 Audite, quæſo, adhuc Dominum in exemplo ſui mirificantem Joannem ſuum, exhibentemque novum ſanctitatis ejus indicium, Si quando in Metropoli Eboraco, Archiepiſcopatus ſcilicet ſui Sede, eum contigiſſet morari, amplectebatur valde Baſilicam Sancti Michaelis Archangeli, ibique excubias celebrabat ſoliti operis ſui: contigua enim erat manſioni ſuæ. Unde accidit quadam vice ut eo latenter agente inibi illas orationes ſuas, viſibiliter cernendam ſe in ſpecie candentis columbæ illi præberet Spiritus ſancti majeſtas, flammeo ſplendore coruſca, ſupra caput orantis Epiſcopi Sedis ſuæ gloriam [ponere] dignata. Deus æterne & benigniſſime, de quam mundo corde proceſſerunt orationes illæ, quæ ſancti Spiritus præſentiam obtinuere: illam inquam, eamdem, quæ in Jeſu filio Dei baptizato apparuit in Jordane! Quam placitæ aſcenderunt in conſpectum Divinitatis, fidelibus etiam perlatæ internuntiis, quæ tantum referunt effectum virtutis! Irradiat ergo per quæque foramina & feneſtras baſilicæ illa immenſa claritas majeſtatis incluſæ, acſi relicto æthere ſol illuc commigraſſet, ſplendoremque ſuum in ejus loci anguſtias incluſiſſet. Utque rei veritatem digna proſequamur laudum novitate, vere includebatur ibi ſol juſtitiæ Deus, in ſuo incluſus Joanne, illuminans eum gratia Spiritus ſancti, nec eum ullo errore permittens obtenebrari.

ex MSS. apparentem ſupra orantem columbæ ſpeciem

& locum mirabiliter illuſtra um E

19 Cuncti hoc videntes ſtupent, ut de re inſolita, miranturque quæ eſſe poſſint illa luminaria, unde tot lucis radii tanto lucerent ſplendore tantaque emicarent claritate. Acceſſit tandem *b* Sigga b ejus Diaconus, peſſuloque ſoluto aperit oſtium, participatque gloriam viſionis. Videt Sanctum Pontificem, intentis in cælum luminibus erectiſque manibus, in conſpectu Dei effundentem ſicut aquam animam ſuam, & in ejus capite columbam ſuper nivem candidam. Cujus viſo candenti ſplendore Diaconus velut decoctus, facie contracta in rugas, tota cute pœnas excepit temeritatis illatæ. Senſit Sanctus Dei Diaconum participem viſionis: & quamvis irritatus, habitum tamen non exuit manſuetæ intentionis. Acitum ergo ad ſe tactu emaculat dexteræ, compoſitaque in priſtinum decorem facie obſecrat, proteſtatur, adjurat, ne quoad ipſe in hac vita viveret viſionem illam alicui mortalium detegeret. Audiſtis Dominum Jeſum, poſt gloriam divinitatis ſuæ oſtenſam in monte Petro Jacobo & Joanni, deſcendentibus illis commendantem taciturnitatem, donec filius hominis reſurrectione ſua mortem calcaret, & vitam mortuis repararet. Videtis & hic Joannem imitatorem Domini ſui, teſtem divinæ glorificationis ſuæ quaſi mercede conducere, precibus alligare, ut viſa conticeret, donec hoc mortale exueret & beatæ immortalitatis gloriam indueret. Dubitandum ergo non eſt, quin hic Sanctus Dei magnæ puritatis fuerit in conſpectu Dei in cælis, qui tantæ claritatis compos factus ſit coram hominibus in terris.

curioſe obſervans Diaconus punitur

F *& ſanatus tacere rem jubetur.*

20 Habuit etiam & alium teſtem ſignorum, quæ per eum propitia geſſit Divinitas; *c* Herebaldum ſcilicet Tenemuthenenſis cœnobii, qui ejus diſcipulus à puero & doctrina erat imbutus, comeſque commanens individuus. Teſtabatur hic ſæpius, ſe bene etiam per ſeipſum comperiſſe, hunc S. Joannem vere eſſe ſanctiſſimæ vitæ; qui inter alia multis infirmis præſtita beneficia, ipſum de morte reduxerit, & ſubitæ ſoſpitati condonaverit. Dicebat ſemel contigiſſe conviantem cum ſuis hunc carum Dei hominem devenire in planioris viæ grata ſpatia, cujus jucunda planitie delectati juvenes, militari conſuetudine precantur hunc Dominum ſuum, ut liceat eis equos ſuos

c *Herebaldus diſcipulus*

ex MSS. in eodem probare inoffenſo] campi æquore. Quod cum primo vir Dei pro levitate ducens, denegaret; tandem petendo inſtantibus, Agite, inquit, ad libitum: Herebaldus vero maneat mecum. Quod ille audiens juvenili cœpit triſtari levitate, quia recenter datum ab Epiſcopo equum, cui inſedebat, volebat probare.

à labente e. quo excuſſus in ſaxum

21 Tandem ergo cum laxis frænis omnis campus diſcurrentibus perſtreperet; Herebaldus, ac ſi invitus & quaſi incitatum equum retinere non poſſet, reclamante Epiſcopo evolat, volucremque cornipedem laxioribus frænis ad curſum concitat. Teſtari ſolebat idem Herebaldus, ſe tunc audiſſe ab Epiſcopo poſt tergum clamante: Male, inquit, agis diſcedens à me, & hoc modo cognoſces. Vix finita comminatione viri Sancti equus labitur Herebaldi: excuſſuſque Herebaldus ſuper ingens ſaxum, ruina decidit præcipiti, capite confringitur, interioribus diſcinditur, debiliſque manu & pollice redditur. Turbati omnes eo concurrunt, relictis equis ad terram proſiliunt: ſed is qui colliditur magis videtur abſque ſenſu quam ſapere, magis putatur mori quam vivere. Tenditur ſuper moribundum papilio, & ejus cauſa per ſpatioſum æquor cujuſque frequentatur obumbratio. Dolent omnes cucurriſſe, B ſed nesciebant quid de curſu providiſſet Deus ipſe.

& moribũdus à Sancto ſanatur:

22 Sanctus autem Dei de ruina mœret ſpecialiter dilecti diſcipuli, compoſitiſque ſaccis in tentorio inſomnem noctem ducit, propitiumque Dominum inobedienti ſuo propitiari precibus & lacrymis convenit. Et valde mane ad debilitatum earum ingreditur: primum oratur, & deinde dulci affectu ex nomine compellatur Herebaldus. Et mirum in modum, cum à præcedentis diei hora ſeptima uſque ad illud mane quaſi exanimis jacuerit, à Sancto Dei vocatus, quaſi de gravi ſomno excitatus, oculos aperit, & in virum Dei intendit. Interrogat pius Doctor utrum agnoſcat colloquentem ſibi, moxque reſpondet ægrotus voce lacrymabili: Tu es, inquit, Joannes Epiſcopus dilectiſſimus Dominus meus. Et ipſe, Putaſne, inquit, ex inſtanti periculo eum vita poſſe evadere. Scio & credo, inquit ille, ſi per preces tuas hoc mihi Deus annuerit. Quid plura? Imponit præſul Dei manus confracto capiti, ſacratas aquas debilitato irrorat corpori; Deum invocans cernuus illi inſpirat, deinde Cruce ſignat, & ſubitam medelam Deus præſtat. Hoc ſæpius idem ipſe referebat poſtea longo vivens tempore: maturioreque ætate, factus eſt Abbas vigilantiſſimus eo in C loco, ubi pelagus influit Tina fluvius; unde & Tinemuta idem dicitur.

reduci à balneo adſervatum vinum,

23 Referebat etiam venerabilis vitæ Abbas ille, cujus ſupra meminimus, quod quadam vice hic Sanctus Dei Joannes Beverlacenſe monaſterium adierit, duabus cauſis poſcentibus; ut ſcilicet gregem Dei inibi commorantem in obſequio Dei commoneſaceret ſalutis ſuæ, & ut in temporalis ſubſtantiæ adminiſtratione nihil illis abeſſet, quo minus divinis intenderent. Ibi cunctis manifeſtum dedit prompta Dei largitio, quantæ integritatis præconio apud ſe exſtiterit hic ſuus magnus ſervus. Paraverat idem venerabilis Abbas balneum jam defeſſo ex inſtanti ſenio præſuli. Quo poſt longius protractas ex more ſuo pſalmodiarum & orationum celebrationes abluto, poſtulat Abbas ut cellarium ingrediatur, & quæ Deus ibi in uſus ſervorum ſuorum præſtiterat, benedicere dignaretur. Quibus ad votum Abbatis impletis feſſus ſenex conſedit; quem Abbas humiliter conſulit, utrum poſt balneum aliquantulum vini deguſtare velit. At ille placido vultu dicit ſibi placere, ſi ad manum poſſit ſibi venire. Detulerat autem pridie quidam mercator à civitate eidem Abbati flaſconem vini: quem lætus ſuſcipiens, in D cellario reponi juſſerat ad opus ejuſdem ſanctiſſimi viri.

fracta lagena conſiſtit ineffuſum

24 Accerſitur Brithredus pincerna, jubeturque ut vinum propinet Epiſcopo in vitrea phiala. Qui dum feſtinus paret jubenti, properantius agens ex affectu obſequii, incautius reliquit dependentem in pariete prædictum flaſconem vini: qui ex alto corruens per medium rumpitur, ita ut in duas partes divideretur. Sed quia is, cui potus ille ſervabatur, vas electæ integritatis Deo erat, nil mirum quod ipſe Deus potum illum in partibus vaſis diviſis conſervaret. Nam hinc inde ſemota pars à parte ſtabat, vinumque in ſe quaſi congelatum liquorem vel ſolidam cryſtallum continebat. A cujus ruentis ſonitu permotus idem pincerna Brithredus currit intro, invenitque quod ibi actum erat divinitus. Sed quia hujus rei relationem ingratam ſciebat ei cujus agebatur meritis, acceſſitum quemdam Fratrem, Plechelmum nomine, introducit ad viſionem rei inſuetæ & mirabilis, ut teſtimonium haberet in tempore relationis. Suſcipiunt ergo illud in alio vaſe, gratias agentes Deo, qui talia operatur in S. Joanne complacito vaſe inhabitationis ſuæ.

ejuſdem alia miracula.

25 Multa quidem & alia ſigna per eumdem Dominus operatus eſt. Quotquot enim veſtimentem ejus cum fide tangebant, omnium infirmitatum ſuarum celerem ſibi ſanitatem adveniſſe gaudebant *d.* 1 Dum autem quadam die ad Sanctum Joannem Epiſcopum multa conveniret turba, ut ſacri Chriſmatis unctionem acciperet, quemdam juvenem mortuum inter alios ſacri Chriſmatis unctione linivit, & ſic de morte ad vitam reduxit. Similiter & dæmonem ab homine quodam expulit; inſanos etiam & infirmos ſemper ſanavit, ubicumque eos invenit; ſed & tempeſtatum habebat poteſtatem per ſancti Spiritus vigorem.

Laudatur Ioannes à ſui magiſtri S. Theodori

26 Nec mirum ſi gratioſus apud Dominum & homines hic electus Dei Joannes exſtiterit, utpote qui à magiſtro & doctore clariſſimo & inter Theologos facundiſſimo ſufficienter edoctus ſit, Theodoro ſcilicet Cantuarienſi Archiepiſcopo, de quo Sanctus Beda refert in Eccleſiaſtica Anglorum hiſtoria: Erat, inquit, tempore Ceddæ Epiſcopi Romæ quidam monachus, nomine Theodorus, natus Tharſi in Cilicia, vir & ſeculari & divina litteratura Græce, & Latine, & Hebraice ſufficienter inſtructus, probus moribus, & ætate venerandus, qui ordinatus à Vitaliano Papa Britanniam miſſus F eſt, & venit ad eccleſiam ſuam Cantuariæ, ſecundo poſtquam conſecratus eſt anno. Hic etiam Theodorus in ſuam ſuſcepit diſciplinam quam plures de regione Britannica, inter quos quemdam habebat magnæ ſanctitatis diſcipulum, nomine Joannem, quem poſtmodum vidimus Archipræſulem metropoliticæ eccleſiæ B. Petri Eboracenſis tempore Alfridi regis ordinatum, quem Dominus Jeſus Chriſtus tantum dilexit, ut ei in columbina ſpecie Spiritum ſanctum divina celebranti tranſmiſerit. Fuit autem Theodorus in Archiepiſcopatu Cantuarienſi per annos viginti & unum, menſes tres, dies viginti & ſex, & ſic migravit ad Chriſtum. Joannes vero *& diſcipulorum ſanctitas.* multos quoque Diaconatus ordine & Presbyterii ſanctificavit honore, de quorum collegio Sanctus extitit Beda, qui multa Apoſtolicæ fidei ſcripſit utilia. Ipſe etiam Joannes habebat quemdam magnæ ſanctitatis Diaconum, nomine Brithianum, quem in monaſterio ſuo, quod Beverley dicitur, Abbatem ſanctimonialis vitæ conſtituit. Idem vero Joannes Epiſcopus omnes ad ſe venientes ad viam veritatis convertit, & pro grege ſibi commiſſo & omni populo Chriſtiano jugiter & ſine intermiſſione oravit.

27 Manſit

A 27 Manſit autem in Epiſcopatu hic Chriſti athleta Joannes *e* triginta tribus annis, octo menſibus, & tredecim diebus, & poſtea cum jam Epiſcopatum præ majore ſenectute circuire non poſſet, ſuo Sacerdote *f* Wilfrido cum totius populi electione Pontificatum commiſit Eboracenſem, & ipſe cum conſilio S. Brithuni Abbatis ſui Beverlacum petiit *g*, & ibi diu in Dei ſervitute perſiſtens, Nonis Maji vitam feliciter finivit: & ſic ad cæleſtia regna conſcendens, ſepultus eſt in porticu S. Joannis Euangeliſtæ, in monaſterio ſuo, anno ab Incarnatione Domini ſeptingenteſimo viceſimo primo. In eodem autem loco ubi ſepultus eſt, per ejus merita infirmi ſanantur, dæmones effugantur, cæci illuminantur, ſurdis aures reſerantur, mutis verba reparantur, claudis veſtigia condonantur, cuncta genera dolorum effugantur, ejuſque interventu crimina noſtra delentur, & gaudia cælica conceduntur, præſtante illo, cui cuncta famulantur *h*.

Relicto Epiſcopatu, Beverlaci obiit an. 721

28 Dominus & ſalvator noſter Jeſus Chriſtus multa miracula per dilectum ſuum Joannem operatus eſt. Quorum primum hoc eſt: accidit quodam tempore, ut quidam ardore febrium oppreſſus ad ſanctum ipſius ſepulcrum pervenerit, ac ſenſu alienatus, dum ibi diu devolveretur, tandem ſpiritus malignus ab ipſo fugatus eſt. Qui & integræ ſanitati per S. Joannis merita reſtitutus, aſſumpto baculo ſuo, ad propriam domum petrexit: atque ipſum poſtea numquam eædem infirmitates invaſerunt.

Sanantur energumenus febricitans

B

29 In quodam poſtea tempore Abbas Brithunus invitavit Abbatem *i* de Swina in anniverſario die S. Joannis ad Beverley, habentem ſecum illuc quemdam Presbyterum, nomine Druchwald, qui & tanta infirmitate detinebatur, ut vix illuc ire poterat. Item poſtea cum Abbas de Swina domum redire propoſuit, rogatu ſuo Brithunus Abbas ipſum infirmum Presbyterum, donec incolumis fieret, in cuſtodia recepit, & maxime propter invocationem nominis S. Joannis atque amorem. Cum quo & ipſe Abbas de Swina quemdam Diaconum ſuum, qui vocabatur Adde, quatenus procuraretur attentius, reliquerat: cui enimvero Abbas Brithunus Wlverd Presbyterum addiderat, ut ipſe infirmanti Presbytero omnia ei procurando neceſſaria famularetur. Tunc autem qui infirmabatur Sacerdos rogabat ipſum Brithunum Abbatem, ut corpus ſuum ſi obiſſet ibi in cœmeterio illo ſepeliri permitteret: quia ipſe Sanctus Epiſcopus, inquit, ſe antea ad Sacerdotalem pro moveratgradum. Quod poſtquam impetraverat, eidem ipſe Presbyter gratias prece ſupplici atque devota perſolvit.

i *& Sacerdos à S. Ioanne ordinatus*

C

30 Inſequenti vero nocte in tantum aggravabatur infirmitate, quod eam vivus minime putabatur poſſe tranſire. Mane autem facto ipſe Abbas venit ad ipſum, dicens ei: Credo cito melius te fore futurum, ſi allatus fuiſſes ad monaſterium, in quo ſunt multæ reliquiæ ſanctorum Martyrum. Hoc idem quoque [ait] ſe credere ipſum: & conteſtans continuo, poſt horam tertiam allatus eſt in ipſum monaſteriurn, ipſi etiam Deo grates referens, quia in ipſum vivus meruit introire. Et cum intentius ante altare S. Joannis Euangeliſtæ oraſſet, inde ad ſepulcrum ipſe progreſſus eſt, ſupplici eum prece depoſcens, quatenus ſibi in infirmitate ſua erga ſuum medicum dignaretur auxiliari. Ac ſæpius gratia impetrandi commemorata, quam erga Deum habebat, inde progrediens monaſterium S. Martini, quod in ſe continebat multas quoque Sanctorum Martyrum reliquias, ingreſſus eſt. Quarum igitur impreſſione ut ſignum Sanctæ Crucis fronti ſuæ intentum eſt, ac eo regreſſo ad tumulum ſancti Confeſſoris, continuo ab ipſa infirmitate qua detinebatur curatus eſt: & poſtea ſanus & incolumis domum rediens, hoc ipſum miraculum, quod in ſe factum fuerat cum ingenti lætitia ſæpe & multum ſolebat referre. EX MSS.

gravissimo morbo detentus,

31 Quodam etiam tempore contigit quamdam Sanctimonialem de Eſech, cujus manus contractæ erant, membraque univerſa invaletudine detinebantur, ad Sancti Confeſſoris tumulum deveniſſe, ac ſui univerſi languoris ſine mora curationem inibi recepiſſe, per interceſſionem ipſius Sancti Confeſſoris. Sanitate igitur recepta, ipſa multis hominibus in eodem die quo curata eſt propinando miniſtravit: & in ea poſtea ſanitate multis vixerat annis. Et hæc per interceſſionem hujus Sancti Confeſſoris fiebant, ad laudem & honorem Creatoris noſtri Jeſu Chriſti, qui vivit & regnat Deus per omnia ſecula ſeculorum.

ſanctimonialis contracta.

ANNOTATA.

a Oſredus *regnavit ab anno* 705 *uſque ad annum* 716, *quo belli infortunio interemptus eſt.*

b S. Sigga, Diaconus S. Joannis, *dicitur in Monaſtico Anglicano.*

c *Beda hæc refert cap* 6 *&* Herebaldus, *inquit*, tunc in Clero illius converſatus, nunc in monaſterio, quod eſt juxta oſtium Tini fluminis, Abbatis jure præeſt, *uti hic ſub finem dicitur.* E

d *Hic interponebatur laus diſcipulorum quam transferimus ad finem numeri ſequ. & electio ad Eboracenſem Archiepiſcopatum, quam dedimus ſuo loco num.* 11.

e *In Epiſcopatu utroque, ſive ab ordinatione in Epiſcopum.*

f *Hic eſt* S. Wilfridus *junior, cujus Vitam dedimus* 27 *Aprilis.*

g *Beda*, ibique Deo digna converſatione complevit, *omiſſa particula* diu, *pro qua ſubſtituunt Thomas Stubs & Auctor Vitæ S. Brithuni* quatuor annos. *Ricardus* annos tres *aſſerit: at non integros duos reperimus. Nam Eata mortuo anno* 685, *& forte* 26 *Octobris, etiamſi paucis ſolum diebus interjectis fuerit ordinatus Epiſcopus, & in illa adminiſtratione permanſerit annos* 33, *menſes octo, dies* 13, *antequam relicta Sede migravit Beverlacum, pervenitur ad annum* 719, *& menſem Iulium & ultra octavum diem: unde ad hunc diem* VII *Maji anni* 721 *vix decem menſes ultra annum poſſunt ſupereſſe: quod ſufficit ut dicatur ibi adhuc* diu *perſtitiſſe.*

h *Quæ ſequuntur miracula, ut ex novo apparet exordio, aliunde adjecta ſunt.*

i *Abbatiæ Swinenſis in agro Eboracenſi mentio celebratur in Monaſtico Anglicano pag.* 1026, *cui ex hoc loco ejus antiquitas adſtruitur, cum hæc contigerint ante annum* 733, *quo* Brithunus Abbas *obiit.* F

ALIA MIRACVLA

Auctore VVillelmo Kecello, Clerico Beverlacenſi. Ex eodem MS.

PROOEMIUM.

1 DOminis amicis ſuis, Chriſto præpoſito & Magiſtro Jeſu, Ethal & Thur, Willelmus, B. Joannis Clericorum minimus, ſalutem, cum totius bonæ voluntatis affectu. Ex multo tempore quædam B. Joannis miracula, quæ præſens vidi, vel veridicis agnovi comprobata teſtibus, memoriæ deſideraveram commendare; ex intimo cupiens tanti tamque beati Patris miraculorum inſignia circumquaque divulgari, ne ſub modio tecta laterent, vel temporum labilitate omnimodis incognita tranſirent. Timens vero ne præſumptionis arguerer, ſi coram

Miracula ſcribit,

A. WILL. KECELLO EX MS. *sepoſita obtrectatorum contumelia,*

coram ſapientioribus ad ſapientis officium qualiſcumque dictator accederem, à diu deſiderato retraxi manus officio. Sunt enim quam plures, qui reprehenſionis jaculo ſimplicium facta confodiunt, & venenoſæ detractionis invidia tabeſcentes, aliorum laudabiliter geſtis derogare contendunt: ad redarguendam quorumlibet vitam ſatis curioſi; ſed tamen ad ſui correptionem deſidioſi, ad blaſphemiæ contumeliam prompti alterius dicta nulla laude proſecuturi: in quorum conſilium non veniat anima mea, & in cœtu illorum non ſit gloria mea. Licet vero rhetoricæ perorationis verba non habeam, quibus tanti Patris facta Ciceroniano digna ſtylo commemorem; hinc debitæ ſervitutis obligatus obſequio, hinc mutuæ dilectionis obſequium dare volens imperio; veſtræ benignitatis diſpoſitionibus ſupplex obtempero. Exiſtimo enim caritatis veſtræ dulcedinem ad hoc opuſculum mihi maxime profuturam; cum minus doctum, ſolo dilectionis inſtinctu ad ſcribendum compellitis, & ad onus ſubeundum meam imbecillitatem diſcernitis, veſtra quadamtenus ſuſtentandum prudentia, & ſolerti perficiendum eloquentia.

adductus obligatione & caritate

B 2 Sed ne videar, ſi non obtemperavero, veſtrum offendere dilectionis affectum; miſericordia præeunte Divina, & beatiſſimi Joannis, de quo ſermo fiet, ſubſequente gratia, injuncto caritatis vinculo, libens colla ſubmitto. More itaque navigantium cymbam fragilem fluctibus inducam; nec ſublime carbaſa tendens, humili fultus remigio, juxta placata ſulcabo littora; ne in altum prorumpens navicula, procelloſi maris ſubruatur fluctibus, & incauta Charybdis abſorbeatur voragine, quæ tutius ſedato vehetur littoris in margine. Ne igitur humilitatis meæ devotioni deſit adminiculum, egregius Pater Joannes & clemens Patronus noſter, opus ſuum ſuo corroboret patrocinio, animumque ſcribentis æquo gubernet moderamine; & ne per devia vagando à tramite veritatis exorbitet, ipſe docendo laboris adſit exordio, ipſe regendo, laudis ſuæ præconia concedat fine terminare felici. Si quid vero verborum meorum ſerie incomptum, vel rudi paratum ſtylo, veſtra ſenſerit ſolertia; ſcriptionis inſolentia corporiſque languor, cum non minima mentis, quibus graviter afficior, excuſet moleſtia; quam citius deliniri ſpero largiflua viri Dei clementia, ſi ægrotantis mens pro poſſe laboraverit in illius propaganda laudis & exultationis

C gloria. *Hactenus Prologus, ubi* Ethal & Thur *videntur dimidiatis tantum nominibus in principio ſcribi, integre forſan ſcribendi* Ethalredus & Thurſtinus.

& fretus patrocinio S. Ioannis.

CAPUT I.

Invaſores puniti. Pluvia impetrata. Cæcus illuminatur. Amens monſtruoſus ſanatus. Suſpendendus pœnitens liberatus.

a 3 POſtquam Anglorum regnum *a* Willelmo Normannorum Duci, militi quidem ſtrenuiſſimo & egregio viro, volente vel permittente Dei diſpoſitione, bello ſubjugatum eſt, devicto *b* Rege, & totius regni fere ſuperatis Primatibus & interfectis; potita victoria, Princeps memoratus Angliæ adeptus eſt gubernacula: & non multo poſt evoluto temporis intervallo à bonæ memoriæ Aldredo, venerabili Eboracæ Metropolis Archipræſule, *c* ſceptro ſublimatus Regio, regni Diadema ſuſcepit. Hinc vigilanti cura & militaris exercitii ſtudio, quo erat prædítus, poſt bellici tumultus ſævitiam reformandæ pacis laboribus inſudavit, ut reſtituto Rege & Primoribus ſibi pacificatis, pacificaretur & regnum, & totius patriæ populus redintegrato pacis fœdere unius Principis ſubjugaretur imperio. Invidioſa vero venenoſi ſerpentis inſtigante nequitia, quæ deſtruendæ pacis, & concordiæ fautoribus ſuis vires à primordio callida ſubminiſtravit verſutia, plebs Aquilonalis Provinciæ: (quoniam ab Aquilone pandetur omne malum) barbaræ nationis feritate væſana, novi Principis diſpoſitionibus renuit mancipari; ex infauſta Primorum conſuetudine, tumultus magis quam pacis, ſecordiæ libentius quam concordiæ, cupiens exercita cædibus inſiſtere. Doluit diſcreta Principis manſuetudo ſuper indiſcreta plebis animoſitate; & quam pacis unitati nulla teneritate valuit ſubjicere, hoſtili devaſtatione decrevit exterminare, ne partis illius contagio contaminaretur regni totius integritas.

D

Nordhumbros reſiſtentes aggreſſus,

4 Congregata igitur non minima multitudine populi, Rex gravem commotus in iram, ad Eboracum uſque pervenit, eamque violenti bellantium expugnavit audacia, fundituſque devaſtavit *d* incendii ſævitia, non ſine magna civium ſtrage, quibus præclaræ civitatis regebatur opulentia. Deinde voti compos, locum, ſed non propoſitum mutans; per adjacentes pertranſiit Provincias, & Regali edicto feroci præcepit exercitui, ut caſtra, villas, & vicos cum omni habitatore ſuo, ferro, flamma, fame perſequerentur; nec prius ab incepto deſiſterent, donec jam devictæ plebis reſiduum hoſtili peſſumdaretur exterminio, & à facie totius regionis, eorum deinceps deleretur memoria, qui primo Regalia parvipenderent inſtituta. Hujus tempeſtatis ſæviente procella, ab homine uſque ad pecus, periit quicumque repertus eſt à civitate Eboracenſi uſque ad maris Orientalis confinia, præter illos qui ad eccleſiam B. Joannis Beverlacenſis, quaſi ad azylum, confugerant. Præcedentium namque Regum temporibus, maxime *e* Adelſtani Regis Anglorum egregii, largiflua libertate, pro pacis tũitione prætaxata, celebris habebatur eccleſia; unde & ab incolis frequentabatur ſæpius, & honorabatur attentius.

Eboracum expugnat:

d

e

5 Cumque fama divulgante, inter hoſtes publicaretur deſolatæ plebis multitudinem ibi pacis habere refugium (Regis enim & exercitus ſui haud procul inde tentoria habebantur) quidam cæca cupiditate percuſſi, & infrunitæ rapacitatis ſolicitudinibus aſſueti, Beverlacum petierunt, cupientes inermis populi ſpolia ſæva crudelitate diripere: ingreſſique villam, cum neminem nequitiæ ſuæ reſiſtentem invenirent, intus avaritia, foris armorum virtute furentes, ad ſepta cœmeterii, quo territa populi multitudo tutius confluxerat, auſu nefario progrediuntur. Inter quos Primicerius erat *f* Turſtinus (ſic vocabatur nomen ejus) qui dum ſpoliare volens irruit in miſerum, quam celerius ad munimina pacis tendentem; abſtracto quo erat præcinctus gladio, per medium plebis attonitæ ſuper emiſſarium furens inſequitur. Sed quia fugientem extra eccleſiam impedire nequaquam poterat, non dedit honorem Deo; ſed jamjamque Dei miſeratione evadentem intra valvas eccleſiæ uſque ſubſequitur.

ad Beverlacum diripiendũ milites accedunt,

E

& cuncta vaſtari cumburique circumquaque permittit

F

f *ſed Turſtini ductoris*

6 Fit ſubito trepidantis populi curſus, cum clamore B. Joannis ſoliti protectoris ſui ſubſidium unanimiter implorantis. Nec mora: pauperum ſuorum miſerantis Dei miſerta eſt propitiatio, & in pacis violatorem Dei ulciſcentis ſubſecuta eſt ultio. Qui enim paulo ante ferocitatis frendebat furiis, equo quo reſidebat attonitus horruit; & facie jam deformi poſt tergum verſa, manibus pedibuſque retortis, velut monſtrum informe, cunctorum qui aderant in ſe admirantium ora convertit. Plebs itaque lætabunda multimodas prorumpit in laudes; &

facie poſt tergum verſa emendantur:

in

b *Willelmus Conqueſtor potius Anglia*

c

A in beati Sacerdotis ſui Ioannis virtutibus, Salvatoris omnipotentiam, unanimi voce magnificabant. Stupefacti vero milites, qui ſimul advenerant, per Sanctum Antiſtitem perpetrata Dei videntes magnalia, projectis quibus induebantur armis, ſævitiaque mentis mitigata, qui prius ad diripienda graſſabantur, ad viri Dei ſuffragia impetranda convertuntur: deinde cum ſumma feſtinatione ad exercitum revertentes, erroris ſui crimen Regis ſolicitudini patefaciunt. Cognita virtute Sancti Confeſſoris Rex non mediocriter contriſtatus eſt ſuper infortunio dilecti ſui militis: verenſque ne de ſuis ſupradictis conſimiles in ſimilem laberentur offenſam, quod deliquerat imprudens militaris audacia, Regia providit pacificare prudentia.

& Rex antiqua privilegia confirmat

7 Accerſitis igitur ad ſe ſapientioribus eccleſiæ præmemoratæ viris, ſanctitatis inſignia prælecti Sacerdotis Dei diligenter illis narrantibus didicit; qualiterque Beverlacenſis eccleſia, nobilium temporibus Regum, excellentiæ & libertatis honoribus fuerat ſublimata, ſoliciter inveſtigavit: & ne præcedentium Patrum munificentia impar exiſteret; quæcumq; principũ liberalitate vel primorum quorumlibet pia devotione præfatæ fuerant eccleſiæ collata, Regiæ Majeſtatis nutu corroboravit, & auctoritate ſigilli ſui firmavit. Præterea manu largiflua præmemoratam donariis decoravit eccleſiam, & g poſſeſſionibus amplificavit quatenus beati Confeſſoris ſuffragantibus meritis, ſuarum culparum ſequeretur veniam, & poſt temporum curricula celebris ſuæ donationis haberetur memoria. Porro ne ferocis exercitus ſui in civitate, ſicut ſolet, firma pacis diſſolveretur conſtantia; procul inde figi tentoria præcepit prudens Principis providentia. Legati vero admirantes tanti viri benignitatem & ſermonum humilitatem, cum gaudio reverſi ſunt; oblatiſque Deo beneficiis, quæ à Rege ſuſcepta & ſuſpenſa, Cleri populique corda confirmaverunt: & cujus nuper imperii formidabant potentiam; nunc ſupplices pro illius proſperitate Salvatoris flagitabant clementiam. Fiebat interea pro ſupradicti militis exceſſu ſupplicantis familiæ frequens oratio; quem jam feminecem ſalutifero correctionis verbere caſtigatum, cum ſæpius ante ſepulcrum viri Dei deferrent, divinæ propitiationis reſpexit miſeratio; propulſoque languore per merita Sancti Pontificis, non poſt multos dies priſtinæ reſtituitur incolumitati. Qui ſoſpitate recuperata, reverſus ad propria, non eſt oblitus quin rediret & daret gloriam Deo; & dum vitales carperet auras, munus, quaſi capitis ſui tributum, liberatori ſuo Joanni, beneficii memor accepti, quolibet anno ſolicite perſolveret.

B

g *novaque adjungit:*

& Turſtinus priſtinæ reſtituitur ſanitati.

C

8 Attendat caritas veſtra, & piæ devotionis affectu percipiat, quam excellentis meriti fuerit apud Deum Sanctus iſte: qui non ſolum qualibet oppreſſos animi corporiſque moleſtia, ſolita depellit miſericordia; verum etiam aëris incommoditates proſperantur illius interceſſionis gratia. Quodam namque tempore peccatis filiorum hominum exigentibus, intemperati ſolis ardor tantus terræ ſuperficiem torrebat, tantaque ſiccitas aëris imminebat; ut fructuum ſegetumque ſpecies omnes pene fruſtrarentur, & per totum verni temporis ſpatium nulla pluviarum effuſione terra longo ſolis ardore combuſta fœcundaretur: unde penitus defectis humoribus rimarum crepedine circumquaque dehiſcens, tranſeuntium iter impediebat; & languentibus herbis paſcua pecoribus deficiebant. Cumque populus omni conſolatione remota, iræ Dei comminantis tædio langueſceret, nec aliquod urgentis infortunii remedium exſpectaret; quidam viri religioſi, Eboracenſis eccleſiæ Canonici, communi Fratrum devotione ad impetranda B. Joannis ſæpius probata ſuffragia Beverlacum venerunt; ut illius meritis perurgente propulſa calamitate, luctuoſa cunctorum querimonia commune verteretur in gaudium. Et quoniam ſancti Pontificis dies ſolennis inſtabat, affectu ſupplici rogant, & rogando benigne collaudant, ut beati viri corpus circa eccleſiam, licet tali die non conſueviſſent, honore debito deferretur; quatenus duplicato tantæ ſolennitatis gaudio coadjuvante, plebis augmentaretur devotio. Complacuit univerſis pia virorum ſolicitudo; & communiter amplectuntur illorum vota, temporis ærumnoſi periculis profutura. Præparatis igitur omnibus prout diei dignitas exigebat, beati corporis ſarcinam piis ſubeuntes humeris, Clerus lætabunda voce, plebs ſumma cum devotione, utrique cum non minima cordis contritione, progrediuntur. Tanta quippe ſerenitas in aëre perlucebat, ut nulla prorſus nubium veſtigia per omnem cæli ambitum apparerent.

In ſumma terræ ſicci. tate

9 Jam modicum proceſſerant, cum ſubito parvula nubes, imbriferis concita ventis, viſa eſt: quæ creſcens, & ſinus in latum extendens, mirabili feſtinatione præcedentẽ obfuſcavit ſerenitatem, & ſolis irradiantem obtenebravit faciem. Mirantur univerſi, qui aderant, ſubitaneam temporis immutationem; nec hæſitantes, quin eſſet immutatio dextræ Excelſi, altitudinem cæli lacrymoſis attingunt clamoribus, & ſummi Judicis iram ſancti Pontificis opitulatione aſſiduis avertunt precibus. Cum jam partes eccleſiæ Orientales tranſiſſent; mirabile dictu, tanta [facta] eſt [pluviæ] inundatio, ut antequam regrederentur, ornamenta quibus feſtive Clerus decorabatur, & cunctorum commeantium veſtes largifluis deſtillarent imbribus: nullum tamen deteriorationis ſignum in eccleſiaſticis apparuit indumentis: [nec ceſſavit] Dei manus à ſalutifero pluviarum ſtillicidio, nec Sanctus à ſolito ſuſtentationis patrocinio, quoadusque terræ ſitientis ariditas aquis redundaret uberibus. O inenarrabilis Divinæ conſolationis propitiatio! ô admirabilis & pia ſancti Sacerdotis apud Deum impetratio! qui dum ſummo Sacerdoti ſupplicantis populi precum odoramenta libat, aëris fugatur auſteritas, & rediviva frugum inopinata redit fertilitas; elementorumque intemperie modificata, corporum animorumque ſucceſſit optata proſperitas. In hujus digne memorandi perpetratione miraculi beatum Pontificem, alterum reputatum Eliam, qui priſcis Patrum temporibus, inſpirationis Divinæ prophetia, propitius, apud Deum precibus obtinuit, ut eliminata prolixi temporis ſiccitate, qua populus jacebat, cælum pluviam, & terra fructuum fertilitatem tribueret: quod prodigium, pro ſui magnitudine celeberrimum, univerſalis prædicat Eccleſia. Hic autem Iſraelita, ſub temporibus gratiæ, Dei gratia plenus, Dominici gregis oves non diſſimili vexatas morbo, ſimili ſanavit orationis antidoto: cujus piæ petitioni cælum per cæli Dominatorem obedivit in pluvia, terra vero paruit in redditione fructifera.

& ſubito viſa nubes pluviam abundantem dedit.

& ſecuta eſt frugum fertilitas.

10 Creſcebat quotidie viri Dei miraculorum fama celebris, qua ejus circumquaque colebatur memoria: unde non ſolum vicini, verum & de remotis terrarum partibus quam plures, corporis animæque remedia poſtulantes, ad ipſius aſſidue confluebant eccleſiam. Inter quos puerulus quidam ſeptennis allatus eſt de pago Hagunſtadenſi, qui à nativitate cæcus lumen reciperet. Parentes tamen cæci, dulci quadam familiaritate Sanctum Domini Joannem confidenter amplectebantur, quem multis referentibus cognoverant, qualiter de eodem pago puerum à nativitate mutum, & ulceroſa deformem.

Puer ſeptennis à nativitate cæcus.

D E F

A. WILL. KECELLO EX MS. *ad inſtantiam Canonicorum Eboracenſiũ*

in annuo feſto corpus S. Ioannis circumfertur;

A. WILL KECELLO EX MS.

mem tinea, ſanaverit, dum Hagulſtadenſi præſideret, ſicut Anglorum refert *h* Hiſtoria. Hoc piæ devotionis affectu parens uterque, cum non minima populi multitudine, Beverlacum venientes; ante ſepulcrum, quo beati viri corpus prius humatum fuerat, cæcum ſuum, in magna mentis contritione, non ſine lacrymarum effuſione, ſtatuerunt; ut à ſinu matris avulſus, à fonte miſericordiæ Chriſto ſoſpitatis hauriret remedium. Cumque cæcus flendo vociferaret, & vociferando brachia matri, ut ſuſciperetur, extenderet; materque pro filii ſalute animam ſuam, quaſi aquam, coram Deo & Joanne ſupplex effunderet; cæcus lacrymoſis ejulans ſermonibus proſternitur, ac deinde in admiratione omnium lugentes ocelli ſereno veſtiuntur lumine; ſicque ſuper filium refulgente gratia Dei omnipotentis, materna miſericorditer ſupplentur vota, eliminata prorſus qua detinebatur pro filio mœſtitia.

h

parentibus ad ſepulcri oramibus, illuminatur

mirantibus omnibus ſimilem per hoc Chriſto Ioannem.

B

11 Fit ſubito concurſus hominum, & non minima populi admirantis circumſtante corona, ad inconſueta ſibi obſtupeſcunt magnalia. Deique Salvatoris unanimiter collaudant, per dilectum ſibi Pontificem perpetrata, tantæ virtutis inſignia. Obſtupeſcebat puer ad omnia, novo ſuſcepto lumine: mirabatur populus, pro inuſitati operis magnitudine: jucundabatur mater gaudio inæſtimabili, pro dilecti filii ſui divinitus impetrata ſalute: omnes communi devotione Deum univerſitatis Conditorem mirificum prædicabant in beato Confeſſore ſuo Joanne. Audiſtis, Euangelica veritate teſtante, quod à ſeculo non fuerat auditum, hominem videlicet à nativitate cæcum à Domino illuminatum fuiſſe. Audite noſtro quoque tempore virum prudentem, imitatorem Domini ſui, per Dominum, ſimiliter vexatum debilitate puerum ſanaſſe: unde liquido patet, eum in terris fidelem verbi Dei diſpenſatorem effulſiſſe, Dominique præceptis fideliter obtemperaſſe, & vitiorum perſecutorem perpetuæque vitæ Doctorem extitiſſe; cum poſt mortem, meritis illius ſuffragantibus, membra lethali ſopore ſepulta vitali fruuntur aura, debilibus ſalus optata reſtauratur, mœſti conſolaminis remedio relevantur, indeficientia æternæ vitæ præmia per eum à Domino impetrantur, cujus ineffabiliter jucunda quam deſideraverat fruitur præſentia cum electis, cæleſti reſidens gratulabundus convivio, feſtivo & interminabili ditatus gaudio, pro ſuis impetraturus quidquid petierit à Rege, cui digne ſervivit, æterno.

C

12 Accidit quoque, non multi temporis intervallo transacto, ut quidam de Scotia oriundus, Guillo nomine, recuperandæ ſalutis gratia ad præfatam viri convenire ecclefiam. Hic per aliquot dies ante Sancti ſolennitatem, quo populus quoque anno venire conſueverat, divinæ miſerationis gratiam exſpectans, quam pluribus riſui, uniuerſis oſtentatui habebatur. Erat autem in interiore homine, ut exterior enuntiabat, totius expers prudentiæ; puerilibus vero, non puer per omnia, intendens luſibus; ita ut inſenſati capitis homo ab hominibus æſtimaretur, nulli tamen niſi ſibi nocuus. Informe vero corpus ſibi condecentia geſtabat membra, caput turpe & magnum, collum gracile, femora, crura, pedes velut pueri prodigioſe retorta, officioque ſuo penitus carentia; infelicem videlicet & infructuoſam corporis ſarcinam, quæ numquam uſui, ſemper oneri à primævo tempore ſibi extiterat: & quoniam pauper erat & alienigena, libentius ab incolis vitæ dabantur neceſſaria, quam ſi foret indigena; deſiderantibus & pia prece Deum exorantibus, ut horribili illa deformitate propulſa, per merita Sancti ſui, miſeri membra humanæ pulcritudini perficerentur conformia. Adveniente vero ſolennitatis die, in parte ſecretiori pernoctavit perditus miſer ille, ne à multitudine plebis innumera, quæ [more] ſolito confluxerat, debilis opprimeretur.

Iuvenis corpore monſtroſus & mente fatuus,

D

13 Cumque Clerus nocturnis inſiſteret jubilationibus, cœpit informis anxiis vexari cruciatibus, & furibundis clamare vocibus. Accurrititaque pars Cleri, relictis quibus intendebat chori modulationibus; jamjamque irrumpentis populi non ſine labore pacificavit inſtantiam, donec facturæ ſuæ jam miſerantis Dei viderent & collaudarent miſericordiam & gloriam. Dum autem miſerabilis homo, tantæ vexationis impatiens, hinc & inde velut amens volutaretur; & à circumſtantibus inſtanter pro illo gemebundæ preces ad Deum funderentur; res miranda! nervorum contractus quibuſdam audientibus extenditur, membrorumque compago diſſoluta conſolidatur: virtus inopinata ſuccedit, directa corpori membra conformantur, ſitque de moribundo ſanus, de inſenſato ſapiens, de vili & paulo ante deſpecto carus, de monſtruoſo formoſus: ſicque ſpatio brevi temporis evoluto, corporis animique congrua potitus eſt valitudine: & quoniam multis notus erat, dum debilitaretur, fama ſalvationis ejus celeberrima procul diffundebatur. Unde quam plures, qui orationis cauſa ad ſæpe dictam Sancti Dei veniebant eccleſiam; hunc videre, ejuſque colloquio frui deſiderabant; cum admiratione aſpicientes juvenem jam formoſum, quem ſæpius viderant debilem & inſenſatum. O pia miſericordia tua, Deus! qui percutis & ſanas, vulneras & miſericorditer mederis; qui formam humanæ complexionis pulcherrimam, culpis noſtræ mortalitatis exigentibus, in deformitatem labi permittis; deinde imperſcrutabili tua diſpenſatione, ad cordis noſtri compunctionem & morum melioracionem, mirabili virtutis tuæ magnitudine, in priſtinæ pulcritudinis naturam reducis; quatenus mentis noſtræ duritia recludatur, ac potius per hæc humanæ reformationis miracula convertamur ad te, Domine, quem in omnibus creaturis tuis ita pium conſpicimus, & tamen ab iniquitatibus, quæ ſupergreſſæ ſunt capita noſtra, nequaquam reſipiſcimus. Deſideras vitæ noſtræ perfectionem, & eam male vivendo confundimus: vocas, & non audimus: clamas, & aures intelligentiæ obturamus: mones, & contemnimus: doces, & deſpicimus: jubes, & non obtemperamus: ad oſtium cordis noſtri pie pulſas, & non aperimus: tonas, & nequaquam expaveſcimus: minaris, & parvipendimus: paterno miſereris affectu, & miſerationum tuarum quæ à ſeculo ſunt immemores, tranſituri temporis hujus & penitus perituri ſolicitudinibus occupamur, non ſatis conſiderantes quoniam unum eſt neceſſarium.

inter varios cruciatus ſubito ſanatur,

E

ad excitandam hominum ſocordiam.

F

14 Operæpretium eſt, [quando] interioris hominis jucundæ recreationi exterioris quoque morum ſaluberrima [jungitur] reformatio, inenarrabilia Divinæ magnificentiæ opera ſedulo contemplari; & miſerationum ejus & miſericordiarum, quæ à ſeculo ſunt, aſſidue reminiſci: quæ maxime ſub temporibus gratiæ Dei Filius longe lateque dignatus eſt operari, ad laudem & gloriam nominis ſui & Sanctorum ſuorum exaltationem & honorem, qui pro talento ſibi credito fideliter multiplicato, Domini ſui feliciter fruuntur gaudio, in cæleſti civium ſupernorum contubernio. Homo quidam, ab adoleſcentia ſua, vel ex quo boni & mali diſcretionem habere potuit, oblitus Dei Creatoris ſui, derelictaque via juſtitiæ & veritatis ſemita, diabolo & ſervitio ejus, furando, rapiendo, & alia plura quæ recitare longiſſimum patrando, tota mentis intentione adhærere ſtuduit. Qui tandem in ſervitio debi-

Homo à puero flagitioſus

A debitoris ſui, videlicet Diaboli, à quo humana fragilitas numquam ſatis tuta conſiſtit, captus & religatus eſt: & quoniam manifeſtum eſt illum à pueritia filium iniquitatis eſſe, clamant omnes qui aderant, hunc ipſum iniquitatis filium juſto judi-
ideoque ſuſpendendus, cio debere crucis tormenta ſuſtinere. Conſtitutum eſt etiam tempus pœnæ, videlicet dies craſtina; & quanto ſupplicii tempus erat propinquius, tanto reus maleficii vinculis & compedibus conſtrictus eſt acrius: &, ne pœnam ſibi præparatam aliquo modo poſſet effugere, datus eſt illis in cuſtodiam, quos antea delectabatur ſpoliare.

15 Sed Deus, cujus medicina numquam fallitur, cujus auxilium juſta petentibus non denegatur, à cujus miſericordia nemo niſi infidelis excluditur, non paſſus eſt ſuam imaginem ab humani generis inſidiatore condemnari. Medio etenim noctis ſilentio, poſtquam cuſtodum ſomnus laxaverat artus, cæcitatis illius aliquantiſper aperti ſunt oculi; cœpitque cum lacrymis à Deo flagitare præ-
pœnitens invocat S. Ioannem, ſidium. Recordatuſque ſancti Confeſſoris Joannis, in cujus parochia pœnam ſui criminis, videlicet crucem, die craſtina perſoluturus erat; erecto ſurſum vultu (nam geminas arcebant vincula palmas) dixit:

B Languentium curator Joannes, ſi verus Chriſti ſervus es, ſi vera ſunt quæ de magnitudine tuæ virtutis audivi; mihi miſerrimo, quamvis ſero pœnitenti, ſuccurre, & de confinio hujus tam inopinatæ mortis tua interceſſione eripe: & ego deinceps Diabolo & ſervitio ejus non ſolum abrenuntio, verum etiam malorum abſtinentiam te auxiliante polliceor. Nulla in medium mora, vincula brachio-
& vinculis ultro ſolutis evadit: rum omnia diſſolvuntur; & quoniam manus fideles miniſtræ ſunt membrorum totius corporis, credendum eſt has idcirco à Deo primitus fuiſſe diſſolutas, ut cetera membra quæ ſubſequuntur diſſolverentur per illas. Videns vero homo, invocato nomine Dei Sanctique ſui Joannis, manus ſuas, quæ ad tergum religatæ fuerant, totumque corpus ſuum à vinculis abſolutum eſſe; cum magna admiratione ſurrexit, ac per medios circumjacentes hoſtes diſceſſit. Qui egreſſus ad templum famuli Dei (quod inde non minus quam per duodecim milliaria diſtabat) per obſcuras tenebras iter direxit; ſicque illucente die ad eccleſiam deſideratam pervenit. Mox introgreſſus, ante ſepulcrum viri Dei projectis ſuis compedibus & vinculis, gratias agens, narravit eccleſiæ ſervitoribus, univerſiſque aliis audire deſiderantibus, qualiter de confinio mortis, illo ſuffragante, liberatus eſſet. Qui dum per ali-
C *& in pœnitentia vitâ ducit.* quot dies cum Canonicis eccleſiæ moraretur, interventu dilecti Dei Joannis, de raptore pacificus, & de lupo effectus eſt agnus. Et quoniam exigentibus peccatis pœnam crucis invitus debuit ſuſtine-
i re; pro peccatis ſuis [Crucem] *i* Dei, ſignum videlicet pœnitentiæ, bajulat ſpontanea voluntate.

ANNOTATA.

a *Hic eſt* Guilielmus Normannus, Conqueſtor *dictus.*

b Haroldus *Godwini Comitis, ex Canuti 2 ſorore nepos, mortuo S. Eduardo Confeſſore 5 Ianuarii anni 1066 regnum arripuerat, & poſt regni menſes 9 & dies totidem 22 Octobris in prælio occubuit.*

c *Feſto Nativitatis Chriſti, tunc feria 2, coronatus eſt.* De Aldredo *ſupra actum eſt.*

d *Contigiſſe hoc incendium anno 1068 19 Septemb. teſtantur Dunelmenſis & alii.*

e *De hac* Adelſtani *erga S. Ioannem devotione & pietate infra à ſequentium miraculorum auctore agitur.*

f *In Monaſtico Anglicano pag. 171 iſta leguntur:* Thurſtinus miles Guilielmi primi inſecutus eſt veteranum in eccleſia Beverlacenſi ſtricto gladio, & ibi miſerrime morbo correptus eſt. *In MS. Chronico Radulphi Ceſtrenſis, quod penes nos eſt, iſta ad an. 1068 habentur:* Ibi Regis miles vindictam incurrit, fracto collo equi ſui & facie propria retorta. A. WILL. KECELLO EX MS.

g *In Monaſtico iſta habentur:* Guilielmus primus dedit Sigleſthorn eccleſiæ Beverlacenſi, & præcepit ne ejus exercitus eccleſiam Beverlacenſem læderent.

h *Id ſupra refertur à Folcardo num. 6.*

i *Crucem eam intelligo, quæ in proceſſionibus aliiſque ſacris functionibus præfertur Clero, per laicum eccleſiæ miniſtrum.*

CAPUT II.

Apoplexia curata. Libido carnis reſtincta. Muto loquela reddita. Naufragi adjuti.

14 CUm autem ſancti Pontificis mira laudum præconia per circumjacentes divulgarentur provincias, Hibernienſis quidam, lingua diſertus & eloquens, ea fama motus, de regione ſua Be- E
verlacum venire diſpoſuit. Ipſe etenim per totum *Hibernus toto corpore apoplectitur,* corpus apoplexia gravi tactus, adeo infirmabatur, ut ſe quoquam dimovere non valeret, niſi miniſtrantium ſubveniretur adminiculo. Præparatis igitur omnibus, quæ languentis debilitati & itineris longitudini congruebant; vehiculo ponitur homo; & bajulantium & trahentium manibus non ſine magna difficultate Beverlacum uſque perductus eſt. Hujus in adventu ſanctæ Aſcenſionis Domini dies ſolennis imminebat, quæ ab incolis feſtivius feriabatur; quoniam eo die Reliquiæ Sancti, poſt peractum tantæ ſolennitatis conſortum proceſſionis officium, ad introitum eccleſiæ ſuſtentari honorifice ſolebant, donec Clerus & populus humili devotione tranſiſſet. Et cum id ageretur, prædictus
juxta Reliquias poſitus invocat Sanctum: æger, ſolito ſuſtentationis vehiculo inter alios allatus, ſeorſum juxta Reliquias ſancti Confeſſoris ſe poni præcepit, ut, cum maxima quæ confluxerat turba tranſiſſet, adipiſcendæ ſoſpitatis gratia miſer tranſiret. Et quoniam artificiali verborum compoſito perſpicuus inventor fuerat; Sanctum Dei, velut corporaliter viventem videret, multimodis & ſatis facundis eloquiis, ex intimo tamen profuſis, ut ſui miſereretur exorans, alloqui cœpit; & nunc ſe alienigenam à remotis mundi partibus adventan- F
tem, nunc itineris aſperitatem & nimiam prolixitatem, nunc corporis ſui incommoditatem prætendebat; fiducialiter non ſine lacrymis poſtulans, ne ſpei ſuæ magnitudo fruſtraretur, ſed tantæ ægrotationis ſuæ illo interveniente remedio potiretur.

15 Hujus verborum affluentia circumſtantium in ſe convertit ora, qui ad ſalutis ejus impetrationem pietatis affecti dulcedine unanimiter converſi ſunt. Poſt hæc, ſubeunte populi non minima multitudine, præfatus æger ſe ſub feretro in vehiculo juſſit deferri, ut ultimus tranſiret: quem ut umbra capſelli, in quo ſanctum corpus ferebatur, obumbra- *& ab umbra capſæ ſanatur.*
vit; cœpit paulatim convaleſcere, turba hominum circumſtante, & cum admiratione aſpiciente. Nec mora, quidam apprehenſa jam convaleſcentis ægri manu, levi ducatu illum per medium eccleſiæ & Chori, populo & Clero refertum, ad altare perduxere, gaudendo non mediocriter. Miratur homo, corpus ſuum in ſe vile, & languoris longanimitate proſtratum, ſubito pedum inſolito regimine ſuſtentari & regi: & quoniam ex inſperato convaluit, & ſpem ſalutis jam deſperatæ promeruit,

A WILL. RECELLO EX MS.

Deum in operibus dilecti ſui Joannis benedixit, & quales potuit utrique in reſtitutione inſperatæ ſoſpitatis gratias egit. Audivimus, Fratres, Luca Euangeliſta in Actibus Apoſtolorum referente, qualiter per beatum Apoſtolorum Principem Petrum Hieroſolymis ab utero matris claudo divinitus reſtituta ſit ſanitas, quod miraculum in facie univerſalis Eccleſiæ pro magnitudine ſua celebre prædicatur. Vidimus & nos, circa jam feneſcentis mundi tempora, hominem, non tantum pedum ſuſtentamento carentem, ſed totius corporis ſoſpitate fere deſtitutum, in introitu portarum eccleſiæ, ſolita Dei præeunte miſericordia, per ſucceſſorem Apoſtolorum ſibi dilectum Joannem, à longo in quo jacuerat languore liberatum. Cujus famoſa notitia miraculi, non ſolum in Eboracenſi provincia, verum & celebris habetur in Hibernienſium patria.

16 Sanctus & præcipua veneratione dignus Confeſſor iſte Joannes, non ſolum exterioris hominis cujuſlibet imbecillitatis incommoda, & diverſarum ægritudinum genera, divino depellebat adminiculo; verum etiam quorumdam mentibus diabolicæ machinationis illuſionibus compreſſis & penitus deſolatis, malitioſi dæmonis propulſata verſutia, piæ conſolationis remedia pietatis amator impendebat. De multis igitur unum producamus in medium, præfati Pontificis ope mirabiliter à dæmoniacæ perverſionis actibus liberatum; & quod ab ejus oris indicio ſæpius accepimus, ad laudem Dei Omnipotentis & Sancti ſui, ad memoriam reducere ſatagamus. Scholaſticus quidam ejuſdem temporis intervallo Beverlacum petiit, cupiens ibidem, quoniam locus ille Clericorum abundabat copia, ſcholaſticæ diſciplinæ ſtudium regere, qui unanimi devotione à Prælatis ejuſdem Eccleſiæ ſuſceptus eſt. *Scholaſticus Beverlacenſis omnibus carus,* Hic quoniam litteratoria pollebat diſciplina, & quia morum honeſtate nobilitabatur, placuit mox omnibus illius converſatio, quoniam humilis & benigna: placuit artis peritia, quoniam dulci & ſolicita exercitatione jucundaque ſeveritate condita. Regebat itaque ſcholarum frequentiam exterius, & Chori curam concorditer moderabatur interius, in utroque non ſegnis proviſor, ſed officialis egregius. Sed quid inter homines placitum eſt Deo omnium Salvatori, quod non diſpliceat humani generis nefando inſidiatori? vel quid virtutis habet humanæ excellentiæ dignitas, cui venenoſo corde non invideat dæmonis virulenta & verſuta calliditas?

17 Præfati itaque Doctoris morum piæ ſolicitudini fraudulenter inſidias inimicus obtendit, & incautum ſolito more ſuo, non ad decipiendum piger, *ardore libidinis accenſus,* illaqueavit. Injecit enim juvenis ille oculos in cujuſdam formoſæ virginis faciem, mox & eam cœpit juvenili dilectione concupiſcere: crevit quotidie male cœpta ſuggeſtio, & voluntati multimodas vires adminiſtrans, adimplendæ voluptatis facinus cor hominis nequiter illexit, ſi facultas virtuſque deſiderio ſuppeteret. Hinc timor & verecundia, hinc furentis & inconſueti amoris laſcivia jam interius ægrotantis pertingebant præcordia. Occultabat jam miſer effectus homo cæci furoris libidinem, qui quanto occultior tanto ad nocendum pernicioſior. Cœpit illico rigor diſciplinæ ſcholaſticæ molleſcere, fervorque ſtudii litteralis tepeſcere; putareſque hominem non minima infirmitate langueſcere, *eoque tabeſcens,* cujus pallor & fœda macies juvenilem dehoneſtaverat faciem. Quid faceret, vel quod potiſſimum infortunio tanto ſolamen exiſteret, penitus ignorabat; quoniam jam ſui ipſius incompos, imminentis pœnæ vel mortis periculum utrimque formidabat: aut enim ſpiritui fornicationis, cujus furiis agitabatur interius, obtemperaret, & efficeretur ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus; aut fornicationem fugiens, quam totius immunditiæ ſuggeſtor quibuſcumque ad Deum advolantibus exitiale ponit offendiculum, corporalis detrimenti pœnam, vel potius irrevocabilis vitæ finem lacrymabilem, nequaquam evaderet.

18 Non pertulit Divinæ propitiationis miſericors miſericordia hominem interiorem, imagini ſui ipſius impreſſum, fraude diabolica circumventum & atrociter vulneratum, ulterius fatigari, ne penitus peſſumdaretur. Divino itaque commonitus inſtinctu, interius exteriuſque non mediocriter ægrotans, ad petendum medici ſuffragium, quaſi ad auxilium confugit, Beatiſſimum videlicet Joannem; qui divina potentia potens, quam *tandē confugiens ad S. Ioannē,* plures quarumlibet infirmitatum incommodis obſeſſos, à ſuis ægritudinibus, illo præſente & adminiſtrante, potenter eripuerat: & ut commodius virum Dei exoraret, & ab illo, medio ſalutiferæ orationis antidotum tantæ ægritudini congruum impetraret; poſt peractam Matutinalis officii pſalmodiam, more ſolito diſcedente Clero, in choro ſolus remanſit, quatenus ibidem ſecretius Omnipotenti Deo, per ſervum ſuum, ſe diabolica ſuggeſtione circumventum, & uſque ad animam dæmonis fraude oſtenderet vulneratum. Projecit ſe illico coram altari, lamentiſque cordis cruciatibuſque creberrimis quibus poterat anxius incumbens; velut aquam miſericordi Deo effudit animam ſuam, ut viri Dei ad quem confugerat mediante miſericordia, reatus ſui & languoris conſequeretur allevamen. Tanta fuit orationis intimæ prolixitas, tantaque lacrymarum de fonte cordis ubertim profluens abundantia, ut inter orandum gemendumque afflictionibus indulgens & ſuſpiriis, totus in illis deficeret.

19 Commota ſunt paternæ pietatis viſcera ſan- *inter preces & lacrymas ſanatur.* cta contritione pœnitentis & veniam poſtulantis filii, & pie pulſantis ægroti vulnera verus animarum & corporum Medicus oleo miſericordiæ refocillare non diſtulit. Finitis itaque precibus & ſingultibus lacrymoſis, cum ab oratione ſurrexiſſet, mirabile dictu! & languoribus & dæmoniacæ deceptionis, quibus opprimebatur, laqueis diſſolutis, nulla in medium mora, divinum ſenſit juvamen, & totius moleſtiæ diu perpeſſæ pium & efficax levamen. Propulſa etenim utriuſque hominis qua detinebatur mœſtitia, ſpiritualis & lætabunda ſubſecuta eſt exhilaratio: æſtus quoque cordis letiferi, miſericordis medicinæ ſalutifero rore perfuſi, penitus conſumuntur. Convaluit ægrotus, de cælo ſuſcepta medela, Sanctiſſimi Joannis ſolita ſubveniente gratia: lætatur & exultat homo, priſtinæ jam redditus ſanitati, qui paulo ante moribundus, omnem recuperandæ ſalutis utriuſque ſpem amiſerat. Refriguit mox calor peſtilens, à ſpiritu fornicationis & immunditiæ circa vitalia ſuccenſus; mundatoque per compunctionis lacrymas cordis domicilio, quaſi à gravi ſomno languentis reviviſcit animus, Divinæ viſitationis lumine perluſtratus, ac ſalutifera ſancti Spiritus invocatione delibutus. Mirabantur qui aderant tam ſubitæ meliorationis medelam; ignorantes quod in tribulatione ſua Deum invocaverat, qui eum in contritione cordis humiliati de templo ſancto ſuo exaudierit, & laqueis mortis præoccupatum per mirifici Pontificis merita potenter eripuerit.

20 Eo-

A 20 Eodem quippe tempore negotiator quidam, in Eboracenſi manens civitate, habebat filium, intimæ dilectionis affectu non mediocriter patri carum, quoniam, ipſo jam pubeſcentis ævi tempore, vita moreſque pueri non minimum futuræ probitatis prætendebant indicium. Erat ſatis capacis ingenii, & docilitatis (in quantum ætas illius tenerrima permittebat) inſignis; unde litteratoriæ exercitationis haud ſegnis puerulus iter cœperat, & de die in diem ad paternæ jucunditatis & lætitiæ ſolamen proficiebat. Sed quæ mundi hujus proſperitatis commoditas, quam in aliqua non ſubſequatur calamitatis adverſitas? quæve tantæ jucunditatis ſerenitas, quam in hoc vitæ ſalo ſaltem finetenus non obfuſcet amara perturbatæ mentis obſcuritas? Præfatus ſiquidem puer utrique parenti ineſtimabiliter lamentabilis cauſa contigit; ut paulatim linguæ privaretur officio & in termino mutus efficeretur. Condoluit itaque, & uſque ad animam contriſtatus eſt, ſuper inopinata dilecti filii contritione, paternæ dilectionis affectus; & quanto filii calamitas celerior, tanto patris animus ad conſolandum maturior. Quærit circumquaque B paterna ſolicitudo, ſi quid muto prodeſſet filio: ſed nihil proficit. Laborat medicorum intentio, diverſa conficiunt medicamentorum pigmenta; ſed abſque ullo ægrotantis remedio vel medela. Non enim poterat humana manus vel cura proficere, nec peritorum quorumlibet medentium noverat ſcientia muto reſtituere, quod Divina diſpenſatio ad reformandum & mirifice ſanandum reſervaverat ineffabili & admirandæ virtuti ſuæ. Evoluto temporis ſpatio, cœpit aliquantiſper paternus dolor deliniri pro vita ſibi reddita pueri; ſed ad plenum nequaquam poterat conſolari de longa & incurabili taciturnitate dilecti filii ſui. Fruſtratis igitur univerſis medicinarum curationibus filiorum hominum, placuit piæ patris ſolicitudini Divinum pro filio ſibi dilecto indeficienter flagitare ſubſidium.

egregius puer,

mutus factus,

post medicinas frustra adhibitas

à patre Beverlacum ducitur,

21 Et quoniam innumera miraculorum inſignia apud Beverlacum per Beatum Joannem perpetrata multorum teſtificatione indiciorum cognoverat; non ſuperſedit pater, nec diu dilatavit, quod multorum hortatu propoſuerat; imo quantocius fiducialiter, non ſine pia mentis devotione, dulci comitatus filio, ad dilectum Dei Joannem iter arripuit. Cum autem una cum multis qui ad feſtivitatem circumquaque confluxerant, in eccleſia ſimul pernoctaſſent pater & filius, & pro filii curatione univerſorum Conditori Deo, coram dilecto ſibi Joanne, pietatis preces pater effunderet; cœpit coram aſſidentibus, ſicut conſueverat cum filio colloqui, quoniam puer, licet linguæ moderamine deſtitutus, alloquentium verba patulo advertebat auditu, & in quibus poterat libens Patris parebat imperio. Sed dum pater attenderet, ut manus indicio ſolito more ſuo filius patri innueret; & ſignis, quia verbis non popoterat, cordis ſecreta reſeraret; in admiratione multorum puer patri pro ſignis mox conſueta protulit verba, ſolvunturque diu clauſa linguæ repagula; reſtituuntur ſolita Dei miſericordia linguæ dudum amiſſa gubernacula, per ſancti Pontificis ſui ſuffragia. Obſtupuit illico patris animus, & ultra quam credi poteſt admirans, totus in lacrymas, non doloris, ſed gaudii; non mœroris, ſed exultationis, liquefactus eſt. Non poterat ſatiari pater in diu deſiderata verborum affluentia, deſiderabatque filium audire loquentem, quem per prolixi temporis ſpatium graviter ſuſtinuerat tacentem. Patris fides & firma mentis devotio inter-

C

loquelam recipit.

ceſſit, ut loqueretur filius: inopinata filii tam repentina curatio continuum & inſolabilem mentis languorem à paterno penitus propulſavit animo. Accurrit, quæ aderat, non modica plebs: admirantur admiratione digna Dei per Sanctum ſuum perpetrata magnalia. Clerus quoque, viſo quod factum fuerat, miraculo; hymniſonis concrepat laudibus. His itaque mirifice geſtis, cum ad civitatem gratulabundus pater, adepta filii ſoſpitate reverteretur, & qualiter [res acta] eſſet, per adjacentem divulgaretur provinciam; univerſi gratias agentes Deo, congratulati ſunt ei; quoniam Divina propitiatio magnificaverat miſericordiam ſuam cum illo. Et quoties ordinem rei deſiderantibus audire referebat filius, ſibi divinitus reſtituta, qua diu deſtitutus fuerat loquela, duplicata patris lætitia eſt.

A. WILL. KECELLO EX MS.

Mercatores Eboracenſes tempeſtate agitati.

22 Quidam Eboraicæ civitatis negotiatores, quoque anno ſemel devotionis cauſa Beati Joannis eccleſiam conſueverant viſitare; quoniam inter diverſa & ſatis periculoſa mundi & maxime maris diſcrimina, invocato nomine ejus, efficax & pium ſæpius ſenſere ſolatium. Præparatis igitur omnibus ad navigationem pertinentibus, magna pars civium præfatæ civitatis navem diverſis oneratam mercibus aſcendunt, ventoque flante ſecundo, conſuetum iter maris arripiunt, ad Scotiam uſque properantes. Sed velut humana proſperitas, ſic & aëris ſerenitas multoties ſicut umbra tranſit, & nihil rerum mundanarum diu durat, nec in eodem ſtatu permanet. Aëris mox commoditas, qua læti nautæ pacata æquora ſulcabant, cœpit ingraveſcere: deinde nubes imbriferæ ſerenam cæli obfuſcant faciem, furentis ventus turbinis extenſa diſcindit vela: nimiam maris conturbationem terribilis ſubſequitur tempeſtas: truces fluctuum flatibus concitæ moles, fragilia navis latera hinc & inde ſerviliter concutiunt: nunc vela jam fere diſciſſa pendulas videntur tangere nubes; modo maris ima carinam formidabant attingere: quaſſata malus ſimul & carbaſa ſævientibus undarum impulſionibus dejiciuntur; ſola ſpes periclitantium erat in gubernatore: ſed tempeſtatis urgente procella franguntur gubernacula, naviſque remigio aliiſque armamentis penitus deſtituta, multis exponitur æſtuantis pelagi fluctibus. Fit ſubito dolor lacrymabilis, hinc timor & mentis defectio, hinc luctus & gravis lamentatio; undique malum, undique mœror; nihil ſupereſt niſi mortis imago. Repugnant miſerandi nautæ pro poſſe ſævientibus undis; ſed invaleſcentibus tempeſtatum turbinibus ſuperati deficiunt, mortiſque timore tabeſcentes, nullamque ſalutis vel ſolatii ſpem habentes, ad ſæptus probata beati Confeſſoris ſubſidia unanimiter convertuntur. Vociferantes ergo, gemebundis aëra replent clamoribus: voces feſſaſque manus ad ſidera tollunt, & Beati Joannis nomen in neceſſitatibus & periculis, & non tantum ſibi, ſed & quam pluribus [expoſcunt] votum multoties ingeminantes. E

F

invocato S. Ioanne obtinent malaciam.

23 Non diſtulit pius miſericordiarum pater & totius conſolationis Deus, oppreſſis & in tanta tribulatione laborantibus manum miſericordiæ porrigere. Elegit itaque ſummi Patris clementia de miſericordia ſua præſumentibus, & in ſe toto corde ſperantibus, potius miſereri quam iraſci: & quos diu paſſus eſt calamitate conteri, paternæ diſpenſationis remedio voluit conſolari. Sedata enim horrenda ventorum commotione, fluctuumque furore pacificato, aëris illico ſubſecuta eſt temperies; faciesque cæli, prius imbriferis obfuſcata nubibus, nunc ſolis illuſtrata radiis, ſerena refulſit.

A. WILT. KECELLO EX MS.

sit. Congratulabantur ultra quam credi potest nautæ de tam subita & inopinata dextræ Excelsi mutatione, ignorantes penitus qualiter solita Dei præeunte clementia per Sancti Antistis sui Joannis suffragia evasissent miserandæ mortis supplicia. Et ut dignum admiratione miraculum pluribus insinuaretur; modus misericordiæ & liberationis sub silentio non abscondetur.

post quam nautarum unus vidisset in extasi

24 De nautis unus, furente tempestatis procella, ferventis pelagi motus mirabiles nimis ægre ferens, prostratus in medio, & velut in extasi positus, sui ipsius incompos, moribundus occubuerat. Hic cessante maris aërisque perturbatione, quasi de gravi somno expergefactus, nautas admirantes sic alloquitur: Ne dubitetis, inquit, Fratres & consodales mei, de jam transactæ tribulationis angustiis, per Dei gratiam, nos in præsenti jam liberari. Non enim ut sæpissime solet, fortuito casu contigit, tam prospera & jucunda post tot labores turbinis marisque pacificatio; sed Dei miserantis est, quam cernitis super afflictione filiorum suorum misericordia clemens & benigna miseratio. Dum enim paulo ante corporis sensibus alienatis quasi mortuus occumberem; videbatur mihi terribilium turba adesse

B

dæmonum, qui ad subversionem & interitum [navis] ad quod venerant, impie properantes, horribiliter intendebant. Subsequitur illico venerandæ

dæmones è navi expelli à Sancto:

staturæ persona viri, candentibus refulgens indumentis habitu, vultu Pontificis: qui baculo pastorali quem tenebat, protervam ad perniciem hominum adstantium catervam malignorum interrupit spirituum: eamque per navis medium persequens, imperavit discedere, & à nostro penitus propulsavit consortio. Sed ut verborum meorum veritas certitudinis alicujus indicio comprobetur; in-

& anchoræ novo funiculo religari,

venietis anchoram recenti funiculo subnixam, quem præfatus Pater attulit, disruptis paulo ante tempestatum furore quibus anchora sustentabatur funibus.

25 Audita visionis serie obstupescunt nautæ; & ultra quam credi potest admirantes, sermonibus fidem adhibere contemnunt, donec evidentissimæ manifestationis veritas admirabilem viri visionem confirmaret, ipsaque res omnem à cordibus adstantium dubitationis nebulam eliminaret. Quibus cognitis, extollunt mox continuas ad sidera laudes, omniumque Salvatori Deo jam manifesto liberatorique suo Joanni grates non cessant solvere multiplices. Præparatis iterum navis armamentis carbasa tendunt, & ad iter inceptum se quisque succincte præparat; sicque leviter spirantibus auris, prospere quo

C

intenderant navigantes, Scotiæ littus attingunt: deinde mercimonii sui perpetrato negotio navigationem maturantes, vela vertunt ad patriam: sibique jam famulatrices ad votum æquoreas persulcantes undas, felici cursu diu desiderati portus brevi delabantur ad littora. Non multo post, semota dilatione, Beverlacum usque festinantes, precum vota Deo Sanctoque suo Joanni sanctæ devotionis af-

quem funiculum postea Beverlacum deferunt.

fectu persolvunt. Accersitis denique Fratribus ecclesiæ, quod inter navigandum acciderat, qualiter suffragantibus beati Pontificis orationibus & meritis à naufragii periculis diræque mortis faucibus solita Salvatoris clementia liberati essent, seriatim in communi proferunt audientia: funiculumque, quem secum ad tanti miraculi manifestationem attulerant, Clero plebique non mediocriter admirantibus ostendunt. Obstupescunt qui aderant ad inauditam tanti eventus novitatem, admirantes quod sævientibus pelagi turbinibus anchoræ præmaxima moles tam subtili posset sustentari funiculo. Considerantes vero Deum in creaturis suis mirabilem, ad incomprehensibilem illius omnipotentiam, mirificamque Sancti Pontificis sui Joannis potentiam unanimiter laudandam & extollendam convertuntur: qui solus terræ marisque potestatibus imperat & dominatur, motum fluctuum ejus mitigat, & mirabiliter coërcet: cui semper sit laus, honor, imperium, pax perpes, & omnis gloria, per infinita sæculorum sæcula. Amen. D

ALIA MIRACVLA

Auctore ut plurimum teste oculato.

PROOEMIUM.

Miraculis à Kecello descriptis

1 CUm multa miracula referantur acta Beverlaci, per merita S. Joannis Confessoris inibi quiescentis, miror tam strenuos Clericos nequaquam litteris commendasse, quæ vel viderunt, vel à fidelibus visa referri audierunt, præter Willelmum, qui & Kecellus dictus est, qui quædam ex miraculis præfati Confessoris [retulit], eminentiora videlicet & illi magis agnita, quamvis pauca ex magna copia quæ ibi fiunt. Utpote homo sagax & industrio ingenio, maluit pauciora certissime nota describere, quam aliorum relatu aliquid temere diffinire. Nam post Normannorum in Angliam adventum, aliqua miracula, à comprovincialibus evidentissime scita, generationi futuræ & successoribus suis piæ studuit contradere memoriæ. Ego vero, dissimilis illius & longe inferior, tamen à pueritia tam scholaribus quam divinis litteris institutus, circumquaque perscrutans; nusquam reperio hujus Sancti miracula scripto denotata, cum sint nobis innumerabilia; præter ea quæ præfatus Willelmus descripsit, & vel negligenter sunt prætermissa, aut si scripta, nil manet cognitum. Mihi vero in-

addit auctor à se visa, aut à viris fide dignis accepta.

est animus, si possim, ea quæ vel novi, vel vidi, aut à fidelibus viris relata certissime didici, chartulæ memoriter commendare. Et nequaquam omnia exprimere enitar; cum tot & tanta referantur, quod si aliquis audita singillatim miracula pariter & visa scripto vellet prosequi, enorme volumen videretur componere. Ego vero hoc devitans, quasi patentem silvam ingrediens, ex multis arboribus paucos ramiculos decerpens, sic è multis mirifice gestis pauca retexo, ut posteri nostri sciant etiam nostris temporibus S. Joannem miraculorum gloria admodum

F

floruisse. Et quamvis ex relatione multorum memoria firma habeatur; tamen scriptis commendata magis firmant & acuunt memoriam. Illud vero insigne factum de Rege Adelstano, nostro operi volo apponere, sicut à Parentibus nostris & à comprovincialibus senioribus veraci relato didici: quia nusquam illud scriptum reperi. Hoc etiam summo opere efflagito, quod nullus existimet me amore sui vel gratia laudis captandæ aliqua finxisse; sed quæ vera, à quam pluribus adhuc existentibus agnita, simplici stylo digerere.

CAPUT I.

Victoria Regi Adelstano concessa. Mutis loquela data. Captivi liberati.

2 REgnante inclyto Rege *a* Adelstano, viro Catholico, qui monarchiam totius Angliæ tenuit, *b* Scotorum Rex cum suis transito fluvio, quod dividit Anglorum Regnum à Scotia, cœpit depopulari villas, homines exterminare, agros deprædari; a b

A *Adelſtanus Rex Scotiæ reſtituitur.*

prædari; &, ut verum fatear, totam regionem in exterminium conabatur deducere in Septemtrionali parte Angliæ. Quod fama evolante cum præfatus Adelſtanus comperiſſet; congregato exercitu ſtatuit quam citius cum armata manu ei occurrere: proviſiſque itineri neceſſariis propoſitum carpebat iter. Cumque in Provinciam Lincolnienſem deveniſſet, quidam ovantes, tam pauperes quam mediocres, ſibi *c* obvii facti ſunt. Ille vero interrogans eos, quæ eſſet cauſa tanti gaudii, vel unde venirent; reſponderunt, quod de Beverlaco venirent, ubi ſanctus Confeſſor Joannes quoſdam ex eis, variis oppreſſos infirmitatibus, gratia Dei ſanos effecerat; & hæc erat cauſa tantæ lætitiæ. Et inde progrediens, iterum alios catervatim venientes obvios habuit: inquiſivit, unde venirent; illi vero reſponderunt quod de Beverlaco, ubi quoſdam ex eis mutos vel claudos, cæcos vel ſurdos, mira Dei potentia, ſanctus Dei Confeſſor ſanaverat.

c *diſcit miracula Beverlaci patrata*

3 Cumque Rex hunc venerandum Confeſſorem, in tanta veneratione habitum, per Deum tanta operari valuiſſe comperiret, habito conſilio cum ſuis, dixit ſe debere talem Patronum adire, ut ſibi in inſtanti negotio ſubveniret: tranſmiſitque ſuum exercitum per Occidentalem regionem verſus Eboracum, quatenus eum ibi præſtolarentur. Ipſe vero tranſito flumine Humbræ venit Beverlacum; procumbenſque in oratione in eccleſia coram altari, in præſentia Reliquiarum venerandi Confeſſoris, devoto animo prolixius orabat: ſurgenſque deinde ab oratione, coram adſtantibus tam Clericis quam laicis & auſcultantibus, talem orationem exorſus eſt, dicens: O glorioſe Confeſſor Joannes, qui tot virtutibus coruſcas, ut fama refert, precor te, quatenus mihi ſubvenire digneris per interceſſionem tuam in inſtanti negotio, ut inimicorum infeſtationem pernoxiam te patrocinante exſuperare queam.

B *qui eo veniens auxilium implorat,*

d Et continuo extrahens *d* cultellum ſuum de vagina, poſuit ſuper altare, dicens: Ecce vadium meum coram te pono, quod te auxiliante vita comite rediens recipiam; ita tamen quod eccleſiam tuam honorificabo, & reditibus augebo, ſi Dei nutu tuoque ſuffragio hoſtes debellare quivero. Cuſtodes vero eccleſiæ qui aderant, ſuggeſſerunt ei, ut ſignum aliquod inde ſecum in monumentum aſportaret: & fecit quoddam vexillum ſibi de eadem eccleſia præferri, conſignanſque ſe ad ſuum exercitum reverſus eſt. Cumque Scoti audiſſent Anglorum exercitum adventare, non ſunt auſi eos in finibus eorum expectare, nec campeſtri bello eis reſiſtere: ſed tranſfretaverunt flumen, quod dicitur Scotorum vadum, ut inter proprios terminos ſecurius ſe in bello ad reſiſtendum parare poſſent. Rex vero cum omni exercitu Anglorum cum ad flumen perveniſſet, didicit Scotos tranſiſſe; & præcepit ſuis ſupra ripam fluminis ſua tentoria figi, ibique aliquantulum pauſare.

& vexillo aſſumpto

C *Scotos trans flumen regreſſos*

4 Subſequenti nocte, quieſcentibus cunctis cum ſuo Rege, talis viſio eidem Regi apparuit, ceteris dormientibus & omnimo ignorantibus. Videbatur enim ei quod quidam Pontificali habitu indutus coram ſe aſſiſteret, ſibique diceret: Adelſtane Rex, fac tuos in craſtino præparari, ut tranſeant flumen iſtud ad bellandum contra Scotos. Cumque interrogaret Rex, quiſnam eſſet, qui talia ediceret: reſpondit qui aſtabat, quod ipſe eſſet Joannes, cujus precibus expetierat ſe protegi, cum Beverlaci in ejuſdem eccleſia oraret. Subinde ſtatim intulit: Noli timere cum exercitu tranſire armato; nam debellabis eos: hoc enim tibi nuntiare veni. Mane itaque facto curavit Rex ſuis viſionem patefacere, & de victoria certificare. Quilætantes, animati ſunt ad certamen, transfretavere flumen, Scotoſque invenerunt cum ſuo Rege paratos ad reſiſtendum: commiſſoque gravi prælio [non ſolum] multi ex Scotis ruerunt, verum etiam ipſorum Rex aufugit ad totius Regni confuſionem. Quo viſo Rex Anglorum lætus effectus, gratias egit Deo venerandoque Confeſſori, videlicet Joanni ſuo intercеſſori, totumque regnum *e* continuo ſuo ſubjugavit imperio, circuiens & perluſtrans cunctas vicinas illius terræ provincias. [Convocavit deinde] Principes & Præpoſitos Urbium, indicens eis tributa, quæ ſibi ſuiſque ſucceſſoribus, ſcilicet Anglorum Regibus, ex debito perſolverent: inſulas etiam adjacentes atque vicinas ſibi ſervire compulit; & tamdiu in illis partibus demoratus eſt, quod jam tres anni finiterentur.

à S. Joanne monitus,

invadit

A. TESTE OCULATO EX MS.

e *& victis tributum imponit:*

5 Jamque revertens per loca marina juxta Dumbar, & videns ſcopulos prominere, aſtitit, taliaque ſuſpirans eloquia protulit, dicens: ſi Deus interveniente B. Joanne mihi aliquod ſignum evidens facere promitteret; quatenus tam ſuccedentes quam præſentes cognoſcere poſſent Scotiam Anglorum Regno jure ſubjugari, utpote devictam ab Adelſtano Rege, ſibique ſucceſſoribus tributa omni tempore perſolvere; non immerito gratias illi devote agerem. Et extrahens gladium de vagina, *f* percuſſit in ſilicem, quæ eadem hora adeo penetrabilis, Dei virtute agente, fuit gladio, quaſi lapis butyrum eſſet vel mollis glarea: quia lapis ad ictum gladii ita cavatur, ut menſura ulnæ longitudini poſſit coaptari; & uſque ad præſentem diem evidens ſignum patet, quod Scoti ab Anglicis devicti ſunt ac ſubjugati, monumento tali evidenter cunctis adeuntibus demonſtrante. Quo ſigno viſo divinitus, quantas gratiarum actiones, quot laudum præconia Rex cum ſuis Deo Sanctoque Joanni extulit, non eſt noſtræ æſtimationis poſſe declarare.

E

f *ſilicem gladio ſcindit:*

Beverlaci regreſſus,

6 Deinde cum magno tripudio in Angliam remeans, non immemor beneficii cælitus ſibi collati, è veſtigio Beverlacum adiit: & in præſentia Reliquiarum humiliter ſe proſtravit, gratias agens Deo Sanctoque Joanni Patrono ſuo, cujus meritis tanta beneficia ei præſtita fuerant. Et offerens arma ſua aliaque donaria, inſtituit pacem S. Joannis ab omnibus tenendam, quam infringere nulla ratione nullo tempore cuiquam dignitati vel perſonæ liceat; fecitque milliarium aſſignari ad hanc pacem tenendam, metamque conſtituit ad ſpinam prægrandem, quæ ultra Meleſcroſt ſita, in via quæ tendit Eboracum: quo loco nunc crux lapidea poſita cernitur, ut qui hanc pacem in aliquo vel erga aliquem violare præſumpſerit, octo libras argenti eccleſiæ prædicti Confeſſoris pro emendatione perſolveret: qui vero infra tres cruces lapideas, mirifice ſculptas & ad introitum Beverlaci tunc ab eodem Rege erectas, hanc pacem violaverit, viginti quatuor libras exſolveret: & qui infra cœmeterium eccleſiæ ipſius infregerit pacem, ſeptuaginta duas libras pro ſatisfactione dare compelleretur: qui autem infra corpus eccleſiæ poſterioris temerario auſu pacem violare præſumpſerit, triplicatas libras argenti prædictas pro emendatione perſolvere judicaretur: & qui infra arcus ſupra introitum cancelli poſitos maligno auſu Sanctiſſimi Confeſſoris pacem violaverit, abſque emendatione terrenæ poſſeſſionis vel pecuniæ eſſet judicatus (ut qui tale nefas tamque profanum in præſentia Reliquiarum tam venerandi Confeſſoris auſus ſit committere) ſoliuſque Dei miſerationi atque judicio committendus, ſit judicandus, ſicut enormis languor immenſa curatione indiget.

F *pacem ibi permilliariis circumquaque tenendã conſtituit:*

7 Præterea aſſignavit Rex reditus eidem eccleſiæ, ad ſervientium Clericorum ſuſtentamentum; quo

& reditus aſſignat

A. TESTE OCULATO EX MS.

quo liberalius & quietius Deo & S. Joanni deſervirent. Et quidem coloni illius provinciæ Heſteraſda, id eſt, quod exigebatur ad pabulum equorum Regis, ſingulis annis ſolebant Regis Præfectis reddere; videlicet de unaquaque carruca, id eſt, ad cultrum & vomerem, quatuor travas de ſuis frugibus; & talis reditus inter vectigalia Regia computabatur, & exigebatur à regione illa, quæ clauditur ex uno latere flumine Derewente, & altero Humbre flumine, ex tertio latere mari Septemtrionali vel Orientali. Hæc quidem provincia antiquitus Deira vocabatur. Totum jam deſcriptum reditum S. Joanni eccleſiæque illius ſervientibus in perpetuam eleemoſynam, liberam atque ab omni exactione quietam, contulit & dedit, Regioque
g *g* edicto corroboravit ac ſcripto. Et jam omnibus rite peractis, rediit cum ſuis ad Regis civitates, conteſtans ſæpe ſanctum Confeſſorem Joannem præcipuum Patronum Anglici regni.

8 Tempore quo Præſulatum Eboracenſem regebat
h *b* Gerardus, vir magnæ eloquentiæ & præſtantiſſimæ ſcientiæ; in primo adventu ejus in Beverlacum, ad primam Miſſam quam in eccleſia Sancti Joannis Confeſſoris quadam ſolenni die celebravit, accidit quod quidam juvenis de Curia ejuſdem Pontificis adfuit, qui mutus & ſurdus à ſua nativitate
B fuerat. Cumque hymnus Angelicus, ſcilicet Gloria in excelſis, inciperetur; mox mutus eminus cum laicis conſiſtens, verba protulit; & qui numquam antea loqui potuerat, jam tam Anglice quam Francice loqui incipiebat, cunctis qui aſtabant obſtupeſcentibus & pie admirantibus. Quod ſtatim nuntiatum eſt Archiepiſcopo ad altare, qui proſequens divinum officium, uſque dum Euangelium perlegeretur, & continuo de Presbyterio deſcendens, venit ad introitum cancelli, ut populum commone faceret; & de perpetrato miraculo tali modo exorſus eſt, dicens: Conſiderate filii, quam ſit nobis pius Patronus, quam efficax erga Deum in impetratione; qui tale miraculum Deo volente nobis oſtendit.

celebrante Archiepiſcopo

mutus & ſurdus à nativitate fanatur:

9 Cumque prolongaretur ſermo vitali commonitione, progreſſus eſt quidam Anglicus in medium, nobilis genere, diſertus ſermone, in medioque conventu Archiepiſcopum tali affamine convenit: ô Domine, ne putes nos admirari, quaſi novis prodigiis, de hoc miraculo perpetrato; ſed [ſcias] nos per ſe & unoquoque anno ſignis & prodigiis hujuſcemodi mirabilibus recreari ſolitos per B. Joannem: quin potius ipſe ſanctum venerari & collaudare debes, qui iſtum tecum huc adductum à tantis incommodis liberavit: & quandoquidem tibi hoc præſtitum eſt per beatum Confeſſorem Joannem; videas, ne temere præſumas aliquando erga ſuos, qui gratia venerationis illius & amoris, nec non pacis ſecuritatiſque cauſa ad ejus confugerunt alas, manſioniſque locum hic perceperunt. Sic iſte Pontifex quidem potuit commoneri; ſed monita proſequi contempſit: nam ut fertur, nimis auſterus exſtitit; & ideo tam à Clericis quam à laicis parum diligebatur, ut in fine claruit funereiſque illius exequiis. Præfatus vero juvenis, miſeratione Dei meritiſque ſancti Confeſſoris curatus, numquam inde poſtea voluit recedere; ſed manſit haud longe à monaſterio, juxta lacum defluentem extra cœmeterium, officio piſtorio degens ſeque ſuſtentans. Hunc vero grandævum, habentem uxorem & liberos, etiam ego puer ſcholaris vidi, & optime novi, & audivi frequenter loquentem, & expreſſe & expedite ut, ceteri hominum; ſolituſque fuerat junioribus ſecum conſedentibus vel adſtantibus referre, qualiter ſibi à nativitate ſurdo & muto Dominus

quæ occaſione monetur libere Archiepiſcopus ut loco faveat:

C

& qui mutus fuerat ibidem manet auctori notus.

per B. Joannem auditum & loquelam præſtiterit: vixitque uſque ad ultima *i* Turtini Archiepiſcopi tempora, benedicens Deum & Sanctum Joannem. D i

10 Eſt villa quædam diſtans à Beverlaco quaſi duobus milliariis, quæ Walkintona vocitatur: cujus altera pars ad refectorium S. Joannis dependet, altera vero S. Cuthberto hereditario jure pertinet. In ea autem quæ ad S. Joannem pertinet, erat quidam ruſticus ſimplex, legitime uxorem ſortitus, ex qua liberos procreavit; inter quos quidam puerulus ei natus eſt, elegans quidem forma; ſed incommoditate deſpicabilis. Nam cum ætas exigebat, ut verbula effari deberet; nequaquam valuit verbum aliquod promereri: ſed perpetua taciturnitate damnatum jam hunc parentes aſtruebant; quia nec bimus, nec trimus aliquid loqui poterat, verum etiam non quadrimus. Parentes autem ipſius inæſtimabili triſtitia affecti, quid agerent omnino ignorantes, & reminiſcentes quanta mirabilia Dominus oſtendere dignatur Beverlaci per merita S. Joannis: adduxerunt ſecum puerum ad eccleſiam jam dicti Confeſſoris, devote ſupplicantes; ut Sanctus inibi advocatus Dei miſeratione mœrore ſuum permaximum moderari dignaretur. Et ſæpe redeuntes domum cum puero, quia longe illinc manſione diſtabant; tamen feſtivis diebus eccleſiæ ſolennibus illuc eum ſæpius reduxerunt, impetrare volentes mœroris pergrandis conſolationem. Tandem pius Confeſſor parentum vota complevit, puero loquelam condonans ad laudem & gloriam Dei; qui cor contritum & humiliatum non ſpernit. Unde parentes multum gaviſi, ovantes ad propria remearunt, qui prius mœrore affecti illinc receſſerant. Notumque factum eſt hoc miraculum omnibus habitantibus Walketunam viciniſque villulis, qualiter puer quinquennis, à nativitate mutus, loquelam per B. Joannem ſuſcepit: verum etiam multis Beverlaci manentibus cognitum extat. Hunc vero adoleſcentem, & pene *k* virum, egomet vidi ſæpiſſime; agnovique ejus matrem, nec non & fratres: ſolituſque fuit mihi hæc enarrare, aliiſque ſæpe ſecum confidentibus vel conſiſtentibus: nam poſtea civilibus artibus edoctus in Beverlaco manſit, collaudans Deum in beneficiis ſibi collatis per B. Joannem Patronum ſuum.

E

mutus quinquennis loquelam accipit,

k *ſcriptori optime cognitus.*

11 Eo tempore quo *l* Stephanus Rex Anglorum regnum obtinebat, multa infortunia ac calamitates Angliam oppreſſerunt: & ſive hæc evenerunt ob perjurium, quo Optimates & pene omnes regni Comites ac Proceres, ſummique Pontifices rei tenebantur; ſeu ob caſtigationem vitiorum & ſuperbiam divitiarum, quibus illius temporis homines nimium pollebant; multis adhuc manet incognitum. Etiam tunc pax à terra receſſerat, ut vix aliquis pacem fidemque promiſſam proximo tenere vellet: verum etiam alienigenarum per omnes Angliæ fines tanta multitudo excreverat, ut indigenas terræque colonos ad quod vellent compellere poſſent. Fecerunt Primates terræ caſtella ſibi conſtrui, milites aggregari, ſagittarios conduci; ut pios impii comprimerent, ſpoliarent, & more milvorum rapacitate inſatiabili ad caſtra dæmoniaca, videlicet oppida ſua, vicinorum aliorum victum atque pecunias attraherent & coacervarent. Ea tempeſtate contigerat, quod Robertus de Stutevilla, vir ſtrenuus & militari virtute probatiſſimus, quemdam Clericum, ſcilicet filium cujuſdam civis Lincolnienſis cœperat, eumque in cuſtodiam miſerat in oppido, quod Cotingham vocitabatur, & diſtat à Beverlaco fere tribus milliariis. Præfatus vero Clericus ibi vinculis contritus, à cuſtodibus diligentiſſime cuſtodiebatur: invocans divinum auxilium, Sanctique Joannis

l *Stephano Rege imperante*

F

Clericus carcere inclusus Cotinghami,

A nis præſidium, quo ſe à cuſtodia impiorum immunem liberarent.

12 Cumque ſæpius minis afficerent eum, qui poteſtate præerant, ejuſque parentibus mandarent, quod tormentis eum variis cruciarent, niſi feſtinantius eum ad ſuum arbitrium redimerent; Confeſſor glorioſus Joannes contumaciam iniquorum aſpernans, innocentum vitam approbans, Clericum exaudivit deprecantem, eumque tantummodo liberavit. Nocte quadam quieſcentibus quam pluribus ejuſdem oppidi, ſomno cogente, videbatur Clerico quieſcenti, & aliquantum ſomni prælibanti, quod quidam vir, quaſi eſſet Pontifex, ei adſtaret juberetque, ut aſſurgeret & abiret. Cumque Clericus reſponderet, ſe nequaquam hoc facere poſſe, utpote annulis ferreis per ambas tibias conſtrictum, & carcere firmiter obſerato incluſum; Pontifex jam expergefactum monuit, ne trepidaret; ſed ſe ſolutum conſpiceret: animadvertitque Clericus unum de annulis à tibia ruptum fuiſſe: & colligavit illum cum altera tibia pannis interpoſitis, ut expeditius Deo favente procedere poſſet: juſſitque Sacerdos Dei ut quantocius ſe ſequeretur, omni timore poſtpoſito, & ad monaſterium ſuum Beverlaci ſe liberando confugeret. Miroque modo, ſicuti de Petro Apoſtolo legimus, quem Angelus eduxit de carcere ibi janua carceris eis pervia fuit, ceteraque clauſtra reſerata, cuſtodibus ſomno depreſſis, Angelo præcedente; ita & hic, B. Joanne præeunte viamque demonſtrante, captivum ſuum educendo, omnia ad votum evenerunt. Nam egreſſi cuſtodiam, deinde palatium, poſtea immenſitates aggerum & ſpatioſos lacus tranſeuntes [ibant] fide magis quam via pergentes; videbaturque captivo, quod pauſante eo protendebatur ad difficiles tranſitus. Poſt hæc tranſierunt per nemus Pontifice præmonſtrante viam, aliquando plauſtro præeunte. Tandem per loca paluſtria gradiens, ſicuti ſitus loci ſe habet, feſtinando verſus Beverlacum, plantæ pedum ipſius, pelliſque interior acutis calcaniis *m* frutetiſque pungentibus ita terebratæ ſunt, quaſi aculeis ferreis nimium compungerentur.

13 Jam vero crepuſculo inſiſtente appropinquavit monaſterio, aſpexitque caſam, quam intravit, ut ſe calefaceret; algor quippe nimius eum compreſſerat, quod vix progredi poterat. Refocillatus vero per ignem & calore corporis recepto, ſtatim monaſterium adiit jam die illuceſcente, apertaſque valvas Baſilicæ prædicti Confeſſoris reperit; cuſtodibus eccleſiæ jam evigilantibus, & interrogantibus quiſnam eſſet, vel qua de cauſa illuc confugerat. Statimque expoſuit eis ordinem rei, & qualiter B. Joannes eum de carcere eduxerit, liberumque ad ſuum monaſterium confugere juſſerit. Tunc & annulus, qui reſtabat, à tibia decidit, illis cernentibus & multum gratulantibus de tali eventu, monſtratumque eſt omni populo & Clero de perpetrato miraculo, qui omnes in laudem Dei proruperunt, & hymnum pſallebant Domino, qui facit mirabilia magna per ſervum ſuum Joannem, ſæpe clarificatum miraculis. Continuo Clericus qui captivus fuerat, jam per beatum Confeſſorem liberatus, obtulit annulos ferreos ad altare: qui ſuſpenſi ſunt ibi, & multi circuli ferrei, nec non & compedes ſuſpenduntur, ſcilicet ab utroque latere ſepulcri viri Dei Joannis. Sacriſta ejuſdem eccleſiæ tunc temporis fuit Alveredus bonæ memoriæ, ſenex Eccleſiaſtica inſtitutione ſagax: hic miſertus calamitatis illius Clerici, videns plantas pedum ejus nimium fuiſſe contritas ac tumidas, adhibuit fomenta medicaminis, n peduleſque *n* illi dari juſſit, ne à ſuperiori calceamento pedes læderentur; quibus uſus eſt, quamdiu in eccleſia manſit, uſque dum induſtria Cleri reſtitutus eſt ſuis. Hæc mihi retulerunt, qui & ipſum viderunt, & hæc ab ipſo referri cum juramento coram multis præſentibus frequenter audierunt. A TESTE OCULATO AUDITIS.

14 Similiter in præfato caſtello quidam Clericus, Sampſon nomine, in cuſtodiam poſitus fuerat. Suggeſtum eſt Domino Roberto à cuſtodibus, quid de eo eſſet agendum: ille vero juſſit eos mandare parentibus ipſius Clerici, quod niſi citius eum redimerent, dentes à capite ejus evellerentur, vel aliquod ejus membrum de corpore abſciſſum eis proculdubio mitteretur. Juvenis inde multum pavidus, ſuper hoc divinum efflagitabat auxilium, nec non S. Joannis patrocinium. Joannes autem qui eſt refugium miſerorum per Anglicos fines, preces humilis deprecantis exaudivit, eumque de manibus iniquorum miſericorditer liberavit. Nam nocte quadam apparuit ei venerandus Confeſſor Joannes, Pontificalem gerens habitum, præcipiens ut ſurgeret, & ad monaſterium ſuum apud Beverlacum quam citius confugeret. Cui ſtatim Clericus reſpondit, ſe nequaquam hoc poſſe facere; utpote ferreis vinculis cum alio in cuſtodia firmiter conſtrictum. Et ille: Ne formides; jam enim ſolutus es. Ille vero animadvertens circulum ferreum à pede viri cum quo conſtrictus fuerat decidiſſe, ſeque ab eo ſolutum eſſe; colligavit ſurſum annulum illum (nam alter ſibi adhærebat) expeditumque ſe faciens ad pergendum, relictoque concaptivo ſopore preſſo, exivit continuo, procedens & exiliens, Deo volente, uſque dum foris caſtellum venerat. *Clericus alius ibidem captivus,*

15 Jamque dieſcente vigiles ejuſdem oppidi diem præcinebant, ipſo audiente & aufugiente. Statim cuſtodes compererunt captivum defuiſſe, conclamabant, undique Clericum de cuſtodia evaſiſſe: præceptumque eſt illis, ut equis quantocius eum inſequerentur, & circumquaque quærerent, quo modo eum reperire poſſent. Ille vero, ſuffragante venerabili Confeſſore ejuſque conductore, qui nequaquam permiſit eum iterum tradi manui impiorum, à quorum poteſtate jam eum liberaverat, ſolicitus carpebat iter. Jamque circa horam primam appropinquaverat Beverlaco, cum quidam miles equo advolans conſecutus eſt eum, minime agnoſcens eum, quamvis ipſe eſſet qui quærebatur: interrogavitque eum, ſi hujuſmodi Clericum quoquam præcedere vel aufugere videret: qui reſpondit ſe minime vidiſſe. O res mira & laude digna! & poſſumus hoc conferre Sodomitis, qui domum Loth ut infringerent, fores domus quæſiverunt? ſed percuſſit eos Dominus cæcitate, quod circueuntes domum ac palpantes, oſtium invenire nequiverunt: non immerito, ut qui interius excæcati fuerant ad flagitium perpetrandum, lumen exterius amitterent. Sic & iſtos Dei miſeratione excæcavit malitia eorum, ne captivum agnoſcerent, cui injuſte machinabantur mala. Cumque captivus videret inſequentes appropinquare, divertit alias; tranſcendens aggerem lacus circueuntis villam: ſicque venit ad cœmeterium, ubi invenit hoſtes ſibi oppoſitos, obſervantes ſi quoquam eum contueri poſſent, ut raperent, ſi extra cœmeterium inventus fuiſſet. Sed ad ipſum introitum cœmeterii poſitos hoſtes ſic pertranſiit ille, ut nec tunc quidem ab eis agnoſceretur, agnoſcens ut pridie adverſarios. Qui cum ad eccleſiam veniret; pacem S. Joannis advocans, ſuſceptus eſt, ut omnes illuc confugientes pietatis paciſque gremio confoverentur. Obtulitque ad altare vincula ſua ferrea, gratias agens liberatori ſuo Joanni: ſed & Clerus & populus in laudem Dei continuo proruperunt, excelſa voce conjubilantes gloriam Dei & S. Joannis meritum. Suſpenſa ſunt ejus vincula *ab inſequentibus non agnoſcitur* *& ad altare vincula offert,*

B Act. 12.

C

E

F

à S. Ioanne apparente

altero tibia vinculo ſoluto educ-tus,

& in eccleſia altero tibia vinculo decidente

per vias invias

oblatis cõpedibus aliquamdiu ibi manet.

m *Beverlaci venit,*

A. TESTE OCULATO EX MS.

cula cum reliquis captivorum vinculis & compedibus, qui multoties liberati ad Sancti præsentis confugêre pacem. Quid plura? prolixius tempus me detineret, si singulas captivorum per merita S. Joannis liberationes annotare vellem; vel quos ego vidi, vel de quibus mihi retulerunt, qui & ipsi illos viderunt, & simili modo liberatos certissime noverunt. Nam quot de Castello Drifeld, ac de ceteris munitionibus vel custodiis captivi, per merita nec non per invocationem S. Joannis, educti referuntur, fastidiosum est enarrare.

uti & plures alii.

ANNOTATA.

a Adelstanus *sive* Athelstanus *Eadwardo sive Eduardo seniori patri, anno 924 mortuo, successit; mortuus anno 940 feria 4 28 Octobris.*

b Constantinus III *traditur regnasse ab anno 904 & anno 937 prælio victus fugisse, ac regnum adhuc annis quatuor tenuisse, tum monachus factus annos quinque vixisse, uti dictum 6 Martii ad Vitam S. Cadroe num. 20, ubi Malmesburiensem refutavimus, asserentem quod eo prælio Constantinus occubuerit, qui hic etiam solum dicitur fugisse.*

B c *Hos illi* obvios *describit Ethelredus Abbas Rievallis, in Genealogia Regum Angliæ, inter Scriptores antiquos Historiæ Anglicanæ Londini editos, ubi columna 357 sequentia, sed alia phrasi referuntur.*

d *Eadem de accessu Regis, &* cultello relicto *præter dictum Ethelredum, habent Ioannes Brompton col. 838: &* Scotiam *videtur auctor Anglus intelligere, victoriæ fructum.*

e Regnum Cambriæ, *quod per hanc victoriam ad Anglos rediit: ipsam tamen enormiter augens, ut fieri inter æmulas gentes consuevit.*

f *De hac* Silicis scissione *agunt dictus Brompton, & Henricus de Knyghton col. 2485 ubi hanc victoriam etiam S. Ioanni adscribit.*

g *Illud edictum, totum rythmo Anglo Saxonico scriptum, est editum in Monastico Anglicano pag. 171.*

h Gerardus *sive* Girardus, *ex Episcopo Herefordiensi Archiepiscopus creatus anno 1101 mortuus 21 Maji anni 1108.*

i *Alias* Thurstanus, *post Thomam Gerardi successorem designatus an. 1119, abdicavit se ultro, & mox obiit an. 1140.*

k *Ecgraphum* Urbem, *quod correxi.*

l Stephanus *regnavit ab anno 1136 ad an. 1154.*

C m *Ecgraphum* Calonicaniis fruteritibusque.

n Pedules *intelliguntur socci lanei seu linei.*

CAPUT II.

Sanitas collata contractis, mutis, cæco, amenti, aliis ægris. Periculum naufragii submotum.

Puella contracta, manibus & genibus reptans sanatur.

16 QUodam tempore contigit, quod quædam puella membris contracta, flexisque poplitibus nervorum tractu, ad Beverlacum adducta fuerat: hæc quia nequaquam pedibus incedere valuit, reptando manibus & genibus, ut poterat, se promovit. Quadam die cum domum redirem, interrogaverunt me mei parentes, si ego agnoscerem puellam membris contractam, solitam ostiatim mendicare. Quibus cum responderem me illam minime agnovisse, mirabantur quod non sit à me agnita, cum optime agnosceretur à quam pluribus utriusque sexus: dixeruntque illam sibi bene cognitam & familiarem, sibi sæpe solitam colloqui, suaque incommoda humiliter enarrare. Cumque ego interrogarem, quid actum esset de ea; responderunt, quod quadam die cum redirent de monasterio, viderunt præfatam puellam stantem, & lavantem se in lacu defluente extra cœmeterium. Et cum hæsitarent, an illa esset, quæ prius fuerat contracta; interrogaverunt eam veritatem rei. Quæ respondit, se puellam fuisse illam, quæ prius membris contracta fuerat, & ostiatim mendicare aliquamdiu, ut plures viderant, solebat. Asserebat se erectam & sanam factam Dei gratia & S. Joannis meritis, ut recte incedere sufficienter posset. Tunc illi extulerunt caput, benedicentes Deum Sanctumque Joannem collaudantes, per quem nobis tot miracula declarantur. D

17 Accidit quadam vice, quod quidam pœnitens adveniret in Beverlacum orationis gratia, qui de Galliæ partibus veniens, S. Andream apud Scotiam adierat: & inde redeundo S. Joannis suffragium expostulare disposuit. Cumque in ecclesia ejusdem orare intentius devotus procumberet, in Septemtrionali parte ante Crucem, pergrande rumpitur ferrum, quo ipse fuerat colligatus circa renes, ita ut quidam aliquantulum in ecclesia remoti sonitum ferri rumpentis audirent: statimque qui audierunt, adfuere, videntes circulum ferreum quasi circulum ruptum, & ab eo dilapsum. Et cum interrogaretur quisnam esset; noluit vir parum quid loqui: sed Sacerdoti se velle hoc revelare asseruit. Factum est ita, & ostendit Sacerdoti primitus, deinde Capitulo quis esset; & qua de causa ferro ligatus fuisset, ita dicens: Ego quidem multum deliqui; nam ira commotus odioque fraterno, quemdam fratrem gladio percussi. Episcopus vero meus, ad quem spectat de flagitiis dijudicare & facinora punire, convenit me pœnitentiamque mihi injunxit, præcepit me eodem ferro coligari, quo fratrem percusseram, ad nudam carnem firmiter renibus adhærente, & peregrinando Sanctorum suffragia, ut vagum & profugum, gemebundum exquirere: & jam unus annus peractus est mihi in pœnitentia, cum ferrum hoc ruptum est de corpore meo, Dei miseratione ac meritis Sancti in præsenti quiescentis ecclesia. Tunc omnes qui aderant, hoc audientes, nimio gaudio exhilarati, unanimiter benedicebant Deum, qui tot signis tantisque miraculis glorificat Sanctum suum Joannem; hymnumque statim concinebant, conjubilantes votis in confessione; scripseruntque Episcopo, de cujus diœcesi hic pœnitens fuerat, qualiter solutus sit à vinculo ferri in ecclesia S. Joannis Beverlaci, divina gratia & meritis ejusdem Confessoris. Hunc ipsemet etiam vidi; & tunc quidem fui in eadem ecclesia, quando circulus ferreus rumperetur de ejus corpore: videbaturque mihi magnæ simplicitatis vir ille fuisse. *Circulus ferreus pœnitentis ut. vo ruptus decidit,* E *scriptore præsente.* F

18 Quidam rusticus erat in provincia a Norwicensi, magno languore depressus, maxime in una tibia, quod nequaquam recte incedere, sed claudicando, baculoque se sustentando iter vix capere valebat. Et cum Sanctorum loca frequenter orationis gratia visitasset; nullatenus per aliquem illorum restitutus est sanitati. Nec mirum. Providit enim Deus illum per aliquem Sanctorum, in remotioribus Angliæ finibus constitutum, à sua infirmitate curari; mystice declarans, quanta virtute præcellebat, qui quod ceteri facere non valebant, absque mora tribuere hic comprobaretur. Audierat namque hic infirmus, fama evolante, quanta mirabilia operatur Deus per B. Joannem Confessorem, Beverlaci quiescentem: & cœpit invocare nomen ejus, ingemiscens & expostulans, ut infirmitati suæ subvenire dignaretur; ut à tam longa ægritudine sua intercessione liberari posset. Cumque aliquamdiu persisteret in tali supplicatione, languor cœpit decrescere, a *Rusticus Norwicensis invocato S. Ioanne à languore tibiæ liberatur.*

A creſcere, priſtinæque ſanitati ex integro tibia ejus reſtituta eſt. Qui virtute reſumpta, membrorumque officio perfecte potitus, ſtatim propoſuit Sanctum Joannem ſe adire velle: cereumque parari ſibi fecit, ad modum & quantitatem tibiæ cum ipſo pede: iterque verſus Beverlacum quantocius arripuit.

qui cereum offerens, coram ſcripto remiraculũ narravit,

19 Cumque ad eccleſiam prædicti Confeſſoris veniſſet, ad orationem ſe proſtravit, preces fudit, & pro ſanitate ſibi collata Deo Sanctoque Joanni grates quam maximas retulit, obtulitque cereum ſecum deportatum miræ magnitudinis, lumine accenſum, in præſentia Reliquiarum viri Dei ſuper altare; referens univerſo Clero & populo, qualiter per invocationem nominis venerandi Confeſſoris Joannis, in provincia ſua conſtitutus, ſanus fuerat effectus. Cunctique qui aderant hæc audientes, glorificaverunt Deum, qui tot virtutibus Patronum ſuum Joannem longe lateque declarat; hymnumque jubilationis Deo Clerici reſonabant, ut mos eſt illius eccleſiæ in impetratione alicujus evidentis miraculi. Hunc virum etiam ipſe vidi, & audivi hæc eadem narrare, ſicut & multi alii: vidimuſque ipſum longo poſt tempore ſingulis annis ſemel in
B anno illuc cum oblationibus ſuis, verum etiam & aliorum qui per eum illuc tranſmiſerant, adventare; gratumque officiis ac muneribus, tam ſuis quam alienis, ſedulum exhibere obſequium: ejuſque exemplo multi comprovinciales, videntes virtutem tam efficacem in prædicto Confeſſore vigere, invocato nomine ejus & auxilio in ſuis infirmitatibus frequenter curabantur; virumque iſtum, bajulum ſuarum oblationum & interceſſorem, ad Sanctum Dei per ſingulos annos properantem, conſtituere.

alii ægri ſanati.

20 Vir quidam fuit in villa, quæ Bylebi vocatur, habens filium ſibi admodum carum, qui puerili adhuc tenebatur ætate, nimiſque puerilibus jocis deditus, ſolivagus cum aliqua puella, ſolito more per virgulta remotius ludere ſolebat. Qui cum frequen-

Puer diabolica illuſione mutus medio anno,

ter corriperetur à parentibus, ne tam remote à comitatu humano jocari deberet; furtim egreſſus eſt quadam die, æſtimans ſe invenire puellam per virgulta incedere, ut ſibi videbatur: & inde lætus effectus cucurrit poſt eam, ut eam comprehenderet; ſed nequivit multa fatigatus circuitione. Per moram meridianam videbantur ei plurima accenſa luminaria per arbores, phantaſtico videlicet igne,
C ut poſtea claruit. Nam multum eam perſequens puer ut teneret, non valuit; ſed dæmoniaco figmento diu deluſus, tandem evanuit quæ puella videbatur, nec erat, ſed ſpiritus nequam: puerque remanſit mutus. Regreſſus vero domum nequaquam valuit aliquod verbum effari, qui antea ſatis eloquens puer habebatur. Verum parentes inæſtimabili triſtitia affecti, quid conſilii habere queant, ignorant: nam remedium nullum, niſi divinum vel Sanctorum Dei, ſibi ſubvenire poſſe certiſſime ſciunt.

21 Et jam fere per ſpatium dimidii anni ſic permanſit puer mutus. Cum parentes ejus reminiſcuntur mirabilium, quæ Beverlaci fiunt per merita Sancti Joannis, quem præcipuum habent refugium Anglicorum finium incolæ. Adducunt illum ad monaſterium ejus, ibique expetunt Sancti Joannis præſidium, humili deprecatione, nec non corde contrito: ut quemadmodum multis infirmantibus, multorumque incommodis ſæpiſſime per merita ſua ſubvenit; ſic & iſtius pueri incommodo mederi dignaretur. Cumque ad refectionem eſſent [digreſſi] puerque ſolus ibi remanſiſſet, obdormivit aliquantiſper; ſemperque videbatur ei per ſommum, quod

ad ſepulcrum S. Joannis eo apparente loquelam recipit,

quidam in candido habitu ſibi adſtaret, orique ſuo manum imprimeret; deinde eam per mentum & guttur dimittendo multum aſpere compreſſerit, ita ut evigilaret puer: viditque etiam aliquantulum illum recedentem. Deinde pater adveniens, invenit filium ſuum jam loqui poſſe, quem mutum antea deplanxerat multum anxie: multumque cum ſuis gaviſus, grates Deo ſanctoque Confeſſori quam maximas retulit: omneſque qui hoc audierunt, glorificaverunt Deum Sanctumque ejus, toties clarificatum miraculis. Pater vero puerum fecit litteris erudiri, eumque ibi manere præcepit: vidimuſque illum, & audivimus expreſſe loqui, tam Anglice quam Francice, multo poſt tempore: ſolituſque fuerat mihi pluribuſque aliis hoc enarrare, commemorans beneficia ſibi à S. Joanne collata: fuitque poſtea acquiſitor eleemoſynarum Hoſpitali domui Beverlaci, ejuſque nomen erat Willelmus, agnomento *b* Pater-noſter.

A. teste oculato ex Ms.

ſi indicavit ſcripto ri.

b

Vetula 7 annis contracta,

22 Quædam anus fuit Beverlaci membris contracta, flexiſque poplitibus, nervis contractis, inclinata; & per ſeptem annos & eo amplius, non niſi genibus manibuſve ſuppoſitis, ſe promovere quoquam poterat; & hoc non niſi æſtivali tempore, nam in hiemali lutoſæ viæ impedimento fuere: ſed E
bonæ mulieres vicinitatis caritatiſque officio eleemoſynas ei tranſmittere, vel apud ſe reficere ſolebant. Cumque recogitaret quanta beneficia operetur Deus erga infirmantes, vel talia incommoda patientes; redarguit ſeipſam, quod tamdiu diſtulit adire ſanctum Confeſſorem, ſalutis ſuæ recuperandæ gratia; & in una ſolennitatum ipſius, quæ Tranſlatio corporis Sancti nominatur, rogavit unam ancillam, ut ſe ad monaſterium Dei Confeſſoris deferret; ſed abnuit illa, niſi mercede conduceretur. Quod & factum eſt: deditque ei mulier pulvinar ſuum capitale pro mercede, ut ſe ad monaſterium deferret. Cumque in eccleſiam delata eſſet, flevit, oravit expanſis manibus, ſuppliciter invocavit ſancti Antiſtitis præſidium, quatenus à tam diutina infirmitate ſaltem tunc liberaretur: totaque nocte ejulans vel orationi vacans, tandem cum Clerici nocturnam ſolennitatem, ut condecet, canerent; relaxantur nervi, tibiæ extenduntur, erectaque mulier ſtetit ſupra pedes, cunctis admirantibus qui aderant, vel de ea audierant. Et quia deſueta jam longo tempore fuerat propriis pedibus incedere, ſumpto baculo pergere cœpit, & in Chorum, nobis pſallentibus & eam contemplantibus, intrare, F
& ante Presbyterium altaris ſe proſternere, gratias agere Deo ſuoque Patrono Joanni. Inquirunt Clerici, quænam eſſet; & ſi rei veritas ita eſſet, ut illa retulerat: aderantque quam plurimi tam viri quam mulieres, qui eam antea noverant; adteſtatique ſunt ſe eam vidiſſe annis quam pluribus contractam membrorum compagine genibuſque ſeu manibus reptare ſolitam. Monſtratumque eſt Clero & populo, in illa ſolennitate coadunato, de hoc miraculo tam ſubito perpetrato: nam ſero advecta fuerat; & in eadem nocte poſt galli cantum curata & erecta eſt. Tunc Clerici ſimul cum laicis hymnum Deo canebant, vocis confeſſione & cordis exultatione, qui toties ſanctum ſuum Joannem clarificat miraculis.

in feſto Tranſlationũ delata Beverlacum

& miracu-lum ſolenniter publicatur:

23 Accidit in Quadrageſimali tempore ſubſequente, quod quædam mulier in *c* Lindiſſeya c
provincia tradita erat viro; ſed infra parvi temporis ſpatium excæcata eſt: unde ejus parentes multum contriſtati, quod ſubito lumine ſit privata. Illa vero ſpe viſus recipiendi reſumpta, dixit ſe velle adire Beverlacum, & à Sancto Joanne expetere lumen ſibi ademptum reſtitui. Ad-

cæca viſum recuperat

A TESTE OCULATO EX MS.

ductaque est à patre suo illuc in ipsa Dominica die mediæ Quadragesimæ. Cumque orationi intentius aliquamdiu vacarent, & glorioſi Confeſſoris ſuffragium expeterent; lumen, quod amiſerat, ſtatim mulier in ipsa die, antequam Miſſa ſolenniter celebrari inciperetur, circa horam tertiam recuperavit, multis hominibus tunc præſentibus & hoc cernentibus, utpote ſolenni die. Quod ſtatim declaratum eſt Clero & populo, qui unanimiter landaverunt Deum, in ſancto ſuo Joanne toties clarificatum miraculis. Et [eram] tunc quidem in eccleſia cum mulier recepit viſum.

Sanantur correptus furore dæmoniaco,

24 Homo quidam fuerat in Epiſcopatu Lincolnienſi, de provincia quæ Keſtevena vocitatur, qui S. Andream adire propoſuit. Sed antequam flumen Humbræ tranſiret, amens effectus projecit veſtimenta nummoſque ſimiliter. Ad Beverlacum quantocius inſania ductus cucurrit: cumque in eccleſiam deveniret, clamoſis vocibus in ipsa ſolennitate depoſitionis S. Joannis, quæ Nonis Maji celebratur, omnes qui aderant concitavit: eoſque, qui divinum officium celebrabant vociferatione multimoda perſæpe impediebat; nec potuit minis verberibuſque cohiberi, ut intelligere poſſes dæmoniacum furorem
B in illo exerceri, non ruſticanæ ſimplicitatis ſenſum. Nam aliquando clamores ex ore captivi extolluntur, quandoque rhytmica verba proferuntur: ut non ſimplicis hominis naturam, ſed diabolicam amentiam propalari ſcires. Quid multa? Per ſeptem dies tali agitabatur inſania: octava demum nocte ſopore comprimitur, quiete refovetur. Mane vero ſurrexit homo ſanus, ac ſi numquam amentia vel inſania vexaretur, ſimplicitate priſtina recuperata. Lætantur cuncti qui aderant vel hoc audierant, laudantes Deum in mirabilibus, quæ meritis ſancti Confeſſoris ſui Joannis facit. Hic vero jam ſanus effectus, rediit ubi veſtem nummoſque reliquerat: omiſſumque repetebat iter verſus S.

ſcriptori notus.

Andream apud Scotiam, vidimuſque eum inde reverſum in ſanitate percepta diu vigere, & frequenter eccleſiam jam dicti Confeſſoris, pro ſanitatis ſuæ recuperatione, condigne reviſere.

3 menſibus decumbens ex tumore totius corporis,

25 Quidam ruſticus fuit præterea in Lindiſeya, qui tanto tumore per omnia fere membra obſeſſus fuit, ut per duodecim hebdomadas de grabato, quo jacuit, per ſe reſurgere nequivit. Nam caput, oculos, vultum, manus, pedes, membraque etiam pudenda ita tumor immoderatus occupaverat;
C ut magis informe monſtrum, quam humana forma conſpiceretur. Cumque nulla ſpes ſalutis recuperandæ de eo eſſet, conſultum eſt ei à ſapientibus mulieribus ſuffragium alicujus Sanctorum ſorte expetere, ſi quo modo Deus per aliquem illorum ſibi ſubvenire dignaretur: ceciditque ſors evidenter, quæ B. Joanni aſſignabatur; eique ſtatim votum orationis & oblationis deſtinabatur gemitibus intimi affectus. Convaluit ſtatim miſerabilis homo, tumore decreſcente quotidie: & infra ipſam ſeptimanam venit ad Beverlacum, ſancto Confeſſori gratias agens, oblationem ſuam deferens, vota perſolvens: retulitque mihi in eccleſia ſe ita curatum fuiſſe, ut jam dictum eſt, laxa pelle adhuc apparente ex tumore præcedente: benedixitque Deum, nec non ſanctum Confeſſorem Joannem, & ad propria deinde remeavit.

conſanguinea ſcriptoris laborans tumore brachii,

26 Quædam puella fuit Beverlaci, quæ mihi conſanguinitatis propinquitate valde conjuncta fuerat, cui inerat animus in peregrinationem ire, videlicet ad S. Jacobum & ad S. Petrum orationis gratia. Cumque rediret per Galliæ partes voto jam peracto, cœpit brachium ejus dextrum in tantum intumeſcere & dolore nimio fatigari, quod inſtita brachium ad collum ſuſpenderetur, & neque nocte pauſare, D
neque die ſe reficere facile valuit, importunitate languoris adhuc inſtante. Et cum plurimos ſuper tali infortunio conſuleret, adhibuit fomenta diverſorum medicaminum & conſilia: ſed nihil profecit. Cumque diu moleſtaretur tali ægritudine, dictum eſt ei à quibuſdam ſe facile curari non poſſe, quia guttam fiſtulam in brachio ejus ſuccreſcere æſtimabant; & ideo neceſſarium & utile ei fore dicebant, natale ſolum quantocius expetere; ſi forte ex aëris temperie, quo in adoleſcentia nutrita fuerat & adolevit, curari poſſet. Sicque factum eſt, rediitque in Angliam, dolorem continuum brachii tumidi ſecum deferens. Et jam vix pergere parum quid valuit: appetitum etiam comedendi, nimietate doloris urgente, pene jam totum amiſit. Expetiit Sanctorum etiam loca curationis gratia, nihil proficiens: nimietate languoris jam victa, viribuſque corporis deſtituta, ultra progredi non valuit; in villa, quæ ſita eſt inter Londonias & *d* S. Eadmundum, lan- d
guore defeſſa grabato decumbere neceſſario compellebatur. Cumque ſola ſederet, miſeriam ſuam deplorans, patriæ ſuæ parentumque recordans, reminiſcitur tandem quæ S. Joannes Confeſſor Beverlaci requieſcens languentibus ac debilibus exhibet. Suſpi- E
riis crebris invocat ejus clementiam, ut levamen tantæ ægritudinis ſibi conferre dignaretur, vel numquam repatriare ſe velle affirmabat. Et cum tali ſupplicationi aliquamdiu vacaret, quamvis in remotiori provincia conſtituta, impetravit quod petiit. Nam quæ per ſeptem hebdomadas tanto dolore vexabatur; continuo levamen ſenſit, ſanitatemque perfecte conſecuta eſt, iter aperiens redeundi domum: retulitque mihi poſtea domi qualiter ſit curata, pro invocatione nominis prædicti Confeſſoris.

illius ſocia vexata tumore pedis & tibiæ.

27 Referebat ſimiliter hæc eadem mihi de quadam puella, ſcilicet ſodali ſua, quæ ſecum pariter ierat ad *e* S. Andream apud Scotiam; ſed inde redeundo intumuerat tibia ejus cum pede, dolore nimio oppreſſa. Cumque per aliquot dies languor ingraveſceret, acri cœpit dolore fatigari, quod nequaquam progredi ſe poſſe dicebat; feſſaque reſedit, conquerens multum quod ignorabat quomodo Beverlacum redire poſſet, debilitate doloreque intolerabili vexata. Redarguit vero eam multum ſodalis ejus, quod nollet in villa proxima tali ægritudine depreſſa aliquantulum quieſcere; ſi forte dolor aliquantulum deſiſteret, & tumor decreſcere poſſet. Et cum aliquamdiu in collibus, à qua- F
libet villa remotis, pariter ambæ mœſtitia depreſſæ conſediſſent, advenit quidam viator onere nimio defeſſus, reſidens juxta illas, multum conquerentes qualiter Beverlacum redire valerent. Quibus ille animando intulit, dicens: Forti animo eſtote; jam enim Beverlaco approximatis, eccleſiamque venerandi Confeſſoris jam proſpicere poteſtis. Illæ vero erigentes ſe ad videndum, ut videre ejus Baſilicæ turrim, proſtraverunt ſe in orationem ſimul cum viatore ſibi aſſociato, rogantes ut infirmanti ſorori ſanctus Confeſſor Joannes medelam tribuere dignaretur. Statimque ſenſit infirma levamen doloris & tumoris; ita ut iter continuo arriperet cum ſociis, perfecte ſanitatem conſecuta. In craſtino autem Beverlacum uſque pervenit, ſanaque deinceps omni tempore permanſit: Novique eam & antea & poſtea, ſimplicitate modeſtam, caſtimonia inſignem.

triennio cæcus ejuſque uxor amēs.

28 Villula quædam eſt, diſtans à Beverlaco quaſi quindecim milliariis, vocabulo Cotum, in qua vir quidam aliquantulum dives, ſed hoſpitalitate ac bona fama ſtrenuus habebatur. Et quia ſolent

A ſolent plerumque juſtis ac modeſtis infortunia multoties contingere; Salomone atteſtante qui dicit:
Eccl 9, 11 Sunt juſti, quibus multa eveniunt, quaſi impiorum facta feciſſent; ſimiliter & huic viro, de quo præfati ſumus, incommodum maximum accidit; videlicet oculorum ſuorum excæcatio: nec non ejus uxor adeo infatuata eſt, quod nec ſane ſapere à quam pluribus judicaretur. Cumque per triennium tam miſerabili calamitate ambo comprimerentur; per viſionem apparuit viro venerandus Confeſſor Joannes, dicens, ut ad Beverlacum venirent, & in eccleſia ſua vigiliis & orationibus inſiſterent. Quod cum devote adimplerent ambo, viſus ſtatim redditur viro, mulier mente ſana remeavit ad propria, & per omnia [ſani facti ſunt], benedicentes Deum, & S. Joannem omni tempore collaudantes, pro beneficiis ſibi collatis.

Proficiſcentes Hieroſolymam,

29 Quodam tempore accidit, quod quædam navis, in Apulia diverſarum nationum hominibus onerata, quos Hieroſolymis deportare debuerat, jam ventis adverſantibus fatigari, retroque redire ſæpius compelli [videretur]. Cumque frequenter tam ſiniſtris flatibus impedirentur, invocant multoties ſuffragia Sanctorum diverſarum regionum,
B votaque voventes ut proſperum curſum arripere poſſent, callide reparantes armamenta navis, carbaſa ſuſpendentes, artificioſe omnia componentes,
invocato S. Ioanne, ut vada tranſmarina tutius remeare poſſent. Sed illis navigantibus ventus contrarius exſtitit, navemque fere periclitantem fluctibus ingenti ſcopulo pene illiſit; & cum periculum ſibi imminere ex improviſo cernerent, pavidi & gementes, menteque conſternati, quid agerent prorſus ignari: tandem unus ſurgens in medio, qui Anglicus fuerat natione, conteſtans Angliam unum Sanctum præcipuum Patronum ejuſdemque gentis maximum ſolamen continere, videlicet venerandum Confeſſorem Joannem Beverlaci quieſcentem; quem ſi fide devota ſupplíciter invocarent, votumque ei facerent, auxilium ſibi provenire quantocius ſentirent. Similiter & ceteri, qui ex Anglia ibi aderant, atteſtati ſunt, Sanctum jam nominatum multis miſeria depreſſis frequenter beneficia præſtitiſſe. Statimque primus oblationem protulit, ceteris ſimiliter offerentibus ac invocantibus S. Joannem in auxilium; ut ipſo tutante imminens periculum evadere poſſent.

30 Mira res! ut fertur de nautis, quondam in
C *liberantur à naufragio,* maris periculo S. Nicolaum invocantibus, quod ſtatim tempeſtas ceſſavit; ſic & in præſenti facto accidit. Nam ventus & fretum continuo pacificantur, proſperoque portui ſunt illati. Qua de cauſa multum exhilarati, ſumma cum devotione Sanctum Dei laude perſecuti ſunt digniſſima: emeruntque ex collecta pecunia oblationem ſericum pannum ſpecioſum, & tranſmiſerunt venerabili Confeſſori, ſuo videlicet Liberatori, per præfatum unum ejuſdem Sancti præconem gratiſſimum. Retulitque nobis idem vir reverſus, de quo jam prædiximus; ſericumque pannum, nobis cernentibus, coram Reliquiis
& ſericum pannum ad Reliquias tranſmittunt. S. Joannis ad laudem ejus allatum obtulit, cunctis collaudantibus Deum in ſancto ſuo Joanne, toties clarificato miraculis. Non eſt noſtræ facultatis vel propoſiti ſingillatim enarrare, quoties in mari Septemtrionali vel *f* Siculo liberati referantur homines à periculis mortis, per invocationem nominis jam dicti Confeſſoris. Nam jam paginæ metam ponimus, nec diutius mentem meam juvat hujuſcemodi geſta retexere: quia tædet animam meam vitæ
Auctoris epilogus meæ. Video namque impios prævalere adverſus pios, iniquos deprimere juſtos: elati florent; humiles deſpectui habentur: & jam ſecundum Prophetiam olim prolatam, homines veritatem non loquuntur, & veritas in platea ſternitur. Item, Salomon dicit: Vidi impios ita ſecuros, quaſi juſtorum opera feciſſent; ac per hoc patet finem ſeculi non multum diſtare. Nam ſecundum Euangelii veritatem, jam abundat iniquitas, & multorum caritas refrigeſcit. Nos vero hujus Sancti miracula atque præconia ex parte jam executi pro modulo noſtro ſpontaneo, rogamus, ut ejus meritis ac interventu liberati à præſenti ſeculo nequam, veniam conſequamur peccaminum, vitamque adipiſcamur æternam, præſtante Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui vivit & regnat per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

A. TESTE OCULATO EX MS.
Iſa. 59. 12
Eccl. 8. 14
Matt. 14. 12

ANNOTATA.

a Norwicum *urbs præcipua eſt Norfolciæ ad Garienem fluvium, qui inde dilabens in Oceanum Germanicum effluit.*

b *Erant hæc verba inducta & quaſi deleta.*

c Lindiſſega, *ditio Comitatus Lincolnienſis.*

d Fanum S. Edmundi. *Vulgo* Emund-Bury, *à S. Edmundo Rege per Danos occiſo: cujus dies natalis incidit in 20 Novembris.*

e Fanum S. Andreæ, *urbs Scotiæ, Sede Archiepiſcopali & Academia clara, in Fifa provincia.* E

f *MS.* Cichico.

ALIA MIRACVLA

Auctore tertio, etiam in pluribus teſte oculato.

1 MUltitudo ſignorum, quæ per beatum Confeſſorem Joannem operantur, compellit memoriæ tradere; quæ vel à fidelibus viris didici, ſeu ipſemet vidi: ne ſegnitiæ vitio redarguar, ſi ſub ſilentio abſcondam. Quædam mulier Beverlacum *Curantur paralytica.* adierat, manum habens aridam cum brachio dependente & emortuo, nimirum paralyſi diſſoluto: quæ officio brachii omnino deſtituta, orationibus continuis inſtabat, ut venerandus Confeſſor Joannes brachium ſibi reſtitueret ſanum. Cujus miſeriæ Deus ſubvenit, & per merita præfati Confeſſoris optatum tribuit effectum: viſaque eſt ab omnibus qui aderant manum elevare, brachium agitare, gaudio inæſtimabili repleri, pro collata ſibi brachii ſanitate.

2 Fuit etiam quædam alia mulier, cujus lacertus complicatus manuſque adhærens humero, quaſi à nativitate concreta erat. Hæc B. Joannem adiit, petitionibus pulſans, cordis contritione gemens, ut ſolvi à tam monſtruoſa colligatione mereretur. Sed Deus, qui cor contritum & humiliatum non ſpernit, eam mirabiliter & pie curavit: cœpitque manum continuo extendere, & digitos ſingillatim ſeparare, leviterque omnino agitare, quaſi aliud brachium ſuum: qua ex re illa multum jucundata, multique alii, collaudabant Deum in ſancto Confeſſore ſuo mirabilem F *contracta*

3 Quædam ſimiliter mulier amens effecta, de Hemigbruc, funibus conſtricta, Beverlacum uſque deducta à ſuis fuerat: quæ ſi cuiquam manus injicere poterat, diſcerpebat, laniabat, niſi citius à manibus ejus avelleretur: aliquando vero inſania ducta fatue loquebatur: quandoque autem gemebunda divinum invocabat auxilium Sanctique Joannis præſidium. Quid multa? Ibi diebus ac noctibus, miſeris fatigata verberibus & ejulatibus perſiſtebat. Conſuluit etiam, tam illa quam filius ejus Sacerdotes eccleſiæ ut pro illa orarent, & benedicerent. Reſpondi etiam ego inter alios, quatenus per- *furibunda.*

A. TESTE OCULATO EX MS.

severarent in petendo Divinam miserationem: & rogatum est pro ea tam à Clero quam à populo miseriis ejus condolendo. Tandem sana mente effecta, laudabat & benedicebat Deum, cum omnibus qui aderant, qui tanta beneficia pro meritis Sancti sui petentibus præstat: & quæ funibus colligata adducta fuerat, jam omni nexu soluta recessit ad propria.

puer incurvatus

4 Referebat mihi præterea Willelmus, Custos venerandæ Crucis, se vidisse puerum fere septennem ita curvum, quod se erigere sursum nequaquam posset. Et cum in Nativitate S. Joannis Baptistæ illuc à parentibus adductus fuisset cœpit nocte in ecclesia se volutare huc & illuc. Cumque aliquamdiu torqueretur fractum est os spinæ dorsi ejus multis audientibus, quasi lignum siccum impetu frangeretur: & erexit se puer super pedes divinitus curatus; erectoque vultu incedens, obtulit lucernam accensam ante Crucem. Unde tam parentes quam adstantes glorificaverunt Deum Sanctumque Ioannem, cujus meritis tanta beneficia hominibus præstantur.

aliquot annis cæca

B

5 Fuit etiam quædam mulier Beverlaci, juvenis ætate, cui ingens infortunium acciderat, videlicet cæcitas oculorum per multos annos. Hanc egentem diu conspeximus, & per villam duci à parva puellula sua: multique compatiebantur illi, propter juvenilem ætatem ac calamitatem quæ eam oppresserat. Frequentabat hæc sæpe monasterium, orans & expostulans à Deo Sanctoque Ioanne, quatenus sibi misereretur, suisque miseriis subvenirent. Tandem exaudita est, recuperavitque visum oculorum miseratione divina meritis sanctissimi Confessoris, longoque post tempore vivens, labore proprio desudans, sibique vitæ necessaria acquirens, & pro salute sibi collata Deo Sanctoque Ioanni gratias agens multiplices.

Narratur ecclesiæ ejus cælesti lumine illustrata,

6 Præterea evenit in quadam villa, quæ septemtrionalis Burtonia vocitatur, quod opus novum consummaretur in ecclesiæ fabrica, quæ & dedicata est in honore S. Joannis Archipræsulis, in cujus etiam possessione fundata est. Et ut consuetudo est, quod anniversarius dies quoquo anno agatur solennis; accidit in quadam solennitate hujusmodi, nocturnis laudibus & hymnis completis, Clerum & populum de ecclesia discedere; ostiumque obseratum est, juvenibus atque puellis sive pueris ludentibus ac jocantibus & choreas ducentibus per cœmeterii viridem planitiem. Cum subito lux cælitus emissa [apparuit] super eamdem basilicam, adinstar solis resplendens, à cæli fastigio, quasi columna refulgens; ut circumquaque provincia illuminaretur, & villulæ longe lateque discerni possent, aliaque plurima: tantusque calor ex illo lumine cælesti provenit, ut qui aderant præsentes nimio æstu afficerentur, quasi ab æstivo die. Qua ex re datur intelligi, venerabilem Confessorem Joannem cælestis civitatis vere constare civem, cujus domus ei ab hominibus designata tanta claritudine cælesti illustretur.

C

Ad orationem perficiendã candela cælitus oblata,

7 Quidam etiam Presbyter, Ingulfus nomine, ad Dei servitium multum devotus, post nocturnam synaxim solitus psalmos secrete psallere aliis Clericis quiescentibus; quadam nocte cum tali hora psalmodiæ secretius insisteret coram sancta Cruce, & lucerna jam deficeret ad psalterium quod in manibus habebatur; indoluit multum se non posse solitum opus perficere lumine deficiente. Cumque orationi incumberet, quædam manus manui suæ candelam sufficientem inseruit. Cumque respiceret, quisnam lucernam manui suæ imposuisset, vidit quemdam albo indutum amictu versus chorum tendere: & cogitavit, quod ipse S. Joannes hic esset, seu aliquis sanctorum quorum Reliquiæ ibi continentur. Nec mirum: nam nos invenimus in sanctorum scriptis, Iustorum animas illa loca frequenter visere, ubi Reliquiæ eorum conservantur; nec non Angelicos spiritus sacrorum locorum incolis frequentius patrocinari. D

campanæ de nocte ultro sonantes,

8 Retulit etiam nobis quidam Canonicus ecclesiæ S. Ioannis; quod quadem nocte solenni, illo dormiente in stratu, audirentur campanæ ecclesiæ ab illo, quasi pulsantes ad nocturnam synaxim: & surgens, tetendit ad ecclesiam adhuc signis pulsantibus, invenitque ostia aperta: introivit statim, æstimans Clericos adesse divinum officium celebraturos. Cumque neminem inveniisset introivit in chorum: nullum adfuisse reperit: processit parumper: custodes ecclesiæ dormientes invenit. Mirante illo multum de tali eventu, descendit in inferiorem partem ecclesiæ, stetitque coram altari S. Martini, posteaque resedit ibi, diu excogitans & exhorrens pro tali eventu. Post aliquantulum temporis spatiũ clausêrunt se festinanter universa ostia ecclesiæ, pariter nullo præsente aut impellente, quæ prius pervia fuerant. Sequenti die enarravit quæ acciderant, & quali horrore depressus fuerat. His auditis similiter retulit quidam Custos cryptæ interioris, Umfridus nomine, quod eadem nocte vidit Processionem festivalem circa monasterium procedere Clericorum, Sacerdotum, Episcoporum aliorum quam plurimorum, Reginamque coronatam venerabiliter simul incedere: cumque ter circuissent ecclesiam, disparuerunt. Unde colligitur sanctorum animas loca sacra invisere, in quibus eorum Reliquiæ continentur. Reginam vero tam honorifice conductam quam possumus verius autumare, nisi illam de qua per Prophetam Dominus dicit: Astitit Regina à dextris in vestitu deaurato circumdata varietate, videlicet Sancta Dei Genitrix Virgo, quæ Regina cæli vere nominatur, & cum voluerit, & cum quibus, sanctorum loca sæpe sua præsentia illustrat? Nisi aliquibus dubium videatur Beverlacense monasterium sacrum locum esse, ut pote à tam sancto viro fundatum, scilicet Confessore Ioanne & Beato Brithuno Abbate. E

ostia aperta & clausa:

processio Sanctorum cum Deipara facta.

Psal. 44. 10

9 Non est mirandum, sanctum Confessorem Ioannem multa commoda præstitisse hominibus: nam etiam mutis animalibus commoda sanitatis frequenter præstat. Sæpe etenim contingit, quod pestis mortalitatis animalia & pecudes obtinet; sed incolæ provinciarum circumjacentium munimen solent obtinere, quando vovent S. Ioanni de armento suo aliquod animal tali peste depressum ad liberationem ceterorum; solentque continuo convalescere, pestisque inde aufugere, hominibus vota apud Beverlacum Patrono suo sancto Confessori Ioanni persolventibus. Hæc nobis solent attestari, qui & hæc experti sunt, & noverunt hujusmodi vota multis profuisse.

Pestis animalium sublata voto facto.

F

MIRACVLA VLTIMA

Seculo XIII. *in eodem codice descripta.*

CAPUT I.

Mortuus suscitatus, contractus curatus, cæci illuminati.

1 CUm ad fidei corroborationem & Christianæ Religionis incrementum, crebra inter fideles ab Omnipotente Deo fiant miracula; timendum est, ne ingratitudinis arguantur & negligentiæ, qui

ea

A ea pertranſierunt conticendo ſub arcano ſilentii, quæ
Pſal. 39. 11 ad Creatoris laudem & ad fidelium utilitatem, in
Miracula ad Dei gloriam & Sancti honorem proferenda. propatulo merentur & exigunt prædicari. Confitetur namque Pſalmiſta ſe non abſcondiſſe Dei juſtitiam in corde ſuo, non celaſſe miſericordiam & veritatem ſuam à conſilio multo. Ex quo plane colligitur, quod non ſit abſcondenda divina miſericordia, non reticenda divinæ miſerationis opera, verum ad laudem & honorem nominis ſuis devote publicanda. Cum igitur Dominus frequenti miraculorum oſtenſione & ſeipſum clarificet, & ſanctum Confeſſorem ſuum Ioannem mirificare non ceſſet; quædam illorum proferre libet in medium, & paginæ commendata ad memoriam transfundere poſterorum. Ad univerſorum namque enarrationem quæ divinitus geſta ſunt, intra ſpatium quinquenne, fateor imperitiam locutionis meæ nequaquam ſufficere. Animandos ſane ſpero ad cultum divinum, & ad ſanctum Confeſſorem obnixius venerandum, qui ad audienda quæ per ipſum geſta ſunt miracula, patulum converterint auditum, & diligentem adhibuerint intellectum. Verumtamen in præſenti narratione nec ſermonem exſpectent accuratum, nec pompoſas verborum phaleras, quibus obfuſcari renuit nudæ veritatis amica ſimplicitas. Non eſt enim
B in hujuſcemodi eloquio, vel inani gloriæ, vel temporali inhiandum emolumento; juxta illud quod
Lev. 20. 2 legitur in Levitico: Qui dederit de ſemine ſuo idolo Moloch, morte morietur, & lapidabit eum omnis populus terræ. Sed hoc hactenus.

a 2 Contigit, ut tempore quodam æſtivo, intra ſepta Polyandri, *a* eccleſiæ B. Ioannis ex parte Aquilonari, larvatorum (ut aſſolet) & verbis & actu fieret repræſentatio *b* Dominicæ Reſurrectionis. Con-
b fluebat eo copioſa utriuſque ſexus multitudo, variis
In repræſentatione Dominicæ reſurrectionis, inducta votis, delectationis videlicet ſeu admirationis cauſa, vel ſancto propoſito excitandæ devotionis. Cum vero, præ denſa vulgi aſtante corona, pluribus, & præcipue ſtatura puſillis, deſideratus minime pateret acceſſus; introierunt plurimi in eccleſiam; ut vel orarent, vel picturas inſpicerent, vel per aliquod genus recreationis & ſolatii pro hoc die tædium evitarent. Ingreſſi igitur eccleſiæ limina; adoleſcentuli quidam, caſu fortuito oſtium quoddam reperiunt ſemiapertum, quo per gradus
puer cum aliis teſtudinem templi aſcendit. aſcenditur ad ſuperiora murorum. Eo accurrentes levitate puerili, gradatim inſuper murales aſcendebant baſilicæ teſtudines, ea ut reor intentione, ut
C per altas turriculorum feneſtras, ſeu ſi qua vitrearum feneſtrarum eſſent foramina, liberius perſonarum & habitus & geſtus reſpicerent, & earumdem dialogos auditu faciliori adverterent; Zacheum in hoc imitantes, qui cum eſſet ſtatura puſillus, ut videret Jeſum, arborem aſcendit ſycomorum. Sed ecce intimatum eſt matriculariis *c*, quod agebatur ab adoleſcentulis: qui nimirum verentes ne puerorum indiſcretio, deſiderio videndi perſonas, quarum officio prætaxata tranſigebatur repræſentatio, feneſtras vitreas perforaret, vel aliquo modo detereret, illos inſequebantur curſu pernici; ipſoſque temeritatis argutos, alapis gravioribus expalmatos coëgerunt reverti.

3 Quidam vero puerorum, pœna ſociorum conſpecta, in inſequentium manus formidans incidere, ſupetiores ſeceſſit in partes, quo aduſque deveniret curſu prærapido ultra crucem magnam, tunc temporis collocatam in altaris B. Martini confinio. Ibi vero ſtans & deorſum aſpiciens, quadrato cui-
ex alto lapſus exanimis jacuit; dam lapidi pedem impoſuit incautius: qui à muro ſolutus & deciſus, non ſine fragore magno ſuper lapideum decidit pavimentum; &, non obſtante duritia, in infinitas partes eſt comminutus. Adoleſcentulus vero ſuo deſtitutus fulcimine, horrendo D
ſtupore percuſſus, ſolotenus corruit, & ibi per aliquantum temporis articulum exanimis jacuit & mortuo ſimillimus. Circumſtabant plurimi graviter ſuſpirantes, de caſu tali miſerabiliter ingemiſcentes, dolores ſuos lacrymarum exuberantia proteſtantes. Parentes ejus ejulabant, laniabant capillos, clamorem & ululatum crebris interrumpebant ſingultibus: ignorantes, quia in brevi divina diſpenſatione triſtitia in gaudium, ploratus in riſum eſſet convertendus. Non paſſus namque Deus eccleſiam, in ſui & Confeſſoris honore dedicatam, quaſi cæde humana pollui; ſed volens eam majoris in poſterum auctoritatis haberi, volens etiam teſtimonium perhibere veritatis, illi quæ interim fiebat ſuæ Reſur-
& incolumis ſurrexit. rectionis repræſentationi; in omnium qui aderant conſpectu adoleſcentulum, qui mortuus credebatur, erexit incolumem, adeo ut nec aliquam in toto corpore ſuo eſſet perpendere læſionem. Factum eſt ergo, ut qui præ populi multitudine extra eccleſiam repræſentationi non poterant intereſſe; mirabilius viderent Reſurrectionis indicium intra corpus eccleſiæ; & non tantum Reſurrectionis, ſed Paſſionis Dominicæ. Per deciſionem namque
E lapidis, ſine manu decidentis à muro, plane indicabatur ſine admixtione virili ex Virgine Dominica Incarnatio: per utriuſque caſum, ſcilicet & lapidis & pueri, ſignificabatur Paſſio ejuſdem hominis & Dei. Verumtamen lapis cadendo confractus typum geſſit arietis occiſi, adoleſcens vero typum Iſaac permanentis illæſi. Unde cujus Paſſionis ſecundum humanitatem ſignum fuit ruina, ejus etiam Reſurrectionis ſecundum Divinitatem ſignum exſtitit erectio miraculoſa.

4 Erat Beverlaci adoleſcentulus duodennis, mulieris pauperculæ filius, qui gravi licet curabili incumbente morbo, diu decubuerat in lecto languoris: cui proceſſu temporis evaneſcenti, ſucceſſerat alius gravior & incurabilis. Ex chronico namque *adoleſcens triennio omnibus membris contractis.* languore adeo fuerat exinanitus, ut oſſibus adhæreret pellis conſumptis carnibus: in tantum exhauſtus & extenuatus macie, ut vix humana fungeretur effigie: cutis criſpabatur in rugas: hirudinis in modum exſugentis incumbens languor, oſſium exſuxerat medullas: erant & tibiæ & cruſcula gracilitate *d* d
Todina gradiendi uſibus inepta penitus & inutilia: nervi tibias colligantes & femora per exinanitionem erant ita contracti, ut non poſſent poplices aperiri; tibiæ à cruribus, pedes à natibus per extenſionem ne-
F quirent ſeparari: erant & pedes diſtorti, ac ſi eſſent
e opilionis pedum: recurvati pedum articuli, in mo- e
dum curvaturarum unci ferrei. Si quando neceſſe habuit in matris *f* tetige mutare locum; manibus & f
genibus quaſi pedibus quatuor innitebatur, in modum quadrupedum. Conſueverat mater pauperculâ, uterino ſuo compaſſa & ejus condolens miſeriæ, ipſum humeris impoſitum, feſtis præcipue diebus, ad S. Joannis eccleſiam deportare, eum juxta tumbam collocando, donec ipſum completo reportaret officio: ſupererat enim ut ſolummodo divinum exſpectaret adjutorium, cum jam invaluiſſet hæc peſtis per triennium.

5 Abjiciens igitur funditus ſpem curationis humanæ, confiſa eſt in Domino, non in homine; non dubitans quin qui quadriduanum ſuſcitavit defunctum, poterat & triennem erigere contractum. Cum jam in die depoſitionis beati Confeſſoris ip- *in feſto S. Ioannis fit mentio.* ſum ad eccleſiam ex more detuliſſet, & collocaſſet ad tumbam, divinam obnixius invocavit clementiam, ut filio ſuo dignaretur conferre medelam: Confeſſori ſupplicavit devotiſſime, ut pro ſui intercederet filii ſoſpitate. Oravit mater pro filio: pro ſe oravit &

EX MS. filius lacrymis perfusus uberibus. Exaudivit autem eos Pater misericordiarum & Deus totius consolationis in sua invocatione, qui prope est omnibus invocantibus eum in veritate: non potuit eis deesse Dominus adjutor, pro quibus intervenit tantus intercessor. Volens ergo Dominus urgentis solennitatis diem, ostensione miraculi memorabilius solennem, & in posterum solennius haberi memorabilem; adstantibus universis qui ad horas Matutinas convenerant, morbum quo laboraverat adolescentulus mirabiliter effugavit, & eum erexit incolumen. Relaxatis nervis extensæ sunt tibiæ, rectificati sunt flexus poplitum: pedibus, qui distorti fuerant, incedendi reparatur officium. Erectus igitur & pedibus innixus, vultum attollebat ad cælum, quem paulo ante ad terram habuerat defixum: in speciem restitutus est humanam, qui antea in motu suo effigiem repræsentaverat belluinam: in suæ tamen erectionis initio vicinæ pyramidis usus est *g* appodiamento: ad modum pueri, plostello *h* innixi & humum pene signantis mento. Adhærens tumbæ, deambulavit à latere; & eam gyro circuiens, suam prætentavit valentiam, diffidens adhuc viribus propter longam gradiendi insolentiam. Vires tandem suas expertus, assumpta confidentia, à tumba se amovit, & solo naturali pedum adjutus fulcimento, ante & retro, dextrorsum & sinistrorsum deambulavit.

g
h
deambulans per templum,

B 6 Cum denique cantu hymnidico pulsatis campanis, ad altare duceretur à Clero; aliud annexuit Dominus virtutis indicium præscripto miraculo. Cum enim flexis procidisset genibus ante altare, laudans Dominum in multitudine virtutis suæ; nec haberet quid offerret Domino, qui misericordiam fecerat cum ipso; ecce, qui dederat ut posset incedere, donavit & quod sibi posset offerre. Laudabilem offerendi consuetudinem sua confirmavit auctoritate; quamvis secundum Psalmistam, super vitulum novellum, cornua producentem & ungulas, placeat Domino laus cum cantico & magnificatio cum laude. Assem namque eadem hora jacentem conspexit ex opposito super tapetum, in gradu supremo ante altare evolutum & extensum; quem manu extensa acceptum exsurgens offerebat ad aram. Celebratis divinis domum reversa est mater cum filio gaudens, & hilariter eum habens in reditu præcessorem; quem paulo ante tristis & mœrens, ad ecclesiam detulerat humeris suis insidentem.

Psal 68.32

& assem in terra invē-tum offert.

C 7 Anno revoluto, cum urgeret ejusdem dies solennitatis, suspenso, ut decuit, opere quolibet servili, manu transigendo laicali, satagebat. Clerus in ecclesia, omni qua potuit diligentia, Deum vel Sanctum debitis officiis venerari. Sed erat fossor quidam in villa Beverlaci, animo irreverenti & infrunito; qui nihilominus instante solennitatis die operi fossorio præsumebat insistere. Hic à quadam scrobe sua effodit argillam; vel cupiditate lucelli cum non egeret illectus, vel forte angustia rei familiaris inductus: cum tamen mendicare quam peccare tunc temporis exstitisset honestius. Decuit igitur, ut unius pœna à vesana populus cohiberetur audacia. Oportuit, ut manifestis indiciis patefieret virtus sancti Confessoris. Factum est ergo, ut in ipso conatu operis adesset ultio tam præsumptionis temeriæ, quam præsumptuosæ temeritatis. Clauserunt namque se oculorum ejusdem palpebræ, & ita sibi invicem cohærebant quasi glutino conviscatæ, ut nisi pilorum prominentia extremitates & locum conjunctionis indicasset, potius continuæ fuisse viderentur quam contiguæ. Repentino casu stupefactus, abjecta scrobe manus appositit, ut cilia divideret; sed facilius partes rupisset continuas, quam palpebras dissociasset conclusas. Quid plura? qui paulo ante visum habuerat acutum & perspicuum; se jam doluit oculorum lumine destitutum. Necesse igitur habuit ut illum haberet tutorem & advocatum, quem prius offenderat per contemptum: restabat ut qui inflixerat supplicium, supplicanti præstaret auxilium; & qui pœnam intulerat ad correptionem, curam afferret ad suæ virtutis ostensionem. Ducebatur igitur ad sancti Confessoris ecclesiam, superposita manu læva ductoris humero, dextram subeunte baculo. Priusquam humiliaretur, deliquit: multiplicatæ sunt infirmitates ejus, & postea accelleravit: ostendens se Sacerdotibus, quod publice commiserat, publice confessus est: & injuncta sibi quæ decuit pœnitentia, ibidem per octo dies jugi vigilabat jejuniorum acerbitate, invictumque non relaxabat spiritum ab oratione. Obstructus est meatus & via lacrymarum: sed quod per oculos exire non potuit; per poros partium adjacentium in modum sudoris erupit.

D

pœnitens octo dies agit in ecclesia,

In festo S. Joannis fossoni vacans

palpebris clausis fit cæcus:

8 Decursis jam octo diebus apparuit ei in somnis de nocte vir quidam, reverendi admodum vultus, statura procerus, ætate maturus, habitu Pontificali indutus: qui ipsum manu dextera apprehensum & erectum, passu incedens pompose, circa ambitum duxit ecclesiæ, educens eum ad ostium, quod Aquilonem est respiciens; & processione finita, ad locum quo eum apprehenderat, mansuete reducens. Apposita deinde manu ad Oxellum *i*; sudore, qui illis in partibus evaporare solet, ob vicinitatem cordis & caloris abundantiam, oculos ejus perunxit; & eum obdormire præcipiens, evanuit. Quo facto, cum jam expergefactus à somno evigilasset; oculos, qui paulo ante palpebrarum objectu obstructi fuerant, aperuit; & visum se recepisse gavisus, adstantibus universis Deum & Sanctum una cum ipso laudantibus in operibus suis, quod ei in somnis acciderat ex ordine revelavit. Ecce hic adimpletur, quod pollicitus est Dominus discipulis suis: Exspuens in terram Dominus lutum fecit, quo linivit oculos cæci nati; & visum non præhabitum mirabiliter contulit. Sanctus vero Confessor, Magistri secutus exemplum, & ab eo abundanter edoctus; sudore oculos istius excæcati perunxit, & visum præhabitum miraculose restituit. Sed cæcus natus illuminatus à Domino in nullo peccaverat; imo nec parentes ejus, propter quod cæcus nasceretur; sed ut manifestaretur gloria Dei in illo: cæcus iste, Confessoris mysterio illuminatus, pœnam sibi inflictam meruerat delinquendo, cui, cum peccati sufficienter pœnituisset, erepto visu divinitus restituto, relaxata est pœna; ut Dominus glorificaretur, & Confessoris agnosceretur potentia.

E

cui Sanctus, oculos sudore ungens,

i

Joan. 9. 6

visum restituit.

F

9 Erat vir quidam in partibus *k* Elienſibus, longo tempore visus beneficio destitutus. Hic non cessavit Sanctorum adeundo limina totam perambulare regionem, visum sibi confidens divinitus restituendum per alicujus eorum interventionem. Vagatis igitur diversis regionis finibus, cum votum nondum esset assecutus; inspiratum est ei divinitus ut adiret Beverlacum, ibi B. Joannis postularet patrocinium. Nulla vel brevis intercessit mora, & iter suum arripuit omni qua potuit festinantia, modico contentus viatico, innixus baculo præambulo, & ei ducatum præstante quodam adolescentulo. Erat ei spes firma, fiducia constans, nulla dubietas suspensa, quod qui monuit quærere, *l* suam ei virtutem erogando clarificaretur; qui inspirare voluit indigo, ut ipsius præsidium postularet. Hanc intellexit propositi constantiam, hanc vidit humani generis inimicus confidentiam: vidit, inquam, & invidit: invidit nimirum servo, qui ante ruinam invidit, & Domino, cum sedem suam ponere disponeret in Aquilone, ut

k

Cæcus longo tempore, Beverlacum tendēs,

l

ab adolescente via ductore, diabolica suggestione decepto,

A ut ſimilis eſſet Altiſſimo; invidit & patri protoplaſto, cum ipſum ſeducendo ejiceret de paradiſo. Nitebatur igitur miſelli invidus impedire proceſſum, ne clarificaretur Sanctus ei invidioſus, per illud quod in ipſo futurum cognovit miràculum. Antiqua proceſſit calliditate, nullam ſibi videns de novo excogitandam magis in hoc caſu competere. Antiquitus namque in ſerpentina ſpecie gûſtum pomi vetiti primitus perſuaſit Evæ, quam novit fragilem: Adam non auſus aggredi, quem vidit robuſtiorem; in femina prætentavit dolum, per quam pateret ei acceſſus ad virum. Similiter & hic, viſa cæci conſtantia, perſonaliter non auſus eſt inſurgere, ut à cœpto deſiſteret itinere; ſed ductoris ſui fragilitate notata, ipſum invaſit, per ipſum cœptum iter impedire propoſuit.

10 Suggeſſit igitur ei cogitationum malarum intentor, non immiſſor; ut cum tempus & locum videret opportunum, ab eo clam recederet, ut veſtes ſuas, nec non & ſuum furtive aſportaret viaticum. Quod & factum eſt. Nam cum cæcus ipſe nocte quadam; labore feſſus & longo fatigatus itinere, gravi ſomno premeretur, ſurrexit ipſius ductor imo ſeductor, & abiit collectis ſarcinulis, aſportans cum viatico quidquid alicujus reperit valoris. Quo cum evigilaſſet comperto, more doluit humano: ſpei tamen adjutorio dolorem ita temperavit, quod à propoſito, deſperatione victus, nequaquam reſilivit. Novit enim quod non ſit aptus Dei regno, qui manum mittens ad arattrum reſpicit retro; quod non ſit dignus palma, cui odioſa eſt pugna palmæ præambula. Quæſito igitur quomodolibet alio ductore, & ei qui receſſerat ſubſtituto, iter continuavit inceptum, quouſque ad locum pervenit deſideratum. Accedens ad eccleſiam Sancti, ibidem corpus maceravit jejuniis, ab oculis effundens lacrymas ad aquæ modum à fontis fundo ſcaturientis. Aures divinæ clementiæ devotarum precum pulſabat inſtantia; ut viſum, quo erat ipſe deſtitutus, ei miſericorditer reſtitueret: beato Confeſſori ſupplicare non deſtitit; ut ſuâ interceſſione ſibi à Domino ſalutem impetrare ſatageret. Audierat deinde Jac. 5. 16 ab Apoſtolo, quoniam multum valet aſſidua juſti deprecatio: orationi didicerat annexam eſſe miſeri- Pſal. 65. 19 cordiam, ſecundum illud Pſalmiſtæ. Benedictus Deus qui non amovit orationem meam & miſericordiam à me. Cum igitur nocte quadam, lacrymarum unda perfuſus creberrima, genuum flexione & orationum continuatione jaceret fatigatus; poſcente quietem animalium debilitate virtutum, pauliſper cœpit obdormiſcere. Apparuit autem ei in ſomnis reverenda quædam perſona, pontificalibus veſtimentis induta, quæ accedens ad eum, quaſi penna anſerina, melli puriſſimo intincta, oculos ejus linivit: & mox recedens, ipſumque de percipienda ſoſpitate certificans, requieſcere præcepit. Non multum poſt evigilans qui cæcus fuerat, imminente diluculo, erecto capite, per feneſtras vitreas lucis auroram vidit rutilare; & viſum perſpicacem ſe ſenſit recepiſſe per ſancti Confeſſoris beneficium, cujus inſtanter popoſcerat adminiculum. Laudans ergo & benedicens Dominum, lucernam accenſam ſub modio non poſuit; ſed ſuper candelabrum, in audientia Cleri & totius populi, quod ei acciderat, ſeriatim duxit exponendum. Dumque temporis moram feciſſet, in eccleſia Deum & Confeſſorem de ſoſpitate laudans percepta, tandem cum gratiarum actione reverſus eſt ad propria.

de nocte rebus ſuis ſpoliatur:

ab alio adjutus illuc pervenit.

& à Sancto apparente illuminatur.

B C

ANNOTATA.

a Polyandrum, *dicitur* cœmeterium, *à multitudine ibi conditorum.*

b *Ejuſmodi repræſentationes Dominicorum myſteriorum, quædam adhuc in Belgio loca ſervant in propriis eorum feſtivitatibus, uti Hallis Deipara in Hannonia, & alibi.* EX MS.

c Matriculatii, *appellantur Ædituι, quia matriculam id eſt catalogum rerum & perſonarum ad eccleſiam ſpectantium ſervant.*

d Gracilitas Todina, *unde aut quomodo dicatur, non capio.*

e *MS.* Epilionum pedes, *quod nec ſenſum nec comparationem habet.*

f Tetix *videtur pro tecto ſeu tugurio accipi.*

g Appodiamentum *ab* appodiare, *fulcire, ſuſtentare.*

h Ploſtellum, *diminutivum à* Plauſtro, *pro eo hic ſumitur vehiculo, cui axillarum tenus innexi pueri, prohibentur à lapſu, dum interim illud corporis nixu protrudentes formare greſſum diſcunt.*

i Axillam *haud dubie intelligit quæ Teutonice dicitur* Oxel.

k Elia *ſive* Elium, *in Comitatu Cantabrigienſi ad Grantum, celebre olim monaſterium, cui dein Sedes Epiſcopalis acceſſit.*

l *MS.* ſuum in virtutibus erogando: *exciderunt forte verba aliqua.*

E

CAPUT II.

Beverlacum ab invaſoribus defenſum: tumba cæleſti lumine illuſtrata: miniſtri à ruina protecti.

11 CEſſante univerſali *a* interdicto, cui per longum tempus ſubjacuit Anglicana regio, factum eſt, ut inter Regem & regni Magnates gravis & inſedabilis *b* oriretur diſſentio. Magnates enim pro majori parte à Regia exigebant Majeſtate libertates quaſdam & privilegia, ſibi (ut aſſerebant) debita ex antiqua & approbata regni conſuetudine. Ipſi perſeveranter ſuæ inſtiterunt exactioni: ſed eos exaudire Regiæ non placuit Majeſtati. Rationabilis igitur poſtulationis, ſicut eis videbatur, multoties irrationabilem perpeſſi repulſam, novum conſilium duxerunt cogitandum. Convenientes ergo unanimiter conjuraverunt, ut impeterent Regem, quem ſuæ exactioni toties conſtitit ſe exhibuiſſe rebellem: à fidelitate tamen, quam Regi ſub juramento præſtiterant, ſe in ipſius præſentia prius abſolverent, quam contra eum arma bellando geſtarent. Cum igitur dicta conjuratio Regis innotuiſſet audientiæ, cum ſuis deliberavit domeſticis, quanam poſſet induſtria eorum viribus reſiſtere. Tandem maligno ſuorum familiarium acquieſcens conſilio, nuntios in partes deſtinavit tranſmarinas, qui inde ſibi ſtrenuos in ſubſidium adducerent bellatores. Convenerunt igitur undequaque ad ejus mandatum alienigenæ & malefactores, eo animoſius, quo eos pollicebatur ſtipendiis amplis donandos, regiiſque ditandos muneribus. Horum tyrannidem inermes quidam & imbecilles Angligenæ formidantes, nec non & alii viri ſtrenui viam mediam eligentes, ut nec parti Regiæ, nec parti adhærerent adverſæ; hinc ad caſtrorum tutamina, hinc ad receſſum quorumcumque latibula, hinc ad cœnobiorum locorumque religioſorum præſidia, relictis domibus & agris, cum uxoribus & pueris, cum ſua ſe tranſtulerunt familia: parvipendebant enim jacturam totius poſſeſſionis ſuæ, dummodo corporalia ſupplicia exquiſitaque tormenta, quæ aliis didicerunt illata, quoquo modo poſſent evitare. Quia vero villam Beverlaci privilegiatam noverant à diebus antiquis, confugerunt eo ex partibus adjacentibus plurimi, Dei confiſi præſidio & ſancti Confeſſoris.

a

b *Bello inter Regem & Optimates ardente*

neutræ parti aliqui

F

12 Ad-

Ex MS. ad Beverlacenſe azylum confugiunt:

12 Advenerunt illuc una cum aliis milites cujuſdam Magnatis vicini, ſcilicet Comitis, ei nolentes contra Barones adhærere, & partem Regiam cum ipſo fovere; ibique perendinaverunt ſub Dei & Sancti protectione. Comes ſuper hoc indignatus, & militum ſuorum inibi moleſte ferens receptationem; Canonicis, Ballivis & Burgenſibus communiter dedit in mandatis, ut hoſtes & ſeductores, quos (ut aſſerebat) penes ſe receptaverant, omni dilatione prætermiſſa à villa propulſos excluderent, nec eos diutius ibidem receptaculum habere permitterent. His inſuper mandatis terribiles adjecit comminationes, conſtanter aſſeverans, quod niſi obtemperarent mandatis, eos in manu valida invaderet; villamq; totam in cinerem & favillam redigeret. Sed quamvis ex his comminatoriis irruere poſſet in viros conſtantes tremor & formido; ipſi nihilominus qui mandata ſuſceperant, divino fidentes adminiculo, & Patroni ſui ſancti, quod ſæpius experti fuerant, certi patrocinio, eo magis permanſerunt intrepidi, quod mandatum quod acceperant, nullo ſciebant rationis firmamento muniri. Inito autem conſilio ei dederunt in reſponſis, quod nec homines ſuos, nec alios quoſlibet, qui eo tamquam ad azylum confugerent, à villa, ſicut nec à corpore eccleſiæ, ſeducerent; ne eo ipſo privilegia ſua mererentur amittere, ſi ſibi ab antiquis diebus indulta abuti præſumerent libertate. Quo audito, Comes non modico furore accenſus, lucri avidus, & more lupino ad rapinam paratus, nec non ſatellitum tam equitum quam peditum armata ſtipatus multitudine, caſtra illico movit; [& villam] Beverlaci cujus inhabitatores ſibi rebelles cognoverat, evertere propoſuit.

ex quibus ſuos milites repoſcens Comes

B

Locum armatus aggreditur,

13 Cum autem audiſſet quod ex Orientali parte, propter fractionem pontis Hullæ fluvii, nequaquam liberum haberet acceſſum; ex parte Aquilonali in villam deſtinavit irruere, ubi nullum obſtitit offendiculum. Non patuit ei acceſſus ab Oriente, & merito; cum in Sancti ſui domeſticis expugnare niteretur Orientem ex alto. Ad Aquilonem divertit, exiſtens à patre diabolo, qui ſedem ponere diſpoſuit in Aquilone: unde & prophetatum eſt, malum eſſe parandum omnibus habitatoribus terræ. Cumque non longe à villa, per ſpatium ſcilicet octo milliarium, cum ſuo hoſpitaretur exercitu, craſtina illuceſcente aurora illam invaſurus; humilitatis amator Dominus, qui propria virtute colla caleat ſuperborum atque ſublimium, imminenti periculo celere oppoſuit remedium. Nam cum poſt cœnam Comes & ſui commilitones ex more ſuo colluderent, & faces accenſas in alterutrum projicerent; decidit ex improviſo facula quædam ſuper pedem Comitis: quæ pedi adhærens, nequaquam inde excuti, nequaquam inde à feſtinantibus miniſtris tanta celeritate potuit amoveri, quin eum ita reliquiſſet cauteriatum, ut vix eum terræ valeret affigere: inde craſtino aſcenſurus equum, vix contingere poſſet ſcanſilis orbiculum. Perterritus igitur omine triſti & auſpicio infelici, de prudentum virorum conſilio à propoſita deſtitit præſumptione: pœnæ magis formidine, quam virtutis revocatus amore. Ecce hic miraculum ſatis illi conſimile, quod accidit auras carpente ſancto Confeſſore. Nunc enim iſte, præſumens irruere in peculiarem populum Sancti, uſtus eſt in pede: tunc uſtus eſt Diaconus ſuus in facie, temere ſe ingerens ut particeps eſſet viſionis ſuæ, dum ei appareret oranti Spiritus ſanctus in columbina ſpecie.

C

ſed pede adusto impeditur,

Alius è magnatibus

14 Erat eodem tempore vir alius, magnus & potens, quo nullus in regno major, nullus in totius regionis ambitu potentior. Acceſſerunt ad eum. cognita ejus potentia & tyrannide, ut dicebatur, quidam mentis malignæ, indemnitatem Beverlaci moleſte ferentes, & ex eorum ſucceſſibus macreſcentes invidia ſuggillante: quibus dàmna ſua viderentur leviora, ſi vel omnibus, vel ſaltem vicinis eſſent communia; videretur eis ſua læſio mitior & tolerabilior, ſi aliis conſimilis infligeretur vel gravior. Hi, inquam, ſe offerentes illius potentis conſpectui, conſtanter aſſeverabant, Beverlacenſes præ aliis Regiæ Majeſtati eſſe rebelles; Regis & regni, libertatum & privilegiorum ſuorum obtentu, infeſtos eſſe proditores: in cujus rei argumentum allegabant, quia in villa Beverlacenſi jugis erat inimicorum Regis receptatio; ibidem recondebantur eorumdem theſauri inextricabiles; quod alios, injurias, contumelias, & damna plurima perpeſſos, ipſi ſoli redderent indemnes. Ut autem efficacior eſſet ipſorum inſtigatio, proteſtabantur ſub juramento, quod ſi ipſe in perſona eo vellet accedere, vel ſaltem commilitones & ſervientes ſuos in manu robuſta eo deſtinare, tantam ibi obtineret pecuniæ, auri & argenti abundantiam, qua adjutus univerſitatem hoſtium ſuorum trepidam redderet & confuſam. Idipſum ei intimabant & ſui familiares, inſatiabili deſiderio quæſtui & lucro inhiantes; ad idem inſtigabat prædictus, nondum ſufficiente pœna correptus; per alium exequi volens & perficere, quod per ſe nec auſus eſt adimplere.

D

contra Beverlacenſes incitatus ab invidia,

E

qui eorum exterminium intra octiduum juraverat;

15 Horum crebris & repetitis perſuaſionibus adquieſcens Magnas prætaxatus, concepit in animo & proteſtatus eſt in propatulo, quod Beverlacenſium ſeditionem non relinqueret ulterius impunitam, quodque per ſupplicium eis infligendum aliorum coërceret audaciam. Puniendi etiam modum non reliquit indeterminatum, acerbitatem inferendi ſupplicii ſub ſilentio non ſuſtinuit occultari; jurejurando namque confirmavit, quod in propria perſona eos impeteret; quod nihil penes eos inveniri poſſet pecuniæ, quam eis relinqueret; quod domus combuſtibiles traderet incendio, lapidea ædificia multiplici dirueret machinamento; quoſdam captivitate mancipandos ergaſtulo [traderet] carceris tenebroſi; quod non relinqueret lapidem in ipſius eccleſiæ fabrica, eo quod hoſtibus ſuis oſtia præbuiſſet aperta. Comminationum ſuarum ſeriem fine concluſit terribili dicens, quod ante dierum octo decurſum Beverlacum tali traderet exterminio tantæque deſolationi, quod viſo loco deſerto in poſterum diceretur à tranſeuntibus, hæc fuit villa Beverlaci. Audientes hæc Beverlacenſes, conturbati ſunt, commoti ſunt, tremor apprehendit eos. Qualis igitur fuit & quam clamoſa puſillanimium lamentatio, quanta propter votam comminantis tyrannidem feminei ſexus formido, quam larga inter mulieres lacrymarum effuſio, non eſt noſtræ facultatis evolvere.

F

ipſis in Deum ac Sanctum ſidentibus,

16 Viri autem & maturiores ætate viriliter ſe gerentes, & ſanioti utentes conſilio, ſub vultus conſtantia nitebantur, ut decuit, timorem prudenter diſſimulare; ne eo ipſo hoſtes ſuos hilares redderent & jucundos, ſi eos deprehenderent turpiter timore confuſos. Certum erat [non ita] hanc emanaſſe comminationem ab homine, quin careret effectu; non eſſe impoſſibile comminantem mutare propoſitum, qui de rerum numero eſſet mutabilium. Notum erat Jonam à Domino miſſum prophetaſſe Ninivitis, intra quadraginta dies eſſe Niniven ſubvertendam; cum tamen competentem egiſſent pœnitentiam, pii Conditoris indignatione remiſſa, non fuiſſe ſubverſam. Si ergo Dominus manum revocavit ultionis conditionaliter intentatæ, cum eos qui deliquerant vidiſſet pœnitentes; quanto magis

A magis illos perdi non ſineret, quos in ea qua conturbantur parte penitus novit innocentes. Confiſi ſunt ſe eadem facilitate hujus poſſe potentis malitiam effugere, qua à ſupra dicti Comitis inſultu liberatos ſe noverant Dei virtute, & patrocinantis Confeſſoris opere. Meditabantur ergo quilibet intra ſe, Si Dominus ſalus mea, quem timebo? Si Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo? Clamaverunt igitur ad Dominum, & ſalvi facti ſunt: in Deo ſperaverunt, & non ſunt confuſi. Infra namque ſpatii brevitatem, infra modici temporis anguſtiam, quam dictus Magnas Beverlacenſium ſubverſioni temerario præfixerat auſu, contigit ut ſubita correptus ægritudine, repentino miſerabiliter exſpiraret interitu; juſto Dei judicio rueret ipſe, qui eos cogitaverat deſtruere; diem clauderet extremum, qui aliis minitaverat exterminium. Tantam igitur gratiam tantumque favorem populo Beverlacenſi in ſuis & ſancti Confeſſoris meritis dignatus eſt Dominus impendere, ut in toto tam diræ perſecutionis tempore nulla incurſione turbarentur hoſtili, qua certum erat fere univerſas urbes Angliæ turbari; fere nullus inveniretur; qui ei injuriari auderet, vel ſi eſſet qui hoc attentaret, ultio gravis feſtina non deeſſet.

morte cita extinguitur.

B 17 Non eſt, ut arbitror, ſub ſilentio prætereundum notabile quoddam, quod ad tumbam Sancti diebus illis accidit miraculum. Cum namque tempus urgeret Quadrageſimale, compertum eſt primitus à quibuſdam eccleſiæ miniſtris in crepuſculo ſerotino, ab ipſo mauſoleo immenſæ claritatis eradiare fulgorem eo in loco, ubi columnæ marmoreæ illud ſuſtinentes ſuperpoſitum, ſuper lapidem pyramidis fundabantur inferiorem. Videbatur autem lumen erumpens, per columnas aſcendendo, primitus emicare; deinde ſe in latum diffundens, miro fulgore totum ſpatium, duobus lapidibus columnarum adjutorio interceptum, illuſtrare. Advocabant ſibi alios rei hujus compertores; ut eſſent ejuſdem viſionis participes, qui & perhibere poſſent teſtimonium veritatis, cum congruum adeſſet tempus revelationis. Idem lumen, quod viderant primi, viderunt & ipſi: nec erat lumen apparens momentaneum; ſed quaſi per horam unam continuatum. Non potuit, ſed nec debuit res iſta tam miraculoſa ſubticeri: tanta meruit lucerna poni ſuper candelabrum, non ſub modio recondi. Factum eſt igitur ut publicaretur iſtud, relatu & teſtificatione eorum qui intererant eccleſiæ miniſtrorum, quorum ex ſubſequentibus verum conſtitit fuiſſe teſtimonium. Convenerunt enim hora, qua lumen antea apparuerat, ad eccleſiam plurimi, oculata fide deſiderantes rei veritatem experiri. Datum eſt autem plurium, imo fere omnium qui aderant, devotioni, ſingulis diebus, per duarum hebdomadarum ſpatium vel amplius, lumen modo prædicto renitens intueri. Erant tamen plerique, qui [licet] cum aliis, lumen ipſum manifeſte intuentibus, viſus aciem ad tumbam converterent; ad ejus tamen virtutem, quaſi oculis ſuis ne viderent obſcuratis, penetrare non poſſent: quibus credibile eſt, fidem ſinceram internamque defuiſſe devotionem, & ob hoc in oculos exteriores tantam irruiſſe caliginem. Non tranſiit igitur ad videndam coruſcationem luminis eorum viſus, aliquo interveniente ſpirituali & inviſibili offendiculo; ſicut legitur, quod oppoſita nube non tranſit oratio: quemadmodum etiam legitur in Euangelio, quod oculi diſcipulorum euntium in Emaus, cum appareret eis Dominus in via, tenebantur ne eum agnoſcerent: quia nimirum talem ſe exhibuit eis in corpore, qualis apud eos habebatur in mente.

Lumen ad tumbam apparere viſum multis & ſæpe,

quod quidâ ſolum obſcurare videns,

18 Erant alii, quibus licet datum eſſet lumen ipſum evidenter conſpicere, erronea tamen laborarent & illuderentur opinione. Æſtimabant enim lumen dictum, per reverberationem luminis cujuſdam cerei, ante feretrum indeficienter ardentis in pelvi, ad corpus marmorei mauſolei perpolitum & planum ibidem irradiare; & ſecundum flammæ ejuſdem cerei ſcintillationem, viſum ad lapidem per columnas aſcendere. Ad hujus igitur tollendum erroris ſcrupulum, ad hanc amovendam ambiguitatem, ut indubitanter conſtaret lumen tumbæ ex cerei lumine nullatenus ſumpſiſſe originem, claudi & peſſulo obſerari juſſa ſunt oſtia duo; unum chori & aliud pulpiti; quæ tumbæ intererant & cereo, per quorum medium videri poſſet aër medius fuiſſe immutatus; & luminis ad tumbam facta fuiſſe reverberatio. Clauſis ergo, ut juſſum fuerat, & obſeratis duobus oſtiis, nihilominus in uno etiam ſoluto evidentius viſum eſt ad tumbam lumen coruſcare præfulgidum: cum majus nimirum ſuperveniens luminare minus obfuſcare ſoleat, & ei afferre minoramentum. Aperto igitur patuit indicio, ab illa vera luce, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, ortum habuiſſe lumen, quod ibidem apparuerat. Clarificavit autem merito lux iſta Beatum Joannem; cui in mortalitate poſito non fuit vanum ſurgere ante lucem: ſuper quem adhuc ſuperſtitem ſignatum erat lumen vultus Dominici, id eſt lumen gratiæ, qua reformatur imago Dei in homine ad ejus ſimilitudinem condito ſuperiori virtuti animæ impreſſum fuerat, id eſt rationi: qui & lucerna à Domino erat illuminata; cum officium gereret Prædicatoris; in qua fuit lux, id eſt cognitio, quæ lucet in homine tamquam in fictili vale; unde dicit Apoſtolus: Habemus theſaurum iſtum in vaſis fictilibus. 2 Cor. 4, 7

A. TESTE OCULATO EX MS. elisi reverberationi attribuunt,

ſed hos falli certiori patuit experimento.

E

19 Erat eodem tempore, in medio crucis ipſius baſilicæ, præcelſa quædam *d* turris exſtructa, admirabilis pulchritudinis & immenſæ; adeo ut in eo ſe jactitaret virtus & ſubtilitas artis cæmentariæ. Proceſſum erat eatenus in ipſius turris fabrica, ut completum eſſet opus lapideum; hoc ſolum totius ſupereſſet conſummationi, ut ſuperponeretur tectum *e* lapidei operis, proportionatæ celſitudinis. Artifices qui præerant operi, non tantum quantum oporteret circumſpecti; non tam prudentes, quam in arte ſua ſubtiles; magis invigilabant decori, quam fortitudini; magis delectationi, quam commodo ſtabilitatis. Qui cum columnas quatuor erigerent cardinales, velut totius ſupercollocandæ molis fulcimina; eas ſubtiliter, quamvis non firmiter, inferebant operi antiquo, eorum more qui pannum novum aſſuunt inveterato. Unde factum eſt, ut nec baſes, nec ſtylos columnarum illius efficerent firmitudinis, ut ſuſtinere ſufficerent molem immenſam tam admirabilis & tantæ arduitatis: quarum debilitas quamvis in proceſſu operis ſatis poſſet adverti per hiatus & rimas partium, per columnarum quarumdam marmorearum fiſſuram in longum à baſe uſque ad epiſtylium; ab operis tamen incepti nequaquam arbitrabantur continuatione deſiſtendum: cum tamen certum ſit, paratum eſſe ad ruinam illud ædificium, quod ſuper debile collocatur fundamentum. Quanto igitur lapidum ampliorem ſuperponebant cumulum, tanto magis accelerabant turris præcipitium: eo immenſiores factæ ſunt ſtylorum & baſium rimæ, quo plus eos præſumpſerunt onerare.

d *Dum veteri turri novus vertex inconſulte additur,*

e

F

ruinamque præmuniebant columnarum rima,

20 Tandem factum eſt, ut, metu imminentis ruinæ, tam Cleri quam plebis deſiſteret pars magna ab ingreſſu eccleſiæ. Sacerdotes nihilominus & Levitæ, & alii qui ex injuncto ſibi officio ad chorum

perſeverans in Officio Clerus

A. TESTE OCULATO EX MS.

rum frequentandum erant aſtricti; horis ſtatutis & debitis eo convenerunt, ut divinis vacarent obſequiis. Conſiſi ſunt, quod non permitteret eos obrui, vel morte ſubitanea aliquatenus præoccupari; cui totis viribus, pura mente, interna devotione ſatagebant famulari. Non diffidebant de Confeſſoris ſancti ſubſidio, cujus Reliquiæ in eo, qui præſens erat, continebantur incluſæ locello. Patefecit autem, qui ſequebatur eventus, quod ejus Confeſſoris eſt miſerator Dominus. Nam cum circa menſis Octobris initium media nocte ſurgendum eſſet ad confitendum Domino, ac nocturnum officium de more celebrandum in choro; quidam Sacerdotum, qui Deo, ut reor, diſponente jacens in lecto, partem noctis tranſactam præter morem ſolitum duxerat inſomnem; diuturnitate jacendi, & dormiendi etiam impotentia faſtiditus ſurgens, etiam adiit matriculatios; quos reperit dormientes, à ſomno ſuſcitavit, eoſque ut pulſarent induxit; cum ſupereſſet adhuc quaſi uniùs horæ ſpatium, ut eis ſignum ſurgendi & pulſandi præberet horoſcopium. Cum igitur congregato ad eccleſiam Clero nocturna decantaretur ſynaxis, corruit non longe à decantantibus lapidum pars magna de turri: quorum audito fragore omnes nimirum magno ſunt timore perculſi. Summa igitur feſtinantia ſe transferebant à ſtallis ſuis, & inceptum continuabant officium, ſtantes ad alterutrum latus altaris. Non multo poſt auditus eſt alius fragor priore major, lapidum plurimorum iterum de turri corruentium; ac ſi præmiſſa levi quadam & ſimplici admonitione ut recederent, ſequeretur edictum peremptorium, cui contumaciter ſuperſedentibus minitaretur ſupplicium.

nocturnum citius una hora inchoat.

21 Relicto igitur choro locum tutiorem, magis à turri diſtantem, arbitrabantur adeundum, & tranſeuntes ſub pendente ruina deſcenderunt in eccleſiæ naviculam: ubi conſiſtentes à latere fontium, ad finem uſque cœptum perduxerunt Officium. Vix completo Officio ad domos ſuas, licet ſatis vicinas eccleſiæ, pervenerant; & ecce tota turris fundo tenus collapſa, partes adjacentes ſecum trahens ad caſum, vehementem dedit fragorem, in auribus humanis horrendum. Advertere licet in hoc eventu quam admiranda fuerit gratia Salvatoris, quantæ fuerit efficaciæ virtus ſancti Confeſſoris. Diſponente namque Domino, partes ſuas interponente Sancto, turri ruituræ provilum eſt illud tempus ruinæ, quo turbæ laicali læſio nulla poſſet inferri. Cum miniſtris eccleſiæ facta eſt admiranda diſpenſatio, cum & præter morem conſuetam horam ſurgendi prævenirent, & bipartitus lapidum caſus, præconatus vicem gerens, eis perſuaſiſſet, ut alio ſe transtertent. Indultum erat etiam ipſis, qui intra ſepta eccleſiæ recubuerunt, matriculariis, dum ut amoverent thoralia ſua, transferrent ſtratoria; eis nulla ingereretur læſio corporalis. Deventum erat igitur adhuc, ut Orientalem partem naviculæ ipſius eccleſiæ in chorum oporteret accommodari, altare vero ſupra tumbam erigi, feretrumque ultra medium tumbæ directe collocari. Quod cum factum eſſet, ſatis efficaci conjectura deprehenſum eſt, quod lumen ad tumbam dicendum eſt aperuiſſe, & eum portendiſſe qui futurus erat eventum: quod ſcilicet corpus ſancti Confeſſoris ad locum illum fuiſſet referendum, à quo fuerat ante tranſlatum. Per hujus igitur ſancti Confeſſoris merita, decurſo præſentis vitæ ſtadio, nobis annuatur bravium permanſurum, ab eo qui vivit & regnat Deus per infinita ſecula ſeculorum. Amen. *f*

ſubdusitur ruina mox ſecuta,

& feretro ad tumbam relato mira culoſe lucis pateſcit myſterium.

ANNOTATA.

a *Totam Angliam & Walliam* generali interdicto *ſubjectam fuiſſe in vigilia Annuntiationis B. Mariæ an.* 1208 *ſub Ioanne Rege, tradunt Weſtmonaſterienſis & alii. Eſt autem illud edictum relaxatum* 3 *Iunii anno* 1214.

b *Contigit hæc* diſſenſio *anno* 1215 *&* 1216.

c Scanſile, *alii* Staffam *aut* Stapedam *vocant.*

d *Hæc erat* turris excelſa lapidea, *quam* Kinſium Archiepiſcopum (*qui præfuit ab anno* 1050 *ad* 22 *Decembris anni* 1060) ad eccleſiam S. Joannis apud Beverlacum adjeciſſe, & in ea duo præcipua ſigna poſuiſſe, & ipſam eccleſiam libris & ornamentis ornaviſſe, *tradit Thomas Stubs col.* 1700.

e *Ecgraphum addit* ligneum, *quod expungo, quia ex tota ſequenti narratione apparet agi de lapideo opere.*

f *Hiſce ſubjungo miraculum, à Ioanne Capgravio in ſua Legenda relatum his verbis:* Anno Domini MCCCXII de tumba S. Joannis oleum emanare, uſque in horam diei ſequentis tertiam, non ceſſavit; & multos cæcos inde linitos, meritis viri ſancti, viſum recipere fecit. *Hoc in feſto S. Bernardi contigiſſe affirmat Harpsfeldius.*

G.H.

DE SANCTO PETRO

EPISCOPO PAPIENSI IN ITALIA.

CIRCA DCCXXXVIII. *Cultus.*

Abulæ hodiernæ Martyrologii Romani hoc VII *Maji celebrant* S. Petrum, Epiſcopum Papiæ. *Celebrant eumdem Galeſinius in ſuo Martyrologio, & cum aliquo elogio Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ. Sed potiſſimum ejus ævo proximus Paulus Diaconus, Warnefredi Langobardi filius, lib.* 6 *de Geſtis Longobardorum cap.* 58 *ſive totius hiſtoriæ ultimo, ubi iſta habet.*

Elogium ex Paulo Diacono.

2 Eo quoque tempore floruit vita vel actibus Ticinenſis eccleſiæ Epiſcopus Petrus: qui quia Regis erat conſanguineus, ab Ariperto quondam Rege apud Spoletum exilio erat retruſus. Huic, beati Martyris Sabini eccleſiam frequentanti, idem venerabilis Martyr prænuntiavit, quod Epiſcopus apud Ticinum futurus eſſet. Qui poſtea cum id fuiſſet factum, baſilicam eidem beato Martyri Sabino in ſolio proprio, apud eamdem civitatem, conſtruxit. Hic, inter reliquas optimæ vitæ quas habuit virrutes, etiam virginitatis flore decoratus enituit: cujus nos aliquod miraculum, quod poſteriori tempore geſtum eſt, in loco proprio ponemus. *Hæc Paulus Diaconus, qui an poſterioris temporis geſta ſcribendo attigerit, neſcimus: ea certa quæ extat hiſtoria illuc uſque non pertingit. Antiquiſſimo huic ſcriptori adjungimus recentiſſimum Ioannem Baptiſtam de Gaſparis, qui edidit tacito ſuo nomine, & nobis anno* MDCLXII *Papiæ exiſtentibus donavit,* Breviarium Vitæ Sanctorũ Ticinenſis Eccleſiæ Epiſcoporum, *quorum* natalem diem ab eadem ſancta Ticinenſi Eccleſia ſub ritu duplici celebrari *in Præfatione indicat, &* de S. Petro primo, XXXVI Epiſcopo Ticini, diuturna inquiſitione ex pluribus ſcriptoribus *collegit ſequentia.*

Officium ſub ritu duplici.

3 Petrus primus, Papienſis, regali Longobardorũ genere natus, ſanguine Bojus, adoleſcens Ariperto ſecundo Longobardorum Regi in ſuſpicionem venit: à quo & in Etruriam relegatus, patientiſſime exilii ærumnas in Aretino agro ſuſtinuit. Ibi in monticuli dorſo conſecratum divo Martyri Sabino frequẽtabat tem-

Exul colit S. Sabinum.

templum. Quare ſubtrahens ſe ab hominum conſortio, totum ſe contemplationi & ſpiritus devotioni dedidit. Aliquando Martyris Sabini apparitionibus recreatus, tandem ab eodem ſe futurum Papienſem Epiſcopum admonetur. Illibatæ obſervantiſſimus caſtimoniæ, innocentiam aſſecutus eſt & gratiam: nam Ariperto defuncto anno ſeptingenteſimo decimo ſexto, eodemque anno ſucceſſore Aſprando Petri conſobrino ex humanis ſublato, Luitprandus regali ſceptro auctus fuit, ejuſdem Petri conſanguineus: à quo admirabili civitatis plauſu ab exilio in patriam revocatus, juxta S. Sabini prænuntium Ticinenſis Epiſcopus creatus, baſilicas duas, alteram Ticini, alteram vero prope mœnia eidem Martyri Sabino ædificavit, quas & maximis muneribus auxit. Hujus ſancti viri, nondum Epiſcopatum gerentis, opera & hortatu, anno ſeptingenteſimo vigeſimo ſexto in S. Armentarii Pontificatu, idem Luitprandus Rex de Sardinia inſula corpus S. Auguſtini, Catholicæ Eccleſiæ luminis, magno pretio redemptum, Papiam transferendum curavit. Tranquillitatis Romanæ eccleſiæ inſignis amator, ſolerti ſtudio ſuaſit, ut idem Rex ex hoſte fieret religionis Chriſtianæ fautor, Romanique Pontificis in primis ſtudioſus. Quamplurimos infideles Principes, bello captos, ſacra unda intinxit. Ceterum cum per tredecim annos Epiſcopatum religioſiſſime geſſiſſet, Nonis Maji morte præreptus eſt, anno ſeptingenteſimo quadrageſimo tertio, miraculis clarus. Ejus corpus, in S. Joannis de Palude, ſive (ut nunc dicitur) in Burgo, collocatum, ſumma veneratione habetur.

eidem reverſus baſilicas conſtruit:

B *obit anno Epiſcopatus 13.*

4 *Hactenus illa Acta, in quibus* S. Petrus relegatus *dicitur in* agrum Etruriæ Aretinum: *quod ſequuntur Stephanus Breventanus, Bernardus Saccus, Iacobus Gualla, aliique Hiſtoria Papienſis ſcriptores, aſſerentes ibidem* oppidulum, fama conſpicuum, vulgo appellari montem S. Sabini: *quem oppidani ut ſuum Patronum colunt* VII *Decembris, arbitrantes fuiſſe* Epiſcopum Cluſinum & Martyrem. *Eodem autem die etiam colitur* S. Sabinus, Epiſcopus Spoletinus & Martyr: *& ab aliis unus idemque habetur, cui à* S. Petro Epiſcopo Ticinenſi templum conſtructum ferri, *tradit ad dictum diem Ferrarius. Paulus Diaconus ait, hunc* apud Spoletum exilio retrulum. *Forſan Ducatum Longobardorum Spoletinum intelligit; cui incluſa videntur urbes Peruſina & Aretina cum ſuis territoriis. Reliqua ad Acta S. Sabini erunt excutienda. Quot autem baſilicas S. Sabino erexerit S. Petrus, non ſatis convenit inter auctores.*

Quis ille S. Sabinus?

C *ubi baſilica ei conſtruebat*

Paulus Diaconus meminit unius in ſolio proprio (*fortaſſis* in ſolo) apud Papienſem civitatem conſtructæ: *Addit Iacobus Gualla*, prope mœnia & Ticinum fluvium ab Orientali parte, quæ poſtea anno MDXXV, Franciſco Gallorum Rege eamdem urbem magno exercitu obſidente, everſa fuit. *Vghellus tomo* I. *Italiæ ſacræ in Papienſibus Epiſcopis ait*, eidem templum erectum in platea, cui S. Sabini nomen factum: *& ita* baſilicas duas S. Sabino ædificatas *tradit ſupra Ioannes Baptiſta de Gaſparis.*

Epitaphium ſepulcri.

5 *Epitaphium ſepulcri ejus ex Iuno Gratero in dicto Breviario recuſum, eſt hujuſmodi.*

Candida funereo ſculpuntur marmore geſta:
Sed non eſt flendus qui jacet in tumulo.
Lugeat infauſtus, qui neſcit vivere Chriſto,
Poſt mortem carum tartara quem retinent.
Hic Vates Domini, mundo quia corpore vixit,
Admixtus gaudet cœtibus Angelicis.
Claruit hic meritis Petrus, Antiſtes honeſtis,
Norma Sacerdotum, columen eximium.
Munificus, conſtans, ſolers, prudenſque, modeſtus, AUCTORE
Qui innumeris ſemper pollet ubique bonis. G.H.
Inclitus proſapia, Regumque ſtemmata tangens;
Nobilis eloquio, moribus nobilior.
Iſte peregrina maceratus denique vita,
Bis quinis annis exulat innocuus,
Eſuriemque ſitim patitur, dum & frigora corpus,
Spe, virtute, fide ſpiritus auctus erat.
Sed repetens genitale ſolum, pia munia geſſit,
Præfuit eccleſiæ, rexit ovile Dei.
Iſte ſacras Domini condens liberaliter aulas,
Ditavit propriis optime ceſpitibus.
Sublimis, humilis, mediocris, dives, egenus,
Occubuit Paſtor noſter en egregius.
Planctibus immenſum clamantibus flete dolorem:
Lux patriæ occubuit, lex, honor atque decus.
O venerande Pater, Paſtor bone, magne Sacerdos,
Forma pudicitiæ, ô Pater eximie:
Mutaſti patriam, linquens conſortia noſtra,
Nos tantum gemitus retinent, te gaudia cæli.
Expletis decem mortali in corpore luſtris,
Quatuor his junctis vixiſti firmiter annis.

6 *Quod ad chronologiam attinet, ea ex Longobardorum geſtis, cum Epitaphio collatis, ordinanda eſt. Sciendum ergo quod* Cuniberto *Rege, ſub annum* DCCVI *mortuo, ſuccedens filiolus ejus* Lintbertus; *octavo poſt patris obitum menſe, una cum ſuo tutore* Aſprando, *expulſus à* Ragumberto, *Taurinenſium Duce, vacuum eodem anno invaſoris morte regnum fruſtra recuperare conatus è manibus filii* Ariperti, *victus apud Ticinum & comprehenſus ſit. Aſprando fuga elapſo, ac tandem in Bajoariam ſe recipiente. Hac occaſione* Petrus *in exilium actus, non prius in patriam revertit, quam regnum obtinuit* Aſprandus; *quod anno demum Ariperti decimo factum ſcribitur, nec male in annum Chriſti* DCCXVIII *confertur. Fortaſſe tamen non male Bernardus Saccus reſtitutionem Petri* Luitprando *attribuit, quia pater ejus Aſprandus menſes ſolum tres in regno vixit. At quanto poſt hac tempore privatus vixerit* Petrus *incompertum eſt; ſi tamen annis tredecim geſſiſſe Epiſcopatum probetur, ex anno vitæ* LIV *quo obiit, & ea quam par eſt habuiſſe ætate, annorum ut minimum* XXIV. *quando pulſus in exilium eſt, facile conficias haud plures quam quinque vel ſex annos fluxiſſe à reditu, quin factus Epiſcopus ſit; adeoque ultra annum Chriſti* DCCXXXVIII *vitam eidem agre prorogari poſſe.* *ejuſdem ætas.*

E

7 *Addit de Gaſparis, quod, geſto tredecim annis Epiſcopatu,* in ſummum Pontificem electus, *ſed* morte præreptus *ſit: quod quia alius nemo dixit, nec video quo fundamento nitatur, expungere ab elogio malui, & hic notare. Neque enim poſt* Gregorii II *mortem, qui anno* DCCXV *ordinatus, obiit* DCCXXXI; *neque poſt exceſſum* Gregorii III, *qui poſt illum decem annis ſedit, ea erant tempora, ut ex Longobardis, à quibus tunc maxime vexabantur Romani, Pontificem ſibi vellent eligere; multo minus apparet veroſimile, quod Romanus Clerus, Epiſcopalium Sedium tranſlationes ſemper averſata qua licuit, ipſa ſibi exemplum ejus rei primum ſtatuere voluerit in hoc* Petro, *quod poſt ſeſqui ſeculum primo viſum in* Formoſo, *antea Portuenſi Epiſcopo, tantas Romæ tragoedias excitavit, quantas Pontificum hiſtoria poſt ejus mortem narrat. Porro cum conſidero, quomodo anno* DCCCXIV Petrus Epiſcopus Papienſis, *Ottonis Imperatoris Cancellarius, ad Pontificatum aſſumptus, &* Joannes *dictus ſit ejus nominis* XIV, *poſt octo in eo munere menſes in Caſtro S. Angeli fame enectus* XX *Auguſti; cogor vereri, ne ſimilitudine nominis abreptus de Gaſparis, adſcripſerit* Petro *hujus nominis* Primo, *quod de* tertio *ejus appellationis Papienſi Epiſcopo legerat.*

F *Pontificatus Romanus eidem perperam adſcriptus.*

D.P.

DE SANCTO BENEDICTO II

PONTIFICE ROMANO.

ANNO DCLXXXV

Cultus ſacer die 7 Maji.

Officio eccleſiaſtico ſub ritu duplici hoc VII *Maji, Romæ in ſacroſancta Baſilica Vaticana S. Petri Apoſtoli, celebratur feſtum* S. Benedicti II Papæ, *cujus ſacrum corpus in dicta baſilica adſervatur. Omnia in dicto Officio præſcribuntur de Communi, cum* Gloria *&* Credo *in Miſſa, & Officium de S. Staniſlao transfertur in proximum diem non impeditum. Ejus ſacra memoria eſt in hodierno Martyrologio Romano his verbis:* Romæ S. Benedicti Papæ & Confeſſoris, *& in Notis indicatur*, hunc eſſe ſecundum hujus nominis, Juniorem dictum. *Vacat hoc die Martyrologium Bedæ genuinum: proinde huic ſuppoſitum eſt id in quo fit mentio* S. Benedicti. *Ad MS. Martyrologium Vſuardi in Alſatia auctum, ſub finem hoc elogium eſt appoſitum:* Ipſo die Romæ depoſitio S. Benedicti Papæ ſecundi, qui ab ineunte ætate ſua militavit in eccleſia, & ſemper paupertatis amator extitit: conſtitutiones edidit, & in pace obiit ſub Conſtantino quarto. *Similia leguntur, & quidem primo loco, in Martyrologio Coloniæ & Lubecæ anno 1490 excuſo; item apud Notkerum, auctorem Florarii MS. Molanum in prima editione Additionum ad Vſuardum, Galeſinium, Caniſium, Ghinium in Natalibus Sanctorum Canonicorum, Bucelinum in Menologio Benedictino & alios. At poſtridie, ſive die octava Maji, memoratur à Greveno in Additionibus ad Vſuardum, à Maurolyco etiam & Felicio. Iterum die* VI *Maji aliquis* Benedictus Epiſcopus *indicatur apud dictum Grevenum, quod arbitramur huic* Papæ Benedicto *tribuendum.*

B

perperam credito die mortis;

2 *Acta aliqua hujus Pontificis edidit Anaſtaſius Bibliothecarius, in ſua Hiſtoria de Vitis Romanorum Pontificum: eaque damus collata cum MSS. Geſtis ſummorum Pontificum ad Martinum V deductis, auctore Iacobo Zeno Patricio Veneto, dein Epiſcopo Feltrenſi & Patavino. Ex iiſdem Vitis Luitprandus, Abbo, Platina, aliique ſua deſumpſerunt. In his ſepultus dicitur* ſub die VIII Idus Maji, *quo eum faſtis aliquibus adſcriptum eſſe annotavimus; quod alii ſic videntur intellexiſſe, quaſi conſequens foret, eum pridie aut biduo ante defunctum eſſe; ideoque ad diem* VII *aut* VI *Maji ejus memoriam retuliſſe. Ego occaſione Hiſtoriæ Pontificiæ, ab hæreticorum calumniis vindicatæ per P. Cornelium Hazaert, & nuper Belgica noſtra lingua vulgatæ, ut viro, confutandis hæterodoxis pridem optime de Eccleſia merito, explanarem chronologicas in hoc argumento difficultates; & iſtam hiſtoriæ Eccleſiaſticæ baſim, toti noſtro operi neceſſario ſubſternendam, ſemel ſolide collocatam haberem; non modo eam partem, quæ ante precedentem Aprilem ad lucem veterum Catalogorum, uſque ad Bonifacium II habetur digeſta, recognoſcendam ſumpſi: ſed reliquam etiam Pontificiam hiſtoriam, ſimilium Catalogorum aliorumque veterum monumentorum ſubſidio, ordinandam. Hoc autem agens liquidiſſimo deprehendi, Baronio aliiſque maximas offuſas eſſe tenebras ex eo quod ex die depoſitionis ſive ſolennium exequiarum, qui plerumque ſolus notatur in Catalogis & apud Anaſtaſium, Pontificum tempora metienda putarint: cum plurium ſæpe, non tantum dierum ſed & hebdomadum quandoque etiam menſium intervallo diſcrepaverint dies mortis à diebus depoſitionis ſeu exequiarum ſolennium.*

C

unde in tempore Sedis ordinando irrepſit error

quod alia via certius determinatur,

3 *Iſtac ergo regula tam fallaci depoſita, conatus ſum per aliam viam in veram temporum cognitionem devenire; notatoque Pontificum aliquorum certo indubitabilique initio ac fine, tentavi an per ſpatia annorum menſium atque dierum cujuſque Pontificatui aſſignata, & per deſcripta ab Anaſtaſio aliiſque Interpontificia, aliqua poſſet chronotaxis ordinari, quæ tunc demum bona & vera cenſeretur, quando cum irrefragibilibus iſtis quos inveneram quorumdam Pontificatuum terminis undequaque congrueret. Hoc autem ita ſucceſſiſſe mihi puto, ut omnibus fere Pontificiorum Interpontificiorumque limitibus ſalvis, quos antiqui nobis præſtituerunt, in quam pauciſſimis mutandum quidpiam concludere videar: cum alii alia gradientes via, in ſingulis fere exiſtiment latere errores, neque ullis quamvis conſentientibus Catalogorum numeris ſtari poſſe.*

& explicatiu qua deceſſoris tempus intricabant difficultatibus,

4 *Erit fortaſsis cum ad hunc modum digeſta Romanorum Pontificum ad nos uſque Chronologica ſeries, ante aliquem hujus operis menſem, tota legetur: nunc indico difficultatem ordinandi Pontificatum, de quo agimus, oriri ex precedentis Pontificatus perplexitate tanta, ut Labbeus noſter in nova Conciliorum editione fateatur,* in tota Pontificum Romanorum ſerie vix quidquam, in priſcis recentiſque memoriæ ſcriptoribus, occurrere intricatius, initio, geſtis atque obitu Leonis Papæ II. *Hac ego ut extricarem, exercitatione ad dictum Pontificatum ſingulari, oſtendi, difficultates omnes è medio tolli ſimplici duarum chronotaxeon converſione, ſic ut prædictus Leo (qui legitur poſt Sedis vacantis annum* I, *menſes* VII, *dies* V, *ſediſſe menſes* X *dies* XVII) *dicatur ordinatus poſt menſes* X *dies* XVII *Sedis vacantis, & præfuiſſe Eccleſiæ annum* I *menſes* VII *dies* V. *Tali ratione poſt Agathonem,* I *Decembris anni* DCLXXXI *mortuum, ſolennibus autem exequiis honoratum anno ſequenti die* XX *Februarii, quando colitur; ordinatus fuerit S. Leo, anno* DCLXXXII, XIX *Octobris in Dominica, & obierit* XXIII *Maji anno* DCLXXXIV. *Proinde nihil obſtabit, quo minus acceperit jam Pontifex Divalem Imperatoris, ſcriptam* XIII *Decembris Indictione* XI, *adeoque anno* DCLXXXII *exeunte; & ejuſdem temporibus, die* XXVI *Aprilis Indictionis ejuſdem* XI, *poſt Cœnam Domini, quæ tunc in talem diem cadebat, acciderit ingens illa eclipſis cujus meminit Anaſtaſius; & denique litterarum ab eo ad Toletanam Synodum miſſarum bajulus, in Hiſpaniam appulſus menſi Decembri exeuntis anni* DCLXXXIII *vel Ianuario proxime ſequentis, ipſo adhuc vivente illas tradiderit, ut ſupponunt Acta Synodi* XIV, *exuſantis* XVIII *Kalendas Decembris Æra* DCCXXII *ideſt anno Chriſti* DCLXXXIV, *quod ſuper negotio iis litteris commendato uſque tunc convenire diſtulerit, propter recens ante ſolutam ſynodum & rigentem hiemem.*

E

F

poſt interpontificium m. 10 d. 22

5 *Poſt Leonis mortem, uno dumtaxat menſe vacaſſe Sedem ſcribit Baronius, & quidem allegato Anaſtaſio, cujus tamen exemplaria omnia conſtanter habent* menſes XI dies XXII: *cauſam autem tam diuturnæ vacationis, ut aliæ defuerint, facile eſt rejicere in grandem Imperatoris Conſtantini Pogonati ætatem, expediendis negotiis minus habilem, & jam tum fortaſsis eo morbo depreſſam, quo & obiit, intra decimum quintum menſem ab obitu Leonis Papæ. Interim* Benedictus, *juxta jam poſitos calculos, & Interpontificii ſpatium ab Anaſtaſio definitum, ordinatus fuerit* XIV *Maji anni* DCLXXXV, *in Dominica (quod neſcio an aliquis ante me obſervarit paſim practicatum, & in noſtra chronologia vix unquam fallit niſi apparenti ex cauſa) cumque ſederit, juxta eumdem Anaſtaſium,* menſes X dies XII, *conſequens erit ut obierit die* XXV *Martii, anni* DCLXXXVI, *in Lateranenſi eccleſia tantiſper depoſitus, donec in Vaticano pararetur locus, quo primum menſe Majo tranſlatum corpus ex Anaſtaſio intelligitur. Ex hinc porro optime ſequitur Pontificatus Ioannis V, & precedentis Sedis chronologiam confirmat. Cum enim*

Benedictus ordinatus 14 Maji 685

obierit 25 Martii 686

hæc

A *& ſucceſſeriis Ioannes 10 Iunii.*

hæc vacaſſe dicatur menſes 11 dies xv, *ordinatus Ioannes fuerit eodem anno* x *Iunii, quæ tunc rectè Dominica fuit: & per annum* 1 *dies* xi, *qui ejus Sedi attribuuntur, pervenerit uſque ad* xx *Iunii anni* dclxxxvi, *quod contra Baronianam Chronotaxin, qua præcedenti anno objiſſe ſtatuitur, certum facit Divalis à Iuſtiniano Imperatore ad Ioannem* data xiii Kalendas Martias, anno ejus 11, Indictione xv.

Illius Epitaphium

6 *Epitaphium* S. Benedicti *dedit Paulus de Angelis, in ſuis Notis ad Baſilicam veterem Vaticanam à Romano Canonico deſcriptam, quod eſt hujuſmodi.*

Magna tuis, Benedicte Pater, monumenta relinquis,
Virtutum titulos, ô decus atque dolor!
Fulguris in ſpeciem mentis ſplendore coruſcas,
Plura ſed exiguo tempore cœpta fluunt.
Cuncta Sacerdotum præſtantia munia comples:
Et quo quiſque bono claruit unus habes.
Quippe quod à parvo meritis radiantibus auctus,
Jure Patrum ſolium Pontificale foves,
Non hoc ambitio rapti tibi præſtat honoris:
Indolis eſt fructus, quam comitatur honos.
Et quia ſolerter Chriſti regis agmina Paſtor,
Percipe ſalvati præmia cella gregis.

B *Tranſlatio 22 Aprilis.*

7 *Lucas Holſteinius, in Animadverſis ad Romanum Martyrologium pro menſibus Aprili, Majo & Iunio, variis locis allegat* vetus Kalendarium, Romæ in clauſtro Prioratus Melitenſis in monte Aventino in pariete depictum, *ex eoque ad* viii Kal. Maji *hæc verba refert*: Liberii Papæ, Benedicti Papæ: *& in pervetuſto Barbarinæ Bibliothecæ Martyrologio legimus eoſdem hoc modo conjunctos, ad eamdem diem*, Romæ S. Liberii Papæ, qui eſt xxxi; & Benedicti Papæ, qui eſt lxxxi. *Eſt quidem erratum in numeris, cum* Liberius *ordine* xxxvii *ſit*, Benedictus lxxxiii; *apparet tamen ſatis hunc illius nominis ſecundum intelligi, non primum, qui fuit ſolum* lxiv. *Ex iſta autem utriuſque ſic pariter notata commemoratione, aliud ſtatuere nihil poſſumus, quam quod tali menſe ac die facta fuerit communis aliqua utriuſque tranſlatio, fortaſsis à S. Sergio Papa, poſt annos* xvi *ſuccedente, cujus ſtylum, ex epitaphio Ceadwallæ Regis cognoſcendum, haud male refert iſtud, quod Benedicto ſcriptum exhibuimus. Sed & S. Paſchalis Papa & Sergius junior, in curandis hujuſmodi tranſlationibus & epitaphiis conſcribendis, ſtudium haud mediocre poſuiſſe inveniuntur.*

VITA

Ex Anaſtaſio Bibliothecario.

C

a b *ob Sanctam vitam electus,*

BEnedictus Junior, natione Romanus, ex patre Joanne ſedit menſes *a* decem dies duodecim. Hic ab ineunte ætate ſua *b* Eccleſiæ militavit, atque ſe ſic in divinis Scripturis & cantilena à puerili ætate & in Presbyterii dignitate exhibuit, ut decet virum ſuo nomine dignum: in quo vere ſupernæ benedictionis gratia redundavit, & nomine pariter & operibus, ut dignus ad Pontificii regimen perveniret.

c *reſtaurat & exornat eccleſias:*

c Fuit autem paupertatis amator, humilis, manſuetus, pius, benignus, patiens & omnibus compaſſionem habens atque manum largiſſimam. Hic eccleſiam B. Petri Apoſtoli, ſed & B. Laurentii Martyris, quæ appellatur *d* Lucinæ, reſtauravit. Itemque in eccleſia *e* B. Valentini via Flaminia fecit coopertorium ſuper altare, cum clavis & *f* fiſtellis, & in circuitu *g* Palergium chryſoclavum pretioſiſſimum: ſimiliter & in eccleſia B. Mariæ ad Martyres aliud coopertorium porphyreticum cum cruce & *h* gemmulis, quatuor chryſoclavos & in circuitu Palergium de holoſerico pulcherrimum: nec non & in titulo ſupraſcripto Lucinæ alium coopertorium ornatum holoſericum. Fecit autem calices aureos miniſteriales duos, pendentes ſingulos libras ſingulas. Hic ſuſcepit divales juſſiones Clementiſſimi Conſtantini magni Principis ad venerabilem Clerum & populum atque feliciſſimum exercitum Romanæ civitatis, per quas conceſſit, ut perſona qui electus fuerit ad Sedem Apoſtolicam, è veſtigio abſque tarditate ordinetur. Hic una cum Clero & exercitu ſuſcepit *i* Mallones capillorum Domni *k* Juſtiniani & Heracli filiorum Clementiſſimi Principis, ſimul & juſſionem, per quam ſignificat eoſdem capillos direxiſſe. Hujus temporibus apparuit ſtella, noctu juxta *l* Vergilias; per diem cælo ſereno, inter Nativitatem Domini & Theophaniam, omnimodo obumbrata, veluti luna ſub nube. Itemque menſe Februario, poſt natale S. Valentini, in die ab occaſu exiit ſtella meridie, & in partes Orientis declinavit. Poſt hæc mons *m* Bebius, qui eſt in Campania, menſe Martio eructavit per diem, & omnia loca circumquaque præ pulvere cineris illius exterminata ſunt. Clerum videlicet diverſis ordinibus in die ſancto Paſchæ honoribus ampliavit. Qui è veſtigio in infirmitatem incidit, & poſt dies aliquot defunctus eſt. Hic dimiſit omni Clero, monaſteriis, diaconiæ, & manſionariis auri libras triginta. Fecit autem Epiſcopos per diverſa loca numero *n* duodecim. Qui etiam ſepultus eſt ad B. Petrum Apoſtolum, ſub die octava *o* Idus Maji: & ceſſavit Epiſcopatus menſes duos, dies quindecim.

pie mortuus.

ANNOTATA.

a *In margine ex uno MS. notatum* menſes 8 dies 17. *De iis ſupra actum.*

b *Bucelinus ut S. Benedictum Benedictinis adſcriberet, ita immutat*, monaſticæ vitæ conſecratus, *quod alibi non legimus.*

c *Hæc periodus accuratius deducta ex MS. Zeni, & variis lectionibus MSS.*

d *Eſt hæc* eccleſia S. Laurentii in Lucina *Regione* 5 *ſeu Campi-Martii, à S. Sixto III, quam Valentinianus Auguſtus ei conceſſerat, S. Laurentio ſacrata, ornata titulo Cardinalitio, inqua & habetur ſtatio feria* 6 *poſt Dominicam* 3 *Quadrageſimæ.*

e *De* S. Valentino *& hac eccleſia late egimus die ejus nat ali* 14 *Februarii.*

f *Hic varia lectio eſt*, faſtellis, fiſtellis, infiſtellis, *&* clavis infiſcellis: *quid ſi* clathris & feneſtellis *legas. Quod autem hic dicitur* coopertorium, *alibi ſæpe vocatur* ciborium, *ex eo forſan, quod ibidem olim aſſervaretur verus animarum fidelium cibus, ſacra, inquam, Euchariſtia, quæ, ubi tale* ciborium *ſupra altare extructum non erat, ſupra illud appendebatur ex aliqua elegantis operis hierotheca. Rectè autem vocatur etiam* Coopertorium, *quia columnis ſuſtentatum totum altaris ſpatium operit; ejuſmodi opera in Romanis baſilicis malta videre eſt, ſuis peribolis clathriſque inſtructa, in quibus nunc fere aſſervantur hierothecæ Reliquiariæ.*

g *MS.* Perlargum: *malo* Palergium, *& credo mutatione unius litteræ eſſe diminitivum à* Parergo, *quod Græcis eſt alicujus operis corollarium, auctarium, vel ornamentum ſuper additum, diminutive* παρέργιον, *niſi vocem hybridam malis eſſe ex Latino* Palla, *& Græco* ἔργον.

h *MSS* gamulas, *ſeu* ganulas & clavos quatuor auroclavos.

i Mallones, *id eſt* cirrhos *ſeu* capillos *capitum attonſos. Eſt Græcis* μαλλὸς *lana, vellus, coma dimiſſa: unde augmentativum* Mallonis *juxta Italicæ linguæ idiotiſmum adhuc vigentem: & in Gallias quoque propagatum.*

AUCTORE D. P. *gratus Cō-ſtantino Imperatori,*

i k

l

m

E

n

o

F

A k Juſtinianus II *patri ſucceſſit, ab præciſis poſtea naribus* Rhinothmetus *dictus.*

l Vergiliæ *ſeu* Plejades, *ſeptem ſtellæ in genu Tauri.*

m *Ita paſſim ſcribitur* Bebius, *ſeu* Bobeus, *Zeno* Bolnus, *ac videtur* mons Veſuvius *intelligi*: Beſbius *forte pro ejus temporis dialecto per contractionem dictus, notus eructatione ignis: & hunc intellexit Platina.* D

n *Zenus & alia manuſcripta* viginti duos.

o *Zenus & alia tria Anaſtaſii MSS.* ſub die Idus Maji, *quæ eſſet* 15.

D. P.

DE S. STANISLAO MARTYRE

EPISCOPO CRACOVIENSI IN POLONIA.

ANNO MLXXIX

Encomium Baronii

Cardinalis Baronius, in Annalibus Eccleſiaſticis ad annum MLXXIX *ſub finem, iſta ſcribit:* Ad coronidem præſentis anni apponimus coronam & purpuram ſanctiſſimi Martyris Staniſlai, Cracovienſis Epiſcopi: qui in ſpiritu & virtute Eliæ redarguentis Achab, & Joannis Baptiſtæ corripientis Herodem, dum arguit Boleſlaum enormiter delinquentem, & non auditur; & iterum corripit, & contemnitur; atque rurſus increpat, & deſpicitur; ſententia excommunicationis eum afficit. Quam ob cauſam ab ipſo Rege, dum in altari eſſet Deo Miſſæ ſacrificium offerens, crudeliſſime cæſus, octava menſis Maji martyrii palmam eſt conſecutus: plurimiſque miraculis tam vivens quam mortuus illuſtratus. Cujus res præclare geſtas, & martyrium præclarius obitum, ex antiquioribus monumentis Joannes Longinus in Polonica hiſtoria ſcripſit: qui & ſeorſum ejuſdem glorioſiſſimi Martyris Vitam copioſiſſime elaboratam, Eccleſiæ legendam tradidit. Ipſum vero ritu ſolenni Innocentius Quartus Romanus Pontifex publice colendum indixit. *Hæc Baronius:* *à quo citatus* Joannes Longinus *ſive* Dlugoſſus, *Canonicus Cracovienſis, ſcripſit Hiſtoriam Polonicam in duodecim libros diviſam: cujus ſex priores libri, auctoritate & ſumptibus Herbulti Dobromiski, anno* MDCXV *extant vulgati. At ne reliqui libri imprimantur prohibent Poloni, arbitrati in hiſce plurima regni ſui ſecreta prodi.*

Ioannes Longinus ſcripſit Hiſtoriam Polonicam,

2 *Habemus autem dictam hiſtoriam uſque ad annum* MCCXL *excuſam, in qua omnia quæ circa S. Staniſlaum geſta ſunt ſatis indicantur, & à nobis in Annotationibus referuntur ad ipſam Vitam: quam idem Ioannes Longinus ſeu Dlugoſſus tribus libris ſeu tractatibus copioſiſſime elaboraſſe dicitur ſupra à Cardinale Baronio, qui in Notis ad Martyrologium ait illam reperiri apud Surium. Verum hic præfatur, ob nimiam prolixitatem, mutato fere ſtylo, à ſe illam in compendium eſſe reductam. Damus nos integram & primogenio ſtylo, Cracovia impreſſam anno* MDXI, *cujus priorem partem quæ res in vita geſtas & glorioſum martyrium continet, habemus* ex ipſo, unde facta videtur impreſſio, libro pergameno excerptam, & ſigillo venerabilis Capituli eccleſiæ Cathedralis Cracovienſis communitam, *deſcriptionem ſuo ſumptu curante* adm. R. D. Joanne Dobrzycki, Canonico Scarbimirienſi & eccleſiæ Archipresbyteralis B. V. Mariæ Pœnitentiario; *eique ſubſcripſit* Thomas Hykoroski, auctoritate Apoſtolica Actorum venerabilis Capituli eccleſiæ Cathedralis Cracovienſis Notarius & Secretarius. *Hanc cum impreſſo conferentes, in eaque notantes eadem fere omnia ſcriptionum, tranſpoſitionum, omiſſionum menda quæ in illo inveniuntur, eorum cauſam cogimur referre, in ſtyli nimium diffluentis luxuriam; qua in primo tractatu præſertim uſus auctor, librariis, quos non exercitatiſſimos habuit, difficilem fecit tranſcriptionem; ideoque optabile foret inveniri alicubi ipſiuſmet Longini autographum exemplar, vel aliud ejus manu emendatum. Interim, exemplaris melioris defectu, curavimus ipſi per conjecturam ſupplere hiantes periodos, diſtortas ad ſanum ſenſum dirigere, mendoſas caſtigare, ſalvis tamen verbis ac ſtylo, quem hac neceſſaria & leviçula correctione, non videmur nobis immutaſſe; illibenter alias tantillum quoque diſcedere ſoliti ab originalibus. Extare eamdem Vitam MS. in folio Swednicii in Sileſia in collegio Societatis Ieſu, ſcripſit nobis Wratiſlavia P. Theodorus Moretus, ejuſdem Societatis noſtræ Sacerdos, & variis libris eruditis editis notus aliud exemplar MS. in bibliotheca Domus Profeſſæ extare Cracoviæ ſignificavit P. Nicolaus Cichovius, ante aliquot annos æque ac prior Vita functus. Hac porro vita jam prælo parata, pervenit ad nos præclaudati Ioannis Dobrzycki curâ, ejuſdem anno* MDCLXVI *recuſæ exemplum,* Decus Polonorum *titulo præferens; cujus curator* adm. R. D. Staniſlaus Dobielowicz Decanus Chodolienſis, Parochus Opolienſis, ſingulis capitulis ſummatim præfixit compendium, & Latini idiomatis aſperitatem nonnihil caſtigavit: addiditque miracula quæ in tabulis eccleſiæ Piotravinenſis reperta: *quæ inde nos ad finem damus, æque libenter daturi etiam illa quæ Cracoviæ vel ad ſacras ejus reliquias vel in loco cædis haud dubie patrata ſunt etiam hoc ſeculo multa, ſi deſcripta reperirentur.*

& Vitam S. Staniſlai,

3 *Quam præclarus vir fuerit ſcriptor dictæ hiſtoriæ & Vitæ S. Staniſlai, ipſe ejus calamus clare indicat lectori,* & Santwoges de Czeckel, *Præpoſitus monaſterii Clodawenſis, Ordinis Canonicorum Regularium S. Auguſtini, cui hanc Vitam inſcripſerat, in ſuo reſponſo ſub finem libri tertii adjuncto, auctorem ſumme prædicat à doctrina & virtute, eumque ait excelluiſſe in caſtitate & eloquentia. Vita ejuſdem extat late deducta ante ejus Hiſtoriam Polonicam, ex qua pauca decerpo.* Sbigneus *Cardinalis, Epiſcopus Cracovienſis, eum inter ſuos familiares adſcivit; eique per annos duos & viginti credidit curam univerſarum ſuarum facultatum, ac tandem ſuo teſtamento executorem præfecit: hujus conſilio Ducatum Severienſem emit, & ſuis in Epiſcopatu ſucceſſoribus reliquit: ut dictus etiam Sbigneus Cardinalatum acceptaret, & Romæ & in Polonia peregit. Varia monaſteria conſtruxit: Fratres S. Pauli Eremitæ induxit in eccleſiam Rupellenſem, in qua S. Staniſlaus martyrio coronatus: Canonicis Regularibus procuravit Kſobucenſem S. Martini eccleſiam, aliud vero cœnobium obtinuit Ordini Ciſtercienſi; B. Ioannem de Capiſtrano Ordinis Minorum attraxit in Poloniam, ut hac miraculis ejus illuſtraretur. Legationes plures pro Rege Caſimiro obivit: matrimonium ejus cum Eliſabetha Alberti Auſtriaci confecit: Mariaburgum Regi emit, à quo miſſus bellum civile ſopivit: pacis conditiones inter Magiſtrum Generalem Pruſſiæ & Regem concepit, & conſcriptas tradidit utrique parti eas probanti. Inſtitutionem denique filiorum Regiorum ſuſcepit, ut late deductum ante Vitam S. Caſimiri ad diem quartum Martii. Hic ergo Auctor eſt, qui anno Domini* MCCCCLXV *exacto ſtudio à ſe elaboratam Vitam S. Staniſlai edidit, uſus antiquis monumentis, ſed (ut ſcribit citatus Santweges de Czechel) nebuloſe truncateque per vetuſtiores conſcriptis. Interim ipſe Longinus præfatur,* id munus à priſcis ſcriptoribus neque imprudenter neque ineleganter præoccupatum fuiſſe, ſe autem ex multis inſigniora ſcripturum, & locos inſigniores velle attingere, quos vel de ipſius hiſtoriis vel de aliorum relatione indicatos cognovit. *Demum ſub finem Prologi*

vir eximiæ virtutis & doctrinæ,

carus Cardinali Sbigneo.

& Caſimiro Regi.

uſus variis antiquis monumentis,

A *Prologi ait*, ſe operis hujus laborem aſſumpſiſſe, pro amplitudine laudis Redemptoris ac Conditoris noſtri Dei, pro declaranda & illuſtranda vita S. Staniſlai, pro ædificatione proximi, & pro capeſſenda merendaque vita perenni. *Quem & nos inter tot labores ultimum ſtudiorum finem aſſumpſimus.*

huic vitæ antiquior ſynopſis præponitur

4 *Baronius in Notis ad Martyrologium ſcribit*, ſe nonnulla accepiſſe de eodem ſanctiſſimo Martyre ex veteribus monumentis Polonorum eccleſiæ, à Staniſlao Reſchio S. R. E. Protonotario. *Accepimus & nos varia alia Acta breviora ex variis veteribus monumentis collecta; uti & Proſam ſeu Sequentiam ex pervetuſto Cracovienſi Miſſali ad diem* VIII *Maji in die Natali, &* XXVII *Septembris in feſto Tranſlationis recitare ſolitam. Ex his omnibus præfigimus unicum ſcriptum breve, ut lector paucis addiſcat, quæ dein latiſſime deducuntur, maxime quia nonnullæ circumſtantiæ ibi relatæ, non reperiuntur in Vita à Longino deducta, ut poſſit videri ex priſcis eſſe ſcriptis quorum ipſe meminit, aut certe ex antiquis monumentis deſumptum. Eruit illud è latebris nobiſque tranſmiſit anno* MDCXLI *noſter P. Ioannes Gamans, cujus magnam hoc in genere ſolertiam ac diligentiam ſæpe contigit in hoc opere laudari: ejuſdemque beneficio accepimus vetus illud exemplar impreſſum, cujus ſupra meminimus.*

B *Memoria die 8 Maji.*

5 *Memoria ejus ad diem* VIII *Maji, quo Martyr obiit, refertur in MS. Martyrologio eccleſiæ Pragenſis his verbis:* In Cracovia S. Staniſlai Epiſcopi & Martyris, qui à Duce Poloniæ ſruſtatim juſſus eſt dividi, ſed aquilarum cuſtodia à Domino ſervatus, reintegrari meruit. Hunc canonizavit Innocentius Papa quartus Aſſiſii, in loco Fratrum Minorum. *Quo itidem* VIII *die ejus feſtum refertur in MS. Florario Sanctorum, & in Martyrologio Coloniæ & Lubecæ anno* 1490 *excuſo: item apud Grevenum, Molanum, Caniſium & alios. At poſtmodum* Clemens VIII *voluit ubique ejus feſtum ſub ritu ſemiduplici officio Eccleſiaſtico celebrari, & quod dies octavus ſolennitati apparitionis S. Michaelis Archangeli eſſet dicatus, & nonus feſtivo cultu S. Gregorii Nazianzeni impeditus; præcepit feſtum*

7 Maji S. Staniſlai *agi hoc* VII Maji, *ad quem diem primo loco inſcriptus eſt Martyrologio Romano, ac vita ejus variis Legendis ſive Hiſtoriis Sanctorum inſerta. Eumdem inſcripſit Natalibus Sanctorum Canonicorum Conſtantinus Ghinius, & Menologio Benedictino Gabriel Bucelinus, nam* quamvis, *inquit*, noſter profeſſione non eſſet, voto tamen fuit. *In Actis lego, ei* ſubiviſſe cupidinem

C arctioris alicujus religionis ingrediendæ, *talem autem eo tempore ſoli fere profitebantur Benedictini, in aliquot ramos diſtincti. Toto regno Poloniæ colitur feſtum S. Staniſlai die* VIII Maji *cum octava, ſolennitate apparitionis S. Michaëlis in diem* X *Maji tranſlata; & præterea*

17 Septemb. *ad diem* XXVII Septembris, *celebratur ſub ritu duplici feſtum tranſlationis ad eccleſiam Cathedralem, quod etiam indicatur in MS. Florario Sanctorum, & in Auctario Greveni ad Vſuardum aliorumque faſtis. Alia ejus me-*

& 11 Apr. *moria inſcripta eſt ad diem* XI Aprilis, *in dicto MS. Florario & Auctario Greveni & Molani primæ editionis, item apud Galeſinium, Caniſium, Ferrarium, uti tunc inter Prætermiſſos indicavimus.*

Mentio apud alios ſcriptores

6 *Demum res geſtas* S. Staniſlai *ejuſque martyrium breviter attingunt aut tractant fuſius hiſtorici paſim omnes potiſſimum Scriptores Rerum Polonicarum, quales ſunt Martinus Cromerus, Matthias de Michovia, Iodocus Ludovicus Decius, Alexander Guagninus, Clemens Ianitius, & alii recentiores. Ex omnibus autem, tam antiquis quam novis, nemo eſt, qui annum mortis in dubium revocet, quin fuerit Chriſtianæ Æræ* MLXXIX, *& dies Maji* VIII: *ſed dum additur in Vita, tam MS quam impreſſa, parte* I *num.* 136, *conſummatus Sanctus*, cum annum prope quinquageſimum ageret, octo annis Pontificali adminiſtrato Sacerdotio, *primum quidem non poſſumus integros hos annos accipere, cum num.* 25 *dicatur deceſſor Lambertus obiiſſe* vigeſima quinta die menſis Novembris, anno Domini milleſimo ſeptuageſimo primo, *& pro ſufficiendo novo Pontifice comitiorum dies ſecunda Februarii dicta, utique anni ſequentis* MLXXII, *ex quo ruiſum tantum temporis detrahendum, quantum opus fuit petendo Roma & referendo in Poloniam decreto Confirmationis Pontificiæ, antequam conſecraretur novus Epiſcopus: adeo ut ea conſecratio, ut multum ad eam fuerit properatum, vix potuerit paucis hebdomadis præcedere dictam diem Maji, & ſic ſolum haberetur anno* MLXXIX *inchoatus à pauco tempore annus Epiſcopatus octavus.*

AUCTORE D. P.

Chronologia vitæ apud Longinum implicata circa tempus Sedis.

7 *Crommerus libro* 4 *de rebus Polonorum, occiſum Sanctum aſſerit*, cum vix triennium Epiſcopus fuiſſet: *neque hoc efficaciter evertit* triennalis mortuus, *à quo, dum viveret, emptus erat fundus, calumniæ in Sanctum poſtea cauſæ occaſio. Potuit enim hic eſſe emptus, cum Epiſcopatum Staniſlaus pro Lamberto adminiſtraret, ejus ut nunc vocamus Vicarius generalis: & ſic fortaſſis computantur octo anni à* MLXXI *inchoati, poſt quem Lambertus adhuc vixerit uſque ad annum ſeculi iſtius* LXXV; *tum vero obierit, eique ſuffectus ſit Staniſlaus circa finem Maji* MLXXVI, *atque ita moriens non impleverit annum Epiſcopatus* III, *ejuſdem tamen adminiſtrati octavum egerit. Altera in opinione Crommeri difficultas eſt, quod cum poſt reditum Boleſlai ex Ruſſia, qui ad annum* MLXXVI *videtur pertinere, univerſo feminarum generi infeſtiſſimus ipſe fuerit, quia earum cauſa deſertus ab exercitu amiſerat fructum victoriæ ſuæ; adeo ut adulteras, adempta prole damnaverit ad canum catulos ſuis uberibus lactandos; videatur incredibile, tam ſeverum femineæ libidinis ultorem, ut brutis animantibus commiſcere ſe quam mulieribus maluerit, quemadmodum late deducit Longinus; potuiſſe Chriſtinam, marito vi raptam, adeo inſano amore deperire, uti deſcribit ipſe Crommerus; dum hac ipſa de cauſa increpitum à Staniſlao Regem, ad inſtruendam ei calumniam inductum narrat; incredibilius autem, quod conſequens juxta Crommerum foret, ne miraculo quidem reſuſcitati mortui fuiſſe aliquatenus emendatum. Dici tamen etiam ad hoc poteſt, juſto Dei judicio permiſſum eſſe, ut, qui vagæ libidini cum ſuo exercitu indulgens in Ruſſia, cauſam dederat matronali incontinentiæ in Polonia; & poſtea plus æquo ſeverus illius ulter, cum humani generis contumelia, fuerat; prolaberetur ipſemet in adulterium turpiſſimum, in eoque & aliis graviſſimis flagitiis obſtinate perſeverans, cum ſtructa in ſanctum monitorem calumnia miraculo tanto fuiſſet everſa, non confuſus ſalubriter, ſed actus in rabiem, crudelitatem pluſquam ferinam exereret. Cetexum antiqua Synopſis vitæ veroſimiliorem nobis facit, dum ei conſonat, ordinem narrationis quem ſequitur Longinus, diuturnius Sedis tempus requirens, ut adulterium Boleſlai & ſuſcitatio mortui per Staniſlaum, Kijovienſem expeditionem præceſſerit, ſucceſſerit autem eidem barbara in deſertorem militem & adulterum ſexum infirmiorem crudelitas, cum abominabili veneris brutalis uſu, quo coactus fuerit Staniſlaus primas moniones, quas ſecuta mortui ſuſcitatio olim fecerat non prorſus inanes, cum gravioribus cenſuræ eccle ſiaſticæ minis iterare.*

E

nec expedita ſatis apud Crommerum, dum 8 annos Epiſcopatus ad 3 reſtringit.

F

8 *Majorem apud Longinum difficultatem habet, iquod num.* 27 *dicatur Sanctus ordinatus Epiſcopus* annum vitæ agens ſextum & trieſimum; *& quod num.* 14 *legatur natus* regnante apud Polonos Rege Miecziſlao primo, anno regni ſui tertio, ab ortu vero Salvatoris noſtri milleſimo trigeſimo. *Quæ omnia inter ſe pugnant. Et quidem quoad annum* III *Miecziſlai, compoſitum cum anno* MXXX *Chriſti, conſtat novam eſſe repugnantiam, cum iis quæ de Regis illius initiis ſcribit ipſe Longinus aliique in hiſtoria Polonica, dum Boleſlaum Miecziſlai patrem mortuum ſtatuit anno* MXXV *tertia Aprilis, & filium coronatum proximo feſto Pentecoſtes in urbe*

Alia difficultas circa ætatem Sancti.

AUCTORE D. P.

urbe Gnesnenſi, idque ab Archiepiſcopo Hippolyto, quem dicit anno MXXVII *vita functum. Quod igitur ad annum ætatis* XXXVI *attinet, hunc egiſſe credo cum Sacerdos ordinatus cœpit concionari. Sic enim primam ejus ætatem diſtingui poſſe exiſtimo, ut natus anno ſeculi iſtius* XXX, *Gneſnam ad Philoſophica ſtudia ſe contulerit circa annum ætatis* XX; *inde poſt tres quatuorve annos profectus Pariſios, poſt exactum in Iure Canonico & ſtudiis Theologiæ ſeptennium, redierit in Poloniam circa annum ſeculi* LXI, *ætatis* XXXI; *ubi Lamberto, creato recens Epiſcopo Cracovienſi, inſinuatus, ab eo per omnes ſacrorum Ordinum gradus promotus, deinde & adlectus ſit Canonicis illius Eccleſiæ. Hæc autem omnia non ſatis diſtincte notata inveniens Longinus, neſcio qua numerorum inter ſe componendorum negligentia chronologiam confudit: nec enim excogitari poteſt ratio, qua errores tanti in librarios refundantur, primo fortaſsis excepto, ubi annus Miecz eſlai* tertius, *loco* quinti, *compoſitus eſt cum anno Chriſtianæ æræ* MXXX, *quod poteſt cyfra obſcurius à Longino exarata, & perperam poſtea lecta extenſaque, vitio imputari.*

non niſi per conjecturã tollenda.

Tertia circa Legationes pro canonizatione

B

9 *Neque in iſtis tantum, quæ jam attigimus, locis deprehendimus Longinum infelicem fuiſſe chronologicorum calculorum ſubductorem: ſed & in canonizationis negotio ſimiliter hallucinatum invenimus, rerum ordine perturbato. Tertio Legatos iviſſe ad Pontificem conſtat, qui prima vice* apud Lugdunum *invenerunt* Innocentium quartum, *impetraruntque ut cauſæ in Polonia cognoſcendæ nominaret Commiſſarios, Gneſnenſem ac Wratiſlavienſem Epiſcopos cum Abbate Lubenenſi. His commiſſione ſua perfunctis, redierunt Legati; & Pontificem, anno* 1251 *hebdomade Paſchali in Italiam reverſum nec amplius inde egreſſurum, invenerunt Peruſii; ubi nova rei conficiendæ injecta mora, aſſumpſerunt ſecum Fr. Iacobum Weltrenſem, denuo ſingula recogniturum cum prædictis Commiſſariis, juxta Commiſſionis ſuæ litteras datas Peruſii* VII *Kal. Iunii, anno Pontificatus* IX, *Chriſti* MCCLII. *Denique illo etiam ſua commiſſione perfuncto, reditum tertio ad Sedem Apoſtolicam à Legatis, Fr. Iacobum comitantibus; peractaque cauſa eſt* XV *Kal. Octobris, Pontificatus anno* XI, *Chriſti* MCCLIII.

ex Apoſtolicis litteris explicanda.

C

10 *Hic rerum ordo patet ex Apoſtolicis litteris, à Longino ipſo productis; qui interim ſecundam legationem poſtponit miſsioni Fr. Iacobi in Poloniam; eoque commiſſione ſua defuncto, pro ſecunda vice miſſos Legatos ait etiam tunc inveniſſe Papam* apud Lugdunum; *addens* nondum enim Gallias liquerat; *eoque novas moras nectente & jubente, vult in Polonia novum inſtitutum fuiſſe examen, idque tertium vocat. Tria ſane examina libenter admiſerim: ſed ita ut primum factum ſit per Epiſcopum & Clerum Cracovienſem, cujus acta ſecum ferentes Lugdunum Legati, Commiſſarios Apoſtolicos impetrarint: ſecundum ab his peractum ſit & oblatum Peruſii: tertium à Fr. Iacobo inſtitutum, quo affirmante rite acta à Commiſſariis fuiſſe omnia, novaque documenta adferente, ſecuta Canonizatio ſit, ſic ut nullum aliud examen fuerit poſt Iacobi ad Papam regreſſum in Polonia factum. Ceterum prædicti errores Longini, hiſtoriam ſcribere profeſſo non facile ignoſcendi, nihil detrahunt ipſarum rerum certitudini; quarum ſubſtantia accepta ex dictorum examinum Actis omni fide digniſsimis; indicandi tamen Lectori fuerunt, ne ex inopinato deprehenſi, ancipitem etiam ad alia redderent.*

Elevatio corporis an. 1254 in Cathedrali:

11 *Canonizationis ſolennitate Aſsiſii peracta in Nativitate B. Mariæ* VIII *Septembris, decreta eſt corporis elevatio & facta perquam honorifica. Fuerat illud ex ſuburbana S. Michaelis eccleſia, anno* MLXXXVIII *die* XXVII *Septembris, tranſlatum ad Cracovienſem eccleſiam Cathedralem, tunc S. Wenceſlao Martyri ſacram, nunc ipſius S. Staniſlai nomine inſignem; repoſitumque in tumbam, qualis deſcribitur lib.* 2 *cap.* 1. *Aſt ubi reverſis in Poloniam nuntiis illuxit dies* VIII *Maji, qua feſtum ex Decreto Pontificio prima vice celebrandum erat (nec enim video cauſam, qua veroſimile faciat, dilatam rem uſque in annum* MCCLV) *ſacra oſſa elevata de tumba, & cum variis eccleſiis fuerunt communicata. Vnde &* inſignia duo fruſtra Pragam allata ſunt, *uti ſcribitur in Diario Reliquiarum Pragenſium: cujus auctor, pleniorem de iis notitiam mittere rogatus, ex Anonymi Pragenſis Canonici MS. Codice hæc verba attulit;* Eodem anno (*nempe* MCCLIII) procurante Epiſcopo Nicolao, allatæ ſunt Reliquiæ S. Staniſlai Martyris de Krakovia XI Kal. Novembris, & receptæ in eccleſia Pragenſium proceſſione ſolenni. *Plura tamen quam ibi nunc ſervantur, allata Pragam fruſta ſunt: etenim urbs Pilſnenſis, in eadem Bohemia poſt Pragam præcipua & ſemper Catholica, cum anno* MCCCXXXIV *in feſto S. Staniſlai die* VIII *Maji, fuiſſet à gravi & diuturna Thaboritarum obſidione liberata; petiit & impetravit à Capitulo Pragenſi de ejuſdem Sancti Reliquiis partem inſignem, & exinde eam religioſe ſervat, uti nobis nuperrime ſcripſit Reverendiſſ. Decanus, Samandrienſis Epiſcopus, auctor præcitati Diarii, nec non grandioris operis ſub titulo Martis Moravici nunc primum editi, ubi lib.* 5 *cap.* 4 *Pilſnenſis obſidionis hiſtoriam proponit, addens quod* ad hoc uſque tempus manet apud Pilſnenſes liberatæ hoc modo urbis ſolennis memoria, & dies feſtus anniverſarius, nempe Dominicus diei octavæ Maji proximus, protractis ſolenniis tota illa ſeptimana uſque ad feriam VI. *Ex eodem S. Staniſlai corpore, ut ait idem in præcitato Diario,* Deus donatus *eſt Imperatori* Carolo IV Cracoviæ, à Caſimiro III Rege Poloniæ, anno MCCCLXIII, & digitus: *horum autem cauſa, in Kalendario Pragenſis Eccleſiæ anni* 1578, *notatur feſtum in diem* 9 *transferendum: quod uſque ad mutationem, à Clemente VIII factam, ſervatum.*

D

Reliquiæ Pragæ & Pilſnæ.

E

12 *Præcipua interim ſancti corporis pars Cracoviæ manſit in prædicta baſilica, aſſervaturque* incluſa tumbæ argenteæ, quam ſex Angeli ex eodem metallo ſuſtinent, *ut ait, in deſcriptione Cracoviæ Georgius Braunius, orbis totius urbes præcipuas tabulis æneis expreſſas proponens, & illius templi magnificentiam explicans, cui Clerici* LXXX, *Canonici* XXX, *Prælati* VI *cum Suffraganeo deſerviunt, quod ad pleniorem hiſtoriæ intellectum proderit obſervaſſe. Ipſa porro S. Michaelis eccleſia, in qua patrata cædes fuit, nihil ominus frequentatur, mutato nomine dicta* rupella S. Staniſlai. *Eſt enim ut deſcribit Longinus* in editione rupella, in plano conſurgentes, fabricata: *quæ neſcio quomodo plerumque in libro* 3 *vocatur* apud Rumpellam *vel* in Rumpella: *& num.* 35 *dicitur ea per annum à populo hebdomadatim viſitari ſolitâ quavis* feria ſexta, *quod Cathedralis, intra arcem claudatur, ſitaque ſit in ſublimi monte, difficilem ex ea parte aſcenſum habente. Ea autem eccleſia, tum extra urbem, nunc includitur* Caſimiriæ, *à Caſimiro Rege anno* MCCXLVI *fundatæ, & ſolo flumine Viſtula diviſæ ab ea urbis Cracovienſis parte, quæ arci ſubjecta Stradeniia dicitur.*

cultus feria 6 in loco primæ ſepulturæ

F

SYNOPSIS VITÆ

Ex antiquo MS. eruta à P. Ioanne Gamans.

Pius & diu ſterilibus parentibus natus.

1 STaniſlaus Scepanovius Polonus, de nobili Pruſſorum familia, patre Veliſlao, matre Bogna, piis & locupletibus parentibus natus eſt. Hi, cum multis annis ſteriles eſſent, ad Deum omnis fœcunditatis auctorem confugiunt, ut pro ſua benigna voluntate illis liberos dare vellet; pacti voto[q], ſe, quidquid id eſſet, quod ex illis naſceretur, ipſi ſoli ejuſque cultui ſanctiſſimo addicturos. Ad trigeſimum tamen propemodum annum eorum deſideria differebantur: unde, cum conjicerent, id

Deum

A Deum nolle, quod illi ſummovere vellent; voluntatem ſuam divinæ voluntati ſubjicientes, omnem curam & ſolicitudinem à carne & ſanguine, ad fructus ſpiritales transferunt.

2 Ecce vero adeſt præſens, & nec opinatus quidem, ſine magna matris moleſtia, partus: creſcit, non magis corporis, quam animi viribus: modeſtus, pudicus, ad omne genus doctrinæ & pietatis propenſus puer. Quod dum parentes vident, votis ſuis & pueri ingenio deeſſe nolunt. Gneznam illum, & Regni & litterarum tunc ſedem, mittunt. Sed non diu hic nidus tantum potuit continere ingenium. Lutetiam igitur, Pariſiorum urbem, ſtudiis litterarum ex antiquo celebrem, mittitur. Hic ſe totum cum aliis ſtudiis, tum præcipue theologiæ ac juri Canonico tradit.

Gneſne & Pariſii ſcientiis excultus,

3 Redit domum, tamquam ex mercatura mercator bonus; integris ſuis, pietate, modeſtia, caſtitate, ſinceritate; quæſitis multis, excellenti doctrina, rerum gerendarum dexteritate ſumma. Fama ejus permotus Lambertus Epiſcopus Cracovienſis, vir pius, juvenem, reluctantem magis quam ſe ingerentem, ad ſacros Ordines pertrahit. Sacerdotem primum, poſt Canonicum, ac Prædicatorem Cracovienſem facit. Sic

B Staniſlaus, tamquam fœcunda & pretioſa planta, in uberius ſolum tranſlata, uberrimos fructus reddere cœpit; in omnibus ſeipſum præbens exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in gravitate, verbum ſanum & irreprehenſibile; ut ii, qui ex adverſo eſſent, vererentur, nihil habentes dicere malum de illo. Quod dum Lambertus, ſenio & ætate confectus, in illo videt, ipſum univerſæ Eccleſiæ, atque adeo domui ſuæ, tamquam alterum Joſephum, præficit.

Sacerdos & Canonicus concionando magũ fructum facit.

4 Moritur plenus dierum Lambertus: in cujus locum à ſacro Collegio, univerſo populo expetente, ſufficitur Staniſlaus. Ponitur lucerna ardens ſuper candelabrum, ut luceat in domo Domini. Cunctatur multum fortis athleta, nec ita facile in ſtadium ingreditur. Horret onus Angelicis etiam humeris formidandum: vicit tamen caritas: vicit voluntas, voluntati Dei ac majorum parere aſſueta. Ingreſſus fortiſſimus miles in arenam, ex qua nonniſi victor morte deceſſurus erat: induit loricam juſtitiæ & caritatis, calceat pedes ſuos præparatione Euangelii pacis. In omnibus ſumens ſcutum fidei, in quo poſſit omnia tela nequiſſimi

C ignea extinguere; galeam ſalutis & gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei accipit; per omnem orationem & obſecrationem orans omni tempore in ſpiritu, & in ipſo vigilans, in omni inſtantia & obſecratione pro omnibus Sanctis.

ordinatus Epiſcopus

inſiſtit verbo Dei

5 Sic armatus, primum circa ſe omnia diligenter videt, ne quid apertum aut ſuperfluum ſit, quo ab hoſte teneri, & in quo vulnus infligi poſſit: domus deinde ſuæ ſemitas omnes conſiderat, ne à latronibus ſuffodiatur, ne ab inimico homine ſuccendatur. Quam eamdem domum, pauperum ac hoſpitum diverſorium facit: orphanos & viduas conſcribi jubet, ut cuique panem frangat in tempore ſuo. Circumit annis ſingulis omnes diœceſis ſuæ partes, non ſolum altarium aut ſacræ ſuppellectilis munditiem videns, ſed multo magis ipſorum Sacerdotum, qui altaribus inſerviunt; vitam & integritatem examinans, ut ſancta ſancte adminiſtrent; nec ut ipſi ſoli ſancti ſint, qui portant vaſa Domini, ſed domui etiam ſuæ atque univerſæ familiæ bene præſint. In quo omni ſtudio ſuo patientia fuit ſingulari: quoniam Deus non poſuit eum in iram, ſed in acquiſitionem ſalutis.

juvat pauperes,

viſitat diœceſim & Sacerdotum vitam;

6 Videbat & invidebat inimicus ſalutis noſtræ

indies novam ſibi prædam eripi, nova gaudia in cæleſtibus excitari: aulas igitur & palatia Regis, uti aſſolet, petit: negotia ac pericula Staniſlao nectit. Regnabat tunc in Polonia Boleſlaus, à virtutibus bellicis appellatus Audax, Rex à principio pius & patriæ amans, ſed ingentes viri virtutes ingentia æquabant vitia. Erat animus ad aggredienda pericula magnus, erat conſtantia in bellis perſequendis laboribuſque tolerandis incredibilis: ſed ex altera parte fuit crudelitas ſumma, avaritia non ferenda, animus impotens ac rebus ſecundis inſolens, ante autem omnia in quamque fœdiſſimam libidinem plane effuſus. Dolebat Sanctus Antiſtes, tantas virtutes tot tantiſque vitiis contaminari. Regem igitur aggredi, illumque officii ommonere conſtituit.

EXNS.

Regem inter præclara facinora oppleri vitiis dolet:

7 Emerat forte D. Staniſlaus à Petro, nobili viro, rus ad ripam Viſtulæ, in agro Lublinenſis tractus, non ſibi, nec ſuis, ſed Eccleſiæ. Moritur Petrus prius quam venditio in tabulas publicas relata fuiſſet. Sumit hinc anſam nocendi Boleſlaus, Petri nepotes hortatur, ut Staniſlaum in jus ad ſuum tribunal vocent. Vocatur in jus Pontifex: ſiſtit ſe ad Soletium, ubi tum ſub papilionibus, more majorum, dabat Rex magna judicia. E Jubetur titulum exhibere ruris poſſeſſi. Provocat ille ad teſtimonia, ſed nemo audet, Rege prohibente. Tunc ſanctus Pontifex, omni auxilio humano ac teſtimonio deſtitutus, in hanc vocem mœſtus prorumpit: Quoniam, inquit, diminutæ ſunt veritates à filiis hominum; de terra veritas oriatur, & juſtitia de cælo proſpiciat. In nomine Jeſu Chriſti, cui ſervio, & cujus eccleſiam tueor, recipio, me ab hinc tertio die, ipſum Petrum vivum, teſtem veritatis & æquitatis cauſæ meæ, ad hoc tribunal adducturum.

ut rus à ſe emptum legitime oſtendat

addicit teſtimonium venditoris mortui.

8 Venit Petravinum, in orationes & jejunia ſe totum cum ſuis effundit: tertio demum die ad templum S. Thomæ, ubi Petrus fuit ſepultus, pergit; Deum, ſummum & primum veritatis vindicem, genibus flexis invocat; ac teſtem innocentiæ ſuæ cum Suſanna appellat: Petrum deinde in nomine ejuſdem Dei omnipotentis compellat; Exi, inquit, foras Petre, ac ſepultæ à vivis veritati, mortuus de ſepulcro perhibe teſtimonium. Prodit ille triennalis mortuus: ſtupor & admiratio invadit omnes: dextra apprehenſum ad tribunal Regis, ita ut pollicitus fuerat, adducit Antiſtes. Exanimatur Rex: ſtupet totum tribunal: nemo loquitur verbum, donec ipſe Petrus: Ego ſum, inquit, ille Petrus, qui teſtimonium veritatis redditurus, ex quietis ſedibus venio huc. Huic ego rus meum juſto pretio vendidi & addixi: Regem deinde ac nepotes increpat, qui ſancto viro abſque cauſa negotium faceſſant. Victa & coacta malitia, ſecundum veritatem ſententiam fert.

& eum precibus cum jejunio fuſis reſuſcitat;

F *datoque teſtimonio*

9 Abducit ab judicio ſuum teſtem Antiſtes: quærit ex illo, numquid, vel pœnitentiæ cauſa, vitam ſibi prorogari velit. Quod cum ille negaſſet, jam ſcilicet ſe majorem partem pœnarum in purgatorio exolviſſe, nec iterum periculis ac procellis mundi ac peccati ſe committere velle, confidere ſe precibus ſancti Dei à reliquiis pœnarum liberatum iri; deducit illum ad locum quietis: quem ubi primum attigit, expiravit. Interrogabant multi Petrum, de rebus alterius ſeculi: ſed ille nihil cuiquam reſpondebat, præter illud: Habetis Moyſen & Prophetas: non ad euangelizandum, ſed ad teſtificandum miſſus ſum. Audiverant hoc vicinæ gentes & gaviſæ ſunt, quia magnificavit Dominus miſericordiam ſuam: & gratias agebant Deo, qui tantam poteſtatem dedit in ho-

reducit ad ſepulcrum,

EX MS. & confirmat Polonos in fide

minibus. Confirmavit ea res Polonorum animos in fide, Ruſſicis erroribus per ſeptennium inquinatos: nomenque gentis illuſtravit ubique, ſed & vicinarum gentium corda ad Dominum Deum convertit.

10 Conſederant aliquantiſper Regis iræ, quæ tamen poſtea facile exarſerunt. Fecerat expeditionem Rex contra Ruſſiæ Duces: quibus victis ac profligatis, Kioviaque capta, ipſe cum milite ſuo, urbis amœnitate ac deliciis capitur. Interim militum conjuges, longioris more pertæſæ, pro maritis ſervos accipunt. Milites re cognita, relicto Rege domum properant. Primum in illos ipſos tanquam deſertores, deinde etiam in uxores ipſorum, Rex immani crudelitate animadvertit. Præterea rapina ac libidine nefanda ſe contaminat. Non ferendum hoc putavit bonus Paſtor: certamen tertium cum Rege iniquo ingreditur: ſemel & iterum ad eum venit, à crudelitateque dehortatur; ut ex oculo ſuo trabem prius, deinde feſtucam ex oculis aliorum eruat, monet: niſi faciat, ſe illum excommunicaturum minatur. Dum nihil proficeret, dumque videret joco ac riſu accipi omnia, die ſacro Domini ad altare Regem excommunicat. Perculit ea res animum Regis & exacerbavit; ita ut nil amplius, niſi de vita ac ſanguine Staniſlai cogitare videretur.

Regem de crudelitate & libidine ſæpius monitum excommunicat:

B

11 Peragebat rem ſacram D. Staniſlaus octavo Idus Maji in ſacello Cracoviæ ſuburbano, S. Michaelis dicto. Qua re cognita tyrannus, audaciſſimum quemque ex militibus ad interficiendum Dei Sacerdotem deſtinat. Qui ubi ad locum deſignandæ cædis perveniunt, ſtupefcere incipiunt, alii cæcutire, cadere retro ceteri. Significabantur hæc à Clero D. Staniſlao; ſed ille ſuos nihil timere jubet: pro Rege Deū deprecatur: ſe & ſuum ovile eidem commendat. Rex ubi morari ſuos videt, alios & alios mittit, qui manum Excelſi Epiſcopo adeſſe renuntiant. Arripit ipſe gladium, ac veluti ferus Cain ſanguinem juſti Abel perſequitur; eademque omnia, quæ milites pertulerant, in ſe experitur. Peracta demum re ſacra, ubi Deus ipſe permiſit, vulnere letali caput Martyris proſcindit, cerebroque ejus parietem reſpergit. Male inchoatum opus Regis, improbi miniſtri deterius perficiunt: corpus Sancti de templo extrahunt, in partes ſeptuaginta duas diſcindunt, atque canibus avibuſque devorandum projiciunt: nefando demum opere perfecto, abeunt.

à quo ad altare poſt ſacrificium Miſſa occiditur,

corpus in partes 72 diſciſſum,

12 Non tulit Deus militis ſui corpus diu abjectum ac infame jacere: adeſt cæleſtis cuſtodia aquilarum, quæ corpus disjectum, dum ſe Clerus colligit, cuſtodiant. Poſt biduum recipit animos Clerus, terrore ac timore diſperſus, ſuique Epiſcopi membra honorifice componit. Effecit omnipotentia Dei, ut ita ſimul concreſcerent, ac ſi numquam divulſa fuiſſent. Digitus unus deerat; ſed ne iſtum quidem diu latere paſſus eſt ille, qui cuſtodit oſſa Sanctorum ſuorum. Lucerna eum cæleſtis, in vicinam piſcinam conjectum, à piſceque devoratum demonſtrat. Collectum ac concretum corpus, in veſtibulo ejuſdem ſacelli, magna pietate ac reverentia collocatur. Sic Staniſlaus octavo Epiſcopatus ſui anno, martyrio coronatur, vitamque mortalem pro immortali commutat.

C

ab aquila cuſtoditum redintegratur.

13 Ecce enim Staniſlaus computatus eſt inter filios Dei, & inter Sanctos ſors illius eſt. Honorificavit eum Pater æternus, qui in cælis eſt: centuplum accepit in hac vita, & vitam æternam poſſedit. Nam qui vivus cæcis viam demonſtrabat, mortuus cæcos illuminat: qui vivus unum ſolum mortuum, magna noſtri orbis admiratione, à mortuis excitavit, mortuus plures de ſorte mortis ſuſtulit: qui vivus ferro Boleſlai ceſſit, mortuus univerſos exercitus, atque acies integras, piorum Regum Patronus & adjutor gentiſque ſuæ amator, fugat. Itaque cum locus ille, ubi depoſitus fuit, populi frequentiam, quæ illuc opis cauſa confugiebat, continere non poſſet; Lambertus hujus nominis tertius, ſucceſſor ejus, & Princeps Vladiſlaus, divinis viſionibus admoniti, oſſa Sancti, odorem ſuaviſſimum ſpirantia, ſancte ac reverenter in primarium templum Cracovienſe, S. Venceſlai tum dictum, transferunt. Sic ſuo altari Pontifex, Cathedræ Doctor, templo Epiſcopus, populo Paſtor, poſt decennium reſtituitur.

clarum miraculis,

D

transferunt ad eccleſiā Cathedralē.

14 Poſt centum tandem & ſeptuaginta annos, excitat Dominus ſpiritum Prandotæ Epiſcopi Cracovienſis, viri Sancti; Boleſlai item Ducis, cum ſua conjuge Kinga, femina caſtiſſima. Qui miraculis ſancti Epiſcopi collectis, & fide publica, tamquam igni probatis, legatos ad Innocentium Quartum Summum Pontificem mittunt; atque ut tantum virum in numerum Sanctorum referre velit, diligenter precantur. Fit conſultatio Aſſiſii, ubi tum forte erat Summus Pontifex. Inter alios tum unus adverſabatur cauſæ Divi Staniſlai Reinholdus Cardinalis Oſtienſis, vir primæ auctoritatis. Incidit hic in gravem & letarem morbum: cui in ſomnis apparet Divus Staniſlaus; indigne illum facere docet, qui Dei reſiſtat voluntati. Excitatur ſenex, Divo ſe commendat, convaleſcit, cauſam antea oppugnatam tuetur. Fit ſummus conſenſus omnium: Epiſcopus ſanctus inter Martyres refertur.

ab Innocentio IV.

E

poſt Cardinalem Oſtienſem ſanatum.

15 Contigerat, Deo ita ordinante, inter ipſam rem ſacram, ut mortuus adoleſcens à matre in illud templum D. Franciſci dictum deduceretur. Pontifex Deum ſupplex precatur, ut novo miraculo factum ſuum confirmet: erigit ſe ſubito adoleſcens: fit ingens lætitia omnium. Summus Pontifex pro ſuggeſtu gratias Deo agit: Martyrem luculentiſſima oratione celebrat: diem VIII Idus Maji memoria ejus ſollennem aſſignat. Redeunt legati cum ingenti lætitia, annuntiantes quanta Deus fecit cum Martyre ſuo. Prandota Epiſcopus oſſa Sancti ex pulvere terræ ſublevat, eaque pro more ſolito in altari condit, Boleſlao Rege pudico ac Regina pudiciſſima, ceteriſque Epiſcopis ac Ducibus regni & vicinarum Provinciarum aſſiſtentibus. Et factum eſt in die illa gaudium magnum: benedixitque Dominus noviſſimis Staniſlai, magis quam principio ejus.

& mortuū reſuſcitatum.

Sanctis adſcribitur.

ſacra oſſa altari imponuntur.

F

VITA

Auctore Ioanne Longino ſeu Dlugoſſo, Canonico Cracovienſi.

EPISTOLA DEDICATORIA.

2

1 EXcellenti & Venerando Patri, Domino Sandiwogio de Ezechel, Artium, & ſacræ Theologiæ Magiſtro, monaſteriis & domus Canonicorum Regularium Ordinis Sancti Auguſtini in a Clodawa Gneznenſis Diœceſis Præpoſito, Domino & Patri colendiſſimo Joannes Longini, Canonicus Cracovienſis, tuus, & qui tecum una Chriſto militant, ſervorum Dei ſervus, ſalutem plurimam dicit, & beatitudinem contemplari æternam. Subierat, ſuperioribus diebus animum, Venerande Pater, idque frequenter pene aſſidua meditatione pectus decoquebat, & ingentem ſcribendi ingerebat pruritum, ut in decus

A decus & gloriam Præſulis Sanctiſſimi Cracovienſis Staniſlai, Polonorum Protomartyris, aliquid litterarum conficerem. Id cum neque per ætatem & ingenium, neque per tempeſtates tum publicas tum privatas facere liceret; tandem repugnantem animum, divina fretus miſeratione, quæ piis conatibus deeſſe numquam conſuevit, labori ſubegi; opuſque, utinam tam diſerte & accurate, quam officioſe, domeſtica ſcheda edidi; neminem eſſe Sanctorum ratus, cui aliquando patria noſtra, vel pro opere vel officio, vel pro vita & martyrio plus deberet; cujus tanta ac talis extabat virtus, divinis freta ſolatiis, ut moleſtias cujuſlibet aſperioris fortunæ & excelſioris potentiæ, pro honore Dei, pro religione orthodoxa, pro ſalute ac libertate Polonici populi, deſpiceret, & pietatis zelum in arduo temporum articulo, monſtraret, inexpugnatam animam in fide & religione conſervans: quam ſane rem non alienis auſpiciis, non externis ſuffragiis, ſed Dei tantummodo præſidiis, & ſuo martyrio confecit.

dantur res præclariſſime geſtæ & martyrio finita:

2 Vitam autem Sancti deſcribere non contentus, etiam prodigia ad invocationem ſui nominis, poſtquam felici cruore damnatus eſt, geſta; item & Canonizationis ſuæ Bullas Apoſtolicas præſenti operi inſerui; ut munus cumulatius & tibi & legentibus elargirer; ſimul quoque rem dignam judicans, quæ proprii operis narrationem habere mereretur. Et quamvis ejus martyrii dignitas multo major ſit, quam vel à me deſcribi, vel ingenio meo comprehendi poſſit; adnitar tamen pro viribus, ne quid à me omiſſum iri, quod ad rem pertinere rebar, contingat. Hoc quoque apud te & quoſlibet legentes præfari de Sancto noſtro liceat, neminem ex Pontificibus Polonicæ Eccleſiæ pro fide & juſtitia, neminem pro libertate & religione, & priſcorum & noſtra memoria, fortius pugnaſſe; neminem inſuper inter Sanctos extitiſſe, qui pro ſuo merito à noſtræ linguæ hominibus ſit amplius colendus, magis amandus, magiſque in deliciis & admiratione habendus.

& miracula ſecuta, cum Canonizatione.

B

3 Verſanti autem mihi animo, & multum diuque tacita cogitatione reputanti, cuinam libellum, de Vita Sancti editum & pulchrorum plenum varietate facinorum, dedicarem; ad Te, cujus apud regionis noſtræ populos maximum eſt in doctrina & religione nomen; ad Te, jam pridem veteranum Chriſti militem; quondam vero meum contubernalem, me tamen & ingenii & oris [facundia] *b* atque doctrina ceteriſque hujus generis artibus longe præſtantem, animum verti. Tibi, viro omnium humaniſſimo & optime de me merito, qualiſcumque hic labor noſter dedicandus erat: ut eſſet penes te perpetui amoris noſtri monumentum: invenies enim in opere præſenti plurima, & jucunda cognitu, & ſcitu neceſſaria. Tu Pierii vir ſpiritus, & ſacra atque humana colens ſtudia, & quem, pace ceterorum, Jubar Polonicum appellare auſim, inter multos animo occurrebas meo: quem quoque in religionem noſtram & in doctrinam, & in magnarum rerum cognitionem obſervandiſſimum cupidiſſimumque eſſe cognovi. Non alium quam te præſentis muneris gratiorem ratus, quod & Sancto, quo de nunc agimus, propenſiorem cultum exhibeas, & aliquid cum illo habeas commune, geſtorum quoque illius & vitæ æmulator exiſtas; animo dudum inviſceratus meo, quem religione & benevolentia præoccupaſti. Denique familiaritate tua tractus, quam mihi peperit tua dignatio & fides mea, lucubrationes meas & labores, (quorum te non tam primarium inſpectorem eſſe volui quam cenſorem) nuſquam fidentius quam in tuis auribus & oculis depono, *c* tuoque optimo atque graviſſimo judicio opus noſtrum probatum vel infirmatum iri confido.

b

C

offeruntur Præpoſito Clodawenſi

AUCT. IO. LONGIN.

C

4 Hoc enim à te unum quam maxime exactum iri velim, ut libelli præſentis (quem venula mei, qualecumque illud eſt, ſcaturivit ingenii) labes & aſperitas tua limetur induſtria, imbuatur eloquentia, adornetur doctrina. Tum quoque primum aliis viſendus & legendus præbeatur; tuoque fultus favore, tum demum prodeat in publicum. Nam quod tu probaveris, ab reliquis quoque comprobatum iri, & omnibus ſuffecturum confido; nec quilibet reprehendet, quod tu comprobaris. Suſcipe itaque, Vir clariſſime, à me præſentem ſcripturam, & libenter examina; tuæ quoque integritatis & doctrinæ adjectiones & detractiones adhibens, tuis laboribus eam purga, & quidquid illud ſit, quod prudentiæ tuæ lynceos oculos offendat, aut aliorum ſit offenſurum; lima tuæ correctionis reſcinde, eloquentiæque tuæ peritia imperitiæ meæ errata diſſolue; ſtyli quoque deficientis ſupple defectum. Benigniores ſiquidem opus noſtrum habiturum autumo reprehenſores, lectores, & interpretes, ſi à te illud cognoverint cenſuratum. Pro ſua ſiquidem dignitate ſeries totius vitæ Sancti noſtri, à me diligentius ſcrupuloſiuſque inveſtigata, plus aliquanto crevit quam meum ferret ingenium, nobilius etiam quam meum ſit oneratura. Proinde vivaci illo tuo, ut ſic dixerim, ſulphure, ſi quid incompletum, ſi quid ſuperfluum, ſi quid minus terſum, ſi quid tepide aut remiſſe à jejuno & abortiente ingenio genitum repereris; concrema, & novo tuo carmine quod ſquallidum fuerit demulce: aut, ſi id expedire videris, penitus abrade; non mediocrem mihi gratiam præſtiturus, ſi errata mea faciliori vena *d* correxeris; & quæ inſipida atque arentia ſunt, ubertate tuæ eloquentiæ conduxeris in virorem. Neque enim alia lege, alia fiducia libellum præſentem, humilitatis meæ tenuiſſimo exaratum ſenſu, tibi dedico, tibi adſcribo; niſi quia illum, non prius quam à te limatum, terſum & cenſuratum, tuoque judicio comprobatum, *e* ceteris legendum & publicandum reor, pluris judicium tuum quam cujuſcumque exiſtimans: ut, ſi forte vitioſi ſermones aliquos offenderint, auctore neglecto, ſinguli defectus, deformitates, & vitia in te recidant cenſorem.

ejuſque cenſuræ ſubjiciuntur.

d

e

E

ANNOTATA.

F

a Clodawa *ſita eſt in Caliſienſi Palatinatu, inter Wartham fluvium à meridie & confinia Cuiaviæ verſus Septentrionem, & inter Operowam ab Oriente, & Caninum ab Occidente. Ac* Canonicos Regulares Congregationis Lateranenſis *ad Eccleſiam Clodawenſem poſtliminio reductos, & Eccleſiam illam in Collegiatam erectam ab Alberto Iuſtrembecio Archiepiſcopo Gneſnenſi* 35, *ſcribit in ſerie Archiepiſcoporum Damalevicius Canonicus Regularis.*

b *Impreſſum*, Ingenio & oris atque doctrina: *quod aliaque nonnulla (nam Epiſtolam & Prologum non habemus deſcriptum) ex conjectura correxi.*

c *Locus hic, duarum linearum inter ſe converſione, deformatus erat.*

d *Ibidem*, venia.

e *Item*, Comprobandum.

A

LIBER I.

Res geſtæ & martyrium S. Staniſlai.

PROLOGUS.

ſcripturus Acta S. Staniſlai

5 SI tanta foret mihi ſtyli virtus, & ea ſcribendi facultas infuſa à Superis, ſeu natura comparata vel arte, quantus ſcribendi ardor; dudum, virorum illuſtrium preci & deſiderio, viri quos umquam Polonia genuit ſanctiſſimi, Staniſlai, Cracovienſis Epiſcopi, & Polonorum Protomartyris, vitam & geſta à me conſcribi expetentium, morem geſſiſſem. Sed deterrebar hinc ſcribendi imperitia, illinc magnitudine rei. Noveram inſuper munus id, à priſcis Scriptoribus, neque imprudenter, neque ineleganter, præoccupatum fuiſſe: propter quod adhiberi in rem cultius erigendam, alterum virum craſſioris *a* Mineruæ geſtiebam; cùi & feracius ingenium, & amplior dicendi peritia, majuſque ſcribendi artificium contigiſſet; qui narrationi egregiæ juſtum decus imponeret, & ſingula operum ſuorum atque virtutum merita exquiſitiori depromeret eloquii venuſtate. Ne, ſi parum ornate parumque cumulate atque inconcinne vita à me Sancti deſcripta fuerit; operi inconſulte aſſumpte ſuccumbens, imperitus dicendi viderer dignuſque reprehenſione judicarer, qui nequiverim molem ſuſcepti oneris ſuſtinere, ſuadet enim noſter Seneca, dum res proferuntur eximiæ, earum quoque majeſtati cultum ſermonis adjungi: innuens res ſuapte excellentes, ſcribentium induſtria (quod & in pleriſque extrinſecis licet intueri operibus) & amplius poſſe extolli & magis celebres reddi. Non enim vita Sancti noſtri, pro ſua excellentia & dignitate, uſitato genere ſcribendi contenta eſt: ſed exigit genus dicendi rarum, excellens atque politum.

pluribus omiſſis ſeligere inſigniora proponit auctor

6 Impetu poſt hæc non jam rogantium, ſed pro ſuo cujuſque in me jure & officio, aut exigentium aut jubentium, validiori coarctatus, laborem ſcribendi aſſumpſi: ſcripturus ex multis inſigniora, plurimis quoque omiſſis, ne legentibus faſtidio ſim, locos illuſtriores ſatis ratus attingere, quos vel de ipſius hiſtoriis vel de aliorum relatione indicatos cognovi, & quos Sancti noſtri dignitati vel honori, proximorum vero ſaluti conducere arbitrabar; ſperans imperitiæ meæ culpas, ſingulos, qui hæc noſtra legerint, æquis auribus laturos, dum inconditum ſermonem proferri ſentient, non ex meo arbitratu & ingenio, ſed ex præcipientium auctoritate. Neque enim me ea doctrinæ & ſcribendi arte præditum eſſe ſcio, ut cultius me atque ornatius, vitam viri ſancti, quam ceteri ſcripſere, confeciſſe arbitrer. Recenſenti enim & pertractanti mihi vires ingenioli mei, ſentio quam jejunus mihi & aridus videor, ut ipſa tenuitate deterreri debuerim ab officio ſcriptitandi: ſciens omnia ultra vires auſa colliſum iri. Sed ut in Sanctum devotionem depromam, & in patriam cui me omnia debere non inficior, demonſtrem caritatem; juſſioni quoque & expectationi reſpondeam plurimorum, malens ex obedientia judicari parum prudens, quam ex denegatione cauteloſus & ſapiens *b* [ad ſcribendum accedo]; non priſcam & probatam illam dicendi ſuavitatē & eloquentiam, ſed rudem ac ſimplicem repræſentaturus. Illius propitiatione adeptum mihi iri confidens præſidia, qui obedientiam victimis prætulit, & non acquieſcere recta monentibus crimen ſapere ariolandi dictavit.

plurium voluntati & utilitati ſerviens,

7 Provocaturum inſuper me reor præſenti opere plurimos ingenue eruditos, qui elegantius probabiliuſque Vitam Sancti mandare litteris poterunt, & cum ſua ampliſſima laude in hoc genere ſcribendi verſari; dignum & perneceſſarium exiſtimans, athletam noſtrum plures & memorabiles virtutum ſuarum ſortiri *c* præcones. Is quoque reſpectus permovit pellexitque me, ad ea, quæ dudum de viro ſancto explanata ſunt ab aliis, aliquam adjectionis materiam conferre, [quod ſperare poſſem eamdem vitam] doctorum & eruditorum virorum ingeniis (quorum alma parens noſtra Cracovienſis Univerſitas, munere divino, ferax eſt) noſtro excitandorum calcari, politiorem illuſtrioremque dante Domino evaſuram. Eam enim & artis cujuſlibet & rei conſtat eſſe naturam, ut plerumque prima vel primis proxima hebetiora rudioraque *d* ſint, ſequentia vero poſteris plurima vel conferentibus vel in melius tranſmutantibus, & gratiora & cultiora: quod & vulgarioribus amnibus contingit, quorum denominationis magnitudinem, non ex fonte exiguo & tenui, ſed ex aquarum influentium augmento ſpectari oportet. Satis itaque erit & mihi ruditer aliqua de Sancto noſtro excellentiora ſcripſiſſe, & non materiæ tantummodo ſed & irriramenti ſpecimen aliis indidiſſe. Erit fortaſſe & non inamœnum, altero ſchemate Sancti explicare vitam, ut varietate tegminis, ſpeciem lætiorem intuentibus præſeferat: hoc enim vel maxime modo, ad factorum & laudum viri ſancti depromendum ſplendorem, præconem aliquem ſpero acceſſurum, qui vitæ illius & geſtorum mirificam præſtantiam pari verborum exæquet venuſtate, & illius clariſſima facinora, apud aures ſingulorum ſuavitate eloquii diffundat; majorem voluptatem, ipſo ornatu dicendi, in legentium audientiumque pectore pariturus.

optanſque ut eadem elegantioriſtylo ab alio ſcribantur.

8 Vita enim Sancti quo plenius diſertiuſque deſcribitur, tanto magis in pectoribus legentium & audientium dulcoratur, & animos mortalium ſuperni muneris ſuavitate reficit & oblectat. Quis enim neget operum quantumcumque ſublimium decus, ſive virtutem ſpectes theologicam ſive heroicam, per ſcripturæ nitorem amplius inclareſcere? Inde quoque conſtat nonnullos ſummos viros, quo clariores evaderent, pro geſtis ſuorum operum ſcribendis aut ſtatuis locandis, peritiores quoſque vel adhibuiſſe vel deſideraſſe. Ad Sanctorum quoque ampliorem felicitatem & gloriam credimus accedere, ſi ſuarum rerum & operum diſertos ſortiantur ſcriptores: quod in B. Paulo primo heremita, Paula, & Hilarione, quorum Vitam B. Hieronymus; item in B. Martino Turonenſi, cujus Vitam Severus Gallicus; item in B. Nicolao Myrarum Epiſcopo, cujus vitam Simon cognomento Metaphraſtes & Leonardus Venetus artificioſo edidere eloquio, pluribuſque aliis tam Græcis quam Latinis, experimur ſcriptoribus: qui operum & virtutum à Sanctis editarum effigiem, admirandis ingeniis accurate cogitateque reliquerunt expreſſam & politam, & evidentibus perſuaſionum ſuarum ſtimulis laudibuſque celebratam, effecerunt feliciorem & arctius imitandam; cum vitæ ſplendori lux quoque & venuſtas reſponderet ſermonis. Majorem ſiquidem delectationem legentibus, ſermone ad gratiam inſtructo, lepidus Scriptor & expeditus inſeret, quam aridus & ruſticanus. Quod in populari quoque contingere perſpicuum eſt declamatione, in qua facetum & peritum plus poſſe nemo dubitat, quam rudem; quod facetus maximam habeat capiendi & oblectandi animos, fletus quoque & ſingultus eliciendi vim; rudis vero faſtidio eſſe ſoleat, nonnumquam & contemptui.

ut delectent & proſint magis

9 Mei vero ſi quis rationem habendam duxerit, in

A *Ejus pura intentio*

in partem benigniorem judicium ventilando convertat, atque eam de me ſententiam à me rogatus concipiat, nihil me pro captanda terrena & populari aura, nihil pro retinenda aut producenda fama, ſed pro amplitudine laudis Redemptoris ad Conditoris noſtri Dei, pro declaranda & illuſtranda Vita viri Sancti Staniſlai, pro ædificatione proximi, & pro capeſcenda merendaque vita perenni, operis hujus laborem aſſumpſiſſe; eo quidem arbitratu & pacto, ut legentibus doctrinæ & imitationis exemplar; mihi vero peccatori, ad dicendum ſcribendumque rudi & ignaro, conſcientia inſuper delictorum remordente gravato, ſuffragio & precatu viri ſancti, cujus Vitam ſcripturus ſum, retributio ſempiterna & immarceſſibilis, pro caduca (quam reſpuo, quaque me abdico) per gratiam Remuneratoris æterni proveniat; ratus laborem noſtrum, & ſi non dicendi ſatiatis & peritis, at ſaltem à litterarum ſapore jejunis, ſuffecturam. Et dum ardua hæc, meiſque viribus majora moliri aggredior, opem deprecabor divinam, ut quo aſcendere mea hebetudo non poſſit, cæleſti ſuffragio adjutus tranſmigrem.

B

ANNOTATA.

a *Quamvis hac phraſi paſſim in ſequiorem partem utantur ſcriptores Latini; in meliorem tamen à Longino accipi apparet infra num.*15, *ubi ſimili ſenſu à* Pingui Minerva *laudatur S. Staniſlaus.*

b *Deeſt hoc aut ſimile quidpiam: quidquid porro ſic* [] *incluſum videbis deinceps, id ſicuti in aliis hactenus, explendi ſenſus cauſa adjectum ſciat lector.*

c *Expungo, ut ſuperfluum*, debuiſſe.

d *Item*, habita.

CAPUT I.

Pietas parentum. Ortus, educatio, & prima ſtudia S. Staniſlai.

C *S. Staniſlaus in Polonia ortus,*

10 NOtum facturus Dominus filiis hominum potentiam ſuam, & pro ſuæ pietatis abundantia fidelibus ſuis inſperata bona largiturus, mirificæ fortitudinis viros, in conſummationem Sanctorum, in ædificationem corporis ſui myſtici, diverſis temporibus ſuſcitavit: ut per illos fidei & religionis orthodoxæ, in ſalutem & confirmationem credentium, illuminationem gentium, exterminationem ſchiſmatum & errorum, veritas ſidere inclareſceret fulgentior matutino. Inter alios autem, ſeculo vergente in ſenium, habitantibus in regione Boreali Polonis, fidem Chriſti dudum antea profeſſis, & in ſuo circuitu varias gentes idololatriæ aut erroribus deditas habentibus, B. Staniſlaus, ex eorum gente & genere exortus, velut ſidus rutilum, animam ſortitus divinis virtutibus adornatam, præluxit; & caligantia ſui temporis ſecula fulgoris ſui lampade illuſtravit: qui & in mortali converſatione militans, & deinde in cæleſti hierarchia triumphans, prodigiis coruſcavit ſtupendis. Potenti vero miraculorum & operum virtute, quanti ſit fueritque meriti, ab eo, in quem omnes curas cogitationeſque ſuas verterat, quem caſto & fideli pectore mundoque corde ſuper omnia dilexerat, eſt declaratum. Contulit enim illi virtutum Dominus, non apud Polonos ſolum, ſed & in univerſo Catholico orbe, nominis claritatem.

11 Fuit autem beato viro Staniſlao origo ex Polonorum gente & ex Cracovienſi provincia, & natale ſolum de vico Sczepanow, duobus milliaribus ab oppido *a* Bochnia, in quo ſales effodiuntur, à Cracovia vero ſeptem milliaribus ſito; ex ſe quidem obſcuro, ſed viri ſancti ortu dignificato vulgatoque. Parentes, pro conditione carnis & ſeculi, nobiles illi fuere atque præſtantiſſimi, atque tali filio digni. Pater ejus Wieliſlaus pro armis & nobilitatis inſignibus, crucem candidam unam ſuper *b* dimidiam, in campo rubeo, deferens pro inſigni, non tam nobilitate pollēs [erat] generis, quam virtutum ſplendore: vir ex militari ordine & equeſtri, & qui inter omnes domus & familis ſuæ contribules, primarius & præcipuus habebatur: ſed & inter alios Polonorum Proceres, morum & virtutum jubare militariſque rei gloria eminebat. Mater ejus Bogna, femina & ipſa genere ingenua, ſed pudicitiæ magis decore nobilis, de raris religioſa femina, clara & celebris inter feminas ſuæ regionis ſuique temporis habebatur. Utrique hoſpitalitatis egenorum, pupillorum & peregrinorum, omniumque miſerabilium & indigentium perſonarum cura fuit in pretio: uterque jejuniorum & abſtinentiarum conſectator, quotidie in virtute & merito uterque exercitatione creſcebat: quotidie uterque in ſingulos neceſſitatem patientes ſubſtantiam pro viribus erogabat: uterque probitati, modeſtiæ, frugalitati, ceteriſque id genus animi ornamentis enixius navabat operam: uterque jejuniis, vigiliis, & reliqua ſancti propoſiti auſteritate corpus affligebat: uterque, ſtudioſus tam præceptorum quam conſiliorum divinorum obſervator: amplum [utrique] dominii patrimonium, ferax cenſus & pluſquam mediocris ſubſtantia, generi reſpondens & conditioni; ſed qui univerſus in pauperes, prompta & fervida liberalitate effūdebatur.

AUCT. IO. LONGIN.

a *in vico Sczepanow provinciæ Cracovienſis,*

b *patre Wieliſlaæ,*

matre Bogna,

qui dediti abſtinentiæ & eleemoſynis,

E

12 Dum autem rariora per id tempus apud Polonos forent templa & ſacra Superum, Wieliſlaus in hereditate ſua Sczepanow, provida conſorte Bogna & ſuggerente & inſtigante, templum fabricat; dotemque ex cenſu paterno non degenerem, à miniſtris percipiendam, illi donat, diſponens B. Mariæ Magdalenæ dicari templum, ad quam uterque conjugum miro devotionis ferebatur ardore; largiens inſuper templo veſtes nobiles, & vaſa argento & auro fulgentia, ceteraque quibus res divina expleri ſolet. Templi vero Sacerdotibus & miniſtris, omnem ſuorum prædiorum & omnium naſcentium, quæ humus & pecus gignit, fidelem de omni ſubſtantia decimationem ſeligens, ex ſingulis [offerebat] potiora; quo præſtantem in Deum mentem præſtantibus etiam muneribus teſtaretur, & maledictionis Cain ſententia evitata, benedictionis Abel impertitæ, ſibi quoque impertiendæ, aptior foret atque capacior. Utroque inſuper conjugum eleëmoſynis & piis ac miſerationum actionibus navante operam, etiam ab utroque templi fores & limina nocte & interdiu terebantur; miroque devotionis amore orationibus & obſecrationibus vacabant, non ſolum pro tempore quo Sacerdos rem divinam exequebatur, ſed etiam pro aliis horis & temporibus, quæ ſibi ad id ſingulariter deputarant: certantes alter prævenire alterum, & vincere mora & diuturnitate; in mandatis & ceremoniis Chriſtianæ legis adimplendis, adeo religioſi, adeo ſinceri, ut eorum vita & converſatio ceteris admirationi fieret, veluti quæ à monaſtica differret parum *c*.

ecclesiam conſtruunt,

decimas omnium oferunt:

F

vacant orationi & piis operibus.

13 Fluentibus autem ad vota rebus, ſterilitatis opprobrio Wieliſlaus & Bogna angebantur, quod nullo donati ſtirpis hereditario ſucceſſore forent deceſſuri. Non ob id tamen quidquam de obſequio in Deum & Sanctos ejus, aut de officio in egenos & qualibet neceſſitate gravatos remiſerant, [ſed] uno animo eodemque devotionis & caritatis tenore in Deum & proximum uſi, fœcunditatem ſibi præ-

c

Ab his ad ad 30 annum conjugii ſterilibus

AUCT. IO. LONGIN.

ſtari votis plurimis depoſcebant, prolem naſcituram obſequio & ſorti Dei mancipaturi. Annus jam eorum conjugii triceſimus extendebatur, & tam proprio quam alieno arbitrio, quod ætas utriuſque in occiduum foret proclivis, nullum ſe de cetero rebantur pignus ſuſcepturos: cum Dei providentia & munere, clauſos mirabilius aperiente uteros, ſe ſenſit Bogna concepiſſe & uterum geſtare. Singulas tamen voluptates & delicias, quibus ſe dudum pro Chriſti nomine abdicaverat, etiam tunc peroſa, & tam victu quam veſtitu caſtigato & ſimplici contenta, dum poſt luſtratos meridionali tempore greges in ædem ex propinquo nemore reverteretur, ad puteum, haud longe ab habitaculo ſuo inter quercus & dumeta conſiſtentem, filium pulcherrimum, nullo obſtetricis interveniente ſuffragio, ſeptimo Kalendas Auguſti, in ævo jam maturato & ſeneſcenti, effudit; atque in fonte ad quem parturierat lotum, domum læta & incolumis retulit; nullum dolorem, nullam debilitatem in partu juxta ac poſt partum experta. Ad eccleſiam deinde S. Mariæ Magdalenæ, pro collato infante & partus dono, gratias divinæ majeſtati in lacrymarum ubertate referens, enixum fonte Baptiſmatis, patre Wieliſlao coram præſente, regenerat, & nomine coaptato Staniſlaum vocat, non ſine evidenti præſagio, & nominis hujus & vocabuli ſignificato: quod infans tunc exortus perpetuam foret & vulgatam nominis ſui *d* laudem, apud præſentes & poſteros, in militanti & triumphanti Hieruſalem adepturus.

naſcitur 26 Iulii abſque matris dolore

B

d

cum gaudio omnium & præſagio futurorum,

14 Movit partus tam prodigioſus novi & dudum exoptati filii, non parentes modo, diuturna ſterilitatis confuſione exemptos; ſed & ſingulos per circuitum vicinos: quibus non tantummodo gratulatio, ſed ingens admiratio fuit injecta, matronam alioqui provectioris ætatis, quam rebantur, prodierum & annorum proclivitate, quibus proceſſerat, infœcundam, ſupra æſtimationem humanam generaſſe. Quapropter & filium exortum, jam tunc maximum futurum ominabantur; redigendum ad meritum & numerum ſanctiſſimorum & magnorum virorum, Joannis Baptiſtæ, Iſaac, Jacob, Joſeph & Samſon, qui & ipſi patentes habuere, utero quidem ſteriles, ſed virtute fœcundos: rebuſque magnis & præclaris ab eo gerendis illum deſtinabant, Polonico generi grande ſolatium comparaturum, & ad prodeſſendum illi exortum (cum à natura ita comparatum ſit, ut magna & diu duratura ſoleant tardius naſci) felicemque dixere patriam, quæ tam celebrem infantem dextro ſidere produxiſſet; felices parentes, quorum ſemine ſatus erat; felicia tempora, quibus ſervatus foret; feliciſſimum magiſtratum cui præſideret. Natus eſt autem Staniſlaus regnante apud Polonos Rege Miecziſlao primo, anno regni ſui [decimo] tertio, ab ortu vero Salvatoris noſtri Chriſti milleſimo triceſimo [ſeptimo] *e*.

C

e

à parentibus continentiâ ex voto ſervantibus

15 Partu ex voto ſupra ſpem ſuam Wieliſlaus & Bogna potiti, quo ſuperno largitori gratiora rependerent obſequia, perpetua ſe caſtitatis & abſtinentiæ lege devinciunt, & cœlibem ex tunc ſe devovent ſervaturos vitam: quod quidem Sanctæ intentionis propoſitum, ſcrupuloſa ab eis uſque in diem mortis fuit obſervantia cuſtoditum. Agebat adhuc Staniſlaus in cunabulis, & maternis alebatur papillis; pater tamen illius Wieliſlaus, ſpiritu actus divino, frequenter illum in cunis agentem adiens, & faſcias quibus amiciebatur ex pectuſculo detrahens, viſu illud & amplexu velut Spiritus ſancti habitaculum demulcebat. Sancta autem & religioſa natura nec in puero quidem latuit. Teneriori enim infantia perfunctus, ſæpe compertus eſt molle ſtratum, in quod parentum indulgentia collocabatur, deſeruiſſe, & in nuda humo aut palearum ſtramento quietis reſiduum exegiſſe; admirante parente utroque eam ſuam indolem & ſine monitore conceptam religionem, ad quam formandam atque effingendam omnes cogitationes, omnes curæ, atque vigiliæ eorum erant converſæ.

D

invenitur puer in paleis aut humi cubans:

16 Quam primum deinde patiebatur ætas, litteris tradi erudirique puerum artibus liberalibus (quo facilius ad majora ſuum exercitaretur ingenium) uterque parens juſſit: in quibus ediſcendis apparuit, illum docile ingenium ſortitum eſſe, cupidum litterarum & præproperum, & quod ſpem non mediocrem eruditoribus ingerebat; memoriam adhæc tenacem, quæ illos ad puerum operoſius imbuendum pertrahebat: mores vero ſui modeſti, culti, verecundi & ingenui, ab omni laſcivia, omnium denique ludorum, quibus ætas puerilis implicari ſolet, ſchemate abhorrentes, elucere viſi. Tantum inſuper in geſtibus moribuſque & ſingulis actionibus pudorem, tantam in ſermone & vultu modeſtiam ſervaſſe ſpectatus eſt & inclinationem ad virtutem, ut nec joco nec riſui indulſiſſe effuſius notaretur: ac multos propterea graves viros ad ſui amorem & admirationem pelliceret. Quietis & refectionis caſtigata apud illum tempora, in quibus parco & tenui, tam ſomno, quam cibo contentus, cetera in litteris percipiendis expendebat: ſi quid vero ſupererat temporis, in oratione abſumptum. In ea quoque ætate, quamvis puerili & tenera, conſtat illum miſerationi & pietati operam dediſſe. Miſerationis ergo vulganda in egenos, quæcumque per licentiam ſeniorum habere poterat, illis largiebatur; erogaturus univerſa, niſi pædagogorum ſententia ſibi formidabili vetaretur. Naturæ adoleſcens per omnia moderatæ & pudoris ingenui, ſoboleſque generoſa & nobilis, in officiis Angelicis collocanda. Hæc erant Staniſlai rudimenta, hic ludus infantiæ, hæc à tenero religionis & pietatis indicia; tantarumque virtutum fervor, divina adjutus providentia, redundabat in puero.

ſortitus ingenium & memoriam felicem,

mores ingenuos,

E

& benignus in pauperes,

17 Poſtea vero quam adoleſcentiam pertingens, gratia altioris capeſſendæ doctrinæ, Scholas Gneznenſes aditurus (quod eo tempore feracius illic ſtudium, & eruditio copioſior haberetur) in villagium Borowno perveniſſet, & balnea pro militibus villæ adaptata ingreſſus corpus curare & abluere pergeret; à ſupervenientibus militibus, & graviter ſe ab eo, quod injuſſu eorum balnea ingredi auſus foret, injuria affectos querentibus, fuſtibus in corpore nudo cæſus, & contumelioſe ejectus eſt. Patienti autem animo & abſque omni murmure & querela verberationem hujuſmodi & ludibrium perferens, in campum vicinum egreſſus, ibi paululum ſubſtitit: & in ſaxo (quod etiam in diem hodiernum oſtenditur) genua figens, veniam dari his, qui illum tam inhumane ceciderant, precabatur: & quantæ adoleſcens patientiæ foret, quantæ in proximum caritatis, ea deprecatione non inexpreſſum reliquit. Sed mirum in modum ultionum Dominus, deſignare volens quantum ſibi verberatio impia Staniſlai famuli ſui diſplicuerit, milites eorumque ſtirpem tibiarum gravi ulcere percuſſit; & campum in quo Dei famulus orationem effuderat, ſterilitatis confuſione (quam in plura annorum centena ſcitus eſt toleraſſe) damnavit, nullo germine licet ſereretur producto. Campo exinde nomen inditum eſt, Popowa-gora id eſt Sacerdotalis mons, quod illic in hodiernum diem perſeverat. Tanta inſuper modeſtia adoleſcentiam compoſuit, ut in juvenili ætate auctoritatem obtineret ſenum: omneſque laſcivias, omnia blandimenta corporis, quæ illa

Gneznam ſtudiorum cauſa pergens,

F

proſe verberantibus orat.

quos tamen Deus punit.

ætas

A æras ſecum fert, perhorrens atque devitans, dabat expectationem non exiguæ futuræ de ſe probitatis.

ANNOTATA.

a Bochnia civitas quinque milliaribus Cracovia diſtat, ubi ſal glaciei ſimile grandibus maſſis effoditur. *Ita Guagninus.* Salis hujus metalla inventa eſſe anno 1252 *ait Cromerus lib.* 9, *eſt autem Bochnia verſus Orientem & Sandomirienſem terram reſpectu Craco-viæ trans Viſtulam: in cujus vicino oppido Sczepanow, loco Sancti natali, ſepultam Bognam die* 13 *Iunii, anni* 1069 *ſcribit Martinus Baronius, in Vitis Beatorum Poloniæ Patronorum, hanc* 24 *collocans eum titulo* Beatæ: *de cultu ſi quis docuerit certiora, juvabit nos pro iſta die.*

b *Ioannes Cæſareus in Vitis Archiepiſcoporum & Epiſcoporum eccleſiæ Cracovienſis, quas brevi trium diſtichorum epigrammate, cum breviori chronologica epigraphe repræſentat, exhibet ſingulorum gentilitias teſſeras: quæ Staniſlao eſt Crux, è dextro latere duo protendens brachia, ejuſdem longitudinis; è ſiniſtro unum, quod ſupremo dexteri lateris reſpondet.*

c *Impreſſum hinc incipit numerare caput* 1, *quod in* B *MS. melius ſcribitur: & ſic deinceps utrobique diſcrepat numeratio Capitum.*

d *Nemo interpretationem fortuitam exiſtimet, ex alluſione ad nomen* laudis: *nam frequens illa Polonicorum nominum terminatio*, laudem & gloriam *ipſa gentis lingua ſignificat.*

e Boleſlao *Rege mortuo die* 3 *Aprilis anno* 1025, Miecziſlaus *filius coronatus Gneſnæ in feſto Pentecoſtes, adeoque* 27 *Maji, nam Paſcha fuit tunc* 8 *Aprilis: proinde* 26 *Iulii anno* 1030 *Chriſti, cadebat in annum regni ipſius non tertium, ſed quintum.*

CAPUT II.

Studia Pariſiis peracta. Canonicatus, Sacerdotium, Conciones. Diœceſis pro Epiſcopo adminiſtrata.

Pariſios profectus.

18 ÆTatem epheborum Staniſlaus tranſgreſſus, dum juventutis tempora attigiſſet, & in trivio exercitatior doctiorque evaſiſſet; cum ſummo ſtudendi flagraret deſiderio, ſtudia Galliarum (quæ aſſertione plurimorum florentiſſima intellexit) adeundi cupido illum cœpit: & parentibus cognatiſque a nequaquam prohibentibus, ſed quod tanto itineri & operi atque diuturniori moræ ſufficeret viaticum liberaliter conferentibus, Pariſios Galliarum urbem ſe contulit, atque in divino & canonico Jure eruditioni tam ſedulo inſtitit, tanta diſcendi flagrans cupiditate, ut nihil prætermitteret, quod ad inſtitutionem ſummi futuri viri pertinere videretur, ex his artibus & doctrinis, quæ illum ad ſummæ perfectionis normam erudirent. Et cum varia forent genera diſcendi, in quibus multa cum laude poſſet verſari; præclariſſimam tamen Theologiæ ſeu Philoſophiæ divinæ ſcientiam elegit, mundanamque Philoſophiam in divinam commutavit. Mirifica in verbis ſuavitas, in factis vero comitate condita gravitas conſpiciebatur. Omnia ſua opera ad optimam & ſalubrem redigere conatus partem, dubitare plurimos coëgit, ex mediáne Polonia, an ex Gallia ortus fuerit. Studiis exercitatus Pariſienſibus, moribus inſuper ingenuis & gravibus inſtitutus, mature ad perfectæ frugem virtutis conſcendit; illamque non per partes ſed totam ſimul comprehendit, bonis moribus & inſtitutis celebribus, non minus quam litteris oblectatus; ad rem maxime pertinere intelligens, ut celebris per utraque, artes videlicet & virtutes, evaderet; obſtrepentes ſibi voluptates carnales, quam longiſſime effugans; ſerenum habens ac virgineum animum, tranquillum, pacificum. AUCT. IO. LONGIN. *vir moribus acquirendis intentus*

19 Erat ei ſapientia ſumma ſupra ætatis conceſſa menſuram; & priuſquam viri perfecti adeptus foret tempus, jam in illo ſingularis tam prudentiæ quam doctrinæ lampas ſcintillabat. Modeſtiam, humilitatem, probitatem, caſtitatem, temperantiam, pietatem ceteraſque virtutes, ſocias ſibi & familiares effecerat. Animus inſuper & contra avaritiam, & carnis mundique petulantiam nitidus & invictus, venerem ac cæci ſtimulos amoris, quorum difficilis eſt evitatio, in poteſtate habuit. Nihili pendens humanam gloriam & paſſionibus animæ viriliter reſiſtens; carnem quoque, ne laſcivire inciperet, & calentes ætatis flammas jejuniorum frigore & carnis maceratione curavit reſtinguere, cuſtodiens illam ab omni illecebra, & ab omni feminarum contubernio & contagione; perpetuam eligens & cuſtodiens caſtitatem, & in corpore mortali cæleſtium æmulatus naturam. Inde, propter has & alias multas animi ſui egregias virtutes, pluribus bonis & doctis viris amabilem ſe præſtiterat. *ac carni domandæ intentus.*

20 Solicitabatur plurimorum gravium virorum ex ſchola Pariſienſi admonitione, quorum ſibi familiaritatem probitate & virtute pepererat, quatenus ſe Juris Canonici aut Theologiæ Doctoraru inſigniri pateretur. At ille conatus amicorum, faſces ſibi Magiſterii ingerentium, ex humilitate declinans, non indigere conditionem ſuam Cathedra Doctorali reſpondebat, ſufficere ſibi ratus, ſi doctus magis quam Doctor evaſiſſet. Subibat ei in animum, dum Pariſiis verſaretur, Religionis alicujus ardtioris ingrediendæ cupido, & Euangelicæ perfectionis doctrina in pectore ejus jugi meditatione inſederat, ut ſublimium magiſtratuum & honorum, quos ſibi in patria proventuros haud dubitabat, calcatis ſtimulis, & omnibus terrenis relictis, nudum Redemptorem nudus redemptus ſequeretur. Sed hunc ipſius conceptum, ne ab eo perficeretur, majori illum certamini, quam quod in cœnobio ſolitum eſt, Dominus reſervans, avertit. E *Doctoris titulo ornari recuſans,* *de ſtatu monaſtico deliberat,*

21 Septennio in Pariſienſibus ſcholis Staniſlaus in ſumma diſcendi ſolicitudine exacto, haud indignam ſecum bibliothecam referens, in Poloniam rediit; & amborum parentum morte in hereditate locupleti ſe videns relictum, omnem ſubſtantiam in pauperes Chriſti & turbas inopum (fovens pauperes ultra ſui menſuram) pia & liberali erogatione diſtribuit; expeditius abſque ſarcinis terrenis Domino ſerviturus. Nondum ſiquidem omne propoſitum aſſumendæ Religionis à ſe relegaverat, & quemnam modum ad melius vivendum aſſumeret, aſſidua perplexitate diſtinebatur: cum interdum illi privata & cœnobitica vita appareret ſecurior, interdum vero occulere acceptum talentum, & ſibi tantummodo, aliis neglectis, profectum conferre, non ſatis ſalutiferum neque ampli meriti videbatur opus. *Reverſus in patriam parentibus mortuis bona in pauperes diſtribuit:* F

ſeptennium Iuris Canonici & Theologiæ ſtudet,

C a

22 Præſidebat eo tempore Cracovienſi Cathedræ Lampertus, qui & Lula (qui *b* Aaroni Archiepiſcopo Cracovienſi ſuccedens, petereque inſignia Archiepiſcopalia negligens, Sedem Cracovienſem ex Archiepiſcopali in Epiſcopalem detraxit) ſpectatæ virtutis Pontifex, & raræ in Deum vir religionis, comis atque frugi: cujus tunc ſpectata & celebris in omni Polonica Eccleſia habebatur opinio, fidei altitudine, & pietatis faſtigio. Hic Staniſlaum, diſtentum ambigua colluctatione de ineundo vitæ genere, & mutantia trahentem deſideria, ad ſe accerſiit (plurimum enim vitæ & doctrinæ illi didicerat ineſſe; b *à Lamperto Epiſcopo Cracoviēſi creatur Canonicus.*

AUCT. IO. LONGINO

ineſſe fulgorem, & ad expellendas quaſlibet neceſſitates & cauſas ſolertem, & pinguis Minervæ, purique ac deterſi animi jam tunc vernantem virtute) quem ad aſſumendum Eccleſiaſtici Status ordinem pellicit, & in Eccleſia Cracovienſi creat & conſtituit Canonicum *c*, magni illum, ut erat, pretii virum, in præſens & futurum, inſtinctu divino agnoſcens.

c

& Sacerdos ordinatus, conciones utiles habet:

23 Cumque ab eodem Epiſcopo monente & exhortante Sacerdotalibus initiatus eſſet ſacris, ita in ordine militans, quemadmodum & religio noſtra & ſuſceptum præſcribebat munus, omnes Sacerdotes ſua manſuetudine vincebat. Prædicandi deinde curam diœceſi & Eccleſiæ Cracovienſi ſuſcepit; ubi ſuavitate eloquii graviſſima plurimos mortalium in amorem Dei accendit; cum doctrinam ſuam, vitæ nitore & mundioris converſationis exemplo ornatam, univerſis proponeret imitandam. Spectabatur ſiquidem in eo mitis & humilis animus, modeſtus, quietus atque purus, ad domanda ſola vitia erectus; quem nec arrogantia unquam extulit, neque indignatio præcipitavit. Magni amoris in Deum & proximum ſpecimen, & perfectæ virtutis & miſericordiæ in pauperes indicium præſetulit. Cupiditatibus [intendens] reprimendis, & ſapientiæ profectui capeſſendo; nocte & die abſtinentiæ ſe loris conſtringens, & indeſinenter divinorum librorum lectioni inhærens, corpus jejunio & jugi meditatione, vigilia & exercitio torquebat, gloriofiſque pro Chriſto ſudoribus ſeſe exercere jugiter ſatagebat. Qui cum talis eſſet, ſtudebat tamen magis ignorari quam dignoſci.

B

in omni virtute excellit:

optatur à Lamberto ſucceſſor,

24 Et quoniam Lampertus Epiſcopus, fracta jam & feſſa ætate, & corpore invalidum ſe noverat; Staniſlaum ſibi ſuccedere deligebat, ut ſenectutis & debilitatis otio frueretur: Sed Staniſlaus ad conſentiendum nullo pacto poterat induci. Capiebat Zula Cracovienſis Antiſtes ex Staniſlai vita & doctrina & merito voluptatem maximam, & exultatione adeo ingenti afficiebatur ut nemo magis; videns electionis ſuæ jndicio ſpem uberrimam reſpondiſſe, & Staniſlai nomen & famam per præclaras artes & ſtudia propenſum fieri. Fiebat ad illum ex univerſo Poloniæ regno frequens tam Eccleſiaſticorum quam ſecularium concurſus, vel erudiri in caſibus ambiguis expetentium, vel ſuis conſcientiis conſuli depoſcentium: quos ille ut erat à natura facilis & lenis, benigne exceptos ſua inſtitutione & doctrina reficiebat, inſitam à natura prudentiam cum doctrina habens concretam, & glorioſum habens à Deo præſtitum ſpiritum & excellum, & benignum ingenium atque clemens. Fide & ſpe plenus animus, bonis operibus aſſidue paſcebatur omnem ſimulationem diſſimulationemque peroſus, ſimplex fuit & pectoris aperti, ſolam veritatem habens in æſtimatione & in cultu. Aſſiduæ lectioni aut prædicationi verbi Dei, aut cauſarum expeditioni, quæ apud illum confluentiam quamdam fecerat, intentus, tempus per ſocordiam diffluere non ſinebat. Videns denique Zula, qui & Lampertus, Cracovienſis Epiſcopus, ſe grandiori ævo onuſtum eſſe, curam omnem regendæ diœceſis in eum convertit, illamque ſibi committit, in qua ita verſatus eſt, ut quæcumque negotia per ſe provida deliberatione diſcuteret, & mirandum ſe cunctis non ex factis tantum ſed ex verbis præberet, conſiliis erudiens atque curans audientes.

C

ac pro eo diœceſim adminiſtrat.

ANNOTATA.

a *MS. & impreſſum* nequidquam, *contra quam ſenſus manifeſtus exigat.*

b Aaron *ex Abbate Tinecenſi creatus Archiepiſcopus anno* 1046, *mortuus eſt anno* 1059 *die* 15 *Maji: dein ſub finem anni* 1060 (*ut vult Longinus*) *aut initio ſequentis* 1061, *Lambertus ordinatur.* D

c *Prius* Sacerdotem *factum*, *deinde* Canonicum *ſupra in Synopſi legimus.*

CAPUT III.

Epiſcopatus Cracovienſis aſſumptus, & in eo virtutes eximiæ.

25 LAmperto tandem Cracovienſi Epiſcopo, pro conditione mortali, vigeſima quinta die menſis Novembris, anno Domini milleſimo *a* ſeptuageſimo primo, morte abſumpto, & apud Cracovienſem Eccleſiam tumulato, de ſufficiendo novo Pontifice comitiorum dies ſecunda Februarii dicta eſt. Ad quam cum Prælatorum Canonicorumque Cracovienſium frequentior ordo confluxiſſet, in omniumque pectoribus eadem inſpirationis voluntas verſaretur idemque ſenſus, neminem Staniſlao Sczepanowski Pontificio digniorem; obibat ipſe ſingulorum domos & januas, & ſe illo culmine longa perſuaſione oſtendebat indignum. Sed mirum in modum incredibilis multitudo, non ſolum ex Cracovienſi urbe, ſed inſuper ex vicinis oppidis & vicis plebanorum, militarium, civium, & agreſtium, quaſi ex compoſito & ſigno dato acceptoque, ad ſuffragia ferenda convenit. Una enim voluntas, idem votum, compar & conformis vociferatio & acclamatio, Staniſlaum Cracovienſi digniſſimum Epiſcopatu, felicem fore eccleſiam, felicem civitatem, felicem populum, tam inclito Paſtore, & celebrem tam inſigni & glorioſo Sacerdote. Incredibili deinde cupidine omnium ſuffragiis Staniſlaus Sczepanowski, vir virtutis atque doctrinæ exploratæ, verus Iſraelita in quo dolus non fuit, ſecundum cor Domini electus, & vas electionis admirabile, eloquio & ſapientia pollens, nec non peritus lege divina & humana eruditus, opibus celebris & rerum magnarum aſſidua praxi atque uſu expolitus, Epiſcopus declaratur: qui honos ante eum habitus eſt nemini.

a *Lamberto Epiſcopo mortuo,*

E

concordibus votis eligitur Staniſlaus

26 Verum ille, ut erat vir miram redolens manſuetudinem & humilitatem, prece & aſſidua inſtantia rogatus, pluribus diebus de conſentiendo reluctabat, aſſerens ſe tanto honore & onere indignum, nec imbecillitati ſuæ falces Pontificalis dignitatis convenire: alium vegetioribus lacertis vegetioriſque ingenii virum quærerent, cui Magiſtratum tam ſublimem & tam difficili tempore mandarent: ſe illorum poſtulationi & ſummo Sacerdotio videri ſibi immeritum, nec conceptis ſpebus reſponſurum. Multa vi precum obſecrationumque, multis ſupplicationum fletibus, magno cum labore à viris inſignibus & ornatiſſimis, pertinaciter contendentibus tandem expugnatus, pavens ac tremens, vi quidem caritatis impulſus, officium Pontificale ſuſcepit (licet magno deſiderio deliteſcere in quiete flagravit) & electioni ſuæ profundo ſatis & verecundo pudore, vix tandem præbuit aſſenſum; ne ordinationi divinæ videretur refragari, quæ per tot ora & ſuffragia humana ſibi innoteſcebat.

dia ſe indignum profeſſus,

tandē præbet aſſenſum.

F

27 Summoque Pontifice Alexandro Papa *b* ſecundo (cui conditio Staniſlai non litteris tantum Boleſlai *c* Polonorum Regis, Cleri & populi, ſed relatione multorum fuerat patefacta) confirmatus, & ejus juſſione in Epiſcopum conſecratus; principatum Cracovienſis Eccleſiæ & jugum Domini, ſuperbis quidem grave, humilibus vero collis leve, in dilectione Dei paſturus ſibi creditum gregem, ſuſcepit. Annum vitæ agens *d* ſextum & triceſimum ſola probitate

b

c

ab Alexandro II confirmatus, cōſecratur:

d

probitate & virtute, ſolo vitæ merito, ſola vocatione divina & humana, clariſſimam inter Poloniæ Eccleſiæ Cathedras Sedem, in urbe urbium Polonicarum Cracovia, eſt Pontificatum ſortitus; tunc quidem Cleri, populi & omni vulgari voce, Apoſtolico inſuper decreto, deſtinatus Pontifex; ſed morum, ſed virtutum, ſed jurium & omnium ceremoniarum Pontificalium à juventute peritiſſimus obſervator; tunc quidem Pontificum unctione viſibili conſecratus, ſed dudum Spiritus ſancti chariſmate inviſibili uberrime perfuſus; tunc in ſummum Sacerdotium ab hominibus evectus, ſed dudum ex utero matris ſuæ à Chriſto Domino, qui illum ſibi vas electionis præviderat futurum, Polonico gregi Paſtor prædeſtinatus. Obtulit tunc ad altare panem & vinum, Melchiſedec Sacerdotis morem æmulatus; haud multo poſt tempore ſui corporis vivam hoſtiam, pro Poloni populi ſalute & libertate, in odorem ſuaviſſimum oblaturus. Humanam autem electionem tunc de Staniſlao factam oſtendit Deus, ut procedente ſermone narrabimus, ſuæ congruam voluntati, mirabilem illum, fortem, & egregium declarans Paſtorem. Ea autem tunc Staniſlai ad Pontificale culmen evectio, & tam tranſacta quam ſubſequens vitæ
B converſatio, quantum à modernæ ætatis pleriſque Epiſcopis differat, nemo eſt qui non ſciat, quorum ſi vitam, ſi conditiones, ſi mores, ſi denique eorum ambitioſos & pravos ingreſſus rimatus fueris: reperies profecto non zelo Dei aut lucri animarum, non propriæ non proximi ſalutis profectu in officium Pontificale adduci, ſed locupletatione ampliori & ſubſtantia, velut ad negotium, provocari.

ante à Deo electus.

28 Pontificalem ordinem & ſarcinam Staniſlaus Cracovienſis Epiſcopus adeptus, veræ humilitatis virtutem eo aſcenſu non depoſuit, ſed vitam omnem ſuam omneſque mores atque actiones acriori cuſtodia & caſtigatione, arctioribus quoque continentiæ vinculis conſtrinxit, & in religioſorum formam redegit. In virum quoque ſubito mutatus divinum, ad amorem cæleſtium, calcatis terrenis, aſſidue dirigens affectum, vera & perfecta cæleſtium cupidine tenebatur; ſciens & ſibi & cuilibet alteri, Præſularem eminentiam gerenti, neceſſitatem impoſitam, Apoſtolicam vitam æmulandi, & ſupra omnes monachorum ſortem profeſſos excellendi: ridiculoſum imo periculoſum ratus, non ſequi eos converſatione & merito, quos ſequebatur
C ordine & dignitate; & Pontificali culmini non adjicere vitæ ſublimioris perfectionem. Ex nova inſuper dignitatis acceſſione ardentior quoque, mens ad rectam atque exquiſitam vivendi normam accedebat. Spiritui itaque carnem ſubjecturus, cilicina toga illam veſtit, qua in die mortis amiciebatur. Carnem [itaque] ſuam cum vitiis & concupiſcentiis crucifigebat, ſciens non aliter à ſe poſſe carnis incentiva & fallacias dæmonis ſuperatum iri, niſi prius domita carne ſeipſum erudiret; ut carne attenuata parſimoniis, & ſpiritus efficeretur robuſtior, & grex ſibi commendatus magis inſtitueretur exemplo quam voce. Nihil ſibi præſtantius, nihil officioſius ducens, quam ſequi, per omnes conatus & ſtudia perque omnem vitam, Salvatoris veneranda veſtigia.

ad ſummâ perfectio nem tendit:

cilicio veſtitur, & carnem ſpiritui ſubjicit:

29 Nihil inſuper habebat vel magis proprium vel magis uſitatum, quam viros bonos conſilio juvare vel auxilio; cor ſuum & mentem ab affectibus relegans terrenis, & ſupernis illud omni niſu & conatu coaptans. In eleëmoſynarum lar-

largus in eleemoſynis dandis:

gitione adeo fervidus, adeo profuſus, ut ædes illius egenorum & languidorum forent multitudine refertæ: mater [enim] boni operis miſeratio & pietas etiam à puero cum illo manſit. Super omnes quoque egenos & pupillos, viduas & miſeros, miſericordiæ illius opera fundebantur. Cæcorum erat baculus, indigentium refectio, oppreſſorum refugium, lugentium ſolamen; omnemque ſubſtantiam aut indigentibus & eccleſiarum fabricis diſtribuens, aut in eſurientium viſceribus recondens, pecuniam Domini ſui fideli diſpenſatione fœneratus, cæleſtium divitiarum ſanctam conquirebat uſuram. In omni virtutum genere perfectionem adeptus, ſpe magnus, fide firmus, humilitate inſignis, caſtitate celebris, abſtinentia admirabilis effulſit; in quo lucebat humilitas ultima, manſuetudo ineffabilis, miſeratio immenſa, converſatione diſcreta juſtoque libramine divitum juxta ac pauperum tractans cauſas atque judicia: ad quorum ſinceriorem deciſionem, ſi quid difficilius judicandum occurriſſet, Prælatos & Canonicos Eccleſiæ ſuæ, doctrina & uſu peritiores, adhibebat; ſemper ſe exhibens humilem, ſemper benignum, ſemper mitem, ſemper modeſtum, ſemper dulcem, ſemper amabilem, & ab
E omni parte uno & eodem tenore ſuaviter ſpirantem.

AUCT. IO. LONGIN.

& in omni genere virtutis eximius,

30 Singularum Eccleſiarum, ſibi & ſuæ diœceſi ſubjectarum, parochias, non per Archidiaconos & ſubſtitutas perſonas, ſed perſonaliter quotannis obibat; ſcrupuloſa indagine ſingula & in miniſtris Sacerdotibuſque, & in plebibus perluſtrans; & ſingulos exceſſus, deformitates & vitia, benigna ſedulitate corrigens, extirpans & ad recta transformans; & id quam maxime providens atque præcavens, ne Sacerdotio & cura animarum fungentes, feminarum amplexibus & conturbeniis fœdarentur; ſed pudicam & religioſam agerent vitam, apud oculos Divinæ Majeſtatis nitidam, & in conſpectu hominum exemplarem; ſciens *caſtitatem Sacerdotum curat:* facile Deum tranſgreſſionibus populi ignoſciturum, & indignationem ſuam averſurum, ſi ſacrificium illi & pro peccatis populi hoſtias offerentium grati forent vultus. Vulgares vero popularesque aſſidua doctrina, exhortatione & exemplo ad fidei firmitatem, ad religionis & caritatis augmentum, ad virtutes bonoſque mores ſectandos, ad animi cultum jugiter retinendum concitabat.

parochias per ſe viſitat:

F

31 Summa illi integritas, ſumma gravitas, ſumma vitæ moderatio, ſingularis quoque & cautelosa ad omnem ſermonem accommodata ratio, ut nihil umquam proferret vel leve, vel non plenum, vel non dignum ſummæ honeſtatis viro: humanitatem tam civilem, tam benignam in ſingulos effundens, ut omnium videretur communis parens; ad hoc unum incumbens, ad hoc lucubrans, ut prodeſſet quam plurimis. Quidquid otii à publicis privatiſque negotiis ſupereſſet, id totum aut obſecrationibus, aut Sacrarum litterarum conferebat lectioni. Die noctuque in orationibus vacans, magnam de ſe caſtis mentibus dabat ædificationem. Animus illi in conſulendo, in judicando, in decernendo liber ab omni ambitione, [ab omni] cupiditate vel livore vacuus & purus: omnium enim mortalium cupidinem de ſede ſui pectoris eliminaverat. Cura illi præcipua ac familiaris fuit oppreſſorum cauſas ſuſcipere ac tueri; ſolitus ferre oppreſſo refugium, defenſionem infirmo, præſidium quantalibet calamitate concluſo.

benignus in ſingulos,

AUCT. IO. LONGINO *veſtitu ſimplici uſus*

32 Veſtis illius ſimplex atque neglecta, omnem excludens faſtum atque nitorem, ad modeſtiæ compoſita cultum, & quæ contemptibilitatem apud rudes & ignaros tantummodo excluderet modeſtiam ſervans in vultu, & in inceſſu caritatem, & gravitatem in ſermone, & tenuitatem ſimplicitatemque in veſtibus, quarum luxu atque ſplendore noſtræ ætatis Pontifices, atque eorum exemplo inferioris ordinis Sacerdotes, adeo præſumptuoſe uti video, ut quodlibet purpuræ, pellium, & indumentorum genus, quod vix in laicis tolerabile foret, non faſtidiant. Veſtitum enim quæ- *non ut alii & Sacerdotes, faſtuoſo & vario,*
runt & deferunt, qui extollat magis quam contegat; non qui frigus à corpore arceat, ſed qui per mollitiem & calorem luxuriet. Quibus veſtibus Levitarum genus & Pontificale amiciri, & contumeliam ſapit in Deum, & impietatem in animam, obliti, ut reor, ultionis Divinæ, de Tullo Hoſtilio ſumptæ: qui licet & Rex & Gentilis, omnis quoque noſtræ Chriſtianæ religionis expers, cultibuſque idolorum deditus, quoniam primus purpuram inter mortales induerat, *e* fulmine ictus cum omni domo flagratus interiit; tam horrendo deletus fulmine, ut nec ſupremus honos ei à Romanis perſolvi poſſet, cæleſti flamma in eam conditionem redactus, ut eoſdem penates & regiam & ſepulcrum haberet: obliti & divitis epulonis, quem veritas Euangelica, quoniam byſſo & purpura indutus epulabatur ſplendide, perpetuis cruciatibus apud inferos deputatum commemorat: obliti & Apoſtolorum, in quorum ſucceſſerunt locum, apud quos & in veſtitu & in habitu nihil poterat notari nitidum, nihil molle, nihil nobile, nihil accuratum. Itaque ma- *præter exemplum Apoſtolorum:*
gis conveniret ut viri Eccleſiaſtici ad cultum animæ quam corporis intenderent, & conarentur illam aſſidue facere pulchriorem: cum & in veteri lege, quamvis craſſius & carnalius tunc quodam modo humanum erudiretur genus, veſtium ornatus etiam ſecularibus fuerit interdictus.

moribus optimis ornatus

33 Sed à narrationis digreſſus ſemita meipſum revocabo, & ad Staniſlaum noſtrum, de quo mihi præſens ſtylus ſuſceptus eſt, redeo. Mores ſuæ virtutis pleni, mira humilitate, manſuetudine, pietate, benignitate, ad omnem normam Evangelicæ perfectionis & doctrinæ compoſiti, quibus facile in ſui corporis templo Spiritui ſancto diverſorium jucundum effecerat. Spectabaturque in eo grata benignitas, accepta humilitas, converſatio manſueta, vita nitida, & tam in verbis quam factis gravitas, mirificâ condita comitate. Morem inſuper Beati Silveſtri Romani Pontificis imitatus, omnium viduarum ſuæ diœceſis habebat nomina conſcripta, quibus & aliis quos egeſtate noverat premi, liberaliter & pro modo facultatum ſubveniebat; erga inopum & egenorum proviſionem non ſolum mentis pietate, ſed etiam corporis labore ſolicitus: in quorum refectione *pauperes juvat:*
frequentius illum conſtabat, excluſis ſervitorum officiis, propriis manibus ſingula cibi & potus neceſſaria illis adminiſtraſſe, nuditates quoque eorum novo amictu texiſſe, panem egenis propriis articulis fregiſſe, ollas eorum & calices diluiſſe, in lavando pedum officio ſæpe numero adminiſtraſſe. Vulgarem Pontificum Poloniæ, ædificantium Sion in ſanguinibus, & in cognatos, fratres, conſanguineos ac nepotes ditandos patrimonium profundentium Jeſu Chriſti, deteſtatus, viam exquiſitiorem & perfectiorem deligebat, & Pontificales patroitus in egenorum & viduarum ſumptus expendebat, paupertatique illorum conſulebat & pudori: pleræque enim ex illis clandeſtina egeſtate eligebant affligi, quam publice ſtipem emendicando confundi.

34 Ad omnium denique hominum, in ſua diœ- *advigilat toti diœceſi:*
ceſi conſiſtentium, curam, ſalutem, & cuſtodiam vigilanter ſe ac paſtoraliter exercebat: & circa gregis ſibi commiſſi cuſtodiam ſolicitis excubiis ſuperintendens, id agebat, id providebat, id ſummopere curabat, id operoſis exequebatur conatibus, ut pius quiſque & religioſus ad ampliorem virtutis creſceret ſegetem, & lapſus aut obſtinatus ad regiam revocaretur *f* aulam; diſpenſationem ampliſſimæ dignitatis, & longe lateque patentis diœceſis rationem, non tantum pro rebus actis, ſed etiam pro neglectis & omiſſis, à juſtiſſimo Judice, qui nequit falli, aſſidue commemorans ſibi imminere. Geminarum alarum volatum tenens, & puritate mentis ferebatur per contemplationem in Deum, & onere non deprimebatur ſecularium curarum, à cunctis terrenis animo intimo ſuſpenſus contagiis. In executione autem Pontificalis officii ſic virtus divina illi viſa eſt aſtitiſſe, ut non *virtutum fama celebris.*
in provincia ſolum Polonica, ſed in circumvicinis regionibus clarus & celebris haberetur; virtutum ſuarum aromata odore gratiſſimo per loca quam plurima diffundens, & tamquam cedrus Libani in Eccleſiæ paradiſo plantatus, altitudine contemplationis erectus, virtutum odore ſuavis, famæ ſinceritate penitus imputribilis: ob quæ officia ſingularis illi à popularibus juxta ac Proceribus exhibebatur honos, qualem ante eum aſſecutus eſt nemo.

ANNOTATA.

a *In ſententia Cromeri eſſet legendus annus* 1075, *poſitus autem crederetur hoc loco annus* 1071, *quia tunc Lambertus in Staniſlaum rejecerit onus Epiſcopalis adminiſtrationis.*

b *Sedit* Alexander II *ab anno* 1061 *ad* 1073: *quare ſi triennio dumtaxat Epiſcopus fuit Staniſlaus, dici deberet perperam hic aſſumptum ejus nomen, pro nomine ſucceſſoris* Greorgii VII, *qui uſque ad* 86 *ſeculi iſtius annum ſedit.*

c *Obierat anno* 1058, 28 *Novembris Rex* Caſimirus *Miecziſlai filius, eique filius ſuus hic* Boleſlaus II *ſucceſſerat ſtatim à morte Patris, vivente adhuc* Aarone *Archiepiſcopo Cracovienſi, poſt cujus mortem Sedes vacavit biennio, propter diſſidia factionum, teſte Crommero.*

d *Annus hic vitæ* 36 *nequaquam convenit cum anno ætatis circiter* 50 *quo paſſus eſt, multo minus cum triennio ſolum geſti, aut octennio adminiſtrati Epiſcopatus. Exiſtimo ætatem, qua ſuſceptum Sacerdotium, applicatam ei, qua ordinatus fuit Epiſcopus.*

e *Aliam hujus necis cauſam adfert Livius, quod Numam imitari volens & ſacra quædam occulta Iovi Elicio conatus facere, id non omnino rite egerit, eoque Iovem irritarit: qui ſcilicet magicorum conatuum, ſi quid exerres, fructus eſt.*

f *Ambiguum erat, in MS. æque ac in impreſſo, an* caulam, *prima littera ſemieraſa.*

CA-

A

CAPUT IV.

Fortitudo in adversis ferendis & admonendo Rege de effrænata ejus libidine.

35 AD ignoscendum injurias, & ad tolerandum [erat] facillimus. Nam cum quodam tempore ab uno suæ diœcesis militum Joanne de Brzesznicza, ad benedictionis munus Ecclesiæ suæ in *a* Brzesznicza impendendum, in præfatum villarium sacrationis opus expleturus advenisset; ab eodem milite, jus hospitii violante, per injuriam inde pulsus & ejectus est, nonnullis familiaribus & servitoribus suis tyrannice verberatis & cæsis: & quasi nihil injuriæ perpessus, tota alacritate in vicum, qui hactenus Pustynia dicitur, contendit; & noctis primas tenebras in fame, secundas vero in oratione, cum Sacerdotibus & familiaribus suis in prato villæ vicinæ exegit, hac tantum modo voce pro ignominiosa sua exclusione & improperiis convitiisque quibus illum Joannes miles affecerat (imponendo illi quod ex patre sortis tenuis, & picem braxare & tractare soliti ortus foret) contentus; Quando, inquit, Domine, destinato loco impendere benedictionem non sum admissus, tu huic in quo consisto benedictionem largiaris. Abinde loco nomen datum, appellationem Sancti-prati in hunc usque diem sortito. Altero quoque die Joanne milite illuc adveniente, & reatum suum profundo profitente pudore; clementer & facile, pacifici pectoris levitate, violationis suæ & suorum dedecus, singulasque injurias ignovit: & cum satis superque foret injuriam remittere, adjecit etiam caritatem, aiens se contumeliis & improperiis non moveri ad injuriam, sed magis firmari ad caritatem. Villagium enim Brzesznicza, à quo postridie contumeliose exclusus fuerat, repetens; & clementiæ potius, quam alicujus læsionis signa monstrans; opus dedicationis explevit, ac injuriam beneficio rependit; sciens sibi à conditione & sanctitate Pontificalis ordinis gloriam impositam esse ignoscendi.

a *Ad dedicationem Ecclesiæ invitatus*

& contumelioſe ejectus.

B

eodem redit immemor injuriæ,

36 Sed nec tam clari facinoris, quod & miles in Pontificem, & Pontifex in militem egit, oblitterari potuit conditio: locus enim, in quem se Sanctus, postea quam ex Brzesnicza ejectus fuerat, cum suis recepcrat, gratia divina non caruit, sed pluribus prodigiis ad invocationem nominis viri Sancti effulsit. In diebus quoque nostris majori veneratione frequentari cœptus est; dum illum fidelium devotio, *b* Zbignei Cardinalis & Episcopi Cracovienſis permissu, superædificata in honorem & titulum Martyris ecclesia contexit, ad quam Christi fidelium multitudo in utroque Pontificis festo concurrere solet, varia Martyris experta beneficia. Siquis autem Stanislai clementiam & facilitatem, & in prædicto opere & in plurimis aliis, quotiens vel injuriabatur vel violabatur, cum moderni temporis moribus velit conferre; altum profecto sequestrum inter utraque reperiet: in quo Pontifices, si quando vel levi colliduntur offensa, non se solum quod & ipsum quoque monstruosum est, præbent inexorabiles; sed omnium generum, contra eos qui deliquerant, ultores. Stanislai nostri decus amplissimum est, quod majora benignitatis & clementiæ, quam justitiæ & rigoris maluit monimenta reliquisse.

eoque meretur ut in loco receptionis conditæ eccleſia

C

b

miraculis coruſcaret.

37 Dum itaque Stanislaus Cracovienſis Episcopus, cælestem in terris exercens vitam, Pontifex, totus virgineus, & ab incentivæ carnis illecebris alienus, vigilanti & indefessa cura, supra gregis sibi commissi custodiam, & erga omnem Sacerdotii curam, diebus ac noctibus desudaret; & non in verbo tantum perfectæ doctrinæ, verum etiam in opere consummatæ disciplinæ virum se per omnia fide, scientia & virtutibus Apostolicum demonstrasset; tale habens verbum qualem & vitam, ita ut nec doctrina deesset actioni, nec actio doctrinæ; sed paribus passibus quæ doceret ageret, atque in caritate radicatus palmites sacræ doctrinæ longe lateque diffunderet; vita & facundia sua erudiens plurimos, & converti faciens ad Dominum transgressores; & cum multos doceret verbis, plures attamen formabat exemplis; nihil imperans aliis quod non prius ipse à se exegisset. Dum insuper introitus sui Episcopatus circumspectione provida ad ubertatem altiorem redegisset, veteribusque fundis novos per coëmptionem adjecisset, & in summa quiete onera sui Pontificatus administraret; non tulit humani generis hostis infestus, neque tranquillitatem Ecclesiasticam lætis crescere successibus, neque Stanislai Pontificis virtutes & studia absque livore versari: sed adversus illum persecutionem suscitavit, cruciatu ingenti decoctus, quod vir Dei Stanislaus vitam per omnia sectatus Apostolicam, multas & optimas in suorum subditorum pectoribus virtutes seruerat; in nonnullis vero deformitates vitiorum & mores depravatos coërcuerat; plures insuper ad religiose sancteque vivendum in statu utroque, Ecclesiastico videlicet & seculari, formaverat exemplis. De qua quidem adversitate agemus in sequentibus, postquam explicaverimus aliqua, sine quibus ordo narrandorum ad liquidum non posset dignosci.

AUCT. IO. LONGIN.

clarus virtute & doctrina, magnos fructus facit:

non abſque perſecutione.

E

38 Præerat ea tempestate apud Polonos rerum summæ (ut in superioribus abunde tetigimus) Boleslaus Polonorum Rex, paterna, avita & proavita successione lineali & directa regnum adeptus, hujus quidem nominis secundus, sed in ordine, ex quo Polonorum res ad Regum jura beneficio Othonis Imperatoris tertii conversæ sunt, quartus Rex; vir dexteritate singularis & raræ, propagandæ patriæ & belli studiosus, rei quoque militaris, armorum & equitandi peritus: qui propitia usus fortuna, quæcumque incepta ejus mirifice secundante, clara & insignia facinora ediderat: qui *c* Pannoniorum Ruthenorumque populos, sibi & regno suo conterminos, aliquot præliis fuderat; castris quoque exuens, opima spolia aut in milites distribuerat, aut in patriam retulerat: qui Pannonicos *d* Duces Geysam, Vladislaum & Lampertum, propinqua sibi cognatione vinctos, & à Salomone Hunnorum Rege ob invidiam dominationis pulsos, benigna humanitate apud se in Polonia fotos, in sedes suas præsentia corporali & armata manu restituerat, & inter eos atque Salomonem Regē æquis conditionibus pacem dictaverat: qui monasterium in Mogilno diœcesis Gneznensis & de Ordine S. Benedicti, amplam dotem illi largiens, *e* fundaverat. Qui Zaslaum, Kijoviæ & Russiæ Ducem, à Wysoslao Polocensium Duce ex Kijovienſi sede deturbatum, traducto usque in Kijoviam Polonico exercitu, sedi suæ & fortunis omnibus reddiderat: in quo etsi lucebant virtutes, non vulgares sed Regiæ, ingens in primis, ut præscripsimus, liberalitas, qua adeo excelluit, ut in largitionis genere omnes ante se non tantum Reges, sed etiam Principes Polonorum facile evinceret; usu armorum strenuus, velox corpore & ingenio vafer, laboris ultra fidem patiens. Cibi & potus, naturalis & finitus illi modus: frigoris juxta atque inediæ patientia, etiam in quovis gregario milite admiranda: commiseratio & humanitas in advenas & calamitosos, gravitas insuper & magnanimitas perrara, quærentum & adeuntium se facilitas.

Boleſlaus 2 Rex ſtrenuus in bello

c

d

F

e

& liberalis,

& humanus

AUCT. IO. LONGINO *de crudelis, lascivus, & aliis vitiis irretitus:*

39 Has tamen virtutes vitiis obscurabat, crudelitate videlicet & tyrannide, innocentum expilatione, fastu & superbia, lascivia atque lubricitate, supra ceteros siquidem homines in venerem sumptuosus & effusus, in virgines continentes & matronas male temperatus, delictorum acerrimus punitor. Carnis illum ac libidinis constabat esse sectatorem: præbebat & assentatoribus credulas aures, & præcipitem se interdum in suppliciis præstandis agebat ad iracundiæ furores; virtutum & vitiorum permixtionem faciens, donec virtutes in vitia deflecteret. Sed Regis, quo de nunc agimus, non est institutum singula in utramque partem exequi facinora, memorans ea alio in loco me largius *f* perscripsisse, præsertim cum ad alia assumpti operis exequenda liceat potius vacare negotia.

f

g *incitatur in S. Stanislaum:*

40 Annus jam sextus *g* in Pontificio Stanislai Cracovienſis tendebatur, dum Regnum Polonicum & in Religione Christiana floreret, & in sua republica amplitudinem diffunderet; [quando] invidia & ardor satanæ, prosperitatis ejus cursum præcipitaturus, illud suis flexuosis callidisque ingeniis impetere turbareque aggressus est: & quo perniciosius ruinam illi texeret nocendi artifex & subdolus hostis, à vertice orsus, facilius inferiora quassaturus, Regem Boleslaum in Cracovienſem Episcopum Stanislaum varios per mæandros concitavit. Præfatus siquidem Boleslaus Polonorum Rex, in rerum omnium abundantia indulgentius Regia educatus in aula, & succesſuum felicitate elatus, lætisque ad voluntatem suam fluentibus rebus modum non imponens, ad explendas suas libidines proclivior & intemperantior ferebatur. Uxore siquidem parum contentus legitima, ad virgines & matronas ingenuas, & quarum illum speciositas capiebat & forma, animum injecit: frequentiusque turpi earum & olido usus contubernio, prostitutas & inceſtatas reliquit. Et primum quidem hæc clam agens, occulere suæ lubricitatis facinora, atque celatum iri conabatur: nondum siquidem omnem pudorem à se visus erat relegasse. Deinde labe carnalitatis gravidatus & usu, nec uno genere libidinis contentus, assiduis gradibus ferebatur in præceps. Divinitate quoque neglecta, quæ illi famosas victorias contulerat, & humana reverentia repudiata, gressus suos per licentiæ campos divaricans, celebravit cum utraque sequestrum.

B

ruens in apertam libidinem,

41 Nutabant Poloni Pontifices, nutabant Regii Confessores, nutabant & amici & corporis Regii custodes: sed & ipse quoque Polonicæ Ecclesiæ vertex & Primas Gneznenſis *h* Metropolitanus iisdem nutibus, iisdem nodis tenebatur. Omnium quidem pervaserat pectora pavor, & pari atque uno de reprehendendo Rege distinebantur respectu: ne videlicet aut temporalitates amitterentur, aut tyrannicæ crudelitatis experirentur cruciatus. Quæ itaque singuli Pontifices, varia acti trepidatione vel causa, proloqui recusarent; solus Staniſlaus aperte in Regem, desidias molles & marcida luxus otia sectantem, & in reliquos suæ libidinis & factionum ministros, promovebat. Solus Staniſlaus Cracovienſis Episcopus, utriusque considerationis obice calcato, Euangelicum in Rege exequi, iræ intrepidus, pergit præceptum: & Rege in thalami secreto convento, omnibusque arbitris exclusis, in quam fœdum, in quam spurcidum vitium Rex prolapsus sit, quantæ & quales de illo per omnes omnium ordinum homines sugillationes serantur, quibus quoque Rex carpatur maledictis atque execrationibus, edicit: rogans & obtestans ut impetum effrænatæ libidinis coërceret, ut passiones comprimeret, & vase proprii matrimonii usus, ceterorum puritatem & nitorem non incrustaret: sin secus agere pergat, sciat se & Divinitati facturum contumeliam, hominibus quoque non ferendam injuriam, & tam se quam regnum suum transactaque trophæa dedecoraturum. Recordaretur beneficiorum Dei multiplicium, per quæ ab humili sorte ad præsentem gloriam atque substantiam proveniſlet, neque se Deo præstaret ingratum.

C

h *tacentibus aliis,*

ab illo admonetur

D

42 Quod si Divinis non moveretur, decus saltem regni illis contaminandum vitiis conspiceret, & cum summa sibi præstari vellet, convenire ut summa omnia ipse quoque de se præstet. Se & salute, & honore, & caritate Regis tractum, in admonendo eo, ceteris mussitantibus, priores partes assumpsisse, præter amorem ingenitum, etiam officii sui Pontificalis necessitudine constrictum. Proinde attenderet Rex, ad quam lubricum callem prolapsus sit; se ipsum ex illa depravatione revocet, & saluti utriusque hominis sui ipsemet consulat, priusquam Divina feriatur ultione. Solere scelus hoc animabus juxta atque corporibus perniciem inferre, neque illic desinere quo cœperit; sed multas comites & administras contrahere vitiositates, præcipitemque casum reperire: quæ omnia evidentibus veteris Testamenti, nonnullis quoque tempore Gratiæ confirmabat exemplis.

magna cum caritate:

E

43 Rex, etsi bilem haud exiguam mente hausisset, conditione tamen Pontificis, à quo admonebatur, revocata in memoriam, sciens Staniſlaum venerandis pollere actionibus, & sanctitatis & religionis fulgore insignem, & justitiæ præcipuum cultorem, nec suis terroribus cessurum; iram omnem compressit, & fucatis quibusdam excusationibus adductis, facinus suum adumbrare contendit: & Episcopo benigne pro tempore (quamvis constabat illum alia animo gessisse atque volvisse) respondit. Quibus iterum Episcopus replicaturus, quæcumque Rex in sui purgationem dixerat refellit, atque in manſuetudine spiritus verba facit, animam Regis, si illis acquiescendum duxisset, salvatura.

qui eidem dissimulate respondet.

44 Quamvis autem viro Dei Staniſlao Cracovienſi Episcopo, se benignitate paterna admonenti, servaverit Boleslaus Polonorum Rex reverentiam & honestatem, & nedum illum aliquo gravi violaverit verbo, sed nec inclementi quidem compellaverit, non tam Pontificalis in eo reveritus status dignitatem, quam religionis & vitæ præeminentiam (quam etiam constat sæpe feras & bestias, rationis cujuslibet expertes, nutu Dei admiratas & veneratas esse) omnis tamen illum saluberrimæ, posteaquam Staniſlaus ab eo discedebat, correctiones destituebant: sed & si quando ex reprehensione Pontificali aliqua contritionis in mente regia oriebatur seges, ea tamen citius delectatione carnali dissipabatur: subibatque nonnumquam animum, suapte superbum, gravis cholera & indignatio, quod tam denso & rigido fuerit obrutus pro sua æstimatione ab eo sermone, & præ ceteris omnibus silentibus Staniſlaus Episcopus admonitionis munus sibi vendicaverit, & parum maturam reprehensionem occupaverit; nec excellentiæ, nec potentiæ Regiæ rationem habuerit, propter quam sibi Rex multo graviora licitum iri credebat. His quoque querelis & hac indignatione neque tacitus quidem utebatur, sed amicorum quoque & custodum corporis aures illis fatigabat, solita vanitate purpuratis tumorem suum augentibus, & mulcentibus quam æquius extenuare debuerant indignationem. Ex quibus omnibus in Staniſlaum Episcopum, nubilo indignationis male exagitatus, recrudescebat animus Regius: in venerem quoque magis vetitam facibus libidinis urebatur, potiorem habens salute & honore

F

& postea magis illi indignatur,

libidine abreptus.

honore iram & ſuæ illecebram voluptatis: libidinis quippe factus ſervus, pietatem cuſtodire non potuit.

ANNOTATA.

a *In tabulis* Bretnicza, *ad Warthæ fluvii orientalem ripam leucis fere* 34 *Cracovia diſtans verſus Boream, unde trans eumdem fluvium Occidentem verſus abeſt* Buſenin, *quod hic forte* Puſtynia *dicitur.*

b Sbigneus Oleſnicius, *ordinatus Epiſcopus anno* 1423, Cardinalis titulo SS. Aquilæ & Priſcæ, *ab Eugenio* 4 *creatus anno* 1429; *mortuus anno* 1455. *Ducatum Severienſem pro Eccleſia Cracovienſi comparavit: unde & ipſe & ſucceſſores fuerunt Duces Severienſes.*

c *Hæc bella late deſcribuntur ab ipſo Longino, ad annum* 1072, *item à Cromero & aliis rerum Polonicarum ſcriptoribus.*

d *Fuerunt* Reges Hungariæ Andreas *ejuſque frater* Bela, *dein* Salomon *Andreæ filius, ac tum in Poloniam fugerunt tres Belæ filii,* Geyſla, *poſt Salomonem Rex Hungariæ, tum frater ejus ſucceſſor* S. Ladiſlaus, *Martyrologio Romano ad* 27 *Iunii adſcriptus, quando hæc erunt accuratius deducenda.*

e *Circa annum* 1079, *inquit citatus ſupra Damalevicius.*

f *Scilicet in Hiſtoria Polonica, de qua ſupra actum.*

g *Aut ſaltem in adminiſtratione Epiſcopali: ſi gradum ipſum, ut Crommerus ait, vix triennio tenuit.*

h *Infra nominandus* Petrus.

CAPUT V.

Ob conjugatam à Rege vi raptam, aliis Epiſcopis tacentibus, acris admonitio S. Staniſlai,

a 45 ERat ea tempeſtate militi Mſciſlawo de Bozemno, in ora partium terræ *a* Siradienſis, uxor, Chriſtina nomine, raram habens corporis formam, & quæ ceteras feminas facile decore anteiret. *Matronam conjugatam* Ad formæ vero efficaciam etiam mores blandi, facundia quoque gracilis acceſſerant, quibus plures mortales ſe aſpicientes & adeuntes, velut quodam hamo, arripiebat. Cum itaque ad notitiam quoque Boleſlai Poloniæ Regis, vulgata mulieris pulchritudo, plurimorum teſtimonio lenocinante, perlata foret; videndi illam, & quæ fama detulerat coram experiendi, Regi ſubrepſit minime ſobria cupido. Quæſita itaque cauſæ temporiſque opportunitate & reperta, mulierem adit: cujus illico pulchritudine & alloquii ſuavitate captus & venenatus eſt, mulieriſque victus miraculo; libidoque Regis, parum jam ſuas cupiditates frænantis, rurſum ſe erigens majoribus flammis æſtuabat. Expugnare quoque mulieris pudicitiam adortus, æſtimans illam ſuam formam & pulchritudinem, more ingenii muliebris, facile licitaturam, largitione illam primum auri gemmarumque & unionum, quibus flagrare muliebris conditionis ſolet ambitio, itemque promiſſis variis & terroribus, aliiſque ejuſce generis blandimentis, conatur perfringere: ſed ſingulis, quibus facinoris explendi gratia ſuperjaciebatur ſolicitudo & impenſa, recidentibus ad irritum. Miles ſiquidem Mſciſlaus, non ignarus exquiſitis donationibus & ingeniis uxoris Chriſtinæ pudicitiam proſtitutam quæri, ad cuſtodiam & conſervationem illius curam quoque omnem & ſolicitudinem, honeſtati ſuæ & conjugis liberorumque communium proſpecturus, intenderat.

C *fruſtra conatus pellicere ad ſcelus*

46 Verum cum Rex in dies majori pungeretur œculeo libidinis, amore defaneratus mulieris; & explere illum non niſi vi deſperaret; potentia pro jure uſus, mittit militum & clientum haud contemnendam catervam, qui ædem, in qua mulier domicilium habere conſueverat, irrumpentes, mulierem à legitimo viro, indignitatem & magnitudinem injuriæ nequidquam querenti & ejulanti, abſtrahunt, & in Regiam perducunt. Quam Rex, non ſecus quam libidinoſo & lubrico homini conveniens erat, avida voluptate excipiens, illam ex tunc & de cetero ſuis profanis amplexibus, & inceſtuoſa pactione conjunxit, & pro concubina ulus etiam prolem ex illla ſuſcepit. AUCT. IO. LONGIN. *vi militari raptam,* *pro concubina habet*

47 Flagitium autem & raptus & inceſtuoſi concubitus, quod Rex patraverat, ultionis Divinæ verbere ſolidiori mulctatum eſt, poſtquam humano nequivit feriri aut reſcindi. Omnem enim ſoboleſ, ex hujuſmodi adulterino connubio ſuſceptam, quam Rex agrorum & villarum poſſeſſionibus locupletatum iri moliebatur, tremor primum membrorum in virili ætate, torui quoque naſi deformitas, deinde alienatio ſenſus & dementia mentis, dum ſenior obveniſſet ætas, occupabat: eratque hic morbus per juſtitiam Dei inflictus, non iis tantum qui tunc per inceſtuoſam commixtionem geniti ſunt, ſed & univerſis qui ſtirpem hujuſmodi parte ex aliqua contigiſſet, hereditarius per omnes ſucceſſiones, poſteaquam Rex ſcelere ſe hujuſmodi inquinaverat, uſque ad noſtra tempora derivatus: ut ſatis ſtupenda & pertimeſcenda ſit Divinæ juſtitiæ animadverſio, quam non per generationes tantum, ſed ætates, in deteſtationem Regii criminis videmus produci & continuari. Sed & non parum incommodi atque infelicitatis Boleſlaus Rex, quod non repente iniquitas ſua punita fuerit, videtur conſecutus: cum ex protelatione vindictæ majorem ſibi ſtatuebat perficiendæ locum tranſgreſſionis & in Deum audaciæ; adulteria impudentius exercens, & [immemor] conſequendæ ultionis Divinæ, quam nemo mortalium ſcitus eſt contumacia & improbo auſu, ſed humiliatione & pœnitudine, evaſiſſe. *cæleſti vindicta in prolem adulterinam tranſfuſa.*

48 Movit ſingulos Polonorum Proceres facinoris, in rapta & inceſtata militis Mſciſlai conſorte Chriſtina, per Regem admiſſi indignitas: clandeſtiniſque querelarum ingeminationibus, cum nec muſſitare quidem tyrannide Regis conſtricti auderent, magnitudinem injuriæ depromebant; veriti immanitatem execrandæ regalis libidinis ad ſe ſuaſque natas, conjuges & affines, niſi reſtricta & inhibita aliquo antidoto fuerit, quandoque penetraturam, & ſimilia Regem in ſe auſurum. Fungebatur ea tempeſtate in Gneznenſi Eccleſia Metropolitani dignitate & Pontificali Sacerdotio *b* Petrus, qui Stephano, immediato ſuo prædeceſſore diem obeunte, ad regimen Eccleſiæ Gneznenſis fuerat ſurrogatus; vir in ſacris eruditus litteris, & tam religione quam vita & converſatione inſignis; ſub tranquillitatis quidem tempore, gubernandi peritus; ingruente vero tempeſtate, parum animi, parum reſiſtentiæ habiturus. Is etſi non à Proceribus ſolum, ſed à pleriſque Eccleſiaſticis & timoratis viris, quorum pectora zelus Dei tetigerat, frequenti monitione urgeretur, quoniam primam Sedem apud Polonicam Eccleſiam ſortitus foret, principalius quoque illum videatur depoſcere reprehenſio illa: propterea quod in diœceſi ſua crimen raptus commiſſum foret, primus quoque in aciem prodiret, & Boleſlai Regis facinori ſuam reprehenſionem reſiſtentiamque primus opponeret; jura quoque conjugalia profanatum iri non ſineret. Verum etſi Archiepiſcopus Petrus, monitoribus ſuis aſſenſus foret, cunctatorem tamen ſe magis, quam reprehenſorem, animum pavore obſidente, egit. *Eum monere recuſant Archiepiſcopus Gneſnenſis,*

AUCT. IO. LONGIN. c d e f g h i *& alii Epiſcopi,*

49 Præerat & tunc *c* Wratiſlavienſi plebi & urbi Epiſcopus Petrus, apud quem Boleſlaus Rex magis peculiarem ſibi, & aſſiduam manſionem & ſedem delegerat. Regebat Poſnanienſem *d* Thomas, *e* Wladiſlavienſem Honoldus, Plocenſem *f* Lupus, *g* Chelmenſem Martinus, *h* Lubucenſem Laurentius, *i* Camenecenſem Stephanus Eccleſias: qui & ipſi rogati, ut vices ſuas & operas ad corripiendum Regem navarent, publicoque facinori obviam irent; nihilo ſe plus animi ſuo Metropolitano in ſcelere reſcindendo habere demonſtrarunt, tyrannidis non ſe auſi exponere pelago, peticulorum veriti diſcrimina; in huncque agonem & in eam palæſtram ſolum Staniſlaum Cracovienſem Epiſcopum deſtinabant; in unoque illo omne correptionis robur locabant. Illum eſſe unum, quem Regem conſtabat revereri, & erga quem ſe Rex indulgentius gerere conſueviſſet: illi & fervoris, & religionis, & animi ad reprehenſionis munus in Rege implendum ſatis eſſe: in illum non auſurum Regem quidquam triſte committere; in ceteros, ſi reprehendere pergant, gravi tyrannide & ſævitia debacchaturum. Erat enim Staniſlaus Epiſcopus idoneus ad pudorem incutiendum & avertendum Regem à pravis actionibus, cum eſſet ſermonibus caſtis & conſiliis ſapientibus inſignis, operibus quoque glorioſis admirandus, & non ævo minus quam moribus ſenex, atque Sacerdotis officio. Non erat enim apud ſingulos incognitum, quam Staniſlaus Epiſcopus præclaro genere ortus fuerit, quam ſubtilis & vehemens inſtructor, quam providus conſiliarius, quam juſtus Judex, quam caſtus Presbyter, quam ſanctus & amabilis Epiſcopus, quam verax & incorruptus reprehenſor.

onus hoc in S. Staniſlaum rejiciunt,

ut maxime aptum.

B

50 Singulis Polonicæ Eccleſiæ Epiſcopis corripere Regem muſſitantibus, & ſuperimpoſita ori manu, & obturato linguæ fiſtulo, labiorum ſuorum januas taciturnitate & metu concludentibus, extrema denique ſibi imminere pro reprehenſione portendentibus, in Staniſlaum Cracovienſem Epiſcopum omnium omnis fiducia verſa eſt: qui caſtimonia ſui ac puritate vitæ, cæleſtiſque converſationis gloria, ſingularique doctrina, ſapientia & fide, operibuſque ſanctis, velut luminare magnum ſuo ſplendore univerſam Poloniam irradiabat. Nec ſuſtinuit Præſul ille celeberrimus plurimorum Eccleſiaſtici & ſecularis ordinis virorum, ob eam rem ſe adeuntium, ingeſtas frequenti numero preces: ſed univerſali flagitatione & conſenſu ſibi id muneris officium intelligens delegatum, licet infuſum in ſe odium Regis ſenſiſſet, ad explendum illud intrepidus ſe accinxit. Obſecrationibus tamen in Deum & ſacrificiorum holocauſtis primum utendum ratus, plures dies atque noctes in illis abſumpſit; in oratione meliora credens conſiſtere arma quam in virtute: deprecans & Regem adulterino inceſtu ſolvi, & ſibi ea reprehenſionis verba, quæ in ſalutem Regis & compunctionem verterentur, præſtari. Heliæ itaque Prophetæ & Joannis Baptiſtæ æmulatus tam conſtantiam quam virtutem; ſcienſque eâ ſe neceſſitate ex Officio Pontificali conſtrictum, ut non peccantes modo, ſed & peccare geſtientes debeat cohibere; virtutis Apoſtolicæ ſectatus menſuram, *k* Regem adit, & perſonis de ſtatu utroque in rem adhibitis, alieni cubilis in Rege inceſtum reprehendit, verbaque in hunc modum apud Regem facit.

C

poſt preces & ſacrificia

k Regem adit:

expavit ſceleris enormitatem,

51 Cum olim te Rex pleraſque tranſgreſſiones tuas & carnales illecebras, quibus Majeſtatis tuæ vehementer obſcurabatur culmen, deponere & thorum tuum foris conſtringere pudicitiæ exhortarer; maxima me ceperat fiducia ex tuæ modeſtæ reſponſionis reſpectu injecta, ſingula, pro quibus à me argutus es, prona emendaturum devotione, & in frugem vitæ nitidioris atque pudicæ evaſurum. Nunc, quod non ſine acerbitate ſpiritus commemoro, video te prioribus malis gravius adjeciſſe facinus; & impios concubitus, rapta militi Miſciſlao conſorte, Regali gravitate prorſus abjecta, miſcuiſſe; nefandæque ſolviſſe viſcus libidinis, quam te ego arbitrabar, ut tuo, & noſtro communi pudori conſultum foret, opportune oppreſſurum. Age, ſi tu, omnium noſtrum Rex & ſummi Regis in terris imago, in hæc tam obſcœna vitia provolueris; quem ſubditorum tuorum pigebit ea non ſectari? cum hæc ſit populorum omnium natura; ut quidquid à Præſidibus agi viderint, in id ſint & ipſi præcipites & proclivi. Iter cœnoſum, quo graderis, laqueis refertum eſt, tribuliſque conſertum; in exitiabile tibi diſcrimen, niſi te revocaveris, adjecturum.

D

ſcandalum ſubditorum

52 Ingemiſce itaque ô Rex, & facinus tuum aſſiduo comploratu dilue, & raptam viro ſuo redde, atque zona continentiæ lumbos conſtringe; ne divinam & humanam contra te provoces cenſuram; ne cum iis, qui in barathrum unde numquam exſcendent lapſi ſunt, æternum mereare conſortium. Talis profecto, rapiendo & inceſtando ſponſam alterius, turpitudo, apud te excellentiæ tantæ Regem, quemadmodum nec nominari debuit, multiplici tam re quam exemplo, pro inde ſecuta & ſecutura deformitate, penſata; ſic nec à me, quem ſpeculatorem, licet immeritum, tuæ domus tuæque perſonæ atque ſtatus Dominus conſtituit, poterit fileri: quoniam ſi denuntiatio mea, ut à via tua perverſa Deoque & hominibus odibili revertaris, quieverit: ſanguinem tuum ſcio, juxta Scripturæ teſtimonium, de meis manibus requirendum. Sed non ſolum Pontificalis officii debitum ad te admonendum me impulit, quinimo & caritatis ſinceritas, & tuæ ſalutis tuique honoris peculiaris ſolicitudo me contraxit, ne in eo peccandi genere, te irreprehenſum iri ſinerem, ex quo tam tibi quam Regno tuo ſingularem perniciem imminere proſpiciebam.

E

pernicies regni.

53 Nulla enim eſt de virtutibus tuis, ô Rex, propter quam ſis à Deo magnificandus, & in qua tu gloriari æque poſſis, quam continentia atque temperantia libidinum. Nullum ſcelus æque tibi, propter quod ſis deprimendus, fædius carnali luxu. Summo itaque opere cave, ne multa bona & pulcherrimam animæ tuæ ſpeciem uno vitio deformes, & actiones tuas meritorias una prævaricatione corrumpas, ſpecioſa regiminis tui exterminaturus principia. Nemo eſt, credo mihi, ex militibus & ſubditis tuis, qui tranquillus ſcelus tuum ferat, qui in te probra non ſpargat, qui per te jus conjugale, jus Catholicum, imo gentium jus violatum non queratur: unius militis injuriam ſuam omnes ducunt. Non eſt tuæ magnitudinis ſubditos opprimere, flagitiis diffluere venereis, inquinari ſordibus adulterinis. Linque, quæſo, hæc turpia & obſcœna, etiam in vili & barbaro homine deteſtanda, inſidioſam luxuriem, blandum malum. Cor tuum & corpus à tot illecebris caſtifica, dignaque pœnitudine iram Dei præveniens, ultioni quoque te ſubtrahe futuræ. Incremento proſperitatis continuæ regnum tuum & ſolium diffuſurus, virtutibus potius, quæ excellentiæ tuæ congruunt, incumbe: quæ poſſint te & ſtatum tuum in ſalutem & honeſtatem dirigere, & utriuſque hominis in profectum [tendere]. Quod ſi perſeverandum duxeris in ſcelere, ſcito me habiturum rationem & mei muneris & tui criminis, gladium quoque contra te coërcitionis Eccleſiaſticæ exerturum.

F

ipſiuſmet infamiam.

denique minatur cenſuram Eccleſiaſticâ.

54 His

A *Ad quæ commoto Regi & minanti,*

54 His & pluribus aliis dum à Præſule Staniſlao Rex Boleſlaus benigne & nobiliter commonitus fuiſſet, in præcipitem iram actus, nihil comiter, nihil modeſte reſpondit: ſed vehementiæ inflatus ſpiritu, ſpirans ferocia, & furenti perſimilis, ferocius quam Regem conveniebat in virum Dei reprehenſorem ſuum invectus eſt. Pluribus quoque improperiis uſus, ruſticano illum & humili ortum genere, & tam Sacerdotio quam Pontificio aſtruebat indignum, multiplicique & vana ſua temeritate meritum qui ex Præſulatu in beſtiarum & ſcrofarum detruderetur paſturam, percepturus illic eruditionem, quis metus, quæ reverentia, qui honos Regibus debeat impendi; ad terrendum quoque à ſimili temeritate ceteros documentum exiſteret. Hæc Regi tam voce quam vultu minaci depromenti, Staniſlaus, ab amore veræ caritatis recedere etiam læſus neſciens, in admonendo Rege, motu quolibet circumſcripto, conſtans perſtitit, & pectus patientiæ clypeo coarmans, tumida elatione inflato Regi loqui, nobili illa ſua qua pollebat facundia, adjecit. *leniter reſpondens*

55 Cavè, inquit, ô Rex, ne in pertinaciam & obſtinationem convellas reprehenſionem meam: ea quæ tuæ ſalutis & quæ mei juris ſunt, imo & quæ amoris, ingeſſi tibi, abunde, ut ſpero, circa te & ſalutis & honoris decus obſervans. Accuratiori erga te reprehēſione quam ceteros uſuſſum, & forſan rigidiori, quod ſalutem tuam juxta ac perniciem cum multorum tibi parentium video eſſe conjunctam. Etenim cum in ſingulis hominibus inſidioſa luxuries turpis ſit, in ſummi tamen imperii adminiſtratione, qua præſides, turpiſſima; de malo, non in te ſolum, ſed in plures graſſante, tecum loquor, remediaque ingero; gratulaturus ſaluti tuæ & publicæ, ſi acquieveris; ſi minus, meæ: itidem obſecrans, ut benignitatem Divinam non irrites, & depravata melioribus officiis ſuperes. Novi, fateor, tui culminis eminentiam; à ſingulis tuis ſubditis; à me quoque & colendam & honorandam eſſe. Novi plane, quid Tuæ & Regiæ debeatur venerationi, nec in iis exequendis aliquid à me reor vel diminutum tibi, vel præreptum. Verùm Apoſtolica, qua ego præditus ſum poteſtas, ſuperior multis gradibus Regia cenſenda, & à te procul dubio æſtimanda eſt. Et, ſi utriuſque ingenue noſſe velis efficaciam & virtutem, quanto lunaris ſplendor erga ſolare jubar, & plumbi ſpecies erga auri fulgorem habetur inferior; tantum Regia dignitas eſt, ſi ad Apoſtolicam juſta comparatione illam referas. Nihil eſt itaque quod de me juſte queri poſſis, ſuperni Rectoris, cujus incomprehenſibilis eſt ſapientia, id geritur ordinatione, ut Reges & Principes & quantumcumque perſonæ ſublimes præceptis & imperiis Pontificum, etiam de obſcura ſorte ortis, auſcultent. Tu quidem, ſi Regiam tuam conditionem attendis, ſi Deum metuis, ſi homines vereris, ſi qua ſalutis moveris cura, multum mihi debes, quod veriora potius quam ſpecioſa, ſalutem primum deinde honorem tuum ſervantia, audire ex me cœpiſti, diuturnius imperium, fidelius obſequium, placatiorem Deum, ſecundiores ſucceſſus, feliciorem conſummationem, ſi monitis meis parueris, habiturus. *docet nihil a ſe dictum*

56 Et quamvis æquis auribus Pontifex Staniſlaus, velut communis libertatis & jurium conjugalium acerrimus vindex, fuiſſet auditus; ejus quoque cohortatio cum immenſo omnium favore, & non aſſenſionis modo, ſed & vocis expreſſione, foret à circumſtantibus excepta, ut prudentiam ſuam mirarentur plurimi, probarent univerſi; Regis tamen animum, lubrica voluptate obſeſſum, & erga ſua bona parum providum, parum cautum, movere & ad meliorem mentem protrahere non poterat. Qui ex thalamo, apud quem conſederat, præcipiti motu, odii & rancoris ſuccenſus igne, ſe evolvens; & tam ſapienter, tam benigne incantantis illum Epiſcopi Staniſlai ampliores voces, in morem aſpidis ſurdæ, abhorreſcens, exilit; ſe gravi & enormi læſum à Staniſlao Epiſcopo querens dedecore, & jure jurando conteſtans ſe, quam primum de Staniſlao Epiſcopo, omni conatu & niſu, ultionem ſumpturum. Omnibus itaque modis quærere calumniarum & gravaminum machinas adverſus eum parabat: ex iraque Regia in Epiſcopum concepta, etiam inſultatio in illum maligna ſerpere cœpit invidorum. AUCT. IOI LONGINO *ſed fruſtra omnia.*

B *præter reverentiã Regi debitam;*

C *ipſe videat ut debitam Epiſcopo ſervans obediat monitu:*

ANNOTATA.

a Siradia *civitas lignea cum arce murata ad Wartham fluvium, cujus* terra *ſeu provincia olim ſecundo genitis Regum attributa erat: eſt modo Palatinatus in majore Polonia, verſus minorem Poloniam inter Cracoviam & Gneznam, ſed huic quam illi duplo propior.*

b Stephano *anno* 1058 *die* 7 *Martii defuncto ſucceſſerat* Petrus, *& ſedit annos* 35, *mortuus* 19 *Auguſti anni* 1092. *Rege Boleſlao petente promotus.*

c Wratiſlavia *urbs Sileſiæ, cujus Epiſcopus nonus* Petrus *ſedit ab anno* 1072, *uſque ad annum* 1091. E

d *Imo* Theodorus *dicitur in Hiſtoria Longini & in Vitis Epiſcoporum Poſnanienſium, ab ipſo etiam Longino conſcriptis & ſub ejus nomine editis anno* 1604, *ac ſedit ab anno* 1065 *ad annum* 1087: *ut dubitari poſſit, ſint ne hæc à manu ipſius Longini.*

e Wladiſlavia, *urbs Cuiaviæ ad Viſtulam fluvium: cujus Epiſcopi Cruſnicienſes dicti, Epiſcopus vero, non* Honoldus, *ſed* Andreas *dicitur à Longino in Hiſtoria, creatus anno* 1055 *& poſt annos Sedis* 25 *mortuus anno* 1081.

f *Imo* Marcus *appellatur à Longino in Hiſtoria, & à Staniſlao Lubienski Epiſcopo Plocenſi in hiſtoria Epiſcoporum* Plocenſium, *ubi eum excuſat ab hac Regis admonitione. Præfuit dictæ Sedi annos* 19, *creatus anno* 1067, *mortuus anno* 1087 *die* 8 *Auguſti. Vrbs Plocenſis eſt in Mazovia ſita.*

g Chelmenſis *Sedes duplex, alia ad fluenta Viſtulæ, alia in Ruſſia nigra, Cramſtoviam tranſlata metu Tartarorum: de utraque agit Longinus inter civitates Poloniæ.*

h Lubucenſis *Sedes prope Francofurtum ad Oderam, quæ tunc ſuberat Polonis, nunc Marchioni Brandeburgico. ſed Sedes Furſtenwaldiam, ad Sprevum fluvium ſitam, eſt poſtea tranſlata.* F

i Camenecenſis *Sedes videtur eſſe, quæ in Podolia ſita nuper eſt à Turcis occupata. Alia eſt* Caminenſis *in Pomerania, ſub Gneſnenſi Metropoli.*

k *Hæc referuntur a Longino in Hiſtoria ad ann.* 1074.

CAPUT VI.

Ob villam Piotrawin emptam, evocatur è tumulo venditor, à triennio mortuus.

57 EXquirenti Boleſlao Regi, & aſſidua tam conſultatione quam indagine cum purpuratis ſuis & cuſtodibus corporis inveſtiganti, quonam modo & ordine de Staniſlao Cracovienſi Epiſcopo atrocior quam pro merito caperetur vindicta; cum nulla ſatis digna propoſiti exequendi coaptari poſſet, quamvis plures proponerentur viæ (nihil quippe in Staniſlaum Epiſcopum, pro vitæ ſanctimonia & converſationis integritate morumque norma, objectum iri poterat) dum veris illum Rex, velut caſte & innocenter ſingula agentem, non poſſe ſe gravare deſperaret *Rex ſpirans vindictam in S. Staniſlaum,*

AUCT. IO. LONGIN. raret judiciis, calumnioſis utendum ratus eſt: & Regis perſona depoſita hoſtiſque induta, nodum quærens in ſcirpo, omnifarie illum gravare conſtituit. Hoc autem animo & cogitatione Regi volventi, & propoſitum ſuum executioni mandare æſtuanti, levis quidem occaſio, ſed quam Rex non ſecus quam grandem accepit, oblata eſt.

58 Staniſlaus ſiquidem Epiſcopus, ſui Epiſcopatus Cracovienſis ampliaturus introitus, & talentum acceptum juſto fœnore relaturus in lucrum, ut ab æterno Rege, à quo hæc diſpenſanda acceperat, velut fidelis ſervus mereretur commendari, & decadi urbium præferri; villam Piotrawin, ad undas fluminis *a* Viſlæ, & infra ſuæ terminos diœceſis, in regione quæ à veteribus Zavichoſtenſis, à modernis Lublinenſis appellatur ſitam, apud Petrum militem, villæ ejuſdem unicum heredem, pro certa argenti quantitate, plenarie illi perſoluta, in perpetuam ſortem Eccleſiæ Cracovienſi coëmerat: contractui quoque & emptioni atque ſatisfactioni (ne inficiari vel calumniari à quoquam aut in dubium revocari quomodolibet poſſet) teſtes legitimos & omnem celebritatem, qua hereditatum emptio & reſignatio apud Polonos ea tempeſtate gerebatur, adhibuerat: in villæ quoque à ſe tunc emptæ miſſus fuit Regia auctoritate poſſeſſionem, quam etiam triennio jam prope elapſo ſcitus erat pacifice & abſque omni cujuſlibet perſonæ impetitione poſſediſſe.

a *ad villam ab eo legitime emptam*

& triennio poſſeſſam, B

59 Verum quia Petrus Miles præfatus, poſt venditionem villæ hujuſmodi & contractum cum Staniſlao Epiſcopo initum, brevi tempore vivens, diem obierat, & apud Eccleſiam Parochialem, in Piotrawin ſub honore S. Thomæ Apoſtoli fundatam, acceperat ſepulturam; nepotes ejus germanos Petrum, Jacobum & Suliſlaum, ad quos præfatæ villæ Piotrawin, ſi illam patruus eorū Petrus miles venditione perpetua non alienaſſet, devoluenda fuerat ſucceſſio, ad impetendū Staniſlaum Epiſcopum pro villa Piotrawin, ſpondens illis facilē victoriam *b* pellicit Rex, & coarmat: rem vulgatam & notiſſimam in contentionem adduci præcipiens, juſtitiam Staniſlai Epiſcopi & ſuæ Cracovienſis Eccleſiæ, auctoritate & ſuffragio regio, oppreſſurus: offerens ſe ſingulos teſtes, ex quibus Staniſlai pendebat victoria, à ferendi teſtimonii officio deterriturum; & omni ope atq; ſuffragio pro dejiciendo Staniſlao Epiſcopo ex villa Piotrawin, & in eorum traducenda proprietatem, adniſurum. Amore villæ & lucri illecebra devicti Petrus, Jacobus & Suliſlaus, nepotes Petri Militis, in rem calumnioſam & injuſtitiæ plenam conſentiunt, & ſe Epiſcopum Staniſlaum pro villa Piotrawin devovent vexaturos. Ab eo itaque tempore Petrus, Jacobus & Suliſlaus, nepotes Petri Militis, & ſuam expleturi avaritiam, & Regis odio morem geſturi, Staniſlao Cracovienſi Epiſcopo injuſtam litem pro villa Piotrawin movent, ad Regium tribunal illum pertrahunt, diemque dicunt; aſſerentes illum villam Piotrawin, ſucceſſione legitima ad eos devolutam, fide mala poſſidere; calumnioſis commentis & Regia tyrannide terram venditam à ſorte Cracovienſis Eccleſiæ per nefas abſtracturi. Ex quo manifeſte conjici poteſt, & Regem & Petri Militis nepotes præfatos terrenos & paſſionatos extitiſſe, & de terra per iniquitatem agere; & omnipotentis Dei juſtitiam, quæ de cælis venit, & calumniam proximo inferre, reſque illius non appetere vetuit, ignorare.

b

C

calumnio ſe repetendam incitat nepotes venditoris,

à quibus Staniſlaus ad Tribunal Regium citatus,

60 Appetebat judicii generalis dies, quod Colloquii nomine apud Polonos appellari ſolet, in quo Staniſlaus Cracovienſis Epiſcopus pro hereditate Piotrawin conventus, parere; & nepotibus Petri Militis Jacobo, Petro, & Suliſlao eum vexantibus, reſpondere apud Tribunalia Regia debuerat. Neque enim fas eſt deciſorium Colloquii generalis terminum vel ſubducere vel negligere, cujus tanta apud illos habetur quædam ſacroſancta auctoritas & poteſtas, ut à definitiva Colloquiali, quantumcumque iniqua & injuſta, licitum non ſit cuiquam provocare; abſciſſoque in ſingulis judiciis genere jus Polonicum cauſas tractare & decidere conſuevit. Mos denique vetuſto tempore apud illos ſervatus obtinuerat, ut Colloquiorum judicia, quæ non nulli vocant Magna, non in urbibus aut vicis, ſed in pratis, quæ ſilvas & undas haberent proximas, gererentur; quatenus magnæ multitudini, quæ illuc ad petendum jura conveniebat, & ſub papilionibus aut tabernaculis, pluribus diebus & donec expeditio omnium cauſarum proveniret, degere cogebatur, pro ignium alimento, & equo & pecore paſcendo ſuppeditatam haberet materiam. Solus denique Rex aut Princeps præſidebat judicio, ſolus litigantium decidebat cauſas, cujus arbitria pro legibus erant. Dudum tamen is mos abolitus eſt, Polonis mitiora ac civiliora ingenia, leges quoque municipales in ſcriptum redactas, quibus regulantur judicia, ſortitis, & colloquialia & quævis alia judicia ex campis & arbuſtis in urbes redacta. Sed hæc hactenus de Polonorum judiciis, nunc ad rem noſtram, gratia cujus hæc ſcripſimus, redeamus.

D

ubi ſolus Rex cauſas decidit,

E

61 Boleſlaus itaque Polonorum Rex, hunc priſcum morem ſecutus pro celebrando generali Colloquiali judicio, ſilvam pratis plenam, de prope arcem Regiam & oppidum *c* Solec ſitam, inſulæ formam habentem (duo enim fluvii Viſla & *d* Crampa & nonnullæ lacunæ illam ambiunt) delegit; locum ad expediendum judiciorum munus & opportunum & idoneum, germen & ligna abunde ſuppeditaturum. In hunc quoque & vicinarum regionum Milites, & quoſlibet judicia depoſcentes, juſſit convenire. Coactus eſt Staniſlaus Cracovienſis Epiſcopus ad idem illud judicium accedere: proxima enim eſt loco villa Piotrawin, pro qua impetebatur, alueo tantummodo fluminis Viſlæ, qui in illa ora aquas inflatiores vomit, & modico terreſtris ſpatio à tribunalibus ſecreta. Venit itaque illuc vir rectus & ſimplex, omnium, quæ contra eum Regis calliditas fabricaverat, commentorum ignarus; ſperans & ex patula juſtitia, & teſtium deductione, qui ad rem plane recognoſcendam ſe ſibi ſpoponderant fore morigeros, facilem triumphum de impetitoribus relaturum. Præſidebat in eo judicio Boleſlaus Rex perſonali præſentia, non enim illius generis judicium, alium quam Principem admittebat pro Præſide, quæ poteſtas hactenus in Palatinos provinciarum, qui Principum & fungunur & honorantur vice, eſt tranſlata.

c

d

ſidenter comparet

F

62 Inſtaurato denique judicio, & Purpuratorum ordine in dextra lævaque Regis conſiſtente, cauſa primum Staniſlai Cracovienſis Epiſcopi agi cœpta eſt. Cumque actores per querelam deponerent, Staniſlaum Epiſcopum villam Piotrawin, morte Petri Militis, patrui eorum germani, ad ſe jure hereditario devolutam, injuſte occupaſſe, petentes illum ab illius poſſeſſione amoveri & ſibi illam velut legitimis heredibus reddi; Staniſlaus Epiſcopus reſpondendo, venditionem & emptionem legitime cum Petro Milite, dum adhuc viveret, celebratam, plenamque ſatisfactionem æris conventi oppoſuit. Actoribus denique & venditionem & emptionem conſtanter inficiantibus, obtulit ſe Staniſlaus Epiſcopus, contractum teſtibus idoneis & omni exceptione majoribus probaturum: in eamque ſententiam decreto Regis facile admiſſus, teſtes apud Tribunalia Regis recitat; & ſe illos, poſtquam ab actoribus nihil contra objectum foret, obligat producturum. At teſtes de

accuſatus de iniqua poſſeſſione.

A de ferendo teſtimonio à Staniſlao Epiſcopo ſolicitati, averſari illico requiſitionem Epiſcopalem, & ſuam reſponſionem inficiatum iri cœperunt. Metus ſiquidem Regius illos conſtrinxerat; paſſuroſque extrema, ſi profiteri veritatem auſi forent (ita enim denuntiatum ipſis erat) verebantur. Prolixa denique apud illos & quemlibet eorum Staniſlaus Epiſcopus prece & perſuaſione uſus, formidinem quæ pectora eorum ſemel pervaſerat excutere non potuit. Quid, quæſo, hi in dolore pœnarum feciſſent, qui veritatem abſconderunt propter ſolas minas verborum.

deſeritur à teſtibus.

63 Vergebat in occiduum dies, & totius cauſæ Epiſcopalis periclitatio prope horam, niſi teſtes conſignati producerentur, imminebat. Cœperat & adverſarios Epiſcopi haud tenuis vincendi fiducia, & exultare jam de obtento triumpho videbantur: eademque Regem hilaritas habebat, quam & geſtu præferre viſus eſt & vultu. Cumq; cauſa præter ſpem procederet, & malignitatis calumnia potius, quam juris & juſtitiæ æquitas valuiſſet; Staniſlaus Epiſcopus, Militibus, qui ſuæ juſtiſſimæ cauſæ laturos ſe teſtimonium ſpoponderant, ne quidquam imploratis, coarctatũ ſe & cauſam ſuam periclitatum iri videns, quid ageret, quod conſilium caperet, quem Patronum imploraret, quibuſve viis & ingeniis nodos & caſſes impietatis ſibi inſtructos diſſolveret, parum in in proſpectu habebat: ancipiti quoque tractatu apud ſe fluctuans, uſque ad vultus ſuffuſionem notabatur ab intuentibus mutatus. Fidei tamen & ſpei ſublimitate vigens, quæ nec tum illi defuit, ad ſolita arma ſe convertit: & orationi aliquanto tempore incumbens, omnem ſuam fiduciam ad Divinum jecit præſidium; non dubitans ſe & cauſam ſuam calumnioſis nexibus ſuffragio cæleſti abſolutum iri.

ergo humano ſubſidio deſtitutus,

B

64 Tandem Spiritu ſancto, qui in ſuo caſtiſſimo puriſſimoque pectore aſſiduum ſibi domicilium extruxerat, inſpiratus; ſolerti vel potius Divina ratione rem novam & incredibilem, in ſuæ cauſæ defenſionem, polliceri auſus eſt, miraculi ſtuporiſque pleniſſimam, plus forſitan ex imbecillitate credentium apud poſteros admirationis habituram, quam fidei ad præſentiam Regis & ejus Tribunalia. Dum vel teſtes nominatos producere, vel ſententiam contra ſe proferri audire urgeretur, lætus & Divinum neſcio quid in vultu præferens & magnitudinem fidei, acceſſit; fiduciaque veritatis coarmans pectus, his verbis Regem & univerſum ſuum concilium convenit. Quandoquidem, inquit, nihil opis, nihil præſidii in viventibus eſt; quando apud filios hominum pro juſtitia impietas, pro veritate iniquitas, pro rectitudine ſucceſſit calumniandi malignitas; ego me ad æquiſſimum Judicem Deum, cujus rectitudo juſtitiæ nec terrore cujuſquam poterit averti, nec ſubtilitate calumniarum caligari, convertam; veritatemque, in terris conculcatam & oppreſſam, mihi è cælo præſtari petam; & quod non poteram à vivis teſtibus, mutuabo à mortuis; & Petrum Militem, principalem villæ meæ Piotrawin venditorem, quamvis ante triennium ex conditione viventium ſubtractum, pro clarificanda cauſæ meæ juſtitia, me poſt triduum producturum obligo; ceſſurus ex cauſa niſi produxero; veritatis teſtimonium mutuaturus ab inferis, poſtquam inter vivos, ex pavoris nebula humanis ſenſibus ſuperfuſa, deperiſſet; confidens cauſam meam, livore depravatam humano, ſuperne & erigi poſſe & illuſtrari.

ad divinũ confugit:

C

& Petrum è ſepulcro teſtem adducere promittit,

65 Stupentibus cunctis, & ſtupore ingenti attonitis mentibus, & admirantibus tam audacis animi, vel (ut verius loquar) tam perfectæ fidei virtutem, impoſſibilitate denique obligationis diſcuſ-

tam riſu adverſariorum,

ſa, res fere apud univerſos in riſum verſa eſt, nec ulla facti hujus deferebatur fides; exiſtimantibus illis, ut erat, Epiſcopum Staniſlaum parum poſſibilem rem & difficillimam, pro certa & comperta, ſpopondiſſe: pluribuſq; cachinnationibus & floccifactionibus Epiſcopum, non ſecus quam delirum, & mente ac cerebro parum ſanum, inceſſêre. Plerique tamen ex illis, magis ſenſati magiſque religioſi, rurſus admirari & conſiderare cœperunt, nec Staniſlaum Epiſcopum pro morum ſuorum gravitate fallere, aut quidcumque agere leviter conſueſſe, nec quod implere non poſſet oblaturum tam ſolenni ſtipulatione fuiſſe. Hærebant itaque, & inter ſpem metumque conſternatos gerentes animos, in quem finem promiſſio Staniſlai Epiſcopi caſura foret, qualis quoque oblationis hujuſmodi conſummatio fieret, varios inter ſe cedendo ſermones, tertium operiebantur diem. Rex etenim Boleſlaus, oblationis impoſſibilitate penſata, & quo juſtiorem contra Epiſcopum, conditione non extante, ſententiam proferret, inducias, quas Staniſlaus Epiſcopus petierat, in triduum conceſſit; exiſtimans cadaver Petri Militis, qui, ut præmiſimus, jam diem obierat, temporis emenſo curriculo, viviſicari non poſſe.

cum admiratione aliorum.

AUCT. IO. LONGINO

66 Trium dierum, ad ſtatuendum principalem venditorem Petrum Militem, impetratis induciis, Staniſlaus Epiſcopus, cum Clericis & paucis quibuſdam laicis, à Concilio digrediens, in Piotrawin ſe contulit, villam centum paſſibus vel citra à judicii diſtantem loco: & triduanum ſuis omnibus indicens jejunium; ipſe quoque ſacrificiis, cilicina veſte ad carnem indutus, cum Canonicis & Sacerdotibus perdius incumbebat; pernox vero ad altare proſtratus, per juges obſecrationes Deum ſibi & Eccleſiæ ſuæ efficiebat, per multos lacrymarum imbres, defenſorem: ratus contra impetuoſos furores Regis, & ad implendum quod ſponderat, non alia tela & præſidia efficaciora: rogans & obſecrans ut converteretur ſpiritus mortui, & Petrus Miles dudum mortuus, redderetur homo vivens: certiſſimam quoque geſtans ſpem, divinam virtutem & gratiam, in tam anguſtis & (ut communis habebat aſſertio) deſperatis rebus, ſe & cauſam ſuam atque Eccleſiæ ſuæ, quoquomodo non deſerturam: perſuadens Clero ſuo, pavido & vacillanti, non ea modo quæ roganda aſſumpſerant, ſed iis majora, ſi fidem inſtar grani ſinapis habuerint, facile apud clementiam Divinam obtenturos: nutare enim illum viderat propter excellentiam ſponſionis.

E

Poſt triduum impenſum jejunio

confortat Clerum:

F

67 Adveniente tandem die Staniſlaus Epiſcopus, Divina re ex more peracta, præſente populi & nonnullorum militarium multitudine, quæ ad contemplandum, quibus actionibus uteretur & in quem exitum ſponſio ſua evaſura foret, confluxerat; ad mauſoleum Petri Militis, cum miniſtrorum ſacri Ordinis & turbarum frequentia, proceſſionali Clericorum ordine illum præcedente & ſubſequente, Pontificali veſte amictus acceſſit. Et primum illud ſabulo ſolvi, & donec ad cadaver Petri Militis triennio putreſcens penetratũ foret, nudari & aperiri juſſit. Quo detecto, cadaver Petri Militis offendit, tabido ſitu, nervis defluentibus, carne & cute diſſoluta, in cineres & pulverem fere redactum: & niſi recentes teſtes, qui illum ſepelierant, qui juſta funeri perſolverant, affluxiſſent, niſi nota fuiſſet omnibus Petri Militis ante triennium celebrata ſepultura; niſi ſingularis illi, & nulli alteri cum illo communis, adaptata fuiſſet tumba; nemo illic cadaver Petri Militis quieſcere recognoviſſet. Sed omnibus claro teſtimonio illic Petrum ſepultum fuiſſe declarantibus; Staniſlaus Pontifex, cum fiducia elevato ad Deum animo,

cum ſolemni proceſſione ad tumulum accedit

jubet detegi cadaver:

AUCT. IO. LONGINO

animo, positis genibus procumbens, orationem ad omnipotentem Dominum, quem jam sibi familiarem & suæ causæ propitiaturum præsentirat, rigato vultu fletibus, defixis in cælum luminibus, hæc verba profudit.

Indeque post preces fusas,

69 Clementissime & misericordissime omnium Deus, Domine Jesu Christe, cui omnia subjiciuntur & vivunt, & cujus virtute cuncta ex nihilo condita subsistunt; qui chirographum letale humani generis aboliturus, de cælo descendens ad terras, Archisynagogi filiam, adolescentem viduæ filium, & quatriduanum fœtentem Lazarum verbo virtutis tuæ revocasti ad vitam, & credentibus creditursque in te fidelibus, parem & majorem virtutem te largiturum verbo numquam variabili spopondisti; aspice de excelso solio gloriæ tuæ, ad preces, gemitus, & fletus supplicum tuorum: & multiplici benignitate tua, quam etiam præstare soles immeritis, concede, ut Petrus Miles, laturus testimonium justitiæ & veritati, à mortuis consurgat, & verax testis assistat; atque causam Ecclesiæ meæ, quam in tuo nomine defendendam suscepi, revocatus tuæ brachio potentiæ in vitam, illustret atque à malignitate vindicet humana: ut promissa tua verificentur in cunctis generationibus & nationibus, & nomen tui magnum & tremendum glorificetur in secula.

B

Petrum evocat in nomine Trinitatis

70 Cumque ab universo Clero & populorum cœtu responsum esset, Amen; ad tumulum accedens, cadaver Petri Militis contingens, ait: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, & in virtute Benedictæ & individuæ Trinitatis, jubeo tibi, Petre, ut consurgas de pulvere, exurgas à mortuis; feraſque veritati, à filiis hominum prostitutæ & desertæ, testimonium: quatenus augeatur fides credentium, & corripiatur improba temeritas oppugnantium veritatem. Exaudivit autem Dominus labia sancta, annuens precibus prodeuntibus à lingua immaculata, & confirmavit Staniſlai Episcopi obligationem & precem, & operibus illum sibi amabilem & glorioſum ostendit. Nulla dilatio intervenit, nulla mora dissolutum retinuit ad vocem Pontificis, in nomine Domini Jesu Christi jubentis; & spiritus in corpus & ossa rediit, & virtus Divina cinerem in carnem redegit; & redivivum corpus, ex terrena ariditate, membrorum lineamentis compositum succrevit; Petruſque Miles, separata ante triennium mente, animatus, quasi è levissimo somno, corpore ut ante integro consurgens, & ex monumento egrediens, vivus constitit; primusque apud Polonos Staniſlai Episcopi Cracovienſis virtutem & sanctitatem, in eam diem latentem, insignivit; & quanti meriti apud Deum extiterit, prior omnium *e* ei testimonium tulit.

& resuscitatum ducit ad altare,

C

e

71 Cui vir Dei Staniſlaus manum porrigens, stupente astantium multitudine, ac magna vociferatione opera Dei efferente, primum ad Altare majus, celebrans *f* in eo ampliſſimas gratiarum actiones; deinde ad Concilium Regium, multitudine illum frequenti prosequente, chlamyde circum amictum deduxit: sponsionemque suam, non verbo tenus, sed opere monstravit: & tam Regem quam Satrapas suæ sponsionis spectatores effecit, quos irrisores pertulerat. Neque Boleslaus Rex in credulitatem resuscitationis Petri, relatione Militum qui circa suscitationem constiterant adduci [potuit], nisi viso Petro Milite: & non satis auribus credens, oculis judicium permisit. Ad quem videndum omnis multitudo, quæ ex insigni miraculo stuporem & admirationem induerat, ex papilionibus & stativis, opibus etiam quibuslibet desertis, certatim effusa confluxit; incredibili visendi Petri Militis

f

dein ad Concilium regium,

studio excita: & quoad potuit in redivivum hominem intuitum omnem defigens, novæ visionis novique miraculi perfruebatur voluptate.

D

ANNOTATA.

a *Is est* Vistula, *Polonis* Wixel *seu* Weissel, *cui adjacet in mappis* Piotrawin, *infra Sandomiriam, & Zavichostum, cui olim adscripta, nunc* Lublinensi *inclusa territorio ad dextram ripam fluminis sita.*

b *Longinus in Historia ad annum* 1074 Rege mandante, & suam illis operam præstante.

c Solecz *infra villam sive oppidum Piotrawin, ad sinistram ripam Vistulæ.*

d *Longinus lib.* 1 *Historiæ*, Krempæ, *inquit*, fons ex paludibus villæ Rzeszow, ostia circa oppidum Soliec.

e *MS. & impressum addit &* Materiam, *quod vel redundat, vel aliis vocibus deficientibus sensum non habet.*

f *Ibidem* in Deum.

CAPUT VII.

Resuscitatus affirmata venditione ad tumulum reducitur: expenditur ipsius miraculi certitudo & exempli utilitas.

E

72 COnsistens autem Staniſlaus Episcopus ad Regis tribunalia, cum teste suo Petro Milite, in hunc modum ad Regem, Militibus coronam illum circumstantibus, & ad Proceres verba facit. En, inquit, Principalem venditorem villæ Piotrawin Petrum, ô Rex, sisto: en adest vivus, non præstigiis, sed virtute Divina; ex mortuis, testimonium laturus veritati, consurgere jussus. Personam suam universis qui adsunt notissimam fore non ambigo, ante triennium vobiscum conversatam. Nemo illum aut spiritum aut phantasma esse existimet, veri & vivi hominis carnem, ossa, visum & quoslibet sensus habenti. Hæc est effigies & imago, quod faciliter & in promptu à quolibet addubitante poterit convinci. Hunc ego testem perpetuæ venditionis, & evictorem impedimenti mihi per livorem moti, pono.

Petrus oblatus Regi

73 Aliquale post hæc in tabernaculo Regis aliorum alios intuentium silentium fuit: famosissimum enim miraculi genus, tam Regi Boleslao quam suis Proceribus, grandem & stuporem & horrorem injecerat: quo perculsi, taciti & elingues, neque proloqui quidquam nec mussitare ausi residebant. Res etenim tam miranda, quam insperata; nec umquam apud Polonos visa, Divina tantummodo administrata ope, cunctos in quamdem extasim verterat. Rex quoque & sui Satrapæ, admiratione perciti, diu aliquanto tenuere silentium. Rupto tandem silentio Petrus Miles in hæc prorupit verba. Ego, inquit, ad jussionem Divinam, & ad preces viri beati, Staniſlai Cracovienſis Episcopi, suscitatus ab inferis, ad tuum tribunal, ô Rex, testis & evictor venio; clara & aperta voce profitens & contestans, villam Piotrawin, quondam patrimonium meum, me viro beato, Staniſlao Cracovienſi Episcopo, & suæ Ecclesiæ, legitimo & perpetuo contractu vendidisse; & argentum, de quo inter me & virum beatum, Staniſlaũ Episcopum, convenerat, ad integrum tulisse; & nepotes meos, Petrum, Jacobum & Suliſlaum, nihil juris, nihil proprietatis, nihil devolutionis in villagio illo habuisse, ac virum Dei Staniſlaum Episcopum per scelus & iniquitatem vexasse.

cum suis attonito & silenti

F

testatur venditionem à se factam:

74 Ad nepotes deinde suos, Petrum, Jacobum & Suliſlaum atque consanguineos reliquos, qui à testificando

A ficando per terrorem Regis deſciverant, converſus; *arguit nepotes & teſtes,* Quis furor, inquit? quis auſus eam in vobis dementiam peperit, ut vos, calumniando, vos, veritatem occulendo; gravi vos utrimque contaminaretis ſcelere, & viro Dei imponeretis neceſſitatem, ſuo precatu me ab inferis revocandi. Curate itaque facinus veſtrum digna pœnitentia diluere, priuſquam per juſtitiam Dei in cruciatus teterrimos, vobis propterea præparatos, quos vobis à me viſos denuntio, recidatis: prædicens inſuper utriſque, niſi de his malis quæ in Sanctum Dei egerant, dignam pœnitentiam & ſatisfactionem agerent, quod ultra æternum incendium egeſtatem, ipſi & genus eorum, in præſenti vita nullatenus forent evaſuri. Nihil ad ea nepotes & conſanguinei Petri Militis reſpondere auſi, prævaricationis ſuæ facinus ſilentio profitebantur: ab aſtante vero multitudine murmur inconditum & diſſonum conſurgens, virum Dei Staniſlaum injuſte vexationem perpeſſum fuiſſe denotans, impetitores ejus probris quatiebat; meruiſſe illos affirmans, ut pœna in calumniatores edita mulctarentur, documentum præſumptæ calumniæ futuros.

75 Rex interea Boleſlaus, ſpiritu, quem formido incluſerat, utcumque reſumpto, & clariſſimo & evidenti accepto teſtimonio, miraculi inſuper magnitudine admonitus, tum & veritatis & juſtitiæ Staniſlai Epiſcopi ad liquidum conſcius, diffinitivam B *Villa à Rege adjudicatur Staniſlao.* pro Staniſlao Epiſcopo ac ſua Cracovienſi Eccleſia, non ſine tamen grandi mentis ſuæ amaritudine & moleſtia, pronuntiat: & quem fruſtra noverat accuſari, divino primum & ſtupendo miraculo, deinde humano judicio ingemiſcebat abſolvi. Nec cauſam Pontificis, quam inſtruxerat perdere, audebat condemnare; auctoritatis Pontificialis deterritus pondere, & rari magnificique prodigii perculſus virtute; ac ipſum in præfatæ villæ Piotrawin, ſummo tam ſuo quam omnium aliorum aſſidentium conſenſu & judicatu, reponere jubet poſſeſſionem, quæ Eccleſiæ Cracovienſi etiam in hunc diem proprietate perdurat. Impetebatur autem Petrus Miles plurimorum, ſibi magis dum viveret familiaritate aut neceſſitate aliqua conjunctorum, quæſtiunculis & interrogationibus: ad quas parco & caſtigato ſermone, & non niſi permiſſu viri Dei Staniſlai, reſpondebat; injuſſu vero illius reſpondebat ſibi fas non eſſe quidquam referre: atque ſub hoc modo variarum quæſtionum nodos, vel dicendo quæ in rem erant, vel tacendo, abſoluit.

Hic reſuſcitatum reducit ad tumulum. 76 Ventilato in hunc, quem præmiſimus, modum judicio & victoria de actoribus per glorioſum C teſtimonium Petri Militis relata, Staniſlaus Cracovienſis Epiſcopus, vir ſacerrimus, in Piotrawin à tribunalibus redit; & comitante illum omnium Polonorum, quæ ad judicia expedienda convenerat, multitudine (ita ut etiam nepotes Petri Militis, Petrus, Jacobus & Suliſlaus, ceteri quoque illorum adjutores, qui Epiſcopum Staniſlaum pro villæ Piotrawin proprietate impetierant, ex accuſatoribus veneratores effecti, ſequerentur, & Rex pene ſolus in tabernaculo deſertus remaneret) teſtem ſuum & evictorem Petrum Militem, ad eccleſiam S. Thomæ in Piotrawin, terræ illum redditurus & inferis, reducit; quem priuſquã ad ſepulcri ſui locum faceret *non cupientem in vita manere,* reingreſſum, hujuſcemodi convenit ſermone: Vis, inquit, Petre, ſpatium hujus terrenæ vitæ in aliquot annos prolatandæ, aut aliquod aliud munus tibi gratum à Domino meo Jeſu Chriſto, precibus meis conferri? Cui Miles, Non hanc, inquit, vitam, quam morti magis quam vitæ [ſimilem] me, qui utramque expertus ſum, convenit æſtimare, Pater ſancte; ſed eam, in qua beati feliceſque viſione Benedictæ Trinitatis fruuntur, omni conatu expetere. Quamobrem permitte me, quæſo, inferos repetere, apud quos, etſi juſtiſſima lege Dei, pro expiandis reatibus meis triennio jam acto meritos cruciatus pertulerim, linquere tamen illos & pœnis ſubduci deputatis, atque in conſortium cælicolarum non poſt longum tempus tranſvehi propitiatione me ſpero Divina: unum ſupplicatu tuaque interceſſione *ſed à pœnis purgatorii liberari,* mihi præſtari depoſco, ut tempus abſterſionis & purgatorii, qualecumque & quantumcumque illud eſt, aut in totum tuo precatu ſubmoveas, aut ſi id Divina juſtitia & mea ſcelera verant, reſciſſius efficias; gratiſſimum munus in alterius impetratione, quamvis primum gratius foret, mihi præſtiturus.

77 Annuente Staniſlao votis ſuis, & ſe pro illius liberatione obſecrationes, hoſtias, & libamina oblaturum jugi & fideli ſacrificio pollicente; reintravit Petrus Miles ſepulcrum. Quo loco animam corpore exhalante, Staniſlaus Epiſcopus, cum Clero & populo ei adſiſtente, pſalmis & orationibus ex traditione Catholica devotiſſime ſuper commendatione animæ perſolutis; tumulum Petri Militis, jacto fabulo, ex more compoſuit: qui apud nos in diem hodiernum, adminiſtrandæ juſtitiæ, & omni paſſioni & favori univerſæque actioni mortali præferendæ, ſempiternus cuſtos perſeverat. In eo ſiquidem, tam rariſſimo quam ſtupendo miraculo cognitum eſt, quantum favorem Deus fidei religionis ſuæ tribuat, & quantum probatur juſta amare, & prava execrari judicia, dum trienE nem mortuum, ad referendum utrique ſtipendia [meritorum] imperavit conſurgere: quatenus ex mortuis vivi diſcerent, quantam debeant cauſis juſtis, ne calumniatum iri eas contigat, providentiam & cautelam adhibere. Dextera ſiquidem Domini celeberrimam *utili ad multa exemplo.* tunc oſtendit virtutem, & ſui favoris accomodavit auxilium in re grandi & difficili, à qua humanam credulitatem videbat abhorrere; clarificans & futuræ reſurrectionis articulum, & ejuſdem reſurrectionis oſtendens virorem, & conterens ambitionem ſortis ſuo nomini dicatæ impetitorum. Illuſtrata inſuper eſt eo ipſo prodigio noſtræ Chriſtianæ religionis, noſtræ juſtitiæ, noſtri cultus atque fidei puriſſima credulitas; & per partialem unius individui ex mortuis reſurrectionem, futuræ noſtræ reſurrectionis, quam fide credula profitemur, præmonſtrata ſunt trophæa, & Catholica veritas effectu viſibili præguſtata.

78 Quæ autem de reſuſcitatione triennali Petri *cujus veritas eluxit ex teſtibus.* Militis à me narrantur, non in obſcuro geſta ſunt, ſed in publico, ſed in proparulo, & in magnæ multitudinis, tam Eccleſiaſticorum quam ſecularium, qui hæc nobis tradiderunt, virorum conſpectu; teſtibus etiam ſolennibus & omni exceptione majoribus, dum viri ſancti Canonizationis tractaretur negotiũ, apud exF aminatores explanata; univerſaque Polonica Eccleſia *locis 3 poſtea honoratis.* huic adſtipulatur veritati. Adſtipulantur loca, in quibus & reſuſcitatio Petri Militis & judicium Regium agebantur: quæ uſque in hæc tempora, velut magnitudinem miraculi teſtantia, multum venerationis retinent, & frequenti populorum celebrãtur concurſu: quorum alterũ beatæ memoriæ Zbigneus Cardinalis *ex approbatione Eccleſiæ.* & Epiſcopus Cracovienſis muro coctili, alterum fabrica lignea, ſuper ædificatis pulcherrimis eccleſiis, inſignivit. Adſtipulatur & Petri Militis ſepulcrum, cui Cardinalis ipſe ex ſimili muro capellam ſuperimpoſuit. Adſtipulatur & Catholica Eccleſia, quæ in generali *a* Baſilienſi Concilio, contra quartum Huſſitarum a hæreſeos articulum, de temporalitate bonorũ ab Eccleſia reſcindenda diſputans, vivificationem & reſuſcitationem hujuſmodi inſigniter commemorat; eoq; inter alia ut maximo uſa argumento, quod B. Staniſlaus Epiſcopus Cracovienſis, occupationem villagii Eccleſiaſtici prohibiturus, triennem mortuum reſuſcitatum duxit in teſtem, dogma illud peſtiferum cum ſuis jugulavit aſſertoribus.

AUCT. IO. LONGINO

79 Ex eo autem tempore & deinceps beati viri Staniſlai nomen magnæ virtutis, non apud Polonos ſolum, ſed & in vicinis regionibus haberi cœptum eſt; & veri Apoſtolici Seminis, ut erat, germen ab univerſis reputari; Deique omnipotentis clementia, ex ſuo opere, in grandem admirationem verti, qui tanto miraculo, nulli alteri mortalium conceſſo, Staniſlaum Epiſcopum voluit eſſe conſpicuum. Erat enim in ore omnium ac ſermone Staniſlaus, ſummas in eum laudes accumulantium, qui validum vitæ & dogmatis ſui per reſuſcitationem Petri acceperant argumentum; neque alius nobilior, neque celebrior inter Pontifices illo cenſebatur: nemoque ex gravibus & eruditis viris erat, qui magnitudinem & calorem fidei, quæ in Staniſlao tunc proluxit, magna laude non extulerit, qui illum aſſiduis ſermonibus non celebraverit: adeo ut magno domi foriſque habitus præconio, vere vir ſanctus, vere Apoſtolicus, vere Divinus, vere in ſermone juxta atque opere potens, putaretur? Quid enim pro illo tempore apud Polonicam Eccleſiam mirabilius, quid ſublimius, quid inſignius, quid magnificentius Staniſlao Cracovienſi Epiſcopo? qui hominem, triennium ante reſolutum, tabe confectum, in cineres redactum, quod mortalium pectora non ſolum non credere, ſed nec ſuſpicari poterant, conditionis quodammodo ſuæ oblitus, ſe in teſtem producturum aſtruxit: ea nimirum fretus fide, quaſi in poteſtate ſua & arbitrio vita & mors conſiſterent; & crederet ſe perficere per fidem, quod homines nullatenus aſſenſuros ſciebat per credulitatem: cui penetrabiles fuerunt inferi, clauſtra Acherontica pervia, qui quantæ fuerit ſublimitatis, quantæ innocentiæ, quanti meriti, tum primum, quamvis diu in ſua ſimplicitate & humilitate latebat, oſtendit. Plurima inſuper alia per illum miracula conſtat operatum Deum, ſubjiciendo illi dæmones & variarum paſſionum condonando ſanitates.

Auctum inſigniter Staniſlai nomen hoc miraculo,

B

quod cenſeri debet factū

80 Solet autem à nonnullis modernis, fidem fluxam & ambiguam habentibus, & qui diſcredunt omnia in virtute Dei poſſibilia eſſe credentibus, miraculi, à beato viro Staniſlao in Petri Militis triennio in funere jacentis reſuſcitatione editi, magnitudo in dubium revocari: ad quam vacillationem ex diuturnitate moventur temporis & raritate exempli, cum nullus vel ſaltem rarus Sanctorum, legatur tam inveterati temporis mortuo vitam dediſſe: & cauſa propter quam tam mirandi prodigii concederetur effectus, minus ardua & ſufficiens, & quæ cum fidei cauſis (quas illuſtrare inſolitis dignatur Divinitas miraculis) nihil habeat commune, ſed ad temporalium conſervationem pertinere videatur. Verum facile hæ eorum oppoſitiones refelli, frangi, & ſiccari poſſunt. Non enim propter unius villæ (ut hi letargico ſenſu garrire non verentur) præſervationem; ſed in magnum fidei ſanctæ & religionis orthodoxæ, quam Polonorum gens, Ruthenorum & Barbarorum artibus ſeptennio imbuta, faſtidire & oſtentui habere cœperat, augmentum & robur ſempiternum: ut Poloni, qui numquam in ſe & majoribus ſigna viderant, in ſemel cœpta fide, viſo tanto miraculo, in ſuam etiam poſteritatem viridi ſemper memoria traducendo [confirmarentur. Nam] Divina propitiatio, præſenti & futuræ eorum imbecillitati, ne in aliquas ſuperſtitiones, hæreſes & ſchiſmata laberentur, benigna providentia conſulens, creditur ſtupendum & inſolitum miraculum beato viro Staniſlao (quem in vita & poſt mortem æque magnis inſignem univerſo orbi demonſtrare diſponebat) quaſi quemdam ſuæ futuræ glorificationis arrhabonem conceſſiſſe. Sed nec diuturnitas temporis triennalis & miraculi, ut ajunt, ſine exemplo patrati, eos poteſt movere magnitudo. Deus quippe noſter & Dominus Jeſus Chriſtus, qui primus ad immortalitatem corpus ſuum excitavit, reſurrectionis hominum in *b* communi exemplum tribuit; apud quem nihil intereſt, nuncne vel in die noviſſimo totum corpus hominis, per elementa diffuſum aut diſſeminatum, non uni amplius aliquid, ſed in menſuram ſuam reſurgat.

D

& ſpecimen generalis reſurrectionis.

b

non tā boni temporalis ſervandi cauſa

C

quam in augmentum fidei

81 Ad quam cunctationem; vel verius incredulitatem, jugulandam amputandamque, duo ſimilia exhibebimus miracula: quæ ſane ingrati & incredituli cujuſlibet perfidiam ſolvere poſſunt, admonereque, corpora lapſa & in morte reſoluta reſurgere. Imperator Romanus Trajanus, Gentilis ipſe & barbarus, ſanguinis inſuper Chriſtiani effuſor, fideique Catholicæ & Religionis noſtræ perſecutor acerrimus & hoſtis, ad Beatiſſimi Gregorii *c* Papæ Romani preces, propter unius virtutis inſigne, videlicet juſtitiæ contra filium ipſius Trajani querulanti viduæ adminiſtrationem, non poſt triennium ſolum, ſed annis pluſquam quadringentis mortuus, [cujus] corpus quoque per ſingula membra putrefactum, & uſque ad pulverem, ſola lingua excepta, redactum [erat], legitur ſuſcitatus.

Idem aliis exemplis confirmatur.

c

E

82 Caput inſuper humanum integrum, ut Petrus *d* de Palude ſcribit, Wiennæ Galliarum Civitate à fodientibus altius [ſubtus] terram repertum, quoniam in qualibet parte nervis & oſſibus nudatum, labia tamen retinebant carnea & rubra, myſterium latens habere creditum, ad Epiſcopum loci perlatum, & cujuſnam caput foret, quave cauſa in omnibus locis & cuti & carne ſpoliatum labia tantummodo carnea & punicea retineret, per Epiſcopum adjuratum; ſe eſſe & fuiſſe unius Sarraceni, in fide Pſeudo-Mahumeti mortui, caput reſpondit; & quoniam in gente ſua dum viveret, judicis officio fungeretur, numquam quoque de labiis ſuis iniquum judicium prodiiſſet, carnem roſeam in labiis, Divina miſeratio, cui ſemper juſtitiæ cultus fuit placidiſſimum obſequium, quoaduſque in nomine ſanctæ benedictæque Trinitatis baptizaretur, donavit retinere. Quo audito Viennenſis Epiſcopus, aquam afferri jubens, caput Sarraceni, taliter Divina propitiatione loquentis, in Patris & Filii & Spiritus ſancti nomine baptizavit, è veſtigioque baptiſmo percepto in cineres una cum labiis, ut ſermonibus ſui evidens proveniret efficacia, ſolutum eſt.

d

F

83 Ex quibus & pluribus *e* aliis vulgata experientia compertum eſt, quod diligentibus Deum ſingula pervia ſunt, ſingula facillima; nullumque miraculum nullumque beneficium virtute Divina præſtandum putari debet incredulum. Sed quid mirum & incredibile apud fidelium mentes cenſeri debet, ſi reſurrectionem, quam in ſe Redemptor noſter oſtendit; in Petro quoque Milite poſt triennium monſtravit, in genere humano illam univerſaliter in fine ſeculi (quod credula fide didicimus, & firmiſſime credimus) monſtraturus? Neque enim Deus, qui tranſiturus ad Patrem poteſtatem majora ſigna, quam quæ ipſe egerat, ſequacibus ſuis operandi contradidit, aut fidei virtutem in Pontificis pectore vigentem negligere voluit, aut juſtitiam à calumnia peſſumdari tulit.

e

ANNOTATA.

a *Cœptum* Concilium Baſileenſe 19 *Iulii anno* 1431, *& aliquot annis duravit.*

b *Impreſſum & MS.* reſurrectionis Domini in commune eſſe tribuit.

c *Acta duplicia* S. Gregorii *illuſtravimus ad diem* 12 *Martii*,

A *12 Martii, & in utriſque agitur de Trajano, ſed aliter atque in hoc loco. Conſule caput 5 prioris Vitæ & noſtras ad illud annotationes. Fuit autem hic aliqua tranſpoſitione verborum reſtituendus ſenſus, alias intricatiſsimus.*

d Petrus de Palude, *Ordinis Patrum Prædicatorum, floruit circa annum 1320. & plures libros ſcripſit, quos indicat Antonius Senenſis in bibliotheca, quorum varios habemus: ſed re abſque certis circumſtantiis temporis & libri ſingularis indicata, difficile eſt eruere ulteriorem ſcientiam.*

e *Alia certo plura, teſtatiora certioraque, quam ſint iſta, ſuſcitatorum mortuorum exempla licebit in Sanctorum Vitis, hoc opere collectis & colligendis, legere. Eamdem autem de Petro ſuſcitato hiſtoriam narrant, Matthias de Michovia lib. 2 Rerum Polonicarum cap. 19, Martinus Cromerus lib. 4, & paſſim alii.*

CAPUT VIII.

Regia ſcelera peſsime multiplicata, admonitione iterata corripit Staniſlaus.

CAP. XIX B 84 QUieverat poſt tempore aliquanto Regius contra Staniſlaum furor: Rex quippe magnitudine miraculi, à viro beato in reſuſcitatione Petri Militis oſtenſi, deterritus; & ferociam & choleram, dudum adverſus Epiſcopum conceptam, coactus eſt deponere, nec in virum Dei meditari extrema ſinebatur. Verum hoſtis humani generis, pacis æmulus, zizaniæ ſeminator, quietem Regni Polonici & ſtatum ejus quaſſaturus, nova commenta turbationum conflavit. Siquidem tempore procedente, cum Boleſlaus Rex contra Wſchewoldum Kijovienſem Principem & ceteros Ruſſiæ Duces arma a ſumpſiſſet, & poſt res feliciter & victorioſe ab eo in Ruſſia geſtas, metropolim Ruſſiæ b Kijoviam cum univerſis copiis adiiſſet, atque illic in omni rerum abundantia (Ruthenorum ſiquidem Duces & Proceres officiis certando tam obſequia quam munera intenderant) c hibernaſſet; militari diſciplina ſenſim labante, poſtquam ab externis feriatum foret præliis, in animo quoque Regis maxima rerum commutatio inceſſit, quæ illi & militibus peſtiferum luxum infudit. Univerſus enim Polonorum exercitus in varias voluptates, libidines & vitia ſolutus, ſcortis, comeſſationibus, unguentis & balneis invacabat; omneſque ſtatus & ordines facinus luxus & intemperantiæ pervaſerat, vitiis quoque Ruthenorum victor Polonorum exercitus capi ſe & vinci ſinebat. Neque luxuriæ blandum malum mediocres & infimos, ſed & ipſos quoque Proceres Polonorum primores comprehenderat; nam & ipſi quoque, d formoſitate mulierum regionis illius capti, etiam earum conſuetudine detinebantur.

libidini indulget Rex lubricus,

85 Rex inſuper Polonorum Boleſlaus, illecebratus ex prioribus adulteriis, ſuper omnia mala quæ egerat, ad tantæ diſſolutionis veniens cumulum, affluere deliciis, & in laſcivias, non permiſſas tantum, ſed & prohibitas ſolvi, & Sodomorum Gomorreorumque genti configurari cœpit; atque in abominandum perditionis gurgitem ſe immergens, & fœdiſſimum vitium, cum jumentis, quaſi permiſſæ voluptates parum illi ſufficerent, miſcebatur. Et cum antea petulanter ageret in occulto, abominandum luxum ſuum, laxatis habenis impudentiæ, publicare non erubuit in aperto. Satius itaque fuerat neque victoriam de Ruthenis tuliſſe, neque illorum regiones ſubjugaſſe, quam à vitiis eorum, quos armis vicerat, victum eſſe.

86 Non tulit autem ultor omnium ſcelerum Deus Boleſlai Regis & ſui exercitus prævaricationes & impietates: ſed juſtiſſima viciſſitudine animadverſionem ſuam pro illis immiſit, bellandique ſecundos ſucceſſus, domeſtica interpellavit ſeditio. Conjuges namque, ſorores, & filiæ Procerum & militum Poloniæ, audientes maritos ſuos in conſuetudinem Ruthenicarum mulierum prolapſos eſſe, alios diem obiiſſe, alios in conflictibus deſideratos fuiſſe; longa inſuper expectatione eorum feſſæ, pellicatus crimen altero crimine ulturæ, omni reverentia matrimoniali abjecta, propriis ſervis conjugalem pudicitiam proſtituunt, & perinde ac ſi mariti eorum irredituri forent, ipſis nubunt; & majorum ornamenta, fortunas & opes in illos conferunt: ceterarumq; mulierũ pudicitia perſuaſione & violentia expugnabatur. Id malum dum frequenti nuntio apud aures exercitus Polonici percrebuiſſet; magnus illico dolor in pectoribus exortus ſingulorum, primum in fremitum & indignationem, deinde in quamdam furiam illos vertit. Non ſecus etenim quam lymphatici, per tabernacula ad alterutrum diſcurrentes, ſuas calamitates acerbitate ingenti querebantur, adeunteſque Regem miſſionem precabantur; denuntiantes ſe rupturos imperium, ni ſibi acquietum foret. Manabat opinio quovis major relatu, & à perterritis ſolicitiſque omnia credebantur quæ timebantur. Serpebat quoque aſſidue dolor & indignatio Militum, quoniam triſtibus nuntiis rumor, ſupra verum ſingula extollens, quotidie gravius aliquid adfingebat. Itaque nulla militari diſciplina poterant, ſed nec caſtigatione Ducum in caſtris contineri: ſed injuſſu Regis, eo in hoſtili terra deſerto, major pars exercitus in propria concito gradu defluxit; & partim arte & ingenio, partim vi aperta ſervos & adulteros opprimens, de illis ſupplicia accepit; quaſdam etiam feminas capite damnavit.

AUCT. IO. LONGINO *ob nuntia- tam uxorum & filiarum incontinentiam,* E *major pars exercitus diffluit:*

87 Truculentior poſt hæc furor Boleſlai Regis, habitu novæ fortunæ & novi quod in Ruſſia ingenii quæſierat coortus, nihil penſi, nihil habens moderati, & in milites & in feminas ſævire cœpit, quod ſe deſerto milites ab eo diffugerant; aſperiſque moribus ſuperbiam & crudelitatem non ferendam conjunxit. Unde, non ſecus quam in transfugas, in illos animadvertit; & nonnullos, qui transfugiendi principium fecerant, capite plectit; alios in carcerem trudit, aliorum bona publicat. Mulieres, quibus miſerati mariti pepercerant, ſingulari crudelitatis genere mulctat: quibus, abjecto fœtu ſervili, catellos ad papillas, ſtupra ſervilia ultum iri ſatagens, applicat; indignas eas ajens lactare prolem humanam, ſed caninam, quæ humanitatis oblitæ illicitos concubitus legitimis prætulerant. Nec juvenili parcens & infantili ætati, crudeliter & abſque miſerationis pietate rem exequebatur. In ſuos denique quam in hoſtes factus pernicioſior, conditionem matronalem nova & plusquam inhumana pœnæ adinventione deturpans, inexorabilem ſe matronalis errati & violatæ pudicitiæ acrem punitorem præſtabat. Nec in una tantum ora, ſed per omne Regnum diligenti nequitia, quæ Regis truculentia excogitaverat, gerebantur,

ſævit ille in fugitivos, itemque in mulieres, & infantes, per totum regnum,

88 Hæc cum per ſe deteſtabilia forent, omnibus tamen deteſtandis actionibus nihil deteſtabilius geri poterat, niſi quod Boleſlaus Poloniæ Rex uſurpatum in Ruſſia brutalem contra naturam uſum auxiſſe, non remiſiſſe videbatur: quem præſentis & tranſactæ fortunæ inflatum tumore, juſtitiæ & rectitudinis ceperat oblivio; lætiſque & ad voluntatem ſuam fluentibus rebus modum non interponenti [animo nequaquam occurrebat, ſe] majus & pernicioſius periculum à teterrimo Sodomiæ vitio, quam à circumvicinis hoſtibus habiturum; qui ſuam horridam & olidiſſimam libidinem in brutorum

ipſe brutali libidine deteſtandus,

AUCT. IO. DLUGOSS. amorem examplabat, animum à bellicis artibus ad ſordida quæque & nefanda traducens: majoremque ex tunc habere cœpit voluptatis rationem, quam honeſtatis aut virtutis.

e 89 *e* Poſtquam itaque Boleſlaus Rex Polonorum, cupiditates ſuas palam ſolvens, naturæ lege contempta, in illicitæ libidinis vias & paſſiones miſerabiliter prorumpens, egregia facinora ſua in vetitam laſciviam ſuperbiamque non ferendam vertiſſet; Pontifici Cracovienſi Staniſlao, jam dudum, ob vitæ integritatem candide, virtuoſe & innocenter traductam, in cœleſtem & divinum transformato virum, ampliandæ & ſanctitatis & promerendæ martyrii Laureolæ ſeges & materia præbita: quatenus per prælium cum Rege ineundum, & cruciatus ab eo inferendos, perinde atque aurum in fornace ventilandus, probaretur. Qui virtutum ſuarum aromata odore gratiſſimo, non in ea tantummodo cui præfuerat diœceſi, ſed in univerſa Polonica Eccleſia, & per loca plurima jam jamque diffuderat. Singula autem quæ in Regis Boleſlai reprehenſionem adminiſtranda erant maturato perfecturus opere; Gneznenſi Metropolitano Petro primas reprehenſionis partes in Regem relinquebat.

S. Staniſlaus, Archiepiſcopo, correctionem non adhibente,

B 90 Verum Regiæ tyrannidi atque in dies ſerpenti truculentiæ, ex omnibus Poloniæ Pontificibus, qui tunc numero novem fuere, refragatus eſt nullus; aliquantoque tempore, Archiepiſcopali dignitati deferens, à Rege corrigendo abſtinendum duxit. Dum vero vidiſſet illum ſegni indulgentia & metu Regia diſſimulare facinora, Regem vero turpiſſimis voluptatibus magis magiſque inſervire: reprehenſionis officium per negligentiam Antiſtitis Gneznenſis Petri ad ſe devolutum intelligens, non amplus tolerandum putavit; ſed gregis & ſui & ceterarum Eccleſiarum Polonicalium incommoditates ſtrenuus Paſtor excluſurus, conſurrexit, & virum ſe per omnia Apoſtolicum egit. Veritus ne Divinæ juſtitiæ, ſi diutius diſſimularet Regia facinora & populorum oppreſſiones, in ſe ſententiam exciperet; & ſi in defendenda religione & veritate, in liberando oppreſſo, in tollendo obſcœniſſimo ſcelere, [remiſſius ageret,] & deſertorem ſe conſtitueret & proditorem, totius regni partes ipſius decretis ſciens turbatas. Præcelſum quidem & arduum illud periculiſque interlitum reprehenſionis iter, à debili animo & fide clauda adiri non poterat; magnaque, ſublimi, & robuſta res illa indigebat anima: novit enim Conditor noſter quando perſecutionis procellam conſurgere permittat; & juxta ineffabilem ſuæ benignitatis providentiam, ſub eodem tempore Staniſlaum Pontificem & oriri & in ſede Pontificali Cracovienſi præſidere diſpoſuit, pro defenſione imbecillium animoſe certaturum.

officium iſtud ſibi incumbere intelligens,

C

Regem in dies ad pejora prolabentem

91 Jam quidem Boleſlaus Rex, relegata à ſe æquitate, juſtitia, clementia, atque pudore, corruptæ viæ tramitem incedens, ſingulis ſtatibus ſe oneroſum præſtiterat; opprimens divites, pauperes conculcans, humilians nobiles, & aggravans populares, frequentes ſubvectiones exigens, & tributa gravia imponens, bonaque colonorum & fruges ſuperba jactantia aut corripiens aut depaſcens. In id quoque vanitatis atque dementiæ pervenerat, ut ſe adeuntibus reſponſa, non niſi per nuntios & interpretes, daret. Ita debacchabatur in tyrannidem, ut ſpeciem quidem Religionis Chriſtianæ ſervare videretur. Dedignatur jam de ſimplicibus cogitare tranſgreſſionibus, grandia quæque & in Deum & homines molitur. In quamdam quoque deſperationem & contemptum venienis, & quaſi ſe ex integro præcipitio tradens, nulli ſe inferiorem in flagitiis patiebatur, praviſque cupidinibus ad pernicioſam libidinem defluebat peſſumdatus. Oculos mentis & corporis in nefarias libidinis vetitæ turpitudines defigens, perniciosis vexabatur affectibus. Secundis effrænatus rebus, naturæ, dignitatis, & excellentiæ ſuæ oblitus, ad irroganda ſupplicia vehemens & præceps eſſe cœperat, ut plerolque inaudito mulctaret exitio. Inter ipſa autem crudelitatis Regiæ facinora, nulla erat muliebris infirmitatis miſeratio, nullus teneræ & infantilis ætatis reſpectus: ſed ſæva & aſſidua, per lictores & Præfectos à Rege conſtitutos, in puerperas & lactantes executionis decreta edebantur; ex quibus omnibus numerus ærumnas ſuas apud Staniſlaum Epiſcopum deponentium, & ipſum pro ſua ſalute interpellantium, multiplicabatur. D

nec ullum modum flagitiis ponentem,

92 Staniſlaus itaque Cracovienſis Epiſcopus, impietatem Regiam videns in divinam & humanam graſſari offenſam; & per campos mortales, & per itinera, ſibi & regno perniciem & labem perpetuam allatura, Regem diſcurrere; tantam videns aſſidue malorum labem tanta quotidie flagitia cumulari, ſic omnia confuſa, ſic omnia reſoluta, ut tabo peſſimo viderentur languidata; regios inſuper motus & factiones ad majora ſenſim progreſſos & progreſſuros fore; conſiderans inſuper in reprehendendo Rege, in libertate Eccleſiaſtica, in jure divino & humano defendendo, Comitem ſe habere neminem; ad Regem perſonaliter, purus & fervens Regiæ ſalutis amator, non minore ſpiritu iterum accedit; & exhortatione primum illum benigna, deinde reprehenſione increpat manſueta; animum Regium, ex fortuna & rerum licentia tumentem, ſimplici reprehenſione & placida ſperans ſe ſanaturum: obſecrans & obteſtans, ut obſcœniſſimam venerem, naturæ hoſtem relinqueret; ut tam teterrimo facinore ſe de cetero non contaminaret; ut motus ſuos clementiæ virtute moderaretur & proſterneret; ut matronarum execrandam contumeliam & catulorum lactationem, contra jus faſque impoſitam, reſcinderet: ut tributorum impoſitionem & ſubvectionum exactionem diſſolveret; ut in ſubditos manſuetudinem potius exerceret, quam iram; ut Dei leges & naturæ pariter jura non temeraret; ut male conceptum retractaret decretum; ut ſubſtantias, quas per vim abſtulerat, reformaret univerſis; & ne ſe cœleſtibus, in ſe ſupra modum fluentibus, beneficiis demonſtrararet ingratum. E

ex toni publici ac privati zelo

benigne primum monet;

93 His & pluribus aliis ab Epiſcopo Staniſlao, clementi & mitiſſimo alloquio, Boleſlaus Rex nobiliter commonitus, obſtinata primum contentione ſuam de catulis inſtitutionem defendit; aſſerens proſtitutionem conjugalem, non ea tantummodo quæ inferebatur pœna, ſed ſæviori & rigidiori mulctandam ſore, & ſe tramitem punitionis non exceſſiſſe. Verum Staniſlao Epiſcopo replicante, & punitionem Regiam crudelitatem barbaricam continere diſſerente, & ni ſubmoveatur nullo pacto ſe eam toleraturum confirmante; atque frequentius oſtendente quantum Regis flagitia divinam exacerbent Majeſtatem; mox in bilem immenſam, ut ſe habet Regum conditio, agi cœpit: faſtuque Regio atque ira exaſperatus, ſanæ mentis inops, ſalubria atque meliora ſentire non potuit. Reprehenſionibus ſiquidem tam rigidis admoneri inſuetus, indignior ſibi Antiſtitis oratio viſa eſt, quam quæ per Regias excipi deberet aures; veritati quoque audiendæ inſolens, vitiis tantum ſuis & voluptatibus favens, & erga bona ſua, erga regnum, erga rempublicam parum cautus, parum providus; ira, furore, vehementia, atque ſuperbia, peſſimis conſultoribus utebatur. Multa tunc quoque, & ſuæ Regię & Pōtificalis dignitatis oblitus, in Staniſlaum Epiſcopum ore procaci effudit improperia & maledicta; plura effuſurus, niſi Staniſlaus Epiſco- F

tum durius increpat

ſurdum ad omnia

A Episcopus, miram de se spirans mansuetudinem & patientiam, furoris ejus aculeos hebetasset, cedens sæpe numero regio tam livori quam furori, sperans se facile superbam & accensam mentem sua humilitate & modestia sanaturum.

94 In deterius deinde assidue processit res, cæcisque ausibus in exitialia abrupta grassabatur Regis impietas, & regiæ omnes actiones aut in ampliorem tyrannidem versæ, aut in turpitudines abominandas appulsæ. Passionumque suarum alligatus *& prosperis inflatum.* vinctusque ferebatur infelicitate; nihilque pudoris, nihil pœnitudinis admonitus capiebat, variis alligans animam vinculis, & undique illi congregans nubes corporalium voluptatum. Nempe in iram proclivis ac libidinem, fœdis voluptatibus dederat manus: & magnitudo ut reor rerum, & earum ad potiores quasque felicitates conversio, occasionem præstitit & subministravit causam, quod Rex ad tam impias & scelestas actiones conversus est, sive mortifero ex luxu inductus, sive ingenio, sive fato maligno, à summo ad infimum velocius quam ascenderat relapsurus.

95 Videns siquidem Boleslaus Rex, non statim se pro suis facinoribus à Deo misericordiæ percelli, B sed suarum prævaricationum multiplicium differri ultionem; recrudescebat amplius induratus, & se non sentiens mortuum, in perniciem suam & Regni, fœdissimis in Deum & homines prævaricationibus, grassabatur. *Seque in deteriora devolventem.* Nihil pro salute & honestate sua pensi, nihil justi aut legitimi habere; sed omnium statuum officia & Ordines confundere, humanitatem & clementiam in tyrannidem vertere, & spurcitiis Sodomiticis indulgere; constabatque virtutem, in principio regnandi ostensam, simulaticiam & non veram fuisse, tectaque vitia, diu latere non potuisse. In tanta siquidem flagitiorum & scelerum fæce, in tanto impuritatis cœno versabatur; tanta quoque illum status, officii, & dignitatis cepit oblivio; ut jumentum cui se miscere insueverat, pannis sericeis ceterisque purparatis ornamentis vestiret, & de sævitia, qua lac humanum canibus, prole tenera abjecta, sugendum præbuerat; qua tributis & subvectionibus divites juxta ac pauperes gravaverat, nihil remitteret. Nec satietas, neque consilium, nec reprehensio, nec metus modum ullum aut finem tot tantisque malis impositura videbatur. Contumeliam quoque Divinitati facturus id agebat, ut patratis sceleribus nova adjiceret, & pro pessimis pejora auderet: apparebatque nullum sub sole fœdiorem tramitem posse C Polonis & eorum regioni contingere, Rege eorum teterrimo facinore, ipsis vero asperrimo gravamine involutis.

Quare commotus vehementius, 96 Episcopus itaque Cracoviensis Stanislaus, dote virtutum celebris & fidei merito insignis; etsi in omni sua vita, quam in eam diem omni laude cumulatam produxerat, tam religiosissime quam scrupulose, Deum omnipotentem ejusque legem coluerit; impietate tamen Regis conspecta, & sub oppressionis fasce regnum Polonicum videns detrusum, pietati & fidei suæ calcar adjecit: eaque conditione se in Cracovienſem Pontificatum provisione superna evectum ratus, ut primum omnes acerbitates, deinde omnes cruciatus, ipsam denique crudelissimam mortem, pro Dei sui lege & populi sibi commissi salute perferret, sua passione suoque felici cruore plebem Polonicam in libertatem & salutem vindicaturus: tot tantisque Regiis flagitiis obviam ire parat. Regias itaque prævaricationes & vitia animadvertens grassari in Deum; & statum decusque regni Polonici, per illa labefactum iri; Apostolici viri opus & fidem præstitit, & libera contumacia, altoque & invicto animo ad extremum usus, aliis per metum diffugientibus, pro justitia & veritate sua stare decrevit: nullumque trepidationis signum præseferens, quin etiam vultum lætificum ostendens, ad Regem obstinatum in auctoritate liberæ increpationis progressus; magna tunc Militum ac Procerum stipatum caterva, novo reprehensionis genere in illum usurus accedit; & Pontifice digna constantia magnifice concionatur apud Regem; salvationisque suæ cupidus, non pœnæ, plenus religioso pietatis affectu, illum hujuscemodi convenit alloquio. AUCT. IO: LONGIN. *iterum ad Regem accedit;*

97 Quamvis, inquit, noverim te, ô Rex, saluberrima mea monita, tibi pridem à me prona caritate ingesta, obturata audisse aure; & gravi oneratum *increpans libidinem ejus brutalem.* ira, gravibus etiam me contumeliis & improperiis insectasse; omnium tamen illorum facile oblitus, & salutis atque honestatis tuæ caritate, officii quoque mei debito incensus; ad te iterum venio, videns scienſque te in passiones desideriorum demersum, scelerum magnitudinem aggravasse: maloque tibi meam reprehensionem displicere, quam veritatis & justitiæ causam deserere. Tu quidem, Rex; antiqui hostis concitatus virulentia, naturæ ordine transmutato & perverso, naturæ quoque indulgentia præterita, brutis quæ sua tempora & jura custodiunt, immundiorem te præstitisti; quibus te præfert enormitas E excessus in reatu (feræ enim hunc informem ignorant luxum) gloriam Regiam confusionis dedecorans opprobrio, & gentis Polonicæ inficiens nobilitatem.

98 Tu prostituta justitia, per quam à misericor- *sævitiem in mulieres,* de omnium Patre Deo noveras te pro omni tempore regiminis in prosperis dirigi & in benedictionibus ampliari, inaudito & inusitato apud secula sævitiæ genere, feminas puerperas canibus fugendas præbes; humanæque sortis tenorem & redemptione Jesu Christi nobilitatæ decus per caninos morsus contaminans, dignitatem humanam confundere atque viliorem bestiis reddere conaris. Tu opibus & introitibus Regiis inutiliter in usus profanos distractis, alienis fundis injicis avaras manus. Tu subje- *rapacitatem,* ctorum lacrymis & ærumnis non moveris. Tu eorum substantias devoras, & per frequentes subvectiones fortunas quasque & supellectilem demoliris; abjectoque prævaricationis metu pravæ te spei, quasi hæc scelera facile tibi debeant ignosci, laqueis irretis, Divinæ ultionis pœnas, quæ te propter hoc manent, putans posse convelli. Quousque fœdas animam tuam, & præcipitas eam in interitum suum? *impietatem:* claudens tibi immanitate transgressionum portam regni cœlestis; ex quibus omnibus, quam profanus F & impius in Religionem Divinam extiteris, tu ipse considera. Ferales sunt hi ausus, non Regii; barbari mores, non Christiani: & tibi & Regno tuo, nisi illos correxeris, dispendium & ruinam allaturi.

99 Noli te solum putare Regem, sed hominem; noli tantummodo contemplari solium tuum & imperiū, vix in crastinum velut putrem fumum duraturum, sed naturam quoque & conditionem mortalitatis tuæ considera. Ejusdem enim naturæ, ejusdem & conditionis; qualem & ipse retines, scito te homi- *revocat eum ad respectum humanæ naturæ.* nibus imperare: qui sorte mortalitatis à quocumque rusticano homine non differs: qui, etsi singularitate præstas culminis, æqualitatem tamen attende conditionis. Define imaginem Dei atque plasma tuis detestandis jussionibus crudeliter atque sævissime impetere: irritas enim Creatorem, dum illius execrabili exemplo affligis imaginem, ad parem severitatem obstricturus cœli Dominum contra te, quia ipse nunc præcellis pariles & conservos. Nec ideo illum existimes à te inoffensum, quia non dum expertus es iratum; severum sensurus judicem, si me benignum spreveris monitorem. Define olidissimo sodomiæ

AUCT. IO. LONGINO

miæ vitio uti : contumeliam enim infers Altiſſimo & hoſtem naturæ te conſtituis. Deſtruis corripiſque in tuo corpore Dei formatum templum, à Deo, ni deſtiteris, deſtruendus: quoniam tantæ deformitates facinorum, non niſi virgam ultionum & æternum operiuntur incendium.

beneficiorum Deo collatorum

100 Non confidas in excellentia regia, neque in amictu purpureo, æqualium hominum Princeps & conſervus: unum omnium Dominum, Regem & Creatorem, crede, tibi & cuilibet alteri, æque pro merito ut demerito, reſponſurum: qui tui regni protector tuæque ſalutis auxiliator eſt; per quem tibi tanta virtus, tanta felicitas, tale denique imperium, tributa ſint ut regna & externa dominia poſſideres, & gentes in circuitu ſubjugares. Cuſtodire te autem paternæ pietatis hereditatem, clementiæ quoq; & commiſerationis præclaram rationem habere convenit, & rerum ſucceſſu non corrumpi atque inſoleſcere; cum ille & pietate & religione colendo Deum, amiſſum recuperaſſet Regnum, eviciſſet Tyrannos, & tam Deo quam hominibus amabilem ſe præbuiſſet. Attendere inſuper, & aſſidua rimari velis meditatione, quod ex illuſtriſſima ſtirpe ſatus ſis, & per utrumque parentem celebris te contingat propago: quod jure primogenituræ prælatus fratribus, ſublimatus diademate & regni gubernatione, quod locum non inter fratres tantummodo, ſed inter omnes Sclavonicæ linguæ Principes, obtines celſiorem.

ipſi & patri ejus,

B

101 Tantis itaque & tam ſublimibus beneficiis diligenter apprehenſis, te deprecor, te moneo, te obteſtor, tum per ipſum Deum, cui omne ſordet iniquum, tum per Religionem orthodoxam, tum per decus tuum Regium, per denique Regnum tuum Polonicum, quod tuæ majeſtatis eſt pretioſa hereditas; ut operibus tuis execrandis non irrites, non exacerbes Deum: ſed in ejus præceptis atque lege abſque offenſione incedas; nec gladium, quem principaliter à Domino in defenſionem innocentum accepiſti, in tyrannidem convertas: ſed colas juſtitiam & æquitatem diligas, pietatem ſingulis præſtes, ad quod te præcipuè hominibus naturæ tuæ participibus intelligas prælatum; ut non ſolum in hujus caducæ vitæ, ſed inſuper in æterno poſſis honore clareſcere; & quo altiorem te ſtatum præ filiis hominum favore & nutu Divino conſcendiſſe aſpicis, eo devotiora obſequia & puriora opera exhiheas conferenti. Qui enim te benigne condidit, benigniſſime ſalvare cupit; iram in te irretractabiliter effuſurus, ſi converti renueris.

dignitatis & officii ſui,

C

præſentis infamiæ

102 Reſpice quæſo qualem de te facis præſenti & futuræ ætati fabulam, quantaque ad præcipitia luxuriæ de te creſcit in ceteros auctoritas, quantum ſcandalum, quanta pernicies. Nec libidinoſius obſcœniuſque, quam hominem & Regem convenit, corpus attractes: ſed pro ſingulis ſceleribus profer lacrymas, & pœnitudinis te confuſione involve, omnem vitiorum tuorum æruginem concrema, minacem ſententiam Domini & ultricia flammarum perpetui cruciatus evaſurus incendia. Et ſi lege tam humana quam divina non moveris, ſaltem naturæ religione movearis, cujus gratia & beſtias ligat, & belluas cenſurat. Momentaneæ inſuper tuæ voluptati, primum orbitatem & regni perniciem exterminiumque, deinde perpetuos cruciatus & pœnas non dubites reſponſura; à terreno primum regno, deinde à cæleſti, niſi reſipueris, juſto Dei judicio hereditate excludendus, atque cum Gomorritis & Sodomitis in ſulphuris judicandus examine.

& ſecutura vitæ æternum felicis vel infelicis:

103 Si vero à facinoribus deſiſtendo, pœnitentia, ſatisfactione & fletu commiſſa diiueris; diuturnas ſucceſſiones, & res florentes, atque æternas lucidiſſimaſque ſedes, tibi & tuæ poſteritati, fidelis veruſque ſponſor repromitto; paratus pro anima tua ponere animam meam. Nec erit tibi, ſi ad integrum reſipueris, tarda ſalubritas; majus emendationis meritum, pro ſuperabundantia culpæ, in te & in tuos benignitate Divina experturus: benedictionis quoque à me pollicitæ aſſero te & tuum fore genus compotem, ſi quæ ſalubriter moneo impletum iri contendas. Sin aliter ire pergis, nimis iniqua viciſſitudine reſpondes Domino, qua tibi ſuper gentes & regna terreni imperii conceſſit principatum. Nam etſi in præſentiarum ſanus, integer, & validus ſis, & tot tantorumq; Rex Dominorum, opibus, potentia, exiſtimatione certe non in poſtremis: hæc tamen omnia ad conſequendam futuram beatitudinem, niſi pietate, contritione & ſatisfactione Deum tibi placatum feceris, exiſtima prorſus nihil profutura. Et ſi te hæc omnia non moverint, ſaltem tribunal illud Chriſti terrificum, cui te aſtare oportet, moveat; reſipiſce, revertere, converſioniſque viam celeribus præoccupa veſtigiis.

D

reſipiſcenti proſpera omnia ſpondet.

ANNOTATA.

a *Anno, inquit Longinus in Hiſtoria, 1075, quem ſequitur Crommerus: ſed quæ narrata ſunt hactenus de Regis libidine, monitione Staniſlai, Petri ſuſcitatione poſteriora facit expeditione hac, qua præcipue vult Regem depravatum fuiſſe.*

E

b Kijovia, *nobiliſſima ad Boryſthenem fluvium civitas Vkraniæ caput, in cujus ditionibus Coſacci dominantur: quamſame & peſte tunc expugnatam deſcribit Longinus in Hiſtoria.*

c *Anno 1076, inquit idem in Hiſtoria.*

d Feminas *ibidem* ſpecioſas & laſcivas fuiſſe, *& earum* pulcritudine tam Regem quam Polonorum milites captos, *addit.*

e *Sequentia ad annum 1077 & 1078 traduntur in Hiſtoria & paſſim referuntur à ſcriptoribus aliis, Martino Cromero lib. 4, Matthia de Michonia lib. 2 cap. 20, Iudoco Ludovico Decio de vetuſtatibus Polonorum, Alexandro Guagnino in Boleſlao Audace, Clemente Ianiſio in ſuo poëmate, & aliis.*

CAPUT IX.

Vlterior conatus in emendationem Regis. Orationes, pœnitentiæ pro ejus ſalute aſſumptæ. Addita excommunicatio cum periculo vitæ.

F

Excandeſcentem ad monita Regem

104 SUpervacanea viſa eſt optime ac ſalubriter monentis Staniſlai Pontificis oratio, quando tam Regis, quam nonnullorum ſuorum Poeerum ac Militum, iram & temeritatem ejus mulcentium, proclivior fuerat ad deteriora quæque conſenſus, quo ſibi & regno proprio maturum parabat ac nectebat exitium. Inſani quoque & præcipitis capitis Rex & obſtinati animi, ea omnia quæ ſalubriter ingerebantur calcabat, & inlibratam voluntatem ad ſana Staniſlai conſilia gerens, ad omnia quæ furor, temeritas, ira & indignatio ſuggerebant, mentem verterat; ex admonitione paterna magis efferatus, neque aliquid ſalubris remedii ferі poterat in anima confuſionis plena, quam peccatorum multitudo contexerat. Maligno ſiquidem pectori, nunc tyrannidi dedito, nunc cædibus & ſeveritate in matronas occupato, nunc inquinato ſpurciciis nefandæ libidinis, nulla ſalutaris admonitio inſidere poterat. Nulla illud paterna & clemens reprehenſio emolliebat; in Pontificemque Staniſlaum furoris facibus amplius igneſcebat. In hunc ſiquidem, quem prædiximus, modum animoſe, ut Pontifici & viro Apoſtolico

A lico par erat, Staniſlao Regem admonente, obſecrante, & objurgante, Boleſlaus Rex, iracundiæ ſuæ fræna laxans, pervicaciorem furorem in Epiſcopum effudit; increpitus ab eo, & contumeliis atq; terroribus & ceteris id genus improperiis obrutus, denuntiatione inſuper addita, ut, ni deſiſteret mature, ſe noſſet periturũ.

105 At S. Staniſlaus, vir Deo plenus, impavidus dum maledictis inceſſeretur atq; conſtantior, manſit durato animo atq; obfirmato, ad ſingula pro Chriſti nomine & plebis Polonicæ libertate perpetienda. Pauci faciens ſiquidem terrores Regios, non ſubſiluit, neq; ut mercenarius ovibus deſertis fugit; ſed acrior conſtitit, nequaquam mortis interminatione perterritus, animamq; ſuam ingenue & magnanimiter ad paſſiones quaſlibet ſubeundas cõpoſuit. Omnes enim ſuas curas ſpes atq; cogitationes, non ad caducam, ſed ad æternam vitam producendam conſequendamq; verterat. Itaq; laceſſitus fortioré ſe præſtitit, omnium terrorum, omnium acerbitatum atq; ſuppliciorum contemptor: & perfecta caritate præditus, proculq; mittens timorem, flammas ſævientis in Rege iracundiæ, manſuetæ mentis placabilitate extincturus, horrari atq; monere iterum Regem Chriſtiani pectoris infatigata conſtantia ſubſtinuit, ut pro commiſſis pœnitudinem gereret, ut pro ſceleribus fleret, & ultrices pœnarũ flammas, quæ illum manerent, lacrymarum ubertate conſtringeret; *nihil reformidans, urget ad pœnitentiam.*

B prædicens ſibi, ni reſipiſceret, luminare ſuum oportere extingui, ſortem & gladium felicitatis ſuæ retundi, & ſingulas ſuas actiones teterrimo funeſtari piaculo; nec ſperaret ſurrectura aliquando, dum ſemel corruerint. Hæc autem non tam ſibi quam omnibus Regibus & Principibus Poloniæ, viſus eſt mihi veraciſſime prædixiſſe.

cum ſtupore audientium; 106 Præmiſſa autem & plurima alia, ad commovendũ & reprehendendũ Regẽ, dicens, confidentia ſimul & lætitia replebatur, ita ut alacritatem vultus ejus, reſponſionum & reprehenſionũ conſtantiam, turba Procerum & Militum, quæ circa Regem aderat ſtupore ingenti miraretur: plurimorum inſuper efferebatur tacita licet laude, quod unus inter Polonicos Pontifices extraret, qui quod rectum, juſtũ & ſalutare fuerat providere, & conſtanter Regi prædicere, atq; pro populo Polonico & ejus injuria prodire in aciem auderet, velut acerrimus defenſor juſtitiæ, reipublicæ propugnator ſtrenuus, portus quoq; & ſcopulus omnium injuſte afflictorum. Moviſſet correctio Pontificalis etiam ſaxeum pectus: Rex tamen Boleſlaus ſaxo durior, ferro rigidior, non movebatur.

C 107 Conſiderans deniq; Staniſlaus Epiſcopus, quod Boleſlaus Rex in omnium correctionum contemptum veniens, ita videbatur à ſe & reprehenſionis Pontificalis diſciplinam, & timorem Dei, & hominum reverentiam repuliſſe, ut clavum pertinaciæ aſſumens, nec ſtimulo urgeretur conſcientiæ, nec pudore confunderetur infamiæ, neq; pœnis gehennalibus ſibi à ſe denuntiatis terreretur; rigidiori animadverſionis genere in Regẽ uſurus verba facit. Quando, inquit, profundo tenaciq; facinorum limo demerſus & infixus, perverſe prorſus & nefarie graſſaris in Deum, qui te per proſpera extulit, qui pervaria munera glorificavit, qui beneficiis auxit plurimis; cum te illius exhibes & deſertorem & offenſorẽ, cum ſua beneficia multiplicia ducis in irritum, cum jura conjugalia proſtituis, affli- *minatur cenſuram,* gis Regnum, obſcœnam ſectaris venerem, non corpus tantummodo & ſpiritum, ſed ipſarum etiam aurarum ſpiramina fœdantem, ſceleribuſque & oppreſſionibus nullum modum ponis; ſcias me de cetero non commonitionibus, ſed præceptis; non reprehenſione, ſed cenſura, tecum acturum; & gladio Eccleſiaſtico exerto, tuas ſceleratas actiones, poſtquam aliter reſcindi nequeunt, coerciturum.

108 Incanduit iis auditis ingenti cholera Rex, eum neq; Deus, neq; facinus meliora illum ſentire permitteret, & fremitum in Epiſcopum, quaſi manus illi illaturus edito, terroribus, ut moris eſt illi poteſtati, & contumelioſis improperiis agit; bilem quoq; & ultionẽ ſpirare cœpit, & ni deſiſteret interitum ſibi ſciret propediem eventurum, flagrabat dudum etiam tunc in Beatiſſimo Staniſlao Martyre glorioſus ardor: quapropter ſaturatus opprobriis, alteram percutienti præbebat maxillam; & intrepidus abſque ulla animi perturbatione, ſuperno illuſtratus lumine, contumelias exprobationum & denuntiatæ mortis opprobrium libero faſtidio irridens, hæc ſibi minitanti Regi reſpondebat. Atque utinam propitietur mihi Deus, & quamvis immeritum dignificet, tribuatque corporis mei munus in holocauſtum acceptæ victimæ ſibi offerri. Quamvis autem Regis in Pontificem ſcaturiret ira, nemo tamen apparitorum, ſed nec ex militum quæ Regem circumfundebat turba, auſus tunc eſt facto aut verbo obſiſtere, aut reprehenſiones Pontificales refellere, aut aliquam illi contumeliam vel violationis injuriam inferre. AUCT. IO. LONGINO *& ſe ad martyrium paratum aſſerit:* *Paucis quibuſdam Regem placare conatibus,*

109 Quinimo & nonnullorum Procerum Conſiliariorumque, paucorum tamen, Staniſlao diſcedente, impetitus eſt Rex admonitione atq; prece, ut reprehẽſionem Præſularem, non ſecus quam oraculo demiſſam divino, in pectus animumq; demitteret, & pietatem Agni Cæleſtis facinoribus ſuis de cetero non irritaret; & non tam ſibi, quam Regno, liberis quoq; & ſubditis juſtiori ordine proſpiceret. Verum invidens fortuna domitori vicinarum gentium Regi, ipſum & in ſuum & Regni Polonici coarmabat exitium. Salubres enim monitus modeſtis & timoratis viris ingerentibus, malignorum prævalens ſuggeſtio prævaluit, & Regem ſuapte furentem, ad quæque improba in Epiſcopum meditanda incendens, facile recta & vera monentium conſilium exſufflavit. Difficillimum quippe erat Patrem benigne admonentem audire, & ſanam ſuam & aliorum eruditionem inſerere in obſeſſum grandi facinore caput, quod & propria iniquitas animi efferabat in illo, & oleum inpinguabat perverſe ſuadentium conſultorum. Nõ ob id tamen Staniſlai zelus & ſtudium quievit, ſed obſtinacius nihilq; de rigore remittens, uniformi in corripiendo Rege duravit propoſito; & quo poterat patiẽtiæ thorace munitus, impietati Regiæ reluctabatur. *pluribus ex acerbantibus,*

110 Deliberantem poſt hæc Staniſlaum Epiſcopum, quo ordine & proceſſu deinceps in Boleſlaum Regem fungeretur, & ſecum ſuper his varia volventem, nonnullorum Eccleſiaſticorum virorum Eccleſiæ Cracovienſis obſecratio adoritur, ut tyrannidem declinaret Regiam, ut cœptam ſeveritatem reprehenſionis remitteret, ut ſibi parceret, ut Eccleſiæ & plebi ſibi commiſſæ & ex morte ſua viduandæ conſuleret, furoremque Regis leniendum magis quam exagitandum cenſeret. Sed ille, velut vas electionis à Domino dudum præviſus, hujuſmodi precibus inflammatior, & ad amorem martyrii & in Regis ſalutem & in plebis Polonicæ libertatem alacrior fervidiorque reddebatur. Tantus [enim inerat] illi juſtitiæ & veri amor, tantum mali odium, ut periculi omnis interim obliviſceretur; nec ullius rei ampliori deſiderio quam fundendi ſanguinis, quam percipiendi martyrii tenebatur: id nocte atq; interdiu meditabatur: hæc ſua aſſidua cum viris Eccleſiaſticis conſultatio, hæc ad Deum profunda deprecatio, ut mori ſibi pro ſuo nomine & honore tribueret; nulloque terrore nullaque perſuaſione de ſententia juſti honeſtique poterat avelli; manebat in adverſis potentior, manſuetudine & converſationis puritate ornatus. F *ſuadet Staniſlao Clerus ut cum eo diſſimulet:* *ſed ipſe martyrii cupidus,*

111 In tantum autem deſiderum exardeſcebat martyrii, ut inſectari ipſam mortem & cupere videretur, ſubin-

AUCT. LONGINO *perſeverat in propoſito:*

ſubinferens, non aliter libertatem Eccleſiæ & Plebis Polonicæ, niſi per necem ſuam proventuram; nec ſecus zizaniarum ſemina, quæ pullulaſſe noſcuntur, radicitus poſſe evelli; nec oves à lupinis morſibus liberari; Mea, inquiens, vita, omnibus in ſpeculo poſita eſt, qui ſi paulum titubavero aut reprehenſionem meam remiſero, turpem fugam iniſſe, turpi caſu cecidiſſe jactabor, deſertorque gregis mei videbor non paſtor, Divinum judicium, ſi pro præſenti contra tyrannidem Regis pro plebis injuria non ſtetero, non evitaturus. Greſſus itaque ſuos in ſemitis legis Divinæ plena ſoliditate perficiens, & ad Regios terrores immobilis perſeverans, non eſt paſſus ſua immobilia veſtigia commoveri, ad omnem caſum durabile & firmum oſtentans propoſitum.

112 Ad obſecrationes deinde & ſupplicationes converſus, nonnumquam integras noctis elucubrationes, per fletus & ſuſpiria veniam Regi deprecando, abſumebat; ſacratas & puras manus levans ad Dominum pro reprobato & reprobando Rege; non ſecus quam Samuel quondam pro Saule interpellabat. Atq; pro illius converſione, ſuam & Regni Polonici ruinã averſurus, paternis excruciatus affectibus, frequentius ſanctiſſimi ſacrificii adolevit incenſum, & immolavit lacrymabiliter vitulos labiorum. Et quanto Regis truculentiam ſenſit fortius conſurgere & impetus ejus laſcivire, tanto clementem Deum, ſedatorem ſupremum, totus profuſis miſerationum viſceribus, ſibi illum conabatur efficere propitium & placatum; jugiter & aſſidue, diurnis orationibus & noctibus pervigilibus, pro illo & ipſius converſione omnipotenti Deo effundens fontes ac flumina lacrymarum. Dum ſiquidem tranſgreſſionis & pertinaciæ Regiæ meminit, dum facinus ſuum librat, dum regni ruinam & reipublicæ deformitatem exinde venturam recogitat, reſolvebatur in viriles & Pontifice dignas lacrymas; quas illi ex caritatis affluentia, compaſſionis magnitudo excutiebat; plurimarumque lacrymarum rore veſtimenta & locum orationis compluens, facinus Regium ſupplicabat abſterſum iri: frequentiuſq; ad imaginem Crucifixi converſus, mœrore plenus & humẽtibus oculis obſecrabat, ut afflictorum tangeretur miſeriis, & pro Regiis non ultionem ſumeret delictis, ſed utriſque propitia benignitate præſtaret levamen.

interimq; precibus & lacrymis pro Rege inſiſtens

illius congreſſum declinat.

113 Obſecrationi autem abſtinentiam addidit, & corpus jejunio atque cilicina zona affligens, etiam converſationem ſuam Regi ſubtraxit: & congreſſus illius atque communionem fugiens, omnifarieque ab eo ſe & ſuis ſequeſtrans, aſſiduis complorationibus, uberrimis lacrymarum ſuarum fontibus, & jugibus deprecationibus indulgebat ac plangebat; ſi forte Regem obſtinatum poſſit à ſuis avertere forefactis, & ſibi ſuo ſupplicatu converſionem & propitiationem impetrare Divinam; fortis & diligens utrobique Paſtor, mediator admirabilis; dum & contra ſævientem Regem, defenſionem pro grege & univerſo Polonico populo; & contra peccantem, juſtam reprehenſionem opponeret; ac pro utriſque orationis & Sacrificii virtute aſſidue interpellaret.

114 Verum cum oppreſſionum acerbarum redundatio amplior in dies foret, nec Rex videretur, aut illis finem poſiturus, aut obſcœnitates vitiorum ſuorum relicturus; Staniſlaus Epiſcopus, non ultra cunctandum nec manſuetudine agendum, factoque, non conſulto in tã evidenti periculo opus eſſe ratus; illa ſtagitia illos furores, illos acervos facinorum, illas turpitudines non ferens tanto majorẽ cœpit adhibere rigoris Apoſtolici in Regem operam, quanto duriori vexatione videbat Regis invaleſcere in ſubditos truculentam oppreſſionem; & nefariam ſuam venerem, tam occaſione quam exemplo, in dedecus Dei & in

ac tandem poſt omnia remedia ſruſtra adhibita,

perniciem ſubditorum diffundi. Ex gradibus inſuper Regiæ culpæ, ordinem quoque Staniſlaus Pontifex auxit cenſuræ. Sic enim ad extrema dedecorum & nequitiæ prolapſæ res erant, uti nequaquam à Pontifice diutius ſine offenſa Dei & fidei, ſive ruina & detrimento religionis & regni, ferri poſſent. Manum [igitur] miſſurus ad fortia, & gladium vibraturus, ex adverſo conſurgens pro Domo Domini, in aciem verus miles prodiit; ponereque animam ſuam pro grege ſuo Paſtor vigilantiſſimus non dubitavit. Itaq; in ſingulis normam Euangelicæ & Apoſtolicæ doctrinæ cuſtodiens, Boleſlaum Poloniæ Regem, dudum verbo tenus à ſe commonitum, excommunicat; mandatq; excommunicatum à ſuis ſubditis vitari; deinde in illũ majores profert ſententias; ad extremum anathemate eum ferit, Eccleſiæ illi prohibens ingreſſum, germen peſtiferum falce Apoſtolica ſucciſurus.

Regem excommunicat:

115 At Boleſlaus Rex aſperrime paſſus correptorẽ, & ferocem ſe agens, & adverſus omne remediũ, quod medicinali cenſura ab Epiſcopo ingerebatur, contumacem; ex eo tempore graviſſimo furore barbaroque odio in Staniſlaum Epiſcopum, pietatis & juſtitiæ defenſorem, intumeſcens; rapido curſu fertur in præceps, ut illum crudeliori quo poſſet mortis genere conſumendum, voluntate plena atq; conſummata deſtinaret; qui furor ſuarum veſanarum actionum atq; libidinũ eum in hunc uſq; torrentem ſuæ præcipitavit inſaniæ, ut purum ſe à contagione ſpurcitiarum execrabilium [fore] æſtimaret, ſi virum Dei & reprehenſorẽ ſuum Staniſlaum Epiſcopum gladio ſuſtuliſſet: & ſatagens ſua occulere facinora, hoc egit ut cunctis fierent vulgaria. Sed quamvis ſæpe numero multifarias illi tetendiſſet inſtauraſſetq; inſidias, protegente tamen ipſum Altiſſimo, omnia pericula, omnes laqueos, omnia ſupplicia ad quæ deſtinabatur evaſit; qui non Regiis terroribus ſibi frequentius denuntiatis, nec Eccleſiaſticorum virorum perſuaſionibus, fugam; nec amicorum blandimentis, Regiam reconciliationem ſibi ſuadentibus; à ſui ſtatus rectitudine & firmi propoſiti poterat averti: neq; variis perſecutionibus decoctus exuſtuſq; flamma, in viriditatis ſuæ conſtantia quomodolibet conſumi: ſed inter univerſa diſcrimina veritatis aſſertor atque juſtitiæ propugnator, religionis & fidei Chriſtianæ tramitem, oppreſſorum & gravatorum cauſam non reliquit, æquanimiter ſuſcepturus quidquid furentis Regis excogitaviſſet inſania: forte quoque & ſolidum retinens pectus, nulla tentatione ſterni potuit.

multa fruſtra moliuntur in ſanctum

116 Contra tot machinas perſecutionis inuictâ cõſtantiâ ſtetit; æquanimitate infractâ opponens contra tyrannidem Regis reprehenſionem Apoſtolicam, & contra horrendum facinus puriſſimam vitam. Æterna quippe magnopere appetens, vires ex adverſitate ſumebat; & creſcente pugna, glorioſiorem ſibi non ambigebat proventuram victoriam. Gerens inſuper in Pontificali & Apoſtolico pectore ſuavitatẽ & voluptatem admirabilem, ſi contigiſſet ſibi pro Dei honore atq; Religione, pro plebis injuria atq; oppreſſione, felici cruore damnari. Adverſuſq; vitia Regia ſenſim invaleſcentia, ab omnibus deſertus ſolus ſtetit; & ne Regem & Regnum, ne Rempublicum peſſumdaret, quantummodo uno obſtari poterat capite, pronus & intrepidus reſtitit; nihil omittens, quod à vigilantiſſimo Paſtore pro ſalute Regis & gregis opponi par fuerat: immenſo caritatis ardore ſua demonſtrans flagrare viſcera, cum & pro expiando Regis delicto ſupplici exęſtuaret precum & ſacrificiorum incendio; & pro libertate populi Polonici carnẽ ſuã devoveret ſupplicio.

forti conſtantia obarmatum.

117 Gladium Eccleſiæ, qui ad ſalutem tantummodo percutere ſolitus eſt, Boleſlaus Poloniæ Rex contemnẽs velut ſtipulã; & tanta ſtultitia tantaq; craſſitudine tenebrarum mentem ſuã excæcans, ut gladio

qui ideo in furorem agitur,

ſuo

A *contemptim Divinus auctor,* suo materiali & potentia sui roboris existimaret jura divina atque humana se pro libitu exterminaturum; divinis se assidue ingerebat Officiis; Stanislao Episcopo ipsius deplangente cæcitatem, & suo assiduo supplicatu pro ejus conversione obtecrante; ad cetera insuper mala id quæsivit patravitque dedecoris, ut, quo velut hostis naturæ abutebatur, jumentum cultioribus mandaret purpuris contegi, & in opprobrium & contumeliam Stanislai Episcopi, per itinera publica, quo illum transire contingebat, secum duci; ante fores quoque Ecclesiarum, dum se Rex scelestus atque anathemate damnatus misceret Divinis, in ludibrium Dei & in spectatum humanum ostentari: neque illum pudor à turpitudine, metus à periculo, aut ratio avocarunt à furore.

& suum jumentum ei cumdu-ceret,

118 Vidit Stanislaus & doluit, & contremuerunt renes ejus, & accensus est furor ejus secundum judicium legis; Apostolicæque gratiæ illustratus radiis, non tulit utrumque; cum res suapte pessima & detestanda, pejori etiam exemplo edebatur: sed pro tam discriminosis casibus, pro tam detestandis excessibus, zelus non immerito viri beati accensus est, & ignis in suæ meditationis anxietatibus exardescens: & sileri ab Ecclesiis rem divinam, sub omni tempore quo Rex adesset, jussit; & ex jumento amictum omnem, ad revelandam Regis ignominiam, discerpens; nares illius & omnem oris promuscidem propriis manibus amputavit; jumentumq; ex se ipso deforme deformius reddidit, calorem & puritatem in Religionem Dei eo ipso opere demonstrans.

jubet cessari à sacris,

B *& ipse nasum suum jumentum mutuat:*

119 Præsumptionis id opus pleriq; non zeli, non religionis, non sapientiæ judicabant: Stanislaiq; Episcopi criminabantur virtutem, appellabantq; temeritatem & insolentiam, culpantes vehementer illũ, qui Regem suapte furentem in periculum sui irritare contendisset; ceteris, quos rectior justiorq; sensus habebat, & Pontificalis & Christiani pectoris in Stanislao efferentibus & admirantibus fidem & virtutem: qui grandem vim dilectionis obtinens in Deum, grandem in proximum, omnibus Regiis calcatis terroribus, adversus peccatum obluctatus usq; ad mortem, nihil esse monstraverit imperiosius caritate, [cujus] efficax studium & studiosum affectum, tamquam fidelis præco & fortis athleta, verbo, exemplo & opere in discriminoso tempore prosecutus; pietatis & religionis atq; zeli sui seminibus utilem vindemiavit fructum, dum illum zelus Christi reddidit clariorem.

suum vario variorum sensu.

120 Auxit illico hæc res ferocem Regis insaniam, auxit insolentiam; & lividũ indignationis virus in Stanislaum Episcopum effundens, præpropero conatu Pontificem obtruncare perrexerat, nisi Stanislaus interim Episcopus, plus amicorum & virorũ Ecclesiasticorum quam suo studio servatus, in loca occultiora secedens, furorem illius declinasset. Consilium deinde Rex agitabat, & secum & cum aliis: nec nocte nec interdiu ferias agere poterat, plenior aliquanto furorũ irarumq; quã ante fuerat propter interdicti in eũ lati notã. Et jumenti mutilatione ad ampliorẽ bilẽ illum accendente, diesq; ac noctes desiderio enecandi Episcopi torquebatur. Non deerat ea molienti perniciosa Purpuratorum suorum assentatio, Polonicæ genti innata, Principum opes & mentes impetuosius quã hostilis furor depravare & pervertere solita. Erant & ex Militum ordine plures numero, qui Regis truculentiã non modo nullis averterent remediis, sed & insuper mollibus alerent adulationum venenis. Non deerant qui & Regis benevolentia & Stanislai odio, spe quoque alicujus Magistratus & Dominii potiundi commoti, ampliores flammas sererent.

feredit deinde ob iram Regis

C *instigatione optimatum auctam,*

121 Ex quibus Rex ira & temeritate vehementi impulsus, nec sua & Regni pericula prospicere, nec Stanislai Episcopi fidelem & salutarẽ reprehensionẽ justa voluit æstimatione pensare; nihil pendens supplicia, ipsum & generationem suã pro sceleris magnitudine punitura; parum sibi, parum Regno, parũ genti Polonicæ, parum liberis quos jam sustulerat provideris; nec satis animo à densissima ira obcæcato metiens, quo se usq; effusura foret sceleris patrandi immanitas; tantos sibi spiritus, tantam arrogantiã sumens, tantisq; infremebat suæ indignationis motibus, ut divinas juxta ac humanas leges in sua arbitraretur potestate consistere. Sed nec deerant Consiliarii fideles, perpauci tamen & rari, qui Regem à proposito in necem Episcopi destinato averterent, obsecrando ne usq; ad parricidium grassari perseveraret, & regalem dexteram Pontificali sanguine pollueret; suaderentq; ne salutem, tum suam tum communem, ira faceret potiorem: sed animus libidine & passione oppressus cæcatusque, justi rectiq; neque capax, neque tenax esse poterat; mentique Regiæ, jam ira efferuescenti, nihil rectæ persuasionis poterat succurrere.

AUCT. 10. LONGINO *ab eoq; ad nec ne de-sistatur.*

paucis frustra dissuadentibus.

CAPUT X.

Cædes S. Staniſlai à Rege perpetrata.

122 DEstinatus sorti suæ Bolesl aus Rex, nullis sanis consiliis, nullis persuasionibus, nullis deniq; terroribus, à nece viro sancto Episcopo Stanislao inferenda, poterat abduci: sed inconsulto primum iracũdiæ ardore, deinde furia vel potius demoniaco suggestu stimulatus, ad impiam & nefariam cædem animũ intendit; sæviorq; ignibus Æthnæ furor illius, atq; ultionis desiderio incensam flammam ructitans, rationẽ cũ Militibus, proposito suo favẽtibus, de interficiendo Pontifice Stanislao, habere cœpit: & quãto cellior hactenus dignitate Regia, operante Ecclesia, refulsit; tãto in eam crudeliori animadversione desæviit, vires potentiæ suæ adversus illam, nefanda mentis perversitate convertens, acuendo in interitum sui sponsi gladium, quem ab ipsa contra suum vibrandum susceperat inimicum. Nec quales fluctus, qualesq; tempestates facinus illud cieret funderetq; quidquam pensũ cõstat illũ & suos nefarios Milites, utpote qui nec oculos nec animam haberent, considerasse: cæcaq; obstinatio atq; tumor & rabies quędam Regis & Militum pervaserat animos, eorumq; mentes & pectora in Episcopali trucidationẽ coarmabat; in eam dementiã prolapso Rege, ut Pontifice Stanislao, à quo pro suis flagitiis reprehẽdebatur, enecato, & facinora sua latere, & pro arbitrio suo singula crederet sibi succesſura. Ad explendũ itaq; facinus dudum meditatum, dies, tempus & locus opportuna quærebantur: adeo enim ulciscendi libidine cæcus in præceps transversusq; est visus agitari, ut honestẽ & ex re sua, an secus id fecerit, minime cogitaret; acerbos fructus & infelicia germina ex illo parricidii opere, sibi & suę posteritati atq; genti, relaturus.

Furore Regis per auc-tos auctio.

tempus & locus cædis quæritur.

E

F

123 Est autem haud longe à Cracovienſi urbe Ecclesia, ex petra alba rotunde in editiore rupella in plano consurgente fabrefacta, & S. Michaelis Archangeli omniumq; Angelorum nomini dedicata, modicolacu in latere uno ambita: apud quam quondam Poloni, priusquam ad jura Christianitatis conversi forent, idolis suis profano cultu reddebant sacrificia & incensa. In hanc Stanislaus Episcopus, qui dudum patiendi & moriendi pro fide, pro religione, pro veritate, affectũ induerat; pro Regis conversione & suo populiq; Polonici peccato sacrificaturus, non Regem veritus, non mortis sibi denuntiatæ formidine pressus, tertio idus Maji, in quintam tunc cadente feriam, constantibus cum Clericis, communionem vitaturus anathematizati Regis, descendit; ratus se illic, velut in loco abstracto, quiete rem divinam expleturum. Non latuit ea res Regem, singulos gressus & diverticula Stanislai Episcopi per suos satellites explorantem.

Foris in Ecclesia S. Michaëlis

Staniſl. in Miſſam celebrans,

AUCT. IO. LONGINO

opportunitatem itaq; occidendi Episcopi provenisse gavisus, militibus suo proposito faventibus, densiori [numero] quam solitus fuerat, se subsequi jussis, illuc ad nefariam explendam cædem, ad sævum peragendum facinus, & insignē crudelitatis occupaturus titulum, primus apud Polonos & inter Polonicos Reges execrandi auctor exempli, insanæ cujusdam temeritatis plenus, justissimam Stanislai Episcopi reprehensionem ulturus ferro, cum militum caterua, ad unum parricidii facinus conformi crudelitate exequendum ire pergit, eximia bona sua uno deformaturus vitio. Festinabat autem ad locum rapidis passibus, metuens virum Dei Staniſlaum per fugam, comperto suo adventu, de ecclesia S. Michaelis evasurum: eoque adveniens, locum per milites corona circumagi & observari diligentius, ne Staniſlao Episcopo effugere liceret, jubet.

à Rege ejusq; militibus cingitur

124 Quamvis autem Staniſlaus Episcopus cohortem adversum se convenisse, denuntiantibus sibi Sacerdotibus, agnovisset; quamvis terribiles fremitus stridoresque tam gladiorum quam armorum sensisset; oculos tamen in sublime erectos tenuit, nullum trepidationis signum dedit, nihil suscipiendæ passionis asperitate trepidans, intelligensque diem advenisse, quæ voluntatē probare operis effectu exigebat. Nihil frementium militum cohortem horrere, nihilq; ex vultu hilari notatus est mutasse: sed virtute animi sui & constantia fidei securus, & omnis pavoris expers, probatior & magnificentior ex eo reddebatur: rabiemque Regis & militum suorum, cruentosq; & impendentes gladios contemnens, fidei & justitiæ probatissimum se Confessorem expressit: ostenditque in se plus posse amorē Christi quam cruciatus Tyranni, & de sola oviū suarum & persecutorum salute solicitus, elevatis in cœlum oculis, vultu deniq; imperterrito ac satis beato, orationem fundens, constantiam patiendi, & Polonico populo & suis percussoribus veniam, gregiq, suo divinæ miserationis tutelam impendi precabatur, dicens.

absque timore securus,

orationem fundit,

125 Deus omnium clementissime conditor & Redemptor, coram quo omnia vivunt, cujus nutu omnia diriguntur, cujus beneficio animæ omnium pro tuo nomine morientium mutantur in melius; benedico te, qui me in hanc horam & in hanc passionem perducere dignatus es, ut particeps existerem passionis & calicis Christi tui. Glorifico te per unicum filium tuum, æternum Deum & verum Pontificem, Dominum Jesum Christum, cujus passionis & intercessione & merito te quæso, te deprecor, ut pro tuo nomine, honore atque justitia, pro tua religione & populi Polonici libertate, duratum & patientem conferas animum ad quælibet tormenta toleranda: dones & populo Polonico indulgentiam, ovibus vero meis, imo tuis, tuæ propitiationis tutelam, nec Regis aut suorum satellitum ignorantiam imputes ad peccatum. Ea oratione expleta, Missarum solennia Pontificalibus indutus, tremente omnium ministrorum qui illi assistebat ordine, prosequebatur. Post perac̄a sacrificia, vir Dei, actionis innocentis virtute fortissimus, aliud extemplo sacrificium, aliud quoque holocaustum, proprii videlicet corporis hostiam, & vivæ mentis constantia justissimam, ad pœnam persecutorum traditurus, corpus etiam ad omnes cruciatus perferendos coarmabat.

C *pro interfectoribus orat,*

ac Missam absolvit:

contra quē immissi milites,

126 Continuit se Rex, Divino nutu correptus, donec sacrificia Missæ per Staniſlaum absolverentur. Sed ut erat ferox natura & omnis moræ impatiens, conterritus ira, accensus furore, & quadam rabie vexatus, mittit tandem milites, qui Staniſlaum Episcopum, etiam sacrificantem, interimant. Affuit illico virtus Divina, potentiam dexteræ suæ manifestans. Ad conspectum siquidem Pontificis, cohors armata & ad occidendum missa, posteaquam ecclesiam ingredi ausa est, expalluit, trementibus quoque artubus & genubus, animi vero magna & repentina formidine, & qualem Deus impietatis auctoribus immittere solet, consternata, dum virum Dei strictis ensibus nititur contingere, cecidit, magnum edens corporum & armorum fragorem. [Tum] retrorsum reptantium more ex ecclesia evoluta, à Boleslao Rege, quod vacua rediisset, castigata; & inclementi jussione, quatenus iterum factum exequeretur, mandata; resumpto ferro & spiritu, facinus etiam resumptura; ædem sacram reintrat, facinusque peragere commissum adorta, arietatur vice altera præceps in terram. Quam ab ecclesia cœpto irrito reversam Boleslaus Rex, velut meticulosam, corripit: increpat quoque atroci verborum virtute, duplici ingressu neglectam necem Pontificis maturare. Movebatur [autem] omnis illa cohors, sed metu regio tam indignationem, quam meticulositatem superne immissam premebat.

D

femel iterumq; retractis

127 Adhuc autem vesanientibus tam Rege quam militibus, & nequaquā divina longanimitate correptis, dum ecclesiam jussa Regis expleturi milites introissent, obriguerunt universi; & non secus quā mortui ad extremum allidebantur in terram resupini, vehementioriq; quam prius ictu sternebantur: nec virū beatum contingentes, tertio jam terrore correpti, de ecclesia viritim prosiliunt, & imbelles dexteras suas ad irrogandam necem Staniſlao Episcopo; seque, divina virtute Staniſlaum Episcopum protegente, tertio prostratos, obrutos & terrefactos tyranno denuntiant; quatenus non militari parricidium expleatur manu, sed Regia, & publici potius quam privati munere officii. Quorsum hæc? nisi ut per signum visibile, cui sororinum in horto Oliveti & in captivitate Christi provenerat, mirificaturus Dominus Sanctum suum, patulo inclarescceret, quia non cum imperat Tyrannus trucidamur, sed cum probaverit ipse corripimur: & ut futurus Martyr, per similem qui Christo acciderat casum, amplissimo glorificaretur honore, qui silendo & orando armatos suos occisores inermis ipse itidem atque tertio in terram straverat. Indignum insuper, ut reor, providentia judicabat suprema, ut Christus Domini, futuro dignificandus martyrio, à quoquam prius quam à Rege, qui & ipse Christus Domini erat, deberet contingi. Divinitas quoque primitias patricidii, soli Regi (quod palam licebat ex trino militum casu intelligi) reservabat.

etiam tertio prostrernuntur,

F

similiter ut Christo olim acciderat.

128 Sed redeo ad id unde digressus fueram. Boleslaus Rex, nihil horum [auditu] quæ à militibus denuntiabantur motus, nimietate iracundiæ succensus, & furiis stimulatus ultricibus, ac nefandorum suorum scelerum vexatus aculeis, virtutis insuper divinæ oblitus, & diabolicis tenebris obcæcatus; divinum quoque, quod illi miræ miserationis modo per triplicem militum casum, lapsum ejus aversurus, Deus patenter ostenderat, interdictum non advertens; reputans militum casum triplicem vel quibusdam accidisse præstigiis, aut milites pavore consternatos, correptos & stratos se finxisse; minaci & pleno furoris vultu objurgat illos & corripit, dicens: O! degeneres & ignavi; feminæ, non viri; pusillanimes, non milites: tanto pavore & trepidatione vos perculsos intueor, ut plures numero unum Presbyterum inermem armari de ecclesia trahere, & meas graves injurias in eo ultrum iri pertimescatis? Sic aiēs, ut erat nimium vehemens feroxque natura, dæmoniacis instigatus suggestibus, & fundendi sanguinis avidus; quamvis, ut præmisimus, interdictoriam in Christum Domini sæviendi, per trinam suorum militum retrorsum aversionem, accepisset: exerit gladium, sibi

Rex furore succensus

F

exerto gladio ipse in ecclesiam irruit,

A

ſibi & cuilibet alteri Regi, non ad irrogandas ſed ad propulſandas injurias & neces innoxias, à ſuperna poteſtate attributam; novo & inaudito genere carnificii uſurus, & tam ingenti furoris æſtu actus, ut ne ſibi quidem, donec Pontifex rem Divinam expleret, præſtolandum duxerit.

129 In eccleſiam ergo, quam ab aliorum tyrannide in coronatione ſua tutandam jurejurando ſe devoverat, cum turba carnificum, militem Chriſti Staniſlaum occiſurus, inſilit; Epiſcopum Staniſlaum, qui benignior quam juſtior zelando ſuam ſalutem, erga illum apparuit, acriter inclamans: probroſis ipſum ſectatur contumeliis: templumque in quo Spiritus ſanctus pernox & perdius habitaverat, violat: & non loco, non tempore, non ordine Pontificali & Apoſtolico deterritus, non Divinam, non Sanctorum præſentem veritus Majeſtatem, exuta prorſus humanitatis manſuetudine; Beatiſſimo Pontifici Staniſlao, Miſſarum ſolennia conſummanti, gladium ſancti capitis vertici; profundius quam valuit, immerſit; ſanctumque verticem diſrupit; & Pontificalem cruorem recentibus ſacrificiis permiſcens, virum Dei Staniſlaum, Poloniæ Eccleſiæ lucernam, impius Rex & ſceleratus, veniam ſibi & ſuis ſatellitibus deprecantem, proſternit, interimit & extinguit; & patricida impius, dignum Deo Martyrem conſecrat, ſponſum in gremio ſponſæ, paſtorem in ovili, patrem in filiæ amplexibus, & filium in maternis pene perimens & obtruncans viſceribus, hædum in matris lacte decoquens, & terram cruore ſanguinis Pontificalis inebrians, ſceleratus ſanctum, tyrannus Præſulem, caſtum inceſtus, purum lubricus.

eumque S. Staniſlai Miſſam cō. ſummantis vertici immergit:

B

130 Perimere autem Sanctum Dei non contentus, etiam contumeliam & ludibrium adjicit in extinctum; & in corpore beato, adhuc in pavimento palpitante, ut ſanguis ſanguinem tangeret, & abyſſus abyſſum invocaret, omnem ante quæſitæ probitatis gloriam impietatis ſcelere obfuſcans, addens in defunctum gravem contumeliam, naſum & genas oriſque partes, quo deformius redderetur, manu propria amputavit. Id enim ſibi cæſo Antiſtite carnifex primum aſſumpſerat agendum, ut in ultionem jumenti, cui vir Dei Staniſlaus, zelo animam ſuam accendens, nares & labrum abſciderat; ipſe quoque in eiſdem humanis partibus Staniſlao Præſuli inciſionem inferret; & per mutilationem corporis Apoſtolici, corpori beſtiali, ſuos pluſquam beſtiales abuſus foventi, parentaret: poſuitque maculam in gloria ſua, & cruore innocuo baltheum Regium obfuſcavit.

occiſi naſum, genas, labia amputat:

C

131 Perpetraverit licet ferox tyrannus, cum ſuo ſatellite, quod decreverat, nondum tamen pectus cædis avidum quietari potuit, parvaque hæc atque exigua Regi impio, quæ occidendo virum Dei & occiſum deformando, mutilandoque jam prægerat, videbantur; nec eſt expletus nece Pontificali cruentus animus & mens impia: poſtquam enim ſuſtulerat vivum quem odiſſet, ejus tamen cadaver perſequebatur. Cadaver Sancti foras Eccleſiam extrahit, & concidendum militibus tradit. Stabat ſiquidem ante fores eccleſiæ cohors armata militum, cædis Regiæ ſpectatrix potius, trino ſuo caſu ad id permota, quam adjutrix; viſura quoque in quem finem improbi auſus Regii recidèrent. Verum Regia impunitate conſpecta, priorem quaſi puſillanimitatem à Rege illis exprobratam deterſuri, in corpus Sancti exanime à Rege illis objectum, certatim mucronibus & pugionibus ſæviunt crudeliſſime, in illum barbarorum ritu degraſſati: & quod in vivum potentia ſuperna prohibiti non potuerant; in mortuum, unus alterum præveniendo & impediendo, ereberrimos ictus edunt: ut unuſquiſque eorum ſummi ſibi delicti loco duceret, niſi aliquid ſingularis ſævitiei in Sanctum intuliſſet: quatenus Rege ſævum opus cujuſlibet proſpectante, is in favore Regio haberetur potior, qui crudelius in Sanctum impegiſſet.

& militibus objicit cadaver à ſe ab eccleſia extractum

AUCT. IO. LONGINO

132 Unde factum eſt, ut amputata ea dextera, qua frequenter panem & vinum in corpus & ſanguinem Chriſti convertendum ſignaverat, & capite detruncato, Coronam quam in clericalis Religionis indicium ad imitationem Apoſtolorum Principis deferebat, à reliqua parte capitis ſtrictis gladiis amputarint; non attendentes, quod & in caput ejus & in manus unguentum effuſum fuerat ſacratiſſimæ unctionis. Fas, & lex, & pudor, & reverentia, Pontifex, & templum, & omnia jura divina & humana, Rege agente, Rege jubente atque præſente, tum profanata, tum confuſa: corpus etiam viri Dei minutatim in mille conciderunt particulas, ut à membro quolibet ſingularem ſe exigere voluiſſe pœnam Rex decerneret, & tot mortibus, quot conciſionibus virum Dei plectendum cenſuiſſet; quaſi vellent & quod mactaverant manducare, & exponere quod ceperant tam impia conciſione venale: exiſtimante Rege & ſuis ſatellitibus, Pontificis ſancti memoriam è terra & viventium memoria tolli, ſi illum in tot partes concidiſſent. Sed ea res longè aliter, quam Rex ratus erat, evenit. Nam dum nomen ejus è terra eradere ſatagit, omnium ſeculorum memoriæ illum, altius quam excidere poſſit, infixit. Et cum tam atrox atque tyrannicum in Staniſlaum Epiſcopum pepigiſſet carnificium, ab Archidiacono tamen & Canonicis, ceteriſque ſacri Ordinis qui Pontifici miniſtraverant viris, manus continuit.

amputata dextra & corona capitis,

in milleparticulas diſcindēdum:

E

quas, Clerum intactum dimittens,

133 Perierat jam in Staniſlao Epiſcopo humanæ conditionis cognitio: & non ſolum quis fuiſſet, ſed & quid eſſet, naturæ figura erepta, tormentorum & conciſionum crudelitas, ne agnoſci poſſet, abſtulerat. Jacebat ſiquidem corpus exanime, confoſſum, ſauciatum, ſciſſum: ceruix abſciſſa, cerebrum divulſum, candida olim membra cruore oblita & luto deformia: in Rege tamen feri & barbari mores manſueſcere nequiverunt. Ipſe ſiquidem rabie ſolita intumeſcens, neque crudeliori carnificio ſe ſatiatum declarans, membra conciſa in varia & remotius porrecta loca ſpargi, & in terram effundi, & ut à beſtiis, feris, canibus, vulturibus, corvis, ceteriſque ſanguipetis alitibus devorarentur, jubet projici & exponi; poſiturus morticina ejus eſcas volatilibus cæli, & terræ beſtiis carnes ejus; neſciens & delirans, quid hæc corporis ſancti ageret conciſione & diſſectione. Regnum ſuum Poloniæ concidebat, & exteris nationibus velut ſanguipetis ad devorandum delendumque ſpargebat, ſe quoque & genus ſuum per hujuſmodi inſaniam, Regio fulgore & diademate privabat: & credens conciſione & projectione hujuſmodi, ſæva & abominabili, Sancto Dei ſtruere ignominiam; gradum illi ſtruxit in ampliorem glorificationem.

diſpergi mandat

F

134 Milites mox, Rege ſpectante, juſſa perficiunt, & corporis ſacri partes per circuitum diſpergunt, & in corpus humanum humanitate amiſſa ſæviunt: idque quam maxima cura, imperante Rege, provident, ut per jactus hujuſmodi, in remotiora quoque loca artus ſacri divellerentur: quo effectum eſt, ut [dum] omnia membra Sancti; omnes artus, quos gladii impiorum & frameæ ſatellitum diſciderant; omnia oſſa cum nervis, quæ ferrum ſulcaverat, ſeparatim, & longâ à ſe diſtantiâ jacerent projecta; unius digiti articulus in ſtagnum, eccleſiæ apud quam hæc agebantur proximum, decidens, à piſce glutiretur.

ex eâ digitus unus piſcibus cedit.

AUCT. IO. LONGINO

135 Ad Regiam deinde, nefanda & recenti cæde Sacerdotali madens Boleſlaus Rex, cum cohorte militum reverſus, heroicum facinus exſolviſſe apud milites gloriabatur. Aſtabat Procerum & militum ſatellitumque turba, aſſentationum, qui Regibus domeſticus eſſe conſuevit morbus, ingerens laudes. Heu miſeros quanta caligo cæcat! Recte conſultum, rectiſſime factum eſſe aſſeverant, conſolabanturque certatim Regem, ut quiſquis maxime poterat; facinuſque ſuum ſtultis nutriebant præconiis; parricidiumque & facinus Regium, quo Pontificali ſanguine impias fœdavit manus, non extenuant tantummodo, ſed commendant, laudando quod objurgare debuerant: nihil temere, nihil truculenter aut inhumane, nihil acerbe aut tyrannice; ſed juſte irritatum, & quæ diutius quam tranſgreſſionis moles exigebat, differebatur ira, in Epiſcopali nece Regem commiſiſſe, ut ingenia humana ſunt, ad illius cui aſſentantur levandam culpã nimio plus facunda quinimo Staniſlaum Epiſcopum dignum & juſto cæſum fuiſſe inſuſurrant exemplo. Quibus Rex delinitus ſermonibus, & eorum aſſentatione, rectum ſe egiſſe opus exiſtimans; ædem Pontificalem & Sacerdotum familiariumque ſuorum domeſticorum fortunas, militari irruptione expilari mandavit; aſſidue cæco pectore inveſtigans, ſi quid ultra inferre poſſet in eum, qui jam hujus vitæ limen exceſſerat; uno parricidii ſui perverſo opere bis impius, biſque profanus, qui & reprehenſorem ſuum ſalutaria monita ingerentem non erubuit, & Pontificem rem Divinam tractantem trucidavit.

Inde reverſus in aulam, adulatoribus ſuis

Epiſcopium diripiendũ conſedat.

B

CAPUT XI.

Gloria S. Staniſlai inter Martyres coronati. Corpus miraculoſe redintegratum.

Occiſus anno ætatis 49 Epiſcopatus 8,

136 IN hunc modum ſanctæ memoriæ Staniſlaus, Cracovienſis Epiſcopus, cui ab incunabulis fidei & religionis inerat vigor, vitæ merito dudum Martyr, velut electus aries ex magno grege aſſumptus, acceptabile holocauſtum offerens omnipotenti Deo; palmam gloriæ æternæ, quæ cauſam Dei intrepide agentibus impenditur, conſecutus; ſanguinis palmam illuſtriſſimam occupavit, glorifico & glorioſo Martyrio, humanis quidem manibus, ſed ferina mente; ſub Gregorio Papa ſeptimo, dum annum prope quinquageſimũ ageret, conſummatus; & per mortem præmia mortalitatis, octo annis
C Pontificali in Cracovienſi Eccleſia adminiſtrato Sacerdotio, adeptus: ſi mors appellanda eſt, quæ vivendi dedit initium. In hunc modum gratiſſima Deo victima litata eſt, verus ipſe Sacerdos Dei & hoſtia, ſanguinis ſui profuſione Chriſtum victorem victor ſecutus ad cælum. In hunc modum ſuis tantummodo viribus conſtans Epiſcopus, & de Rege potentiſſimo multarumque gentium & nationum victore & de ſua armata militia triumphavit; Pontificatumque ſuum Domino noſtro Jeſu Chriſto, nobiliſſimi ſui ſanguinis effuſione ſacratum, reddidit. In hunc modum maximo certamine ſublimique robuſtate martyrium confecit, qui quod defuit paſſioni Chriſti, juxta quod de ſe teſtatur Apoſtolus, inſigni ſuo & mirifico martyrio noſcitur in ſuo corpore ſuppleviſſe.

Inter Martyres in cælo ſuſcipitur:

137 Anima ejus beata, tot ictibus & tormentis carnificum, tot cruciatibus & preſſuris à corpore excluſa, volatu celeri ad propria remeavit; benedictæ ſpeculum Trinitatis, pro ſui martyrii ſingulari merito, profundiſſimâ acie viſura; & inter primos Martyrum ordines, ſplendidiſſimum atque amplifſimum locum perceptura; miniſterio Angelico, adventum ejus univerſa Hierarchia cæleſti honorante, in æthereas cælorum & ſempiternas, unde illi origo fuit, invecta eſt manſiones; in concilium beatorum ſpirituum, & in regnum Dei cum inſigni triumpho recepta; conſociata Hierarchicis ſplendoribus, Divinæ majeſtatis effecta perpetua contemplatrix, ad ſacras januas & in thalamum cæleſtem cum ſplendore admirabili atque coruſco accepta, & in colloquium familiare Dei admiſſa, ac in participium hereditatis æternæ ſuſcepta. Ex ejus occiſione ſonus valde canorus prodiit, qui univerſum orbem Catholicum ad ora in Conditoris laudem ſolvenda protulit, & corda orthodoxorum in ejus amorem excitavit. D

138 Non temere, ſed religioſe atque pie crediderim, quod Staniſlao Epiſcopo ex bello infeſtiſſimo, ex pugna crudeliſſima, cruore oblito & in mille partes conciſo, de Rege potentiſſimo & ſuo exercitu triumphum & palmam referenti, Chriſtus Dominus, qui agonem ſuum lætus ſpectaverat, qui præliantem adjuverat, cum omni beatarum animarum occurrit caterva; & militem ſuum blandiſſime compellans, mirificis extollebat præconiis, coronam variis floribus contextam, velut victori magno, agones ſuos præmio æterno remunerans, offerebat: apud cujus Majeſtatem Vir Dei Staniſlaus ea poterat uti querela: Videſne qualia patiuntur, ô Verbum Dei, reprehenſores criminum nefandorum? Ecce enim Boleſlaus, Polonorum Rex, increpationem meam non ferens, Petri Militis poſt triennium ab inferis revocatione, & caſu trino ſuorum militum, me occidere juſſu ſuo venientium, tuæ inſuper Majeſtatis præſentia nequidquam deterritus, auſu ſacrilego me ad aram corripuit; & corpus concidens in fruſta, feris devorandum, diſcerpſit. Cui querelæ Chriſtus Dominus, tale præſumi poteſt dediſſe reſponſum: Vidi te tamen, vidi agonem tuum: nec ſpectator ſolum aderam, ſed adjutor: & quoniam pro meo nomine non exhorruiſti prælium, victorem & Martyrem univerſo orbi, Polonis vero Proto martyrem & Patronum magnificum, te decerno: corpus tuum novis radiis & luminaribus cæleſtibus illuſtratum, abſque cicatricum nota reintegro: Angelorum illi deputo cuſtodiam; triplicata te laureola adorno, virgineo corpore referente de hoſte triumphum.

& à Chriſto coronatur,

Patronus Poloniæ datur.

139 Occiſione beati viri Staniſlai Epiſcopi, tam crudeliter & tyrannice ſecuta, in graves lacrymas & lamenta primum, deinde ad immenſam exultationem & gaudium univerſa Cracovienſis provocata eſt mater Eccleſia. Gaudebat ſiquidem propter confeſſionem & conſtantiam ſui Pontificis, quod tam fortiſſimum de ſe agonem præſtiterit: flebat propter viduationem, quod tam ſpecioſum & decorum præ filiis hominum ſponſum ſibi dolebat ablatum; gemebarque & in gemitu ſuo ac ſuſpiriis per ſingulas noctes lectum lacrymis rigabat, erantque juges lacrymæ in maxillis ejus. Hoc inſuper ad gemitum ejus acceſſerat luctificum, quod nemo reperiebatur ea tempeſtate, tam arcto ſanguinis aut familiaritatis vinculo, tam ſancto atque ſolenni officio Staniſlao Epiſcopo conjunctus; ſed nec ex viris Eccleſiaſticis aliquis tanto zelo & caritate impletus, qui aut publice luctum ederet, aut juſta funeri ſolvere, aut corpus ſacrum recolligere, & in Eccleſiam majorem, imo nec in quamcumque inferre, aut liberam vocem emittere auderet. Singuli metuebant, ſinguli erubeſcebant, ſinguli execrabantur ſolennitatem luctus implere; nemoque mutire auſus eſt, præterquam in angulis & tenebris in timore; quoniam hoc ſibi totum Regius vindicaverat

Luctus occultus bonorum, E

etiam ſepulturæ officio prohibitorum.

A rat terror, pœnalr edicto prohibẽs, ne cui corpus beatum colligere aut humare liceret, & quos luctu affecerat lugere non ſinebat. Singulos verabat mœrere, neque publico neque privato officio [permittebat] curare corpus Sanctũ: periiſſe illud exiſtimans, quod pro Chriſti nomine crudelis muero conſumpſerat: maximumque luminare etiam poſt mortem exterminare conabatur, geſtiens grandi animi æſtu, ſacros artus & carnes Pontificis, à feris, alitibus, & canibus devoratum iri.

dum Staniſlai fama mendaciter proſcinditur & denigratur,

140 Ad levandum inſuper facinus Regis, ampla in Sanctum à Proceribus & ſatellitibus ſuis, non conſcientiæ impietate compunctis, nec effectu parricidii mitigatis, facinora adulterina, mendaciorum commenta congeſta ſunt, & Pontificis occiſioni inique inſultatum: graviaque in illum crimina, ut viri Sancti obſcuraretur nomen, viperino ore objecta. Et dum vera criminationis cauſa non ſuberat, calumnioſis illum conati fuſcare figmentis, maligna in eum cœperant ſarcire mendacia; & in ſolatium perpetrati facinoris, falſis criminationibus vitam infuſcare conati ſunt Sanctiſſimi Pontificis, concinnatis virum Dei ſatagentes fœdare opprobriis. Quod ut facilius proveniret, & in credulitatem humanam defigi poſſet, veriſimilia vitiorum nomina Staniſlai virtutibus calumniatores objectabant. Pervertere

B quoque ſancta ejus opera, aut, ſi id minus procederet, fuſcare æmula ſanctitatis iniquitas contendebat, figmentorum funiculo & faceti ſermonis argumento; eumque non Præſulem, ſed preſſorem; ſpiculatorem, non ſpeculatorem; mercenarium, non ſponſum; lupum non Paſtorem; non mentium, ſed renum ſcrutatorem; aliaque multa, quæ ſolent calumniatores & invidi jactare, voto nequitiæ, procaci ore & in convitia ſemper armato obganniendo, calumnioſis detrahentium labiis, & venenoſis adinventionibus factionum, appellabant; multifariiſque carptionibus nitebantur Staniſlai ſanctitatem inceſſere, & contradere facinus Regium oblivioni, non Regem tantummodo ſed & ipſos dedecorans.

ex voto Regis.

141 Hæc quoque criminationum figmenta divulgare Rex Boleſlaus juſſerat, tam in dictis quam in factis æſtimationem ejus laudemque ſubrui ſatagens, & penitus exterminatum iri. Cujus omnis ad hoc tendebat intentio, ut viri Sancti opinionem violaret famamque dejiceret; invidens decertatori veritatis & juſtitiæ, in appellatione Martyrii pariter & honoris adeo ut foret Staniſlai nomen: omnium ſalibus aſperſum, omnium ludibrium jocuſque menſarum. At non magnus ille Divinæ providentiæ oculus quieſcit in longum, & mentiens

C ſibi imprudentia, viri ſancti operationes & merita *interim Dei providentia eum glorificare incipiens* fuſcare nequivit, neque celebrem illius valuit dehoneſtare agonem; cujus lux tanto lucidius emicuit, quanto illum humanus conatus & manu & lingua fuſcare & extinguere laboravit ſtudioſius. Poſtea enim quam nihil reliquum apud homines rebus Staniſlai Epiſcopi ſupereſſe viſum, omnipotentis Dei providentia imbecilles hominum mentes periclitari deſperatione extrema paſſa non eſt. Continuo enim Dominus, poſt peracta certamina, poſt expletum agonem, mirificare cœpit Sanctum ſuum; & quidquid in ejus ignominiam & dedecus impius Rex decreverat, in augmentum copioſæ laudis convertit; diſſolvens tyrannidis ſuæ machinam, & labia loquentium dolos & falſitates confundens.

mittit 4 aquilas ad cuſtodiam diſperſorum artuum.

142 Cum enim altera poſt occiſionem beati viri Staniſlai illuxiſſet dies, & Boleſlaus Polonorum Rex, ſuique ſatellites & milites, & ſceleris in Pontificem Sanctum patrati conſortes, ceterique qui eorum aſſentabantur facinori, corpus beatum, à ſe conſciſſum & diſperſum, credidiſſent à feris, alitibus & beſtiis conſumptum; è quatuor mundi partibus, quatuor raræ formæ raræque magnitudinis viſæ ſunt advolaſſe aquilæ, divaricatos cuſtodituræ artus: quæ paſſionis & artuum corporis beati loca circumgyrando ſublimius, & ſingulari curioſitate, vultures, corvos, ceteraſque beſtias & alites à contactu ſacri corporis abigebant. Viſæ inſuper à quibuſdam viris timoratis & devotis, nocte occiſionem Martyris inſequente, miræ rutilantiæ cæleſtes radii in univerſas conſciſſi corporis partes deſcendiſſe, & fulgorem ſuum diei ſubſequentis diluculo conjunxiſſe: totque in ſingulis locis ſupernæ luxerunt lampades, quot ſacri corporis diſſectæ fuerant partes. Evidenti ſigno demonſtrante Altiſſimo, tot militem ſuum dignificaſſe coronis, quot illum mortibus tyranni truculentia, quantum in ſe fuerat, deſtinaſſet. Tunc quoque iniquitas os ſuum primum contraxit, cum ſanctitatem Staniſlai Epiſcopi cæleſtibus declarari miraculis agnovit: ut ſanctum illum, juſtum, atque Deo carum, cælicæ tunc clamarent lampades; dum malignorum illum, etiam extinctum, inſectarentur contumelioſæ cavillationes.

AUCT. IO. LONGINO

circa quos etiam viſæ lampades arderę:

Hi poſt triduum colle-

143 Triduo itaque hæc prodigia, non rumore ſolum vulgata, ſed frequenti viſione à fidelibus conſpecta, & in admirationem & religionem verſa, nonnullis devotis Patribus, Eccleſiæ Cracovienſis Prælatis & Canonicis pleriſque, laicis quoque numero quidem paucis, ſed fide integris, & religione multis, injecerunt curam, dederuntque conſum, ut partes ſacri corporis recolligerent, & juſta conderent ſepultura. Nihil itaque Regis atrocitate & edicto deterriti, ad locum paſſionis pedetentim & pavide accedentes, partes corporis quas funeſtus ſatelles reliquerat, variis locis diſperſas, & uſque in eorum adventum ab aquilis ſcrupuloſius cuſtoditas, accurate recolligere, ac diligenti providentiâ laniata membra & oſſa, & in roſæ liliorumque morem candentia & rubentia, pretioſiſſimis gemmis cariora, & omni probabiliora auro, apto & congruenti ordine conjungendo, in ſpeciem ſymmetriæ à qua recisa videbantur, corpus lacerum componere geſtiunt.

miraculoſe inter ſe uniuntur,

144 Mirandis ſuccedunt mirabiliora. Stupendum dictu, ſed ſuperno artifici & æterno ſuorum athletarum remuneratori facillimum. Subito corpus ſacrum cæleſti medicamine in ſingulis partibus ſolidiſſime, abſque omni cicatricum nota, reintegratum conſpiciunt. Itaque longe contra quam Rex impius cogitaverat ceſſit; & illud ipſum corpus, in mille divaricatum partes, & rictibus ferarum ad devorandum expoſitum, Angelico cuſtoditum miniſterio, & in primam ſpeciem (quod vix ab infidelibus credi poteſt) Divino reſtitutum eſt artificio: ut crudelis conciſio magis illi contuliſſe videretur medelam, quam pœnam: apparuitque corpus Martyris Dei Staniſlai integrum & inſtauratum, omnibus mirandum, omnibus venerandum. Quis enim non ſtuperet? quis non miraretur, corpus mille ſectionibus lacerum, ad ſolidi corporis revertiſſe unionem? Quis non expaveſceret? membra ſingula, multifarie divaricata, non vi pigmentorum, non ſolicitudine amicorum, ſed cæleſti virtute ſua loca & proportionem repetiiſſe, & omnibus cicatricibus vacua eſſe.

nullave eliſa nota immanis laniena in redintegrato corpore.

145 Tunc enim ſupernus Medicus, de corpore ſui athletæ, quidquid minaciſſimus Rex truncaverat, quidquid cruentus carnifex intulerat, delevit, abſterſit: tunc contumeliis & improperiis militaribus ſufficienter reſpondit corporis ſacri abſque cicatricum nota reintegratio, & aquilarum cuſtodia, & lampadum frequens ad huſtum Sancti Dei deſcenſus; & Sanctum Dei ab omni fuſcamento vindicavit: ut in ſingulis illi glorificationis magnæ & excelſæ reſponderet claritas, qui tam horrendam mortem

AUCT. IO. LONGINO

tem & conciſionem, pro fide, pro juſtitia, pro veritate pertulerat. Tam ſuavis denique jacentis & reintegrati odor fragrabat corporis, & tam immenſus, ut omnes eo complerentur.

Depelitur in Eccleſia S. Michaëlis,

146 Cujus rei tam benigno ſpectaculo exhilarati fideles, minus cunctanter corpus ſacrum ad eccleſiam S. Michaelis de Rupella, in qua Sanctus martyrium pertulerat (Regis enim Boleſlai ſævitia, etiam tunc illud vetabat in eccleſiam majorem inferri) cum debito honore & ſumma omnium, qui huic officio adeſſe meruerant, alacritate deferunt: ac ante fores eccleſiæ, in propatulo & ſub dio, tyrannidem Regis & ejectionem ſacri corporis veriti, ſine luctu, ſine comploratu, ſine ceremoniis vili ſepulchro inferunt, & in tumba aromate referta ex more recondunt; & quam reintegrationem in ſancto corpore perviderant, reverſi ab officio funeris, cunctis ſtupentibus enarrant. Quæ quidem ſpecies ſepulturæ, in partem formidinis & terroris divini, magis non prohibita, quam conceſſa eſt.

cum articulo digiti in piſce reperto.

147 Ex tot beati corporis fruſtis, unus notabatur manus dextræ defuiſſe ex indice articulus, in proximum lacum projectus: ſed & hunc quoque requirendum atque reperiendum divina monſtravit miſeratio. Piſcem enim illum, qui glutierat, quocumque ſe nando verteret ſuperni luminis candor quidam & ſupra eminens prodebat: itaque facile à nautis captus, adhibito in viſcera ſcrutinio, articulus quoque qui deſiderabatur repertus, & cetero corpori appoſitus, magnitudinem auxit apud ſingulos miraculi. Sed & lacus prædicti undis, ex contactu ſacri corporis, ſingularis propitiatione divina ab eo tempore attributa eſt poteſtas, ut ægritudinum variarum ſanent paſſiones: & ſi quando ad uſus adhibeantur humanos, inficiunt illos potius, quam explent; declarantes ſe illi aptas de cetero non eſſe, & quodammodo naturam ſuam mutaviſſe: quod dante Domino in ſequentibus latius nos credimus explicaturos.

B

qui etiam aquas quibus injectus ſalubres fecit.

Ex hinc celebrari cœpit Sanctus

148 Hæc erat pompa ſancti funeris, hæc ſepultura pietatis, Angelico primum miniſterio, deinde humano procurata, omnium Regiarum pomparum in ſumptu & officio celebrior. Prodibant jam tunc de novo pugile fidei nova gaudia, triumphalia innoteſcebant ſigna, vox fuſi intonabat ſanguinis, incliti martyrii ſui clangebat tuba, terra ſuavis aſperſionem non ſilebat cruoris, regio Polonica nobili prædita bellatore reſonabat; certa fidei præferens judicia, & digniſſima ſacramentorum monumenta. Propter quod lætati ſunt cæli & terra, grandis Matri Eccleſiæ cauſa acceſſit lætitiæ, multiplex illi materia jucunditatis provenit. Habet unde Altiſſimi nomini novum decantet canticum, unde immenſæ laudis hymnum Deo referat, unde lætis animis jucundetur, unde Conditori debitas concinat gratiarum actiones.

C

Miraculis clarus,

149 Varios Sanctos variis legimus à clementiſſimo Deo miraculis & virtutibus, pro ſuis actionibus & meritis, illuſtratos fuiſſe. Hujus autem viri ſanctiſſimi Staniſlai Cracovienſis Epiſcopi & in vita & in morte ſanctitas & meritum tot prodigiis & oſtentis declarata & illuſtrata eſt, ut pene hominum credulitatem excedant. Quis enim non miretur virum beatum, poſt triennales cineres, Petrum Militem ſuſcitaſſe? & Boleſlai Regis milites, ad mactandum virum Dei deſtinatos, ter retrorſum corruiſſe? Cum & Lazarus, à Chriſto Domino noſtro reſuſcitatus, tantummodo quatriduanus extiterit, & Judas Iſcariothes, cum Judæis Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum comprehenſurus, ſemel tantummodo retrorſum ceciderit. Quis non miretur pretium raræ virginitatis illum in omni vita mente & corpore cuſtodiſſe? Quis inſuper non ſtupeat corporis ſacri in mille diſlecti partes, Angelorum veriuſ quam aquilarum miniſterio, à quolibet ferarum contactu nocte & interdiu caſtoditas, ſupernis inſuper luminaribus irradiatas fulſiſſe? & ſanctum corpus, tam frequentibus conciſionibus lacerum, perfectam reintegrationem etiam ſine nota cicatricum reſumpſiſſe? Si quidem quamvis una & eadem fides Sanctos Dei univerſos in paſſione exercuerit, diverſo tamen tam meritorum quam gloriarum genere unumquemque comprabavit victorem. D

virtutibus eximius,

150 Hic eſt itaque Martyr inſignis & celeberrimus; qui cum in corpore mortali ſidus luxiſſet viventibus matutinum, nunc heſperus fulget vita functus mortuis: qui cum fide, miſericordia, ſtudio, vigilantia, atque omnibus inſtitutionibus religionis Chriſtianæ ſupra pene homines viguiſſet, perfectus in verbo & in omni eruditione, omnes adverſitates & injurias intimidus & ſecurus, tyrannidem quoque impavida mente perpetiens, etiam ſuper ceteros Sanctos clareſcere meruit multiplicibus prodigiis. Hic eſt qui in omni vita ſua vir vitæ Angelicæ exſtitit, & tam mente quam corpore integram virginitatem gerens, Virgo uſque ad conſummationem martyrii permanens, & pro Dei & Eccleſiæ & populi injuria, ceteris Epiſcopis provinciæ Polonicæ diſſimulantibus, omnium aliorum vicem & negligentiam ſuperlaturus, in aciem diſcriminoſam ſe ponens, & uſque ad mortem pro veritate & juſtitia agonizans, tam ſublimibus ab omnipotenti Deo meruit minificari pradigiis. *virgo & martyr* E

151 Unde non immerito univerſa Catholica Eccleſia, per orbem terrarum diffuſa, in ipſius ampliſſimam decantat laudem

Verus ſolis radius, medicus cæleſtis,
Meritorum Martyris auctor eſt & teſtis.
In ſpendore corporis caſtitatem, ſignans;
Quod integrum reddit, amorem deſignans.

cujus corpus Deo cura fuit,

O virum magnifice humilem, & humiliter ex celſum! qui ſuæ gentis fluitantem puppim inter hoſtiles ſcopulos agens, fluctibus non poterat ſuperari adverſis. Quis hunc mortuum, imo vero quis non viventem dicere audebit? quem Deus primum in terra vivere voluit vitæ raritate inſignem, deinde cæleſtibus glorioſo triumpho invexit: & immenſam illi paraturus gloriam, permiſit illum invadi, excerebrari, mutilari, concidi, omnia membra ſcindi, diſcindi, feris devoranda exponi: & cum omnibus putaretur, deletus, repente & preter omnium ſpem vis omnipotentis inclaruit, & quantum gratum elſet ſui corporis holocauſtum, pariter illuxit: nam corpus omne minutatim conciſum, omni nota cicatricum vacuum reſtituit. Angelicas deputavit lacero corpori cuſtodias: ad buſtum ſuum cæleſtes fulgere lampades fecit: ad invocationem nominis ſui variorum morborum genera & plurimas ſanavit ægritudines. F

& anima duplici triumpho honorata.

152 O quam felix Pontifex! qui pro una temporali vita, eademque brevi & incerta, ac mille ſemper caſibus expoſita, duas, ut ita dixerim, in æternitate præclaræ virtutis coronas adeptus eſt: unam videlicet in triumphanti Jeruſalem, alteram in militanti; altiſſimis in utraque inſcriptus nominibus (quia illius virtutes & trophæa cum omni perennitate apud mortales laudabuntur) æternum ſuorum operum præconium in omnes generationes, & inter cæleſtes Spiritus Seraphicum locum habiturus: nobilis vivendo, ſed moriendo nobilior. Sanctimoniæ autem ſuæ ex miris & rariſſimis effectibus notari potuit & deprehendi magnitudo. Niſi enim in cælo inter primores & beatiſſimos Sanctos viveret, niſi ſingulari merito & celebri martyrio excelleret; neque

A neque corporis ſui abſque cicatricum nota; neque corporis jam excarnificati fulgor, ſole lucentior atque ſplendidior; neque miræ nutilantiæ lampades, ſupra artus conciſos refulgentes; neque aquilarum cæleſtium munimina; neque languidorum ad ſui nominis invocationem frequens & aſſidua medela; neque inſolita prodigia, quibus vir vere Apoſtolicus, vere ſanctiſſimus, à Chriſto Domino declaratus eſt, perveniſſent.

S. Joanni Baptiſtæ comparatus:

153 Exæquatus vir Dei Staniſlaus eſt (quemadmodum perſpicaciſſima tam credulitate quam conjectura, teneri poteſt) maximo inter natos mulierum Joanni Baptiſtæ: qui fere totum, quod de Joanne prædicatur, habuit cum illo commune. Nam uterque ex ſterili & diu concluſo utero progenitus, uterque virgo, & uterque veritatis præco & aſſertor, uterque inceſtarum libidinum & illicitorum connubiorum in Rege reprehenſor, uterque venturæ iræ annuntiator, uterque prophetico pollens ſpiritu, uterque ſanguinis pro Dei lege, juſtitia & veritate effuſor, uterque ſtupendorum miraculorum patrator, uterque heroicis virtutibus & ſanctitate coruſcans, uterque in cæleſti gloria ſidus irradians, uterque tribus ſertatus aureolis, Eſto Joannes ſolius Jeſu Chriſti teſtimonio declaratus eſt, Staniſlaus miraculorum congerie ſtupenda:

B Joannis oſſa ab hæreticis contumeliata, diſiecta, exuſta; Staniſlai corpus à Boleſlao Rege & Militibus ſuis, viris Belial, mille conciſionibus lacerum, feris & beſtiis ad devorandum expoſitum. Illius index ab igne non poterat amburi, hujus à piſce non poterat conſumi.

& omnibus præſertim Polonis venerandus

154 Vere itaque beatiſſimus, vere glorioſiſſimus, vere excellentiſſimus Staniſlaus noſter habendus, & per ora omnium Chriſti fidelium, præcipue tamen ſuæ nationis Polonorum efferendus, & accurato honore atque cultu proſequendus eſt: qui vivens variis proluxit virtutibus, moriens innumeris è cælo effulſit prodigiis: in diem quoque præſentem aſſidua operando apud Polonos miracula, refulget paſſione ſua & meritis, prædicans omnibus virtutem pietatis. O ter quaterque beatus præſentibus & ſubſequentibus ſuffragiis gloriarum: cui pro juſtitia & religione glorioſiſſime contigit oppetere, & inſigne ſuæ fidei religionis atque virtutis relinquere teſtamentum poſteris, non atramento ſcriptum, ſed ſanguine; non tabella, ſed corpore; non paucis, ſed univerſis profuturum! Jam enim in tuto eſt, neque adiri à quoquam ſublimi poteſt: jam, tribunalia cuncta tranſgreſſus, omnium mortalium minas ac truces vultus ſpernit: & in cineribus ſui

C martyrii quieſcens, noviſſimam tubam ad reſurgendum in gloriam ſempiternam per corpus glorificandum exſpectat ſopitus. Qui mortuus credebatur, in meliorem vitam tranſlatus eſt: cujus memoriæ & nominis eradicatio de terra quærebatur, ſecurus quieſcit: nemo eſt qui illum de cetero exterreat; cujus ſacrato & triumphali munere & ſanguinis fuſione, non Cracovienſis tantummodo, ſed univerſa Polonica nobilitata eſt Eccleſia, & ſuo felici martyrio magnifice inſignita.

ejus glorioſiſſimo martyrio

155 Recte itaque Sanctum noſtrum aliquid plus dixerim quam Martyrem, qui à Militibus, primo, ſecundo, & tertio ſacrarium ingredientibus, ter martyrium quantum in ipſo erat pertulit: qui truncatus capite & cerebro per pavimentum conſperſo, naſi & labiorum abſciſſionem toleravit: qui denique ad extremum mille lacer fruſtulis, martyrii palmam rariſſimam accepit, dum conciſus non interiit, ſed redintegratus effulſit: qui cum putaretur conſumptus, ut Lucifer exortus eſt, & quaſi meridianus incanduit fulgor, eo certiora aſſecutus præmia, quo pro veritate, fide & juſtitia acriora toleravit tormenta. Quapropter juſtior veriorque præbita eſt nobis, provida diſpenſatione Altiſſimi, de occiſione Sancti Dei materia lætandi quam dolendi. Nullum ſiquidem [credo], nec ejus nec ſuperioris (quod admirabilius reor) nec poſtea decurſæ ætatis Pontificem in Polonia Staniſlao comparandum fuiſſe, aut ſanctiorem in vita, aut in religione, aut ordine, aut probatiorem in defendenda juſtitia & veritate, in reprehendendo Rege, in avertenda & repellenda oppreſſione, in colenda & manu tenenda religione. Vir manſuetiſſimus & conſtantiſſimus; fortiſſimus vir, generoſi & alti ſpiritus, dignus quem aggrederetur adverſitas; æq; in alios ſævitura noſtræ & cuiſlibet alterius ætatis Pontifices, ſi æque reperiret qualificatos. Non enim mollia meriti documenta viſa eſt virtus unquam conſtituiſſe: nec tuta & inertia ſcita eſt; ſed ardua, ſed periculoſa ſectari.

AUCT. IO. LONGINO *merito collaudatibus.*

CAPUT XII.

Anathema in Regem & occiſores latum: Interdicto & variis calamitatibus ſubjectum regnum.

E *Variis variè ſentientibus mœrentibus pleriſque*

156 VAria poſt hæc & diverſa in diebus, occiſionem Beati Staniſlai ſubſequentibus, facies in pectoribus hominum naſcebatur. Rex quippe Boleſlaus & ſui Purpurati, hi præſertim qui ſe nefanda cæde viri ſancti inquinaverant, facinus ſuum (ut illi moris poteſtati eſt) multifarie levare atque tenuare conabantur: à viris econtra Eccleſiaſticis & timoratis mors Sancti perindigne accepta lataque eſt, & frequentius verbis quereliſque liberioribus indultum: probris inſuper plurimorum Rex inſectatur, quod Princeps, alioquin Chriſtiano inſignitus charactere, honore regio & dignitate præditus, tam enorme, tam tetrum & immane facinus occupaſſet: ex quo Regis infenſio in pleroſque ſecuta eſt, non latens neque obſcura. Animi ceterorum, paſſiones ſuas metu Regio comprimentium, ineffabili perfundebantur mœrore, dum tyrannidem in Sanctum commiſſam nec audire ſine cordis amaritudine, nec auditam recolere ſine grandi execratione & triſtitia valerent.

Luminaria ad ſepulcrum ardere videntur.

157 Provenerunt interim necem Sancti vindicantia & vindictam portendentia quam plurima. Nam noctibus aſſiduis ſepulcrum beati viri Staniſlai ſupernorum luminarium & lampadum illuſtrabatur fulgore, quod non à devotis tantummodo & religioſis viris, ſed paſſim quibuſlibet ipſiſque carnificibus licebat cerni. Dum inſuper lugubris nuntius occiſionis viri Dei ad Summum Pontificem *a* Gregorium ſeptimum perlatus eſſet, diu res pro ambigua habita eſt, diſcredentibus Papa & Cardinalibus, Chriſtum Domini à Chriſto cæſum fore. Poſtea vero quam facinus horrendum, tum litteris tum relatione ac teſtimonio plurimorum, confirmatum eſt; in flebilem lamentationem Summus Pontifex ruens, & quo rigore quave animadverſione Boleſlai Regis & ſuorum Militum tam atrox & barbarum ſcelus plectendum foret, deliberans; tandem Regem Boleſlaum, Milites occiſores viri beati, & omnes, & alios, quorum favore conſilio, aſſenſu, mandato fuerat occiſus, auctoritate Dei omnipotentis anathematizat.

F

a

à Gregorio VII Rex & occiſores anathemate feriuntur,

158 Deinde Gneznenſi Archiepiſcopo Petro & univerſis Eccleſiæ Poloniæ Epiſcopis dedit in mandatis, quatenus, in execrationem & pœnã patrati per Regem & Milites parricidii, interdictũ per univerſam

& regnum ſubjicitur interdicto.

AUCT. IO. LONGINO

Gneznenſem obſervarent provinciam: & tam Rex Boleſlaus quam Milites ſceleris participes & conſcii, diebus Dominicis & feſtivis pulſatis campanis & candelis accenſis publice & ſolenniter nominatim & expreſſe denuntiarentur interdicti & anathematizati: univerſum quoque regnum Poloniæ interdicto ſubjectum generali: ſic quod præter baptiſma parvulorum & pœnitentias morientium, nullum in eccleſiis & parochiis provinciæ Gneznenſis Eccleſiaſticum aut divinum officium celebraretur, nec decedentium corpora traderentur ſepulturæ. A Rege quoque Boleſlao & militibus occiſoribus, ſed & à familiis eorum, nihil reciperetur in oblationem, nihil in eleemoſynam admitteretur, nec illis aliquod impenderetur Sacramentum, præter baptiſma puerorum & pœnitentiam laborantibus in extremis. Eamdem quoque diſtrictionem in ſingulis locis, ad quæ extra provinciam Gneznenſem Rex & occiſores ceteri & conſcii devenirent, mandabat quamdiu illic præſentes morarentur obſervari.

ſublato Regni titulo, eõplices ad 4 generationem irregulares declarantur

B

159 Regem inſuper Boleſlaum & Poloniæ Regnum omni honore, dignitate & excellentia Regali privavit: atque omnes Principes, Barones, Vaſallos ſubditos, ab ejus ſubjectione & ditione abſoluens, obedientiam & ſubjectionem ſolitam ſibi exhiberi vetuit. Filiis inſuper & nepotibus, heredibus & poſteris Militum, qui Sanctum occiderant, & qui auxilium, conſilium vel aſſenſum in facinus patrandum præſtiterant, aſcenſum ad quælibet tam Eccleſiaſtica quam mundana beneficia, officia, dignitates, honores, quatenus in paterni criminis memoria aſſiduo rubore tabeſcerent, uſque in quartam generationem interdixit, & beneficiis, officiis, honoribus, dignitatibus privavit habitis & habendis. Inhibens eidem Archiepiſcopo Gneznenſi Petro & ſuis Epiſcopis Poloniæ, ne aliquem cujuſcumque gradus, præeminentiæ aut ſtatus in Poloniæ Regem coronare & inungere audeant, Sede Apoſtolica inconſulta.

quibus executioni mãdatis

160 Petrus autem Gneznenſis Archiepiſcopus & omnes Polonicæ Eccleſiæ Antiſtites, mandatis Apoſtolicis exceptis, etſi grandia & amara juberentur, tyrannidem quoque Regis Boleſlai & Militum haberent in formidine & reſpectu, ne quid gravius in corpora eorum aut fortunas ſolita ſeveritate conſulerent; mandatum tamen Apoſtolicum prævaricare non auſi, interdictum & anathema Apoſtolicum publicant; & Eccleſiis ſingulis obſeratis, divinarum laudum organa, non ſine ſuo, Cleri quoque & populi Polonici ejulatu, ſuſpendunt. Regem quoque Boleſlaum & Milites, necis viri beati participes & conſortes, denuntiant publice & per nomina excommunicatos, anathematizatos, & interdictos. Revelatum præterea fuit nonnullis devotis & religioſis viris, per divinum & patulum oraculum, pro admiſſo in virum Dei Staniſlaum per Boleſlaum Regem ſuum & ſuos Milites facinore, Poloniæ regnum & provincias ei ſubjectas in tot diviſionum monſtra ſcindendum fore, quot Boleſlaus Rex per ſe & Milites corpus ſacrum dimembraſſet, & poſt aliquanta ſecula, poſt Polonorum humiliationem & contritionem, placato & propitiato Deo, in morem Præſulis Sancti, omni cujuſlibet cicatricis nota vacui, reintegrandum. Cujus quidem oraculi denuntiationem nunc notitiæ humanæ præſtitam, & proceſſu dierum verificatam, ſuccedens æras vidit: noſtra quoque experitur & videt; & futura, præſtante Chriſto Domino, eſt viſura.

C

facta etiam de ſtatu futuro Poloniæ revelatione,

161 His itaque & quam pluribus aliis eventibus, Regis & Militum patrati parricidii æſtimatio cœpit refelli, & in pectoribus eorum, quantumcumque obſtinatis & ſaxeis, quædam pœnitudo ſuboriri: viros vero Eccleſiaſticos, & preſertim Eccleſiæ Cracovienſis Prælatos, Canonicos & miniſtros, & pro facinoris immanitate, & quod ſibi Pontificem ſanctum & divinum dolebant ademptum, pro præſentis atque futuræ ultionis ſignificatione, longa triſtitia detinuit. Tum quoque primum liberioribus querelis, multis quoque lamentis, multo dolore ac gemitu enecatio viri Dei proſecuta eſt, non in Cracovienſi tantummodo diœceſi, ſed & in univerſo Polonico regno. Tunc quoque & in Regem Boleſlaum, & Milites necis conſcios plura maledicta, convitia & improperia deprompta, & ſævitia eorum multifarie accuſata: quæ Regem & Milites, velut furentes & audaciam rememorantes ſceleris, gravi pœnitudinis aculeo decoquebant; ominati more ingenii humani, non ad longum Dei judicia, quæ parricidiali ſcelere promeruerant; quietura: ſecretaque jam mentis pœna urebat; commemoratioque reatus fiebat unicuique ſupplicium.

D

oborta paſſim pœnitudo de Epiſcopo occiſo,

& indignatio in Regē

ejuſque miniſtros.

E

162 Et quamvis de variis domibus, generibus & familiis varii numerabãtur Milites eædem viri ſancti cum Rege una peregiſſe; immanitas quoque ſceleris ſingulos, qui aderant, Regis obligaret miniſtros & Satrapas; parricidii tamen ſumma magis coarguit Milites de quatuor familiis & generationibus, qui ampliorem in illo parricidii facinore geſſiſſe ferantur principatum; videlicet [ferentes] Labarum cum cruce in campo cæleſtino, item fluvium Sczenewa cum cruce; & qui ab ipſis ſciſſi ſunt [ferentes] ſimplicem fluvium ſine cruce in campo rubeo, qui ſe Druſzyna appellant; item ſtrepam in campo rubeo, pro inſigni deferentes: quorum ſucceſſio & progenies in hanc diem apud Poloniam perdurat. [In hos] frequentiora probra ſpargebantur, in hos quoque cumulatiora congerebantur convitia: quaſi hi, & feralioribus & magis præproperis dextris in necem Sancti crudelius ceteris graſſati forent; & animum Regis, ſuapte furentem & incenſum, ad maturandum facinus incendiſſent.

Rex contẽnens interdictum,

163 Anathemate, quo per Gregorium Papam Boleſlaus Poloniæ Rex pro parricidii ſcelere damnatus fuerat, levipenſo & neglecto, privationem quoque regni, & interdicti Eccleſiaſtici ignominiam nihil pendens, Regem ſe integro geſſit triennio; conſtringens ſingulos ſuis parere imperiis, & quærens ſe & regnum ſuum perculſum parum juſto anathemate, neque pro occiſione unius Epiſcopi, pro ſua temeritate & culpa occiſi, tot pœnis fore mulctandum, plures cauſas ad ſceleris patrocinium prætendens. Quod quidem trienalis temporis ſpatium reor benignitatem divinam Regi, ut pœniteret & converteretur, propria longaminitate condonaſſe, & mira ſuæ pietatis propitiatione vivendi tempora in triennium produxiſſe. Obſtinatus [tamen] in ſua pertinacia Rex (quamvis Petrus Archiepiſcopus Gneznenſis & ceteri omnes Polonici Pontifices, placandam Sedem Apoſtolicam, & nuntiis ſolennibus deſtinatis per convenientem expiationem ſatis faciendum ſceleri perſuaderent) dorſum præbebat verberanti; indignum & turpe ſibi ducens ad percutientem & admonentem ſe, atque ſalutem ſuam deſiderantem converti: percuſſuſque non doluit, & attritus renuit accipere diſciplinam: exiſtimans ſe non caſurum in ullum periculum, nec ab aliqua calamitate oppreſſum iri; ſingulas ſuas actiones caſui & temeritati permittens, & nihil ſalutarium conſiliorum aut concipiens aut admittens: ut nemo dubitaret

F

& monita Epiſcoporũ,

A bitaret illum propter facinus parricidii, quo ſe inquinaverat, omni qua ante pollebat prudentia & induſtria, omni denique recto ſanoq; ſenſu exutum ferre. Recognitionem quippe & expiationem delicti prohibebat felicitatis ſuæ quondam magnitudo & poteſtas imperii.

omni priori gloria excidit:

164 [Fuerat Rex] laudis & ſapientiæ quæſtu, ante perpetrata facinora, opulentus; poſt vero omnium reprehenſionum ictibus expoſitus: ejus nomine ante nihil nobilius, nihil ſonantius; parricidio vero commiſſo, nihil naucius, nihil ignobilius: inter ſceptra & diademata quondam floridus, nunc apud proprios & exteros deformis; à felicitate quoque fortunæ, cujus curſum in eam diem plenis velis tenuerat, in abyſſum decidens infortunii & ruinæ: & partarum rerum cumulum, quibus avitam paternamque gloriam vel tranſcenderat vel æquaverat, unius facinoris patratione diſſolvens, & æternas ſibi maculas minurens, quas reliqua vita non potuit diluere.

Expertus deinde deſcenſum luminarium & lampadarum,

B 165 Quamvis autem Boleſlao Regi anathematis & interdicti cenſuræ forent admodum moleſtæ, magis tamen deſcenſu luminarium & lampadum ad buſtum viri Dei, & prodigiis curationibuſque ad invocationem ſui nominis provenientibus, offendebatur: confictum vero rumorem ſuper his ad ſe delatum ratus, & an verus commentitiuſve foret experturus, in ſpecula arcis Cracovienſis conſcendens, luminaria ſuperna & lampades deſcendere, & corpori ſacro venerationem impendere claro viſu deprehendens, & Sanctum probris laceſſere deſtitit, & ſibi vehementius pro admiſſo in eum parricidio, molem ſui facinoris tum primum recognoſcens, timere cœpit: præſertim cum & contemptus ſuorum, in eum diem gliſcens, affligeret militum, & execratio non ignota exterorum, cui vel ſolus luminarium vel lampadum cæleſtium conſpectus ſufficere debebat, ad emoliendum cor ſaxeum & obſtinatum.

& alia miracula fieri,

166 Prioribus quidem diebus, & propria ſpe illum mulcente & militum aſſentatione, tenue ſe in occiſione Epiſcopi reputabat crimen admiſiſſe: parvamque occiſionis, minorem ultionis, nullam futuri temporis in ſuis conſiliis, tam ſibi quam regno ſuo perpetuam perniciem & dedecus allaturis, viſus eſt rationem habuiſſe. At cum proceſſu temporis videret, contra ac ipſe ratus, providentia divina ſuum Sanctum prodigiis mirificante, animos militum & ſubditorum à ſe alienatos; ſe quoque invidioſiorem & contemptiorem fore, [velut qui] furore immoderato ferebatur; tum demum, in locum iræ ſucceſſit æſtimatio, licet ſera; tum quoque ſentire & intelligere cœpit, quantum virum, quantum Sanctum, quam ſibi & regno utilem, & ſuæ ſalutis zelatorem, privato etiam ſibi officio venerandum, crudeli carnificio extinxiſſet, & rerum à ſe magnificæ geſtarum decus corrupiſſet. Jam ſiquidem Rex exoneratus ira, poſt quam is quem oderat eſſe deſiiſſet; livore in commiſerationem tranſmutato, magnitudinem facinoris ſera æſtimatione recenſere cœpit; & nunc perſonam occiſi, nunc cauſam occidendi ſcrupuloſius rimatus, anxietate mentis & ſpiritus torquebatur: ſubibatque vehemens & pœnitudo & acerbitas animum, quod virum ſanctum & cæleſtem, ſuæ ſalutis ſuique honoris ſervatorem & cuſtodem, non vera tantummodo ſed & utilia ſibi ingerentem, deteſtabili carnificis miniſterio trucidaſſet: nec trucidare contentus, ictibus minutiſſimis excarnificatum confeciſſet. Nec in Rege ſolo tantummodo, ſed & in Procerum Militumque ſuorum pectoribus eadem commiſeratio, diſpulſa invidia & metu ſub

paulatim compungitur,

C

uti & proceres ejus;

orto, poſt quam Sanctum viderant mirificis ſignis clareſcere, verſabatur: moreque vitii potius quam ingenii humani, futura intelligentes, tranſacta operoſius rimabantur: quia per facinus in Sanctum admiſſum, omnem ſuam gloriam & pacem, omnem poſteritatem, omnem denique una ſimul æſtimationem corruiſſe [cognoſcebant]. AUCT. IO. LONGINO

167 Satis itaque dolendum, imo & deflendum eſſe Boleſlaum Regem, tam [à ſeipſo] fuiſſe diverſum, ut in ea parte qua trophea de plurimis gentibus & regionibus, à ſe aut devictis aut ſub jugum miſſis, ceteriſque rebus, quas mortales primas ducunt, & de pecuniæ contemptu & liberalitate eximia in omnes, diſciplina quoque militari retuliſſe geſtiſſeque ſcribitur, neminem inter Reges Poloniæ habeat æqualem; in ea vero parte, in qua ſe impura & obſcœniſſima libidine polluit, qua matronis parturientibus catulos pignoribus abjectis adhibuit, qua provinciales multiplici tributo gravavit, qua correptionem ſalutarem contempſit, qua Sanctum Dei Staniſlaum obtruncavit, nemo in deformiores pravitates videatur prolapſus, nemo amplius à Deo reprobatus, nemo juſtiori odio ſuorum infectatus. Non aliæ autem res pepererunt furores, in Deum ac homines graſſantes, quam nimia felicitas, opes ingentes atque divitiæ, quibus ſatius foret caruiſſe. His enim concitatus peregrinos & barbaros mores induit, his in prohibitas & damnatas voluptates defluxit, his ineſcatus nullis ſalubribus monitis, ne libitis uteretur pro licitis, ſe circumagi pertulit; his poſtremo in Chriſtum Dominum ſceleratas manus egit, his nobile regnum fœdavit & diſperdidit, ſævoque ſcelere univerſum regni Poloniæ decus confudit. *qui nimium a ſeipſo diverſus;* *non tantum ſibi ſuiſque*

E

168 Etenim quidquid priſcorum Regum atque Principum virtute partum & ordinatum fuerat, eo ſolo parricidio corruit depravatum; perniciesque regni ex ipſo Rege, unde minus exſpectabatur, erupit; incertum relinquens, in Deum ac religionem ejus ſceleratior [Rex fuerit], an in patriam, quam illo tetro facinore proſtituit, peſſumdedit, violavit, & gloriam ejus decerpſit & evertit; & facem fœdam ac luctuoſam, longo tempore arſuram, in rempublicam Polonorum & genus ſuum injecit. Ab eo ſiquidem tempore turbo tenebroſus regnum Polonicum involvit, & frigore horridæ tempeſtatis adeo illud quaſſavit, ut ſplendore regni amiſſo, in varia diſſenſionum monſtra prolapſum, mutua cæde, hoſtili invaſione, Principum multiplicatione, ſibimet necaret interitum. Unica enim illa Staniſlai Epiſcopi necatione, Polonicum regnum, omne decus ſuum, quæſitum & quærendum, in plures ætates & generationes amiſerat. Ob id ſiquidem unicum parricidii in Sanctum Dei ſcelus, arbitror Deum averſatum gentem Polonicam & regnum, & non colliſionum tantummodo & cædium civilium opprobrio, juſto ſuo judicio, illam mulctaſſe, ſed & honoris diademate ſupra *b* annos ducentos ex eo tempore privaviſſe; regnique eorum principatus & dominia externis nationibus & finitimis Principibus, in uſurpationem & direptionem, tradidiſſe. *ſed totire-gno graviſſime nocuit*

F

b

169 Sed & regio honore, quem tanti temporis mora ſubduxerat Polonis, reſtituto; in ſemen regium furor indignationis divinæ comprobatus eſt non quieviſſe: dum, tribus tantummodo Principibus, videlicet *c* Premiſlao, *d* Wladiſlao, & *e* Kazimiro, ducentibus, in regno Polonico regnare permiſſis (licet Premiſlaus breviuſculo & pene uſurpato regnaverit tempore) extero ſemini regnandi ſuper illud uſque in diem hanc poteſtatem *quod externis Principibus deinde traditum eſt.*

c d e

AUCT. IO. LONGINO

conceſſit. Et licet ad vacans per mortem *f* Ludovici primi, ex domo Franciæ orti, regnum Gemovithus Mazowiæ Dux, item poſt annos ſexaginta ad vacans ex morte *g* Wladiſlai tertii (qui dimicando cum Turcis anno ortus Chriſti Milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo quarto glorioſo martyrio occubuit) regnum Boleſlaus Mazoviæ Dux, concordi Eccleſiaſticorum & ſecularium voto, fuiſſent electi & deſignati, & dies pro utriuſque coronatione apud Cracovienſem eccleſiam & urbem dictæ: in utriuſque tamen locum, ſtupenda divinæ diſpenſationis voluntate, utrumque reprobante & regio conſente indignum throno, exteri Principes Lithwanici generis *h* ſuffecti, quaſi nondum ad plenum ſacro Sancti Staniſlai Pontificis ſanguini fuiſſet tam diuturna propriorum & naturalium Principum exclusione parentatum. Divina quoque majeſtas, quæ ſe Polonorum genti per reſtitutionem Regii diadematis propitiam & placitam exhibuit; Principibus tamen Polonicis, nondum ſe in ira indignationis ſuæ, adverſus illos pro occiſione viri beati Staniſlai & aliis forefactis conceptæ, monſtrat quietatam: progenies ſi quidem continuata eſt & continuatur in Ducibus: verum in Regibus, Deo permittente, diſcontinuationem accepit.

f
g
h
B

ANNOTATA.

a *Acta* S. Gregorii VII *damus* XXV *Maji, à quo has cenſuras adhuc anno* 1079 *latas, ſcribunt Longinus in Hiſtoria, Cromerus & alii.*

b *Cromerus lib.* 11, *annis* 215 *Regis nomen omiſſum ait.*

c Premiſlaus *ſeu* Præmiſlus 26 *Iunii anno* 1295 *coronatus eſt, occiſus die Cinerum anni ſequentis.*

d Vladiſlaus Locticus, *coronatus anno* 1296, *die* 23 *Aprilis, pulſus à* Wladiſlao Bohemo, *iterum regnum recepit, mortuus anno* 1333, 10 *Martii. Ab hoc autem velut nominis ſui primo, utique poſt tituli Regii inſtauration em, numerantur ſynonymi Reges poſt eum.*

e Caſimirus *cognomento* Magnus, *coronatus* 25 *Aprilis dicti anni* 1333, *mortuus* 5 *Novembris anni* 1370.

f Ludovicus *habuit abavum Carolum Regem Siciliæ, fratrem S. Ludovici Regis Francorum, avum Carolum Martellum, & patrem Carolum II ambos Reges Hungariæ: ſucceſſit dicto Caſimiro avunculo ſuo, mortuus* 1382. *Poſt hujus obitum regnum varii petiverunt, ſed tandem obtinuit* Jagello *Dux Lithuaniæ anno* 1386, *dictus in baptiſmo* Wladiſlaus, *infra lib.* 3 *num.* 21 *dictus* ſecundus.

g Wladiſlaus III, *Iagellonis filius, regnavit ab anno* 1434 *ad annum hic expreſſum* 1444. *Diem natalem, quo occiſus eſt, hactenus non reperimus.*

h *Horum primus eſt* Caſimirus tertius, *anno* 1447 *in feſto S. Ioannis Baptiſtæ coronatus, pater S. Camiſiri, ad cujus Vitam* IV *Martii hujus progenies deducitur.*

C

CAPUT XIII.

Interitus Boleſlai Regis. Succeſſio fratis & aliorum abſque titulo Regis.

170 TErtius jam, poſtea quam vir ſacer Cracovienſis Epiſcopus Staniſlaus ab impio Rege Boleſlao occiſus fuerat, decurrebat annus, per omne tamen tempus illud nulla ſtudia generari viſa ſunt providendi aut ſuccedendi in Cracovienſem, qui ex morte beati viri vacabat, Epiſcopatum. Nemo enim tam claro, tam ſancto, tam glorificato audebat ſuccedere Præſuli. Nonnullos reſpectus avertebat Regis, qui eum virum ſævum & necibus præparatum apud ſuos animos deſtinabant: ceteros civile & inteſtinum bellum propediem exoriturum concutiebat. Accedebat & ſummi Pontificis Gregorii ſeptimi, gravitatem apertam redolens renitentia, qua apud Cracovienſem Sedem alium negabat ordinari Epiſcopum: & Clero ac populo Cracovienſi, ſuffici ſibi Antiſtitem frequentius expoſtulanti, inexorabilem ſe exhibebat. Omnium prædictorum major fuerat apud ſingulos anxietas interdicti per univerſum Poloniæ regnum obſervatio, quæ pectora uniuſcujuſque gravi decoquebat mœrore, & in Regis Boleſlai improperium & convitia accendebat: qui Pontificali ſanguine pollutus, divinam & humanam contra ſe & genus ſuum vociferabatur cenſuram conflaviſſe.

D

Sede Cracovienſi tertium annum vacante.

171 Sed & Regem Boleſlaum ſecreta mentis, numquam ſciens quieſcere, proſequebatur pœna: ſolaque reatus ſui recordatio ſibi ipſi extabat ſupplicium: dum aſſidua meditatione rimaret & recoleret, quam brevi illo, & (ut ſibi blandiebatur) nihil ultionis habituro carnificio, non ſolum ſibi ſed & poſteritati progenieique ſuæ dedecus innexuiſſet; & reprobationis decretum, quo gloria regni omnis decidit, in poſteros transfudiſſet. Conſcientia itaque in ſceleratum obſtrepente, non quietem, non cibum, non ſomnum ad libitum capere poterat; quin per ſoporem furiis commiſſi parricidii, conſcientiæ ſuæ ſtimulis & pœnarum impendentium ſpeciebus agitabatur ſua ſecum ſcelera reputans: neque ex amicorum perſuaſionibus & conſiliis, meliora illum quam quæ mente hauſerat ſperare jubentium, poterat [accipere] lenimen; neque conſcientiam ſceleris, quamquam militum & amicorum confirmaretur ſolatio, deponere: quoniam vitiorum ab eo patratorum altior illi ſenſus inſederat. Ex fornicationibus quippe in adulteria, poſt in damnatam venerem execrabilis vitii ſodomitici, ab hoc conſequenter in parricidium, & ad extremum in contemptum & quandam deſperationem, graviſſimo præcipitatus collapſu, oſtendit vitia connexa eſſe: & ad unius inquinationem, niſi celeri diluatur pœnitudine, cetera ocius ſuperventura.

E

Rex nullam animo quietem capit.

172 His vitiis Boleſlaus Rex ſibimet gradum ſtruxit in præceps: his lux regni Polonici velut nube atra obſcurata, primum ab eo depulſa, deinde ad extremum exterminata eſt, & omnis ſuæ quondam claritatis & excellentiæ, omnis majeſtatis & potentiæ, omnis tyrannidis & munificentiæ machina diſſoluta. Felix quoque & viridis tam ſuus quam regni ſui olim ſtatus & conditio, dum cuncta illi ex ſententia cederent, ad magni opprobrii & improperii ſpecimen devoluta. Cum & pleræque Ruthenicales provinciæ ab eo ſubjugatæ, jugo ſubjectionis abjecto, tributa illi & conſueta negarent vectigalia; & à propriis Proceribus dietim in illum ſerperet odium & contemptus. Ut enim ſe habet vulgi maxime militaris mobilitas, compunctio de patrato ſcelere creverat: & Rex factus erat inviſus ſuis omnibus, in quorum pectoribus parricidii ſcelus divino nutu recruduerat: tumultuarique regnum cœpit, reſque publicæ in ſalo diſcordique actione & ordine verſari. Nemo ſiquidem ex Primoribus Baronum & Procerum reperiebatur, præter paucos criminis participes, qui Regem aſpiceret, quin ingemiſceret; nemo forte, qui non ſuum execraretur principatum; nemo, qui interitum illi & mortem non imprecaretur. Singuli illum quaſi peſtem & infelix auſpicium oderant, vitabant, fugiebant, deteſtabantur. Adeo inſuper odium & Proce-

F

ſeque domi ac foris cõtemptum omnibuſque exoſum intelligens.

A Procerum & Populariũm efferbuerat, ut plurimi in ſuam necem aut captivitatem conjurarent: non aliter ſe Regii diadematis decus & inſigne, non aliter divinorum relaxationem, non aliter denique divinæ ultionis ſenſim gliſcentem averſionem, quam eo peremptо aut capto, rati obtenturos.

ex ultionis à Dei imminentia metu conſternatus,

173 Intelligens itaque Boleſlaus Rex, impia & ſcelerata facta ſua neque Superos neque homines latуros, & ob ſcelus parricidii in Sanctum commiſſi veloci ſe vindicta peti; & graviſſimo omnium ſuorum judicio ſe opprimendum damnandumque, mœrore fortiſſimo & acerbiſſimo quaſſabatur. Subibat quoque mentem conſiderationemque ſuam, hinc divinæ ultionis judicium, peccata in plures generationes viſitantis, hinc metus pœnarum; illinc facinoris in ſanctum patrati recordatio, illinc divina & humana perſecutio, quæ illum adeo vexabat decoquebatque, ut à mœrore & conſcientiæ verme pene videretur ad interitum confectus. Sæpe apud amicorum aures confeſſus, exagitari ſe parricidiali ſpecie & umbris ac phantaſmatibus furiarum. Tunc male [non] crediti, frequenter ſpreti, & ſero probati viri beati Staniſlai conſilii eum memoria ſubiit. Tunc ſcelus impium, truculenta invidia, malevolentia inaudita, quibus in necem viri Beati Staniſlai graſſatus eſt, oculis ſuis mentalibus & corporalibus, non ſine graviſſimo & pœnali conflictu, obverſabantur. Tunc primum apud amicorum aures profiteri cœpit, per nefandum & execrabile parricidii ſcelus à ſe paratum, non quietis ſed turbulentiſſimi motus, non pacis ſed belli, non amplitudinis ſed egeſtatis, ſeminarium jeciſſe; & ſe primum, deinde genus ſuum & patriam, regio diademate & excellentia ſpoliaſſe; cladibuſque miſerabilibus, juſto Dei judicio ob necem viri Dei exorituris, Polonorum regiones peſſumdaſſe, periculoſum errorem ſibi & patriæ, & qui de omnibus vitæ ſuæ & annis & actibus omnem gloriam decerpſerat, clamitans admiſiſſe. Tunc vir alioquin magnanimus, qui ſe in bellis & certaminibus fortem & vegetum præſtiterat, pavore conſternabatur ingenti; hinc divini judicii, illinc livoris humani ultionem jam adeſſe jamque inſtare reformidans; non

non tamen ad pœnitentiam:

tamen ſe ad pœnitentiam lacrymarũ reflectebat, quæ illi propitium ac placabilem effeciſſet Deum, ſi vel poſt necem Pontificis ſapere potuiſſet.

174 Horridam tempeſtatem pro parricidii ſcelere Boleſlaus Polonorum Rex videns adverſum ſe eſſe coortam, mentem ejus recordatione facinorum intus aſſidue excruciante, contemptum ſuum & livorem intelligens aſſidue auctum, & ſe Provincialibus inviſum, ac dura nimis ſorte conſtrictum iri; converſationiſque ſuæ confuſionem perpendens, quid ſceleris admiſerit ſecum ipſe reputans, parricidium gerebat in oculis, perturbationem in animo; & indignatio quod innocentem peremiſſet in miſerationem vertebatur. Urebant ſiquidem anxiam mentem varia undique convitia, omne genus probri: non ſomnus oculis, non quies animo poterat obtingere: ægra præcordia aſſiduo dolore & gemitu altis quoque ſuſpiriis coquebantur. Verba interdum Rex ſpirabat ferocia, mens tamen ſua ex conſcientiâ pavida ſpectabatur. Lucem præſentem & vitam peroſus, & injucundum trahens ad ſingula ſpiritum, conſpectum & præſentiam eorum, qui in ſuam cladem conjuraverant, machinationeſque evitaturus, juſtiſſimo & maximo civium odio quam primum ſatisfacturus, profundo inſuper ad extremum inſtigatus pudore; Pannonicam adoriri fugam, non ex contritione ſceleris, ſed declinandi turbinis exorti & exorituri gratia, decrevit. Illam enim regionem & fugæ ſuæ & ſorti, in quam detruſus fuerat, arbitrabatur amplius congruere.

ſe peccaſſe agnoſcit,

& rerum ſuarum deſperatione agitatus,

175 Congeſta itaque auri gravi quantitate, filium duodennem Myeczſlaum, qui ceteris fato abſumptis unicus illi reſtabat, Borzywojum filium Miſtæ ceteroſque omnes, qui ſecum una Sanctum Dei Staniſlaum excarnificaverant, ſecum ducens; extrema illis ſuo diſceſſu, ſi apud Poloniam relinqueret, veritus inferri; relicto regno, relicta patria, relicto diademate, relicta tyrannide & uxore, impietatis conſcientia perurgente in fugam verſus; exilium ſibimet, doloris ſtimulãte magnitudine, coactus eſt inferre: velut is qui in caritate Procerum nihil fiduciæ reponens, per deſtitutionem militum jaculis aut venenis ſe peti formidabat conjuratorum; Celerrimo itaque & clandeſtino curſu, majeſtate Regia ſervili veſte obumbrata ne à conjuratis deprehẽderetur, & oculos tenens lacrymis ſuffuſos, animum ſuum increpans, qui illum in tam nefarium auſum ſævi parricidii impegit; relicta Cracovia, quaſi effugio eluſurus Deum, mente conſternatus & alienato ſimilis, Pannonicam adortus fugam, ad Sanctiſſimum Wladiſlaum Hungariæ Regem, affinem & alumnum ſuum divertens, ſuſcepturus illic ſuum fatum pervenit: à quo magno honore exceptus eſt, & aliquanto tempore & ſanguinis & hoſpitii præſtiti ac præſtandi ac viciſſitudinis jure (Boleſlai enim Regis potentiis, impenſis ac brachio in paternam hereditatem ſe profitebatur reſtitutum) juſto favore tractatus eſt.

AUCT. IO. LONGINO *clam Polonia deſerta*

in Hungariam ad S. Ladiſlaum fugit:

176 Magnitudinem autem ſceleris ſui apud S. Wladiſlaum Hungariæ Regem & ſuos Proceres extenuare conatus, multa & varia Sancto Dei impingens facinora, jure illum à ſe cæſum deducebat. Qui tamen omnium inſpectorem Deum, neque ſermonibus ad diluendum facinus, quantumcumque vafre compoſitis, neque Pannonica receſſione & latebra potuit effugere: ſed dignas præſumptione ſua accepit pœnas, dum illum finis comprehendit inſperatus & exitioſus. Excellentiam enim ſuam Regiam in Wladiſlai Hungariæ Regis & ſuorum Procerum æſtimatione, propterea quod exul eſſet & parricida, clandeſtina ſubmurmuratione in ſuum interdum penetrante auditum, diminutam non ferens; & tam ſuorum quam exterorum contemptu & faſtidio calcatus, conſcientiæ inſuper verme amplius quam dum apud Poloniam ageret excruciatus (ex Rege quippe factus exul, ex divite inops, ex glorioſo contemptus) non facilis ei erat toleratu illa mutatio, velut qui ad id rudis & inexercitatus habebatur. Secundo igitur anno ſui exilii ſubito languore correptus, & in amentiam verſus, alpes, ſilvas, nemora atque invia loca alia, congreſſus peroſus humanos, & digno jam conventus parricidii ſui prerio, maturam jam flagitii ſui ultionem ſubiturus, delirando petens, & in illis diſcurrens; à propriis canibus, illum tantummodo comitantibus, dum feſſus & anhelus animam morte repentina exhalaſſet, comeſtus & devoratus, tererrimo illo ſupplicio affectus, impiam vitam digna morte finivit: & quoniam ſalubriter monentem audire contempſit, juxta Job vaticinium ſtultitia conſummatus interiit, dignumque moribus factiſque ſuis exitium vitæ invenit, & impiis & malis operibus pares adeptus eſt eventus: dignus ea pœna, qui fidem ſacrilegio, pietatem parricidio, pudicitiam inceſtu violaverat; Divinitate hanc ſibi pro impietate ſua congrue & juſtiſſime infligente viciſſitudinem atque pœnam.

ubi contemptum ſui non ferens,

in amentiã labitur, & mortuus, à ſuis canibus devoratur.

177 Qui enim S. Staniſlaum extinguere, & memoriam ejus de terra delere decreverat; extinctus & deletus eſt. Qui illum exiliare tentaverat; is ſibi exilium coactus eſt inferre, & in amentiam verſus turpi morte interire. Et qui Sanctum convitiis & probris inceſſerat, ipſe diris execrationibus, in vita &

dignum admiſſo in Sanctum ſcelere exitum ſortitus,

AUCT. IO. LONGINO

in morte infectatus est. Et qui corpus sacrum, minutatim concisum, feris & alitibus vorandum jactaverat; ipse propriorum canum rictibus discerptus, ipsorum pabulum & esca fuit. Et quidquid tyrannidis, crudelitatis & ignominiæ sancto intulerat, id sibi illatum, cum admiratione & tremore universorum hominum, opera Dei recto judicio rimantium, præsens agnoscet ætas & postera. Tunc lux impii extincta est, & flamma ignis ejus splendere desiit; qui à consilio maligno præcipitatus tam horrendum exitum invenit, ubique territus, ubique stupefactus, ubique spretus, ubique contemptus, denotans magnitudinem patrati in Sanctum Dei facinoris. Nec ulla retributio subtilior, districtior, atque æquior illi poterat impendi.

178 Itaque Boleslaus Rex Poloniæ, voluptatibus & illecebris carnis, ipsi etiam damnatæ veneri, supra cetera flagitia atque dedecora ab eo patrata, aliisq; passionibus carnis & spiritus indulgens, omnem suam & regni sui celebritatem simul cum vita amisit: & præcipiti gradiens via, acerbos comprehendit exitus; [fuitque ejus] cadaver esca volatilium & devoratio canum. Stanislai Pontificis spectata usque ad crudelissimam concisionem tum fides, tum constantia, gloriam sempiternam sub omni perennitate habitura laudabitur. Boleslaus Rex, in dedecus teterrimum provolutus, acceptam à majoribus lucem in densissimas tenebras convertit; cujus nomen & omne regium semen, exterminante illud Deo, disperiit. Stanislai agon & virtus omnium seculorum memoriæ infixa, terra pelagoque, ab universali effertur, veneratur, admiratur & cantatur ecclesia.

dum Stanislai nomen ubiq; laudatur:

B

179 O! quam satius contigisset tanto Regi, si ante parricidium, & suam & regni perniciem aversatus, vita excessisset; feliciora etiam post fata & cineres officia & munera sortiturus! In alpibus enim atque silvis, in quibus per divinam ultionem interiit, nulla plangentium tantum ac talem Regem conspiciebantur servorum agmina, nulla militum aut clientum pompa, nulla amicorum, nulla astantium aut custodum corporis turba, nulla matronarum aut virginum cohors, nullum sepulturæ pretium, nullus splendor funeris: tantaque, justissimo Deo permittente, damnatus est ignominia, ut negato illi etiam cujuslibet terræ profanæ locello, in canum ventribus sepeliretur: non aromatibus conditus aut regio Mausoleo, sed stercore & fœtore obrutus. Quam fœde, quam turpiter vixerit; tempus, locus, conditio tam mortis quam sepulturæ efficacissime monstravit. Nam justo censore Deo, per quæ sceleste ipse Rex peccavit, per eadem torquetur. Quia enim canes, ad fugendum lac humanum ac torquendum ubera feminarum, [admoveri] ex sua feritate præcepit; & infantulos à matrum papillis, ad canicularum lactationem; appendi ferociter jussit; equa lance dignum extitit, quatenus faucibus mingentium ad parietem lacessitus, à feris sicut fera consumeretur comestus. Scrupulosa denique diligentia notandum est, quanti labores, quot conatus, quanti sumptus & sudores uno paricidio ceciderint percussi, & una transgressione Rex præcipitatus & regnum.

ac nesepulchri quidē honore dignatus,

C

ad exemplum Poloniæ Regum & Principum,

180 At Boleslaus Rex maximo Regibus, Principibus, & Proceribus Poloniæ esse debet documento, ne successibus & potentia rerum ad nutum eorum fluentium superbiant; sed se humiles & remissos præstent: nec propter decus generis aut sanguinis, aut partas victorias, insolentius se gerant; sed cum tremore divinam de se operiantur sententiam, in quem finem aut invidiam sit evasura eorum felicitas: ne assentationibus satellitum, iras eorum mulcentium, insolescant: ne in transgressionum suarum justos reprehensores aliquo nubilo concitentur: ne in fundendo Sacerdotali sanguine præpropero & fervido utantur ingenio; ex ruina Boleslai Regis intellecturi, imperia & potentiam omnem, quinimo & sensum, prævaricatione in Deum facile amitti, impletione vero scitorum Dei servari.

D

181 Boleslao Rege absumpto, graviora in illum prioribus tam Procerum quam popularium jactabantur judicia: gravem illum & crudelem fuisse: superbe & inique imperitantem, tyrannum magis quam Regem, tributis gravasse regionem; catulis matronas affecisse, libidine naturam violasse. Mortis & casus ejus formidinem simul & fidem consors regia induens, miserabiliter deplorare cœpit, se ad hos fœcunditatis & vitæ fructus reservatam, ut probris mariti oneratas gestaret aures, & in viridi ætate illius privata consortio, nec supremum officium solvere illi potuisset. Feruntur nonnulli, ex morte quæ Boleslao Regi tam non vulgari accidit casu, fabulæ, ad nostra usque tempora derivatæ, locum fecisse; quæ astruebat illum apud silvas Panonnicas vivum esse, & ob atrocitatem sceleris in Sanctum commissi, vultures & alites sanguipetas carnes suas, quæ per dies excrescerent, per noctem devorare, & absumptas renasci; & post expiationem sceleris tandem in Poloniam reversurum, & in ea regnaturum fore. Non solum autem in Boleslaum Poloniæ Regem, sed & in milites suos, parricidii consultores & participes, divina desæviebat vindicta. Vario enim & cruento mortis genere, pro sceleris parricidialis magnitudine, pro demeritorum gravitate, consumebantur. Progeniem insuper eorum multifariis languoribus, casibus, infortuniis, passionibus divina infectata est ira: pro quorum exemplo maxime divinum numen formidandum est aliis, qui contra jus fasque agere non verentur.

& summum Regina luctum,

E

complicum vliorum pœna.

182 Successit Boleslao, Polonorum Regi memorato & parricidæ, post turpem suam & domus suæ labem, ex parricidio, fuga & morte turpissima contractam, *a* Wladislavus germanus suus, cognominatus Hermannus, natu minor, & qui regno, duobus natu majoribus Kasimiro & Ottone immatura morte absumptis, unicus restabat, tam in regnum Poloniæ, quam in omnes Principatus Polonicos & Dominia. Benedictionis tamen & diadematis honore caruit, nec se Regem Poloniæ titulare & nominare dignatus, tantummodo se Dominum & heredem regni Poloniæ (quod & nos in suis originalibus litteris vidimus) appellabat; Gneznensi Archiepiscopo, propter prohibitionem summi Pontificis, sibi & stirpi suæ unctionis & consecrationis suæ regiæ munus impendere denegante, tamquam decus regium & fasces illius homini, non provinciæ, tributæ fuissent. Ex quo tempore scissa fuit in plures Principes, per longam seriem, Regni Polonici & dominationis ejus hereditas.

succedens Wladislaus frater,

a

sine regio titulo vel unctione

F

183 Principatum autem regni Poloniæ Wladislaus Dux universorum approbatione sortitus, cum esset vir raræ & spectatæ devotionis & religionis in Deum & Ecclesiam; & ex casu præcipiti germani sui Poloniæ Regis Boleslai plurimum sibi & statui suo metuens; officia quæque in fidem & religionem Christianam intenderat; primum id agendum curavit, ut interdictum Ecclesiasticum, ob necem beati Pontificis Stanislai positum, quæ in eam premebatur diem à regno Poloniæ; & à Cracovienſi Ecclesia, nemine tam dignissimo Patri Stanislao in tot rerum fluctuationibus succedere auso, orbitas & viduitas, tolleretur. Et quia interdicti censura ex Sedis Apostolicæ auctoritate provenerat, nuntios solennes, Ecclesiasticos & seculares, Romam ad Gregorium VII transmittit. Quorum assiduis precibus

petit interdictum tolli

A bus Gregorius VII expugnatus, cum & Boleſlaum, Regem Poloniæ, ſancti viri occiſorem, pro comperto accepiſſet de Poloniæ regno in exilium ad Pannonias abyſſe, & illic in amentiam verſum interiiſſe, & fratrem ſuum Wladiſlaum in Principatus & dominia regni Poloniæ ſucceſſiſſe; & interdictum, hactenus in Polonica Eccleſia continuatum, ſuſtulit; ac *b* Lampertum Gallicum, virum ſibi à pluribus annis cognitum, & in negotiis officiiſque curiæ Romanæ ſincere verſatum, in Cracovienſem Epiſcopum ordinavit.

b *& Epiſcopum Cracoviæ conſtituit*

184 Rediit non multo poſt *c* Mieczſlaus Dux, filius Boleſlai Poloniæ Regis, cum Baronibus & Proceribus Poloniæ: qui una ſimul cum Rege patrati in Sanctum Dei facinoris conſcii, Pannoniam exulatum jerant; per Wladiſlaum Poloniæ Ducem, patruum germanum; ne in contumeliam & vituperium Regii ſeminis, ſtipe aliena cum Militibus illum ſequentibus vivere congeretur, in Poloniam ad nativas ſedes revocatus, cum *d* uxore, ex principibus Ruſſiæ accepta. Verum & propter vegetius ingenium, quo illum jam tum ſcintillare plures notaverant, & propter prolem ſuſcipiendam, maligna æmulatio primorum Poloniæ, eorum præſertim qui in patris ſui necem conſpiraverunt, verentium paternas injurias in ſe aut ſuis filiis ultum iri, veneno clam immiſſo adoleſcentem in primævo ætatis flore *e* ſuſtulit, & quaſi quoddam futurarum zizaniarum germen eradicavit; morte tam immatura paternæ impietatis creditum exſolviſſe ſupplicia, & graves pro delicto patris dediſſe pœnas: ad quem ob paternum delictum, non regni, ſed odii atque ultionis & mortis immaturæ notata eſt perveniſſe hereditas. Supremis vero ſuis, dum apud Cracovienſes per genitricem adoleſcentis, magno cum ploratu ejus exceſſum deplangentem, & Wladiſlaum Ducem patruum ſuum gererentur exequiæ, magnus honos datus eſt; magna multitudine agreſtium ad cohoneſtandum ſua funebria ex agris decurrente: apud quorum pectora tam Boleſlai Regis, quam filii ſui Myeczſlai nuper emortui deſiderium invaluerat; more ingenii humani, quo ea quæ abſunt vehementius cupimus, quæ adſunt negligimus. Ex morte autem Myeczſlai Ducis omnis ſtirps Boleſlai, olim Regis Poloniæ, lineam directiorem attendendo (ut ſermo viri beati Staniſlai, quo id ſibi longe ante vaticinio fideli prophetici ſermonis prædixerat, verificaretur) abſumpta eſt; & impletum eſt ad litteram, quod in beato Job de iniquo ſcribitur: Non erit ſemen ejus neque progenies in populo ſuo, neque ullæ reliquiæ in regionibus ejus.

c *Mieczlaus filius Boleſlai in Poloniam revocatur,*

d

B *veneno extinguitur,*

e

& eum eo progenies Boleſlai.

Job 18, 19

C

185 At Wladiſlaus Dux, cognomento Hermannus, univerſi regni Polonici monarchiam eſt ſortitus: ſub cujus & *f* filiorum nepotumque regimine brevi permutata eſt totius regni Polonici facies, diſturbantibus & ſcindentibus regnum Polonicum Principibus, non propagantibus, ſed gravibus exactionibus, dationibus, & tributis illud prementibus; Civilia quoque bella, non externa gerentibus; & propter egeſtatem ſubſecutam, fines regni, qui à vicinis Principibus occupabantur, tueri nequaquam valentibus; ut in locum fœcundæ ſegetis ac lætævineæ, ſquallens & olidus campus conſurrexiſſe notaretur; Polonorum inſuper regio, ab honeſtiſſimo & excelſo regiæ dignitatis faſtigio, in baſſum & tenuem locum decideret, à jure Regum converſa in Ducum jura, quæ annis pluſquam ducentis, non ſine gravi bellorum civilium & ſchiſmatum atque alienationum ſtridore, dedecora pertulit; multoque diſparem ſtatum & qualificationē ſub Ducibus quam ſub Regibus, monarchiam ſuam ſcindentibus & enervantibus, ſortita eſt. Ego vero cum ob necem viri beati Staniſlai regnum Polonicum regio fulgore ſpoliatū, faſces diadematis illi detractas, cladibus civilibus involutum, & in varia principatuum & diviſionum monſtra ſciſſum; plures provincias à corpore ſuo uſurpatas, & omne ſuum decus atque robur elanguiſſe, conſpicio; in eam dubitationem compulſus redigor, prævaricationéne tantummodo regia, an etiam populi Polonici facinore hæc ipſa mala, quæ in annos propè ducentos duraverant, accidiſſent: ſed, ſi verum fateri volumus, & Regis & populi ſcelus ad inferendam ultionem Divinitatem coëgit.

AUCT. IO. LONGINO

ſub Ducibus per 200 annos afflicti:

186 Nos itaque qui priſca tempora, quibus Polonorum regnum variis atterebatur collidebaturque jactationibus; non vidimus; ſed miſeratione divina in tempora meliora, ſub quibus reintegratio regni Polonici magna ex parte provenit, incidimus, Præſulem noſtrum digniſſimum Staniſlaum, omnibus virtutum muniis præſtantem, veneremur. Cujus etſi victorioſum agonem univerſus orthodoxæ religionis populus ſupplici devotione concelebret; inſuperabilem tamen ejus pro fide, pro religione, pro libertate patiendi conſtantiam lætior Polonia miratur, veneratur & honorat: cui eſt exultantius in ejus martyrio gloriandum, per cujus interceſſionem & merita reintegratio ipſa provenit, & in futurum creditur plenius proventura. Ejus mores, vitam, converſationem, religionem, conſtantiam, patientiam & omnia pedetentim (quoadusque nobis per gratiam Altiſſimi conceditur) ſequamur veſtigia, ut ejus interceſſione & ſuffragio ad civium ſupernorum conſortium mereamur pertingere: quod nobis ex merito ſuæ paſſionis concedere dignetur, Deo Patri per omnia & in omnibus coæternus, conſubſtantialis & coæqualis, Jeſus Chriſtus, cum eodem Patre & Spiritu ſancto unus Deus, æternaliter regnans, per ſecula benedictus. Amen.

cui tandem reſtituto

S. Staniſ. laus hono. randus imprimis

E

& imi. anam.

F

ANNOTATA.

Quæ de funeſto Boleſlai exitu num. 184 *dicuntur, & pathetice exaggerantur deinde, cum nemine conſcio acta dicantur, aliud fortaſſis fundamentum non habent, quam quod venatum egreſſus infelix, ibidem locorum non comparuit amplius. Quare non prorſus rejicienda videntur, quæ de eo mitiora narrant Carinthii, apud Georgium Crugerium in Triumphis Majalibus Regum Bohemiæ an.* 1669 *Litomiſlii editis, dicentes*, Boleſlaum Vilacum in Carinthiis, ad monaſterium Benedictinum, errabundum deveniſſe: in eo receptum, quia ignorabatur quis eſſet, multos annos in rigida pœnitentia abſumpſiſſe: imminente porro jam morte, exagitantibus conſcientiam anguſtiis, Regem ſe denique & facti ſui ſeriem Abbati Fratribuſque revelaſſe, ac ſic in ſpe bona propitii æterni Judicis ad immortales abiviſſe. Relatores ejuſmodi eventui addunt inſuper, ſua memoria, ibidem Vilaci lapidem ſepulcralem extitiſſe, ex quo inſpex quiſcumque hæc legere atque addiſcere potuerit. *Hæc ſi vera ſunt, ut eſſe optamus, haud mediocriter exaggerabunt meritum glorioſi Martyris Staniſlai apud Deum, qui deſperatiſſimi hominis ſalutem, pro qua tantum in vita laboravit, ſanguinis ſui reſpectu impetravit poſt mortem.*

Traditio de finali Boleſlai pœnitentia apud Carinthios.

a Wladiſlaus Hermannus *præfuit regno annis* 20, *ab anno* 1082, *ad annum* 1102, *quo obiit die* 5 *Iunii. Ita Longinus in Hiſtoria.*

b Lampertus *creatus eodem adhuc anno* 1082, *mortuus* 25 *Novembris* 1101. *Ita idem Longinus.*

c *Anno* 1084, *inquit idem Longinus*, reverſus, & cum eo Borzywon filius Mſtæ, Sbibutus, Dobrogiſlius, Paulus, Zema, Odolan, & Andreas, ceterique omnes Milites, qui cum Boleſlao Rege in Hungariam effugerant.

d *Edi-*

AUCT. IO. LONGINO

d Eudoxia, *ſoror Swantopolki, Kiovienſis Ducis, nupta anno* 1088.

e *Anno* 1089.

f *Filii Wladiſlai Hermanni fuerunt* Boleſlaus 4 *legitimus heres*, & Sbigneus *naturalis, cui ceßit Mazovia & Plocko. At Boleſlao anno* 1139 *mortuo, relicti filii quinque: & inter quatuor ſeniores regnum in quatuor partes diviſum. Quæ ſingulis portio regni aßignata, apud Longinum legi poteſt ad dictum annum* 1139.

LIBER II.

Miracula poſt tranſlationem corporis patrata.

PROLOGUS.

1 VItæ beatiſſimi Martyris & Præſulis Staniſlai, jejuno & tenui ingenio, utcumque per propitiationem divinam contextæ ſeries & ordo tam dicendorum quam promiſſorum exigit, ut ſequentium ſuum felicem agonem miraculorum ordiamur initium. Hoc tamen in exordio dicendi præfari mihi liceat, quod non omnia Sancti miracula (maturius enim tempus quam res me deſereret) deſcribere in animo eſt: ſed tantummodo vulgatiora & inſigniora, & quæ ad noſtram pervenêre notionem. Plurima enim extabant, & tam numerum quam fidem excedentia, quæ ſub integro martyrium ſuum ſecuto provenerunt decennio; ſed omnium illorum, tam magnitudinem ſtupendam quam progreſſum & qualitatem, partim metus tyranni Boleſlai Poloniæ Regis, dum triennio apud Polonos viro ſancto occiſo imperabat, ſubduxit; partim ſuccedentis Principis Wladiſlai, germani Regis Boleſlai, prohibitio caligine oblivionis involuit: nemine [miracula] viri beati, quæ ad invocationem ſui nominis frequenti & aſſidua iteratione proveniebant, audente efferre & publicare; ſed nec annotare & in ſuccedentem ætatem tranſmittere. Vir enim Dei Staniſlaus, vivens mortuuſque, ſuarum virtutum merito univerſis mirabundus effulſit, aſſiduis clareſcens prodigiis; quæ etſi fuſcare obſcurareque maligne hominum improborum, & horum præcipue qui illum trucidaverant, conaretur improbitas; id tamen unum neque contaminare, aut lugillare, neque contenebrare, neque obruere & contegere valuit oblivione, quod ſub toto illo integro decennio, paſſionem Sancti ſecuto, ad ſepulchrum ejus continuis noctibus, ſuperna, ſanctitatem eximiam Pontificis beati teſtantia, deſcendebant luminaria, & cæleſtes ad tumbam illius fulsêre lampades. Videbatur & Staniſlaus à pluribus devotis & religioſis viris, nocte & interdiu ad ſepulchrum illius excubantibus in eccleſia S. Michaëlis, ad cujus fores fuerat tumulatus, collucentibus lampadibus, & univerſam eccleſiam luce mirabili illuſtrantibus, ad aram Pontificalibus indutus ſtare atque hominibus qui convenerant benedictionis munus impendere. Videbatur etiam cum duobus venerabilium perſonarum choris, corona illum circumſtantibus, Pſalmos decantare Davidicos, & dulcem diffundere harmoniam. Cineres vero aut lapilli, ex ejus ſepulchro ad ægros delati, plena conferebant languentibus ſaniratis remedia.

B

Miracula decennio primo poſt martyrium patrata,

C

in quibus apparitio luminum ad ſepulcrum.

ipſiuſque Sancti intra Eccleſiam.

2 Poterat autem beatiſſimi Staniſlai, ſub annis paucis mortem ſuam ſecutis, compendioſa & facilis provenire canonizatio. Quippe cui Petri Militis, poſt triennium in teſtem producti, ab inferis reſuſcitatio; & martyrium martyriique cauſa, corporiſque minutatim dilimembrati redintegratio, quamlibet excludens cicatricem; aquilarum nocte & interdiu corporis ſui partes, ne qua per feras avelleretur, cuſtodientium triduana tutela; lampadum inſuper & cœleſtium luminarium decennalis fulgor, ampliſſimam & uberrimam ſanctitatis abunde præbebant materiam; res omnes per eam tempeſtatem apud Polonos notiſſimæ atque vulgares, & quæ univerſali frequentique teſtimonio apud ſummi Pontificis aures poterant fulciri. Verum tam digniſſimi Martyris canonizatio, & dum recenti ſcaturiret martyrio, & dum ex poſt ſtupendo fulgeret prodigio, Principibus Poloniæ prohibentibus fuit impedita: unde nec ſcriptores annalium Poloniæ audebant ad liquidum, ſed nec complexive, cauſa martyrii viri beati inferere, occulendo facinus regium de damnata venere & nefaria jumenti abuſione: ne videlicet futurarum ſobolum tam generi quam nobilitati inureretur ignominia; & in genealogia turpis maculæ elogium, ipſam etiam ſucceſſionem Principum vehementer commaculans & deturpans poneretur. Ita vir Dei, non vivens tantummodo, ſed & mortuus, Principum Poloniæ hoſtilitates & odia perferebat; ſepultoque & à rebus humanis abſumpto, etiam atrox livor & invidia parabatur.

D

niſi Principes obſtitiſſent, etiam ſcribi ea vetantes:

3 Verum ager Dominicus, ſanguine Staniſlai Epiſcopi quaſi grano puriſſimo ſatus, Poloniæ Principibus & quibuſlibet Poteſtatibus terrenis nequicquam averſantibus aut prohibentibus, in frugem & meſſem ampliſſimam conſurrexit; & fœcundiſſima virtutum, meritorum, & prodigiorum ſobole ex tunc germinavit uberrime, & nunc germinat, propitio Deo in finem uſque ſeculi germinaturus. Et cujus Rex unus Poloniæ perſecutus eſt ſanguinem, hodie ſinguli Reges, Principes & Optimates Poloniei peculiari ſe illius patrocinio proſperari, adjuvari & dirigi depoſcunt. Sed compara, ſi libet, quorumcumque Imperatorum, Regum, & heroum aut trophæa aut triumphales arcus aut funereas pompas, quantumcumque magnificis, ſive ſumptibus, ſive ſignis & tabulis, ſive plauſibus aut complorationibus traductas; magis tamen celebrem, magis famoſam, inſignem atque diuturnam Staniſlai funeris pompam reperies. Quem non per homines neque per ſimultaneas laudes, neque per plures & circumſcriptos dies; ſed per Angelos & juſtiſſima præconia annorum plurimorum; non per cereos, opere apum effictos, ſed per ſuperna luminaria & Angelorum atque cœleſtium lampadum coruſcos deſcenſus, integro honorificatum credimus decennio.

E

exuberavit illa nihilominus

& Sanctum præ Regibus glorioſum fecerunt.

CAPUT I.

F

Apparitiones nonnullis factæ: Tranſlatio corporis ad Eccleſiam Cathedralem.

1 NOn deſtitit poſt hæc dextera Altiſſimi mirificare Sanctum ſuum: ſed illum contra ſententiam humanam efferre cœpit. Decennio ſiquidem elapſo, dum ad tumulum ſuum femina religioſa & nobilis Swanthoſlaua frequentes ſub profundis noctibus ageret excubias, & beatiſſimi Staniſlai pro ſuis & aliorum neceſſitatibus explendis imploraret merita, & ſolveret per juges obſecrationes vota; altius illi devotioni intendenti ſopor quidam, inter quietem & vigiliam medius, irrepſit diluculo: & quaſi in extaſim quamdam rapta, viſa ſibi eſt eccleſiam S. Michaëlis ad Rupellam, multo coruſcam lumine, introiſſe: ſub eademque ingreſſionis hora B. Staniſlaum Epiſcopum, Pontificali ornatu amictum, venerabilum perſonarum ordinibus illum ambientibus illique aſſiſtentibus & ſuffragia ferentibus, rem divinam ad altare ſolenni officio agentem adſpexiſſe; & tam principio ſolenniratis & myſteriorum, quæ à viro beato agebantur, quam fini affuiſſe.

Interim pia mulieri conſpectus Sanctus Miſſam celebrare,

ob quæ aliaque ſtatim poteſt canonizari

Quæ

A *de ſui ne glectu quæritur.*

Quæ cum peracta forent, femina illa accedere propius, & omnem metum quo opprimebatur deponere juſſa; utcumque ſe ex pavore recolligens, in tam venerandi cœtus acceſſit conſpectum. Apud quam venerandus ille Antiſtes, ceteris qui aſſiſtebant tam forma quam cultu & veneratione auguſtior, pluribus verbis queſtus eſt; quare Polonorum, & præſertim virorum Eccleſiaſticorum Cracovienſis Eccleſiæ preſidentium, deſidia & neglectu, tanti temporis ſpatio corpus ſuum vilis pulveris tegeretur latibulo, aſſerens id tam illorum quam ſuæ ſorti non convenire. Modeſtiſſimæ quoque querelæ, ſuo pateſacto nomine, quis videlicet & qualis foret, mandata adjecit: Ego ſum, inquit, Staniſlaus, Cracovienſis Epiſcopus, à te, filia, in hanc diem devote & religioſe cultus: cujus rei merito & gratia te mandatorum meorum nuntiam judicavi dignam. Vade itaque, filia, & ſucceſſori meo Cracovienſi Epiſcopo Lamperto & & Canonicis Fratribus meis denuntia, ne me & corpus meum amplius deliteſcere, oſſaque mea in pulverulento tegmine conſiſtere patiantur ſub dio: ſed illud dehinc in Cracovienſem eccleſiam ſatagant, quo plus Deo venerationis, mortalibus vero beneficiorum accedat, transferre. Tam fideli oraculo nobilis & religioſæ feminæ Swiamskoſlawæ, Lampertus

& corpus transferri jubet ad Cathedralē

B Epiſcopus & Prælati Canonicique Cracovienſes, apud aures eorum denunciato, permoti; cui præterea facilem credulitatem præſtiterant, quod illi plurimorum aliorū, ſororia referentium, adſtipularentur teſtimonia; Principe regni Wladiſlao Duce primum conſulto & permittente, transferri corpus ſacrum decernunt. Solennitate quoque tranſlationis inſtituta, & pluribus diebus publicata, ſacri corporis buſto reſerato, quod mirandam dum detegeretur ſpirabat odoris fragrantiam, corpus ſacrum & venerabile, ſingulare orbis terrarum ornamentum, cum laudibus & lacrymis de terra levant: & honeſtiſſimæ arcæ impoſitum, ſub frequentia numeroſi qui ex agris & urbibus confluxerat populi, ſarcinam ſacram Epiſcopo & Canonicis bajulantibus, quinto Kalendas Octobris, anno Domini *a* milleſimo octuageſimo octavo transferunt, & in templo majori & Cathedrali, in arce Cracovienſi ſito, quod apud Polonos ornatiſſimum & maximum ea tempeſtate habebatur, *b* S. Wenceſlai Martyris nomini primarie dicatum, cum omni debito honore & reverentia, & in ejuſdem templi medio, pulcherrimo de petra fabricato ſarcophago, & lamina aurea deſuper contecto, quæ paſſionis beati viri per inſculptas imagines denotabat ſeriem, recondunt. Cui & hos verſus pro Epigrammate aureis litteris inſcriptos adjiciunt:

prout factū 27 Septemb. anno 1088.

a

b *erecto mauſoleo*

C

Tumba Staniſlai cineres tegit iſta Beati:
Regis Boleſlai quia non favit impietati,
Martyrio meritas cæli migravit ad ædes:
Felix cui Deitas merces, cui ſidera ſedes.

unde nunc S. Staniſlai eccleſia dicitur.

Ab eo autem tranſlationis tempore, propter egregia & ſtupenda Staniſlai Epiſcopi virtutum & prodigiorum facinora, Cracovienſis Cathedræ Baſilica, titulo priſco apud vulgares magna ex parte abolito, in Staniſlai nomen & titulum tranſiit; & B. Wenceſlai nomen ſupprimens, plus Staniſlai quam ſui martyrii felici illuſtrata cruore, plura de eo, per oculos, non per aures, cognovit & aſſidue cognoſcit; eumq colere, mirari & venerari cœpit. Quem & beatus Martyr Wenceſlaus, pro illa largiſſima, quæ inter beatas animas, æterno ævo & contemplatione Majeſtatis divinæ fruentes, viget, caritate, velut hoſpitem ſuum honoraturus, illi videtur ceſſiſſe hoſpitio; gloriarum, per quas Staniſlaus in vita, in morte, & poſt refulſit, non invidus declarator.

ejuſque miraculis illuſtratur.

2 Ne autem à malevolis & invidis, maligna interpretatione facta, ſancti viri ſugillantibus miracula, in vita & in morte, & ſub decennio mortem ſuam ſecuto patrata, carpi poſſent, velut phantaſtica; & gloria ſplēdorq; ſanctitatis ſuæ crederentur poſt lapſum decennii defluxiſſe; pietas Agni cæleſtis athletam ſuum in univerſorum glorificatum a pectoribus, & quanti foret meriti quantæq; ſanctitatis oſtenſura, ſua de viro beato Staniſlao; poſteaquam Eccleſiæ Cracovienſi gleba corporis ſui ſacri illata eſt, ſucceſſione frequenti continuavit prodigia, non ſinens illā proceſſu temporis apud æſtimationem mortalium exrenuatione minorari. Et quoniam Polonorum conditio divinorum beneficiorum, quæ illi per ſuffragium Staniſlai Martyris plus ſolito ſub ea tempeſtate præſtabatur, ingrata, plurima Sancti miracula, non appendendo, non annotando quæ celebrantur, oblivioni contradidit; pauca de multis quæ ſparſa in pluribus locis colligere poteramus, ante & poſt canonizationem geſta, in Chriſti fidelium ſolatium ſubjiciēmus.

AUCT. IO. LONGINO

3 Anni ſub quo corpus ſanctum in majorem Eccleſiam Cracovienſem tranſlatum eſt finis & ſequentis initium agebatur, cum noctium una, ſub primi temporis vigilia, pulſus omnium auditus eſt ſonari ad Eccleſiam Cracovienſem campanarum. Quarum ſonitu Damianus Decanus, Joannes Præpoſitus, Benedictus Scholaſticus, ceterique Prælati & Canonici Cracovienſis Eccleſiæ, quoniam & domicilia & manſionem in arce Cracovienſi in id temporis habuerant, cum arx & urbs longo inter ſe diſtarent ſequeſtrationis intervallo, flumine etiam Viſtula intermedio, à quiete expergefacti, & inuſitatæ pulſationis novitate excitati, ad eccleſiam concurrunt; novitatem pulſationis, quid contineret cauſæ vel myſterii, quæſituri. Verum cum oſtia eccleſiæ clauſa & repagulis obfirmata offendiſſent, major illis cupido perquirendi inſolitam campanarum pulſationem inceſſit, & tam valvarum frequenti verberatione quam vocibus clamoroſis, cuſtodibus eccleſiæ, qui Sanctuarii apud Polonos nuncupari ſoliti ſunt, advocatis, (in ſortem enim eccleſiæ & in illius miniſterium, largitione Regum & Principum, ab omni ſervitute, dacia, onere & tributo deputati liberioreſque facti, ſanctuario Domini perpetua ſucceſſione ſervituri, nomen Sanctuariorum ſunt ſortiti) cauſam ab illis pulſationis intempeſtivæ exquirunt. Ex quibus etſi omnes accerſiti conſtitiſſent, duo tamen, ſenio & ævo graves, qui ceteris quieſcentibus & corpora curantibus in oratione devota peragebant excubias, Pyotrek videlicet & Gromatza, Prælatis & Canonicis ſcrupuloſius rem ſciſcitantibus reſpondent in hunc modum: Nihil, inquiunt, novum & non uſurpatum, Patres ſpectabiles, æſtimetis nos admiſiſſe. Neque enim nos, neque ſocii noſtri campanas ſonavimus: verum pro certo & comperto vobis exponimus, quod noſtris corporeis vidimus oculis, beatiſſimum Staniſlaum Epiſcopum, aſſiſtente ſibi venerabilium perſonarum corona & ordine, ad altare majus aſtantem, rem divinam ſub noſtro aſpectu perficere: dumque perficeretur, campanas ſingulas, abſque noſtro & omni humano uſu atque adminiculo, per ſeipſas pulſare. Qua ſatisfactione à Sanctuariis accepta, unuſquiſque in ſtuporem & admirationem verſus, celebrata in Deum uberrimis fletibus gratiarum actione, in ſuum cubile rediit. Sed & in ſequentibus diebus præfatus Magiſter Benedictus Scholaſticus, vita & opinione vir celebris, dum pernox in eccleſia conſiſteret; & officium matutinale longe ante prævenire ſolitus, vitulos labiorum ſuorum in magno devotionis ardore Deo offerret; frequenti conſpectu, cum his quos nominavimus & aliis pluribus Sanctuariis,

qui campanæ noctu divinitus pulſatæ

E

F

à ſanctuariis ſui cuſtodibus

conſpectus eſt Miſſam celebrare:

& benedictionem impartiri.

AUCT. IO. LONGINO

riis, videre promeruit B. Staniſlaum, Pontificali velatum amictu, cum multitudine illum circumdante beatarum animarum & cæleſtium ſpirituum, & divina pertractantem myſteria, & ſingula eccleſiæ alteria, collucentibus variis quocumque ſe concio illa beata verteret lampadibus & cereis, circumgyrantem, benedictioniſque munus impendentem. Sed tempus me admonet, ut ad referendum eos, qui ab inferis à morte ad vitam, meritis & invocatione Sancti noſtri, redditi ſunt; & qui ab innumeris morborum generibus, in quibus medicorum ars nequicquam ſudaverat, celeri facilitate ad invocationem ſui nominis curati & in integrum reſtituti ſunt, accedamus.

ANNOTATA.

Cum liber hic in totidem dividatur capita, quot deſcribuntur miracula, ſuperfluum videtur, ipſorum initia notare in margine, ſicut in libro priori factum,

a *In Hiſtoria Longini refert Tranſlationem ad annum* 1089.

b *S. Wenceſlaus Dux Bohemiæ anno* 938 *occiſus colitur* 28 *Septembris.*

B

CAPUT II.

Mortui ſex ad vitam reſuſcitati.

Reviviſcit infans ſine baptiſmo mortuus,

3 CUm apud urbem Cracovienſem, Richardi, in eadem urbe incolatum habentis, conjunx Chriſtina, quarta die menſis Maji, duos infantes, maſculum unum, femellam alteram uno partu vivos effudiſſet; altero die mas, antequam fonte baptiſmatis renatus foret, diem obiit; & utrumque parentem gravi mœrore, non carnis, ſed animæ mortem deplangentium, confecit. Pater autem pueri Richardus, de damno, non caducæ, ſed vitæ æternæ reſcindendo ſolicitus, ſepulchrum B. Staniſlai magna fide fretus adiit, & uberrimis lacrymis importunaque prece B. Staniſlaum, quatenus filiolum ſuum, pro percipienda tantummodo baptiſmatis gratia, ſua interceſſione in vitam redderet, ſupplex invocabat: eaque ſpe impletus, exanimem & omnibus membris rigentem filium ſepeliri vetuit: & ab hora matutinali uſque ad horam Tertiarum mortuum jacere permiſit. Quo vix vota preceſque ſolvente, puer defunctus revixit, atque in eccleſiam S. Mariæ relatus, ſacro fonte ablutus, & uſque in diem alterum vivens, tandem animam exhalavit: magnoque & geminato ſolatio parentibus fuit, qui & ex mortuo acceperant vivum, & ex filio iræ meritis S. Staniſlai ſalutis æternæ conſortem & heredem, filiationem conſecutum adoptionis divinæ, ad ſalutem & ad voluntatem abunde meritis S. Staniſlai exauditi.

donec baptizetur.

C

jam jam ſepeliendus

4 Correptus languore gravi Witkerus, filius Wenceſlai Militis, de Polukarczicze heredis, cum in die B. Martini Confeſſoris antelucano tempore infirmari cœpiſſet; invaleſcente ægritudine, circa ortum ſolis, altero die vis morbi, non proficientibus omnibus quæ ingerebantur remediis, extinguit ægrotum. Cumque ad perſolvendum juſta funeri longe propeque poſiti invitarentur cognati; placuit uſque in eorum adventum inſepultum cadaver ſervari. Quem morem apud ſingulos Polonicos Milites etiam videmus in hodiernum duraſſe; quo carorum ſuorum cadavera, ſub amicorum & conſanguineorum conventu, coram tumulent. Tardius autem cognatis advenientibus, genitrix defuncti, Sthroniſlawa nomine, & pro morbo quo & ipſa ſub idem tempus vexabatur, & pro morte cari filii ſub ejus oculis extincti vehementius afflicta; de inferiori cœnaculo, in quo cadaver jacebat filii exanimis ſe juſſit, ne conſpectus cadaveris ingeminaret ſuapte grandem dolorem, in aliam habitationem conferri: atque illic univerſis miniſtris excluſis, lacrymoſo ejulatu & gemitu, Sanctum invocare cœpit Staniſlaum: & pro ſua liberatione, & pro vita filio reddenda, vovens ſe Sanctum Dei & ejus ſepulcrum hoſtiis, oblationibus, & largitione multiplici (ſi eam voti compotem efficeret) honoraturam. Cum vero & oratione vehementius effuſa fatigata & morbo, ſub ſolis occaſum ſopore preſſa ſterteret potius quam dormiret; vir quidam canus & reverendus illi apparuit; & blande eam alloquens dixit: O mulier anxiata & afflicta, certa eſſis orationem tuam clementem Deum audiviſſe, & lacrymam tuam vidiſſe: ſuffragiis vero & meritis B. Staniſlai, Pontificis glorioſi & Martyris, quidquid petieras obtentum eſſe, & proinde hac nocte & tu ipſa à morbo liberaberis, & filium viventem videbis: ſpeciale votum Sancto, in cujus die infirmari cœpit filius, ultra ea quæ jam devoveras, præſtitura. Lætior quam credi poteſt ea viſione Sthroniſlawa effecta, cunctis qui ad funerandum filium convenerant illam enarrat: & in cœnaculum, quo defuncti corpus reliquerat, reducta, capillum ſimplicem, qui ex tumulo B. Staniſlai ſumptus fuerat, pectori defuncti filii adhibuit: beatoque Martino, (quoniam in ejus die filii ægritudo provenerat) votum vovit. Agebantur itaque ſuprà funus tam parentum quam univerſorum, qui convenerant diligentes, ſub nocte illa excubiæ; & unuſquiſque viſionis oraculum, an impleri contingeret, ſcrupuloſius operiebatur. Tandem in primo galli cantu, mortuus oculos, cunctis ſtupentibus & invocantibus, aperuit, & denuo clauſit: cumque tertia vice aperiens oculos oſcitaſſet aliquoties, univerſis per fletus & ſuſpiria Staniſlaum beatum glorificantibus & invocantibus, defunctus ad plenum ſpiritum; mater vero ejus Sthroniſlawa, bonam valetudinem ad integrum reſumpſit: votaque & gratiæ in diebus ſubſequentibus, B. Staniſlao ad ſepulchrum illius ex ordine multiplices, à parentibus & reſuſcitato, ſub frequenti hominum & copioſa multitudine, perſoluta ſunt.

D

Sancto commendatus à matre,

ut hic apparens prædixerat

reſuſcitatur.

E

item juvenis Hungari,

5 Gradienti ex Pannoniis in Poloniam quæſtus gratia Petro Hungaro, & in villam Miſlawczicze in ædem Woyaſzonis declinanti cum familia & conſorte, filius ejus vocatus Polech, die Lunæ ante Palmarum Dominicam, immenſo cœpit languore vexari. In die quoque octavo, morbo urgente, rebus abſumitur humanis: jacebatque ab hora Tertiarum uſque in meridiem inſepultus. Parente autem utroq; incõſolabiliter filium per fletus & lamenta lugente, ad ſui hoſpitis Woyaſz ſalubrem inſtructionem & inſtinctum, Beatiſſimus pro reſuſcitatione cadaveris ſuppliciter à parentibus exoratur Staniſlaus. Quibus vix orationem finientibus, ut miſerationum Dominus famuli ſui Staniſlai merita longe lateque, non apud Polonos tantummodo, ſed etiam apud Pannonios diffunderet, filius mortuus conſurgit: & perfectæ tã ſanitatis quam vitæ adeptus robur, perfectius quam credi humana æſtimatione poterat deambulare cœpit. Moxque & incontinenti cum parentibus una Cracoviam ad tumulum B. Staniſlai veniens, votis, quæ pro illius reſuſcitatione parentes emiſerant, redditis, magnam Sancti glorificationem de vita ei collata habuit. In Pannonias deinde reverſi, B. Staniſlai in regione illa ſanctitatem divulgant. Cœperunt ex tunc catervatim Pannonii ſuum frequentare ſepulcrum cum oblatione ſolenni, & variis oneratos paſſionibus in Cracoviam ad illum circumferre, & plenam ad ejus invocationem ſuorum languidorum percipere curationem.

F

hinc genitrici cœpit Sanctus.

6 An-

A 6 Andreas Miles, nobilis viri Damiani filius, diœceſis Wrathiſlavienſis Armiger, de una villa ſuæ ditionis in alteram cum familia, pignoribus & omni ſupellectili tranſiturus, Oderam fluvium, plus tunc ſolito undis inflatum, neceſſe habebat (medius enim hereditates ſuas interfluebat) tranſire. Nutricem itaque ſuorum duorum natorum, cum filio annum unum habente, & filia quadriennali, jubet ſuperare flumen. Cumque nauclerus, nutrice & pueris ſcaphæ impoſitis, per flumen minàret navem; ad medium fluvii undarum vorticibus acta navis, in truncum arboris impulſa, tam nauclerum quam nutricem cum duobus pueris evertit, & aquis illiſit. Ob periclitationem autem natorum, parentibus in ripa eminus proſpectantibus ingens acerbitas inceſſerat: videbant enim natos periclitatione inevitabili ab undis confundi, & nulla illis humana ope ſuccurſum iri. In flebiles itaque ejulatus tam ipſi quam alii, qui coram aderant verſi, altioribus fletibus quam vocibus Beatum pro ſalute naufragantium interpellabant Staniſlaum, offerentes ſe illi varia ſolvturos. Ad B. Staniſlai invocationem nauclerus natando mortis ſupereminentis evaſit periculum: Infantulo vero & quæ illum complectebatur brachiis nutrici, per nonnullos mortalium in navibus accurrentes, ſuccurſum eſt: puellula vero, cum aquarum impetu ferretur in præceps, clamor ingens ſtantium in ripa & vociferantium, O B. Staniſlae ſalva illam, ſublatus eſt. Tumentibus tamen undis ſuffocatur, & ſcrupuloſa nautarum diligentia, ad jactum unius ſagittæ amne eam deferente, reperta ex aquis extrahitur, & refertur extincta in littus. Tum vero per alia navigia ad corpus defunctæ puellulæ accurrentibus parentibus, nova vociferatio, novus gemitus attollitur. Sancto quoque Staniſlao novis lacrymis, novis votis pro puellæ reſuſcitatione ſupplicatur. Parentibus autem & multitudine hominum ſexus utriuſque, quæ ad id ſpectaculum ex vicis vicinis convenerat, orationi & votis inſtantibus, aqua multa de corpore ſuffocato erupit, oſcitandoque oculos aperuit, & ad plenum revixit; cum ab hora diei prima uſque ad horam tertiarum mortua & ſuffocata jacuiſſet: ſanaque & incolumis ad ſepulchrum B. Staniſlai in Cracoviam, quemadmodum parentes voto ſolenni devoverant, adducta, beneficium reſuſcitationis ſuæ, quam per ſe non poterat, ore parentum cunctis vulgavit.

Everſa navi commendati S. Staniſlao

liberantur à morte.

B

puella ſubmerſa ſuſcitatur.

C 7 Trium annorum puerulus, apud oppidum maritimum Gdanſick Wladiſlavienſis diœceſis, ubi Viſtula oſtio uno Oceano illabitur æquori, cum coætaneis ſuis in ponte ante arcem Gdanenſem ludens, infauſto caſu ex ponte in prædicti fluminis Viſtulæ præcipitatur aquas: & antequam illi poſſet humano adjutorio ſuccuri, immenſitate ſuffocatus undarum, ad profunda amnis deſcendit. Diutius vero à nauticis hominibus, & tam nandi quam nauclerandi peritis quæſitus, & non niſi poſt longi decurſum temporis cum difficultate ſub undis repertus, ad pontem, ex quo in aquas corruerat, refertur defunctus: & ex mora diuturnitateque temporis lividatus, in corpore univerſo tumefactus & inflatus, nullum vitæ reſtituendæ præferebat ſignum. Quod ubi nuntiatum miſeris foret parentibus, uterque in flebilem gemitum ruens, univerſos Gdanenſes & ad commiſerationem & ad concurſum commovit, & in locum ad quem puer ſuffocatus jacuerat deduxit. Erat etiam tunc apud Pomeranos (unius enim Principis, quemadmodum ceteræ Polonorum regiones, continebantur imperio) Staniſlai celebre nomen, quia illum terra pelagoque varia beneficia invocantibus certo certius præſtitiſſe, didicerant. Quapropter conformi voce & voto, quaſi imperatos & inſtructos crederes, ſeu (quod ego magis reor) inſpiratos, à ſingulis Beati invocatur patrocinium Staniſlai, & magnalia illius interpellantur. Univerſis denique qui confluxerant pro pueri reſuſcitatione lacrymas effundentibus, & ſedula devotaque prece vota Staniſlao ſolventibus; quatenus & parentibus pueri doloris acerbitatem adimeret, & univerſo qui convenerat populo ſuæ conſolationis gratiam præſtaret; ſubito de cadavere ſuffocati aqua erupit, & puero trahente oſcitationes & ſuſpiria, tam livor quam tumor à corpore defuncti dilabi ſenſim cœpit. Tunc itaque cœtus ipſe, ipſe impletus optima, puras & ſacratas Staniſlai preces ad gratiam exauditionis ratus pertigiſſe, clamorem (ut in tali re fieri conſuevit) ſuſtulit. Conclamantibus autem omnibus qui aderant Jeſu Chriſti porentiam, & Pontificis glorioſi Staniſlai merita devotiſſime implorantibus, puer, veluti gravi ſopore expergefactus, oculos aperuit: & à parentibus ceteriſque aſtantibus, certatim ad eum ruentibus, in pedes erectus, & quaſi nimio detatigatus labore, conſtitit; & omnibus videntibus illum, poſt tam diuturnam mortem reſuſcitatum, fuit miraculo; deinde in ædem paternam turba civitatis illum proſequente deductus, incolumis ex ea die, parente utroque ſolvente vota, permanſit. Quamvis autem, ut præfati ſumus, Staniſlai nomen dudum fuiſſet apud Pomeranos inſigne & celebre; ex hujus tamen quod referimus evidentia prodigii, omnium mortalium, in pelago & in continenti habitantium, pectora ad admirandum & ad venerandum ſe, & implorandum in ſingulis neceſſitatibus caſibuſque, terra & æquore emergentibus, ſuffragia commovit & pertraxit Staniſlaus: cujus ſanctitatis magnitudo, plurimorum aliorum ſignorum ſublimitate, apud oceanum Sarmaticum ex tunc refulſit.

AUCT. IO. LONGINO

E

cum augmento cultus apud Pomeranos.

item puerulus prope Dantiſcum in Viſtula ſuffocatus.

8 Martino, Nicolao, & Philippo laicis, ad limina beatiſſimi Staniſlai, ob ſingularem devotionem, propter eximia à ſe de illo audita miracula & merita conceptam, in cordis ſimplicitate & alacritate gradientibus, & ſilvam Przegina ingreſſis, duo latrones prædandi gratia, ex latibulis nemoris, cum armis & ſagittis ex improviſo irruentes, ipſos invadunt. Et Martino quidem ac Nicolao ex pavore diffugientibus, ſolus Philippus (quoniam velut audacior ceteris, nihil invaſione latronum deterritus, opponebat reſiſtentiam) duobus contra unum prævalentibus, capitur & ad interiora ſilvæ trahebatur, liberius in devio depræ-dandus. Suffocari autem ſe, & graviter à latronibus videns conſtringi, ratus etiam ſibi extrema imminere, corde ſuo, quamvis anxiato & afflicto, devotius quo poterat beatum cœpit invocare Staniſlaum; commendans ſe illi atque obſecrans, ne ſui nominis peregrinum, veneratorem devotum, opprimi & excarnificari permitteret. Ad quam precem illico ſe de latronum manibus ereptum ſentiens, majori fiducia & animo latronibus non deferentibus miraculo, ſed in illum denuo manus injicere molientibus, reſiſtens, cum illis dimicabat. Qui etſi contra unum egregie prævalere cœpiſſet, ab altero tamen periculum ſocii repulſuro invaſus, & per mucronis vehementem ictum gutrur illi & cervicem præcidente percuſſus, defluxit in terram moribundus. Non rebus deinde tantummodo, ſed & amictu à prædonibus deſpoliatum corpus, nudũ & truncum jacebat humo: ſed B. Staniſlaus nec tunc quidem famulum ſuum deſeruit extinctum, quin, ut morituro

F

à latronibus gula & gutture præciſo.

AUCT. IO. LONGINO

ro videbatur, perſonaliter accedens, & vim pigmentorum adhibens, cervicis & gulæ reintegravit ſciſſuram, & velut à ſomno imperavit conſurgere dormientem. Qui ſubito expergefactus, & ſe nudum & expoliatum reperiens, gratiarum actionibus immenſis B. Staniſlaum, vivificatorem ſuum magnificabat celebrabatque: continuatoq; itinere ſocios ſuos Martinum & Nicolaum prope Cracoviam conſecutus, & deinde Cracoviam [ingreſſus] nudo corpore, cicatrices tantummodo reintegratæ gulæ & cervicis præferens, magnum de ſe tam miraculum quam ſpectaculum præbuit. Narrans quoque apud eccleſiam Cracovienſem, quanta illi Deus per merita B. Staniſlai oſtendiſſet magnalia, & qualiter enecatum & extinctum revocaſſet ad vitam; omnium præſentium animos & pectora devotione implevit mirabili, nonnullorum vero ora & oculos lacrymis ſuffuſos reliquit.

apparente B. Staniſlao ſanatur.

CAPUT III.

Cæci ſex, patrocinio S. Staniſlai, viſum recipiunt.

9 SAcerdos Wrathiſlavienſis urbis & diœceſis, Joannes nomine, Almannus lingua & natione, aſſidua gravatus ægritudine, lumine oculorum privatus, viſum adeo amiſerat, ut ne paſſum unum incedere valeret abſque puero, ad dirigendum greſſus ſuos deputato. Cui nocte una in abſtracto loco quieſcenti, & de ſua cæcitate varia trahenti ſuſpiria, varioſque ſuæ deſolationis & miſeriæ volventi cogitatus, etiam ſententia Euangelica ampliorem illi acerbitatem ingerente occurrebat, quod fodere non valeret & mendicare erubeſceret. Inter illas autem cogitationes, ſibi viciſſim ſuccedentes, dum in ſoporem verſus foret; homo canus & reverenda facie per viſum illi apparuit, dicens: Compatior, ſerve Dei, mendicitati & deſolationi tuæ: pro qua reſcindenda ſalubri conſilio utaris meo, & te tuas beatiſſimo Staniſlao neceſſitates devovens, ſepulcrum illius quam primum adire coram feſtines: interim vero omnem pecuniam, ad crumenam tuam repetiendam, per primum peregrinum qui occurrerit in oblationem Sancto fiendam tranſmittito. Sed Joanne Sacerdote reſpondente, & per animam ſuam jusjurandum interponente, nullam ſe pecuniam, de qua oblatio facienda foret, habere; quærere illum juſſit, certo certius reperturum. Preſbyter itaque magno exhilaratus gaudio, diluculo conſurgens, ſocio ſuo & conpreſbytero Matthæo, quod ſibi per viſum monſtratum ex ordine fuerat, recitat: & quisnam Sanctus foret B. Staniſlaus, quantæ ſanctitatis, quantique meriti (ignotus enim ſibi in eam diem fuerat) inquirit. Quo reſpondente, Sanctum Dei Staniſlaum Cracovienſem fuiſſe Epiſcopum, & pro lege Dei, juſtitia, atque veritate ab impio Rege Polonorum Boleſlao cæſum, ſanctitate & ſuffragiis miro modo inſignem fore; Joannes cæcus, viſionis religione & ſanctitate Staniſlai Martyris adductus, ad credendum animum appulit, hiſque verbis ad Matthæum ſocium ut cœpit; Quamvis, inquit, habeam compertum, nullam me poſſidere pecuniam, pariturus tamen mandato oraculi, in peram manum mitto, reperiendam pecuniam S. Staniſlao per nuntium oblaturus. Et continuo burſæ manum intingens, duos argenteos nummos proferebat. Sub cujus temporis articulo, oculos per annos plures clauſos & cæcatos aperiens, & homines circumſtantes & nummos quos inſperate ex marſupio protulerat proſpectans, in jubilationis ac laudis canticum voce magna porupit, dicens: Benedictus omnipotens Deus & Martyr ejus Staniſlaus Pontifex beatiſſimus, cujus beneficio profiteor hodierna die, cæcitatis tenebris effugatis, oculos meos apertos & illuminatos eſſe. Jam etenim & qualitatem nummorum, imaginemque & ſuperſcriptionem qua incharactati ſunt, conſpicio. Expreſſitque ſignum imaginum & ſuperſcriptionem. Ad Eccleſiam deinde rejecto ductore accurrens, debitas gratias clementi Deo & ſuo Martyri B. Staniſlao redditurus, peregrinum, Beati Staniſlai limina petentem & ad fores Eccleſiæ orantem, offendit. Quem illico conveniens, duos illos quos repererat nummos poteſtati ejus contradidit, Beato Staniſlao offerendos; devovens ſe propediem peregrinum ſubſecuturum. Puerum itaque, cujus ductu utebatur, remittens parentibus, magnalia Dei & B. Staniſlai ipſis & quibuſvis aliis narraturum, comparato pro itinere viatico, in Cracoviam curſum arripuit; & concito gradu, & viſione integra perfunctus, ad tumulum Beati Martyris Staniſlai perveniens, omnem ſuæ illuminationis gratiam, meritis & gratia B. Staniſlai ſibi præſtitam, apud omnium audientium aures publice propalavit: perſolutiſque votis, in penates lætus rediit, oculorum votiva integritate uſque ad diem mortis incolumis.

B *Cæcus & pauper Sacerdos*

C *per viſum monitus inveniēdos in vacua pera nummos offerre Sancto,*

D *ipſos invenit & viſum recipit*

atq; Cracoviam venit:

E

10 Jaroſlai Chelm conſors, Gothuſia nomine, filium ulceroſum & cæcum effundens, dolore contriſtabatur vehementi, pro partu languido & prodigioſo, idemque Jaroſlaum maritum habebat dolor. Nullæ enim infanti erant ſedes oculorum, nulla ſigna: tractus tantummodo quidam ſubtilis & exiguus inter palpebras medius apparebat; capitis autem & univerſi corporis cutis ulceroſa, ſanguinem ſanie mixtum emittebat. Cum autem die altero infans ad eccleſiam delatus, unda baptiſmatis fuiſſet inſignitus; Preſbyter loci, & cæcitate & ulceroſitate pœnali pueri conſpecta, parentibus & cognatis illius ſalutari perſuaſione conſuluit; ut in honorem B. Staniſlai, triduano acto jejunio, ipſius pro ſanitate infantis frequenti obſecratione patrocinium precarentur. Quibus id quod Preſbyter ſuggeſſerat cum omni devotione & humilitate (nil quippe parentibus, impropererio illo ſe ſolvi æſtuantibus, arduum aut difficile videbatur) exequentibus; dum jam altera hebdomada ab ortu pueri tranſacta foret, nova oculorum acies apparuit; novaque & venuſta cutis, qualibet ulceroſitate repulſa, infantem contexit: pro quo ſolennes hoſtiæ à parentibus ad tumulum B. Staniſlai fuêre peractæ.

infans abſque oculis natus & ulceroſus

ſanatur:

F

11 Virgo Oſanna, quam lingua Polonica Offkam intitulat, ætate duodennis & genere nobilis, nata Martini Militis in Boyſcherry heredis & Agnetis conſortis, ex Kathiborienſi diſtrictu & diœceſi Cracovienſi, oculorum dolore per unius anni ſpatium cruciabatur immenſo: adeoque fortiſſimo dolore decoquebatur, ut conquaſſatis & diſruptis palpebris ad extremum miſerabiliter cæcata, nec ſedes quidem priſcorum in ea adnotari poterant oculorum. Quæ dum cæcitatis ſuæ annis aliquot moleſtias ſimul & improperium protuliſſet, ac parentes ejus pro diuturna & irreparabili filiæ cæcitate, multiplici anxietate confecti, aſſidue inſtando orationi & eleemoſynarum largitioni, intenderent; miſericordia Domini, perſeverantèr illam invocantibus ſe propitiam exhibens, pectora eorum, ad invocandum pro filiæ ſuæ ſanitate beatiſſimi ſui athletæ Staniſlai

item Virgo nobilis

A Staniſlai beneficia & merita, divinitatis ſuæ animavit rore. Qui cum inſpirationi parendo cæleſti, præfatam Oſannam filiam ſuam, cum flebili devotione & conſtanti fiducia, beato Martyri Staniſlao devoviſſent, cum hoſtiatum oblationibus ad ſuum repræſentandum ſepulcrum; mox & in continenti prædicta Virgo Oſanna, per magnifici ſuffragatoris Staniſlai Epiſcopi merita, & à caligine diuturnæ cæcitatis exempta eſt, & novos oculorum tam ſedes quam radios & palpebras ſortita. Ad eccleſiam quoque Cracovienſem & B. Staniſlai ſepulcrum, cum oblatione ſolenni à parentibus præſentata, mirifica in ſe B. Staniſlai opera tam conſpectu præconabatur quam voce.

& puella pluribus annis cæca:

12 Cineri civis Cracovienſis & Amlethæ mulieris Margareta filia, grandi oculorum lippitudine, ab ipſo quo effuſa eſt in lucem materno utero, aſſidue vexata; inflatos & ſanguinolentos habebat oculos, & capitis patiens ardorem, rarius ſomnum capiebat. Sexto demum à nativitate anno cæcata, dum in annos poſtmodum plures cæcitas tenderetur, morbi inſuper & languoris magnitudo variis medicaminibus, quæ parentum cura adhibebat, non poſſet diſpelli; non moleſtia tantummodo, ſed & B ſalutis deſperatio tam ſibi quam parentibus cœpit intendi: mater tandem Amletha, pro filia ſolicita, quam viderat ab omni humano relevamine fore neglectam, ad B. Staniſlai ſe totam vertit præſidium: & vota plurima Sancto devovens, & in abſtinentiis orationibuſque Divinitati ſe humilians, ad eccleſiam Cracovienſem & ad ſepulcrum B. Staniſlai filiam cæcam ſub ſua chlamyde ducens, cum forti accedit fiducia. Candelas deinde quas detulerat accendens, ceteraque vota cum oblationibus ſolvens, formamque oculorum per ceram effigiatam ad ſepulcrum B. Staniſlai ſuſpendens, cum lamentis & ſuſpiriis filiæ curationem à Sancto Dei Staniſlao enixius precabatur; docens filiam Margaretam, ut ipſa quoque preces pro ſua ſalute ingeminando devotior conſiſteret. Utriuſque autem ſupplicatione per Martyris ſui Staniſlai merita Dominus propitiatus, neceſſitati eorum ſolita pietate reſpondit. Nam dum eccleſiam orationibus & votis ſolutis fuiſſent egreſſi, continuo filia, annis pluribus cæca, præſidio divino & beatiſſimi Staniſlai merito ſe ſentiens ſanatam, ex chlamyde materna ſe evolvit; & ſolis radios intuens, ac ſine ductore incedens, matrem ſtupentem lætantemque præire cœpit. In domum deinde C venientes, dum refectionem ſumerent, filia parentibus ſuam perfectiorem jam tunc & integram ſanitatem indicavit: & ex illa die cæcitatem evadens, uſque in diem mortis bona oculorum valetudine perfuncta, Sanctum Dei Staniſlaum, ſuæ cæcitatis curatorem, aſſiduis laudibus benedixit.

item alia mulier,

13 Biennio integro graviſſimum oculorum dolorem mulier Sobotha nomine paſſa, cæcucitatem contraxit ex languore, potentia viſiva ad extremum contenebrata. Quæ cum immenſa ex hujuſmodi cæcitate, propter moleſtiam parentum, cæcitatem ſuam æquo gravius ferentium, affligeretur anxietate, & nullum ſuæ acerbitatis reperiret ſenimen; tota ſe ad B. Staniſlaum convertit: genitriceque ſua præſente ad ſepulcrum B. Staniſlai ſe ituram, & oblationem ſuæ ſanctitati ſe præſtituram devovens, etiam S. Staniſlaum pro omni vitæ ſuæ tempore ſe reverituram, ac illi omnem devotionem & famulatum impenſuram aſtrinxit. Sub hoc itaque voto ad ſepulcrum viri Dei ad Cracovienſem eccleſiam deducta, ſoluto voto quod devoverat, ad lumen dudum amiſſum rediit: ac domum reverſa, integra oculorum perfruens viſione, quoſlibet labores & ſervilia opera peragebat.

14 Rinardus de Cizyſchanowicze Dominicellus & Armiger Cracovienſis diœceſis, morem nonnullorum militarium Poloniæ, celebritates dierum ſanctorum modica lance appendentium, ſecutus, in feſto S. Michaëlis Archangeli, neglecta re divina, ad quam peragendum campanæ eccleſiæ ejuſdem villæ in Cizyſchanowicze ſonuerant, canibus acceptis & urſo in campos ſe contulit venatum. Quem redeuntem verberatio divina illico, pro contempta religione & feſto violato, afflixit. In languorem ſiquidem tam capitis quam oculorum decidens, diebus quindecim dolore horribili torquebatur. Languore inſuper vehementer ingraveſcente, dexter oculus ejus ex orbe ſuo magnitudine doloris evulſus, & in faciem defluens, vilibiliter dependebat. Siniſter inſuper ex eodem languore crepuit: & utroque amiſſo, fuit præfatus Rinardus perpetua luminis viſione cæcatus. Fratre itaque & ſorore germanis forti inductione ſuadentibus, voto ſolenni ſe & ſuam graviſſimam devoveret B. Staniſlao neceſſitatem, fiducialiter ſe ſperavit illius præſidio ſanaturum. Sorore itaque ad manum illum trahente & præbente ducatum, ad Cracovienſem eccleſiam ad ſepulchrum viri beati perveniens, diutius illic in oratione perſiſtens, fluentibus lacrymis cruore oblitis, auxilium E ſanctiſſimi Staniſlai ſibi impendi precabatur. Cum autem votis & precibus ſolutis conſurrexiſſet ab oratione, & oculus dependens dexter in ſuum locum retractus & revinctus eſt, & ſiniſter qui crepuerat ad integrum ſanatus: perfectamque ſanitatem ex tunc nactus, uſque in diem mortis nullius rupturæ aut deformitatis ſignum apud oculos ejus apparuit.

AUCT. IO. LONGINO *Armiger denique ob neglectum feſtum S. Michaëlis viſu privatus.*

CAPUT IV.

Curata apoſtemata, paralyſis, epilepſia.

15 VOyſlaus laicus, à peſte epidemiæ invaſus, gravi apoſtemate in gutture erumpente vexabatur: & ingraveſcente morbi magnitudine, per dies aliquot nec cibum nec potum ſumere, nec quidquam aliud poterat conſtringente apoſtemate glutire. De cujus vita cum & ipſum & cognatos ac domeſticos ejus deſperatio inceſſiſſet; agonizati, jam & moribundo candela accenſa ad manus ingeſta eſt, quaſi veſtigio exſpiraturo. Tandem ei per viſum vir venerandus in veſte candida apparens, illum monuit, ut celerius quo poſſet ad Cracovienſem eccleſiam conſurgeret; & à Troyano ejuſdem eccleſiæ F Cuſtode oſtenſionem tumbæ S. Staniſlai expeteret, plenam liberationem ab impendenti morte ea venerata & deoſculata accepturus. Verum cum æger à morbo conclinſus nullum ſermonem fari poſſet, mente ſe & cogitatione devovet prædictæ admonitioni parituram: & continuo, apoſtemate diſrupto, Voyſlaus à limine mortis ſe ereptum beneficio S. Staniſlai cognoſcens, quarto demum die ad Cracovienſem eccleſiam & ad ſepulchrum ſanctum perveniens, & Troyano Cuſtodi pluribuſque aliis quæ ſecum acta fuerant expoſuit, & beatiſſimo Staniſlao liberatori ſuo per preces & oblationes gratias egit.

Sanatur peſtilens apoſtema in gutture moribundi,

16 Oppolienſi Principi Wladiſlao viro illuſtri, ad colloquium in Cracoviam cum Duce Boleſlao Cracovienſi celebrandum feſtinanter, pergenti ne diem de quo convenerat negligeret, horridum apoſtema in femore ſub una nocte emerſit: quod illum adeo pavidum effecit atque triſtem, ut cœpto itinere omiſſo redire in Oppoliam, extremis ſuis proviſurus, diſponeret. Qui cum in mœrore & anxietate hujuſmodi conſtitutus, ſopori ſe & ſomno dediſſet; vox ad illum per viſionem inſonuit: quæ confidere eum bene jubet, brevi hoc periculo libe-

& Principi Oppolienſi in femore,

AUCT. IO. LONGINO

ratum iri, modo ſpem ſuam jaceret in Domino, & ſepulcrum beatiſſimi Cracovienſis Epiſcopi Staniſlai illius intercessione curandus adeat. Qui expergefactus, in votum, beato viro Dei quam primum ab eo ſolvendum, prorupit, invocans beatiſſimum Staniſlaum: & continuo apoſtema de pede ſuo evulſum diſperiit. Cicatrix tamen locum apoſtematis oſtendens, diutius in ſuo corpore, nullum tamen ingerens dolorem, remanſit. Qui in Cracoviam adveniens, & vota beato viro ad ſuum ſepulcrum ſolvens, quam ſubito quamque magnifice à beato viro curatus fuerit, apud plurimos vulgavit.

paralyſis ſiniſtræ manus & pedes,

17 Juthka femina, conſors Nicolai de Coſzmaizow, diœceſis Cracovienſis & Parochiæ de Luborzicza, vehementi dolore poſt partum invaſa, à die viceſima prima Maji uſque ad diem primam Octobris, aſſidue nocte & interdiu torquebatur: & paralyſi deinde percuſſa, manus ſiniſtræ & pedis uſu & officio fuerat penitus deſtituta. Cui tam deſperatæ, quaſſatæ & afflictæ, vir quidam reverendus, albo ſuperpellicio indutus, per viſum apparuit; atque conſolatione blanda præmiſſa, illi dixit: Accipe, filia, ſalubre conſilium, quod à me tibi proponitur, ut omni humano medicamine in nullo tibi profuturo omiſſo; totam te in præſidium beati Pontificis & Martyris Staniſlai committas, ſuo beneficio ſanitatis perfectioris curationem acceptura. Hac itaque viſione mulier admonita, totam ſe voto flebili & ſolenni beatiſſimo devovet Staniſlao, ſepulcrum ſuum viſitatione corporali & oblatione honoratura. Quam primum autem hujuſmodi votum effudiſſet, manum & pedem, quæ per paralyſim fuerunt emortua, diſtendit; & utriuſque integro uſu & officio percepto, vota quæ ſpoponderat, apud eccleſiam Cracovienſem & tumulum S. Staniſlai, perſoluit.

B

alia cum contractione totius corporis

18 Filia hominis ruſticani Nyewglaſch, Agnes nomine, parochiæ de Jaſſzet Cracovienſis diœceſis, ætate ſeptennis, in corpore univerſo paralyticata erat & in ſingulis membris contracta, os habens diſcurvum & retortum, oculos pari paſſu diſtractos & retortos, pedes divaracatos, manus vero & cetera membra aſſiduum patientia trémorem. Tanta inſuper membris ſingulis inerat deformitas, quod nullum membrum ſuum officium ſatis retinere, ſed omnia ex ſuis locis & compaginibus diſceſſiſſe videbantur. Miſeratione itaque parentum, ſuæ afflictionis conditionem gementium, ad eccleſiam parochialem

C

in Jaſſzel delata, & B. Staniſlao Martyri fiduciaLiter devota, poſt benedictionem quam Sacerdos eccleſiæ cum invocatione nominis S. Staniſlai ſuper ægram legendo expleverat, etiam corpus tortuoſum & languidum panniculo ſericeo, cui oſſa B. Staniſlai conſueverunt includi, contigit & conſignavit. Cumque conſignationem hujuſmodi & contactum tribus diebus ingeminaſſet; tertia demum conſignatione finita, Agnes in ſoporem verſa, in ſinum maternum caput reclinans dormitare cœpit. Sub hac quoque dormitatione domum à parentibus relata, priuſquam ædem propriam contingeret, in omnibus membris ſanam illam conſpiciunt & incolumem; & in laudes Jeſu Chriſti & ſui Martyris Staniſlai ora ſoluunt: atque in craſtinam diem greſſu perfecto per ſe ipſam gradiens, ad eccleſia in Jaſſzet perveniens, & magnalia ſibi per præſidium B. Staniſlai [facta] univerſo populo oſtendens, magnæ fuit ſingulis, qui illius languoris varietatem ante perviderant, & admirationi & ſtupori.

19 Mater familias Catharina, femina ex Skarbimiria, ſubito in paralyticam decidens ægritudinem, gravi dolore torquebatur: adeo inſuper languor paralyticus apud illam invaluerat, ut vi doloris os ejus uſque ad aurem retortum permaneret plurimo tempore, præbens videntibus de ſe ſpectaculum monſtruoſum. Ad quæ omnia etiam dolor ingens capitis, miro modo eam excrucians accedebat. Paralyſi vero adeo conſtricta manebat, ut etiam pedum & manuum uſus ei negaretur. Quibus malis mulier oppreſſa, pro feſtivitate S. Floriani Cracoviam adducta ad ſepulcrum B. Staniſlai, de cujus ſtupendis miraculis perdocta erat, manibus famulantium invecta eſt; & prona atque ſupplex biduo orans, non conſequebatur ſanitatem. Nihil tamen de Dei benignitate & meritis B. Staniſlai diffidens, ſupplicationem ſuam in tertiam diem producebat. Itaque die illa, contritionis ardore repleta, fletibus magis quã precibus cœpit pro ſui curatione beatiſſimum interpellare Staniſlaum. Cujus beneficio & merito confeſtim omni tóruitate oris in ſuum locum remeante, & omnis capitis ægritudo ſublata eſt, & omnis informitas ex tunc deinceps diſpulſa. Præfata quoque mulier Catharina, ab omni paralyſi curata, ſanitati de præmortuis membris reſtituta, pedibus in Skarbimiriam reverſa, miraculum ſuum ipſa circumtulit

D

tertia cum oris diſtorſione, manuumque & pedũ impedimento:

20 Vithkerus Theutonicus, civis Cracovienſis, dum duos filios gravibus ægritudinibus refertos haberet, mente & ſpiritu aſſiduo dolore de filiorum paſſionibus affligebatur. Alter enim, cui Gerardus nomen erat, quadriennis, graviſſima paralyſi; alter Richoldus, ſexennis, duriſſima epilepſia vexabatur: ampliores tamen paralyticus parenti ingeſſerat anguſtias quam epilepticus, qui per intervalla cruciatus excipiens, nonnumquam ſanitate potiebatur; paralyticus vero, aſſiduam paſſionem perferens, nedum loquendi vel ambulandi, ſed & tangendi uſu penitus amiſſo, non ſecus quam truncus aridus alieno miniſterio volutabatur. Stomachi inſuper correptus dolore, & omni appetitu proſtrato, per viginti duos dies omnem cibum & potum peroſus, lympha tantummodo interdum, quam in panno lineo ſugebat, leviter reficiebatur. Contriſtatus itaque Vithkerus pater, & pro paſſione vehementi & pro morte quæ imminebat filii, in eccleſiam majorem Cracovienſem decurrens, ſanctiſſimum magna vociferatione cœpit invocare Staniſlaum: libera, inquit, Præſul beatiſſime Staniſlae à mortis tormento & languoris, & vim tuæ ſanctitatis tam mihi miſerando & miſerabili patri quam moribundo filio meo impende: quem plena fide ad buſtum tuum me cum argento, fertonem appendente, repreſentaturum devoveo. Dum voti & ſupplicationis ſermonem Vithkerus compleviſſet, domum reverſus, Gerardum filium offendit loquentem & ambulantem, quem reliquerat moribundum, mutum & elinguem. In ampliorem itaque erectus fiduciam, unius filii graviori morbo laborantis ſanitate obtenta; hac eâdem meliora de altero cœpit ſperare, novoque voto & nova ſupplicatione illi à beatiſſimo Staniſlao incolumitatem depoſcere. Exaudivit autem elementiſſimus Deus precem ejus; & per merita electi ſui Martyris Staniſlai, etiam Richoldum de morbo epileptico, quem per ſingulos dies ter nonnumquam & quater cadendo pertulerat, adeo pleniſſime abſolvit, ut ne veſtigium prioris ægritudinis in eo remaneret. Utriuſque autem filii liberationem conſecutum ſe, alacritate & gratitudine immenſa, Vithkerus teſtari cœpit: nam ad ſepulcrum B. Staniſlai cum conjuge & liberis ſanatis pergens, munus quod devoverat Sancto Dei obtulit, illiuſque mirificum in ſe & filios demonſtratum ſolamen vulgavit: & in domum reverſus, amicis & neceſſariis corrogatis, grande convivium ſuper filiorum incolumitate exhibuit.

E

item puer paralyticus omni fere ſenſu privatus,

F

ejuſque frater epilepticus.

21 Vloſci-

A 21 Vloſciborius, Cracovienſis diœceſis Armiger, in oculorum dolorem incidens, in id gravaminis atque cæcitatis pervenerat, ut orbes oculorum ejus, morbo ſtringente everſi, carnem tantummodo rubeam habere viderentur, in locum virtutis viſivæ ſuccedentes. Qui dum mentis anguſtia, pro cæcitate quæ ſibi acciderat, urgeretur; ad eccleſiam majorem Cracovienſem, & ad ſepulcrum beatiſſimi Staniſlai ſe conduci, annulo quoque ejus loca oculorum primum ſignari, deinde aqua in annulo intincta ea lavari obtinuit: & continuo, rubedine ſenſim diſcedente, perfectam oculorum ſanitatem excepit: deſiderium quoque cibi & potus, quod dolor oculorum immenſus proſtraverat, eadem die reſumpſit.

cæcitas, depulſa,

curantur oculi extincti

22 Przibiſlawa virgo, filia Kigneri civis Cracovienſis, oculorum dolorem paſſa, fortius & vehementius in oculo ſiniſtro cœpit torqueri. Cumque dolor aſſidue invaleſceret, etiam vermium multitudo, per corruptionem humorum procreata, ſenſibiliter ejus paſſionem ingeminans, cœpit apparere. Qui cum nullo humano ingenio vel arte, quoniam in abſcondita palpebrarum dum quærerentur diffugiebant, poſſent evelli; & perpetuæ cæcitatis periculum feminæ præfatæ immineret; à parentibus in B templum & ad ſepulcrum B. Staniſlai defertur, qui pro filiæ curatione Sanctum Dei ſupplici devotione interpellabant. Uno autem ex miniſtris eccleſiæ Cracovienſis oculum ulceroſum, cum lapillo de ſepulcro S. Staniſlai ſumpto, contingente, vermium multitudo quaſi imperata diſceſſit. Sequenti vero die, cum unus tantummodo groſſus vermis appareret, & is etiam ſe diffugiendo ſub palpebram comprehendi non ſineret; ad invocationem S. Staniſlai diſparuit, & puella integræ ſanitatis viſum recuperavit.

& vermibus ſcatuvientes

23 Boguſlaus de Pelgrzimowicze, nobilis, habuit filium quadriennem, nomine Nicolaum, qui epileptico morbo gravatus, ſpumans & per terram volutans, adeo paſſione vexabatur, ut frequentius animam æſtimabatur exhalaſſe. Hic crebreſcentibus beati viri Staniſlai miraculis, præfatum Nicolaum filium ad tumbam ejus detulit: & quam primum illam oſculando contigit, ab eo tempore & deinceps uſque ad diem mortis ſuæ, perfectam liberationem accepit.

item epileptici duo.

24 Boguſlaus de Brodzina villa, Miles, alter à priori, aſſidua & ingenti torquebatur afflictione, pro filio ſuo Damiano, quod à morbo epileptico tam frequenter & aſſidue vexaretur, ut vicibus decem per diem gravem illius, cunctis videntibus & horrentibus, ſentiret invaſionem. Cumque morbus ſenſim invaleſcens in annum cum dimidio tenderetur, & tam pater pueri quam univerſi cognati & familiares ejus ex officio afflictarentur; plenam de meritis beatiſſimi Staniſlai fiduciam concipiens, puerum ad ſepulcrum beati viri cum oblatione ſolenni detulit, devovens ſe pro ſanitate filii hoſtiam annuam, agnum unum de ſuis gregibus, eccleſiæ Cracovienſi, in qua oſſa Sancti Dei Staniſlai requieſcunt, largiturum. Cumque orationem & votum pro incolumitate filii perſolviſſet; Nicolaus puer à morbo diuturno, quo aſſidue detinebatur & vexabatur, ſolutus eſt.

C

25 Martinus de Morawicza, vir de ordine Militari, gravi languore correptus, apoſtema graviſſimum quod in gutture emerſerat, habere cœpit: quod primum illi loquendi, deinde edendi auferens, etiam reſpirandi & ſpiritum attrahendi poteſtatem ademit. Ad portam itaque mortis ſe intelligens deveniſſe, quoniam ſuffocatio ſua pleriſque vicibus & ab ipſo & ab aſtantibus liquido notabatur perven-

apoſtema periculoſum gutturis,

tura, annulum B. Staniſlai ex Cracovia, magna prece magnoque conatu impetravit ad domum ſuam afferri. Audierat enim vocem per viſum ſibi dicentem, ut fiducialem faceret ad patrocinium beatiſſimi Staniſlai recurſum, magnifico ejus ſuffragio apprime curandus. Cum itaque annulus Pontificis beati, domum ſuam à miniſtris Cracovienſis eccleſiæ ſolenniter delatus, & ſignaculo ejus locus gutturis & apoſtematis fuiſſet benedictus; continuo apoſtema dimidiatum & ruptum eſt: & languidus, quemadmodum ei per viſum monſtratum fuerat, ad plenam incolumitatem rediit. AUCT. IO. LONGINO

CAPUT V.

Varii moribundi, amentes & alii adjuti.

Moribundorum periculoſa dejectio, unius ex longo morbo.

26 EX eodem villagio Morawicza, quod paullo ante perſtrinximus, Goſlaus Miles ortus, gravi & diuturna, à die videlicet S. Michaëlis Archangeli ad Paraſceven, ægritudine vexabatur. Cum itaque tam ſuo quam omnium aliorum judicio, prope diem atque prope horam migraturus hinc crederetur; ad conjugis ſuæ fidelem ſuaſionem, beatiſſimum cœpit pro ſua incolumitate interpellare Staniſlaum, devovens ſe ejus limina cum oblatione ſolenni, quam primum id ei per infirmitatem liceret, viſitaturum. Qua pollicitatione emiſſa, ſenſim dudum languidas vires cœpit reſumere: & tandem, baculo debiles adhuc artus ſuſtentans, votum impleturus ad ſepulcrum beati viri venit: ubi ex integro teſtatus eſt ſe eſſe ſanatum. B

alterius ex gravi languore,

27 Ejuſdem parochiæ de Morawicza femina, genere Theutonica, Gertrudis nomine, filium ſuum, habentem ætatem annorum circiter trium, Martinum, videns ex aſſiduo & gravi languore moriturum; beatiſſimo illum Staniſlao, qua poteſt amplioris mentis devotione, devovens, ad tumbam ejus cum filio in ulnis geſtato, quam celerius potetat, properavit. Cumque votum quod promiſerat & orationem ſolviſſet; è veſtigio puer ab infirmitate, qua detinebatur, ſolutus eſt: quem mater ovans, & Sanctum Dei Staniſlaum in omnium auribus mirificans, domum retulit incolumem.

tertius item ex tumore gutturis,

28 Andreas Miles, ex Proſchowicze heres, carnem gutturoſam & inflatam aſſidue excreſcentem, per humores peccantes genitam, in gutture conſecutus; tædio primum & dedecore, ad extremum vero periculo vitæ (neque enim ea ſtringente edere illi aut potare licebat) afficiebatur: nonnumquam inſuper vitales ſpiritus in eo dolor morbi adeo coarctabat, ut prorſus nulla ei de cetero vivendi ſpes relicta foret, nullo medicorum audente ei ferre antidotum. Cum extrema itaque agitaretur deſperatione, beneficia beatiſſimi Staniſlai in plurimos collata commemorans, cœpit fide & ſpe plenus ſuæ ſanctitatis conclamare, uteumque poterat, ſolatia; devovens ſe ejus ſepulcrum & limina viſitaturum. Et mox ad invocationem hujuſmodi gravedo omnis qua detinebatur amota, viſitatione ſepulcri viri Sancti peracta, etiam omnis tumor & gutturoſitas diſperiit. F

ac deinde ulcere

29 Inciderat idem Miles Andreas de Proſchowicze, de quo immediate narravimus, in gravem aliam infirmitatem, ex qua illi apoſtema & morbus letalis, qui anthrax appellabatur, erupit, omnem medicorum artem & medicamentorum vim pervincens. Qui ad ſolitum remedium, dum gravi morbi affligeretur cruciatu, faciens recurſum, ſe toraliter beatiſſimo devovet Staniſlao, pollicens ſe ejus ſepulcrum, cum conſorte ſua, pedeſtri viſitaturum fatiga. Et continuo, nocte votum inſequente,

AUCT. IO. LONGINO

quente, mortale quod hominem necaturum verebatur apoſtema, non ſine multorum hujus rei conſciorum admiratione, diſparuit; & æger lætatus omnem ſe ſanitatem adeptum, votum devotiſſime explevit.

quarti ex gravi ægritudine,

30 Vir nobilis, Szmil de Moravia, gravem incidens ægritudinem; paſſionis ejus, paſſim repente adverſa valetudine, adeo affligebatur moleſtiis, ut pedis dextri officio penitus remaneret privatus. Quapropter acerbitate doloris permotus, & de vita omnino deſperans, condito ſub præſentia Principis ſui & militarium vicinorum teſtamento, exhalaturus animam propediem videbatur. De propitiatione tamen divina & ſuffragio beatiſſimi Staniſlai fiduciam ſingularem concipiens, ſeipſum interceſſione ſua curandum beatiſſimo devovet Staniſlao, pedem quoque aridum vel potius emoriturum ejus annulo obtinet benedici. Quo facto cura pedis illico, cunctis qui aderant ſtupentibus, ſecuta eſt: & ipſe ſepulcrum viri ſancti adiens, & vota ſolvens, ad perfectam, de qua deſperaverat, rediit ſanitatem.

& quinta ex capitis universi monſtruoſa mutatione.

B

31 Grandi & horribili Catharina, uxor Militis Petri de Kadzimicze, premebatnr infirmitate: tumor ſiquidem ingens, tam caput illius quam cetera oris membra vexando, adeo pervaſerat, ut humamani vultus ſpecies in ea non poſſet tumore obnubilante dignoſci. Naſi tantummodo ſimitas modice tantum ex facie prominebat; cute faciei, juxta ac ſi oleo prolita foret, reſplendente: ſed & caput & facies tetro livore obducta erant: aures inſuper tumor niger fuſcaverat, ut inſpectantibus ſe moveret quemdam ſua monſtruoſitate horrorem. Et quamvis pro illius curatione longa & aſſidua phyſicorum deſudaſſet induſtria; nullus tamen impenſæ à medicis operæ reſpondebat effectus; quapropter à medicis deſerta, nocte inſequenti moritura credebatur. Maritum deinde ejus, Petrum Militem, non jam de vita temporali, ſed æterna conſortis ſuæ cura cœpit; anxiabaturque vehementer, quod Confeſſione nondum peracta & abſq; ſalutifero Viatico (utrumque enim adhiberi tumor horrendus vetuerat) foret deceſſura. Itaque ſub intempeſta nocte conſurgens, & conſortem ſuam beatiſſimo Staniſlao fiducialiter devovens, Cracoviam properabat: ubi à Decano & ceteris Prælatis atque Canonicis, Cracovienſem Presbyterum cum annulo beati viri Staniſlai tranſmitti in domum ſuam petivit. Qui dum illuc propere & in diluculo attigiſſet, mulierem ægrotam ſignaculo primum annuli benedixit, de aqua deinde annulo præfato intincta loca turgida atque tumentia linire cœpit: & continuo tumor ſenſim dehiſcere, & femina languens uſum loquendi habere, univerſis ſtupentibus, cœpit: mox quoque & Confeſſionis & ſacræ Euchariſtiæ [ſacramenta] à Fratre Martino de Ordine Prædicatorum, veluti munus ſibi gratiſſimum & neceſſarium percipiens, poſt dies paucos reliquiis tam humoris quam languoris ad integrum extitit liberata.

C

ex fulmine furens mutus & delirus,

32 Preduogius Armiger, Bohemus lingua & natione, cum duobus ſuæ conditionis hominibus verſus Pragam agebat iter. Qui dum haud longe per ſpatium medii milliaris diſtaret à Praga, tempeſtas validiſſima, ex omni parte coorta, imbrem, grandinem, & fulgura frequentius ſolito producebat. Cujus periculum præfatus Preduogius cum comitibus itineris vitaturus, ſubter unam quercum viciniorem declinavit. Quo illic conſiſtente, vis fulminis, tertiam arboris partem à ſummo uſque deorſum perfindens, unum ex comitibus Preduogii enecavit, alterum in in capillis exuſſit, & caput canis eos concomitantis quaſi acutiſſimo præcidit gladio: Preduogium vero, ſuo terrifico ictu, ſurdum, mutum & delirum reddidit. Quem cognati & noti, eadem via faciendo iter, ad Pragam deferunt ſeminecem. Is cum Pragæ in eccleſia S. Galli poſitus, nocte quadam ſopori ſe dediſſet; vir quidam venerandus, & qui Pontificalibus amiciebatur indumentis, per quietem illi apparuit, dicens ei: Ego volo te benedicere: deinde legit ſuper illum Euangelium, Initium S. Euangelii ſecundum Joannem, In principio erat verbum. Quo expleto dixit ægro: Surge & vade in Cracoviam ciliciatus & nudipes ad ſepulcrum B. Staniſlai: & quindena in abſtinentia jejunii illic exacta, continuo liberaberis. Æger autem hunc, qui ſibi apparuerat, putans ex Sacerdotibus Pragenſibus fore, interrogavit eum, dicens: Quis es Domine, & quo nomine vocitaris? Ad quem Sanctus Dei, Ego ſum, inquit, Staniſlaus Cracovienſis Epiſcopus, tuæ infirmitatis conſolator & medicus. Ad quam vocem mox ſomno & viſione ſolutus, & uſum plene audiendi & recte loquendi atque intelligendi ſibi reſtitutum gaudens, Sanctum Dei Staniſlaum in conſpectu omnium Pragenſium cœpit mirificare. Ad Cracovienſem deinde urbem in cilicio & diſcalciatus adiens, cuncta quæ ſibi per viſionem fuerant imperata, cum omni devotione implevit; perfectam, ſuper omni quæ ei acciderat læſione, conſecutus beneficio Martyris Staniſlai ſanitatem.

D

apparente S. Staniſlao ſanatur,

E

33 Annæ puellæ, filiæ Jacobi hominis ruſticani, corpus primum languor, deinde linguam inflatura quædam, ex languore gliſcens, invaſerat: adeo inſuper tumoris magnitudo in lingua invaleſcebat, ut præ groſſitudine inflationis linguam intra fauces non poſſet inferre. Cum vero ſingula quæ adhibebantur antidota nullum producerent profectum; parentes puellæ, à vicinis perſuaſi, cum mana devotione & lacrymarum effuſione, filiam & ipſius curam devovent beatiſſimo Staniſlao: & continuo, ad emiſſionem voti & ſancti Martyris Dei Staniſlai invocationem, & ægritudo corporis & tumor linguæ diſperiit.

curantur inflatura lingua,

34 Margareta, femina nobilis, conſors Joannis Militis de Koſlow, dum uno partu geminos filios effudiſſet, unus eorum Joannes appellatus perfecta ſortitus membra, parem perfectionem fratri, qui Martinus cognominatus, quemadmodum in partu geminorum frequentius obvenit, abſtulerat. Cutem enim toto non habebat corpore: propter quem defectum, ſine quadam abominatione & horrore, & quod amplius & admirabilius eſt, ſine mortis periculo nuſquam poterat attrectari. Quam moleſtiam parentes illius, quoniam illi humanitus ſuccurri non poſſe videbatur, evaſuri, ad divinum [auxilium] ſe totaliter & beatiſſimi Staniſlai convertunt, puerumque tam monſtruoſum Sancto Dei devovent Staniſlao. Qui mirum in modum, parentibus & cognatis orationem facientibus & vota emittentibus, efficaci pelle, quam ſibi natura negaverat veſtitus eſt, & de improperio atque morte merito B. Staniſlai vindicatus.

infans abſque cute natus,

F

35 Staniſlaus puer, nobilium parentum Pauli & Iſanæ de Zlothmky filius, miſerabili ab annis puericiæ ſuæ, imo pene ab ipſo ortu, torquebatur infirmitate: venter ſiquidem dietim computreſcens, omnia viſcera & inteſtina detexerat nudata. Naſcebatur tamen & ſuccedebat quotidie in putredinis locum quædam caro, in pelliculæ modum; quæ ſubito & eadem qua producebatur die computreſcens, per ſingulos dies gigni & decidere videbatur: ampliorem puero, per hujuſmodi viciſſitudinem, inferens torturam. Parentes tandem ejus, varia anxietate de ſalute filii fatigati, intelligentes illi corporali ſuffragio remediari non poſſe, animadvertentes

pueri ventter computreſcens,

A vertentes insuper beatissimum Stanislaum uberrima mortalibus beneficia largiri ; præfatum puerum, quem sub nomine ejus baptizari fecerant, cum omni devotione & fletibus immensis, utcumque poterant deferunt ad tumbam Beati Stanislai: neque enim sine periculo portari is poterat, qui pene per omnia momenta moriturum se pronuntiabat. Cum itaque parentes ejus supplices & devoti ad sepulcrum Sancti pro filii salvatione tam vocibus quam fletibus per triduum interpellarent, & viscera pueri miserabiliter putrefacta atque nudata, per aquam in annulo Beati Stanislai intinctam die quolibet lavarentur, tertio demum die nova cutis novaque caro, non jam putribilis, sed sana, continua & concreta erupit ; quæ puerum ab omni deinceps reddidit incolumem cruciatu & passione. Qui processu temporis in annos ampliores perveniens, ordinem Minorum Beati Francisci assumens, vitam illic laudabiliter consummavit.

mutus & rabidus,

36 Rusticus quidam, simplicis ingenii vir, uniusque filii pater, Radoslaus de Scothinky, anxius valde, quod filius suus præfatus, Petrus nomine, ab ægritudine correptus, etiam obmutuerat, tribusque hebdomadis permansit mutus; sed & tædio rapiebatur immenso, die noctequ consurgens manus tenentium & custodientium se evadere, & in silvas ac nemora effugere nitebatur. Genitor itaque suus Radoslaus, de salute filii sui solicitus, & salubri usus consilio, suadentium sibi, quatenus filium suum beatissimo devoveret Stanislao, & curam illius Sancto promitteret, properavit Cracoviam cum filio : & pro ejus incolumitate, oblatione ad sepulcrum viri sancti facta, Martyrem Dei Stanislaum supplex interpellabat. Dum autem oratione & votis consummatis, æger filius annulo Sancti Dei consignatus esset; & aquam, in qua idem annulus tinctus fuerat, potasset; statim, remoto omni linguæ obstaculo, in perfectam & articulatam erupit vocem; fugitque ab eo omnis ægritudo & tædiosa molestia corporalis.

furiosus deductus ad sepulcrum

37 Martinus de Lantkowicze, gravem infirmitatem incidens, octavo demum die efficitur furiosus: qui ne homines ceteros læderet, fune forti ligabatur. Cumque per dies quindecim continua fuisset agitatus insania, sexto decimo die de lucido intervallo aliquid captavit. Sub cujus spatii intervallo, totum se ad beatissimi Stanislai præsidium convertens, liberari se à tam grandi pernicie precabatur, devovens se sepulcrum Sancti quam primum visitaturum: deducitur tandem per custodes in Cracoviam ad sepulcrum Martyris sancti catenatus & vinctus, ne in læsionem cujusquam prorumperet, quatuorque diebus & totidem noctibus, vigilias circa agentibus custodibus, ad sepulcrum Sancti consistit: & cum sub conticinio quartæ noctis à sopore oppressus obdormisset, apparuit ei per visum beatissimus Stanislaus, venerando Pontificis vestitu amictus, dicens ei: Veni mecum, & continuo liberaberis. Qui somno expergefactus surrexit, & gradu concito ecclesiam magno nisu egredi tentavit : custodibus tamen illum detinentibus, egredi non valuit. Quos corripiens ait: Dimittite me, quoniam Sanctus Stanislaus, visibiliter mihi apparens, secum me venire, & de ecclesia egredi imperavit. Custodibus vero verba hujusmodi visa sunt diliramenta : quapropter illum in arctiori custodia ad priorem locum reductum habere cœperunt. Dum denique altera vice obdormisset, vidit per quietem duos viros venerandos venire ad se, atque monendo dicere:

primum vi sus sibi à S. Staniflao evocari,

Veni nobiscum, quoniam ductu nostro ad beatissimum poteris pervenire Stanislaum : videbaturque ægro quod ad hæc verba consurgeret, & cum illis viris pergeret. Ac illis ducentibus, ecclesiam Sancti Andreæ, apud quam nunc Moniales Ordinis Sanctæ Claræ consistunt, ingressus, Sanctum Stanislaum, casula indutum & librum tenentem apertum, reperit : qui & dixit ei: Tune es ille, qui afflictione furoris agitaris? Qui cum se illum respondisset : Sta, inquit, paulisper expecta & videbis. Ad hanc vocem ægro inspectante, cœperunt venire ex diversis statibus quam plurimi sibi noti, variis furoribus agitati, qui & diversis pœnis atque cruciatibus affligebantur. Sanctus vero Stanislaus, ad furiosum Martinum conversus, ait: Scisne qui & quales hi sunt, qui sub tot tormentis te vidente adveniunt? Quo se ignorare respondente: Isti sunt, inquit, Polonorum genus, qui falsa testimonia perhibent; nonnulli vero qui injusta decernunt judicia; nonnulli qui iniquas leges condunt; nonnulli qui humiliores opprimunt, spoliant, concutiunt; nonnulli qui ventri, gulæ, libidini & ebrietati inserviunt ; nonnulli qui aliorum negotia fraudulenter & dolose tractant ; nonnulli qui substantias orphanorum, pupillorum, egenorum, & viduarum devorant; nonnulli quos superbia erigit, avaritia tabefacit, voluptas dilatat, malitia angustat, ira inflammat, discordia separat, invidia exulcerat, luxuria inquinans necat: & propter hæc & alia facinora, taliter, quemadmodum tibi monstratum est, torquentur; à quibus omnibus tu de cetero te contineas, ne deteriorem languorem incidas. Sed & eos quos in tormentis vidisti commoneas, ut pœnitentia acta à pravitatibus suis & impietatibus resiliant, pœnas eis præparatas evasuri. Tu vero mea intercessione, ad quam fiducialiter recurristi, te ex hac hora scias esse sanandum. Post hæc verba æger à somno solutus, evigilans, & de his quæ viderat per quietem secum volvens, cuncta ex ordine quæ viderat, quæque à Beato Stanislao audierat, in facie Cracoviensis Ecclesiæ, & sub audientia universæ, quæ confluxerat plebis, enarravit. Ab omni denique solutus insania & furore, integra ex tunc & deinceps potiebatur sanitate, magnalia Dei in Sancto Martyre Stanislao magnificans.

AUCT. IO. LONGINO

deinde in visione ad illum ductus,

& exhibitos sibi pœcatores varios

ad pœnitentiam monere jussus sanatur.

38 Adolescens Petrus, cognominatus Pyetrzez, de Villa Nyeszyth, à dæmonio arreptus, furore continuo dæmone plenus agitabatur. Qui etsi clausus in domo vinculis ferreis, nonnumquam ad columnam lapideam in domo stantem alligaretur; loris tamen omnibus disruptis (tanta fortitudo infirmæ ætati inerat) quam octo homines vix de loco suo movere possent, conquassaret & de terra evelleret. Quoties vero adducebatur in ecclesiam ligatus, corripiebatur verbere, quoniam non aliter à prolatione turpium & scurrilium sermonum poterat inhiberi. Subitis insuper angebatur, concutiebaturque terroribus, qui illi per dæmones ingerebantur. Quæsitus autem cur tam assidua rotaretur formidine, respondebat occursare sibi, in forma pecorum & pecudum, & in quolibet alio ferarum genere, dæmonia, omnigenis modis sibi minitantia ad nocendum. Is cum dierum una ante ecclesiam omnium Sanctorum in Cracovia ligatus consisteret; à multitudine Cleri & populi, illum circumstante & orationem pro illo fundente, admonebatur rogaturque, ut nomen beatissimi Stanislai, dæmonibus tremendum & formidabile, invocaret futurum

à dæmonibus obsessus

AUCT. IO. LONGINO

turum enim per Dei propitiationem, ut nominis ſui invocatione dæmones deterriti, ipſum linquerent. Ad quam perſuaſionem cœpit adoleſcens potius liberius exclamare. Quare per vincula & ferramenta ligatus torqueor, cum plenam liberationem in hac ipſa hora ſim conſecutus? Et cum de modo & ordine tam inſolitæ liberationis à circumſtantibus ſcrupuloſa indagine quæreretur, reſpondit: Sanctus Staniſlaus, Cracovienſis Epiſcopus, in montem valde excelſum me aſſumens, & omnia dæmonia me vexantia abigens, quatenus abirent neque umquam mihi nocerent, imperavit: ad cujus juſſionem omnis ille tenebrarum cœtus diſcedens me reliquit. Abſolvens inſuper me beatiſſimus Staniſlaus, Cracovienſis Epiſcopus, à vinculis, hæc dixit mihi: Ego ſum Staniſlaus, Cracovienſis Epiſcopus, liberator tuus: Deo gratias age: & vade ſub mea benedictione in pace. Solutus eſt illico, poſtea quam hæc circumſtantibus retulerat; cum præter hæc etiam ſana mens in eo jam fuiſſet perſpecta: & eccleſiam ingreſſus gratiarum actiones in Deum primum, deinde in Sanctum ſuum concionabatur Staniſlaum. Facta poſt hæc ſuorum criminum apud Sacerdotem confeſſione, ſacratiſſimum percepit Viaticum: atque ex illa hora, plena in annos plures & tempora potiebatur ſanitate.

per S. Staniſlaum liberatur.

B

mutus & demens

39 Paulus, filius Joannis Militis de Ulina, quindecimum agens ætatis annum, gravem amentiam contraxit: adeo delirans & inſaniens, ut ſingulos notos juxta ac ignotos verberibus cæderet, & tam factis quam verbis furioſum ſe & dementem monſtraret. Super cujus clementia pater ejus Joannes Miles magna actus moleſtia & turbatione, quid ageret, aut quibus modis ſalutem filio, non proficientibus quæ ingerebantur medicinis, quæreret, penitus in deſperationem quamdam verſus, ignorabat. Tandem Prandotha Cracovienſi Epiſcopo admonente, filium beatiſſimo devovet Staniſlao, & illum ad tumbam ipſius cum oblatione ſolenni deduxit in eccleſiam Cracovienſem. Qui cum, poſt orationem à patre & circumſtantibus fuſam, aquam annulo Pontificis glorioſi Staniſlai tinctam guſtaviſſet; repente omnem exuit dementiam & furorem: & cum omni integritate tam mentis quam corporis, ſoſpes domum, patre nimio gaudio exultante, repetiit.

guſtata aqua annulo S. Staniſlai tincta,

C

factum ei votum retractans,

40 Vir quidam, Syedlecz nomine, ſingularem in Sanctum Dei Staniſlaum monſtraturus devotionem, ſponte ſe devovet, Sancto Dei vaccam cum vitulo oblaturum. Verum cum ſororem germanam Agnetham viſitando egentem videret, voto quod in Sanctum Dei labiis diſtinctis in plurimorum audientia devoverat variato; vaccam cum vitulo ſorori potius, egeſtate laboranti ſuccurſurus, in animo dare firmavit: exiſtimans, ſe ſalubrius atque perfectius opus patraturum. Verum cum ex ſororis domo de danda ſibi vacca & vitulo certificatus procederet, cæcitate ſubita percuſſus, etiam mentis alienationem ſibi ſuccedere perſenſit. Quo malo deterritus, accerſito Sacerdote, facinus, quod in Sanctum violando votum & munus retractando commiſerat, confeſſione & pœnitentia expiavit: pollicens ſe de cetero cautius quod devoverat impleturum: & continuo, Sacerdote præſente, tam viſum quam ſenſum reſumpſit. Ad ſepulcrum quoque Beati Staniſlai cum conſanguineo ſuo Paulo, non aſſumpto quod devoverat munere, proficiſci cœpit. Sed cum in itinere poſitus iterum ſe ſenſiſſet turbari, & à dementia invadi; ad propria Paulo conſanguineo eum deducente reverſus, vaccam cum vitulo accipiens, & in Cracoviam deducens Beato Staniſlao obtulit, quemadmodum devoverat; ab omni ægritudine & turbatione mentis & ſpiritus ex tunc & deinceps quietatus: documentum non inultæ perfidiæ futurus, ne quis violando vota, Deo & Sanctis ejus propria præſumptione illudat.

incæcitatè & amentiâ lapſus.

eodem ſoluto ſanatur.

D

41 Nicolaus, filius Wloſtiborii Militis, annum agens ætatis ſextum, à ſubita ægritudine correptus, tam gutturis quam capitis & pectoris nimia inflatura onuſtus, à parentibus & familia velut moribundus deflebatur. Diſſolutionem autem illius pater pro caritate naturali averſurus, in Cracoviam illum quadriga ad ſepulcrum Beati Staniſlai deducit: qui quam primum ſalutarem aquæ liquorem, annulo beati Pontificis tinctum, bibendo contigit; illicò omnis illa inflatura capitis, pectoris & gutturis, & vis omnis peſtiferi apoſtematis elangueſcens, cunctis qui aderant ſtupentibus, diſparuit: & puer, patre præſente & illacrymante, plenam convaleſcentiam accepit.

item moribundus ex inflatione corporis

& alius ex hemicrania

E

42 Vitus, eccleſiæ Sancti Floriani extra muros Cracovienſes Præpoſitus, in parte media capitis ſiniſtra gravi dolore percuſſus, tam vehementiſſimo affligebatur languore, ut omni loquela per quatriduum amiſſa, neque cibum neque potum ſub illo quatriduo capere valens, conſummari propediem formidaret. Quarto demum die, verba frangens potius quam proloquens; ſuppliciter expetiit annulum Beati Staniſlai ad ſe deferri. Quem cum ſingulari devotione & reverentia excipiens, locum doloris per illum attractabat; & continuo ſenſit magnitudinem diminui doloris. Sed & de aqua, annulo Sancti tincta, partem aliquam ſorbens, & locum doloris liniens, partem reliquam conſervari mandavit. Cum autem inſequenti die, pari morbo dolore invaleſcente vexaretur, aquæ conſervatæ reſiduum utcumque poterat ſorbuit; & repentina fuga omnis dolor, qui illum ad mortem utiquè attriverat, abſceſſit.

CAPUT VI.

Varii ægri ſanati: alii à ſubmerſione & incendio liberati.

F

Sanantur ex agritudine & dolore cæcutiens,

43 CRziſanus de Pyotrkowicze, vir ruricula, in duram atque gravem decidit ægritudinem, quæ illum diebus pluribus neque cibum neque potum capere ſinens, etiam doloris magnitudine effecerat cæcutientem. Qui in tam difficiles acerbitates & moleſtias ſe videns prolapſum, viſitandi ſepulcrum beatiſſimi Staniſlai, & curam ſuæ ſanitatis ſibi committendi, deſiderio agi cœpit: continuoque Sancto Dei ſe devovit, pollicens ſe ejus limina quam primum aditurum. Verum cum id, ob neceſſitatem quæ illi contigerat, per ſe nullatenus explere valeret; Stephanus, vicinus & compater ſuus, obnixius ab eo interpellatus, ipſum jumento ſuo impoſitum Cracoviam, & deinde ad ſepulcrum Sancti Dei Staniſlai deduxit: ubi cum fiducia & lacrymis orans, à cæcitate primum ſolutus, etiam à dolore & morbo, qui eum pervaſerat, meruit ad integrum liberari, plenam ſanitatem ex tunc ac de cetero conſecutus.

ex longo morbo muta,

44 Anaſtaſia, Petri Slawkovienſis civis filia, tertium ætatis annum ſupergreſſa, gravi cœpit in

A in Epiphaniarum Domini die ægrotare infirmitate. Qua ſenſim invaleſcente in Ramis-Palmarum uſum loquendi amittens, uſque ad diem Inventionis ſanctæ Crucis muta permanſit & elinguis: adeoque continuo dolore urgebatur, ut parentibus ejus nulla ſpes ſalutis ipſius foret relicta. Qui longa illius ægritudine anxiati, beatiſſimo eam devovent Staniſlao: quadrigaque impoſitam [aſſumentes], verſus Cracoviam iter arripiunt: ſed vix dimidio milliari exacto, vinculum linguæ ejus ſolutum eſt, & loqui recte cœpit. Cum vero ſequenti die ad tumbam viri ſancti à parentibus, vota & oratione pro ea ſuppliciter ſolventibus, producta fuiſſet; ſub omnium qui aderant oculis integram accepit, beneficio beatiſſimi Staniſlai, ſanitatem.

& alia malo gutturis affecta,

45 Jawitha, conſors Buguſlai de Chelm, ab infirmitate ſubita & gravi, guttur illius aſſidua vexatione ſtringente, invaſa ſex hebdomadas cibum, non niſi cum magna difficultate & gravedine, capiebat. Igitur Deo ſe & beatiſſimo devovit Staniſlao; tandemque ad ſepulcrum illius pedeſtri itinere, juxta voti qualitatem, perveniens, ad ſui ſancti nominis invocationem, repentinam & perfectam liberationem eſt conſecuta.

B *puella virginitatem amiſſam diſſimulàs,*

46 Urſula de Cracovia, Theotonici generis femina, nubilis & adulta, cuidam adoleſcenti virginitatem ſuam proſtituens, virginem tamen ſe privatim & publice gerebat; exiſtimans per ſimultatem hujuſmodi facinus ſuum homines ignoraturos, non recogitans, Deo omne quod ſimulatur aut fingitur diſplicere. Hæc aliquando, feſto ſolenni Pentecoſtes imminente, ad eccleſiam majorem Cracovienſem, cum genitrice ſua ſceleris ſui conſcia, limina Beati Staniſlai viſitatura, proceſſit. Et dum ad pedem montis attigiſſent, Urſula quæ hactenus ob fervoris æſtum caput velatum habuerat, matre monente ut eccleſiam velato capite introiret, materno conſilio neglecto, velum amovit; & ſertum geſtans in capite, eccleſiam majorem ingreſſa, ſepulchro beatiſſimi Martyris Staniſlai appropinquavit. Cumque in oratione procumbens, caput in terram paulum reclinaſſet, ſertum illi ex capite decidit. Quæ eo reſumpto ſurgens, crines adornare & ſertum vertici reimponere conata, univerſam capitis comam detraxit; & omni cæſarie nudata decalvataque, non ſecus quam ſi acutiſſima nonacula raſa foret, in conſpectu omnis multitudinis apparuit. Quo tali confuſionis opprobrio videns ſe pro ſua temeritate ad ſepulcrum viri ſancti deprehenſam; contritione, ei tunc per preces & merita Sancti Staniſlai inſpirata, ſuadente, & facinus ſuum publice in totius populi audientia proclamare non erubuit; & ad Sacerdotem accedens abſolutionemque ſuſcipiens, digna pœnitentia ſceleſus ſuum expiavit; per confeſſionis ignominiam, meritis & interventu beatiſſimi Staniſlai, ad ſalutiferæ compunctionis & pœnitentiæ fructum perducta atque ſtabilita.

in acceſſu ad ſepulcrum,

C *ſubito calvitio punitur & fatetur peccatum,*

per confeſſionem expiat.

Venetias tendens navi

47 Tendentibus ad limina BB. Petri & Pauli in urbem Romanam, Comite Fanuſſio, viro nobili, filio Jaroſlai, cum nepote ſuo germano Petro, Henrici fratris filio, & aliis quampluribus; Petrus Polonus, Clericus, Bononiam conſequendæ Canonicalis ſcientiæ gratia aditurus, ſocietati illorum comes individuus acceſſit, deferens ſecum beatiſſimi Staniſlai reliquias, cum ſupplici devotione, pro ſui itineris ſecuritate conſequenda, à Prælatis & à Canonicis Cracovienſibus impetratas. Proſpero autem uſi ſucceſſu ad Aquilegiam pervenientes, conducta navi, multorum aliorum conſortium ſortiti, pelago in Venetias navigant. Tempeſtatis autem periculum, quod ex evidenti conjectura, propter aëris & temporis intemperiem venturum reformidabant, vitaturi; alto mari neglecto, ne fluctibus & procellis obruerentur, juxta littus ad quinque vel ſex ſagittarum tractus navigationem ſuam peragebant. Cumque de prope civitatem Carniolam adnavigaſſent, ſubita tempeſtate coorta, in extremum vitæ diſcrimen delati, reducere navem ad littus & aridam maximo conatu maximoque niſu æſtuabant. Verum mari magis ac magis intumeſcente, obluctantibus fluctibus omnes conatus humani recidebant in irritum. Adeo autem undarum vorticibus gravidata jam extabat navis, licet frequenti ejectione undæ certatim ex illa effunderentur; ut ſingulis in navi exiſtentibus aqua ad genua aſcendiſſet. Per validas deinde obrepenteſque procellas clavo & antenna confractis, ſuffocationis exitium ſubituri pavidi & trementes operiebantur. In deſperationem itaque omnes verſi, varios Sanctos pro varietate regionum; alii videlicet Sanctum Jacobum, alii Sanctum Nicolaum, alii Sanctum Martinum, Poloni vero Beatiſſimum proclamabant Staniſlaum. Tum Petrus Clericus, prolatis in publicum quas ſecum deferebat Beati Staniſlai reliquiis, ceteros omnes bono animo eſſe jubet: En, inquit, nobiſcum præſens eſt, cujus invocamus præſidia, confidite tantum: non ſinet nos ultimum naufragium experiri. Ad quam cohortationem cum omnes mentes, extrema deſperatione perterritas fractaſque, in ſpem meliorem erexiſſent; clamor omnium tollitur in cælum, & ceteris Sanctis omiſſis, ſolius Pontificis & Martyris glorioſiſſimi Staniſlai patrocinium ab omnibus expetitur. Sub cujus ſupplicationis momento, una procella, ceteris groſſior atque eminentior, repentino flatu adveniens, navem in altum ſuſtulit, & pene in ictu oculi in quoddam vicinum arundinetum projecit. Everſa autem navi, quamvis omnes terram contigiſſent, nemo tamen ex illis fuerat deſideratus: ſed ſalvi & incolumes cum rebus & perſonis, ſinguli in undas, aliqui uſque ad pectus, aliqui ad brachia, aliqui collo tenus perſiſtebant. Sedata autem tempeſtate & navi refecta, dum proſperiore navigatione Venetiarum urbem perveniſſent, virtus divina & ſui Martyris Sancti Staniſlai meritum ab univerſis in commune divulgata extollebatur: pro comperto tunc habitum eſt quod Sanctus Dei Staniſlaus Martyr, potenti ſua interceſſione & merito, non in terris ſolum, ſed in undis atque in pelago; non in una tantummodo Polonorum gente & natione, ſed in univerſis mundi nationibus & climatibus, ſuam clementiam ſuaque ſuffragia mortalibus ſe invocantibus monſtraviſſet. Beneficiorum quoque Martyris, etiam ipſa jumentorum & brutorum corpora expertia non ſunt, quod inſequens declarabit prodigium.

AUCT. IO. LONGINO

& in tempeſtate periclitans,

E *prolatis Sancti Reliquiis*

ad littus omnibus ſalvis ejicitur.

F

48 Honoraturi Sanctum Dei Staniſlaum, & ejus limina viſitaturi, cum jam de ſanctitate illius & prodigiis atque miraculis ſtupendis, aſſidue crebreſcentibus, celeberrima per univerſam regionem Polonicam & ejus viciniam haberetur opinio; nonnulli homines de Lancicienſi & Mazovienſi regionibus utriuſque ſexus, glomeratim catervatimque Cracoviam pergebant: inter quos unus, Matthæus nomine, facetior ceteris habebatur, curioſitate ſuarum facetiarum ceteros homines provocans in riſum. Qui & equum habebat monoculum, qui victualia & ſarcinas, ſub peregrinationis tempore, pro ipſo Matthæo & comitibus ſui itine-

Inter plures ad S. Staniſlaùm peregrinantes

AUCT. IO. LONGINO

ris advehebat. Cum itaque una simul pergerent, & jocosis facetiis ad levandum viagii laborem relatione vicaria uterentur; ampliorem illis facetiarum oportunitatem mero, de quo plus solito ea die hauserant, subministrante, præfatus Matthæus, ceteris loquacior & facetior, hujusmodi deliramentorum facetiis in Sanctum Dei Stanislaum uti pergit. Quid admirationis, inquit, est & prodigii, si sanctus Martyr noster Stanislaus, in atria Domini & in potentias ejus cum triumphali palma ingressus, hominibus mortalibus, ratione tamen utentibus, ipsum pro variis suis necessitatibus & morbis curandis interpellantibus, visum, auditum, gressum & alia innumera beneficia soleat rogatus conferre? Quanto vero celebrius foret miraculum suæque sanctimoniæ amplius indicium, si in bruta quoque animalia, poscendi & supplicandi virtutem non habentia, prodigiorum suorum efficaciam extendens, sub præsenti tempore equo meo monoculo tribueret oculum amissum; prodigioque hujusmodi declararet se beneficium etiã non petenti posse conferre, qui solitus est non nisi supplicanti atque petenti beneficium præstare. Cumque hujusmodi ingeminaret blasphemias; & arguentibus eum de tam inconcinnis facetiis, ceteris suis contribulibus, vaniloquus & illotus sermo ab ejus ore non posset per correctionem fraternam explodi; oculus illico ejus crepuit, equus vero oculum, quem dudum amiserat, habere integrum cœpit Stupore deinde cunctos pervadente, mœror etiam & anxietas & confusio omnium pectora occupat, super socio tam subita animadversione percusso. Celebratur insuper per ora omnium divinæ potentiæ, & sui Martyris Stanislai admirabilis magnitudo: quæ prodigioso moderationis temperamento, dum blasphemo oculum auferret, jumento donaret. Tum demum Matthæus, cæcitate hujusmodi vexatus, intellexit se non facetias, sed blasphemias in Deum & Sanctum ejus Stanislaum protulisse: & reatus sui magnitudinem recognoscere cœpit. Quapropter ad sepulcrum Martyris Dei Stanislai Cracoviam perveniens, in animo humiliato & contrito de scelere suo facta per prius confessione pœnitentiam agens, fletibus illud & assidua ad sepulcrum Sancti Dei Stanislai supplicatione expiabat: donec miserationum Dominus, per suffragium Martyris sui Stanislai, illum respiciens, oculum, quem blasphemando amiserat, consolidando instaurasset: utriusque oculi præstando pœnitenti visionem, ut in suarum misericordiarum multiplicatione, quemadmodum David cecinerat, hominem salvaret & jumentum.

quidã optat Sancti virtutem etiã in equo suo monoculo probari:

& ipse oculum omittit, equus accipit;

sed pœnitẽs recipit.

B

C

49 Cum plures Polonorum Milites ad passagium generale, [indictum] per summum Pontificem contra Prutenos idololatras & barbaros. Cruce assumpta, ad bellandum & exterminandum prædictos Prutenos accincti, Prussiam se contulissent, & bella illic pro Christianis & fide Catholica cum barbaris assidua gererent, fidei orthodoxæ illos subjugaturi; Andreas de Moravicza Miles, spectatæ in illorum numero probitatis vir habebatur: qui à suis progenitoribus audierat didiceratque beatissimum Stanislaum, Cracovien sem Episcopum, sanctitate fore insignem & celebrem, & multa prodigiorum claresc ere sublimitate. Quapropter ab annis suæ pueritiæ, & quousque in virile robur evaderet, & deinceps, singulari in sanctum Dei Stanislaum ferebatur devotionis ardore; illi miro religionis & reverentiæ affectu præstans reverentiam atque culturam, seque & sua omnia suasque necessitates Sancto Dei Stanislao, pro omni loco & tempore, commendans. Accidit itaque bella illi in Prussia gerenti, ut Prutenorum potentiis conflictis, ad curiam unius nobilis Pruteni, pulchram nimis & munitam, cum comitibus suis deveniens, incendere illam & conflagrare igni à ceteris admoneretur. Quorum jussionem executurus, diu satis hærendo investigabat, solicitus quonam modo curiam ipsam, undique concluſam & obseratam, introiret. Tandem per scrupulosam explorationem porticum unam, satis angustam, bassam & declivem adeo, ut ex equo descendere cogeretur, offendens, penetralia curiæ irrupit, & locis aliquot flammas subjecit. Verum cum incendium illud, correptis omnibus in circuitu, latius manasset, Andream etiam Militem, parte ab omni circumdatum, incluſit: & cum evadendi omnis adempta foret atque effugiendi potestas, jam in suum etiam auctorem sæviebat. Sed nec comites sui, qui circumstabant ab extra, ad eripiendum eum de flammarum medio aliquam navabant operam, existimantes eum de mediis ignibus dudum exiliisse. Itaque sub tam periculoso necessitatis vel potius mortis imminentis articulo detrusus, cum videret se à flummarum peti voragine, à comitibus quoque, clamorem si quem ederet percipere non valentibus, nullius ferendi solatii spes restaret; ad Patroni sui beatissimi Stanislai præsidium, in flammarum positus medio, se totus convertit, sciens fidensque quod beatissimus Stanislaus, devotionem suam secutos & in se sperantes numquam deseruit; sed pio & forti præsidio ubilibet illos protexit. Gravibus itaque suspiriis ad Deum ingemiscens precabatur, se per beatissimi Stanislai intercessionem & suffragia ab imminenti flammarum exitio ereptum iri. Nec mora Beatissimus Stanislaus affuit; & fideli famulo suo, hinc inde quo gradum figeret anxie prospectanti, ferens auxilium, flammarum globos divisit, evadendique potestatem fecit. Ipse siquidem Andreas, dum advertisset, quod nusquam alias notare poterat, flammam in cameræ modum contra porticum qua intraverat divisam; fore præparatum sibi effugium per merita beatissimi Stanislai intelligens, ad porticum illam accedens; & eam latam & spatiosam in portæ modum, ut sibi videbatur, & quam paullo ante arctam & angustam noverat, reperiens, equo insidendo [per eamdem] quæ tamen paullo ante sessorem equitem non capiebat, illæsus & omnis exustionis expers exivit. A comitibus autem, de incolumitate sua & evasione magna stupentibus & ovantibus admiratione, cum ingenti hilaritate exceptus; mirificum beatissimi Stanislai solatium, quod illi in flammis mediis invocatus præstiterat, & quonam modo incolumitatem illi donaverat, in omnium auribus recitavit. Quapropter in amorem & devotionem beatissimi Stanislai Martyris omnium, qui hæc audiere, concitata sunt corda: magnificabaturque ab universis Dei in Martyre suo Stanislao potentia, per cujus suffragia & merita, tam naufragiorum quam incendiorum à fidelibus suis averterentur pericula; & Sanctus ipse magnus in cælo, magnus in terra, magnus in undis, magnus in flammis, semper & ubique habitus fuerit clarus, mirificus, potens & insignis.

D

dum jussus curiam bostilem incendit.

flammis involutus,

E

illius patrocinio illæsus evadit.

F

miles ab infantia S. Stanislao devotus.

CAPUT VII.

Variæ apparitiones S. Stanislai, potissimum de procuranda Canonizatione & corporis elevatione.

50 PAlatinus Cracovien sis *a* Fulko, quem lingua Polonica Pelkam appellat, cum gravi infirmitate correptus in grabato decumberet; stertenti illi ager

a Palatinus Cracovien.

A illi potius quam dormienti, vir venerandus in ornamento Pontificali apparuit, & trementem consolans ac bono animo esse jubens, ait illi: Ego sum Staniſlaus Cracovienſis Episcopus, cujus meritis te non dubites sanatum: dic universis, quaslibet necessitates sustinentibus, ut fiducialiter curæ meæ se permittant, mea quoque suffragia invocent; & sepulchrum visitent, omnium necessitudinum suarum votivam consolationem mea intercessione recepturi. Cum autem æger ea visione perfunctus evigilasset, & de his quæ viderat stupens secum tacitus volveret; in dormitationem priorem relapsus, tandem secundo parem priori habuit visionem; & expergefactus, & in ampliorem admirationem versus, quid sibi tam prior quam secunda vellet visio vario mentis discursu pertractabat. Iterum tertio idem Pontifex sibi apparens monuit hominem bene de se sperare, & sanitatem consecutum ceteros quoque ejusdem spei esse juberet. Qui evigilans & se integræ sanitati restitutum dignoscens, præconem se viri Dei constituens, magnifica ejus in universos suffragia cœpit efferre. Processu denique temporis cum filius ejus Peznan graviter langueret, & medicorum judicio in mortem destinatus foret; pater ejus Fulko Palatinus, serius admonitionis sibi factæ per visum recordatus, cum fletibus & lamento filium jam agentem agonem beatissimo cœpit devovere Staniſlao, cum magna fiducia suppliciter interpellans; ut quod sibi triplici pollicitatione firmaverat in ægro suo & jam moribundo exequeretur filio. Ad quam vocem filius oculos aperiens & patrem fletibus madentem videns: Quid, inquit, pater mi, de beatissimo mihi narras Staniſlao? At ille: Voveo te, inquit, fili mi, B. Staniſlao & tuæ salutis curam suæ sanctitati committo: sperans te ejus meritis sanandum. Tum æger: Salubrem, inquit, rem licet tardiuscule egisti, pater, precibus enim beatissimi viri Staniſlai & tibi sum redditus & vitæ. Jube ergo me quam celerius ad sepulchrum suum deduci, pleniorem illic liberationem continuo adepturum. Tum Fulko Palatinus, grandi solutus mœrore, gratiarum actiones in Deum & sanctum suum Staniſlaum cum omni domo & familia sua resonabat. Et quoniam nox intempesta, quæ filius poposcerat fieri prohibebat, diluculo erumpente, filium in Cracoviam ad sepulcrum beatissimi Staniſlai cum oblatione solenni deduxit: ubi flenti, oranti, & ejulanti, propitiatio divina filio suo Poznan, ad invocationem sui dilecti Martyris, pleniorem incolumitatem est largita.

tertio in visione à S. Staniſlao confortatus

convalescit ejus filius moribundus sanatur:

C 51 *b* Viſlao Cracovienſi Episcopo, qui annis b duodecim Sedi eidem præfuerat, obeunte, Prandotha de Byalaczow in ejus locum substituto, Falſlaus Miles, gravissima ægritudine tempore diuturno oppressus, eam per quietem habuit visionem. Videbatur siquidem sibi, quod in cujusdam celeberrima festi die, ad agendum rem divinam, apud majorem Cracovienſem ecclesiam, majores pulsarentur campanæ: & æger ipse, ut solennitati quoque tam festivæ interesset, ad ecclesiam prædictam gradu concito properaret. Qui ad pedem montis positus Viſlaum Cracovienſem Episcopum, pridem absumptum, rubro & Pontificali indumento se spoliantem offendit. Quo viso grandis illi admiratio incessit, cogitareque tacitus cœpit, quid causæ existeret quod Episcopus se Pontificali nudaret amictu, & parum rite solennitas illius diei, Episcopo rem divinam non agente, posset expleri. Ad quem ea admiratione distentum Viſlaus Episcopus conversus, quasi ejus ad liquidum cogitationes cognovisset; Supervacua inquit, admiratione percelleris: arceor enim ab hujus, quam olim administrabam, ecclesiæ ingressu; quoniam per annos duodecim, quibus illi præfui, corpus beatissimi Staniſlai Cracovienſis Episcopi jacere in terræ pulvere permisi, operam insuper meam pro illius canonizatione navare neglexi. En, ut desidiosus & segnis, de Pontificalibus induviis expolior, & ab ingressu ecclesiæ abigor. Tu vero à me rogatus ad Prandotham, Cracovienſem Episcopum modernum & successorem meum immediatum, perge: meisque verbis illum admone, quatenus meo deterritus damno, & ossa beatissimi Staniſlai honesto in armario vino lota recondat; & pro canonizatione ejusdem toto conatu totoque nisu promptus & supplex incumbat. Falſlao vero respondente: non dabit, inquit, fidem relationi tuo nomine à me perferendæ Prandotha Episcopus. Ad quem Viſlaus: Adjungas, inquit, & hoc illi, quod probaturus sum & credet. Si, inquit, auscultaveris, si debita intentione & horrendam quam pertulit beatissimus Staniſlaus mortem & causa martyrii, pro qua ab impio Rege mille frustulis cæsus est, libraveris; facile, quæ implenda decerno, exequeris. Et si meis rogationibus, & avisamentis non flecteris, saltem prodigiorum magnitudine, quæ per Sanctum suum in omnes ægros & necessitatem patientes affatim operatur Dominus, movearis. Sed & hoc in documentum assume: quod si annulus suus in plurimis operatus est sanitatum virtutem, quid putas, quid censes ossa illius, postquam de terra levabuntur, operatura? His dictis, cum tam efficax, visio disparuisset, sanitas etiam illico plena atque perfecta Falſlaum est consecuta. Quæ etsi majorem efficaciam præstitisset visioni, Falſlaus tamen quod sibi ab Viſlao Episcopo injunctum fuerat denuntiare Prandothæ Episcopo mandatum neglexit. Quapropter post tres hebdomadas, quibus sanus incedebat, in ægritudinem relapsus est recidivam. In qua dum, singulorum æstimatione moriturus, in extasim pervenisset; vidit virum superpellicio vestitum, super se stantem, seque cum quadam indignatione objurgantem atque dicentem: Quare te præstitisti mandatorum, quæ à me acceperas, & quorum impletionis gratia salutem quæsieras, neglectorem? Merito itaque præsenti verbere affligeris; ampliori, si contumax perstiteris, verberandus. Ad hanc vocem Falſlaus, pallore quamvis nimio, quem ex vultu terrifico admonentis & objurgantis se personæ contraxerat, refertus, à grabato repente consurgens, adaptari sellarique sibi equum familiaribus imperavit, innuens se ad Episcopum Prandotham ex templo profecturum. Quibus inter spem & metum positis, quippe qui vix adduci poterant Dominum suum compote mentis & salubritatis esse, jussaq; perficientibus, equum præparatum, plena jam potitus sanitate, conscendens, ad Prandotam Episcopum venit: & visione quam viderat fideliter ex ordine denuntiata, etiam & pœnam, quam pro negligentia irrogatam pertulerat, enarravit.

Falſlao militi ægro

de eaque curanda jubet moneri ſucceſſorem.

apparens Viſlaus Ep. Crac. defunctus

E

F

Inde ſanatur æger ſed juſſa exequi negligens,

relabitur: iterumque ſanatus

ea complet.

52 Adeleydis, matrona Theotonici generis & religiosa & devota, anno integro à gravi febre vexata, membra illius & vitalia assidue & excruciante & depascente, cum in grabato suo, de vita desperans, sub nocte media anxia decumbens jaceret; & ceteris omnibus qui in domo fuerant somno gravatis, sola filia illius, de matris ægritudine solicita, vigilaret; matrona quædam sibi ignota, & numquam alias visa, facie & vultu veneranda, per ostium habitaculi, in quo ægra jacebat visa, admonuit eam, proprio nomine compellans & dicens: Consurge, Adeleyda, & ad sepulcrum beatissimi Staniſlai perge, meritis suis & suffragio bonam valetudinem perceptura. Denuntiabis autem Trojano, Cracovienſis ecclesiæ Custodi, ut Prandotham, Cracovienſem Episcopum admoneat, ne ossa viri sanctissimi Staniſlai ulterius in sabulo delitescere permittat, sed vino & aqua abluta, in vase mundo

Matrona febricitans

de promovenda corporis elevatione ſemel

AUCT. IO. LONGINO *ob neglectã Canonizationem & elevationẽ corporis puniri ſe indicat*

AUCT. IO. LONGINO

mundo recondat: quod ſi juſſionem meam præſentem neglectum à te iri contigerit, ſcias te à cruciatibus quos pateris ſolvi non poſſe. Ad hanc vocem & viſionem expergefacta, prona ex grabato conſurgens, tam filiæ quam cunctis aliis in domo ſecum una commorantibus viſionem edicit. Quamprimum denique ſubſequens dies illuxit, Cracoviam petens, ſepulcrum Sancti Dei Staniſlai adiit, & pro ſua liberatione, ſupplices ad Deum fudit preces. Eam tamen denuntiationem, quæ Trojano cuſtodi patefienda erat, matronali pudore ſuppreſſit: quapropter juxta oraculi viſionem ſanitate potiri non valuit. In ſequenti vero nocte, dum ſolito maturius conſurgens, filia dormiente, in oratione perſiſteret; videt virum venerabilem ante ſe conſiſtentem atque in lingua Theutonica ſibi imperantem atque dicentem: Vade, inquit, Adleyda, Cracoviam, & ad Trojanum cuſtodem Cracovienſem, juxta juſſionem prioris oraculi, quod per matronam tibi nocte quæ præceſſit monſtratum eſt, mandata mea defer: quatenus admonitum habeat Pandotham Epiſcopum, ut oſſibus meis levatis de pulvere, & vino lotis & aqua, vaſi mundo ea includat. Tu vero ad ſepulcrum meum Cracoviam quanto celerius adi, & ſignaculo annuli mei benedicta illico conſequeris ſanitatem. Quod dum altera die expleviſſet, geminatamque viſionem & admonitionem, quam viderat & audierat, apud Trojanum cuſtodem Cracovienſem ex ordine enarraſſet, annulo inſuper Sancti Dei Staniſlai fuiſſet ſignata; perfecte & integre continuo bonæ valetudini ſe ſentiens reparatam, Sanctum Dei Staniſlaum, ſuæ ſalutis auctorem, multifariis cœpit mirificare atque efferre præconiis.

iterumque ſanatur

B

5; Omiſſa ceterorum miraculorum, quæ reſtabant, multitudine; ne longius progreſſus faſtidio ſim lectori, præſertim cum etiam inſerenda pleraque in ſequentibus, neceſſarium arbitror quæ Canonizationem Sancti Dei ſunt ſecuta, unum tantummodo pro concluſione ſubjiciam. *c* Swyanthoſlaus, oppidi Epiſcopalis Slawkow civis, arte coriarius, vir. ſimplex & rectus, ac in Deum raræ devotionis, & in eleemoſynarum largitione profuſus; operi quidem ſuæ artis interdiu vacans, noctis vero ſpatia in orationibus abſumens; cum æſtivo tempore antelucanam horam præveniens, in ſuæ ædis ſuperiori cœnaculo oraret juxta morem, in civitatis prædictæ ultra pontem & fluvium Przeniſcha, qui civitatem præterfluit, ſituata [parte] copioſam & pœne innumerabilem populi de ſexu utroque multitudinem videre cœpit. Suſpicatuſque hunc hoſtilem eſſe exercitum & hoſtilia illico attentaturum (vario ſiquidem hominum genere erat refertus) ſubito & ingenti concutiebatur pavore, tam ſibi quam ſuæ civitati metuens, & quod imminere periculum credidérat magnopere perhorreſcens. Tenebat autem inter illos medius editiorem locum vir unus, Pontificali amictu inſignis, canicie reverendus & vultu; Clericorum ſtipatus multitudine, candidis ſuperpelliciis & ſtolis indutus: Sed & quamplurimi viri religioſi & ſpectabiles, quibus & feminæ fuerant permixtæ, latera ejus frequenti caterva ambiebant: univerſæ præterea & innumerabilis illius multitudinis ora in ſolum Pontificem notabat converſa, quæ etiam, ſe ad illius benedictionem excipiendam ſupplex & procliva in genua humiliabat. Pontifex enim prædictus, ex eminentiori loco proſpectans, omnem illam populorum ſeſe comitantium multitudinem, manu ſua contra quatuor mundi partes, videlicet Orientem, Occidentem, Auſtrum & Septentrionem; in ſublime extenſa, frequenti & multiplicata ſanctificabat benedictione. Qua impenſa, omnis illa multitudo proceſſionabiliter ordinata, vexillis quamplurimis & ferentariis præcedentibus, Epiſcopo conſiſtente in medio, pontem & fluvium, de quibus præmiſimus, tranſgreſſa verſus civitatem, & eccleſiam Slawkovicenſem viſa eſt inceſſiſſe; quamplurima & innumerabili populi de ſtatu vario & permiſcuo multitudine, & præcedente Epiſcopum & inſequente, uno ore, & una pſallente & concinante voce: Benedictus qui venit in nomine Domini. Cum autem omnis illa proceſſio longo ſpatio tenderetur, & Epiſcopus contra cœnaculum, in quo Swyanthoſlaus coriarius oraverat, perveniſſet; retraxit ſe Swyanthoſlaus prædictus intra cœnaculi columnam, & per rimam quamdam quæ agebantur contemplans, Pontificis præfati ampliſſimum ſplendorem & gloriam tacitus ſecum & ſtupens mirabatur. Et continuo vir unus ex illa cohorte, canus cæſarie & vultu venuſtus, qui & ipſe ſtola candida amiciebatur, ex proceſſione interim quaſi ex compoſito preſſerat gradum, divertens Swanthoſlai coriarii domui appropinquans, ipſum in extaſi & ſtupore poſitum evocat; & nomine proprio compellat: quare inquit, Swyanthoſlae exagitaris ſtupore & admiratione? noli denique latere, noli te ſupprimere: amici venimus, non hoſtes; præſtituri beneficia, non hoſtilia irrogaturi. Swyanthoſlao vero ſtupente magis ad ſermonem qui ſecum loquebatur viri, & nec proloqui, ſed nec hiſcere quidem (ſubito enim obriguerat tremore) audente, interrogare vir ille Swyanthoſlaum de reliquis pergit. Scis, inquit, Swyanthoſlae quis eſt Pontifex iſte tibi monſtratus, & quæ ſunt populorum quas aſpicis catervæ, Pontificem præcedentes, aut ſubſequentes? Quo ſe ignorare reſpondente, atque dicente (jam enim paullulum ſe ex metu collegerat) Neſcio, inquit, Domine, Iſte eſt, inquit, beatiſſimus Cracovienſis Antiſtes Staniſlaus, in conſpectu Domini Dei & omnium ſupernorum civium Martyr magnificus, Polonorum Protector, Advocatus & Patronus, & omnium ſe pro ſuis neceſſitatibus interpellantium Suffragator mirificus. Tam frequens vero & tam innumera, quam conſpicis, populorum multitudo, quæ virum Dei præcedendo & ſubſequendo concomitatur, & in ſuum decus modulatur laudes; Chriſtiana gens eſt, precibus & meritis Præſulis ſanctiſſimi Staniſlai ſalvata & ſalvanda. Impoſuit deinde his dictis illi præceptum, dicens: Tu, inquit, de viſione, quæ tibi monſtrata eſt gratias referens Deo, qui te revelatione præſenti cenſuit dignum, perge Cracoviam: & Fratri Vincentio de Prædicatorum Ordine, quem in eccleſia Sanctæ Trinitatis ſui Ordinis, ad columnam ſedentem & auditioni confeſſionum vacantem reperies, poſt confeſſionem à te, quoque primum peragendam, univerſa hæc quæ vidiſti, quæque à me audiſti, ex ordine referas. Inſuper & hæc illi annuntiabis, quod præter hunc quem vidiſti virum Sanctiſſimum Cracovienſem Epiſcopum, ſunt alii ſex in Polonorum eccleſia Sancti, quorum mors in conſpectu Domini cenſetur celebris & glorioſa, B. Staniſlao in ſanctitate & merito non inferiores, per propitiationem divinam ſuo tempore ſeneſcenti, & in occiduum vergenti ſeculo, plurimiſque vitiis depravato & depravando, ad ſuſcitandam in mortalibus, quæ tunc amplius refrigeſcet, caritatem & in ſalutem omnium populorum, Gentis vero Polonicæ gloriam & conſolationem, revelandi. Quibus expletis, vir ille cum Swanthoſlao conferens, & omnis illa ſanctarum animarum proceſſio, à conſpectu ſuo ſubtracta, evanuit. Qui mira dulcedine ſpectaculi hujuſmodi perfuſus, eadem die Cracoviam perveniens, Fratri Vincentio, quem in lolo ſibi deſignato compererat, cuncta ex ordine, quæ viderat & audierat, fideliter enarravit *d*.

D

E

F

ut illi indicat aliud votum rem explicans

ſimulque ſignificans ſex alios in Polonia eſſe Sanctos, ſuo tempore revelandos,

d

ANNO-

c *viro pio oranti*

C *in viſione apparet proceſſio ſolennis*

in cujus medio S. Staniſlaus,

A

ANNOTATA.

a *Ita etiam* Fulco ſive Pelea, *fuit Epiſcopus Cracovienſis ab anno* 1186 *ad annum* 1207: *ex cujus familia hic Palatinus potuit fuiſſe.*

b Viſlaus *ſeu* Viſlimirus, *ſedit ab anno* 1239 *ad annum* 1242, *qui notatur nimium addictus conſanguineis fuiſſe.*

c Swyantoſlaus, *alias* Swentoſlaus: *de hoc egimus inter prætermiſſos ad* 15 *Aprilis, promiſi ſimuſque ejus Vitæ partem reliquam ſubjiciendam hoc loco, ubi anterior pars tota habetur: ea (ut Cracovia nobis eſt miſſa) poſt prædicta omnia, talis eſt:* Poſtea domum reverſus, totam poſſeſſionem ſuam quam habuit vendidit, & pauperibus ex Dei amore elargitus eſt; ac iterato Cracoviam pergens, ad eccleſiam B. V. Mariæ, in Circulo Cracovienſi ſitam, primum Clericus, poſt Manſionarius, demum, propter ſinceritatem & fidem in exequendis intentionibus fidelium; Teſtamentorum executor factus, pro ſimplicitate ſua in omnibus laborioſus, in ornamentis eccleſiæ procurandis ſolicitus, officium ſibi commiſſum cum magna humilitate & pietate quoad vixit exequebatur. Orationi ſuæ locum præcipue delectum habuit ante altare patientis in Cruce Domini; ad dextrum latus altaris ſanctiſſimi Corporis Chriſti, in eodem templo B. Mariæ Virginis, ubi nudis genibus, etiam hyeme media, flexus & pernox orabat; & plurima tam ſibi quam aliis à Deo impetrabat: ita ut multi, quibus ſanctitas illius perſpecta fuerat, ſemetipſos atque omnia bona ſua diſpoſitioni illius plene committerent. Fertur eadem imago patientis in cruce Domini nocte quadam eidem locuta fuiſſe, Suentoſlaë cur ſilet eccleſia? Ex qua occaſione poſt aliquot annos ab obitu Beati, Petrus, Salomon, & Nicolaus frater ejus; viri Conſulares urbis Cracovienſis, apud quos Suentoſlaus diverſabatur, fundationem aliquot millium fecerunt pro Pſalteriſtis, qui die ac nocte inceſſanter Pſalterium canendi in eadem eccleſia obligationem habent. Hanc fundationem executa eſt Anna Glinſka, eorumdem fundatorum germana ſoror, atque hæc fundatio cum effectu huc uſque, etiam aucta, durat. Ad eam vero imaginem Chriſti Crucifixi nunc erecta eſt Confraternitas Salvatoris, ad animarum è purgatorio liberandarum curam intenta. Tale moderamen & abſtinentiam ſermonis toto vitæ ſuæ tempore ſibi injunxerat Suentoſlaus, ut perpetuum ſilentium ſervare videretur, quamobrem & Silentiarius vocabatur; exiſtimans apud Deum non poſtremam ſibi fore mercedem, ſi incauto ſermone neminem offenderet. Et quamvis exiguos eoſque fere mendico ſervientes haberet proventus; nihilominus poſt novam fundationem Conventus Patrum Carmelitarum ad ædes B. Mariæ Virginis in arenis, non exigui momenti libros & argenteũ calicem ad eumdem conventum comparavit. Extant adhuc cum ſubſcriptione manus ejus libri, ut Scala cœli Fr. Joannis Junioris ordinis S. Dominici, & Conciones anni totius auctore Fr. Joanne Grytzik Ordinis S. Franciſci, cum initiis Epiſtolarum & Evangeliorum: quos libros teſtamenti vigore donavit eidem Conventui: alios præterea libros, in quibus Speculum Vincentii, Bibliothecæ templi Parochialis addixit. Beatus ſuo tempore poſtea Suentoſlaus, pluribus Dei donis cumulatus, bonorum operum dierumque plenus, & multis pro nomine Jeſu laboribus perfunctus, in ſpe vitæ æternæ, ut bonus operarius, cum eximiæ ſanctitatis nota, felici fine quievit, & in Choro templi B. Mariæ Virginis in circulo Cracovienſi honorifice ſepultus eſt, anno 1489 die 15 Aprilis. Unde cœli civibus aggregatus, plura nunc quam cum viveret impetrare Dei dona ſupplicantibus poteſt. *Hactenus Vita illa, cui alia quædam Suentoſlai viſio circa ſepulturam B. Michaelis Gedrocii inſeritur; quæ in hujus Vita, ad* 4 *Maji jam impreſſa eſt, ubi etiam nominantur ejuſdem temporis Sancti viri, quibuſcum Suentoſlaus ſpiritualem amicitiam coluit. Si porro B. Suentoſlaum iſtum Patres Carmelitæ ſui Ordinis Tertiariis vellent adnumeratum, argumento ſumpto ex ipſius pio erga ſuum Conventum affectu; nemo ut puto contradiceret.*

B Suentoſlaus poſtea in æde B. V. manſionarius.

B crucifixi alloquio honoratus.

C novo Carmelitarum conventui varios libros donat.

& ſancte moritur 1489. 15 Aprilis.

AUCT. IO. LONGINO

LIBER III.

De canonizatione B. Staniſlai, & miraculis poſtea patratis.

PROLOGUS.

1 DE principali tertia, Canonizationis Sancti Dei Staniſlai difficultate, poſtquam duabus aliis propitiatione divina defungi me contigit, ſcripturus, bonitatis divinæ clemens providaque ordinatio, ut illam vehementius ſolito ſtuperem & admirarer, menti inceſſit: quæ in id tempus, quo dilecti Martyris ſui Staniſlai canonizationem conſummari perficique decreverat, & Pontificem Cracovienſem & Principem, raris & ſingularibus virtutibus refertos viros, ſervavit: quorum alter *a* Prandotha fide, caritate & religione plenus, & magnitudine virtutum egregius; alter *b* Boleſlaus, Leſthonis Albi filius, circa quem tunc rerum ſumma Polonicarum & monarchia conſiſtebat; pudicitia & religione inſignis, habebantur. Acceſſit & Boleſlai Principis conſors *c* Cunegundis, Hungariæ Regis Belæ filia, maternæ progeniei à ſorore germana *d* S. Hedwigis Poloniæ Duciſſæ, S. Elizabeth neptis germanæ, illuſtriſſima propago, virginitatis altitudine, quam in connubio maritali incontaminatam ſervaverat, & ſtupendis quæ in vita & in morte, in defunctorum reſuſcitatione & in languentium curatione egerat; miraculis præpollens, nihilo avia ſua B. Hedwigi & matertera ſua B. Elizabeth ſanctitate inferior; eo vel ſolum parum felix, quod Principatum apud Polonos ſortita, eorum deſidia & neglectu canonizationis glorificatione hucuſque inſignita non eſt, quamvis in eam uſque diem ſingularibus clareſcat miraculis: quæ & ipſa pro canonizatione ſancti Dei Staniſlai omnes ſuas Ducales facultates, magnifico & liberali ſpiritu, effundebat. Acceſſit inſuper & vir venerandus Jacobus de Skarzeſchow, etſi genere originarius & ſtatura puſillus, virtute tamen & doctrina ingenuus & magnus, utriuſque juris Doctor, Cracovienſis Decanus, & Wrathiſlavienſis Canonicus: qui eloquentiam & doctrinam ſingularem, quibus pollebat, ſed & labores ſumptuſque ſuos ad id unum converterat, quatenus Sancti Dei Staniſlai canonizationis glorificatio proveniret, omnibus calcatis, quæ ingerebantur tam adverſitatibus quam difficultatibus, animoſus & principalis inter nuntios cooperator. Acceſſerunt & alii nonnulli, viri, tam religione quam probitate inſignes, qui ſuas uſque ad felicem canonizationis conſummationem navabant operas, quorum nomina in progreſſu narrationis ſubjiciemus. Acceſſit poſtremo & univerſus Clerus Cracovienſis diœceſis, qui pro canonizationis negotio votive expediendo, & de ſingulis beneficii certam quotam contribuendo, liberaliter impendebat. Verum proſecuturus propoſitum, ad materiam principalem redeo.

Pro Canonizatione ad laboraverunt.

E

a *Prandotha Epiſcopus,*

b *Boleſlaus Princeps,*

c *ejus uxor B. Cunegundis,*

d

F

Iacobus de Skarzeſchow Decanus & alii,

AUCT. IO. LONGINO

ANNOTATA.

a Prandota Bialaczovius, *conſecratus Epiſcopus 25 Maji anno 1242, mortuus anno 1266 die 21 Septembris. Ad quem diem dicitur aliquem cultum habere, miſſa quadam Vitæ Epitome, & promiſſa ſunt ampliora quædam.*

b Boleſlaus 4, *natus anno 1221, à Wladiſlao Duce adoptatus anno 1228, vixit ad annum 1279.*

c Cunegundis *Vitam ſeorſim ſcripſit Longinus, dandam 24 Iulii, in qua ejus pro Canonizatione adhibita opera deſcribitur. Eam Italice edidit Ranuccius Picus Romæ anno 1633.*

d *Coluntur* S. Hedwigis 15 *Octobris*, & S. Eliſabetha 19 *Novemb. quarum varia Acta habemus, ſuo tempore illuſtranda.*

CAPUT I.

Legationes pro Canonizatione ad Summum Pontificem deſtinatæ. Examina repetita. Remora illuſtri miraculo ſublata.

B 2 CRebreſcentibus magnificis & ſtupendis prodigiis, quæ clementia Salvatoris omnium Dei per beatiſſimi Pontificis Staniſlai merita glorioſa, in Cracovienſi eccleſia & aliis quamplurimis locis, ad ſui nominis invocationem operabatur; Boleſlaus Pudicus, Polonorum Princeps & Monarcha, & Prandotha Cracovienſium Antiſtes, ferventis ambo, ut præmiſimus, devotionis viri in Deum, nuntios ſuos ac totius regni Polonici & Eccleſiæ, Magiſtrum videlicet Jacobum de Skarzeſchow, Decretorum Doctorem, Decanum Cracovienſem ſuperius nominâtum; & Magiſtrum Gerardum, Canonicum Cracovienſem, in Lugdunum civitatem Galliarum, ad Innocentium Papam IV, anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo tranſmittunt, miracula Sancti Dei expoſituros. Quæ etſi ſummo Pontifici Innocentio in facie Conſiſtorii publici, per Magiſtri Jacobi de Scarzeſchow Decani Cracovienſis organũ, graviter & diſerte fuiſſent enarrata, ſanctitatis ſuæ & ſuſcepti Martyrii non tã validiſſima quam certiſſima indicia; Summus tamen Pontifex gravitatem, in rebus ſimilibus à Sede Apoſtolica cuſtodiri ſolitam, obſervans, a Archiepiſcopo Gneznenſi, b Vratiſlavienſi Epiſcopo & Abbati de c Lubens examen miraculorum B. Staniſlai per litteras ſpeciales mandat & remittit: jubens illis ſingulariter atque injungens, quatenus propter diuturnam & longevam earum rerum, quæ de paſſione & martyrio B. Staniſlai ferebantur, protelationem, Militem quemdam centenarium, Bedka hic erat, cum omni diligentia & ſolicitudine examinare curarent: qui etſi S. Staniſlaum non noverit, eos tamen qui illum noverant & viderant, pro comperto ſciebatur noviſſe. Illiſque referentibus ſe vitæ B. Staniſlai puritatem & converſationem, innocenter & religioſe per omne ævum traductam, nec non ordinem & cauſam martyrii, miracula inſuper in morte & vita patrata plenarie didiciſſe; etſi juxta mandati Apoſtolici directam eis formam procedendo, ſcrupuloſum ſuper ſingulis articulis, per Promotores negotii producti, egiſſent examen, & præfato Innocentio Papæ de omnibus, quæ per eos cognita fuerant, plenam per ſcripta feciſſent fidem; Papa tamen Innocentius, d rem cogniturus & producturus ad liquidum, Jacobum Weltrenſem, Fratrem Ordinis Minorum, virum & religionis raræ & doctrinæ, Poloniam tranſmittit; ad inſpiciendum perſonas teſtium productorum, & præſertim ad inquirendum à duobus veteranis & centenariis hominibus, in actis prioribus deſcriptis, qui dicebantur ab aliquibus accepiſſe, qui Sanctũ noverunt eumdem, & de ipſius honeſta & clara converſatione audiverunt, & ad palpandum omnium teſtium productorum legalitatem; inquiſiturum quoq; ſi Cracovienſis diœceſis paganis & ſchiſmaticis Ruthenis ſit confinis: necnon & videndum ſcripturas, libros, chronicas & annalia, ſanctitatem & martyrium Beati viri teſtantia, ex archivis publicis tam Regiæ quam Eccleſiæ aſſumenda. Cujus commiſſionis exſtat tale exemplar.

Innocentius IV, revelatione pro Canonizatione anno 1250, accepta,

a b c *novum examen committit Epiſcopo & Abbati,*

d *& inſpectionem Iacobo Weltrenſi Minoritæ,*

3 Innocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Fratri Jacobo Weltreñſi, Ordinis Fratrũ Minorum, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem: Licet venerabili olim Fratre noſtro Epiſcopo Cracovienſi, & dilectis filiis, Capitulo & Clero civitatis Cracovienſis & diœceſis, ſuis nobis litteris intimantibus [intelligentes], quod mirabilis Deus in ſanctis ſuis piæ memoriæ Staniſlao Epiſcopo Cracovienſi tot & tantis dat coruſcare miraculis, ut illius ſanctitas apertis indiciis comprobetur, & ipſius inter alios Sanctos non invocari ſuffragia ſit indignum; venerabilibus Fratribus noſtris Archiepiſcopo Gneznenſi, Epiſcopo Vrathiſlavienſi, dilecto filio Abbati de Lubens Ordinis Ciſtercienſis Vrathiſlavienſis diœceſis, dederimus noſtris litteris in mandatis, ut adſcitis ſibi viris religioſis & Deum timentibus, de virtute morum & veritate ſignorum, operibus videlicet & miraculis, diligentiſſime inquirentes, quæ invenirent nobis ſuis litteris fideliter intimarent; ipſiſque in negotio hujuſmodi procedentibus & reſcribentibus nobis, nos fidem adhibeamus ut convenit proceſſui eorumdem. Quia tamen in tanto negotio gravitate & maturitate prævia eſt procedendum, te ad partes transmittentes eaſdem, auctoritate Apoſtolica diſcretioni tuæ [vigore] præſentiũ in virtute obedientiæ diſtricte injungimus, ut à dictis Inquiſitoribus, ſi ſuperſtites & præſentes in provincia fuerint, an ſic proceſſerint, ſicut ſub ipſorum ſigillis recepimus, perſcruteris; & ipſorum actuum exempla ad majorem certitudinem tecum portes; faciens prælentari tibi eos qui dicuntur fuiſſe à diverſis infirmitatibus liberati, quos & quot potueris; ac illos duos centenarios, ſi ſuperſtites fuerint, de quibus mentio eſt in actis, vel eorum alterum: qui dicuntur ab aliquibus accepiſſe qui Sanctum noverant eumdem, & de ipſius clara & honeſta converſatione, dum viverent, audierunt: inquiſiturus ab ipſis, an ita ſit, & inſpecturus nihilominus devotionem populi & famam communem ſuper martyrio & cauſa martyrii nec non & ſanctitate ipſius. Inquiras inſuper utrum Cracovienſis diœceſis paganis & Ruthenis Schiſmaticis ſit confinis, ut per hoc ex ipſorum confinio lucrum provenire valeat animarum. Ad hoc librum Chronicarum, quoad capitulum pertinens ad negotium præfatum, ex archivo Ducis Poloniæ editum, & etiam librum Annalium & epitaphium conſidera diligenter: & his ſummatim ſub obteſtatione juramenti, ubi tibi viſum fuerit, coram prioribus Inquiſitoribus præſtiti, plenius intellectis; ſi aliqui teſtes ſuper prioribus vel novis articulis tibi fuerint præſentati, eos juratos ſecundum formam recipiendorum teſtium prudenter recipias & diligenter examinare procures; & ſic inſtructus ad nos, ut per te ſuper his inſtruamur plenius, revertaris. Datum Peruſii ſeptimo Kalendas Junii, Pontificatus noſtri anno nono.

cum hiſce litteris miſſo in Poloniam,

anno 1252

4 Commiſſariis Apoſtolicis Gneznenſi Archiepiſcopo Fulkone, & Wrathiſlavienſi Epiſcopo Thoma, & Abbate Lubenenſi, & Fratre Jacobo Weltrenſi Ordinis Minorum, ſingula eis commiſſa, cum debita gravitate & maturitate exacta, in facto Canonizationis B. Staniſlai expedientibus, & univerſa quæ com-

A compererant redigentibus in ſcriptum publicum & ſolenne, priores hujus negotii nuntii, qui dudum in patriam fuerant reverſi, videlicet Magiſter Jacobus de Scharzeſchow Decanus, & Magiſter Gerardus Canonicus Cracovienſis, canonizationem B. Staniſlai apud præfatum Innocentium Quartum ſolicitaturi, ad curiam Romanam per Prandotham Epiſcopum Cracovienſem & Capitulum ſumptibus datis proviſi, altera e vice tranſmittuntur. Et quo res ipſa facilius tranſigi & obtineri poſſet; nuntiis præfatis nonnulli Fratres Prædicatores & Minores, de domo & monaſterio Cracovienſi, in litteris divinis eruditi & zelum Dei habentes, adjuncti ſunt. Qui Papa Innocentio apud Lugdunum, nondum *f* enim Gallias liquerat, offenſo, etſi grandia miracula ſtupendaque opera, ordinem inſuper & cauſam Martyrii beati viri Dei Staniſlai, coram Papa Innocentio & cœtu Cardinalium, in Conſiſtorio publico, organis propriis diſerte atque ſplendide enuntiaſſent, examen inſuper teſtium per Commiſſarios Apoſtolicos factum & in ſcriptis redactum oſtendiſſent; ſolicitudine quoque & vigilia ingenti, primum quidem ſummum Pontificem Innocentium IV, deinde ſingulos Cardinalium, præcipue tamen *g* Joannum Cajetanum B tituli S. Nicolai in carcere Tulliano Diaconum Cardinalem, cauſæ prædictæ Commiſſarium ad videndum dicta examina teſtium ſpecialiter deputatum, de conſummando canonizationis munere frequentius obeundo vexarent; nonnullis tamen Cardinalibus, propter vetuſtatem & longinquitatem temporis, de veritate tam martyrii quam miraculorum hæſitantibus, majoraque & lucidiora experimenta ſanctitatis B. Staniſlai depoſcentibus; nuntii in Poloniam redire juſſi, nova mandata Apoſtolica Commiſſariis prioribus Apoſtolicis afferebant: quibus mandabatur ut ſcrupuloſius vitam, genus, ordinem & cauſam martyrii, prodigia, ſanctitatem & meritum beatiſſimi Staniſlai, & ab iis quos jam examinaverant & ab aliis inveſtigarent, ac per nova ſcripta & teſtimonia Sedem facerent Apoſtolicam de ſingulis certiorem. Ea difficultas utrum conſulto ingeſta fuerit, ut veritas de ſanctitate Martyris, pateſceret ad liquidum; an ut ſolet Romano induſtria, ad res aliquas honeſtius repellendas difficultates injicere, huic quoque difficultatem præfatam injecerit, incertum habemus.

nova legatio ad Pontificem deſtinata,

injecta mora remittitur:

5 Nihil hac dilatione vir excellens atque optimus, Prandotha Cracovienſis Epiſcopus, factus ſegnior, quæ forte alium à proſequendo deſperare coëgiſſet, ſed plenus fervore atque zelo, & priores teſtes & plures alios novos; Berkam tamen præcipue, Militem centenarium, apud Commiſſarios Apoſtolicos induxit: & altiori indagine ipſos examinari, dictaq; eorum procuravit conſcribi, & anni dimidium in conficiendo hujuſmodi examinationis negotio, ſingula per ſe curans & adiens, abſumpſit. Triplicato examine ſuper vita, cauſa, & ordine martyrii, & magnificis & famoſis miraculis, aliiſq; omnibus, quæ ad conſummationem canonizationis viri beatiſſimi Staniſlai Cracovienſis Epiſcopi conducere viſa ſunt, juſte & rite expeditis; priores nuntii Magiſter Jacobus de Skarzeſchouw Decanus, & Magiſter Gerardus, qui & Goſtinimus appellabatur, Canonicus Cracovienſis, cum Fratribus Prædicatoribus & Minoribus; per Prandotham Epiſcopum & Capitulū Cracovienſe, ſumptibus qui negotio abunde ſufficerent proviſi; ad ſummum Pontificem Innocentium h IV, qui novem *h* annis apud Gallias exactis Italiam redierat, vice tertia anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo tertio proficiſcūtur Hunc cū i in Peruſiorum *i* urbe offendiſſent, novum illi de vita, martyrio & miraculis B. Staniſlai exhibent examen:

C *novo examine accuvate facto*

mittitur, an. 1253. legatio tertia

nova omnium Pontificum ac Principum Poloniæ regionis atque Eccleſiæ, ſanctitatem viri teſtantia, offerunt ſcripta; & pro illorum ampliori firmitate etiam teſtes inſignes, & qualibet exceptione majores, vivos & præſentes producunt; in quos aut per merita beatiſſimi Staniſlai collata fuêre miracula, aut qui eos quibus conferebantur viderant & noverant à pluribus languoribus illos detinentibus bonæ valetudini reſtitutos. In quorum depoſitionibus clariſſime conſtabat, quam Sanctus Dei multis clauſtra linguarum invocatus aperuit, & poſt horrificum vocis inarticulatæ mugitum, vinculo nodatæ linguæ diſrupto, ex ore obſerato ſenſibilis & rectus ſermo proceſſit; quod cœcus recepit lumen; & quod quas violentus dolor, nube craſſi humoris obſcurans, ex orbium ſede rapuerat luciferas gemmas, orbibus integravit: quod multos morte ſtratos ad vitam reſtituit, quod lepræ maculam à pluribus depulit, quod epilepticis, paralyticatis, & contractis plenam valitudinem contulit; cui elementa videbantur famulata: ad cujus invocationem frequenter incendium reſtinctum eſt, pelagus & undarum ſtridor, aërearum quoque poteſtatum fragor quievit: ad cujus juſſionem inferus militem Petrum, quem triennio captivum detinuerat, ſolvit.

AUCT. IO. LONGINO *cum teſtibus miraculorum:*

E

6 Jam plures dies nuntii Cracovienſes, ſolicitando quæ in rem viderant neceſſaria, exegerant: jam illis ſpes optima de negotii expeditione à Papa & Cardinalibus promiſſa affulſerat; & veluti omnibus difficultatibus ac impedimento cum obſtaculis defuncti & laborum ſuorum fructum glorioſum propediem, de quo illos Joannes Cajetanus Cardinalis Cōmiſſarius certiores fecerat, percepturi, felicem exitum negotii, læti atque alacres operiebatur; cum ſubito, eodem Joanne Cajetano Cardinali referente, audiunt rem claram & certam nullaq; fuſcam caligine (de quo Cardinalis ipſe ſtomachans grandi commovebatur admiratione) ad ambiguum & infectum recidiſſe, Reginaldo *k* Epiſcopo & Cardinali Oſtienſi; qui [poſtmodum] Innocentio IV aſſumpto in Cathedram ſuccedens, Alexander vocitabatur, viro magnæ gravitatis & prudentiæ, cui & reliquus Patrum conſcriptorum cœtus, auctoritatem illius non proprium judiciū ſecutus, aſſentiebatur, canonizationi viri Dei Staniſlai, propter diuturnitatem & moram temporis à die martyrii ſui effluxi, perſeveranter obſiſtente: & indignum atq; incredibile aſtruente, ut claritas tam illuſtris martyrii & tam inſignis ſanctitatis, ſi vera & non ſimulata exiſteret, tanto tempore Sedem Apoſtolicam & univerſalem Eccleſiam latuiſſet. Commiſſarium itaque ſuum Joannem Cajetanum Cardinalem nuntiis Cracovienſis Eccleſiæ, magna turbatione & anxietate perculſis, quid facto opus foret, conſultantibus; inſpiratus ipſe & indignitate repulſæ permotus, licet ut poſtea referre ſolebat fortuito ſe loqui credens, reſpondit, non argumento humani teſtimonii, ſed adſtipulatione divinæ virtutis rem indigere. Quapropter neceſſe, inquit, habet Sanctus veſter Staniſlaus, poſt tot quæ eum egiſſe compertum eſt prodigia, unum finale, ſi canonizationem ſuam perfici velit, operari miraculum, ut diſcordes in unam & conformem ſententiam impellat. Sic etenim qui obſiſtunt Domini, ſi novo & prodigioſo ſigno (cum ſingula alia, quaſi vetuſtate abſoleviſſent, in dubium revocēt) ad conſenſum poterunt induci. Ita Athletæ glorioſiſſimo Staniſlao, qui pro fide, pro religione, pro veritate quam maximis viribus & infinitis ſudoribus certaverat, qui innumeras plagas cæſus atque mactatus pertulerat; qui vitam ſuam totam virtutibus dēvoverat; quique vitam ſuam fortibus factis & ſanctis ac ſtupendis prodigiis condecorarat, juſtiſſima canonizatio injuſte & indigne negabatur: quamvis &

& res quæ jam perfecta credebatur

k *per Reginaldum Cardinalē*

F *retardatur;*

novo miraculo requiritur.

AUCT. IO. LONGINO

vitæ ſanctitas, & martyrii veritas, & prodigiorum multiplicitas efficaciſſimum præſtruerent ordinem ſanctitati. Quid agerent nuntii Cracovienſis Eccleſiæ & Procuratores negotii electi Dei Staniſlai? quo gradum verterent, quem Patronum adirent, cujus ſuffragia implorarent; ſingulis quodammodo per ſententiam Reginaldi Cardinalis, à tam ſolenni probationum genere, in ambiguitatem averſis? Quid inſuper ad conſummationem operis adderent, quo ſummus Pontifex & Cardinales moveri in canonizationem ſancti Dei poſſent?

quod in ipſomet moribundo

7 Reſtabat unum, & deſeri ſe à Chriſto & beatiſſimo Martyre ſuo Staniſlao, pro illius Eccleſia & veritate paſſo, non poſſe tenaciſſime confiderent: qui ideo Martyris ſui glorioſi Staniſlai canonizationis gloriam indifficultari permiſit, ut eam illuſtriorem novis prodigiis declaratam efficeret. Negotio itaque canonizationis viri Dei Staniſlai languidato, & ab omni ſpe & cura dilapſo; dum ſoli Cracovienſis Eccleſiæ nuntii, ſupplicationibus & obſecrationibus nocte atque interdiu ad Deum intenti, à fide non excidiſſent; ſola Divinitas rei ab omnibus deſertæ curam ſibi fuiſſe moniſtravit. Reginaldus Cardinalis, Oſtienſis Epiſcopus prædictus, canonizationis ſancti & electi Dei Staniſlai præcipuus hoſtis & adverſarius; cujus etiam ſententiam & conſilium, propter notam hominis in utraque ſcientia ſolertiam & probitatem, Papa Innocentius amplectebatur, gravi adeo morbo correptus eſt, ut tam ſuo quam phyſicorum judicio prope horam æſtimaretur moriturus. In quo cum dies aliquot laboraſſet, vigilanti illi & in camera privata ſolitario conſiſtenti, beatiſſimus vir Staniſlaus, in Pontificali amictu, cum magno claritatis fulgore, apparuit; & in grabato jacenti, de viſioneque & ignotæ perſonæ inſolito fulgore ſtupenti, vir Dei Staniſlaus ait: Agnoſciſne me? Qui tremens ac ſtupens, & verba vix formans, Non agnoſco, reſpondit. Quæſo tamen quis ſis, qui cum tanta luce, clauſis etiam januis, cubile meum intraveris, edicas. Cui ille: Ego ſum, ait, Staniſlaus Cracovienſis Epiſcopus, pro nomine Jeſu Chriſti ejuſque etiam veritate & religione glorioſo martyrio à Boleſlao Polonorum Rege damnatus: cui tu te adverſarium, non recte de vita, martyrio, & prodigiis propitia divinitate à me patratis ſentiendo, conſtituiſti. Ad quem Reginaldus Cardinalis, ſpiritu reſumpto, Ignoſce ait, mihi & ignorantiæ meæ, Præſul ſanctiſſime, veniamque præſtare velis meo errori: fortiorem promotorem tuæ canonizationis, quam impeditorem pertuleras, habiturus. Cui vir Dei Staniſlaus: Ut me, inquit, in conſpectu Dei & Sanctorũ glorificationem & ſanctificationem martyrio, quod excepi, conſecutum eſſe agnoſcas, ab ægritudinis tuæ qua detineris grabato, illico valens & incolumis conſurge. Cave quoque ne meæ canonizationi de cetero adverſeris, quam non in meam amplitudinem & gloriam tantummodo, qua ego jam in videndo Deum pleniſſime perfruor; ſed in omnium fidelium ſalutem, conſolationem & profectum divina decrevit conſummare clementia. Reginaldo Cardinali omnia quæ jubebantur obedienter ſe expleturum pollicente, viſio diſparuit.

B

C

& poſt increpationem famato factum,

cum ab eo diviciſſet Pontifex

8 Hic accerſitis familiaribus, ſterni ſibi equum, quo ad palatium Papale vehatur, imperavit: familiares vero, etſi Dominum ſuum primum delirare credidiſſent eo tamen ſine adjutore & conſurgente de grabato & in equum conſcendente, in magnam & ipſi extaſim de ſubita Domini ſui convaleſcentia verſi, illum uſq; in Papale palatium jocundi comitantur. Papa deniq; Innocentius adventaſſe Cardinalem Reginaldum, & incolumem fore, quem animum exhalaſſe jam crediderat, intelligens; alacris illum excipit, & ſuæ congratulatur incolumitati. Papæ denique Innocentio ordinem & modum tam ſubitæ curationis à Cardinali percunctanti, reſpondit Cardinalis Reginaldus. Beatiſſimus inquit, martyr Dei Staniſlaus, Cracovienſis Epiſcopus, cujus canonizationis apud tuã Sanctitatem fui impeditor, hac eadem hora mihi cum claritate vix ferenda apparuit; & ignorantiæ meæ facinore benigne correpto, etiam mihi, in evidentiſſimum ſuæ ſanctitatis ſignum, ſanitatem, qua me, ex homine paullo ante infirmo & ad mortẽ judicato, pollere vides, reſtituit, & beneficium pro injuria rependit; interminatus etiam ultionem, ſi illius canonizationi deinceps reſtitero. Scelere itaque ignorantiæ meæ apud te recognito, & in viri beatiſſimi Staniſlai canonizationem pronus, & pro illius acceleratione ſupplex ad pedes tuos, ne diutius illam differas, procumbo, interceſſionem etiam ſuam prolapſu in terram teſtando. Effectus autem hujus miraculi, quaſlibet relationes & prodigia, quæ ſuperius in auribus ſummi Pontificis & Patrum conſcriptorum recitabantur, præponderans, & quantalibet depoſitione ſolennior atque liquidior, ambigua & nutantia Cardinalium & ceterorum Prælatorum, Curiam Apoſtolicam ſequentium, pectora, ad interpellandum pro viri Sancti Dei Staniſlai canonizatione accendit.

D

E

9 Quamprimum ſiquidem id miraculum *l* in Peruſinorum urbe, gravido & celebri ſermone vulgatum eſſet, & omnium mentes atque pectora, Polonorum præcipue & nuntiorum Cracovienſis Eccleſiæ, canonizationem Sancti Dei ſolicitantium, admiratione inæſtimabili & gaudio immenſo forent perculſa; omnes virum Dei Staniſlaum certatim canonizatione digniſſimum depromebant. Sed & Papa Innocentius cœtuſque Cardinalium, prodigio quod in Reginaldo Cardinali contigerat permoti, omnibus impedimentis, quæ tam diabolicis quam humanis interponebantur commentis, penitus circumſcriptis & quaſi quodam ſole ſiccatis; nihil ultra cunctandum rati, virum Dei Staniſlaum, in ſua ſanctitate glorioſum & magnificum, canonizandum decernunt: diem quoque nativitatis Dominæ noſtræ Virginis benedictæ Mariæ, quæ tempori quo ea agebantur extabat *m* vicinior, in Aſſiſiorum eccleſia, & in civitate, qua vir Seraphicus Franciſcus corporaliter requieſcit, (illuc enim Papa Innocentius venturum ſe firmaverat) conſtituunt. Ita verbum Joannis Cajetani Cardinalis, ad nuntios Cracovienſis Eccleſiæ fortuito prolatum, in effectum notatum eſt prodiiſſe. Voluit reor, non fortuna, ſed providentia divina, eam ipſam quæ ingeſta fuerat difficultatem, ſed & tanti temporis quod effluxerat tarditatem atque moram, non impedimentum fore muneris, ex canonizatione Sancti Dei proventuri; ſed probationem & documentum certioris atque liquidioris ſuæ glorificationis. Verificari autem & defendi eam rem par eſt, quam ſcribo (ſi quis forte illam phantaſticam aut commentitiam putet) per originalem litteram, à prædicto Joanne Cajetano Cardinali, Prandothæ Epiſcopo & Capitulo Cracovienſi in pergameno ſcriptam, per nos frequentius viſam & contrectatam, in ſcriniis Cracovienſis Eccleſiæ repoſitam: cujus tale extat exemplar.

1

decernit Canonizationem in Nativitate B. Mariæ,

m *in eccleſia S. Franciſci Aſſiſii celebrandam.*

F

Epiſtola ad Epiſcopum Cracov. gratulantis ei de tali Martyre,

10 Venerabili in Chriſto Patri & amico cariſſimo, Epiſcopo Cracovienſi & ejuſdem Eccleſiæ Capitulo, Frater Joannes, miſeratione divina tituli S. Laurentii in Lucina Preſbyter Cardinalis, Salutem & & Polonorum Regem glorioſo laudum venerari præconio, qui finitivum gregem ovilis Dominici de inſigni decoravit Martyre Staniſlao. O jucundum

A cundum divinæ pietatis judicium, quod Boleſlius vincendo vincitur, dum ex ejus crudeli miniſterio Protomartyr Polonis egregius mirifice miniſtratur: gratuletur Cracovia ſe tantis prodigiorum feliciter illuſtratam ſplendoribus, & ita coruſcantibus inſignitam undiq, miraculis, quorum multitudinis ſufficiens eſt acervus. Lætetur eccleſia cathedralis, cui juſtus titulus & bona fides glebam Sancti pretioſam totaliter appropriavit, cum præſcriptione longi temporis: ex cujus felici præſentia non ſolum accreſcit loco ſanctitas, ſed ex crebra populi confluentia famæ fœcunditas & honoris. Gaudete vos & exultate ſpecialiter, qui quadriennio jam elapſo pro tanti Patris canonizatione totis viribus laboraſtis, ut adſcriberetur Sanctorũ catalogo, conſtituendo procuratorem ad hoc Eccleſiæ veſtræ Præpoſitum, virum oculatæ diſcretionis & omni circumſpectione providum: qui conſtanter laboravit, fideliter in curia proſequens negotium niſu toto. Sed quot afflictionibus & anguſtiis affectus extiterit in ipſa proſecutione cum collega ſibi deputato, non eſt nobis facultas præſentibus exprimere: quoniam lingua deficeret, nec ſufficeret calamus, nec inventor algoriſmi cum ſuis radicum extractionibus, adverſitates quas paſſi ſunt poſſit efficaciter exarare. Nam ſi liceret obviantium negoB tia, per acutos obices & dentatas objectiones, ſeriatim per ordinem, prout ſe habet veritas, diſtinguendo deſcribere; vix haberetur numerus, in millenario tantas difficultates audientium, qui præmonſtruoſis rerum proplexitatibus vellet fiduciam narratibus adhibere: frequenter enim contigit quod [quando] conſummandum vel quaſi conjecturis probabilibus æſtimabatur negotium, ex tunc ex abrupto ſupervenit tempeſtas impeditiva proceſſus habiti, quæ de facto conſumpſit, quod ratio prædixerat conſummatum. Sic Saturni motus experti ſunt per effectum, qui planeta dicitur malevolus, procedens & recedens ordine retrogrado. Et ſic longanimiter exercuerunt Curiæ ſtudia, quod multum profecti ſunt & parum profecerunt infra triennium, non habente bravium curſu ſuo.

& ſuperãtur difficultates

11 Tandem vero cum rediiſſet Frater Jacobus Legatus fidelis, & negotii firma ſanitas, vix obtenta ab eo fuiſſet ad referendum particulari audientia (quamvis ipſe vidiſſet juratos & examinaſſet inquiſitores primarios, qui proceſſerant in omnibus fide bona) nos finaliter ſtupefacti de tanta congerie probationum non admiſſa. Præpoſito procuratori diximus quaſi parabolice; Neceſſarium habet Sanctus veſter C unum finaliter operari miraculum, quod diſcordantes in miraculis mirabiliter faciat concordare. Et factum eſt, quod ubi morbus gravior, ibi ſalus eſt ſuborta propinquior; & ſubito, prius diſcordes, converſi ſunt unanimiter ad concorditatem concordiæ, decernentes uniformiter talem virum canonizatione digniſſimum; & per ea quæ fecit miracula, quorum extat luculenta probatio, veraciter eſſe Sanctum. Sane præfatum procuratorem & collegam ipſius, pro ſua multiplici diligentia, veſtræ dilectioni recommendamus multipliciter: nam noſtra intereſt quod honorentur, qui nobis aſtiterunt in agone certaminis; & quod tractentur per nos tamquam bene meriti, & ſaltem pro noſtro nomine reverentur. Quidquid enim honoris, favoris vel gratiæ dictis amicis noſtris, tum pro ſua probitate, tum pro noſtro precamine, per vos exhibitum, nobis impenſum eſſe generaliter æſtimabimus: & ad eccleſiæ veſtræ defenſionem & conſervationem in ſuis juribus noſtram vobis exilem potentiam ad diligentem ipſorum inſtantiam liberaliter præſentabimus. Valete in Domino Jeſu Chriſto.

ANNOTATA. AUCT. IO. LONGINO

a *Is eſt* Fulco *ſeu* Pelea *qui* 19 *Epiſcopus fuit ab anno circiter* 1230 *ad annum* 1258.

b *Appellebatur hic* Thomas, 21 *Epiſcopus Wratiſlavienſis, & præfuit ab anno* 1232 *ad annum* 1267.

c Lubenſe *Ordinis Ciſtercienſis in Sileſia ad Oderam cœnobium, cujus Abbas hactenus ſolet eſſe Vicarius & Viſitator generalis.*

Lucæ Waddingo ad annum 1252 *num.* 29 *appellatur* Jacobus Velletrenſis, *ſeu* Veliternus; *quem ad illud officium promotum arbitramur à Cardinale Reginaldo Epiſcopo Oſtienſi & Veliterno ſeu Velletrenſi.*

e *Imo tertia vice & ultima, ut ſupra in prævio Commentario oſtenſum.*

f *Manifeſtum hunc errorem arguunt paulo ante citatæ litteræ Peruſii datæ: non enim niſi ſemel conventus à Polono in Gallia Pontifex eſt, quando prima vice venerunt ad Curiam propoſituri cauſam.*

g Joannes Cajetanus Urſinus, *creatus Cardinalis anno* 1244, *poſtea anno* 1277 *in Pontificem Romanum electus, ei* Nicolaus tertius *appellatus deceßit apoplexia anno* 1288. *Ceterum Cajetano data Commißio eamque ſecuta ſuſpenſio cauſæ præceſſit miſſionem Fr. Iacobi in Poloniam, ut ſupra probavimus,* E

h *Sex annis & quatuor menſibus non integris in Gallia fuiſſe Pontificem ex dictis liquet: nam Paſcha anni* 1251, *quo rediit cadebat in* 16 *Aprilis.*

i *Manſit ille Peruſii, ex quo redierat in Italiam ultra* XVI *kalend. Martii, quando ibidem invenitur ſignaſſe Breve, pro Abbatiſſa Clariſſarum Interamnenſium.*

k Reginaldus Epiſcopus Oſtienſis & *Veliternus, creatus eſt Cardinalis anno* 1227, *dein Pontifex anno* 1254, 25 *Decembris &* Alexander quartus *dictus, obiit anno* 1261.

l *Meminerant morbi Reginaldi & apparitionis S. Staniſlai, Bzovius in Annalibus ad hunc ann.* 1253. *num.* 1, *Cromerus lib.* 9 *& Matthias de Michovia.*

m *Si Peruſii factum miraculum ut ſupponitur, ibi quoque decreta canonizatio dici debet. Dies autem* 8 *Septembris, quando colitur Nativitas B. Mariæ non eſt electus, quia propinquior (cum Pontifex Peruſio Aſiſium diſceſſerit forſitan menſe Aprili, ſaltem menſe Majo, ut Brevia ibi ſignata probant) ſed quia remotior: mora enim temporis neceſſaria erat ad ſumptus apparatui neceſſarios è Polonia petendos, vel ſaltem ad ipſum apparatum faciendum.*

CAPUT II. F

Solennis Staniſlai Canonizatio: de hac Epiſtolæ Innocentii IV Papæ.

Ipſo Canonizationis die ad S. Franciſcum celebrans Papa

12 NAtali Dominæ noſtræ excellentiſſimæ Virginis Mariæ adveniente, Summus Pontifex Innocentius IV, cum collegio Cardinalium & multitudine Prælatorum ex diverſis provinciis & regnis, in baſilicã S. Franciſci in Aſſiſio, ex palatio Apoſtolico, canonizationem beati viri Staniſlai Cracovienſis Epiſcopi expleturus, deſcendit; illamque multitudine plebis, quæ futura viri Dei Staniſlai canonizatione vulgata pene ex omni Italia confluxerat, refertam reperit. Quo in eccleſia præfata rem divinam ſolenniter peragente, pietas Agni cæleſtis ipſi ſummo Pontifici Innocentio, quanti meriti Sanctus canonizandus apud ſe foret, innotuit. Adoleſcens enim quidam ex Aſſiſio Joannes, in ipſo Canonizationis articulo, ad eccleſiã S. Franciſci à parẽtibus fratribus & neceſſariis, magno ejulatu mortẽ immaturam deplorantibus, inferebatur, aut tumulandus aut meritis Sancti canonizãdi vivificandus. Propinquis itaque parentibus & cognatis

eoque mortuum inferri viden

pro

AUCT. IO. LONGINO *eum ſuſcitari petit & impetrat,*

pro ejus reſuſcitatione obſecrationes & voces aſſiduas emittentibus; Innocentius Papa, ante altare cui inſiſtebat proſtratus, fudit orationem ſuam in hæc verba: O clementiſſime Domine, ſi ea quæ de viro beatiſſimo Staniſlao, Cracovienſi Pontifice, Martyre tuo, in noſtro conſpectu enarrata ſunt, veritate, quemadmodum humana habet credulitas, nituntur; declara quæſo hodie novum Sanctum à me canonizandũ novo ſigno: & per reſuſcitationem præſentis mortui ſanctitatem ipſius, in conſpectu populi aſtantis, magnifica & illuſtra. Vix Pontifex ſummus orandi finem fecerat: a & defunctus nuntiatur *a* ad vitam rediiſſe.

13 Tunc itaq; omnibus & ſtupentibus & gaudentibus, ardenteſq; cereos & luminaria accenſa, ut eccleſiã continenti incendio arſiſſe putares, geſtantibus, ſummus Pontifex Miſſarum ſolennia proſequitur. Quibus expletis ſermone in longum de vita, martyrio & miraculis beatiſſimi Staniſlai pronuntiato, cathedram eminentiorem ſummus Pontifex conſcendens, beatiſſimũ Martyrem Staniſlaum & glorioſum Cracovienſẽ Antiſtitẽ canonizat, & Sanctum in conſpectu Dei & hominum denuntians Sanctorum aſcribit tam numero quam catalogo: b mandans *b* feſtum ejus & natalis ſui diem octavo idus Maji, quo die felici cruore conſummatus eſt, ab univerſa Catholica Eccleſia, inter præclaras Martyrum feſtivitates, ſolenniter & cum debita veneratione quotannis celebrari; decernens diem illum, omnibus Regibus, Pontificibus, Principibus, optimatibus, nobilibus, ordinibus, dignitatibus, & univerſorum Polonorum generi fore ſolennem & feſtivum. Præſentibus autem omnibus annum unum & dies quadraginta de indulgentiarum theſauro largitus eſt. Oratione inſuper de præfato Staniſlao tangens in ea ipſius ſanctitatis glorioſa merita, edidit, & per ſe publice pronuntiavit, quæ incipit: c Populum tuum quæ ſumus Domine intercedente B. Staniſlao.

Sanctum & declarat Staniſlaum

B

c

quo tempore vexillum imagine ejus inſignitum apparet.

14 Non deſtitit denique omnipotentis Dei providentia, dum canonizationis perageretur opus, mirificare dilectum ſuum Staniſlaum beatiſſimum. Nam in ipſo canonizationis & pronuntiationis ſuæ articulo, Innocentio Papa conſiſtente adhuc in cathedra, vexillũ de rubro colore & puniceo contextum, Pontificalẽ perſonam habens pro inſigni, in alto pendens, Angelico geſtatum miniſterio, d apparuit; à pluribus Chriſti fidelibus, quibus id clementia divina revelare voluit, non ſine admiratione conſpectum, rubro colore ſanguinis effuſionem ſignificans, & Pontificali perſona beatiſſimum Staniſlaum apertiſſime figurans. Fabricata inſuper eſt, & in beatiſſimi Staniſlai decus & gloriam, & in illius canonizationis reminiſcentiam perennem, in latere & intra eccleſiam S. Franciſci, in editiori loco, pendicularis *e* capella, à nobis aliquoties frequentata atq; viſa, in qua ſuum glorioſum martyrium extat deſculptum. Omnibus autem rite perfectis, cantico Te Deum laudamus à ſummo Pontifice inchoato, & à Clero univerſo ad finem expleto, facta eſt & generalis candelarum in homines utriuſq; ſexus qui convenerant diſtributio *f*, adeo liberalis & prodiga, ut illius modi liberalitatẽ ſinguli teſtarẽtur ſe nullo unquam tempore vidiſſe, ſed nec ab ætate defluxa audiſſe. In hunc modum vere beatiſſimus Polonorum Patronus & Cracovienſis Antiſtes, qui ſeptuaginta quinq; & centum annis abſq; canonizationis honore delituerat, non tã ſummi Pontificis & univerſalis Eccleſiæ judicio, quam cæleſti demonſtratione & ſigno, inter ſanctas animas & divinitatis participes tranſlatus eſt: in hunc modum inter celſiſſima ſidera, in firmamento cæleſti lucentia, annumeratus: in hunc modum inter homines divinos relatus: in quorum omnium evidentiam pleniorem, etiam canonizationis litterarum, quas Cracovienſis retinet eccleſia, exemplar, quod eſt tale, inſeruimus.

illi capella ſtruitur,

C

e

& cum diſtributione candelarũ finitur ceremonia.

f

15 Innocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopo Gneznenſi & ejus Suffraganeis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Olim à Gentilium oculis tenebrarum deterſa caligine, & ab eorum cordibus infidelitatis gelidæ hieme ſecedente, vernalis ex eo ſucceſſit amœnitas, redolentium florum venuſtate decora, quod Eccleſiæ prius deſertæ ac ſterili filii, devotione præcipui, vallo quoque conſtantiæ præmuniti, naſcuntur: qui ut flores primævi & diffuſam ſpirant ſuavitatem odoris, & uberioris per Dei gratiam fructum ſibi proferunt honeſtatis: ſicque filiorum ſibi multitudine proveniente innumera, ſuique tentorii loco à mari uſque ad mare dilatato, infra ipſius invaluit terminos vox turturis, gemitus ac doloris, dum ſæva muteſcens crudelitas tyrannorum, idolis exterminio traditis, ad lamenta pœnitentiæ, ſuffragante illo cujus ſtupenda ſunt opera, mirifice ſe convertit. Gaudeat itaq; ob hoc ipſa Eccleſia, quod probroſæ detrimenta ſterilitatis abjiciens, ſalubris incrementa fertilitatis ſuſcepit; ac nuptiali fœdere nunc illi gratioſa conjungitur, à quo priuſquam eſſet aſſumpta de Gentibus invenerat ſe deſertam. Lætetur igitur, & æmulæ ſuæ, de terreſtri etiam ejectæ Hieruſalem, Synagogæ videlicet, dudum ſibi hujuſmodi ſterilitatis incommoda impingenti, ſecura reſpondeat, quod jam ſuæ prolis fœcunditate cæleſtis muri Hieruſalem cicatrix obducitur; & quæ antiqui habitatores vacua domicilia reliquerunt, ipſa ſuæ univerſitatis illuſtrabit præſentia, felici poſtmodum perfectione ſui atque integritate gaudens. Porro ne hujuſmodi exuberante lætitia quiſpiam in valle miſeriæ, morientium terra, requiem poſſet ſibi polliceri continuam, cujus vita eſt adverſus inimicorum ingruentia bella, exterorum caſtra, militia ſuper terram; ac ne prædicta Eccleſia, quæ mater eſt cunctorum fidelium, maternæ conditionis expers exiſteret; ſi ſolitas, præſertim in partu quorundam filiorum ſuorum, matrum parientium moleſtias non ſubiret: interdum inſtauretur quodammodo ſibi adverſitas opportuna.

D

Papa deinde per epiſtolam ad Gneznenſẽ Archiep.

lætitiam Eccleſiæ de filiorum copia.

E

dolori permixtã eſſe

16 Sicut in paſſione piæ memoriæ B. Staniſlai Cracovienſis Epiſcopi, cujus meritis præfata refulget Eccleſia, patuit evidenter. Cum enim idem in ſortem Pontificalis miniſterii digne vocatus à Domino, ſuper gregis ſibi commiſſi cuſtodiam prudenter vigilaret; hoſtium ſagaciter exploravit inſidias, malignantium anticipavit conſilia; æmulique noſtri deprehendens laqueos, ipſius caute retiacula diſſolvebat. Hic nempe pro ſuis ovibus cor ſuum tradiderat ad vigilandum diluculo, ut ſi quem gravi forte deprehenderet tentatione concuſſum, mox ubere conſolationis adhibito eum erigeret deſolatum; & quem in bono proficientem adverteret, eum gratulationis ubere protinus confortaret, ut non minus per hoc deficientibus quam proficientibus ſubditis, ſe claris indiciis oſtenderet eſſe matrem. Verum cum non ſine internæ mentis anguſtia Regem Polonorum, nomine Boleſlaum, in tantis horrendis voluptatibus ſubjici, carnis quoque nefandis illicebris cerneret enervari; ut in paſſiones ignominiæ traditus, & inhumanis contumeliis afficiens corpus ſuum, mulierum mamillis, avulſis propriis exinde liberis, catulos apponeret miſerabiliter educandos; ne execrandam fovere malitiam & iniquitati ejuſdem Regis videretur, præfatus Pontifex per diſſimulationem favere, poſtquam ipſum à præmiſſis flagitiis ſedula & paterna correctione revocare non potuit, in ipſum conſulte medicinalem Petri gladium exeruit, in ſpiritu lenitatis ſperans; ut percuſſus dolens, ad percutientem ſe in humilitate rediret, Dominum exercituum ſuppli-

F

oſtenſus in S. Staniſlao

qui Epiſcopatum optime adminiſtrans

à Rege in corrigibili ideoque excommunicato

A ſuppliciter requirendo. Sed ipſe indurato corde medicinam exhorrens, & increpationem abominans diſciplinæ, imo malleum velut ſtipulam reputans, non ſolum nulla pœnitudine ſe correxit, verum etiam ad peiora in ſuæ damnationis cumulum provocatus, juxta aram, non ordini, non loco, nec tempori deferens, juſſit Pontificalibus indutum Antiſtitem per ſuos ſatellites diris corporis cruciatibus deputari: ſed quotiens ipſi in eum irruere tentant, totiens compuncti, totiens manſuefcunt, proſtrati. *crudeliter occiſus consiſuſque,* Et tunc idem Rex, ſuæ inſerviens impetuoſus tyrannidi, manus in eum convertit ſacrilegas: ſponſum è gremio ſponſæ, paſtorem abſtrahit de ovili, patrem inter filiæ amplexus, & filium in viſceribus pene obtruncavit maternis; faciens irritatus atrocitate ferali, ipſius, proh dolor! corpus inhumaniter in fruſtra concidi, velut ſingulis membrorum partibus pœnæ inflictio deberetur.

à Deo illuſtratus, miraculoſa cõſervatione corporis 17 Sed ille, apud quem patientia pauperum non peribit in finem, non ſolum rutilantibus hujuſmodi ſacratiſſimi corporis partes ſplendoribus illuſtravit; verum etiam ipſum, nullo in eo cicatricis apparente veſtigio, integritati reſtituens, aquilarum ſuarum præſidio, miraculoſe à ferarum morſibus præſervavit. B Guſtato denique ob zelum juſtitiæ calice acerrimæ paſſionis, cum ab eodem tyranno totaliter putaretur conſumptus, ecce ut lucifer oritur, & quaſi meridionalis fulgor in firmamento conſurgit: propter quod ejus faciem in ſuis neceſſitatibus nonnulli devotiſſime deprecantur. Ipſe quidem deboſſus, ſecurus dormit, requieſcit, & non eſt qui ipſum jam exterreat. (Nec mirum quia civitatem illam honoris & gloriæ coronæ inſignitus inhabitat, ubi eſt manſio ſecura, populus ſine murmure, ac patria totum id continens quod delectat) Verum ne militans Eccleſia de tali & tanto Patrono; ſic atrociter ſibi ſubtracto, inconſolabiliter quaſi gemitus ſingultuoſos emitteret, ſi beneficiorum ipſius affluentia eam non contingeret, ſæpius delectabiliter irrigari; ecce glorioſus in Sanctis ſuis Dominus, *frequentibuſque miraculis* volens ejuſdem Patris plenitudinem gloriæ indiciis exprimere manifeſtis, & præſtolanti Eccleſiæ grata conferre ſuper hoc recreationis remedia, tot & tantis fecit ipſum famoſis miraculis coruſcare: de quibus facta nobis & Fratribus noſtris, prout debuit, per teſtes idoneos plena fides exſtitit. Qui ejus inter Sanctos ceteros implorare ſubſidium, reputavimus merito non indignum: nam mortuis vita, lumen cæcis, auditus ſurdis, verbum mutis, claudis greſſus, epilepticis cerebri robur, & dæmoniacis, C immundis ab eis ejectis ſpiritibus, corporum requies ad ejus invocationem nominis, cæleſti dextra ſubito conferuntur: propter quod ne hujuſmodi rutilantem lucernam ſub modio periculoſe abſcondi contingeret: quam idem Dominus tot mirificis ſignis recte diſpoſuit ſuper Eccleſiæ candelabrum honorifice collocari, præſertim cum ex hoc ignorantium Deum propellantur tenebræ, confundatur perverſorum hæreticorum dogma, & fidelium beata credulitas augeatur: eorumdem Fratrum nec non *Sanctorum catalogo adſcribi meruit,* Prælatorum tunc apud Sedem Apoſtolicam exiſtentium communicato conſilio, prædictum B. Staniſlaum Epiſcopum digne Sanctorũ catalogo duximus adſcribendum. Quocirca univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus octavo Idus Maji, die videlicet quo mortis abſolutus vinculo, victurus perenniter ad fontem ſupernæ prodiit voluptatis; feſtum ejuſdem, prout miranda ipſius meritorum magnitudo exigit, *feſto annuo honorandus* celebretis & faciatis ſolenniter celebrari: ut id vobis de theſauris cæleſtibus ejus pia interceſſione proveniat, quod ipſe præſtante Domino percepiſſe dignoſcitur, & poſſidere perpetuo gloriatur. Ceterum ut univerſitati fidelium inviſibilis aulæ conſequendi delicias, ex conceſſa nobis deſuper propitiante Domino poteſtate, ſit facultas: quinimo & ut nomen exaltetur Altiſſimi, ſponte ſuam venerabilem ſepulturam fidelium procuremus acceſſibus frequentari; omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui ad dictam ſepulturam, in memorato feſto & uſque ad octavas ipſius cauſſa devotionis acceſſerint, annuatim ipſius ſuffragia petituri, de omnipotentis Dei miſericordia & BB. Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, unum annum & quadraginta dies; accedentibus vero annis ſingulis ad prædictum ſepulchrum infra ejuſdem feſti quindenam, quadraginta dies de injuncta ſibi pœnitentia miſericorditer relaxamus. Datum Aſſiſii, *dicto anno* quindecimo Kalendas Octobris, Pontificatus noſtri anno undecimo. *1253.*

AUCT. IO. LONGINO

18 Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Venerabilibus fratribus, Patriarchis, Archiepiſcopis & Epiſcopis & dilectis filiis nobilibus viris, Ducibus Poloniæ, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Archipresbyteris ac aliis Eccleſiarum Prælatis, ad quos litteræ iſtæ pervenerint, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Olim à Gentilium oculis tenebrarum deterſa caligine &c. *g* B. Staniſlaum Epiſcopum dignum Sanctorum catalogo duximus aſſcribendum. Cum itaque, etſi alibi, in veſtris præcipue partibus, præfatus B. Staniſlaus medicus ſit effectus ægrotis quam pluribus, prout eorum cauſſa languoris exegerat, pigmenta ſuavitatis & unctiones conficiens ſanitatis, velut ipſius meritis à variis curati morbis proteſtantur publice, & rei evidentia manifeſtat; nobilitatem & univerſitatem veſtram rogamus, monemus, & hortamur attente, quatenus; juxta verbum Sapientis; vos ad honorem medici ſedulis exhortationibus invitantis, ſic ipſius Sancti feſtum honorificentia debita ſtudioſius venerari curetis, quo & in proſperitatis ſtatu conſervari poſſitis incolumes; & ab imminentibus peſtibus, ſi (quod abſit) ſecundum hominem utrumque ingruerit, ejus patrocinio liberari. Datum Aſſiſii quinto decimo Kalendas Octobris, Pontificatus noſtri anno undecimo. *Eadem fere Pontifex ſcribit ad alios Polonos.*

E

8

Eccli. 38.

F

ANNOTATA.

a *Hujus mortui reſuſcitati meminerunt ſupra citati Bzovius, Cromerus & alii.*

b *Memini in ſimilibus actibus alias à me obſervatum, non eſſe mandatum abſolute intelligendum de celebratione feſti (quomodo enim id numquam eſſet reductum ad uſum extra Poloniam?) ſed de feſto ab iis qui ipſum voluerint celebrare, faciendo tali die. Vide 3 Aprilis, in Vita S. Richardi Epiſcopi Ciceſtrenſis libro 2 num. 27, bullam qua ejus Canonizationem promulgat Vrbanus IV anno 1262.*

c *Pro hac oratione uſurpat nunc Romana Eccleſia eamdem, quam pro S. Thoma Cantuarienſi, ſub unius vocula diverſitate:* Deus pro cujus Eccleſia glorioſus Pontifex Thomas; * Deus pro cujus honore glorioſus Pontifex Staniſlaus * gladiis impiorum occubuit; concede propitius ut omnes qui ejus implorant auxilium, petitionis ſuæ ſalutarem conſequantur effectum.

d *Forte eo miraculo præbitum exemplum, ejuſmodi vexillum exponendi in canonizatione novorum Sanctorum, prout hodie etiam obſervatur.*

e *De hac capella an adhuc extet interrogatus* R. P. *Fr. Maria Angeli de Aſſiſio Conventualis, olim Miniſter Provincialis in Vmbria & Guardianus ac Regens Aſſiſii, nunc vero haud procul ab eccleſia S. Mariæ Angelorum in monaſterio Rivi-torti, reſpondit: extare in templo inferiori*

AUCT. IO. LONGINO. *in pulpito oblongo ad id conſtructo, ibidemque conſpici picturas duas, quarum una Martyrium Sancti altera miraculum mortui ſuſcitati repræſentat.*

f *Vt tunc fuerit uſitata cerimonia, ejus tamen nec veſtigium vel apud ſcriptores vel in hodierno uſu invenio.*

g *Omitto quæ verbotenus eadem habentur in priori epiſtola uſque ad clauſulam.* Quo circa univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta diſtricte præcipiendo mandamus: *quæ dum alia & ſolum exhortatoria hic ponitur, apparet præceptum celebrandi feſti ad ſolam Gneſnenſem Provinciam, eique ſubjectos Epiſcopatus pertinere.*

CAPUT III.

Sacra oſſa elevantur: equus mortuus reſuſcitatur.

19 CRacovienſis Eccleſiæ Nuntiis, videlicet Magiſtro Jacobo de Skarzeſchow Decano & Gerardo Canonico Cracovienſi, cum Fratribus *a* Prædicatoribus & Minoribus, ex curia Romana redeuntibus, & litteras Canonizationis ſecum ferentibus, Cracovienſem urbem ingreſſuris, omnis plebs effuſa eſt. Prandotha quoque Cracovienſis Epiſcopus & univerſus Clerus, cum proceſſione omnium urbis Cracovienſis Eccleſiarū honorifice illos excepit. Digni prorſus quibus honos ille, velut athletis & triumphatoribus, ac longo peregrinationis labore feſſis, publicum inſuper commodum referentibus, impenderetur. Feliciſſimi certe, quibus labor ille & præmiorum fructus, in eorum dies & tempora ſervatus, obtigit: ſempiterna inſuper memoria apud Polonos digniſſimi, qui tot difficultates evicerant, tot impedimenta ſolverant, te labores paſſioneſque conculcarant.

a *Legati litteras Canonizationis adferentes, proceſſione publica excipiuntur.*

B

20 Ad levandum autem oſſa beatiſſimi Staniſlai de tumulo, ad præconizandum in Polonica Eccleſia ejus canonizationem, octavum diem Maji, quo feſtum ejuſdem à Pontifice Romano celebrari ſancitum eſt, Prandotha Epiſcopus indixit: & per univerſam Polonorum regionem vicinaſque provincias prædicari & vulgari ordinavit. Quo quidem *b* die adveniente, ex omnibus Polonorum oris, ſed & ex Hungariæ regno, tanta multitudo plebis in Cracovienſem urbem convenit, ut homines advenas urbs tanta non caperet; ſed & in campis pratiſque gregatim turbæ ſtarent. Confluxerant inſuper, ad hujuſmodi ſolennitatem elevationis oſſium Sanctorum explendam, plures ex Polonicis Sedibus, videlicet Fulko Gneſznenſis Archiepiſcopus, Opiſzo Abbas de Meſzano Apoſtolicus Nuntius, Prandotha Cracovienſis, Thomas Vratiſlavienſis, Wolmirus Wladiſlavienſis, *c* Boguſlaus Poznanienſis, *d* Andreas Plocenſis, *e* Gervardus Ruthenorum, *f* Vitus Lithuanorum Epiſcopi. Item Abbates, Præpoſiti, Decani, ceterique Prælati & Canonici, ac Eccleſiarum Parochialium Rectores, & univerſi religioſi ex Cracovienſi civitate & diœceſi & aliarum Poloniæ Eccleſiarum. Culmenſis vero, Lubucenſis & Camyenenſis Epiſcopos occupatio retraxerat. Convenerantque *g* Principes Polonorum, videlicet Boleſlaus Pudicus, Cracovienſis & Sandomirienſis Dux & Polonorum monarcha, Przemiſlaus majoris Poloniæ & Poznanienſis, Caſimirus Cuyavienſis & Lancicienſis, Semovithus Mazoviæ, & Wladiſlaus Oppolienſis Duces. Sub quorum præſentia & populi multitudine infinita, oſſa viri S. Staniſlai ex tumulo, prope portam meridionalem in eccleſia Cracovienſi exiſtente, à Pontificibus qui convenerant vino lota & levata ſunt; & populo plaudente atque vociferante, patrociniumque Sanctorum implorante, oſtenſa; ac deinde in eccleſias Cathedrales, conventuales & collegiatas, aliaſque principaliores portio illorum, capite, brachiis, pectore & aliis inſignioribus apud Cracovienſem Eccleſiam cum cineribus ſacri corporis remanentibus, diſtributa. Eccleſiæ tamen Gneſnenſi, quo & in hanc diem gloriatur, Sancti Pontificis ceſſit annulus, titulum illius & vultum præferens, rarum & venerabile inſigne.

Ad diem 8 Maji

b

ab Epiſcopis & cum Nuntio Apoſtolico,

C

c

d e

f

coram Rege & Ducibus

g

elevantur ſacra oſſa S. Staniſlai,

D

21 Ex eo autem & deinceps tempore, in omni Polonica Eccleſia & in ſingulis ejus diœceſibus, in pleriſque urbibus, oppidis, caſtris, villis atque vicis, plures numero parochiales, conventuales atque collegiatæ eccleſiæ, altaria, præbendæ in honorem, titulum atque decus beatiſſimi Staniſlai fundatæ, dotatæ & erectæ ſunt, & uſque in præſens fundantur & eriguntur. In ætate quoque, quæ noſtram paullum præceſſit, dum Lithuaniæ & Samogitiæ gentes, opera Wladiſlai *h* ſecundi Polonorum Regis ad jura Chriſtianitatis ab idololatriæ cultibus converſæ forent, Cathedralis eccleſia apud Vilnam in Lithuania *i* beatiſſimo Staniſlao dicata eſt, atque in univerſo Poloniæ regno & provinciis illi ſubjectis maximum & celeberrimum eſt Staniſlai nomen, maximuſque illi honos & cultus ab univerſis defertur.

veria templa & altaria ad ejus honorem eriguntur:

h

& Cathedralis Vilna.

i

E

22 Populis diverſarum regionum, linguarum atque nationum utriuſque ſexus ad celebritates natalitii B. Staniſlai (quoniam longe lateque poſteaquam canonizatus, ſanctitatis ſuæ vulgata fuerat ſublimitas, celebriſque apud univerſos habebatur) in Cracoviam pergentibus, frequenti concurſu nomen & tumulum honoraturis; contigit inter alios Stephanum de Hungaria, virum urbanum, qui ſingulari fide, devotione ac religione in Sanctum Dei Staniſlaum ferebatur, cum conjuge & tenellis pueris omnique domus ſuæ familia, ad limina ejuſdem beati Martyris proficiſci, quadriga & equo uno imbellem puerorum ætatem, farcinas quoque & victualia ceteraque ſubvehentem: quam Stephanus ipſe pedeſtri itinere cum conjuge, expeditus ipſe & liber, præcedebat. Quo in alpibus qui Poloniam à Pannoniis diſterminant conſituto, & jam fines Polonicos contingente, equus *k* quadrigam vehens, in terram prolapſus, ſubita morte eſt extinctus: quem auriga ejus decoriavit, & pelle humeris ſuper impoſita velocius quo poterat herum ſuum ſequebatur. Quo conſecuto (fatigatus enim ex itinere Stephanus, quadrigam opperiendo, cum conjuge juxta viam reſidebat) dum equum extinctum & quadrigam à ſe apud alpes relictam nuntiaſſet, gravis turbatio atque mœror hominem inceſſit, non tam quod damnum perceperit, quam quia pignora & farcinas cum victualibus, in quem conferret locum, non inveniebat; ferre vero humeris, durum atque oneroſum judicabat. Atque in hunc modum fluctuantem vario æſtu mentis, & pluſquam ex medio itinere in penates proprios reverti diſponentem, ſagax & provida femina uxor illius, ſalubri uſa conſilio, conſolans ab inceptis ceſſare coëgit, dicens: Non erit, inquit, hoc tibi & mihi, Domine mi, ut contribulibus noſtris ad ſolennitatem beatiſſimi Staniſlai lætis animis currentibus, nos propter unius equi mortem abeamus retrorſum; & nos ipſos bono præſenti atque futuro privemus, pudorem à contribulibus habituri. Si enim alius modus deerit, ſaltem farcinis & victualibus relictis, pueros feremus in humeris; beatiſſimo Staniſlao, ſi nos fatigatum iri & ſubſiſtere contigerit, illos commendaturi. Ad bonam mentem ſermonibus conjugis ſuæ vir fidelis reductus, dum itinere reſumpto, cum pueris una ſimul & auriga, pellem equinam in palo geſtantem, pergerent, & de equi ſui ſubitâ extinctione

inter accurrentes ex Hungaria,

k

venienti patri familias,

equum, vehiculum poſt eũ trahens, mortuum nuntiatur allata ejus pelle,

F

ſed iter cœptum nihilominus proſequenti,

A tinctione sermonem in longum extraxissent; equum solivagum hinnientem & per dumeta discurrentem ex abrupto conspiciunt. Quem & per colorem & corporis dispositionem atque hinnitum mulier illico agnoscens, virum suum alloquens: Compertum, inquit, pro veritate habeo, quod is equus aut noster est, aut talis qui nostrum omnibus exprimit lineamentis. Quam Stephanus irridens, ait: Quam stulta, inquit, æstimatione deciperis, & quædam phantastica somnia meditaris, ut equum nostrum credas vivum currere, cujus nos ex mortuo cadavere detractam pellem certum est gestare; atque ad aurigam pellem indice demonstraturus aspexit. Quam cum non reperisset, quonam pellis evasisset, aurigam indagare cœpit. Tum & auriga ad baculum, quo pellem gestabat, versus, satis secum quis pellem tulisset, aut quomodo decidisset ex baculo mirabatur. Requisitus deinde à Stephano, an equum qui ad se venerat, agnosceret, satis quid responderet hæsitabat; sciens se equum, tam moribundum quam mortuum, prope alpes reliquisse, & pellem detractam ex cadavere attulisse: quo tamen pellis evanuerit aut quomodo de manibus suis delapsa sit, nulla ratione poterat suspicari. Admirationis itaque & dubitationis causa satis diu inter se certatim ventilata, ad equum (qui & ipse dominos suos, à quibus alitus fuerat, visus recognoscere, se illis familiarius jungebat) propius accedunt, & recentibus stigmatibus atque incisuris, sanguine etiam interlitis, quas aurigæ pellem cadaveri detrahens culter confecerat, conspectis, cum ingenti admiratione suum esse recognoscentes, exclamant: In veritate hic equus noster est: in veritate beatissimi Stanislai meritum maximum est, qui etiam ea quæ nec quidem optare ausi essemus, contulit non rogatus, exhibens se suis devotis famulis in quibuslibet eorum necessitatibus mirificum adjutorem, qui equo nostro & vitam reddidit & pellem: qui etiam in jumentorum resuscitatione potens, & in miraculis clemens ac propitius voluit agnosci. Comprehenso itaque equo & infrænato, ad locum in quo quadriga relicta fuerat revertuntur: cadavere quoque equi nusquam reperto, quod illic se auriga sciebat pelle vacuum dimisisse. Quadrigam junctam equo convehunt, & tam pignoribus quam omni sua suppellectili in quadrigam reimpositis, Cracoviam læti & alacres adveniunt; votisque ad sepulcrum beatissimi Stanislai cum magna devotione persolutis, equum

idem equus occurrit eadem pelle resumpta

pro quo cerea equi figura offertur.

C à B. Stanislao mirabiliter vivificatum, recentibus cauteriatum stigmatibus, universis ostendunt; & quanta illis beatissimus Stanislaus præstiterit magnalia, coram cunctis in propatulo edicunt. In memoriam quoque tam insoliti prodigii, equum cera effigiatum ad sepulcrum beatissimi Stanislai relinquentes, in penates suos ovantes reversi, apud universos Pannonios, quam potenter, quam clementer & propitie beatissimus Stanislaus Cracoviensis Episcopus suis supplicibus ferat solatia, celebri sermone vulgarunt; sermonem ipsorum equo vivificato, & cicatricibus insignito recentibus, confirmante.

ANNOTATA.

a Frater Boguslaus, *Supprior conventus Cracoviensis SS. Trinitatis Ordinis Prædicatorum, appellatur à Bzovio supra citato.*

b *Nulla est excogitabilis causa, ob quam solennitas, tam expetita omnibus ultra proximum à canonizatione Majum dilata fuerit: quare potius dixerim erratum à aliquod obrepsisse auctori, circa præsentes Elevationi Episcopos, quam eam in annum* 1255 *rejiciam.*

c Boguslaus Posnanienſis, *Longino eidem in Vitis Posnanienſium Epiſcoporum* Bugiphalus *dicitur: ſed hoc levius. Gravius angit quod ejus deceſſorem* Petrum *in iiſdem vitis dicat obiiſſe* 11 *Maji* 1254, *& ordinatum* Bugiphalum *anno ſequenti* 1255 *in Dominica Reminiſcere, adeoque* 21 *Februarii, nam Paſcha agebatur* 28 *Martii. Quid ſi anno citius mortuus* Petrus, Boguſlaus *conſecratus ſit? Sed & hic obturbat* Wlomirus Wladiſlavienſis, *qui inter ordinatores* Boguphali *nominatur* Michael: *an hunc dicemus fuiſſe binominem?* ABCT.10. LONGINO

d Andreas II Plocenſis, *etiam adfuit Boguſlai ſeu Boguphali conſecrationi. Hunc electum fuiſſe pridie Nativitatis S. Ioannis Baptiſtæ, ideſt* 24 *Iunii anno* 1254, *ſcribit Staniſlaus Lubienski Epiſcopus Plocenſis. Quid ſi etiam hic anno uno citius dicatur ordinatus?*

e *Bzovio* Gerardus, *qui Ordinis Prædicatorum, ex Provinciali Poloniæ juſſu Gregorii IX ordinatus eſt primus Epiſcopus Ruthenorum, data Bulla Pontificia* VI Kalendas Martii anno 6 Pontificatus, *Chriſti* 1232.

f Vitus, *ejuſdem Ordinis Prædicatorum primus Epiſcopus Lithuanorum, anno* 1252 *ordinatus, vitæ ſanctitate & miraculis clarus, conſule Bzovium ad dictum annum* 1252 *num.*2 *& an.* 1254 *num.*8, *& Vitam S. Hyacinthi ad diem* 16 *Auguſti.*

g *Eoſdem Principes enumerat Cromerus dicto libro* 9.

h Jagello *hic fuit, ex* Lithuaniæ *Duce ethnico anno* 1386 *factus Rex Poloniæ, & in baptiſmo dictus* Wladiſlaus: *cujus converſionem ſecuta gens ejus tota univerſa &* Samagitarum *natio, ipſomet Iagellone interpretis Apoſtolici vicem agente pro linguæ ignaris Sacerdotibus, anno* 1413, *quia ab illo devicta, fidem ejus ſuſcipere profeſſa eſt, uti ſcribit Crommerus lib.* 18.

i *Albertus Wiuk Koialowicz, parte* 1 *Hiſtoriæ Lithuanæ ſub finem, ait,* eccleſiam fabricatam *eſſe* à Gneſnenſi Archiepiſcopo Bodzenta, in area arcis infimæ, quo loco Pekunas vulgo, fulminum Præſes, perpetuo igne curabatur.

k Quadriga *hic generice ſumitur pro vehiculo ſeu carro, etiam unius equi.*

CAPUT IV.

Varia miracula ab anno MCCCCXXX, *ad annum* MCCCCXLI *patrata.*

23 ANno Domini milleſimo quadringenteſimo *a* triceſimo, in oppido Byecz *b* Cracovienſis diœceſis, Joannis piſtoris filiolam biennem currus oneratus calcavit. Cui cum læſio ad mortem ſufficeret, imo nedum ſibi, ſed etiam homini, cujus oſſa & artus plena conſolidatione gauderent; infantulus jam animam ructans ad limina Sancti devovetur Staniſlai in rupellam Kaſimiriæ, & ſanitati inſperatæ reſtituitur. Quæ ſeptennis cum viva oblatione ad tumbam S. Staniſlai per parentes præſentata, ſingulis videntibus & audientibus admirationem & venerationem Sancti Dei Staniſlai ingenerat. a b

Anno 1430 *ſanatur puella ob trita à curru.*

F

24 Anno Domini milleſimo quadringenteſimo triceſimo quinto, Thomek de majori Polonia, de villa Crinow, vir ruricola, infirmitate corporis preſſus, animam, cogente languore, exhalabat: cui quinquies recidivanter agonem agenti, ingerebatur lumen accenſum. Morbo tandem naturam ſuperante, exanimis proſternitur, & mortuus, ut erat, ab aſtantibus cognatis & amicis deploratur. Cum autem ad ſepeliendum funus ſe amici diſponerent, defuncti frater gemanus precibus prohibebat ſepulturam, dicens: Rogate quæſo mecum miſericordem Dominum, & beatum Martyrem Staniſlaum, ut hi nepotes mei, filii fratris defuncti, manu illos *Anno* 1435

mortuus ſuſcitatur.

AUCT. IO. LONGINO illos oſtentans, modo non relinquantur orphani. Ego enim meos vix nutrire ſufficio: quomodo horum orphanorum educationi intendam? Et cum ejulatu ſuo cunctos adſtantes ad lacrymas provocaſſet, omnibus orantibus & in orationibus per unius horæ ſpatium perſeverantibus, qui mortuus fuerat, revixit: & reſumpto ſpiritu dixit, ſe quemdam virum venerabilem, Sacerdotii dignitate præditum, verſus Pruſſiam conduxiſſe, & pro ſalario ductus litteram quamdam & duos groſſos recepiſſe. Qui fuit & veriſimiliter ſibi videbatur beatus Pontifex Staniſlaus, qui *c* ipſum ab inferis ad hoc ſeculum ad pœnitentiam perficiendam reduxit. Aguntur itaque in commune ab univerſis laudes Deo altiſſimo, & beatiſſimi Staniſlai mirifica in auribus omnium diffunduntur ſuffragia, quia & extincto vitam contulit, & mœrore viventes abſolvit: vivificationis autem ſuæ Thomas præconium in Cracoviam uſque præſentialiter deferens, & ſui liberatoris ſepulcrum ad majorem eccleſiam adiit, & vota illi ſupplex perſolvit.

c

& mulier extincta in puerperio B

25 Uxor nobilis Peleze de Gorka, de terra Siradienſi Gneznenſis, diœceſis, in partu laborans, partu edito moritur ſuffocata: & dum veſte linea ad ſepeliendum induta fuiſſet, vir aſtantes cum ingenti ploratu exacerbabat, ejulans atque dicens: Heu me miſerum! quis hos, dirigens in pueros oculos, fovebit pupillos? quis hunc educabit modo natum infantulum? Flete quæſo mecum, & flentes petite Deum & glorioſum Martyrem Staniſlaum, ut miſeratus, non mei, ſed horum pupillorum, & hujus vix nati infantuli, conſorti meæ ſpatium obtineat vivendi. Qui cum flexis genibus & in terram procumbentes flentes orarent: ecce mulier, quamvis jam omnino emortua & extincta, in qua penitus nullum vitæ veſtigium patebat, quaſi de ſomno ſuſcitata ſuſpirat: & viri diligentiam collaudans, ſe meritis B. Staniſlai ſanatam & vitæ redditam exclamat: & uſque ad ejus limina ſimul cum infantulo gratias actura perveniens, ſtupendum ſuæ reſuſcitationis à beatiſſimo Staniſlao in ſe collatum beneficium & apud majorem Cracovienſem Eccleſiam, & apud *d* Rupellam cunctis in commune vulgavit.

d

e

præmaturo partu editus infans ad baptiſmum vivit: C

26 Anno Domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimo quinto, uxor Matthiæ ſartoris, Zakwaperi dicti, de Lancicia, *e* prægnans, gravibus inſuper febribus graviter æſtuans, adeo his fatigata eſt, quod longe ante aptum tempus pariendi, tribus & amplius menſibus, infantulum vix ſpirantem abortirit. Quod pater ipſius anxius intelligens, cum lacrymis genibus flexis ad Dominum orat, & S. Staniſlaum deprecatur, ut infantulum genitum, imo verius abortum, non ſinat mori antequam fonte regeneretur baptiſmatis: in quo ſi preces ſuas viderit exaudiri, ſpondet propria in perſona beati limina viſitare Staniſlai. Vix orationem compleverat, & infantulum quamvis nedum immaturus, ſed (ut dictum eſt) forte eodem die *f* vivificatus, integram adipiſcitur ſanitatem: & non ſecus quam ſi perfectum tempus naſcendi compleviſſet, licet nimis parvæ & inſolitæ qualitatis & ſtaturæ, ad baptizandum defertur, & baptizatus uſque ad alterum diem vixit: & demum ſpiritum exhalans in vitam renatus eſt ſempiternam.

f

anno 1436 ejus frater moribundus ſanatur,

27 Anno ſequenti milleſimo quadringenteſimo triceſimo ſexto, eidem Matthiæ alius puer graviter infirmatur: cujus in tantum infirmitas invaluit, ut animum à corpore videretur exhalaſſe. Quod cernens, amaritudinibus pater repletus, genibus poſitis, lacrymis fuſis, Dominum exorat, & Sancti Staniſlai implorat patrocinia, ut vita reſtituatur defuncto; devovens ſe S. Staniſlai limina viſitaturum. Quo orante, infantulus quaſi de ſomno excitatus, & parvo facto intervallo ſanus à parentibus excipitur, votaque & præconia in Sanctum Dei Staniſlaum perſolvuntur. Cujuſdam mulieris de Cracovia filiola ſexennis infirmabatur, ad mortem. Itaque qui aſtabant, mortis ſibi imminere periculum ſuſpicati, ter candelam extinctam reincendunt, tot vicibus autumantes ipſam moribundam. Mater vero plorans & lugens, ipſam promittit ſiſtere coram Deo apud eccleſiam S. Staniſlai in Rupella: ad cujus voti emiſſionem non ſolum moribunda reviviſcit, ſed & in plenam atque perfectam ſanitatem conſurgens, matri quidem mœrorem abſtulit; aſtantibus vero ſtuporem vehementem ingeſſit. Cujuſdam mulieris maritus, dum infirmitate invaleſcente moreretur, mulier anxia & vidualitatis pertimeſcens orbitatem, de mariti ſanitate ſolicita, ipſum viſitare limina beatiſſimi Staniſlai Martyris cum viva oblatione devovet, miſſam de B. Staniſlao celebrari ordinare promittens. Mox voto omiſſo, nec ad complendum incepto, vir reviviſcit, & priſtinæ poſt modici temporis intervallum reſtituitur ſanitati.

D

item alia moribunda.

& vir moribundus.

28 Anno Domini milleſimo quadringenteſimo triceſimo octavo, in vigilia Petri ad vincula, in civitate Cracovienſi, Agnes uxor Thomæ Szrzinsky ſutoris, filiolum in *g* tina more ſolito abluebat. Quo loco & de lavacro depoſito, reclinans eum in ſtramentis, ſola etiam paullulum ad quieſcendum, cum hora meridiei eſſet, caput inclinavit. Et cum ſopore ſenſus ligante fortiter obdormiſſet; puerulus, uteumque de ſtramentis reptans, margines tinæ, in qua lavabatur apprehendit, & tandem in eam capite deorſum & pedibus ſurſum elatis incidit; & in quibus aquis lavabatur, eſt ſubmerſus. Evigilans autem mater, & puerum in ſtramentis juxta ſe non repetiens; autumans, quod eum ancilla pueri gerula exceptum bajularet, viceverſa obdormivit, & priori ſomno longiorem fecit. Cumque à ſomno ſurgens, & hinc inde domum deambulans, nihil ſiniſtri de puero ſuſpicata, aquas de tina effundere juſſiſſet; puerulum aquis immerſum, & jam ad modum panni nigri propter ſanguinis coagulationem denigratum, & omnino mortuum videns; præ dolore anxia fere labens mortua, vix vocem attollere, ſed nec verba exprimere valuit. Ad quam cum vicinæ mulieres concurriſſent, & infantulum jam mortuum, jam extinctum, jam gelidum palpitarent; illa pauliſper ad ſe reverſa, cum ingenti fletu & ejulatu S. Staniſlaum pro ſui conſolatione acclamat, & ne patiatur eam tam graviter delinquere, & ex parte viri ſui prædicti minas quas metuebat incurrere, deprecatur: & ut puerulum reſuſcitari & ſpiritum ejus ipſius viſceribus reinfundi obtineat, ſupplicat; pollicens ſe cum puerulo ejus limina viſitaturam.

E

g

F

infantulus ſubmerſus

ad votum matris reviviſcit.

29 Ad quam illico vocitationem & ſupplicem S. Staniſlai invocationem, puerulus, pro mortuo ab univerſis habitus & extinctus, cujus etiam corpuſculum jam riguerat, colorem priſtinum recipere, & illum tetrum mortiferumque colorem deponere; & tandem quaſi modicillum ſub pectoris loco reſpirare viſus eſt. Surgens igitur anxia mater cum aliis mulieribus, puerulo arrepto ad eccleſiam S. Staniſlai in Rupellam, velut ſi quis à facie beſtiæ fugiat, cucurrit; & puerulo in ara beatæ Virginis poſito, cœpit priſtinas orationes repetere. Tandem puer cœpit amplius & notabilius reſpirare, & cum Te Deum Laudamus ſolenniter ibidem cantaretur, puer oculos aperuit, & quaſi de ſomno evigilans caput volutare cœpit. Vix canticum Te Deum laudamus cum antiphona Salve Regina finitur, & puer [ſanus], ſi umquam ita viſus fuit, reperitur, & incolumis in domum

A domum reportatur. Quod etſi cuipiam non videatur miraculum, quod puer prædictus breviter in aquis exiſtens revixit, ut pote qui nondum plene extinctus fuit: ſed in hoc non mirari nemo poteſt, quod tam citam & perfectam ſanitatem meritis S. Staniſlai fuit aſſecutus. Cumque in ſenibus & robuſtis hominibus hoc videamus, ſi aliqua corripiantur corporis moleſtia, ut puta ſi jugulantur, vel ſi aliqui violenter immerguntur, quamvis ſint non multum morti vicini, tamen propter corporis violentam perturbationem, fiunt aliquando diu infirmi: hic autem infantulus, quamvis tenellus corpore, quamvis pauxillus viribus, poſt illam tamen ſuffocationem, ſtatim ſanitatis plenam reportavit meritis S. Staniſlai recuperationem.

30 Quia Deus omnipotens omnia à ſeculo mirabilia per ſe & Sanctos propter hoc facit, ut miſericordiam & potentiam ſuam hominibus innoteſceret, ut per hoc ab omnibus laudetur; ideo præcepit, ut mirabilia quæ ipſe operatur hominibus prædicentur & publicentur. Dicit enim per Prophetam Pſalmo centeſimo ſexto: Confiteantur Domino miſericordiæ ejus & mirabilia ejus filiis hominum: qui Verſus in eodem Pſalmo quater repetitur. Poſt quodlibet enim beneficium, miraculoſe filiis Iſraël præſtitum, quæ ibi enumerantur, B Verſus ille ingeminatur: & ad quartam repetitionem dicitur; Exaltent eum in eccleſia plebis & in cathedra ſeniorum laudent eum. Deus enim non aliam à nobis laudem poſtulat. Unde dicitur in pſal-
Pſal 49. 12 & 14 mo: Si eſuriero, non dicam tibi: meus enim eſt orbis & plenitudo ejus. Et infra, immola Deo ſacrificium laudis & redde Altiſſimo vota tua. Unde, ut laudem ſuam in nobis augeret, Sanctis ſuis, quorum corpora & reliquiæ nobiſcum ſunt, multa prodigioſa mirabilia facere conceſſit. Certum enim in eccleſia S. Staniſlai de Rupella, feria tertia *h* proxima ante feſtum B. Margaretæ anno Do-
h Anno 1440 mini milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo accidit miraculum, relatione & laudatione digniſſimum; propter quod Deus in Sancto ſuo Martyre Staniſlao digne glorificandus eſt, quoniam bonus, quoniam in ſeculum miſericordia ejus. In oppi-
Puer viſu loquela ac motu privatus, do Szywicez *i* Cracovienſis diœceſis, laici cujuſdam
i Petri in Nyemyecykye, Wyeprze dicti, filius circiter tredecim annorum, mirabilem, inauditam &
C admodum gravem incidit infirmitatem, talem videlicet, quod uſum videndi, loquendi pariter & ambulandi amiſit; talique ægritudine conſtrictus eſt, ut nec aliquod membrum corporis ſui movere
ſolumque palpitans & modicum ſorbillans potuit: imo nec mandibulas aut linguam, ut ſaltem ad ſuſtentationem miſeræ vitæ ſuæ edulium ſibi porrectum maſticaret; unde plus mortuus quam vivus intuentibus ſe apparebat. Spiritus vitalis dumtaxat palpitare in pectore deprehendebatur. Et cum languor protenſior graſſaretur in dies, parentes eum non aliter fovere poterant, niſi quod tenuiſſimo quoque ſorbicillo ipſius labia perfundebant; quod tamen vix poterat deglutire. Sic igitur non dicam ſemimortuus, ſed modicillum quidem
k vivus, à feſto *k* S. Martini uſque in diem patrati miraculi jacebat immobilis. Propter infirmitatis igitur prolixitatem & membrorum teneritudinem, pedes ac manus ac omnia membra corporis, omnino arida, contracta ac inutilia ad officia ſua, per omnia retinebat.

31 Parentes igitur ejus hac acerba plaga afflicti, quid agerent, quo medelæ, quo edulii genere languentem reficerent, quid in illum amplius conferrent, ignorabant: qui nec extenuatus poterat judicio humano vivere, nec propter ſpiritus tenuiſſimi argumentum in pectore palpitantis tumulari. Quapropter mortem, cui viciniſſimus erat, quam vitam ejus appetebant. Et cum in longum proceſſiſſent dies, ille, qui ſuo ægrotum reſervabat ſananAUCT. IO. LONGINO invocato S. Staniſlao oculos aperit. dum præſidio, illis inſpiravit, ut eum ad limina S. Staniſlai voverent deferendum. Quod quam primum fecerunt, illico gratuita Dei pietas, & id quod optabant dextrum fecit, & optatis adjecit potiora. Puer etenim, ad voti emiſſionem per parentes facti, oculos, à principio infirmitatis clauſos & interim numquam apertos, aperuit. Quo ipſi viſo miraculo, de pluri miſericordia Domini & & reliquiarum attactu loquelam recipiens. patrocinio S. Staniſlai confidentes, ægrotum curRui imponendo Cracoviam ſunt profecti. Venientes itaque ad eccleſiam S. Staniſlai in Rupellam, illa quæ geſta erant cum puero Presbyteris eccleſiæ pronuntiant, poſtulantes ſibi reliquias S. Staniſlai exhiberi. Cœperunt deinde lacrymoſis vocibus, pro ſua conſolatione & infirmi curatione ulteriori, Dominum & S. Staniſlaum deprecari. Poſtquam igitur infirmo puero, ut prius jacenti fere exanimi, dumtaxat officio oculorum utenti, reliquiæ prædictæ ori junctæ fuiſſent; protinus vinculum linguæ ejus ſolutum eſt, & uſum loquendi priſtinum recepit. Pater igitur pueri, indicibili gaudio repletus, Presbyteros ut Miſſas de S. Staniſlao dicerent obſe- E
Miſſa dicta plene convaleſcit. crat. Et cum adhuc Miſſarum officia agerentur, puer in omnibus membris ſanus apparuit, & membra illa arida & contracta in priſtinam rediere ſanitatem. Itaque finitis Miſſis & gratiarum actionibus cum gaudio inæſtimabili Deo & S. Staniſlao exhibitis, puer ſanus quaſi in momento effectus cum parentibus ad propria redierunt. Cujus ſanatio non minus videbatur mirabilis illis, qui eum parum ante viderant, quam mortui ſuſcitatio: qui non niſi uno gradu à morte jam diſtabat. Pro iſto igitur magnifico Dei beneficio & gloria S. Staniſlai, qua eum Dominus coram nobis ſic coronare dignatus eſt, ut ad invocationem ſui nominis tactumque reliquiarum ſuarum tam vicinus morti mirabiliter ſubito curaretur, Deum glorificemus; ut etiam perennis ſuæ gloriæ meritis ejuſdem participes nos efficiat Chriſtus, per ſecula benedictus. Amen.

32 Anno Domini milleſimo quadringenteſimo Anno 1440 quadrageſimo, accidit non minus mirandum miraculum quam laudandum Dei beneficium, & beatiſſimi Martyris Staniſlai extollendum digne patro- F cinium. Eugenio Papa IV concilium Ferrariæ agente, Joannes Pnyowsky & Clemens Nawoyowsky canonici Cracovienſes, dum ex Ferraria ob peſtem, quæ omnem Italiam occupaverat, [Venetias migrare vellent] aſcenſis apud Frankolinum *l* 1 in Pado, alias Eridano, navibus, in oppidum Kluſcham ditionis Venetorum perveniunt, illicque ſubſiſtere ſunt coacti: October enim, cujus ſub tempore navigabant, plures ventos exciverat. Longa dein manſione apud Kluſcham fatigati, patronum navis, propter notorium & ſuperimpendens, quod illis, velut peritus tam navigandi quam ventorum, denuntiabat periculum, navigationem abnuentem, ad Judicem loci protractum, navigare compellunt. Cumque Verſus venetias navigaturi altiora pelagi in- navis in Venetorum mari periclitans. greſſi fuiſſent, mare ſubito, quemadmodum patronus denuntiaverat, cœpit intumeſcere: naves quoque plures numero, quæ transfretabant mare Venetorum, in conſpectu eorum à vi tempeſtatis confractæ abſorbebantur. Orta ſiquidem immaniſſima tempeſtate, omnes mortis periculis involvuntur; & quia mare furens indevotum devotizare compellit; hujus hi, hujus iſti, illius illi Sanctorum ſuffragia altiſonis vocibus implorabant. Cum ergo

AUCT. IO. LONGINO

go conſpectus diræ mortis ante omnium oculos obverſaretur, prætati Joannes Pnyowsky & Clemens Nawoyowsky Canonici Cracovienſes ceterique qui cum illis transfretabant Poloni, Beatum cœperunt acclamare Staniſlaum. Ad ipſum igitur vota & voces in altùm attollunt, & ne ſuffocentur ab undis, majoribus fletibus quam vocibus interpellant. Mira res, relatu crediuve digniſſima! Illam navim in qua nomen Beati Staniſlai reſonat, fluctus maris mergere nequeunt, ceteris ratibus, cum in eis contentis omnibus, prorſus abſorptis: ſedantur deinde ad ſupplicem Sancti Staniſlai invocationem fluctus, in placidam auram mare turbatum redit, pelagus à ſuo furore conquieſcit, gratiæ Deo & Sancto ejus Staniſlao ab univerſis in commune referuntur. Eia, Poloni, magnum vobis beneficium divinitus è cælo erogatum eſt, ut vos veſter Staniſlaus trans maria tranſque freta ſemper ſubſequitur, & more gallinæ pulligeræ invocatus, ab omnibus periculis, alis ſuorum beneficiorum vos protegit, utcumque etiam indevote invocatus.

ſubmerſis aliis liberatur,

Anno 1435 ad ſubmerſionem damnato,

33 Anno Domini milleſimo quadringenteſimo tricesimo quinto, die duodecima mentis Maji, quædam mulierecula, in flagranti crimine deprehenſa, in civitate Cracovienſi Judici præſentatur, B accuſatur, convincitur, & jure municipali ultimo plectenda ſupplicio adjudicatur aquis *m* ſuffom canda, manibus à tergo ligatis, de regali ponte per apparitorem præcipitanda in flumen Viſlam, ſtatuitur. Quæ viſa beatiſſimi Martyris Staniſlai in Rupella eccleſia, tacitis immurmurans labellulis, ſincera ſe Martyri devotione commendat, & Patroni flagitat ſibi adeſſe præſidium. Poſtquam igitur, ſaxo collo illius appenſo, in flumen præcipitatur de ponte; affuit illi piiſſimi Patris præſidium. Nempe neque manuum ſuffulta officio, neque ſaxi obſtante pondere, more ligni natatilis, ſuperficie gaudet fluentis. Unda igitur pulſa littori applicuit, imo verius beatiſſimi Pontificis auxilio ſupportata: quam ſpiculator, ne ſuæ imperitiæ imputetur, per littus hinc inde diſcurrens, fuſte aquis aliquoties profundare ſatagebat. Cum itaque fere per quatuor ſtadia ipſam ne enatet perſequitur; non humanam agilitatem ſecum, ſed divinam agi intelligens pietatem, tum etiam quia ab hominibus huic ſpectaculo ſatis grandi aſtantibus arcetur & corripitur, ne ultra condignum unum peccatum pluries puniatur in idipſum, ſed C divino potius & beatiſſimi Martyris ejus Staniſlai applaudat miraculo, ab ipſo beato Martyre, ſi conatu improbo collatum mulieri beneficium impedire perſeveraverit, feriendus; eam libere ripam ſinit petere. Quæ mox ut deſita eſt prohiberi, ſine omni difficultate ripam petit: & adhuc manibus, ut prius, à tergo ligatis, & ſaxo collo appenſo, ad eccleſiam beatiſſimi Martyris Staniſlai proficiſcitur in Rupellam: ab omni populo, qui ad ſpectaculum hujuſmodi confluxerat, proſecuta: & geſtum rei ordinem, ſimul & ſui voti tenorem Presbyteris ejuſdem eccleſiæ, coram multo aſtante & illacrymante populo, aperit: & ſaxum prædictum, in memoriam ſuæ liberationis perpetuam, ad ſepulcrum ejuſdem beatiſſimi Martyris appendit.

ligatis manibus pedibuſque

evadit ſalva.

puella de curru lapſa & rotis ſuffocata

34 Sane ſi juſte pro ſuis exceſſibus caſtigatis benigniſſimus Pater Staniſlaus affert præſidia, quanto magis his, quos aut caſuum importunitas, aut infirmitatum premit neceſſitas? Unde eodem anno, de menſe Auguſto, non minus fama dignum in *n* Vyſlicienſi oppido accidit miraculum. Quidam etenim ejuſdem oppidi incola, dum horreis inferret annonas, ſui laboris annua præmia, currui ſegetibus onuſto filiolam fere ſeptennem impoſuit: ſolus autem jumentis regendis operam dabat. Curru vero improviſo agitato, puella de plauſtro prolabitur, & rotarum vi gulâ jacuit ſuffocatâ. Quam lacrymoſa mater in calle mortuam reperiens, ſicut leæna catulis amiſſis, in voces flebiles & lacrymoſas prorupit. Cujus clamori dum maritus conſternatus accurrit, & filiam extinctam jugulataque reperit, ambo inæſtimabilibus fletibus quatiuntur; attollunt voces in altum, concurrunt viciniorum agrorum ſegetum meſſores, & quid agatur clare intuentur: palpitant & attrectant tenellum corpuſculum, & nuſquam ſpiritus argumentis deprehenſis, caſus ſui infauſti & mœroris aſſiduo comploratu deplangunt diſcrimen. Tandem anguſtiis agitati frequentibus, illabitur mentibus ipſorum piiſſimi Patris Staniſlai cunctis oppreſſis promptum præſidium; & animis ipſorum vocibuſque concordibus cernue beatiſſimi Martyris depoſcunt patrocinium; & corpus defunctæ, quamvis exanime, geſtandum ad limina ſua pollicentur. Et quia gratius accipitur, quod multiplicatis precibus obtinetur; poſt non mediocris temporis ſpatium, puellula inſperatæ reddita eſt ſanitati. Quo viſo parentes priſtinas ſuperant gaudiis lacrymas; & nullo intercepto temporis intervallo, ſimul omnes cum ſanata, imo verius reſuſcitata filiola, Cracoviam petunt. Et in majorem eccleſiam accedentes, gratias beatiſſimo Martyri Staniſlao peragunt; rei geſtæ ordinem pandunt, & in evidentem memoriam facti, camiſiam, in qua ingulata fuit puellula, ad ſepulcrum ejus appendunt.

D

ſanitati redditur.

E

infans primum ab aqua bullitis

35 Cujuſdam mulieris infantulus, lavacro bullienti caſualiter in corpore nudo perfuſus, continuo expiraturus credebatur: quem cum certis votis mater ejus Sancto devoviſſet Staniſlao, taliter ſcilicet quod per integrum anni ſpatium feriam ſextam, qua ſcilicet limina Sancti Staniſlai in Rupella à populo viſitantur, in pane & aqua debeat jejunare, & cum ipſo infantulo eccleſiam Sancti Staniſlai in Rupella cum lumine viſitare. Voto facto puerulus prompte cœpit convaleſcere: ſed quoniam mulieres, quæ promptæ ſunt ad vovendum, tardæ fiunt ad explendum; eo pacto cum eadem mulier illud votum explere negligeret, & aliquamdiu ad Sanctum Staniſlaum ire prætermitteret, interim idem infantulus ad prunas ardentes F capite impegit, & matri ingeminatur dolor ex altero periculo filii moribundi. Sed quia, juxta Gregorii ſententiam, mala quæ nos hic premunt ad Deum nos ire compellunt; novo dolore vexata, & recordata [in pœnam] prioris voti omiſſi alteram ſimilem imoleſtiam in eodem filio accidiſſe, compuncta promittit ſe votum impleturam. Nec amplius morata, ſingula quæ devoverat facere cœpit effectu. Quo facto & infantulus ſanitatem recuperat, & periculorum de cetero evaſit incurſionem.

deinde ab igne laſus ad mortem, ſalvatur.

item puella everſa cym. ba ſubmergenda,

36 Filia decennis Catharinæ viduæ de Zakrzewo ante Kazimiriam, pondere raparum humeris appenſo Cracoviam ivit, & inundatione aquarum pontes tranſcendente, naviculam conſcendit. Cum autem nauta illam cymba vehens per Viſlam, alii nautæ in ſimili procedente navigio obviaſſet; unuſque alteri cedere nolens, alter in alterum cymbis impegiſſent; iſtius navicula fluctibus impulſa vertitur, & ipſe & puella periclitantur. Sed nauta cujuſdam beneficio ligni

A gni natatilis ſalvus naufragium evaſit. Juvencula autem, pondere quod humeris alligatum habebat preſſa, ſub aquis immerſa ſuffocatur. Hæc alia mulier dum ſtaret in ripa proſpectans, & ancillam periclitantem videns, ipſam ad Sancti Staniſlai limina cum viva oblatione tranſituram devovet & promittit, & præ horrore videndæ mortis oculos in terram dejecit: & poſt erecta vidit viceverſa ancillam de aquis emerſam ſimul cum pondere humeris appendente: & tandem mul ere preces ad Sanctum Staniſlaum profundente, puella patrociniis S. Staniſlai de periclitatione & periculo mortis libera evaſit.

infans octiduanus. 37 Petri dicti Franczek, cerdonis circa portam ſutorum in Cracovia, infans, octo ab ortu ſuo habens dies, gravi infirmitate corripitur, & tandem una cum matre ex partu periclitata abſumitur. Sic fructus ventris matri mortem attulit, & patri viroque ſuperſtiti dolorem cordis & gemitum duplicavit. Tamen magis de filii quam uxoris morte anxius, cœpit de vita filio reddenda eſſe ſolicitus. Quapropter ſuaſu amicorum Sancti Staniſlai præſidium ſedulius invocabat: infantulumque defunctum ad Sanctum Staniſlaum in Rupellam ſupplex devovet. Quo facto, omnibus cernentibus puer revixit, nec priſtinæ infirmitatis veſtigium aliquod in eo apparuit. Juvenis quidam caſu ſubmergitur: & cum ſub aquis per unius fere horæ intervallum gemeret, mente, licet non ore, Sanctum deprecatur Staniſlaum, ut ſibi auxilium ferat. Et mox invocatione facta enatat, & ſanus cum candela ſibi commenſurata ad eccleſiam Sancti Staniſlai in Rupellam venit, in Sanctum Staniſlaum pro ſua liberatione gratiarum celebrans voce ſonora actiones. Gregorius, Sandomirienſis o civitatis Notarius, vir jam in ſenium proclivus, quamvis claros viſus fuerat oculos habuiſſe: caligo tamen quædam illis ſe ſuperinfundens, exiguam illi videndi reliquerat poteſtatem, nec ſperabat ſibi alicujus remedii beneficium profuturum, cum ſenibus vix aliqua remedia naturalia poſſint ſuffragari: utpote quorum jam natura fatigata, non de facili alicujus medicamenti ſuſcipit juvamen. Unde ad remedia divina converſus, devovet beato Martyri Staniſlao certa obſequia impendere, ſi ſe ſenſerit in viſu conſolari. Sed non expectato voti effectu, quod vovit ſincere adimplet: quaſdam ſcilicet orationes, peregrinationes & jejunia per anni circulum continuat, ut promiſit. Fine anni votivi approximante, cœpit viſus beneficium recuperare: & ipſo plene nondum lapſo, plenam viſus ſanitatem reſumpſit.

B *juvenis hora una mirſus.*

o ſenex cæcutiens;

C *integrum annum recipit.*

item cæca ſex menſibus, p

Oculi defluentes in genas

38 Anno Domini milleſimo quadringenteſimo triceſimo ſexto, uxor Matthiæ Kyecher, Barbara nomine, Theotonica de p Theſchin, lumine oculorum per ſex menſium ſpatium orbata, ad Sanctum Staniſlaum devota, beneficium viſus illico recuperavit. Dorothea, uxor piſcatoris de Cracovia, tam gravi morbo & infirmitate corporis corripitur, quod morbus in ſincipite invaleſcens, utrumque oculum ipſius de locis naturalibus excuſſit & evulſit, & uſque ſupra genas dependere coëgit, quod fuit & inſpectui abominabile & auditui horrendum. Quo viſo phyſici, de remedio diffidi, conſulebant globos oculares, ſic inſolito more & longæva diſtantia à ſitu ſuo dependentes, reſcindendos; & malle ſemel cadere, quam ſemper & abominabiliter ac cum ingenti dolore pendere. Sed anxia mulier, ſaniori freta conſilio, omnipotenti Deo & Sancto ſe devovet Staniſlao: ſibique Miſſam cum luminaribus in Rupella legendam diſponi promittit. Vix voto completo, globi oculares in ſitum ſuum & in orbes quos deſeruerant redeunt; & mulier plene officio potitur videndi. Quæ, ut plerique faciunt, oblita beneficii, procraſtinabat implere votum. Poſtmodum multis & variis moleſtiis pulſata, votum perfecit: quo perfecto ab omnibus moleſtiis ſe ſenſit ſupportatam. Unde ſedule petivit hæc plebi publice nuntiari, & glorioſa beatiſſimi Staniſlai magnalia in ſe magnifice collata & experta vulgari. AUCT. IO. LONGINO *ſuis ſedibus reſtituta.*

ANNOTATA.

a *Cum auctor hoc ipſo tempore vixerit, ante annum ferſan* 1400 *natus, apparet maximam fidem deberi eis quæ conſequenter narrat, ut pote ipſius eccleſiæ in qua teſtata miracula fuere Canonicus, fortaſſe jam tunc cum narratum hic miraculum contigit aut non multo poſt.*

b Byecz, *ad Wyſlakam fluvium, leucis circiter* 13 *ad Orientem Cracovia diſitum oppidum.*

c *Impreſſum*, quem ipſe: *quod ad Sanctum Staniſlaum ſi referatur, ineptiſimum faceret ſenſum.*

d *Georgius Braunius, Caſimiriam Cracoviæ junctam deſcribens*, viſitur, *inquit*, ibidem quoque Sancti Staniſlai eccleſia, in rupe edita, quæ hebdomadatim feria VI à populo devotionis cauſa viſitatur: *olim Sancti Michaeli ſacra, in qua occiſus Sanctus. Itaque* Rupellam *ſcribendum puto: ſed forte populari uſu factum, ut ſæpius* Rumpella *pronuntietur: ita certe ſæpius ſcriptum hic impreſſumque reperio, minus ſæpe* Rupellam: *poſteriori tamen modo, utpote facilius intelligibili exteris, uti in præſenti editione malui.* E

e Lancicia *caput unius ex tribus Palatinatibus, majorem inter & minorem Poloniam mediis, ad* 40 *leucas diſtat Cracovia verſus Boream.*

f *Hinc liquet quod ſupra ambiguum videbatur, trimeſtrem non ſemeſtrem hunc partum fuiſſe: de quorum aliorumque abortuum, nulla vitalis motus ſigna præferentium, baptiſmo, ſub conditione uſurpando, eruditum libellum ſcripſit Hieronymus Florentinius, Sacerdos Congregationis Matris Dei Lucæ, ab ejus fratre Franciſco Maria ſæpius nobis memorato paris eruditionis opuſculo phyſico confirmatus, hoc præcipue argumento, quod ut recens extinctæ vitæ ambigua ſunt & fallacia ſigna, ſic etiam nondum cœptæ: proinde non debeat minus conſultum videri in tali caſu (qui ſemper ambiguus eſſe præſumitur) baptizare ſub conditione, quam in alio abſolvere.*

g Tina *vas ligneum, vietorio opere compactum ex aſſulis.* F

h *Anno* 1440 *Biſſextili, litteris Dominicalibus* C B, *feſtum* Sanctæ Margaretæ (*quod iſtis in regionibus tunc agebatur* 13 *Iulii*) *cadebat in Feriam* 4, *adeoque miraculum factum eſt pridie.*

i Siwiecz, *ad Koſſorabam fluvium, qui leucis* 8 *inde ad Boream Viſtulæ ſe immergit, &* 16 *circiter leucis Cracovia diſtat.*

k *Exiſtimo feſtum Tranſlationis intelligi, quod agitur* 4 *Iulii: nam primarium, quod in* 11 *Novembri ſcadit, longius ab erat, quam ut in tali ſtatu uſque ad* 12 *Iulii vixiſſe puer credatur.*

l Francolinum, *proxima Ferrariæ ſtatio navium ad Padum, intervallo horarum duarum ab urbe verſus Boream agros Ferrarienſes ſecantem: à cujus oſtio diſtat* Chioggia, *hic* Kluſcha *dicta, leucis* 20, *& hinc Venetiæ bis tantum abſunt.*

m *Supplicium hoc uſitatum in mulieribus, partus ſuos aqua ſuffocaſſe convictis.*

n Viſlicza *ad Nidam fluvium, paucis infra ipſam leucis ſe Viſtulæ miſcentem, diſtat Cracovia* 20 *fere leucis.*

o Sandomiria, *ad Viſtulam* 40 *leucis à Cracovia verſus*

AUCT. IO. LONGINO *versus Oricutem, ubi illerecepto à meridie Sano in Borcam flectitur.*

p Teczyn *oppidum, ex 8 leucarum intervallo Cracoviam ab Occidente respiciens.*

CAPUT V.

Alia miracula ab anno MCCCCXLI *ad* MCCCCLX *facta.*

Anno 1441 39 ANno Domini milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo primo, de menſe Majo, Petrus Hiſperk vulgariter dictus, mercator de Cracovia civitate, homo natu & ætate grandævus, & facultatum copiis non mediocriter abundans; volens finem vitæ ſuæ bonis operibus prævenire, & de bonis à *ſenex cæcutiens* Deo ſibi collatis expeditam facere rationem; facultates ſuas liberaliter in pios uſus ac fabricas eccleſiarum diſpenſabat. Hic ad eccleſiam S. Staniſlai in Rupella ductore prævio veniens (jam enim tum etiam præ dolore caligatis oculis ſine duce incedere non valebat) cum Rectore illius eccleſiæ Magiſtro Jacobo Parkoſchi de Zorawicze, decretorum Doctore conferebat, qualiter etiam illi eccleſiæ de bonis ſuis aliqua impartiretur. Unde primum pro conſtruenda *a* capella in dextera parte eccleſiæ prædictæ, B a cujus fundamenta tunc jaciebantur, decem marcas *& liberalis in fabricâ S. Staniſlai* dare ſpopondit. Demum de aliquibus bonis immobilibus, pro dicta eccleſia, ut ſuſcitaretur, dictum Rectorem hortatus eſt. Qui cum his definitis à ſæpe dicto Rectore eccleſiæ diſceſſiſſet, & verſus lacum S. Staniſlai gradatim deſcenderet; cœpit cum S. Staniſlao mente tenus pactare dicens: S. Staniſlae, ſi vis ut iſta, quæ præconcepi pro tuo honore, opere compleam, me etiam paullulum redde conſolatum, & ut aliquantulum in viſu convaleſcam ſuccurrito. Vix talem conceptum apud ſe finiverat, *illumina tur.* & mox inſperatum lumen oculorum illi reſtituitur: &, ut aſſerere ſolitus erat, ac ſi de aliquo obſcuro loco ad ſerenam lucem greſſus fuiſſet, illuminatur. Hujus igitur beneficii non ingratus, ut promiſerat decem marcas pecuniæ illico eccleſiæ in Rupella dedit. Et demum pro nonaginta marcis molendinum in villa Epiſcopali dicta Blonye pro dicta eccleſia comparavit.

Item puer quadrimus, 40 In Lelovia, oppido terræ Cracovienſis, filius Advocati quatuor ferme annorum, nimio do- C lore oculorum torquebatur. In die autem S. Staniſlai Advocatus præfatus, cum uxore & familia ſua diſcumbens, cum veniſſet ſibi in memoriam ſolennitas B. Staniſlai, & præſertim frequentia hominum utriuſque ſexus, quæ illo die in frequenti & numeroſa multitudine concurrit ad eccleſiam Sancti Staniſlai, ſuſpirans ait: Quanta ſolennitas, quantuſque concurſus hominum nunc eſt ad tumbam beatiſſimi Martyris S. Staniſlai in *b* Rupellam! b Et verſo ſermone ad Beatum Staniſlaum dixit: O glorioſe Martyr S. Staniſlae, nos etiam mœſtos in prole noſtra conſolari dignare. Cum hæc dixiſſet, filiolus ille, fere cæcus, de angulo in quo delitefcebat, perfecte ſanus in viſu proceſſit, dicens; Date etiam mihi manducare; ut quid mei obliti eſtis? Parentes igitur videntes filium ſanum, quem omnino videbant cæcutientem, meritis B. Staniſlai judicantes hunc eſſe illuminatum, illico ad limina ejus cum puerulo ſunt profecti. Venientes igitur in Rupellam prædictum Dei beneficium enarrarunt, laudes Deo & Sancto Staniſlao referentes, poſtulantes hæc populo publice prædicari. Michael dictus Gothiſnam, Canonicus S. Mariæ Sandomirienſis, gravi infirmitate oculorum percellitur, ſe convaleſcere humanitus deſperans, imo perpetuo D cæcari metuens: ad Sanctum Staniſlaum deprecandum ſe convertit, votumque viſitandi ejus ec- *& Sandomirienſis Canonicus.* cleſiam in Rupellam devovit: mox voto emiſſo cœpit convaleſcere, & votum perficiens plenam ſanitatem reportavit: petens hanc gratiam per Sanctum Staniſlaum ſibi factam publice præconizari.

41 Accidit præterea in ipſa Cracovienſi civitate non minus inſolitum miraculum: in quo non mediocre piiſſimi Patris Staniſlai apparet beneficium. *annos 14 ore hianti vomibunda* Matrona notabilis Barbara, uxor Staniſtrichar, civis Cracovienſis civitatis, graviſſimis tenebatur diutiſſime afflicta languorum incommodis, ſic videlicet quod plerumque ore hians putabat ſibi vomitandi opprobrium imminere: & cum extento collo & ore hians proſterneretur, nonniſi quiddam aquei liquoris, ad unius urnæ continentiam, ex ore ipſius defluebat. Quæ cum multorum tam civitatis quam finitimarum phyſicos conſuleret, & jam magnam partem ſubſtantiæ ſuæ in medicos erogaſſet; nullo comperto remedio, ordine præpoſtero ad Sanctorum remedia ſe convertit; & multorum Sanctorum multis attritis liminibus, fere quatuordecim annis nullum ſuæ calamitatis ſenſit juvamentum. Porro in ſe E reverſa, ſeipſam alloquebatur: O me miſeram & tam excerebratam feminam! Exterorum Sanctorum ſancta peto auxilia; numquid deeſt Cracoviæ Sanctus, cujus ope mea poſſit ſanari ægritudo? Corde igitur fido beatiſſimi Martyris Staniſlai ſupplicat auxilium, & Rupellam profecta, die veneris Miſſam in honorem ipſius poſtulat celebrari. Qua cum *Reliquiis oſculatis, & aqua potata ſanatur.* devotione audita, & Reliquiis devotiſſime oſculatis domum redibat, & (ſicut moris eſt locum illum viſitantibus) in reditu lacum, in quem projectæ fuerant partes & membra Præſulis glorioſi, acceſſit: & ut aquam lacus confidenter potavit, mox ſenſibiliter ſanitatem ſibi redditam & infirmitatem fugatam agnovit. Illi nempe aquæ tunc potatæ à præcordiis ejus patentiſſime diuturna & concreta ceſſit infirmitas, modo quo quis manu in tibia humorem quempiam abſtergeret. Quæ beneficii, à Sancto Staniſlao ſibi poſt longævam vexationem præſtiti, non immemor; caſulam cum integro apparatu, & pallium altaris de pannis purpureis cum palliis conſecratis contulit, deinceps à dicta infirmitate ſe atteſtans ad liquidum liberatam.

42 Barbara de Cracovia uxor Nicolai, dum periclitatur in partu, ad Sanctum Staniſlaum votum F emiſit, & continuo ſalubriter, & ſine periculo partum protulit: quæ & ſeipſam ad ſepulchrum beati Martyris Staniſlai defatigans, & infantem edi- *juvantur parturiens,* tum deferens, quantum periculum beneficio Martyris Dei evitaverit, apud cunctos edixit. Petrus, Procurator Magiſtrorum Artiſtarum collegii de I- *ad mortem ager,* golomia, graviter & uſque ad mortem infirmatus, poſtquam ad Sanctum Staniſlaum in Rupellam ire, Miſſamque de eo legi ordinare devoviſſet, continuo priſtinæ redditus eſt ſanitati. Do- *& triennio clinica,* rothea, uxor Joannis Sthalmachar, de Cracovia, tribus annis cum dimidio ægra jacuit immobilis: & poſtquam Sancti Staniſlai in Rupellam viſitaturam limina devovit, ſurgens prout vovit, meritis Sancti Staniſlai obtinuit ab omni languore ſanari.

43 Vir inſignis & generoſus, Andreas de Lubino, Wladiſlavienſis diœceſis, Theſaurarius regni Poloniæ, & Capitaneus terræ *c* Dobrinenſis, in c quamdam gravem infirmitatem incidit, quam Deo propitio & per operam medicorum evaſit. Cum autem convaleſceret, cauſa recreationis ad venan- *Theſaurarius regni,* dum urſos (cum eſſet vir magnæ audaciæ & agilitatis,

A tis, & hujuſmodi ſævarum ferarum peritus venationis) cum familiaribus ſuis ſaltus & nemora petiit. Cumque urſum inſequitur, crepuſculo inſtante equus[1], cui inſidebat, obice cujuſdam trunci graviſſime cecidit, & inſeſſor admodum colliſus, ſemivivus inter manus familiarium in domum referebatur. Recidivam itaque in priſtinam ægritudinem paſſus, adeo in brevi tempore ab illa oppreſſus eſt, quod medici de ejus vita deſperantes, amicis ejus tunc ei aſſiſtentibus, propediem eum denuntiarunt moriturum: ipſe deinceps cognoſcens viribus ſe deſtitui, videnſque ſe viciniſſimum morti, præcipit extra cubiculum foras ad conſpectum totius familiæ ſuæ, cujus non parvam copiam habuit, ſe efferri. Et cum elatus fuiſſet cœpit domui ſuæ providendo, unumquemque ſervientium pro ſervitiis
d juxta exigentiam meritorum *d* ſalariare. Propter quod familiares lacrymis perfuſi, in altum voces attollunt, dicentes: Orabimus Deum & Sanctum ejus Martyrem Staniſlaum (celebre enim erat nomen & patrocinium in tota domo ejus S. Staniſlai, unde & primogenitus ejus & unicus heres hoc nomine appellatus eſt) quod tibi adhuc ſpatium vitæ concedere dignabuntur. Erat autem hoc præcipuum mortis
B vicinæ indicium, quia per unius noctis moram ad quantitatem unius urnæ ſanguinem excreabat; qui fluxus ſanguinis nulla ope medicorum poterat vel inhiberi vel reſtringi: nullum etiam cibum aut potum poterat continere, ſed mox ſumptum evomebat. Cernens igitur Miles, ipſe humanum ſibi deeſſe auxilium, ad omnipotentis Dei & Sancti Staniſlai ſe convertit poſtulandum ſuffragium. Accerſita igitur conjuge ſua Pyotheuſcha, Venit, inquit, mihi in mentem, videturque bonum vovere me limina S. Staniſlai in Rupellam viſitaturum: & quamquam invitus aliquibus votis me obligo, levitatem vota emittentium vitaturus; de Dei tamen omnipotentis pietate & Sancti Staniſlai ſuffragio confiſus, ad S. Staniſlaum in Rupellam, cujus parum ante præmeminiſtis, ſi
voto facto convaleſcit ſuis ſuffragiis vita mihi reſervata fuerit, iturum me promitto. Quam primum igitur prædictum votum ore cum ſincera & devota intentione expreſſit, mox convaleſcentiam ſenſit tam patulam & inſignem, quod illo toto die à mane uſque ad veſperam ſolummodo ter ſanguinem excreavit: cum alias milleſies per diem & tantumdem per noctem ſcreare non ſatis ſibi foret. Sequenti autem die tantum bis & tertio [ſanguinem excreans] plenam convaleſcentiam ſenſit. Quapropter non poſt multos dies Cra-
C coviam iter arripuit, unumq; milliare itinere pedeſtri conficiens, & in Rupellam ad limina S. Staniſlai veniens, cum laude & gratiarum actione S. Staniſlao votum, prout voverat, perſolvit. Sed non immemor de beneficio, nec de gratia ingratus, beneficium beneficio & gratiam benedictione ſtuduit compenſare; ac ſeptem lapides *e* ceræ obtulit S. Staniſlao
e cum affectu.

f 44 Nicolaus dictus Ogonck, oppidanus de *f* Zathor, tactus infirmitate gravi in pedibus, quatuor menſibus & amplius totius corporis deſtitutus viribus, de lecto ſe movere non poterat, imo in lectulo de latere in latus alterum volutare: propter quod dorſum, in quo ſupinatus jacuit, ex diuturna quiete erat quaſi cute nudatum. Tali miſeria preſſus, ad implorandum S. Staniſlaum ſe convertit, & viſitaturum ejus ſepulcrum in Rupellam cum cereo ſibi commenſurabili ſe repromittit. Facto voto illico convaleſcere cœpit, & brevi tempore ſanus effectus, quod voverat fideliter adimplevit. Joannes Hephtarz, de Cracovia, graviter infirmus languebat; adeoque languor preſſerat, quod medici qui eum in cura habebant, de ejus vita deſperabant. Qui intelligens medicos terreſtres in curando ſe deficere, ad medicum cæleſtem fiducialiter convertit, S. Staniſlaum poſtulans devotius, ut apud Deum ſibi tempus pœnitentiæ obtinere dignaretur: ejuſque monumentum in Rupella, majori quo poterat affectu, viſitaturum ſe devovet. Voto expreſſo, continuo ſenſit ſe conſolatum: & ſurgens alacer, votum perſolvit; petens illud prodigium in eo factum omnibus prædicari. Mulier quædam de civitate Cracovia, à dæmonio vexabatur; non ſic quidem quod turbaretur in ſenſibus, ſed ſic eam ſpiritus exagitabat immundus, quod nec comedere nec dormire eam ſinebat: quod illa amare ferens, & proceſſu temporis plus ſe vexari metuens, pro auxilio ad beatiſſimum recurrit confidenter Staniſlaum, ejus limina in Rupella tota devotione ſe devovens viſitaturam: Quo facto à demonio ſe protinus ſenſit liberatam, ut amplius ipſius nulla ſentiret nocumenta.

Marcus, civis Cracovienſis, febribus quatitur, ac phyſicorum prætermiſſis ſuffragiis, ad ſanctiſſimi Patris Staniſlai ſe patrocinia convertit: & non incaſſum. Quamprimum enim votum viſitandi limina ejus in Rupella fideliter emiſit, illico febribus
E refrigeratum & penitus abſolutum ſe perſenſit: atque illico voto ſuo ſatisfaciens eccleſiam de Rupella adiit, & Sanctum Dei victimis & oblationibus honoravit. Infantulus Mathiæ dicti Kyecker & Barbaræ conjugis, de Teſchin, quam in humeris ad S. Staniſlai limina tunc attulerant, gravibus febribus per medium annum pulſabatur: quem ſimiliter, poſtquam ad limina S. Staniſlai devoverunt, omnis febris & dolor illius protinus effugata diſparuit. Magdalena, mulier de Cracovia, graviſſima febre corripitur; ipſaque invaleſcente in tantum infirmitate attrita eſt, quod per diem naturalem exanimis jacuit. Tandem vero ad ſe paululum reverſa, ad eccleſiam Sancti Staniſlai in Rupellam ituram, & Miſſam de B. Virgine ordinaturam dici, repromiſit: & illico à febribus ſe liberatam gaviſa eſt.

46 Anno Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſeptimo, die decima octava menſis Aprilis, Joannes dictus Czech, civis de Cracovia, cum familia ſua ſtipatus, equeſter per viam tranſiret; & nonnulli præda vivere aſſueti homines, labe hæreſis Bohemicæ ſive Wyclephiſticæ infecti, in frequenti equitatu publicum iter obſediſſent; (quibus jam ita propinquus ipſe erat, ut eo-
F rum manus nullatenus poſſet evadere) ipſe tandem omni ope humana deſtitutus, pro auxilio ad Deum omniporentem & ad S. Staniſlaum refugit; promittens in perſona propria ipſius limina viſitare, ſi periculum imminentis mortis evadere poſſet. Necdum voto finito equum calcaribus ſtimulans, per medium ipſorum tranſivit ſecurus. Ipſi autem cæcitate, ſicut olim Gomorrhitæ in vallatione domus Loth, percuſſi, ipſum per medium turmæ ipſorum tranſeuntem non viderunt: unum dumtaxat familiarem ſuum, ſequentem cum equo, apprehenderunt. Et multis inſuper aliis periculis, meritis S. Staniſlai, ſe præfatus Joannes Czech pluries aſſeruit liberatum. Homo quidam in Czanſtochoram pergere proficiſcens, à latronibus impetitur: qui Sancti implorãs auxilia Staniſlai, quamvis ad glorioſæ Virginis honorem peregrinaretur, Sancti tamen Staniſlai præſidium præſenſit. Nam mirabiliter de manibus latronum ſoſpes, rebus & perſona ſalvus evaſit: & ad S. Staniſlaum in Rupellam veniens, hoc publice prædicandum petivit.

47 Nicolaus Wangi, Armiger terræ Lancicienſis,

ex venatione & lapſu ſemivivus relatus,

& ex morbo diutino deſperatus.

à dæmonio vexata liberatur.

tres febricitantes curantur.

& ob ſanguinis vomitum cibum reſpuens,

ſanatur paraclyticus,

aliter ab iiſdem liberatur.

anno 1437 per latrones tranſiturus iis inconſpicuus redditur.

AUCT. IO. LONGINO *Podagricus*

in Hungaria ſerviens, in caſtro dicto Cunrathowkamyen graviſſima infirmitate in femoribus & pedibus percuſſus, juxta ac podagricus, ab aliis ferebatur: neque enim ambulare, imo neque in equo aut curru equitare valebat. Tandem poſtquam humana conſpexit ſibi deeſſe juvamina, ſæpius adhibita, ad Deum & ad Sanctum ejus Martyrem Staniſlaum pro auxilio ſuorum defectuum ſe convertit; & pedeſtri itinere promittit ſua limina, ſi habere greſſus officium poſſet, viſitare. Vix verbo voto emiſſo, convaleſcere ſe ſentit. Sed nec integram ſanitatem expectans, de loco facti voti iter arripit, & in via conſtitutus ſancti Martyris beneficio plenam ſanitatem reportat. Inſuper in ipſo itinere multa pericula latronum & beſtiarum, Martyri glorioſo ſe devovens, impulſatus evaſit, cum enim à villa Jablonkow verſus Poloniam ex Pannoniis tranſiret, cum eſſet homo annoſus & deſerti reſtaret latitudo, non poterat uno die ipſius amplitudinem ſuperare: & cum ſole occumbente quieſcere in ipſa vaſta ſolitudine cogeretur; adeſt urſus inſolitæ magnitudinis, de quo fama illius viciniæ volebat multos jam homines devoraſſe. Quo viſo ille, cum nec fugæ nec defenſionis adeſſet facultas, ſe Deo & Sancto commendat Staniſlao: quo facto urſus manſuefactus, omni feritate & rabie depoſita, præfatum Nicolaum Wangi aliquotiens circumiens & inſpiciens, quaſi divina prohibitus potentia, clamans & rugiens, profunda eremi petiit; & ille ſopore bono noctem finivit, tanto majores in Deum & Sanctum ſuum Staniſlaum gratiarum actiones celebrans, quanto ex majoribus periculis beatiſſimi Staniſlai præſidio ſe providerat erutum.

ex voto ſanatus,

evadit pericula latronum & beſtiarum,

B

g *Sanantur contracta,*

48 Franciſci, oppidani de Grodek, diœceſis g Lepolienſis, filiola, quatuor integris & continuis annis in pedibus contracta, non poterat ſe aliquaterus movere, ſed velut truncus aliorum manibus in lectulo volvebatur. Poſtquam autem ad B. Staniſlaum ipſam ducendam Franciſcus parens promiſiſſet, protinus ſurrexit & perfecte ambulare cœpit.

epileptica,

Laurentius filius Brunar, textoris de Kazimiria, epilepſi ſternitur: ſed parentibus pro eo votum S. Staniſlao voventibus continuo liberatur.

apoſtematicus,

Martinus dictus Mol, monetarius de Cracovia, apoſtemate in ſuperiori parte oculi dexteri adeo gravatus decumbebat, quod metuebat ſibi imminere cæcitatis periculum. Qui poſtquam S. Staniſlaum in Rupella ſe viſitaturum devovit, & apoſtematis periculum evaſit, & quod promiſerat fideliter adimplens, poſtulavit hæc publice prædicari.

C

h *Vigiliam Sancti ſperans, confirmatur,*

49 Joannes, civis de *h* Liblim, Cracoviam ad nundinas proficiſcens, cum in Vigilia S. Staniſlai, aliis comitibus ſui itineris jejunantibus; ipſe præter neceſſitatem carnibus, quamvis aliis abundaret ad eſum, uteretur; mox in carne ſua percutitur, & corroſione pedis maxima vexatur. Adeo inſuper dolor invaleſcebat, ut æger mori magis quam vivere æſtuaret. Tum menti ejus illabitur, quod propter irreverentiam S. Staniſlao exhibitam ſic torqueretur. Continuo S. Staniſlao votum vovit ejus eccleſiam cum cædela viſitaturum, & peramplius ejus Vigiliam jejunaturum. Vix voto verbis expreſſo, convaleſcentiam ſentit, & brevi temporis ſpatio interjecto, ſanus cum ſociis iter inceptum continuans, & in eccleſiam deſcendens, oblatione ſolenni, quemadmodum devoverat, ad tumbam Martyris facta, & ipſe correctus eſt, & aliis poſt futuris [exemplum factus], ne quem aut ſuæ temeritatis involvat dementia, aut vana mobilitas inutili levitate compellat Martyris illudere Vigiliæ.

& pœnitens convaleſcit.

50 Mulier quædam de Kazimiria, de parochia S. Staniſlai, bonæ famæ & honeſtæ converſationis, ad S. Staniſlaum cum marito ſuo ſatis devota; habuit famulam, noviter de villa ſibi adductam, Pyethnam nomine: cui quadam vice, volens veſtes lineas lavare, præcepit ut pro aqua ad Viſlam iret. Quæ quia novitia erat, neſciens qua itur ad fluvium, ivit ad lacum S. Staniſlai, & hauſtam aquam dominæ attulit. Domina autem, nihil de aqua S. Staniſlai ſuſpicata, ſmigmata in aquam comminuit, & igni appoſuit coquenda. Cum vellet autem prædictas veſtes abluere, inſpecta olla vidit multitudinem cicadarum in ea; & ex viſione territa, accerſivit quemdam Nicolaum dictum Kaym, Cathedralem ſcriptorem, qui tunc apud eam morabatur, dicens; Forſan tu cicadas in lebetem miſeris? Qui ait: Nequaquam, ſed videte ne forte hæc aqua de lacu S. Staniſlai ſit, & quod S. Staniſlaus ſic te terruerit. Vocat domina ſervam, quærit unde aquam hauſerit: quæ reſpondit de illa piſcina quæ habebat ſalices ad littora, & domum ſublimem proximam; eccleſiam S. Staniſlai, cum eſſet mulier agreſtis, ſignificans. Sine mora mulier, ollâ ſimul cum cicadis accepta, ad lacum S. Staniſlai cum tota familia ſua pergit: & ollam cum cicadis in aquam lacus vertit. Mira res! Quam cito enim illæ cicadæ aquæ lacus admixtæ ſunt, amplius nulla cicada apparuit. Quod cum vidiſſent aſtantes, Deum & S. Staniſlaum glorificaverunt; poſtulantes ſibi ignoſci, quod non ex induſtria, ſed per ignorantiam in ejus ſanctitatem deliquiſſent.

D

Aqua ex lacu S. Staniſlai hauſta repletur cicadis,

qua eâdem relatâ diſparent.

E

51 Aliud quoque in aqua ejuſdem lacus accidit miraculum. Vir grandævus, Joannes nomine, cognomento Glathky, civis Kazimirienſis, braxabat cerviſiam in domo ſua: & cum aqua ad conſummandum opus defeciſſet, familiari ſuo præcepit, ut juncto curru equis vas aquæ de lacu S. Staniſlai, pro conſummando labore prædicto, tantocius adduceret. Et ſervus, juſſa domini complens, ingreſſus cum curru in lacum, aqua vas replens, equis aſcenſis minabat eos: ſed nulla ratione equi progredi de loco poterant, nec currum trahere, donec aqua de vaſe totaliter emiſſa eſt. His & pluribus aliis miraculis voluit S. Staniſlaus aquam lacus prædicti, in qua partes corporis ſui aliquando projectæ erant, honorare; multaque beneficia & gratias ſanitatum per ejus intinctionem diverſis hominibus conferre.

eâdem vas replenſum extrahi inde nequit.

ANNOTATA.

F

a *Sunt in iſta eccleſia capellæ nunc* 23, *ut teſtatur Braunius.*

b *Locum ſcilicet prioris ſepulturæ, cujus honor, etiam ablato corpore, perſeverabat.*

c Dobrinum, *oppidum Poloniæ Majoris ad ripam Viſtulæ Borealem, medium inter Wladiſlaviam & Plocenſem urbem.*

d *Impreſſum* Solariari, *quod correxi.* Salarium *enim conductitiorum merces annua dicitur, unde verbum, Italis, Hiſpanis, Francis commune.*

e Lapis *apud nos Antverpiæ appendit pondo ſex, in Flandria quatuor: plus forte aut minus in Polonia.*

f Zathor, *ſex leucis ſupra Cracoviam, Sileſiam verſus, una fere leuca diſtans à meridionali ripa Viſtulæ.*

g Leopolis, *Germanis* Lemburg, *Rußiæ rubræ metropolis, Cracovia ad Orientem diſtat leucis minimum* 80, *&* 12 *leucis inde verſus Boream ad Bugelum fluvium eſt oppidum* Grodek, *diverſum ab alio ejuſdem nominis, ad eumdem fluvium in Podlachia ad fines Mazoviæ.*

h Lublinum, *Poloniæ civitas magna, haud procul à finibus Rußiæ, pari fere quo Leopolis à Cracovia intervallo hinc & inde diſtans verſus Boream, ut quaſi triangulum conſtituere hæ tres urbes videantur.*

CA-

A

CAPUT VI.

Miracula duo an. MCCCLXIV *patrata. Concluſio operis.*

52 PRodigiis, quæ ante & poſt canonizationem glorioſi Staniſlai Cracovienſis Antiſtitis ſuperiori tempore provenerant deſcriptis, & iis quæ in noſtram venêre ætatem; ea quoque quæ recenter & noviſſime acta ſunt ſubjiciam; quatenus virtus Altiſſimi & meritum beatiſſimi Staniſlai poſſet & in ætates poſteras, & in generationes ſingulas dignoſci: qui non ſolum apud priſcam operabatur, ſed etiam apud præſentem operatur ætatem; apud quoque futuram (dummodo credentium & adorantium illum fidem vacillatum iri non contigerit) operaturus. Duo itaque prodigia, anno tranſacto geſta & claudendo operi congrua, depromam.

53 Leopolienſis civis & Conſulis Joannis Langno, arte pellificis, conſors Hedwigis, anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo quarto, ad nundinas, quæ Cracoviæ pro die paſſionis S. Staniſlai
Anno 1464 octava menſis Maji agi ſolitæ ſunt, ex Leopoli proficiſcebatur. Quæ dum curru, mercibus variarum *a*
a manerierum onuſto vecta, puellam novennem Bar-
B baram habens in ſuo Comitatu, ad fluvium Wyſſlo-
b ka è regione oppidi *b* Pylszno, undis tunc plus ſolito inflatum, perveniſſet; navibus, quæ illam trans flumen deveherent, non repertis, ſurſum per ripas fluminis aſcendebat, rata ſe in ſuperioribus navigia apud
mulier cum filia & mercibus ea ripa in flumen devoluta, Yaworze villam offenſuram. Gradienti autem illi per altum littus juxta flumen, ſuſpicio ex conjectura evidenti verſari ſub oculis cœpit, ne littus altum, ex gravedine currus & fluctuum humectatione violandum, currum ageret in præceps. Corripit itaq; aurigam, & ſecedere jubet ex littore, atque imminentis periculi declinare diſcrimen. Quo juſſioni parere negligente, dū jam prope villam Yaworze ventum eſſet, rumpitur littus; & currus terra dehiſcente actus in profundum, ab aquarum ſorbetur gurgitibus, & univerſa quæ continebantur per undarum vortices occupantur. In ipſo autem diverſionis articulo, matrona prædicta Hedwigis beatiſſimum cœpit invocare Staniſlaum; cujus illi repentino ſuffragio ſubventum eſt. Ad littus enim abſque omni defenſione depulſa, ſuffocationis periculum evitavit. Concurrentibus autem ad ſuccurrendum & ad ſpectandum hominibus plurimis, merſarum mercium, ſed & pecuniarum, quarum non modicam ſecum detulerat quantitatem, recollectio horis aliquot, per viros ad id pretio comparatos, Hedwige inſpectante agebatur.

ſalva evadit & merces recipit
C

54 Cumque rerum magis notabilium ereptio proveniſſet, & Hedwigis præfata, omnibus rebus in currum impoſitis, iter vellet reſumere; tum primum mentem & memoriam ſubiit, filiolam Barbaram ſecum una aquis dimerſam deeſſe: cujus hactenus pavor ingens, quo fuerat ex magnitudine tam periculi quam damni correpta, non ſiverat eam aliquam rationem habuiſſe, quatenus providiſſet illam tempeſtive inquiri. In fletus itaque lamenta & ejulatus ruens, altis ſuſpiriis & fletibus altos clamores emittens, aſtantem multitudinem in ſui commiſerationem impellebat. Illius autem qui ſibi periclitanti ſubvenerat, qui illam ex profundo pelagi eripuerat, qui mortis imminentis periculum depulerat, ſe totam & filiam dignationi committens & pietati, magna vociferatione in littore conſiſtens, & locum ſuffocationis proſpectans, implorabat ſuffragia; ſemiplenum ingeminans ſe conſecutum à viro beato Staniſlao beneficium, ſi filiolam ſuam, dimidium animæ ſuæ, ſuffocatum & ſibi abreptum iri contigiſſet. In hac itaque anxietate & in tam flebili mœrore poſita, dum
pro filia quoq; Sanctum invocans

ſinguli aſtantes viri & feminæ ſuaderent, de funerando & reperiendo, magis quam de vivificando corpore filiolæ rationem habendam fore, atque in partes inferiores fluminis, pro conquirendo cadavere, in quas illud ex tam longa mora ſuſpicabantur defluxiſſe; accurrendum; miſera ſola mater à loco, ad quem naufragiū provenerat, oculos non amovebat; filiamq; ex nomine vocans, meritum & ſuffragium beatiſſimi Staniſlai (erat enim cor ejus fide & ſpe plenum) interpellabat; infeliciſſimam ſe mulierem commemorans, ſi, ſe ſalvatâ, filia interiſſet. AUCT. IO. LONGINO *quam alii ſubmerſam credebant,*

55 Nec mora, conſpicatur in ſuperficie undarum, ubi periclitata fuerat; filiam vivam & incolumem ex mediis fluctibus erupiſſe, atq; velut immobilem, curſu amnis veloci nequidquam impediente, conſiſtere. Et illico grandi exhilarata gaudio, voces in aëra tollens, ſanctum Dei Staniſlaum benedicit, glorificat & extollit; felicemque ſe & beatam filiæ vivificatione & pluſquam à morte ſuſcitatione, profitetur. Quam per nautas in cymbis in aridam relatam, maternis complexibus excipiens, & in Cracovienſem majorem eccleſiam ingreſſa, quanta & quam mirifica clementia Salvatoris per merita beatiſſimi Staniſlai præſtiterit beneficia, apud univerſorum audientiam enarrat: filiam quoque vitæ reſtitutam priſtinæ, quo efficacior foret ſuæ narrationis & prodigii ſeries, oſtendit. Impetrat deinde à Sacerdotibus & Vicariis eccleſiæ, ad ſepulcrum beatiſſimi Staniſlai, ſolennem voce ſonora de Sancto Dei agi Miſſam: ſub qua plures inſignes accendi & ardere procuravit cereos, atque in Sancti decus ſuæque & filiæ ſtupendæ ereptionis & vivificationis memoriam, auro manus implens, peregit ſuam ad altare oblationem; geminoque gaudio læta, in propria rediit. *ſupra ſtatus incolum. ni videt,* *exceptam & Sancto cum oblationibus ſiſtit.*
E

56 Conſors Catharina Mathiæ ruricolæ, prope magnam *c* Oppathow Cracovienſis diœceſis, ſub ejuſdem anni tempore & menſe Auguſto, filiolum, quem paucis ante menſibus pepererat, videt extinctum: dormiens quippe ſabbato in noctem ſequentem diei Dominicæ, uſquequo animam exhalaret, illum oppreſſerat. Cujus morte ſuppreſſa, & tam à viri ſui quam cujuſlibet alterius notitia celata, beatiſſimo illum Staniſlao devovens, in Cracoviam, quæ duabus diætis ab Oppathovia magna diſtat, cadaver extincti filii in humeris bajulans, profecta eſt, ea certitudine freta atq; fiducia, filium ad vitam, quamprimum ſepulcrum B. Staniſlai contingeret, rediturum. Abſumpta ſunt in ea peregrinatione quinque dies, & pueri oppreſſi corpuſculum, ſub proceſſu tot dierum, gelidatum jam riguerat; unamque tantummodo anum habebat in comitiva, quæ illam in ferendo funere vicariâ ſuſtentabat viciſſitudine: admonebaturque præfata femina ab omnibus, in quorum hoſpitia declinabat, ut cadavere filii ſepulto domum remearet. Non tamen femina, merito & ſuffragio beati viri fidens, à proſequendo itinere poterat averti. Vir inſuper ejus magna coreptus anxietate diſtenabatur, quod uxorem ſuam, injuſſu ſuo atque ſcitu abeuntem, credideraat ad alterius illicitos concubitus in aliquam longinquam regionem divertiſſe.
C
Infans à matre dormiente oppreſſus
& itinere quinque dierum delatus Cracoviam
F

57 Cum itaque mulier onere funeris filii ſubiarcinata, Cracoviam, feria quinta & die ſexta poſteaquam filium jugulaverat, appropinquare cœpiſſet; quamprimum civitas Cracovienſis ab ea eſt conſpecta, puer quem de humeris in brachia retulerat, primum oſcitavit, & deinde muliere in genua procumbente cum fletibus, puero etiam in terram depoſito, levem fletum edidit; ad extremum, matre cum fletibus orante, revixit. Quem in Cracoviam ad eccleſiam majorem deferens, & ante ſepulcrum S. Staniſlai, mirandam in reſuſcitatione tam diuturno tempore emortui filii ſibi præſtitam pietatem cunctis prædica-
inconſpectis urbis reviviſcit.

AUCT. IO. LONGINO

dicavit. Peregrinatione expleta, muliere cum filio vivo & incolumi ad penates proprios revertente, universæ quidem oræ illi gaudium, tum viro suo exultatio immensa, & de reversione uxoris & vivificatione filii, affulsit. Multa sunt præterea quæ in expulsione dæmonum, instauratione claudorum, sanitate febrium & languidorum, suscitatione mortuorum, illuminatione cæcorum ceterisque infirmitatibus, in universorum Polonorum regno, per Sanctum suum, ad gloriam & honorem nominis sui, Deus operari non desistit. Quapropter & basilica Sancti, in cantu Psalmorum & hymnorum, qui illic jugi modulatione, nocte & interdiu decantantur, à præclarissimo Wladislao secundo Poloniæ Rege adornata est. Sepulcrũ pulcherrimo opere ex argento, auro nobilitato fabricatũ, & testa *d* sacra auro mũdissimo contecta est.

Cetera perstringēs auctor

d

58 Hæc sunt, vir spectabilis & venerande, beatissimi nostri ac fortissimi militis & Martyris Christi Stanislai Cracovienſis Episcopi, complexive à me conscripta, vitæ & meritorum miracula: quibus sua glorificatio apud terrenos homines ostensa est, quibus ad ferendum mortalibus suffragia prompte una ac libenter invocatus accurrit. Quantum vero apud Superos & Cælestes consecutus sit, nedum mea sed nec cujuscunque eruditissimi oratoris lingua depromi, nec sensu percipi potest, qui per fœda & horrenda tormenta, pro fide, pro justitia, pro pietate, pro libertate populi totius Polonici, pro spe futuri seculi, pro caritate Christi tolerata, mirabilem pertulit agonem. Quæ si scrupulose quemadmodum in ceteris afloles, digesseris, lustraveris, rimaveris; reperies profecto in Sancto nostro Stanislao vitam Angelicam & admirabilem, martyrii ordinem crudelem & horribilem, canonizationis seriem impeditam & difficilem: atque ex his intelliges, virtutis ejus coronam stupenda nimis & memorabilia habere præconia: quibus Sanctus ipse stupendus & mirabilis, omnium quoque studiis ubique celebrandus effulsit: ipsisque recensitis divini ignis incensus ardore, in Redemptoris nostri Jesu Christi & in Sancti nostri Stanislai amorem pectus concitabis: miraberisque divini consilii tam providentiam quam altitudinem, non tam pro mirificando Sancto suo, quam pro salvando genere humano præstitam, qua & nasci apud Polonos tale germen voluit, nascēti uberem gratiam infudit, patienti robur ad vincendum præstitit, nexus & obices canonizationis dissolvit. Quorsũ hæc? nisi ut universis orthodoxæ fidei cultoribus, singularius tamen Polonis, donaretur Patronus de Superis, ea glorificatione præditus, eo munere dignificatus, eo merito in omne ævũ futurus, quod terminari nullo umquã tempore, nulla oblivione deleri posset, perennen memoriam, post vitam castam religiose ac sancte traductam, sortitus, ad propitiandam divinam gratiam, ad vincendam carnis petulantiam, mundi blandiciem, dæmonis vafriciem, & ad consequendam suo merito atque suffragiis beatitudinem sempiternam: quam tibi & universis, Christi Jesu insignitis caractere & redemptis sanguine, concedat ipse Christus Dominus, in omne ævum benedictus, Amen.

opus suum rursus offert ei cui inscripserat:

B

gratulans Patronum Polonis à Deo datum,

C

ejusque preces petit,

59 Vale felix, sospes, & alacer, & sæpius pro me interpelles, orationum tuarum suffragiis quam maxime indigente, & variis peccatorum sordibus inquinato; oratione tua impetraturus mihi resolutionem facinorum & multitudinem lacrymarum. Equidem, ut te ad amorem Sancti nostri amplius incenderem, ut in gazophylacium Domini aliis grassos saccos & conferta marsupia fundentibus, duo æra minuta mitterem, in quibus illius Euangelicæ viduæ laudata est devotio; ut jussa majorum meorum capescerem, & præterea meæ erga te devotionis, venerationis, observantiæ, fidei documentum aliquod ederem, mei ingenioli mearumque partium munus, rude quidem, incomptum ac tenue (fateor) ac te tuisque auribus parum dignum, libenter tamen atque impigre tum executus. Iterum vale. Datum Cracoviæ, pride Kalendas Julias, anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto.

D

ANNOTATA.

a Maneries *hic dici videntur, quomodo Franci, Itali, Hispani dicunt* Manieres, Maneras, *modos, formas.*

b Pilzno *leucis circiter* 30 *distat Cracovia, infra quod oppidum* Wyszlocha *fluvius spatium leucarum* 8 *versus Boream emetiens, Vistulæ infunditur.*

c Opathowiec 20 *leucis infra Cracoviam, ad borealem ripam Vistulæ.*

d Testa, *id est*, Caput, *Francis & Italis nota vox.*

CAPUT VII.

Responsum Præpositi Clodavicensis de hac Vita huic oblata.

Laudata Vita, perfectius quam usquetunc scripta,

60 SPectabili venerandoque Dictatori, Domino Joanni Longino, Canonico Cracovienſi, Præceptori suo præcelebri, Frater Santhko de Ezechel, monasterii B. Ægidii Clodavienſis Clericorum Regularium inutilis servus, &, id quod est semper, tuus; Jesum Christum Dominum nostrum salutis nostræ spem nactum iri nobis & cunctis fidelibus in vita Beatorum. Accuratissimum tuæ dignationis animum, præclare vir, magis dixerim officiosum in animo laborem, omnia vincentem, appretio, & ultra priscorum nostrique seculi ætates appendo: quo nobile tuum inflexisti ingenium, ut peculiare beatissimi Patroni nostri, Protomartyris & Episcopi Cracovienſis Stanislai, specimen, atq; excellentissimæ sanctitatis suæ culmen, ne dum ordinatissimo comptoque stylo ejusdem Patris clarissimi vitam, nubilose truncateque pet vetustiores conscriptam, sed ex parentum traduce, utriusque ex nomine, quod necessarium est & singulare, temporis suppurationē in ejusdem Patroni conceptione, nativitate, in scholis obversatione, virili progressu usq; ad martyrii consummationem, canonizationisq; gloriam, aureo & gravi dictamine, congessisti verissime, per indaginem exactissimi laboris & studii tui. Quod quia ex indole bona Deus optimus tuæ mēti præstitit singulari dono, ideo non te, cui datum est parũper, laudatũ ire cupio; & sicut decet, nihil homini laudis tribuam: sed totum Deo, à quo bonum est omne, impendam. Cum Regius dicat Propheta: Non nobis, Domine, non nobis, sed nomini tuo dē gloriã. Idem beatus affirmat Apostolus: Quid habes quod non acceperis? si accepisti quid gloriaris? Et iterum: Unus quisque proprium habet donum ex Deo, qui dividit singulis prout vult.

E

F

Psal 113

1 Cor. 4, 7

laudat auctorem à virtute

61 Tibi singulariter inter coætaneos tuos docile ingenium cum studiositate donavit virtutum; ut in tenera, quam novi, ætate tua, inter maturos obversatus viros, creſceres semper moribus & meritis. Convenit in te satius flos ætatis & maturitas mentis, ut æquo gradu eloquentia tua & conscientia pariter incederēt. Accessit etiã oris veritati castitas animi, ut ab ore tuo cana semper manarent verba, cursusque annorum usque ad hos canos laudis tibi & honoris procuraret augmentum ex Dei dono, unde virtutum omnium sumitur manifesta cognitio. Hinc sapientia veritatis, & quidquid boni potest esse radicatur: ut ad omnia reddatur homo habilis, quem imbuit clementia cælestis. Hæc te resplendere fecit æqualem actionis merito & dictionis eloquio; ac specialius tuam inclinavit mentem, ut oratoriam colendo diligeres artem, quæ utique

A utique apud veteranos Chaldæos, Hebræos & Latinos litterarum omnium humanarum eſt ornamentum. Quidquid enim in qualibet diſciplina concipitur, ab oratoria ſub decore profertur. Reperiat quamvis magna Philoſophus, quid proderit ſcire ſi laudabiliter non poſſit extollere? Naturalis eſt invenire, ſed facundi oratoris & dictatoris decenter conſtruere. Sola hæc eſt præcellens ſapientiæ divinæ nobilitas, ut non fucatis egeat verbis, cum ſit de Deo, qui eſt lux & beatitudo æterna, cui nihil decoris adjici poteſt; aliæ vero ſcientiæ humanæ oratorum purpureo indigent lepore, ſubjectorum variabilium ratione. In hac te cenſeo arte ſub noſtris præclarum ævis, ut & ſuaviter ſcias perſuadere, animoſque audientium orando poſſis mulcere. Verum exiſtimo inter egregios noſtri dictatores ſeculi tu ipſe haberis, qui toto niſu de Italia, ubi Latina eſt ipſius ſcientiæ ſcaturigo, plures libros in eadem magno pretio congregaſti, nec uſque modo deſiſtis colligere: unde ex tuo dictatu in his ferme oris omnes hauriunt, tuiſque vaſis diteſcunt.

& eloquentia

62 Sane rudirati meæ hunc per te de Vita beatiſſimi Patris noſtri Staniſlai editum diſertiſſime libellum, dignatus es dedicare: meque labruſcum, nedum lectorem, magis rigidum per omnia delegiſti cenſorem, ut meo limatus cenſuratuſque ſcalpello, ſic ſic prodiret in patulum, inviſendus aliis & legendus, talique lance libratus ſtaret firmus aut infirmus. Graviſſimam mihi, vir gratiſſime, imponis molem: excedit meas fragiles hoc onus vires, meoſque ſternit humi humeros. Ex triplici capite metuo hoc pondus aſſumere: plus ſatago, niſi me tua inviſcerata caritas conſtringeret, refugere. Primo ex præfationis tuæ altiſſimis laudibus, in me, favillam, cinerem, fimum, & nihil, congeſtis, quibus virum Pierii ſpiritus & jubar Polonicum me compellas; & alia multa, meæ fragilitati diſſona, congeminas. Puduit me has videre & legere Camœnas, quarum canore non cupio paſci, ſed Cruce Jeſu Chriſti, in qua cum Apoſtolo decet gloriari. Mihi magis de me credas, quod ex & in me hoc non invenio, quo ſic evectus ſum per te, præconium. Tædet me pudetque aliquid boni de me credere, cum ex me nil honeſti poſſim cogitare: quid dicere, aut agere? Vellem tua pace præſcriptas in Præfatione epiſtolari laudes abradi, ſi poteſt fieri. Tamen eſt quod faciam: non me credam qualem putas (quoniam non mea cenſet id ratio, quod de me tua cecinit laudatio) hoc ſolum ſentio, hoc certum percipio, me abs te cordialiter diligi, ſubq; teneris circiter à quinquaginta ſex annis amari. Hoc indicatum diu glutinum neſcit habere modum: plus addicit amico, quam valeat merito: magis laudat, quam virtutibus excreſcat. Sed neſim tuæ dilectioni ingratus, & in me temerarius; non mihi reſtat niſi diligenti me ſincere reciprocum amorem rependere, tuiſque votis me totum offerre, quod non parum eſſe debes appendere. Siquidem offero quem ardentiſſime diligis, & ſi [non] qualem me tua laudatione prætuleris, eum tamen pro quo, ut talis eſſe merear, Deum depreceris.

deinde excuſat cenſurā ſibi demandatā,

B

cupiens eradi ab ejus opere ſuas ſolū laudes,

ab exceſſu mutui per annos 56 amoris profeſſus.

C

63 Secundo rationabili modernorum more auctorum, qui nova compilantes opera, reverendis conſueverunt Pontificibus aut prælucidis in Theologia Magiſtris vel Doctoribus aliis encæniare: cum apud hos ſtatus duos novæ editionis confirmandæ aut infirmandæ conſiſtat auctoritas. Epiſcoporum ſupremæ eſt dignitatis ex ſummo culmine, quo honoravit eos Dominus noſter Jeſus Chriſtus, dicens: Quæcumque alligaveritis ſuper terram, erunt ligata in cælis; & qui vos audit, me audit; & qui vos ſpernit me ſpernit. Sed ad Magiſtros in Theologia aut

dein cenſuram ſpectare ait ad Epiſcopos

Mat. 28, 18

Luc. 10, 16.

& Theologiæ Magiſtros,

altrerius facultatis Profeſſores attinet doctrinali ac ſcolaſtica determinatione veritatem definire talſitatemque demonſtrare, prout docet Apoſtolus, omnis ſcriptura divinitus inſpirata utilis eſt ad docendum, ad arguendum & corripiendum. Hic appellatur Magiſtralis apex, quem non attigi, quamvis aliquando concupivi; hunc aſcendiſſem vocatus, niſi exceſſivæ ab eo gradu me repuliſſent impenſæ, ut autumo doctrinæ Theologorum contrariæ, ſingulariter huic præcepto Jeſu Chriſti, diliges proximum ſicut teipſum. Poſſent ſiquidem de illis ſuperfluis in eo gradu teſtis, plures cæci, claudi & aliæ miſerabiles perſonæ paſci, maxime nubiles pupillæ virgines maritari. Pariſius didici in Theologorum ſcholis, ubi Sententias legi, nec ultra gradum aliquem in ſacra pagina ſuſcepi, nullum actum apud Theologos indifferentem eſſe, ſed omnem meritorium aut demeritorium exiſtere. Vellem libenter ſcire, ſub quo virtutis contineatur genere tantas expenſas, de ſexaginta marcis vel pluribus, in talibus graduationibus facere.

AUCT. 10. LONGINO Tim. §. 16

64 Non fugillo graduationes hujuſcemodi, quas omni veneror honore, præſertim in ſacra Scriptura: quin eaſdem præconizo, quæ, ut credo, ex inſtinctu Spiritus ſancti ſunt introductæ; cum legerim Origenem in homiliis ſuper Geneſim geminate id deducere; quod ab initio legis naturæ Patres fuere, qui in tabernaculis cultū unius Dei docuerunt, & adoleſcētulos præcipue de moribus imbuerūt. Hi Majores ac Magiſtri vocabantur. Deinde in Moyſi lege erant Doctores, Legis-periti, ſcribæ & Phariſæi: nam & beatus Apoſtolus gloriatur, ſe ad pedes Gamaliēlis legē Moyſi & Prophetas didiciſſe, ut armatus ſpiritualibus telis poſtea doceret confidenter. Non tamen legimus de tantis impendiis in aſſecutione talium graduationum, & expenſis, quæ pauperibus & doctis viris promotionem in præſcriptis facultatibus præcludunt, divitibus vero mimus peritis adaperiunt. Satis eſt apud me mirabile, quod uno die in his gradibus tantas effuſum iri contingat expenſas, quæ pluribus ſufficerent annis. Scio Clementinam de Magiſtris in Cap. Cum ſit nimis, quæ limitat ne ultra tria millia Thuronenſiū in ſolennitate Magiſterii aut Doctoratus aliquis expēdat. Thuronis, ubi hæc cuditur moneta, manſi, cujus inibi & Pariſius valorem expertus fui, ſic quod centum Thuronenſes æquipolleant coronæ auri de Francia, nec excreſcerent niſi ad triginta Hungaricales. Non multum hæ gravarent expenſæ homines etiā mediocres. Poſtquam de Pariſienſi ſtudio redii honorare reverendam matrem noſtram univerſitatem Cracovienſem, volui ut in ea, tamquam primæva genitrice mea, hujuſce in Theologia faſces ſuſciperem. Superinde Patribus tum conſcriptis meam aperui mentem, non tantas & ſuperfluas velle me facere expenſas, pro quibus deliberaveram quadraginta Hungaricales impendere, & alios quadraginta pauperibus diſpenſare, ut proximum diligerem ſicut meipſum. Ludicrum id præfatis viſum eſt Patribus, & imputatum fuit meæ parcitati: quam culpam libenter ſuſtinui, malens in hominum incidere judicium quam divinum; & ad tempus perpeti pudorem, ne in perpetuam peſſum iri contingeret confuſionem, propter bonorum Eccleſiæ deordinatam diſpenſationem; & pro dignificatione propria amplas facere & ſuperfluas expenſas, & pro pauperum ſuſtentatione vix duos vel minus impendere florenos: Cum Dominus in Euangelio præcipiat: Quod ſupereſt, date pauperibus, & omnia munda ſunt vobis.

quod ipſe factus non ſit propter inutiles expenſas

E

quas negat ſe poſſe probare

L. 5 t. 1 c. 2

Luc. 11, 41

eo quod modum excedant

F

65 Tertio propter acrimoniam qua me ſtringis, cum dentibus invidorum & detrahentium exponis in calce præfationis tuæ, ubi ais: Et ſi forte vitioſi

AUCT. IO. LONGINO *denique non vult ſolus ſuſtinere invidiam :*

ſermones aliquos offenderint auctore neglecto, ſinguli defectus, deformitates & vitia in te decidant cenſorem. Magis caritati arbitror conſonare, hoc fune ne angi auctorem cum cenſore ; ut levius ſit partitum onus portare, quia væ homini ſoli, ſi ceciderit non habet ſublevantem : melius eſt duos eſſe quam unum : ideo facilius eſt duobus quam uni ſarcinam hanc ferre, mordentiumque dentes & ungues excipere : quibus meas ad vellendum genas exponam, & pro caritate tua, qua cordialiter flagro, in & pro te faciem meam ab increpantibus & conſpeuntibus non avertam. Ex cauſſa veritatis, in præfato libello lucentis, quam plures pro meo ingenii captu [partes] recenſui, & in ſtatera rationis utcumque libravi : verum profiteor tria veritatem dicendi genera apud oratores eſſe : primum humile, quod communi ſermone veritatis incedit : alterum mediocre, quod nec magnitudine tumeſcit nec parvitate tenuatur, ſed inter utrumque poſitum propria venuſtate ditatur : tertium eſt ſummum, quod perſuaſionibus altis & rationibus ſummis elevatur. Hoc triplici veritatis funiculo, qui difficulter rumpitur, ipſum ſcriptioma libelli de vita beatiſſimi Staniſlai per te textum eſt fortiſſimum. Humili ſiquidem in ipſius ſacratiſſimi Patris conceptione, nativitate, converſatione morum, & per totam ejus vitam, procedit veriſſime : inde virtutibus in medio conſiſtentibus, martyrii victoria ditatur : proinde perenni gloria in cæleſti curia & in militante Eccleſia per variæ ſuæ ſanctitatis miracula eſt ſublimatus. Et ſi, ut præſcripſi, ex auctoritate qua careo ipſum libellum autenticare non valeo ; ſufficiat eumdem probatum iri, & ab omnibus lectitari ex contenta in eo veritate ; ut præſentis libelli veritas ſit ipſa præcellens auctoritas, ſine qua veritate nec eſt neque valet eſſe Pontificum aut Magiſtrorum auctoritas. Contra tamen detrahentium labra, ſacratiſſimi Patris Staniſlai patrocinia & orationum clypeos opponemus : magiſque valebit duplicata caritas, quam invidorum & ſugillantium mordacitas. Nec invidorum laudes affectemus, aut ipſorum vituperia paveſcamus : ſed ipſis in patientia noſtra reſpondeamus, ut ſuas manducent ſeverias.

addit tamen nullum tamen dam

ei libello qui per omnes veritatem dicendi modos excellit,

B

66 Hilari corde pro maximo munere hunc libellum ſuſcipio, pro glorificatione beatiſſimi Patris Staniſlai & prædicatione ad populum declamanda ; pro mea ſalute, fratrum ædificatione, ac devotione utriuſque ſexus fidelium : qui meritis ſanctiſſimi Præſulis gratiam divinam, remiſſionem peccatorum & vitam æternam merebuntur, tecum omnes : ſpero gratum id opus fore ac utile toti Polonorum Eccleſiæ, poſteriſque magna veneratione dignum : & ſi moderni ex parte laceſſituri ſunt, ſed cito ceſſabunt. Gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti longo à te teneatur ævo, & tuis laboribus præmia reddat æterna, meritis egregii patroni noſtri Staniſlai, cujus laudi & præconiis ſategiſti. Orationes meas cum Fratribus meis tuæ caritati recommendo. Datum in cœnobio Clodavienſi, in die B. Ægidii Confeſſoris glorioſi, ac ejuſdem cœnobii patroni magnifici ; alias die Lunæ, prima menſis Septembris, anno gratiæ milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſexto.

Interim gratant & ſuſcipit & probat oblatũ munus.

C

CAPUT VIII.

Miracula de novo addita.

67 BArthoſſius quidam, Vincentii Volha filius, oppidani de a Przeczſlaw, laicus Cracovienſis

a diœceſis, viridis ætatis homo, habens citra triginta annos, orbatus parentibus, & ſubſtantiam paternam videns eſſe tenuem, in obſequiis Dominorum cœpit verſari. Tandem uberiorem quæſtum conſecuturus, ad Ruſſiam ivit, & in oppido Snyathyn b Cameneczenſis diœceſis, apud Dominam Elizabeth Zakrzowska relictam Zawyſchy, conductus mercede cœpit manere in obſequiis. Quæ videns illum ſibi fidelem, volenſque fideliorem efficere, & eum apud ſe diutius tenere, mulierem quamdam, quam ipſe credebat ſolutam, Katharinam nomine, quæ tamen habebat alterum virum Martinum Clericum, qui ab ea divagabatur, etiam in obſequiis ſuis conſtituram, ſibi conciliavit in uxorem, anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo c [ſecundo] ſub tempore carniſprivii. Indignata eſt ob hoc altera mulier vehementer, Helena, conſors Vincentii oppidoni de Szoyathyn ; quæ filiam ſuam Dorotheam virginem magnopere geſtiebat ei dare in uxorem, de quo jam inter dictum Barthoſſium & præfatam Helenam aliqui tractatus familiares præceſſerant. Volens ergo dictum Barthoſſium ab uxore ea die ducta ſequeſtrare, & odioſam illi facere, & de filiæ ſuæ Dorotheæ ductione inamorare ; præfato Barthoſſio, jam cum ſponſa nova in lecto cubante, ollam cum poculo venenato attulit, fingens & mendaciter aſſerens, quod Domina ſua Elizabeth Zakrzowska pro bona nocte illud ſibi poculum tranſmiſiſſet, mandans ut illud totaliter ebiberet ; ſibique illud per feneſtram, quoniam jam fores cubiculi clauſæ erant, porrexit. At miſer homo & ſimplex, nullum dolum, nullum venenum ſuſpicatus ; poculum, ut juſſus erat, ebibens, ſtatim ſenſit ſe veneno infectum : horripilationes enim & tremores per omnia membra rigide & doloroſe diſcurrebant : ab illaque hora, annis ſex continuis, menſe quolibet graviter infirmabatur.

D

Domine ſuæ fidelis famulus

b

c

anno 1472 uxore ducta veneno patratus,

68 Deductus autem in Leopolim, à quodam medico Italo non poterat curari. Sed nec nobilis matrona Anna Hunowska, conſors nobilis Derſlai Hunowsky, quæ eum contemplatione divina anno medio variis herbis & pigmentis curabat, poterat ſibi in aliquo prodeſſe. Tandem ingraveſcente infirmitate, dum ubique ſperneretur, & mortalibus faſtidioſus eſſet ; ab avunculo germano Staniſlao Schidlowsky, oppidano de Thyczin, in caſtrum d Sobyen deductus, à nobili Domino Joanne Sobyeusky, officium e Portulaniæ precario obtinuit. In quo conſtitutus, anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo octavo, feria quarta, f in die S. Martini, in ſtuba communi inter promiſcuam turbam familiarium jacens, magnis & inſolitis doloribus cruciabatur, adeo ut prope animam exhalaret. Videns autem ſe in tanto periculo & cruciatu conſtitutum, clementiſſimo Deo & genitrici ſuæ & beatiſſimo Staniſlao Cracovienſi Epiſcopo, cum lacrymis & devotione, ſe cœpit totum devovere ; invocans præfatum beatiſſimum Staniſlaum, & cum magnis ſuſpiriis repromittens, quod ſi eum liberaret de periculo ægritudinis illius & mortis imminentis, vellet ad limina ſua perſonaliter pedeſtri itinere pergere ; & cereum unum, ad ſtaturæ ſuæ proportionem longum, ad ſepulcrum beatiſſimi Staniſlai offerre, & tres Miſſas, pro honore beatiſſimi Staniſlai legi ordinare. Affuit illico divina clementia, & ejus Martyris & beatiſſimi Staniſlai magnificum præſidium miſero & languido homini : & in caliginoſa ſtuba nocte conſtitutus, poſt emiſſum votum, magnum cœpit vomitum habere. Accenſa autem candelabra, & familiaribus qui ſecum cubabant excitatis, vidit molem magnam & quantitatem veneni, & duodecim vermes vivos, albos in corpore, & rubeos in capite, ad modum vermium qui in agris, quando ager vomere ſulcatur, reperiuntur, & qui in Polonico Panozwye vocantur, ſe evomuiſſe.

d

e

f

F

& an 1478 mori viſus,

invocato S. Staniſlao

evomit venenum & 12 vermes,

69 Mira-

A 69 Mirabantur ſtupore ingenti conſamiliares ſui, quod tantam in ſe habens vim & vermium & veneni, non fuiſſet ille homo ſubito & dudum extinctus: & illico clementia Salvatoris & Martyris ejus beatiſſimi Staniſlai cœperunt reſonare magnalia, & in laudes ejus prorumpere. Ab illo tempore cœpit præfatus Barthoſſius reſumere vires, per ſex annos à veneno valido & concreto debilitatas: quibus reſumptis, utcumque poterat, debiles artus baculo regente ſuſtentaturus, feria quinta die S. Joannis ad portam Latinam, venit Cracoviam ad ſepulcrum beatiſſimi Staniſlai, & ſe illic cum cereo à ſe devoto & tribus miſſis repræſentavit, votumque perſolvit; recognoſcens coram multitudine Cleri & populi, ſe beneficio beatiſſimi Staniſlai fuiſſe & eſſe ſanatum. In itinere autem, ex Sobyen illi Cracoviam pergenti, & ex debilitate corporis breves paſſus breviaque milliaria facienti, beatiſſimus Staniſlaus vice geminata per quietem apparuit, confortans & confirmans eum, ut cœptum iter abſque metu & deſperatione ad limina ſua continuaret; interrogans illum, ſi ſe noſſet. Quo reſpondente, ignoraſſe ſe, quis eſſet; dixit: Ego ſum Staniſlaus, Cracovienſis Epiſcopus: perge iter tuum, & de ſanitate integra meo ſuffragio eſto ſecurus; pollicens ſe præſidio ſuo ſibi vires greſſuum præbiturum. De quibus omnibus glorificetur clementiſſimus Deus, & intemerata Mater ejus, & magnificus Interceſſor & Patronus Polonorum beatiſſimus Staniſlaus, qui quotidie in regno Poloniæ mirifica præſtat ſubſidia omnibus illum fideliter invocantibus, qui & nobis obtineat omnibus apud Chriſtum Dominum propitiationem & ſalutem æternam, qui eſt Deus glorioſus per ſecula benedictus. Amen.

& in itinere Cracovienſi bis à Sancto apparente confortatur.

B

An. 1475 à Turcis in Slavoniam irrumpentibus

70 Anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo quinto, in Decembris quarta die ante nativitatem Chriſti, cum nivibus profundis uſque ad gena prementibus, nulla ſuſpicio hoſtilis haberetur, dum omne ſolum à multitudine nivium impervium foret; venit in Cziliam *g* exercitus magnus Turcorum, & depopulatus eſt magnam partem Slawoniæ, conterminatam Cziliæ, & abduxit decem millia hominum Chriſtianorum utriuſque ſexus, occiſis impuberibus, & ſubſtantiam magnam mortalium, nemo enim propter profunditatem nivium ſuſpicabatur illos pro tempore illo venturos, & ideo reperientes homines incautos & dormientes tulerunt illos & omnem illorum ſubſtantiam: inter quos ceperunt etiam Martinum Ginach, ſutorem & conſortem ſuam Urſulam, ſororem Magiſtri Georgii, Petri Medicinæ Doctoris in oppido Raczoch, prope oppidum Cziliæ, & abduxerunt utrumque in Turciam. Ex compedibus autem & nimio frigore utrique pes unus computriverat: & præfatus Martinus, dolore nimio vexatus, amplius greſſus figere & ambulare non valebat; præfata Urſula utcumque illi miniſtrante.

g

maritus cum uxore capitur.

C

pro quibus à fratre mulieris invocatus S. Staniſlaus

70 Præfatus autem Magiſter Georgius ob captivitatem germanæ & viri ſui Martini magnis doloribus anxiatus, cœpit de eorum liberatione mente & animo, cum opere non poſſet, eſſe ſollicitus. Cœpit quoque non tam precibus quam fletibus & lamentis beatiſſimum invocare Staniſlaum, Pontificem & Martyrem Cracovienſem: cujus illi amor & devotio, cum adhuc adoleſcens in ſtudio Cracovienſi obverſaretur, propter ſingulare martyrium & ſtupenda miracula & prodigia inhæſerat: quem & ante longe proprius, & tunc pro omni tempore in peculiarem ſibi elegerat Patronum & Defenſorem; cujus etiam ope, protectione & ſuffragio credebat ſe de faucibus Turcorum (cum tunc in Slavonia ut ceteri ſecurus, de *h* prædictis Turcis in villa Czareteſz prope

h

monaſterium Carthuſienſium Pletarioch conſiſteret) ereptum: & tam ſororem præfatam Urſulam quam virum ejus Martinum beatiſſimo devovebat Staniſlao, curam illorum & liberationem ſibi in totum devovens & committens. Unde & in pluribus baſilicis & monaſteriis, in decus & honorem beatiſſimi Staniſlai, & erogabat frequentes in egenos elemoſynas, & Miſſas quam plurimas per viros devotos & religioſos diſponebat celebrari; pluribus viris ejus irridentibus devotionem, & aſſerentibus ejus labores penitus caſſos & inanes, propter formam & decorem ſororis ſuæ Urſulæ (decora enim erat) quam Turci, etiam ſi auro penderetur, non ſinerent redimi & in patriam reduci. Perſeverat Magiſter Georgius in pio propoſito ſuo, & fide magna Sanctum invocabat Staniſlaum, irriſionesque humanas contemnebat, dicens: Credo in Deum meum, precibus beatiſſimi Staniſlai, ſororem meam & generum meum liberari.

AUCT. IO. LONGINO.

eodem in precibus perſeverante

71 Poſt annum autem medium, fidei tam præclaræ divina pietas, ad interceſſionem ſui Martyris, reſpondit. Et dum præfatus Magiſter Georgius in cœnobio Fratrum de tertia regula S. Franciſci circa Ratiſbonam, dictum Kelham, in magna abſtinentia pro liberatione ſororis & mariti ſui conſiſtens ſe maceraret, & pro edulio quotidiano [ſumens] undam puram & panem groſſum, juxta illius cœnobii quotidianam obſervantiam, beatiſſimum invocando Staniſlaum conſiſteret, præfatæ Urſulæ quieſcenti beatiſſimus Staniſlaus per viſum apparuit. Surge, inquit, & excirato viro tuo Martino, revertimini in patriam, patrocinio meo ex præſenti calamitate & captivitate evaſuri. Paruit illa dicto, & viro excitato rogabat ut irent juxta viſionem & juſſionem. Sed cum vir contradiceret, & ſe claudum & impotentem ad ſurgendum & ad ambulandum allegaret; Surge, inquit mulier, & procede, à me ſuſtentandus & & ducendus uſque ad flumen *i* magnum, quod ſuperandum erat. Annuit ille motus oraculi religione, & ſurgens ægre procedebat, uxore illum utcumque ſuſtentante. Cumque, licet Turcis illos inſequentibus, ſalvi & incolumes perveniſſent ad flumen, & navigia transfretare volentibus deeſſent, flumen quoque propter profunditatem alvei vadari non poſſet; trunco uno caſualiter offenſo, virum conjunx impoſuit, & corulo arrepto flumen ſuperavit remigando. Quos etſi novi recenteſque Turci, fluvio navibus tranſito, fugaſſent: beatiſſimo tamen Staniſlao illos protegente, ſalvi & incolumes uſque ad patriam, non ſine admiratione omnium mortalium, pervenerunt. Cujus beneficii ipſe Magiſter Georgius memor in Cracoviam venit, & oblationem beatiſſimo Staniſlao juxta votum quod voverat devotiſſime perſolvit; à quo ego Joannes Dlugoſch omnia hæc ex narratione ſua perſonaliter accepi.

apparet captivæ

E

i

eamque cum marito ſalvam reducit.

F

73 Idem Magiſter libros inſignes decem octo, ſibi furto ablatos, furem per novem provincias & annum integrum inſequendo, meritis & interceſſione beatiſſimi Staniſlai, quem invocabat, uſque ad unum rehabuit. k

libri furto ablati recuperantur.

k

ANNOTATA.

a Przeczlaw *ad Wyſſlocham oppidum, una alterave leuca ſupra ejus in Viſtulam procurrentis oſtium, in ripa Occidentali.*

b Sniatyn *ſupra Dnieſtrum, diſtat Leopoli fere* 40 *leucis ad Euronotum; ultra quam inter vallo* 18 *leucarum ad Eurum ſitum eſt* Kaminiek, *Palatinatus à ſe dicti caput, nunc à Turcis occupatum.*

c *Ita ſupplendum numerum, in impreſſis omiſſum, oſtendit annnus* 1478 *infra, à quo ſolum ſex anni infirmitatis numerantur.*

A

d Sobyen *plus quam 20 leucis Lcopoli distat, Occidentem versus ad Sanum fluvium.*

e *A* Portula *officium* Portulaniæ *dicitur*, Janitorem *seu* Ostiarium *Latine diceremus qui eo fungitur.*

f *Anno 1478 littera Dominicali D, festum S. Martini, quod 11 agitur, cecidit in feriam 4: & rursum anno 1479 littera Dominicali C, festum S. Ioannis ante Portam-Latinam seu 6 Maji in feriam 5: unde apparet, quam jure positus sit pro initio mali, ante 6 annos inchoati, annus 1672.*

g *Inter Stirorum & Windorum Marchias*, Slavoniæ *hodiernæ proximus est* Cillejensis *Comitatus, cujus caput* Cillegy, *hic* Czilia, *ad duorum fluminum confluentes, qui inde junctim emensi leucas circiter 6 Austrum versus, in Savum sese exonerant.*

h *Impressum* de prope Turcos.

i Danubium *non absurde hic cogitabis.*

k *Hactenus* Joannes Longinus, *paulo utique ante mortem, quam anno 1480 obiit: post quem utinam alius perrexisset scribere, quæ multa & magna deinceps contigisse non dubitamus.*

B

MIRACULA RECENTIORA

Ex tabulis & votis factis in ecclesia Piotravienſi

Impressa Cracoviæ anno MDCLXVI.

Titulus ecclesiæ.

1 Piotravienſis ecclesia *seu* capella, *infra Sandomiriam posita ad Vistulam fluvium, uti supra dictum, quid miraculi intra se factum sit, legendum offert extitulo in fronte posito, qui sic habet.* Hic triennis cadaveris ossa magni ad vocem Sacerdotis, natura orbeque admirantibus, vivificata resurgunt; Christique patrimonium testimonio vindicatur. Heus! quisquis es, qui facultates altarium sacrilege rapis, detines, usurpas; specta, redde, cave. *Subjungitur titulo auctor qui fuit* Stanislaus Gawarski, Decanus Płocensis, Canonicus Cracovienſis, Secretarius Regius, hujus Ecclesiæ Rector. *Existimo nostra ætate hunc titulum positum: cum miracula cœperunt clarescere eo in loco, quem antiquitus in veneratione habitum par est credere. Vbi autem recrentius reflorescente Polonorum pietate rest auratum sacellum exornatumque est; exornatum quoque ibidem fuit Petri militis sepulcrum, ejusque marmori incisum quod sequitur epitaphium:*

C

& in hac epitaphium Petri Militis;

2 D.O.M. Petro de Piotravin Equiti, bis mortuo. Hospes, cæli venerare civem, quem vitæ noxas, beatitudinis requiem retardantes, apud inferos triennio purgantem, sanctus Antistes Stanislaus ab umbris revocavit; carneque iterato circumvolutum, legitimæ possessionis testem sacrilegis usurpatoribus opposuit. Miraris miraculum? Quinimo animarum immortalitatem, corporum resurrectionem, flammas inquinamenta purgantes, possessionum Ecclesiæ jus sacrosanctum, denique Stanislai Præsulis venerandi, Numine cooperante talia patrantis, sanctimoniam, disce, mirare. Simon Koludzki, Præpositus Gneznensis, Custos Plocensis, Canonicus Cracovienſis, Vladislavienſis, Ecclesiæ Piotravienſis Rector, S. R. M. Secretarius &c. A. D. MDCXL.

eum attestatione pœnæ perjurorum nepotum posteritatē secuta,

3 *Totam rei gestæ seriem prolixius in Vita cap. 7, brevius in Historia ad annum* MLXXV *scripsit Longinus, utrobique dicens, quod resuscitatus Petrus nepotibus suis,* nisi condignam pœnitentiam egerint, dira tormentorum supplicia *sit commiratus*, & quod ultra æternum incendium egestatem ipsi & genus eorum in præsenti vita non *essent* evasuri. *Alibi tamen in nondum editis videtur idem Longinus, de temporali pœna loqui, velut absolute prænuntiata secuto effectu ad sua usque tempora. Sic enim* super columnam templi *ibidem scriptum legitur.* Viator, siste, lege, mirare. Joannes Dlugossus Canonicus Cracovienſis, nominatus Archiepiscopus Leopolienſis, gravis & probatæ fidei rerum Polonicarum Scriptor, narrat rem admirandam, quæ per omnes ætatum series, ad illius usque tempora perpetuo observata est. Ex omni posteritate Petri de Piotravin (quorum invisa Deo avaritia patruum post triennalem quietem vitæ restitui fecit) nullum extitisse adhuc, qui aliqua in Republica dignitate honoreque insignitus, quive ulla mediocri bonorum affluentia à fortuna dotatus spectaretur, prout iis Patruus ipse redivivus minatus est & prædixit. Rus eorum gentilitium Janiszewo, ejusdem incolis familiæ ita semper refertum manet, ut colonis agrariis non sit locus. Ipsi se Nobiles proprio sudore sustentant, nec tamen evadunt locupletiores. Id nos quoque, hoc reliquo post Dlugossum temporum tractu, ex hominibus ejusdem gentis longævis, observata ab sese patrumque narrata recolentibus, indagatione accurata didicimus. Quod sane, in tot emergendi per virtutem modis vnisque, Nobili in hac Patria stirpi nulli propemodum usuvenit. En quanti constat rerum Deo dicatarum injusta usurpatio? Jam sospes abi, & rumina.

D

E

& miraculorum quibus sanata

4 *Multa in eadem ecclesia seu potius capella, votivæ tabulæ, miraculorum ad S. Stanislai invocationem patratorum, ex quibus sequentia anno* MDCLXV *collecta habentur post vitam nuperrime Cracoviæ impressam: unde hic consequenter accipe, iis adnotatis annis quos ibi legimus, licet cyfræ (pro quibus Latinos numeros scripsimus) aliquando errore typothetarum depravati videantur: nihil tamen præsumimus ex conjectura corrigere: forte enim non curavit collector miracula illa juxta annorum seriem ordinare tam exacte, quin bis vel ter ordinem istum mutarit. Collector autem iste idem, qui Vitæ edendæ auctor, patefecit exconclusione quæ sua Opelienſi paræcia collatum in avertenda peste beneficium gratus agnoscit, tamquam fructum supplicationis ad vicinam Peotravinensem capellam institutæ. Et hanc possumus opinari causam, cur omissis quæ eque addi verosimiliter potuissent S. Stanislai miraculis, Cracoviæ patratis in ecclesia vel Cathedrali vel Rupellensi patratis, aut in aliis eidem sancto sacris per Poloniam; ea sola collegerit quæ Piotravini testata reperit.*

febris mortis ligna

5 Nicolaus Skarszewski febri maligna prorsus ad mortis limina adducitur; quapropter humana ope destitutus, visitat ædes Piotravinenſis ecclesiæ, atque supplex ad inclitum Martyrem procidens, votum vovet, & pristinam recuperat valetudinem. Hujus rei extat tabula in illa ædicula posita, anno Domini MDCVII. Stanislaus Horski, ex districtu Lubinenſi nobilis, per undecim & amplius annos, dolores intolerabiles pedum tolerabat, adeo ut sine fulcris incedere non posset. Mœsta mater, eum ad sacellum adducit Divi Stanislai in Piotravin, voto concepto. Ergo ope Divi Stanislai, omnes corporis & pedum dolores, simul cum fulcris suis in illa ædicula sacrata reliqnit, an. Dom. MDCX. Illustris & adm. Reverendus Andreas Tarlo de Szczekarzowice, Canonicus Cracovienſis, Decanus Opatovienſis, in gravissima febri sanitatem recipiens votum reddit, gratias agens Deo, simul & Martyri Poloniæ, anno Dom. MDCXV. Nicolai Komorka, laborioſi in villa Piotravin, filia nomine Marina, per tres hebdomadas continue maligna febri tenebatur, ac pene demortua jacens, oblata per Presbyterum ecclesiæ Piotravinenſi sancti Martyris patrocinio, ad sanitatem reducta est. an. MDCXX.

F

& dolor pedum.

aversa pecuniæ

6 Adm. Reverendus Erasmus Kretkowski, Cracovienſis, Vratislavienſis, Zarnovienſis &c. Canonicus, in partes Cujaviæ Prussiæque profectus, confidens in Domino & inclito Stanislao Martyre, cre-

A crebriores & vehementiores autumnalium ventorum flatus ſentiens, ægre Petravium appulit. Divo Tutelari votum vovit, ut reliquum itineris ope illius fauſtum cælitus ſortiretur. Rediit felix, & peſtilentiam omnem, quæ tunc graſſabatur, ſuperavit, atque ſupplex Divo Staniſlao gratias egit, A.D.MDCXX. Simon Staniſlaus (quod nomen eſt ſortitus in confirmatione) Stargorski, gratiſſimus hoc nomine in iſto Sacramento accepto, uſus eo velut clypeo quodam, quo in adverſis omnia mala, morbos, pericula retunderet, votum vovit, A. D.MDCXXV. Magnificus Zbigneus, Vexillifer Lublinenſis, de Sienno Sienienski, mœſtus de filio nomine Joanne, quem taurus rediens de paſcuis cornu immaniter ictum, inflicto in coſta diro vulnere, humi proſternens ſemivivum reliquerat; S. Staniſlai Martyris opem implorat, votumque nuncupat: nec vanis precibus; filius enim puer novennis, illico convaleſcit, Piotravini in loco ſacro ſiſtitur, & votum reddit, A.D. MDCXXII. Adm. Rev. Staniſlaus Garwaski, Canonicus Cracovienſis, Decanus Plocenſis &c. voti compos factus, gratiam agnoſcens, in multis & magnis promiſſis ſtat, & vota reddit, quibus ſe obſtrinxerat A. D. MDCXXII.

vulnus à tauro inflictum

B 7 Albertus Ziolko, cocus Perilluſtris Rev. D. Staniſlai Garvaski, Canonici Cracovienſis, maligna febri eaque continua correptus, pœne ratione deſtitutus, ſuaſu Perilluſtris Domini ſui, confugit ad patrocinium Divi Staniſlai in oppido Bozæcin, convaleſcit, ædes has viſitat Piotravinenſis eccleſiæ, pœnitentia præmiſſa ſacram Synaxim recipit, & Divo gratias immenſas agit pro recepta ſanitate, A. D. MDCXXII. Joſephus Strzemeski de Strzemchi Nobilis, captivus ductus ad triremes ab immaniſſimo Turca, humana prope ope deſtitutus, catenis tum pedibus, tum corpori ad pectus impoſitis, Divo Tutelari ſe commendat, ædes ſacras Piotravinenſes viſitaturus, & votum redditurus. Subito catenæ de pedibus & pectore ceciderunt. Fatetur hoc in loco ſacro, ex tam difficili itinere & longo, mirabili ratione ſe tranſmigraſſe; atque non alia, niſi quod opem imploraſſet Divi Staniſlai. Cui gratias perſolvit in ædicula illa ſacra conſtitutus A. D. MDCXXIII. Reverendus Laurentius Babecki, Vicarius Caſimirienſis, actu Presbyter, hanc tabulam appendit in eccleſia Piotravinenſi. Dum periclitor de vita, Præſulis poſco merita: claudus greſſum recupero, ſalutis dona refero, A.D. MDCXXIV. Paulus Wielicki, lethali vulnere accepto ab inimicis, rediit domum peſte infectam, confugit ad Tutelarem ſuum ſanctum Staniſlaum, ab utroque liberatur, & reddit tabulam vitæ ſervatæ teſtem, A. D. MDCXXIV.

curata febri

aliis in periculo vitæ adjuti.

C 8 Sophia Ligiæzianka de Bobrkow, paralyſi infecta, & pene tota debilitata, incedere etiam cum adjumento fulcri non potuit; viſionem habuit, qua admonita, ut ad ædes ſacras Piotravinenſes confugeret, & Divo Staniſlao ſe commendaret; confugit, reſtituta ſanitati votum reddit, A. D.MDCXXIV. Stephanus Chobrcynski de Laziska, ex diſtrictu Lublinenſi, gravi dolore interno, & maligna febre in itinere detentus, ita ut nec loco ſe movere poſſet; uti Paræcianus ad Præſulem divum Staniſlaum & Paſtorem ſuum ſeſe confert; ſubito convaleſcit, & domum rediens nudis pedibus votum reddit, & gratias agit pro tanto beneficio. A. D. MDCXXIV. Joannes Kolucki, variis jactatus ventis & procellis, Gedanum navigans confugit ad patrocinium S. Staniſlai Patroni Poloniæ: cujus ductu felix domum propriam, poſtea Petrovinum repetit, gratias perſolvit Divo Tutelari, & tabulam votivam poſuit, A. D. MDCXXV. Andreas Radolinski diſtrictus Chelmenſis, Viſtula Dantiſcum cogitans navigare, ædes Piotravinenſes inviſit, ubi ſe ſuaque bona tutelæ S. Staniſlai Martyris totaliter committit, ſupplicat prærerea ut domum incolumis repetat. Vix Viſtulæ ſe committit, en procella inſurgit, venti naufragium vehementiſſimi minantur. Eo igitur in periculo maximo conſtitutus dum eſſet, præſertim cum ſcaphæ, quæ in ejus comitatu quatuor erant, ſubmerſæ fuiſſent, aliæ poſt tergum ſequentes ſcaphę ſexaginta ſuffocatæ aquis; nautæ duodecim velum in illo caſu deprimere non valebant, ille ſolus Divo implorante hoc præſtitit. Igitur ſupplex pro tanto beneficio, Petravini Divo Tutelari tabulam appendit, A.D. MDCXXV.

ex impresso.

sanata paralyſi

& febri

adjutinavigantes,

9 Albertus de Wawrzynczyce, mente captus, ſurdus, viribus deſtitutus, abſque cibo & potu per aliquot dies in lecto detentus, horam mortis expectabat. Propinqui & vicini ejus, videntes articulum mortis, offerunt eum ad ædiculam ſacram, & ecce ſubito ſurgit, ſiſtitur, & ſanus votum reddit, A.D. MDCXXV. Gregorius Stalinski, Vicarius & actu Presbyter eccleſiæ Piotravinenſis, torturis viſcerum acerbiſſimis diſcruciabatur in dies ac dies vehementius, neque remedium aliud ſperabat, imo nec petebat, niſi à vicina morte. Ne tamen impœnitens decederet, languidus colligit vires, facturus periculum ultimi ante ſupremam diem ſacrificii peragendi. Is dum confitetur, ſubiit mentem religioſa cogitatio, & dixit: Cur non me ſupplex confero ad Staniſlai Præſulis opem? an non tot prodigia, in hoc ſacrario, tot beneficia, tot gratiæ &c. Accedit tremende ad tremendum Sacrificium: profuſis lacrymis, corde contrito, & feliciter continuat: nam in cubiculum reverſo ulcus rumpitur, in ſecretis illius penetralis latebris, continuo per conſuetos naturæ meatus vis ingens prorumpit virulenti humoris, ac illum omni prorſus dolore, languore, moleſtia, periculoque eliberat. Quiſquis ingreditur ædiculam, legat in tabula ejus. O beneficium! ô miraculum! Lege, viator: & ſi ope opus tibi eſt, meo exemplo ſpera, ora, ingemiſce: ſi pie poſces, noſces. A. D.MDCXXV.

moribundi duo

E

10 Staniſlaus Paczanovius, eccleſiæ Piotravinenſis, Commendatarius, oculorum lippitudine moleſta & gravi per annos complures afflictus, omnique propemodum viſus acie ſenſim deſtitutus, poſt medicorum inefficaces curationes, contulit ſe ad ædiculam ſacram, profuſis lacrymis & corde contrito conſequitur beneficium, hæc in tabula exarans: Tuo Præſul inclite beneficio, jam video divo artificio. A. D. MDCXXV. Staniſlaus Bartkowski de Kobelno Nobilis, febri quartana & morbo hydropico per aliquot annos laborans, non ſine magno ſumptu & impenſis, pœne exhauſtus erumena, confugit ad patrocinium ſancti Patroni ſui: in momento ſanus, viſitat ſacram illam ædiculam, gratias agens pro tanto beneficio Divo Staniſlao, A.D.... Generoſi Adami Drzewicki de Drzewica, Georgius filius dyſenteria cruenta exhauſtus, & omni pene vigore vitali deſtitutus, dum inclamantibus afflictis parentibus ad Divum Tutelarem ſiſtitur in loco ſacro, illico ab ipſo mortis limine extrahitur, & prodigioſe convaleſcit A. D. MDCXXXVI.

oculis lippus,

hydropicus,

dyſentericus,

F

11 Thomas Brozek de villa Biſzcza, uno diſtante lapide ab oppido Tarnogrod, ſilvarum cuſtos, Græcæ fidei unitæ Romanæ, & in omnibus devotiſſimus, à biennio energumenus, à dæmone continuos cruciatus, moleſtias, dolores immenſos, maxime vero increſcente & decreſcente luna paſſus; cum ſpiritus immundus in dies & horas ſubmergere eum tentaret, nec tamen poſſet (prævaluit nihilominus ſupra fratrem ejus, Alexium nomine, ante

energumenus.

EX IMPRESSO.

aliquot annos, cum eum aquis ſubmerſit) nec ſolum noceret energumeno, ſed etiam pecoribus & domeſticis avibus, in ſingulos menſes aliquid de illis ſtrangulans; ſequenti vero anno factum eſt, in ſomnis apparuit ei vir gravis, ſtola oblonga candida indutus, nuncupatus [Petrus, dicens] ſe eſſe de Piotravin, & monens eum, ut ſi vellet quantocius à dæmone liberari, viſitet locum ſanctum. Evigilans hæc uxori lætiſſimus nuntiat, & quærit à vicinis de villa Piotravin. Illico expeditur cognatus ejus, ut viſitet locum ſanctum, & offerat energumenum Divi patrocinio: quem etiam occupaverat malus genius; ſed poſt factam Confeſſionem & peractam pœnitentiam dignam, in eodem loco ſacrato dimiſit liberum. Re cognita, quod & ipſe ſit liberatus à dæmone; lætus arripit viam, & feliciter viſitat ædiculam; in eaque poſt confeſſionem & pœnitentiam ſacra Synaxi percepta, in præſentia multorum Presbyterorum liberatus à dæmone, ſupplex gratias egit, & hac tabula votiva teſtatus eſt A. D. MDCXXVI.

cardalgica

12 Elizabeth Skidzinska, matrona nobilis, intimos dolores cordis & cruciatus maximos in ſingulas horas tolerans, medicorum conſilio & ope nullatenus adjuvari potuit. Ergo adjutorio humano deſtituta, ad inclitum confugit Martyrem, locum ſacrum viſitat, in loco preces fundit & ſuſpiria, pro tanto obtemo beneficio. Divo igitur grata tabulam argenteam poſuit A. D. MDCXXVI. Valentini Golay, laborioſi in Piotravin, Sebaſtianus filius, animam agens; ſuaſu Presbyteri loci illius, cum eum devovet mater loco illi ſacro & applicat, confeſtim ad vitam redit A. D. MDCXXVI. Heduigis Grzywaczowna, de oppido Piotkow, obſeſſa à cacodæmone, per malitiam & immiſſionem ſagarum, magnos & incredibiles cruciatus paſſa, contulit ſe ad aſylum hoc ſacri Tutelaris; & liberata gratias egit, atque tabula ſcripta aræ affixa, beneficium teſtata eſt A. D. MDCXXVII. Barbaram Sitkowna, ætatis provectæ mulierem, cum valetudinaria eſſet, aſſiduus dolor oſſium ita cruciabat, ut nec ſe movere loco poſſet, quos dolores fere per triennium tolerabat, ita ut non vitam, ſed mortem expectaret. Ægram viſitans Presbyter, ſuadet ut locum ſanctum viſitet, & offerat ſe divo Tutelari: Siſtitur, re divina peracta incolumis domum redit, vovet inſuper relicto loco patrio, in hoc ſe manſuram tam miraculoſo uſque ad fata A. D. MDCXXVIII.

moribundus,

maleficiatus,

ægra ad mortem,

B

C

paralyticus,

recuperatur amiſſus annulus

13 Albertus Koſtka, de villa Wſzadlo, paralyticus, qui nec ſe movere poterat, nec loqui, perſuaſione Presbyteri Alberti Staſikowic, qui tunc venerat ad diſponendam animam ejus, cum illum Sacramentis munire non poſſet, confugiens ad ædem ſacram, ô mirum & verum! relicto grabato ſanitatem conſecutus, affert tabellam teſtem beneficii A. D. MDCXXVIII. Nobilis quædam matrona, cujus nomen tacetur, veniens pro ſolennitate Martyris Piotravinum, in pervigilio horis veſpertinis dum adeſt, perdidit annulum matrimonialem. Mœſta inquirit ipſamet, jubet & ſuos inquirere. Fruſtra: non invenitur. Sacerdos monet, ut rem perditam Divo Staniſlao commendet; illa attamen quærere, & vocem illam edere; Non crederem vere Staniſlaum eſſe Sanctum, ſi non reperero annulum perditum. Poſtridie matutina adeſſe feſtinat, eundo ad eccleſiam in frequenti turba hominum, videt aliquid intra ſordes & pulverem ſplendeſcere: ſiſtit greſſum, pulverem verſat, & invenit annulum miraculoſe; ubi pervenit ad eccleſiam, gratiarum actionem ſolennem pronuntiavit, & hoc beneficium icuncula expreſſit A. D. MDCXXVIII. Simon Rozeberski, Medicinæ Doctor, cum ex apertiſſimo naufragii diſcrimine, Sancti Staniſlai (quem periclitans invocaverat) ope, una cum ſua conjuge, præter omnem expectationem, incolumis evaſiſſet; voti reus, Divo liberatori illud exoluit A. D. MDCXXVIII.

D

evaditur naufragium.

14 Sophia Chanska, variis & incurabilibus morbis per triennium oppreſſa, ubi locum hunc ſacrum adiit, & hunc inclitum Martyrem invocavit, die eodem ad ſanitatem redit A. D. MDCXXVIII. Marina nomine, Filia Laurentii Cichoz, de villa Kamien, letaliter lecto affixa manebat; quam, ut primum pene in ultima fati linea degentem, parentes ad ſacellum Sancti Staniſlai obtulere, magna cum omnium admiratione ad vitam rediit. Id beneficium tabella præfert A. D. MDCXXVIII. Jacobus, filius Laurentii Jambecki, Palatinatus Podlachiæ, cum proximus morti eſſet, ubi oblatus eſt à mæſtis parentibus ad templum Piotravinenſe, ſtatim poſt votum conceptum, puer prodigioſe convaleſcit. Eam ſancti Martyris tutelam, imagine teſtati ſunt parentes A. D. MDCXXIX. In Generoſi Staniſlai Sczuczki villa Harbow, peſtis vehemens graſſabatur; dum vota nuncupat ad Divum Staniſlaum, peſtis ceſſat, & ille votum exoluit, icone appenſa teſtificans A. D. MDCXXIX. Reverendus à Chodel, Joannes Piſarkowic, Canonicus Lublinenſis, Parochus in Oſtrow, in gravi tribulatione conſtitutus, majoris diſcrimis vim veritus, cum tranſiret prope Piotravinum, Divum ſibi Staniſlaum in cauſa Patronum voto facto ſupplex aſſumit, vaditque. Vix elapſo triduo, & ecce omnes illas anguſtias, mirabiliter evadit, inque reditu, vota inclito Liberatori ſuo ſacris operatus reddit Piotravini, tabellamque, perpetuæ accepti beneficii memoriæ obſidem, ponit A. D. MDCXXIX.

ſanantur extremi morbi,

averitur grandis mali metus,

E

15 Marianna Myſzkowska forte cum ſterilis eſſet, dum in ſterilitate concipit, veniens ad locum ſacrum, ad quem ſe devoverat, gratias D. Martyri agit, A. D. MDCXXIX. Andreas Nawski, ex oculis laborans, cum ad viſum reducitur, invocato auxilio ſancti Martyris, ei in loco gratias perſolvit, A. D. MCXXIX. Staniſlaus Bytlewski, cum oculorum lippitudine laboraret, & alios dolores tolerare per multa tempora, ſuaſu amicorum ad hunc locum ſacrum ire cogitat, continuoque recipit ſanitatem oculorum. Veniens ergo tabulam votivam appendit, & hoc beneficium carmine vernaculo complexus eſt A. D. MDCXXIX. Catharina Ziclinska, cum de duobus filiolis Abrahamo & Andrea, in morbo papularum jacentibus, deſperaſſet; offert ad ſacellum Staniſlai Sancti illos, & illico convaleſcunt. A. D. MDCXXIX. Adamus Zablocki, civis Solecenſis, dum redit Petrovino poſt peractam ſolennitatem S. Staniſlai cum uxore ſua & infantula Anna, fortuito in reditu ad ſaxum currus alliditur, omnes ad terram proſternuntur, ſed maxime puella; cui ille lapſus vitam adimere jam parabat, mox enim animam exhalare jam videbatur. Moti celebritate ſanctitatis S. Staniſlai & loci miraculoſi, parentes mæſti, puellam ad locum ſanctum offerunt: & ecce oculos puella aperire, ſeſe movere, ſigna vitæ edere. Supervenientes igitur parentes ad locum ſanctum, agentes gratias imaginem in æde ſacrata, hoc beneficium repræſentantem, poſuerunt. A. D. MDCXXX.

curantur varia infirmitates,

F

ex lapſu moribunda,

16 Sub tempeſtatem tacta fuit fulmine puella, Catharina nomine, filia Generoſi Lezynski, & Iſabellæ. Caput, faciem, pectus illi aduſſerat; mutam, cæcam effecerat, & vix non exanguem. Perterrita mater familiam inclamat, ut quantocyus genibus, poſitis orationem Dominicam ſimul cum illa recitent, eamque B. Virgini & S. Staniſlao commendent. Et ecce eadem hora puella reviviſcit, & tamquam à ſomno

fulmine tacta,

A somno excitatur. Miraculum imago appenſa ibidem oſtendit an. D. MDCXXXI. Laurentius Starczewski, Cuſtos eccleſiæ Cathedralis Cracovienſis, Canonicus Caliſſienſis, S. Staniſlaum Patronum, munere tribunalitio cum ſanitate perfunctus, pietatis & cultus ſymbolo, ſcilicet imagine oblata, honoravit. an. D. MDCXXXI. Catharina Skrzyniecka, dum inadvertenter in volam manus cultrum illidit, igne ſacro æſtuat; à medicis deſperata, cogitur aut illo igne ſacro manum ardentem abſcindere, aut penitus ſenſim mori. Animola inclamat ſanctum Martyrem, Piotravinum ire deſtinat, & tam manu quam reliquo corpore toto convaleſcit an. D. MDCXXXI. Chriſtina, uxor Staniſlai Wſtæpien de Wronow, febri ardentiſſima æſtuans, dubia de incolumitate ſua, totam ſe commendat S. Staniſlao. En dum dormit, videt per quietem virum gravem indutum candide, qui manu ejus apprehenſa, hæc ei narrat: Ego ſum Petrus quem reſuſcitavit S. Staniſlaus, maneo in ſacello Piotravinenſi; mori debueras, ſed meritis S. Staniſlai ſanitate donaberis, dummodo ſacellum prædictum viſites. Maritus ejus prædicta verba audit, ipſam poſtea eadem re interrogavit. Quare nihil ambo morati viam inſtituunt Piotravinum, & beneficium hoc imagine expreſſum ibidem relinquunt an. D. MDCXXXI.

ſanantur igne ſacer.

ardens febris.

B 17 Catharina, filiola Sophiæ Smarzeczka, vix dum nata per annum unum & medium, variis morbis vexabatur. Superveniente perſona gravi quadam, quæ ſuaderet ædiculæ Piotravinenſis limina viſitare, dum promittunt parentes, & voto ſeſe adſtringunt, poſtea & ipſam ædem viſitant, puella convaleſcit. Hoc ipſum tabula votiva teſtatur an. D. MDCXXXII. Barbara Maciejowska, Prioriſſa Monialium S. Franciſci Conventus Drzewicenſis, dum ægrum pedem à pueritia ſua habet, eumque ſanare non poteſt ullis medicamentis, Lublinum diſcedens in negotiis ſui Cœnobii, divertit ad locum Divo Martyri dedicatum Piotravinum: vota offert: eodem in loco audiens ſacrum Miſſæ ſacrificium (quod ad ejus intentionem petebat) ſenſit quaſi ventum quemdam de pede ſuo procedere, & dolores ceſſare. Supplex egit gratias, & tabellam ſacello dedicavit anno D. MDCXXXII. Sophia Zarembina, dum atrociſſima febri, per duas hebdomadas detinetur, in uno pedum graves dolores patiens, decretum mortis expectabat. Ubi ſuum hunc morbum S. Staniſlao commendat, & ad ædiculam Piotravinenſem ire cogitat, ibique ad hanc intentionem Sacramentis muniri vult, mox eodem die ad ſanitatem revertitur. Hoc factum tabula appenſa loquitur A. D. MDCXXXII. Gabriel Podhorodinski, ex diſtrictu Chelmenſi, Eques, gravi & maligno implicitus morbo jacebat, jamque exigua in ſpe trahebat animam. Cum peropportune ab affine ſuo de ſacra æde Piotravinenſi fit certior. Ad eam itaque votum facit, & ope Divi Staniſlai priſtinæ ſanitati reſtituitur. Hoc tabula appenſa declarat an. D. MDCXXXIII.

variis morbi,

pedis infirmitas,

vehemens febris,

C

gravis morbus,

18 Sophia Koſowska filiam ſuam Evam cum annum unum & medium habentem, variis & longis morbis excruciatam, de villa Janiſzow Piotravinum attuliſſet, ea mente, ut filiolæ aut vitam in hoc loco miraculoſe impetraret; aut ſi poſſet, ut primum moreretur, terræ mandaret, uti loci ejus Paroeciana; poſuit illam in ſepulchro Divi Petri, dato illi cereo accenſo, tanquam agonizanti: & interea Miſſam votiuam de ſancto Staniſlao, mœſta pro filiola offerebat. Vix medium Sacra illa tenuere; ecce puella attollere ſeſe propria vi, lætum intueri, manus in altum elevare, & verbo uno ut dicam, à limine mortis reduci. Totum hoc in tabella exaratum an. D. MDCXXXIV. Vetulus eccleſiæ adoleſcens, nomine Felix, re pauper, pluſquam ſeptuagenarius, ob reſtitutam divinitus valetudinem, cruenta & contumaci dyſenteria exhauſtam, icuncula appenſa Divum Staniſlaum veneratus eſt an. D. MDCXXXVI. Joannes, filius Remigiani Kielczewski, febri atrociſſima conflictatus, vix quidpiam de cibis per dies decem & aliquot deguſtans, animam propemodum agebat. Sed poſtquam ab afflictis parentibus ad ſacram hanc Piotravinenſem ædiculam oblatus eſſet, miraculoſe convaleſcit an. D. MDCXXXIX.

variis morbi,

dyſenteria.

AUCT. IO. LONGINO

mortalis febris.

19 Dorothea Chroſtowska, de oppido Caſimirienſi, dum in itinere cum puello, menſes duodecim habente, è curru labitur ad tertam, puellum opprimit, & mortuum invenit. Domum tamen revertitur, & mariti furias experta, ſuoque magis materno dolore contabeſcens, mortuum puellum ad ædem Piotravinenſem deſtinat, & tota ſe in preces dat. Vix vota illa emittit; puer reviviſcit, qui pene per horam integram mortuus erat. Gratitudinis ergo Piotravinum veniens, votum offert an. D. MDCXLII. Annæ Branecka, Palatinatus Podlaſſiæ, dum filiolus annos ætatis ſuæ octo habens, pueriliter lodit; in puteum nimis profundum lapſus, ſubmergitur. Cui eum, tamquam jam mortuo & jacenti hinc anima per horas ſeptem, loculus pararetur; mœſta mater animo volvit ædiculam Protravinenſem, & cogitat quomodo ſolenne ſit S. Staniſlao etiam mortuis vitam dare. Ferventes igitur preces fundit; & ingenti fiducia freta, opem implorat S. Martyris. O mirabilem Deum in Sanctis! Vix illa mater pro demortuo filiolo ſuſpiria & vota emiſerat, puer à morte revertitur, loquitur, patrem ſalutat, matrem ſalutat; quem etiam vivum mater in hunc locum adduxit, primum Regi cui omnia vivunt gratias actura, poſtea Divo Staniſlao. Tota rei ſeries in tabella deſcripta an. D. MDCXLIII.

reſuſcitatur puer è cuna.

alius in puteum lapſus.

B

20 Staniſlaus Kolucki, gravi febris quartanæ paroxyſmo vexatus, ab inimicis ſuis vulneratus, & pro mortuo derelictus, præ letalibus illis vulneribus loqui non valens, à medicis derelinquebatur. Quando eum conſors ejus ad hoc ſacellum offert, convaleſcit cum multorum admiratione. Id ipſum in tabella expreſſum an. D. MDCXLVI. Tereſia Mankowska, gravi apoſtemate in gutture facto laborans, dum letaliter decumbit, & interea viitare ſacram capellam S. Staniſlai voto ſe obſtringit, liberatur à morbo. Eſt hujus rei index tabula an. D. MDCXLVII. Joannes, famulus incolæ cujuſdam Piotravinenſis, voto non exoluto quod in morbo voverat, dum ad incidenda ligna ad ſilvas proficiſcitur, paralyſi tangitur in toto corpore. Preſbyter Viaticum ſacrum ei moribundo adminiſtrans, conſilium dat, ut voto facto quantocius eo ſe liberet; pœnitentiamque pro commiſſa negligentia agat. Quod dum promittit, die eodem miraculoſe recuperat valetudinem, & die altero ipſemet geniculatim ædiculam illam ſacrã obambulat, & gratias refert Divo Martyri. Teſtis hujus tabella quam appendit an. D. MDCXLVIII. Catharina Zorawkowa, ex oppido Caſimirienſi, dum ſancti Martyris hanc capellam viſitat, à variis morbis & à calamitatibus liberatur, & inſuper à doloribus dentium, quos ſanare medici nequiverunt; gratias agit, & tabulam conſcriptam hoc miraculo ibidem relinquit an. D. MDCL.

cutanea letalia vulnera,

apoſtema

paralyſis,

F

dolor dentium,

21 Albertus Janowski, Palatinatus Poſnanienſis, dum pedum dolore affligitur, neque poteſt ſanari ope chirurgorum; ad hunc locum ſacrum ſe contulit, votum præſtitit, ædiculam hanc ſacram viſitavit; voti compos factus, in ſignum gratitudinis, tabulam ſuam aliis annumeravit. A. D. MDCL. Joannes Oſowski, dum è gravi periculo liberatur, vectus rate (alias Traftami) Viſtula verſus Cracoviam, par

& pedum.

juvatur periclitans.

EX IMPRESSO.

per interceſſionem ſancti Staniſlai, ad cujus ædiculam Piotravinenſem ſe venturum promiſerat, vota ibidem reddidit. Idem, dum ope ſancti Martyris, è gravi morbo convaleſcit, iterum ædiculam ſacram viſitat, & mirabilem Deum in Sanctis ſuis prædicat, atque in perpetuam hujus rei memoriam tabulam dedicat, A. D. MDCLI. Reverendus Pater Chriſtophorus Jankowski, Societatis Jeſu, amiſſum recuperat viſum, beneficio Martyris ſancti, ei in equo coloris albi Pontificialiter induti apparentis, A. D. MDCLVIII. Heduigis Pekoſlawska, Caſtellaniſſa Radomienſis, dum gravi oppreſſa morbo diu jacet, viam inſtituere promittit ad ædem Piotravinenſem, & ſubito convaleſcit. Quod auxilium ſibi præſtitum à ſancto Martyre in tabula appenſa merris Polonicis expreſſit, A. D. MDCLIX. Quædam Magiſtra curiæ Magnificæ Dominæ Opalinskæ Marſchallæ, dum in certo ſuo infortunio opem D. Staniſlai experitur, ipſamet præſens in ædicula Piotravinenſi vota ſua exſolvit, ibidemque reliquit & tabulam A. D. MDCLX. Joachimus Szwæderski, in certis ſuis afflictionibus & moleſtiis, dum conſolationem recipit, auxiliante divo Martyre, ad quem vota fecerat, memor beneficii, tabulam argenteam eccleſiæ illi obtulit, A. D. MDCLXI.

viſu debilis

morbo oppreſſa.

graviter mœremus.

B

22 Illuſtris & Magnificus Dominus Georgius de Konary Slupecki, Caſtellanus Lublinenſis, die ipſo S. Staniſlai parum abfuit, quin naufragium pateretur. Jam pene à voragine abſorbebatur, penes villam Szkuciska. Illo pene in puncto mortis, dum invocat auxilium S. Staniſlai Patroni Poloniæ, mirabiliter trahitur veſtibus penes naviculam, à reliquis reſidentibus in navi, uſque ad ipſam ripam Viſtulæ, illoque in littore vovet, ſe quotannis pro qualibet feſtivitate S. Staniſlai Piotravinum venturum. Agnoſcens beneficium tantum ſancti hujus Præſulis, nihil moratus, una cum Paſtore ſuo, Adm. Rev. Staniſlao Dobielovic, Decano Chodelienſi, Parocho Opolienſi, audito Miſſæ ſacrificio, in illa capella ſacra ab eodem celebrato, vota exolvit A. D. MDCLXI. Ego Staniſlaus Dobielowic, Parochus Opolienſis, Decanus Chodelienſis, recognoſco & relinquo poſteritati magnum hoc miraculum, & beneficium præſtitum à ſancto Præſule Staniſlao, quod incolæ & paræciani eccleſiæ Opolienſis agnoverunt ab anno MDCXLIII uſque ad præſentem annum MDCLXV quod ubique locorum crebrius peſtilentiæ cum ſævirent; quodque majus, cum tamquam ad aſylum, ad oppidum Opolienſe confugerent, nobiles & cives Lublinenſes, etiam perfidi Judæi, ſua commercia circumquaque habentes; voto facto ad capellam ſacram Piotravinenſem, uno & altero lapide à nobis diſtantem, incedentes proceſſionaliter, cum Fratribus ſacratiſſimi Roſarii, imagine Deiparæ portata, effigieque S. Staniſlai, oblatione facta, vexilli, argenteæ tabulæ, & aliorum donariorum, à mortis limine evaſimus. Quin etiam invaſor Regni noſtri Sueciæ Rex Principeſque Tranſilvaniæ, præmiſſis Coſacis, nihil nobis nocuere, neque flamma, neque gladio, vaſtatis & redactis in cinerem in circuitu villis & oppidis. O miraculum! ô beneficium! ô prodigium! Incolæ oppidi Opolæ ſemper prædicant, ſuamque illi ædiculæ ſacratæ Piotravinenſi incolumitatem, fortunam, vitam debent.

averſatur periculum ſubmerſionis

ô peſtis.

C

D

ALIA

Ex libro tabellarum votivarum ad ſepulcrum.

voto facto evaditur mortis periculum,

23 TAbella argentea, in qua imago S. Staniſlai eſt cum tali inſcriptione. Anno D. MDXXIX VI menſis Septembris, Nicolaus Jaſlowichi de Sriniana poſuit.

Ex Ducis imperio Scythicas progreſſus in oras,
Et cepi atque dedi corpora multa neci:
Interea à multis oppreſſus millibus unus,
Cum paucis pugnans fortiter excipior.
Liber at evaſi, dum Divo huic nuncupo vota:
I nunc, & Divûm numina adeſſe nega.

obtinetur gratia

& ſanitas moribundo,

24 Cor argenreum cum hac inſcriptione: Divo Staniſlao vota ſolvo, laudes ago, publice recognoſco me non fruſtrari optato: in te confido, me tibi commendo, opem ferre in adverſis obnixe precando. Tabella cũ inſcriptione Sophia de Tulſtein Herbuſtowna Czarhowska, Caſtellana Miedyricenſis, unici filii ſui graviſſimo morbo depoſiti, at interceſſione S. Staniſlai, ad cujus tumulum peregrinationẽ voverat, ſanati, beneficium retulit: cujus memoriam in eccleſia S. Staniſlai reliquit, anno MDCII. Caſtrum Smolensk argenteum cum tali inſcriptione: Divo Staniſlao potentiſſimo Conſolatori, Nicolaus Secundus Radzivil, Palatinus Vilnenſis & magni Ducatus Lituanię Cancellarius, pro recuperatione arcis Smolenk, dolis Muſcoviţæ interceptæ; ex voto poſuit.

E

recuperatur Smolenſkum

liberatus captiva apud Moſchos,

25 Tabella cum deſcriptione beneficii tali: In nomine Domini Amen. Magnifica D. Barbara de Dubsko, Tartowa, Capitanea Sochacovienſis, precibus amicorum inducta, ut ſororem ſuam deſponſatã uxorem Duci Moſchorum Demetrio in Moſchoviã deduceret. Ubi Moſchiorum fraude, trucidato ipſo Duce & Polonis compluribus, ipſa quoque in eodem periculo exiſtens diuq; captiva detenta, vovit ad D. Staniſlai ſepulcrũ peregrinationem ſi liberaretur. Liberata, votum exolvit læta, anno MDCXII, VIII Januarii.

convaleſcit moribundus

26 Anno Domini MDCLXIII VIII Maii, Thomas Piechowicz, parvulus ſemivivus, per interceſſionem S. Staniſlai, ad ejus ſepulcrum allatus, revixit & convaluit: in cujus rei laudem & gratiarum actionem, votum per Nob. Staniſlaum Piechowicz parentem oblatum eſt. Nobilis D. Abrahamus Moſler, Ratiborenſis Sileſita, ex graviſſimo dolore pedum æger, jamque deſertus à medicis, voto ad S. Staniſlaum facto, repente ſanatus, votum ipſe ad ſepulcrum Sancti exolvit, anno MDCLXIX I Junii. Illuſtriſſ. Dominus..... Polanowski, cohortium regiarum Præfectus, S. Staniſlaum ſibi in Patronum ſpecialem elegit, ejuſque patrocinium in periculoſiſſimis expeditionibus ſemper incolumis expertus, morboque gtaviſſimo ejuſdem interceſſione levatus, beneficium recognovit: ipſe, ad ejus ſepulcrum frameam ſuam, auro onuſtam, aureos centum quinquaginta valentem, appendit MDCLXXVI, XXVI Martii.

dolor pedum ſanatur.

F

gravia periculæ & morbus pro pulſantur.

Plura per negligentiã latent.

27 Thomas Nybowshi, Apoſtolicus & Actorum Reverend. Capituli Cracovienſis Notarius & Secretarius, *hac ſui nominis ſubſcriptione authentitavit egraphum anno* MDCLXXVII *nobis tranſmiſſum à R. P. Balthaſare Wiele Wieyski, Domus noſtræ Profeſſæ Cracovienſis Præpoſito*: Non ſine querela adverſus eius eccleſiæ Officiales, quos, *inquit* XXIX *Maji ſcribens*, in hoc opere incurios adverti. Conſtat enim mih non defuiſſe nec deeſſe quod notarent ac norent: ſed eorum negligentiâ, multa hujus Sancti beneficia plurimis exhibita, oblivione ſepulta eſſe.

DE

DE S. ALBERTO AGRICOLA

APVD BERGOMENSES CREMONÆ MORTVO.

G.H.

ANNO MCXC.

Celebris eſt memoria S. Alberti agricolæ apud ſcriptores Bergomenſes & Cremonenſes: Nam locus natalis vitæ ab eo in terra ſuſceptæ eſt territorium Bergomenſe, & in hoc pagus Ogna in valle Seriana, haud procul ab oppido Cluſonio verſus fluvium Serium. Aſt locus natalis vitæ mortalis depoſitæ, & immortalis adeptæ, eſt urbs Cremona ad dexteram Padi fluminis ripam: in qua ſacrum ejus corpus aſſervatur in eccleſia S. Mathiæ, ejuſque ad honorem eſt erectum altare, & hoc VII Maji feſtum ejus celebratur: quo die ex decreto, inter ſtatuta anno MCCCLXXXIX facta, duorum cereorum oblatio à Civitate ad ejus altare fieri ſolet, ac præterea Communitas bajulorum iſtorum qui vinis transferendis ſeſe impendunt, quia hunc Sanctum ſibi Protectorem elegit, ejus feſtum ſolennius celebrat, quando horum officiales convivio alios excipiunt, & dotem diſtribuunt pauperioribus puellis hujus ſuæ Communitatis: uti exponit in Diario Cremonenſi Ioſephus Breſcianus civis Cremonenſis. Ex Reliquiis donatum eſt Ognæ incolis ejus brachium, & ob crebra miracula templum in valle Seriana excitatum. Natalem ejus hoc die celebrant Galeſinius in ſuo Martyrologio, & Ferrarius in Catalogo generali Sanctorum & alio Sanctorum Italiæ, qui allegat Tabulas Eccleſiæ Cremonenſis, & Vineam Bergomenſem, quam anno MDLIII vulgavit Bartholomæus de Peregrinis Presbyter Bergomenſis, in qua parte 2, cum cap. 16 imo & ſequentibus egiſſet de S. Alberto Bergomenſi & Abbate Pontidenſi, cujus feſtum colitur Kalendis Septembris; cap. 24 de hoc Sancto Alberto iſta tradit.

Culius ſaer

B

Compendium vitæ,

2 Non indignos etiam labores in hac Vinea contulit alter Divus Albertus, non alicui Fratrum religioni addictus, ſed fidelis Chriſtianus, oriundus ex villa Ogna, ſita in valle Seriana. Iſte hac in Vinea non ſolum operatus eſt ſpiritualiter, ſed etiam corporaliter. Cum enim colonus eſſet, agricola agros in nomine ſummi Dei excolebat, atque reditibus, poſt ſe ſuamque uxorem, pauperes, debiles, viduas, orphanos, infirmos & peregrinos ſuſtentabat: qui poſt multos labores ac peregrinationes defunctus eſt Cremonæ, miraculis clarus, anno ſalutis noſtræ MCXC, die vero VII Maji, & in æde S. Mathiæ ſepultus

C

eſt, præſente Divo Homobono, eive digniſſimo Cremonenſi. Hæc ex ejus hiſtoria aſcripta in libro 10 de Antiquitatibus & geſtis Divorum Bergomenſium capite 4. Superfuit S. Homobonus civis Cremonenſis, uſque ad annum MCXCVII, quo vita functus eſt XIII Novembris: in cujus Vita ab Hieronymo Tromboni edita cap. 24 fit mentio S. Alberti. Aſt Hiſtoria ſcripta de Antiquitatibus & geſtis Divorum Bergomenſium citatur par. 1 cap. 1 ad Vitam S. Barnabæ, & adſcribitur Marco Antonio Benalio, cujus opus poſtea expolivit & auxit Ioannes Antonius Guarnerius Canonicus Bergomenſis: ſed quod hic Sanctus eſſet Cremonæ mortuus, ejus Vitam omiſit in editione Bergomenſi anni MDLXXXIV.

A Marlo Mutio deſcribuntur converſatio pia,

3 Marius Mutius, inter Vitas Sanctorum & Beatorum Bergomenſium Italice anno MDCXIV & MDCXXI cuſas & recuſas, par. 2 edidit Vitam S. Alberti Agricolæ Ognienſis, ſed quæ à Bartholomæo de Peregrinis ſuccincte traduntur, à Mutio παραφραστικῶς exponuntur. Deſcribuntur locus natalis, inter aſperos montes & in paupere pago Ogna; educatio pia, inter labores agriculturæ; diligentia audiendi diebus Dominicis & feſtis ſacrificium Miſſæ, aliaq; divina officia, nec non percipiendi ſacros fructus ex concionibus & lectione piorum librorum & aliis ſpiritualibus

eleemoſyna, exercitiis. Præterea, cum in matrimonio liberos non genuiſſet, laudantur ejus eleemoſynæ, & idcò ab uxore illatæ moleſtiæ, eæque patienter toleratæ, ejuſque conſtans liberalitas cæleſtibus miraculis remunerata; quod ſcilicet cibi ad pauperes delati, ſint in ejus ædibus divinitus reperti. Addūtur ejus peregrinationes ad urbem Romanam: in quibus cum deficeret viaticum neceſſarium, labore manuum ſuarum victum conquirebat, ejuſque partem in pauperes diſtribuebat. Nec defuit ſingularis aſſiſtentia divina. Cum enim cum aliis meſſoribus fœnum ſecaret, eo quod alios plurimum ſuperaret, hi invidia tacti, incudem inter fœnum collocarunt, ut acies falcis obtunderetur: ut dum hic in acuminanda falce impediretur, ipſi opus ſuum promoverent; S. Albertus, hujus fraudis ignarus, ipſam incudem inſtar floris alicujus per medium ſecuit, & abſque falcis læſione peregit opus ſuum: quo viſo alii meſſores in ſtuporem rapti, ac ſummo pudore affecti fuerunt. Indicatur ibidem ejus in Vrbe modeſtia & pietas erga Reliquias ſacras, & potiſſimum glorioſorum Principum Eccleſiæ; & caritas erga pauperes in hoſpitali infirmos, quos ad patientiam, Confeſſionem peccatorum, & emendationem vitæ intitabat. Quin etiam Compoſtellam abierit, & corpus S. Iacobi viſitarit, vix dubitatur.

in peregrinatione Romana miratulum,

pietas Romæ & Compoſtellæ:

E

4 Poſtea proponitur reditus verſus patriam ſuam; quando, quod Padus fluvius intumeſceret, & quod illi naulum deeſſet, non poſſet navigio tranſvehi; palliolum ſuper aquas expandit, & facto Crucis ſigno, ſumma in Deum fiducia fretus, abſque ullo periculo in alteram ripam pervenit. Quod miraculum intuiti aliqui Eremitæ, ſanctitatemque viri admirati, ut eum ut virum ſanctum honorarent, acceſſerunt; ſed prohibiti fuerunt, & rogati ne ſe vivo illud aliis narrarent. Cremonæ ejus cum S. Homobono familiaris converſatio laudatur, ubi ſæpe ad ejus prandium invitatus & ut aliquod dignius officium oblatum ſuſciperet interpellatus; maluit in humiliori ſervitio conſiſtere, ſuamque operam in vino deferendo impendit. Contigit autem, cum quodam tempore vinum ad quamdam puellā portaret, ut poculo confracto vinum effunderetur. Tunc vir Dei Albertus, acceptas partes poculi conjunxit, & vinum quod quaſi congelatum erat, poculo impoſitum detulit ad ædes præfixas. Demum in morbum ultimum delapſus, animam confeſſione omnium reatuum expiavit. Cumque Sacerdos differret ſacro eum Viatico munire, viſa eſt candidiſſima columba (quam pie credebant eſſe Spiritum ſanctum) è cælo cum maximo ſplendore deſcendere, & roſtro ſuo particulā ſacræ Hoſtiæ porrigere S. Alberto, ejuſque ori imponere, & ſic piiſſime ſpiritum Creatori reddidit anno MCXC, quando omnes urbis illius campanæ abſque ullius hominis opera ultro ſonuerunt, & excitarunt cives ut honeſtam illi procurarent ſepulturā, & ingreſſi eccleſiam S. Mathiæ viderunt pavimentum ſublatum, & foſſam, miniſterio Angelorum, ut pie creditur, ſacrato huic corpori præparatam, ibique ſolenniſſimo apparatu fuit depoſitum & hactenus quieſcit: ubi plurimorum miraculorum evidentiſſimum teſtimonium perhibent anathemata ibidem appenſa.

Cremonæ ultima geſta

morbus,

F

obitus,

ſepultura.

5 Hæc omnia Marius Mutius: quæ retulimus ut inde Lector maxime Cremonenſis diſcernat, quænam magis certa ipſi approbent. Porro Peregrinus Merula, in Sanctuario Cremonenſi anno MDCXXVII Cremonæ excuſo pag. 121, res geſtas S. Alberti paucis exponit, citato potiſſimum Bartholomæo de Peregrinis in Vinea Bergomenſi: additque huic agro adminiſtrata ſanctiſſima Sacramenta à Parocho ſancti ſepulcri, eumque à Ioanne XXI ſummo Pontifice ob miracula tam in vita quam poſt mortem patrata, fuiſſe in numerum Sanctorum relatum. Præfuit dictus Ioannes Eccleſiæ ſolum VIII menſibus & totidem diebus, ſcilicet à XIII Septembris anni MCCLXXVI uſque ad XXI Maji anni ſequentis.

A Peregrino Merula indicatur Canonizatio,

DE BEATO VILLANO

G.H.

EPISCOPO EVGVBINO IN ITALIA.

ANNO MCCXX.

Celebrem memoriam B. Villani *ad hunc* VII *Maji Ferrarius, in Catalogo generali Sanctorum & alio Sanctorum Italiæ, Ferdinandus Vghellus tomo, Italia ſacra in Epiſcopis Eugubinis, & Ludovicus Iacobillus in Vitis Sanctorum & Beatorum Vmbriæ, etiam ad hunc* VII *Maji: ubi aſſerit ejus nomini in Cathedrali eccleſia dicatum altare, ſub quo corpus ejus hactenus integrum in devoto ſepulcro eſt depoſitum cum ſubjecta inſcriptione*, Divo Villano, Eccleſiæ Eugubinæ Præſuli, egregia, bonitate, mira temperantia, ſingularique integritate prædito. Anno ab orbe redempto MCCXXX vera fruitur vita, annos LXX natus. *Et hæc de ejus vita ſcribunt dictus Iacobillus aliique nominati, citatis variis monumentis Mss.*

Cultus facer.

2 Ex nobili proſapia Eugubii natus, & in diſciplina Chriſtiana à parentibus ſuis fuit enutritus: ab ipſa pueritia addictus abſtinentiæ & aſſiduæ ferventique orationi, poſtulans à Deo pacem & concordiam ſuorum concivium: à quo plurimam gratiam obtinuit. Commoratus aliquo tempore in monaſterio S. Crucis Fontis Avellani in diœceſi Eugubina, à bonis monachis variis ſanctis virtutibus eſt exornatus. Cumque inter eos excelleret, ob vitam irreprehenſibilem & mores ſingulares; anno MCCVI, mortuo Alberni Epiſcopo Eugubino, ex fama Sanctitatis electus eſt Epiſcopus patriæ ſuæ, & ab Innocentio III Papa confirmatus. Affectu ſinceriſſimo ferebatur erga pauperes, eiſque largas eleemoſynas diſtribuebat; mox pater pauperum & orphanorum voce omnium habitus. Fuit continentia & temperantia admirabilis, ceteraſque virtutes illuſtriores Chriſtianas coluit quam qui maxime. Anno MCCXII inter alios quinque Epiſcopos interfuit translationi corporis S. Ruffini, Epiſcopi & Martyris, Aſſiſii die tertia Auguſti factæ. Unus etiam ex ſeptem Epiſcopis Umbriæ fuit, quibus indulgentiæ plenariæ perpetuæ à Chriſto conceſſæ eccleſiæ S. Mariæ de Angelis, quam Portiunculam vocant, publicatio demandata eſt. Erant alii Epiſcopi Guido II Aſſiſienſis, Joannes Conti Peruſinus, Benedictus Spoletinus, Ægidius Fulginienſis, Bonifacius Tudertinus, & Pelagius Nucerinus. Erexit Eugubii pro pauperibus ægris noſocomium ſancti Spiritus: quod poſtea ſanctimonialium monaſterium fuit. Anno vero MCCXXVI conſtruxit ſub regula S. Benedicti Eugubii monaſterium S. Mariæ, Pelagium dictum. Anno dein ſequente DCCXXVII erexit ſecundum Ordinem S. Claræ monaſterium S. Angeli de Caliis cognominatum. Ejus etiam auctoritate conſtructa fuit eccleſia S. Bartholomæi, in Abbatia Campo regio dicta. Præterea B. Villani intuitu Gregorius IX Papa, Alberto Priori eccleſiæ Sedis Epiſcopalis B. Mariani Fratribuſque, confirmavit omnia jura bonaque iiſdem conceſſa, dato diplomate Peruſii per manus M. Marini S. R. E. Vicecancellarii, XV Kalendas, Februarii Indictione II, Incarnationis Dominicæ anno MCCXIX, Pontificatus vero Gregorii Papæ IX anno III. Quo etiam anno B. Villanus civitatis ſuæ parochias diviſit & ſingulas ſuis limitibus diſtinxit. Inter varia miracula, quibus Deus merita ejus manifeſtavit, è prædicto ſaxo vivum ac largiſſimum fontem elicuit prope Carbonanum, hactenus fontem B. Villani dictum. Cum annos quinque & viginti gregem ſuum paviſſet egregius Paſtor, annos tum natus ſeptuaginta, migravit ad cæleſtia paſcua, à Chriſto ſupremo Paſtore & Domino univerſorum exceptus, die VII Maji anno MCCXXX, ſepultus in eccleſia Cathedrali, ibidem in magna populi Eugubini veneratione hactenus habitus.

Ortus, educatio.

Acta in Epiſcopatu

pia loca erecta:

fons elicitus:

obitus.

B

E

DE SS. REGINALDO ET FRANCO

G.H.

EREMITIS CALABRIS IN APVLIA.

C

Hieronymus Marafiotus Poliſtinenſis, Ordinis Minorũ, libro 5 Chronici & Antiquitatis Calabriæ fol. 307 indicat Sanctos in Calabria natos, inter quos memorantur S. Franco Eremita & S. Rinaldus Eremita, *ſed quis fuerit natalis eorum locus, ignorari dicitur. David Romæus in Indice Divorum, qui nati vel humati ſunt in Neapolitano regno, aliquanto majorem lucem confert pag. 401 ſub finem, ubi de Sanctis Calabriæ iſta ſcribit:* Hilarius, Nicolaus Græcus, Reginaldus, Francus, Falcus, cum tribus aliis ſociis, quorum nomina ignoramus, viri ſolitarii Calabri, qui è ſua Calabria profecti, Pontifice Maximo Eugenio IV, in Frentanos Samnitum eamdem vitam ſolitariam egerunt in valle Aventana, in loco qui vocatur Plata, prope Caſulam & Lamam; & in eadem provincia venerantur, Nicolaus Vardagraræ VII Idus Sextiles, Reginaldus Falaſconi, Nonis Maji, Francus Francovillæ eodem die, Falcus Palenæ. *Hæc ibi.*

Memoria apud Marafiotum Romæum,

2 *Adjungatur teſtis tertius, Gabriel Barrius Franciſcanus lib. 1 de Antiquitate & ſitu Calabriæ, qui in Italia illuſtrata cum aliis auctoribus editus, columna 1024 hanc notitiam ſuggerit.* Nuper, *inquit*, octo eremitarum Calabrorum, qui eodem tempore fuere, apud me fama percrebuit. Quorum nomina ſunt hæc, Hilario, Nicolaus Græcus (non modo enim ab oppidis viciſque, verum etiam à regionibus nomina ſumuntur, manantque ad poſteros) Rinaldus, Franchus, Falcus, aliorum trium nomina me latent. Horum magiſter & ductor fuit Hilario, qui cum ſeptem aliis ex Calabria abiens, in Samnium contendit, atque in valle Aventina in Frentanis, in loco cui Plata eſt nomen, ſecundum Caſulam & Lamam, caſtella conſedit: ibique eremiticam vitam degentes Deo ſervierunt. Mortuo autem Hilarione, unoquoque eorum ob humiliratem aliis præeſſe renuente, convenerunt, ut ſinguli lancem ſuam ligneam in fontem conjicerent, & is, in cujus lancem piſcis ingrederetur, aliorum gubernacula ſuſcepiſſet. Lancibus autem, prius tamen exorato Deo, in fontem conjectis, protinus Dei nutu piſcis in lancem Nicolai ſubiit: tum ille Dei numen agnoſcens, regendi alios munus obivit. Exceſſit è vita centum annos agens Eugenio quarto Pontifice. Ejus corpus Vardagrelæ jacet, miraculis fulgens: ejus feſtum agitur ſeptimo Idus Auguſti. Corpus B. Rinaldi quieſcit Falaſcoſi: ejus feſtum agitur Nonis Maji. Corpus B. Franchi jacet Francavillæ: ejus feſtum agitur eodem die. Corpus B. Falci jacet Palenæ. Hæc Antiphona à Sacerdotibus illis canitur.

Barrium,

corpora in veneratione

O proles Calabriæ, ſplendor ſeptem ſiderum,
Novum Vardagrelæ decus, nobile depoſitum;
Fer jubar gratiæ, Chriſti beneficium,

F

Ne

A *palæstra virtutum in Aprutio.*

Ne breve veniæ tempus inane defluat.

3 *Eadem fere habet Ioannes Vincentius Ciarlantus lib.* 5 *Memoriæ historicæ Samnii cap.* 3, *ubi asserit* Platam sitã ad ripã fluminis Aventini, *qui in Aprutio citeriore illapsus in Sangrum, cum hoc effluit in mare Adriaticum, ubi in Geographicis mappis, ad latus dextrum fluminis Aventini, exhibetur* Lama, *ad sinistrum* Casoli, *atque inde palæstra agnoscitur, in qua* hi eremitæ, *ut scribit Ciarlantus*, vitam valde austeram cum tanta puritate egerunt, ut apparuerint veri imitatores antiquorum sanctorum Patrum Ægyptiorum. Erant namque unanimes in vera humilitate cordis, feruidi in oratione, & ardentes in caritate: erga se ipsos severi, erga alios benevoli; & quod præcipuum est, vivebant plane à rebus secularibus abstracti, quemadmodum à veris eremitis requiritur. *At quod spectat ad duos, quorum solennitas hoc die celebratur, asserit Ciarlantus* sacra ossa S. Rinaldi seu Reginaldi adhuc asservari in ecclesia castelli, Falasiose dicti, ejusque festum & in hoc VII Maji & præterea XXVIII Augusti celebrari. At pretiosum corpus S. Franci possideri in ecclesia Francavillana, ejusque festum celebrari & hoc VII Maji, & V Decembris, cum magno circum degentium populorum concursu. Festum denique S. Falci celebrari XIII Januarii, & Dominica prima post Assumptionem Deiparæ Virginis. *Meminit ad hunc diem* S. Franci eremitæ *Ferrarius in Catalogo generali & alio Sanctorum Italiæ.* AUCTORE G.H.

OCTAVA DIES MAII

SANCTI QVI VIII IDVS MAII COLVNTVR.

SAnctus Aurelianus, Episcopus Lemovicensis, in Aquitania. B

S. Victor Maurus, Martyr Mediolani.

Martyres:
- S. Agathius, S. Militus,
- S. Maximus, S. Felicia,
- S. Anthes, S. Maxima,
- S. Arestinus, S. Dativa,
- S. Marinus, S. Tumanus,
- S. Tampus, S. Entidius,
- S. Stercita, S. Secundina,
- S. Rogata, S. Datica,
- S. Victuria, S. Gundinus,
- S. Florida, S. Tertulus,
- S. Florida alia, S. Cælestinus,
- S. Lucius, S. Faustinus,
- S. Donata, S. Cencrius,
- S. Victor, S. Barachus,
- S. Flavia, S. Seddinus,
- C S. Joannes, S Niria,
- S. Nina, S. Tidus,
- S. Castus, S. Mittunus,
- S. Gajus, S. Siricus,
- S. Furius, S. Rogatus,
- S. Maximus, S. Saturnina,
- S. Victor, S. Glandiosa,
- S. Julia, S. Vitalis,
- S. Felix, S. Cæcilia,
- S. Marcianus, S. Januaria,
- S. Famosa, S. Galla,
- S. Honesta, S. Senerus,
- S. Niger, S. Rogata,
- S. Baptizius, S. Matrona,
- S. Rusticus, S. Augustina,
- S. Processus, S. Saturninus,
- S. Secunda, S. Rufus,

Martyres Byzantii nunc Constantinopoli:
- S. Victor, S. Antiquus,
- S. Faustinus, S. Nina alia,
- S. Cithinus, S. Saturus,
- S. Zaderus, S. Nicoma,

E

Martyres in Africa:
- S. Euticus,
- S. Fortunatus,
- S. Saturninus,
- S. Marcia,

Martyres in Ægypto:
- S. Victor,
- S. Stephanus seu Stephana,
- S. Januarius,

Sanctorum militum cohors integra, martyrio coronata.

S. Helladius sive Eladius, Episcopus Autisiodorensis in Gallia.

S. Gibrianus Presbyter, in diœcesi Catalaunensi & Remensi.

S. Desideratus, Episcopus Bituricensis, in Gallia.

F S. Tarasius Thaumaturgus, in Lycaonia.

S. Meles Hymnographus, apud Græcos.

S. Metron Presbyter, Veronæ in Italia.

S. Godon, Episcopus Metensis, ad Mosellam.

B. Iduberga sive Itta, Sanctimonialis sub S. Gertrude filia, Nivellis in Brabantia.

S. Wiro, Episcopus Ruremundæ in Gelria.

S. Petrus Archiepiscopus Tarentasiensis Ordinis Cisterciensis, Bellavalle in Burgundia.

S. Amatus, Patronus Salodecii in Italia.

A B. Bernardus Ordinis Prædicatorũ cum duobus Parvulis Sãtirenæ in Luſitania.

B. Angelus Ordinis Camaldulenſis, Martyr Maſſacii. C

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REIECTI.

Sancti Blaſii, Epiſcopi & Martyris, Translatio reliquiarum Cruidbecam, *uti diximus ad ejus Vitam num.* 30, *die* III Febr.

SS. Indractus, Dominica & ſocii, Martyres in Anglia, *ſuggeruntur in MSS. Altempſiano & Tamlachtenſi; & in Martyrologio Anglicano Wiſfordi, de iis egimus ad diem* V Februarii.

S. Odrannus, auriga S. Patricii, *ad hanc diem adſcribitur à Colgano ad Vitam S. Patricii pag.* 50 *col.* 1. *Vitam ejus dedimus* XIX Februarii.

S. Barbarus Martyr *indicatur in MS. Græco Synaxario Claromontano. De eo cum aliis adjunctis egimus* VI Maji.

S. Benedictus II Papa *memoratur proprio loco in MS. Vaticano S. Petri, item à Greveno & Maurolyco. Acta ejus dedimus.* VII Maji.

S. Staniſlaus Epiſcopus Cracovienſis *hoc die Martyr obiit & colitur in Polonia, ſed in Eccleſia Romana Breviario* VII Maji

B Scanyſolacus, Epiſcopus & Martyr in Gorgonia, *memoratur in Vſuardo auctо in Alſatia, & in pergameno exarato. Vix poſſumus dubitare quin ſit jam memoratus* Staniſlaus in Cracovia, *nominibus vitioſe exaratis.*

Salvia, Maria, Eupia, Synclitica, Lucius, Ceſſus, Lucentius & alii decem *aliis Martyribus, maxime Byzantinis infra referendis, interſeruntur, & forſan loco aliorum Martyrum, uti infra innuimus.*

Hilarion Epiſcopus Gallus colitur Scalaſti in Calabria: cujus ibi brachium ſervatur. *Ita Indicavit* P. *Beatillus. Fuerunt in Gallia plures Epiſcopi inter Sanctos relati* Hilarii *dicti, ut* Pictavienſis, Arelatenſis, Toloſanus, Veſontionenſis, Mimatenſis, Carcaſſonenſis, *ſed nullus* Hilarion: *cujus nomen pro* Hilario *videtur ſcriptum. Aſt cujus Sedis Epiſcopus accipiendus is qui colitur in Calabria ſit, ex nudis verbis ſupra indicatis colligi nequit.*

Franca *ſive* Franda, Promptia & Poſſenna *referuntur ab Arturo du Monſtier in Gynæceo ſacro & Laherio in Menologio Virginum, & Sauſſajo in Martyrologio Gallicano, in elogio S. Gibriani fratris, qui hoc die colitur: in cujus Actis ſit harum mentio, neque aliud de earum cultu uſpiam legimus.*

C Odranus Epiſcopus & Communus de Teghune Fendchain ſive de domo filii Fianthaim, *indicantur in MS. Tamlachtenſi, nec reperimus quæ addamus.*

Sergius Amalphitanus, monachus Caſinenſis, cui dicitur Deipara Virgo moribundo apparuiſſe, *cum titulo* Beati *indicatur à Bucelino in Menologio Benedictino.*

Gerwinebardus, Abbas S. Lupi, *cum titulo* Sancti *refertur in quodam Kalendario Ordinis Benedictini non antiquo: de quo alibi nihil legimus.*

Galterius, Converſus Ordinis Ciſtercienſis in Clara-Valle, *cum titulo* Beati *refertur ab Henriquez, Chalemoto, Bucelino. At Piis annumeratur à Sauſſajo.*

Scherus, fundator monaſterii Calmoſiaci in Lotharingia, mortuus anno MCXXVII, *cum titulo* Beati *indicatur à Ferrario, quem inde & cum titulo* Sancti *retulit Sauſſajus in Supplemento Martyrologii ſui. Fuit ſane vir ſanctus, multiſque de eo agit Ioannes Ruër in antiquitatibus Voſagi parte* 3 *lib.* 3 *toto, ac demum hoc ejus epitaphium ſubjungit,* Anno ab Incarnatione Domini MCXXVIII VIII Idus Maji obiit piæ memoriæ Dominus Scherus, Abbas primus & fundator hujus cœnobii & S. Leonis Tulli. *Quæ nullum ejus ibi cultum indicant; nec omiſiſſet notare diligentiſſimus auctor Sancti vel Beati titulum, ſi hunc ei dari inveniſſet.*

Joannes à Stronconio, Ordinis Minorum Miniſtri generalis Vicarius, Regularis Obſervantiæ fautor egregius, anno 1418 Luceriæ in Apulia hoc die clarus meritis & miraculis mortuus, *refertur à Iacobillo inter Sanctos & Beatos Vmbriæ, Arturo in Martyrologio Franciſcano cum titulo* Beati, *uti & ab aliis per eum citatis, Wadingus etiam in Indice Beatorum eum habet, in textu autem abſtinet à titulo* Beati, *contentus referre cor poſt centum annos integrum repertum, & cæcum illuminatum. Gonzaga de origine Seraphicæ Religionis agens de Convẽtu S. Salvatoris Luceriæ, aſſerit quod eumdem* mirum in modum exornant incogniti cujuſdam Patris oſſa, ſub ſummo altari aſſervata, cujus lingua recentiſſima adhuc perſeverat, ad cujus loculum plurima contingunt miracula. *Viderint illius Conventus Fratres an hæc forte ſpectent dictum Ioannem: nobiſque ſuggerant ſiquid vel de eo ultra habent, vel de B. Franciſco à Luceria laico cui Arturus diem* VI *Octobris adſcripſit, ut de utroque poſſimus tunc ſimul agere, ſi dies is aliquo ejus cultu inſignis habetur.* E

Ven. Petrus Georgius Odeſchalcus Comenſis, Epiſcopus primum Alexandrinus, deinde Viglebanenſis in Inſubria, *cum ea ſanctitatis opinione hoc die obiit an.* 1620 *ut pro beatificatione agatur in Romana Curia. Vitam ſcripſit, quæ extat apud heredes Ioannes Bapt. Sali, in Cathedrali Comenſi Canonicus, illiuſque dum viveret Secretarius. Ita nos docuit primus Aloyſius de Tattis, qui qua de cauſa ejus non meminit in ſuo Martyrologio Novocomenſi, eadem nobis quoque perſuaſit, hic ſolum nomen cognoſcendum proponere, dum expectatur ſententia S. D. N. Innocentii* XI *ex Odeſchalca familia aſſumpti.*

Bernardinus de Buſtis in Inſubria an. 1480, } Ordi-
Franciſcus de Villa prope Cordubam a. 1545 } nis
Maria à Corbya in Burgundia an. 1499 } Minorum *referuntur cum titulo* Beati *ab Arturo in Martyrol. Franciſcano, &* Maria *in ejuſdem Gynæceo & Laherii Menologio Virginum.*

Iſabella de Bovadilla, dicta de Jeſu, nobiliſſima, ſanctimonialis Ordinis S. Dominici Vallis-Oleti in Hiſpania, *cum magna ſanctitatis opinione mortua anno* MDLXXIII, *laudatur cum illuſtri elogio à Ioanne Lopez parte* 3 *cap.* 49, *& à Ioanne Rechac de B. Maria tomo* 2 *lib.* 1 *cap.* 7; *& in Anno ſancto hujus Ordinis, cum titulo* Beatæ Sororis. F

S. Priſcus, Epiſcopus primus Nuceriæ Paganorum, *refertur à Ferrario in utroque Catalogo. De eo agimus die ſequenti.* IX Maji.

S. Dionyſius, Epiſcopus Viennenſis, *memoratur in variis Martyrologiis: alibi vero ad proximum diem, quo colitur in eccleſia Viennenſi,* IX Maji.

S. Cataldus, Epiſcopus Tarentinus, *hoc die creditur obiiſſe, refertur in variis faſtis, & habet cultum Tarenti; at præcipuum ob Inventionem & Tranſlationem corporis, die quo eſt in Martyrol. Romano* X Maji.

B. Aloyſius Rabathà vel Ravidà Carmelita, *à Rocho Pyrrho in Notitia eccleſia Mazarenſis dicitur obiiſſe hoc die: de eo agemus, quando faſtis Ordinis adſcriptum invenimus,* XI Maji.

Aglae, quæ peccaverat cum S. Bonifacio, poſtea apud Tarſũ Martyre, & ipſa pœnitens, *cum titulo* Sanctæ *indicatur in Gynæceo ſacro Arturi du Monſtier. Ejus Acta habenter in Actis dicti Bonifacii* XIV Maji.

Chine-

A Chinedrita, cujus animam S. Dunſtanus filius conſpexit in cælis, *cum titulo* Beatæ *refertur in eodem Gynæceo ſacro. Ejus Acta habentur in Vita S. Dunſtani* XIX Maji.

S. Joannis, primi Abbatis monaſterii Parmenſis S. Joannis Euangeliſtæ, tranſlatio *memoratur à Wione, Dorganio, Menardo, Bucelino, Ferrario. Ejus natalis celebratur* XXII Maji.

S. Chlodulphus, Epiſcopus Metenſis, una cum deceſſore S. Godone, *hoc die refertur apud Meuriſſum & Sauſſajum. At Martyrologio Romano inſcriptus eſt ad diem* VIII Junii.

S. Himerius, Confeſſor & Patronus in civitate & diœceſi Cremonenſi, coli juſſus ex præcepto ſeu conſuetudine votove, *indicatur in Decreto Synodi Cremonenſis anno 1599 celebratæ. Verum in Sanctuario Cremonenſi à Peregrino Merula anno 1627 edito, & Diario Cremonenſi à Ioſepho Breſciano an. 1638 vulgato, nulla ad hunc diem fit mentio S. Himerii, ſed præſcribitur, ejus ſolennitas celebranda ad diem* XIX *Octobris. Putatur eſſe Epiſcopus Amerienſis, de quo cum Martyrologio Romano agemus* XVII Junii.

B. Mariæ Oigniacenſis memoria, ob primum ſuum ad illud cœnobium ibidem adventum ſervatur, *teſte Molano ad diem, quo colitur* XXIII Junii.

B Elladius, Epiſcopus Nivernenſis; *recolitur in MS. Florario Sanctorum. Forte eſt* Eoladius, *cum S. Itherio relatus à Sauſſajo in Supplemento* VIII Julii.

SS. Nabor, & Felix, cum SS. Januario & Marino, in Africa decollati, *referuntur in MS. Florentino Caroli Strozzæ, & alio Bibliothecæ Mediceæ, & Martyrologio extuſo Florentiæ anno 1486, in Martyrologiis autem Vſuardi, Adonis, Notkeri & aliis* X Julii

S. Arſenius Magnus, qui ex aula Theodoſii Imperatoris in Ægyptum deceſſit, *encomiis debitis hodie extollitur à Græcis, & Arabo-Ægyptiis, aſt à Latinis* XIX Julii.

S. MICHAELIS Archangeli apparitio in Monte Gargano *celebratur Officio Eccleſiaſtico in ſub ritu duplici in Breviario Romano, & variis faſtis eſt inſcripta. Verum celeberrima eſt ejuſdem* Archangeli memoria, quando ipſius nomine in monte Gargano dedicata fuit Eccleſia: *itaque commodius omnia ſimul dabuntur* XXIX Septembris.

S. Languidæ Virginis, è S. Urſulæ ſodalitio, exceptio Tornaci apud Patres Cruciferos, *memoratur. Poterit cum reliquis Vrſulanis de ea agi* XXI Octobris. D

Macarius, Eremita & Confeſſor in fine orbis juxta Paradiſum, *inſcriptus eſt Auctario Greveni ad Vſuardum. Eſt is* Macarius Romanus, *à plurib. relatus die, quando hiſtoria merito ſuſpecta poterit examinari,* XXIII Octobris.

S. Martinus, Preſbyter & Abbas Vertanenſis monaſterii, *memoratur à Notkero & quamplurimis MS. additurque in variis* in Sanctonico, *aut etiam* Cenonico. *De ſitu monaſterii* Vertani *ſeu* Vertavi *egimus 13 Ianuarii ad Vitam S. Viventii Preſbyteri cap. 3 litt. b. Vitam S. Martini dabimus die ejus natali, quando anno 589 obiiſſe traditur,* XXIV Octobris.

Benignus, *ut* Sanctus *indicatur in Menologio Scotico Camerarii, & additur* de eo agi in Vita S. Livini Scoti, *ſcilicet* XII Novembris.

S. Andreæ Apoſtoli, S. Lucæ Euangeliſtæ, S. Timothei Ep. Epheſini, } tranſlatio corporũ Conſtantinopolim, *memoratur à Galeſinio. De ea egimus ad Vitam* S. Timothei XXIV Januarii, *& iterum agendum erit ad Acta* S. Lucæ XVIII Octobris, *& ad Martyrium* S. Andreæ Apoſtoli XXX Novemb.

S. Gentiani Martyris tranſlatio corporis, in Corbeja monaſterio, *celebratur ſub ritu duplici apud Corbejenſis, inſcriptus eorum Martyrologio, uti etiam in Centulenſi S. Richarii & Pariſienſi S. Germani de Pratis. Dies natalis eſt* XI Decembris. E

B. Francus, Converſus Ordinis Carmelitani, Senis, *venerationem habuit per indultum Clementis V Pontificis Dominica prima Maji, dein tranſlatum ad ſecundam Dominicam Maji, atque ideo conſtitutum hoc die Acta ejus, quæ ipſi in Italia deſcripſimus, dare. Verum quia in Breviario Carmelitarum an.* MDCLXXI, *inter Officia noviter à Clemente X conceſſa, colitur ſub ritu duplici minori, per totum Ordinem die* XVII *Decembris, ſcilicet feſto ab* XI *Decembris, quo obiit tranſlato: nos quoque ejus Acta ſepoſuimus, danda dicto* XVII Decembris.

S. Joannis Apoſtoli & Euangeliſtæ, ob manna ſeu cineres ex ſepulcro ejus defluentes, memoria *celebratur à Græcis & Arabo-Ægyptiis. Quod erit latius diſcutiendum ad diem ejus natalem* XXVII Decembris.

DE SANCTO AVRELIANO G.H.

EPISCOPO LEMOVICENSI IN AQVITANIA.

C

LEmovicum *urbs Aquitaniæ primæ Epiſcopalis, habuit* S. Martialem *fidei Chriſtianæ præconem, & primum Epiſcopum: cujus Acta erunt illuſtranda ad diem* XXX *Junii. Hujus urbis Epiſcoporum nomina & geſta conſcripſit Bernardus Guidonis, ex Ordine Prædicatorum Epiſcopus Lodevenſis, à Philippo Labbe in Collectione rerum Aquitanicarum edita: in quibus agitur cap. 1 de S. Martiale, ibidemque iſta adduntur:* Porro geſta ipſius præclara ac felicem exitum conſcripſit B. Aurelianus, qui vidit, audivit, ac præſens fuit, dum geſta majori ex parte fuerunt: quem idem ſanctiſſimus Martialis à mortuis ſuſcitavit, ac poſtea ſucceſſorem ſuum adhuc vivens in carne ordinavit. *De vita S. Martialis inſra agemus: interim ex cap. 2 iſta proſequimur cum Bernardo, qui ait, quod* B. Aurelianus, à S. Martiale, adhuc Paganus ac Pontifex idolorum, à mortuis ſuſcitatus, & ab eodem Epiſcopus poſtea delectus, obiit decimo quinto Kalendas Decembris, ac ſepultus eſt in monaſterio S. Martialis in eccleſia S. Petri, nunc vero jacet in eccleſia B. Ceſſatoris extra muros urbis Lemovicenſis. *Hæc ibi: Ad dictum diem* XV *Kalendas Decembris in Epternacenſi Martyrologii Hieronymiani apographo iſta leguntur, ſub finem addita:* In Galliis Aureliani Epiſcopi & Confeſſoris. *Verum mendum ibidem eſſe, quod Bernardus Guidonis aliique aſſumpſerunt, colligimus ex aliis tribus ejuſdem Martyrologii Hieronymiani apographis, in quibus hæc ita exprimuntur:* In Gallia civitate Aurelianis, depoſitio Aniani Epiſcopi & Confeſſoris. *Hoc ergo errore detecto, cum Eccleſia Lemovicenſi natalem ejus celebramus* VIII *Maji, quando ſub ritu duplici ibidem colitur; & hæc de vita ejus præſcribitur recitanda Lectio.* F

Non obiit 17 Novembris

2 Aurelianus & Andreas, apud Lemovicos ethnicæ ſuperſtitionis Pontifices, B. Martialem Chriſtum prædicantem flagris cæſum, cum Alpiniano & Auſtricliniano, in obſcurum carcerem conjecerunt. Quem cum clariſſima lux, divinitus affuſa, poſtridie colluſtraſſet, & fores ad preces ſanctiſſimi Apoſtoli ſponte patuiſſent; ingenti terræ motu totam civitatem quatiente, aëre horribili tonitru perſonante, Aurelianus & Andreas ictu fulmine perierunt. Tanta rei novitate permoti, ſeſe ad Chriſti fidem adjunxere *Elogium ex Breviario Lemovic.*

AUCTORE G.H. junxere plerique, quorum exemplum ſecuti prævaricatores alii, ubi viderunt de cælo tactos, precibus B. Martialis à mortuis excitatos. Ex eo tempore Aurelianus & Andreas, ex vaſis contumeliæ vaſa honoris effecti, ſeſe ſanctiſſimo Apoſtolo commiſere formandos: ex cujus ductu ante actæ vitæ commiſſa expiarunt, in precibus aſſidui, ſemel in die pane & aqua contenti. Miraculorum gloria maxime florere cœpit Aurelianus, quibus cum ejus ſanctitatem teſtari videret B. Martialis, accedente litterarum peritia, & prædicandi verbi divini facultate, eum ſibi ſucceſſorem deſignavit. Præclare ergo & laudabiliter adminiſtrata per quindecim annos Lemovicenſi Eccleſia, migravit in cælum, cujus corpus pridie Nonas Maji prope ſepulcrum B. Martialis conditum eſt. *Hæc ibi*; *Verum hic dies octavus Maji non* pridie, *ſed* poſtridie Nonas Maji *ſcribendus eſt.*

Feſtum revelationis 15 Februarii.

3 *In eodem Breviario Lemovicenſi ad diem* XV *Februarii* feſtum revelationis S. Aureliani Epiſcopi & Confeſſoris *ſub ritu duplici celebratur, & in ſecundo Nocturno quarta Lectio recitatur hujuſmodi.* Aureliani Lemovicenſis Epiſcopi corpus propè ſepulcrum B. Martialis primo conditum eſt: ubi cum non inveniretur, quoque in ſequentibus temporibus illatum eſſet ignoraretur; oblitterata rei memoria, ad annum

B

an. 1315 milleſimum trecenteſimum decimum quintum repertum eſt in æde S. Ceſſatori ſacra. Quod cum reſciviſſet Reginaldus Antiſtes, eo cum ſacra pompa proceſſit; habitoque ad effuſam populi multitudinem de S. Aureliani laudibus ſermone, Reliquias ejus ſuper altare S. Ceſſatoris, decimo quinto Kalendas Martii, honorificentiſſime collocavit: unde

ſacellum illi erectum. poſtmodum in ſacellum, ejuſdem Sancti nomine dedicatum, in urbem tranſlatæ ſunt. *Hæc ibi. Prædictus* S. Ceſſator *floruit tempore Caroli Martelli, & colitur ſub ritu duplici in Eccleſia Lemovicenſi* XV *Novembris. At memoratus* Reginaldus, *cognomine* de la Porte, ordinatus *traditur* Epiſcopus Lemovicenſis anno MCCXCIV, qui adjuncto ſecum Collegio Eccleſiæ Lemovicenſis, ac diverſorum monaſteriorum Abbatibus & Religioſis, corpus Aureliani Lemovicenſis Præſulis anno MCCCXV, die XV Kalendarum Martii relevavit cum ſumma devotione, & in capſam propriam tranſtulit: quam poſtea ſuper altare eccle- *capſa reliquiarum.* ſiæ S. Ceſſatoris decentiſſime collocavit, poſtea Archiepiſcopus Bituricenſis electus anno MCCCXVI. *Ita ex Chronico S. Martialis Sammarthani in Epiſcopis Lemovicenſibus. Ferrarius in Catalogo generali celebrat ad dictum* XV *Februarii memoriam* S. Aureliani, *quam* revelationem *ejus appellat Sauſſajus.*

4 *Extat Vita S. Martialis, à Carmelita Beauxamis ſubjuncta Vitis Apoſtolorum, quæ ſub Abdiæ Babylonici nomine circumferuntur, & eſt illa ejuſdem cum hiſce farinæ: cujus fabulas aliquot profert Ioannes Heſſels Theologus Lovanienſis, & poſt eum Franciſcus Boſquetus in Hiſtoriarum Eccleſiæ Gallicanæ par.* 2 *pag.* 53 *& ſequentibus, qui dictæ S. Martialis Vitæ auctorem,* imperitum Theologum *&* ſupinum hiſtoricum *appellat.* Qui- *An & quatus ab eo ſcripta ſit Vita S. Martialis.* cumque, *inquit*, ille fuerit, antiquitatem & fidem captavit his verbis, quibus finem impoſuit, ac ſi Aurelianus Martialis diſcipulus & ſucceſſor ipſe ſcripſiſſet, *his inquam verbis:* Ego vero Aurelianus, E licet non omnia cognoverim, quæ, antequam ab ipſo ſacri baptiſmatis unda regenerari meruerim, plane didicerim; tamen poſtquam ab illo ab inferni clauſtris liberatus, ſuperis ſum vitæ redditus, quæque audire relatu ac videre potui viſu, rejicere minime curavi. *Hæc ibi: ad quæ alludens Bernardus Guidonis, aſſerit* Aurelianum conſcripſiſſe, qui vidit, audivit ac præſens fuit. *Addit Boſquetus* Vitam S. Martialis, quæ ab Aureliano ſcripta dicitur, non amplius extare. *Rationes ejus lector poterit conſulere, & nos ad Vitam S. Martialis accuratius eas poterimus examinare.*

DE S. VICTORE MAURO

MARTYRE MEDIOLANI.

G.H.

ANNO CCCIII.

Memoria in ſacris faſtis 8 Maji,

C *Celeberrima eſt apud omnes Latinos memoria* S. Victoris Mauri *militis, Mediolani in Inſubria martyrio coronati. Antiqua quatuor apographa Martyrologii Hieronymiani hunc* VIII *Maji auſpicantur hoc modo:* VIII Idus Maji, Mediolani Victoris. *Adſtipulantur vetuſtiora Martyrologia, Richenaugienſe prope Conſtantiam, Auguſtanum S. Vdalrici, Vaticanum Eccleſiæ S. Petri, Divionenſe, Atrebatenſe, aliaque: in quorum aliquibus iſta leguntur:* Mediolani S. Victoris Martyris, capite cæſi. *Vſuardus hoc eum elogio exornat:* VIII Idus Maji. Mediolani natalis S. Victoris Martyris, qui à primæva ætate Chriſtianus, cum eſſet in caſtris Imperialibus miles, compellente Maximiano ut ſacrificaret, in confeſſione Domini fortiſſime perſeverans, primo graviter fuſtibus cæſus, ſed Deo protegente doloris expers; dein liquenti plumbo perfuſus, ſed nihil penitus læſus; noviſſime glorioſi martyrii curſum capitis abſciſſione complevit. *Similia aut etiam longiora ex Actis deſumpta encomia habent in ſuis Martyrologiis*

7 Maji, *Rabanus, Ado, Notkerus & alii poſteriores cum hodierno Martyrologio Romano. At pridie ejus ſolennitas celebratur in antiquo MS. Reginæ Suecia, à Luca Holſtenio in Animadverſis ad Martyrol. Romanum edito, his verbis:* No-

14 Maji, nis Maji Mediolani natalis S. Victoris Martyris, cujus paſſio ibidem celebratur. *Altera eaque ſolennis veneratio pridie Idus Maji, ſeu* XIV *die dicti Maji recurrit, quando à S. Materno Epiſcopo Mediolanenſi ſacrum ejus corpus fuiſſe ſepultum infra in Actis dicitur: & hoc feſtum tranſlationis indicatur in antiquo Miſſali anni* MDXXII, *& Breviario anni* MDXXXIX, *item à Galeſinio, Molano & Ferrario: item ſub nomine* Mauri *cum longo encomio in Viola Sanctorum, Hagenoæ anno* 1508 *excuſa, & in MS. Florario. At ſequenti die* XV *Maji, quæ eſt Octava, ite-* *& 15 Maji,* *rum* Victor Martyr Mediolani *refertur in quatuor antiquis apographis Martyrologii Hieronymiani, & alio MS. Reginæ Suecia de quo ſupra. Verum an ibi de eodem* Victore, *an de alio diverſo agatur, nobis eſt incertum, uti dicto die inter Prætermiſſos annotamus.* F

2 *Plures ſunt in urbe & diœceſi Mediolanenſi* S. Victori *dicatæ eccleſiæ: harum præcipua poteſt cenſeri* ec- *Eccleſia S. Victoris ad Corpus.* cleſia S. Victoris, ad corpus *dicta, quod in ea ſacrum ejus corpus adſervetur. Hæc, centum & amplius paſſibus diſtans ab eccleſia Ambroſiana, fuit olim* Portiana *dicta, & aliquamdiu Metropolitana. Ibi ſepultus eſt Arnulphus iſtius nominis ſecundus Archiepiſcopus Mediolanenſis, ab Arciaco cognominatus, qui ſedit ab anno undemilleſimo, uſque ad annum decimum nonum ſupra milleſimum, & novam eccleſiam* S. Victoris ad Corpus *cum monaſterio Benedictino,* *conſtruxit, cum monaſterio Ordinis Benedictini; ſed hæc Abbatia in Commendam poſtmodum data, ac tandem anno* MDVII *ad Patres Olivetanos tranſlata eſt, à quibus anno* MDLX *cœpta eſt extrui nova eccleſia, ad quam corpora* SS. Victoris *Martyris &* S. Satyri *fratris S. Ambroſii tranſlata fuerunt anno* MDLXXVI: *qua de re accurate agens Ioannes-Petrus Puricellus, in Monumentis Ambroſianæ baſilicæ cap.* 19. Cum, *inquit*, monachi Olivetani ſanctum Cardinalem Archiepiſcopumque Carolum

A rolum Borromæum rogaſſent, us per ſe vel per alium ſacras luſtraret Reliquias, quæ in veteri extarent baſilica, quæve inde in recentem transferendæ forent; Carolus ipſe tandem illic affuit die Veneris vigeſima Julii menſis, atque ſic in publico Documento, ſexta inde die confecto (quo univerſa hujus Reliquiarum Viſitationis ac deinde Tranſlationis Repoſitioniſque acta ex ordine recenſentur) ſcriptum invenimus, *quod & nos inde tranſcribimus.*

Corpus S. Victoris an. 1576 tranſlatum.

3 Ad præſentiam Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi D. D. Caroli, tituli S. Praxedis Presbyteri Cardinalis, ſub altari majori eccleſiæ S. Victoris fuit inventa marmorea quædam capſa, ſex lapidibus ſibi mutuo cohærentibus laminis plumbeis conſtructa: in qua fuerunt reperta Corpora glorioſiſſimorum Sanctorum Victoris Martyris & Satyri Confeſſoris; diſiuncta inter ſe dilucido intervallo. Corpus enim S. Satyri erat à læva S. Victoris; ejuſdemque capiti innitebatur lapis lateritius (ſignum maximæ antiquitatis) in quo ſcripta legebantur hæc verba; videlicet S. SATIR. A dextra vero S. Satyri erat ſitum corpus S. Victoris, habens innixum omnino in omnibus ſimilem lapidem lateritium ſupradicto: in quo legebantur hæc verba, videlicet S. VICTOR; quorum litteræ V & T erant ſcripræ modo retrogrado. Et hæc omnia præſentibus multum Reverendis Dominis, Rodulpho de Cruce Primicerio Eccleſiæ majoris Mediolani, Joanne Franciſco à Baſilica Petri Ordinario præfatæ Eccleſiæ, ambobus habitantibus in Canonica: Petro Galeſinio Protonotario Apoſtolico, Abbate S. Ambroſii Majoris Mediolani, Priore ejuſdem Eccleſiæ, & Abbate S. Victoris. *Hæc ibi. Dictus Galeſinius in Notis ad ſuum Martyrologium & diem* VIII *Maji, ubi de S. Victore agit, teſtatur ſe huic Tranſlationi interfuiſſe. Poſtmodum, uti docet idem Puricellus*, utrumque Caput, tam Victoris quam Satyri, anno Chriſti ſupra milleſimum ſexcenteſimum ſecundo, die Martii vigeſima tertia, coram baſilicæ Metropolitanæ tunc Decano Antonio Seneca & aliis, ſolenniter extraxerunt ex arca, in qua Sanctus illa Carolus olim repoſuerat, & in duobus argenteis capitibus collocarunt, ut inter ſacras geſtari proceſſiones, populoque ad venerationem certis diebus exponi poſſent. Qua de re publicum etiam extat inſtrumentum, tunc temporis à Jacobo Antonio Cerruto, Curiæ Archiepiſcopalis Notario, confectum.

caput an. 1602 argenteâ thecâ impoſitum.

4 *Hæc Puricellus, qui inde concludit* caput S. Victoris Martyris, *quod apud Volaterranos adſervatur, non eſſe hujus Martyris Mediolanenſis, licet id Raphaël Volaterranus lib.* 20 *Anthropologiæ ſcripſerit ſub initium ſeculi* XVI, *& poſt eum Lucas Alemannius creatus anno* MDXCVIII *Volaterranus Epiſcopus affirmarit, curaveritque lapidi marmoreo ad altaris majoris lævam erecto inſculpi. Egimus* III *Februarii de S. Candido Martyre Romano, cujus corpus Volaterræ adſervatur, & una indicavimus inſigne ſcriptum publica auctoritate de omnibus Reliquiis confectum fuiſſe & ad nos miſſum: in quo exhibetur* antiquiſſimum monumentum in ſacrario aſſervatum, *quo indicatur* dedicata eccleſia à Calliſto II Papa anno MCXX die XX Maji, *& ſub finem iſta adduntur*: Inſuper Papa Eccleſiæ & Clero populoque Vulterrano caput devotiſſimum, auro ornatum, invictiſſimi Martyris S. Victoris dono dedit: qui à Clero & populo in Protectorem civitatis & Patronum humiliter ſuſceptus eſt. *Hæc ibi: quæ latius ex Volaterrano & aliis deducit Vghellus lib.* 1 *Italiæ ſacræ in Epiſcopis Volaterranis, & ſchema ipſius calvariæ ſculptum exhibet: & iterum Puricellus in Diſſertatione Nazariana cap.* 46 *num.* 20. *Quia vero nullius menſis Sancti à nobis eduntur, quin inter illos ſint decem, duodecim, ſedecim aut plures Martyres*, Victoris *nomine appellati, præter alios* Victorios, Victorinos, Victorianos *nominatos, arbitramur alicujus Sancti* Victoris *caput, aliaque ejus oſſa à Calliſto Papa Roma ſubmiſſa aut coram donata. Adeo ut prudenter a Volaterranis ad ejus ad venerationem aſſumptus non ſit dies* VIII *Maji, quo S. Victor Mediolani coronatus eſt, ſed* XIII *Maji, quo alter Victor potuit Martyr obiiſſe: & talis datur à nobis* Victor *cum aliis Martyribus coronatus dicto* XIII Maji Polentiæ, *& quidem (ut ibi dicimus)* in Piceno inter Maceratam & Septempedam. *Quid autem ſi* XIII *Maji aſſumptus fuerit, quod eo die ſit acceptum ſacrum caput & publicæ venerationi expoſitum? Tunc potius arbitraremur eas eſſe Reliquias alicujus Sancti Roma paſſi. Ita & nos Antverpiæ, in eccleſia Domus Profeſſæ Societatis Ieſu habemus* corpus S. Victoris Martyris Romani, *& pro ejus veneratione elegimus Dominicam poſt feſtum S. Martini Epiſcopi Turonenſis. Sed hæc deciſioni Volaterranorum relinquimus, & ad eccleſias* S. Victori *dicatas revertimur.*

AUCTORE G.H.

ſed alibi forte coronati.

5 *Altera igitur eſt* eccleſia S. Victoris, ad Cælum aureum *olim dicta, nunc* S. Satyri *appellatur, baſilicæ Ambroſianæ vicina, à qua vix denos paſſus diſtat, & in ea baſilica eſt* altare S. Victoris ad Cælum aurem. *Præterea teſte laudato ſupra Puricello*, ejuſdem S. Victoris, tamquam Tutelaris ac Præſidis, effigies ibi cernitur adhuc antiquiſſima, muſivo elaborata opere, in ipſius eccleſiæ faſtigio ac vertice, concamerato & auro circumquaque fulgenti. Quocirca ex ejuſmodi faſtigio ac vertice aurato profecta videtur ea ipſa S. Victoris ad Cælum aureum appellatio. Ceterum effigies ipſa hunc prorſus in modum ſe habet. Tam dextra quam ſiniſtra manu ſeparatim Crucem geſtat, grandioribus inſcriptam in tranſverſa parte characteribus. Dextræ quidem ſic eſt inſcriptum PANE GRATIÆ, ſiniſtræ vero ſic; FAUSTIN. adeſtque ſic etiam ſiniſtra tentus manu liber adapertus, & inſcriptus VICTOR; ne dubitare quiſpiam poſſet, cujus Sancti ea foret effigies. *Hæc ibi Puricellus, & poſt aliquot paginas addit*, ejuſdem Victoris Caput ſibi Ambroſianos monachos vendicare, ſed majori tamen parte mancum: & hoc forte facilius cum Eccleſiæ Volaterranenſis credulitate componi poſſe. *S. Ambroſius in ſermone pro feſto SS. Nazarii & Celſi Martyrum aſſerit, urbem Mediolanenſem* poſſidere populos Martyrum: *ex his ad* VI *Maji dedimus ſyllabum Martyrum* LXXIX *ſuis nominibus expreſſorum, & inter hos* tres Victores *appellatos, iterum* XIV *Maji daturi quatuor Martyres, & horum coryphæum* Victorem, *Mediolani coronatos. Quidni aliquod horum caput apud Ambroſianos monachos in veneratione arbitremur eſſe? Sed & hanc controverſiam inter ſeſe ipſi dirimant Mediolanenſes.*

eccleſia S. Victoris ad Calum aureum.

in qua etiã caput S. Victoris.

forte ãlterius Mediolani paſſi.

6 *Duas alias baſilicas indicat idem Puricellus adhuc extantes, unam* S. Victoris ad Ulmum, *alteram* S. Victoris ad Theatrum *appellatam. Dicitur infra in Actis ſic* S. Victor ductus ad ſilvulam, quæ ad Ulmos appellatur, ubi viridarium habebat Imperator, & ibi decollatus. *At* cum *ante* S. Victor fugiſſet, inventus eſt in ſtabulo ante theatrum. *Hinc ad perpetuam S. Victoris memoriam, ibidem illi erectæ fuerunt eccleſiæ. Paulus Morigius in Sanctuario Mediolanenſi pag.* 140 *deſcribit* eccleſiam S. Victoris ad theatrum, *aſſeritque* inter varias Reliquias, *aliquas* etiam S. Victoris ibidem aſſervari. *Illuſtravimus præterea ad diem* XIII *Februarii Vitam* SS. Haymonis & Veremundi fratrum, qui in venatione ab apris diſcerpendi, conſpicati ſummo in colle ædem conſtructam dicatamque S. Victori Mauro, qui Mediolani lauream martyrii adeptus, multis in ea diœceſi templis honoratur; voverunt ſe ibidem monaſterium a dificaturos, illudque Virginibus Ordinis Benedictini extruxerunt & dotarunt, in Meda vico diœceſis Mediolanenſis. *Meminit quoque dictus Morigius pag.*237 Eccleſiæ Collegiatæ S. Victoris conſtructæ in antiquo oppido Vareſio. *Et hæc abunde ſufficiunt, ut cultus & veneratio antiqua pro certo habeatur:*

alia S. Victoris eccleſia.

AUCTORE G.H.

beatur : quibus adjici poſſunt quæ infra ſubjicimus Actis ex S. Gregorio Epiſcopo Turonenſi deſumpta.

Paſſus eſt S. Victor ſub Maximiano Herculio,

7 *Quo autem tempore* S. Victor *paſſus ſit, & qua fide ſcripta Paſſionis hiſtoria, paucis proponendum. Acta habent* regnante Maximiano Imperatore, in civitate Mediolanenſi fuiſſe ingentem perſecutionem Chriſtianorum, *ſcilicet ut ſupra diximus quando ea urbs teſte S. Ambroſio* poſſedit populos Martyrum. *Fuit is* Maximianus Herculius *qui cum Diocletiano imperavit, &* Mediolani *ut plurimum vixit*, urbis ambitum ampliavit ac muro circumdedit, palatium duabus turribus ſublime fecit: præterea ſtatuas, ſigna, columnas paſſim erigendo ſimillimam Romæ efficere ſtuduit: *uti tradit Triſtanus Calchus lib. 1 Hiſtoriæ Mediolanenſis ſub finem. Perſequendis porro Chriſtianis adfuit Maximiano ſimilis farinæ Conſiliarius* Anolinus, *homo in ſanguine Chriſtianorum effundendo ferociſſimus, cujus crudelitatem explicant Acta SS. Naboris & Felicis* XII Julii *Laude Pompeja occiſorum, atque SS. Firmi & Ruſtici Veronæ* IX *Auguſti coronatorum: quorum Acta ſic incipiunt:* Regnante impiiſſimo Imperatore in civitate Mediolanenſi, facta eſt perſecutio ingens Chriſtianorum *&c. Plura de Anolino indicavimus* XXIII *Martii ad Vitam S. Proculi Epiſcopi Veronenſis num. 6.*

& Anolino Conſiliario

B

Idem Anolinus *in torquendo S. Victore, dum Mediolani præſens adeſſet Maximianus, partem præcipuam egit. Neque hic difficultas eſt aliqua: verum ut res acta credatur eodem quo ipſe Maximianus obiit anno, quod ex Actis ſequitur, adeoque anno poſt abdicatum ab eodem Imperium, ſexto non caret difficultate.*

Acta teſtis oculati auctoritatem præferētia.

8 *Acta illa ex antiquis monumentis ante ducentos circiter annos edidit Boninus Mombritius Mediolanenſis, & inſcripſit Cicho Simonetæ Ducum Mediolanenſium Secretario. Eandem nobis deſcripſimus ex codice MS. bibliothecæ Caſinenſis litteris Longobardicis exarato, item ex codice perantiquo Treverenſi Imperialis monaſterii S Maximini, & reperimus in Ms. Chriſtinæ Reginæ Sueciæ num.* XIII *ſignato. Eadem ſubmiſit nobis Petrus Franciſcus Chifletius ex Ms. eruta, ſed contracta. Eadem edidit Laurentius Surius, ſed ſtylo hinc inde nonnihil expolito: eorumdem compendium extat in Breviario Mediolanenſi juxta inſtitutionem S. Ambroſii anno* MDXXXIX *excuſo, in quo tres Lectiones ex hac Vita contractæ præſcribuntur, hoc* VIII *Maji, quo paſſus eſt, ad Matutinum recitandæ. Præclarum etiam ex iiſdem acceptum elogium inſertum eſt Miſſali Mediolanenſi anno* MDXXII *excuſo, quod in Præfatione Miſſæ ſolet recitari. Hæc omnia eo faciunt ut intelligatur, illa, quæ dixi, Paſſionis Acta, paſſim, & ſine*

C

ſcrupulo recepta fuiſſe. Neque de veritate martyrii dubitandum exiſtimo: vereor tamen ut ipſa Acta tam antiqua ac ſincera ſint, quam videri facit periodus ultima; in qua poſtquam narratum eſt, quomodo Anolinus exceptores Palatii adjurarit, ut unuſquiſque proferret quaſcumque habebant de Victoris martyrio chartas vel ſchedas, eaſque fecerit incendi ante ſe; ſic deinde legitur: Tunc & ego Maximianus, notarius Maximiani Imperatoris, Chriſtianus ab infantia mea, juravi per Paganiſmum eorum: & tamen per noctem cum luminaribus in Hippodromo Circi ſcripſi hæc, prout memoria potui retinere, quia ibi manebam: & adjuravi, ut ſiquis inveniret ſcripturam hanc, Chriſtiano viro non negaret. Hæc omnia ego Maximianus oculis meis vidi, Deo teſte & ſancta Trinitate.

talia non ſunt,

9 *Scripſiſſet ergo ea Acta, non tantum oculatus teſtis, ſed etiam ſcripſiſſet recenti memoria, durante adhuc perſecutione: ſcriptum vero ſuum nō auſus per ſe ipſum tradere Chriſtiano homini, reliquiſſet in publico temere abjectum. Quid enim temerarium magis quam ubi tot idololatræ forent; qui illud citius decerpturi videbantur, quam ex ſcriptoris voto Chriſtianis tradituri, ſperare futurum, ut in horum manus illud veniret? Quid incredibilius, quam quod nocturno iſti ac furtivo ſcripto auctor ipſe ſuum apponeret nomen, & latere volens, cuicumque illud inventuro vellet innoteſcere, cum manifeſto vitæ ſuæ periculo? cujus tamen ſervandæ cauſa impium juramentum à ſe conceptum fatetur, adeo erat in Chriſti fide profitenda languidus. Quomodo igitur ſuſpecta non ſit cautela tam parum cauta?*

D

ſed cum jam idololatræ vocarentur Pagani

10 *Nihilo minus me movet, quod* Paganorum Deos, & Paganiſmum *videam nominari: numquam enim credam ita ſcripturum fuiſſe aliquem qui Maximiani tempore vixerit. Iacobus Gothofredi ad Codicis Theodoſiani librum 16 tit.* 10 de Paganis, *antiquiſſimam talis nominis mentionem, quam hactenus potuerit invenire, refert ad initia Valentiniani & Valentis ſive annum Chriſti* CCCLXV: *& nullus dubitat quin ea phraſis originem habuerit à Chriſtianis, ita contemptim appellare idololatras exorſis, poſtquam eorum ſuperſtitio per Chriſtianos Imperatores proſcripta ex urbibus ad pagos abiit: quod ab illo erudite diſcuſſum videre lector poterit. Mihi non videtur multis opus ad id probandum, quod ipſum nomen quaſi per ſe loquitur. Neque enim quo modo* Gentiles *atque* Ethnicos *florente Chriſtianiſmo ſcriptas dixerunt Chriſtiani, voce ab initio Eccleſiæ uſurpata, ſic & Paganos dictos putes, quaſi deficiente Latinitate* Pagus *dictum ſit totam Imperium Romanum, & in conſenſu appellata ſit* Pagana *religio, quæ paſſim ab omnibus ubique tenebatur. Quod autem ſtrictiori ac magis Latina notione,* Pagani *dicti ſunt, tam quam ruſtici & agreſtes, vel ex hoc probare poſſumus, quod in noſtra Teutonica lingua nullam à majoribus acceperimus vocem quæ illi Latinæ reſpondeat, quam cui vilis iſta & plena contemptus ſignificatio ſubſit, quando idololatras appellamus* Heydenen, *à nomine* Heyde, *quod nobis etiam nunc notat campum, & quidem incultum, eo quod extra communis habitationis loca, ad illa quaſi deſerta relegati forent, ubi ſuperſtitiones avitas utcumque exercebant.*

E

fide non optima,

11 *Quiſquis igitur ille fuit, qui vel primus hæc Acta ex majorum traditione compoſuit, vel antiquitus ſcripta interpolavit; qua parte maximam eis voluit conciliare auctoritatem oculati teſtimonii, hac eis detraxit etiam ſimplicem bonæ fidei prærogativam, dum fraude uſus comperitur. Quare nec jam audemus ei temporis notæ fidere, quam faceret Sanctus, Maximiano nuntiari jubens,* quia hoc anno morietur: *Nam fidei tam vacillantis auctoritate parum veriſimile fit, hominem, quamvis Chriſtianis infenſiſſimum, eo tempore vexandis illis potuiſſe vacare, quo totus intendere debuiſſet ſtabiliendo, quod temerario auſu reſumere præſumebat Imperio, in ipſo rei agendæ conatu oppreſſus extinctuſque. Itaque feralem illam perſecutionem, cujus aliorum plurium Sanctorum Acta meminerunt, & in qua* S. Victor *triumphavit (nulla habita ratione iſtorum ſic temere adjectorum verborum) referam ad ultimum Diocletiani & Maximiani corregnantium annum, Chriſti* CCCIII, *quo præſens Mediolani Maximianus crudeli præfuit carnificinæ. Non etiam magni faciam quod tyranno dicitur comminatus Sanctus, quod* cum mortuus fuerit nulla eum capiet ſepultura, niſi ei tibiæ frangantur: *quia tale nihil alibi lego, ſed bene apud Euſebium ad calcem lib.* 8, quod laqueo vitam abrupit, juxta quoddam dæmonum vaticinium, hujuſmodi ſupplicio merito affectus ob quamplurima quæ admiſerat ſcelera; *idque Maſſiliæ, quo profugerat,* Maxentio III ſolo Conſule, *ut ſcribit idatius, id eſt anno Chriſti* CCCX.

ideoque non perſuadent] rem actam an. 310.

F

ACTA MARTYRII

Ex Codicibus MSS. & Mombritio.

1 REgnante impio Maximiano Imperatore, in civitate Mediolanenſi erat perſecutio ingens Chriſtianorum. Erat autem ibi quidam miles, Maurus genere, nomine Victor, notiſſimus Imperato-

peratori. Tunc renuntiaverunt Miniſtri Imperatori dicentes: Domine Clementiſſime Imperator, Victor Maurus, Chriſtianus effectus, blaſphemat deos noſtros, & dicit eos dæmonia eſſe. Tunc indignatus Imperator juſſit eum comprehendi & ad ſe perduci: cui & dixit: Victor miles noſter, quid tibi deeſſe exiſtimaſti, ut te Chriſtianum feciſſes? Victor reſpondit. Non ego nuper Chriſtianus effectus ſum, ſed ab ineunte ætate mea. Maximianus Imperator dixit: Ergo, ut aſſeris manifeſte, Chriſtianus es? Victor reſpondit: Ego manifeſte Chriſtianus ſum, & Chriſtum Jeſum filium Dei vivi de Maria Virgine natum adoro, & credo corde, & ore laudare non ceſſo. Tunc Maximianus Imperator, ira repletus, juſſit eum in carcerem mitti juxta Circum, qua itur ad portam Ticinenſem, & diligenter cuſtodiri, dicens ad eum: Vade Victor, tracta tecum qualiter poſſis evadere tormenta horrida, quæ te fortiter laniabunt, ſi ſacrificare nolueris. Miſſus itaque in carcerem fecit ibi dies ſex, & juſſit Imperator ut neque panem neq; aquam darent ei. Septima autem die juſſit ſibi Maximianus Imperator tribunal in hippodromo Circi parari, & juſſit adduci S. Victorem, & ait ad eum: Quid eſt Victor, quid tractaſti circa ſalutem tuam? S. Victor reſpondit: Salus mea & virtus mea Chriſtus eſt: cujus ſpiritu nutrior, quem in viſceribus meis accepi.

coram Imperatore fidem profeſſus,

in carcere in medio torquetur:

A

B

2 Tunc Maximianus Imperator, ira repletus, juſſit fuſtes afferri, & in conſpectu ſuo eum extendi & cædi, *a* & tres terniones tranſire & clamare ei: Sacrifica diis, quos Imperator & omnes adorant. Cumque fuiſſet cæſus, juſſit eum erigi: cui & dixit: Victor, audi conſilium meum, & accede & deſervi diis iſtis: quia nemo melius poteſt deſervire eis quam tu, præſertim cum ſis canis decoratus. S. Victor reſpondit: Beatus David Rex & Propheta docet dicens: Omnes dii gentium dæmonia ſunt, Deus autem noſter cælos fecit: ſi ergo ab initio dæmones appellantur, *b* quomodo eos adorabo? Tunc Maximianus Imperator dixit ei: Ecce do tibi honorem Magiſtri militum, & aurum & argentum multum, & miniſteria & poſſeſſiones, tantum immola diis iſtis, quos nos colimus. Victor reſpondit: jam dixi, & iterum dicam: non ſacrificabo dæmoniis, ſed Deo ſacrificium laudis me ipſum offero: quia ſcriptum eſt, omnis ſacrificans dæmoniis & non Deo eradicabitur. Anolinus Conſiliarius Imperatoris dixit: Victor, promiſſi ſunt tibi honores à clementiſſimo Imperatore: quare non ſacrificas diis, quos Imperator adorat, & quibus cervicem ſuam flectit? S. Victor reſpondit: Ego præmia à vobis promiſſa non accipio: ſed à Deo meo quotidie accipio fortitudinem.

a *fuſtibus cæditur:*

Pſal. 95

b *ſpernit honores & munera:*

Exod. 22

C

3 Tunc iratus Maximianus Imperator juſſit eum iterum in carcerem mitti ad portam, quæ dicitur Romana; & ibi cuſtodiri à militibus. Cumque ibi eſſet diebus tribus, juſſit eum de carcere educi, & dixit ad eum Imperator: Victor, immola diis iſtis, quos deos eſſe vera divinitas comprobavit. S. Victor reſpondit: Ego diis paganorum non immolo: turpe eſt enim mihi ut quod in baptiſmatis ſanctificatione percepi, à te homine corruptibili & in omni neceſſitate conſtituto coactus deſeram. Non facio: fac quod facturus es: quia ego ſcio quod fortior te eſt qui pugnat pro me. Tunc Maximianus Imperator, & Anolinus Conſiliarius ejus, juſſerunt fuſtes afferri *d* & extendi eum, & quinquè terniones tranſire, & clamare ei, Sacrifica diis quos Imperator & omnes adorant. Tunc S. Victor, cum eſſet in pœnis poſitus, dolores non ſentiebat: ſed ſic oravit ad Dominum dicens: Domine Jeſu Chriſte, cujus annona quotidie nutrior, Rex meus & Deus meus, adjuva me in pœnis iſtis poſitum. Tunc Maximianus Imperator dixit ei: Victor, conſule ſanguini tuo, & immola diis iſtis, quos omnes adorant. Nam per deos & per ſalutem meam & ſtatum reipublicæ, quia niſi ſacrificaveris, *e* diverſis te faciam pœnis ſpiritum exhalare. Et ne ſperes quia ſi à me punitus fueris, ut te Chriſtiani ſervum meum ſibi Martyrem faciant: ſed ibi te jactari jubeo, ubi numquam corpus tuum inveniri poſſit. S. Victor reſpondit: Non ſacrifico: fac quod tibi videtur: non de ſervo tuo facies ſicut dixiſti, ſed de ſervo Chriſti. Tunc indignatus Maximianus Imperator, quod ſic ei reſpondiſſet, juſſit eum in carcerem mitti iterum ad portam quæ dicitur Romana, & pedes ejus in cippo extendi.

d iterũ fuſtibus cæditur.

EX MSS.

e

conſtans in variis tentationibus,

4 Cumque ibi eſſet recluſus, miſit ad eum Anolinus Conſiliarius Imperatoris dicens: Ite, dicite Victori. Homo, male deſperaſti de vita tua, *f* conſule ſanguini tuo, & ne amplius ad iracundiam provoces Imperatorem: audi conſilium meum & ſacrifica diis noſtris, & pete ab Imperatore qualem volueris honorem: nam per deos & per ſalutem Imperatoris multa tibi tormenta præparantur. S. Victor reſpondit ad illos qui venerant ad eum: Ite, dicite Anolino. Ego diis Paganorum non immolo, quia docet nos ſcriptura, confundantur omnes qui adorant idola & qui gloriantur in ſimulachris ſuis. Ego autem Deum vivum & verum adoro, ut non confundar in æternum. Cumque renuntiatum fuiſſet Anolino, renuntiatum eſt & Imperatori: & irati ſunt valde. Altera autem die juſſit Imperator Maximianus educi eum de carcere, & dixit ei Anolinus; Victor, tantum obduratum eſt cor tuum, ut *g* non audias Imperatoris juſſa & ſacrifices? S. Victor reſpondit: Non ſacrifico diis immundis & ſine ſenſu. Tunc Imperator juſſit omnia genera tormentorum ante eum afferri, & ait ad eum: Vides, Victor, quanta tormenta te expectant, ſi non ſacrificaveris? S. Victor reſpondit: Iſta tormenta, quæ tu mihi inferre vis, nihil ſunt: ſed à Deo meo majora tibi præparabuntur in illa die juſti judicii. Tunc Maximianus Imperator, indigne ferens hoc, quod eum aperte blaſphemaſſet, juſſit plumbum adduci & eliquari, & totum corpus ejus perfundi. Et cum perfunderetur, ſic oravit ad Dominum, dicens: Domine Jeſu Chriſte, pro cujus nomine hæc ſuſtineo, adjuva me & libera me, ſicut liberaſti tres pueros immaculatos de medio camini ignis ardentis, & confudiſti tyrannum; ita mitte nunc & libera ſervum tuum, ut erubeſcat Maximianus cum ſatellitibus ſuis. Et ſtatim adfuit Angelus Domini, qui plumbum ita frigidum fecit, quaſi aquam de fonte levatam, & non eſt combuſtum corpus ejus in ulla parte. Tunc expandens manus ſuas B. Victor, benedixit dominum, dicens: Benedico te, Chriſte Jeſu, fili Dei vivi, quia dignatus es miſereri ſervo tuo, & miſiſti Angelum tuum Sanctum, qui & plumbum refrigeravit, & plagas, quas in me exercuit impius Maximianus, unguento tuæ miſericordiæ unxit. Tunc Maximianus cœpit in ſtupore eſſe & omnes qui aderant, eo quod non combuſtum fuiſſet corpus ejus. Tunc S. Victor dixit: Gratias tibi ago, Domine Deus, pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui & plumbum refrigeraſti, & tormenta horrida me vincere feciſti, ne facias me obſecro *h* ſuperari ab hominibus iſtis.

f

abſque ulla læſione.

F

Pſal. 96

B

g

h

5 Tunc Maximianus Imperator juſſit ut duceretur ad portam quæ dicitur Vercellina: & dum expectarent quæ juberet Imperator, repauſaverunt ibi. Tunc milites qui cuſtodiebant S. Victorem ſoporati ſunt: & exurgens S. Victor fugit & abſcondit ſe *i* in ſtabulo ante theatrum. Tunc exurgentes milites ſecuti ſunt eum, & invenientes unam mulierculam interro-

i

è latebra reductus,

RX MSS. terrogaverunt eam, dicentes; Non vidisti huc hominem canum excisa veste ire? Respondit mulier, & dixit: Vidi huc hominem canum excisa veste fugere. Sequentes vero milites per viam quæ vocatur stabuli, pervenerunt ante theatrum; & intrantes in stabulum, invenerunt S. Victorem absconsum ante capita equorum. Tunc milites *k* injuriantes eum eduxerunt foras. Audiens hæc Maximianus quod S. Victor fugisset, indignatus est militibus suis, jussitque aliis militibus ut educeretur foras civitatem, ad hortum qui vocatur Philippi. Ipse autem Imperator deambulans in hippodromo circi, misit ad eum *l* cursores dicens: Ite, dicite Victori: desperasti de vita tua, & non vis sacrificare: per deos si non sacrificaveris, faciam te capitalem subire sententiam. Quibus S. Victor respondit: Ite, dicite Imperatori vestro, quod facturus es fac celerius, quia ego desidero percipere meredem meam à Deo meo, propter quem ista patior, quia tempus est: si tamen illi placeat, qui mihi dedit animam & spiritum. Tunc Maximianus Imperator jussit vocari *m* scurrones, & jussit eis ut duceretur ad silvulam quæ ad *n* Ulmos vocatur, ubi viridarium habebat Imperator, & ibi decollaretur. Et cum duceretur S. Victor, dixit militibus, qui eum ducebant: Dicite Imperatori Maximiano, quia hoc anno *o* morietur, & cum mortuus fuerit nulla eum capiet sepultura, nisi ei tibiæ frangantur. Et cum hæc dixisset pervenerunt ad locum, & fecit orationem dicens: Gratias tibi ago, Domine Jesu Christe, quia non me segregasti à Sanctis tuis concivibus meis *p* Nabore & Felice. Benedico te & gratias tibi ago in omnia sæcula sæculorum. Amen. Completa vero oratione amputatum est caput ejus ab scurrone.

k

Ô damnatum ad mortem

m

n

B

o

capite plectitur.

P

6 Tunc jussit Imperator, ut nemo sepeliret corpus ejus, ut à bestiis devoraretur. Et post dies sex misit Imperator Quæstorem suum cum militibus, ut videret si jam à bestiis aut à serpentibus devoratum fuisset. Euntes autem invenerunt corpus ejus intactum, & in nulla parte contaminatum, & duas bestias, unam ad caput & aliam ad pedes, custodientes corpus S. Victoris: & revertentes nuntiaverunt Imperatori. Tunc jussit Imperator ut sepeliretur corpus ejus. Postquam vero permissum est ut sepeliretur corpus Martyris, abiit Sanctus & beatissimus Vir *q* Maternus Episcopus, & invenit duas bestias, unam ad caput & aliam ad pedes custodientes corpus ejus, & ipsum quasi eadem hora fuisset decollatus. At bestiæ, ubi viderunt S. Maternum Episcopum, dederunt locum; & tamdiu ibi steterunt, quamdiu fuisset levatum corpus ejus: quod involventes in linteaminibus, perduxerunt non longe ab ipsa silvula, & sepelierunt in pace. Tunc Anolinus Consiliarius jussit comprehendi omnes exceptores qui erant in palatio, & fecit eos jurare per Deos suos, ut si quis haberet aliquam chartam vel scedam nemo illam celaret. Tunc juraverunt omnes per deos & per salutem Imperatoris quod nemo illam celaret, & allatis omnibus chartis, fecit eas Anolinus incendi ante se ab scurrone: quod factum valde placuit Imperatori. *r* Decollatus est autem S. Victor Octavo Idus Majas, & sepultus est à S. Materno Episcopo pridie Idus Majas, regnante Domino nostro Jesu Christo cum Patre & Spiritu sancto, per omnia secula seculorum Amen.

Corpus à bestiis asservatum

q

C

sepelitur à S. Materno Episcopo:

r

ANNOTATA.

a *Ita MSS. cum Mombritio. At Surius his omissis ista habet:* Præcone sic clamante.

b *MS. Casinense*, Quomodo eis sacrificabo?

c *Surius*, Vires & robur. D

d *Idem*: Extensumque Martyrem verberari eique acclamari: Sacrifica &c.

e *Mombritius*: Faciam te ad omnium hominum experimentum devenire.

f *Idem*, Consule senectuti tuæ.

g *MS. S. Maximini*, ut non obedias Imperatoris jussis: *ubi Mombr.* jussioni,

h *Idem MS. & Mombr.* Me tentari à diis istis.

i *MS. Casinen.* Ante capita equorum. *Mombr.* In amphitheatri stabulo. *Ibidem dein erectam fuisse* ecclesiam S. Victoris ad theatrum *supra diximus.*

k *Momb.* exprobantes ei.

l *MS. Casin.* Consules.

m *MS. S. Maxim.* spiculatorem. *Surius* carnifices.

n *Ibidem* ecclesiam S. Victoris ad Ulmum *constructam fuisse supra diximus.*

o *De morte Maximiani & hoc loco, supra egimus.*

p SS. Nabor & Felix *sub eodem Maximiano Imp. & Anolino Consiliario passi sunt Laude Pompeia: at corpora eorum Mediolani deposita. Coluntur* 12 *Iulii.*

q *Colitur* S. Maternus *Ep.* 18 *Iulii.*

r *Sequebantur verba in prævio Commentario num.* 8 *relata, quasi ipsius scriptoris, quæ manifestam continentia impostoram hic merebantur expungi: ultima autem illa particula:* Hæc omnia ego *&c. deest apud Mombritium.* E

ANALECTA

Ex S. Gregorio Episcopo Turonensi lib. 1 Miraculorum cap. 45.

Ejus intercessione captivi liberati.

MAgnificatur apud Mediolanensem urbem Victor inclitus Martyr, quod sæpius vinctos ab ergastulis dissolvat, captivosque liberos abire permittat. Igitur quodam tempore Apollinaris cum Victorio Duce Italiam petiit, quem ajunt apud urbem Romam interfectum: & Apollinarem incolæ loci quasi captivum retinebant, dicentes: Non videbis patriam tuam, sed dignas, ut fatelles tuus, pœnas exsolues. Hæc autem comminati miserunt eum in exilium apud urbem Mediolanensem. Factum est autem ut adveniente festivitate S. Victoris, convenientibus populis & hic vigiliis intereset (sub libera enim custodia absolutus attendebatur) prostratusque coram sepulcro S. Victoris, cum impensius orare cœpisset, ut eum virtus Martyris ab hoc exilio liberaret; circa medium noctis egressus ab æde, audivit unum de egenis loquentem ad alium & dicentem: Quid putas, ô compauper, quæ sit virtus hujus Martyris? Verum dico, nec fallor, quia in hac nocte quisquis captivus domino per fugam dilabitur, absolutus in patria accedit, nec amplius ultra reperietur. Hæc Apollinaris verba, quasi auspicium ex Dei nutu missum, accipiens, iterum atque iterum provolutus ad tumulum Martyris, orat ut virtute ejus adjutus absque impedimento possit abscedere. Moxque vocato puero equum sterni præcepit, dicens: Hodie absolvendi sumus à vinculo istius custodiæ. Et ascendentes Alpium juga, congerronum completa multitudine, ita pertransierunt ut à nullo interrogarentur quo tenderent vel unde venirent. Manifestumque est eos præsidio beati Martyris ab hac ærumna fuisse salvatos. F

DE SANCTIS MARTYRIBVS

G.H.

AGATHIO MILITE, MAXIMO PRESBYTERO, ANTHE DIACONO, ARESTINO, MARINO, TAMPO, STERCITA, ROGATA, VICTURIA, FLORIDA, ITEM FLORIDA, LUCIO, DONATA, VICTORE, FLAVIA, JOANNE, NINA, CASTO, GAIO, FURIO, MAXIMO, ITEM VICTORE, JULIA, FELICE, MARCIANO, FAMOSA, HONESTA, NIGRO, BAPTIZIO, RUSTICO, PROCESSO, SECUNDA, MILITO, FELICIA, MAXIMA, DATIVA, TUNIANO, EUTIDIO, SECUNDOLA, DATICA, GUNDINO, TERTULO, CÆLESTINO FAUSTINO, CENERIO, BARACHO, SIDDINO, ITEM NINA, TIDO, MITTUNO, SIRICO, ROGATO, BACCIRO, GADDERO, BEREUSO, DONATA, SPICO, ROGATO, SATURNINA, GAUDIOSA, VITALE, CÆCILIA, JANUARIA, GALLA, SENERO, ROGATA, MATRONA, AUGUSTINA, ITEM SATUNINO, RUFO, VICTORE, FAUSTINO, CITHINO, ZADERO, ANTIQUO, ITEM NINA, SATURO, NICOMA,

BYZANTII, NVNC CONSTANTINOPOLI.

§. 1. *Martyrologia deducta.*

ANNO CCCIII.

BYzantii *coronati fuere hi Martyres, urbe antiqua poſtmodum* Conſtantinopoli *dicta, quod eſſet à Conſtantino Magno inſtaurata & plurimum aucta; ac deinde Sedes Imperatorum Græcorum, uti nunc regia Turcorum. Primo nomina omnium Martyrum recenſemus, dein de* S. Agathio, *Duce & Anteſignano, per quem alii videntur converſi, ſeorſim agemus; & tam ejus Acta, quam eccleſias illi Conſtantinopoli erectas, & ſacras Reliquias variis in locis adſervatas recenſebimus. Antiqua Martyrologii Hieronymiani apographa proponunt eorum nomina: &*

Nomina Martyrum.

hoc modo MS. Corbeienſe Pariſiis excuſum: Conſtantinopoli Agati militis, Maximi Presbyteri, Antis Diaconi, Areſtini, Marini, Tampi, Victuriæ, Stertiæ, Agatæ, Floridæ, Luci, Donati, Victoris, Flaviæ, Joannis, Ninæ, Caſti, Gai, Fori, Maximi, Felicis, Martiani, Famoſæ, Honeſtæ, Nigri, Baptizii, Ruſtici, Proceſſi, Secundi, Militi, Feliciæ, Maximæ, Dativæ, Tunianæ, Secundolæ, Dativæ, Gundini, Tertuli, Cæleſtini, Fauſtini, Januari, item Victoris, Zetulæ, Scialæ, Fortuni, Rogati, Fauſtini, Canerii, Barachi, Siddini, item Ninæ, Tidi, Mattuni, Syrici, Rogati, Donatæ, Bacci, item Gadderi, Breuri, Donatæ, Spici, Rogati, Saturnini, Gaudioſæ, Vitalis, Cæciliæ, Gallæ, Januariæ, Seneri, Rogati, Matronicæ, Aguſticiæ, Saturnini, Rufi, Fauſtini, Victoris, Cittini, Zederi, Antiqui, item Ninæ, Saturi.

C

2 *Referuntur etiam, ſed cum nonnulla varietate in aliis ejuſdem Martyrologii apographis: quare, ad majorem claritatem, dictos Martyres dividimus in aliquot decades. Ac primo* Agathi *ſcribitur in Epternacenſi, & loco* Antis, *in aliis* Anthis *&* Anthoſi, *& loco* Areſtini *etiam in prædicto MS.* Aneſtini, Stertiæ *etiam* Sterciæ *&* Stercitæ. *Loco* Agatæ, *aliis eſt* Rogatæ: *& nomen* Victuriæ *in Lucenſi ſcribitur* Victoriæ: *cui* Florida *altera adjungitur in Epternacenſi. In ſecunda decade loco* Donati *in Epternacenſi eſt* Donatæ, *& pro* Ninæ *in Lucenſi* Ninnæ *ſcribitur, quod nomen cum octo ſequentibus deeſt in MS. Blumiano, uti nomen* Caſti *deeſt in Epternacenſi.* Gai *aliis eſt* Gagi, *uti loco* Fori *ſcribitur* Furi; *& ab aliis adjunguntur nomina* Victoris *&* Juliæ, *quorum primum infra in quinta decade reperitur. In tertia decade, loco* Martiani *&* Famoſæ, *in Epternacenſi eſt* Martialis *&* Famoriæ; *&* Baptizius *aliis eſt* Bapticus *&* Battacus. *Loco* Proceſſi *&* Secundi *eſt in Epternacenſi* Proceſſæ; *& in reliquis* Secundæ. *In quarta decade loco* Tunionæ, Dativæ *&* Fauſtini, *eſt in reliquis* Tumani, Daticæ *&* Fauſtinæ. *Interponitur etiam in Epternacenſi, nomen* Entidi; *& pro* Secundolæ *ſcribitur* Secandolæ; *uti loco* Tertuli *&* Cæleſtini *eſt in Blumiano* Tertulæ, *& in Lucenſi* Cæleſtinæ; Gundinus *quoque aliis eſt* Gundonus *&* Guddinus. *In quinta decade loco* Canerii *legitur* Ceneri *&* Cineri; *& pro* Baracho *eſt in Epternacenſi* Baraſus, *in quo deſunt nomina* Januarii, Zetulæ, Sciolæ (*aliis* Stialæ *&* Aialæ) *item* Fortuni (*aliis* Fortunæ *&* Fortunii) *ac præterea* Rogati *&* Fauſtini. *In ſexta decade loco* Tidi *in Lucenſi eſt* Sidi, *& deeſt in Epternacenſi; & loco* Bacci *legitur* Bacciri *&* Baccuri: *& pro* Donatæ *&* Gadderi *in Lucenſi eſt* Donati *&* Gardeti; *& loco* Breuri, *eſt bis* Berenſi *& ſemel* Hereuſi. *In ſeptima decade pro nomine* Saturnini *eſt in Epternacenſi nomen* Saturninæ, *&* Gaudioſa *etiam ſcribitur* Gladioſa *& bis* Glaudioſa, *& pro* Senero *etiam ſemel* Serena *& loco* Matronicæ *ſemel* Matronida *& bis* Matrona *invenitur. In octava claſſe loco* Aguſticia *ſemel eſt* Aguſtina *& bis* Auguſtina: *& pro* Rufo, Cittino, Antiquo *in Epternacenſi eſt* Rubus, Cithinus, Antiqua; Saturus *autem deeſt in aliis apographis.*

F

cum aliqua varietate relata.

3 *Hactenus dedimus quæ in antiquis Martyrologii Hieronymiani codicibus reperimus: ad numerum Sanctorum jam relatorum alludit Notkerus his verbis:* Conſtantinopoli Agathi militis & aliorum valde multorum. *Idem* Agathius *&* Maximus *nullo indicato loco memorantur in MSS. Auguſtano S. Vdalrici & Pariſienſi Labbæi. At* Maximus Presbyter Nicomediæ *adſcribitur in MSS. Richenovienſi & Rhinovienſi, & in Auctario Greveni ad Vſuardum. In MS. Tamlactenſi indicantur nomina* Areſtini, Marini, Tampli, Stertitiæ, Rogatæ, Victoriæ, Floridæ, Lucii, Donati, Joannis, Ninæ, Flaviæ, Juliæ, Famoſæ, Proceſſæ, Secundæ, Feliciæ, Maximæ, Tertuli, Donati, Ruſtici, Marciani, Baptizi, Ruſtici, Januarii, Eutidi, Secundilæ, Caſti: *Item* Victoriani, Dati, Odroni, *aliis* Victoriæ, Dativæ, Gundoni. *Adde forſan pro aliis inſerta nomina* Mariæ, Salviæ, Eppiæ, Syncitiæ, Ceſſi, Zuci, Lurentii, *& aliorum decem. Vetuſtum*

AUCTORE G.H. *MS. Reginæ Suecia ab Holſtenio laudatum iſta habet:* Conſtantinopoli Maximi Presbyteri, Antos Diaconi & aliorum multorum. *Apud prædictum Grevenum* S. Achaicus, *ad diem* VII *Maji inter Martyres etiam Nicomedienſes collocatur, quem* S. Agathium *hunc militem, Conſtantinopoli paſſum, eſſe arbitramur, uti ad dictum diem habet Rabanus, qui etiam* Achaicum *appellat.*

tempus Martyrii. 4 *Egimus* XXIII *Aprilis de S. Georgio, primo, ut arbitramur, decima perſecutionis Martyre, quæ perſecutio eodem menſe Aprili, Paſchali tempore, efferveſcere cœpit ſub Diocletiano & Maximiano, anno Chriſti* CCCIII: *oſtendimuſque ex Euſebio, eam creviſſe per gradus quoſdam, ita ut primis edictis circa* X *aut* XII *diem menſis propoſitis ſupervenerint alia aliaque, quorum poſtrema initio Maji debuerunt fuiſſe promulgata, ſi juxta hæc proceſſum Byzantii eſt, uti inſinuant Acta omnium Primipili Acacii, & hic una cum ceteris paſſionis ſuæ agonem complevit die* VIII *Maji. Non alia autem videtur ratio fuiſſe ſimul omnes cum eo referendi in Martyrologiis, quam quod eodem loco & die quo ille, pro fide Chriſti obierint. Scilicet, cum anguſti nimium eſſent etiam capaciſſimi carceres creſcenti indies mulitudini, tertiis edictis promulgatum eſt, Euſebio teſte, ut* carceribus inclùſi, B ſiquidem ſacrificaſſent, libere abire ſinerentur; ſi vero id renuerent, tormentis graviſſimis cruciarentur. *Atque hic eſt* tertius *ille* turbo *quem* ſub Maximiano, Diocletiani genero *adverſum Dei ſervos motum ajunt Acta,* ut in omni urbe ſi quis eſſet qui nollet Deorum culturæ obedire, ſine remiſſione aliqua omnibus ſuppliciis ac tormentis ſubjiceretur. *Edicta autem quibus id jubebatur, in iiſdem Actis tribuuntur nominatim* Maximiano: *quia hunc ſpectabat diſpoſitio Occidentis, cui tunc adhuc accenſebatur Byzantium, utpote ad Thraciam Europæ primam regionem pertinens.*

§. II. *Acta martyrii S. Agathii. Peculiaris veneratio apud Græcos & Latinos, Templa Conſtantinopoli. Reliquiæ variis in locis.*

Acta Latina à Sirleto tranſlata 5 ACta S. Agathii *ſive* Acacii *edidit Aloyſius Lipomanus tomo 7 de Vitis Sanctorum Patrum par. 2 pag.* 158, *Græce reperta in monaſterio Cryptæ Ferratæ Ordinis S. Baſilii, ab urbe Roma duodecim milliaribus diſtante, & à Guilielmo Sirleto Latine reddita; ac dein à Laurentio Surio ad hunc diem* VIII *Maji recuſa. Quæ nos hic ad Græci contextus fidem exacta emendataque damus, ita ut nova verſio videri poſſit: ipſa deinde Græca, ex* C *more jam probato, daturi ad calcem hujus tomi ſecundi,* *& Græca eduntur* *prout reperimus in Bibliotheca Vaticana, in quam ex dicta Crypta Ferratæ ſunt tranſlati Codices iſti. Auctor paſſim à Lipomano, Surio & aliis cenſetur Simeon Metaphraſtes, errore olim communi, quo omnia Græce de Actis Sanctorum ſcripta illi uni attribuebantur. Verum jam alius ſenſus virorum eruditorum eſt cum Leone Allatio, qui de Simeonum ſcriptis aliter pronuntiavit, neque inter hujus opera cenſet hanc* S. Acacii *Vitam, quam tranſcripſernnt monachi Cryptæ Ferratæ ex antiquis Græcorum monumentis. Tranſcripſerunt, inquam, non compoſuerunt, alias non omiſſuri tranſlationem corporis Scyllaceum, cujus occaſione Acta ipſa, ut olim habebantur Conſtantinopoli ſcripta, in Italiam delata eſſe pro certo tenemus.*

ex MS. Cryptæ Ferratæ. 6 *Sunt illa non tantum antiquiora multo ipſis monaſterii illius primordiis, cujus fundator S. Nilus ſeculo* X *exeunte floruit, Metaphraſti fere coævus: ſed, quantum conjectura poſſumus aſſequi, Conſtantini Magni ævi ſcripta, ex fide Actorum Proconſularium, non minus graviter quam eleganter, adeoque acceptione omni digniſſima. Secu.i eadem ſunt Synaxariorum auctores: unde in antiquiſſimo omnium quod Baſilii Imperatoris nomen præfert, ad diem ſeptimum Maji hoc elogium profertur.* Achatius, Chriſti Martyr, fuit ſub Maximiano Imperatore, D ex regione Cappadociæ, militiam exercens in Scholarum cohorte. Verum tamquam Chriſtianus detectus, comprehenſus fuit, & adductus ad regionis Præfectum, ac coram ipſo Chriſtum profeſſus, plurimis affectus eſt verberibus. Deinde ad alium Præſidem dimiſſus, ac evinctus una cum aliis captivis adductus fuit Byzantium: flagriſque crudelibus & tortuoſis lignis toto corpore cæſus, detruſus fuit in carcerem: ubi illico accurrentes è cælo Angeli, ſoſpitem incolumemque ipſum reddiderunt. Ac cum omnes, qui in carcere erant, eum tam repente ſanitati reſtitutum conſpicerent, Chriſtianam etiam fidem ipſi amplexi ſunt, ac proinde capite truncati fuerunt. Deinde Acathius è carcere eductus, atque ad alium Præſidem denuo remiſſus, rurſumque pluribus tormentis excruciatus; capite abſciſſus fuit, & ipſius corpus depoſitum fuit in loco, qui dicitur Staurium. *Hæc ibi. Aliud elogium habetur in MS. Synaxario Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, ſpectante ad Collegium Claromontanum Societatis Ieſu Pariſiis, & eſt hujuſmodi.* Die VII Maji: Certamen S. Acacii Martyris. *& Ms. Sinaxa.* Hic erat ſub Maximiano Imperatore & Cappadocia oriundus, & è cohorte militum legionis Martiæ: qui ductus ad Firmum Præſidem, & nomen Chriſti profeſſus, plurima ab ipſo tormenta ſuſtinuit. E Miſſus eſt deinde ad Bibianum alium Præſidem, qui eumdem cum aliis captivis Byzantium duci juſſit: ubi flagris cæſus & tormento diſtractus, in carcerem detruditur; in quo ab Angelis deterſis plagis curatus eſt. Poſtea ad Falcillianum alium Præſidem tranſmiſſus eſt, cujus mandato capite plectitur. Peragitur illius celebritas in ſancto ipſius templo ſeu martyrio, quod eſt in Heptaſcalo, & ſimul celebratur dedicatio ipſius Eccleſiæ. *Similia extant in Menæis MSS. & excuſis & Græco Anthologio, ſed perperam dicitur* coli in Paſcholo.

Eccleſia à Conſtantino Magno conſtructa. 7 *Codinus de Originibus Conſtantinopolitanis pag.* 58 *ita ſcribit:* Conſtantinus Magnus ædificavit Eccleſiam veterem S. Irenæ, & templum S. Sophiæ oblongum, & S. Agathonicum & S. Acacium, cognominatum Heptoſcalum, ſive ad ſeptem gradus. *Iterum Codinus pag.* 39 *ſub finem.* S. Procopium, *inquit,* in Chelone, & S. Acacium Heptaſcalum condidit B. Conſtantinus Magnus: poſteriori vero primus nomen impoſuit Juſtinianus, S. Sophiæ conditor. *Iterum de alia ejus eccleſia Codinus pag.* 54 *iſta habet:* Eccleſiam S. Acacii, dictam Chaream, ædificavit frater Narſetis Patricii, tempore Juſtini & *alia à fratre Narſetis.* Procopiæ.

F 8 *Procopius lib.* 1 *de Ædificiis Iuſtiniani Imperatoris.* *prior à Iuſtiniano primum* Quis, *inquit,* Acacii templum ſilentio prætereat, quod ille cum ruinoſum eſſet, disjecit, reſtituitque à fundamento, mirifice ampliatum? Ipſum utique ſuſtinent columnæ candoris eximii. Solum ſimili conſtratum eſt marmore: unde tantus proficiſcitur ſplendor, ut toti templo infuſa nix videatur. Præſtructæ ſunt porticus duæ, quarum altera columnata eſt, altera ad forum vergit. *Hæc ibi. At* *dein à Baſilio Macedone reſtaurata* *poſtmodum* Baſilius Macedo Imperator, *uti in ejuſdem Imperatoris Hiſtoria Cedrenus narrat pag.* 588, Acacii quoque Martyris in Heptaſcalo ſplendide reſtituit. *Mirum eſt quod Nicephorus Calliſtus lib.* 13 *Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap.* 38 *ita refert:* Ædes, *inquit,* *in altera nux arbor in ejus honorem ſervata.* quædam Conſtantinopoli eſt maxima & pulcherrima. Καρύαν, hoc eſt Nucem, eam incolæ nominant, quod in ea media nux arbor ſpectaculum non contemnendum ſtetit: ex qua arbore Acacium Martyrem ſuſpenſum, martyrium ſuum compleviſſe ferunt. *Imo ut verberibus & plagis conficeretur, arbitramur ſuſpenſum, ac dein extra urbem capite plexum.*

9 *Baro-*

A *Elogium Martyrol. Romani.*

9 *Baronius in Martyrologio Romano ad hunc* VIII *Maji iſtud ei elogium concinnavit:* Conſtantinopoli S. Acathii Centurionis, qui in perſecutione Diocletiani & Maximiani à Firmo Tribuno delatus, quod Chriſtianus eſſet, & à Bibiano Judice Perinthi ſæviſſime tortus, Byzantii demum à Flaccino Proconſule capitis damnatus eſt. Cujus corpus ad Scyllacium littus divinitus poſtea delatum, ibi honorifice aſſervatur. *Hæc ibi, quæ pluribus ex Actis Martyrii explicantur in Catalogo Sanctorum Italiæ. Eſt* Perinthus, *etiam* Heraclea *dicta, urbs Thraciæ, dein Archiepiſcopalis facta, cum portu in ora Propontidis, ſexaginta circiter paſſuum millia Byzantio in Africum diſtans. Ejus autem glorioſum corpus poſsidet, ac patrocinio gaudet* Scyllacium *urbs Calabriæ citerioris, Epiſcopalis ſub Rhegina Metropoli, ab Vghello tomo* 9 *Italiæ ſacra illuſtrata: ubi in Eccleſia Cathedrali Deiparæ Virgini ſacra aſſerit aſſervari corpus* S. Agathii, *qui ibidem Officio novem Lectionum colitur die* VII *Maji, & omnia recitantur de communi unius Martyris, præter Orationem & Lectiones ſecundi Nocturni, Romæ typis Iacobi Maſcardi, Superiorum permiſſu anno* MDCXVII *excuſas, in quibus dicitur* gladio percuſſus octavo Idus Maji, ſed feſtus dies Nonis Maji ſolenniter celebrari. *Quod arbitramur factum propter feſtum Apparitionis S. Michaelis, ſolenniter in illis regionibus die* VIII *Maji celebrari ſolitum.*

urbs Perinthus,

& Scyllacium,

B *Tranſlatio corporis Scyllaceũ.*

10 *Lectiones ſumuntur de Actis martyrii, præter aliquam partem ſextæ lectionis, in qua iſta recitantur:* Ejus ſanctum corpus Chriſtiani in loco, qui Staurius dicitur, ſepelierunt. Quod multo poſt tempore, cum ab infidelibus ea loca invadentibus, plumbea incluſum theca, in mare projectum eſſet, ad Scyllacium littus divinitus appulſum, & ab incolis collectum, in Cathedrali ipſorum Eccleſia conditum fuit: ubi à totius Calabriæ populis magno in honore habetur & ſancti Martyris dies feſtus Nonis Maji ſolenniter celebratur. *Dein præſcribitur hæc Oratio:* Deus, qui Beatum Agathium Martyrem tuum, Scyllacenſium Patronum eſſe voluiſti; concede quæſumus, ut cujus feſtivitate gaudemus, etiam patrocinio ſublevemur. *Tamajus de Salazar eumdem ſanctum Martyrem Hiſpanico ſuo Martyrologio inſeruit, occaſione Reliquiarum ſub iſto nomine Abulæ & Conchæ aſſervatarum, quaſi eæ Scyllacio in Hiſpaniam eſſent deportatæ: & relatis compendio Actis,* Circa Reliquias, *inquit* in eccleſia Abulenſi in oratorio Illuſtriſſimi ac Reverendiſſimi D.D. Sancti Davila & Toledo Epiſcopi Placentini nihil dubium, ut ex autographo auctoritate ordinaria tranſſumpto apud me liquet. Quatenus ad caput in eccleſia Conchenſi, auctores ſunt M. Ægidius Gonzales Davila in Theatro eccleſiaſtico tomo 1 fol. 441; & Joannes Paulus Martyr Rizus in Hiſt. Conchenſi parte 2 cap. 1 fol. 109, ubi referens reliquias illius Cathedralis eccleſiæ, proſequitur: Habet etiam caput integrum S. Acathii, in medio corpore argenteo incluſum, auro & coloribus delineato. *Operæ pretium foret diſcere, qua certitudine has reliquias Scyllatio in Hiſpaniam delatas aſſerat Tamayus: nam ſi Roma vel aliunde acceptæ, præſumendum eſſet quod alterius ſint quam Byzantini Martyris, de quo agimus.*

Oratio.

reliquiæ in Hiſpania an inde acceptæ.

C

ACTA MARTYRII

Ex MS. Græco Cryptæ Ferratæ tranſlata.

CAPUT I.

Profeſſio conſtans fidei Chriſtianæ. Verbera illata.

rudelia vita.

1 CUm tertio bonorum omnium hoſtis, & omni ex parte improbiſſimus draco diabolus, adverſus Dei ſervos turbinem commoviſſet; *a* ſub Maximiano Diocletiani genero, & ipſius ſatanæ filio ac propugnatore; ſtatim impia ejus edicta per omnes regiones miſſa ſunt. Edictis autem illis id præcipiebatur, ut in omni urbe, ſi quis eſſet qui nollet ad deorum culturam accedere, ſine remiſſione aliqua omnibus ſuppliciis ac tormentis ſubjiceretur. Edicta vero ipſa omni terrore & regalibus minis ac periculis referta erant. Ad hæc & exercitus Ducibus præceptum fuit, ut ſi quis è militibus Imperatoris edicto, quod ad deorum, vel ad dæmonum potius, culturam pertineret, non obediret, ille vinculis adſtrictus, tribunalibus ad ſupplicia perferenda traderetur.

EX MS GRÆCO.

a

2 Tempore illo S. Acacii Martyris facta efflorue- *ſternens Acacius Cappadox Centurio*
runt: qui re ipſa nomen ſuum comprobavit, cum nihil omnino malorum dæmonum particeps fuerit, neque quidquam egerit quod cum malitioſi diaboli machinis conveniret. Hic ſanctiſſimus fuit genere Cappadox. & conditione quidem miles, at propoſito & voluntate, Chriſti athleta: itaque & genus, & ordinis dignitatem exornavit. Ejus factum hoc modo ſe habuit: Cum Firmus quidam militaris ordinis eſſet Tribunus eorum, qui Romanorum lingua *b* Marteſii, Græcorum vero Arieji dicebantur, & ſub eo Tribuno Centurio eſſet Acacius, Firmus ipſe ſingulos milites ad ſe accerſitos tentabat, ut quem animum quiſque haberet, experiri ac ſciri poſſet. Cumque multos partim aſſentationibus, partim minis ad idolorum ſuperſtitionem atque interitum allexiſſet, poſteaquam Tribuni tentatio ad Acacium pervenit, tunc beatus ille clara voce: Chriſtianus, inquit, ego natus ſui: itaque Chriſtianus & ſum, & ero, Domino meo Jeſu Chriſto hoc approbante: nam & ex parentibus, & ex majoribus Chriſtianis natus ſum. Hoc cum ille dixiſſet, & Firmus tertio eum tentaret, ac modo gravibus minis, modo promiſſis ingentibus promptam animi alacritatem & conſtantiam ejus debilitare, & illum ad ſe trahere conaretur; ita conſtans & immobilis in Chriſti confeſſione beatus ille per- *Chriſti ſidem conſtanter profitetur.*
ſtitit, ut deinceps Firmus coactus fuerit, prout edicto regio jubebatur, virum ſanctum Acacium vinculis adſtrictum, ad Bibianum quemdam mittere, qui totius exercitus imperium adminiſtrabat.

E b

3 Cum igitur hic pro tribunali ſederet, & eos interrogaturus eſſet, qui Dei confeſſionem profitebantur, Antoninus *c* Commentarienſis ad Bibianum hæc detulit: Pridie hujus diei, Bibiane Præſes, Firmus eorum qui Marteſii dicuntur tribunatum gerens, Acacium Centurionem vinctum miſit ad poteſtatem tuã, quippe qui Dominorum noſtrorum & invictorum Auguſtorum edicto parere noluerit, eo quod Chriſtianorum religionem ſequatur. Diligenter quoque cauſam ipſius ad te ſcripſit. Bibianus tunc dixit: Recitentur, quæ ad me ſcripta ſunt ab optimo viro Firmo Tribuno. Recitata autem ſunt, quæ ſcripta erant in hanc ſententiam. Flavius *d* Firmus Bibiano Duci ſalutem: Acacium Centutionem, ſub me Tribuno militantem, multumque à nobis partim illecebris, partim promiſſis, partim etiam minis provocatum, ut à Chriſtianorum ſecta diſcederet; cum ſe Chriſtianum eſſe aſſeveraret, & in ea confeſſione conſtanter permaneret; ego, invictorum ac triumphantium Imperatorum noſtrorum juſſis obediens, vinctum ad te miſi, qui tormentis ac ſuppliciis ſubjici debet, ut legibus ipſis obediat.

c

F *ad Bibianum ſupplicis aſſiciendus mittitur.*

d

4 Hac epiſtola recitata, Bibianus dixit: Adducatur Acacius, quem *e* Officium dicit. Adeſt ille, inquit Antoninus Commentariorum Præfectus. Acacius vero tunc illic ſtetit ridenti vultu: quæ res futurum ejus viri gaudium figurabat. Judex igitur illi dixit: Quodnam tibi nomen eſt? Reſpondit ille: Optabile & mi-

e

EX MS GRÆCO.

hi & toti generi meo nomen eſt à Chriſto derivatum: illud vero, quo humano uſo appellor, Acacius eſt. Ad hæc Judex: Quare, inquit, Acacius nominatus, ut ipſe dicis, malus *f* nunc es, non obediens edictis Imperatorum? Hoc enim ſignificant, quæ nobis à Firmo Tribuno ſcripta ſunt. Tum Acacius: Captioſis ſermonibus mecum agis, ô Judex: Verum ego tibi affirmo ob eam rem juſtius me Acacium nominari, quod nolim dæmonum iſtorum ſanguinem vorantium malitiæ particeps fieri, neque cum Gentilibus communicare, qui talibus obtemperant. At Judex dixit: Undenam tu es, qui tam temerario ſermone te jactas? Quorſum, inquit Acacius, de patria me interrogas? Cui Judex: Quoniam rerum uſum habemus, & patriarum mores recte novimus, propterea hoc à te quæſivi, ut pro ejus patriæ, ex qua tu es, moribus ac dignitate me in hac quæſtione præſtem. Tum Acacius: Genere, inquit, Achivus ſum, in Cappadocia vero natus: quo loco cum parentes mei habitarent, ad exercitum veni, ubi & multos ex meis commilitonibus ante me Chriſti Martyres fuiſſe accepi: quin etiam vicinos & æquales meos, tales fuiſſe cognovi: quibus & gratiam *g* poſt ipſorum mortem à Deo ipſo impartitam vidimus. Illos igitur ſequi malui, quam eas, quas vos leges dicitis, cum humanæ illæ ſint, & una cum hominibus poſt vitæ hujus exceſſum corrumpantur.

ab hoc interrogatus de nomine & patria,

B

5 Ad hæc Judex: Ne putes mediocres cruciatus tibi parandos eſſe: etenim iſta patria tua nugacitas & mira temeritas hoc expoſtulat. Ne igitur hæc patiaris, abjice omnes iſtas cogitationes, & Imperatorum legibus obtempera, deorum cultui ſerviens, quorum nutu omnium victores ac rectores Auguſti rerum potiuntur: nos etiam & tribunal hoc noſtrum reverere, neque putes te omnium eſſe prudentiſſimum, temeritate iſta importuna nunc abutentem, & in homine illo, quem pœnis ſecundum legem decretis ſubjectum fuiſſe aiunt, ſpes tuas collocantem. Erras, inquit Acacius, ô Judex, graviſſimis ſatanæ fallaciis deceptus: non enim propter eorum deorum, quos tu dicis, cultum Imperio Cæſares Auguſti potiuntur, ſed benigni Dei omnia gubernantis conceſſione hoc efficitur. Quod autem dicis, in homine condemnato (ut ipſe ais) me ſpem collocaſſe, ſcito Jeſum Dominum noſtrum hominem noſtri cauſa factum, in mundum hunc veniſſe, ut nobis ſalutem daret: qui cum idem eſſet verus Deus, mira quadam & immenſa providentia humanam ſuſcepit naturam, & eam in ſe habuit. Id vero tu neque cognoſcere, neque audire poteris, niſi prius teipſum fidei Chriſtianæ accommodaveris. Cum enim natura, ut dixi, eſſet verus Deus, & Verbum à Patre non diviſum, ſed cum illo ſemper coæternum, propriis, quibus ipſe voluit, temporibus noſtræ ſalutis opus perfecit; & à ſatanæ ipſius, qui ab initio nobis inviderat, condemnatione ac ſervitute nos liberavit.

Judicis error reprehendit.

C

& docet cur Chriſtus permittat tyrannos diu impune ſævire in Chriſtianos.

6 Ad hæc Judex dixit: Si Imperatores ipſi contra eum faciunt, cur & illos non punit Chriſtus iſte tuus, qui, ut ipſe dicis, humanam naturam noſtri cauſa ſuſcepit? Facile enim Imperatores punire poteſt, ſi eſt Deus vere potens. Ex hoc ipſo, inquit Acacius, eum ac ejus bonitatem & potentiam cognoſcere potes, quod cum injuriæ illi fiant, non ſtatim pœnas vobis refert: ſed diutius expectat, ut vos Gentiles pœniteat, qui cultum & venerationem, Deo congruentem, dæmonibus affertis: ad hæc & ſervorum, qui ei grati ſunt, electionem ac progreſſum hoc modo complere vult: ideoque hac providentia utitur. Nam ſi ſtatim vobis pœnam inferre vellet, & vos ipſi in perpetuum periiſſetis, & ipſius ſervi manifeſti non fierent: quinetiam gratiæ ipſius potentia otioſa permanſiſſet. Quomodo enim Dominus noſter glorioſe laudari poſſet, niſi diuturna in veſtris ſceleribus puniendis patientia uteretur? Nunc vero hæc ita fieri permittit, ut & vos, qui non reſipiſcitis, ſed diuturnam ipſius patientiam reſpuentes in veſtra ſævitia perſiſtitis, & ab eo magis magiſque deſciſcentes ad interitum properatis, veſtra culpa condemnemini: & nos, qui ejus imperium agnovimus perpetuo cum illo vivamus. Quinetiam ipſius gloria in illis hominibus manifeſtior fiet, qui ſcelera ſua recognoſcentes, vitam emendaverint.

D

reſponſum à Judice laudatum, ait ſe à Deo edoctum.

7 Tunc Bibianus: Litteras forſan didiciſti, ob idque ſic diſerte reſpondes? Nam per deos ipſos ſermonem rationi conſentaneum habuiſti, ut hominum ſalutem ſub Dei potentia eſſe oſtenderes. Ex hoc ipſo, inquit Acacius, Dei omnium dominatoris potentiam & gratiam agnoſcere potes, quod cum non didicerim litteras illas, quæ vobis valde optabiles videntur; niſi tantum pauca quædam ad divinarum litterarum lectionem neceſſaria; ipſe Deus pro nobis miſerabilibus ſuis ſervis reſpondet, facitq; ut ab omnibus hominibus, quinetiam ut & à vobis ipſis, qui eruditi eſtis, laudemur. Nam & ab initio cum d ſpenſationis divinæ opus perficeret, & ſuum ipſius regnum orbi terrarum prædicandum curaret, non hominibus genere aut divitiis, orationiſve aut litterarum facultate præſtantibus, ad Euangelii ſui prædicationem, ſed piſcatoribus & publicanis, ac pauperibus quibuſdam uſus eſt. Hoc autem fecit, ut ejus potentia, quæ mentem omnem exuperat, cognoſceretur, ſancto ac divino Spiritu ejus diſcipulos adjuvante.

E

fidem confiteri pro ſtatuit.

8 Poſt hæc Judex: Omittens ego, quod oportune mihi faciendum eſt, tecum nugor qui talia diſſeris. Tu ſcis Imperatorũ edicta, omni terrore plena, vobis propoſita eſſe, ut vos Chriſtiani homines vel ſacrificetis, & deos ipſos colatis, in omnibus rebus vos illis ſubjicientes, atq; eo modo honores ab illis reportetis; vel, ſi ſacrificare nolueritis, condemnemini, & ſuppliciis ac pœnis ſubjiciamini. Velim igitur dicas, num diis ipſis ſacrifices, & legibus obtemperes, an te id facturum neges. Reſpondit Acacius. Sæpe & à Firmo interrogatus, Chriſtianum me eſſe confeſſus ſum. Quod ergo dixi, iterum dico, me Chriſtianum eſſe, & impuris dæmonibus non ſacrificare. Ego, inquit, Judex, etiam nunc ætatem iſtam tuam miſericordia proſequor: video enim te non amplius quam viginti quinque annos natum. Quinetiam militarem dignitatem reveritus, nolui te ſtatim tormentis ſubjicere: at ſi diutius in iſta tua inſania perſiſtes, coges me inevitabilibus tormentis te ſubjicere. Ad hæc Acacius: Quod volo facere, non ſtultum, ſed valde prudens & Deo gratum opus eſt, ut eum qui me creavit, & ad hunc uſque diem providentia ſua proſecutus eſt, non deſeram: illum, inquam, ipſum, qui ſolus eſt verus Deus. Quomodo, inquit Judex, dixiſti ſolum eſſe verum Deum, cum dicas Chriſtum Dei filium eſſe? Omnino enim neceſſe eſt, ut ſi Filius eſt, & Patri par ſit: & ita non unus, ſed duo ſint dii. Cum igitur & ipſi duos deos dicatis, quare nunc unum Deum profers? Cogis enim me tecum nugari, cum iſta tu nunc abſurda & inconcinna dicas.

F

explicat Perſonarum Trinitatẽ in ſubſtantiæ unitate.

9 Tum Acacius: Ego credo, & in Jeſu, qui ſub Pontio Pilato crucifixus fuit, ſpero futurum, ut mihi per ſanctum ejus Spiritum ſermonis facultas ſuggeratur, qua interrogationi tuæ reſpondere, & quæſtionem tuam explicare poſſim. Non vulgaris enim quæſtio hæc eſt, quare cum duos nominemus; unum Deum à nobis coli profiteamur. Dico igitur tibi & Spiritum ſanctum à Patre & Filio eſſe inſeparabilem, ac tres quidem perſonas eſſe in tribus appellationibus, ſed unam tamen horum nominum potentiam eſſe ac divinitatem. Unum autem

A tem dicimus Deum, habentem & Verbum & Spiritum ſanctum. Abſurdiſſimum enim eſſet, Deum ſine Verbo & ſine vitali Spiritu dicere. Idque exemplo tibi oſtendam, ad hanc ipſam rem explicandam accommodato, quatenus humanæ facultatis conditio patitur. Quemadmodum Imperator, qui nunc eſt, quem tu Dominum, ego vero hominem dico, & majori judicio ſubjectum, & filius ejus (quorum qui pater eſt, Maximianus dicitur, filius autem Maxentius appellatur) duo quidem illi ſunt, ſed ipſorum tamen naturæ, humanæ, inquam, conditionis ratio una eſt, Imperiumque patris & filii unum & inſeparabile (honoratur enim filius per patrem, & pater per filium) eodem modo & Deus conſideratur: nam cum divina Patris, Verbi, & Spiritus ſancti eſſentia, una eademque ſit immutabilis, propterea unus & vere Deus eſt, qui à nobis colitur.

10 Ad hæc Judex: Sæpe, inquit, te hortatus ſum, ut ad rem propoſitam redeas; at tu iſtis tuis ſermonibus, nullam tibi utilitatem afferentibus, ſtudes me à propoſito abducere. Fac igitur, quod ipſe dico, & ſacrificium offeras; ac patrios deos agnoſcas, per quos omnia hæc conſtiterunt: diutius enim tibi peperci. Cui Acacius: Ne putes, terro-

B ribus iſtis me perculſum iri. En habes corpus meum ad flagella excipienda paratiſſimum: utere illo, ut libet: mentem vero & animi mei propoſitum neque tu, neque Imperator tuus, neque dæmonum tuorum præſentia unquam pervertere, & ad ſcelus compellere poterit. Tunc illi Judex: Ergo, quando tu ita vis, omnino neceſſe eſt verberibus ac tormentis te ſubjicere, & Imperatoris edictum exequi: nam fieri non poteſt, ut tali quæſtioni ſubjectus, ſic redeas, judicium noſtrum illudens. Tunc Præſes furore percitus, & Officium *h* affatus: Figite, inquit,

h

i quatuor palos *i*, & in illis Acacium alligate, erudiſque nervis ipſius utraſque partes terga & ventrem verberate, ut diſcat talia non nugari, neque putet ſe aliquid ſcire, cum nihil ſciat. Videamus an ipſius Deus auxilium ei afferat: ejuſque mens ac propoſitum, quam firmum & immutabile ſit, experiamur. Cum igitur Acacius palis illis alligatus eſſet, & ejus

k utræque partes *k* verberarentur, hanc ſolam vocem ille emittebat: Chriſte, opem feras mihi humili ſervo tuo: Domine Deus, ne me derelinquas. Cum

l vero mutati eſſent *l* ſex qui illum verberabant, & ejus ſanguis in terram abunde diffunderetur, totumque corpus vulneribus acerbiſſimis laniatum eſſet; Ju-

C dex ipſe, cum miſerabiles illas plagas videret, & Martyris mentem ac voluntatem conſtantem atque immobilem eſſe animadverteret: Num, inquit, nunc ſacrificabis? Itáne miſer dici, quam amicus Imperatorum eſſe maluiſti?

11 Ad hæc dixit Acacius: Nequaquam ego ſacrificio: habeo enim Dominum meum Jeſum Chriſtum opem mihi ferentem: itaque iſtis tuis cruciatibus robuſtiorem ac promptiorem me reddidiſti. Hactenus enim tormentorum expectatio aliqua ex parte cogitationes meas perturbabat: cum vero vis illata eſt, & hæc pati cœpi, per Jeſum Chriſtum mihi potentiam ſuggerentem, robuſtiſſimus factus ſum, & ad omnia tormenta ſuſcipienda paratiſſimus, Deo ipſo ſine dubitatione aliqua confiſus. Tum Judex: Iſta, inquit, dicis, quoniam majora tormenta tibi non intuli. Sed ego temeritatem iſtam tuam dejiciam: eo enim, quod hactenus tibi peperci, audacem, ut dicis, te reddidi. Cui Acacius: Fac celerrime quicquid vis. Quos enim cruciatus mihi afferre cogitas, illi utilitatem mihi afferent: & quo majora tormenta adhibebis, eo majorem Domini mei gratiam invitus mihi conciliabis. Hæc, inquit Judex, loqueris, quoniam corpus tuum nondum verberibus laceratum eſt. Tum Acacius: Jam dixi, ut faceres, quicquid vis: non enim impuris dæmonibus ſacrifico, neque voluntati tuæ aut patris tui ſatanæ morem gero. His auditis, Judex commotus dixit: Plumbeis maſſis *m* ejus maxillas contundite; ne iſte noſtra diuturna in eum patientia temerario modo abutatur. Poſt hæc Acacius: En factum eſt, quod voluiſti, neque quidquam amplius profeciſti: non enim malæ artes tuæ meam in Chriſtum caritatem ſuperabunt. Sacrifica, inquit Judex, & ab imminentibus reliquis tormentis liber eſto. Reſpondit Acacius: Numquam (ut dixi) ſacrificabo: tantum enim imminentes cruciatus deſpicio, quantum & antecedentes non curavi, Deo ipſo mihi animos ſuggerente.

EX MS. GRÆCO *maxillas caditur plumbeis maſſis*

m

12 Ad hæc Judex: Quomodo, inquit, tu miles atque illiteratus, ita cauſam tuam agis? Cui Acacius: Putáſne propria virtute nos hæc reſpondere? Minime, inquam, nos hæc facimus: ſed locuples & ſanctus Dei Spiritus ſervis ſuis liberam orationem & patientiam ſuppeditat, illis providens, quemadmodum Salvator ipſe diſcipulos ſuos docuit, cum ſic dixit: Quando vos tradiderint Principibus propter nomen meum, ne ſoliciti ſitis, quomodo, aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora, quid dicatis: non enim vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri qui loquitur in vobis. Antoninus Commentarienſis dixit ſancto Martyri: Et quænam tibi, miſer, utilitas futura eſt, ſi de talibus rebus admonitus perſuaderi non vis, ac poſtea gravioribus tormentis adductus, Imperatorum edicto parebis? Abi, & teipſum admoneas, inquit Acacius: nam ſi neque Præſidem ipſum, neque minas illius, neque cruciatus in me illatos, Dei ope adjutus, curavi; putáſne me talem eſſe, qui te audiam? Tum Judex miniſtris dixit: Acacium impium hominem, olim militem, in carcere interiore, in tripartitum *n* cippum compingentes, gravibus catenis e-

n jus collum ac totum corpus circumdate, ſequentis diei judicio reſervandum: neque à ſuæ gentis hominibus illum videri permittite, ne forte ab ipſis beatus prædicetur, & ad futuras quæſtiones conſtantior inveniatur. Ductus igitur fuit B. Acacius in carcerem, tum præterita confeſſione, quam profeſſus fuerat, tum futuris bonis, quæ à Deo vero acceputurus erat, valde lætus: manſitque in carcere in urbe Perintho ſeptem dies.

Matth. 10.

E

F

ANNOTATA.

a *Surius perperam* Maximino.

b *Sirletus vertit* Martii, *nec male, ſi etymon ſpectes: præſtat tamen retinere nomen, prout in uſu fuiſſe ſcribitur.*

c Commentaria, *his temporibus dicebantur* Carceres, *hinc* Commentarienſis, *eſt* Carceris Præfectus: *pro quæ Sirletus male accepit* Scribam, *deceptus veteri atque primaria vocis* Commentarii *ſignificatione. Mox tamen num. 4, veluti ambignus,* Commentariorum Præfectum *nominat.*

d *Lipomannus, & hunc ſecutus Surius,* Flaccus Firmus: *in Græco clare eſt* Φλάβιος: *videtur autem non tam prænominis quam tituli inſtar uſurpari, quomodo apud Francos olim* Vir illuſtris. *Sic ad Acta S. Heliconidis 28 Maji notamus,* Juſtinum Proconſulem *dict* Flavium.

e *Sirletus, qui* Firmum Tribunum, *initio legerat* Ταξιαρχῆνλα *& infra* Ταξίαρχον *ordini militari ſeu legioni præfectum: hic ipſum intelligens,* Tribunum *vertit. Græce eſt ἡ τάξις: eo modo quo in Latine ſcriptis Actis identidem recurrit* Officium, *& ſignificantur miniſtri tribunalis ipſius, in quibus & Commentarienſis Antoninus,*

ad patiendum alacris

ex ipſis pœnis robuſtior factus,

crudeliſſime verberatur.

ducitur in carcerem lætus.

EX MS. GRÆCO.

ninus, quem verba Bibiani ſpectant, non Firmum Tribunum. Sic infra num. 10 *dicitur Index* πρὸς τὴν τάξιν *loqui, dum lictores alloquitur.*

f *Alluſio eſt ad nomen* Acacii, *à voce* κακὸς, malus, *per α privativum (ut vocant) derivatum.*

g *Sirletus, explicationis cauſa, ut credo,* gratiam ſignorum.

h *Sirletus* cohortem, *forte quia in Euangeliis tribus ad Chriſti Paſſionem legerat advocatam cohortem: Verum ea ubique in Græco vocatur,* non τάξις, *ſed* σπεῖρα.

i *Cum Latinam notiſſimam vocem* Palos, *ſervet ſcriptor Græcus, mirum cur Sirletus* πάλους *verterit* vectes: *uſitatiſſima autẽ hæc erat Romani eculei forma, ut ad quatuor humi defixos palos, ejus qui flagris laniandus erat extenderetur corpus: quod & Græci dicunt* εἰς τέσσαρας τείνειν. *Hinc in vulgarem noſtram Belgicam linguam, per Galliam Gallica veteri terminatione fluxit vox,* Paleye, *quaſi Latine* Palata *dicta fuerit ejuſmodi machina, in qua ſuſpenſi flagellabantur rei. Sed & à* palis, *quibus vetus Aborigenum ſimplicitas in antiquo Latio ſuorum Regum domos circumſepiebat, dicta* Palatia *nullus dubito, licet recondituam magis nominis rationem in* Pallade *aut* Pallante *quærant amatores fabularum. Extendebatur autem inter ejuſmodi palos ſublimis à terra reus, pronus aut ſupinus, pro ut ventrem vel dorſum flagellandus erat: nam quod hic jubetur S. Acacius* in utriſque partibus *verberari, non ſimul ſed ſucceſſive faciendum intelligas. Gallonius de inſtrumentis Martyriorum, hujus torturæ formam exprimit fol.* 59. *Latini ſcriptores* eculei *nomine etiam hic utuntur, dicuntque* in eculeo ſuſpenſos *aut* flagellatos reos: *cum alias* eculeus *proprie ſit lignum inſtar ſcamni longum, ſupra quod extenditur reus per trochleas utrimque verſatas, quod genus in noſtra lingua apte vocatur* Rek-bank, *quaſi* ſcamnum extenſorium.

k *Ita expreſſe textus Græcus. Sirletus tamen ſolum ſcribit* terga undique *verberata, non ſatis fortaſſe capiens torturæ jam deſcriptæ rationem ac modum.*

l *Sirletus,* Cum vero ſex carnifices vicißim ipſum verberarent: *nec hoc ſatis apte: Græca enim phraſis innuit primis ſenis, qui eum ex una parte flagellarant, ſucceßiſſe alios totidem, qui converſum verberarent ex altera.*

m *Græce* Μολυβδίσι, *Sirletus vertit* laminis: *atqui hæ parum aptæ, & ad talem uſum minus tractabiles ſunt: cum autem vox Græca per ſe indifferens ſit ad quodvis plumbeum inſtrumentum, in hoc caſu aptius dicentur* Maſſæ plumbeæ, *quæ ſcilicet manu comprehenſæ uſum eumdem poterant præſtare ad comminuendas maxillas, quem præſtitiſſent ſaxa ſic apprehenſa. Saxis autem ora maxillaſque Martyrum contundi ſolita ſæpius leges.*

n *Sirletus* tribus lignis alligatum cuſtodite: *Græce* εἰς τρία κεντήματα τῷ ξύλῳ βαλόντες, *ubi* τὸ ξύλον *recte appellabitur* Cippus, *& ejus* τρία κεντήματα, *ideſt* tres punctura, *apte intelligenter tres ejus partes, ſic ordinatæ, ut inter primam humo defixam eique ſuperimpoſitam ſecundam conſtringantur tibiæ, pedibus foras extantibus; inter ſecundam vero eique ſuperimpoſitam tertiam, arctentur cubiti extantibus manibus: reliquum vero corpus ex altera cippi parte extans ſedeat vel pendeat: cui ad majorem cruciatum hic adduntur catenæ ferreæ & graves.*

CAPUT II.

Byzantii facta: Converſio multorum: Angelorum viſitatio & medela. Dira flagellatio & capitis abſciſſio.

a *abducitur Byzantium.*

13 INterea Bibianus accepit litteras à Flaccino *a*, ut Byzantium ſe præcederet: juſſit autem & eos, qui erant in carcere, illum ſequi. Beatus igitur Martyr Acacius, & vulnerum tumore & corporis labore afflictus, ad hæc & illis multis ferreis catenis gravatus, militumque in via urgentium importunitate, & itineris laſſitudine, ac ciborum inopia, denique notorum hominum, è quibus neminem videre permittebatur, abſentia valde mœrens, & de vita ipſa deſperans, cum & alii vincti cum ſequerentur, & carnifices urgerent; petiit à carnificibus, ut orandi Dei poteſtatem illi facerent. Cum igitur quodam in loco ſtetiſſet, ita Deum precatus eſt: Gloria ſit tibi, Deus, qui pro tua clementia in eos miſericordem te præbes, qui diligunt nomen tuum. Gloria, inquam, tibi ſit, qui & me in peccatis viventem, ad hanc ſortem tuam vocaſti. Gloria tibi, Jeſu, qui noſtræ carnis infirmitatem noviſti: & ut tormenta fortiter ferrem, patientiam mihi præbuiſti. Quoniam igitur vides, mi Domine, multis malis me oppreſſum, ita ut anima ipſa è corpore meo exceſſura videatur; tu ipſe, Domine, mitte Angelum, qui me *b* curet, & ab anguſtiis, quibus opprimor, me ſanet: ac velis mihi hoc concedere, ut quacumque ratione, per Judicis ſententiam, martyrium compleam, & apud te ſim. Cum ita Deum oraret, vox è nube demiſſa eſt (erat enim aër ipſe nubibus confuſus) Eſto, Acaci, robuſtus & fortis. Vox autem illa fuit ita clara, ut carnifices & alii vincti eã audientes admirarentur, ac dicerent: Numquid & nubes loquuntur? An unquam tale quid auditum eſt, ut nunc ipſi audivimus? Et de ea re ambigebant.

in itinere orans

devinitus confirmatur

14 Multi vero ex iis, qui vincti ducebantur, cum hæc audiſſent, in Dei filium crediderunt: & ad Martyris pedes ſe abjicientes, eum rogarunt, ut Chriſtianæ fidei doctrinam ipſis exponeret. Tunc igitur Martyr Acacius, una cum illis iter faciens; Ego, inquit, paulum temporis miles fui, ſed apud Sacerdotes educatus, quin etiam genus è Sacerdotibus ducens, memini audire ipſos hæc docentes; quemadmodum Deus ipſe, cum homini, qui è Paradiſo exciderat, ſalutem dare, & ab inferis eum educere vellet, miſit in hunc mundum coæternum Verbum ſuum. Veniens igitur filius Dei, carnem ſuſcepit ex ſancta Virgine Maria, & figura apparens ut homo, crucem ſuſtinuit, ut Adami, qui Deo non obedíverat, peccatum per crucis lignum emendaret, & condemnationis remiſſionem ei condonaret, ipſe pro nobis noſter Dominus debitum ſoluens: nam eo quod in cruce fixus fuit, chirographum, quod contra nos erat, diſcidit, & peccatum diſſolvit, & propria morte delevit mortem, & inferos expoliavit, omnemque diaboli poteſtatem confudit atque infirmavit. Cumque totum diaboli exercitum profligaſſet, portaſque æreas confregiſſet, ac vectes ferreos contriviſſet, tertio die è mortuis reſurgens, humano generi reſurgendi facultatem præbuit, ut omnes omnibus futuris ſeculis viveremus: hic enim mundus ad breve tempus manet, & nihil eſt. Hæc omnia cum illi audiviſſent, ad Chriſti fidem converſi ſunt.

praedicat Chriſtum concaptivis

convertit eos ad Chriſtum.

15 Poſtridie vero noctis tempore eo in loco, in quo erant, viderunt quoſdam ſplendida veſte indutos, & militari habitu ornatos cum Acacio ipſo loquentes. Quidam autem ex his, qui eos viderant, exiſtimabant Acacii commilitones atque amicos eſſe, qui metuentes Imperatorem, noctis tempore Acacium viſerent. Alii vero viſionem aliquam divinam eam fuiſſe dicebant. Cum autem poſtera nocte Byzantium veniſſent, & ſimul in unam domum conjecti eſſent; rurſus viderunt eoſdem Angelos cum Acacio loquentes, & vulnera, quæ erant in illius corpore, aqua ferventi abluentes, eumque curantes: ita ut omnes, qui & tunc & ſuperiore nocte illos

ab Angelis ſanatur.

illos viderant, dicerent, vere ſanctorum Angelorum viſionem Martyri oblatam fuiſſe. Poſtridie vero cum Martyr in carcerem interiorem conjectus, & Judicis juſſu ligno ac ferreis vinculis ligatus fuiſſet, aliique vincti in exteriore carcere ſervarentur; rurſus multa lumina nocte accenſa apud Martyrem ipſum & viros viderunt alios, è vinculis eum ſolventes atque curantes, alios vero cibum ipſi afferentes: idque cum ſæpius vidiſſent, carceris cuſtodem adduxerunt, ut ipſe quoque propriis oculis factum videns, de re illa certior fieret. Eam rem cum cuſtos *c* carceris viſam obſtupuiſſet, multis amicis narravit.

A & retractatur:

c quem ita vegetum miratus Judex

16 Præſes vero ſeptimo die poſtquam Byzantium venit, Martyrem ad ſe duci jubens; Vocetur, inquit, Acacius, impiæ Galilæorum religionis patronus. Cui Antoninus Commentarienſis: En præſto eſt ille, quem quæris. Cum igitur ante tribunal Martyr conſtitiſſet, ejuſque vultum hilarem, velut Angeli alicujus aſpectum, Præſes vidiſſet, obſtupuit: ſperabat enim futurum, ut tum vulneribus corporis, tum vinculorum ærumnis, ac ciborum penuria corpore conſumptum, & de via multa feſſum videret. Cum igitur aliter ſe habentem vidiſſet, ejus pulchritudinem atque hilaritatem ſic admiratus eſt, ut Officio diceret: An non vobis, milites peſſimi, præcepi, ut hominem iſtum in interiorem carcerem conjectum in cippo tripartito arctaretis, ferreiſque & graviſſimis ac multis vinculis ejus collum & totum corpus conſtringeretis, ita ut ipſius florens ætas iis ligaminibus angeretur ac langueſceret, neque ſineretis aliquem ipſum viſere, niſi qui cibum illi afferret? Quomodo igitur ipſum, velut athletam quemdam, pinguem factum video: quin etiam longe pulchriorem ac venuſtiorem, quam antea fuerat? Tum Antoninus Commentarienſis, Per tuam, inquit, virtutem, ita factum eſt, ut juſſiſti; in omnes enim ærumnas illas, quas dixiſti, conjectus, & ex urbe Perintho hucuſque per totam viam ferreis vinculis adſtrictus fuit. Quod ſi amplitudini tuæ viſum fuerit vincula ipſa ferrea videre, eaque ponderare, en illa hic ſunt. Nam uſque ad hoc tribunal homo iſte his ferreis vinculis exutus non fuit. Quære à carceris cuſtode minas adhibens, & vide, an ita illi juſſum ſit, quemadmodum tu præcepiſti.

de eo cuſtodem interrogat:

B

Sancto ſilente juſſo

17 Tum Judex: Veniat, inquit, huc cuſtos carceris. Cum veniſſet ille, Judex ita eum interrogavit: Quare, ſceleſtiſſime, facere noluiſti, quod juſſus es, ſed ita nutritum atque inſtauratum iſtum ad nos duxiſti, quaſi bellator quidam futurus nobis adeſſet? Ad hæc Acacius: Mea, inquit, pugnandi virtus è cælo à vero illo certaminis Præfecto Jeſu Chriſto ſervata eſt, qui & robur mihi attulit: Dominus enim meus ita curat ſervos ſuos ſolo verbo. Tum Judex: Confringite ejus dentes, ut non loquatur, niſi cum interrogatus fuerit. Iterum autem cuſtodem carceris interrogans: Quidnam, inquit, ſceleſtiſſime, reſpondes? Tum Caſſius cuſtos carceris reſpondit: Per tuam amplitudinem juro, executum me fuiſſe quæcumque tu juſſiſti, & inſuper alia mala his addidiſſe: ſed fuere alii, ſtipatores ejus, ut ſciunt omnes, qui una cum ipſo vincti erant. Quod ſi rem aliter ſe habere cognoveris, en caput meum præſto eſt: poteſtatem habes: quæſo facias quidquid vis. Videbamus enim ſæpius quoſdam veſte ſplendida ornatos milites, quorum alios velut advocatos *d*, alios tamquam medicos æſtimabamus, alioſque qui una cum ipſo verſabantur, quique ejus vulnera curabant, & diligenter abſtergebant, multiſque cibariis propoſitis, una cum eo veſcebantur. Hæc omnia homines, qui ex urbe Perintho una cum eo vincti ducti ſunt, tum in via, tum hic cum ſæpius vidiſſent, mihi retulerunt: ita ut ego, cum ipſis non crederem, & verum ſcire cuperem, meis oculis videns id cognoverim. Si quando autem eum hæc improviſus ſpectarem, ſoluta oſtii catena ingredi ad eum volebam, & quærere, undenam illuc ingreſſi eſſent, aut quinam forent illi, quos una cum ipſo vidiſſem; ſæpius ad eum ingreſſus, neque quemquam illorum, neque quidquam è propoſitis bonis videbam; ſed hunc ſolum ligno alligatum, preces ad Deum fundentem, & divinam gloriam laudantem, interdum vero dormientem. Tum Judex: Pecunias, inquit, ab Acacii conſanguineis accepiſti, ob idque judicium vis eludere. Ac ſtatim furore percitus, plumbatis *e* ejus terga pulſari juſſit. Qui cum cruciaretur, vociferans dicebat: Quæſo, Judex, ut ſi res aliter ſe habet, quam dixi, me interficias. Tum ille: Veneficum igitur hominem hunc eſſe affirmas? Cui carceris cuſtos: Ego, inquit, quod vidi, dico, neque ſcio, veneficuſne ſit, an non.

testatur ille Angelicavisitatione confortatum.

d

EX MS. GRÆCO.

& ideo crudeliter

cedimur.

e

18 Hæc cum beatus Acacius audiret, illorum ſtultitiam irridebat, quamvis fractis eſſet maxillis. Itaque Judex ipſe rurſus furore accenſus, Acacio dixit: Tune veniſti, ut nos derideres, præſtigiis ac veneficiis tuis confiſus? Ego, inquit Acacius, non rideo, quod veſtra pernicie gaudeam: immo ſempiternam veſtram condemnationem multum doleo: vos autem ipſi veſtram vitam irrideris, qui verum illum Deum cæli & terræ, maris & omnium quæ in eis ſunt effectorem dereliquiſtis, & lapides ipſos adoratis. Tum Judex ei dixit: Ne putes iſta tua conſtantia me victum iri: non ſinam te vivere, niſi diis ſacrifices, & invictorum Imperatorum edictis obedias. Cui Acacius: Si timerem minas tuas, ſtatim tibi obtemperans, feciſſem quod jubes: quoniam vero ſententia mea melior eſt quam tua, minas iſtas nihil timeo: fac quod lubet.

Deinde Martyr ipſe

E

19 Tunc Judex furore percitus, Sacrificaſne, inquit, an adhuc pergis inſanire? Reſpondit Acacius: Tu pergis id facere, qui homines, à quibus nihil mali commiſſum eſt, neque aliquid in te peccatum fuit, ſic injuſte conſumis. Hæc cum audiſſet Judex, juſſit lora ovilla *f* afferri, & ejus terga ac ventrem verberari. Mutatis autem decem viris qui eũ verberabant, Martyr inter tormenta clamabat: Chriſte, adjuva humilem ſervum tuum. Iratus autem Judex, juſſit ventrem amplius verberari. Beatus autem Martyr vehementer dolens voce magna dixit: Domine Jeſu Chriſte, adjuva ſervum tuum Acacium. Hoc cum ab eo dictum fuiſſet, ſtatim vox de cælo venit, ac dixit: Ne timeas, Acaci, ſed eſto bono animo: decet enim te cum patribus tuis eſſe, & cælo verſantem oblectari, eo quod nunc nominis mei confeſſionem profitearis. Cum hæc vox audita eſſet, homines illi qui Martyrem verberabant, torpeſcentes obſtupuerunt, neque manus ipſas amplius movere poterant, ita ut Judex ipſe ambigeret, & furore accenſus, ſanctum illum Martyrem Acacium ad majora judicia, hoc eſt, ad Flaccinum Proconſulem Europæ *g* mitteret, qui & relationem talem ad eum ſcripſit: Admirabili & maximo Judici Flaccino Proconſuli, Bibianus reverendiſſimus *h* Catholicus ſalutem: Acacium impiæ Chriſtianorum religionis patronum, à Firmo Marteliorum Tribuno ad me miſſum, neque volentem iis parere quæ ab invictis Imperatoribus noſtris præcepta ſunt, cum viginti diebus ante ad me miſſum acceperim, & vehementer de ipſo inquiſiverim, nihil amplius profeci: propoſiti enim ſui tenax eſt. Quoniam vero poteſtas tua plus timoris afferre poteſt, propterea hominem hunc, quem hactenus ex judicii forma *i* caſtigavi, cum actis, quæ de illo à me compoſita ſunt, ad te miſi intelligens huc adveniſſe Claritatem tuam.

ſcutica flagellatur,

f

& caleſti voce confortatus,

F

ad Precem ſuſe Thraciæ mittitur

g

h

i

20 Cum igitur Flaccinus has literas accepiſſet, juſſit

EX MS. GRÆCO.

juſſit Martyrem in carcere quidem concludi, ſed ſervari tamen ſine vinculis, & remota cuſtodia illa tam atroci. Uxorem enim Chriſtianam Flaccinus habebat, à qua rogatus & jurejurando clam adſtrictus fuerat, ut qui propter Chriſti fidem ab ipſo inquirebantur, non diu neque multum ab eo cruciarentur. Juſſit igitur Flaccinus poſt quinque dies Acacium Martyrem ad ſe duci, & ejus acta recitari, quæ Bibianus confecerat. Quibus recitatis, inquiſitionis, quæ à Bibiano facta fuerat, auſteritatem, & Martyris conſtantiam ſtabilemque confeſſionem, & miracula facta cognovit: Bibianumque accuſavit, quod non celeriter eum interfecerat, ſed tam exquiſite adverſus militarem hominem ſe geſſerat: juſſitque Martyris caput abſcindi ante urbem Byzantium, ita pronuntians: Acacium, Galilæorum adjutorem, & noſtrorum Imperatorum trophæis inſignium deſertorem, qui operam dedit, ut quamprimum vitæ ſuæ finem talem videret, ſicut quæſtiones de eo factæ docuerunt: hunc, inquam, hominem, legibus non obedientem, tribunal noſtrum jubet gladio percuti, & capite privari.

condemnatur morti:

21 Poſtea vero quam beatus Acacius vocationis ſuæ opus jamjam perficiendum cognovit, Spiritu ſancto ita decernente, clamans ſic ait: Quam multis linguis te laudare vellem, Chriſte, dux vitæ & fili Dei, quoniam ita miſericors & benignus es in me peccatis obnoxium, qui & tali ſorte me dignatus fuiſti! Cumque ductus fuiſſet extra urbem Byzantium in eum locum, ubi martyrium obeundum illi erat, rogavit carnifices, ut pauliſper Dei orandi facultatem ei concederent. Itaque poſitis in terra genibus, has preces ad Deum mittit: Gloria tibi Deus, & immenſæ tuæ magnificentiæ convenit laudatio, qui ſic glorioſum in nobis peccatorum onere gravatis te oſtendis. Quo enim majora beneficia nobis largiris, & quo magis iniquitates noſtras remittis, eo abundantius benignitatis tuæ gloria reluceat. Benedictum ſit nomen gloriæ tuæ, quod ita faciendum probaſti, ut in Filio tuo unigenito & Spiritu ſancto hominē ipſum honorares, & nunc me tantis beneficiis indignū propter bonitatem tuam ad talem gloriam invitaſti, non propter mea opera. Benedico igitur tibi, Domine Deus ſanctus Iſrael, cum unigenito Filio tuo, & ſancto Spiritu, quoniam tua eſt gloria, tuus honor, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen. Hæc cum dixiſſet; gladio percuſſus fuit, & capite truncatus. Itaque martyrium perfecit ſanctus Acacius octavo Idus Majas, id eſt octavo mēſis Maji, juxta Græcos *k* vero decimo quinto kalendas Maji, Imperatore Maximiano. Ejus autem corpus viri pii ac religioſi collegerunt, & omni ſtudio ac diligentia funus ipſius curaverunt eo in loco, qui Staurion appellatur, regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto: cui gloria ſit & Imperium in ſecula ſeculorum. Amen.

& factis ad Deum precibus

extra Byzantium ductus

capite plectitur 8 Maji: in Staurio ſepelitur.

ANNOTATA.

a Flaccinus *hic infra dicitur* Proconſul Europæ *id eſt* Thraciæ: *cujus pars una* Europa, *Provinciæ Proconſularis titulo gaudens*, Romania *poſtmodum dicta, antiquitus nomen fecit uni ex tribus orbis habitati partibus: ſicut &* Aſia, *&* Africa *quarum proprie ſumptarum multo reſtrictior appellatio eſt.*

b *Ita recte Sirletus explicuit vim vocis Græcæ* Τημελῆχος, *non facile inveniendæ apud antiquos, ſed compoſitæ ut apparet, ex* ἔχω habeo, *eaque radice unde uſurpatur* τημελείᾳ cura ſtudium.

c *Græce* Καπικλάριος, *de qua voce jam alibi actum: idem mox* δεσμοφύλαξ *dicitur, eſtque quaſi* Subcuſtos, *ſeu* Vicarius Præfecti carceris, *ad cujus officium ſpectabat traditos ſibi à Commentarienſi viſitare quotidie, eorumque vincula inſpicere, ne quis quovis ingenio elaberetur.*

d *Græce* Σχολαστικὸς, *quos* Patronos cauſarum *demonſtrat fuiſſe Meurſius in Gloſſario: itaque intellexit Sirletus, quando* Urbanos viros *vertit: at in eo quod* alios Medis quibuſdam ſimiles *legis apud Lipomannum & ex hoc apud Surium, ſphalma, non interpretis, ſed amanuenſis intelligas, cui ſyllaba excidit, ut pro* Medicis *ſcriberet* Medis, *quod Lipomannum fefellit.*

e *Sirletus minus aptæ* plumbeis virgis: *erant autem* plumbatæ, *vel fuſtes plumbo præmuniti, vel lora plumbeis ſphærulis appenſis gravia, Græcæ* μολυβδίσι, *ſicuti ſupra* μολυβδέσι: *nam &* μόλυβος *&* μόλυβδος *dicitur.*

f *Neſcio quid in mentem venerit Sirleto, ut* μηλεΐνας *verteret* virgas querneas: Μῆλον malum *ſeu* pomum *eſſe ſcio: & hinc oportuiſſet adjectivum formare, ſi de virgis fuiſſet ſermo: ſed cum de talibus virgis nihil uſpiam legatur, & arbor iſta nihil ſpecialis commoditatis habeat ad ejuſmodi uſum, debemus intelligere* μηλεΐνας *dici aut* μηλείας, *à* μῆλον, ovis, *vel* capella, *quomodo* Ταυρέαι Taureæ *dicuntur ex* taurino *ſeu* bubulo *corio confectæ ſcuticæ.*

g *Sirletus explicationis gratia*, Thraciæ *vertit.*

h Catholicus, *muneris, non tantum eccleſiaſtici, ſed etiam forenſis titulus eſt, ab univerſalitate juris, ad omnes alicujus regionis urbes ſe extendentis, ſumptum. Sic Conſtantinus Magnus in Epiſtola ad Cecilianum litteras ſe dediſſe ait* πρὸς Οὔρσον τὸν διασημότατον Καθολικὸν τῆς Ἀφρικῆς. *Sic* Fauſtinum Catholicum *S. Athanaſius ad Solitarios commemorat Cataphroneo Ægypti Præfecto in Alexandrinæ Eccleſiæ vexatione adjunctum. Eſt igitur* Proconſuli *ſeu* Præfecto *ſubordinatus* Catholicus, *quālis apud nos appellatur* Procurator generalis. *Quare non ſatis probare poſſum Gloſſas Latino græcas apud Meurſium, ubi* Καθολικὸς *vertitur* Conſularis. *Nihil autem horum intellexit Sirletus, quando vertit* Bibianus Imperatorum devotiſſimus.

i *Totam hanc periodum miſere luxavit Sirleti, non ſatis ad ſingula attenti interpretatio, quam apud Lipomannum & Surium vide.*

k *Hanc Romanorum & Græcorum differentiam in ſua verſione exprimere neglexit Sirletus: an quia metuebat ne* kalendæ Græcæ *riſum moverent? Iſtis certe ſeculis nihil in Græcia uſitatius erat, quam Romanis menſium nominibus & Romana eorumdem diviſione per* Nonas, Idus, *&* Kalendas *uti: ſed id non eadem feciſſe ratione Græcos, qua faciebant Romani ex hoc loco liquet. Hujus autem diverſitatis non alia fuit ratio quam diverſa apud utroſque menſium menſura, cum diverſa intercalandi ratione conjuncta. Romanis nempe, ſine ullo ad lunæ curſum reſpectu ita partientibus menſes, ut conficiendo dies* 365 *annuum ſolis curſum ferme æquarent; utcumque ſufficiebat, ad ſupplendum quod deerat, trienniis ſingulis unum diem intercalare menſi Februario. Græcorum menſes lunares dierum alternis* 30 *&* 29, *quia ſimul ſumpti dies dumtaxat faciebant* 354, *neque commodum erat intercalare quotannis dies undecim, inventus jam olim ab ipſis erat octennalis circulus, intra quem ternis vicibus poſt Februarium aſſumebatur menſis ἐμβολισμαῖος ſive* interjectitius. *Per hunc vero fiebat, ut vulgus Græcorum ſuis ſic intercalatis annis aptantes Romanorum menſium nomina, à Romana ratione neceſſario deficerent; & quanto propius accedebant ad tempus quo facienda erat menſis unius ſive* 30 *dierum intercalatio, tanto pauciores dies numerarent quam numerabant Romani. Cum igitur anno de quo agimus* 303 *dicuntur Græci numeraſſe* XV kalendus Maji, *quando Romani jam numerabant* VIII Idus Maji, *quæ eſt differentia* 21 *dierum, apparet proximum annum* 304 *addito menſis unius Emboliſmo augendum fuiſſe. Hac etiam ratione factum credo, quod cum anni ejuſdem* 303 *Paſcha, circa quod primum publicata edicta, caderet in*

A *in* 18 Aprilis, *Euſebius dicat, tam in Chronico quam in Hiſtoria, fuiſſe Græcis menſem* Dyſtri, *qui reſpondet* Martio *Romanorum: quia ſcilicet idem dies qui Romanis tunc nominabatur* XIV Kalendas Maji *vel* 18 Aprilis, *appellabatur Græcis* III Kalendas Aprilis *ſive* 30 Martii, *creſcente per ſingulos menſes diſcrepantia, donec ea ſequenti anno ad aliquam reduceretur æqualitatem, per intercalationem emboliſmi menſtrui ſive dierum* 30. *Atque hæc in gratiam minus eruditi lectoris ita ruditer explicuiſſe ſufficiat: nam hujus loci non eſt iſtiuſmodi calculos ſcrupuloſius ſubducere, hoc enim foret opus integri commentarii, qui eruditis non deſunt; ex iiſque ſciunt pleroſque Græcos ad octennalem circulum junxiſſe circulum novem decennalem Metonis, ad ſarciendos ut eumque circuli prioris defectus, & annorum curricula commode ordinanda.* D

DE SS. MARTYRIBVS AFRIS

EUTICO, FORTUNATO, SATVRNINO, MARCIA. G.H.

VIII Maii. POſt *relatum primo loco* S. Victorem *Martyrem Mediolanenſem, de hiſce agitur in antiquis Martyrologii Hieronymiani apographis, & in vetuſtiſſimo Epternacenſi iſta leguntur:* In Africa Eutici, Furtunati, Saturnini, Marciæ. *In aliis tribus apographis deeſt palæſtra* Africa, *& in Lucenſi iſta habentur:* Mediolano Victoris, *de quo actum eſt,* Eutici, Mariæ, Fortunati, Saturnini. *Aſt in MS. Blumiano legitur* Martiæ, *quod nomen non potuit integre legi in MS. Corbeienſi. Palæſtram martyrii Africam ipſis confirmat MS. Richenovienſe, ubi inter hos & Victorem Mediolani paſſum alia interponuntur hoc modo.* Mediolani S. Victoris Martyris, & in Nicomedia Maximi Presbyteri. Africa Eutici, Fortunati, Saturnini. *Præterea in Actis S. Victoris, nulla horum fit mentio, proinde nihil eſt quod ſuadeat huic jungendos, quos in primæ antiquitatis exemplari ſejunctos invenimus. In pervetuſto codice S. Savini de Levitania, apud Sauſſajum in Martyrologii Gallicani excerptis pag.* 1248 *iſta leguntur ad diem* VI *hujus menſis.* Eodem die S. Pallachii Epiſcopi, Eutici & Marciæ, Saturnini. *Ex his* Pallachius, *aliis* Palladius, *& Palatius; eſt* Helladius *ſive* Eladius, *Epiſcopus Autiſſiodorenſis, infra etiam hoc die referendus. At qui relatis ibidem tribus ab aliis additur* Fortunatus, *legitur in MS. Auguſtano S. Vdalrici, & Pariſienſi Labbæi, cum* Eutychio *ſive* Euſychio, *qui ſupra* Euticus *appellatur, quibus in Auguſtano jungitur* Saturninus. *In MS. Tamlactenſi apud Hibernos, omiſſo* Eutico, *leguntur nomina* Fortunati, Saturnini *&* Marciæ. B E

DE SS. MARTYRIBVS ÆGYPTIIS

VICTORE, STEPHANO SEU STEPHANA, JANVARIO. G.H.

VIII Maii. *Elatis Martyribus Byzantinis ſive Conſtantinopolitanis, hi duo celebrantur in pervetuſtis Martyrologii Hieronymiani apographis, ſed cum aliqua diverſitate. Nam codices Epternacenſis, Lucenſis & Blumianus ita habent:* In Ægypto Victoris, Stephanæ. *Quo etiam modo legitur apud Notkerum. At Corbejenſe apographum Pariſiis excuſum:* In Ægypto Victoris, Stephani, Januarii. *Vltimum, ab omnibus aliis prætermiſſum, illi codici ſoli debemus. In pervetuſto codice Reginæ Sueciæ, ab Holſtenio plurimum laudato, ſic legitur:* In Ægypto Victoris, Stephani. *Quo etiam ordine iidem nominantur in MS. Trevirenſi S. Maximini. Verum ordine immutato iſta in Vſuardi exemplaribus excuſis & manuſcriptis habentur:* Apud Ægyptum Sanctorum Stephani & Victoris. *Eadem ſunt in MSS. Centulenſi S. Richarii, Bruxellenſi S. Gudilæ, apud Bellinum, Maurolycum, Felicium, Caniſium alioſque. Galeſinius ex Vſuardo & ſuo MS. ſapiſſime aberrante, iſta habet:* In Ægypto beatorum Martyrum Stephani, Victoris & Belladii: *quem ultimum appellat Ferrarius* Helladium, *à Petro de Natalibus etiam adjunctum prioribus: ſed is eſt aliis* Eladius Epiſcopus Autiſſiodorenſis, *de quo mox agimus.*

SS. *Victor & Stephana.*

aliis Stephanus,

C

In MS. Martyrologio Trevirenſi S. Martini profertur S. Corona Virgo, *eaque etiam inſcripta Kalendario MS. Breviarii, & forſan* S. Stephana *intelligitur. Sed ſæpius* Victor & Corona *Martyres occurrunt, uti infra* XIV *Maji iterum dicemus, imo & loco* Coronæ *etiam* Stephana *&* Stephanides *ſubinde legitur.* F

An Corona eadem qua Stephana.

DE INTEGRA COHORTE MILITVM

MARTYRIO CORONATORVM. G.H.

Sæpius fuerunt milites in fide Chriſti profitenda alacres, eamque ſanguine effuſo confirmarunt. Ex his aliqui referuntur in MSS. Menæis, quæ Divione apud Petrum Franciſcum Chifletium adſervantur, atque ita indicantur ad hunc diem VIII *Maji.* Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ Ὁλόκληρος σπεῖρα στρατιωτῶν ξίφει τελειοῦνται. Eadem die integra chorus militum, qui gladio percuſſi vitam finierunt. *Dein adjungitur hoc diſtichon, alludens ad Prætoriam Pilati cohortem, cujus Euangeliſtæ meminerunt, Matthæus cap.* 27, *Marcus cap.* 15, *& Ioannes cap.* 18.

Χριστοφέρουσα σπεῖρα τύπτεται ξίφει,
Χριστοκτόνουσαν σπεῖραν ἡ μιμνήσκη.
Chriſtum ferens percutitur gladio cohors.
Illam haud ſecuta quæ neci Chriſtum dedit.

DE S. HELLADIO SIVE ELADIO

EPISCOPO AVTISSIODORENSI IN GALLIA.

G.H.

CIRCA CCC LXXXVII

Veneratio

Reviaria antiqua urbis & diœceſis Autiſſiodorenſis in Gallia indicant venerationem S. Eladii, *ſive* Helladii, Epiſcopi *ſui, ad hunc* VIII *Maji, & præſcribunt* tres lectiones cum claſſico, *ſive ut alia habent, cum* Te Deum laudamus: *ſed omnia recitantur de Communi Pontificis & Confeſſoris. Aliqua ejus geſta referuntur in Hiſtoria Epiſcoporum Autiſſiodorenſium à Philippo Labbe tomo* I *Novæ bibliothecæ manuſcriptorum edita, & ſunt iſta.* Caput V de Eladio. Eladius ſedit annos XXIII. Fuit autem tempore Conſtantii & Conſtantini filiorum Conſtantini, ſub Marco, Julio atque Liberio Romanis Pontificibus. Hic beatiſſimus Pontifex dum verbo & exemplo multos ad Chriſtum converteret, ad eum S. Amator ſimul & Martha, jam ejus ſpiritalis ſoror effecta, concurrunt, ac procidentes coram eo, votorum ſuorum deſideria pandunt, ſicque ille ſe Clericum fieri depoſcebat. Tunc Antiſtes conſiderans atque contemplans Dei eos amore frui, & propter ejuſce dilectionem velle ſecularem habitum commutare, utriſque impigre paruit, illum crinibus exonerans, illam caſtimonialium coetui devotiſſime jungens ac ſocians: & hic, plenus ſanctitate & virtutibus, ut in geſtis ejuſdem S. Amatoris legimus, corpus terræ, animum cælo tranſmiſit ſub die VIII Iduum Majarum, & ſepultus eſt ſecus prædeceſſores ſuos in monte Autrico. *Hæc ibi. Quorum pleraque eiſdem verbis continentur in Vita S. Amatoris ſucceſſoris, edita ſupra ad diem primum hujus menſis Maji: additurque adhortatio ejus ad S. Amatorem & ſponſam ejus Marthan, quæ ibidem videri poteſt.*

Epitome vitæ,

B

2 *Sacra ejus memoria inſcripta eſt quatuor antiquis Martyrologii Hieronymiani apographis hoc modo:* Autiſſiodoro depoſitio Eladii Epiſcopi. *In Ms. Corbejenſi Pariſiis excuſo ſcribitur* Heladii, *apud alios etiam* Elladii *&* Helladii, *& quod nomen magis abludit, ſubinde* Palladii, Pallachii *&* Palati: *niſi quis malit tunc intelligere* S. Palladium, XXI Epiſcopum Autiſſiodorenſem, *de quo ad diem* X *Aprilis egimus. Omittimus alios Martyrologos recenſere, qui cum hodierno Martyrologio Romano ejus ſanctam venerationem recolunt, aut nonnulla ex ſupra relato encomio addunt. Ejuſdem etiam meminerunt Demochares, Chenu, Claudius Robertus, & Sanmarthani in ſuis Catalogis Epiſcoporum Autiſſiodorenſium.* *Nomen in ſacris faſtis*

3 *Tempus Sedis videtur optime colligi poſſe ex Actis S. Amatoris ſucceſſoris, mortui anno* CCCCXVIII, *cum ſedidiſſet annis triginta, menſe uno, diebus quinque, proinde ordinati anno* CCCLXXXVIII, *in felici ſeditione populorum, poſt obitum* S. Eladii *concordi voce petentium S. Amatorem Epiſcopum, ut ſaltem* Eladius *poſſit cenſeri objiſſe anno* CCCLXXXVII. *Aſſignantur autem illi anni* XXIII, *quibus Eccleſiam Autiſſiodorenſem rexit, ut videatur conſecratus Epiſcopus circa annum* CCCLXIV. *Oſtendimus autem ad Vitam S. Amatoris, in Hiſtoria memorata Epiſcoporum Autiſſiodorenſium, annos Imperatorum & Pontificum cum mirabili anticipatione adjunctos: quibus proinde neglectis dicendum erit, quod* S. Eladius *ſedit, non ſub filiis Conſtantini Magni, aut ſucceſſoribus Iuliano & Ioviniano, ſed ſub Valentiniano, Gratiano, Valentiniano* II *& Theodoſio Magno, & his ultimis imperantibus mortuus ſit. Conſulat lector dicta ad Vitam S. Valeriani deceſſoris* VI *Maji.* *Tempus Sedis.*

D

E

DE S. GIBRIANO PRESBYTERO

IN DIOECESI CATALAVNENSI ET REMENSI.

G.H.

CIRCA CCCCIX

Acta vitæ & tranſlationum:

C

Illuſtre eſt in urbe Remenſi Archimonaſterium Regale S. Remigii, ubi in ſummo altari, aureo ut vocant, aſſervatur venerabile corpus S. Gibriani Preſbyteri, *cujus ſacræ depoſitionis ſolennitas celebratur octavo Idus Majas, uti Acta antiquiora indicant: quæ ex codice dicti monaſterii accepta damus, ſeculo nono conſcripta. Ea tamquam ſincera allegat Flodoardus Preſbyter in Hiſtoria Remenſi ſeculo decimo exarata: ex cujus libro tertio & capite* IX *ſubjungimus Hiſtoriam tranſlationis ex diœceſi Catalaunenſi ad vicum* Balbiacum, *& inde* Remos *ad jam dictum monaſterium S. Remigii. Alia eſt ſacri corporis in novam capſam anno* MCXIV *tranſlati hiſtoria, cum variis miraculis libris tribus comprehenſa: quorum meminit Camerarius libro* 3 *de Scotorum pietate ad hunc diem. Pro ea hiſteria impetranda, multam operam poſuimus, necdum ſecuto effectu, impeditis bello commerciis: quo per pacem jam jam ut putat componendam ceſſante, ſperamus dictorum librorū exemplar tranſcriptum prius nos conſecuturos, quam hujus menſis abſolvatur impreſſio: ipſos igitur ad calcem hujus tomi requirat lector; ſi autem ibi non reperiat, exſpectet in futuro operis ſupplemento.*

Cultus ſacer in Breviariis & Martyrologiis.

2 *Compendium Actorum antiquiorum habemus ex peculiari Breviario dicti Archimonaſterii S Remigii: aliud elogium extat in Breviario Remenſi anno* MDCXXX *excuſo, ex quo conſtat hoc* VIII *Maji de eo præſcribi officium Eccleſiaſticum ſub ritu ſimplici ſive trium Lectionum, & hoc per totam diœceſin recitandum. In præclaro codice Ms. Martyrologii Vſuardi, quo uſus eſt Molanus, iſta ab hoc edita continentur:* Remis depoſitio S. Gibriani Confeſſoris, in eccleſia S. Remigii quieſcentis. *In Ms. Remenſi SS. Timothei & Apollinaris celebratur ſub hac formula:* In pago Catalaunico depoſitio S. Gibriani Preſbyteri & Confeſſoris. *Memoratur etiam in Ms. Vſuardo Hagenojenſi & Ms. Florario Sanctorum, item apud Grevenum, Caniſium, Sauſſajum, Ferrarium, & in Catalogis Sanctorum Hiberniæ & Scotiæ. Feſta tranſlationum celebrantur* XVI *Aprilis apud Sauſſajum & Ferrarium, &* XXVII *Septembris in citato Ms. Vſuardo & Florario Sanctorum. Simon Martin in Reliquiis ſacris deſerti aliqua ejus Acta Gallice edidit.*

F

tempus vita & miraculorum.

3 Veniſſe in Franciam S. Gibrianum, Chlodoveo primo Rege Chriſtiano atque S. Remigio Remorum Epiſcopo, *legitur in citato Breviario Remenſi: conſentit Sigebertus Gemblacenſis, aut certe ejus interpolator, ad annum* DIX *ita ſcribens:* Gibrianus Scotus, cum fratribus & ſororibus in Gallia peregrinatus, urbem Remenſem & vita & morte ſua illuſtrat. *Anonymus conditor Auctarii Gemblacenſis ad annum* MCXLV *quo corpus in novam thecam tranſlatum eſt, iſta ſcribit:* Remis in cœnobio B. Remigii S. Gibrianus Scotus multis claret virtutibus, & multo populi concurſu frequentatur. *Num vero venerit ex hodierna Scotia, quæ Britanniæ pars eſt; an ex Hibernia, quam Beda Scotorum patriam vocat, magnum certamen eſt inter dictarum regionum viros eruditos. Flodoardus & Breviarum Remenſe tradunt*

patria.

A *tradunt* ex Hibernia veniſſe. *Acta antiquiora & Breviarium monaſterii S. Remigii vocant* inſulam Hiberniam, in qua eſt Scotia. *Pulchrum eſt Sanctos ſuos à Gentilibus ſuis prædicari: at pulchrius eorum virtutes imitari: utrique rei ſubſervit ſcire cujus patriæ fuerint, eoque excuſabilis redditur contentio, quæ hac ex cauſa ſubinde naſcitur inter homines pios, modo ea abſint vitia, in quæ facilis eſt ex contentione prolapſus, præſertim pervicacia. Ab hac autem neſcio an ſatis abſint, qui negant primis decem ſeculis* Hiberniam, *aut ſolam aut præcipuam, nomine* Scotiæ *intellectam fuiſſe; quamvis* Scoti *utrobique nominarentur æquali jure & uſu: Flodoardus autem ſcripſit & floruit ſeculo* x, *adeoque dubium eſſe non poteſt, utri parti magis faveret ejus auctoritas, etſi non expreſſe* Hiberniam, *ſicuti facit, ſed* Scotiam *nominaſſet.*

VITA
ET MIRACULA.

Ex MS. Codice Remenſi monaſterii S. Remigii.

B a *Venit ex Hibernia in Galliás* 1 EO a tempore quando fidelium mentes, divinæ inſpirationis gratia illuſtratæ, ad ſupernam anhelabant patriam; deſiderantes longe lateque peregrinati in mundo, quo liberius animo, ſecretius poſſent vivere Chriſto; egreſſi ſunt ſeptem fratres treſque ſorores, ob amorem Chriſti, de Hibernia inſula, in qua eſt Scotia, relicta domo & familia, *cum 6 fratribus & 3 ſororibus:* omnique cognatione ſua, ſecuti beati Abrahæ Patriarchæ exemplum: quorum quarumque hæc fuere vocabula: Gibrianus *b*, Helanus, *c* Treſanus, b c d e *d* Germanus, Veranus, *e* Abranus, Petranus; f *f* Francla, Pomptia, Poſemna. Venerunt autem pariter in hanc Galliæ Provinciam ſuper flumen *g* Maternam peregrinandi gratia, *h* eligentes ſibi ſinguli g h ſuper eumdem fluvium ad habitandum opportuna loca, & ad viſitandum ſemet mutuo contigua: in quibus etiam locis, poſt vitæ terminum, à Chriſti cultoribus eorum ſacra humata fuere corpora. Quorum primus, Confeſſor Chriſti præcipuus pariterque Sacerdos eximius, elegit ſibi conſiſtorii locum ad habitandum in quodam vico, nunc à Paganis funditus everſo, cui nomen vetus erat Coſla, ſuper rivulum ejuſdem nominis ſito: ubi Deo favente plurimis annorum curriculis, ſobrie, juſte, & pie vivens, juxta Apoſtoli præceptum, ut fortis athleta bono certamine viriliter & infatigabiliter uſque ad vitæ exitum certavit contra ſerpentem antiquum. *degit in vico Coſla*

Tit. 2. 12 C

2 Poſt hujus vero vitæ deceſſum corpus ejus ſacrum à Chriſti fidelibus religioſe fuit humatum in quodam monticulo, juxta aggerem publicum: ad cujus videlicet monticuli radices ſiniſtrorſum influit præfatus fluvius in Maternæ alveum. Proceſſit denique temporis ædificata à Chriſticolis ædicula ſupra tumbam ſacri corporis, tum miraculorum ſignis ibidem ſæpius divinitus oſtenſis, tum majori dilectione erga locum Sancti fidelium mentibus accenſis, cœperunt mutuo ſe cohortantes eumdem locum frequentius adire cauſa orationis ac devotionis. Ad hujus poſtmodum ſacræ depoſitionis ſolennitatem, quæ celebratur octavo Idus Majas, conſueverat circumquaque venire ſingulis annis maxima populi frequentia, deferens ſecum devotiſſime ſua vota quæ voverat; ibique in Dei laudibus nocte excubans tota, celebratoque tandem Miſſarum officio, unuſquiſque ad propria remeabat cum gaudio: ubi etiam ad oſtenſionem meritorum viri Dei plurimæ virtutes divinitus ſunt operatæ, quæ propter ſcriptorum negligentiam, & imperitorum deſidiam, penitus oblivioni ſunt traditæ. Modernis autem temporibus, quæ eo loci miracula geſta divinitus ſint, ſicut quorundam majorum relatu comperimus, paucis intimare ſtuduimus, ſcire cupientibus. *ad adiculæ ſupra ſepulcrum conſtructam* *concurritur in die depoſitionis, & miracula fiunt:* EX MS

3 Tempore quidem *i* Caroli Regis, poſtea vero longe poſt, ſecundi de ſuo nomine Imperantis, filii videlicet Ludovici Imperatoris, *k* Erchanrai vero in urbe Catalaunis Præſulatus faſces tenentis, acceſſit quædam mulier ad præfati Sancti eccleſiam de Vico Recejo, ſuper flumen Maternam ſito, nomine Richildis, luminibus diei privata geminis; quæ fiſa meritis & interceſſionibus prædicti Confeſſoris Chriſti ſanari, devote venit cum ſui voti munere: moxque ut ad ſepulchrum ejus, cauſa devotionis ac recuperandæ ſalutis, propinquavit; ſuperna propitiante clementia, Matutinali expleto officio, illico lumini reſtituta eſt priſtino. Expleto denique biennio, poſt peractum ſuperius miraculum, non defuit miſericordia Dei, quin aliud huic adderet ad oſtenſionem meritorum ſanctiſſimi viri: nam ſimiliter quædam mulier, nomine Erlefreda de vico Matuſgo, in principio Maternæ fluminis ſito, duobus æque orbata luminibus, inſuper & totis nervorum diſſoluta compagibus, cum ad ſepulchrum Sancti aliorum fuiſſet deportata manibus, ipſa die qua illo fuit advecta, Dei virtute Sanctique interceſſione, ad veſperum priſtinis luminibus eſt reſtituta: & quæ paulo ante aliorum manibus fuerat delata, ſuis veſtigiis ad propria cum ingenti gaudio eſt regreſſa. Evoluto ſiquidem poſtea quinquennio, nec minus ad præfati Sancti tumulum, quædam femina de vico Luventio, nomine Grimara, quæ anno integro graviter fuerat contracta manu dextra atque arida, meritis & interceſſionibus Sancti ſanari confiſa eſt ab infirmitate ſua: cumque diutius ſibi affore præſidium ſanitatis, pro qua venerat, præſtolaretur intente; tandem adveſperaſcente, divina virtute ab omni eſt reſoluta debilitate. Poſt hoc denique miraculum, plurimis ſuccedentibus annis, venit quædam mulier de pago Haſbanico nomine Gertrudis, dextro privata lumine menſibus binis, cupiens atque deſiderans vitere Richildem amitam ſuam, paulo ſuperius ab infirmitate oculorum ſanatam. Cumque ſæpius ab ea famam virtutum B. Gibriani audiſſet, qualiterve ad ejus ſepulchrum, ipſius meritis lumen oculorum recepiſſet; protinus cum ingenti clamore lacrymas fundens, votum vovit Deo Sanctoque Gibriano, candelam tantæ magnitudinis ſe facturam, qua totum in circuitu ſui circumcingeret caput: quæ poſtquam votum ſuum complevit, & ad ſepulchrum Sancti poſuit; è veſtigio priſtino lumini reddita fuit, & ad propria cum gaudio remeavit. i k *ſanantur cæca,* F

4 Cum ergo temporibus *l* Odonis Regis Francorum, plurimæ fierent circumquaque *m* ſtrages Chriſtianorum, crudelitate Danorum; multaque paſſim incendia agerentur tam eccleſiarum quam villarum; capta omnino & deflagrata à Paganis civitate Catalaunis, cum maximo templo *n* beatiſſimi Stephani Protomartyris; tunc quoque & ipſa eccleſiola præfati Sancti pariter cremata eſt ab illis, ſalvo duntaxat ejuſdem Sancti corpore, utpote in ſepulcro ſub ima tellure latente. Poſt hujus quoque combuſtionem eccleſiæ, contigit ſæpius à tranſeuntibus per iter publicum audiri eo in loco voces ſuaviter canentium; quin etiam & cuſtodibus mœnium Cathalaunenſium referentibus, multis crebro videri noctu luminaria clare ardentia. Quid autem aliud hoc præſignabat; niſi quia eo loci lucerna ſub terræ modio latebat: ipſe enim erat lucerna ibidem abſconſa, quam Chriſtus Dominus [honoravit] tantis ac talibus miraculorum auſpiciis, inibi evidentiſſime oſtenſis; quæque ſupra candelabrum Eccleſiæ de terræ viſceribus exponenda l m *in eccleſiola combuſta.* n *voces canentium audiri & lumina viſa.* o

EX MSS. nenda erat; ſicut non poſt multum temporis rei probavit eventus.

ANNOTATA.

a Chlodoveo 1 *regnante & baptizato circa an.* 500, *ut ſupra dictum.*

b S. Helanus *colitur* 7 *Octobris*, *etiam Martyrologio Romano inſcriptus.*

c S. Treſani *Vitam dedimus* 7 *Februarii.*

d Germanus *&* Veranus *referuntur à Ferrario & Sauſſajo* 3 *Decembris.*

e Abranus *&* Petranus, *an & quo die colantur, necdum legimus.*

f Francla, *alii* Fracla *&* Franda, *item* Promptia *&* Poſſenna *referuntur hoc die ab Arturo du Monſter in Gynaceo ſacro & Laberio in Menologio Virginum, occaſione S. Gibriani hoc die relati.* Promptia & Poſſenna *inſcriptæ ſunt Menologio Scotico Camerarii ad diem* 3 *Ianuarii, uti tunc inter Prætermiſſos monuimus.*

g Materna, *hinc Gallice* Marne, *antiquis* Matrona, *fluvius in Baſſinia regione ortus, alluit duas urbes Epiſcopales, Catalaunenſem & Meldenſem, & ſupra Pariſios in Sequanam illabitur.*

B h *In Breviar. Remenſi dicuntur* à S. Remigio, peregrinorum patre, humaniter ac benigne excepti.

i *Hic eſt* Carolus Calvus, *qui à morte* Ludovici Pii *patris, in diviſione regnorum anno* 840, *obtinuit regnum Francorum Occidentale, dein anno* 875 *coronatus Romæ* 25 *Decemb. Imperator. In Breviario monaſterii S. Remigii his omiſſis legitur*: Tempore Ludovici Balbi Caroli Calvi Regis filii, *qui illi anno* 877 *ſucceſſit: ſed ex Sede Erchanrai corrigitur error.*

k Erchanraus *fuit Synodi Cariſiacæ Legatus ad Ludovicum Regem Germaniæ anno* 848, *iterum è Synodo Metenſi an.* 859, *quo etiam interfuit Concilio apud Saponarias, & an.* 860 *Concilio apud Tuſiacum, & an.* 866 *Sueſſionenſi* 3, *& an.* 867 *Tricaſſino. Succeſſit Lupo* 2, *qui Sueſſionenſi* 2 *Concilio adfuit anno* 851. *Subſcripſit etiam privilegio Odonis Epiſcopi Bellovacenſis, non anno Caroli Calvi* 35, *ut citatur apud Sammarthanos, ſed anno ejus* 15 *aut ſimili ante annum* 19, *quo ſedebat* Erchanraus: *cui anno* 868 *mortuo ſucceſſit Willebertus, qui erat annus* 29 *regni dicti Caroli Calvi.*

l Odo, *aliquibus* Eudes, *regnavit ab anno* 888 *uſque ad an.* 898.

m *In Chronico Beſuenſi notatur* annus 891.

n *Eſt etiamnum* Eccleſia Cathedralis dicata S. Stephano.

C o *In Breviario monaſterii S. Remigii iſta concluſio additur*: Erutum autem poſtea corpus de viſceribus terræ, Remos in eccleſiam S. Remigii tranſlatum eſt: ubi hodie ſummo honore habetur.

HISTORIA TRANSLATIONIS

Auctore Flodoardo lib. 3. *cap.* 9.

a *S. Gibrianus in Gallia pie mortuus,*

1 TEmporibus *a* Fulconis Archiepiſcopi Remenſis, delata ſunt ad eccleſiam B. Remigii membra S. Gibriani à pago Catalaunenſi, ubi peregrinatus fuiſſe noſcitur & humatus. Advenerant ſiquidem in hanc provinciam ſeptem fratres ab Hibernia, peregrinationis ob amorem Chriſti gratia, hic ſcilicet Gibrianus, Helanus, Treſanus, Germanus, Veranus, Abranus, Petranus, cum tribus ſororibus ſuis Francla, Promptia, Poſſenna, eligentes ſibi ſuper fluvium nomine Matronam opportuna degendi loca. Quorum hic Gibrianus ſanctus Sacerdos quemdam vicum elegit ad habitandum, Coſla vocatum, ubi plurimis annorum curriculis ſobrie, juſte, & pie vivens, uſque ad exitum vitæ, bonum ſtuduit certamen certare. Cujus corpus primo juxta publicum fertur aggerem ſuiſſe ſepultum: ubi poſtea ſupra tumbam ipſius eſt oratorii ædicula conſtructa, ob inſignia ſcilicet quædam miraculorum ibidem manifeſtata: ad quam confluere populi ſolita fuerat frequentia, maxime cum depoſitionis ejuſdem celebrarentur feſta. D

2 Multa namque inibi ſanitatum tribuebantur remedia: ex quibus quædam habentur deſcripta, ſed plurima celantur ignota. Tres tamen mulieres *b* nominibus adſcriptis ibidem notantur illuminatæ. Cuidam præterea nomine Grimoart manus cum integra eſt ſanitate reſtituta. Tempore denique Regis Odonis, graſſante Normannorum crudelitate, terraſque Francorum vaſtante, hujus Sancti eccleſiola igne cremata eſt cum aliis multis ejuſdem pagi. Poſt cujus combuſtionem ſæpius auditæ feruntur voces pſallentium perſonarum non apparentium: luminaria tamen quædam noctibus inibi videbantur ardentia. b *miraculis illuſtratur*

3 Cumque fama hujuſmodi virtutum circumquaque percrebuiſſet, ſuperno ductus amore Sanctique veneratione, Hadericus religioſus Comes, acceſſit ad Rodoardum, Epiſcopum Eccleſiæ Catalaunicæ, obnixe flagitans, ut quia locus ille, ubi hoc ſacrum corpus ſub dio jacebat, funditus erat deſtructus; daret ei licentiam illud transferendi, ubi devotius & venerabilius ſervari valuiſſet. Qui dum diu perſiſtens in precibus, tandem ſuæ petitionis obtinuiſſet effectum; vocato nauta fertur ei naulum dediſſe eo tenore, ut noctu ante galli cantum ad oram fluminis ejus præſtolaretur adventum. Cumque ſtatuto noctis tempore viri tres cum quodam Sacerdote adeſſent fluvii ripæ, miſſi ab hoc Comite; nauta defuit, nave ulteriori defixa fluminis oræ. His quoque viris adventum navigeri diu præſtolantibus & viciſſim clamantibus, cum nemo eis reſponderet; dolore perculſi corruunt in terram proni, devote precantes ut, ſi Deo placitum foret corpus illius Sancti de loco eodem transferri, aliquibus id eis dignaretur oſtendere ſignis. Moxque navis ſoluta divinâ virtute nexu quo tenebatur affixa, ripæ qua expectabatur mirabiliter accedit appulſa: quod admirando perſpicientes, & maximas Deo gratias referentes, aſcendunt navem, de voluntate Dei ſecuriores effecti. Acceſſeruntque ad locum ſepulcri, de aperto ſaxeo in quo ſacra membra jacebant ſarcophago, reverenter elevant, tranſponentes hæc in præparato ad id opus noviter ſcriniolo; ſicque cum ingenti gaudio remeantes ad navem, tranſeunt celeriter flumen; hoc pignus cum laudibus deferentes ad vicum Balbiacum, ubi per triennium conſtat honorabiliter conſervatum. c *corpus ut tràs feratur, navis ultro accedit.* E *elevatum Balbiacum defertur.* F

4 Poſt hæc ad eccleſiam B. Remigii honorifice eſt delatum, & cuſtodi eccleſiæ devote commiſſum, juxtaque ſepulcrum hujus ſanctiſſimi Patris honorifice collocatum. Poſt biennium præfatus Comes cum uxore ſua Heriſinde Domnum Fulconem Præſulem humiliter expetiit, poſtulans ut ei locum ſepulturæ concederet in dextera hujus eccleſiæ parte, juxta oſtium cryptæ: quo impetrato, & altari ſtatuto, atque argenteo decore cooperto, illic decenter hæc venerabilia deponuntur membra. *inde ad eccleſiam S. Remigii.*

5 Denique poſtquam à præfato ſepulturæ ſuæ ſublata ſunt loco, quædam mulier cæca, Erentrudis nomine, illo candelam deferens, acceſſit impetrandæ cauſa medelæ. At comperto ſacrum corpus inde ſublatum penitus eſſe, nimio angore affecta cœpit flendo conqueri, cur Sanctus hic Domini abinde ſe permiſiſſet auferri, & cur deſeruiſſet vicinos, quibus beneficia ſolitus erat præbere divina. Subveniri ergo ſibi gemitibus expoſcens, viſum ſibi eſt proficiſci debere ad vicum Matuſgum, ubi frater ejus Sanctus *eo & S. Verano invocatis cæca illuminatur.*

A ctus quiescebat Veranus. Ad cujus sepulcrum candelam ponens, seseque in oratione prosternens, cœpit flendo utrumq; invocare fratrem. Dumque Sancti nomen crebro repetit Gibriani, cœpit caligo albuginis ab oculis ejus abrumpi, sicque divina propitiante pietate prisco redonatur lumine.

ANNOTATA.

a Fulco, *ex Abbate S. Bertini Sithievensi & S. Vedasti Atrebatensi, creatus Archiepiscopus Remensis anno* 882, *occisus an.* 900 *die* 17 *Iunii, quo ejus memoria celebratur.* EX MS.

b *Ea in indicata historia habentur.*

c Willeberto *Episcopo Catalaunensi supra indicato successit* Berno, *qui an.* 878 *subscripsit Synodo* 2 *Tricassinæ. Huic subrogatus* Rodoardus *habuit successorem* Mancionem, *qui anno* 900 *interfuit consecrationi Herivei in Archiepiscopum Remensem, post obitum dicti Fulconis.*

DE SANCTO DESIDERATO

EPISCOPO BITVRICENSI IN GALLIA. G.H.

ANN. DL.

Cultus sacer

Vinque Ecclesiæ Bituricensis *Episcopi coluntur mense Majo Sanctis adscripti: ex quibus* S. Desideratus *inter propria diœcesis Bituricensis refertur ad hunc* VIII *Maji. Ejus festum peragitur officio Ecclesiastico novem Lectionum: ad quem diem in MS. Vsuardo Reginæ Sueciæ ista leguntur:* In agro Biturico depositio S. Desiderati, Episcopi & Confessoris. *Alius est* S. Desideratus, Arvernensis in Gallia Episcopus, *cujus Acta dedimus* XI *Februarii, cui ad eumdem diem adjunxit* S. Desideratum Episcopum Bituricensem *Constantinus Ghinius in Natalibus Sanctorum Canonicorum. At Ferrarius eum refert ad diem* XIII *Maji.*

B

annus obitus,

Interfuit hic S. Desideratus *Concilio Aurelianensi* V, *habito anno* DXLVII, *& Arvernensi* II *anno* DXLIX, *mortuus forsan anno sequenti die Dominica, in quam tunc incidit dies* VIII *Maji, Cyclo solis* XXVII, *littera Dominicali* B. *Extat à Philippo Labbe editum Patriarchium Bituricense ab anonymo scriptore, seculo præcedente concinnatum, in*

Vita scripta.

quo capite 23 *ista leguntur:* Vigesimus tertius præfuit S. Desideratus: cujus gesta quidam Abbas Boviensis Ecclesiæ simplici sermone ad posteros transmisit, quæ juxta vetus exemplar, mendis fideliter eruderatis, subjecimus: *ex quo & nos hic damus. Saussajus in Martyrologo Gallicano, Ioannes Chenu, Claudius Robertus, & Sanmarthani in Archiepiscopis Bituricensibus sua elogia inde formarunt. Aliquod ejus compendium ex vetustissimo Bituricensis Ecclesiæ Breviario ad diem* VIII *Maji, dedit prædictus Labbe pag.* 366, *in quo eadem, quæ hic sunt, exprimuntur verba.* Boviensis *porro Abbatia, unde Vita prodiit, non alia videtur accipienda, quam quæ vulgariter* le Boeuf, *id est*, Bos, *nuncupatur,*

C *intra tertiam à civitate Lemovicensi leucam. Hanc Ordinis Cisterciensis esse, & anno* MCXXIII *acceptis Dalona Religiosis fundatam, scribunt Sanmarthani, & forte minus recte nominant* Bulium, *ac* Bubium *scribere voluerunt.*

VITA

Auctore Abbate Bovensi.

Ab Auctore Patriarchii Bituricensis exornata.

a 1 TEmporibus Chlotharii *a* Principis, tenente illo sceptra regni Francorum Suessionico oppido, quinque milliariis distante ab ipsa civitate nuncupato *b* Sauciaco, hi tres venerabiles viri, Desiderius, Deodatus & Desideratus, patre Augino viro illustrissimo, matre vero Agia femina generosissima procreati, adeo fuere circa Dei cultum & pia opera studiosi, ut cuncta quæ possidebant in diversis necessitatibus hospitum, pauperum, peregrinorum, & monachorum liberaliter impenderent. Erant au-

Illustri familia prognatus,

b

tem fidei integritate puri, longanimitatis spe floridi, sapientiæ luce conspicabiles, caritatis non fictæ gratia insignes: in quorum domo, non, ut assolet in quorumdam secularium conviviis, mimorum vel histrionum carmina fœda; sed Euangelica & Apostolica sive Prophetica personabant oracula; illum diem ducentes solennem, quo aliquem verbi divini præconem hospicio suscipere meruissent. Primogenitus itaque Desiderius monasticam vitam eligens, martyrio tandem ob fidei Christianæ defensionem *c* coronatus est: Deodatus vero, thesaurorum regalium summus & fidelis procurator effectus, quamvis in seculi dignitatibus positus fuisset, religiosam tamen vitam ducebat, justus, timoratus, amabilis, pius, prudens, largus ac profusus in eleemosynis erogandis. Et hic nocte, dum orationibus invigilaret, ab æmulis, qui ob bonitatem & clementiam ejus ei invidebant, necatus est.

à piis parentibus educatus,

E

c

habuit fratres Desiderium & Deodatum Martyres.

2 Sanctus autem Desideratus Auricularii officium in aula Regis sortitus ad edicta Regalia *d* signanda, quorum ipse conscriptor erat, sigillum vel annulum Regis custodiebat. Erat enim sensu providus, eloquio dulcis, vultu decorus, & ante omnia in caritate Christi bene fundatus. Denique intantum Regi & Optimatibus cunctis efficiebatur gratus & amabilis, ut ad illius nutum cuncta gererentur Palatina negotia, & ejus consilium tam Rex ipse quam cuncti Magnates tamquam divinum oraculum exciperent. Denique assidue Regem hortabatur, ut Regem Christum, omnium Conditorem ac Redemptorem, sine quo nullus justus regnat, diligendo, timendo, cunctisque ejus mandatis obediendo, coleret; subjectorum populorum se socium magis quam dominum æstimaret; subditis parceret, superbos debellaret, fines imperii defenderet, & ad abundantiorem Christi Ecclesiæ pacem dilatare contenderet; flagitiosas personas, utpote fures, homicidas, hæreticos maxime, à regno detruderet: admonens sanctorum locorum præ omnibus curam gerere, renovandorum vel construendorum cœnobiorum operibus studiose insistere; peregrinis, pauperibus, orphanis, omnibusque necessitatem patientibus pie subvenire: dicens justum esse & Deo acceptum, ut cunctorum sibi subjectorum necessitatibus compateretur. At gloriosissimus Rex Chlotharius, hujus nominis primus, monitis viri Dei libenter aurem accommodabat: quamobrem cunctis hostibus fortior extitit, & omnibus Regibus, qui se præcesserant, felicior fuit.

d

Factus Referendarius Regis,

F

eum hortatur ad virtutes regias amplectendas.

3 Beatus igitur Desideratus inter hæc, licet in palatio Regis sub tegmine militari stare videretur, potius tamen monachus quam laicus ab omnibus noscebatur. Nam sæpissime vestibus ornatus pretiosis, & aureo præcinctus baltheo foris apparuit, sed interior ejus habitus cilicium asperrimum fuit. Persistebat in orationibus, in jejuniis, in hospitum susceptione,

ipse omni genere virtutum exornatus,

AUCT. AB. BOVIEN. ſceptione; terrenam patriam ut exul incolebat, cæleſtem vero ut patriam diligebat: hac, inquam, utebatur ut exul, ad illam tendebat ut civis. Porro ipſe meditabatur inceſſanter, quomodo cunctis ſeculi dignitatibus relictis ſe ſoli Deo militaturum in monaſterii clauſtris offerret. Siquidem Rex & cuncti Optimates ei plurimum reſiſtebant, dicentes eum potius plurimorum utilitati debere conſulere, quam ſuæ particulari ſatisfacere devotioni. Itaque vir Deo plenus, videns ſe ratione pariter & Regia auctoritate adſtrictum (ſciebat enim ſcriptum, omnibus, Poteſtatibus ſublimioribus ſubditi eſtote; &, Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo) ab hac intentione ad tempus ardentem animum finxit tepuiſſe. Sed qualis intus erat, exterior actio evidentius monſtrabat. Adhærebat autem illis, quos fidei puritas & morum ſanctitas commendabat. Hæreticos vero perhorreſcens, eos gravi odio perſequebatur. Nam quemdam gravi dogmatis aſſertorem miſſum ex Afia, qui Æduorum civitatem peſtifero doctrinæ ſuæ veneno infecerat detexit, & confutatum de regno expulit. Simoniacam etiam labem, quæ Arvernenſium & Biturigenſium, nec non totius pene Aquitaniæ fines polluerat, auxilio Regis & verbo ſanctæ prædicationis eliminavit.

Rom. 13, 11 Mat. 22, 21

perſequitur hæreticos

& Simoniacos:

B 4 Interea defuncto *e* B. Archadio, urbis Biturice Archiepiſcopo veneratione digno, S. Deſideratus, tam Regis quam Principum, Cleri ac populi favore, ſuffragio, electione, ad ſubeundum pondus Pontificatus compellitur. Quo quidem ſuſcepto, cum in Sede prima Aquitaniæ aliquamdiu reſedisſet, & gravem ob cauſam Hiſpaniarum fines ingreſſus, comperiſſet eamdem regionem ab * annis ſeptem rore cæli & pluviæ ſtillicidio penitus caruiſſe; oratione fuſa ad Deum, apertionem cæli & imbrium effuſionem à Domino, largam obtinuit, ſubſequente fructuum, arborum & terræ naſcentium ubertate maxima. In quo nimirum facto morem S. Eliæ Prophetæ, cujus ipſe in multis extitit ſedulus imitator, tenuiſſe invenitur: quo orante cælum (quod fuerat peccatis hominum exigentibus clauſum ne plueret annos tres & menſes ſex) dedit pluviam & terra fructum ſuum. Denique iſte ſanctiſſimus Præſul, non virginitatem Eliæ ſolum, ſed & zelum in peccantes imitatus, Reges & Potentes frequenter liberrima increpatione redarguit. Ipſum vero nullius terrores, nullius blandimenta à rectitudinis tramite abducere potuerunt.

e creatur Epiſcopus Bituricenſis:

* *credo menſibus in Hiſpania poſt longam ſiccitatem impetrat pluviam:*

C 5 Confœderato igitur populo Hiſpaniarum & magnifice confortato in fide, verbo & miraculo, cum ad Sedem ſuam revertens, per Andegavenſem diœceſim iter ageret; pauper quidam (cujus manui lignum, quo contra præceptum Eccleſiæ molam farinariam rotare die Dominico præſumpſerat, tam ſtricte hærebat, ut nullatenus avelli poſſet) procidens ad veſtigia ejus, miſeriam ſuam peccatumque miſerabiliter confeſſus, rogabat ut Dei ſervus ſui miſereri dignaretur. Nec mora, ubi Pater ſanctus homini huic benedictionis munus impendit, manum illius ſanavit, ac eam è veſtigio priſtinæ conſuetudini deſervire conceſſit: ita dumtaxat ut Dominicis diebus & feſtis Sanctorum ſolennibus ab opere ſervili abſtineret, eccleſiam frequentaret, orationi vacaret, verbum ſalutis audiret, communionemq; ſanctam interdum devote ſuſcipere mereretur.

manum mola adhærentem curat:

6 Non multo poſt vir quidam genere haud ignobili glorioſus, abunde dives, apud Biturices tam adverſa valetudine tenebatur, ut jam exanimis effectus à multis crederetur. Siquidem ut ipſe poſtea referebat, in extaſi poſitus multa inferni ſupplicia eſt contemplatus: cui tandem apparens ſancta Virgo Eulalia dixit, quod ſi in eodem, quo ipſe æger jacebat loco, cœnobium monialium conſtruere vellet; mox accepta benedictione ſancti Patriarchæ Deſiderati, non ſolum morbo erueretur, verum etiam vita ejus ad vigeſimum uſque annum inde protelaretur. Spopondit itaque quæcumque petebantur ſe libenter facturum: ſicque illa viſione ab oculis ejus diſparente, ad ſe reverſus, multis & aſſiduis precibus petita & obtenta ſui Pontificis benedictione, è veſtigio eſt omni morbo liberatus. Huic tam grandi ſpectaculo Rex Chlotharius, & multi alii affuerunt; Dei omnipotentiam admirantes, & amicum Chriſti B. Deſideratum inſigniter probantes, perfectæ laudis ampliſſimum ei teſtimonium reddiderunt.

moribundū à S. Eulalia ad ſe miſſum ſanat:

D 7 His ita ſe habentibus, venerabilis Pater Deſideratus Romam caput orbis proficiſci diſpoſuit. Quo cum perveniſſet, proſternens ſe ſingulis memoriis ſanctorum Apoſtolorum & Martyrum, ſic incumbebat ſedulæ precationi, ſic compunctione cordis & rerum cæleſtium contemplatione penitus obruebatur, ut ubicumque in oratione jacuiſſet, flumine lacrymarum irrigaret pavimentum. Quo ſane effectum eſt, ut ipſi apud B. Petrum pſallenti atque dicenti hunc verſum, Exultabunt Sancti in gloria, reſponſum ſit divinitus, Lætabuntur in cubilibus ſuis. Perfectis autem orationibus pro ſe & totius Eccleſiæ militantis pace, ad ſepulcra beatorum Apoſtolorum; venerabilis ſenex, divina revelatione admonitus, ut ad propriam Sedem revertereretur, acceptis plurimorum Sanctorum Reliquiis, tandem proſpero itinere redditur ſuæ civitati, Rege nimium exultante; ac cunctis Optimatibus cum univerſo Clero & populo magnifice Deo gratias agentibus, quod eorum Pontificem & Patriarcham ſummum eiſdem incolumem reſtituiſſet.

Romam profectus pia ſacra loca obit:

E *divinitus monitus redit:*

8 Tunc quidem perlatum eſt ad eum, Pictavos & Andegavenſes, quos iens in Italiam optime confœderatos reliquerat, rurſus inſtigante diabolo inter ſe magna contrarietate diſſidere; ac utrumque populum odia etiamque concertationes in invicem hoſtiliter exercere. Mox erupit in lacrymas pius Paſtor, ſuſpiria miſit ad cælos; & invocato pacis auctore Deo, ſeſe concordiæ arbitrum fecit, temperavit litem, pacem compoſuit. Alio quoque tempore vir Dei audito quod Saxones atque Auſtrenſes in apertas iras & contumelias adverſum ſe ambo prorupiſſent, cupiens etiam inter eos conciliare pacem, illuc multis itineribus Deo ducente pervenit. Cum autem eſſet Coloniæ, quemdam ex nobiliori genere virum, bonis quidem moribus innutritum, ſed beneficio rectæ elocutionis jam undecim annis privatum, elementi valde atque benigno affectu intuens, extenſa dextra ſignum Crucis capiti ejus impreſſit: cujus benedictionis virtutem, ut ille perſenſit, illico uſum loquendi recepit.

patrem conciliat inter Pictavos & Andegavenſes;

item Saxones inter & Auſtraſios,

F *loquelam perfectam reddit civi Colonienſi:*

9 Inde vero optimus efficaciſſimuſque pacis arbiter, memoratis provinciis ad concordiæ ſtudium revocatis, cum *f* per Neuſtriam iter conficiens, Verdunenſem civitatem intraſſet; ecce eidem, apud ſanctæ Dei Genitricis Mariæ oratorium precibus humiliter procumbenti, oblata eſt mulier, dire à dæmonio vexata. Tum ille, qui ſuapte natura adeo pius & clemens erat, ut nil ab eo præter propenſam miſericordiam expectaretur; afflictæ mulieri non potuit non condolere. Quid igitur? Oratione præmiſſa obſeſſæ mulieris caput ſacratis manibus fortiter ſtrinxit, donec hoſte fugato eam penitus liberam & optime valentem dimiſit.

f *energumenam liberat Virduni:*

10 Interea Rex Childebertus Eccleſiarum Præſules juſſit apud urbem Aurelianenſem, ob quintam Synodum illic celebrandam, convenire quinto Kalendas Novembris *g*.... Ubi ſanctus *h* Patriarcha Deſideratus cum conſilio aliorum *i* quadraginta quatuor

intereſt Synodo Aurelianenſi:

g h i

A tuor venerabilium Episcoporum, anathematizavit & condemnavit nefariam *k* sectam Eutychetis & Nestorii. Inter cetera quæ etiam illic ordinata
k
l sunt, hic extat articulus: *l* Si quis de Provincialibus Episcopis à Metropolitano suo ad Concilium intra suam provinciam fuerit evocatus, & præter evidentem infirmitatem ad Concilium venire distulerit, atque de Synodali conventu, antequam de cunctis concludant, sine consensu Concilii ipsius discedere fortasse præsumpserit, sicut & præcedentibus regulis statutum est, sex mensibus à Missarum officio suspendatur &c.

m 11 Eo tempore *m* Forbius, homo fastuosus, arrogans, voluptuarius, Aniciensium, qui nunc Podiani dicuntur, Ecclesiam tenebat. Hic cujusdam pulchræ mulieris captus pravis cupidinibus, de-
Anicienſ. Epiſcopum adulterii convictum
prehensus atque convictus est adulterii crimen, quo nullus vitii alicujus rumor spurcius olet, cum ea perpetrasse. Quamobrem apud Sanctum Patriarcham Desideratum graviter accusabatur. Vir autem Domini sciens quam fœdum sit, hominem, ad summa divinaque provectum, turpiter supplicem esse scorto putidissimo; flens amarissime, illius ruinam deplorabat. Tamen ne sibi culpæ verteretur, si tam grave delictum in suo Suffraganeo
B punire dissimularet; re solerti indagine vestigata, inventa & confessa, eumdem Forbium hoc modo Episcopatu abdicavit. Siquidem vices suas cuidam
n dilecto & fideli socio suo, nomine *n* Flaviano,
deponit per Flavianum Vicarium ſuum,
magnæ sanctitatis viro, ob ætatis provectæ impotentiam commisit, ut ad civitatem Podium accedens, dictum Forbium ab administratione Pastoralis regiminis dejiceret, utpote hominem multo dedecore commaculatum, & Pontificalis apicis honore prorsus indignum. Quod ut vir ille, omni virtutum genere instructissimus, ad effectum rite perduxit, jam revertens diem clausit extremum.

12 Cujus morte audita Sanctus Pater Desideratus contristatus, & ex tot itinerum fatigatione confractus, prope ingressum diœcesis suæ morbo febrili ad desperationem usque medicorum laborare cœpit. Itaque lecto decubans, convocatis Episco-
& hoc mortuo etiam ipſe moritur.
patus sui Majoribus ac Senioribus, monitis etiam salutaribus præmissis, infuso sibi sancto Spiritu, prædixit se die Dominica proxima sanctam Deo animam redditurum. Quod & ita rei probavit eventus. Nam ipso, quem sibi fore ultimum prophetando designavit, die videlicet octavo Idus Maji,
C nono Episcopatus sui anno, magnis clarus virtutibus, feliciter obdormivit in Domino, sanctissimum quidem spiritum Deo reddens, terris vero pretiosum corporis thesaurum relinquens. *o* D
o

ANNOTATA.

a Chlotharius *à morte Chlodovei sive anno* 510 *regnavit usque ad an.* 562.

b Sauciacum *vulgo* Saussy *versus Laudunum.*

c *Nullam hactenus* Desiderii *aut* Deodati *memoriam in sacris Fastis reperimus.*

d *Indicatur officium* Referendarii *sive* Cancellarii: *quales fuerunt sub Chlothario* Baudinus, ex Referendario Episcopus Turonensis; *&* Charigisilus, meritis S. Martini à paralysi liberatus: *cujus meminit Greg. Turonensis libro de Miraculis S. Martini cap.* 25, *uti* Baudini *sub finem libri ultimi historiæ Francorum.*

e *Mortuus est* S. Arcadius *Kalendis Augusti, quo die colitur.*

f *Imo* versus Neustriam, *quia* Virdunum *erat penes Austrasios.*

g *Habita illa Synodus anno regni* 38, *id est Christi* 547: *hic autem erat adscriptus annus* 552, *& forte ab Auctore Patriarchii Bituricensis.*

h *Post Episcopos Lugdunensem, Arelatensem, Viennensem & Trevirensem subscribit his verbis,* Desideratus in Christi nomine Episcopus Ecclesiæ Bituricæ. *Nomen* Patriarchæ *intrusum videtur à dicto Auctore Patriarchii, qui illud affectat.* B

i *Imo* 50 *Episcopi, &* 20 *Presbyteri, ab aliis Episcopis submissi, subscripserunt.*

k *Hæc condemnatio continetur canone* 1.

l *Est hic canon* 18.

m *Sanmarthani* Fortium *nominant: omittunt eum Ioannes Chenu & Claudius Robertus.*

n *Idem Sanmarthani* Fortio *succedere faciunt* Flavianum: *sed apparet hunc Biturigibus relictum Vicarium, licet ad eum sensum absolvendum exciderit aliquid, simile iis quæ substituimus verbis:*

o *Addebantur ista sub finem.* Floruit ab anno 545 ad annum 554 temporibus Vigilii Papæ, imperante Justiniano, & regnantibus in Francia Theodeberto, Childeberto atque Chlothario primo. *Quod glossema est Auctoris Patriarchii, ut cum Actis aliorum Pontificum conveniret. Floruit autem Episcopus ab anno* 541 *ad annum* 550, *quo mortuus est die Dominica,* 8 *Maji. Quod autem dictus Auctor in assignando tempore Sedis Episcoporum sapius plurimum aberret, optime apparet ad diem* XXII *Maji in Actis* S. Aigulfi, *cui solum annum unum & menses aliquot attribuit, cum sederit annos* XXVI, *& aliquamdiu ante obierit, quam eum ad Episcopatum adducat.* F

DE S. TARASIO THAVMATVRGO
IN LYCAONIA. G.H.

VArii Sancti, qui sub Patriarchatu Constantinopolitano floruerunt, illustrantur in MS. Græco Synaxario Ecclesiæ Constantinopolitanæ, quod Parisiis ex Collegio Claromontano Societatis JESU *commodatum habemus: & inter hosce ad hunc* VIII *diem Maji est* S. Tarasius, *de quo ista pauca traduntur:* Eadem die memoria Sancti Patris nostri & Thaumaturgi Tarasii, qui in Lycaonia floruit. *In Menais excusis & apud Maximum Cytherorum Episcopum ad diem* IX *Martii memoratur* S. Tarasius *nudo nomine, quem tum arbitrati fuimus forte esse* S. Tarasium Archiepiscopum Constantinopolitanum, *de quo egimus,* XXV *Februarii, quod hujus* Tarasii *non haberemus ullam notitiam: at modo de hoc* Thaumaturgo *ibidem potius agi opinamur. Est* Lycaonia *regio Asiæ minoris, cujus Metropolis est* Iconium, *habens sub se alias urbes Episcopales novemdecim, quas post alios enumerat Carolus à S. Paulo in Geographia sacra.*

DE SANCTO MELE

G.H. *HYMNOGRAPHO APVD GRÆCOS.*

Menæa Græca MSS. quæ Divione in Collegio Societatis Ieſu apud Petrum Franciſcum Chifletium invenimus, hunc nobis Sanctum protulerunt, ad VIII *Maji his verbis:* Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ὁ ὅσιος Μήλης ὁ Ὑμνοποιὸς ἐν εἰρήνῃ τελειοῦται. Eadem die Sanctus Meles Hymnographus in pace deceſſit. *Dein adjungitur hoc diſtichon.*

Ἐκσάντα Μήλην Ὑμνοποιὸν ἐκ βίε
Ὑμνεῖν λόγοις δικαῖον, ὡς ἐμὸς λόγος.

Melen migrantem Hymnographum ex hac vita,
Laudare rythmis convenit, ut eſt hic meus.

Hymnos porro, quos Sanctus hic Meles *compoſuit, de rebus ſacris ac piis fuiſſe nullus ambigo: inter eos tamen quibus Græcorum ornantur Menæa, non facile invenies aliquem qui nomen illius, ut auctoris præferat. Sed nec inter Canonum Troparionumque auctores ſeptuaginta circiter, quos nominat Leo Allatius pag.*81 *Diſſertationis primæ de Eccleſiaſticis Græcorum libris, recenſetur ille: quò magis optandum ut inveniatur alius ejuſdem Leonis tractatus de Melodis Græcorum, in Diatriba de Georgiis ab ipſomet indicatus, aliquid forſitan lucis daturus circa hunc nobis tam ignotum Sanctum.*

DE SANCTO METRONE

G.H. *PRESBYTERO VERONÆ IN ITALIA.*

VIII Maii. B *Corpus & Cultus ſacer.*

Memoria S. Metronis *celebratur* Veronæ *in Martyrologio Eccleſiæ Cathedralis die* VIII *Maji his verbis:* In Verona S. Metronis Confeſſoris: cujus corpus requieſcit in eccleſia S. Vitalis, ubi ipſe vitam beatam longo tempore cum magna abſtinentia deduxit. *Eodem die Grevenus in Auctario Vſuardi, anno* MDXV *&* MDXXI *excuſo, meminit* Metronis Confeſſoris Veronæ quieſcentis. *Addit Caniſius in Martyrologio Germanico, fuiſſe* virum ſeveræ pœnitentiæ. *Ferrarius, in Catalogo generali & alio Sanctorum Italiæ, eumdem ad hunc* VIII *Maji, celebrat, quo eum vita functum infra in Actis aſſeritur. At poſtridie ſeu* VII *Idus Maji, deceſſiſſe tradit Petrus de Natalibus lib.*4 *Catalogi cap.*147, *& ſequuntur Maurolycus & Felicius in ſuis Martyrologiis. Verum ob feſtum S. Michaelis Archangeli, die* VIII *Maji, celebrari ſolitum, officium Eccleſiaſticum de S. Metrone transferri in diem* X *Maji obſervat Ferrarius: die autem* XIII *Maji, refertur in MS. Vſuardo in Alſatia auctо. Vitam ejus haberi in Lectionario antiquo Eccleſiæ Cathedralis tradit Auguſtinus Valerius Epiſcopus Veronenſis de Sanctis ſuæ Vrbis, & hanc pag.*56 *publicavit.*

Vita compendium ex Auguſtino Valerio, C

2 Metronis Presbyteri & Confeſſoris, natione Germani, corpus Veronæ in templo S. Vitalis Martyris conditum, ſumma veneratione colitur. Is pœnitentiam ſibi ab Epiſcopo Veronenſi impoſitam, ob inceſtum cum filia, priuſquam eſſet Clericus, inſcienter tamen admiſſum, libenti animo accepit: ut ſcilicet compedibus ferreis vinciretur, & in Atheſim fluvium clavis projiceretur: nec antea illius culpæ labe dignoſceretur eſſe mundatus, quam illa clavis reperiretur. Clavis non multos poſt annos in capti piſcis ventriculo reperta eſt, & ita compedibus ſolutus fuit. Metro autem cum precibus Epiſcopi ſacris ordinibus eſſet initiatus, humanam gloriam fugiens, in ſolitudinem ſe recepit: in qua vita functus, ad cæleſtem patriam evolavit octavo Idus Maji, miraculis clarus. Optandos compedes, quibus à vinculis peccatorum vir ſanctus eſt liberatus, eique licet exclamare: Dirupiſti, Domine, vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiam laudis. Sancti viri corpus, de illo diſceptantibus inter ſe Veronenſi & Mantuano Epiſcopo, plauſtro impoſitum, bobus indomitis nemine regente, Veronam in templum S. Vitalis Martyris delatum eſt. *Hæc ibi, quæ eadem referuntur a Ioanne Franciſco Tinto lib.*5 *Nobilitatis Veronenſis cap.*7 *& ab ante memorato Ferrario. At Petrus de Natalibus loco indicato eum hoc elogio exornat.* Metron Confeſſor Veronæ colitur, in eccleſia S. Vitalis ſepultus: de quo fertur quod illuc Peregrinus advenerit, ſed unde venerit aut quo loco exortus fuerit ignoratur. Ibique exiſtens novum pœnitentiæ modum adinvenit. Nam lapidi magno, compede in cruce poſita, mediante ſe afflixit, clavemque compedis in flumen Atheſis projecit: hoc ſibi ſignum proponens, quod quandocumque clavem reperire contingeret, ab omnibus peccatis ſe abſolutum cognoſceret. Poſt plures itaque annos, appropinquante die vocationis ejus, piſcis capitur, in cujus ventre clavis illa reperitur, animam jam ſanctificatam deſignans, & corporis diſſolutionem inſtantem prænuntians: quæ poſt dies medicos facta eſt VII Idus Maji. *Hæc ibi: quæ fere eadem in MS. Rubeæ-Vallis habentur. Compendium ex utraque relatione habet M. Marulus Spalatenſis lib.*4 *Dictorum factorumque memorabilium cap.*10. *Quibus iſta ex Auguſtino Valerio addimus.*

E *aliud ex Petro de Natalibus:*

ſacellum & altare, F

3 Habet ſacellum & altare in dicta eccleſia S. Vitalis, titulo S. Metronis, dotatum à Georgio Alegro anno Domini MCCCCLXXVI, ut in ejus teſtamento manu Chriſtophori Avogarii die XXVIII Maji: in cujus palla eſt ejus imago veſtibus Sacerdotalibus induta. In pariete etiam ipſius ſacelli ad meridiem extabat pictura antiqua, quæ docebat, quomodo ſanctum corpus ejus, Sacerdotalibus veſtibus indutum, ab Epiſcopo cum Clero & populo Veronam advectum fuiſſet in plauſtro. Hæc pictura noſtris temporibus deleta fuit, dum ipſe paries dealbaretur. *catena & lapis:* Oſtenduntur adhuc in ipſa eccleſia S. Vitalis catena & lapis cui alligatus fuit S. Metro, dum pœnitentiam peragereret. In conſecratione altaris S. Helenæ, eccleſiæ ſanctorum Apoſtolorum, repoſitæ etiam fuerunt Reliquiæ S. Metronis Confeſſoris. Ex Pſalmiſta vetuſto dictæ eccleſiæ. *Reliquiæ alibi.* In eccleſia ſeu monaſterio S. Georgii in Prayda & S. Thomæ, inter Reliquias, quæ ibi aſſervantur, ſunt etiam Reliquiæ S. Metronis. *Hæc Auguſtinus Valerius. At quo claruerit tempore S. Metro, nulla monumenta tradunt. De S. Vitale egimus* XXVII *Aprilis.*

DE

DE SANCTO GODONE

EPISCOPO METENSI. G.H.

CIRCA AN. DCL. *Memoria in Faſtis.*

Eccleſia Metenſis *celebrat plurimos Epiſcopos, Sanctorum albo adſcriptos, de quorum Actis pauca admodum ad notitiam poſterorum devenerunt. Ex horum numero cenſendus eſt* S. Godo: *de quo ad hunc* VIII *Maji, in MS. Florario Sanctorum iſta leguntur:* Apud Metim depoſitio S. Godonis, ejuſdem urbis Epiſcopi & Confeſſoris. Claruit anno ſalutis DCLXXVII. *Meuriſius in Hiſtoria Epiſcoporum Metenſium iſta, ex Martyrologio Eccleſiæ Metenſis, ad hunc diem prodit:* Metis ſanctorum Confeſſorum pariterque Pontificum Godonis atque Glodulphi: *quibus Sauſſajus in Martyrologio Gallicano hac addit.* Qui vicibus alternis huic Eccleſiæ præſidentes, ut pari Chriſti amore ovile ſibi commiſſum curaverunt, ſic exactæ fideliter paſtoralis villicationis eodem præmio meruerunt à cæleſti ipſo munerario cum Beatis coronari. *Quæ de omnibus Epiſcopis Sanctis dici poſſunt. Colitur* S. Clodulphus VIII *Iunii ad hunc diem Martyrologio Romano inſcriptus. Meuriſius tempus Sedis* S. Godonis *aſſignat* annorum octo, ab anno DCLV uſque ad annum DCLXII. *Verum multo citius arbitramur eum in Epiſcopatu vixiſſe.*

B *tempus Sedis.*

2 *Deceſſor ejus fuit* S. Goëricus, *qui corpus S. Arnulphi etiam Metenſis Epiſcopi circa annum* DCXXXVIII *è Voſago Metas tranſtulit: at quamdiu poſtea vixerit non conſtat. Colitur* XIX *Septembris. Succeſſor vero* S. Godonis *fuit jam memoratus* Clodulphus. *ad quem à S. Remaclo Epiſcopo Trajectenſi Metas miſſus fuit S. Trudo anno* DCL *aut proxime ſequenti: proinde* S. Godonem, *qui inter hos duos à Paulo Warnefrido & reliquis ſcriptoribus collocatur, opinamur ab anno* DCXLII *uſque ad annum* DCL *Epiſcopatui præfuiſſe: quo etiam tempore, antequam S. Remaclus eſſet in Epiſcopum Trajectenſem electus, S. Sigebertus Rex Francorum fundavit monaſterium Caſaconguidinenſe in ditione Luxemburgenſi,* cum conſilio magnificorum Apoſtolicorum Cuniberti *Archiepiſcopi Colonienſis &* Godonis *Epiſcopi Metenſis. Ipſum diploma damus ad Vitam S. Sigeberti Kalendis Februarii pag.* 234. *Addimus hiſce ex Meuriſſe, ſacrum hujus corpus in eccleſia S. Symphoriani & ab initio depoſitum fuiſſe & etiamnum haberi.*

Fuit Conſtantius S. Sigeberti Regis *ſepultus in eccleſia S. Symphoriani.* E

DE B. IDVBERGA SIVE ITTA,

SANCTIMONIALI SUB S. GERTRUDE FILIA, *NIVELLIS IN BRABANTIA.* G.H.

ANNO DCLII. *Epitome Vitæ ex Actis S. Gertrudis filiæ.*

Anctiſſimæ Virginis Gertrudis, *Abbatiſſæ* Nivellenſis *in Brabantia, Vitam dedimus* XVII *Martii auctore coævo, Clerico aut Presbytero domeſtico. Fuerat ea prognata patre* B. Pippino *Duce & Majore-Domus Regum Auſtraſiæ, & matre* B. Iduberga *ſive* Itta. *Illius Acta illuſtravimus ad diem* XXI *Februarii, & potiſſimum ex Vita dictæ filiæ Gertrudis: hujus ad hunc* VIII *Maji daturi, primo proferimus quæ de ea citatus auctor coævus habet in Vita jam dictæ filiæ Gertrudis, & ſunt ejuſmodi.*

quæ à matre Itta edocta, C

2 Cum eſſet in domo parentum ſancta Dei puella Gertrudis, ſecus pedes beatæ memoriæ Genitricis ſuæ Ittæ, die ac nocte verbo & ſapientia meditabatur, Deoque cara & hominibus amata, ſuper ſuas coætaneas creſcebat. Hoc primum electionis ſuæ in Chriſti ſervitio initium fuit..... quia oblatum à Rege Dagoberto ſponſum..... reſpuit cum juramento, & dixit: Quia nec illum nec alium terrenum, niſi Chriſtum Dominum, volo habere ſponſum..... & ad ſuam ſe convertit genitricem. Et ex illa die parentes ejus cognoverunt, à quali Rege adamata fuerat. Poſt annos vero quatuordecim, cum pater ejus Pippinus de hac luce migraſſet, matrem in viduitate ſecuta eſt, eique in oblequio atque Dei mandatis ſobrie & caſte ſerviebat. Cumque quotidie ſupradicta mater familias, tam de ſe quam de ſua orphana filia, quid eſſet factura cogitaret; adveniens vir Dei Amandus Epiſcopus ad domum ſuam, verbum Dei prædicans ex Domini juſſione, rogabat; ut monaſterium ſibi ſuæque filiæ Dei famulæ Gertrudi & Chriſti familiæ conſtrueret. Quæ ſtatim ut intellexit ignotæ rei notitiam ad ſalutem animarum pertinentem, ſacrum velamen accepit, & ſemetipſam Deo tradidit & omnia quæ habebat. Sed hoſtis humani generis & inſtigator, qui ab initio bonis operibus invidus eſt, ad reſiſtendum pravorum corda firmabat, ut ab his, qui ad Dei voluntatem faciendam eam adjuvare debuerant, non parvam ſuſtineret tentationem. Quales injurias vel ignobilitates & penurias pro nomine Chriſti ſupradicta famula Dei cum filia ſua perpeſſa eſt, ſcribere longum eſt, ſi per ſingula narrentur. Sed hoc tantum, quod ob devotionem & deſiderium quod habebat in ſe divinum, ut raptores animarum filiam ſuam ad illecebras hujus mundi ac voluptates pervim non raperent, ferrum tonſoris arripuit, & capillos ſanctæ puellæ adinſtar coronæ abſcidit..... Deinde miſericors Deus & adjutor in tribulationibus, ipſos adverſarios ad pacis concordiam revocavit. Ceſſarunt jurgia, pars diaboli victa eſt. Mater vero familias Itta, filiam ſuam Dei electam Gertrudem Sacerdotibus Domini tradidit, ad accipiendum ſacrum velamen cum ſodalibus ſuis, & ſancto gregi cœnobitarum Chriſto ordinante præeſſe conſtituit..... His itaque omnibus juxta divinum ordinem diſpoſitis, plena dierum & perfecta ætate, exemplum boni operis poſteris relinquens, ſoboles habens & ex eis videns nepotes, plus minus ſexageſimo ætatis ſuæ anno memoriæ beatæ Itta, poſt obitum viri clariſſimi Pippini Domini ſui anno duodecimo, Deo & Angelis ſpiritum commendans, migravit ad Dominum, & in Niviallæ monaſterio, ſub tegmine B. Petri Apoſtoli honorifice traditur ſepulturæ.

Eadem filiæ comam abſcinait, F *eamque monaſterio præfecit:* *& ſanctæ moritur.*

conſtructo ab eadem ex rogatu S. Amandi monaſterio

ſacrum velum accepit

3 *Hæc ex dicta S. Gertrudis Vita, ibique & paſſim in Mss. codicibus hujus Vitæ appellatur* Itta, *in Ms. aliquo Reginæ Sueciæ dicitur* Ittaberga, *hinc aliis* Iduberga *vocatur.* Soboles *autem præterea habuit* Grimoaldum *&* S. Beggam: *illum vidit mariti ſui* B. Pippini *ſucceſſorem, Majorem-Domus S. Sigeberti Regis Auſtraſiorum, & ex eo* Childebertum *nepotem, poſtmodum in-*

habuit nepotes ex Majore domus Grimoalde

AUCTORE G.H. felici eventu in Regnum Auſtraſiæ intruſum: & Wulfedrudem, poſtea in locum filiæ ſuæ Abbatiſſam, neptem & S.Begga ſuam. At S.Begga, nupta Anſigiſo Duci, peperit Pippinum Herſtallium patrem Caroli Martelli, ex quo prognati Pippinus Rex Francorum, Carolus Magnus Imperator, aliique Carolingicæ ſtirpis Reges & Principes. Vt autem ætas & anni omnium conferantur cum Æra vulgata, indicamus ex annis Dagoberti Regis omnia dependere: & quia in computu noſtro correcto oſtendimus dictum Dagobertum è vita migraſſe XIX Ianuarii, anni DCXXXVIII, conſequenter arbitramur Idubergam in hanc lucem circa annum DXCII exortam, eique filiam S Gertrudem anno DCXXV aut ſequente natam fuiſſe, ut quæ ante obitum dicti Regis Dagoberti annos nata duodecim cenſeatur nubilis fuiſſe. At B. Pippinus anno III Chlodovei II, Chriſti DCXL. mortuus, reliquit B.Idubergam viduam, quæ teſte Sigeberto Gemblacenſi in Chronico, anno quinto Chlodovei, (is nobis eſt annus DCXLII) inſtinctu S.Amandi ſe & ſua Deo devovens, monaſterium Nivialenſe fundavit, eique filiam ſuam Gertrudem, Deo dignam Virginem, præfecit: ac demum poſt obitum Pippini anno duodecimo, quem completum cenſemus, Iduberga migravit ad Dominum anno DCLII, ætatis ſuæ ſexageſimo. Ipſam autem S.Gertrudem triceſimo & tertio ætatis ſuæ anno, etiam completo, die Dominica XVI kalendas Aprilis, Deo deſideratum reddidiſſe ſpiritum, Acta teſtantur. Is nobis eſt annus DCLIX, quando cyclo Lunæ XIV, Solis XXIV littera Dominicali F, dies XVII Martii convenit in Dominicam tertiam Quadrageſimæ, ac poſtea Paſcha celebratum fuit die XIV Aprilis. At S.Begga extructura monaſterium, venit Nivellas anno trigeſimo tertio poſt obitum B.Gertrudis, anno ſcilicet DCXCI, quæ anno ſecundo perfectis omnibus migravit ad Dominum XIX Decembris anni DCXCIII. Et hæc ad Vitam tam B.Pippini quam S.Gertrudis in Notationibus & Commentario prævio cupimus ita corrigi: uti antehac monuimus in fine Exegeſis Præliminaris ante tomum 3 Aprilis.

ipſa viro vidua an. 640

ebiit ſexagenaria. an. 652.

B

4 Alia eſt Vita S.Gertrudis, libris tribus ſeculo XI aut XII conſcripta, quæ nobis minus placuit, & ideo ad XVII Martii omiſſa, curioſo lectore remiſſo ad Ioſephum Geldolphum à Ryckel Abbatem S Gertrudis Lovanii, qui hanc Vitam typis Lovanienſibus anno MDCXXXII vulgavit. Ex hiſce Actis Vitam B. Pippini dedimus XXI Februarii, quæ ibidem continebatur tribus primis capitibus, quibus ſubjunguntur quatuor capita de Vita B. Ittæ ſive Idubergæ. In his de loco natali ejus iſta leguntur: Venerabilis Itta extitit ex clariſſima nobilitate Aquitaniæ oriunda, ſicut ex poſſeſſionum ejus traditione ad nos facta indubitate cognoſcimus. Quas quidem per multa tempora, quamdiu pax viguit, Eccleſia Nivellenſis tenuit, multamque pecuniam inde per annos ſingulos exactores ejus referre ſolebant. Sed demum, ingravelcente bellorum tumultu, quia res longe remota erat, & ſine legatorum periculo adiri non poterat, paulatim negligi cœpit, donec tandem in jus alienum ceſſit. Hæc ibi. Stephanus Abbas Leodienſis ad S.Iacobum ſcripſit ſeculo XII Vitam S Modoaldi Epiſcopi Trevirenſis, ad diem XII Maji illuſtrandam: in qua dictus Epiſcopus traditur refulſiſſe ex inclyta Aquitanorum proſapia, cujus ſoror fuit Itta nomine, mulier admodum venerabilis ac Deo devota, in fide & bonis operibus clariſſimo Duci Pippino matrimonio juncta, cui in honorem ſanctæ Trinitatis tres ſumma dignos memoria liberos edidit, & ſunt Grimoaldus & duæ ſorores Gertrudis & Begga; dein ſtemma poſterorum ab hac procedentium fuſe deducitur, uti ibidem legi poteſt. Fuit eidem S. Modoaldo, adeoq; & B. Idubergæ, ſoror S. Severa, Abbatiſſa monaſterii ſuper ripam Moſellæ, à S. Modoaldo in honorem S. Symphoriani conſtructi: quæ colitur XX Iulii, tabulis Martyrologii Romani inſcripta.

dicitur ex Aquitania oriunda,

C

fuiſſe ſoror S. Modoaldi Ep. Trevirenſis.

D

& S Severa Abbatiſſa.

5 Aliam Vitam habemus ex codice Ms. Rubeæ-vallis prope Bruxellas ex prima parte Hagiologii Brabantinorum: quæ eadem extat in monaſterio Corſendoncano prope Turnhoutum in ſecunda parte diverſarum Legendarum. Ejuſdemque partem quamdam accepimus ex Ms Nivellenſi in novem lectiones diſtributam, cujus meminit Molanus in Natalibus Sanctorum Belgii ad hunc VIII Maji, additque ſe Nivellæ inquiſiviſſe, ſed ab omnibus ignorabatur, an aliquando in Officio Eccleſiæ lectæ fuerint, an tantum ad privatum uſum conſcriptæ. Nos quia tam dictam Vitam, quam indicatas lectiones non ſatis dignas relatu reperimus, eas omnino omittimus. Sub finem Vitæ unde ipſe ſunt ſumptæ, dicitur Nivellis pauſare Pippinum, cum religioſa conjuge ac filia ſanctiſſima, in diſtinctis tamen feretris. Vidimus ipſi tumbas Pippini & Idubergæ retro poſt ſummum altare collocatas: quas tempore Rogationum honorifice circumferri monuit Molanus, titulo Beatæ exornans Idubergam. Verum in ſuis ad Vſuardum additionibus Commemorationem Idubergæ appellat. Meminerunt ejuſdem Miræus in Faſtis Belgicis, Gelenius in Faſtis Colonienſibus, & Piſen in Floribus Eccleſiæ Leodienſis, eamque Beatam honoris cauſa indigetant; quod & nos facimus. Interim jam indicatæ Vitæ præponitur hic titulus: Tranſitus S.Idubergæ viduæ, ſororis S.Modoaldi Archiepiſcopi Trevirenſis & matris ſanctiſſimæ Gertrudis, & in Ms Nivellenſi in titulo præfigitur Vita S.Ydubergæ Virginis, id eſt Sanctimonialis. In Martyrologio Romano, Gallice cum adjunctis Belgii Sanctis Leodii anno MDCXXIV edito, celebratur S.Iduberga ſive Itta, mater SS. Gertrudis & Beggæ.

Alia Vita rejicitur.

tumba B. Idubergæ circumfertur.

E

ea paſſim Beata habetur,

aut etiam Sancta

6 Trithemius lib. 3 de Viris illuſtribus Ordinis S. Benedicti cap. 110 S.Ittam monialem cum ſuo elogio refert. Trithemium ſecuti Wion, Dorganius, Menardus, Bucelinus, titulo Sanctæ honorant, uti etiam Mabillon in Kalendario ſeculi 2 Benedictini: qui reliqua refert in Vita S. Gertrudis filiæ, ubi nobis aliquantulum iraſcitur, quia cum dixiſſemus hanc referri à Wione, Dorganio, Menardo, Bucelino in ſuis Martyrologiis Benedictinis, etiam addidimus eam Officio Eccleſiaſtico coli apud Canonicos Regulares Lateranenſes & Windeſhemienſes, & in Ordine univerſo Carmelitarum, ac fere per omnes provincias & diœceſes Germanicas, licet tamen rejecerimus, ut fabuloſam, narrationem de ejus in Germaniam fuga, & ſciamus ſeculo XI Lucæ cœptam Congregationem Canonicorum Regularium, qui deinde Lateranenſes dicti fuerunt. Cur autem iraſcitur? An idem continuo eſſe putat alicujus Sancti in Ordine quopiam indicare cultum; & ſuffragari opinantibus ipſum talis Ordinis fuiſſe profeſſum? Profecto tunc æque ab aliis argui mereremur; quod auctoribus, S. Gertrudem facientibus Benedictinam, nihil oppoſuerimus, cum habeamus Breviarium monaſticum auctoritate Pauli V recognitum pro omnibus ſub regula S.P.Benedicti militantibus; item aliud diu ante editum, ſed abſque omni S. Gertrudis mentione: quod tunc noluimus indicare, quia non ubique dicenda ſunt omnia, quæ ſingulis contendentium inter ſe partibus minus favent; maxime quando totius controverſiæ ultima deciſio ab altiori ac generaliori pendet principio, alibi diſcuſſo vel diſcutiendo, vel nobis hactenus ambiguo, quale eſt tempus aſſumptæ in variis antiquis monaſteriis Regulæ Benedictinæ præſertim iis quæ S. Amandus in Belgio extruxit.

& ſic Benedictinis faſtis adſcribitur.

F

DE S. VVIRONE EPISCOPO

RVREMVNDÆ IN GELRIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS JOANNIS BOLLANDI.

§. *I.* S. Wironis in Monte S Odiliæ habitatio, Natalis. Vita à quo Scripta.

s. c. vii

RUra *fluvius Belgii (nam alius eſt ejuſdem nominis trans Rhenum) ad ipſa prope confinia oritur provinciarum Limburgenſis ac Iuliacenſis, hujuſque partem magnam permeat, ac tandem Moſæ amni miſcetur ad Ruræmondam Gelriæ urbem: cui urbi inde nomen factum, quaſi* Ruræ oſtium, *ſive* os *dicas, eſt enim* mond *lingua Teutonica* os, *etiam fluviorum, non ſolum hominum. ita* Teneramonda, *Flandriæ oppidum, ad quod* Tenera *ſeſe in Scaldim evolvit, atque inferius* Rupelmonda *arx*, Rupelæ *in eumdem Scaldim defluentis oſtio objecta: ita* Egmonda, Urmonda *aliaque loca conſimili figura appellata. Eſt autem* Ruræmonda *ad dextram Ruræ Moſæque ripam, in ipſis utriuſque confluentibus ædificata, circa annum* MCCXXXI *cincta muris ab Ottone* III *Gelriæ Comite, à quo & Arnhemium, Harderwicum, Bommelia. Wageninga, ejuſdem provinciæ oppida ſepta mœnibus narrantur. Aliud poſtea Ruræmondæ decus additum, cum parentum noſtrorum memoria ſolio eſt Epiſcopali ornata, nam antea Leodienſi erat Antiſtiti ſubjecta.*

ſubtus Ruramundam urbem Belgii,

B

mons S. Odiliæ,

2 *Leuca una altius Ruræmondæ, ad lævam ejuſdem Ruræ ripam, pagus viſitur, qui olim* S. Petri mons, *nunc* S. Odiliæ *apellatur. Eum locum* remotum à mundi negotiis, *Pippinus Dux Francorum* B. Wironi *(ut infra in hujus Vita dicitur)* conceſſit ad manendum, quo liberius cum ſuis inibi cæleſtes caperet fructus... in quo oratorium S. Mariæ ſemper Virginis Deique Genitricis honori conſtructum & conſecratum eſt, nec non S. Petri monaſterium decori operis artificio conſtructum ex lapidibus, quod perdurat in præſens. *Illic* S. Wiro *Epiſcopus, cum* S. Plechelmo *Epiſcopo, &* S. Otgero *Diacono extremam partem ætatis ſanctè peregit. Manſit eo loco deinceps cultui numinis dicatorum hominum congregatio, de qua Ioannes Capgravius in Vita eiuſdem S. Wironis, de eodem S. Odiliæ monte loquens,* ubi quondam, *ait*, erat Præpoſitura & Collegium Canonicorum, quod nunc tranſlatum eſt in dictum oppidum Roremundam. *Tum factum arbitror, quod Molanus in Natalibus SS. Belgii ſcribit ad* x *Septembris, ubi de S. Odgero agit:* Poſtea Domini Sancti ſepulchri, *inquit*, ſibi monaſterium acceperunt. *Agit* de Congregatione Canonicorum Dominici ſepulchri Jeroſolymitana *Gabriel Pennottus, in Hiſtoria Canonicorum regularium lib.* 2 *cap.* 67, *ubi varias ejus Congregationis Eccleſias numerat; interque eas* XIX Ruremundenſem in Geldria prope dictam civitatem. *Porro in Monte S. Odiliæ extant etiamnum ruinæ templi, & quatuor in eo altarium, ac loca ubi ſtatuæ trium illorum Calituum ſteterunt. Sed vel belli tempeſtate fugatis accolis, vel avaritia inopiave eorum, ad quos ſarta tecta templi ſpectabant, ſenſim labefactata ſunt ædificia, quæ uſque adeo non reſtaurantur, ut etiam ſaxa diſtrahantur, ne Apoſtolorum ejus regionis illud extet conſequenti ætate monumentum, tanti olim æſtimatum, ut potentiſſimi Reges Ludovicus Germaniæ & Carolus Calvus Franciæ, de eo nominatim in diviſione regni Lotharienſis ſtipulati reperiantur, ut infra dicetur.*

templi adhuc extant ruinæ.

C

S. *Wiro colitur* 10 *Maji.*

3 *Coluntur tamen Sancti illi tres per totam diœceſim Ruræmondenſem officio duplici, ut vocant. Ac* S. Wironi *quidem dicatus eſt dies decimus Maji: & duorum ſociorum (licet ſeorſim aliis diebus colantur) ſit tamen etiam eo die memoria in divini Officii antiphonis & hymnis, quæ operæ pretium videtur etiam hic recitare. Hymnus ergo ad primas Veſperas ita habet:*

de eo Hymnus ad Veſperas,

Wironis pietas Præſulis inclyti,
Plechelmi, parilis quem decorat gradus,
Otgerique fides nos ſacra commonent.
Laudum promere cantica.
Qui tres, tergemini præſidio Dei,
Diverſis Britonum progeniti locis,
Quæ mundus celebrat deſpiciunt bona,
Ut cælum ſibi comparent.
Invitos Scotia deſtinat inſulis:
Sacram confugiunt ad Cathedram Petri,
Sed mandante Papa tandem hierarchicis
Sublimantur honoribus.
Otgero Comite, nobile Galliæ
Regnum; vivifica cum Cruce, permeant:
Gentilem fidei lumine Gelriam
Pippino irradiant Duce.

E

Tamquam tres oleæ fructiferæ nimis,
Tamquam mixta roſis candida lilia,
Virtutum variis ſemper odoribus
Mentes Geldrigenûm replent.
Hinc Sanctæ Triadi ſit decus ac honor,
Gignenti, Genito, Spiritui ſacro:
Sint grati tribus his ſemper Apoſtolis
Ruræ fluminis accolæ, Amen.

Antiphona ad Magnificat: O Rex altiſſime, in Sanctis tuis vere mirabilis, qui Sanctos Wironem, Plechelmum & Otgerum, poſt ſanctæ peregrinationis curſum, ad montem cæleſtibus ſtudiis aptum, fidei duces nobis deſtinaſti, veram adferentes pacem, & illuminantes patriam; eorum quæſumus precibus adjuvemur in cælis, quorum reliquias pio amore veneramur in terris.

& Laudes,

4 *Ad Laudes hic canitur Hymnus:*
Geſta Wironis chorus & Plechelmi
Præſulum cantet memoranda: fidum
His & Otgeri celebris Levitæ
Jungat amorem.
Ut ſacræ primi fugerent honores
Inſulæ, Romam è Scotia profecti,
Vertices Papæ ſed inauguranti

F

Denique ſubdunt.
Urbe dimiſſi, ſocio Levita
Galliam luſtrant, ſubiguntque Chriſto
Geldriam, fixa Cruce, comminutis
Gentis idolis.
Incolunt celſam, vacuumque curis
Seculi montem Odiliæ, beatis
Angelis vita ſimiles, Deique
Perpete laude.
Galliæ Princeps avet hic Pipinus
Annue, exutus ſoleas, Wironi
Conſciæ mentis reſerare morſus
Atque reatus.
His fidem Geldri referant Magiſtris,
Hos apud Numen celebrent Patronos:
Ut det æterna Deus his quiete
Conſociari.
Hinc Deo Patri decus, ac perennis
Filio laus, Spirituique ſancto,
Et pius Divos colat hos quotannis
Accola Ruræ, Amen.

AUCTORE I. B.

ejus & ſociorum laudes in variis Antiphonis:

5 *Qui ad primas Veſperas, idem ad ſecundas & ad Matutinas cantatur hymnus. Antiphona vero ad* Magnificat *in ſecundis Veſperis hæc:* O Confeſſores ſancti, Wiro, Plechelme & Otgere, qui certaminis & laboris curſum, fidei & ſpei juncti zelo, hic conſummaſtis, & in regno cælorum gloriæ conſortio copulati, aſſidue aſſiſtitis ante Dominum, intercedite pro nobis. *Aliæ ad Laudes Antiphonæ, eorumdem, elogia continent. Sed præcipue octavum Reſponſorium in Matutinis, quod ita habet:* Cives Apoſtolorum & domeſtici Dei, Wiro, Plechelme & Otgere, qui attuliſtis facem & illuminaſtis patriam, dantes pacem gentibus, & liberantes populum Domini; audite preces ſupplicum, vitæ æternæ nobis poſcentes præmia, qui fertis in dextris manipulos juſtitiæ, in gaudio metentes quæ ſeminaſtis in lacrymis. Qui attuliſtis *&c. Idem Reſponſorium recitatur in feſto* Inventionis *&* elevationis *oſſium* SS. Wironis, Plechelmi & Otgeri, *quod ſemper celebratur feria tertia poſt feſtum ſanctiſſimæ Trinitatis, ut infra dicetur, atque iidem canuntur hymni: uti & feſto* S. Plechelmi XXVI *Iulii, &* S. Otgeri X *Septembris.*

colitur alibi 8 Maji, B

6 *Licet porro decimo die Maji anniverſaria* S. Wironis *celebritas in Ruræmondenſi diœceſi agatur, non tamen eo die migravit è vita, ſed octavo: quo in Vltrajectino, Daventrienſi, Groningenſi Epiſcopatibus illius agitur commemoratio, ejuſque plurima meminerunt eo die Martyrologia. Et quidem quod Coloniæ excuſum fuit anno* 1490 *ita habet:* Eodem die B. Wironis Epiſcopi & Confeſſoris. *Cui conſentiunt multa Belgicarum Eccleſiarum manu exarata Martyrologia, quorum contextus eſt qui vulgatus Vſuardi, ſed varie multis locis interpolatus. MS. Eccleſiæ S. Mariæ Vltrajecti ita habet:* Trajecti Wironis Confeſſoris. *MS. monaſterii S. Martini Treviris & alia quædam:* Trajecto Wironis Epiſc. & Conf. *Hermannus Greven Carthuſianus in additionibus ad Vſuardi Martyrologium excuſis Coloniæ anno* 1515 *ac dein* 1521: In Trajecto inferiori B. Vironis Ep. Deirorum & Conf. *Quod* Deirorum *Epiſcopum vocat, hauſit ex Pſeudomarcellino, ut infra dicemus. MS. Florarium:* Eodem die depoſitio S. Wirónis Ep. & Conf. anno ſalutis DCCLII. *De ejus ætate infra agemus. Ioannes Molanus Doctor Lovanienſis in auctario ad Vſuardum:* Eodem die Wironis Epiſcopi & Conf. cujus reliquiæ habentur in Eccleſia Trajectenſi. *Quomodo ejus reliquiæ ſint Vltrajectum tranſlatæ, poſt dicetur. Ioannem Wilſonum in Martyrologii Anglicani duplici editione fefellit ambigua vox* Trajecti, *ut cum ſint hujus Sancti*

C Ultrajectum, *quod eſt* inferius Trajectum, *tranſlatæ reliquiæ,* Trajecti ad Moſam *ſive* Maeſtrichti, *ut vulgo appellatur, quieſcere ſcribat in Eccleſia Cathedrali; quæ quidem illic extitit vivente* S. Wirone, *ſed paullo poſt thronus Epiſcopalis Leodium eſt tranſlatus; reliquiæ autem multo poſt ad Vltrajectenſem Eccleſiam deportatæ ſunt. In Romani Martyrologii tabulis ejus hoc ipſo die ita conſignatur memoria:* In Scotia S. Wironis Epiſcopi. *In Scotia certe natus, & Epiſcopatum adeptus fuit; ſed hoc dimiſſo in Galliam Belgicam venit, & quem ante diximus, montem jam S. Odiliæ dictum incoluit, templo deinde ac monaſterio ornatum, ac demum ſui corporis theſauro ditatum.*

7 *Vitam* S. Wironis *edidit Laurentius Surius Carthuſianus ante centum circiter annos,* ex quodam, *ut ait,* egregio MS. codice deſcriptam, ſed in gratiam

Vita S. Wironis antiqua, lectoris mutato ſtylo. *Recitat ex hac Vita quædam Baronius to.*8 *Annalium ad an.*631 *num.*8 *& ſeqq. Brevem Vitæ ejuſdem epitomen contexuit Molanus in Natalibus SS. Belgii, cui illa ſubjecit:* Hæc eſt ſumma hiſtoriæ ejus, quam ſacra vetuſtas ad poſterorum notitiam tranſ-

ab anonymo ſcripta, miſit. *Antiquam ſane eſſe eam hiſtoriam illud argumento eſt, quod nuſquam mentionem faciat Collegii Canonicorum ex monte S. Odiliæ Ruræmondam tranſlati. Non tamen ejus auctorem fuiſſe ipſius Sancti temporibus omnino* D *vicinum, inde conjicere eſt, quod monaſterium S. Petri dicat* perdurare in præſens, *uſque ad ſcriptoris nempe ætatem, qui proinde non niſi longo tempore poſt mortem S. Wironis videtur vixiſſe. At quis ille fuerit nos latet. Riſum fortaſis nonnemini moveat, quod à Thoma Dempſtero hiſtoriæ Eccleſiaſticæ gentis Scotorum lib.*19 *cap.*1167, *quo de S. Wirone agit, ſcriptum eſt in hæc verba:* Molanus in Natalibus SS. Belgii. Anonymus apud Surium to.3 die 8 Maji. Sed is eſt Gaufridus Abbas, qui juſſu Lucii Pontificis Vitam ipſius luculenter *non Gaufrido Abbate, ut inepte quidam:* & veraciter deſcripſit, in cujus limine ſic habet: Scotia fertilis ſanctorum Virorum inſula *&c. Nimis profecto feſtine, aut potius oſcitanter, iſta ſcripſit Dempſterus. Legerat apud Molanum, non in Natalibus SS. Belgii, ſed in auctario ad Vſuardum, iſta:* In territorio Biſuntino, monaſterio Bellæ-vallis, S. Petri Ep. & Conf. Eodem die Wironis Ep. & Conf. *ac deinde Annotatione* 4: Petri Epiſcopi Tarentaſiæ Vitam ſcripſit Gaufridus Abbas Altæ-cumbæ, juſſu Abbatum Ciſtercienſis & Claræ-vallenſis, quibus Lucius Papa injunxerat, ut Vitam ejus conſcribi curarent. Eſt à Surio excuſa. *Hactenus Molanus. Quam vero iſta nihil ad* S. Wironem *ſpectant! Et erant apud Surium in ipſo titulo Vitæ S. Petri eadem expreſſa. Sedit autem Lucius III Papa à* XXX *Auguſti* MCLXXXI, *ad* XXV *Novembris* MCLXXXV, *cum objiſſet S. Petrus anno* MLXXI, *die* VIII *Maji.*

8 *Quam porro Surius mutato ſtylo edidit.* S. Wironis *Vitam, nos primigenia phraſi ſcriptam nacti ſumus, ex ſchedis Wilhelmi Lindani, primi Ruræmondenſium Epiſcopi; itaque hic damus collatam cum MS. codice monaſterii Hubergenſis Wilhelmitarum in Brabantia. Hanc qui pervolverit curioſus lector, is minime Surio aſſentietur, in titulo admonenti,* utrum hæc integra ſit hiſtoria, an potius integræ hiſtoriæ epitome, incertum ſe habere. *Nam qui epitomas concinnant, ii plerumque phraſi utuntur ſtricta ac reciſa, ut amplam etiam materiam in arctum contrahere velle videantur. Aſt huic auctori diffuſa eſt & laciniis multis minime neceſſariis diſpanſa oratio. Eatenus tamen dici fortaſis hæc epitome poſſet, quod de rebus plurimis à S. Wirone geſtis vix paucula capita, multis licet verbis, exponat: ut non videatur de iis majorum ſecutus ſcripta, ſed exilia fortaſsis pittacia, quæ in monaſterio montis S. Odiliæ extabant, compilaſſe; & quæ tum adhuc fama tenebantur, congeſſiſſe; atque vel ſic (quod ipſe in Præfatiuncula fatetur)* Vitam Sancti carptim expediviſſe, pauca de multis particulando. *non eſt majoris hiſtoriæ epitome.*

F 9 *Vita hujus epitome videatur potius dici illa poſſe, quam Surius hinc inde circumciſam vulgavit. Sed illa ſuccinctior quam ante annos* CC *in Legenda Sanctorum Angliæ edidit Ioannes Capgravius Auguſtinianus. Relata hæc poſtea eſt in tomum de hiſtoriis Sanctorum Coloniæ anno* MCCCCLXXXII, *& Lovanii biennio poſt excuſum, quem Molanus in auctario ad Vſuardum* XXV *Iulii,* Legendæ tomum ſecundum *appellat, quaſi nimirum hiſtoria Lombardica, ſive Legenda Aurea, primus Legendæ tomus ſit. Ita enim habet Annotat.*5, S. Magnerici Vita excuſa eſt, ſaltem ex parte, Legendæ tomo 2, cum poëmate Fortunati de eodem Epiſcopo: *habetur ea Vita folio* 98 *hujus Legendæ. Aliud compendium Vitæ S. Wironis & ſociorum confecit Ioannes Gerbrandus à Leidis Carmelita, circa annum* MD *in Chronico Belgico lib.*2 *cap.*16. *aliæ breviores ejus Vitæ:*

10 *Nihil horum ſcriptorum legiſſe videtur Ioannes Trithemius, qui libro* 3 *de rivis illuſtrib. Ord. S. Benedicti cap.*263 *ita de S. Wirone ſcribit:* Wiro ex monacho Epiſcopus in Anglia, vir ſanctus & Deo dilectus, Epiſcopatum deſeruiſſe dicitur, neſcio ob quam cauſſam: creditur autem quod propter populi cervicem duriſſimam, qui nec verbis nec exemplis ab iniquitate ſua poterat averti. Unde Vir ſanctus, ne *elogium ex Trithemio,*

tempus

A tempus inutiliter expenderet, venit poſtea in Germaniam: ubi in quodam cœnobio S. Petri monaſticis diſciplinis ſe ſubmiſit, & Abbatis officium non recuſavit. Cujus feſtum agitur VIII Id. Maji. *Paucis verbis multi inſunt errores: quæ unde hauſerit non video, niſi forſan unicum illum de Epiſcopatu in Anglia geſta, ex commentitia Vita S. Swiberti, quam fabulator quiſpiam ſub nomine S. Marcellini protruſit. At non tamen ille aliuſve monachum antea fuiſſe aſſerit: non Epiſcopatum deſeruiſſe propter populi pervicaciam, non in cœnobio S. Petri diſciplinis monaſticis ſe ſubjeciſſe: non Abbatem factum. Sed ſingula expendere oportet. Quæ Sancto patria fuerit? quæ in gente Epiſcopatus? An monachus, & quidem ordinis S. Benedicti antea, ac poſt rurſum fuerit? quo tempore vixerit? quod poſtremum non attingit Trithemius.*

ſed corrigendum in multis.

§. II. S. Wironis patria & Epiſcopatus. An ante hunc aut poſt monachus fuerit? & cujus Pippini fuerit Confeſſarius.

Gente Scotus fuit:

11 PRimum ergo Scotia, uber Sanctorum Patrum inſula, ſtellarum numeris Sanctorum coæquans patrocinia, *eum protulit, ut in Vita nu. 2 dicitur. Conſentiunt jam citati Capgravius & Gerbrandus à Leidis, ac ceteri recentiores, Ioannes Wilſonus in Martyrologio Anglicano, in Germanico Caniſius, Conſtantinus Ghinius in Natalib. SS. Canonicorũ, Miræus in Faſtis Belgicis, Molanus in Natalib. Sanctorum Belgii, Petrus Galeſinius in Martyrologio, ubi inſigni eum ornat elogio. Willibrordus Boſchartius cœnobii Tungerloënſis Ord. Prämonſtratenſis Canonicus, in libro de primis veteris Friſiæ Apoſtolis, diſſertatione 83 ita de patria S. Wironis pronuntiat:* Wiro oriundus erat ex veteri Scotia; quæ nunc dicitur Hibernia: ibi egit, ibi in Epiſcopum eſt electus, inde Romam ivit conſecrandus, inde reverſus in Gallias tranſivit. Surius, Molanus, Miræus, Officium Eccleſiæ Ruræmundenſis. *Quid hi? an* Scotiæ veteris, *ſive Hiberniæ, meminerunt? Ne per umbram quidem. In Galliam hanc noſtram Belgicam, ſive Germaniam ſecundam, venit cum ſociis Wiro ex Scotia. Non inficior à S. Beda lib. 1 Eccleſiaſt. hiſtor. gentis Anglor. cap. 1 ſcribi,* Hiberniam proprie patriam Scotorum eſſe: *ac* de Hibernia *quoſdam Scotorum* egreſſos, vel amicitia vel ferro ſibimet inter Pictos, *in ſeptemtrionalibus Britanniæ inſulæ partibus habitantes*, ſedes, quas hactenus habent, vindicaſſe. *Non inde tamen conſequens videtur, ut quoties Sanctus aliquis Scotus appellatur, aut è Scotia oriundus, continuo Hibernus habeatur: neque è diverſo, ut in ea regione quæ ſola ad hoc tempus Scotiæ nomen retinet, natus cenſeatur, quia Scotus vocetur, ſi aliunde evidens ſiat, prognatum alitumque in Hibernia, quæ & ipſa ab eodem Beda* Scotia *dicitur lib. 3 cap. 19, ubi narrat. S. Furſeum* ab ipſa inſula patria diſceſſiſſe, & per Britones in provinciam Anglorum deveniſſe: *cum tamen quæ hodie Scotia nuncupatur, in eadem ſit inſula, in qua Britones Anglique.*

an ex Hibernia,

Scotorum patria,

etiã Scotia dicta!

B

C

12 De S. Wirone *unum illud fas mihi eſſe arbitror pronuntiare, Scotum fuiſſe, in Scotia natum. Suſpicor autem, Vitæ illius ſcriptorem exiſtimaſſe genitum eum in Boreali Britanniæ plaga, quæ, cum ipſe ſcriberet, incipiebat ſola fere, ut nunc, aut præcipue,* Scotiæ *nomen obtinere. Neque adverſus hanc conjecturam afferri illud poteſt, quod ſibi imitandos propoſuiſſe dicatur,* Patricium, Cuthbertum, Columbam, patriæ columnas, terræ lucernas, *quorum prior Hiberniæ Apoſtolus extiterit, duo poſteriores ex Hibernia oriundi fuerint; nam & S.* Patricium *agnoſcunt ſuum Apoſtolum Scoti, & apud ſe natum prædicant: Sanctus vero* Columba *Pictos Septemtrionales, qui non exiguam hodiernæ Scotiæ partem tenebant, fidei myſteriis imbuit, inque inſula Hy, ab Rege Brudeo ſibi donata, celeberrimum illud monaſterium, quod Columkilli vocarunt, ædificavit.* S. Cuthbertus *cujas fuerit diſſimulat. Beda in accuratiſſima ejus Vita: altera quoque à Capgravio edita, eſſi in Hibernia natum affirmat, tamen apud Columbam Epiſcopum Dunkeldenſem educatum tradit: ex Beda ſaltem conſtat, in Mailroſenſi cœnobio, quod ſub Anglorum tunc imperio, nunc Scotorum eſt, monaſticam vitam eſſe amplexum.*

an potius ex hodierna Scotiæ

AUCTORE I. B.

13 *Cujus vero gentis Epiſcopum fuiſſe eum ſtatuemus? Qui S. Swiberti Vitam ſub S. Marcellini nomine compoſuit, ut ad diem primum Martii fuſe eſt probatum, narrat, aut comminiſcitur potius, habitam Vltrajecti ſynodum, cui præſederit S. Willibrordus, cum S. Swiberto, interfuerint plures alii Sancti, quos enumerat:* Erant autem, *inquit,* eo tempore in eadem primitiva Eccleſia Trajectenſi Apoſtolici Pontifices & Canonici, egregii prædicatores, qui S. Swibertum Epiſcopum cum SS. Ewaldis ſequentes, conſtanter Chriſtum gentibus prædicaverunt: utpote S. Winfridus Sacerdos... Similiter S. Wiro Epiſcopus Deirorum, S. Plechelmus Epiſcopus de Maſſa-candida, vel ſecundum Bedam Candida-Caſa; S. Otgerus Levita *&c. Qui* Deiri *olim fuerint, dicendum. Erat Nordanhumbrorum regnum in duos diviſum populos ac regna duo,* Deirorum & Berniciorum: *hi à Tina fluminis oſtio ad fretum uſque Scoticum porrigebantur, illi citeriora à Tina ad Humbrum æſtuarium tenebant. Meminit ſæpe regni utriuſque Beda, ac diſerte lib. 9 cap. 14, ubi cum retuliſſet S. Oſwinum* provinciæ Deirorum ſeptem annis præfuiſſe, *de Oſwio fratre S. Oſwaldi iſta ſubnectit:* Sed nec cum eo ille qui ceteram Transhumbranæ gentis partem ab Aquilone, id eſt, Berniciorum provinciam regebat, habere pacem potuit.

Non fuit Epiſcopus Deirorum

in Northumbria

E

14 *Aſt eo tempore, quo fingitur illa Synodus celebrata,* Deirorum *genti præerat Epiſcopus, non* S. Wiro, *ſed* S. Joannes Beverlacenſis, *cujus Vita datur* VII *Maji. Nam S. Wilfrido Cathedra Eboracenſi dejecto ſub annum* DCLXXVIII, *uti dictum eſt* XXIV *Aprilis, ad ejus Vitam,* duo in locum ejus ſubſtituti Epiſcopi, qui Northanhymbrorum genti præeſſent: Boſa videlicet, qui Deirorum; & Eata, qui Berniciorum provinciam gubernaret: *ac* Boſa *quidem Eboraci,* Eata in Hagulſtadenſi ſive Lindisfarnenſi Eccleſia Cathedram habuit Epiſcopalem. *Ordinati ſunt autem Eboraci ambo ab Archiepiſcopo Cantuarienſi Theodoro. Principio autem regni Alfridi (qui Egfrido fratri anno* DCLXXXV, die Kal. Junias rum XIII, ſabbato, *ut alibi ex Florentio Wigornienſi retulimus, à Pictis occiſo, in regnum Northumbriæ ſucceſſerat) Eata mortuo, Hagulſtadenſis Epiſcopus ordinatus eſt S. Ioannes Beverlacenſis: Anno vero ſequenti,* cum in patriam reveniſſet *S. Wilfridus,* & Archiepiſcopatu ſuo dimiſſo (*ut inter alios ſcribit Ioannes Bromton in Chronico Regum Northumbriæ*) Epiſcopatum prædicti B. Joannis Hagulſtadenſis Eccleſiæ cum ſynodali concilio recepiſſet; idem B. Joannes in Eboracenſi civitate Epiſcopatum accepit, quem annis XXXIII gubernavit. *Obiit S. Wilfridus anno* DCCIX, XIV *Aprilis, S. Ioannes an.* DCCXXI, VII *Maji: cui ſucceſſit Wilfridus junior, huic Egbertus, Eadberti Regis frater, qui anno* DCCLXVI, X Kal. Ianu. *deceſſit. Et ab hoc fabulatur Marcellinus SS. Willibrordum & ſocios in Friſiam miſſos, cum vix natus is fuerit, quando hi expeditionem illam Apoſtolicam aggreſſi ſunt, à S. Egberto Abbate miſſi. Cum igitur præter jam memoratos alius nullus ea tempeſtate Antiſtes genti* Deirorum *præfuerit, manifeſtum eſt hallucinari Pſeudomarcellinum.*

nam tunc alii iſthic erant:

F

15 *Quis autem non intelligat fruſtra illi in Anglia Epiſcopatum quæri, quem patriæ ſuæ Epiſcopum extitiſſe Vitæ ejus ſcriptor aſſirmet, patriam vero illi Scotiam fuiſſe? Quæ tamen Scotiæ civitas eo alumno, ac dein Præſule, gaviſa ſit, non liquet. Thomas Dempſterus in Menologio Scotico ita de eo ad* VIII *Maji ſcribit:* Dumblani Wironis Archiepiſcopi, ut tunc moris erat, nulli certæ Sedi alligati, qui etiam ab infantia miraculis emicuit, Pipini

ſed in patriâ Scotia.

an Dumblani?

AUCTORE J. B. pini Regis Confeſſarius. *Hoc de munere poſt paullo videbimus. Sed ſi nulli erat Sedi alligatus, cur eum patriæ ſuæ* plebs applauſu, Clerus vocis in jubilo omnis & ætas laudibus attollens ſuſcepit, Epiſcopalique Cathedræ præpoſuit; *quæ nulla erat?* *Quomodo paullo ante dicitur*, Eccleſia illius patriæ, hominem exuente Paſtore, paſtoralis curæ ſolatio deſtituta, *ſi proprium numquam Paſtorem illa habuerat?* *Et* Dumblano *cur præcipue tribuitur? An ibi natus? Quo auctore id conſtat? Non ibi certe moritur. An ergo Epiſcopus? Nolim enim Archiepiſcopum vocare cum Dempſtero, cum duos ſolum habuiſſe Scotia thronos Epiſcopales legatur, & longo forſan poſt S. Wironi ætatem tempore, S. Andreæ & Glaſcuenſem. Eſt porro* Dumblanum *civitas Caledoniæ, haud longe tamen à Fortha æſtuario ac Romanæ quondam dominationis limite, ad* Teith *ſive* Taich *flumen ſita. Sed hac ævo Divi Wironis Epiſcopo carebat, ſi Scotis hiſtoricis fidem habemus: nam Hector Boëtius lib. 12 fol. 264, Ioannes Leſlæus lib. 6, Buchananus lib. 7, a Davide 1, qui circa annum* MCXX I *regni Scotiæ gubernacula ſuſcepit, quatuor novas Sedes Epiſcopales inſtitutas ſcribunt*, Roſſenſem, Dunkeldenſem, Brekinenſem, Dumblanenſem. *De Dunkeldenſi tamen ambigent, qui in S. Cuthberti Vita à*

B *Capgravio edita, à S. Columba Dunkeldenſi Epiſcopo educatum eum fuiſſe legerint: quam tamen fidem ea mereatur Vita alibi quærimus. Secutus Dempſterum Ferrarius in generali Catalogo SS. iſta ſcribit:* Dumblani S. VVironis Epiſcopi. *Atque ab eo Wirone, qui eodem die inſcriptus eſt Martyrologio Romano, diverſum credidit, ut patet, quia ſe Catalogum contexere ſcribit eorum* Sanctorum, qui in Martyrologio Romano non ſunt.

an Glaſcuenſis? 16 *David Camerarius lib. 3 de Scotorum pietate,* S. Vironem (*ita enim appellat*) *ait*, dignum inventum, qui Glaſcuenſem regeret Cathedram, in Epiſcopum electus. *Eſt* Glaſcua, *ſive* Glaſqua (*ut 1 tomo Ianuarii, ad diem 13 pag. 818 diximus*) *urbs olim regni Cambrenſis, dein Scotiæ Archiepiſcopalis ad Cluydam flumen. Cujus urbis* (*ut Georgius Condus lib. 1 de duplici ſtatu religionis apud Scotos, pag. 28 teſtatur*) *primus Antiſtes fuit* S. Kentigernus, poſt mortem ob inſignia ſanctitatis indicia Patronus & Tutelaris, *qui, ut Ioannes Iſtacor lib. 2 de geſtis Scotor. cap. 7, ibidem* quieſcit: in cujus honore templum Glaſcuenſe fundatum eſt, nulli templo in Scotia aut ornatu, aut in Canonicorum multitudine & præbendis pinguibus ſecundum. *Agit de ea urbe Cambdenus in deſcriptione Britanniæ pag. 696. Dedimus* XIII *Ianuarii Vitam ejuſdem S. Kentigerni quem Radulphus Epiſcopus Cantuarienſis in epiſtola ad*

C *Calliſtum Papam contra Thurſtinum Eboracenſem* Cantugernum *appellat. Sed quo auctore didicit Camerarius* S. Wironem Epiſcopum Glaſcuenſem *fuiſſe? aut cur eum auctorem non nominat. Citat certe alios plures, ſed prope eadem fide, qua ſuperius gentilis ejus Dempſterus Molanum, nempe* Stephanum Abbatem in Vita S. Modoaldi libro 1 cap. 2 & 34. *Damus infra* XII *Maji eam S. Modoaldi Ep. Trevirenſis Vitam, à Stephano Abbate monaſterii S. Iacobi Leodii conſcriptam circiter* MC *annum Chriſti. At nulla in ea mentio eſt* S. Wironis, *neque apud Surium capita ſunt in libro primo* XXXIV, *ſed ſolum* XIV. *Meminit quidem ille auctor Pipini Ducis, qui ſororius erat S. Modoaldi, lib. 1 cap. 2 & 3, & lib. 2 cap. 3. Sed non ideo quia quidam exiſtimant* S. Wironem *huic Pipino familiarem fuiſſe, conſequens eſt, ut ubi de hoc fit ſermo, continuo de* S. Wirone *illata mentio cenſeatur.*

incertum an antea monachus: 17 *Fuiſſe* S. Wironem *monachum ſcripſit primus fortaſis nu.* 10 *citatus Trithemius: ſed non probat, nec plura ibidem alia, quale illud quod in Anglia Epiſcopum ait fuiſſe, quod à Pſeudo-Marcellino deſcripſit, & nos prolixe jam refutavimus. Contrarium errorem errat Arnoldus Wion lib. 3 Ligni Vitæ in Annot. ad* VIII *Maji, dum affirmat,* fuiſſe ex monacho cujuſdam cœnobii in Anglia Epiſcopum Scotiæ. *Et hi quidem non cujuſvis inſtituti monachum, ſed Benedictinum fuiſſe volunt, uti & Hugo* D *Menardus, Benedictus Dorganius à S. Ioanne, Gabriel Bucelinus, quem peculiari argumento mox refellemus. Nihil de monachili profeßione traditur in Vita: nedum quod eam dimiſſo Epiſcopatu denuo fuerit complexus, atque Abbas factus, ſive* in cœnobio S. Petri in Germania, *ut Trithemius, ſive, ut Wion,* S. Mariæ in monte Petri, qui nunc S. Odiliæ vocatur; *ſeu denique, ut Bucelinus,* in Monte S. Petri *ipſemet* inſigne cœnobium excitarit, & baſilicam Deiparæ, ſuæ Ordinisque præcipuæ Tutelaris, honori dedicarit. *Innuit perſpicue Vitæ ejus hiſtoria, non fuiſſe ei à Pipino monaſterium donatum, ſed locum antea incultum,* remotum à mundi negotiis: in quo oratorium S. Mariæ ſemper Virgini Deique Genitricis honore conſtructum & conſecratum eſt, nec non S. Petri monaſterium. *Quæ duo etſi credibile videri poſſit ipſius* S. Wironis *ſtudio fuiſſe ædificata, ab eoque conſecrata; non tamen id omnino eſt exploratum, cum potuerit utrumque poſt ejus deceſſum, cum locus miraculis illuſtraretur, eſſe a piis hominibus procuratum. Non potuit tamen, ſive ipſiuſmet Sancti ac ſociorum induſtria, ſeu Ducis Pippini liberalitate, non aliqua conſtrui, in qua ſacris operarentur, ædicula* ſive *oratorium; non etiam domus, in qua habitarent, & eos exciperent, qui inſtitutionis gratia, aut Sacramentorum percipiendorum, aut valetudinis per eos divinitus recuperandæ, illuc confluebant mortales. Atque ex ejuſmodi convenarum turba paullatim cœtum coaluiſſe religioſorum hominum reor: cujuſmodi autem hi diſciplinam ac regulam obſervarint, an Scoticorum monachorum, ſive Hyenſium ſive aliorum, an S. Benedicti, an denique Canonicorum ſeu Clericorum, qui ſaltem ultimis ſeculis locum illum incoluerunt; hactenus in incerto apud antiquiores ſcriptores relictum.*

monaſterium non videtur ei à Pippino datum.

sed ab eo ejuſve cura ædificatum.

E

Non fuit S. Wiro B. Pippini æqualis 18 *Nunc ætas inquirenda* S. Wironis, *cujus duo potiſſimum nobis occurrunt characteres: primus quod* Pippino *Duci Francorum familiaris fuerit; alter quod* S. Cuthberti *imitator: atque unus alterum explicat. Tres omnino fuerunt* Pippini, *quorum ſingulos* S. Wirone *amice uſos quidam ſcriptores tradunt. Primus fuit SS. Gertrudis & Begga parens, præcipua in regno Auſtraſiæ dignitate ſub tribus Francorum Regibus, Clotario* II, *Dagoberto* I, *& S. Sigeberto. functus; cujus Pippini Vitam edidimus ad diem* XXI *Februarii. Hunc ſcribit Cardinalis Baronius to.* 8 *Annal. ad an.* 631 *nu.* 8, ob pœnitentiæ ſignum, diſcalceatum *conſuevisſe ſua S. Wironi* confiteri peccata. *At longe poſteriorem* B. Pippino *fuiſſe* S. Wironem, *ad illius Vitam* §. 4 *nu.* 49 *oſtendimus, quod hic S. Cuthbertum imitandum ſibi propoſuiſſe dicatur: cum tamen moriente Pippino adhuc puer fuerit S. Cuthbertus, qui ſexto poſt anno nimirum Chriſti* DCLI, *cum oves paſceret, animam viderit S. Aidani Epiſcopi ab Angelis in cælum deduci, ac tunc monaſticam ipſe vitam complexus admodum adhuc adoleſcens, obierit anno* DCLXXXVII, *haudquaquam provecta ætate. Unde conficio, cum migravit è vita* Pippinus, *vix adhuc natum fuiſſe* S. Wironem.

F

vix natus, cum ille moreretur:

19 *Eum forte ſcopulum evitare voluit Gabriel Bucelinus, cum in Menologio Benedictino ſcripſit,* S. Wironem *poſt annum ſeptingenteſimum floruiſſe, annis circiter* XX *poſt S. Cuthberti obitum. ut proinde S. Cuthberti Vitam legiſſe potuerit à monacho Lindisfarnenſi ſcriptam, cum Alfridus Rex Northumbriæ* pacifice regnaret, *qui tamen anno* DCCV *obiit. Potuit quoque, ſi poſt annum* DCC *floruit* S. VViro, *S. Cuthberti quæ imitaretur exempla & ſpectaſſe coram, antequam in Galliam veniret, & aliorum relatione didiciſſe. Sed dum ab illo, quem dixi, ſcopulo vela retorquet Bucelinus, ſi tamen conſulto id facit; ad alium alliditur, quem multo intentius vitatum cupiat. Scribit enim* VVironem *Epiſcopum ordinatum ab* Honorio *Pontifice Maximo, primo nimirum ejus nominis, qui ab anno* DCXXVI *ad* DCXXXVIII *Eccleſiæ præfuit. Non quæro,*

neque ab Honorio I ordinatus:

A ro, *quis auctor* LXX *annos geſti Epiſcopatûs* VVironi *aſſignet, quot à tempore Honorii Papæ uſque poſt ſeptingenteſimum Chriſti annum fluxiſſe neceſſe eſt. Sed qui potuit, antequam fieret Epiſcopus, monachus fuiſſe Benedictinus, ante annum ſaltem* DCXXXVIII, *quo deceſſit Honorius? cum S. Wilfridus, apud Willielmum Malmesburienſem lib.* 3 *de geſtis Pontificum Anglorum aſſiimet*, ſe primum fuiſſe qui verum Paſcha in Northumbria Scotis ejectis docuerit, qui cantus Eccleſiaſticos antiphonatim inſtituerit, qui ſanctiſſimi Benedicti regulam à monachis obſervari juſſerit. *Obiit S. Wilfridus anno* DCCIX, *Epiſcopatûs ſuſcepti* XLV. *Si antea non erat in Northumbria recepta S. Benedicti regula; minus etiam in Scotorum ditione, è quâ qui apud Anglos annis* XXX *Epiſcopatum geſſerant, & monaſteria inſtituerant, viri alioquin religioſi, ita à ritibus Romanis abhorrebant, ut ne errorem quidem circa computum cycli Paſchalis dedocere ſe paterentur. Quod ergo illud fuit monaſterium, in quo ante Epiſcopatum regulam Benedictinam profeſſus eſt S. Wiro? Non negamus tamen hanc eum profiteri potuiſſe, cum ſerius eum vixiſſe opinemur: at cum Vitæ ejus ſcriptor omnino de monachica profeſſione verbum nullum fecerit, nos quoque in neutram partem quidquam ſtatuimus.*

nedũ ante Benedictinus monachus in Scotia:

B 20 *Baronius quoque alibi ſententiam de* S. Wironis *ætate mutavit: nam in notis ad Martyrologium floruiſſe ſcribit circa annum Chriſti* DCCL, *ut & Conſtantinus Ghinius: Ms. Florarium circa* DCCLII: *Thomas Dempſterus in hiſtoria Eccleſiaſt. gentis Scotor. lib.* 19, *anno* DCCLVII; *atque in Menologio Scotico, fuiſſe Regis Pippini Confeſſarium, qui tunc nempe Rex erat Francorum. Sed non optima rurſus fide Conſtantium Felicium citat, quaſi hac in Ephemeridibus ſcripſerit*: S. Wiro Epiſcopus Scot. Pipini Regis Confeſſarius. *At ſcripſit*, veniſſe in Franciam ſub Pipino Prorege, ac vitam ſolitariam elegiſſe; atque ab eo deinde in conſiliarium & Confeſſarium cooptatum. *Congruit Vita, quæ diſerte* Francorum Ducem *appellat* Pippinum, *à quo ſuſceptus ac magnifice honoratus eſt* S. Wiro. *Quamquam in Vita S. Plechelmi* Rex Francorum *appellatur, qui Regibus ipſis imperabat, uti dein filius ejus Martellus. Fuit ergo Dux, quem ante retulimus*, B. Pippinus: *Dux item fuit, & majori longe potentia pollens*, Pippinus Herſtallus, *illius Pippini nepos, avus Pippini Regis. Sed eum credidit Baronius, poſtquam ex Alpaide pellice Carolum Martellum ſuſcepit, plane averſum à pietate ac rebus divinis animum habuiſſe, ut neque ad virum Sanctum cui peccata confiteretur, & tanta præſertim ſubmiſſione ac reverentia, ventitaſſe videatur. Impoſuerunt enim Baronio Acta S. Swiberti, quæ in Annot. ad Martyrol.* 1 *Martii* fideliſſime ſcripta *cenſet; cum ſint fallaciſſimis narratiunculis conſuta. Neque enim Pippinus vel legitimam conjugem Plectrudem unquam repudiavit, vel ita obſtinavit in flagitio animum, ut non multa pie ageret, & locis ſacris largiretur, etiam ultimis vitæ annis, eadem præſente & conſentiente Plectrude. Imo ad illud ejus adulterium, ſed confeſſione & pœnitentia expiatum, reſpexiſſe auctor videtur: cum illum ait* ſolitum fuiſſe *S. Wironi* lubrica lapſus humani detegere, nec dedignatum gratia confeſſionis diſcalceatum eum adire, ejuſque oris imperio prompte parere. *Minime ergo dubium nobis videtur, de hoc* Pippino *iſta eſſe accipienda: quod & Molanus in Natalibus Sanctorum Belgii ad marginem annotavit. Et multo ante Ioannes Gerbrandus à Leidis, cum Chron. Belgici lib.* 2 *cap.* 15 *de S. Willebrordo, Radbodo Friſonum Rege, & hoc ipſo Pippino Francorum Duce egiſſet, ſequens caput ita exorſus eſt*: Porro temporibus Pippini ſæpe dicti Ducis Francorum, claruit ... S. Wiro, ex Scotia oriundus *&c.*

non fuit Pippini Regis Confeſſarius poſt an. 750,

ſed Pippini Herſtalli,

qui licet aliquando in adulterium lapſus.

pius tamen fuit, etiam poſtea,

S. Wironi ſolitus confiteri diſcalceatus,

21 *Quod porro hic* S. Wironi, *idem* S. Plechelmo *in ejus Vita tribuitur, his verbis*: Pippinus, Francorum Rex incomparandus, in tanta veneratione eum habebat, ut ſingulis annis initiante Quadrageſimali tempore de ſuo palatio deſcendens, nudis pedibus, regali depoſita purpura, ad præfatum locum, quem Sanctus Domini famulus tenuit, ire properaret, & cum eo inivit conſilium quomodo regni gubernacula ſecundum Domini voluntatem gubernaret, & ſanctæ Fidei magnitudinem in ſeipſo ſuiſque ſubjectis adaugeret. Ibi quoque cum ſummo Sacerdote Domini confeſſione criminum facta, & accepta pœnitentia, de humanitatis parte deflet contracta. *Hoc nimirum eſt, quod Vitæ S. Wironis ſcriptor vocat*, lubrica lapſus humani detegere. *An ergo promiſcue nunc* Wironi, *nunc* Plechelmo *confitebatur* Pippinus? *An potius cum alia loca diſſeminandæ Fidei, ac pietatis apud neophytos fovendæ gratia adiſſet, ſi tunc ad ædem Montis S. Petri Dux veniſſet, illo non reperto*, Plechelmo *confitebatur? an fortaſſis* S. Wiro *ante* Pippinum *& S.* Plechelmum *è vita migravit; & qui illi confiteri conſueverat Dux, eadem ratione modoque deinceps S. Plechelmo confeſſus eſt?*

& quandoque S. Plechelmo.

22 *Dempſterus, qui nullum fere oriundum è Scotia Sanctum non illuſtrem editis libris facit, de* Wirone *ita habet*: Scripſit, Ordinationes Eccleſiæ ſuæ lib. 1, Epiſtolas ad Pipinum Regem lib. 1; Ad Fratres Odiliæ lib. 1. *Vbi eos libros Dempſterus vidit, vel à quopiam citatos legit?*

an S. Wiro libros ediderit?

E

§. III. S. Wironis reliquiæ Ultrajectum & Ruræmundam tranſlatæ.

23 DE S. Wironis *ſepultura iſta traduntur infrà in illius Vita*: Ad exequias beati viri religioſorum turba non modica virorum, fletu gemituque laborans advenit: motus affluentis populi Patris abſceſſum condoluit, quem cives ſuperni laudis in jubilo ferunt in ardua, cœtui jungendum Angelico. Sanctum vero corpus infra parietes præfati Oratorii S. Mariæ à Dei fidelibus, cum hymnis & pſalmorum concentibus, condignæ ſepulturæ traditur. Nec defuiſſe ſupernorum agmina tumulo dubitatur, cum peregrinus humani olfactus odor miræ fragrantiæ à cunctis aſtantibus hauritur.

S. Wiro honorifice ſepultus,

24 *De reliquiis* S. Wironis *Vltrajectum poſtea translatis, iſta leguntur in Breviario Vltrajectino* VIII *Maji Lect.* IX: Cujus (*Wironis*) corpus, miraculis clarum, ſepultum eſt in monte S. Petri juxta Ruræmondam. Poſtea tamen præcipua Reliquiarum ejus pars, per Canonicos Trajectenſes (qui in monte illo, declinantes Nordmannorum vaſtationem, cum Antiſtite ſuo Hungero, aliquamdiu reſederant) tranſlata eſt ad Epiſcopalem Sedem Ultrajectenſem, ubi etiam in veneratione habetur. *De eâdem tranſlatione Molanus in Natalib. Sanctorum Belgii ita ſcribit*: Præcipuam tamen portionem reliquiarum S. Wironis, Archiepiſcopalis eccleſia Trajectenſis ſibi aſſcribit. Occupato enim à Nordmannis Trajecto, Hungerus Antiſtes, cum paucis Canonicis, anxie Prumiam diffugit. Quorum præſentia Lotharius Rex motus, contulit ei monaſterium montis Odiliæ, ut in eo Danorum incurſione liberi, divini Numinis cultum celebrarent.

F

pars magna reliquiarũ delata Vltrajectum

25 *Eam Trajectenſis Eccleſiæ vaſtationem contigiſſe ſcribit Ioannes de Beka anno Chriſti* DCCCLVI. *Sæpius quidem ante eum annum Friſiam & Bataviam immanis illa natio vaſtavit. Nam, ut habent Annales Bertiniani, anno* DCCCXLVI piratæ Danorum Freſiam adeuntes, accepto pro libitu cenſu, pugnando quoque victores effecti, tota pene provincia potiuntur. *Anno* DCCCXLVII, Emporium quod Doraſtadum dicitur, & inſulam Batavorum occupant atque obtinent. *Anno* DCCCL, Rorich nepos Herioldi, qui nuper à Lothario defecerat, aſſumptis Nortmannorum exercitibus, cum multi-

ſeculo 9.

quo Friſia à Normannis vaſtata.

AUCTORE I. B. multitudine navium, Freſiam & Batavorum inſulam, aliaque vicina loca per Rhenum & Vahalem devaſtat. Quem Lotharius cum comprimere nequiret, in fidem recepit, eique Doreſtadum & alios Comitatus largitur. *Anno* DCCCLI, piratæ Danorum Freſiam & Batavos populantur. *Anno* DCCCLII, Normanni CCLII navibus Freſiam adeunt, acceptiſque multis, prout ipſi ſtatuerunt, ad alia divertunt. *Eodem anno*, Godefridus Herioldi Dani filius, conrogata manu valida, Freſiam cum multitudine navium aggreditur. *Aſt anno* DCCCLIV Dani, inteſtino inter ſe prælio dimicantes, adeo tridui concertatione obſtinatiſſima bacchati ſunt, ut Orico Rege & ceteris cum eo interfectis Regibus, pene omnis nobilitas interierit. *Anno* DCCCLV Lotharius totam Freſiam filio ſuo Lothario donat. Unde Roric & Godefridus patriam, id eſt, Daniam, repedant, ſpe poteſtatis Regiæ nanciſcendæ. *Sed eodem anno* Roric & Godefridus, nequaquam arridentibus ſibi ſucceſſibus, Doreſtado ſe continent, & parte maxima Freſiæ potiuntur. *Conſentiunt ut plurimum ceteri annales.*

ejuſque Metropolis Vltrajectum:

26 *Quo tamen anno Vltrajectum, quod erat Friſiæ caput, vaſtatum ſit ab iiſdem barbaris, non facile eſt aſſequi. Anno certe* DCCCLVI *nihil hoſtile moliti memorantur. Vnde quidam ſuſpicantur, à* Lothario Auguſto, *non ab ejus filio* Lothario Rege, *monaſterium illud* Hungero *Antiſtiti datum. Obiit autem* Lotharius Imperator, *Ludovici Pii filius, Caroli Magni nepos, die* XXIX *Septembris, anno* DCCCLV. *Filii illi fuere* Ludovicus II *Imperator, cui pater Italiam dedit;* Lotharius, *cui Lotharingiam*; Carolus, *cui Provinciam. Sed quocumque anno clades illa Vltrajecto illata ſit, ſatis liquet, non facile potuiſſe in priſtinam formam reſtitui eam urbem Eccleſiamque, anniverſariis illis barbaricæ incurſionis procellis circumſonantibus: ut proinde mirum minime ſit,* Hungerum, *ſeu ex recenti calamitate elapſum, ſeu jam diu Sedes utcumq; quietas, ubi ſaltem divina obire poſſet, quærentem, anno demum* DCCCLVII *ad Regem* Lotharium, *cui Lotharingia Friſiaque obtigerat, confugiſſe. Nam die ſecundo Ianuarii, Indictione* VI, *anno regni Lotharii tertio, qui erat Chriſti* DCCCLVIII *(quippe qui anno* DCCCLV *inierat regnum) donatum eſt illi ab eodem Rege* Montis S. Odiliæ monaſterium: *cujus donationis tabulas recitat Wilhelmus Hedæ, in hiſtoria Epiſcoporum Vltrajectenſium, quas & hic promere operæ pretium videtur. Ita ergo habent.*

quare Lotharius Rex anno 858

27 In nomine omnipotentis Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti, Lotharius divina præveniente gratia Rex. Si locis divino cultui mancipatis quippiam muneris confirmamus, id nobis procul dubio ad æternam beatitudinem nanciſcendam adfuturum eſſe confidimus. Igitur comperiat omnium fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ, & noſtrorum, præſentium ſcilicet & futurorum, induſtria: Quia ex relatu Guntharii, ſacri palatii noſtri, ſummi Capellani, & Hungarii, venerabilium Epiſcoporum, didicimus quod Trajectenſis Eccleſiæ, quæ in honore Chriſti Confeſſoris Martini conſtructa eſſe cognoſcitur, barbarica imminente nequitia, pene deſtructa & ad nihilum redacta ſit; Canonicique olim in ea Domino militantes, paſſim per diverſa loca quidam diſperſi, quidam etiam interempti ſunt. Hac denique incumbente maxima neceſſitate, deprecati ſunt Celſitudinem noſtram, ut memoratæ ſanctæ Sedi, intra regnum noſtrum, quietum & pacificum locum, ad conſolationem & refugium Canonicorum, tribueremus. Quorum ſaluberrimis & ſinceriſſimis ſuggeſtionibus, pro amore Domini Protectoris noſtri, ob emolumentum etiam ac remedium animæ avi noſtri Ludowici, & piæ memoriæ genitoris noſtri Lotharii, quondam Auguſtorum, nec non genitricis noſtræ Hermingardæ; ſeu pro ſalute noſtra & regni ſtabilitate, libentiſſimum præbentes aſſenſum, hos Clementiæ noſtræ apices fieri juſſimus, per quos in pago Maſo, ſuper fluvium Ruræ, monaſterium in honore S. Petri conſtructum, quod Bergh nuncupatur, ad præfatam Sedem Trajectenſem, ſub omni integritate tradimus, & per omnia tempora, ad conſolationem & turamentum Rectorum ejuſdem Sedis vel Cleri famulaturum, concedimus; qualiter præſignati ſervi Dei, noſtra percepta liberali munificentia, eos Domini miſericordiam pro noſtra ac prædeceſſorum noſtrorum ſalute liberius exorare delectet. Et ut hæc noſtræ traditionis ſeu pietatis largitio per futura tempora inviolabilis perſeveret, manu propria eam ſubterfirmavimus, & annuli noſtri impreſſione aſſignari juſſimus. Signum Lotharii glorioſi Regis. Daniel Notarius recognovi, ſcripſi & ſubſcripſi. Data IV Nonas Januarii, anno, Chriſto propitio, regni D. Lotharii glorioſiſſimi Regis tertio, Indictione ſexta. Actum Prumia monaſterio in Dei nomine feliciter. Amen. *Hactenus diploma.*

donavit monaſterium S. Wironis,

Bergh *dictum,*

28 *Quod monaſterium illud S. Petri*, Bergh *ait nuncupari, id etiamnum uſus accolarum habet, ut pagum illum ac monaſterii templique locum* Bergh *ſive* Montem *vocent: qui tamen accuratius loquuntur* Sint-Odilie-bergh *id eſt*, Sanctæ-Odiliæ-mons, *ſive* Odiliæ mons: *mendoſe apud Capgravium, & in ſecunda parte Legendæ antea citata,* Mons Odulæ *vocatur. Quam tamen ob cauſſam* S. Odiliæ *mons vocetur, nondum comperi.* S. Odiliæ *alibi celebre nomen, præſertim in Alſatia, ubi vixit. An huc tranſlatæ aliquæ ejus ſint reliquiæ, an alia cauſa ejus invaluerit cultus, haud ſcio. Quod vero in* pago Maſo *ſitus is locus eſſe dicitur, alibi monuimus, tractum omnem, qui à Trajecto ſuperiore uſque ad Batuam ſecundum Moſam annem utrimque longiſſime protenditur, olim appellatum fuiſſe* Maſau *(pro quo hic eſt* Maſo*)* Maſegau, Maſeland, Moſauga, Moſavum, *ſive* Moſariorum pagum *vel Comitatum. Erat autem duplex, ut in Diviſione regni hujus ipſius Lotharii inter ejus patruos, Carolum & Ludovicum, hunc Germaniæ, illum Franciæ Reges, anno* DCCCLXX *facta, videre eſt apud Miræum in Codice donationum cap.* 20, *ubi ſingulis aſſignatur* Maſau ſubterior, *& Maſau ſuperior, de iſta parte, Carolo videlicet, quod ad lævum Moſæ latus jacet; Ludovico, quod ad dextrum. Ratio nominis eſt, quod qui fluvius Latine* Moſa *dicitur, Francis* Meuſe, *Leodienſibus à Viſeto oppido uſque ſupra Dionantum* Mouſe, *ad Latinum nomen propius accedente vocabulo; is à Teutonibus infra Viſetum uſque ad Oceanum* Maſe, *ſive* Maes *appellatur. In ea ipſa diviſione poſt quinque Epiſcopales urbes, Ludovico tribuuntur* abbatia Sueſtre, *&* Berch. *Eſt* Sueſtre, *vulgo* Susteren, *nobilium Virginum Canonicarum monaſterium, paulo amplius duabus leucis à* Bergh, *ſive* Odiliæ-monte *diſtans, à S. Willebrordo ædificatum, de quo ita ſcribit Theofridus in ejus Vita*: Idem munificus Princeps *Pippinus*, ſub chirographi conſcriptione, anno quarto regni Dagoberti, VI Nonas Martii, tradidit illi villam, in pago Moſariorum ſitam, & à præterfluentis fluvii nomine Sueſtram nuncupatam. *Tribus circiter leucis ab eodem loco* Berch, *oppidum eſt* Gangelt *ditionis Iuliacenſis, quod in* pago *quoque* Moſano *ſitum ſcribit Einardus lib. 4 de miraculis SS. Marcellini & Petri, his verbis*: Eſt item fundus regius in pago Moſavo, octo circiter leucis ab Aquenſi vico diſparatus, Gangluden habitatores appellant. *Vocabulum autem* Pagus, *& olim à Cæſare ac Tacito, & ſtricto Mo-* *id eſt dicto Moſano,* *ſitum in pago Maſo,* *ſive Maſau,*

paſſim à mediæ ætatis ſcriptoribus, non pro vico ruſticano, ſed pro diſtrictu aliquo, plures ejuſmodi vicos, aut oppida, atque etiam urbes, & latius terræ ſpatium complectente: unde Gallica vox pays *profluxit. Quare* pagus Maſo, *ſeu* Maſau, *eſt ditio Moſæ adjacens; & utramque vocem Teutonicum* Maſeland *exponit.*

29 *Sed ad* S. Wirónis *reliquias ſtylum referamus. Earum pars, ut ex Molano diximus, ab Hungero Antiſtite &*

Hungero Epiſc. & Canonicis profugis

Cano-

A *an reliquiæ Vltrajecto in Bergh relatæ?*

Canonicis, domum poſtliminio revertentibus, Ultrajectum *aſportata videtur. Miræus tamen in Faſtis Belgicis, ex propriis Officiis Eccleſiæ Ruræmondenſis, ita ſcribit:* Cujus *Wironis* venerandum corpus in eccleſiam Ultrajectenſem tranſlatum (Danis & Normannis eam devaſtantibus) Canonici illinc profligati, ad dictum S. Petri montem, favente Lothario Rege, revexerunt: ubi multis & cæleſtibus miraculis illuſtre fuit. *Verum unde iſta hauſerit Henricus Cuyckius Ruræmundenſis Epiſcopus, cujus auctoritate Officia illa concinnata editaque anno* MDCIX *fuerunt, haud conjicio. Altera multo probabilior narratio videtur, Hungerum partem earum reliquiarum ſecum aſportaſſe, Canonicis Bergenſis monaſterii haudquaquam repugnare auſis.*

aliqua potiùs ibi relicta,

30 *Pars eſt tamen iſthic relicta, proque integro corpore deinceps forte habita, ut variis locis aliorum Sanctorum* corpora *aſſervari in vulgus creduntur, quamvis pars ſolum aliqua corporum extet. Neque palam fortaſis omni populo hic conſtitit, partem alienatam eſſe. Certe ſcriptor Vitæ* S. Wironis *id videtur ignoraſſe, aut diſſimulaſſe,* *factaq; ad eas miracula:* *cum ita ſcripſit:* Ad cujus ſepulchrum deinde plurima ſanitatum præſtantur beneficia: nec inconſolatus abit adhuc hodie, qui digne celebrans ejus patrocinia, Divinam implorat gratiam [petens] ſibi ſua remitti piacula, præſtante Domino *&c.*

B *Ruramondâ allata:*

31 *Quæ porro hic ſupererant reliquiæ, cum collegium Canonicorum Ruræmondam migravit, eo quoque tranſlata ſunt, & in æde SS Petri & Pauli, quæ dein Sancti Spiritus eſt nuncupata, ac poſtea Cathedra Pontificali ornata, depoſita; atque ſingulari Numinis providentia ſervatæ fuerunt, ne ab ſacrilegis militibus Wilhelmi Naſſovii Principis Arauſionenſis, cum is Ruræmondam anno* MDLXXII, *die* XXIII *Iulii, quinto aſſultu cepiſſet, indignis modis violarentur; cum tabulam ſummi altaris, in cujus erant baſi reconditæ, evertiſſent. Sunt eæ poſt annos viginti & duos reperta: feſtumque Inventionis & Elevationis quotannis ritu duplici celebratur. Qua de inventione & feſto iſta in officiis propriis annotantur.* Feſtum Inventionis & Elevationis oſſium, SS. Wironis, Plechelmi & Otgeri: quod celebrandum eſt ſemper feria tertia poſt feſtum Sanctiſſimæ Trinitatis. SS. Wironis & Plechelmi Epiſcoporum & Otgeri Diaconi oſſa, ante Iconoclaſtarum rabiem, in excavata baſi tabulæ ſummi altaris Cathedralis Eccleſiæ ſancti Spiritus Ruræmundenſis, in lignea theca, cum vetuſta hac inſcriptione, PARTES RELIQUIARUM SS. WIRONIS, PLECHELMI, ET OTGERI, conſervata fuerunt. Quæ tempore Iconomachiæ anni MDLXXI *, hæreticis altaris tabulam evertentibus, ipſamque baſim intactam relinquentibus, ſingulari Dei providentia ab hæreticorum furore defenſa ſunt. Anno vero MDXCIV, quo tempore ejuſdem altaris baſis renovabatur, ibidem reperta, & poſtea honorifice elevata ſunt. Ad cujus rei & horum Diœceſis hujus Patronorum religioſam memoriam, duplex hoc ſecundæ claſſis feſtum eſt inſtitutum, feria tertia poſt ſacro-ſanctæ Trinitatis feſtum ſemper celebrandum.

C * imo 1572

Reliquiæ aliæ Vltrajecti inventæ ſæculo 10.

32 *At quæ Vltrajectum erant aſportatæ reliquiæ, eas poſtmodum, eorumdam Nortmannorum metu, deſodi aliterve occuli oportuit. Quod ita factum, ut latebrarum, in quas abdita erant, omnino interciderit memoria: donec Baldrici* XV *Epiſcopi tempore, quo & Otto* I *Auguſtus imperabat,* divina revelatione, *ut Wilhelmus Heda ſcribit* repertæ ſunt. *De qua Inventione Ioannes de Beka iſta ante Hedam tradidit:* Inſuper & idem Epiſcopus corpora SS. Werenfridi, Lebuini, Plechelmi, Wironis, Otgeri, Odulphi ac Radbodi, per myſticam revelationem adinvenit: de quibus ſanctis Patronis Trajectenſem eccleſiam glorioſius adornavit. *Idem Baldricus Epiſcopus Reliquias* S. Plechelmi *tranſtulit* Oldenſalium, *uti latius ad ejus Vitam dicendum.*

Inventæ an. 1594.

VITA AUCTORE ANONYMO.

Ex Schedis VVilhelmi Lindani Epiſcopi Ruræmondenſis.

PRÆFATIO.

1 SAnctorum Patrum memoriam dictis ac ſcriptis excolere, condignis laudum vocibus extollere, ipſum laudare qui in Sanctis ſuis eſt mirabilis [quin conveniat, eſt] nemo qui dubitat: cum luce clarius pateat, eumdem laudis ac ſanctitatis auctorem eſſe, per quem, & in quo quicquid ſanctum eſt ſanctificatur, nec ſanctum eſſe aliquid ſine eo, nec laude dignum quamquam Chriſtianum, oportet credere. Quapropter nos Vitam vitæque curſum B. Wironis aggreſſi carptim expedire, pauca de multis particulādo; ipſi ſuæ ſanctitatis auctori Chriſto non diffidimus placere, quodcumque quis condignum ejus memoriæ ſatagit agere: Ducem vero regnantem non offendit, qui triumphanti militis poſt victoriam applaudit.

S. Wiro Scotus.

2 Igitur Scotia, uber Sanctorum Patrum inſula, ſtellarum numeris Sanctorum coæquans patrocinia, multis ad ſalutem protulit *a* Wironem, nec tamen ab infimis in proſapia parentum natalibus. Qui mox lacte matris ſublatus, gemellis ſophiæ traditur educandus uberibus. Sed quid neceſſe eſt plura proſequi? Sub ſcholæ ferulis rorem ebibit ſupernum, ante annos curam virilem gerens & animum. Adhuc immaturus ævi majorum exempla diſcriminans, quadam præfiguratione præſagii ſibi, quod in futuro futurus erat. Crevit autem ætate, ſed præfloruit in animo nullis unquam cor implicans illecebris, nec pedem ſemel innixum gradibus virtutum, retraxit ab inceptо: parvipendens terrena, totoque niſu graviter anhelans ad cæleſtia. His, licet in paucis, non ſatis dictum puto de tantæ ſanctitatis adoleſcentulo; tamen parcendum verbis, cum utendum ſit paucis, ne faſtidium incultus ſermo legentibus inferat, cum ad id opus nec ſermo nec hora redundant: nam res verba ſtylumque præponderat. *b* Aſt ut non poteſtatis, ſed oneris, plurima cum paucis ad unguem perducere; ita decori eſt lectori pauca dictis, plura ſenſu percipere: nec in his meritum fides excedit.

a

litteras puer diſcit.

jam tum gravis & ſanctus;

b

adoleſcens conſtans in benefaciendo,

3 Sanctus autem adoleſcens Wyro, ætate, ſanctitate, Canonicorum graduum ordine, proficiens indies, & in annos ſuccreſcens, & florens ante Deum ut palma, ut cedrus in domo Domini multiplicatus, vir Deo amabilis & hominibus effectus eſt; atque mox opere protulit in lucem, quod jam puer clam mortalibus, palam ſecretorum inſpectori ſedula præſtitit intentione. Neſcit itaque cœptis cedere, nec habenas voti relaxare: non frangitur in adverſis, non proſperis extollitur: ſacris non fatigatur vigiliis, paſcitur orationibus, jejuniis hilareſcit, nec una rerum ſententia mutat locum propoſiti. Sanctos etenim Patres cum cordis obtutu præpoſuit ſibi perplures, præſertim hos admiranda meritorum virtutumque magnitudine præcellentes, *c* Patricium, Cuthbertum, Columbam, patriæ *d* columnas, terræ lucernas; eorum exemplis cupiens inniti, religionemque ſanctimoniæ anhelans æmulari. Nec ſolum ceſſat pedetentim imitari, quin etiam captus amore divino curſum capeſſat peregrinandi ſedulo: ſed eventus rerum tempus & locum differt abeundi *e*. Nec id divinitus factum errat à fide: noctes perendinat pſalmodiis, æquat dies jejuniorum victimis, ſibi ſolatio [ut ſint] Sanctorum invitans patrocinia, ſemperque cælica pervigil implorans ſubſidia: ne forſan iniquæ partis irretiretur laqueo, aut ne aliquo votum proſequi carnis impediretur impedimento.

c

d

ſtatuit peregrinari.

e

4 Nec longe poſt Eccleſia illius patriæ, homi-

EX MS. nem exeunte Paſtore, Paſtoralis curæ ſolatio deſtituitur: moxque concordi cunctorum voce Wiro Paſtoris officio deſtinatur: unaque fremit populus cum Clero, non alium cælitus expoſci, neque alium acciri debere cognaræ gentis patrocinio. Sanctus vero Wiro, perituri honoris non avidus, humilitatis robore perſiſtens, reclamat, ſe potius diſcipulum dicere, quam magiſtrum exiſtere. Moris erat apud incolas ejuſdem inſulæ, primo Paſtorem inter eos eligere, tum electum Romam dirigere, Apoſtolicis manibus ordinandum, ordinatumque Sedem & plebem reviſere. Non aſſenſit fidelis plebs diu reluctanti Wironi, ſed potius eum, licet invitum, eligendo compellit votis aſſenſum non denegare. Tum nactus locum & tempus patriam evadendi, piæ peregrinationis amore, urgentis populi pro tempore paruit voluntati: ſe tamen coram Deo longe aliter habebat in mente, nec ſpe fruſtrabatur inani. Quid plura? Romam tendens, non moratur iter arripere: non ambitu terrenæ dignitatis, ſed deſiderio diu deſideratæ peregrinationis. Fitque comes *f* Plechelmus Sacerdos viæ votique, virtute venerabilis, non majoris ævi, nec multo minoris meriti. Erat autem illis anima & cor unum in omnibus. Beatus quoque Wiro, tali comitante ſocio, dum partes Anglorum peragraret, divinitus adjungitur *g* Othgerus Levita, flagrantiq; cæleſtium dulcedine poſtponens terrena, beati viri ſe ſubjecit patrocinio. Securius iter, quod jam ſibi velle præceperat Sanctus, virtutum aggrediens, undoſa freta maris, Chriſto duce, proſpero curſu transmenſus eſt.

eligitur Epiſcopus

mittitur Romam ordinandus:

Socios aſſumit Plechelmum & Otgerum.

f

B

g

cum iis ſacra loca religioſe obit:

5 Romam vero, quo pergere tendunt, cœptum iter proſequentes, Chriſto duce perveniunt. Limina ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli labris premunt impreſſis, marmor pavimenti lacrymis irrigant, precibus & votis altaria ſolicitant, cælo preces transmittunt, loca Sanctorum crebro frequentant: auditur ſervorum Chriſti gemitus & petitio, nec ab exauditu divino vel paulliſper excluditur. Quod quærunt, velle, poſſe, perficere divinitus illis non negatur. Nam & Petrus cæli claviger cælum aperit eorũ ſuſpiriis. Dominus autem Apoſtolicus his ita compertis, B. Wironem ad ſe juſſit accerſiri. Nec mora: ſanctus vir aderat propere, una cum irremotis comitibus. Quem, ut coram venit, *b* Papa perſpiciens in vultu, quod erat in corde perſenſit: moxque ruens in amplexum, lætabatur in oſculo ſancto, non ſine lacrymis, utpote commotis non delendæ pietatis viſceribus. Tandem modeſto ſermone potiti; Papa prior exorſus, nomen & patriam, curſumque propoſiti requirit in ordine. Sanctus autem vir, ut oſor falſi tenaxque veri, legationis ſummam primo retexens per ordinem, poſt ſuæ voluntatis affectum tantæ ſanctitatis viro denudans ad integrum, pedibus obvolutus, multis ſupplicationibus ſupplex exorat aſſenſum. At Domnus Apoſtolicus non flectitur hujuſmodi petitionibus; & malens populo Dei profectum providere, nec non fidelium electioni ſatisfacere, licet invitum diuque reluctatum, Epiſcopali eum ſublimavit ordine. Quin & Plechelmum itineris ſocium eodem promovit honore: eoſque ſibi copula ſupernæ dilectionis vinxit in amplexum fraternæ caritatis: & Sanctorum patrociniis ditatos, muneribus honoratos, direxit in patriam; ſuæ auctoritatis præcepto Beatum Wironem conteſtans, ne priuſquam ad ſua rediret peregrinandi curſum uſque quaque tentaret.

à Papa benigne exceptus

h

C

Epiſcopus ordinatur cum Plechelmo,

à ſuis lætanter excipitur:

6 Vir autem ſanctus præcepto obtemperans; inde revertendo Alpium juga ſuperat, procelloſi maris freta tranſmetiens & nil ſiniſtri per diverſa viarum tolerando, multis ad gaudium pervenit in propria. Quem plebs applauſu, Clerus vocis in jubilo, omnis ſexus & ætas populi laudibus attollens ſuſcepit, Epiſcopalique Cathedræ mox omnium unanimitas præponit. Qui poſitus in Sede bonorum dierum claruit magnitudine, moribus, & exemplis effectus inſignis, vitæ curſum coæquans doctrinis, non ſegniter ſpargendo vitæ ſemina populis. Nil tamen animum mutans ab incepto, clam hominibus, palam Deo, peregrinationis æſtu anhelabat ſedulo. Quid plura? Chriſti gratia, cujus inhiabat amori, diu non differt illi tempus & eventum evadendi. Adhibitis ergo ſibi comitibus irremotis, Plechelmo videlicet ejuſdem honoris, vitæ, votique compote, & Odgero religioſæ vitæ Diacono, parvi pendens blandimenta parentum, delicias opum, popularis gloriæ fluxum; iter arripuit duce Chriſto quod jam tener in annis adoptavit in animo. Qui diverſa regionum peragrans confinia, mare pervenit Gallicum: ubi navim aſcendens, impetus tempeſtuoſi vadi dextro curſu tranſulcando citeriori lætus admodum applicuit littori. Jam etenim ut portum tetigit, poſt tergum maris periculum reſpiciens, Deo gratias reddidit, quod jam evaſerat naufragium mundi, impingendo limen exilii, procellas pelagi comparans animæ naufragiis; littoris ſoliditatem, quietis æternæ tranquillitati. Accingitur viarum labori, nec certus in quam tenderet partem, ſecurus tamen de Deo, ſibi non deeſſe ductus auxilium, qui ſperantes in ſe non deſerit uſquequaque. Nec plus exul exultat in reditu longo feſſus, poſtliminio fruiturus optatis parentum amplexibus quam vir ſanctus ſuorum eluctatus adulationibus, incertis gaviſus eſt exilii ſubjacere laboribus. Maluit enim inter alienos pauper & modicus haberi, quam inter ſuos dives & glorioſus computari.

D

Relicto Epiſcopatu,

navigat in Galliam;

E

7 Inde regreſſus (nec via fallit euntem) Franciæ dirigitur in partes. Cumque *i* Pippinus Dux Francorum narrante fama didicit, tales viros infra regni ſui terminos peregrinari velle, totamque patriam illorum illuſtraſſe ſanctimonia; gaudio repletus, eos ad ſe venire fecit propere. Quos adventantes cum honore ſuſcipiens, auditaque cauſa itineris, B. Wironem mox inter ſuos *k* timoratum cunctiſque venerandum locavit, ejuſque ſanctitati ſe cum ſuis committens, cum ſumma veneratione ut patronum excoluit. Locum namque remotum à mundi negotiis Dux ipſe præfatus, providens in futurum, B. Wironi conceſſit ad manendum, quo liberius cum ſuis inibi cæleſtes caperet fructus: qui locus ore vulgi *l* Mons Petri dictus *m*, in quo oratorium S. Mariæ ſemper Virginis Deique Genitricis honore conſtructum & conſecratum eſt, nec non S. Petri monaſterium decori operis artificio conſtructum ex lapidibus, quod perdurat in præſens. Igitur vir ſanctus diu deſideratum adeptus locum adiit, ſe ſuoſque multis imitandos exhibuit, jam opere non moratus implere, quod à flore juventutis exercuit mentis intentione: non oculum voluptati, non aurem ludibrio, non animum accommodans levitati, ſemper ſe gravitatis anchora morumque rexit & honeſtatis catena. Chriſtus in corde, Chriſtus in ore: nec aliud præter Chriſtum diligens, quotidie ſe cordis in ara Chriſto mactavit, vigiliis perſeverando, orationibus inſiſtendo, jejuniis incedendo; pauper rebus, dives meritorum divitiis, fortis adverſus vitia, facilis ad veniam, ſibi parcus, dapſilis *n* omnibus. Humilitatis caritatiſque vigorem quis ambigat in his prædictis omnibus exuberare? Doctrinis & exemplis populum illuxit, multis virtutum inſignibus effulſit; ſe terris invidebat, cælo totus inhiabat, diademate ſanctæ Crucis galeatus, tumultuantis fortunæ neſcius impetum formidare, hoſtis antiqui machinamenta gnarus exſuperare, ſubditis & ſociis tramitem vitæ meritis & exemplis haud ſegnis exhibere, manum medici gravatis

i

Ad Pippinum Ducē accerſitus

k

Montem S. Petri incolendum accipit:

l m

F

in quo cum ſociis ſanctiſſime vivit:

n

A gravatis peccati morbis non piguit adhibere: damna potius deflens aliena quam ſua.

à Duce in in Confeſſarium adoptatur,

8 Tantæ etiam venerationis apud præfatum Francorum Ducem habebatur, quod ut præſulem animæ & tutorem vitæ, ob ſanctitatis inſigne, inter ſuos eum venerabatur. Nam ſolitus erat illi lubrica lapſus humani detegere: nec dedignatus eſt gratia confeſſionis diſcalceatus eum adire, ejuſque oris imperio prompte parere. Conſultis etiam natu majorum intereſſe ſæpius accitur, quandoquidem habilis conſilio, nec futilis eloquio, non perſonam accipiens ſed rerum veritatem palam facere non deſtitit. Numquam livida bilis frontem contraxit in rugam ob indignantis cujuſquam livorem. Soli Deo tantum maluit placere, quam adulatrici linguæ obnoxius aſſentire. Per hæc & his majora vir ſanctus inter homines converſando, nequaquam mutans rigorem propoſiti, ſit grandævus ætate, ſed major in virtute; gravis in annis, ſed gravior in meritis. Nam ſe non pœnitet exilii, petiturum patriam: nec pudet laboris exacti, quiete fruiturum æterna. Fatiſcit in ſenio, ſed convaleſcit in animo: metam habet in promptu diu ſpe deſideratam: terminus finitur dolorum, gaudium inſtat præmiorum.

& Conſiliarium.

ſenex

B 9 Aderat enim tempus miſerendi, quo Dominus militem emeritum remunerare diſpoſuit: ut accitus à Superis, æternæ felicitatis intraret palatium, non moriturus, ſed mutandus in melius: quia preciosa eſt in conſpectu Domini mors Sanctorum. Modica febrium vi correptus, carnis extaſim mutans in ortu vitæ, felicem cælo reddidit animam; ſinibus Abrahæ per manus Angelorum transferendam. Ad exequias beati viri turba non modica religioſorum virorum, fletu gemituque laborans, advenit: motus affluentis populi Patris abſceſſum condoluit, quem cives ſuperni, laudis in jubilo ferunt in ardua cœtui jungendum Angelico. Sanctum vero corpus infra parietes præfati oratorii S. Mariæ à Dei fidelibus cum Hymnis & Pſalmorum concentibus condignæ ſepulturæ traditur. Nec defuiſſe ſupernorum agmina tumulo dubitatur, cum peregrinus humani olfactus odor miræ fragrantiæ à cunctis aſtantibus hauritur. Celebratur autem ejus feſtivitas octavo Idus Maji. Ad cujus ergo ſepulcrum deinde plurima ſanitatum præſtantur beneficia: nec inconſolatus abit adhuc hodie, qui digne celebrans ejus patrocinia, divinam implorat gratiam; & ſibi ſua [petit] remitti

febri moritur.

& ſepultus claret miraculis.

C piacula, præſtante Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui regnat & gloriatur cum Deo Patre ſanctoque Spiritu, per ſecula. Amen.

ANNOTATA.

a *Ita Ms. Lindani; & Capgravius promiſcue nunc* Wironem, *nunc* Wyronem *ſcribit; plerique alii* Wyronem.

b *Abſunt iſta à Surio, uſque ad nu.* 3.

c *Coluntur hi Sancti,* Patricius *Ep.* 17 *Martii*, Cuthbertus *Ep.* 20 *Martii*, Columba *Abbas* 9 *Iunii.*

d *Sur.* columbas.

e *Deeſt id Surio, nec ſatis liquet quid ſibi velit, cum nihil difficile creditu præcedat.*

f *Colitur* S. Plechelmus *Ep.* 15 *Iulii: in diœceſi Ruræmundenſi* 26 *ejuſdem.*

g S. Othgerus *Diaconus colitur* 10 *Sept.*

h *Hunc conjicio* S. Sergium *fuiſſe, qui & S. Willebrordum Epiſcopum ordinavit, ſeditque ab anno* 687 *uſque ad* 701. *Gabriel Bucelinus & Ioannes Spotiswodus cenſent ab* Honorio I *conſecratum S. VVironem, quod in prolegomenis refutavimus.*

i *Supra oſtendimus maxime credibile videri, hunc* Pippinum Herſtallum *fuiſſe, Caroli Martelli patrem, Pippini Regis avum, nepotem B. Pippini, itidem Ducis.* EX MS.

k Honoratum, *legi debere, cenſet quidam.*

l Bergh *appellatur in diplomate Lotharii Regis, anno* 858 *dato, quod ſupra recitavimus: vulgo nunc* S. Odiliæ mons, *ſive* Odilie-bergh: *Capgravio* Mons Odulæ.

m *Capgravius hæc alio transfert, ita ſcribens:* Et S. Wyronis corpus tranſlatum eſt in Trajecto, in quo oratorium in ſanctæ Dei Genitricis honore eſt conſtructum & conſecratum; necnon S. Petri monaſterium. *Surius cum Lindani Epiſcopi Ms. conſentit.*

n Δαψιλὴς, *largus, benignus, multa fundens.*

TRANSLATIO ECCLESIÆ COLLEGIATÆ

Ex Monte S. Odiliæ in urbem Ruræmundam.

Ex Archivio Ruræmundenſis Eccleſiæ ab Adriano d'Abreu Rectore Collegii Ruræmundenſis Societatis Ieſu ſubmiſſa.

1 IN nomine Dei. Amen. Nos *a* Reinaldus, Dei gratia Dux Geldriæ & Comes Zutphaniæ, univerſis præſentem paginam inſpecturis, ſalutem in Chriſto & rei geſtæ cognoſcere veritatem. Coram noſtra præſentia Comitali venerabiles & diſcreti viri, Canonici eccleſiæ Collegiatæ Montis Odiliæ Leodienſis diœceſis, lacrymabiliter ſunt conqueſti, quod cum dicta ſua eccleſia in noſtro Ducatu ac Dominio de Montfort ſit, in loco deſerto, nemoroſo, & ſolitario ſituata, ibidemque & in locis circumjacentibus, ſæpius & quaſi continue, conſueverunt diſcordiæ & guerræ graves ſuboriri. Verum etiam quod plures malitioſi prædones, nocturni & occulti, Deum & eccleſiam præ oculis non habentes, dictis Canonicis & eorum bonis inſidiantes, per rapinas, furta, incendia nocturna, diffidationes, deprædationes, invaſioneſque quam plurimas & alia pericula gravia, ipſos invaſerint, & adhuc occulte & hoſtiliter invadere nituntur minus juſte. Quapropter dicti Canonici, hujuſmodi pericula & defectus bonorum temporalium, quibus à malignorum incurſibus ſæpius ſunt prædati, amplius ſufferre non valentes, motu juſto & legitimo cogente, qui merito cadere poſſit in quëlibet virum conſtantem, ad oppidum noſtrum Ruræmundenſe, tamquam ad locum defenſionis & refugii, effugerunt; & ad Capellam ſancti Spiritus, infra dictum oppidum ſitam, apud quam eſt locus aptus & ſufficiens pro domibus clauſtralibus, & aliis neceſſariis procurandis, ſuum Collegium transferri deſiderant, ut divinus cultus, qui propter pericula prætacta ſæpius eſt diminutus & frequenter diminuitur, augeri valeat, & ipſi Canonici in pacis tranquillitate & mentis devotione Domino valeant famulari, noſtrum conſenſum & aſſenſum ad dictam tranſlationem faciendam, tamquam ab eorum Domino temporali, humillimis precibus poſtulaverunt.

E *Reinaldus Dux Geldriæ*

à Canonicis bellorum & prædonum damna multa paſſis rogatus

F

eũ locum Ruramundæ

2 Nos igitur præmiſſis dictis Canonicis illata ad mentis aciem dirigentes, & eorum humilibus precibus & evidentibus neceſſitatibus compati paterna affectione volentes, ad præmiſſam tranſlationem faciendam ſæpedictis Canonicis noſtrum conſenſum, & aſſenſum, & favorem in Dei nomine conferre volumus: & propter præmemorata pericula & divini cultus augmentum, aliaſque cauſas rationabiles: & juſtas, nobis ab eiſdem expreſſas, noſtri ſigilli munimine conferimus, & libera voluntate in Dei nomine duximus impertiri. Datum anno Domini MCCCCLXI ipſa die B. Gertrudis Virginis. *Hæc tranſlatio etiam confirmata eſt per* Eduardum *b* de Geldria, *Dominum*

concedit,

EX MS. consentiente Domino de Montfort, urbe Ruremundensi,

temporalem in Montfort per diploma ejusdem fere tenoris, prout præcedens, datum anno MCCCLXI *die tertia mensis Aprilis. Deinde confirmata est à* Magistratu & Oppido Ruræmundensi, *adhibitis libertatibus decretalibus, aliis Canonicis à jure debitis, & consuetis, juribus Domini Ducis Geldriæ dictaque Civitatis per omnia salvis & illibatis: & desuper confectæ fuerunt literæ ejusdem fermo tenoris, prout præcedentes anno Domini* MCCCLXI *die* XX *Aprilis. Eadem deinde confirmata fuit per* Episcopum Ultrajectensem & Præpositum dictæ Ecclesiæ Montis Odiliæ, *per diploma ut sequitur.*

c Translatione Capituli confirmatibus Episcopo Ultrajectino,

3 Joannes *c* Dei gratia Episcopus Ultrajectensis, nec non Hugo Vustinck Canonicus Trajectensis ac Præpositus montis Odiliæ Leodiensis Diœcesis, universis & singulis præsentes literas inspecturis facimus manifestum, quod nos, de consensu Capituli ecclesiæ nostræ Trajectensis, Translationi Ecclesiæ Montis-Odiliæ Collegiatæ Leodiensis diœcesis, ad oppidum Ruræmundense ejusdem diœcesis, & ad Capellam S. Spiritus ibidem per Reverendiss. in Christo Patrem D. Engelbertum Episcopum Leodiensem factæ aut faciendæ, ex certis & legitimis causis, dictum Rev. Patrem & nos moventibus, nostrum consensum adhibuimus, pro ut & assensum in his

B præsentibus consentimus, sub modo & forma infra scriptis. Inprimis, quod ad nos Episcopum Trajectensem prædictum, & nostros in perpetuum successores, Præposituræ dicti loci de Ruremunde seu Capellæ ibidem, & ad nos Præpositum & nostros qui pro tempore fuerunt successores Canonicatuum & præbendarum omnium & singularium, aliorumque beneficiorum ejusdem Capellæ pro tempore vacantium, provisio & collatio pertinebit, & pertinere debeat pleno jure, pro ut hactenus ad nos pertinuit & pertinere consuevit in loco Montis-Odiliæ prælibato: & quod privilegia quæcumque, præsertim donatio Montis-Odiliæ prædicti, à Christianissimo Imperatore Lothario facta Ecclesiæ nostræ Trajectensis, Ecclesiæ Montis-Odiliæ prædictis, & nobis competentia, salva & in suo robore permaneant, perpetuis temporibus duratura: & quod omnibus & singulis hujusmodi privilegiis, libertatibus, statutis & consuetudinibus & aliis juribus universis, nobis in loco Montis-Odiliæ communiter vel divisim competentibus utamur, & uti, frui liceat pacifice & quiete in oppido Ruremundensi prælibato, salvo nobis jure nostro ecclesiæ in loco Montis-Odiliæ sæpe dictis. In cujus rei testimonium nos Episcopus

C Trajectensis, nec non Hugo Vustinc Præpositus montis-Odiliæ prædicti, sigilla nostra præsentibus duximus apponenda. Datum anno Domini MCCCLXI, mensis Aprilis die XX. *Deinde accessit confirmatio per Episcopum Leodiensem, uti Ordinarium, prout sequitur.*

4 In nomine Domini. Amen. Universis præsentem paginam inspecturis, Engelbertus *d* Dei gratia Ecclesiæ Leodiensis Episcopus, salutem in eo, qui

d Episcopo Leodiensi

de terris ascensurus ad cælum pacem nobis reliquit. Etiam inter curas innumeras, quibus ex nostri Pontificalis officii debito assidue perurgemur, illa potissimum insidet cordi nostro, ut Ecclesiæ nostræ vigilantiæ commissæ debitis non fraudentur obsequiis, & earum personæ cultui deputatæ divino, pacis tranquillitate vigeant. Scimus enim quod non nisi pacis in tempore bene colitur pacis Auctor. Pridem igitur nobis in Christo dilecti Capitulum singulareſque Canonici ecclesiæ S. Petri montis-Odiliæ, nostræ diœcesis, auditui nostro referarunt, quod dicta eorum ecclesia in loco deserto, nemoroso, & ab hominibus remoto, omnique carente defensionis præsidio situata; ac illius Canonici ad divinum officium in ea peragendum ordinati, per malignorum prædonum sive raptorum Dei timorem non haben-

attenta gravitate periculorum in loco priori,

tium incursus, à multis retroactis temporibus facta sacrilegia, incendia, deprædationes, nocturnos egressus, rapinas, diffidationes & invasiones corporum & bonorum, aliaque grandia pericula & varia dispendia sæpius sustinuerint, & de die in diem miserabiliter patiantur: adeo quod ipsa ecclesia calicibus, ornamentis perpotius privata, ipsiusque Canonici plerumque bonis suis spoliati fuerint; nonnumquam etiam propter diffidationes, invasiones, & insultus eis factos in ipso loco habitare, & de suis habitationibus ab ecclesia plurimum distantibus ad ecclesiam ipsam pro divinis in ea celebrandis accedere, ob mortis & cruciatus corporis periculum evitandum ac suorum corporum metum, qui in quemlibet virum constantem non immerito cadere poterat & potest, nequaquam ausi fuerint, prout nec etiam audent in præsenti. Propter quæ dicta ecclesia pluries hactenus divinis Officiis defraudata extitit, ac de die in diem defraudatur. D

5 Verum cum invalescentibus, pacis æmulo procurante in partibus Ducatus Geldriæ, in quo dicta ecclesia consistit, plus solito guerris & discordiis, locus & tempus pacis dictis Canonicis ad serviendum in ipsa ecclesia Domino virtutum, nequaquam provenire speretur; Nobis humiliter supplicarunt, quatenus dictam ipsorum ecclesiam ac ipsos, & eorum Collegium, ad oppidum Ruremundense præfatæ nostræ diœcesis, ipsi ecclesiæ satis vicinum plurimumque populosum, murorum, mœnium, & turrium præsidio circumdatum, à nobis & ecclesia nostra Leodiensi descendens in feudum, & ad capellam sancti Spiritus in eodem oppido constructam, circa quam domos clausirales ædificare, & habere, ac pacifice cessantibus dictis rapinis & insultibus habitare, nec non pacis Auctori servire secure poterunt, transferre; dictamque Capellam eisdem tradere & assignare, & in Ecclesiam Collegiatam erigere & constituere dignaremur; præsertim cum ad hoc accederent voluntas & consensus Venerabilis viri Præpositi ejusdem Ecclesiæ montis-Odiliæ, Canonicatuum & præbendarum ipsius Ecclesiæ Ordinarii Collatoris, ac venerabilis Patris Domini Trajectensis Episcopi, ad quem spectat Præposituræ ipsius Collatio, nec non Illustris Principis Domini Reinaldi Dei gratia Gelriæ Ducis, sub & in cujus jurisdictione locus uterque consistit, & nobilis Eduardi fratris ejus, consanguineorum nostrorum; & insuper honesti viri Godefredi de Elmpt, Investiti parochialis ecclesiæ Ruremundensis ipsius capellæ Patroni, in F cujus parochia dicta capella consistit, Reverendissimique in Christo Patris ac Domini D. R. de Ursinis, e divina providentia S. Adriani Diaconi Cardinalis & Archidiaconi de Campinia in ecclesia nostra Leodiensi, in cujus Archidiaconatu eadem Capella situatur. Nos autem super his cum debita maturitate procedere volentes, de præmissis inquiri fecimus diligenter veritatem, & per inquisitionem eamdem invenimus, suggesta nobis pro parte dictorum Capituli & Canonicorum fuisse vera.

assensus habentium interesse,

E

6 Volentes igitur ecclesiam ipsam Collegiatam ac personas illius à memoratis tribulationibus, persecutionibus, & oppressionibus intolerabilibus stipare; ac in loco pacis, in quo Domino devotum valeant impendere famulatum, collocare; [& certiores reddiți] de ipsius loci, ad quem se transferre desiderat, idoneitate, ac bona devotione, quam populus ipsius oppidi erga Deum & sanctã ejus Ecclesiã [habent]; Capitulum, Canonicos, Collegium, & Præposituram Montis Odiliæ, cum omnibus privilegiis, juribus, honoribus, bonis, decimis, & rebus aliis ad eos & dictam ipsorum Ecclesiam quomodolibet spectantibus, de consilio & assensu Ven. Capituli nostri

& Ruræmundensis loci aptitudine,

A stri Leodienſis, nec non de Dominorum Trajectenſis Epiſcopi, Ducis Eduardi, Præpoſiti, Archidiaconi & Inveſtiti prædictorum, ac honorabilium virorum, Judicis, Scabinorum, Magiſtrorum-civium, Conſulum, totiuſque Civitatis dicti oppidi Ruremundenſis ſpeciali aſſenſu, in Dei nomine, auctoritate noſtra ordinaria, ad ipſum oppidum Ruremundenſe & Capellam ſancti Spiritus in illo ſitam transferimus; ipſamque Capellam cum ſuis juribus & pertinentiis univerſis ex nunc dictis Præpoſito & Capitulo donamus, & eamdem in collegiatam eccleſiam erigimus, facimus, & conſtituimus: ſtatuẽtes ut dicti Canonici ex nunc in ipſa eccleſia ſancti Spiritus conventualiter ac perpetualiter horas Canonicas nocturnas & diurnas ac cetera divina officia celebrent, reſidentiamque faciant in ea perſonalem, prout hactenus in ipſa eccleſia montis-Odiliæ facere tenebantur & conſueverunt; ac domos clauſtrales circa eam ſibi procurent ſeu ædificent, in quibus ipſi Canonici eorumque ſucceſſores, incolarum dicti oppidi protecti munimine, valeant, tamquam in tabernaculo fiduciæ & pulchritudine pacis & opulenta requie, perpetuis temporibus habitare.

ad erectionem clauſtri collegialis,

B 7 Damus inſuper dicto Capitulo & Canonicis, per nos, ut præmittitur, tranſlatis liberam facultatem, licentiam, & auctoritatem, reliquias, ornamenta, libros, calices, campanas, altaria, ſedeſque chorales ſive ſtalla Chori & res alias dictæ eccleſiæ Montis Odiliæ, ſpirituales & temporales, de quibus ipſis expedire videbitur, ad dictam eccleſiam ſancti Spiritus transferendi; ac ipſam eccleſiam ſancti Spiritus, ſi & cum opus fuerit, augmentandi, & contra illam cœmeterium conſtruendi, conſecrarique faciendi, ac in ipſa Capella & oppido Ruremundenſi, quantum ad perſonas Collegii eorumdem, utendi omnibus & ſingulis juribus, libertatibus, franchiſiis, privilegiis, immunitatibus & conſuetudinibus, licitis & honeſtis, quibus hactenus in dicta eccleſia Montis Odiliæ uſi ſunt & gaviſi. Eiſdemque Canonicis & Capitulo vi horum concedimus in dicta eccleſia ſancti Spiritus & ejus cœmiterio ſepulturam, ſalvo ſemper jure parochialis eccleſiæ, à qua corpora ſepelienda continget aſſumi. Decernimus inſuper domos clauſtrales antedictas, poſtquam ad habitationem ipſorum Canonicorum fuerint perpetuo deputatæ, illa libertate gaudere, qua gaudent domus clauſtrales Canonicorum eccleſiarum Collegiatarum noſtræ diœceſis.

ſub iiſdem quibus ante privilegiis & juribus

C 8 Et ut hæc præſens noſtra tranſlatio nemini pareat præjudicium, ſed unicuique jura ſua conſerventur illæſa, volumus & ordinamus, quod collatio Præpoſituræ Eccleſiæ prædictæ ſancti Spiritus, quæ hactenus eccleſia Montis Odiliæ dicebatur, & Canonicis eccleſiæ Trajectenſis, per Dominum Trajectenſem pro tempore exiſtentem, dumtaxat aſſignari conſuevit, ad ipſum Dominum Trajectenſem Epiſcopum pertineat; & Canonicis Trajectenſibus dumtaxat per eum, quoties vacaverit, conferatur: quodque Præpoſitus ipſius eccleſiæ ſancti Spiritus, Canonicatuum & Præbendarum, per nos de ipſa eccleſia Montis-Odiliæ ad dictam eccleſiam ſancti Spiritus tranſlatarum, Patronus & Collator permaneat, ac omnimodum jus habeat in dicta eccleſia ſancti Spiritus, quod hactenus in ipſa eccleſia Montis Odiliæ habere conſueverat, donatione loci montis-Odiliæ à Divæ memoriæ Lothario Romanorum Imperatore eccleſiæ Trajectenſi facta, cum ceteris juribus, libertatibus, privilegiis, exemptionibus, ſtatutis & conſuetudinibus eidem eccleſiæ Trajectenſi in ipſa eccleſia Montis Odiliæ tempore tranſlationis hujuſmodi competentibus, de quibus legitime conſtare poterit, ipſi eccleſiæ Trajectenſi perpetuo ſalvis remanentibus & illæſis: nobiſque placet, quod illis, quantum jura patientur, ſine noſtro & Eccleſiæ noſtræ Leodienſis præjudicio, in ipſa eccleſia ſancti Spiritus uti valeant, quemadmodum illi in dicta eccleſia montis Odiliæ ante præſentem tranſlationem utebantur.

absque cujuſquam præjudicio;

EX MS.

9 Præterea, ne dicta eccleſia S. Petri Montis-Odiliæ, ac capella B. Mariæ ipſi contigua, deſolatæ penitus remaneant, ac divinis omnino defraudentur officiis; volumus & ordinamus, quod in ipſis eccleſia & capella præfatis hi remaneant Sacerdotes, videlicet, Inveſtitus ejuſdem eccleſiæ parochialis ac capellanus Altaris B. Catharinæ, nec non altaris B. Mariæ Magdalenæ, in ipſis eccleſia & capella Montis-Odiliæ ſituatorum, una cum Matriculario ipſius eccleſiæ parochialis: quodque ipſis eccleſiaſticis Montis Odiliæ omnia miniſtrent dicti Canonici, quæ ante præſentem tranſlationem eiſdem miniſtrare tenebantur & conſueverunt.

ita tamen ut priores comaneant mineſtri quatuor,

10 Per præſentes autem tranſlationem, donationem, conceſſionem, ordinationem, conſtitutionem, voluntatem, ac erectionem, non intendimus in aliquo juri & juriſdictioni nobis & Eccleſiæ noſtræ, in ipſis eccleſiis Montis Odiliæ ac ſancti Spiritus, nec non perſonis earum antea competentibus, quin imo nec dicto Domino Archidiacono quoad inſtitutionem & admiſſionem Capellani, qui in dicta eccleſia ſancti Spiritus ante præſentem tranſlationem exiſtebat, perceptionemque fructuum beneficii ejuſdem tempore vacationis illius provenientium hactenus ſibi competentes, in aliquo præjudicare: quin imo volumus, quod nobis & noſtris ſucceſſoribus Epiſcopis ac Eccleſiæ Leodienſi, nec non quoad præmiſſa ſpecialiter reſervata dicto Domino Archidiacono jura noſtra & ipſius Archidiaconi perpetuo intacta permaneant & conſerventur illæſa, ipſius Capituli per nos tranſlati juribus, privilegiis, juriſdictionibus, & conſuetudinibus in eiſdem eccleſiis ac ipſorum perſonis, quoad omnia & ſingula alia, nihilominus ſemper ſalvis. Ordinamus inſuper, quod dictus Capellanus ipſius eccleſiæ ſancti Spiritus cum dictis Canonicis horas Canonicas nocturnas & diurnas continuo frequentare decantareque teneatur, illiſque ſubſit & pareat in licitis & honeſtis, ac cum illis diſtributiones quotidianas percipiat, veluti dicti Capellani Montis-Odiliæ facere ac ſubeſſe conſueverunt.

& ſalvetur jus Epiſcopi & Archidiaconi Leodienſis,

E

11 Nulli ergo horum præſentium ſive futurorum liceat præmiſſis in aliquo contraire. Si quis autem auſu temerario hæc attentare præſumpſerit, indignatione ſancti Spiritus ac beatæ intemeratæq; Virginis Mariæ, Beatique Lamberti Martyris, cujus ſumus in regimine Leodienſis Eccleſiæ licet immeriti ſucceſſores, ad quorum laudem, gloriam & honorem præmiſſa fecimus, ac noſtram poterit procul dubio formidare. Quidquid inſuper in contrarium actum fuerit, irritum decernimus & inane. In quorum omnium teſtimonium, robur, & munimen, litteris præſentibus ſigillum noſtrum duximus apponendum. Et nos Vice-decanus, Archidiaconus, & Capitulum Leodienſe præmiſſa de noſtro conſilio & aſſenſu ſalubriter facta & ordinata fuiſſe proteſtamur, ac eiſdem noſtrum conſenſum ſive præſentiam impertimur. In quorum teſtimonium ipſis litteris ſigilla noſtra duximus apponenda. Datum anno Dominicæ nativitatis MCCCLXI, Menſis Maji die duodecima. *Porro dicta eccleſia ſancti Spiritus Ruræmundæ ex Collegiata facta eſt Cathedralis anno* MDLXIX *menſis Maji die* XI, *quando Reverendiſſ. Dominus Wilhelmus Damaſi Lindanus, primus Ruræmundenſis Epiſcopus, ad Reſidentiam venit, nunc vero ad ædem S. Chriſtophori tranſlata Sedes Epiſcopalis eſt.*

F

Leodienſi Capitulo ſingula confirmante.

AN-

EX MS.

ANNOTATA.

a *Hic eſt* Reinaldus 3, *cujus avus* Reinaldus 1 *in Woeringano prælio captus, jus ſuum Limburgenſe ceſſit Ioanni primo, Duci Brabantiæ: at pater* Reinaldus 2 *à Ludovico Bavaro Imperatore creatus eſt primus Dux Gelriæ, cui anno* 1343 *ſucceſſit Reinaldus* 3, *mortuus anno* 1371.

b Eduardus, *frater Reinaldi* 3, *qui hunc dicto anno* 1361, 25 *Maji in bello victum, detinuit captivum: ambo obierunt anno* 1371, *& in iis defecit familia Naſſavia Ducum Gelriæ.* D

c Joannes Vernenburgenſis, 48 *Epiſcopus, ſedit ab* 8 *die Septembris* 1364 *uſque ad* 23 *Iunii* 1371, *quo ſubito extinctus fuit.*

d Engelbertus de Marca *per Clementem* VI *Papam anno* 1345 *Avenione Epiſcopus Leodienſis conſtitutus, & anno* 1363 *ad Archiepiſcopatum Colonienſem evectus eſt.*

e Rainaldus de Urſinis, *à Clemente* VI *creatus anno* 1360 *Cardinalis, mortuus Avenione* 6 *Iunii an.* 1374, *ſepultus ad Minores.*

DE SANCTO PETRO

EX ORD. CISTERCIENSI ARCHIEP. TARENTASIENSI.

G.H.

BELLA-VALLE IN BVRGVNDIA.

ANNO MCLXXV.

Illuſtravit Ordinem Ciſtercienſem, *imo Eccleſiam univerſam*, S. Petrus, *ex dicto Ordine ad Archiepiſcopatum* Tarentaſienſem *aſſumptus; atque, uti ex anno obitus ejus mox referendo conſtat, natus eſt anno* MCII; *cum dictus Ordo in ſolo monaſterio Ciſtercienſi radices ageret, ut ſuos ramos poſtmodum extenderet, per quatuor primarias filias quæ ex eo proceſſerunt, videlicet Abbatia de Firmitate anno* MCXIII, *ac ſequenti Pontigniacum, tum anno* MCXV *Claravallis & Morimundus. Ab his interproxime conſtructa cœnobia fuit* Bona-vallis, *anno* MCXVIII, *in qua* S. Petrus *vitam monaſticam auſpicatus, anno ejuſdem ſeculi* XXII, *ac dein Abbas primus* Stamedii *in diœceſi Tarentaſienſi anno* XXXII *creatus, ordinatus demum eſt* Archiepiſcopus Tarentaſienſis *anno* XLII *dicti ſeculi duodecimi. Eſt* Tarentaſia *ſeu* Tarantaſia *provincia Ducatus Sabaudiæ & urbs Epiſcopalis, hodie* Moſtier *ſeu* monaſterium in Tarentaſia, *inter Alpes Grajas ad Ortum, Maurianam ad Meridiem, Sabaudiam propriam ad Occaſum, & Foſſiniacum tractum ad Boream. Vrbs ipſa ſita ad Iſaram fluvium, habet Eccleſiam Metropolitanam S. Petro dicatam, & duas ſibi ſubjectas Sedes Suffraganeas, urbium ſcilicet Sedunenſis & Auguſtæ Prætoriæ. Rexit hanc ſuam Sedem & diœceſim S. Petrus annos triginta tres ab anno dicto* MXLII *uſq; ad ann.* MLXXV: *quo arbitramur è vita hac mortali ad æternã & cæleſtẽ* VIII *Maji migraſſe.*

B *Natus an.* 1102. *monachus* 1122 *Abbas* 1132, *Archiepiſcopus* 1142 *mortuus* 1175 8 *Maji*

2 *Annus obitus ab aliis traditur* MCLXXI *aut* MCLXXIV, *quo ultimo anno Robertus de Monte, qui tunc florebat, in Appendice ad Chronicon Sigeberti, iſta à S. Petro peracta ſcribit:* Archiepiſcopus Tarentaſiæ, qui fuerat monachus de Ordine Ciſtercienſi, per quem in noſtris temporibus in exhibitione miraculorum Deus benedicitur, cum Abbate Ciſtercienſi Alexandro, miſſus à Domino Papa venit ad Regem Francorum, pro reformanda pace inter Regem Angliæ Henricum & filium ejus Regem juniorem; ſed impedientibus hominum peccatis, parum profecit. *Hæc ibi. Fervebant tum maxime bella; ſed poſtea circa feſtum S. Michaelis dicti anni pax provenit. Interim ut Robertus præcedentibus ſubjungit,* Circa Paſcha *dicti anni* MCLXXIV Ricardus, Electus Cantuarienſis, à Papa Alexandro ſacratus eſt Anagniæ: Rogerium, Electum Batenſem ſocium ejus, ſacravit Archiepiſcopus Tarentaſiæ. *Hic* Rogerius, *aliis* Reginaldus, *poſt conſecrationem Richardi Romam ſcripſit Henrico Regi Angliæ de rebus peractis, qui à Godwino in Bathonienſibus dicitur* conſecratus in oppido S. Joannis in Sabaudia; *& lene: ſed perperam additur* per Richardum Cantuarienſem Archiepiſcopum *actum, quod* S. Petrus Archiepiſcopus Tarentaſienſis *præſtiterat: id vero ante menſem Majum dicti anni* MCLXXIV *non potuit peractum fuiſſe. Proinde morbus & obitus non potuit dicto menſe iſtius anni contigiſſe in monaſterio* Bellæ-vallis, *in Burgundiæ Comitatu & diœceſi Veſontionenſi, ſed ad annum ſequentem neceſſario differendus eſt. Eſt inter alia dictæ Burgundiæ cœnobia aliquod de Caritate dictum, ex memorata* Bella-valle *prognatum; in quo conſervata fuit Vita S. Petri, à Ioanne Iacobo Chifletio donata Auberto Miræo, nobis autem ab ejus nepote nunc Antverpienſi Epiſcopo Auberto vanden Eeden; in qua traditur* in S. Petri tranſitu fuiſſe annum milleſimum centeſimum ſeptuageſimum quintũ. *Sammarthani aſſerunt,* Ebrardum LXI Archiepiſcopum Veſontionenſem interfuiſſe funeri S. Petri Tarentaſienſis Archiepiſcopi, vita defuncti in monaſterio Bellæ-vallis anno MCLXXV, ut fidem facit epitaphium, teſtaturque Gaufridus Abbas in Vita Ms. *Idem confirmant dicti Sammarthani in Archiepiſcopis Tarentaſienſibus* in S. Petro, XXXIV *Archiepiſcopo, & hoc ejus epitaphium addunt.*

annus 1175 *mortis tributus in Vita Ms.* E

Stirpe Viennenſis fuit, Abbas Stamedienſis,
Maximus Alpenſis Præſul Tarantaſienſis,
Anno milleno centeno ſeptuageno
Quinto tranſivit, ad cælos Petrus & ivit.

& epitaphio:

C *cum fuiſſet an.* 1174 *pro pace miſſus,* *& Bathonienſem Epiſcopum conſecraſſet*

3 *Alii primum ultimi verſus verbum immutarunt, & pro* Quinto *poſuerunt* Primo, *quod nullo modo fieri poteſt: quo tamen modo excuſum eſt in Vita ejus apud Laurentium Surium, & plurimi ſecuti fuerunt, & inter illos Angelus Manrique tomo* I *&* 2 *Annalium Ciſtercienſium digeſſit hoc modo annos nativitatis, ingreſſus in Ordinem Ciſtercienſem, ſuſceptæ Abbatiæ atque Archiepiſcopatus Tarentaſienſis. Verum in* 3 *tomo cognovit ſe aberraſſe, & annum obitus non aſſeruit, ut prius fecerat, fuiſſe* MCLXXI, *ſed progreſſus eſt ad annum* MCLXXIV, *qui etiam notatur in Ms. Monaſterienſi Vitæ. Verum ut oſtendimus, tum menſe Majo conſecravit Reginaldum Epiſcopum Bathonienſem: quem locum omittens Manrique, ſolum priorem adducit de legatione S. Petri pro pace componenda. Addit, in Chronico Ægidii de Roia monachi Dunenſis tradi,* anno MCLXXIV S. Petrum obiiſſe. *Extat inter Annales Rerum Belgicarum, à Franciſco Swertio editos, dictum Chronicon ex Ms. Dunenſi ab Andrea Schotto erutum, in quo nulla S. Petri fit mentio. Tertio loco allegat Gaufredum in Vita num.* 22 *aſſerentem, quod* Petrus Longi-vadi *altare in memoria S. Bernardi dedicarit, ac proinde poſt hujus Canonizationem ſuperfuerit. Illam autem factam fuiſſe* XVIII *Ianuarii anni* MCLXXIV *late probat cap.* 1; *ac dein cap.* 2 *oſtendit,* baſilicam Claravallenſem dedicatam fuiſſe XV Octobris *&* ſequenti anno in Capitulo Generali ſuſceptum cantum de S. Bernardo, *quando potius altaria illi erecta fuiſſe arbitramur Erat autem* Longũ-vadum *filia Claravallis in diœceſi etiam Lingonenſi, quo potuit Petrus veniſſe aliquamdiu ante obitum ſuum, & inde* Bellam-vallem *devectus in itinere æger, ac dein mortuus ibidem fuiſſe.* Dicto *anno* MCLXXIV S. Petrus *dedicavit ſacellum novum in caſtro* Mont-morenciano, *quatuor à Lutetia leucis in Boream, deprecante illum Burchardo* V *Montmorencio ejuſque conjuge Laureta, uti in dicta familia*

aliorum ſenſus rejectus F *de morte obita an.* 1174 *quo altare ad honorem S. Bernardi conſecravit* *& ſacellum in caſtro Mont-morenciano.*

A lia Genealogica hiſtoria ſcribit Andreas du Cheſne lib.2 pag.114, ubi longo ordine deducuntur qui tunc adfuerunt viri Eccleſiaſtici aliique illuſtres, & in Probationibus pag. 55 diploma inſeritur, in quo amore Dei & precibus Domini Petri, venerabilis Archiepiſcopi Tarentaſienſis, eleemoſyna conceſſa fuit eccleſiæ S. Victoris: cui diplomati appenſa fuerunt duo ſigilla, primum Petri Archiepiſcopi Tarentaſienſis, ſecundum dicti Burchardi Montmorencii, quod ſolum ſubjuncta figura expreſſum exhibetur.

Eduntur litteræ ad Papam miſſæ 4 Cum S. Petrus, ſicut in vita, ita poſt obitum clareret miraculis, inſtiterunt Ciſtercienſes apud Alexandrum III, & dein apud Lucium III, ut Sanctorum albo inſcriberetur. Litteras generalis Capituli Ciſtercienſis, Ludovici Regis Francorum, & Abbatis Morimundi hactenus ineditas damus, nobis à Petro Franciſco Chiffletio ſubmiſſas, cum ſerie Miraculorum tam in vita quam mox poſt obitum patratorum. Mandavit autem Lucius III conſcribi Vitam *& alia:* ejus & miracula: quod Mandatum, & litteras Abbatum ad Gaufredum, & hujus reſponſum, hactenus etiam inedita, præponimus Vitæ, quam dictus Gaufredus Abbas Altæcumbæ, in Genevenſi diœceſi anno MCXXXIII con- *Vita ſcripta 2 libris,* ſtructa, duobus libris conſcripſit; quamque Bernardus Ci- B ſtercienſis Abbas curavit offerri, Lucio III Pontifici, ſed prius quam eam ſuſcipere poſſet vita functo, ſcilicet anno MCLXXXV: unde ſcimus intra annos decem ab obitu S. Petri fuiſſe conſcriptam. Illam damus ex dicto MS. monaſterii de Caritate, & alio MS. Monaſterienſi in Weſtphalia, quam eruit Ioannes Gamanſius noſter, extantem etiam in tertio MS. Longipontani cœnobii Ordinis Ciſtercienſis in diœceſi Sueſſionenſi. Prioris MS. duplex habemus ecgraphum, alterum jam inde ab anno 1641 curatum à P. Ioanne Gamans; alterum anno 1623 à Ioanne Iacobo Chiffletio donatum Ampliſſimo D. Auberto Miræo Decano Antverpienſi, & ab ejus digniſſimo herede atque Nepote Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. Auberto vanden Eeden nobis traditum, ipſo quo Antverpienſis Epiſcopus conſecratus eſt *alia collectio miraculorum,* anno 1677. Subjungimus Miracula, prout ſtatim ab obitu fuerunt collecta, quæ una cum primis litteris Petrus Franciſcus Chifletius ſubmiſit. Ac tandem concludimus cum *Bulla Canonizationis* Bulla Canonizationis Cæleſtini III Pontificis, & litteris *ejus.* ad eamdem præviis ex MS. Monaſterienſi. Ex quibus omnibus ſolus liber primus Vitæ à Surio excuſus, hactenus innotuerat.

5 Conceſſerat Cæleſtinus, x Maji anno MCXCI, ut veneranda memoria ſingulis annis tertio Idus Septembris ſolenniter celebraretur, quo glorioſum corpus fuerat de ſepulcro levatum. Verum id videtur anno ſequenti in Capitulo generali ad monaſterium Bellæ-Vallis conſtitutum, & ab aliis die hoc VIII Maji feſtum C celebratum. Verba Capituli ſunt iſta: Quarto Idus Sep- *feſtum tranſlationis* 10 tembris, in territorio Biſuntinenſi in monaſterio *Septembr.* Bellæ-vallis S. Petri Epiſcopi & Confeſſoris officium ſicut in feſto S. Malachiæ agatur. Ita Manrique ad dictum annum MCXCII cap.5 num.4. Ad quem diem apud Bellinum iſta leguntur, Eodem die S. Petri Archiepiſcopi, qui multis virtutibus & miraculis claruit. Quæ inde deſumpta habent Molanus in Auctario Vſuardi, Maurolycus, Felicius, Caniſius, quæque omnino arbitramur de S. Petro Archiepiſcopo Tarentaſienſi intelligenda. Interim Galeſinius ad eumdem diem iſta ſcribit: Compoſtellæ S. Petri Epiſcopi & Confeſſoris. Hinc Galeſinii & Molani verbis perperam conjunctis in hodierno Martyrologio Romano ſic legitur: Compoſtellæ S. Petri Epiſcopi, qui multis virtutibus & miraculis claruit. Ad quæ Baronius in Notis citat Tabulas Compoſtellanas, ex quibus Molanus in Additionibus ad Uſuardum & alii. Habemus Feſta propria diœceſis Compoſtellanæ anno MDXCVI excuſa, ſed plane abſque ulla S. Petri mentione: & Molanus deſcripſit verba Bellini. Interim & Hiſpani recentiores & Martyrologi Benedictini eumdem referunt, cenſentes eſſe Petrum qui ſeculo x flo-

ruit, centum & pluribus annis antequam Sedes illa in Metropolitanam ſive Archiepiſcopalem erigeretur. Sed hæc accuratius erunt ad dictum x Septembris diſcutienda. Advertendum vero à Cæleſtino non ſtatui quarto Idus, ſed & 11 Sept. tertio Idus Septembris memoriam tranſlationis celebrandam: quæ ad dictum XI Septembris recolitur in MS. Florario Sanctorum, & apud Ferrarium in Catalogo generalem, ex Tabulis Eccleſiæ Turentaſienſis & Auguſtæ Prætoriæ. Auctore G.H.

6 Addit loco citato Manrique: Porro de hac eadem feſtivitate non multo poſt, tribus ſucceſſivis Capitulis, tria alia decreta prodiere: alterum de ejuſdem Feſti tranſlatione poſt quadriennium, idque ad præceptum Summi Eccleſiæ Præſulis; & duo alia ſubſequentibus annis, cum idem Feſtum jam celebraretur per totum Ordinem, atque omnes Eccleſiæ ejus certarent, quænam devotius in Patrem ſibi adſciſceret, quæ religioſius coleret, quem primum poſt Bernardum Parentem Ciſtercii & Orbis lumen non dubitabant. Hæc Manrique, qui ad annum MCLXXIV *cultus* 8 cap.4 num.7 ait, dictum Cæleſtinum Papam anno MCXCVI *Maji,* ſtatuiſſe, ut feſtum VIII Maji, ſcilicet die obitus, celebraretur: quo die ejus ſacra memoria inſcripta eſt pluribus MSS. in Gallia, Belgio, Germania & Bohemia, præferentibus nomen Vſuardi, ſed auctis: item per Grevenum B & Molanum Auctario ejuſdem Vſuardi, & Martyrologio Coloniæ & Lubecæ anno MCCCCXC excuſo, in hac fere verba: In territorio Biſuntino, monaſterio Bellæ-Vallis, Natalis S. Petri Epiſcopi Tarentaſienſis Eccleſiæ & Confeſſoris, Ordinis Ciſtercienſis: qui multis miraculis & virtutibus clarus quievit in pace. Secuti paſſim recentiores cum Martyrologio Romano & Gallicano variiſque monaſticis. Demum Manrique num.8 de ſacris Reliquiis iſta habet: Brachium illius dextrum *Reliquiæ.* Ciſtercium habet. Corporis fruſta plures alias eccleſias per orbem ditant, dubium quando obtenta: reliqua Bellam-Vallem beatam faciunt theſauro indeficienti, quia cæleſti; adeoque non minuendo, licet diviſo.

EPISTOLÆ AD OBTINENDAM CANONIZATIONEM

1 Gener. Capituli Ciſterc. ad Papam Alexandrum.

Reverendiſſimo Patri & Domino *a* Alexandro, Dei gratia Summo Pontifici, Frater Alexander a *b*, Ciſtercienſis dictus Abbas, totumque generale b Capitulum, omnimodam reverentiam & devotas orationes. Auditum eſt circumquaque & *Rogatur Papa pro Canonizatione* celebri ſermone vulgatum, quantum divina majeſtas Dominum Petrum, quondam Tarentaſienſem Epiſcopum, magnificaverit, quantiſque miraculis & in vita & poſt mortem ſanctitatis ejus gloria mundo innotuerit: præcipue vero in Bella-Valle, ubi *ab Abbate Ciſterciēſi,* corpus ejus requieſcit, effulſerunt ſigna; & domus illa ex ſepultura ejus perſenſit divinam erga ſe miſericordiam multiplicatam. Hinc eſt quod Abbatis Bellevallenſis aliorumque Abbatum, qui virtutem miraculorum ejus in ſe experti ſunt, precibus commoniti, Paternitati veſtræ ſuggerere & ſupplicare curavimus, ut cujus ſanctitatem divina declarant miracula, Sanctorum Catalogo connumerari faciatis. F

11 Regis Francorum ad eumdem.

Domino & Patri ſuo digne Reverendo Alexandro, Dei gratia Sanctæ univerſalis Eccleſiæ ſummo Pontifici, Ludovicus *c* eadē gratia Francorum Rex, c ſalutē & debiti exhibitionem honoris. Requiſierunt nos amici & Fratres noſtri, Abbates de Ordine Ciſtercienſi, communi voto & petitione, quod Paternitati

EX MS. Regę Franciæ

ternitati veſtræ ſupplicavimus pro Petro, quondam venerabili Tarentaſienſi Archiepiſcopo, in catalogo Sanctorum ponendo. Aſſerunt enim quod, ſicut in vita ſua crebris miraculorum indiciis ſuum declaravit meritum, ut longe lateque ſonus ejus diffunderetur; ita & poſt mortem ſuam, vitæ ipſius inſignia crebreſcentia miracula proteſtantur. Unde tantorum virorum teſtimonio fidem adhibentes, tantique viri glorificationem prædicari deſiderantes, Benignitatem veſtram rogare decrevimus, quatenus in catalogo Sanctorum Confeſſorum ponat eum veſtra Diſcretio.

III *Abbatis Morimundi ad eumdem.*

Reverendo Patri & Domino Alexandro Dei gratia ſummo Pontifici, Frater Henricus, pauperum in Morimundo dictus Abbas, humilem ſubjectionem cum devotis orationibus. Ad memoriam vobis, Pater piiſſime, reducimus, quod Illuſtris Rex Francorum & totum Ciſtercii generale Capitulum cum aliis Religioſis perſonis, quanta devotione potuerunt, Serenitati veſtræ ſupplicarunt, ut Dominum Petrum Tarentaſienſem Archiepiſcopum, virum in vita ſua ſignis & virtutibus coruſcantem, & poſt mortem nihilominus miraculis & prodigiis refulgentem, ad laudem & gloriam Dei & ædificationem Chriſtiani populi, in catalogo Sanctorum adſcribi juberetis. Nam ut de ceteris taceam, quæ poſt mortem ejus Deus operatus eſt, miraculis, in meipſo ſignum expertus ſum mirificum. Præterito etenim anno in civitate Herbipolenſi poſitus, tanta & tam gravi infirmitate oppreſſus fui, ut omnium membrorum officio deſtitutus, ſenſu quoque & omni memoria carens, ad extrema perductus ſim. Flebant omnes Abbates, monachi, & converſi, qui mecum venerant, & vicinum animæ exitum expectabant; cum eccę duo de Fratribus, recolentes quod ſancti viri tunicam, qua uſus fuerat, mecum haberem (conſuevi enim pro devotione, quam erga Sanctum habebam, tunicam illam mecum circumferre) feſtinanter pectori meo, in qua ſola corporis parte vitalis adhuc ſpiritus eſſe videbatur, eam ſuperjecerunt. Cujus tactu (ſicut tres Abbates & duodecim monachi & plures converſi teſtificantur) in momento in ictu oculi membrorum omnium officium & memoriam funditus perditam recepi: & ita infra duas horas ad plenum convalui, quod eodem die equitaſſem, ſi ſocii permiſiſſent. Sequenti tamen die ſanus & incolumis aggreſſus ſum ire. Hujus & aliorum plurimorum miraculorum conſideratione inducti, ad conſolationem Ordinis noſtri humillime rogamus, quatenus precibus Regis & totius Ordinis paterna pietate ſuſceptis, nobis & Fratri noſtro latori præſentium, quem loco noſtri ad pedes Majeſtatis veſtræ reliquimus, gaudium ſuper prædicti glorioſi Præſulis canonizatione facere dignemini *e*.

d *& Abbate Morimundenſi*

B

C

e

interceſſione S. Petri à morte liberato.

ANNOTATA.

a Alexander 3 *ſedit ab anno* 1159 *uſque ad annum* 1181, *cujus ſedis anno* 15 *mortuus eſt S. Petrus.*

b Alexander 7, *Abbas Ciſtercienſis factus anno* 1166 *varia pro ordine ab Alexandro Papa impetrat indulta anno* 1169, *ab eodem Papa cum S. Petro miſſus ad* Ludovicum *Regem anno* 1174 *ante Paſcha, pro reformanda pace inter Regem Angliæ Henricum & filium ejus juniorem Regem, cujus partes Ludovicus protegebat. Mortuo eodem anno* S. Petro, *ſuperfuiſſe traditur uſque ad diem* 29 *Iulii anni ſequentis* 1175 *apud Manrique cap.* 3 *num.* 1: *fatetur tamen* aliquos differre, incertum qua probanda conjectura. *An differri cogant miracula tunc una Romam miſſa, inquirant alii. Succeſſit Guilielmus, mortuus* XI *Ianuarii anni* 1179, *cui ſucceſſit Petrus, de quo infra.*

c *Hic eſt* Ludovicus 7, *paſſim junior dictus, quia patre Ludovico Craſſo vivo fuerat inauguratus, quo anno* 1137 *mortuo rexit uſque ad an.* 1180. *Nomen ejus per litteram* L, *uti Papæ per litteram* A, *& Abbatum per litteras* A *&* H, *more iſtius ævi ſignabantur, quæ maluimus in gratiam lectoris integre exprimere.*

d Henricus 2, *præfuit Morimundo ab anno* 1168 *uſque ad an.* 1178. *Fuit autem Bella vallis prima Morimundi filia.*

e *Sequebatur miraculorum ſeries paucis deſcripta, & una Romam miſſa, ſed diſplicuit Lucio* 3 *Papæ Alexandri ſucceſſori, qui mandavit Vitam conſcribi, quam modo ſubjungimus, dicta miraculorum ſerie in ultimum locum rejecta: quod ſimiliter facimus, ne etiam lectori diſpliceamus.*

D

MANDATUM SEDIS APOSTOLICÆ

De ſcribenda vita & miraculis Beati Petri Tarentaſienſis Archiepiſcopi.

LUcius *a* Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis *b* Petro Ciſtercienſi *c* & Petro Clarevallenſi Abbatibus, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Piæ ſinceritas caritatis, qua in viſceribus Jeſu Chriſti univerſitatem Ordinis veſtri amplexamur, promptos nos efficit & paratos, ut quidquid à nobis pro ejuſdem Ordinis honore & conſervatione requiritur, in quantum cum Deo & ratione fieri poteſt, effectum apud nos utilem ſortiatur. Dilectos igitur filios noſtros *d* Bellę-vallis & Altæcumbæ Abbates, ad Sedem Apoſtolicam venientes, paterna benignitate recepimus: & petitioni, quam nobis ſuper canonizando piæ memoriæ Petro, quondam Tarentaſienſi Archiepiſcopo, ex parte prædicti Ordinis attulerunt, placidum præbuiſſemus aſſenſum, niſi quædam temporis & rerum incommoditas facultatem nobis ad præſens poſtulati operis denegaſſet. Præterea, licet in remotas & exteras regiones piæ cõverſationis ejus fama proceſſerit, ita ut neq; nos neq; Fratres noſtri de ejus ullatenus meritis dubitemus; nihil tamen de miraculis & converſatione ipſius aliquibus fuerat litteris annotatum, per quod aliqua nobis fieret eorum quæ geſſerat certitudo. Decrevimus ergo, Fratrum noſtrorum communicato conſilio, in tempus aliud poſtulata differre, ſperantes quod dabitur Eccleſiæ Dei opportuna facultas, vel temporis commoditas melioris, ut & vos convenientius poſſitis veſtra ſuper hoc vota proponere, & prædicta mater veſtra Romana Eccleſia honorificentius valeat quod petitis indulgere. Interim vero volumus & mandamus, ut de actibus & converſatione memorati Archiepiſcopi, ea quæ certa ſunt in ſcriptis redigi faciatis: ut cum tempus opportunum advenerit, habeat Eccleſia Dei ex repræſentatione geſtorum ejus certam & indubitabilem firmitatem, cui ad concedendum quod petitur cum maturioris moderamine conſilii ſecurius & fiducialius innitatur. Datum Anagniæ quinto idus Decembris.

a
b c
E

Lucius Papa pro canonizatione interpellatus,

d

jubet acta ejus conſcribi.

F

Litteræ Domini Petri Atrebatenſis Electi & Petri Abbatis Clarævallenſis ad Gaufridum Ab. de expletione mandati Apoſtolici.

2 VEnerabili Amico ſuo Gaufrido, Altęcumbę Abbati, Petrus humilis Atrebatenſis Electus, & Petrus Clarevallenſis Abbas, ſalutem & uberem ſinceræ dilectionis affectum. Sicut ex litteris Apoſtolicæ Majeſtatis licet agnoſcere, idem Dominus noſter nobis injunxit, ut de actibus & converſatione felicis memoriæ Domini Petri Tarentaſienſis Archiepiſcopi diligenter inquiri, & ea in ſcriptis redigi faciamus.

Quod

A *id imponitur Gaufrido Abbati:*

Quod mandatum tanto magis duximus amplectendum, quanto certius de eodem Patre ſancto ore & Spiritu profitemur, quod Eccleſia quoque fidelium proteſtatur, dilectum Deo & hominibus virum, dum adhuc viveret, meritis pariter & miraculis effulſiſſe; cujus virtutum ſignis nec vitæ finis finem impoſuiſſe certiſſime perhibetur. Invenimus etiam ſcriptum, à venerabili quodam Abbate de ejus vita & actibus compoſitum & collectum: converſatus enim cum eo idem Abbas multis diebus, & obſequiis ejus fideliter ſerviens, quod vidit & audivit tunc memoriæ, poſtmodum litteris commendavit. Nonnulla quoque Bellæ-vallenſes Fratres inſchedulis annotaſſe noſcuntur, ex his quæ poſt feliciſſimum ejus tranſitum mirabiliter per eum geſta certis indiciis probaverunt. Quia vero decet & expedit ut Apoſtolicis ac Romanæ Eccleſiæ obtutibus exhibenda, ad normam & formam congruam redigantur, elegimus ad hoc opus commendabilem ſolicitudinem veſtram; rogantes attentius & benigne mandantes, quatenus manum ſedulam adhibere curetis, ſicut commodius ad honorem Dei & multorum ædificationem noveritis expedire.

Reſcriptum ejuſdem ad eoſdem.

B 3 Reverendis in Chriſto Patribus Domino Petro, ex Ciſtercienſi Abbate Eccleſiæ Attrebatenſis Electo, & Domino Petro, Sacræ Matris noſtræ Clarævallis Abbati, Frater Gaufridus de Altacumba, minimum id quod eſt. Utinã cordibus veſtris arbiter aſpiraſſet internus, validioribus humeris onus grave, & reverendum opus imponere digniori. Sanctiſſimi Patris noſtri Benedicti vitam Beati Papæ Gregorii merita ſimul & eloquia ſatis illuſtrant: Magnum illum Martinum Severus Sulpitiũs, & noſtri temporis gloria Sanctus Bernardus Malachiam ſuum dignis extulere præconiis. Sic in Sanctorum actibus lectitandis, auctorum ſanctitas & facundia apud homines addit plurimum gratiæ & favoris; quorum mihi neutrum ſuppetere, ipſi ſcitis. Angariam tamen paſſus à vobis, neceſſe habeo de virtute obedientiæ, præſertim de beati viri, cujus vitam ſcribere juſſus adorior, opitulatione præſumere. Nam & ſua ipſius dignatio, quam indigno mihi pluribus annis exhibuit, ſpecialem exigit ut redhibeam, ſi non dignam tantis meritis eloquentiam, vel ſimplicem & vulgarem qualemcumque loquelam. Nec ſine ea conditione ſcabroſam vobis paginam credidi ſuggerendam; ut ſi forte dignam vel correctione diſcretio veſtra, & eorum quibus placebit hoc examen communicare, cenſuerit, veſtro perinde ſtudio corrigatur. Alioqui veſtrum in me judicium erraſſe experti non diſſimuletis; nec committere alteri pigeat quod commiſiſſe pœnitebit inerti.

qui mandatum admittit (ſub correctione aliorum.

C

ANNOTATA.

a *Sedit* Lucius 3 *ab* 30 *Auguſti anni* 1181 *uſque ad* 25 *Novembris anni* 1185.

b Petrus *conſtitutus anno* 1179, *quo interfuit Concilio Lateranenſi* 3, *inchoato* 2 *Martii*, *dein circa annum* 1183 *creatus Epiſcopus Atrebatenſis.*

c Petrus Abbas Claravallenſis *factus anno* 1179, *ſancte mortuus die* 29 *Octobris anni* 1186. Monoculus *dictus &* Igniacenſis.

d Altacumbenſis *Abbas fuit* Gaufridus *Vitæ ſcriptor: at nomen Abbatis* Bellæ-vallis *non proditur.*

VITA

Auctore Gaufrido Abbate Altæcumbæ teſte oculato.

PROLOGUS.

VT à verbis Apoſtoli præfatiuncula noſtra ſumat initium, Chriſtus Jeſus heri & hodie, ipſe & in æternum: & quemadmodum nullis retro generationibus ſine teſtimonio ſemetipſum reliquiſſe cognoſcitur; nec noſtro credendus eſt tempore in hac ſibi parte deeſſe. Nec ſolum ſibi vel nunc reliquit Heliam, cujus theſaurus chariſmatum nulla diſtributione minuitur; cujus opes gratiæ ſpiritalis, ſicut defectum neſciunt, ita nec detrimentum. Sanctus olim Hieronymus cauſabatur contemporaneos ſuos ſic ingenia quaſi vina probare, quibus videlicet gratia ex vetuſtate ſuccreſcit. Quid putas diceret, ſi videret, merita quaſi vina probari? Viventium tamen eatenus prædicari virtutes proverbialis doctrina prohibuit. Quod non modo cavere neceſſe eſt, ob humanæ conditionis incertum; ſed propter illud quoque poëticum; quia

Hebr. 13 *semper Sanctos aliquos habet Chriſtus*

Præfat. in Pentateuchum

E

Paſcitur in vivis livor, poſt fata quieſcit.

Novit Dominus qui ſint ejus, & ſtellas ſuas diſtribuit in ſigna & tempora, & dies & annos. Nemo itaque dixerit: Jam non eſt Propheta, & nos non cognoſcet amplius. Et veritati contraria eſt talis opinio: & inimica ſaluti, neceſſitatem patientibus ſubtrahit opportuna ſuffragia; & proficientibus ingerit, ex profectionis deſperatione, teporem. Necdum nobis ſuperveniſſe credenda eſt admiſſura ſerotina vel conceptus extremus. Necdum ceſſat luctator Jacob ſtrenuus & fidelis varias imponere virgas aquarum canalibus, id eſt Scripturarum codicibus, vel (quia aquæ ſunt populi) decurſibus tranſeuntium generationum virgas ex populis, unde ſuavia ad refrigerium conficiuntur unguenta; miſericordiæ viros in populis commendantes; virgas ex platanis, quarum ſolita pulchritudo & levigata planicies ædificiis parant gratiam & decorem, ut religioſorum hominum irreprehenſibilis ſanctitudo, probabilibus domum Dei ædificet & illuſtret exemplis; virgas ex amygdalis, ex tertio ordine Prælatorum, quarum utinam ſingula quæque die altera, poſt præſentem ſcilicet vitam, ut illa quondam Aaronica, fœcundior ceteris innoteſcat! Utinã frondes proferat ad obumbrandum reis, utilius quam ex foliis ficuum perizomata primi texuere parentes! utinam flores gratiæ & devotionis exhibeat; quibus interim fulciantur amore languentes! utinam producant amygdala, id eſt nuces, longas videlicet non breves, fructum qui non tranſeat, fructum ſalutis & ſatietatis æternæ: quamvis & aliter intelligere liceat & referre frondes ad verba doctrinæ, flores ad exempla vitæ, ſummum etiam fructum ad orationis effectum. Denique huic virgæ, quam ſuæ generationis hominibus divino exhibitam munere propoſiti noſtri eſt poſteris etiam redhibere, tam excellenter affluit, in eleemoſynarum exercitiis unctio miſericordiæ, in converſatione ſua monaſtica ſolidus nitor & puritas diſciplinæ, in prælationis officio fœcunditas multiplicis gratiæ, ut difficile dixerim inter populeas potius, an plataneas, vel amygdalinas debeat reputari. Sic nimirum vixiſſe eum, & cuilibet eorumdem trium velut ſpecialiter fuiſſe deditum conſtat; ut tranſeuntem ex hoc mundo ad Patrem omnes viri miſericordiæ, omnes filii diſciplinæ, omnes etiam ſponſæ Domini fideles & ſtrenui paranymphi, ad ſua certatim

F

fidelibus propoſitos ad exemplum:

Gen. 30

variis virgis Iacob ſimiles.

in quibus & hic S. Petrus.

PERGAUERID. AB. EX MSS.

mœnia merito rapuiſſe credantur, ſibi quique proprium vendicantes. De quibus ſingulis vel pauca quædam, religioſorum Fratrum teſtimoniis comprobata, ſequens narratio comprehendit: quantum ſcriptori inſcio tanti Pontificis merita glorioſa contulerunt.

LIBER I.

Res geſtæ & miracula uſq; ad mortem.

Titulos Capitum qui Mss. interſeruntur, ipſis Capitibus in totidem numerorum paragraphos commutatis, hic ſeorſim accipe.

1 De parentibus ejus.
2 De converſione beati viri.
3 De electione ipſius in Abbatem Stamedii.
4 De electione B. Petri in Tarentaſienſem Archiepiſcopum.
5 De vita & prædicationis inſtantia poſtquam factus eſt Archiepiſcopus.
B 6 De emendatione Eccleſiæ ſuæ & morum Clericorum & fideli adminiſtratione.
7 De pio furto panum, quos in ſæculo ſuo, dum ſederet ad menſam, ad erogandum pauperibus abſcondit.
8 Quomodo valida hieme Alpem graviſſimam pertranſiens, unica quam habebat tunica ſe exuit, & aniculam ſeminudam ex ea veſtivit.
9 De tribus xenodochiis, quæ extra ſuam provinciam ædificavit.
10 De altera muliercula, quam ut ſuperiorem veſtivit tunica ſua, pro qua ex frigore pene mortuus eſt.
11 De femina miſerabili, quam pie viſitavit, & dum iret in Galliam centum libras pauperibus erogavit, ita quod nec unum ſolidum domi attulit.
12 Quomodo apud S. Eugendum tanta fecit miracula, ut vix dinumerari, nedum ſcribi valeant.
13 De tribus incarceratis, quibus abſens viſibiliter adfuit, & mirabiliter eos eduxit de carcere & liberavit.
14 Quomodo ex una perna porcina & modica viciarum quantitate plura hominum millia pavit, ſicut Dominus in Euangelio legitur feciſſe.
C 15 Quomodo ad exemplum Chriſti omnem poteſtatem & honorem Epiſcopatus faſtidiens & fugiens, pauper & exul diu latuit, & tandem ad Epiſcopatum reductus eſt.
16 Quomodo patrem ſuum & matrem & fratrem, & nonnullas virgines ſeu viduas ſui generis, ad converſionem adduxit.
17 Quomodo potens fuit ſedare cauſas & inimicitias, & ad pacem revocare diſcordes.
18 De prodigio, vel potius præſtigio, acuum ſeu ſudium, à quo mulierem inferratam mirabiliter liberavit.
19 Quomodo nobiliſſimus Romanorum Imperator Fredericus, etiam ſchiſmaticis reſiſtentem eum in magna veneratione habuit, orationi ejus humiliter ſe commendans.
20 Quomodo Imperatorem monitis compeſcuit, & Heribertum ſchiſmaticum, ſicut Moſes Amalech, orationibus delevit.
21 Quod à Domino Papa Alexandro honorifice ſuſceptus eſt, & quidam perſequens eum in reditu, terribiliter à Deo multatus eſt.
22 De miraculis, quæ fecit vir beatus in cœnobio Longivadi.
23 De muliere, quæ ſcyphum ligneum rapuit.
24 De energumeno. D
25 De uxore Præpoſiti Barrii, & viro claudo.
26 De cæco quem noluit illuminare.
27 De tribus ſurdis, quorum unus mutus erat: & de monacho cæco.
28 De miraculis, quæ fecit in Alſatia apud Ruphæum, dum Miſſarum ſolennia celebraret.
29 De tribus epilepticis mulieribus, quas apud Cruſillas curavit.
30 De alia epileptica, apud Agne-villare, & homine epileptico.
31 De puero qui ambulare non poterat, & muliere quæ parere non poterat, & alia cæca.
32 Quomodo equos quos habebat, vendere volebat, & pretium eorum dare pauperibus, ſed aliter Deo diſponente factum eſt.
33 De filio cujuſdam militis cæco.
34 Quomodo claudam à nativitate filiam cujuſdam Præpoſiti Regis Francorum ſanavit.
35 De filio viduæ muto à nativitate.
36 De miraculo quo glorificavit Deus Sanctum ſuum in conſpectu duorum Regum & multorum Principum.
37 De milite Regis Anglorum, cui lumen unius oculi amiſſum reſtituit. E
38 De miraculis quæ fecit apud Giſortium, & in Edora monaſterio & in Brueria.
39 De ſacramento numeri annorum adminiſtrationis ejus in Pontificatu, & de obitu ipſius, & de tempore vitæ ejus.

CAPUT I.

Ortus, educatio, ſtudia. Vita monaſtica, gradus Abbatis & Archiepiſcopi.

1 VEnerabilis hujus Petri parentes prædium proprium in Viennenſi incoluêre diœceſi, quod poſtmodum idem ipſe, priori mutato nomine, S. Mauritii nuncupavit. Illic ex juſtis ſuis laboribus, victu mediocri vitam ſobriam tranſigebant; ſecundum præſens ſeculum humiles, ſed erga pauperes eleemoſynis & compaſſione, erga viros religioſos obſequiis & affectione devoti, apud Deum ingenui & ſublimes. Eo tempore Ciſtercienſis vinea monaſterii jam fructificans, ad illas etiam partes dilatavit palmites ſuos, quos Reverendiſſimus Archiepiſcopus *a* Guido, in ſummum Pontificem Calixtum ſecundum, mutatione dextræ Excelſi poſtmodum aſſumendus, feliciter plantavit in monaſterio Bonævallis, ubi fidelium multitudinem beneficiis abundanter ſatis rigavit, & ad benedictionē ſuam dedit Dominus incrementum. Hujus cœnobii primus Abbas Joannes, multiplici præditus ſanctitate, Pontifex demum *c* factus eſt Valentinus, & maxime poſt glorioſum ab hac vita diſceſſum miraculis claruit quam multiplicibus & immenſis. Parentes quoque prædicti Petri, à primordiis monaſterii, multimoda eum devotione colebant: quorum primogenitus, Lambertus nomine, litterarum ſtudio traditus, in puerili erudiebatur ætate: *d* Petrus vero ſecundus natu, officio fuerat alteri deputatus: fraterna tamen æmulatione, vel potius inſpiratione divina, ipſe quoq; ad eadem ſtudia vehementius aſpirans, proficiebat eatenus unctione magis quam eruditione magiſtrali, ut mirari inciperent qui videbant, puerum litteras rapientem amplius diſcere quam doceri. Nec ingenio memoria, immo neutri gratia defuit. Denique Pſalmos omnes Davidicos ſic apprehendit, ſic tenuit, ut anno primo cordetenus una die Pſalmos pſalleret univerſos. Præventus in benedictionibus dulcedinis à pueritia, grandiuſculam ſibi induit gravita-

Petrus natus honeſtis parentibus;

a F

b

c

d

cum fratre ſeniore applicatur ſtudiis:

A vitarem; lectionis amator, ludorum fugitans, quibus illa contuevit ætas potiſſimum delectari. Ex eo tempore jam legitima liberorum procuratione completa, vitam in ſeculo Fremiticam præoccupare parentes, abſtinentiæ dare operam, à conjugii opere penitus abſtinere, & amplius ſolito eleemoſynas exercere cœperunt. Deputaverant molliora fulcra pauperibus, ipſi in palea recubantes: & cum tota domus xenodochium videretur, aſſignata erat pauperibus & peregrinis propria cella ſeorſum. Religioſos non modo ſuſcipere, ſed expetere ſatagebant; maxime vero Carthuſienſibus & Bonevallenſibus, in quibus maxime complacebant, congrua ferre cibaria; & ſalutis conſilia ab eiſdem non modo ſibi ſectanda, ſed pluribus communicanda referre: pacem habere cum hominibus, pacem omnibus ſuadere & ad pacem revocare diſcordes, injuriam patientibus opem ferre, & opportune arguere, quos licuit, inferentes. Cilicio pater utebatur ad carnem, quod ſub veſtibus ſibi congruis occultabat. Ambo pariter magis ac magis innocentiam conſervare, ſectari juſtitiam, colere pietatem, in fide & operibus bonis liberos educare: filiis Clericis nulla volebant eccleſiaſtica bona vel beneficia tribui, licet adhuc in ſeculo conſtitutis, quod vix ſolent etiam religioſi prætervitare parentes.

illiſque ſanctiſſimâ viam agentibus,

B

2 Jam Petrus junior, nam & ejus genitor ipſo nomine vocabatur, Apoſtoli perinde cultor officioſus & affectuoſus amator, Pythagoricæ litteræ bivium & ambiguum adoleſcentiæ tempus attigerat: jam pro ætate & religione ſua profecerat in ea quidem litterali doctrina, quæ competere videbatur utrique: & fructum potius conſcientiæ eligens quam inflantis ſcientiæ folia vana ſectari, ſuadente Abbate Joanne, ad quem pater propter hoc ipſum, ſed alia occaſione accedere eum fecerat, prædicto Bonæ-vallis cœnobio *e* ſeſe contulit, ibi ſe offerens Deo ſub regula & Abbate fideliter ſerviturum. Votum vovit, & votum ſolvit; ſupplicem Deo & miſerentem animæ ſuæ, corpori durum caſtigatorem, Prælatis obedientiſſimum, humilem cunctis Fratribus, cunctis amabilem, nec multo poſt etiam utilem, imitabilem, venerabilem, raptim potius quam paulatim proficiendo, incipiens exhibere. Jam tunc firmiter locabantur in eo ſublimium ſolida fundamenta virtutum, & radices deorſum mittebant, ſurſum fructificaturas germina gratiarum. Lambertum quoque germanum ſuum ab eodem ſuæ converſionis initio ſecum traxit. Qui nimirum & ipſe laudabiliter converſatus, in cœnobio, quod Chaſiriacum dicitur, Abbatis officio ſtrenue functus eſt, & in eo defunctus. Nec longe poſt quam Petrus noſter tirocinii tempus expleverat; Reverendiſſimus Abbas Joannes, intelligens quoniam vas electionis eſt iſte, per diverſos eum gradus ad officia diverſa promovit, ſemper ſe ipſo inveniens quanto perfectiorem tanto humiliorem.

ingreditur cœnobium Bona-vallis cum fratre.

e

C

f

g

3 Interea *f* tempus affuit ut novus eligeretur Abbas, cum novo Fratrum examine in novo *g* Stamedii monaſterio ordinandus: dicitur vero Stamedium quaſi Stans medium, quod circa eumdem locum provinciæ duæ & duo conveniunt Comitatus. Votis communibus & Abbatis Joannis arbitrio Petrus eligitur, ut ſupra illam petram fundaret Dominus & ædificaret illam Eccleſiam. Ad locum mittitur arduum, locum aridum, locum arctum, & quod magis incommodum videbatur, juxta publicam ſtratam pene jugiter à multitudine commeantium frequentatam. Sic certamen forte fortiori datum, ut vinceret, & ſciret quam ſit fortior omnium ſapientia. Quantis humanitatem jejunus hoſpes exhibuit! quantos ſeminudos algens ipſe veſtivit! Inter excelſas rupium fauces, ſicut cernere eſt, ſibi ſuiſque cœnobium, xenodochium aliis conſtruebat. Sed exteriora gravamina parvipendens, ſecum gravius luctabatur, admirans quod tale officium ſibi Dominus & tantum nomen permiſiſſet imponi; nullum ſeſe æſtimans, nullum profitens, nullum gerens. Obſequiis potius quam injuriis movebatur, pedes ivit ad longius poſita tuguriola Fratrum, & ad remotos in Alpibus reptitabat agellos. Pane arido & aqua gravi, incondito & vix ſalſo olere veſcebatur. Dedit tamen Dominus benedictionem & illuſtratus eſt ædificiis, donatus paſcuis, agris, vineis. Locus licet remotus, & unde ad monaſterium non ſine multo labore vel nunc queant cibatia qualiacumque deferri; nihilominus etiam humanitatis & compaſſionis erga pauperes & peregrinos hæreditariam gratiam ejuſdem cœnobii Fratribus dereliquit, ut celebris hodieque fama pronuntiat; Stamedienſes ſuper multos abundantiores, magis humanos, amplius liberales. Jam tunc panis & caſei fruſta circumferens, in ſinu miſerabilium perſonarum, dum occurrerent, abſcondebat; quod in Epiſcopatu magis exercuit; ſociis etiam ſuis onera pia communicans. Si prandendum foret iter agenti, ut fit aliquando, diverticula declinabat, juxta callem reſidens publicum, ut menſa ejus etiam tunc cum pauperibus foret ac peregrinis; ibi tanto acceptior quanto pauperior vel infirmior hoſpes adventabat. Providerat autem Dominus ulmum congruam huic viti, & aliis in eadem tunc fructificantibus regione, illuſtrem principem & bonorum memoria dignum Marchionem Italiæ Sabaudiæ & Mauriennæ Comitem *b* Amedeum; hic devotus admodum, viro Dei præter alia beneficia, horreum quoque cum vineis; quod Montem-melioratum vocant, ejus cœnobio contulit; ut infra arduos montes haberet quo diverteret; quando eum; in quo ſibi plurimum complacebat; conſilii gratia accerſiret. Jam mundo ceperat innoteſcere, jam lucere in operibus ſuis, ut glorificaretur Pater cæleſtis in eo, cujus cor ardens erat in ſemetipſo ex ignito eloquio ſapientiæ, de qua legitur, quoniam cum ſimplicibus ſermocinatio ejus. Ad meditandum enim cum Iſaac Patriarcha egrediebatur in agrum, & ſapientiam concupiſcens mandata ſervabat, ut daret illam Dominus ſibi, & intelligeret in mandatis, piæ deditus actioni, ſacræ contemplationis obtentu.

ordinatus Abbas Stamedienſis,

PER GAUFRID. ABB. EX MSS.

cœnobium & xenodochium conſtruit:

liberalis in pauperes & peregrinos:

E

4 Interea videns eum Rebecca, vultum operuit, & deſilivit de camelo. Siquidem Tarentaſienſis Eccleſia, virum ſibi à Deo præparatum & prædeſtinatum conſiderans, ab Idrahele quodam, moribus magis quam nomine barbaro, de priori errore confuſa receſſit. Ille enim prædictam Eccleſiam nequiter occupaverat, nequius detinuerat, ambitioſe ingrediens & pernicioſe progrediens, ut pravo inchoata principio ſimilis exitus conſummaret. Hunc præceſſerat cum reverentia nominandus alter *i* Petrus, ex Abbate primi monaſterii quod ex Ciſtercio prodiit, Firmitas nomen illi, & ex eodem ordine ad Pontificium primus aſſumptus: vir Deo dignus, in vita ſua optimis prædituſ ſtudiis, & poſt obitum ſuum, ſicut aiunt, pluribus ægrotantibus, uſq; hodie fideliter accedentibus ad memoriam ſuam conferens ſanitatem. Hunc ſecutus eſt Hydræ ſoboles Idrahel ſupradictus, ſed temporis ſerie, non imitatione virtutis. Quod enim ille correxit in moribus, quod acquiſivit in poſſeſſionibus, quod eccleſiaſticis addidit ornamentis; iſte corrupit, diſtraxit, dilapidavit in brevi. Propter hæc & his ſimilia arbor inutilis, Apoſtolica falce præciſa, & Dominus Petrus Stamedienſis ad regimen Eccleſiæ Tarentaſienſis electus eſt, ceterorum omnium votis

donatur horreo & vineis ab Amadeo Sabaudeo:

h

poſt Petrum

i

& Idrahelem,

PER GAUFRID AB EX MSS. *creatur Archiepiſcopus*

votis convenientibus, ſed non ſuis. Nullatenus enim potuit ad conſenſum electionis induci, donec conventum Ciſtercienſis Capituli generalis, ejuſdem eccleſiæ Clerici præſtolantes, illic eum intercepere, ut ſubterfugium deinceps non haberet. Inibi auctoritate totius Ordinis eſt oppreſſus, maxime vero S. Bernardi Claræ-vallenſis, cui reverentiam ſemper exhibuit ſingularem, & Venerabilium Patrum ſuorum Ciſtercienſis & Bonæ-vallenſis Abbatum; ab his angariatus, & manualiter Clericis aſſignatus, obtemperavit invitus.

k 5 Sic promotus eſt in *k* Tarentaſienſem Archiepiſcopum Venerabilis Petrus, ſed parum motus á forma vitæ in qua fuerat converſatus: manſit habitus humilis, victus tenuis, ſomnus brevis. Si meliuſculam veſtem quæcumque perſona contulit, non longam fecit cum ea moram, ad alterum tranſtulit poſſeſſorem. *eumdem ſuæ vitæ tenorem ſervat:* Victus ejus panis cibarius, cum legumine & talibus erat oloribus, ut ex eadem olla miniſtraretur egenis, niſi quod melius condita frequenter illis præcipiebat offerri. Id dico quod mihi ſæpius datum eſt experiri. Ad Romanam cum eo Curiam aliquando ſum profectus, & quia jejunantibus nobis pauperes prius prandere voluit, & iterum atque iterum ſupervenientibus erogari, pluries accidebat in ſuperfuſa aqua & jure ſecũdo vix modicũ oleris aut leguminis inveniri. Et licet mihi plurimum Sanctus ille deferret indigno, ſæpius tamen, cum ſua prius cibaria ſupervenientibus porrexiſſet vel clamitantibus miſiſſet egenis, noſtra quoque tollebat quaſi murmuranti, ſed, ut ſatis cognoverat, ſuper hujuſcemodi rapina potius congratulanti. Pro vigiliis prolixioribus monaſterii, à quibus ſe deplorabat avulſum, ſecretis orationibus inſiſtebat. *ſedulus in Confirmatione conferenda,* Opera manuum, labore compenſabat itinerum; ſed & manus impoſitionis, id eſt Confirmationis, non modo infantum, ſed & perſonarum cujuſcumque ætatis, ubique ad eum undique confluentium, aliquando de mane uſque ad crepuſculum noctis & ultra. Diſciplinam ſilentii, prædicationis inſtantia redimebat: ſubtilioribus tamen eloquiis animum minus apponens, perſonis potius aliis imponebat, quoties diſertis auditoribus competere talia viderentur. Ipſe magis doctrinam ſimplicium ſectabatur, ſtudens eruditioni, conſolationi, exhortationi, obſecrationi; &, quamvis minus libenter & minus frequenter, interdum tamen increpationi. Volebat enim & ipſe quinque verba magis in ſenſu, quam in lingua decem millia loqui.

C *concionibus habendis,* De mandatis Dei erudiebat ignaros: & fidei Sacramenta; ad diſcuſſionem minus idoneis, ſermonibus paucis involuta tradebat; quemadmodum olim filiis Caath utenſilia tabernaculi non licuit, niſi tecta, deferre. Conſolabatur magnifice pœnitentes, non ſolum in locutione communi, ſed multo magis in collocutione ſecreta. Flere ipſe cum flentibus, & prevenire minus adhuc ſua crimina quam ſua diſcrimina ſentientes; monitis excitare viam ſalutis ingreſſos, nunc parata fidelibus præmia, nunc priorum exempla proponens; obſecrare devotionis capaces animos, divinam erga homines caritatem affectuoſe commendans, & commemorans beneficia, vel ſingulariter aliquibus perſonis exhibita, vel communiter univerſis. Improbos etiam durius arguens increpabat: horrorem malitiæ, flagitiorum maculas execrans, & futura velut ſub oculis ponens ſupplicia, terribili proſecutione depicta. *& vitiis eradicandis* In colloquiis etiam familiaribus, quemadmodum ventus aquilo diſſipat nubes, ſic verba detractoria, noxia, otioſa, non modo facie triſti, ſed reprehenſione congrua præcidebat. Sed ut verborum fructus ex operibus innoteſcat, ad ea deinceps accedendum.

ANNOTATA. D

a Guido *factus Archiepiſcopus anno* 1083, *creatus Papa an.* 1119, *mortuus* 1124.

b Bona-vallis *extructa eſt anno* 1118, *&* 21 *cœpti Ordinis Ciſtercienſis.*

c Joannes Valentinus *Epiſcopus factus anno* 1138, *mortuus anno* 1145, 21 *Martii, quo die in Supplemento de eo agendum erit, ſi nanciſcamur Vitam ejus citatam à Manrique ad an.* 1145.

d Petrus, *natus circa an.* 1102.

e *Circa an.* 1122, *anno* 6 *ædificatæ Bonæ-vallis.*

f *Annus ſcilicet circiter* 1132. *Prævenit eum ad quadriennium Manrique, ſubſequitur ad biennium Carolus de Viſch, in Chronologia monaſteriorum ſubjuncta Bibliothecæ Ciſtercienſi.*

g Stamedium *in faucibus Alpium & diœceſi Tarentaſienſi.*

h *Hic eſt* Amedeus 3, *qui patri ſuo Humberto II ſucceſſit anno* 1103, *mortuus anno* 1149. *Conſule Hiſtoriam Sabaudicam Guichenonis, aſſerentis hanc donationem factam anno* 1132.

i Petrus *Abbas* Firmitatis *creatus anno* 1117, *Archiepiſcopus Tarentaſienſis anno* 1124. *mortuus anno* 1132. *Ita Manrique, inſcriptus Menologio Henriquez ad diem* 29 *Iunii.* E

k *Anno circiter* 1142, *& præfuit* 33 *annos uſque ad annum* 1175.

CAPUT II.

Clerus reformatus: Eccleſiæ decor procuratus: Pauperibus ſubventum: Miracula facta.

6 IN eccleſia ſua reſidens novus Pontifex, invenit quod vehementer doluit, negligenter fieri in ea opus Dei, ut non tam remuneratio præſtolanda, quam maledictio metuenda videretur. *intendit emendationi Cleri* In moribus Clericorum non ſatis ei placuit, quod nec Deo credidit complacere. Epiſcopii & Clericorum incultæ vel ruinoſæ domus, priſtinos habitatores negligentiæ arguebant. Parochiales eccleſias & decimationes diœceſis ex magna parte viri potentes laici, vel ab eis alii poſſeſſione ſacrilega detinebant; Sacerdotum vita minus probabilis, & ſibi ipſis plurimum noxia, & pernicioſa plebibus exiſtebat. *& Sacerdotum,* His & hujuſmodi rebus intendit & ſuperintendit Epiſcopus, ſuum ſibi nomen interpretans, orationi inſiſtit devotione fideli, & Prælatus in ſolicitudine ſubditis operam ſedulus & circumſpectus impendit: ſuper omnibus tamen confiſus magis orationi quam induſtriæ propriæ vel labori. Denique quod vix aggrediendum fuerat, vix ſperandum, de eccleſia ſua magnos & nobiles viros amovit Clericos ſeculares, & pro eis Regulares Canonicos introduxit; neutrum ſibi imputans, ſed divinæ ſapientiæ fortiter & ſuaviter omnia diſponenti, ſine gravi ſcandalo, opus utrumque perfecit. F Ordinatos quoque Canonicos in diſciplina morum diligentius inſtituens, egit ut divina officia dignius ac honeſtius celebrarent, & ut eorum converſatio regularis & opinio acceptabilis ad ſalutaria ſtudia ceteros quoſque tam Clericos quam laicos excitaret. Cum quibus intrans & exiens fidelis Antiſtes, pſallebat in choro: in clauſtro vel capitulo reſidens, de ſpiritualibus ſtudiis ſive etiam temporalibus conferebat agendis, quemadmodum magiſter diſcipulos erudit, nutrit, & fovet parvulos ſuos. Nec ſolum providit eis ad tempus, ſed in poſterum quoque de reditibus Epiſcopii non modicam contulit portionem, ut merito ſimul & numero Clerus Domino ſerviens augeretur: & ſuæ tamen domui reſtituit *reditus Eccleſiæ auget.*

A ſtituit ampliora, præſertim ex Parochiarum ſtipendiis & ex decimis, quas de manibus Tyrannorum per cenſuram Eccleſiaſticam potenter eripuit, vel liberaliter pecuniarum collocatione redemit. Ceteros etiam Sacerdotes & corripuit & correxit. Eccleſias neceſſariis utenſilibus, palliis, libris & veſtibus competenter ornavit; nullam pene Capellam in toto Epiſcopatu ſine argenteo calice dereliquit. Ubi aliam comperit non ſuppetere facultatem (ſiquidem valde inops eſt regio) ex ſingulis domibus ova ſingula per hebdomadam colligi & venumdari fecit, donec ad pretium calicis pervenirent. Pecunias non repoſuit, avaritiæ idola deteſtatus: annonas annotinas eſſe, & ſuis annis voluit deſervire: debita grandia non contraxit, nec qualibet occaſione ſervus fieri voluit fœnerantis, ſua ſemper mediocritate contentus. Comites religioſos & paucos, in ſua præſertim diœceſi circumducens, Eccleſiis noluit fieri oneroſus: hoſpites ſuos obſecrans, ut quod minus in familia vel equitaturis conſumerent, Fratribus ſuis, qui nuſquam illi deerant, pauperibus erogare non pigeret. Cathedralem baſilicam texit lapidibus, caput & campanaria plumbo operuit: quam multipliciter pro qualitate provinciæ decoratam ornamentis etiam competentibus illuſtravit, exteriorem quoque decorem, B ut decuit, domus Dei diligens & procurans. Suas & Clericorum domos vel renovavit vel novas condidit, non admirationem intuentium captans, ſed moderata inhabitantium commoditate & mediocri amœnitate contentus.

Eccleſia auget:

eccleſias ornat & domos Clericorum:

benignus erga pauperes,

7 Specialis ſiquidem cura extitit Præſuli & ſolicitudo permaxima, ſuper egenis & ægris utriuſque ſexus & cujuſcumque ætatis. Domus ejus omni tempore xenodochium fuit; maxime tamen ante meſſem menſibus tribus, cum maxime ſolent, illis præſertim in montibus, illis in rupibus, alimenta deficere. Singulis annis ſtatuerat agapen fieri generalem, & quotidie multitudinem undique concurrentium pane refici & pulmento. Nihilominus quoque per univerſam diœceſin ſuam, invalidos & deſperata ægritudine decubantes ſtudioſe perquirens, in victu & veſtitu neceſſaria providebat; per ſeipſum quos poterat & per fideles nuntios ſæpius viſitans, & erga eorum curam ex contingentibus nihil omittens. Quibus cubicula propria vel ſuorum ſolatia deerant, dabat operam ut perſonis committerentur fidelibus & devotis, apud quos humanitatem eis idoneam faceret exhiberi. Ipſe quoque quacumque pergeret, tanta C liberalitate, tanta affectione curam gerabat hujuſmodi miſerabilium perſonarum, ut nummos, cibos & veſtimenta non poſtulantium importunitas extorqueret, ſed caritas ultro porrigeret. Pluris etiam æſtimabat occaſionem ſibi præſtitam miſerendi, quam exhibitum à ſe quodlibet beneficium indigenti. Quoties ejus munera lacrymæ prævenerunt, ut pietatis adeps holocauſto Pontificis non deeſſet! Furabatur quæ ſua erant, etiam quæ ſuorum, vel ſibi adeo familiarium, ut certus foret in ſuo eis damno fore complaciturum. Eſt mecum Frater, qui in ſua ei adoleſcentia notus extitit & acceptus; eo didici referente, quod apud matronam aliquam devotiſſimam, velut altera ſibi Martha miniſtrante recubans, panes abſcondit in ſacculo quē ferebat. Advertit mulier, & panes alios atque alios frangens atq; declinans, dabat opportunitatem, donec ſaeculus impleretur. Surgitur jam à menſa, ſed pietatis furtum Epiſcopus ferre non prævalet, aſtantem denique tunc ſecularem quem prædixi, poſtea monachum, in conſenſum operis hujus aſciſcens, innuit ut cadentem ſaeculum clam ſuſcipiens aſportaret; Suſcepit, tulit, & reſignavit jam ſedenti ſuper humile animal ſuum.

pro quibus & panes ſuffurabatur à ſuis.

a 8 Alpem quoque graviſſimam, cui nomen *a* Co-lumna Jovis, tempore hiemis pertranſibat: occurrit ei anicula feminuda, debilis, algens, & lacrymis uſquequaque reſperſa. Videns Sacerdos, immo Samarites, non tranſiit, ſed ſubſtitit & convenit ſocios dicens: En mater mea. Nec ſine ſingultu & lacrymis compaſſionis adjecit: Me miſerum; perit frigore mater mea, quid faciemus ei? Si dederimus nummos, nihil proderunt morienti. Quis veſtrum poteſt ſibi ſubtrahere unde poſſit iſta protrahere vitam? Quæſivit & non invenit, quod omnes ſibi in periculo poſiti viderentur, vix à facie frigoris ſubſiſtentes: hiberno ſiquidem, ſicut prædixi, tempore loca peſſima pertranſibant, ubi frigus vix tolerabile invenitur æſtivo: ſic non fuit qui faceret bonum, non fuit uſque ad unum. Diſſimulante eo juſſi præcedunt ceteri, ipſe non ſequitur, ſed ſubſtitit: deſcendit, unicam exuit tunicam, qua ſuper cilicium induebatur: & cucullam reſumens, miſerabilem induit feminam & procedit: attamen pedes graditur viam difficilem, inter frigoris & laboris moleſtias conſtitutus.

PER GAUFRID AB EX MSS.

anum in frigore ſaminudam veſtit,

9 In eadem Alpe tam gravi xenodochium inops ac pene nullum reperiens, efficacem adhibuit operam & impenſam, ut ædificiis dilatatum, prædiis & animalibus locuples, tranſeuntium neceſſitati ſubſidia opportuna miniſtraret. Sic in monte qui merito dicitur Læſiônis, licet extra provinciam ſuam conſtituto, viam vix commeabilem multo labore rupibus ſciſſis ex magna parte correxit, & hoſpitalem in eo domum cum Fratribus religioſis inſtituit. Tertium in *b* Jurenſibus locis xenodochium ordinavit, ut non ſolum preteritas ejus eleemoſynas enarret Sanctorum Eccleſia, ſed in futurum ſentiat & præſentes. b

3 xenodochia conſtruit:

10 Altera hieme nimis horrida ſimilem ſupradictæ mulierculam, in una tantum veſte linea tremulam & *c* lacernoſam, idem Sanctus invenit; huic miſerculæ etiam, alio non occurrente ſolatio quod impenderet, non ſine corporis ſui periculo, ſimiliter veſtem propriam occulte ſibi detractam tradidit, & largius frigeri ipſe declinare præcepit. Ipſe vero pro ea diutius alguit, expalluit & tremuit; & ignorantibus ſuis, inter eos diſſimulans, incommodum pariter & periculum, toleravit. Ventum eſt ad hoſpitium, & intuitus eum Frater expavit, &, Heu, inquit, Pater bone, quid accidit? Conſiderans denique frigoris acerbitate confectum, & inveniens ſub cuculla tunicam non habere, ſuam tradidit illi, & operuit eum pannis in lecto collocatum; ibi demum refocillatus recaluit, & ſurrexit. Ipſo Fratre narrante hoc didici, & quod ſequitur alterum pietatis opus cum virtutibus etiam multis, quibus præſens interfuit & diligentius exploravit, primis enim annis ejus obſequiis deſervivit. c

alteri nuda tunicam

F

11 In regione Provinciæ per *d* Nemauſenſe territorium Pater ſanctus iter agebat, in cujus obviam puer ſeminudus, immo etiam ſemivivus exiit ex tugurio vili, & intuitus eum interius ſe recepit. Intelligens itaque vir miſericors oblatam ſibi divinitus miſericordiæ facultatem, puerum ſequitur, intrat tugurium, miſeram & miſerabilem invenit feminam, ægritudine & inedia laborantem. In palea modica recubabat, uno tecta panniculo, non tam vilis pretii, quam nullius. Univerſa ſuppellex olla una non grandis erat, lacrymæ verba præveniunt. Accedit tamen, alloquitur, audit ſeptimam diem eſſe ex quo panem miſella non novit. Ibi ſuis ille non parcens, veſtes alias atque alias rollit: veſtit feminam, veſtit & puerum, pecuniamque ſufficientem ad totius menſis victualia coëmenda largitur. De ſacratiſſimo Patriarcha Joanne Eleemoſynario legimus, multas ei pecunias quā frequenter oblatas, & ab eo quam liberaliter reſignatas d

tertia ſimiliter egenti ſuccurrit.

PER GAUFRID. AB. EX MSS. Cant. 2

reſignatas eſſe pauperibus. Qui maxime illud Cantici Canticorum, Dilectus meus mihi & ego illi, factis implebat: quod ex miniſtris ejus quidam poſt ipſius tranſitum non eſt veritus dicere de eo: Sic ſic, tu mittendo, & ego diſpergendo; Videbimus vero quis vincat. Sic noſter quoque eleemoſynator canalem ſeſe exhibuit, influentem jugiter aquam jugiter refundentem, nil retinentem de plenitudine ſua. Deſcendens eo aliquando ad partes Galliæ religioſus quidam frater, œconomus Epiſcopi, per nuntium ſupplicans poſtulabat, aliquatenus ſibi quoque ſuper quibuſdam agendis anxio ſubveniri, & de his quæ tribuerentur aliquam reſervari benedictionem. Subriſit Pontifex ad hoc verbum, propoſitum gerens aliud, aliam voluntatem. Ipſo tamen denique firmiter aſſeverante cognovi, per cujus manum pecunia pene tota tranſivit, quod erogatis in eodem itinere duobus millibus ſolidorum, ne unum quidem reſervavit, ne unum miſit vel attulit ad domum ſuam.

2000 ſolidorum in itinere diſtribuit;

In monaſterio S. Eugendi

B

12 Undique jam ad eum & ubique confluere cœperat innumerabilis & intolerabilis multitudo, animarum & corporum remedia quæritans, tangi poſtulans, flagitans benedici. Interea cauſa extitit ut in

e

e monaſterio S. Eugendi in locis Jurenſibus moram faceret menſibus duobus & ultra, ubi tantas per eum præſtitas ſanitates regio tota cognovit, ut incredibilis turba concurrens, ac ſi jurata foret in ejus necem, non modo comprimeret, ſed opprimeret imbecillem. Vix tandem locus idoneus potuit inveniri, fuitq; turris baſilicæ S. Eugendi per duas hinc inde cochleas aſcendenda. Illic poſita ſedes, lignis fortioribus circumſepta, ut ſolam manus impoſitionem, vel auditum & reſponſa perciperent, qui per alteram ſeriatim cochleam aſcendentes, per alteram exinde deſcendebant, ut nec illi nec ſibi invicem poſſent eſſe moleſti. Tam multis inibi cæcis viſum, ſurdis auditum, mutis loquelam, claudis greſſum, & incommodis variis laborantibus deſiderata remedia contulit, ut difficile quis dimunerare, vel ſcribenda ſervare potuerit ſigna virtutum, quibus in ſervo ſuo glorificatus eſt Deus; omnes tamen ad ſacrã S. Eugendi memoriam tranſmittebat, ut gratiarum actiones Deo & venerabili ſolverent Confeſſori ſuo S. Eugendo. Inter crebras adventantium multitudines honorabilis quædam matrona prægnãs, ſuper equum minus quietum, minus domitum properabat. Offendens equus in via & exacerbatus, ad mulieris ruinam graviter

C

fremere & calcitrare cœpit atrociter circa eam: adhærentem denique carni interulam multis in locis pedibus ſcindens nihil nocuit, nomen Præſulis invocantem. Cui demum exhibita, gratias egit, periculum referens quod evaſerat; & oſtendens omnibus veſtem laceratam, corpus illæſum.

f

& tres viros è carcere educit:

13 Affuerunt quoque tres viri de civitate *f* Lauſanna, ſub obteſtatione divini nominis firmiter aſſerentes, verbum dignum memoria, dignum reverentia, dignum admiratione, ſed in ore trium teſtium ſtare debet. Clauſos ſiquidem in ergaſtulo perhibebant aliquamdiu ſeſe fuiſſe detentos. Interim cœpit in civitate illa virtutum, quas per B. Petrum Epiſcopum Dominus actitabat, celebris fama crebreſcere: ad cujus nominis invocationem fideli ſupplicatione converſi ſunt, ejus ſibi meritis præſtolantes divinitus ſubveniri. Contigit igitur die clara cuſtodes ſuos ludere alea ante oſtium carceris obſeratum, illos clauſos & compeditos interius lamentari ſuæ calamitatis ærumnas. Adeſt interea Pontifex invocatus, ſolvit compeditos, manum porrigit, oſtium aperit, jubet ut exeant. Sic manifeſtus apparens, viros extrahit & educit: & cum nulla foret opportunitas divertendi, ſequentes prævium ducem ſuum, ſuper tabulas quibus ludebant, inter mediòs tranſiere cuſtodes. Nec mirum ſi videri ab hoſtibus præſentes ipſi non poterant, qui ſic videre ſibi videbantur abſentem. Nec ab eis Pontifex ante diſparuit, quam evaſiſſe pericula & ad locum ſeſe cognoſcerent perveniſſe ſecurum. Unde etiam voto ſeſe obligantes, non guſtavere cibum, donec ad ſui præſentiam liberatoris accederent, nova & mira Dei magnalia prædicanres.

D

innumeris ſanitatem confert.

14 Verum tamen, ſicut multis innotuit, locus ille admodum ſterilis eſt, & nihilominus gravis acceſſu, ut cibaria ex ſe vix proferat, vix aliunde recipiat: compatiens proinde vir miſericors multitudini confluenti, quæ à domo vel diœceſi ſua per fideles nuntios poterat obtinere, quidquid ab adventantibus ſuſcipiebat oblatum, in cibos pauperum erogabat. Accidit autem ut die quadam ſabbati, propter aëris intemperiem ad venumdandum convehere victualia ſolitis negaretur acceſſus, & miniſtri ſuggererent nullam penitus facultatem, conſilium nullum ſuppetere, ut inſtante Dominica poſſet refectio conſueta pauperibus exhiberi. Erant enim plura millia, & una tantum porcina ſibi perna, cum modica viciarum quantitate remanſerat, ut totum ſimul ſcilicet caperet olla

E

una; grandis quidem, ſed quid hæc inter tantos? Imperat tamen, ut quod poſſunt hoc faciant; quod habent hoc præbeant, quandoquidem ſpes nulla ſuppeteret aut facultas ampliora quærendi. Mane facto cocta cibaria, & in atrium introducta pauperum multitudo, cui viderentur præparata poſſe ſufficere. Refectis illis, cum adhuc eſcæ ſupperent, alii introducti, & ipſis itidem ſaturatis mirabantur quod cibus adhuc ſupereſſet: nec prius ceſſavere, quam dies cum eſcis ſimiliter & pauperum numeroſitas deficeret. Nec mihi fateor mirum videri debet lectorem meum non mediocri ſuper hoc admiratione moveri. Alioquin ſi ſic factum credere quis detrectet, ſic creditum non diſcredat. Viderint autem cui potius ſit credendum, præjudicio ſuæ negationis, an illorum aſſertioni, qui præſentes fuerunt, viderunt oculis, manibus tractaverunt? Sed tranſeundum nobis ad alia, ne ſuper miſerationibus hujus viri miſericordiæ parturire incipiat copia congeſta faſtidium.

paſcit multa millia perna una & modicis leguminibus.

ANNOTATA.

a Columna-Jovis *vulgo* Monte-Jove, *Gallis* Mont-Jou, *aliter* le grand S. Bernart, *antiquis* Mons Penninus, *inter Sedunum ad Boream & Auguſtam Prætoriam ad meridiem.*

F

b Jura *mons Hiluetios ſeparans à Sequanis, populo Comitatus Burgundiæ, hinc* Jurata loca *ibidem montana ſunt.*

c *Ms.* Caritatis, *& Surius*, lacrymoſam.

b Nemauſus *eſt colonia & urbs antiqua Galliæ Narbonenſis, in hodierna Occitania, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopatu Arelatenſi in Provincia, cui ideo tribuitur.*

e *Conſtruxit illud* S. Romanus primus Abbas, *unde etiam* Romanum *dicebatur, hujus Vitam dedimus* 28 *Februarii. Huic frater erat & ſucceſſor* S. Lupicinus, *à nobis relatus ad* 21 *Martii. Horum diſcipulus* S. Eugendus *cujus Acta ad Kalendas Ianuarii illuſtrata ſunt. Nunc ibi viſitur celeberrimum* S. Claudii *monaſterium, eique oppidum adjunctum, uti ad* 6 *Iunii latius explicabitur.*

f Lauſanna *urbs in Heluetiis, ſub pago Bernenſi hoc tempore tota hæretica; ideo Sedes Epiſcopalis Friburgum Heluetiæ tranſlata eſt.*

A

CAPUT III.

E fuga ad Sedem Archiepiſcopalem reductus, maleficium tollit & ſchiſmaticis reſiſtit.

15 COepit inter hæc vir fidelis, ad tantum ſibi à tot & tantis exhibitum favorem, pavere & tædere: cœpit contriſtari & mœſtus eſſe: cœpit talia meditari, taliter convenire ſeipſum: Quid eſt quod actitas? Nullum tibi lucrum lucrari mundum, & animæ tuæ facere detrimentum. O doxa ô doxa! inflatio aurium! quam perniciosè miſeris, cum quibus ludis, illudis? riſui tuo dicerem, ſi non deſiperem, Quid fruſtrà deciperis? immo quid decipis? in errorem inducis quos beatificas, illidis quos elevas, dejicis quos exaltas. His & hujuſmodi longe affectuoſius & efficacius, quam noſtra queat imperitia capere vel effari, futurum judicium, dijudicando ſeipſum, præveniens & declinans, quaſi de novo ſtatuit mundum fugere, ſibi gravius imminentem. Per vias ergo difficiles, per loca potius invia, ſub medio noctis ſilentio, cum uno tantum comite, ceteris ignorantibus, exiit, fugiens ſeculum & ipſius honores. Perveniens denique ad cœnobium quoddam ſui Ciſtercienſis ordinis, in a Germania conſtitutum, ubi quodammodo ſurdus eſſet & mutus, nec intelligens ceterorum verba, nec intellectus ab eis quamdiu licuit, inter eos intrans & exiens, ut ſimplex Monachus habitavit; mutaverat enim in via ſocios unum poſt alterum, occaſione quæſita, donec haberet cui eſſet ignotus. Quis illas cogitet ferias, illud gaudium, illam ſolennitatem? ſabbatizabat Deo juxta deſiderium cordis ſui, & in ſuo ſibi ſabbato complacebat. Sed interim ille ſic maneat, cui bonum eſt hic eſſe: ad eos potius redeundum, quos clandeſtinus deſolatus & vehementer affligit abſceſſus. Mane facto cum minime compareret, repleti ſunt domeſtici ejus ſtupore & exſtaſi, in eo quod contigerat illis. Quæſitus in cubiculo nec inventus quem merito diligebant, per eccleſias, per vicos & plateas quæritur, & minime reperitur; paſſim interrogant occurrentes, & non eſt qui indicet, qui viderit eum, & qui audierit verbum quodcunque de eo; non eſt qui dicat, Deſcendit dilectus in hortum aromatum, ut paſcatur deliciis ſpiritalibus, & gratiſſima ſibi cœleſtium colligat lilia gaudiorum. Egreditur ſermo in populum quod receſſerit Paſtor bonus, lumen oculorum ſuorum dereliquerit eos, & ſublatus ſit in quo erat theſaurus ſuus & cor ſuum. Solennis illa frequentia in mœrorem, & univerſa devotio vertitur in lamentum. Exeunt qui perquirant, circueunt regionem, ad loca etiam remotiora procedunt. Sed quis unam in toto orbe reperiet perſonam, tam ſtudioſe foventem latebras, & ſecreta captantem? Verumtamen diſponente eo à cujus facie in immenſitate creaturæ nullus abſconditur, inventus eſt, agnitus eſt, tandem aliquando eccleſiæ ſuæ redditus eſt, & reductus eſt ad ſuos. Siquidem inter ceteros undique quæritantes juvenis quidam, quem à puero ipſe nutriverat, ad monaſterium illud adveniens, egredientibus Fratribus ad laborem, dum ſingulos intuetur, in eum repente injecit oculos, & agnitum protinus apprehendit, tenuit & exclamavit. Mirari omnes, & nomine ejus audito conqueri, quod lucerna ſub modio tamdiu latitaſſet Sacris ejus veſtigiis congregatio tota proſternitur, & ſibi poſtulat indulgeri, quod nullam ei reverentiam exhibuiſſet ignara; flebant ſinguli, & dignis magnificabant præconiis obedientiæ ejus & humilitatis exempla. Flebat ipſe præ ceteris quod indignus foret frui diutius jucunditate conceſſa, & guſtatam dulcedinem ſapientiæ magis eſuriens, magis ſitiens, retraheretur ad negotioſæ vitæ pericula & labores. Auditum eſt in terra illa & celebri ſermone vulgatum, quod apparuit vir Prophera, potens in opere & ſermone. Iterum turba ruit & irruit, iterum fit concurſus moleſtior, ab uberibus deſideratæ quietis avulſo. Jam vero enarrari non poteſt, & ſuperfluum eſt conari, quanta devotione & exultatione univerſæ terræ, tamquam redivivus ſuis apparuit, ſicut diſcipuli viſo Domino ſunt gaviſi: nec minus uberes, etſi magis breves lacrymas ſuccedens gaudium, quam præcedens mœſtitia parturivit.

PER GAUFRID. AB. EX MSS. *reducitur ad Archiepiſcopatum:*

16 Prius quam vir Sanctus officio fungeretur Abbatis, utrumque parentem de ſeculo nequam eripuit: fratrem vero Andream juniorem ſe, ad Jeſum Petrus trahens, recompenſavit quodammodo, quod Petrum primum, adhuc Simonem, ad eumdem præveniens Frater ejus Andreas adduxit. Hic itaque patrem in Bona-valle conſtituit, matrem vero in collegio ſanctimonialium feminarum collocavit, in loco qui dicitur S. Pauli, pro facultate ſui ſexus & ſupra, Ciſtercienſis ordinis æmulantium inſtituta: cui adhuc novellæ plantationi, ad fundatoris inſtantiam & præceptum Abbatis ſui, ſenior Petrus pluribus annis profuit magis quam præfuit. Ad ejuſdem tamen diſciplinæ cœnobium, quod Bitumen vocant, ad liniendam videlicet arcam intus & foris, in virginibus corpore & ſpiritu ſanctis, eamdem poſtea filius matrem tranſtulit cum ſorore, quæ ipſius cœnobii multo tempore fideliter & utiliter curam geſſit, ubi nonnullas etiam alias ſui generis virgines & viduas idem Sanctus ordinavit. Proximus eſt Stamedio & Tarentaſienſi diœceſi locus, cui proinde ſicut ceteris quoque religioſis beneficia plurima ſedulus impendebat. Scribi fecerat libros B. Auguſtini ſuper Pſalmos, & nulli adhuc eccleſiæ deputaverat, ſed ſudabat eleemoſyna in manu ejus. Præſidebat vero b Maurianenſi eccleſiæ magni meriti Bernardus Epiſcopus, ſicut in ea potiſſimum regione fœcunda virorum paupertas, plures ſibi pene contemporaneos inſignes edidit Sacerdotes, Sanctum videlicet c Hugonem Granopolitanum, d Joannem Valentinum, e Iſindionem Dienſem, f Aitaldum & Bernardum Maurianenſes, noſtrum hunc Tarentaſienſem Petrum g, Anthelmum Bellicenſem, ſuper cujus tumulum dum ſepeliretur divinitus ignis lapſus accendit lampades, ſuper eumdem locum coram ſigno Crucis appenſas. Accedens ſane prædictus Bernardus Maurianenſis Epiſcopus ad Bitumen ſuæ diœceſis monaſterium, confitenti ſibi ſuas offenſiones, ut ſæpius actitabat, genetrici Venerabilis Petri Tarentaſienſis Epiſcopi, injunxit hujuſmodi pœnitentiæ formam, ut ſupra memoratos B. Auguſtini libros ſuis donari Sororibus impetraret. Poſt breve tempus Archiepiſcopus affuit, & accedens ad eum mater interrogabat eum, an neceſſe ſit peccatoribus injunctam ſibi pœnitentiam adimplere. Reſpondenti, Utique; Supplicat ut miſereatur animæ matris ſui, cui ſuus hujuſmodi pœnitentiam Præſul injunxit. Sic eoſdem ſibi collatos codices ejuſdem cœnobii Virgines, ob memoriam largitoris, carius amplectuntur. Utrumque vero parentem, dies ſuos in ſenectute bona & religioſa converſatione feliciter conſummantem, devotus admodum in officiis omnibus eccleſiaſticis, ſed in hujuſmodi devotiſſimus ſepelivit; quibus juxta mandatum Domini honorem debitum vivis exhibuit & defunctis.

matri cum aliis conſanguineis,

B

a *latet in cœnobio Germanico*

C *cum luctu ſuorum:*

à juvene proditus,

ſcriptos à ſe libros Auguſtini donat:

b

c d e f g

F

h

E

PERGAUFRID AB. EX MS.

17 Beatitudinum cauſas & præmia in Euangelico Veritas ſermone commendans, inter cetera ait: Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur. Quod huic ſacro Præſuli excercitium ſeu meritum quia non defuit, ſine ulla ambiguitate aſſerimus, quod in Spiritu adoptionis filii Dei nomen hereditavit. Implacabiles ſiquidem inimicitias & odia inveterata frequenter extinxit, gravia admodum bella compeſcuit: reconciliationes inter maximos Principes, Domino cooperante, & ſermonem ejus confirmante ſequentibus ſignis, effecit. Inter principem ſuum Comitem Humbertum & *k* Hildeſonſum Comitem Toloſanum, in regione Gratianopolitana eo tempore dominantem, non ſine multis incendiis & homicidiis guerram diutius agitatam multo labore ſedavit. Cujus occaſione negotii ad illuſtrem Anglorum Regem *l* Henricum vehementer deſideratus acceſſit, & tam reverenter exceptus eſt, ut excedere modum omnem humanum devotio videretur. In ipſo quoque itinere divina per eum virtus miraculum ſingulare perfecit: quod diligentius proſequi reor operæ pretium fore.

immicitias & bella tollit:

i

k

l

ſanat mulierem à maleficio male curatam

B

18 Sancti Symphoriani dicitur caſtrum Lugdunenſis Eccleſiæ, paucis ab urbe leucis diſtans, ubi vir fidelis & religioſorum officioſus ſeduluſque ſuſceptor, magnæ converſationis pariter & opinionis, Abbatem ad hoſpitium ſuum aliquando quaſi vim faciendo pertraxit. Huic juvencula erat filia, miſerabili incommoditate laborans; egerat enim mulier quædam malefica, per nequitiam invidæ ſocrus inducta, ut languore tabeſceret deſperato, nec viri ſui præſentiam nec aſpectus ullatenus toleraret. Affectione muliebri genitrix perſuaſa, ut Satanas Satanam ejiceret, famoſum quemdam maleficum accerſivit. Adfuit, exploravit, agnovit; & juvenculam aſſerens *m* inferratam, terit arborum cortices, pocula verbis & herbis infecta propinat; mordet etiam dentibus propriis brachium miſeræ mulieris. Res mira, res nova, res hactenus inaudita, ni fallor. Ab illo quidem languore convaluit, ſed interdum velut ex corde procedere ſentiens acus cruciabatur atrociter, donec per morſuram brachii, quam nulla cicatrix obduxerat, acus educeret vis occulta. Crudele remedium, ſed hujuſmodi congruebat auctori. Plures jam in hunc modum quam triginta acus per temporum intervalla prodierant, quædam, ut vulgo dicitur, *n* excapſatæ, quædam admittendis idonea filis foramina præferentes. Interea prædictus Abbas ad domum ubi hæc actitabantur advenit. Celebris eſt perſona, cujus & hoc opus & alia non indigna admiratione narrantur, ſed parcendum adhuc ſuperſtiti & nomen credidi reticendum. Huic pater anxius miſerabilem exhibet filiam, nec ſine lacrymis lugubrem explicat tragœdiam. Eadem hora fit fides dictis, & ſentiens acum mulier gemebunda deplorat. Jam pervenerat ad foramen, ſolitus jam præceſſerat cruor, jam cœperat apparere, jam particula acus exierat, & accedens unus ex Fratribus laicis idemque Abbati deſerviens cruentam extrahit, annis pluribus ad teſtimonium conſervandam. Orat Abbas, & locum vulneris tangens, in virtute fidei pollicetur nec ferrum ultra nec chalybem exinde proceſſurum. Factum eſt: ſed mutata materia eſt, malitia necdum prorſus extincta. Cœperunt lignei ſudes parvuli, quales vulgo *o* brocas appellant, ex quercino robore vel fraxinei, pro ferreis acubus egredi, groſſiores ſpinis & modice longiores: nec unius tamen omnes, ſicut nec acus fuerant, longitudinis vel groſſitudinis erant. Sedecim jam in hunc modum infra annum & paucos menſes ex muliere ligna prodierant: Affuit demum Reverendus Petrus Antiſtes, cui divinitus fuerat [reſervata]

ex cujus brachio acus

n

C

& ſudes prodibant.

o

tanti miraculi plenitudo. Offertur mulier Miſſarum ſolennia celebranti, ſicut præceperat veſpere præcedenti. Eadem hora ſeptimum decimum ex muliebri carne lignum egreditur, quod ſub oculis omnium Capellanus extraxit. Confitentem itaque mulierem Præſul abſolvit, & ſacram ei tradens Euchariſtiam ab omni deinceps cujuſcumque materiæ progreſſu jubet eſſe ſecuram. Sic ab omnibus jam præſtigiis liberata, adhæſit viro ſuo liberos procreando, &, ut dicitur, hodieque ſuperſtes, virtutem prædicat quam in ſe feliciter meruit experiri. Petrus de Fraxineto dicitur pater, notus & honoratus inter convicaneos ſuos: ut ſi quem dubium novitas tanta reddiderit, probare forſitan liceat, quod credere detrectarit.

D

19 In diebus ejuſdem Præſulis vicinas provincias & Romani Imperii ex maxima parte Eccleſias *p* Schiſmatica rabies occupavit. Solus ipſe ex Metropolitanis, vel prope ſolus regionum illarum, & ſchiſmaticis palam reſtitit, & immunis perſtitit in eccleſia ſua. Sed & plurimos ex circumpoſitis revocavit ad Catholicam unitatem, vicinas undique provincias libere penetrans, libere prædicans Cleris & populis plenis auctoritate ſermonibus, improbos & obſtinatos hæreticæ arguens pravitatis. Nihilominus tamen devotis eum colebat officiis Imperator, non minori ei reverentia obſequens quam ſævitia Catholicos perſequēs ceteros circumquaque. Nec deerant qui indignarentur, qui cauſarentur, qui conarentur animum Principis adverſus eum potius exacerbare dicentes; Quid ſibi vult, Imperator bone, quod actitas? Nunquid non deſtruere eſt cauſam tuam, ſic colere, ſic honorare eum, qui ſic impugnat, qui ſic imperit eam? Ille nos deteſtatur, nos execratur, hæreticos nos denuntiat, nos anathematizat: & tu ut Angelum Dei ſuſcipis eum, publice & privatim ejus prædicas ſanctitatem? His & hujuſmodi verbis quantum audebant, crebro pulſabant ariete robur Imperatorii pectoris filii diffidentiæ, filii ſcelerati. Cui ſuggeſtioni *q* Herbertus quidam Chryſopolitanæ incubator Eccleſiæ præ ceteris inſiſtebat, iterum atque iterum aſſeverans, non ſatis ſeſe mirari poſſe, quibus ille præſtigiis tanta præditum ratione taliter dementaſſet. Multos enim Archiepiſcopos, Epiſcopos, & Abbates etiam quondam ſibi cariſſimos, pro eadem cauſa idem Imperator in exilium egerat; Ciſtercienſis Ordinis Fratrum non modo perſonas aliquas, ſed numeroſa collegia, ab eodem Herberto vel ſimilibus (ſi quos tamen ſimiles habuit) ſuis extrudi cœnobiis non prohibuerat: & hujus unius ſe ſuffragiis tam devote quā ſuppliciter commendavit. Perfertur etiā quod eidem nequiſſimo, monita peſſima ſuggereſti, dignum memoria, dignum dederit *s* admiratione reſponſum; Si hominibus, ut merentur, contrarium me exhibeo; tu ne velis ut evidenter opponere me incipiam Deo.

ſchiſmaticos aver-ſatur.

p

q

r

s

F

20 Extat in diœceſi Chryſopolitana cœnobium quod *t* Bethania nominatur. Illo venturum Tarentaſienſem Archiepiſcopum Herbertus audiens, præmiſit nuntians eadem die ſeſe venturum. Expavit Abbas & cum multa anxietate in occurſum properans viri Sancti, ignorare ſeſe quid ageret cauſabatur. Cui ille; Angulus, ait, nobis quantuluſcumque ſufficiet, ne turberis. Verumtamen divina pro eo ultio militavit: & ægritudine præoccupatus apoſtata, quod diſpoſuerat non implevit. Exinde vir beatus ad Imperatorem acceſſit, in civitate Chryſopoli conſtitutum, ubi etiam ab oppreſſione Catholicorum, maxime religioſorum, quantum potuit ejus animum revocavit; Regis irā, ſimilem rugitui leonino, monitis ſimul & interceſſione compeſcens. Convenit autem ſolita devotione populus civitatis ad eū, & innumera multitudo etiam

t

eumque e Catholicis & Religioſis mitiorē facit,

& tamen Frederico imp. carus manet,

A *extincto præcipuo sphumariis incentore,*

de vicinis locis undique confluxit : quibus inter cetera de prædicto hæretico verbum faciens, nec ipsius malitiam veritus, nec potentiam Imperatoris, per quem erat intrusus, Orationem indixit omnibus generalem ; ut manus Domini accelaret ab illius tyrannide ecclesiam liberaret, vel mutando hominem, vel necando ; ut converteretur ad pœnitentiam, vel de medio tolleretur. Oratum est, & infra quatuor vel quinque dies miseram idem schismaticus animam exhalavit. Accidit tamen ut interea visitatus à Venerabili Bellæ-vallis Abbate ad primum gratulari videretur adventum ; conventus autem de confessione peccatorum & admonitus de pœnitentia pugillum strinxit, & applicans ori suo, buccinabat in eo: post modicum vero, deponens manum quam strinxerat, ore canebat. Erubuit Abbas quod non posset aliud obtinere responsum: & agnoscens judicium Dei, non sine multa confusione recessit. Necdum vir sanctus à civitate exierat, & jam in plaustro boum cadaver Heriberti efferebatur, infaustum clamante populo & dicente, Benedictus Deus qui tradidit impium.

Catholicos confirmat :

21 Idem quoque vir Sanctus, à Catholico Papa Reverendissimo Alexandro Tertio accersitus, per Italiam & Tusciam magnifice consolabatur Catholicos,

B & schismaticorum facies ignominia & confusione replebat, cum in ipsis urbibus, ubi Pseudo-episcopi præsidebant, palam & publice eamdem hæresin condemnaret, universo populo devotissimis illum obsequiis prosequente, immo etiam signis variis confirmante sermonem. Nec personæ alteri Summus Pontifex tantum honorem exhibuit, nec Romana Ecclesia eo tempore Episcoporum aliquem sic admitata est, sic reverita est, sic amplexata : soli respiciebant ad manus ejus, ut munera consequerentur, egeni. Nam spiritalis gratiam benedictionis omnes pariter affectabant. Et quemadmodum multa tempora per Burgundiam & Lotharingiam actitarat, per regiones Italiæ, Tusciæ & Campagniæ in adventu, in statu, in reditu suo celeberrimæ sanctitatis ejus auctoritas, in conscientiis propriis coram Deo fiduciam maximam, coram hominibus reverentiam & constantiam præbens Catholicis, Schismaticos nihilominus confundebat intus & foris. Ausus est tamen tyrannus quidam persequi redeuntis personam, eum injuriis afficere cogitans, & de equitaturis circiter quinque vel suppellecti tenuissima facere prædam. Cujus inter currendum ruit equus in præceps, & fracto crure solo decubuit. Expavit homo, & in se rediens, gratias egit pro damnatione quam meruit : & reputans se potius fuisse multandum, non minori devotione processit ad prosequendum & obsequendum, quam furore prius ad persequendum fuerat animatus. Secutus denique, & tunc primum consecutus eum, pedibus ejus advolvitur, humiliter satisfacit : nec satis illi est quidquid facit, misericordiæ ejus attribuens quod pro sessore equus occubuit.

à persequente divinitus punito liberatur:

C

ANNOTATA.

a *Fuga S. Petri refertur à Manrique ad annum* 1155, *& jam pridem erant in viciniore Germania Ordinis monasteria*, Lucella *in diœcesi Basileensi ab an.* 1124, *eratque filia Bellæ vallis, uti &* Parisiense *in diœcesi eadem ab anno* 1138; Salomonis-villa, *vulgo* Salmonswyler *prope Vberlingam in diœcesi Constantiensi ab anno* 1137, *in qua etiam sunt* Aurora *&* S. Urbani *cœnobia ab annis* 1138 *&* 1148. *Erant & plura in diœcesibus Argentoratensi, Spirensi, Eystettensi & Augustana, quæ satis enumerantur à scriptoribus Ordinis.*

b Mauriana *provincia & urbs Sabaudiæ, hæc nunc* S. Jean de Maurienne *appellatur : distat* 10 *leucis à monte Cenisio, &* 14 *à Chamberio.*

c S. Hugonis Gratianopolitani *Acta illustravimus ad Kalendas Aprilis.*

PERGAU-FRID. AB. EX MSS.

d *Hic est* Joannes primus Abbas Bonæ-vallis, *qui S. Petrum ad Ordinem & professionem admisit, & Abbatem Stamedii constituit, de quo supra actum.*

e Isinidio, Isendio, Ismodo, *vel* Isinio Episcopus Diensis, *Sancti titulo honoratur à Sanmarthanis, & Ioanne Columbo in Episcopis Diensibus, & dicitur sedisse anno* 1099 *&* 1113 *& forte usque ad an.* 1120, *mortuus* 7 *Octobris.*

f Airardus *ex Priore Carthusiæ Portarum Episcopus anno* 1145, *mortuus an.* 1167, *cui tunc Bernardus successit.*

g S. Anthelmus *ex* 7 *Generali Carthusiano Episcopus an.* 1163, *colitur* 26 *Iunii.*

h *Ms. Caritatis & Surius*, fructum.

i Humbertus 3 *successit patri Amedeo* 3, *anno* 1149, *mortuus an.* 1188.

k *Fuit* Hildephonsus *sive* Alphonsus Comes Tolosanus, *mortuus anno* 1148, *eique successit filius* Raimundus 3. *Verum alter filius* Talliferus. Comes S. Ægidii, *ob limites habuit bella cum dicto Humberto; qui hic nomine patris appellatur* Hildephonsus. *Consule Sabaudiam Guichenoni, qui bellum hoc refert ad annum* 1168.

B

l *Hic est Henricus* 2, *primi ex filia nepos: regnavit ab anno* 1155 *usque ad an.* 1189.

m Inferrata, *gravata ferro, per veneficium in corpus immisso.*

n Excapsatæ, *fortasis* excapitatæ, *nisi locus foraminis* capsa *dicatur.*

o Brocæ, *fudes acutæ, Gallis* broche *verum est.*

p Alexandro 3 *anno* 1159 *in Pontificem electo, à duobus Cardinalibus assumptus est* Octavianus, *qui se* Victorem 3 *nominavit, quem fovit Fredericus Imperator, eique alii adhæserunt. Fuit* Fredericus Barbarossa *electus anno* 1152, *coronatus Romæ an.* 1155, *post varias excommunicationes mortuus an.* 1190.

q Humberto Archiepiscopo Chrysopolitano, *id est* Vesontionensi, *mortuo intrusus videtur* Herbertus *schismaticus, si tamen à dicto* Humberto *sit distinguendus.*

r *Ms. Monaster.* familiarissimos.

s *Idem*, annuntiatione.

t Berania *Ordinis Cistercienſis, filia Morimundi, constructa anno* 1133.

CAPUT IV.

Illustria variis locis patrata Miracula.

F

22 IN cœnobio positis *a* Longivadi morem gerere teneor carissimis mihi fratribus & Abbati. Inde est quod stylum revocans à propositis, quæ multorum mihi multum credibili testimonio suggerentur, insetenda putavi. Ex petitione Lingonensis Episcopi & Venerabilis Abbatis ac totius congregationis instantia ad Longivadi prædictum Monasterium, ut in memoria S. Bernardi *b* Clarævallensis novum dedicaret altare, & cœmeterium benediceret, vir beatus accessit. Summis etenim exspectabatur votis, à quibuscunque ejus præsentia poterat obtineri, & accersebatur undique, & undique trahebatur ad celebranda ejusmodi sacramenta. Affuit certa die Pontifex exspectatus, & multitudo tanta convenit, ut negarent viri grandes & grandævi similem uspiam se vidisse. Veruntamen affuit tentator, opportunitate inventa cuidam persuadens argenteam furari Crucem, modici quidem ponderis, sed particulam ligni Domini continentem. Advertitur à Fratribus sacrilegium, & sacro Præsuli sine dilatione suggeritur. Nec cunctatur anathematizare sacrilegum, in virtu-

a *Fures ad restituenda ablata oratione compellit*

b

PER GAUERID. AB. EX MSS.

te Chriſti præcipiens, ne prius liceat homini monaſterii fines egredi, quam reſtituerit ſignum Crucis; firmiter conteſtatus quod nullatenus poſſet efferri. Perſtitit tamen improbus uſque in diem alteram, donec Epiſcopus receſſiſſet. Sed nec tunc egredi potuit, niſi reddita prius Cruce; & altari ſacro, ubi inveniretur, impoſita.

23 Viderat mulier ſcyphum ligneum, concupiverat viſum, tulerat & abſconderat concupitum, abſconditum aſportabat infelix. Nec mora, punitur in oculis, per quorum feneſtras mors introiverat. Expetit unum de Fratribus, necdum penitus, ſed pene cæca: vaſculum profert, cum ſatisfactione reſtituit, & ultricem criminis caliginem mox evadit. Sic accedens unuſquiſpiam ad monaſterii janitorem, coram eo cucullam, quam male tulerat, in hæc verba projecit: Tolle tibi cappam hanc manicatam, quam frequenter attentans efferre non potui, neſcio qua virtute prohibitus.

ſanat energumenum,

24 Phreneticum juvenem vel potius energumenum, ſicut creditum eſt & credibile erat, plurimi bajulabant, à die jam ſeptima nec ſumentem cibum, nec verbum aliquod proferentem. Juſſus quieſcere, juſſus loqui, in neutro obtemperat Sacerdoti: at

B ille ſub pectore pulſat hominem, contra dæmonem indignatus. Nec mora, per fluxum ventris obſcœnum, ut juſſum eſt, alter dæmonum exiit, alter manſit, ita quod miſerum non omnino talis egreſſio liberarit. Nec moram fecit Epiſcopus propter populum comprimentem: ſed cum foris ſtaret, introivit oratorium: ubi rurſus exhibito juveni manus impoſuit, & odoris diriſſimi vomitu repurgatus, ad modicum requievit; ac deinceps loqui cœpit, cibum

ſurdum & mutum,

ſumpſit, & officia reliqua ſanæ mentis implevit. Item in ejuſdem baſilica monaſterii jam tribus annis ſurdum & mutum filium mater offerens viro Dei, ad ipſius benedictionem ſine mora loquentem libere, libere audientem gratulabunda recepit.

c 25 Monaſterium *c* Albæ ripæ à proximo fluvio

d nomen accepit. Hujus vicinum oppidum *d* Barium

ſterilem fe-minam,

nuncupatur, cujus Præpoſiti uxor ſterilis cohabitabat annis quindecim viro ſuo. Adveniente demum Archiepiſcopo, lacrymabiliter obſecrabat, ut auferret opprobrium ſterilitatis ab ea. Cui ſolita pietate compaſſus, poſt orationem & conceptum promiſit & partum. Concepit itaque mulier & peperit

claudum.

filium, & juxta verbum Epiſcopi Joannes eſt nomen illius. Siquidem adhuc hodie mater & filius

C ambo ſuperſtites, ambo teſtes veritatis exiſtunt. Claudum etiam virum, nec ſuis pedibus accedentem, ſed oblatum in manibus alienis, ibidem Sanctus erexit, & ea ſibi nunc uſque gratia perſeverat, ut libere gradiatur.

Furati viſum,

26 Interea cæcus clamans ad eum ut illuminaretur orabat. Cui ille: Noli magnopere deſiderare ut videas, vacares latrociniis ſi videres. Quod de homine ſibi prorſus ignoto, non ab homine neque per hominem, ſed Spiritu ſancto ſuggerente cognovit. Qui licet non videat, quantum valet, in latrociniis

guloſo eleemoſynam negat.

hodie perſeverat. Oblationes fidelium in eccleſia quadam inter Miſſarum ſolennia ſacra ſuſcipiens diſtribuebat egenis, more ſuo reſtituens plura pauperibus quam offerrent. Interea quidam improbus vehementer inſtabat, & ſæpius rediens nihil poterat obtinere, ſolus referens ſolam ab oblatione repulſam. Et dum ſeſe famelicum cibariis carere clamitaret, chlamyde revoluta placentam integram, quam ferebat, Sanctus oſtendit, dicens: Hanc comede & ab hujuſmodi petitione deſiſte. De cujus vita & peſſimis actibus corripiens hominem, tanta propoſuit, ut mirarentur qui aderant & cognoverant eum, quod non eſſet opus ut quis teſtimonium ei perhiberet.

27 In dedicatione oratorii de *e* Buſceria, quod D

eſt cœnobium Ciſtercienſis Ordinis in Æduenſi e

diœceſi conſtitutum, puer annorum circiter novem *curat tres* ſurdus & mutus ad orationem viri Dei & manus *ſurdos,* impoſitionem, auditum pariter & loquelam recepit. Duo etiam fratres, alter ſurdus, alter ſurdus & mutus, ab eiſdem incommodis ambo ſunt liberati. Sed & Monachus ejuſdem monaſterii, per annos ſeptem oculos [habens] opertos albugine & omnino cæcus, audivit, Ne timeas, fili, in proximo eſt ut à Domi- *cæcum,* no cureris. Et factum eſt ita: ſi quidem infra dies viginti advenit Clericus, qui eamdem detraxit albuginem, & deinceps clare vidit.

28 Alſatia dicitur regio prope Rhenum, popu- *graviter læſam,*

loſos admodum vicos habens. Hanc ingreſſus Pon- f

tifex aliquando reverendus, in villa, cui *f* Rupheium nomen eſt, Miſſarum ſolennia celebrabat. Cui mulier eſt oblata, ex gravi præcipitio juncturis oſſium diſſipatis, per annos circiter novem vix duobus baculis ſuſtentata procedens. Poſt orationem & manus impoſitionem modicum ſubſtitit, & virtutem ſentiens exclamavit. Nec mora: baculos in ſublime porrectos bajulans, incolumis facta eſt, & libere gradiebatur. Populus quoque vociferans Kyrie eleiſon, ſuſpenſis inter lampades baculis Dominum col- E

laudabat. Ibi etiam duo claudi protinus ſunt erecti; *2 claudos,* prior ad tactum ejus; poſterior, priuſquam obtinere poſſet acceſſum, in medio plebis divina benedictione præventus eſt. Poſt oblationem Hoſtiæ ſa- *alium cæcum,* lutaris, facer vere Sacerdos oblatum ſibi per ſignum Crucis cæcum illuminavit, oculos ejus liniens ex aqua aſperſionis digitorum ſuorum. Ex relatione Stamedienſis Abbatis accepi, quod aliquando Patrem ſanctum familiari ſuggeſtione conveniens ait illi: Nonnullos movet, Pater ſancte, ut comperi, quod ita paſſim & incunctanter ſuper ægros manus imponis: arbitrantur enim & aſſerunt, quod ab olim tempora miraculoſa tranſierint. Cui tale dedit Sanctus ille ſolita benignitate reſponſum: Multorum jam non modo caritas refrigeſcit, ſed & fides etiam infirmatur. Exigit proinde velut de novo rigari miraculis, foveri beneficiis fides marcida, fides ægra.

29 Cruſilla oppidum eſt Comitis Gebennenſis, *epilepticas mulieres 4* ubi vir ſanctus, cum ipſo Comite & compluribus ex eadem regione perſonis, ſuper quibuſdam negotiis conferebat. Ibi tres epilepticæ mulieres, miſerabiliter corruentes, altera quidem poſt alteram palpitabant & elidebantur in terra. Ad ſupplicationem aſtantium ſuper ſingulas orationem fecit, & incun- F

ctanter erectas reſtituit ſanitati. Quanto miſerior & miſerabilior talis ægritudo videretur, tanto ſpeciàliot viro miſericordiæ adverſus eam efficacia ſuppetebat, ut multos ab ea curaverit, etiam quos non vidit; & vix perſona aliqua, poſt impoſitionem manus ejus, eamdem miſeriam ſit experta.

30 Eſt locus in Alſatia, cui nomen eſt Agnevillare, ubi ſignatam epilepticam ſub celeritate pertranſiit: & tam crudeliter miſera vexabatur, ut continuo videretur animam redditura. Commiſertus Pontifex & mulierculam erigens, in aurem ejus ſubmiſſa voce dicebat: Neceſſe eſt ut egrediaris ab ea. Sanata eſt ergo mulier ab illa hora, & deinceps nil tale perpeſſa eſt. Contigit altera vice, Miſſarum ſolennia *virum unũ.* celebrante viro Dei, vexatum hominem epilepticum exclamare. Compaſſus ille, & vice ſua Capellanum dirigens ſuum, erigi illum præcepit & ſanari. Quod utrumque effectui mancipatum eſt ipſa hora.

31 Viſitavit Sanctus aliquando monaſterium Bel- *puerum langueniem:*

læ-vallis, in abundantia ſuavitatis & gratiæ, & devotam ſibi congregationem ſua benedictione lætificans, oblatum etiam puerum, qui languore corporis diuturno debilitatus, & maxime pedum deſtitu-

tus

A tus erat officio, orando & manus imponendo ſanavit: ut libere gradiens exultaret, videntibus etiam ceteris gaudia ſua communicans. Mulier prægnans, *decimo die parturientē,* cum pariendi tempus adeſſet, periclitabatur decem diebus parturiens; nec obliviſcebatur preſſuræ nullo gaudio ſuccedente. Erat ei vicinus & notus Abbas quidam, cinctorium Præſulis cum multa veneratione cuſtodiens. Accerſitur itaque; tam miſerabili neceſſitate comperta, prædictum cingulum protulit; & ut nudum exinde tangeret uterum, perſuaſit. Factum eſt: & vix exierat ille cubiculum, cum ſubito mulier eſt enixa, à periculo & cruciatu penitus liberata. Non tranſeamus cœnobium *g* Bullionis, ne cauſari incipiant Fratres illi, quod contra morem ejus quem ſcribimus, videamur humiles aſpernari. *cæcam,* Gratanter viſitabat & ipſos amicos pauperum, nec mediocriter ei in ædificiis mediocribus complacebat: apud quos etiam ſicut firmiter aſſeverant, per ſignum Crucis mulierem cæcam illuminavit collyrio ſputi ſui.

ANNOTATA.

a Longum-Vadum *Ordinis Ciſtercienſis in diœceſi Lingonenſi, filia Claræ-vallis, conſtructum anno* 1149.

B b S. Bernardus *ab Alexandro* 3 *Sanctis adſcriptus* 18 *Ianuarii, & ut probat Manrique anno* 1174: *alii citius id factum arbitrantur, quod poterit ad ejus Vitam* 20 *Auguſti accuratius examinari. Poſt Canonizationem altare illi eſt conſecratum, ut ſupra dictum.*

c Alba-ripa *Ordinis Ciſtercienſis conſtructa an.* 1136, *filia Claræ-vallis prope fontem Albæ fluvii.*

d Barium ad Albulam *ſive* Albam, Bar ſur l'Aube *dictum.*

e Buſſeria *hæc à Ducibus Burgundiæ extructa eſt anno* 1130. *Additur diœceſis Æduenſis id eſt Auguſtodunenſis, quia alia eſt* Buſſeria *etiam Ordinis Ciſtercienſis in diœceſi Andegavenſi, conſtructa anno ſequenti* 1131.

f Rupherum *in alio tractatu* Rufeiacum, *vulgo* Ruffach, *aliis* Rubea *prope Mulhuſium.*

g Bullium, *ſeu* Bullion, *aliis* Bovium, *Gallice* le Bœuf *eſt Ordinis Ciſtercienſis in Vaſconia & diœceſi Lectorenſi, ex linea Pontigniacenſi conſtructa an.* 1123. *Sed præter hoc eſt* Bullium *ſeu* Bullio-pauper *in Burgundia & diœceſi Veſontionenſi, è linea Claræ-vallis anno* 1147 *fundatum, quod hic videtur intelligi.*

CAPUT V.

C *Acceſſus ad Reges Franciæ & Angliæ pro pace miraculis illuſtratus: pius obitus.*

32 QUanto magis virum Dei mundus proſequebatur obſequiis, præconiis attollebat; tanto magis metuebat ipſe quod legerat, Si de mundo eſſetis, mundus quod ſuum erat diligeret. Cœpit ergo cum viris perfectioribus ſpiritualis collationis habere tractatum, utilius fore exiſtimans, pauculos quos habebat equos venundari & pretium dari pauperibus, ut pedes gradiens, quod conſumere illi cum ſuis cuſtodibus conſueverant, miſericordiæ magis operibus deputaret. Feciſſetque voto ſatis, niſi ſuggeſtio rationabilis & confeſtim occurrens neceſſitas obſtitiſſet. Siquidem perſuaſum eſt ei, in ſua quidem provincia id obſervare poſſe; ſed excipiendum ab hujuſmodi profeſſione propoſiti, ut ſolito animalium uteretur vehiculo, ſi remotas adire provincias pro cauſa inevitabili cogeretur. Nec ſine divino nutu exceptionem hujuſmodi ſacro Præſuli perſuaſit vir eximius & inter amicos cariſſimus, tunc Altæcumbæ, poſtmodum Claræ-vallis Abbas Henricus *a*, nunc Albanenſis Epiſcopus, inter inſignes columnas Romanæ Eccleſiæ loco celebri conſtitutus. Adhuc enim ſermo manebat in ejuſdem deliberationis ambiguitate ſuſpenſus; & ecce nuntius Domini Papæ, ecce litteræ, ecce mandatum, ut ad Reges Francorum & Anglorum ſibi reconciliandos vir ſanctus, ſub quanta poterit celeritate feſtinet; ex quorum inimicitiis eccleſiarum deſtructio, depopulatio regionum, & innumerabilis ſtrages hominum procedebat; nec videbatur aliud præſtolandum, quam quod dicitur, ſortis impegit in ſortem & ambo pariter corruerunt. Hujus neceſſitatis intuitus & Apoſtolicæ auctoritatis reverentia, cui in omnibus & per omnia ſemper obtemperavit, Præſulem ſanctum deſcendere fecit in Gallias. Ingreſſus itaque monaſterium Senonenſis diœceſis, quod Pluriacum *b* nuncupatur; & in eo circa ſpatium menſis unius infirmitate detentus, plurimis tamen ægrotis beneficia præſtitit ſanitatum. Et cum maximus undique ubique ad eum concurſus fieret populorum. Nolite, ait Sanctus ad Fratres de victualium diſtributione moveri: dabit Dominus horreis veſtris benedictionem, ut cognoſcatis ejus virtutem, qui pro beneplacito ſuo multiplicat, quæ pro ſui nominis gloria erogantur. Sic audiſſe, ſic credidiſſe, ſic experimento ſeſe probaſſe teſtati ſunt, per quorum manus conficiebantur panes & diſtribuebantur; ut eum vix viderentur duplicati poſſe ſufficere, minor ſolito numerus abundaret. Semel ſiquidem hebdomada coquebant minus in clibano, quam ceteris menſibus ante ſolebant.

PER GRAFRID. AB. EX MSS.

a *jubetur pacem conciliare inter Reges*

b *panem multiplicat,*

E

33 Miles quidam regionis illius, impetrandæ benedictionis obtentu & ſignorum gratia, ad hominem Dei multos concurrere videns, compaſſus eſt filio non videnti. Optat ut ejus ſuffragantibus meritis videns fiat ex cæco, qui ſuis ut verebatur promerentibus culpis cæcus factus eſt ex vidente. Cæcum itaque filium Miles extulit de domo ſua, ſed Pruliacenſi cœnobio intulit jam videntem. Obvius enim factus eſt vir fidelis eunti, panem referens à beato Præſule benedictum. Nec moras tulit, magnanimus in fide factus: ſed de mica panis collyrium novum confeciens, oculos filii cum divini nominis & ejuſdem Præſulis invocatione linivit. Cooperantibus ergo ſibi virtute fidei & benedictionis effectu, ad unctionem primam ſacri collyrii aperti ſunt oculi ejus, & vidit & gavisus eſt ſe videre. Sic gratulabundus illuminatum filium pater oſtendit, quem ſperavit illuminandum fore; & qui veniebat pro filio rogaturus, pervenit gratiarum potius actiones redditurus.

cæcum illuminat,

F

34 Corobolium *c* dicitur oppidum Regis Franciæ, quod Sequana fluvius alluit, in Pariſienſi diœceſi conſtitutum. Hujus Præpoſiti grandis erat non ſolum gratia apud Dominum ſuum, ſed in palatio locus, quem in occurſum Præſulis ſancti mittere ſtuduit Rex devotus; præcipiens non ſolum humanitatis officia, ſed debitam reverentiam à ſuis omnibus ei in locis omnibus quantum pateretur impendi. Sic in oppido ſupradicto humilis ſervus Chriſti de mandato Regis in regia domo *d* ſuſcipitur. Nec poterat uſpiam, licet debili, præ multitudine concurrentium, neceſſaria requies exhiberi. Erat autem ſpiritus fortis, ſpiritus promptus in infirma carne, & ætate jam pigra. Eidem ſane Præpoſito clauda à nativitate filia jam quinquennis, ſicut apparuiſſe videtur, ſic nata fuerat, ad gloriam Domini & ſervi fidelis honorem. Cujus ſacris oblata veſtigiis, poſt orationem & manus impoſitionem erecta eſt: & novos faciens greſſus, pedibus ſuis ambulavit, pro ætate magnificans Deum, & ſuo gratias referens erectori. Sic devotos hoſpites exhilaravit dupliciter hoſpes bonus, nec modo ſubiit admiratio pro virtute, ſed fami-

c *Præpoſiti ſibi à Rege Franciæ obviam miſſi*

d

filiam claudam ſanat:

familiarius gaudium pro perſona. Tranſeamus Pariſienſium vota permaxima, concurſus intolerabiles, & moleſtos cui exhibebantur honores. Exſpectant Reges, exſpectant Principes, multitudo incredibilis præſtolatur, pro verbo pacis & adventu tanti Præſulis, juxta Calvum montem *e* in confinio Franciæ & Normanniæ congregata: in cujus occurſum non tam currit quam advolat Rex Anglorum *f*, & ad conſpectum longius poſiti equo deſilit, immo ruit: amplectitur pedes, cappam detrahit, undique laceratam, undique decurtatam; nec particulas tollit, ut ceteri conſueverant, quamvis grave & ægre ferret Antiſtes. In hoc ſolo nil ſua ſibi auctoritas potuit ſuffragari, nil prohibitio, nil indignationis oſtenſio, nil intentatio maledicti. Cauſari Fratres qui ſimul venerant, & dicere; (Si quidem animum Regis exploratum ſic volebant) Inter regias gazas ſemicinctia vetuſtà quid facient? Quibus ille tale dedit, non ſine multorum attentione, reſponſum. Aliter vobis loquendum fuerat, ſi ſciretis de ipſius cingulo quod præteritis annis accepi, quantis ægrotantibus remedia, quanta provenerint beneficia ſanitatum.

ex mss à Rege Anglorum reverenter ſalutatur, e f

loquelam muta donat, B

35 Circa eadem loca conſederat Archiepiſcopus cum perſonis magnis, habens de reformanda pace tractatum. Et ecce vidua pauper, ſuum magis & filiæ ſuæ incommodum ſentiens, quam Regum inimicitias vel pericula reputans vel negotium regionum; increpantibus aliis, aliis prohibentibus irruit, mutam à nativitate filiam ſecum trahens. Nec in tanta frequentia perſonam humilem Archiepiſcopus aſpernatur, non altum ſapiens nec in alto. Inclinatur ad ſupplicem: & oratione præmiſſa infuſum proprio ſputo pollicem mittit in os puellæ, linguæ ejus & labiis imprimens ſignum Crucis. Sic præcipiente eo verba quæcunque prædiceret, poſt eum ſimiliter reſonabat, ſic deinceps eſt locuta, ſic loquens reddita eſt matri ſuæ. Nec mora, viciſſitudinem matri redhibens altera filia, claudam attulit in aſello: cujus ille renes & debilia membra conſignans, in partem ſecedere fecit, & divinam miſericordiam præſtolari. Poſt paululum, filia ſuadente ut aſcenderet aſinum & rediret, Mina, ait, potius aſinum, Mina & præcede. Sic præceſſit ille, & ſanata illa ſecuta eſt, multis cum multa admiratione proſequentibus eam.

claudam ſanat:

36 Altera die cum Rege Francorum Ludovico & Anglorum juniore Rege & Flandrenſi *g* Comite, multis undique circumſtantibus, ſuper eodem negotio pro quo venerat familiariter conferebat, Interim mater filii jam duodennis, ſed ab annis ſeptem eadem mater cæci, ad cuneum illum cum filio ſuplex & gemebunda pervenit. Videns autem vir ſanctus quod à miniſtris Regum miſeræ mulierculæ negaretur acceſſus, ab eiſdem potius eam ſibi cum filio præcipit exhiberi. Cujus neceſſitate comperta, tenens pueri crinem & miſericorditer blandiens, quid optaret interrogabat. Cui ille, Domine ut videam. Protulit nummum Pontifex, & in manum pueri dedit illum. Intinctis etiam digitis in ſalivam oris ſui, ſuper oculos ejus & verticem capitis ſui ſignum Crucis edidit, & pauliſper oravit. Intuebantur Reges cum ceteris, & mirabantur invicem colloquentes, invicem conquirentes, an jocus foret quod vir Dei ſerius actitabat. Interea cœpit puer paulatim viſum recipere, cœpit nummum quem tenebat, cœpit homines intueri, cœpit gratulabundus & laudans dicere matri ſuæ; Video mater, video; video homines & omnia quæ circumſtant. Ad hæc illa, velut ad altare ſacroſanctum, converſa ad Præſulem, flexis genibus, porrectis manibus, & directis in cælum oculis, orationi ſtudioſius inſiſtebat. Auditum eſt & compertum quod viſum cæcus recepit. Ipſe quoque Francorum Rex, diligentius inquiſita & cognita certius veritate, non diſſimulavit, flexo genu, virtutem in puero adorare divinam; caput ejus oculoſque deoſculans, & honorans oblatione propria manum ejus. Nec mirum, quia mira devotio in ceteris etiam ſecuta eſt tanti Regis exemplum, tantum miraculum proſecuta.

g *in conſpectu Regis cæcum illuminat:* C

37 Advenit interea caput *h* jejunii Quadrageſimalis, & in cœnobio Mortui-maris *i* officium illud ſolenne reverendiſſimus celebravit Antiſtes. Impoſuit etiam Cineres benedictos capiti Regis Angliæ & Francorum, qui propter hoc ad monaſterium illud advenerant ipſo die. Ceterum Miles quidam, ante multum tempus baliſtæ jaculo in tempore vulneratus, & ex tunc altero oculo nihil penitus videns, cum multa precum inſtantia poſtulabat ejus reſtitutionem. Excuſare cœpit vir Dei, & gravius ſolito homini diſſuadere, ne ſupra vires ſuas vel merita ſua exigeret tale aliquid ab humilitate ſua. Inſtitit tamen & perſtitit, nulla diſſuaſione deſperans, ſed magnanimior factus in fide. Itaque tangitur, benedicitur, & emittitur præſtolaturus miſericordiam Dei. Exiit, exſpectavit, advertit, & paulatim luce reddita utroque vidit oculo ſicut olim. Feſtinavit quoque ad Regem, gaudium ſuum Domino ſuo ſine dilatione communicans. Sermo procedit in publicum: & opus bonum pulchrius eluceſcit, in commune deductum; & multarum denique perſonis facierum devota reſonat & ſolennis gratiarum actio & vox laudis.

h i *item altero oculo cæcum.* D E

38 Quod devotus Frater Hugo *k* de Acrivilla, monachus Ciſtercienſis, licet ignorans ipſam mihi in manibus eſſe materiam, præſentialiter ſuggerit, nullatenus decet omitti. Nempe aſtruit fidem religioſitas hominis non ignota; & præſertim credibilitas veraciſſima, & credibilis veracitas teſtimonii ejus etiam in converſione ſeculari. Dum veniſſet Archiepiſcopus ad oppidum primum Normanniæ quod Giſortium *l* nuncupatur, prædictus Hugo, ſub Rege Francorum militans, à janitoribus & cuſtodibus oppidi vix impetravit ingreſſum. Hora eadem vidit oblatum Archiepiſcopo puerum ab imminenti mortis articulo liberari, fluxu ſiquidem narium totus videbatur corporis ejus cruor exhauſtus, ut vix vitalis caloris aut coloris aliquid appareret in eo. Sic non erat vox neque ſenſus, non motus aliquis, niſi quantum movebatur à ſuis. Oravit homo Dei ſuper exanguem puerum, cui ſolum ſupereſſe videbatur ſepulcrum, & ex ſputo ſuo tetigit labia vix tenuiter reſpirantis. Nec mora aperuit labia, aperit oculos, & tandem redivivus apparuit in momento. In pago Pariſienſi, cœnobio cuidam *m* Edera nomen dedit; ubi multæ ſanctimoniales habitant mulieres. Ibi quoque per beatum Præſulem duobus reddidit Dominus ſurdis auditum, & viro media corporis parte præmortuo, aridę manus & pedis reſtituit ſoſpitatem. Alta quoque *n* Brueria monaſterium dicitur alterum, religioſi admodum ordinis Fontis-Ebrardi, ducentas circiter ſanctimoniales feminas Domino devotiſſimas habens. Illic aliæ pœnitentes in ergaſtulo præteriti temporis commiſſa deplorant, aliæ virgines implorant in thalamo Sponſi ſui gratiam, modis omnibus contendentes, ut ſive præſentes ſive abſentes placeant ei. Ad petitionem ergo Reginæ Francorum viſitavit ancillas Chriſti merito deſiderabilis & plurimum deſideratus Antiſtes; ubi etiam novum conſecravit altare, & ibidem per ſignum Crucis cæcam illuminavit.

k *ſanat ſinum ſanguinis à naribus:* l

F m *2 ſurdos, paralyticii* n ó *cæcam,*

39 Triceſimum tertium annum, partem videlicet tertiam *o* numerorum quos læva continet, in Pontificatu vir beatus implebat; & à partibus ei duabus reliquis parcens, filium dextræ transferre diſponebat ad dextram divina vocatio. Nam & numerum ipſum creditur conſecraſſe Salvatoris *p* ætas in carne.

o p

Acce-

A *febri oppressus,* Accedentem igitur ad cœnobium Bellæ-vallis, in Chrysopolitana diœcesi constitutum, ardor febrium violentus invasit, & juxta vicum proximum, quod q Domini *q* Martini dicitur, aliquantulum requievit. Ubi postmodum ab incolis signum Crucis erectum, & fideliter quam plurimis implorantibus ægris præstita prædicantur remedia sanitatum. Perveniente demum Antistite sacro ad monasterium, Congregatio omnis exultavit in gaudio, & per loca vicina de ipsius adventu celebris admodum & jucunda fama percrebuit. Ægritudine tamen ejus audita, qui multorum ægritudines suis orationibus depellebat, metus ingens & mœror subiit, omnes pariter occupans intus & foris. Quos, supra vires jam jamque deficientis corpusculi, animus consolabatur invictus, solitæ benignitatis & hilaritatis gratiam singulis exhibens, suam dissimulans ipse frixuram: cujus semper omnis actio, omnis affectio, vita tota, & ipse totus humilitas & devotio, totus caritas & compassio fuit. Interea r solennitas Exaltationis *r* sanctæ Crucis advenit, in qua Dominus disposuerat ejusdem Crucis fidelissimum adoratorem, ferventissimum amatorem, præconem sedulum exaltare: in qua etiam tricesimus tertius annus à susceptione electionis impletus est, B ut dies nulla superexcresceret, nulla deesset. Et forsan minus id fuerat attendendum, nisi quod Salvator quoque, ut quidam sapiunt, ipsum similiter numerum à conceptione *s* ad passionem usque complevit. *& Sacramentis munitus obiit:* Prævenerat autem Dominicis Sacramentis exitum præmunire, quorum fuerat multo tempore devotissimus executor. Omnibus tandem rite completis, in medio psallentium & orantium filiorum, quibus paternæ benedictionis hereditatem legaverat locupletem, feliciter est appositus ad Patres suos. Ad quem multæ prius ecclesiasticæ pariter & seculares personæ, humiles & honorabiles, ex eadem regione convenerât: sed ad ejus præsertim exequias numerosior, si tamen etiam numerabilis, multitudo concurrit. Excubias ergo pervigiles, circa sacratissimum corpus diebus noctibusque duabus in psalmis & canticis spiritalibus celebrabantes, tertio demum die ab Archiepiscopo Chrysopolitano *t*, per ipsius opem & o- *sepultus coram altari at. an.73.* peram jam Catholico, cum Abbatibus plurimis, coram sacro altari, in honorem Beatæ Mariæ semper Virginis dedicato, sepultus corpore, virtutibus vivere comprobatur. Et quidem annos natus ferme viginti ad monasterium sese contulit Bonæ-vallis, ubi circiter decem annos, & tantumdem in Stamedio C consummavit. Additis triginta tribus in Episcopatu completis, ad septuaginta tres numerus annorum vitæ ejus assurgit. In cujus transitu annus erat Millesimus centesimus septuagesimus *v* quintus ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi, qui cum Patre & Spiritu sancto, unus est super omnia Deus, benex dictus in secula. Amen *x*.

ANNOTATA.

a Henricus *adhuc imberbis, sed moribus & sapientiæ canos præferens sensus, anno* 1160 *creatus est Abbas Altacumbæ, at Claræ-vallis anno* 1177. *& Episcopus Cardinalis Albanensis anno* 1179, *mortuus anno* 1188.

b Pluriacum, *vulgo* Prully, *infra num.* 25 *in historia miraculorum* Prulhe, *anno* 1118 *fundatum à Theobaldo Comite Campaniæ & matre ejus Adelæ, Infante Angliæ.*

c Corobolium, *vulgo* Corbeil, *in Insula, ut vocant, Franciæ.*

d *Anno* 1174 S. Petrum *cum Abbate Cistercienſi venisse ad Regem Francorum tradit Robertus de Monte, in Appendice ad Sigebertum,*

e Calvus-mons *optime distinguitur ab aliis locis hujus nominis. Est autem in Vexino Francico inter Bellovacum & Meduntam. Vicina* Normannia *fuberat Anglis.*

f *Hic est* Henricus junior *Henrici* 2 *filius, etiam in Regem anno* 1172 *coronatus, & gener Ludovici* 7 *Francorum Regis, ob ductam in uxorem hujus filiam Margaritam, tunc etiam coronatam, cui contra patrem insurgenti anno* 1173 *opem præstitit socer ejus Ludovicus* 7. PERGAVA FRID.AB. EX MSS.

g *Hic erat* Philippus Alsatius, *per uxorem Margaritam etiam Comes Veromanduensis, & præfuit Flandriæ ab anno* 1168 *ad annum* 1191.

h *Dicto anno* 1174 *dies Cinerum occurrit* 6 *Febr. quia Pascha erat* 24 *Martii.*

i Mortuum-mare *Ordinis Cisterciensis, in silva Normanniæ Leonina, ab Henrico primo Rege Angliæ anno* 1136 *constructum est.*

k Hugo de Acrivilla *aliis* Acervilla, Acenuilla *&* Crivilla.

l Gisortium *seu* Gisorium *&* Cæsortium.

m Edera *sanctimonalium cœnobium Ordinis Benedictini, fundatum an.* 1138. *Consule Sammarthanos,* Irrya *forte* Liria *infra in Historia miraculorum num.* 14 *vocatur, quod non valde abludit à nomine Gallico* Lierre.

n Alta-Brueria *sive* Brugeria, *concedente Rege Francorum locum,* 8 *leucis distantem Parisiis, constructa à B. Roberto de Arbrissello, Ordinis Fontis-Ebraldi fundatore: uti late dictum die hujus natali* 25 *Februarii, ubi in Vita* 2 *cap.* 2 *de hujus cœnobii origine agitur.* E

o Annus 33, *tertia fere pars anni centesimi. Solebant autem antiqui numeros omnes usque ad centesimum certa quadam lege positionis digitorum* lævæ *seu sinistræ manus signare: ac tunc numerum de sinistra transferebant ad dexteram. Hinc vulgatum illud Iuvenalis Sat.* 10 *de Nestore, qui ad centum ætatis annos pervenerat,*

Atque suos jam dextra computat annos.

p *Natus Christus annos* 33 *& menses tres, in Cruce pro salute generis humani mortuus est, idque duobus Geminis Consulibus, anno Æræ vulgato* 29, *uti alibi docuimus.*

q *Gallice* Dom-Martin, *prope Mont miray in confiniis Ducatus Burgundici.*

r *Surio* Inventionis solennitas, *occurrit* 3 *Maji: quæ &* prima Exaltatio *dicitur.*

s *Eodem die* 25 *Martii & Annuntiatio ad Deiparam facta seu Conceptio Christi, & ejusdem passio facta recolitur in nostro opere: sed annus complebatur* 34.

t Ebrardus *Archiepiscopus Vesontionensis, creatus anno* 1171, *vita functus an.* 1179.

v Annus quartus *est in MS. Monasterienſi, & in Compendio Vitæ Vltractino S. Salvatoris, at* quintus *notatur in MS. Caritatis: quem etiam habent Sanmarthani. Surio est annus* primus, *quod nullo modo subsistere potest ut supra diximus.* F

x *Adjicitur apud Surium.* Octavo Idus Maji dies natalis ejus: tertio Idus Septembris Translato ejus.

LIBER II.

Miracula post obitum patrata.

Capitula hujus libri ista interserebantur, quæ hic indicasse sufficit, quorum locis numeros more nostro signamus.

1 DE incendiis extinctis, & juvene cæcato & sene cæco.
2 De cæca muliere, quæ in Suevia per beatum virum illuminata est.
3 De ægroto moriente.
4 De muliere surda, & viro surdo, & puero pupillo.
5 De muliere quartanis laborante.
6 De vacca quæ pro lacte dabat sanguinem.
7 De monacho febricitante.

8 De

PERGAU-FRID. AB. EX MSS.

8 De puero mente capto.
9 De alio furibundo.
10 De puero qui in conſpectu totius conventus Bellæ-vallis curatus eſt.
11 De muliere, quæ utriuſque manus officium amiſerat, & altera ſimiliter.
12 De monacho à gravi dolore capitis liberato, & multis aliis ſignis.

Ad invocationem S. Petri & reliqua

1 Sacerdos Domini Petrus Tarentaſienſis, præfulgidum decus Eccleſiæ, ad Dominum in Bonavallæ converſus, in Bella demum Valle eſt aſſumptus ab eo. Ambarum vallium Deus eſt Dominus, & ſpeciali abundat utraque frumento. In illa initiatus vir ſanctus ad tyrocinium, primitias obtulit ſuas: in illa miles emeritus requievit decimis ſolutis. Neque enim ut videntur fortaſſe nonnulli ſuper inane pinxit aut pictus eſt; ſed fundatus in bonitate, decorem & pulcritudinem ſuperduxit, immo ſuperaccepit: quia gratiam & gloriam dedit illi Dominus. Ad cujus exequias ſepulturæ innumerabilis undique multitudo convenit, lacrimabiliter plangens orbem ſuo ſole fraudatum, nonnihil tamen conſolationis ex præſentia corporis ejus admittens. Inter cetera quoque devotionis obſequia aromaticas circa feretrum herbas aſperſerant, quas nonnulli eadem fide, jam Pontifice tumulato, ob ipſius memoriam aſportarunt. Nec longe poſt in vico quodam proximo vehemens ignis exarſit, ædificia plurima conſumens. Currit populus ad contrarium elementum: ſed, mirantibus omnibus, aut nihil aqua aut parum multa ſuccurrit. In ejuſmodi neceſſitatis articulo unus quiſpiam recordatus, herbam tulit quam repoſitam honorifice conſervabat: ipſam elevans in ſignum Crucis flammis oppoſuit, & incendium protinus conquievit. Sic invocato nomine Viri Dei modicum fœnum validis flammis prævaluit, quod uberior aqua non potuit. Simile in ipſo cœnobio Bellæ-vallis aliquid factum eſt, ut à facie mitræ ejus & panni linei, qui circa caput jacentis in feretro fuerat, flamma fugeret, quæ in domum quamdam vehementer exarſerat, non modica parte conſumpta. Pinus *a* dicitur villa diœceſis Biſuntinæ, ubi juvenis quidam per novem annos gravi admodum ægritudine jacuit occupatus, oculorum etiam lumine prorſus amiſſo. Audiens demum famam virtutum viri Dei, ad tumulum ejus duce puero properat, pene exanimis corpore, ſed animatus fide. Devotis precibus, gemitibus, fletibus inſtat, & miſericordem Patronum habens, miſericordiam impetrat: viſum recipit, obtinet ſanitatem. Quia certis horis propter Ordinis diſciplinam difficilius admittebantur ægroti; ſenex cæcus ex multo tempore, dum reficerent Fatres, multis precibus impetravit acceſſum. Quibus ex more ad actionem introeuntibus gratiarum, necdum oratione finita, recepto lumine, qui fuerat cæcus, exclamat, & altera jam in commune procedit occaſio gratiarum actionis & laudis. Gratulabundus regreditur, qui gemebundus advenerat; & ad ſolutionem annui cenſus, dum vixerit, voti promiſſione ſe obligans, ducem ſuum prævius ipſe reducit.

illuminatur 2 cæci,

Incendia extinguuntur,

B

a

C

& cæca una,

2 In remotis Suaviæ partibus, Abbas cœnobii quod Caiſen dicitur, ex cuculla B. Petri ſemicinctia quædam honorifica devotione ferebat. Compaſſus eſt igitur nobili mulieri, continuis eam tenebris cernens, & perpetua cæcitate multatam, præmii boni, quod ſummo legitur placuiſſe bono, participatione carere. Applicuit proinde ejus oculis ſacra pignora, & detanti viri monuit interceſſione præſumere. Credidit mulier, ſperavit, oravit, impetravit, & viſum recepit.

3 Alterius quoque Prior cœnobii, quod incolæ
b ſua lingua *b* Frivesberch vocant, reliquias ſimiles ex cuculla ejuſdem Præſulis tanto amplectebatur gaudio, ut cum B. Hieronymo Cræſi opes ſibi videretur habere. Contigit autem eum dormire in quadam domo, ubi moribundus jacebat, immo jactabatur ægrotus, jam voce carens, manus & pedes vel corpus omne miſerabili volutatione rotabat, ut ſolum, exitum animæ præſtolarentur aſtantes. Excitatus Prior, prædictis ſemicinctiis pectus & collum tetigit, ultimum ut videbatur jam ſpiritum trahentis. Qui protinus voce recepta gratias Deo reddidit, & ab omni membrorum collitione quievit.

D

ſanantur moribundus,

3 ſurdi,

4 In villa Cromari per quinquennium pene mulier penitus ſurda manebat. Comperit tamen ex aliquibus ſignis, ut accidere ſolet ejuſmodi ſurdis, in Bella-valle per beatum Pontificem varia fieri ſigna virtutum. Accedens ergo ad januam monaſterii ingredi ſiquidem non licebat, multis ſupplicationibus impetravit ut mitra ejus afferretur ad eam. Ad cujus tactum ſine mora auditum fide promeruit, quæ ſine auditu prius obtinuerat fidem. Vir quoque ſurdus, dum oraret ad tumulum ejus, exauditus eſt, & incunctanter audivit. Ex *c* Nanceio oppido pupillus quidam, graviſſima tunc valetudine, & ab annis tribus inpenetrabili aurium, ſurditate laborans, ſacratiſſimum ejus ſepulcrum expetiit: & eadem die ab utroque liberatus incommodo, rediit gratulabundus & laudans.

c

E

laborans quartana,

5 Mulier quædam, civis Biſuntina quartanæ febris incommodo vehementer afflicta languebat. Dedit operam, & de ſacris reliquiis beati Præſulis corrigiolam unam obtinuit: fide plena ſuſcepit, applicuit ſibi, ægritudinem prorſus ev. ſit.

vacca pro lacte ſanguinem præbens.

6 In vicinia monaſterii pauper homo quidam moriens beato Præſuli vaccam teſtamento legavit. At uxor viduata marito, ultra tempus à viro ſibi conſtitutum, videlicet quindecim dies, vaccam retinere præſumpſit. Cui ex tunc ad mulctram veniens, animal hic retentum duobus ab uberibus lac, ab aliis vero duobus pro lacte ſanguinem dedit. Expavit mulier & plurimis tranſactis jam diebus, primum quidē vicinis mulieribus, poſtmodum vero ipſarum conſilio ſuo Presbytero ſui ſacrilegii ſecretius innotuit ultionē. Ad petitionem quoq; mulieris ipſe Presbyter in eccleſia orationem indixit, ut de fructu vaccæ, ſolitum pauperculæ victum pietas reſtituere dignaretur divina. Sed aliud illa promerente, hujuſmodi deprecatio nihil profecit. Unde etiam Presbytero ſuadente & ipſa paveſcente muliercula, vacca monaſterio eadem, & eidem redditur deinceps uſus lactis; ipſo cui aſſignata eſt Fratre laico propriis manibus id comprobante: quæ vacca poſtea in monaſterio pluribus annis conſervata, abundantem fructum dedit.

F

febrū quotidiana,

7 In ipſo quoque cœnobio Bellæ-vallis, quotidiano typo febricitans, longo tempore quidam monachus & Levita ſic jacebat, ut inciperet deſperare de vita. Cui in brevi requie interpolationis modicæ ſoperato, viſio talis apparuit, Colloquentium multitudinem ſibi viſus eſt audire, & interrogans quid audiret, hujuſmodi reſponſum accepit. S. Petrus in auditorio Fratres alloquitur congregatos. Surgit, properat, ſupplicat Præſuli, ut benedictionem obtineat, & prope jam deſperatam corporis ſanitatem. Et benedicitur, tangitur, redire præcipitur: & evigilans ſanus deinceps & incolumis invenitur.

d

puer amens

8 Apud oppidum Fontinetum *d* puer quidam mente captus, quidquid occurreret diſcerpere manibus ſeu pedibus dentibus nitebatur. In patrem quoque vel matrem ſupra vires in furore fremebat. Hæſitantes illi quid agerent, votum vovent ut offerant puerum S. Petro. Nec mora æquanimiorem factum, ad ſepulcrum pater introductum, cum multa ſupplicatione exhibuit; & incolumem penitus non minore eumexultatione reduxit.

9 Al-

A 9 Alter ſimili vexatus inſania ſanitatem non ſimili facilitate recepit. Hic apparente ſibi illuſione phantaſtica dæmonis, amens effectus eſt; utrum à dæmone correptus incertum. Vix aliquando duris nexibus poterat cohiberi nec ſomnum capiens, vocibus perſtrepebat horrendis. Interdum velut choreis mulierum plaudebat manibus, & nihilominus deplorabatur à ſuis ipſe cachinnans. Adductus ad monaſterium & ad tumulum S. Petri aliquoties introductus, *alius furibundus,* cum poſt biduum nihil melius videretur habere, tædio pater affectus & infirmatus fide, ut recederet cædens urgebat invitum: dixit enim, Quia non revertar domum niſi ſanitate recepta. Qui de manibus abducentium violenter ſeſe proripiens, ad monaſterium recurrit, ſemel & ſecundo id faciens, nec proficiens: tertio jam coactus exire & à ſuis expoſitus, dum vagabundus erraret, conſecutus eſt ſanitatem, & juxta verbum ſuum incolumis & bonæ mentis reverſus eſt in domum ſuam.

e *continua capitis agitatione vexatus.* 10 In villa quæ Macherias *e* vocatur, puer egenus hoſpitium quæritabat. Tranſiens pontem nocturno jam tempore in aquam ruit, & quaſi nigrum hominem ſeſe excipientem ſibi viſus videre, vehementer expavit. Incidit ergo miſerabilem exinde paſſionem,
B ut inceſſanter collum & caput agitans, nec dormiens ab hujuſmodi commotione ceſſaret. Vix buccellam ori dum comederet applicabat. Sic longum tempus in vicinia Bellæ-vallis exegit, & in ipſo demum monaſterio dies paucos. In die ſancto Paraſceve, dum Dominicæ paſſionis hora ſolenne celebraretur Officium; juxta tumulum ſacri Præſulis terribiliter vexabatur. Compatientibus omnibus qui videbant, ſed eo magis ſubveniente qui minime videbatur, divina miſeratione curatus eſt ipſa hora; & multo lacrymarum imbre perfuſus, mira devotione tumulum deoſculabatur Antiſtitis. Adhuc tamen nocte Dominicæ Reſurrectionis ad cujuſdam tactum evigilans, minori ſolito cœpit agitatione moveri: ſed recurrens ad Sanctum, omnem deinceps ejuſmodi paſſionem prorſus evaſit.

f *digiti in palmam reflexi:* 11 Mulier de Chamborniaco *f* per triennium manſerat impos mentis. Obriguerant digiti omnes & in palmam reflexi immobiles perſiſtebant. Accedenti demum ad januam monaſterii, mitram beati Pontificis & ſupradictum ſudarium, quod in feretro fuerat ſuper caput ejus, die una & altera, multis precibus exoratus ſenior monachus, qui reverenter cuſtodiebat, exhibuit; involvit manum, ſtrinxit & con-
C trectavit jam ſæpius, nec erat ſenſus aut motus. Demum, quaſi vim faciens, ſingulos cœpit trahere digitos, & paulatim flectere renitentes. Crevit fides ex indicio & initio miſericordiæ: cumque jam indicem Erexiſſet, trahit & ceteros: ſolus pollex immobilis perſeverat. Flevere omnes qui aderant præ gaudio, præ timore; & ne pietatis opus maneat imperfectum, pectora tundentes clamavere dicentes: Deus, Deus, perfice opus tuum. Vix avulſus demum pollex à palma dirigitur & movetur. Sic tota manus cum digitis iterum vivificata, libere jam movetur & officio
g reſtituitur ſuo. Alterius etiam mulieris in villa *g* de Rupibus utriuſque manus ſimiliter, imo graviter magis, recurvi digiti, palmas penetrantibus unguium incrementis, ad nullum ſervire uſum, ſed ad cruciatum potius cœperant horribilem deſervire. Conſilio Sacerdotis ſui voto ſeſe obtulit huic beato Pontifici, ſedulis precibus ſuffragium ejus efflagitans: cujus meritis arida jam à cubitis brachia, cum manibus & digitis, ſanitatem & uſum priſtinum recepere.

dolor capitis, 12 Præ dolore capitis uſu ſomni & cibi Frater quidam ex monachis Belle-vallenſibus per aliquot dies pene caruerat. Cum vero ſuper beati Præſulis mitram, ſacro altari impoſitam, caput languidum reclinaſſet; modico mox ſopore depreſſus eſt, & ab eodem incommodo liberatus. Apud vicum Regneiacum *h*, decem jam hebdomadibus capitis & dolore dentium vexatus homo, cœpit eatenus inſanire, ut ingreſſus fluvium immergere aquis vellet & præfocare ſeipſum. Miſerante Deo affuit qui eriperet, & ſuggereret memoriam beati Confeſſoris expetere, & patienter ibidem ipſius exſpectare reſpectum. Acquievit, adiit, oravit, & incolumis remeavit ad ſua. Juvencula quædam ex oppido Rayo ad monaſterium veniens, per mitram ſæpe dictam epilepſiæ morbum, quo crudeliter vexabatur, evaſit. Sic matrona quædam cum ex dæmonis illuſione uſum vocis amiſiſſet, & prædicto morbo quotidie vexaretur, eodem remedio & ab illa miſeria penitus liberata eſt, & loquelam recepit. In territorio Divionenſi epilepticum filium huic beato Præſuli offerendum promiſere parentes: quem ex ea hora ab hujuſmodi paſſione prorſus immunem, cum multa poſtmodum gratiarum actione, ut voverant, adduxerunt. Epilepticus alter, ex Juſſeio oppido, eidem ſancto Præſuli ipſe ſe obtulit & ſimiliter meruit liberari. Continuis tribus menſibus homo de Capella, juxta Luxovium monaſterium conſtituta, ſic eodem cruciabatur incommodo, ut ad minus novies inter diem afflictaretur & noctem. Etiam hic ad ſepulcrum ſancti Confeſſoris orationibus inſtans, exauditus eſt, & nil tale ultra perpeſſus. E

per Gaufridum ab ex mss. h *& dæmonium,* *epileptici,*

cruribus dolens 13 Cierenceium dicitur vicus regionis illus, ubi quidam per biennium & ultra dolore crurium vehementer afflictus, ſæpe etiam ſedens aut jacens miſerabiles edere cogebatur ejulatus & fletus. Conatus eſt tamen expetere Sancti hujus memoriam, pedetentim gradiens & ſubſiſtens. Necdum pervenerat; & præventus in benedictione dulcedinis, exiliit claudus, & ambulabat, laudans Deum & referens gratias ſervo ejus. Viro cuidam, ex Byerna juxta *i* Auſun, i ab anno uno nervi femovis in ægritudine emarcue- *a paralyticis* rant, ut deorſum ab illa parte præmortuus, nuſquam progredi vel ad modicum conaretur, niſi duobus hinc inde baculis ſuſtentatus. Sic accedens ad Præſulis ſacri venerabile monumentum, & cum multis lacrymis orans, liberum deinceps greſſum & ſaturæ priſtinam rectitudinem impetravit: incurvato ſiquidem pectore curvus erigi non valebat. In Vercellis oppido, diebus multis alter decubans in grabato, ſurgere penitus non valebat, nec ad requiſita naturæ: & tibiam cum pede emortuã ſi quando vertere voluiſſet, ac ſi trancum manu baculove move- F bat. Inſpirante Deo ut B. Petro plena fidei devotione ſe redderet, votum vovit, & in eadem hora convaluit, jam tunc moveri incipiens; & infra dies circiter quatuor pedibus ſuis Sanctum expetiit; apud quem plenius reparatus, ad propria deinceps ſanus & incolumis remeavit.

inſanus, 14 Juvenis de Calido-fonte, cum vidua matre & fratre jurgatus, cõtumeliis eos gravibus laceſſivit. Nec mora luit pœnas effrænis linguæ, ſicut viſum eſt traditus Sathanæ, ut diſceret non blaſphemare. Inſaniens vehementer ligatur à proximis & vicinis, & trahitur ad monaſterium. Aſperſus aqua benedicta ſaltus validos dedit, & clamores edidit & rugitus. Eccleſiam ingredi modis omnibus renuebat & reluctabatur. Coactus tamen & violenter introductus à multis, orantibus illis ab inſania liberatus, & à vinculis abſolutus, aliquamdiu perſtitit in gratiarum actione devotus. Luſajus vocatur ab incolis locus, *à nativitate mutus,* paucis à monaſterio milliaribus diſtans. Ibi parvulum jam triennem ſæpius attentaverant erudire ad loquendum parentes, nec perſuadere poterant ut reſponderet aliquando verbum unum. Itaque ſuam omnem induſtriam ad nihilum poſſe ſufficere perpenden-

PERGAU-FRID. AB. EX MSS.

pendentes, communi deliberatione & definito consilio decreverunt, ut S. Petro mutus à nativitate puerulus offerretur. Voverunt votum, & sine mora loqui didicit pro ætate, in brevi quoque præteriti temporis damna resarciens. Nec ingratus pater, quod voverat fideli devotione persolvit, puerum afferens atque offerens Præsuli glorioso, ad laudem Dei & illius honorem, annuntians omnibus factam erga eum misericordiam & virtutem. Villare *l* dicitur oppidum, ubi filium ægrotantem, cum visus esset ad extrema jam devenisse, & non esset vox neque sensus, quasi mortuum pater anxius cum assistentibus aliis deplorabat. Qui remedium aliud non inveniens, hunc Beato Petro supplici devotione & devota supplicatione obtulit, sive jam mortuum, sicut tunc credidit, ut suscitaretur; sive moribundum, ut sanaretur. Factum est, & eadem hora aperti sunt oculi ejus, aperta sunt labia ut videret & loqueretur. Sic redditum sanitati, Patrono suo pater gratulabundus exhibuit, suscitatum potius asserens, quam sanatum *m*.

l *moribundus.*

m

ANNOTATA.

B

a Pinus *trans* Monsclayum oppidum & *Lunionem fluvium 4 leucarum inter-vallo distat Vesontione.*

b *An* Frietberg, *alias* Aurora, *filia Bella-vallis? est constructa an.* 1138.

c Nancey *in tabulis minus recte* Mancey, *cui dictum Lunionem spatio leucarum 3 ab urbe.*

d Fontinetum *oppidum, celebre apud antiquos, quod Lotharius Imperator prope illud cum fratribus suis Carolo Calvo & Ludovico Rege Germaniæ infeliciter pugnarit, ut Nithardus lib. 4. Auctor Miraculorum S. Genulphi 17 Januarii, aliique referunt.*

e Macheriæ *vulgo* Malieres *ad Lupiam, Occidentem versus ad 3 leucas.*

f *In historia miraculorum infra num.* 4 Chambornay.

g Villa de rupibus *in eadem historia* Roches, *ad fines fere Campaniæ.*

h Regnejacum *esse credo quod vulgo* Rigny, *prope* Graymis.

i Auxon *oppidum ad Sequanam, in confiniis Ducatus & Comitatus Burgundici, inter quod & Dolam medius jacet vicus* Bearna.

k Vercellæ *hæ distant 6 leucis Vezontione versus Austrum.*

l Villare *oppidum super Lupiam, in mappis* Villa, *distat ab urbe leucis* 4.

C

m *Huc usque Ms. Longi-pontanum.*

APPENDIX

Miraculum illustre liberatæ à morte mulieris.

cum esset Vesontione & Cusantiæ concionatus

15 TEmpore illo quo Sanctus Domini, vivens adhuc in carne, Cisalpinam aridam divini sermonis imbribus irrigabat, ad urbem Bisuntinam devenit, ibique confluentibus turbis quadam sexta feria per totam diem divini verbi semina cum spe fructus copiosissime dispersit. Sequenti vero die Sabbati urbem egressus, velut apis argumentosa requiem non habens, sed omnes in visceribus Jesu Christi cupiens [complecti], ad quoddam oppidum Cusanciã accessit, ibique tota illa die & Dominica sequenti, omnibus circumquaque concurrentibus, & ardenti desiderio salutaris aquas doctrinæ sitientibus, verbum Domini prædicavit. Die autem Sabbati qua Bisuntinam urbem vir sanctus reliquerat, res admodum miraculosa, & beati Præsulis merita supra modum magnificans, in eadem urbe contigit. Civis etenim quidam Bisuntinus, spiritu zelotypiæ contra uxorem suam graviter commotus, sic eam aggreditur pertentare. Imperat siquidem ei ut igne celerius accenso aquam abluendis capitibus præparatam calefaceret, quatenus ei ipsa caput suum more solito lavaret, reliquam autem domus familiam foras egredi jubet, ut quasi secretius, sepulto familiari strepitu, lavaretur. O perversa antiqui serpentis versutia! Sed plerumque fit ut unde fideles ad interitum pertrahere molitur, inde salutis occasionem eis ministrare vel nolens inveniatur.

D

mulier à marito ut adultera occidenda,

16 Homo igitur ille, diabolico deceptus instinctu, egressis omnibus ostiisque firmius obseratis, uxorem suam arripuit & eam humi prosternens, sicam perlongissimam fulgurantem & acutam educit, & ejus gutturi terribiliter applicat & adjungit. Tunc verbis talibus increpitans, super miseram indicto cum minis silentio fulminabat: En, inquit, seductrix & adultera, quæ meam meique generis honestatem fornicationis & adulterii nævo maculasti, quæ maritalis thori venerabilem castimoniam probro tuæ libidinis violasti. Sed ecce vindex iniquitatum tuarum gladius, cultrumque istum statim in gutturis tui interiora transjiciam, si non opprobrii tui secreta nimis execranda mihi detexeris, & adulterum illum qui me natalesque meos adeo dehonestavit, ipso nomine feceris manifestum. Tunc mulier, timore correpta nimio, manibus expansis veniam deprecatur, & quem accuset, cujusve nomen proferat se nescire penitus profitetur. At ille è contra, adulterium asseverans & minas ingeminans; Nisi, inquit, cito ad inquisita responderis, meis jugulata manibus, ut digna est, interibis. Illa vero cum jurejurando in excusatione criminis perseverat, & cujuslibet judicii examinatione, quamlibet gravi, fidem verbis se facturã instantissime pollicetur. At ille haud movebatur; sed impetu male semper cuncta ministrante, respiciens forte tripedem ferreum, super quem vas aquæ igni appositum bulliebat; Si, inquit, ferrum istud ita candens & ignitum nudis manibus à loco suo usque ad ostium illæsa portaveris, & iterum sine interpositione loco suo restitueris, habebo te sicut desideras excusatam. Si autem signum aliquod alicujus usturæ comparuerit, meis manibus damnationis sententiam sustinebis. Annuit illa, & ambo pariter surrexerunt.

E

jussa tripedem ignitum manibus portare,

17 Tunc mulier, paululum intra se deliberans, dixit viro suo: Obsecro te per Dei misericordiam, ut mihi tantillum spatii concedas, quo Sacerdotem meum huc adducere valeam: qui mihi per signum sanctæ Crucis judicii mei præsentem sententiam benedicat. Tum ille: Scio, inquit, quod tempus redimas, ut si Sacerdotis copiam habere potueris, ei flagitiosos excessus tuos confitearis, & sic à judicii periculo per virtutem Confessionis salva fias. Sed non sic, impia, non sic. Aut in instanti absque tertia persona jam dictam judicii examinationem subibis, aut sine dilatione percussa peribis. Igitur miseranda mulier, inesse sibi angustias undique considerans, graviter ingemiscens, suspiria ducit ab alto pectore; & ad memoriam reducens hesternam prædicationem beati viri, cum lacrymarum imbre in tam inopinatæ necessitatis articulo, ita eum invocat adjutorem: Gloriose, inquit, Confessor & Pontifex Petre, sicut vera sunt, quæ per sancti oris tui ministerio hesterno die nostris in auribus sonuerunt, & sicut invocantibus te in veritate cum Dei auxilio tua semper adesse bonitas consuevit; ita mihi peccatrici tuum in hac hora prætendas auxilium, & judicii mei tam severam examinationem, licet absens corpore præsens tamen spiritu, benedicere digneris; & vitam meam

F

illum invocato S. Petro fert illæsa:

A meam de viri mei manibus liberare. O fides prævalida! ô fiducia mirabilis! ſic enim viri Dei nomine invocato, & quaſi ſub ejus perſona ſigno ſanctæ Crucis, in nomine Domini ſuper tripedem facto, brachiis exſerta, manibus expedita, & armis fidei viriliter præcincta, ambos tripedis igniti pedes, utraque manu confidenter arripit, & paſſibus incedens gravibus & modeſtis ad oſtium pervenit, & cum eadem gravitate reverſa ante focum tripede non depoſito aſtitit dicens: Ecce mandatum tuum implevi, idipſum parata, ſi volueris iterare. Cui maritus: Sufficit mihi, inquit, depone jam ferrum, ut & manus tuas videam. Deponit illa, & manus oſtendit incredulo. Mira res & ſtupore digniſſima vehementi. Ita matrona venerabilis illæſa apparuit, acſi numquam ignitum aliquid tetigiſſet.

18 Expavit homo ſtupore vehementi, & incredulitatis errore depoſito, pedibus innocentis provolvitur, & ut ſibi ignoſcat humiliter deprecatur. Cui illa, Nullatenus, inquit, ſicut poſtulas ignoſcam; niſi in inſtanti diſpoſueris, qualiter liberatori meo, gratiarum actiones valeam deportare. Nihil enim penitus cibi vel potus me percepturam devoveo, donec ad ſanctiſſimum virum Tarentaſienſem Archiepiſcopum pervenero, qui me hodie de mortis anguſtia, per ſpiritalem ſui præſentiam liberavit. *quo facto ille cum uxore ad Sanctum abiit.* B Tunc exhilaratus homo ait ad uxorem ſuam: Immo & meipſum ad referendas gratias ſanctum virum tecum adire oportet, qui meipſum & peccatorem ab effuſione tui ſanguinis tam miraculoſa miſericordia liberavit? Statimque peractis ad iter omnibus neceſſariis, ambo pariter viam aggrediuntur, & die Dominico Cuſanciam ingrediuntur. Vir autem Domini, circum fluentibus turbis verbum Dei tota die illa diſſeminans, in agro Dominico portaverat pondus diei & æſtus, & idcirco thalamum ſecretiorem ad refocillandos debiles artus ſeorſum eligens, miniſtris præceperat, ne cui ad ipſum ſine ſua licentia pateret ingreſſus. Civis ergo ille cum uxore ſua illuc perveniens, ſtat ad oſtium & pulſat; ſed ab oſtiario pulſanti minime aperitur. Sanctus autem Pontifex, qui nimirum rei geſtæ in ſpiritu præſens extiterat, illos adveniſſe protinus cognovit, & eis velocius fecit aperiri, omneſque alios qui ſibi aſſiſtebant foras egredi præcepit. Ingreſſus igitur homo cum uxore ſua omnibus excluſis, oſtio quoque clauſo, pedibus Sacerdotis advolvitur. *ab eoque ſciente omnia venia petit.* Quem cum lacrymis veniam flagitantem, & jam ſui itineris cauſas proferre parantem, talibus increpationum verbis alloquitur. Scio, inquit, ſcio vir bone, nec me latet auſus tuæ deſperationis. C Sed ò! genimen vipereum, fili mortis, perditionis heres, quomodo introivit in te ſathanas, & in cor tuum miſit, ut imaginem Dei in ipſa carne tua deſtruere attentares. Et niſi invocatus cum Dei adjutorio affuiſſem, & judicium ejus cum ſigno Crucis in ſpiritu benedixiſſem, forſitan iniquitatem quam conceperas peperiſſes. Nunc ergo pœnitentiam age, & ambo deinceps in amoris vinculo conjugalis, tanquam duo in carne una, perſeverate, & regnum cœlorum miſericordiæ operibus comparate. Præterea in virtute obedientiæ & peccatorum veſtrorum remiſſione vobis injungo, & ſub anathemate præcipio, quatenus rem geſtam penes vos, quoad vixero, ſepultam teneatis, nec eam alicui perſonæ penitus præſumatis revelare, quoaduſque de corpore mortis hujus fuero liberatus. Suſcipientes igitur cum manuum impoſitione hujuſmodi interdictum, gratias beato Præſuli referentes, & ejus orationi ſe devotiſſime commendantes, ad propria cum ingenti gaudio repedarunt. Sieque præſens miraculum longo poſt ſilentio tegentes, tandem poſt beati viri tranſitum pluribus ſanctæ converſationis & boni teſtimonii monachis & Fratribus Bellæ-vallis miraculi ipſius ordinem revelarunt. D

HISTORIA MIRACULORUM

Poſt obitum collecta: & Alexandro III ac Lucio III Summis Pontificibus oblata.

Prologus ad miracula. 1 CUm B. Petrus Tarentaſienſis Archiepiſcopus, Bellam-vallem veniſſet, ad explenda quædam monaſterii ejuſdem negotia, commonitus litteris à Domino Alexandro Papa, ibidemque feliciter in Domino quieviſſet; cœperunt ad ſepulcrum ejus undique confluere numeroſæ hominum catervæ ſexus utriuſque. Sed viris quidem facilis præbebatur acceſſus ad monumentum, mulieres vero ante cœnobii fores vota ſolvebant orationum. Non enim permittebātur ingredi, propter ſtatuta Ordinis, [ſepta] monaſterii. Omnes qui cura indigebant, curationū pariter ſuffragia depoſcebant. Credebāt etenim quod vir ſanctus, ſi adhuc cum eſſet in corpore & peregrinaretur à Domino, potuit ſanitatis opem multis conferre; multo magis id poſſet, peregrinus jam à corpore factus, & præſens ad Dominum. Nec fefellit hæc credulitas: nam revera ſic erat. Quæ in E vivente fuerat, vivebat in mortuo gratia ſanitatum. Probatum eſt hoc ſæpius, & probatur validiſſimis teſtibus, ipſis videlicet curationum effectibus, quarum nonnullas ſubter deſcripſimus.

CAPUT I.

Miracula poſt mortem patrata.

Cæca illuminatur; 2 IN Suevia mulier nobilis oculorum lumen ingruente perdiderat infirmitate, ſed ad tactum reliquiarum cuculiæ glorioſi Præſulis Petri, quas Abbas de *a* Caypſen, à Bella-vallenſibus acceptas, illo advexerat, iterum recipere meruit. In Epiſcopatu Lauſanenſi quidam tam intolerabili corporis dolore oppreſſus vexabatur, ut amiſſa voce, manus & pedes vel potius omne corpus rotans, hac & illac jactaret, & jamjamque ſpiritum emittere putaretur. Contigit autem Priorem de *b* Friniſpero eodem in hoſpitio poſitum dormire. Excitatus itaque feſtinanter accurrit, & de reliquiis cuculiæ beati viri Petri pectus & collum ægrotantis tetigit. Qui mox ab illa membrorum jactatione & dolore liberatus, quietus manſit, voceque confeſtim ſibi reddita, Deo gratias retulit. Item alio in loco alter acutam ægritudinem perpeſſus adeo fuerat, ut jam penitus deficeret, & mors eſſe videretur in januis. Verum deſperato divinum meritis beati Patris Petri celerius adfuit auxilium. Nam prædictus Prior prætergrediens, ad eum divertit, & de ſemicintiis cuculiæ ſacri Pontificis tetigit & abiit. Poſt dies vero ſeptem regrediens, cum putaret illum jam mortuum & ſepultum, reperit ſanum *c*.

a moribundus convaleſcit,

b

F *item alia,*

c

3 Cum Bellam-vallem Pater ſanctus tranſiens, in cōfinio villæ quæ Domnus-Martinus dicitur de equo deſcendens pauſaſſet, eo quod præ nimia ægritudine equitare non poſſet; poſt diſceſſum ejus incolæ locum quo jacuerat notaverunt, poſitis ibi Crucibus & lapidum maceria. Procedente vero tempore & viro beato jam defuncto, plures obſeſſi variis infirmitatibus ad ipſum locum currere cœperunt, & ibidem ſoporati & quieſcentes ab imminentibus paſſionibus liberari, quod uſque hodie fieri dicitur. Parum ſcilicet erat ſi præſentialiter & per ſeipſum ſanctiſſimus Confeſſor miracula feciſſet, niſi & loca

quo loco pauſarat,

ægri ſanantur,

EX MS. ubi accubuerat vel veſtes quibus uſus fuerat vel quas tetigerat ſanctificarentur, ad ſanitatem conferendam cum fideli devotione ſupplicantibus.

ex dolore capitis fere caca:

4 Mulier de Maſnili Gyſnaris nomine, capitis infirmitate laborans, lumen oculorum pene perdiderat. Cui cum ad portam cœnobii monachus, cuſtos ſepulchri Præſulis glorioſi, de mitra ejuſdem & ſudario, hoc eſt mappula quo ſacratiſſima facies dum feretro jaceret fuerat operta, tetigiſſet caput & oculos; ſanitatem recipere & acute videre promeruit, ſicut ipſa eadem poſtmodum gaudens aperuit. In territorio Biſuntino villam conſtat eſſe ſitam, Hinx vocatam. In hac juvenis ægritudinis languore, novem, ſicut ferebatur, annis oppreſſus jacuerat. Denique cæcus factus, germano præeunte & dirigente greſſus ejus, ſepulcrum S. Petri, corpore quidem debilis, ſed fide fortis expetiit. Cumque oraſſet, abiens cœpit modicum videre. Sed reverſus denuo diutius & devotiſſime ſupplicans, meritis Pontificis lumen oculorum plenius obtinere meruit: tuitque deinceps ſine ductore viam carpens & viæ ducem ulterius non requirens. Expoſito autem ab ipſo rei geſtæ ordine coram Abbate, qui viderunt & audierum, omnes glorificaverunt Deum. Ferebatur autem

& 2 caci illuminantur:

B

beatus Pontifex & alteri cuidam, cum oraſſet ad monumentum ſuum, lumen reſtituiſſe, ſed quis eſſet vel unde non potuit reperiri.

mutus ter loquelam recipit:

5 Item linguæ officio menſe integro deſtitutum ſe eſſe dolebat homo, de villa nomine Aſſon. Erat autem jam epilepticus, & cadebat multoties; ita ut in die ſemel, & interdum ſæpius pateretur. Animatus ſpe recuperandæ ſalutis, triduo juxta tumulum Sancti, expectans expectavit miſericordiam Dei, ſed non fruſtra. Nam ecce die quarta cœpit loqui qui venerat mutus. Quod videntes quidam milites, qui noverant eum, dicebant. A modo bene debemus credere in Deum, quia videmus mirabilia ejus. Sed reverſus homo ad ſuos poſt aliquos dies amiſſo iterum eloquio, neſcimus quo Dei judicio, recucurrit ad ſepulcrum. Multis autem pro eo, & ipſo pro ſeipſo inſiſtentibus orationi, apertum eſt os ejus, & loquebatur benedicens Dominum. Cumque abiſſet, iterum ligata eſt lingua ejus ne loqueretur, & iterum recurrens ad nota Sancti præſidia iterum ſoluta eſt. Epilepſiam porro non eſt paſſus, ex quo primum venit ad ſacri memoriam Pontificis. Qui beatus Pontifex dum adhuc viveret, contra hujuſmodi infirmitatem, tantam dictus eſt habuiſſe virtutem, ut nullum fere ea vexatum contigerit, qui non vel ſtatim vel poſt aliquos dies perfecte convaluerit.

C

ſanantur 2 ſurdi.

6 Mulier de villa Comarii, per quinquennii circiter tempus ſurda penitus, acceſſit ad monaſterium. At ubi Pontificis mitram ſudariumne monachus capiti illius admovens impoſuit, poſitus eſt pariter & auditus per voluntatem Dei in ejus antea ſurdis auribus. Nam ex tunc clare audivit, quæ prius nihil velut inſenſibile quid audiebat. Quod filio ejus Licelino Converſo teſte dictum ſit, cui illa, gratias agens Domino, narravit. Eodem modo & mulier altera de oppido Trena, quæ dextræ partis capitis longo tempore ſuſtinuerat & ſuſtinebat dolorem, adeo vehementem, quod pars ipſa cum maxilla tota inflata erat, & auris auditum funditus amiſerat; ad mitræ tactum & beati Præſulis interventum ſana facta eſt.

inflatio gutturis,

Sanata eſt & alia per Pontificem eumdem ſimiliter ab infirmitate gulæ vel rigida inflatione, quæ ſub mento multis accidit. Et hæc mulier de villa Domini Petri.

dolor capitis.

Quidam itidem Clericus, cum vehementiſſimo dolore capitis æſtuans pene inſaniret, deoſculatis ſepulchro & mitra Sancti ſuoque impreſſa capiti, dolore caruit incontinenti.

epilepſia,

Juvencula quædam de Rayo epilepſia laborabat: quam cum Prior monaſterii de mitra vel ſudario Pontificis tangens ſignaſſet, opitulatione Confeſſoris incolumis facta eſt.

D

7 Dicamus & aliud, quo Præſulem glorioſum in minimis miracula glorioſius operatum monſtremus. Cum, ſicut ſuperius tranſitum *d* ejus deſcribentes diximus, ſacrum corpus illius in presbyterio ante altare beatæ ſemper virginis Mariæ poſitum, à Fratribus pſalmis hymnis & canticis ſpiritualibus ſumma cum devotione intentis cuſtodiretur, herbas ſuave olentes quidam afferentes circa ipſum ſparſerunt. Quo ibidem Epiſcopali honorificentia tumulato, ſecularium qui convenerant copioſa multitudo in presbyterium irruit, & de ipſis herbis, prout quiſque voluit qui potuit, ſibi pro benedictione accepit. Sequenti vero tempore, in villa quadam accenſus ignis domum invaſit: quem cum præſentes, nec aqua nec alio modo valerent extinguere, jamque per ſe periculo deſperarent occurri poſſe, currens quidam ramuſculo ſupra ſcriptarum herbarum, quem cum reverentia cuſtodiebat, ignem ſemel ſæpiuſque ſignavit: & extinctus eſt, Domino cooperante fidei hominis & Præſulis ſanctitati. Tale quid & apud Bellam-vallem ſcimus factum. Nam cum ignis pervaſiſſet domum, totiſque jam habenis graſſaretur incendium, de mitra beati Pontificis ex adverſo ſignatum, nequaquam ulterius excrevit, ſed paulatim potius deficere cœpit, ſicut teſtati ſunt qui viderunt præſentes, & hoc ipſum ſollicitius notantes.

d *Incendia extinguuntur herbis à ſepulcro ablatis:*

E *& mitra ejus ſignatur*

8 Laicus frater, unius grangiarum monaſterii magiſter, exiit ſeminare ſemen triticeum in agro ſuo. Sed dum diutius ſeminat, ad finem ruris & ſationis propinquavit. Conſiderans autem quantum ſeminis adhuc haberet, quantumq; terræ uſque terminum agri ſeminandum reſtaret, ut comperit pro certo quod ſemen non ſufficeret, exclamavit: O ſi Deus & S. Petrus Bellevallenſis vellent; de hoc exiguo ſemine totum quod reſtat bene ſeminarem. Dixit & quod reſtabat uſque ad finem agri totum, ſicut optaverat, abundanter ſeminando conſummavit, & de ſemine præter ſpem & deſiderium ſuum ſuperfuit. Ita qui facit mirabilia Deus antiquum quinque panum miraculum ſuum, in opere ſimili per famulum ſuum repræſentavit.

triticum ſub manu ſeminantis non deficit.

9 Abbas reverendus Belle-vallenſis oculi dolore cœpit urgari. Quo adeo ingraveſcente, ut & viſum penitus amittere formidaret, æſtuabat plurimum, neſciens quod remedium adhiberet. Sano vero oculo interdum clauſo vel manu tecto, tentabat ſi dolentis aſpectus res ſibi longius propiuſve objectas videre poſſet. Et ecce confeſtim quaſi denſa nubes occurrebat, quam ut ulteriora videns cognoſceret, penetrare non poterat. Forte tunc ad Biſuntinam civitatem equitans properabat, in ſinu portans unum ex cochlearibus corneis, cum quibus vir Dei dum viveret manducare ſolebat. Aſcendit in animum, fide ſuggerente: ut eo tangeret oculum. Tetigit, & eadem hora dolor caligoque minui incipientes, ante lucis occaſum omnimodis abſceſſerunt. Quidam habēs propoſitum viſitare Confeſſoris ſepulcrum, iter arripuit. Et die quadam de nocte conſurgens, egreſſus hoſpitio, vidit & expavit immiti gelu caneſcentem terræ ſuperficiem inhorruiſſe. Calceamentis carebat. Quid faceret? Qui venderet non erat, multo minus qui daret. Manere ibi, non erat conſilii. Hoc potius unum & ſolum reſtabat conſilium, ut cœptam viam quoquomodo poſſet explicaret. Confortatus ergo animo, nudis pedibus ad Sancti monumentum pervenit, & frigus non ſenſit.

evaneſcit oculi dolor & caligo facta cochlearis.

F

frigus in gelu non ſentitur,

10 Febre continua ſæpe numero correptus quidam monaſterii monachus & levita, lecto decubuerat.

Qui

A *febrû ſublata per-uaſionem.* Qui proceſſu temporis, & die noctuque pene continua vexatione febris, ad hoc tamdem perductus eſt, ut convaleſcendi ſpe ſublata, mortem in januis eſſe proclamaret. Et ille quidem ſic. Ceterum Deus qui diſponit omnia ſuaviter, alium finem longeque faciliorem, meritis Pontificis, ægritudini ejus impoſuit, & aliter. Nam cum febris ſicut conſueverat die quadam matutinis horis, poſt vexationem graviſſimã longiſſimamque, breve reſpirat di ſpatium indulſiſſet afflicto; ſopore depreſſus, audivit quaſi tumultum multorum colloquentium ad invicem. Sciſcitanti autem quid vel qui eſſent, reſponſum eſt Dominum Petrum Archiepiſcopum ſedere in auditorio, & monachos coram eo. Ibo ait ad eum & ego. Genibus autem flexis ſtanti coram ſe, & tu, inquit, Pontifex, quid quæris? Reſpondit, Domine, benedictionem veſtram, qua non mediocriter indigeo; & ſanitatem, quia vehementer infirmor. At ille elevata ſancta manu benedicens, ſed & alapam in faciem illi dans, Modo, ait, vade. Qui evigilans à ſomno, febribus omnino fugatis (neque enim eas deinceps pertulit) largiente Domino perfecte convaluit.

ſanantur ſurdus 11 Acceſſit autem ad ſepulcrum beatiſſimi viri & ſurdus, homo provectæ ætatis: & hic erat de Maſnili, nomine Rugaut. Orante vero eo & B. Petro intercedente, exaudit Dominus, & ſurdus audivit. Et adductus ante Priorem & Fratres, quod vere audiret loquens cum aſtantibus, & interrogantibus reſpondens, probavit. Apud Vilar mulier ægrotabat, pectus habens inflatum & vultum: diebus quoque aliquot jam eſu caruerat. Una etiam nocte circa ipſam jam fuerat vigilatum. Rogavit filios ut eam perducerent ad monaſterium priuſquam moreretur. Illis dicentibus hoc non aliter poſſe fieri, niſi junctis bubus vehiculo portaretur. Reſpondit, confortata fide & devotione: Bene pedibus ibo. Et veniens à filiis hinc inde ſuſtentata, poſtquam viri Dei reliquias reverenter adoravit, orationemque complevit, ante portam modicum conquievit. Revertens vero, cum haud procul eſſet à monaſterio, ſanitati reſtituta eſt.

B *& mulier moribunda.*

9 febrientes Prior de Friniſpes, Bella-valle poſitus, precibus impetravit dari ſibi modicum quid de cuculla viri Dei. Quod cum reverentia deferens in terram Teutonicam, diviſit in fimbrias aliquas duabus mulieribus & viro cuidam febricitantibus, & liberati ſunt à febribus ſuis, ſicut idem Prior poſtea teſtificatus eſt: liberatus eſt & quidam à dolore lateris.

cæcus illuminatur. 12 Conventus monachorum, in una dierum poſt prandium ſurgens à menſa, eccleſiam, gratiarum actiones completurus, intravit. Invenerunt ibi cæcum hominem, flexis genibus ad ſancti monumentum orantem, qui puero ducente dum pranderent advenerat. Nec dum debitas laudes finierant, cum ecce ille ſubito depulſis veteribus tenebris diem vidit: & exclamans in Dei & beati Confeſſoris gloriam, Video, inquit, Video. Statimque quidam ſecularium, qui propter aſtabat, volens probare quod inclamaverat, Quot ſunt, ait, nummi ſuper tumulum? Dixit ille: Sex, & verum dixit. Finitis gratiis, gaudentes pariter & jurantes accurrerũt & congyraverunt circa ipſum. Qui vultu lacrymis infuſo ad eos converſo, Ego, ait, lumen oculorum olim perditum modo precibus S. Petri recipere merui. Denique puer in præſentiarum eſt, quo præeunte & manum porrigente, veni. Et circumſpiciens, cum non videret eum, ceſſerat autem loco, cum quibuſdam timore territis poſtquam conventus introiit, Ubi es, ait, ubi es? Quo aſtante, Videtis, inquit, iſtum? Hic dux meus & prævius meus. Poſt hæc votum vovens & annuum cenſum ſtatuens, egreſſus eſt, ſui ductor ductoris factus. Erat autem de villa Vilar in partibus Luxovienſis cœnobii ſita. Apud Fontinetum puer parvulus arreptus à dæmone eſt, ut ex his quæ faciebat facile fuit advertere. Nam quidquid ſibi occurrebat, manibus dentibuſque quantum prævalebat & ſinebatur, diſcerpebat. In patrem quoque furibundus fremebat & matrem. Quo obſtupefacti parentes, & animo nimium conſternati, conſilium tandem inierunt, ut ipſum Deo & S. Petro Belle-vallenſi redderent. Factum eſt & ex illa hora ſatis conſtitit puerum manſuefactum dæmone pulſo. Adductumque confeſtim ad piiſſimi Præſulis memoriam, pater dans gloriam Deo, lætabundus incolumem reduxit ad propria. EX MS. *liberatur energumenus*

laborans quadriana. 13 Mulier Biſuntina, à quartanis febribus oppido vexata deficiebat. Cui cum Abbas Bellæ vallenſis, exoratus ab illa precibus immenſis, ut ſibi de rebus vel reliquiis ſacri Pontificis aliquid mitteret, corrigiam quandam miſiſſet; oppitulatione illius, cujus optatas reliquias acceperat, ſana facta eſt: Juvenis quidam de Meſnili, nomine Eſtu, ſani detrimentum ſenſus incurrit. A parentibus itaque ad hominis Dei tumulum perductus, manus ob inſaniam quandoque ligatas habens, diem noctemque ducebat pervigilem, fatua jugiter loquens, aliquando etiam vocibus immenſis perſonans. Interdum quaſi mulierum choreis intereſſet ludens manibus plaudebat: ad inculcationem tamen circumſtantium, S. Petrum vel ceteros Sanctos ſæpius invocabat. Præterea dicebat quod non regrederetur in domum ſuam donec ſanus eſſet. De quo, ſicut ferebatur, utrum etiam phreneticus fuerit, affirmare non audeo. Cum autem parentes ejus poſt unam & alteram diem vidiſſent eum deteriorari potius quam meliorari, fide infirmati, trahebant illum manibus non ſine verberibus, quo venerant redeuntes. At ille proripiens ſe de medio eorum, regreſſus eſt ad monaſterium. Quem ſecutus unus altera die ſimiliter compellebat ire. Qui nihilominus ſe excutiens ad cœnobium recucurrit. Sequenti vero luce itidem vi magna foras extra portam miſſus eſt, quoniam oneri & gravi dolori ſpectantibus exiſtebat ejus infirmitas, & indigebat jugi cuſtodia. Qui cœpit abire ſolus & errabũdus. Miſertus vero Deus illius eadem die, priuſquam veniſſet domum, reddidit illi priſtinum ſenſum. Non mireris lector quod imminente hora liberationis, imminebat ei acrior vis doloris, cum ſimile quid factum etiam in Euangelio didiceris. *& juvenis inſanus;* E

curantur digiti in manus reflexi. 14 Mulier de Chambornay toto triennii tempore manum ſiniſtram geſtabat curuam & impotentem. Pollex enim ceterique digiti in palmam reflexi penitus obriguerant & perſiſtebant immobiles. Subnixa fide cucurrit ad auxilium Sancti. Involuit ſenior manum contractam mitra vel ſudario Pontificis, ſed prima die & vice nihil efficit. Involvit iterum die ſequenti, contracta cum ipſo ſudario imprimit & comprimit undique, tentat ſi velint aut patiantur digiti retrorſum converti: apprehenſum indicem pedetentim levat, renitentem tamen & quaſi reclamantem. Creſcit fides, initio jam & judicio ſumpto miſericordiæ Dei. Poſt hoc ſimiliter erigitur ſecundus, & in eumdem modum tertius & quartus: gaudium & exultatio. Reſtat pollex: non relinquetur, ſequitur alios & ipſe. Apprehenſus tamen levari renuit, perſtans immobilis. Flere cuncti qui aderant & pectora tundere, ne forte qui huc uſque auxiliatus eſt Dominus, hic terminum miſerationi ſuæ præfixerit, & progredi nolit. Et converſi ad orationem, Deus, ajunt, perfice quod cœpiſti. Et armatus fide Monachus, pollicem involutum ſudario à palma fortiter ſeparans, ſurſum erigit. Et continuo mulier cœpit manum movere, claudens & aperiens deinceps, prout volebat, digitos quoſque. Quidam artifex de Trecenſi civitate, peritus F

EX MS. *amentiæ:*

artis fuſoriæ, juxta fornacem ſuam igne ſuccenſam obdormierat. Et ſubito expergefactus opus ſuum diſſipatum & conſumptum advertit, & præ pavore & dolore ſenſum perdidit. Hic accedens ad S. Petrum, cum reclinato capite ſuper ejus monumentum paululum quieviſſet, ipſo eodem perhibente ſalvus factus eſt. Porro prius ad *e* S. Thomam perrexerat, ſed glorioſus Martyr glorioſo Confeſſori Petro ſanandum ſervaverat.

e

15 Dixi jam plura, non tamen omnia. Nunc unum ſubmittam, quod meo quidem judicio præfertur ſuperioribus, non quia ſit majus, ſed quia tam evidens & illuſtre, ut illo evidentius quærere magnæ profecto videatur eſſe dementiæ. Quidam orphanus puerulus de Munt, apud villam Mayſerias, quam pons medius hinc inde ſeparans dividit, nocte Natalis Domini miſerabilis & querulus hoſpitium quærebat, ſed qui miſereretur non erat. Luſtrata vero quadam parte villæ, tendens ad aliam, de ponte cecidit in aquam, viſuſque eſt ſibi videre nigrum hominem, ſe dum caderet excipientem. Qua ex re nimium perterritus, caput horribiliter agitare tunc incipiens, deinceps non deſtitit. Contorquebat collum pauperculus, & nunc ad lævam nunc ad dexteram tremulum caput inclinans, inceſſanter commovens agitabat: noctes dieſque tanto ſub tormento continuabat: & quod viſu horribile eſt, etiam dormiens ab illa agitatione nequaquam ceſſabat. Comedere volens vix aliquid in os valebat mittere: nam dum perpetuo vultus movetur, quod inferre moliebatur, impactum in maxillam dextram vel ſiniſtram cadebat ſæpiſſime. Quocumque ibat, omnium in ſe convertebat aſpectum. Quis eum vidit nec doluit? quis innocentem puerulum tali pœnæ ſubditum non expavit? Venit tandem Bellam-vallem feria tertia ante Paſcha, fuitque ſub oculis omnium intrans & exiens ad beati Confeſſoris ſepulchrum. Die vero Paraſceves, dum ſolenne Crucis officium celebraretur, & adeſſet hominum multitudo copioſa, intravit eccleſiam, ſicut heri & nudiuſtertius caput agitans; & reſpexit illum Dominus. Qui divinam in ſe miſerationem ſentiens, flexis genibus devotiſſime tumulum Præſulis glorioſi deoſculabatur, pectus tundens & lacrymis uberrime fluens. Et mox omni capitis deformi motu ſedato, quietus ſtetit videntibus multis, & flentibus præ gaudio. Verum inexplebilis diaboli malitia tentavit adhuc vexare puerulum: nam ſanctiſſima nocte Reſurrectionis Chriſti, immiſſo timore ad contactum cujuſdam qui ſecum cubabat, puer caput iterum cœpit agitare, minus tamen quam olim ſolebat. Sed cum dies illuxiſſet, currens ad Sancti tumulum, in momento curatus eſt, nihilque tale poſtea pertulit.

continua capitis & colli agitatio.

B

C

& dolor capitis

16 Monaſterii monachus flexis genibus languidum caput ſuper beati Confeſſoris mitram, in altari poſitam, reclinavit orans: & modico depreſſus ſopore liberatus eſt à maximo capitis dolore, quo urgente diutius caruerat ſomni uſu & eſu. Vir quidam pauperrimus de Munces, ad beati Præſulis memoriam cum parvulo filio veniebat, non habens quippiam quod offerret: unde mœſtus nimium rogabat Altiſſimum, ut ſibi quod poſſet offerre tribueret. Cumque ſimul pergerent, puer reperit in via nummum, quem magnifice lætantes cum gratiarum actione obtulerunt ad Sancti monumentum.

nummus offerendus reperitur.

ſanantur ſurdus,

à dolore dentium deſperabundus,

17 Item quidam pupillus & mendicus de Nance oppido, ad Sancti ſepulcrum ægrotus & per triennium ſurdus venit: ac eadem die ſanitatem omnimodam pariterque acutiſſimum auditum recepit. Apud Rigueyacum tanto quidam dentium capitiſque dolore decem hebdomadibus vexabatur, ut pene inſaniret, velletque ſe aquis præfocare, die quadam ingreſſus fluvium maligni ſpiritus inſtinctu. Cernens autem hoc quidam notus ejus, ingreſſus feſtinanter poſt eum, eduxit illum, monuitque ad B. Petri memoriam pergere, & Domini miſericordiam patienter expectare. Quod cum feciſſet, opitulatione Confeſſoris ſanus, ſeipſo teſte, factus eſt. In territorio Divionenſi parentes infantulum epilepticum S. Petro reddiderunt, & immunem deinceps ab illa paſſione vixiſſe gaviſi ſunt. Attulerunt etiam illum ad monumentum Sancti, ſicut voverant, gratias reddituri. Similiter quidam de oppido Juſſeiaco, & ipſe nihilo minus epilepticus, glorioſo Pontifici ſe reddidit, & ſanitati reſtitui promeruit.

D

2 epileptici

18 In villa Curbry mulier, poſt editum partum, tam immenſis tamque acribus doloribus novem continuis diebus cruciabatur, quod nemo quid aliud quam ipſam animam jam jamque efflare præſtolaretur, & id diutius differri ſtupori haberetur. Suggerente autem quodam Religioſo, ut Deo & B. Petro Bella-vallenſi ſeſe redderet, forſitan propitiaretur illi Deus; audivit & fecit: ſtatimque ejus anima, carne ſoluta, dolore caruit *f*. Hoc ita geſtum, ipſius feminæ marito, qui infantulum ad Sancti ſepulcrum attulerat, lacrymabiliter referente, cognitum eſt. Stabat aliquando monachus ante fores monaſterii, tenens mitram ſudariumque beati viri. Cumque tangens ſignaſſet puellam epilepticam, quæ ibidem ſubito cadens volutabatur ſpumans & palpitans, lætatus eſt eam convaluiſſe meritis Pontificis & interventione.

f

& epilepti-ca,

E

19 Apud *g* Curence homo dolore crurium vehementiſſimo duobus & amplius annis ſæpiſſime fatigabatur in tantum, ut immenſis clamoribus ejularet & vix poſſet ingredi vel egredi, etiam cum dolor aliquantulum quieviſſet. Deliberavit ad viri Dei venire memoriam, ſi ſibi facultatem pietas divina largiri dignaretur. Egreſſus ergo paulatimque convaleſcens, priuſquam Sancti ſepulcrum attigiſſet, ſanus & gaudens ad ſua reverſus eſt. Mulier quædam de Roches, à cubitis uſque ad ſummitates manuum paralyſi tam graviter percuſſa eſt, ut ungulæ digitorum contractorum in palmas infigerentur, ſeque confeſtim morituram putaret; ſed cum Sacerdotis ſui conſilio beato Pontifici ſe reddidiſſet, ab infirmitate liberata eſt. Monaſterii Frater laicus ad vineam putandam perrexerat, ſed præ dolore brachii ſarmentum præcidere non valebat. Habebat ſane panni lanei modicũ, quod olim cilicio viri Dei fuerat aſſutum, ad ejuſdem cilicii oras in latere ſibi invicem copulandas. Quo ubi tetigit undique brachium, lætus & incolumis exercuit deinceps opus ſuum. Idem eodem modo poſtea liberatus eſt à dolore dentium. Tempus jam & locus nos admonent ut, ſicut prologum ſcribentes diximus, aliqua de his quæ dum viveret geſſit ponamus.

g

curantur genagræ,

paralyſis.

dolor brachii.

F

ANNOTATA.

a Caypſen, *aliis* Caiſen & Cayſen, *ſupra lib. 2 num. 2.*

b *Supra num. 3* Frivesberg, *ac videri* Frietberge, *aliis* Auroram *dici inſinuavimus.*

c *Hoc loco & alias ſæpius tituli præfigebantur, quos omiſimus.*

d *Hæc de deſcriptione tranſitus hactenus non habentur.*

e *Hic eſt* S. Thomas Archiepiſcopus Cantuarienſis, *anno 1170 martyrio coronatus, ac tum pluribus miraculis clarus, anno 1173 Sanctorum Canoni inſcriptus.*

f *Quia nullum hic evidens apparet miraculum, ideo alibi merito hæc gratia omittitur.*

g *Supra num. 13* Cierenceium *ſcribitur.*

CA-

A

CAPUT II.

Miracula à S. Petro adhuc vivo patrata.

ſub ejus Miſſa ſanantur ex lapſu claudi,

20 BEatus Pontifex Petrus apud Rufejacum, villam celebrem & magnam in Aſſatia, celebrans Miſſarum ſolennia, lecto Euangelio, ante altare reſedit, offerentium ſuſcepturus oblationes. Et ecce adducunt ei mulierem, quæ ante novem circiter annos ad terram lapſa, juncturæ femoris oſſibus diſlocatis, niſi cum crocis & aliquo ſuſtentante non valebat incedere. Cumque ab eo tacta fuiſſet, pertranſiit: & adhuc poſita in cominus, repente ſe erexit, baculos quibus ſuſtentabatur ſurſum levans, dicenſque ſe ſanam eſſe. Ad hanc vocem multitudo vociferans Kyrieleiſon canere cœperunt, baculos illos ad funem lampadis in altum ſuſpendentes.

alius claudus

21 Et facto brevi intervallo adducunt iterum quemdam, qui ab annis novem vel amplius languore oppreſſus ambulare nequaquam poterat, niſi baculis ſuſtentaretur, vel potius ab aliquibus portaretur: qui eodem modo & loco quo & mulier ſanatus eſt. Cum autem Sanctus canonem Miſſæ dice-

B

contractus, cæcus,

ret, adveniens contractus, quem nec tetigerat nec viderat, ſanitati reſtitutus eſt. Porro poſt perceptionem Sacramentorum & expiationem digitorum, tetigit oculos cæci & lumen recepit. Apud Anniwyrrey oblata eſt ei mulier epileptica: quam poſtquam tangens ſignavit, converſus eſt ut abiret. Sed ſubito mulier cadens tam graviter vexata eſt, ut ſpiritum quantocius emittere videretur. Et accipiens eam vir Dei & ſtringens inter brachia ſua, voce ſubmiſſa dicebat: Neceſſe eſt te exire ab ea. Et ſana

epileptica energumena,

contractus,

facta eſt mulier ab illa die & in reliquum. Tranſeunte eo aliquando per villulam de Chanas, muliercula quædam contracta manibus, & pedibus repens in modum pecudis, egreſſa è domo, clamabat poſt eum ut ſui miſereretur. Cumque longius proceſſiſſet, hortantibus nimirum qui ſecum erant ne ſubſiſteret, Male, inquit, fecimus, quod ita præterivimus pauperculam illam. Reverſus ergo orans tetigit eam & erexit in pedes, ſtatimque receſſit. Quæ iterum cœpit ire poſt eum clamans ut ſubſiſteret: vir autem Dei videns eam jam recto gradu incedentem celerius abſceſſit. Cum veniſſet aliquando Bellam-vallem, vi-

2 debiles,

ſitaturus Fratres in abundantia ſuavitatis & benedi-

C

ctionibus dulcedinis, puerum diuturno languore debilitatum, & pedum quam maxime officio deſtitutum, tam evidenti lætificavit curationis remedio, ut multitudo præſens eumdem puerum gaudentem cerneret, huc & illuc euntem & redeuntem ſine cujuſquam adminiculo. Orta eſt aliquando diſſenſio inter Regem Franciæ Lodewicum & Regem Angliæ: ad quam ſedandam, cum vir Dei perrexiſſet, in Epiſcopatu Pariſiacenſi acceſſit ad eum Præpoſitus de Corbol, rogaturus pro quinquenni filia quæ numquam ambulaverat. Quam cum beatus Pontifex tetigiſſet ac benedixiſſet, inceſſum pedum adeptam fuiſſe pater agnovit cum magna exultatione.

epilepticus,

22 Caſtellanus quidam vir nobilis, Otto nomine, toto triennii tempore epilepſia fatigatus, cadebat ſæpius: ſed opitulatione beati viri apud Pariſios ſanatus, ipſum poſtea diebus multis proſequens veneratus eſt. Cum autem colloquium ſuper concor-

mutus,

dia Regum juxta Gyſor agitaretur, quidam genu flexo ante eum rogabat, loquendi officium concedi parvulæ quatuor annorum, quæ à die ſui ortus illud ad uſque tempus muta omnimodis erat. Motus ergo Sanctus pietate ſimul & precibus, digito ſuo cum ſaliva in os infantis illato, ſignum Crucis in lingua ipſius impreſſit, & ut loqueretur imperavit. Quæ ſtatim cœpit loqui, & patrem matremque vel cetera quæque, ſicut & Sanctus dicebat, nominare. Et converſus Pontifex ad patrem, Accipe, ait, filiam tuam & vade; Deo volente bene amodo loquetur. Ibidem mulier contracta, filio deducente, venit ad eum ſedens in aſino. At ubi ſanctus ſuper eam orans ſolito tetigit membra debilia, illaque eo loci modicum quieſcens pauſavit; Ait filius: Eia, mater, aſcende aſinum, & eamus. Cui illa, Nequaquã, inquit, ſed mina potius aſinum & præcede, ego tentabo an valeam incedere. Præceſſit itaque ille cum aſino, & illa pedibus ſuis confeſtim ſecuta eſt.

EX MS.

contracta:

cæcus coram 2 Regibus & alia.

23 In craſtino eodem in loco cum ſederet, circumſedentibus haud procul ſuperius nominato Rege Franciæ, Regeque Henrico juniore Angliæ, nec non Comite Flandrenſi & multitudine copioſa, mulier filium duodecim annorum, qui ab annis ſeptem præcedentibus lumen oculorum penitus perdiderat, adducens ad eum, per medias turbas irrumpere nitebatur. Sed cum à quibuſdam repelleretur, & hoc vir Dei conſpiceret, Sinite, ait, eam ad me venire. Et advolutã pedibus ejus, pro filio cum lacrymis exorabat. Vir autem Sanctus apprehenſo crine capitis pueri, quaſi jocans loquebatur cum illo, Quid vis, E inquiens, ut, faciam tibi? At ille, Domine, ait, ut videam. Et Sanctus intincto pollice in ſaliva oris ſui, ſuper utrumque oculum illius & verticem ſignum Crucis imprimens oravit. Dauſque illi nummum, præcepit matri ut abirent, dicens, quia videbit cum Deo placuerit; cum interim Rex & ceteri, conſiderantes quæ faciebat, an luderet mirantes, ad invicem loquerentur. Mulier ergo cum filio remota aliquantulum, verſa facie ad Sanctum flexis genibus erectiſque manibus in cælum devotiſſime orationi inſiſtebat. Et ſubito puero cœpit primo nummum, quem à beato viro acceperat, deinde cetera propius longiuſque poſita videre: & clamans ait ad matrem: Mater, video nummum, video homines, video omnia. Ad has voces Rex & multitudo attoniti ſurgentes accurrunt: ipſamque rei veritatem diligenter inquirentes, à matre & filio ex ordine cognoverunt. Non eſt dedignata regia majeſtas, ad honorem Dei Pontificiſque glorioſi, ad pedes ejus qui cæcus fuerat, ſed jam videbat, humiliari. Nam genu flexo ante eum, & oculos ejus caputque deoſculans, & oblatione ſua manu propria eum honorare dignatus eſt, & poſt eum in eumdem modum ceteri. Et ita huic veteribus tenebris carere, cælique deinceps contigit F perfrui ſplendore.

altero oculo cæcus,

24 Poſt hæc venit ad illuſtre cœnobium quod Mortuum-mare dicitur, locuturus cum Henrico ſeniore Rege Angliæ, qui illuc multorum frequentia Magnatum ſtipatus advenerat. Venit Miles de Militibus Regis, inclinatur genibus Præſulis ſacri, rogat oculi lumen ſibi reſtitui, quod olim in tempore jaculo baliſtæ percuſſus amiſerat. At Sanctus, Noli, inquit, frater, noli hoc à me ruſtico & paupere peccatoreque homine exigere. Non eſt hoc meæ virtutis aut meriti. Grandiora poſtulas quam facere queat parvitas mea. Hujuſmodi verbis Miles auditis, à prece non deſiſtebat: quin potius fide ſuccenſus, benedictionis & ſanitatis remedium vehementius flagitabat. Victus itaque Pontifex pius, digito Crucis ſignum ſuper ejus oculum faciens oranſque, Vade, ait, potens eſt Deus deſiderium animæ tuæ tibi tribuere, ſi bonum in oculis ejus fuerit. Qui egreſſus & claudens oculum ſanum, experiebatur an ex altero videre poſſet. Ecce autem per Dei gratiam aſpectus acie reparata, viſus integritatem recepit, ingreſſuſque cum feſtinatione ad Regem, in lætitia & exultatione quod factum eſt narravit. Audiens Rex & aulici

gaviſi

EX MS. gaviſi ſunt & glorificaverunt Deum, qui ſuis in Sanctis glorioſus, operatur mirabilia magna ſolus.

* an Læria, hedera? In monaſterio ſanctimonialium, quod * Irryæ vocatur, oblati ſunt & duo parvuli annorum circiter ſex,

2 pueri caligantes qui nocturno tempore caliginem patientes oculorum videre nihil poterant. Rogabatur autem ut eis manus imponens benediceret & oraret. Quod cum feciſſet, introducti in oratorium pueri, accenſam candelam nocturnis horis viderunt, & alias res ab illo

& contractus: tempore ſicut alii homines. Vir autem corporis una ex parte contractus, aridam ſcilicet manum habens & aridum pedem, poſt contactum & orationem Sancti, ſanitati mox eodem in loco reſtitutus eſt. Hi autem tres una hora, alter poſt alterum curati ſunt, ſanctimonialibus per ſingulos hymnum Deo canentibus in vociferatione.

cæcus appoſito pane benedicto. 25 Miles, cum filio cæco de longinqua regione ad ſanctum virum properans, obvium habuit in itinere hominem, qui ab ipſo revertens panem ab eo benedictum ferebat. Cujus cum micas aliquas dari ſibi precibus obtinuiſſet, fide ſpem concipiens, filii oculos in modum Crucis conſignans, ex eis tetigit ut videret; & vidit & gaviſus eſt. Perveniens autem ad beatum Pontificem, apud Pruylhe Ciſtercienſis ordinis cœnobium tunc temporis ægrotantem, quam

B & qualiter Deus operatus eſt ſalutem in filio narravit, & omnis plebs ut audivit dedit laudem Deo.

parturiens appoſito cingulo. Mulier prægnans, imminente tempore pariendi ſolenni, ob difficultatem parturitionis periclitari cœpit. Diebus enim decem parturiens parere non poterat.

b Mandavit Abbati de *b* Fundrayday, ut jam jamque morituram viſitans, orationibus tueri dignaretur. Perrexit itaque efficaciſſimo fretus remedio, funiculo, cingulo videlicet beati viri Petri, quod ab olim non irreverenter cuſtodiens habebat. Hoc ubi male parturiens ad nuda corporis accincta eſt, Abbate foras exeunte, puerpera ſine mora & ſine periculo enixa eſt.

vexatus febri tertiana, 26 Vir Religioſus Froncherius, ſancti Patris Converſus, febres tertianas tribus acceſſionibus ipſo ignorante perpeſſus fuerat. Quartæ autem acceſſionis die iter agentes, cum ſubſtitiſſet in nemore, indicavit quia invaletudine fatigatus fuiſſet, & adhuc poſt modicum fatigari formidaret. Cui pater ſanctus: Modicæ fidei, quare non indicaveras mihi? Stetitque flexis genibus ante eum. Cujus capiti confeſtim pius Pater manus imponens, oravit: & reddita ſanitate, ægritudinem illam ad eum ulterius accedere

C non permiſit. Prædicti Fratris equus oppreſſus in-

equus ager & rabidus: firmitate, & ut ferebatur in rabiem verſus, erecto & iterum demiſſo capite, ore terram quaſi mordere volens, feriebat, & etiam ire non poterat. Fratre ergo dicente ad Patrem ſanctum, Reddite mihi equum, quia in obſequio veſtro perdidi eum; motus pietate Fratris, pollice ſignum Crucis in fronte equi & per cetera membra impreſſit, & ſanatus eſt ſecundum illud quod ſcriptum eſt, Homines & juventa ſalvabis

Pſal. 35. 7 Domine. In territorio Gebennenſi, apud oppidum

epilepticæ: Cruſilh, mulier epileptica cadens palpitabat in terra. Quod cernens Comes terræ, rogabat Pontificem, qui forte non longe aberat, ut ſubveniret oppreſſæ. Reſpondens autem, Quid, ait, poſſum ego illi facere? Domine, inquit, imponite illi manum, & orate. Surgens ergo, aure mulieris apprehenſa, elevavit eam, percutienſque palma modice in faciem ejus, ſanam Domino miſerante reliquit. Et confeſtim altera cecidit & vexabatur: quam ſimiliter venerabilis Pontifex elevans ſanitati reſtituit. Cecidit autem poſt hanc & tertia, ſed eodem modo quo & priores incolumitatem conſecuta eſt.

27 Apud S. Symphorianum, quod eſt caſtrum in Archiepiſcopatu Lugdunenſi, puella quædam nobilis, maleficis, ut creditur, artibus circumventa, gravem corporis incurrit ægritudinem. Cui medicus adhibitus, poſt medicamina & arcana quædam carmina, cutem brachii ejus momordit, ſicque ibidem veſica orta eſt. Miram rem relaturus ſum, & monſtrum à ſeculis inauditum & inviſum. De loco veſicæ, quæ poſt dies paucos matureſcens rupta eſt, acus ferreæ cœperunt exire. Accidit autem ut Abbas Bonæ-vallis, vir bonus & ſanctus, ad caſtellum illud veniret. Cui cum puellam amici præſentaſſent, narrantes quanto qualique diſcrimini ſubjaceret, precibus immenſis obtinuerunt, ut celebrata Miſſa, & Confeſſione puellæ audita, Viaticum ei tamquam celerius morituræ traderet. Quo peracto, locum vulneris ſigno Crucis muniens, dixit quod inde non egrederetur amplius nec ferrum nec chalybs. Et factum eſt ſecundum verbum oris ejus, cum jam decem & ſeptem acus exiſſent. Verumtamen illo quo venerat regreſſo, feſtucæ & aculei lignei, longi ut acus vel ſentium ſpinæ, de brachio puellæ exibant; donec tempore ſequenti venerabilis Pontifex, Petrus cum prædicto Abbate iter agens illuc Domino diſponente divertit: & rogaverunt pro ea. Diſcooperto autem brachio puellæ, Capellanus ſanctiſſimi Præſulis videns unum ex ſuperius dictis aculeis in vulnere, acceſſit & extraxit eum, videntibus Pontifice & his qui aderant. Orans ergo Pontifex, ægram tetigit, & benedixit. Et loquente in eo ſpiritu veritatis, quo illuſtratus etiam occulta hominum, & à ſuis corporalibus obtutibus abſcondita quandoque videbat, dixit; quia non exibunt amodo ex ea feſtucæ, aut aliquid ligneum. Et ita ab illa hora, ſanitate omnimodis reparata, ſtupendam fuſtium & feſtucarum emiſſionem ex ea penitus excluſit, maleficiis potenti virtute ſuperatis. Annulum ſuum vir beatus aliquando perdiderat: quem diutius quæſitum, ſed minime repertum, poſt dies aliquot, cum eſſent in diverſorio, inopinate invenerunt intra veſtes ejus cum diſplicarentur, quas tamen nec ipſe plicaverat, nec cum plicarentur affuerat.

D *mulier per maleficium tabeſcens,*

& ex brachio acus

feſtucaſque emittens,

annulus reperitur:

E

28 Prior Loci-Creſcentis *c*, cum apud Baſileam periculoſiſſima infirmitate, quæ hominem reſpirare non ſinit, & vocatur pleureſis, detineretur; nummo, quem Sanctus Domini benedixerat, manum illam in qua patiebatur tetigit, & continuo dolor conquievit. Venit aliquando ad locum quemdam nomine Bulionem, & mulieri cæcæ, quæ ad eum opem imploratura acceſſerat, tangendo lumen reſtituit. Unus item ex ejus ſervitoribus, dolore & inflatione pedis longo tempore detentus, adeo ut claudicans incederet, tactu ejus & benedictione remedium optatæ ſanitatis adeptus eſt.

c *curantur pleuriſis*

cæcitas,

F *dolor pedis,*

29 Hæc interim, quæ partim ipſi vidimus, partim fidelibus viris referentibus didicimus, ad honorem ſacri Pontificis & oſtenſionem ſanctitatis ejus, veraci ſtylo digeſta ſufficiant, donec & cetera quæ fecit & facit, cum cognoverimus, deſcribamus. Multa enim ſunt, ſed adhuc ea ignoramus: quamquam ex illis quę nobis comperta erant plura omiſerimus, quoniam his paucis audientes & legentes ſatis intellecturos credimus, niſi nimia incredulitas aures ipſorum & oculos clauſerit, quanti meriti vir beatus ſit, quantæque gloriæ apud Deum & homines. Porro nos aliud etiam majus his & firmius judicium ſanctitatis illius habentes, laudabilem ſcilicet converſationem ejus, in vera multaque humilitate & caritate, quibus mirabiliter reſplenduit radicatam & fundatam; firmiſſime tenemus, & nullo modo dubitamus etiamſi numquam miracula feciſſet ipſum ſupernorum civium cœtibus aggregatum, gloria & honore à Deo coronatum eſſe, ita ut confidamus illum non tantum Confeſſorum ſed & Martyrum præmium obtinere

Pra cunctis tamen miraculis habenda

ejus vita perfecta

obtinere Sanctorum, quem prædicabili ſanctimonia vitæ & confeſſionis ordine longum conſtat duxiſſe martyrium. Non enim ſolum effuſio ſanguinis in confeſſione reputatur, ſed devotæ quoque mentis ſervitus immaculata quotidianum martyrium eſt, ſicut Sancti Hieronymus & Gregorius aperte teſtantur. His omnibus pie conſideratis, conſidera quoque pariter precamur & tu Sancta Romana Eccleſia, quæ hactenus filios & adjutores tuos digne pro meritis coronaſti, quid etiam huic Confeſſori Dei B. Petro debeas, qui ſub te & pro te magna fecit & multa ſuſtinuit.

etiam ſpiritu prophetiæ ornata.

30 Quia vero diximus ſuperius quod virum ſanctum etiam occulta hominum quandoque non latebant, unum quo id manifeſtius fiat ponamus. Erat aliquando in medio populorum, ſuſcipiens & illico diſtribuens, ut conſueverat, oblationes offerentium. Ad quem quidam accedens aliquid ſibi dari precabatur. Sed cum Sanctus renueret, & precator improbus diutius & importunius inſiſteret; injectis vir beatus manibus, pallium illius panemque azymum, quem ſub veſte ferebat, apprehendit, eique dixit: hoc comede. Ceterum quod vis, ut eleemoſynas pauperibus erogandas tollam tibique tribuam, minime ego faciam. Moneo vero quatenus vitam tuam corrigas, quia malignus & nequam hactenus exſtitiſti, & nocuiſti quibus potuiſti. Hæc cum dixiſſet, mirati ſunt qui aderant & qui noverant hominem illum, quomodo vir Dei vel de pane vel de vita illius, quod veraciſſime dixerat, cognoviſſet, cum à nemine id antea didiciſſet.

ANNOTATA.

a *Libro* 1 *ſuperioris Vitæ num.* 38 Edera *appellatur.*

b *Non invenio hujus nominis Abbatiam: in Vita autem num.* 35 *ſolum dictus,* Abbas notus.

c Locus-creſcens, *alias* Trium Regum *dictus in diœceſi Veſontionenſi, fundatus an.* 1134.

APPENDIX

Alia miracula poſt mortem patrata.

Puer creditus mortuus convaluit:

31 VIr quidam de Vilar ad hominis Dei ſepulcrum cum parvulo filio venit dicens, quia hic filius meus mortuus fuerat, ſed S. Petrus eum mihi reſtituit. Cum enim idem puer ægrotaret adeo ut ab omnibus diceretur mortuus, imo quod vel de ſalute ejus omnino deſperatum eſſet, vel quod rebus humanis exceſſiſſe putaretur, aut etiam fortaſſis vere exceſſiſſet (quod magis pater affirmare videbatur) redditus eſt à patre Confeſſori pio, moxque locutus cum patre gratia Dei convaluit de infirmitate. Similiter quidam de Veſulio, qui anno uno tanto fuerat oppreſſus languore, quod nec ambulare, nec etiam de lecto valebat ſurgere, Beato Pontifici ſe devovit: cujus opem celeriter in ſua ſalute ſentiens, votum ſuum & gratiarum actiones redditurus, ejus ſepulcrum beneficii accepti non immemor devotus expetiit.

ſanantur anno integro languidus,

muta & epileptica,

32 Mater familias gravi, infirmitate & dæmonis vexatione linguæ officio privata ſedebat. Erat autem etiam epileptica, & ſingulis diebus cadens patiebatur. Quam ubi monachus de mitra & ſudario Pontificis ſignans tetigit, & loquelam recuperavit & caducum morbum evaſit. Liberata eſt & altera ſimiliter ab epilepſiæ invaletudine. Vir item quidam de Capella juxta Luxovium ſæpedicta ægritudine epileptica adeo frequenter & immaniter cruciabatur, ut quotidie ad minus novies caderet, & vexaretur.

2 epileptici

Ubi autem ad Sancti ſepulcrum ingreſſus oravit, ægritudinem illam ulterius non pertulit: ſed incolumis factus ad propria cum gaudio poſt biduum remeavit. Juvenis quidam de Calido-fonte, viduam matrem fratremque jurgiis contumelioſis laceſſens, traditus ſtatim & oppreſſus à dæmonio eſt, ut effrænatæ linguæ pœnas lueret, & diſceret non blaſphemare. Ligatus itaque à vicinis & parentibus, & ad cœnobium adductus, eccleſiam miſer nolebat ingredi: haud dubium quin dæmone retrahente, dans ſaltus magnos & clamores, cum aqua benedicta aſpergeretur. A comitantibus tamen vi intromiſſus ad beati Pontificis monumentum, liberatus eſt confeſtim à dæmonio, & à vinculis ſolutus gratias egit Deo. Apud Luſans erat quidam puerulus mutus à nativitate, vitæ quippe jam pluribus annis exactis humani eloquii vocem aliquam emittere, quantavis parentum ſagacitate vel induſtria delinitus, non poterat. Redditus vero poſtmodum cum voto Deo & S. Petro, reſoluto linguæ vinculo, cœpit continuo ſicut ceteri parvuli loqui. Quo delectatus pater miraculo, attulit illum ad beati Præſulis memoriam, & quod in eo factum eſt manifeſtavit ad Dei gloriam. Ecce autem acceſſit ad ſepulcrum viri Dei & alter homo de Bierna juxta Auſun, habens infirmitatem ab anno uno, & erat inclinatus, nec niſi cum crocis ambulare poterat: ſiquidem pars una corporis ejus, pes ſcilicet & crus cum tibia, ſtupida & ſine ſenſu facta fuerant, ſicut ipſe etiam ſub invocatione divini timoris adjuratus dicebat. Cumque ingenti cum gemitu & fletu oraſſet, recuperato ſtupidorum ſenſu membrorum, ſtaturaque pariter erecta gaudens, receſſit ad ſua. Alius itidem de Vercellis oppido, ægritudine diebus multis oppreſſus jacebat, ita quod nequaquam egredi vel ad requiſita naturæ valeret, ſed in cubiculo ſubtus ſe fluxu ventris, urgente neceſſitate, relevaretur. Tibia enim ejus cum pede mortua erat & ſine ſenſu: quam ſi quando ſe in partem quamlibet vertere voluiſſet, manu vel baculo veluti truncum verſans jactabat. Inſpirante autem Deo, B. Petro ſe reddens devovit, & ſtatim convaleſcens de lecto ſurgere cœpit; poſtque dies pauciſſimos ad Sancti tumulum pedibus ſuis venit; ibique valetudine plenius reparata ad domum ſuam rediit. Mirabilis Deus in Sanctis ſuis.

ex ms.

energumenus,

mutus à nativitate.

languidus & contractus,

alius contractus.

ALIÆ EPISTOLÆ

Pro impetranda Canonizatione

Ex MS. Monaſterienſi in VVeſtphalia.

1 *Abbatis Ciſtercienſis & Abbatum Capituli Generalis, quos miſerunt Domino Papæ Lucio, ſed obiit antequam ei præſentarentur.*

BEatiſſimo Patri ac Domino a Amantiſſimo Lucio, Dei gratia ſummo Pontifici, frater b Bernardus Ciſtercienſis & humilis Abbatum Conventus in Capitulo congregatus, perſeverantem in ſua voluntate famulatum. Sanctiſſimæ veſtræ Serenitati quantas poſſumus gratiarum reddimus actiones, quod piæ recordationis affectu vitam Patris noſtri felicis memoriæ Domini Petri Tarentaſienſis Archiepiſcopi, cum virtutibus per eum factis, Apoſtolica veſtra præcepit auctoritas litteris commendari, Veſtræ Beatitudini & reverendiſſimis Dominis Epiſcopis & Cardinalibus Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ offerendam. Quod devoto filio veſtro, venerabili Fratri noſtro Gaufrido Altæcumbæ Abbati impoſitum; ſecundum datam ſibi à Domino gratiam efficaciter

a

b

Miſſa ſupra dicta Vita petunt Ciſtercienſes Canonizationem à Lucio 3.

EX MSS. caciter eſt completum. Exhibitas enim ſibi chartas, à viris religioſis conſcriptas, ſuper his quæ præſentes viderant & audierant teſtimonium perhibentibus veritati, & quæ ab aliis fidelibus certa teſtificatione comperta, in unum redigere compendioſa narratione curavit. Inde eſt quod à veſtra Dignatione exiguitas noſtra humili ſupplicatione depoſcit, quatenus quod de mandato veſtro factum cognoſcitur, & ad multorum ædificationem, veſtra etiam auctoritate, cum ejuſdem Archiepiſcopi Canonizatione multis multum deſiderabili, confirmetur.

II *Abbatis Ciſtercienſis & Abbatum generalis Capituli ad Dominum Cæleſtinum Papam tertium.*

c Amantiſſimo Patri & Domino *c* Cæleſtino, Dei
d gratia Summo Pontifici, Frater *d* Wilhelmus dictus
& iterum à Cæleſtino Abbas Ciſtercienſis, & humilis Abbatum Conventus Capituli generalis humilem obedientiam & devotam. Cum de vobis poſt Deum, Pater Sancte, pendeat anchora ſpei noſtræ, multoties ſcribimus vobis pro multorum & noſtra neceſſitate: ſed ecce nunc, pro multorum utilitate & ædificatione, precibus & ſcriptis inſiſtimus, veſtræ Majeſtatis pedibus provoluti, corde & animo, mēte & ſpiritu devoti penitus veſtræ Dignationi, & obſecramus pro Chriſto,
B ut manus ſedula veſtrę miſericordiæ erigat in ſublime lucernam, quæ quodammodo latet ſub modio; reponat reverenter ut decet in horreo publico, meritis Eccleſiæ quæ peregrinatur in terris, commodabile granum tritici: quod ſine dubio pullulavit de radice frumenti nobiliſſimi, quod de cælo venit in valle benedictionis, ut panis inde fieret de cælo cæleſtis. Sed quid multis? Pretioſa gleba pretioſi corporis felicis recordationis Domini Petri Tarentaſienſis quondam Archiepiſcopi, abſcondita jacet in domo Bellæ-vallis. Iſte eſt qui non verbo tantum & lingua, ſed opere & veritate, pacem & ſanctimoniam ſecutus eſt: & à Chriſto vocatus in partem ſolicitudinis, euangelizavit pacem his qui prope & his qui longe. Denique, ſicut ex libro vitæ ipſius, quem vobis miſimus, & ex certo multorum teſtium teſtimonio comprobatur, fecit vir Dei mirabilia in vita ſua: fecit quam plurima & poſt obitum ſuum. Pro canonizando tanto ac tali viro fiducialiter veſtræ Sanctitati quam humiliter poſſumus ſupplicamus, ſuppliei poſtulatione rogantes, ut memores verbi in quo nobis ſpem dederunt Prædeceſſores veſtri, invocato divinæ cooperationis auxilio ponatis prædictum in numero Sanctorum: quatenus eum ſanctificans Sanctus Sanctorum, largam remunerationem
C propter hoc nobis offerat in æternum.

III *Prioris & Fratrum Ordinis Ciſtercienſis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus.*

Certum eſt, & ab initio ſeculi per varias ætates probatum, quod divina pietas glorificantes ſe glorificat, hic & in futuro, tam meritis quam honore. Nos igitur petentibus Fratribus Bellæ-vallis, quæ
& S. R. E. Cardinalibus. de beatæ memoriæ Petro quondam Tarentaſienſi novimus, diſcretioni Veſtræ Sublimitatis intimare curavimus. Verum ille Deo & hominibus gratus, & inter ſuos contemporaneos meriti ſingularis, domus noſtræ familiariſſimus fuit, adeo ut eam in hac parte nulli ceterarum, etſi de ordine ſuo, computaret eſſe ſecundam. Adventus ejus exultatio nobis erat, viſitatio ædificatio, vita exemplum; ita ſpecialiter ſingulorum atque omnium totus erat: ita per omnia & apud nos & foris auctoritatis & gratiæ plenum ſe noverat exhibere, ut non tam ſibi natus quam aliis videretur. Nihilominus tamen ſibi ipſi diligenter intendens, quam liberalis & hilaris in eleemoſyna, quam profuſus in compaſſione, quam denique benignus & affabilis in colloquio fuit, vix aut numquam noſtro poſſet explicari eloquio. Habuerunt certe alii ſui temporis virtutum gratias cum ipſo non mediocres, ipſe tamen in humanitate & erga pauperes caritate ſupra ceteros omnes emicuit. Qui cum tanta polleret meritorum [gratia], profundam tamen & indefinentem humilitatem induerat, in ſe revera illud expertus, Quia humilibus Deus dat gratiam. Ultra vires noſtras eſt tanti Patris mores, vitam, ſanctitatem exprimere. Quia igitur credimus Dominos & Fratres noſtros Ciſtercienſes ſuper eo non niſi juſta & bona à Sede Apoſtolica poſtulare, rogamus humiliter ut petitioni eorum dignemini clementer annuere, & coram Domino Papa partes eorum fovere. D Jac 4. 6

IV *Domino Papæ Cæleſtino & ejus Cardinalibus Gunterii Prioris & univerſi Conventus Eccleſiæ Tarentaſienſis.*

Fideles & omni acceptatione dignas vobis, Pater ſanctiſſime, preces expandere dignum putavimus, quod dudum quidem facere debueramus. Bonæ memoriæ Dominus Petrus, Eccleſiæ noſtræ quondam Archiepiſcopus, tantis dum adhuc viveret ſplenduit meritis, virtutibus enituit, coruſcavit miraculis; tantiſque poſt felicem ſuum tranſitum felicius cum Sanctis ſe vivere virtutum probat beneficiis, ut quod jam olim ſuper hoc tacuimus merito torporis & negligentiæ arguamur. Aures igitur Paternitatis veſtræ ſolicitamus, quatenus eum ſine dubietate canonizandum decernatis. Quamvis enim humano non egeat teſtimonio, qui teſtimonium habet homine majus; innumeri tamen apud nos ſunt, qui ejus meritorum, operum, miraculorum, teſtimonium præbent Clerus & populus; & hi præcipue qui claræ ſunt & ſpectabilis opinionis. *Idem petunt Tarētaſienſes:* E

V *Ad eumdem Papam e VValbertus Auguſtenſis Epiſcopus.* e

Quod ſcimus, dicimus: & quod vidimus, fideliter perhibemus. Novit Majeſtas veſtra & univerſi fideles Chriſti, quod cum vir Dei Dominus Petrus Tarentaſienſis Archiepiſcopus, tempore ſchiſmatis ſummum Pontificem Alexandrum & Curiam viſitare diſponeret, noſque in propoſito itinere ei aſſiſteremus; non ſine favore multo Italiam ingreſſus eſt, & occurrentibus ſibi Marchionibus, Comitibus & cunctis nobilibus terræ Vercellis hoſpitatus, invenit civitatem penitus commotam à minimo uſque ad maximum. Nam ibi erant inexorabiles diſcordiæ, bellumque inteſtinum, & plus quam civile: unuſquiſque accinctus gladio paratus erat ad effundendum ſanguinem proximi ſui: nullus reperiebatur, cum ad hoc multi laborarent, qui ibi pacem reformare poſſet. Cumque vir Dei dedicationem cujuſdam Eccleſiæ ex more peregiſſet, cœpit rogare quæ pacis ſunt, memor illius verbi, Beati pedes pacem portantes. Sicque annuente Deo ad inſtantiam prædicationis ejus tota ſeditio conquievit, & in melius reformata fuit, ut omnis livoris ſcrupulus à cordibus ſingulorum removeretur, & firma pax patriæ redderetur, & omnes Deum benedicerent, & hanc pacem meritis hominis Dei attribuerent. Ipſa autem pacis confœderatio totam illam diem occupatam detinuit, ita quod ſine Miſſarum ſolenniis Eccleſiæ conſecratio peracta fuit. Inde egrediens cum à turbis undique premeretur, fama ejus longe lateque crebreſcente, Papiam devenit. Cumque divina in Eccleſia B. Michaelis ſolenniter celebraret, & populus civitatis undique conveniret, in ipſa populi denſitate mulier quædam, diabolico ſpiritu ducta, marſupium cujuſdam ruſtici in eccleſia latenter abſcidit, & ipſum cum denariis in ſinum ſuum miſit. Verum cum ſuper his ruſticus lacrymabiliter viro Dei conqueretur, ille *eidem ſcribuntur ab Epiſcopo Auguſtenſi miracula* *ſedati belli inteſtini Vercellis,* F *furti detecti Papiæ,*

A ille plurimum conſternatus, & furtum deteſtatus, oculos ad cælos levavit. Ceterum divina providentia quæ nil impunitum relinquit, & arcana in lucem aperit, ipſam mulierem cæcitate percuſſit; ita quod cum egredi eccleſiam undique attentaret, & multæ ibi eſſent januæ apertæ, intrinſecus luſtrando & gyrando quaſi demens & aliena exire non valebat. Denudato igitur furto & reſtituto, confeſſa eſt coram omnibus, quod virtute viri Dei, egreſſus eccleſiæ penitus ei denegabatur. Poſtmodum vir Dei Bononiam veniens, à cunctis civibus honorifice ſuſceptus eſt. Porro Joannes *f* Bononienſis Epiſcopus gravi dolore capitis laborans, virum Dei, ut caput ſuum palparet & benediceret, ſtudioſius rogavit, & ad tactum ejus feſtinatum ſenſit remedium, ſicut pluribus ipſe Joannes confeſſus eſt. In eadem civitate, in eccleſia S. Felicis, monachus ſenex officio oculorum fere per ſeptennium deſtitutus erat: quem alii monachi Fratres ſui ad virum Dei adducentes, & inſtanter orantes ut manum ei imponeret; homo Dei aliquantulum commotus & conſternatus ad inſtantiam precum ipſorum, propria ſaliva oculos ipſius ſenis in modum Crucis delinivit, ſicque ad propriam domum remiſit. Mane autem facto cum vir Dei Miſſarum ſolennia in civitate ageret, memorati monachi dictum ſenem reſtituto lumine, cum grandi ſtrepitu & caterva cleri & populi, in eccleſiam adduxerunt, Deo & homini Dei ſuper his copioſas grates referentes. In argumentum autem reſtituti luminis ipſum monachum, clare & bene legentem etiam gracilem ſcripturam, vidimus. Illud autem non prætermittendum cenſuimus, quod cum à nobilibus & potentibus terræ ſtiparetur, & propenſius honoraretur, ne in culmine poſitus vitium elationis & arrogantiæ incurreret; opportunitate captata, ſeorſim recedebat; & in terram cum lacrymis orando proſtratus, conditionem & originem ſuam, & miſeriam hominis ad memoriam revocabat, & cum plurima humilitate, foris diſſimulata cordis contritione, revertebatur.

cephalalgia curata,

& cæci illuminati Bononiæ.

B

ANNOTATA.

a *Adſcriptum erat*, Lucium III, antequam hæ litteræ præſentarentur, obiiſſe, *quod contigit* 25 *Novembris anno* 1185, *ſcilicet anno* 10 *poſt obitum S. Petri. Succeſſerunt* Urbanus III *eodem anno*, Gregorius VIII *an.*1187 Clemens III *an.*1188 *apud quos nihil ſcitur actum, forte quia pauco tempore ſederunt.*

b Bernardus, *ſucceſſit Petro, in Epiſcopum Atrebatenſem electo, de quo ſupra actum, anno* 1183.

C c Cæleſtinus III *electus* 14 *Aprilis anni* 1191, *mortuus* 8 *Ianuarii anni* 1198.

d *Supra indicavimus more iſtius ævi nomina Abbatum per* A *&* H *loco* Alexandri *&* Henrici *fuiſſe notata, ita & hic, potuit per* G *ſive* W *factum fuiſſe, & quia Bernardo Abbati ſucceſſit* Guilielmus *ſive* Wilhelmus, *hujus nomen appoſitum eſſe, ſed hunc ejuſque ſucceſſorem Petrum mortuos fuiſſe, eiſque ſubrogatum* Guidonem *à Clemente* 3 *anno* 1190 *Cardinalem creatum tradit Manrique ad an.*1183 *cap.*1 *num.*4. *Faſſus nihil certi conſtare de tempore quo dicti Abbates fuerunt. Quid ſi etium ipſe ordo Abbatum fuerit immutatus? & dicto* Guidoni *Cardinali creato ſucceſſerit* Guilielmus, *& aliquot annis rexerit, cui* Guido *ſecundus ſubrogatus eſt, qui anno* 1199 *ab Alphonſo Rege evocatus in Hiſpaniam venit, & poſtea anno* 1202 *factus Epiſcopus Cardinalis Præneſtinus, à priori* Guidone *à pluribus non eſt diſtinctus? Quid ſi eodem modo varia apud Manrique ab Abbate Ciſtercienſi peracta, & nullius nomine expreſſo lecta, ſint tributa dicto* Guidoni, *& ſint à* Wilhelmo *facta? Ita hoc inſtrumentum hactenus ineditum in ſuo vigore conſiſteret, quod ipſi Ordini Ciſtercienſi diſcutiendum relinquimus.*

e Walbertus *ſive* Walpertus, *Epiſcopus* Auguſtæ Prætoriæ *ſub Archiepiſcopo Tarentaſienſi, ſedit anno* 1186, *cui ſucceſſor Germanus, non anno* 1189, *ut numeris inverſis apud Vghellum & alios legitur, ſed anno* 1198 *præfuiſſe dicendus.* PER GAUFRID. AB. EX MSS.

f Joannes *hujus nominis* v *Bononienſis Epiſcopus ab anno* 1161 *ad* 1188.

BULLA CANONIZATIONIS

Cæleſtinus Papa III univerſis Prælatis Eccleſiarum ſuper Canonizatione S. Petri Tarentaſienſis Archiepiſcopi, & confirmatione libri vitæ ipſius, & miraculorum & ejuſdem annua ſolennitate.

CÆleſtinus Epiſcopus, Servus ſervorum Dei, venerabilibus Fratribus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, & ceteris Eccleſiarum Prælatis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Divinæ laudis gloriam circa ſacratiſſimam Sanctorum memoriam univerſis mortalibus admirandam, tam ſingulariter quam communiter aſſiduis præconiis, ſed præcipue diebus memorialibus ſeu feſtivis ſolennitatibus extollendam, univerſitatis Conditor inviſibilis, quibuſdam viſibilibus ſignis, veluti quibuſdam fulgoribus ſeu tonitruis, per diverſa, non tamen adverſa, ſed potius conſona Scripturæ ſacræ teſtimonia manifeſtat, edocet & confirmat; dum de ipſo, qui eſt ſine fine laudabilis, & in omnibus ſuis operibus admirabilis, voce Davidica nuntiatur, Laudate Dominum in Sanctis ejus. Et illo: Mirabilis Deus in Sanctis ſuis. Et de ipſis Sanctis ſub quadam admiratione Prophetico ſermone proponitur: Qui ſunt iſti qui ut nubes volant? &c. Et cum ſit idem optimus & infinitus, innumerabiles volens habere de quibus debeat collaudari, ſicuti ab æterno ſecundum ſuæ potentiæ divitias ordinavit, Sanctis Sanctos aggregat & adjungit, ut innuitur in ipſius laudis abundantiam redundare dum dicit; Laudate eum ſecundum multitudinem magnitudinis ejus. Quod autem in Sanctis quaſi ſpecialiter ſe laudabilem exhibet, & in eis mirabilis invenitur, in ipſorum doctrina fructifera & operatione ſalubri miracula concedendo, & eorum numerum augmentando; ad noſtram procul dubio, ſi diligenter velimus attendere, noſcitur pertinere ſalutem. Et tanto majori devotione debemus cognoſcere, quod in ſervis ſuis ad noſtræ ſalutis augmentum omnipotens Deus operatur, prout in ſimilibus Patres noſtri commendabiliter & pie feciſſe noſcuntur, quanto major fructus indubitanter creditur affuturus.

Cæleſtinus PP. III

Psal. 50. 1 & 87. 36.

ad majorem Dei gloriam

E

F

Sane intelleximus ex quodam reſcripto felicis recordationis Lucii Papa prædeceſſoris noſtri, quod ab eo per duos Abbates Ordinis Ciſtercienſis, viros providos & diſcretos, & in ſancta religione probatos, humiliter & inſtanter exparte ipſius Ordinis fuerit poſtulatum, ut beatæ recordationis Petrum quondam Tarentaſienſem Archiepiſcopum canonizare deberet. Qui petitioni ſibi porrectæ placitum præbuiſſet aſſenſum, niſi quædam temporum & rerum incommoditas facultatem tunc poſtulati operis denegaſſet. Nec de ipſius ullatenus meritis dubitavit: ſed nihil eo tempore de miraculis & converſatione ipſius aliquibus fuerat litteris annotatum: & decuit Fratrem poſtulato communitatis conſilio differre, mandans ut de actibus & converſatione memorati Patris, ea quæ certa eſſent interim redigerentur in ſcriptis; ut cum tempus opportunum adeſſet, Eccleſia Dei certam & indubitabilem firmitatem haberet, cui circa ea quę petita fuerant concedenda ſecurius &

poſt lectam juſſu Lucii ſcriptam Vitam,

PERGAU-FRID AB. EX MSS. *S. Petrum canonizans*

ducialius posset inniti. Quoniam ergo, juxta jam dictum præfati Prædecessoris nostri mandatum, ea quæ Beatus ille vir virtutibus emicans gessit in vita; & miracula, quæ Deus per ipsum post ipsius obitum operatus est, collecta sunt fideliter & redacta in scriptum, quod multorum testimonio commendatum reddimus comprobatum; Cum de his per magnas & honestas personas, ut decebat fieri, simus redditi certiores, supradictæ petitioni nobis, quamquam immeritis, in Sede Apostolica residentibus, item ad Romanam Ecclesiam destinatæ, præbentes assensum; non tam pro supradicti Ordinis reverentia, cui libenter acquiescere dispositimus in omnibus piis & justis postulationibus; quam pro gloria Domini dilatanda; jam dictum memorabilem virum, de communi Fratrum meorum consilio, canonizavimus, & canonizatum universæ Ecclesiæ Dei per scripta Sedis Apostolicæ nuntiamus. Statuentes ut in universis ecclesiis seu monasteriis vestris, ipsius glorioſi Sancti, videlicet Perri quondam Tarentasiensis Archiepiscopi, veneranda memoria singulis annis, tertio Idus Septembris, quo glorioſum corpus ejus fuit de sepulchro cum pia devotione levatum, solenniter celebretur. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Sexto Idus Maji. Pontificatus nostri anno primo, Incarnationis vero Dominicæ Anno millesimo centesimo nonagesimo primo.

indulget ut festū transl. celebretur.

B

In eumdem modum, paucis immutatis vel additis, scriptum est Abbati & conventui Bellæ-vallis, similiter & universis Abbatibus Ord. Cisterc. D

Cælestinus Episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Abbati & Conventui Bellæ-vallis salutē & Apostolicam benedictionē. Divinæ laudis gloriam circa sacratissimam Sanctorum memoriam universis mortalibus admirandam &c. *Sicut supra usq;* statuentes ut in vestro & in universis vestri Ordinis monasteriis ipsius glorioſi, Sancti videlicet Petri, quondā Tarentasiensis Archiepiscopi venerāda memoria singulis annis tertio Idus Septembris, quo glorioſū corpus ejus fuit de sepulchro cum pia devotione levatū, solennitercelebretur. Adhæc cum divina misericordia vobis tantam concesserit gratiam, ut jam dictum pretioſum corpus in vestro monasterio requiescat; Universitatem vestrā attente monemus & propēlius exhortamur, ut ad ipsius pretioſi Sancti memoriā solēniter celebrandam usque adeo unanimiter intendatis, quod omnipotens Dominus in vestris actibus honoretur, & ex illius imitatione vobis æterni præmii cumulus augeatur, Ita quod auctore Domino manifeste possit agnosci, qualiter succus illius sanctæ radicis atque doctrina in ramorum fructibus maneat & ferveturDatum Romæ apud Sanctum Petrum, sexto Idus Maji. Pontificatus nostri anno primo. E

idem altera Bulla confirmatur.

DE BEATO AMATO
SALVDECII IN AGRO ITALIÆ ARIMINENSI.

D. P.

CIRCA AN. MCC.

Vita incendio amissa

SAludecium oppidum est agri Ariminensis, intra montis Apennini radices ad XV millia passuum distans, Saludez vulgo dictum. Quo in loco S. Amatus vixit & obiit, locique Tutelaris habetur, relatus à Ferrario in Catalogo generali his verbis: Saludecii in Æmilia S. Amati Confessoris. *Vitam ejus credebant, qui vivebant initio seculi* XV, *seniores loci, ibidem olim scriptam extitisse, una cum ejus miraculis, sed conflagrante sacristia (cujus incendii annus non proditur) cum aliis scripturis fuisse exustam. Seculo certe jam dicto finiente testatur illius ecclesiæ Archipresbyter Iacobus Antonius Modesti, flammarum vestigia conspici potuisse in trabibus tectoque majoris capellæ, etiam tunc semiustis: additque Mag. Sebastianum Sericum (cui amita sua D. Bartholomæa Modesti, sui quondam patris Mag. Sebastiani soror, juncta matrimonio fuerat) eamdem ex traditione & seniorum relatu renovandam suscepisse, in gratiam Magistri Francisci Modesti, sui item patrui, cui propositum fuerat eamdem vitam versu Heroico reddere. Hac autem ex causa factum videtur, quod cum auctor jussisset transcribi reponendam in arca ipsius sancti corporis, moras nectente Poëta illo aut etiam morte prævento, ipsam Serici autographum hæsit inter Francisci schedas jam inde ab anno* MDXVIII, *quo ipsi illud missum erat, usque ad* MDXCVIII, *quo idem reperit prædictus utriusque nepos Iacobus Antonius dedicatum Episcopo Ariminensi Simoni Bonadies Hic autem anno* MDXI *factus Episcopus obierat ipso anno* MDXVIII IV *Idus Ianuarii uti scribit Vghellus: & verisimile est aliquanto prius Vitam scriptam, quam Venetias ad predictum Mag. Franciscum transcribenda mitteretur, uti habet addita ad calcem Epistola, data* V *Idus Iunii, anni ejusdem. Inventam porro Italice mox reddidit ipse Iacobus Antonius, & sequenti anno* MDXCIX *imprimendam curavit Arimini: ubi rursum prælo subjecta fuit anno* MDCX, *unde eam habemus. Sed longe pluris facimus ipsius latinæ Vitæ fidelissimum & antiquum exemplar anno* MDCLX *accepisse ab Ariminensis Collegii nostri Rectore Francio Via. Fuit enim auctor, uti ex stylo apparet, revera qualem suus nepos laudat, vir magni judicii, singularis doctrinæ & exemplaris vitæ: cujus scriptum si nactus fuisset Ferrarius, qui ex Italica dumtaxat vita elogium huic Beato texuit, invenisset haud obscuram ejus quo hic vixit temporis demonstrationem, quam Italicus interpres velut minus necessariam neglexit. Per maximam enim verosimilitudinem probat auctor noster, beati viri exitum circa annum* MCC *accidisse. Quæ porro ad cultum antiquum & hodiernum explicandum attinent, tam clare in Vita explicantur omnia, ut pluribus de eo præfari non sit opus.*

Latina ex autographo datur.

C

ex majorum relatu restauratur ante annum 1518,

& Italice versa editur an. 1599.

EPISTOLA DEDICATORIA

Sebastianus Sericus Saludecienſis Reverendo in Christo Patri, Domino Simoni Bonadies, Episcopo Ariminensi S.D. F

Cur hanc ei Vitam offerat prius

1 SIngularis tua, præstantissime Pater, in omnes humanitas, amorque in patriam nostram præcipuus, quotidie adigunt me, ut, si quod meæ in te benevolentiæ argumentum vigiliis laboribusque meis edere possim, nihil prætermittam. Sed diu multumque dubitanti, quonam demum scriptorum genere mihi præstantiam tuam liceret demereri; obtulit sese Beati Amati historia, quam post reditum nostrum in patriam crassiore stylo de industria nuper composui: Sanctorum siquidem res gestæ simplici potius quadam veritate, quam verborum fastu ac lenocinio exornantur. Rem igitur magis gratam me tibi facturum existimavi, quam siquod profanum carmē aut Xenophontis Paralipomenon (quod adolescens exercendi ingenii causa è Græco in Latinum converti) nomini tuo dicassem. Tametsi eloquentissimi viri rerum Græcarum, quas Thucydides Athenienſis morte præventus omisit, historia adeo varia multiplexque reperiatur, ut facundissimum quemque

quam xenophontis Paralipomena olim à se Latinitati donata.

A quemque interpretem poſſit exercere. Nam cum ſanctiſſimos mores tuos, antiquamque in primitiva, ut ita dixerim, Eccleſia Epiſcoporum vivendi normam, neſcio quo fato extinctam, in te uno noſtris temporibus in lucem revocatam conſidero; ab his quæ à vitæ tuæ inſtitutis minime abhorrent, veluti epulis delicatiori ſtomacho magis convenientibus auſpicandum duxi; ut eis tamquam domeſticis invitatus, ad cetera fortaſſis, & ea quidem ab ingenio tuo, omni doctrina atque eruditione ornatiſſimo, non aliena, promptiore animo poſſis accedere. Accipe igitur, præſtantiſſime Pater, munuſculum hoc, ſempiternum meæ in te obſervantiæ, tuæque in patriam meam benevolentiæ teſtimonium: incipiatque B. Amati Vita ſub clariſſimo nomine tuo, tam noſtri temporis hominibus, quam deinceps poſteris innoteſcere. Vale, Salutdecienſeſque tuos, qua ſolitus es, humanitate proſequere.

PROLOGUS.

Rerũ præteritarum memoria incertior primum.

B 2 CUm litterarum uſus inter mortales nondum eſſet repertus, memoria rerum geſtarum, ad bene beateque vivendum maxime neceſſaria, non facile ſervabatur. Quippe qui ceteris longioris ætatis beneficio anteirent, partim quæ ipſi juniores ab aliis ejuſdem fortunæ hominibus acceperant, partim quæ ipſimet vidiſſent, poſteris commemorabant. Hinc fiebat ut unuſquiſque nimio eatum affectu aut his quæ acciderant multa & quidem falſa adderent, aut (ut plerumque hominum ſunt ingenia) [majorum facta] tamquam ab eorum ſtudiis abhorrentia, pro incertis audientibus exponerent. Sed poſtquam humano generi præclarum munus litterarum divinitus traditum eſt; cœperunt homines, quas ſibi majores recenſuiſſent res geſtas litterarum monumentis fidelius demandare. Nam quæ diuturniora futura ſunt multiſque ſeculis duratura, ſelectiori ſtudio majorique induſtria confici ſolent, eo maxime quod ſincerum poſteritatis ſunt judicium ſubitura. Cumque viderentur qui facta aliorum copioſe ſcriberent, non mediocrem gloriam conſecuti, ſcriptorum ingens copia emanavit. Alii ſiquidem Regum aut populorum cum domi tum foris præclara facinora ſcribere adorſi, non modo eos quorum facta dictis executi ſunt; verum etiam dicendi copia atque orationis venuſtate ſeipſos immortales effecerunt. Fuere nonnulli qui vitam & mores Philoſophorum, potius quam res bellicas, complecti maluerunt; rati ſe eo ſcribendi genere, quod totum ad vitæ inſtitutionem pertineret, communi utilitati poſſe magis conſulere: idque non injuria. Excitantur enim homines, nati ad virtutem capeſſendam, præſtantiſſimorum virorum exemplis: nemoque eſt, niſi vitiis perditus, qui dum aliquod recte factum legit, aut præclare geſta alicujus audit, non laudet, non extollat, non admiretur, denique ſibi pro viribus imitanda non proponat: unde Marcus Tullius Cicero, hiſtoriam vitæ magiſtram non immerito appellat.

per inventas publico bono litteras certior haberi cœpit,

& Regum ac Philoſophorum Vitæ ſcribi:

C

quæ ut multum ad mores formandos proſint,

3 Verum is mihi demum hoc ſcribendi negotio recte uti videtur, qui Sanctorum Dei vitam & mores illuſtrare conatur. Regum enim & gentium multæ & præclariſſimæ res geſtæ à ſcriptoribus memorantur; ſed nonnullorum inſpicere eſt ebrietates, aliquorum monſtruoſas libidines, inauditam multorum feritatem; ita ut ſi optima eorum inſtituta imitari cupias, multitudine vitiorum graviſſime offendaris: ſolent ſiquidem Regum magnas virtutes maxima vitia plerumque comitari. Quid de Philoſophorum vita & moribus dicam, quos tantopere ſuſpicit & admiratur antiquitas? Illi etenim, ut populorum & multitudinis imperitæ laudationes ineptas & plauſus aucuparentur, divitias, quibus aliquando abundarunt, velut earum contemptores, inutiliter contempſerunt: ſicut Crates ille Thebanus, homo quondam ditiſſimus, cum ad philoſophandum Athenas pergeret, magnum auri pondus abjecit, inquiens, ſe non poſſe & virtutes & divitias ſimul poſſidere. Alius cum Epheſi quoſdam ditiſſimos juvenes, ejus ſapientiæ ſectatores, ut coram populo in contemptum divitiarum pretioſiſſimas gemmas frangerent, impuliſſet; inanis gloriæ & vaniſſimæ jactantiæ ab Joanne Euangeliſta merito fuit reprehenſus; deinde cum divina ope in priſtinum ſtatum fractas gemmas Apoſtolus Dei redegiſſet, ingenti miraculo motus, relictis gentilium præſtigiis veram ſummi omnium Conditoris religionem amplexus eſt. A SEBAST. SERICO EX MS.

magis idem in Vitâ Sanctorũ.

4 At Sancti Dei, non projectis ob inanem gloriam divitiis, ſed illis pauperibus erogatis; non ſuffarcinati auro (ut Hieronymi verbis utar) Chriſtum pauperem ſecuti, per fidem; ut Paulus inquit, vicerunt regna, adepti ſunt repromiſſiones, obturaverunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, effugerunt aciem gladii, convaluerunt de infirmitate, fortes facti ſunt in bello, caſtra verterunt exterorum: & cum per omnia manſerint incorrupti, nobis iter ad illam æternitatis ſedem, quam Dominus noſter diligentibus ſe præparavit, aperuerunt. Quidnam igitur humano generi melius, quid utilius dici aut excogitari poteſt? quid etiam memoratis dignius mandari litteris? quid, quod magis poſteritati conſulat; habemus; quam Sanctorum doctrinam, inſtitutionem, perſecutiones & miracula? Heb. 11, 33. E

Id quidem in S. Amato difficile,

5 Igitur operæ pretium me facturum exiſtimavi, vitam B. Amati, qui jam multorum annorum miraculis refulget, pro viribus recenſere. Nam cum ſanctiſſimum illius corpus apud nos in D. Blaſii eccleſia, pro loci facultate, ſumma veneratione cuſtodiatur; indignum prope fuit uſque ad noſtram ætatem inventum fuiſſe neminem, qui ſanctiſſimi viri memoriam litteris, vel ſaltem rudibus, illuſtraret: præſertim cum ejus meritis atque apud Deum interceſſione, patriam noſtram multa evaſiſſe pericula pro certo habeatur: tametſi parentum ævo ipſius vitæ hiſtoriam litteris mandatam, ut pleraque alia eccleſiæ noſtræ, incendio abſumptam multi aſſerant. Scio rem me aggreſſum perdifficilem ac multorum reprehenſionibus obnoxiam, quia nihil certi adſit quod ſequi valeam. Nam cum exploratum ſit prope annum trecenteſimum abiiſſe, ex quo B. Amatus in humanis fuiſſe comperiatur, nullaque extent de ipſo monumenta; dicet aliquis, Quis tam levis futurus qui aliquid de viro illo, licet ſanctiſſimo, homini noſtræ ætatis aſſerenti credendum fore arbitretur? Is ſi animo voluret quæ à principio præfati ſumus, & quonam pacto memoria rerum geſtarum, in primo vitæ mortalium exordio, per quamdam ſucceſſionem ſervata eſt, velut per hominum manus ad poſteros demandata; profecto laborem noſtrum non improbabit, qui à majoribus noſtris accepta, & nobis pueris ſæpius memorata, de ſanctiſſimo viro, litteris mandare ſtudemus: ad quod accenſi ſumus, quia ejus ſuffragium nobis in laboribus noſtris maximiſque periculis non defuiſſe ſæpenumero experti ſumus. Sacris deinde litteris traditum eſt, Non recedet memoria juſti, & nomen ejus requirerur à generatione in generationem. Sed jam ad inſtitutum noſtrum accedamus. *perditis incendio monumentis,* F *non tamen omnino negligendum.* Eccl. 39, 13

Titulos Capitum, quibus diſtinguebatur hæc Vita, dum eam nos more noſtro partimur, hic deſcriptos accipe.

CAPUT I. Ex qua patria B. Amatus ortus fuiſſe perhibetur.

II De tempore vitæ ipſius B. Amati & quibus annis natus dicatur.

A SEBAST. SERICO EX MS.

III Quibus parentibus & ex qua familia natus dicatur.
IV De domicilio & victu & cultu corporis ipsius.
V De ludibrio quod perpessus est partim à suis, partim ab alienis.
VI De persecutione ejus & infamia illi falso irrogata.
VII De nonnullis aliis ejus miraculis & signis sanctitatem ipsius manifestam facientibus.
VIII De ejus itineribus & peregrinationibus, deque eorum causa.
IX De statura ejus.
X De morte & sepultura ejus.
XI De miraculis quæ post ejus mortem apparuerunt.
XII De translatione corporis ipsius in templum D. Blasii ubi in ejus honore sacellum extructum est.
XIII De variis ejus miraculis, diversis temporibus celebratis, prout à majoribus relata fuere.
XIV De nonnullis miraculis, quæ nostra ætate & memoria fuere.

CAPUT I.

B *B. Amati patria, genus, vitæ rigor: contemptus tolerantia, & innocentia.*

Saludecii situs

6 SAludecienſem natione fuiſſe B. Amatum, inter omnes, quos unquam de ipſo audivi loquentes, ſatis conſtat. Eſt enim Saludecium oppidum in Flaminia provincia in collibus, inter Cruſtronium & Iſaurum fluvios ſitum, à mari ſupero paſſuum circiter quinque millia diſtans, ſaluberrimo cælo atque ſatis ubere ſolo præditum, à ſalute Decii ut quidam noſtri temporis Vates non ignobilis (cujus nomen ideo ſubticio, ne meis nimium videar favere, cum propediem ætas noſtra miris illum ſit laudibus proſecutura) ſuo carmine elegantiſſimo expreſſit, derivatum. Nam cum Publius Decius Conſul adverſus Umbros & Samnites bellum gereret, in quo patris veſtigia ſecutus demum ſe pro patria devovit; ad id loci cum parte copiarum delatus, ab impetu Ciſalpinorum Gallorum, qui Umbris & Hetruſcis auxilio venerant, ſe atque exercitum incolumem ſervavit. Sunt etiam qui dicant, à Decio Bruto, ibi diutius contra Antonianos ſatellites defenſo, nomen inditum fuiſſe: qui cum Marcum Antonium, patriæ hoſtem judicatum, juſſu Senatus inſequeretur; à legionibus ſuis derelictus, tandem in hoſtium poteſtatem devenit, juſſuque Antonii à Capeno Sequano fuit interemptus. Alii aſſerunt univerſam eam regionem olim fuiſſe ſaltus & paſcua familiæ Deciorum, inde Saludecium, quaſi Saltus-Decii dictum. Mihi in tam variis hominum de hac re ſententiis libet affirmare, à Deciis omnino oppidum fuiſſe nominatum, ſive quia domeſtica illius familiæ ibi fuerint monumenta, ſive quocumque alio modo acciderit ut ab eis nomen ejuſmodi fuerit ſortitum. Illud vero præ ceteris obſervari, quod in Saludecienſi agro, & præſertim in campeſtribus locis, plures Deciorum repertas imagines, ex diverſo ære conflatas, inſpexi. Sed de hac re pluribus fortaſſe quam neceſſe fuit. Itaque ad B. Amati vitam explicandam revertamur, & primum quibus temporibus vixerit enarremus.

& nomenclatura.

C

Ibi circa an. 1200 natus B. matus

7 Anno ſalutis noſtræ ducenteſimo ſupra milleſimum in humanis B. Amatum fuiſſe, conjectare libet: certi ſiquidem quod ſequi valeam nihil habeo; præterquam quod adhuc puer Joannem Jacobi Auguſtini, avum meum maternum, ſæpius memorantem audivi, quod ipſi in eadem ætate exiſtenti (centeſimum enim quartum complevit annum) Sanctes Ferri, avus ejus, vir annoſiſſimus, narravit, habuiſſe aviam maternam ſenio confectam, quæ diceret ſe adoleſcentulam matrem habuiſſe, cujus avia viderat B. Amatum, eo tempore quo Saludecium oppidum in monte, ubi nunc eccleſia D. Blaſii veteſtiſſima inſpicitur, ſitum erat; multaque referebat ipſius viventis miracula, & mira quæ poſt mortem ejus apparuerunt ſigna. Quod autem ibi oppidum conditum aliquando fuerit, titulus in primis eccleſiæ, in hanc noſtram præſentem tranſlatus, ſatis docet, & vicus juxta montem illum poſitus, qui adhuc vulgo ſuburbium vetus nuncupatur. Itaque ſi Sanctis Ferri longiſſimam ætatem, deinde aviæ ipſius, ſimul cum matris, cujus avia B. Amati vixit temporibus, annos connumeres; poſtmodum avi mei ſenectutem, noſtra ætate pene incredibilem, contempleris; annum fere trecenteſimum, quo vir ſanctiſſimus onera carnis depoſuit, abiiſſe reperies. In hancque ſententiam facilius trahor, quod quædam tabellionum documenta, ſupra ducenteſimum annum reperta, & à me lecta, agrorum Xenodochii B. Amati, dum in eis latera citantur, apertiſſimam faciunt mentionem: ex quibus beatiſſimi viri memoria tunc temporis apparet fuiſſe inveterata.

D

E

8 Honeſtiſſimis parentibus pro oppidi fortuna ortum fuiſſe, ſatis conſtat. Audivi quoſdam aſſerere ex Marchinorum, alios ex Ronchorum familia natum: ſed illud mihi, ut pleraque alia, ſemper incertum fuit. Verum inter omnes, à quibus beatiſſimi viri memoriam accepimus, convenit, parentes habuiſſe in hoc oppido primarios, qui ceteris opibus non inferiores fuere. Patris nomen haud mihi exploratum eſt: matri Sanctæ, deinde diminuto vocabulo, ut moris eſt in his regionibus, Sanctucciæ nomen fuiſſe, perhibent quidam. Fratrem habuit natu grandiorem, Hieronymum vocitatum: is cerdo fuit: ſororem vero, Claram nomine, quæ vitæ ſanctimonia fratrem imitata perpetuam Deo vovit virginitatem. Is puer amiſſo patre, ſub matris, mox fratris tutela & cura permanſit. Frater uxorem, ſatis pro loci facultate opulentam acceperat. Ea ſecum ſororem parvulam ad Hieronymum maritum traduxit, eo ſiquidem animo, ut B. Amato, cum ad legitimam ætatem ambo perveniſſent, uxorem adjungeret.

parentibus honeſtis.

quibus in pueritia orbatus

paratas ſibi à fratris uxore nupt. tias averſatur:

9 Sed is adoleſcens effectus animum alio adjecerat: quippe orationibus & crebris jejuniis intentus, calcatis hujus mundi illecebris, totum ſe religioni tradidit; ut de eo quod Sapientiæ XXXIX Capite ſcriptum eſt dici poſſit, Juſtus cor ſuum tradidit ad vigilandum diluculo, ad Dominum qui fecit illum, & in conſpectu Altiſſimi deprecabitur: aperiet os ſuum in oratione, & pro delictis ſuis deprecabitur. Hinc factum eſt ut cum nuptias ſororis averſantem fratris uxor animadverteret, B. Amatum implacabili odio perſequeretur, eumque in dies (ut ſunt mulierum ingenia) apud Hieronymum maritum inertiæ ac ſocordiæ accuſaret. Nec Hieronymi mores ſanctiſſimo viro ſatis placebant, qui æternæ ſalutis immemor, opibus congregandis tantummodo ſtudebat. Morum ſiquidem ſimilitudo amicitiam, diſſimilitudo odium plerumque parere conſuevit. Itaque quo liberius Deo ſerviret, ſimul odio domeſtico cederet, à fratre receſſit.

F

ideoque ab iisdiſcedēs,

10 Diviſis cum fratre opibus paternis, domicilium, quod poſtmodum xenodochium B. Amati ſeu Hoſpitale dictum eſt, ſibi conſtituit. Sunt qui dicunt paternam fuiſſe domum, quæ ſibi in diviſione hereditatis obtigit. Alii tradunt poſt reditum ex Galicia ultimum (nam quater ad D. Jacobi Apoſtoli ædem profectus eſt) domunculam illum ædificaſſe penes Orcearium montem, quo magis pauperibus excipiendis eſſet expoſita, in frequentiſſima via ſitam.

auſteram & laborioſam vitam orditur:

A tam. Ibi igitur adhuc juvenis & in viridi ætate conſtitutus, victum opera locando quæritans, quod ex agris percipiebat id totum quotidie pauperibus clam trogabat: cum interim maximis jejuniis & crebris vigiliis corpus maceraret affligeretque. Nam inter cetera carnibus perpetuo abſtinuiſſe memoratur, oleribus fere & herbarum radicibus veſci ſemper ſolitus. Quin etiam ut carnis incendia extingueret, averteretque libidinis ſtimulos, flagello ferreo, quod adhuc in ejus arca inſpicitur, hora quaſi tertia, qua Dominus noſter Jeſus Chriſtus pro noſtra omniumque ſalute à Judæis atrociſſime verberatus eſt, ſeipſum cedebat, memoriam Dominicæ paſſionis, ut animo, ita corpore ſecum gerens. Semel in die, toto fere vitæ ejus tempore, & id poſt horam nonam, cibum ſumere conſuevit. Cultu corporis aſperiore intrinſecus, quo magis quid animo verſaretur hominis lateret, uſus eſt, interiore quidem tunica cilicio intertexta, intrinſeca vero ex parte viliori, quo monaſticæ profeſſionis religioſiſſimi viri utuntur, & ea uſque ad talos deducta induebatur. Superna erat veſtimentum, utrimque à dextris & ſiniſtris apertum, quod pallii vicem gerens, tunicam exteriorem ad pedes uſque tegebat.

victu ac veſtitu rudi contentus

B 11 Cum igitur B. Amatus, juxta illud documentum Apoſtoli, exhibuiſſet corpus ſuum, hoſtiam viventem, ſanctam, Deo placentem, rationabile obſequium ſuum; & nollet conformari huic ſeculo; ab ejus amatoribus ludibrio haberi cœpit, ita ut fere ab omnibus fatuus exiſtimaretur. Quos enim mundus odit eos pariter negligit & ridiculos facit, divina atteſtante ſcriptura, dum de Sanctis Dei in alia vita exiſtentibus loquitur: Hi ſunt quos in deriſum habuimus aliquando, & quorum vitam inſaniam reputavimus. Auxerat hanc populi opinionem fratris quotidianus ſermo, nec non uxoris ipſius procax lingua, de ſancto viro adhuc juvene obloquentium. Ea ſiquidem (ut leve eſt muliebre ingenium, & ad deridendum maxime proclive) inter cetera ludibria quæ quotidie in ipſum meditabatur, Piſſentúnega vocitare illum conſuevit, ex longiore veſtimento, quo uſum fuiſſe diximus, novam deriſionem commenta. Inde ceteri mulierem imitati, multos annos nullo alio nomine ſanctũ virum nuncupaverunt. At ille, qui ab ineunte ætate D. N. Jeſum Chriſtum induerat, ineptæ multitudinis deriſiones incredibili patientia tolerabat, ita ut plerique à principio valde mirarentur & obſtupeſcerent; ſed poſtmodum, cum maledictis & deriſionibus hominum nihil moveretur, ſtupori atque inſipientiæ adſcriberent. Manſit itaque aliquot annos cum hac vulgi opinione, jejuniis & orationibus ſerviens Deo die ac nocte.

& pro fatuo habitus. Rom. 12, 1

C

CAPUT II

Sanctitas & innocentia B. Amati cælitus declarata: peregrinatio, obitus.

Sanctitas ejus revelatur

12 SEd diutius viri ſanctitas latere non potuit, nec paſſus eſt Deus optimus maximuſque ſervum ſuum à ſtolidiſſimis hominibus longiori tempore contemni: ſed exaltavit illum (ſicut in Sapientiæ libro ſcriptum eſt) apud proximos ſuos, & nomine æterno hereditavit illum Dominus Deus noſter. Nam cum forte quodam die cum pleriſque agrum coleret (ſolitus ſiquidem erat, ut ſupra dixi, operam locare, unde ſibi victum compararet, erogatis fructibus, quos ex paternis agris percipiebat, Chriſti pauperibus) ſumpſiſſetque cibum hora nona, ut conſueverat; ad Deo gratias agendum ſeorſim ab aliis profectus eſt. Ibi cum diutius præter ſolitum moraretur, agri Dominus filium ſuum, adhuc in tenera ætate conſtitutum, miſit, ut quidnam rerum Sanctus Dei ageret intueretur. Is poſtquam ad locum acceſſit, ſilvulam illam, ubi B. Amatus orationi vacabat, ingenti ſplendore circumfuſam aſpexit, nec non elatum in ſublime à terra orantem animadvertit. Quem vir Dei cum vidiſſet rei novitate obſtupentem, paratumque ad ceteros curſum arripere, ut viſionem illam patefaceret; blando ſermone ab inceptо revocavit; rogans atque obteſtans ut nemini diceret; multo quippe majora eſſe quæ Deus diligentibus præparaſſet. Cumque iſta loqueretur, auditus eſt ab adoleſcente ſuaviſſimus Angelorum cantus, laudantium ac benedicentium Deum. Tunc ambo ad agriculturæ opus reverſi ſunt. Diſſimulavit tunc adoleſcens, ut Sancto Dei gratificaretur, quod conſpexerat. Sed paulo poſt parentibus ſuis quæ viderat ipſe clam expoſuit: qui & ipſi, ut ſunt hominum mores & ingenia, multis rem iſtam diſſeminarunt.

Sap. 5, 3

A SEBAST. SERICO EX MS. *celeſti ſuperorantem lumine,* *& Angelico cantu:*

13 Poſtquam illa vulgi opinio de ſancti viri inſipientia mentibus hominum paulatim exceſſit, divina quidem, cujus nutu cuncta reguntur, diſponente providentia, & jam fere omnibus ſanctitas ejus erat manifeſta; ecce humana pravitas aliud invenit, quo viri Dei ſanctiſſimum nomen aliquo modo macularetur. Nam cum ſoror ipſius, Clara nomine, religioſiſſima mulier & ipſa expectans regnum Dei, fraternam domum quotidie frequentaret, exorta eſt ſuſpicio ne cum fratre male verſaretur: deinde rumor ingens excitatus, quem auxerat Hieronymus frater, & uxoris ejus procaciſſima lingua. Proſequebantur enim implacabili odio, ut ſupra diximus, ab initio B. Amatum, paulo poſt & ſororem, fratris veſtigia eam ſequi cernentes: quos ſecuti populares fere omnes & vicini, ex diuturna commoratione ſuſpicati, rem pro certo affirmabant. Nec defuerunt delatores, qui Sanctum Dei ad oppidi Præfectum deferrent, falſoque inceſtus eos accuſarent. Nec mirum: inquit enim Apoſtolus ad Timotheum, Omnes qui volunt pie vivere in Chriſto Jeſu perſecutionem patiuntur.

E *ejuſdem adducti in ſuſpicionem ſtupri cum ſorore*

2 Tim. 3, 12

14 Præfectus igitur hac iniqua accuſatione ad ſe delata, publicum nuntium, ad citandum Sanctum Dei, propere miſit. Sed in fraude circumvenientium affuit illi Deus, & honeſtum fecit illum, & mendaces (ſicut ſcriptum eſt Sapientiæ Capite x) oſtendit qui maculaverunt eum, & dedit illi claritatem æternam Dominus Deus noſter. Nam cum nuntius domum perveniſſet; forte B. Amatus, neſcio quo profectus, domum reverſus eſt. Cum interim nuntius domi operiebatur, erat fere hora tertia, & ſol radios ex quadam feneſtra per opaca domus [tranſmittens] trabis ſpeciem efficiebat, [eique] ſuberat diſcus, ſuper quem vir Dei pallium ponere ſolitus fuerat: quod tunc, de nuntio nihil cogitans, vir Dei cum apoſuiſſet, remanſit in ſublime radiis ſolaribus detentum. Cujus rei miraculo motus nuntius, ad Præfectum propere rediit; rem omnem, uti geſta fuerat, exponit. Interim delata re Sancto Dei quod ad Præfectum accerſeretur; memor præcepti Principis Apoſtolorum, quod eſt, ſubjecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum, ſive Regi quaſi præcellenti, ſive Ducibus tamquam ab eo miſſis ad vindictam malorum, laudem vero bonorum; nulla inter poſita mora ad Præfectum accedit, quidnam ab ſe vellet petiturus. Præfectus ubi eum vidit, jam paulo ante de miraculo per nuntium certior factus, eum benigne allocutus, fingens ſe in aliud tempus quod quæreret differre, à ſe dimiſit.

F *& ad Præfectum delati innocentiæ* *probatur pallio ad ſolis radium appenſo.*

2 Pet. 2, 13

15 Et jam certiſſima de hominis ſanctitate opinio penes univerſum populum aderat, augebaturque indies variis ac certiſſimis argumentis: qui enim cum

A. SEBAST. SERMO EX MS. eo verſabatur, nihil niſi ſanctum, nihil niſi quod cæleſtia ſaperet ab ejus ore hauriebat, illud quod in Pſalmo legitur ſecutus, Docebo iniquos vias tuas & impii ad te convertentur. Forte die quadam Dominica, in diluculo, redeunti ab oratione, cui quotidie abſque ulla interpellatione incumbebat, factus eſt illi obviam adoleſcens: à quo ſalutatus cum conſedifſet, ipſum interrogavit, quonam gentium tenderet; iretne ad agendas gratias Deo, juxta illud, Adorabo ad templum ſanctum tuum in timore tuo; faſſus eſt ingenue adoleſcens errorem ſuum, ſe miſſum à patre ad agrum inſpiciendum ne à pecoribus devaſtaretur: Cui Sanctus Dei reſpondens, Inſpice, inquit, à ſiniſtra deorſum in ſubjectam vallem; videſne illos deambulantes, agroſque illos ambientes. Tum ille unum tantum ſe videre, ait; eratque oppidanus ſatis dives, qui avaritia inductus, quamprimum domo exibat campos viſere ſolebat, Dominici illius præcepti immemor, Primum quærite regnum Dei. Tum B. Amatus, Aſcende, ait, pauliſper, aſcende humeros meos, ut quam magna ſit Dei in impios juſtitia inſpicias. Cumque in ſublime elatus eſſet adoleſcens, exanimatus clamare cœpit, & rogare & obteſtari ut ſe deponeret, ſe non poſſe turpiſſimæ belluæ aſpectum ſuſtinere. Videbat ſiquidem alatam belluam, funiculo naribus avari illius alligato, per univerſos agri angulos eum trahere. Itaque depoſitum confeſtim humi adoleſcentem, valde perterritum, hortari cœpit, bono ut eſſet animo in Deo confidens: illum eſſe humani generis hoſtem, qui averſos à Dei caritate ad terrena homines, in ſua poteſtate, divina id permittente juſtitia, vinctos duceret: iret ipſe, & ſingulis diebus, ſin minus ſaltem diebus feſtis Deo dicatis, antequam ad alia diverteret negotia, Deo optimo preces porrigeret: ipſum eo die quo id feciſſet à diabolicis inſidiis & malorum dæmonum invidia tutiſſimum fore. Itaque indies majora miracula & prodigia edebantur.

Pſ. 50, 15

Pſ. 5, 8

Oſtendit dies Dominica avarum contemptorem

Mat. 6, 33

à dæmone fœde circumduci per agros ſuos:

B

16 Cum Arimino domum rediret, perveniſſetque ad Cruſtumium torrentem, (eſt enim Cruſtumium torrens, vulgares Concham appellant, labens ex Apenino per Feretri-montem, in Adriaticum mare decurrens: qui quo magis ad planitiem accedit eo latiori alveo defertur, montanis imbribus adeo excreſcens, ut tranſeuntes plerumque inundatio aquarum de improviſo opprimat: multique noſtra memoria in medio alveo deprehēſi, aquarum vorticibus abſorpti fuere) eo cum vir Dei perveniſſet, undique aquis circumventus, confeſtim ad auxilium divinum confugit. Nam ſigno ſalutiferæ Crucis ſibi facto, pallium ſuper aquas extendit: mox genibus flexis in eo procumbens, ad alteram ripam incolumis evaſit, ita ut aquis ne pallium quidem aſperſum eſſet. Aderat accolarum ingens multitudo, qui ad ripas ad ſpectandum inundationes propius accedere ſoliti, primo timore imminentis periculi perculſi, paulo poſt ingenti miraculo obſtupuere, & infinitimis rem iſtam, uti geſta fuerat, divulgarunt.

torrentem periculoſe exundantē

C

ſtrato ſuper eum pallio tranſit:

17 Item dum quadam die rapas ſereret, revocatus domum propter pauperum Chriſti adventum, quos excipere hoſpitio ſolebat; cum quæreret quid eis in cibum præbere poſſet, ſorori ut in hortum ad legenda olera pergeret juſſit. Soror ei nihil aliud in hortulo eſſe quam rapas, quas ipſe eodem die ſeverat, reſpondit. Cui Sanctus Dei, Potens eſt, inquit, Deus, qui populum ſuum Iſraelem annos quadraginta in deſerto manna, id eſt, cæleſti cibo pavit, & aquam ex duriſſimo ſilice turbæ ſitienti eduxit; rapas eodem temporis momento ſatas producere: iret, & quidquid ſummi Dei nutu inveniret, ſecum afferret. Illa confeſtim rediens, rapas eximiæ magnitudinis, in horto, ubi paulo ante vir Dei ſeverat, repertas, attulit. Qua ex re hoſpites & advenæ illi, non mediocriter excitati, miraculum illud divulgarunt.

rapas ipſo quo ſeverat die legi jubet;

D

18 Diſſeminata per univerſam regionem viri Dei ſanctitate, primo admirationi, poſtmodum magno honori cunctis haberi cœpit: inde crebris hominum viſitationibus quotidie agitabatur. Confluebant ad ipſum non populares modo, ſed ex locis finitimis ingens multitudo. Itaque ſanctorum Patrum veſtigia ſecutus, qui ad vitandos ambitionis ſtimulos in magnas ſolitudines ſeceſſerunt, longis itineribus in remotiſſimas regiones profectus eſt, & præſertim ad D. Jacobi Apoſtoli ſedem quater perrexit. Cumque jam quinto eſſet iturus, è medio itinere ab Angelo revocatum domum ferunt rediiſſe. Sunt qui dicunt, *hoſpitale fundaſſe* ut ſupra diximus, poſt ultimam peregrinationem hoſpitium Chriſti pauperibus apud Orcearium montem, juxta viam publicam, ubi agillum habuit paternum, exædificaſſe, quod adhuc auctoris nomen ſervat, Hoſpitale B. Amati nominatum; & noſtra ætate divitiis, pro loci facultate, ſatis auctum, ad excipiendos pauperes expoſitum eſt.

à S. Iacobo quartum redux

19 Grandi potius ſtatura quam mediocri fuiſſe, ex ejus corporis inſpectione licet nobis intueri. Vultu oblongo & facie protenſa manſuetudinem & quamdam humilitatem præ ſe ferenti, venerando ac verendo aſpectu, ut à natura ad probitatem compoſitus videretur. Anno ætatis ſuæ ſexageſimo fere ſexto, ut ex factura totius corporis atque ex canicie inſpicitur, è vita deceſſit, teſtamento, quo pauperes Chriſti heredes inſtituit, condito: ſepultuſque eſt in æde D. Blaſii vetuſtiſſima, ſub fornice, poſt altare quod primum ingredientibus templum occurrit: ſeu quia id ſepulcrum avitum fuit, aut quia tunc homines, certiſſimam ſanctitatis ipſius opinionem habentes, locum illum ſepulturæ, ut auguſtiorem, delegerunt.

E

& circa ætatis an. 66 moritur.

CAPUT III.

B. Amati miracula poſt mortem.

20 SEpultus annos quatuor ibi permanſit, cum interim multi ad ejus ſepulcrum accedentes, à variis languoribus, & iiſdem graviſſimis, ſanarentur. Soror, quam diximus, fraterna ſecuta veſtigia, quæ Deo perpetuam virginitatem voverat, curſu vitæ functa, ſepelienda in fratris monumento deſtinatur. Detegitur ſepulcrum ut illud cadaver inferatur: quo aperto univerſum templum fragrantiſſimo odore repletum eſt. Inde B. Amati corpus cunctis accedentibus inſpiciendum apparuit. Sunt qui dicant, & pro certo à majoribus meis accepi, nullo id procurante, campanas, quæ prope templum erant, diutius inſonuiſſe. Univerſis præ miraculo ſtupentibus, ex univerſa regione ingens fit concurſus: multique ægri, ſanctiſſimi corporis tactu, confeſtim ſanati ſunt. Præfecti Ariminenſium, auditis ingentibus miraculis, continuo nuntios mittunt, jubentes corpus illud Ariminum deferri, nec ſatis tuto poterant per Saludecienſes tunc prohiberi. Cum igitur ſumma devotione corpus in area conditum, ſuper vehiculum, uti commodius à jumentis traheretur, eſſet impoſitum; confeſtim jumenta, cum Ariminum ducerentur, in tranſverſum ire cœperunt; nec ullo pacto, ut eo tenderent, ſtimulis aut verberibus poterant compelli: unde nuntii, religione moti ab incepto deſtiterunt.

& poſt annos 4 reteſtum corpus miraculis illuſtratur:

F

pro quo miſſi Arimino legati cum ipſum non poſſent,

21 Audivi quoque (quod an verum ſit, affirmare non auſim: potens eſt tamen ſummus Opifex per ſervos ſuos multo majora edere miracula, juxta illud Propheticum, Nimis honorati ſunt amici tui, Deus,

A Deus, nimis confortatus eſt principatus eorum)quod
Pſ. 138. 17 cum totum corpus Ariminum ſe transferre non poſ-
ſaltem pollicem ſe cum ferunt, ſe cernerent, pollicem dexteræ manus abſciſſum ſecum aſportarunt: cumque Ariminum perveniſſent, remque ut geſta fuerat exponerent, pollicem tantum ſecum tuliſſe dixerunt, ne civitas Ariminenſis ſanctiſſimi viri reliquiis prorſus careret: cumque ad eum oſtendendum ſe accingerent, diu in loculis
ſed fruſtra, quæſitum, nuſquam repertum fuiſſe. Cunctis præ miraculo ſtupentibus, ad viſendum ſanctiſſimum corpus nuntii publice ſunt miſſi, qui digitum ad propriam manum reverſum invenerunt, ut abſciſſi pollicis ne veſtigium quidem appareret. Hæc nobis adoleſcentibus à pleriſque ſenioribus & iiſdem prudentiſſimis memorata, atque pro certo recenſita fuere: additumque annos fere centum abiiſſe, quibus ſacrarium eccleſiæ noſtræ incendio conflagravit: quo factum eſt ut hiſtoria ſanctiſſimi viri, ſicut multa alia, abſumpta fuerit.

proprium ei ſacellum conditur 22 Condito paulo poſt in hoc colle Saludecienſi oppido, quod antea ubi nunc D. Blaſii vetuſtiſſima ædes viſitur ſitum fuerat, titulo quoque eccleſiæ in hanc præſentem noſtram pariter tranſlato; ſacellum
B peculiare in medio templo exædificatum eſt, eique dicatum, ubi ſumma cum veneratione corpus conditum adhuc conſpicitur. Adeoque locus ille venerationi habitus eſt, ut Principes quidam hujus oppidi, ex nobili Cecolinorum familia in eo locum ſibi ſepulturæ delegerint: quorum ſepulcrum noſtra memoria ſatis honorifice extructum, ob quorumdam temeritatem atque inſcitiam in ſacelli reparatione valde imprudenter dirutum fuit, optimorumque Principum memoria poſteritati ſublata. Quæ ideo ſcripſimus, ut quam magno honori locus ille, ubi ſanctiſſimi viri corpus aſſervatur, ea tempeſtate habitus ſit, dignoſceretur.

ubi miraculis claret, 23 Multa ipſius miracula memorantur, quæ ſi ſingula recenſere cuperem vix modus reperiretur: quædam tamen mihi nunc ſuccurrentia commemorare in animo eſt. Dum eſſem adoleſcentulus audivi ab hominibus fide dignis, quemdam militem, qui forte in hibernis hic morabatur, à nonnullis qui eum execrabili odio proſequebantur, graviter vulneratum, & inter cetera vulnera caput à ſincipite ad oc-
ſagitta caput transfixum ſanat, ciput uſque ſagitta baliſta emiſſa fuiſſe transfixum. Cumque omnes ipſius ſaluti diffiderent (quippe cui cerebrum, vitale membrum, foret læſum) ipſe B.
C Amato ſe commendans, ac pro ſua incolumitate neſcio quid vovens, paucos poſt dies incolumis evaſit.

energumenam liberat, 24 Narravit mihi puero exiſtenti ſæpius mater, fuiſſe quamdam de noſtratibus mulierem, cujus nomen, ne ejus domus injuria afficeretur ſilentio prætereundum duxi, ſolitum per dilucida inter valla dæmonum illuſiones pati, atque adeo graviter aliquando fuiſſe vexatam, ut vix à domeſtis ſuis poſſet coërceri. Illa cum eſſet B. Amati devotiſſima, antequam prorſus à dæmonibus infeſtaretur, ſuis inclamabat ut ſe ad arcam B. Amati continuo ducerent, ibi requiem invenire. Itaque à ſuis ſæpius fuiſſe ductam; nec non ipſa intempeſta nocte, cum ſe vexari cerneret, eo accurrebat, clamitans, B. Amate mihi ſuccurre. Cumque hoc crebrius feciſſet, fuiſſe liberatam: ſolitam deinde ipſam dicere, ſe B. Amati interceſſionibus fuiſſe à dæmonibus derelictam.

hoſtem ab oppido diripiendo avertit 25 Cum ſuperiori ætate regio iſta armis infeſtaretur, & pleraque oppida circumjacentia quotidie diriperentur, Nicolao Picenino, qui alter Mars tunc ferebatur, Mediolani Ducis copias ductante, eſſetque Zabuletum ab ejuſdem Ducis militibus direptum; nocte idem exercitus Saludecium verſus movit, eo conſilio ut idem oppidum prædæ militibus traderet, præmiſſis quod fieri ſolet exploratoribus, qui an oppidum cuſtodiretur inſpicerent. Factus eſt illis obviam homo grandis ſtaturæ, qui in viam compiti excubare videbatur. Illi ut viderunt hominem ita inventum citato gradu ad oppidum tendere, retro ad eos quam primum rediere, nuntiantes oppidum quam diligentiſſime cuſtodiri: ita re infecta alio Piceninus cum exercitu ſe contulit. Poſtea vero, cum id per finitimos multis Saludecienſium fuiſſet expoſitum, pro certo creditum B. Amatum fuiſſe, qui tunc oppidi curam habuiſſet: quippe tunc nulli vigiles neque publice neque privatim fuerant conſtituti. Fœdus ſiquidem & amicitia Malateſtarum Principibus cum Mediolani Duce tunc *pro eo conſpectus exſtabat.* fuerat, tutoſque tunc fore oppidani ſibi perſuaſerant. Sed paulo poſt diverſis temporibus, cum belli ſuſpicio vigeret, & nocte vigiles per muros diſponendi, audivi ſæpe numero repertum hominem, albis veſtibus indutum, ceteris dormientibus prope oppidi muros deambulantem: quem Præfectus tunc oppidi, qui vigilias circumire ſolebat, diu ut agnoſceret inſectatus, cum prope eccleſiam ventum eſſet, ab ejus oculis evanuiſſe.

26 Narravit nonnullis, me adhuc puero audiente, avunculus meus magnus, ſe vidiſſe quemdam, E qui tormenti bellici, quod vulgo arcumbuſum appellant periculum facere tentaret, appoſita prope *baliſtæ pilam avertit,* murum eccleſiæ, ubi arca B. Amati fita eſt, ſatis temere tabula, ut in eam ictus dirigeretur; incuſantibus vero eum nonnullis, ne eo ubi corpus B. Amati eſſet jacularetur, reſpondiſſe ferunt, nihil ſibi cum B. Amato; admiſſo igne, pilam ferream retro murum ad aream ubi nunc Prætorium eſt abjiſſe. Ibique inventam: quæ res magnam mentibus hominum religionem [incuſſit].

27 Andreas Porcellius Sextinas, Sacerdos vene- *peſtilentiâ coercet,* randus, Nicolai Sextinatis hujus eccleſiæ optimi quondam Rectoris nepos, nuper mihi ab eo ſciſcitanti, quare octavo Idus Maji ſupplicationes ſimulque honorificentiſſima illa oblatio publice fieret (neque enim veroſimile videbatur, ob templi conſecrationem, cujus eo die memoria celebratur, tot ac tã ampla pro oppidi facultate perfici) expoſuit ſe ab eodem Nicolao audiviſſe, quod anno Domini MCCCC XLVIII, cum univerſam hanc regionem morbi vis invaſiſſet, quotidieque homines fere innumerabiles perirent, oppidanos ſuaſu ipſius Nicolai ad arcam B. Amati ſimul cum eo duce populatim acceſſiſſe, fudiſſeque preces ut peſtilentiæ vis deſiſteret. Quibus peractis continuo peſtis ceſſavit: in ejuſque rei memoriam ſupplicationes oblationeſq; publicæ ſingulis annis, eo die quo templum ſacratum eſt, decretæ. F

28 Ego, cum adhuc puer eſſem, memini me vi- *ſanat fœtidis ulceribus plenum,* diſſe Sacerdotem quemdam, nomine Dom Joannem Factoris, morbo graviſſimo laborantem. Is erat ulceribus plenus, adeo ut ingentem è corpore fœtorem emitteret. Cumque à domeſticis ob ægritudinis atrocitatem pene eſſet derelictus, ad B. Amati ſuffragium recurrens, priſtinæ valetudini ſtatim fuit reſtitutus. Cumque omnes mirarentur, ſæpius illum prædicantem audivi, ſe B. Amati ope fuiſſe liberatum. Expoſuit inſuper nobis Dominicus Ambroſii, omnibus oppidanis noſtræ ætatis ſatis notus, *quartana laborantem,* Joannam ejus uxorem, quartana febri laborantem, voviſſe neſcio quid B. Amato, & ſtatim convaluiſſe. Narravit mihi Antonius Franciſci, ab oppidulo Inferni oriundus, mihi præter amicitiam etiam ſpirituali neceſſitudine conjunctus, ſe filium habuiſſe graviſſime ægrotantem, qui urinæ difficultate tene- *& dyſuria!* batur, adeo quod vix per intervalla trium dierum, & illud exiguum, aquam emitteret. Tandem ad auxilium B. Amati cum ſe convertiſſet, cruciatibus maximis in urina emittenda fuiſſe liberatum.

A.SEBAST. SERICO EX MS.

a SEBAST. SERICO EXMS.

EPILOGUS.

cetera latent.

29 Hæc ſunt quæ de B. Amati vita, deque ejus miraculis explicanda litteriſque mandanda exiſtimavi. Ceterum nemini mirum videri debet, me adeo pauca inter tot fere innumerabilia miracula recenſuiſſe, quorum memoria ſuperiorum noſtri templi Antiſtitum culpa fere intercidit, qui avaritiæ ſtudentes, oblationibus tantummodo capiendis intenti, quæ ad cultum ſervandamque beatiſſimi viri memoriam pertinent hactenus neglexere.

EPISTOLA.

SEbaſtianus Sericus Saludecienſis
P. Franciſco Modeſto Conterraneo ſuo S.D.

Petit hanc Vitam Sācto corpori in arca apponendam deſcribi.

30 Hiſtoriam B. Amati, tantopere efflagitatam, tandem ad te mitto. Eam legens & perlegens, duplex & judicis & auctoris officium ſuſtineas velim; neque enim vereor te materiæ & ſcriptoris amore aliquo modo deceptum iri, tametſi benevole ſatis eam miris laudibus apud fratrem tuum (ut mihi ipſe retulit) fueris proſecutus. Cupio ipſam elegantiſſimo carmine tuo, quod de laudibus ſanctiſſimi viri compoſitum abs te audio, ſi expedire tibi videbitur, adjungi atque aſſociari, & per aliquem iſtic Venetiis
B præſtantiſſimum ſcriptorem in membranis tranſcribi, redactamque in codicem quam ornatiſſimum ad nos tranſmitti: quem communi utriuſque noſtrum ſumptu exornatum, ſempiternum noſtræ in ſanctiſſimum virum devotionis monumentum dicandum, ac in ipſius arca reponendum quam diligentiſſime curabimus. Vale ex Saludecio v Idus Junii MDXVIII.

ejus tranſcripta fides

31 Supradicta extraxi ad verbum ex propriis originalibus ego D. Vincentius Sanctinus Ariminenſis, die S. Blaſii MDXCVII, quæ mihi per famulum ſuum miſit R.D. Archipreſbyter Saludecienſis, poſt diſceſſum à dicto loco & viſitationem corporis ipſiuſmet B. Amati, D. Protaſio Ferrarino Canonico noſtro & mihi oſtenſi, in reverſione ad monaſterium poſt penſiones perceptas à Monte Gordulfienſi, die xx Januarii ſupradicti anni MDXCVII. Aſſerunt quoque Saludecienſes, ut præfatus Reverendus mihi tunc dixit, quod in tranſlatione corporis B. Amati, dum in eccleſia deportari deberet, & ipſe bubulcus una cum aliis ſe intromiſit, fixo prius in terra ſtimulo ante ipſam eccleſiam: quem cum deinde accipere vellet, non facile obtinuit, eo quia produxerat radices: & ſtupefactus ſine eo receſſit, qui & in ulmum arborem magnam crevit, ut vidi ego ipſe.

Patratum in corporis tranſlatione miraculum

C

de ulmo nata ex ſtimulo bubulci,

32 *Hactenus ecgraphum antiquum, nobis Arimini donatum; qui autem tranſcribendi copiam fecit Archipreſbyter, in ſua Italica tranſlatione aſſeverat idem quod ſupra de ſtimulo, in ulmum ſuccreſcente; additque id factum quando corpus ſanctum erat carro impoſitum, ut Arimi-*

num auferretur, Verum ſi corpus petierunt Ariminenſes quarto poſt Beati mortem anno, quando primum ejus in veteri eccleſia ſepulcrum fuit reſeratum, non potuit tunc accidiſſe hoc miraculum; quandoquidem prædicta ulmus conſpiciatur ante eccleſiam, non veterem, ſed novam: malim igitur illud referre ad tempus tranſlationis in hanc ab illa. Alterum quod idem Interpres Italicus de ſuo addit, recentioris memoriæ eſt, & certiori teſtimonio cognitum, hic autem minime prætermittendum: ipſum ſuis verbis, ſed Latine redditis, audiamus. D

corpus immobile redditum non ſat reverenter id tractantibus.

33 D. Franciſcus Modeſtus, patruus meus bonæ memoriæ meuſque anteceſſor, duos habuit Sacellanos, qui cum die quodam corpus B. Amati è ſua produxiſſent capſa pulverum excutiendorum cauſa, ipſumque ſuper altare conſtituiſſent; peracto diligenter quod intenderant opere, ſed parum reverenter, utpote qui ſuperpellicea induere nec lumen curarant accenſum adhibere; ipſum adeo ponderoſum experti ſunt, ut non potuerint in arcam reponere, quantumcumque adniterentur. Ad quam novitatem primum ſtetere conſternati, deinde juniori ex iis venit in mentem, ideo id forſan ipſis accidere, quia ſine congrua reverentia ſacrum corpus tractare præſumpſerunt. Itaque confeſtim regreſſi in ſacriſtiam, ſumptis ibidem lineis & luminaribus, redierunt ad altare, & ante illud genuflexi Sanctum humiliter rogaverunt, pateretur ſeſe ab iis reponi. Qua oratione finita, leviſſimum invenere corpus ac fere expers ponderis: quemadmodum mihi retulit unus eorum adhuc vivens Arimini, nomine D. Antonius Cecci, Parochus S. Mariæ in curte. E

an. 1508 conditum novum ſacellum.

34 Porro cum Saludecienſis populus (*uti ſcribit idem in dedicatoria ad Epiſcopum Ariminenſem, qui, erat Iulius Cæſar Salicinius, ab anno* MDXCI *uſque ad* MDCVI *Eccleſiæ illi præſidens*) cum, *inquam*, Saludecienſis populus maximo pridem deſiderio teneretur, ad Sacellum honorificum ſancto ſuo Protectori fabricandum; neque tamen citra aliena ſubſidia viderent ſe id poſſe mandare effectui, potiſſimum eo tempore, quo attenuatæ multum erant cujuſque facultates, propter incredibilem belli apparatum, pro recuperanda Ferraria factum à Sanctiſſ. D. N. Clemente Papa VIII, in hieme anni MDXCVII jam proxime elapſi, ſupplices acciderunt Illuſtri admodum ac Reverendiſſimo jam nominato, ut cum bona illius venia liceret ſibi, id quod uſibus hoſpitalis neceſſariis ſupererat, impendere fabricæ novi ſacelli. Quo benigne impetrato, jacta ſunt menſe Octobri anni ejuſdem: & ſequenti mox Aprile die x cœpta fabricari capella, ad culmen perducta eſt die XXIII Majii in qua congrue adornanda laboratum deinde eſt, impenſis in id partim eleemoſynis gratuitis, partim ſuperabundantibus Hoſpitali fructibus eorum fundorum, qui uti ex patrimonio Beati proceſſerant, ita ad ipſius honorem congrue impendi videbantur. F

B. BERNARDVS ORD. PRÆDICAT.

CUM DUOBUS PARVULIS

SCALABI SEV SANTIRENÆ IN LVSITANIA.

D.P.

POST AN. MCCLXV. *Horum mentio in vita B. Ægidii.*

Atum ad XIV *hujus menſis Maji Vitam B. Ægidii Scallabitani, Ordinis Prædicatorum, qualis ex veteribus Mss. Latinus collecta fuit ab Andrea Reſendio, & in lucem edita à Stephano Sampayo, ambobus ejuſdem Ordinis Profeſſoribus Luſitanis; cum expungenda judicaſſemus epiſodia plura, nihil ad rem noſtram facientia, poſtnum. 17 exemimus etiam illa, quibus narrationis ſeriem interpolat Reſendius, rogatus de* B. Bernardo *verbum addere; idque eo libentius, quod cum ad hunc diem inſcriptus legatur Hagiologio Luſitano Cardoſi, & publicum in Santirenenſis conventus eccleſia cultum habeat, uc ex infra dicendis conſtabit, de eo agendum hic nobis propoſuerimus, quamvis proprius dies obitus (qui Aſcenſionis Dominicæ fuit) nequeat præciſe definire, quia neſcitur annus quo res contigit, variis varium notantibus. Tranſlatio quidem*

Corpo-

A *Corporum, de quâ infra facta anno* MDLXXVII, *contigit die* XIV *Ianuarii, & sic inscribitur prædicto Hagiologio; sed & mensis iste nobis jam præterit, & dies annua festivitate non colitur. Ipsam igitur historiam hic accipe, ex Antonii Senensis Chronica ad annum* MCCL *sic descriptam.*

relatio feli-cis obitus in Chronico Ant. Senen.

2 Ad hanc puto decadem vel ad aliquam è vicinis referri debet Fr. Bernardus, vir vitæ inculpatæ & probatissimæ, qui in Portugallia in Conventu Santirenensi agens Sacristam, puerulos aliquot, nostræ Religionis habitum gestantes, post Missarum peracta mysteria, informabat litteris & moribus. Qui ex domibus maternis jentacula ferentes, postquam Missis aliquot inservierant, consueverant ad unam capellam in eadem ecclesia divertere & jentaculum ibi sumere. Porro in ea erat in altari ibi posito beatæ Virginis imago, & in sinu ejus parvulus Jesus, qui semper parvulorum humilitate delectatur & simplicitate: qui è sinu matris descendens cum illis jentaculum faciebat. Postquam id aliquot vicibus fecit, parvuli queruli rem ad magistrum deferunt, narrantes quod ille parvulus ad eorum jentaculum semper descendebat, & nihil in symbolum apportabat. Prudens ac religiosus Pater, re istâ ab ore innocentium percepta, eos instruxit, ut si ille iterum more solito ad eos descenderet, eum sic alloquerentur: En, Domine, tu semper nobiscum comedis & nihil symboli conferre consuevisti ad jentaculum, invita ergo nos & magistrum nostrum semel in domo Patris tui. Et sic illi instructi efficiunt, cùm parvulus Jesus more solito ad eos descendit: qui eorum petitioni annuens, diem certum designavit quo id præstaret, & erat dies Ascensionis Domini, jam jam instans. Id mox illi referunt Magistro, qui se præparans, ut cælesti interesset convivio, illa die mature se ad celebrandum disposuit; parvulis eisdem illi ministrantibus: & Sacrificio peracto omnes tres illi simul vivere desierunt, & omnes tres simul eodem fuere reconditi tumulo: & aliquanto tempore postmodum elapso, eorum corpora fuerunt ex humili loco ad altiorem translata, & reposita in uno sepulcro, quæ Capella Regum dici consuevit. Et miraculosa hæc historia, fuit super idem sepulcrum depicta: & per traditionem quamdam, ab antiquis acceptam, fama ad hæc nostra tempora pervenit.

elogium inter Beatos Ordinis.

C 3 *Eadem hinc transcripsere Auctor speculi exemplorum, Balinghem in Kalendario Mariano, Bzovius in Annalibus & plures alii. Post Regulam vero S. Augustini & Constitutiones Ordinis Prædicatorum, impressas Romæ an.* MDCXV, *inter* viros Sanctitate insignes, *sub titulo* Beatorum Confessorum Ordinis, *vigesimus tertius ponitur* Fr. Bernardus, in conventu Santareni Lusitaniæ: qui insigni miraculo cum duobus puerulis, quos litteris moribusque infirmabat, à Jesu Christo ad cæleste convivium invitatus, ipso sacro die Ascensionis Domini, post Missæ celebrationem placide obiens, cum eisdem pueris meruit æternas delicias degustare. *Resendius paucis rem perstringens, imo generali quadam phrasi involvens, cum* prævia quadam revelatione *ad Christum feliciter evocatos dixisset, subjungit:* Quando autem cœnobitarum Conventus post refectionem pro gratiarum actione ad ecclesiam redibat, magistrum sacris vestibus indutum, cum Acolythis illis innocentissimis, prope altare in Domino dormientes offenderunt. *Est autem credibile, aut Bernardum priusquam ad aram accederet extremum sua peccata confessum, quid audivisset à pueris quidque speraret indicasse Confessario; vel ipsos pueros puerili simplicitate eadem quæ magistro, domi quoque suis narrasse parentibus; indeque rescitam fuisse totius rei seriem, ut potuerit supra parietem, in ipsa calcis litura depingi, & per ora posterorum vulgari.*

4 *Prædictus Resendius paulo ante,* Bernardum *hunc ait fuisse, S. Bernardo Clare-vallensi Abbati, ut* cognominem, *ita* columbina simplicitate, morum innocentia, & virginali puritate non dissimilem; natione autem Vasconem ex Morlanensi oppido: quem B. P. Ægidius, cum Provinciam Hispaniam regeret, ad monasticam disciplinam relicta sponsa deduxit prius; & denique à Cæsaraugustano cœnobio ad Scallabitanum transtulit: ubi tandem & obiit, & sepultus est, multis editis clarus & insignis miraculis. *Quæ verba, quasi de alio dicta quam de eo, de cujus obitu & translatione,* unum de illo verbum superaddendo, *mox idem prosequitur ea quæ partim jam diximus partim sumus dicturi; alterum hinc* Bernardum Vasconem *sibi fingit auctor præclari indiculi Beatorum, eumque nominat trigesimo secundo loco. In eumdem lapidem videtur impegisse Cardosus, cum ab isto Bernardo distinguit synonymum alium, in eodem conventu miraculis clarum, & centum annis posteriorem. Franciscus autem Diagus in Chronica Ordinis Prædicatorum Provinciæ Arragoniæ lib.* 2 *cap.* 43 *totam istam historiam mutatis circumstantiis quibusdam ad Majoricam transfert, narratque* puerulum, Ordinis novitium, solitum imaginem B. V. Mariæ, filium in sinu tenentis, pie contemplari, miratumque quod Jesulo suo numquam daret ubera, infantili simplicitate obtulisse sui dimensi portiunculam: quod cum sedule & constanter facere perseveraret, invitatum ultro à Jesulo ut proxima Dominica ad domum patris sui pransum veniret: excusante autem puero nefas sibi esse claustro egredi absque licentia Magistri, & hoc jubente ut le quoque venire Jesulus juberet, simul ambos in Dominica obiisse. *Hæc prolixius ille, auctorem citans Magistrum Sorium, existimansque historiam hanc spectare ad annum circiter* MCCXLVIII, *quia eo anno, maxima mortalium parte sublata per pestem, necesse fuerit recipere ad Novitiatum, etiam pueros. Verum existimo rem, cujus alia non extat in Majorica notitia, eadem ratione illuc translatam, cum notabili (ut fit) circumstantiarum alteratione, qua miraculum testatissimum gallinacei à B. Ægidio suscitati, in agro Scallabitano, in libro de Vitis Fratrum tribuitur anonymo cuidam in eadem Majorica.*

AUCTORE D. P. *An ab eo diversus Bernardus Vasco.*

an res eadè accideris in Majoricâ

B E

5 *Nempe quod sibi contigerat, id velut de alio retulerat Ægidius, ex cujus ore ipsum ibi narratur; tacito etiam loco, ne miraculi auctor cognosceretur. Similiter fortassis alius, cui vel divinitus aut ex prævia Bernardi Confessione innotuerat, qua ratione & occasione is cum discipulis objisset; id ipsum cupiens in Arragonia narrare, locum tacuerit, rem dixisse contentus: quam haud satis fideli memoriæ commendatam, varie narrando alteraverint Arragones; & ex duobus pueris, habitu Ordinis vestitis, fecerint unum Novitium, idque in Majorica insula; sicut Galli, apud quos de gallinaceo narratum erat, ad eamdem insulam factum id retulere. Fortassis etiam longo post rem gestam tempore, alteratam per plurium ora historiam acceperunt Aragones seculo* XV *aut serius; cum ipsa acciderit non admodum diu post mortem B. Ægidii anno* MCCLXV *defuncti: huic enim supervixisse Bernardum constat ex Vita Ægidii num.* 46, *ubi dicitur audivisse visionem, cuidam pio viro ipsa qua ille objit hora oblatam. Atque ex hoc loco errasse convincuntur qui Bernardi obitum ad annum* MCCL *aut etiam* XL *retulere; & Antonii Senensis conjecturam ad duas minimum decades aberrasse.*

& quomodo illuc translatum quod pertinebat ad Lusitaniam.

F

6 Vigesimo & nono post anno, *inquit* Bzovius corpora eorumdem refossa, candida admodum atque incorrupta reperta sunt. *Id si ex antiquo auctore* 29 *à prima acceptum, credi omnino meretur; sed vereor ne Translatio sepultura, facta anno* 1577 *& in Chronica Antonii Senensis per merum typographicum sphalma adscripta anno* 1277, *occasionem dederit* Bzovio *annos* XXIX *numerandi: Antonius certe Senensis solum dicit aliquanto tempore postmodum refossa & translata fuisse corpora: deinde sub nota an.* 1277

Translatio 108 annos

AUCTORR D. P. *eadem narrat omnia, quæ Reſendius in Vita Ægidii, ex eo-*
quæ Cardoſus referunt, iiſdem pene verbis, pro anno 1577.
Hoc ergo correcto, Antonii verba hæc ſunt. Tandem an-
altera an. 1577. no Domini 1577 (*ubi vocula* tandem, *immediate ſub-*
junctа poſt famam ad hæc noſtra tempora, *id eſt annum* 1585, *quo ſua Antonius edebat, perlatam, dictam*
correctionem haud obſcure probat) Tandem, *inquit*, cum
in eodem loco, quo tale erat ſepulcrum, portam
quamdam oporteret aperiri; inventæ ſunt horum
ſacrorum corporum Reliquiæ: & quidem parvulo-
rum uno ſuperfectæ linteamine, prædicti vero Pa-
tris eorum Magiſtri alio. Quod vero eaſdem omnes
illorum trium Reliquias ſimul cooperiebat linte-
amen, adeo candidum, integrum, & incorruptum fuit
repertum, quaſi à paucis diebus ante ſuiſſet ibi poſi-
tum. *Audi nunc Reſendium*; Anno vero 1577, *inquit*,
cum in eodem pariete, in quo hic Divus Pater Ber-
nardus cum diſcipulis erat à ſeculo immemorabili ſe-
pultus, neceſſe eſſet portam quamdam conſtruere;
ſacræ illorum Reliquiæ, non ſine magna proſpectan-
tium devotione, ſunt repertæ. Magiſtri cineres ſacri
in quodam ſeortim linteamine erant appoſitæ, Inno-
centum vero illorum in alio ſimili; carne virginea in
B aliquâ oſſium parte ita coruſcante nivea ſindonis
mundicie, ut reſurrectionis immortalis in jam mor-
tuo cadavere ſpeciem præberet.

fide Notarii deſcripta: 7 Hujus rei fama, *inquit progrediens Antonius*, mox
per civitatem ſpargitur; accurrit mox ad rem ſtu-
pendam univerſus populus, & quæ erga hos Beatos
habebatur devotio & memoria augetur. Et inſtru-
mentum publicum ad poſterorum memoriam, hæc
omnia, per teſtes prius ſacramento adſtrictos exami-
nata, ſcripto traduntur. *Vereor ne hoc inſtrumentum, ſi*
tamen adhuc ſupereſt, æque difficulter inveniri poſſit ac
Mss. antiqua, ex quibus B. Ægidii vitam & miracula Re-
ſendius accepit, nolo proinde in iis operoſe petendis iterum
tempus perdere; viderint ii, quorum intereſt talia ſerva-
re melius, & cum ad communem Ordinis honorem exigun-
tur diligentius requirere: hic mihi ſatis erit, donec illud D
ultro ſubmittatur, indicare quod Cardoſus in Commenta-
rio ad VIII Maji expreſſe alleget memorias relictas à
Magiſtris Fr. Hieronymo de Padilia, Fr. Nicolao
Diaz, Fr. Georgio Vogado, & Fr. Simone da Luz,
teſtium per litteras virtuteſque ſatis qualificatorum.
Addit idem, in hac tranſlatione corpora Magiſtri &
duorum puerorum compoſita *fuiſſe* intra ſtatuas lig-
neas inauratas, uſque ad cingulum perductas; eaſque
conſervari in proprio altari in altera templi crucis
formis ala, una cum ipſius Domini Jeſu imagine. Ca-
put autem B. Bernardi conſervatur in aula Brigantina, obtentum per inſtantiſſimas preces à D. Catharina, filia Infantis D. Eduardi & matre Ducis D. Theodoſii.

refertur 14 Ianuarii, 8 *Idem porro Cardoſus ad diem* XIV *Ianuarii prædictæ*
tranſlationis memoriam referens, ſcribit ex aperto ſe-
pulcro ſuaviſſimum prodiiſſe odorem, præſentibus
Fr. Michaele à Roſario Priore conventus, Vicario
Generali Sanctirenenſi, & duobus Notariis; coram
quibus excepta inde oſſa proceſſionaliter delata ſunt
ad altare majus; deinde admonito de re tota D. Geor-
gio de Almeida Archiepiſcopo Oliſiponenſi, præpa-
ratas fuiſſe ſtatuas ſupra indicatas, intra quas repoſi-
ta ſacra lipſana ſunt, approbante & perſonaliter aſ- E
ſiſtente præfato Archiepiſcopo. Ex eoque tempore
illa à devoto populo viſitari, præſertim in feſtis Pa-
ſchalibus; invocarique in terris eos quos tanta cum
gloria Deus coronavit in cælis.

8 Maji anno 1578 videntur veneratioui expoſita oſſa. 9 *Interim eorumdem præcipuæ memoriæ in ſua Hagio-*
logio recolendæ elegit Cardoſus diem VIII *Maji; quod*
mihi ſuſpicionem ingerit, factam eſſe non eodem ſed pro-
ximo poſt inventionem anno, videlicet MDLXXVIII. *Tunc*
enim cyclo ſolis 19, *lunæ* 2 *littera Dominicali* E, *celebra-*
tum fuit Paſcha XXX *Martii, atque adeo Aſcenſionis feſtum*
VIII *Maji: quod non contigit ab anno* MCCXXXV *toto re-*
liquo ſæculo XIII, *ut non potuerit anni mortualis ratio ha-*
bita fuiſſe in iſto die ſignando.

DE BEATO ANGELO
MARTYRE ORDINIS CAMALDULENSIS
MASSACII IN ITALIA.

G.H.

ANNO MCCCC LVIII *Sacra* Camaldulenſis Eremus *ſita eſt intra fi-*
nes diœceſis Aretinæ, in vertice celeberrimi
montis Apennini, interque altiſſimos colles,
quibus dicitur Hetruria ab Æmilia provincia ſeparari. Nos
cum diutius Florentiæ moraremur, anno MDLXII *menſe*
Ianuario acceſſimus ad hoſce Camaldulenſes Eremitas, nec
mirati ſumus Sacram-eremum appellari, cum ipſi Eremi-
tæ nobis viſi ſint in ſua ſolitudine vitam vere ſanctam cum
ſumma humanitate ſpirare, ſicuti & Majores eorum, ma-
gis ſoliciti ut ipſi vitam ſancte peragerent, quam ut San-
ctorum aut Beatorum Ordinis res præclare geſtas aut eo-
rum miracula poſteris ſcripto relinquerent. Hinc eſt quod
illorum Acta non niſi jejune poſſimus plerumque edere; qui
tamen id minus putamus eſſe mirandum in Eremitis uni
contemplationi ex inſtituto addictis. Ab ejuſdem nominis
Acta ab Auguſtino Florentino ſcripta. *Monachis (nam Monachos quoque & numero quidem co-*
pioſiores, ſacer iſte Ordo habet, per nobiles Abbatias parti-
tos) potius expectandum fuerat ut ea opera navaretur po-
ſteritati Sed hi etiam vel pauca de iſto ſcripſerunt argu-
mento, vel quam aliis dare voluerunt ſcribendo vitam, non
potuerunt ſuis impetrare ſcriptis contra temporis omnia de-
terentis injurias. Eo igitur pluris faciendi nunc à nobis ſunt,
qui ſparſas hinc inde memorias colligere ſtuduerunt; in qui-
bus Auguſtinus Florentinus Monachus Camaldulenſis: qui
de B. Angelo, Maſſacii Martyre, *parte ſecunde Hiſtoria-*
rum Camaldulenſium lib. 3 *cap.* 20, *hæc nobis protulit.* F

Tempus martyrii 2 Anno milleſimo quadringenteſimo quinquageſi-
mo octavo, illuſtravit felici tranſitu ſuo templum S.
Mariæ de Serra, extra Maſſacium, Beatus Angelus, ibi
monachus: qui cū Berlotanæ ſectæ extirpandæ quaſi
auctor vehementi ſua prædicatione fuiſſet, à quibuſ-
dam ſceleratis propterea occiſus fuit. Ad cujus tu-
miracula, mulum Deus Optimus Maximus miracula multa o-
ſtendere dignatus eſt in ipſa eccleſia, quæ nunc ex
eccleſia, ejus nomine Sancti Angeli dicitur. Cujus rei gratia,
eo inter Sanctos Ordinis relato, carmen iſtud in ſe-
pulcro ad notiſſimam aram fuit ſculptum, imperiti
artis metricæ Auctoris.

Virgo ſacta, Filio Patrique, corona donata,
In cælis aſſiſtens, ſit tibi cura noſtri.
Gemma monachorum arca jacet Angelus iſta.

memoria apud alios. *Hæc Auguſtinus Florentinus. At Thomas de Minis ejuſdem*
Ordinis, in Catalogo Sanctorum & Beatorum totius Or-
dinis Camaldulenſis, Florentiæ anno MDCVI *excuſo, iſta*
ſcribit: B. Angelus de Maſſacio Martyr, concionator inſignis, occiſus ab hereticis anno Domini MCCCCLVIII: & ſepultus eſt in eccleſia ſuo nomine dicata. *Similia habet Archangelus Haſtivillius, in Ro-*
mualdina ſive Eremitica Camaldulenſis Ordinis hiſtoria,
Pariſiis anno MDCXXXI *impreſſa.*

A 3 *Aſſi diligentiſſimus in conquerendis Actis Sanctorum Ordinis Camaldulenſes & ad nos tranſmittendis R. D. Andreas Valemarius Camaldulenſis, cũ eſſet Abbas S. Laurentii Maſſacii, ſic nobis ſcripſit:* De B. Angelo (qui nunc Italice communiter dictus dal Maſſaccio) præter ea quæ habet Florentinus 2 par. pag. 145 addam aliqua. *corpus ſub altari.* Eccleſia, qua etiam nunc ab omnibus dicitur S. Angeli, diſtat ab hoc meo monaſterio Maſſacii milliare. Ejus corpus jacet ſub altari majori, illudque inviſi tranſlata hebdomada. *feſtum 8 Maji.* Celebratur ejus feſtum die VIII Maji, concurrentibus vicinis populis. Transferendum eſt ad hoc templum S. Laurentii, collocandumque ſub altari majori, ex diverſis marmoreis lapillis perpolitis affabre facto, quod propterea vacuum relictum eſt. *Tranſlatio deſignata.* Fiet autem Deo dante ejus tranſlatio ad menſem Maji anno MDCLXIV. Aderit tunc ad ſolemnem tranſlationem Eminentiſſimus Cardinalis Cybo, pietate, zelo, vigilantia, & ſumma integritate eximie præfulgens, optimus Æſii Epiſcopus, feruido concionum verbo & exemplo paſcens Chriſti gregem. Una cum præfati Angeli corpore transferentur etiam ſacra corpora S. Tiburtii Martyris & S. Fortuniæ Virginis & Martyris, ex cœmeterio Priſcillæ Via Salaria & Caliſti Romæ deſumpta, & huc tranſlata, collocanda ſub eadem ara majori. In meis ædibus habeo prædicta Corpora S. Tiburtii & S. Fortuniæ in capſulis obſignatis, item & tabulas marmoreas, quarum in una ita ſculptum eſt AUCTORE D. P.



TIBURTIUS, ante & poſt quod nomẽ eſt palma. In altera vero ſic, FORTUNIA, poſt quod nomen eſt columba, in cujus ore ramus &



Habemus & eorũ authenticas Romæ in monaſterio S. Romualdi, quas prædicto tempore ſecum feret noſter Procurator generalis Urbis.

4 *Hæc Abbas Valdemarius, qui in adjunctis litteris addixerat ſe poſt tranſlationem factam omnia tranſmiſſurum: quæ cum non adferrentur, eumdem promiſſi memorem fecimus per litteras: ſed pro eo Viſitatoris generalis munus obeunte Faventiæque abſente, reſcripſit Reverendiſſ. D. Michael Angelus Ferraccius, Abbas S. Laurentii Maſſacii, die* XXVIII *Maji* MDCLXXVII *Tranſlationem quidem deſtinatam tunc, ſed nondum factam eſſe*, Eminentiſſimo Cardinali Cybo Æſienſes inſulas transferente in conſanguineum ſuum Illuſtriſſ. ac Reverendiſſ. Laurentium Cybo, vigilantiſſimum etiam ipſum optimumque Paſtorem, animarum zelo, prudentia, integritate præfulgentem. *Dictum autem Æſium urbs Epiſcopalis, ſub qua Maſſaccum, eſt urbs Piceni inter Senogalliam & Fabrianum, in quo eſt corpus Sancti Romualdi Fundatoris Ordinis Cumaldulenſis, de quo egimus* VII *Februarii.* E

NONA DIES MAII

SANCTI QUI VII IDUS MAII COLUNTUR.

SAnctus Hermas, Epiſcopus Philippenſis.

S. Priſcus, Patronus Nuceriæ Paganorum, in Italia.

S. Dionyſius, Epiſcopus Viennenſis, in Gallia.

S. Codratus ſeu Quadratus, S. Saturninus, S. Rufinus, & ſocii, Martyres Nicomediæ & vicinis locis.

S. Quirillus, S. Quiadeus ſeu Gindeus, S. Zenon, Martyres Axiopoli in Bulgaria.

S. Aphrodiſius, S. Secundus, S. Firmus, Martyres Tarſi in Cilicia.

S. Ephenicus, S. Caſtus, S. Pollimius, Martyres Mediolani in Inſubria.

Sancti CCCX Martyres in Perſide.

S. Beatus, Vindocini in diœceſi Galliarum Carnotenſi.

S. GREGORIUS Nazianzenus, Archiepiſcopus Conſtantinopolitanus.

S. Tiedinus, Abbas Coriſopiti in Britannia Armorica.

S. Luminoſa, Virgo Papiæ in Italia.

S. Gerontius, Epiſcopus Ficoclenſis, Martyr, Patronus Callii in Italia.

S. Fortis, eremita ſanctæ Crucis montis Avellani, in Umbria.

S. Gregorius, Epiſcopus Oſtienſis, in Legatione Hiſpanica mortuus.

B. Nicolaus Albergatus, S. R. E. Cardinalis & Epiſcopus Bononienſis, ex Ordine Carthuſiano.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REIECTI.

SAncti Timothei natale Conſtantinopoli. *Ita 4 apographa Martyrologii Hieronymiani & alia, quæ perſuaderent hunc eſſe aliquem ex antiquis Martyribus Byzantinis, quales plurimos præcedenti die dedimus: niſi Ado cum variis MSS. adderet iſta:* Quando ab Epheſo ſacra ejus oſſa delata ſunt; *& Notkerus non* natalem diem *ſed* tranſlationem *appellaret, de qua egimus ad ejus Vitam* XXIV Januarii.

S. Tryphænæ certamen *indicatur his ſolis verbis in MS. Synaxario, & Menæis Ambroſianis & Taurinenſibus. Videtur eſſe, quæ Cyzici in Helleſponto paſſa eſt, & à nobis relata* XXXI Januarii.

SS. Fauſtini & Jovitæ Tranſlatio in civitate Brixia, facta

facta à Domino Ramperto, ejuſdem civitatis Epiſcopo, anno DCCCXLIII. *Ita Ado Ms. Reginæ Cuecie & Ms. Martyrologium Brixienſe. Acta horum Martyrum illuſtravimus* XV Februarii.

S. Herculani Epiſcopi Peruſini & Martyris Tranſlatio *celebratur, ſub ritu primæ claſſis, teſte Ferrario; Vitam dedimus* I Martii.

S. Hermannus, Confeſſor in Germania, *indicatur in Catalogo generali Ferrarii, citato Martyrologio Caniſii, qui non habet* VII Idus Maji, *ſed* VII Idus Aprilis; *& eſt* B. Hermannus Joſeph, *cujus Acta dedimus ad diem* VII Aprilis.

S. Macarii Epiſcopi Antiocheni, & Gandavi mortui, elevatio corporis *indicatur in variis Mss. & aliis Martyrologiis, uti diximus ad diem ejus natalem* X Ap.

Petrus Converſus in Clara-valle, *memoratur in Kalendario Divionenſi, & cum titulo* Beati *à Chalemoto, ab aliis etiam ſequenti die* X Aprilis.

S. Wilfridi ſecundi, Epiſcopi Eboracenſis, Commemoratio *inſcripta eſt Martyrologio Menardi & Bucelini. Acta ejus dedimus* XXIX Aprilis.

S. Antoninus, Epiſcopus Florentinus, Ordinis Prædicatorum, *memoratur à Ferrario ex tabulis eccleſiæ Florentinæ. Vitam dedimus.* II Maji.

B S. Flavii Martyris natalis *indicatur in Ms. Caſinenſi. Eſt aliquis* Flavius, *inter* Martyres Mediolanenſes, VI Maji *& alius* Flavius, Epiſcopus Martyr Nicomediæ, VII Maji.

S. Staniſlaus, Epiſcopus Cracovienſis, *memoratur in Florario Ms. Vitam dedimus* VII Maji.

S. Victor Martyr *indicatur in Kalendario 2 & 4 Capuano, apud Michaelem Monachum. Celebratur in Breviario Capuano anni* 1489 S. Victor Martyr Mediolani: *cujus Vitam dedimus* VIII Maji.

S. Metro, Preſbyter Veronæ, *inſcriptus eſt Martyrologio Maurolyci & Felicii: quo etiam objiſſe traditur apud Petrum de Natalibus. De eo egimus die præcedenti* VIII Maji.

S. Raphaëlis Archangeli memoria *celebratur à Maurolyco ſupra die* VII *hujus in Martyrologio Hiſpanico Tamaji Salazar, ab aliis ad alios dies ejus feſtū rejicitur.*

Corinthia Virgo & Marina Matrona Romana *ſuggeruntur in Auctario Greveni ad Vſuardum, & ex eo in Martyrologio Germanico Caniſii: de illis apud antiquiores hactenus nihil legimus.*

Mariam & Franciſcam, venerabiles in Ordine S. Franciſci Beatas haberi *ſcribit Laberius in Menologio Virginum, ſed quales fuerint, aut quando & ubi vixerint filet.*

C Banbhanus ſeu Banuanus Sapiens *celebratur in Ms. Tamlachtenſi & aliis Hibernicis Martyrologiis, inquit Colganus in Notis ad Vitam tripartitam S. Patricii nu.* 67, *arbitrans hunc fuiſſe* cognatum S. Patricii, *& dici* Dei Prophetam fidelem.

Sanctanus de Kill-da-Leas, Da-Breccocus de Tuain-Dracon, Lam-ruadus, Ken-marus, *memorantur in dicto Ms. Tamlachtenſi, de quibus nihil certi alibi reperire hactenus potuimus.*

Nicolaus Culdeus, unus ex primis Eccleſiæ Scotiæ Epiſcopis, paſſus martyrium anno CCXCVI, cujus ſacrum corpus repertum anno MCCLXII, VII Idus Maji. *Vti pluribus ſcribit Dempſterus lib.* 13 *Hiſt. Eccleſ. Scotorum pag.* 501, *& meminit hoc die in Menologio. In Breviario Aberdonenſi celebratur feſtum* Tranſlationis S. Andreæ Apoſtoli & S. Nicolai Epiſcopi & Confeſſoris, *cum Martyrologio Romano & aliis. Hinc dubium naſcitur an inde ſumpta occaſio comminiſcendi Scotum* Nicolaum, *de quo alibi nihil reperimus, præter ea pauca quæ à Dempſtero habuit Ferrarius, fidei prorſus ambiguæ, uti eſt totus Dempſterus, multa ex ſuo cerebro confinxiſſe convictus.*

D Petrus, filius Alphonſi Regis Luſitaniæ, monachus Ordinis Ciſtercienſis Alcobaciæ factus, *cum titulo* Beati *refertur ab Henriquez & Bucelino: at* piæ memoriæ *à Chalemoto appellatur.*

Gerardus, monachus Villarii in Brabantia, Ordinis Ciſtercienſis, *cum titulo* Beati *indicatur ab iiſdem Henriquez & Bucelino: à Sauſſajo vero Piis adſcribitur, omittitur à Chalemoto.*

Elburga Virgo, filia Eduardi Senioris Regis Anglorum & ſanctimonialis Wintoniæ, *cum titulo* Sanctæ *inaicatur in Ms. Kalendario Benedictino. Laudatur à Ioanne Brompton col.* 931 *ſub finem. Aliis* Elfluda *dicitur, &* ſanctimonialis in Rumſeja: *ut* ſanctam *coli alibi nondum legimus.*

Joannes Tentialbene, Ordinis Minorum in agro Tudertino apud S. Illuminatam, miraculis ante & poſt obitum clarus, *refertur à Iacobillo de Sanctis & Beatis Vmbriæ, & Arturo in Martyrol. Franciſc. cum titulo* Beati, *de quo agunt varii ab illis citati, & noviſſime Waddingus, qui anno* 1232 *num.* 24 *virtutes laudant, ſed abſtinet à dicto* Beati *titulo.*

Philippus Aſculanus Auximi in Picenno anno 1459, Rodericus à Beliuſio in Hiſpania, anno 1539, Joanna Cacchon vidua, in territorio Legionenſi, Olalia Gomezia tertiaria, anno 1583, *Ordinis Minorum referuntur ab Arturo ut* Beati.

Catharina Calabrex, Tertiaria Ordinis S. Dominici, cum magna opinione ſanctitatis mortua eſt anno MDCXIV, proſtridie Aſcenſionis Domini IX Maji *Girundæ in Majorica inſula, & titulo* Beatæ *honoratur à Ioanne Rechac ſive de S. Maria, qui aliquot capitibus ejus vitam & mortem deſcribit, ſed de miraculis nihil certi potuerat ſcire. Laberius etiam in Martyrologio Virginis ejus Vitam habet.*

S. Barbati Martyris paſſio *indicatur in Martyrologio primo Capuano apud Michaelem Monachum. At de eo necdum aliquid reperimus.*

SS. Epimachus & Gordianus *celebrantur à Græcis & nonnullis Latinis, addito* Primolo. *Quæ omnia damus.* X Maji.

SS. Quartus & Quintus *celebrantur Officio Eccleſiaſtico in antiquo Breviario Capuano, & in Kalendariis Capuanis apud Michaelem Monachum. De iis cum Martyrol. Rom. & aliis agimus* X Maji.

S. Gangulphus Martyr *hoc die coli ab Eccleſia Vltrajectina conſuevit, ut monet Galeſinius, & patet ex variis Martyrologiis & Kalendariis ac breviario eccleſiæ Vltrajectinæ. De eo agimus.* XI Maji.

S. Pachomius Abbas *Memoratur in Ms Pariſ. Labbei: ab aliis* XIV Maji.

Diocletianus & Siſinnius Martyres *indicantur in Ms. Trevirenſi S. Martini. Aliis* XV Maji.

Adalgarius, Epiſcopus Bremenſis, *cum titulo* Sancti *refertur à Wione, Menardo, Bucelino, & iterum, quando inter Prætermiſſos de eo agimus,* XV Maji.

Nicolaus Epiſcopus *in figurato Moſchorum Kalendario expreſſus, ſi non eſt indigenarum aliquis, de quo certiora diſcere cuperemus, poteſt cenſeri Conſtantinopolitanus Patriarcha, à multis relatus* XV aut XVI Maji.

S. Brandani Epiſcopi & Confeſſoris tranſlatio *inſerta eſt additionibus ſcriptis Carthuſiæ Bruxellenſis ad Grevenum. Colitur* XVI Maji.

S. Symmetrius Martyr, cujus corpus Landeriaci in ſilva-Arduenna quieſcit, *celebratur à Ferrario, Gelenio, Sauſſajo, uti latius deducimus ad diem* XXVI Maji.

Joannes, Apoſtolus Bavarorum, & Apoſtolus Saltzburgenſium, *ut* Sanctus *proponitur à Camerario in Menologio Scotico, & citantur* Wion, Trithemius & alii. *Trithemius lib* 4 *cap.* 105, *& ex hoc Wion lib.* 2 *Ligni Vitæ cap.* 31 *refert,* Joannem Anglum, ex Wint-

E

F

A Wintſchelenſi monacho creatum à S. Bonifacio primum Archiepiſcopum Soltzburgenſem, & mortuum anno DCCLIV. *Verum nec Scotum facit, nec Sanctis adſcriptum indicat, neque hoc die mortuum. De eo agi à nobis poterit ad Vitam Sancti Bonifacii* V Junii.

S. Eſaias Propheta *ſolenni officio colitur à Græcis Arabo-Ægyptiis & Ruthenis. Verum à Latinis* V Julii.

S. Timothei Patriarchæ ἐόδισμὸς *notatur hodie in MSS. Synaxariis Mediolanenſibus, Taurinenſibus & Claromontano: ubi primum non ſatis intelligimus, quid ſit ὁ ἐόδισμὸς hic indicatus. Etſi enim apparet verbale eſſe ἀπὸ τῦ ἐόδίζειν, quod eſt* inſtar roſæ redolere *vel* rubere: *non tamen apparet ratio nominis, & ſolum datur occaſio conjectandi, hoc die in eccleſia aliqua conſecrari & diſtribui conſueviſſe roſas (quod tamen oporteret aliunde confirmari diſtinctius) idque fieri vel ex inſtitutione vel ad memoriam* S. Timothei Patriarchæ. *Aſt de hoc ipſo nihilo levior eſt quæſtio. Patriarchalis Sedes, qua* Timotheos *habuerit & hic intelligi poſſet, nulla occurrit nobis præter Alexandrinam: in qua S. Athanaſii poſt fratrem Petrum ſucceſſor* Timotheus, *qui Macedonium in Synodo Conſtantinopolitana damnavit, men-*

B *ſe* Abibi *dicitur obiiſſe, juxta Hiſtoriam Patriarcharum Alexandrinorum editam ab Abrahamo Ecchelenſi; feſtum autem ejus notatur in Kalendario quodam Coptico apud Seldenum libro de Synedriis Hebræorum ad* XXX *diem iſtius menſis. Quare, ſi quid plenioris lucis poſthac offeratur, poterit id uſui eſſe ad diem, quem cum die* XXX Abibi *prædictus Seldenus componit, ſcilicet* XXIV Julii.

Nam qui in eodem Coptico ad diem VII *menſis Muſri, ſeu* XXXI *Iulii, notatur ut* Sanctus, *eſt* Timotheus Ælurus, *impii Dioſcori impiiſſimus ſectator, & poſt eum loco S. Proterii in Sedem Alexandrinam violenter ingreſſus, eum Sanctum dicere nihilo magis fas ſit, quam ipſum Dioſcorum, qui tamen eidem Coptico ad diem* VII *menſis* Thoth, *cum* IV *die noſtri Septembris compoſitum, proponitur. Et hæc res facit ut Kalendario iſti ſecuram fidem dare nequeamus, niſi ex purioribus aliis Coptarum apud Seldenum Faſtis vel Græcorum Synaxariis accedant adminicula probando vero & orthodoxo alicujus ibidem relati cultui.*

S. Chriſtophorus Martyr *ſimiliter colitur à Græcis & Arabo-Ægyptiis: à Latinis* XV Julii.

SS. Aquilina & Callinica Martyres, à S. Chriſtophoro converſæ, & ſubulis enectæ, *occaſione S. Chriſtophori hoc die relatæ memorantur in MSS. Menæis Divionenſibus: de quibus poterit commodius agi ad Vitam S. Chriſtophori* XXV Julii.

C

SS. Sophiæ & Fidei, Spei & Caritatis filiarum tranſlatio in Alſatiam *refertur in Breviario Argentinenſi, anno* 1478 *excuſo. De ea agetur ad illarum diem natalem* I Auguſti.

Joanna, mater S. Dominici, fundatoris Ordinis Prædicatorum, *celebratur cum titulo* Beatæ *ab Arturo du Monſtier in Gynæceo ſacro. Poterit de ea agi ad Vitam S. Dominici* IV Auguſti.

B. Hippolyti feſtivitas *indicatur in MS. Vaticano S. Petri, & additur in MS. Vſuardo Reginæ Sueciæ & alio Pariſienſi S. Victoris*, quando ſacratiſſimum corpus ejus tranſlatum eſt in monaſterium S. Salvatoris. *Dies ejus natalis eſt* XIII Auguſti.

S. Firminus, Epiſcopus & Confeſſor, *memoratur in MS. Pragenſi: at* S. Firmini, Epiſcopi Tranſlatio *in MS. Colonienſi S. Mariæ ad Gradus. Verum quis iſte ſit non indicatur. Eſt is in Martyrologio S. Maximini* Firminus Epiſcopus Metenſis, *& colitur* XVIII Auguſti. D

S. Juſtus, Epiſcopus Toletanus, *indicatur à Wione, aſſerente ſe* ex conjectura hac die repoſuiſſe. *Secuti Dorganius, Menardus, Bucelinus, item Ghinius & Ferrarius. At Tamajus Salazar cum aliis* III Septemb.

S. Remacli, Epiſcopi Trajectenſis, commemoratio *annotatur in Collectaneis quibuſdam Benedictinis. Colitur* III Septembris.

Elizabeth, Abbatiſſa Tabanenſis monaſterii, Ordinis Benedictini in Hiſpania, *cum titulo* Beatæ *memoratur in Gynæceo ſacro Arturi du Monſtier. Fuit* ſoror S. Columbæ Virginis & Martyris, *in cujus Actis memoratur, ac poterit, ſi quid de ejus veneratione conſtabit, agi de utraque ſimul* XVII Septemb.

S. Hieronymi, Doctoris Eccleſiæ, Tranſlatio corporis, ex Bethlehem Judæ Romam ad baſilicam S. Mariæ ad præſepe, *inſcripta eſt Martyrologio Romano & variis aliis. Colitur is* XXX Septemb.

Frontonis, Epiſcopi & Confeſſoris, *memoria inſerta eſt additionibus ſcriptis Carthuſiæ Bruxellenſis ad Grevenum. Et additur:* alibi VII Kalendas Junii. *Sed neutro die aliquid habemus; forſan voluit auctor dicere,* alibi VIII Kalendas Novembris. *Nam S. Fronto Epiſcopus Petragoricenſis colitur & refertur in Martyrologiis* XXV Octobris. E

S. Judas Apoſtolus *indicatur in Kalendario Ægyptiaco Seldeni. Colitur* XXVIII Octobris.

Mombolus, Abbas Latiniaci in diœceſi Pariſienſi, *refertur à Wione, Dorganio, Ferrario, & in Kalendario Hibernico. Ab iiſdem & pleriſque aliis,* XVIII Nov.

Brendanus Birrenſis ſeu de Birra *indicatur in MS. Tamlachtenſi, ſcilicet* monaſterii Birrani in Hiberniæ meditullio poſiti fundator, quem anno DLXIV quidam, alii anno DLXXI mortem obiiſſe referunt, *teſte Vſſero pag.* 955; *cujus obitum S. Columbæ, in Iona inſula agenti, ſtatim innotuiſſe tradit in hujus Vita Adamnanus. Colganus ad Vitam S. Ædi* 28 *Februarii notatione* 6 *ſcribit* Brendanum *obiiſſe* XXIX Novembris.

SS. Andreæ Apoſtoli, & Lucæ Euangeliſtæ Tranſlatio Conſtantinopolim, una cum corpore S. Timothei, *de quo jam egimus; inſcripta eſt Martyrologiis Vſuardi, Bellini, Maurolyci & aliis cum hodierno Romano. Colitur S. Lucas* XVIII Octobris, *& S. Andreas Apoſtolus, cujus Tranſlationis feſtum in Aberdonenſi Breviario recolitur,* XXX Nov. F

S. Nicolai Epiſcopi Tranſlatio corporis, ex Myra civitate Lyciæ Barim urbem Apuliæ, *inſcripta eſt Martyrologio Romano & variis aliis. De qua agendum die ejus natali* VI Decembris.

SS. Joannis, Andreæ, & Thomæ Apoſtolorum aliqua ſolennitas Mediolani, in baſilica ad portam Romanam, *indicatur in Lucenſi & Corbeienſi apographis Martyrologii Hieronymiani, & MS. Tamlactenſi, uti infra ad Martyres Mediolanenſes obſervamus. De* S. Andrea *jam egimus. At* S. Thomas *colitur* XXI Decembris.

& S. Joannes Apoſtolus & Evangeliſta XXVII Decembris.

DE

DE SANCTO HERMA

G.H

EPISCOPO PHILIPPENSI.

SECULO I

memoria apud S. Paulum,

SAnctus Apoſtolus Paulus *in ſua ad Romanos epiſtola, capite* XVI *, quod eſt ultimum , ut ſolet in clauſulis ſuarum epiſtolarum ; varios amicos commendat & ſalutat , verſu* XIV *ita ſcribens :* Salutate Aſyncritum , Phlegontem , Hermam , Patrobam, Hermen,& qui cum eis ſunt fratres. *Ex his Martyrologio Romano inſcripti ſunt* Aſyncritus & Phlegon *ad diem* VIII *Aprilis* , Patrobas *ad* IV *Novembris* , *&* Hermas *ad hanc* IX *Maji ; omittiturque* Hermes *ultimo loco poſitus; quem à Græcis ad* VIII *Aprilis* Aſyncrito *&* Phlegonti *adjunctum etiam retulimus. De hoc autem* S. Herma *ad hunc* IX *Maji ſcribit Vſuardus :* Romæ natalis S. Hermæ , cujus Apoſtolus Paulus ad Romanos ſcribens meminit. Hic digne ſemetipſum Deo ſacrificavit , acceptabiliſque Deo hoſtia factus , virtutibus clariſſime fundatus , cæli regna petivit. *Quæ eadem confirmantur in Martyrologio Romano , & paſſim apud alios Martyrologos leguntur. Ado de illo agit in libello de feſtivitatibus Apoſtolorum illorumque diſcipulorum , & multa de ejus ſcriptis ex S. Hieronymo , ut mox dicetur, adjungit. Græci eumdem celebrant ad diem* VIII *Martii in Menæis excuſis & manuſcriptis & Synaxariis hac fere phraſi.* Eadem die memoria ſancti Apoſtoli Hermæ, cujus meminit Apoſtolus Paulus in ſua ad Romanos epiſtola: *& additur hoc diſtichon,*

in Martyrologio Latino

B

& Græcis.

Ἑρμῆ θανόντι τῷ μαθητῇ Κυρίου
Ἑρμαῖον ἔμπνευν ἐκ λόγων διαγλύφων.
Spirituale lucrum ex ſermonibus diverſis
Morienti Hermæ, Domini diſcipulo, obtigit.

Alluſio ſit ad ejus libros & ad nomen quod cum Mercurii nomine commune habet, unde & lucrum *Græce dicitur, ſicut apud veteres Belgas idem* Mercurius, Won, *dicebatur , & feria hebdomadæ quarta ab eo appellabatur* Wônsdagh, *nomine ſumpto à præterito imperfecto verbi* winnen *lucrari,* ik won *lucrabar.*

de ſcriptis ejus teſtimonia S. Hieronymi,

2 *S. Hieronymus , libro de ſcriptoribus Eccleſiaſticis cap.* 10 *iſta tradit :* Hermam, cujus Apoſtolus Paulus ſcribens adRomanos meminit,aſſerunt eſſe auctorem libri,qui appellatur Paſtor,& apud quaſdam Græciæ Eccleſias etiam publice legitur. Re vera utilis liber , multique de eo ſcriptorum veterum uſurparunt teſtimonia , ſed apud Latinos pene eſt ignotus. *Inter veteres ſcriptores eſt* Origines , *qui varia ejus teſtimonia profert , & lib.* 10 *Commentariorum in caput* 16 *S. Pauli ad Romanos,* Puto, *inquit,* quod Hermas iſte ſit ſcriptor libelli illius qui Paſtor appellatur : quæ ſcriptura valde mihi utilis videtur , & ut puto divinitus inſpirata. *Idem lib.* I *περὶ ἀρχῶν cap.* 3 ex libello qui Paſtoralis dicitur , quem Hermas ſcripſit , *citat illa verba.* Primo omnium crede , quia unus eſt Deus , qui omnia creavit atque compoſuit , qui,cum nihil eſſet prius,fecit omnia, qui eſt omnia capiens , ipſe vero à nemine capitur. *quod eſt mandatum libelli* 2. *& quæ in in viſione* 2 *libelli primi referuntur de mandato à Paſtore facto ſcribendi duos libellos refert idem Origenes lib.* 4 *περὶ ἀρχῶν cap.* 2, Et dabis , *inquit* , unum Clementi , & unum Graptæ : & Grapte quidem commoneat viduas & orphanos ; Clemens vero mittat per omnes civitates quæ foris ſunt: tu vero annuntiabis Presbyteris Eccleſiæ. *Ex quibus de tempore quo hi libelli fuerunt conſcripti , ſatis conſtat. Omitto alia teſtimonia ejuſdem Origenis, uti etiam S. Athanaſii Epiſcopi Alexandrini , Euſebii & Theodoreti , quæ à Margarino de la Bigne collecta ante S. Hermæ libellos in Bibliotheca Patrum ſunt excuſa. Addi his poſſet Vita S. Genofevæ edita à nobis ad diem* III *Ianuarii , ubi ipſa num.* 15 *dicitur, habuiſſe eas,*quas Hermas in libro ſuo deſcripſit indivíduas comites , quæ ita nominantur : Fides , Abſtinentia , Patientia , Magnanimitas, Simplicitas,Innocentia, Concordia , Caritas, Diſciplina, Caſtitas, Veritas & Prudentia. Hæ fuerunt indiſſociabiles & indiviſæ Genovefæ. *Ceterum quamvis varia ex dictis libellis apud quaſdam Græcorum eccleſias legi ſolita fuerint; inter ſacras tamen & canonicas Scripturas non habendos conſtat, ſed potius inter apocryphas : quemadmodum olim cenſuit Gelaſius Romanus Pontifex in decreto de Scripturis canonicis & apocryphis. Conſule Bellarminum & Labbeum de* Scriptoribus Eccleſiaſticis.

& aliorum

E

lib. 3 ſi. mil. 9

Epiſcopatus Philippenſis.

3 *Diximus ſupra* S. Patrobam *referri* IV *Novembris, cui tunc ad dictum diem in Menologio Baſilii Imperatoris adjungitur* S. Hermas,& dicitur Epiſcopus Philippopoleos , *ſeu* Philippenſium , *ubi traditur in Catalogis, Hippolyto Martyri & Dorotheo adſcriptis , etiam* Epiſcopus *fuiſſe. Alius ab hoc diſcipulo S. Pauli eſt* Hermes Pii Pontificis Romani frater, *cui Angelus in habitu paſtoris etiam apparuit , præcepitque ut ſanctum Paſcha die Dominica celebraretur : de quo mandato eum librum conſcripſiſſe indicatur in antiquis Catalogis Pontificum à nobis ante tomum* I *Aprilis editis , item apud Anaſtaſium Bibliothecarium & alios in Vita S. Pii Pontificis. Verum dictum ejus librum excidiſſe obſervant Labbe aliique. Hunc* Hermetem *ad Kalendas Martii retulit auctor Florarii Ms. & tunc à nobis huc remiſſus eſt , quod ab aliis non ſatis diſtingueretur. Verum ſi alius venerationis dies non occurrat , poterit adhuc de eo agi* XI *Iulii cum S. Pio fratre.*

alius ab eo Hermes frater Pii Papa.

C

Originis,

F

DE SANCTO PRISCO

G.H.

NVCERIÆ PAGANORVM IN ITALIA.

IX MAII

NUceria,*clara & vetuſta Picentinorum urbs, paſſim ab antiquis , Livio , Cicerone, Tacito aliiſque laudata , à poſteris* Paganorum *dicta, forſan quod Saraceni , è Sicilia exacti, ſub Frederico* II *Imperatore in ea habitarint : alii alias cauſas proferant ; iſto ſaltem cognomine ab alia* Nuceria , *Vmbriæ urbe , diſtinguitur. Poſita eſt in ea Campaniæ antiquæ parte , quæ nunc Principatus citerior appellatur, apud montem Hirpinorum ultra Sarnum fluvium , inter Neapolim & Salernum , cui vicinior eſt , eique ut metropoli ſubſunt Epiſcopi Nucerini. Tutelaris Patronus eſt* S. Priſcus , *creditus loci primus Epiſcopus , cui Cathedralis eſt dicata , ſed quo tempore vixerit non ſatis conſtat. Sub Nerone Imperatore in ea martyrio coronati ſunt* SS. Felix & Conſtantia , *quorum dies agitur* XIII *Kalendas Octobris in Martyrologio Romano: quod argumentum eſt , fidem Chriſtianam tunc in ea fuiſſe ſuſceptam. Ferdinandus Vghellus tomo* VII *Italiæ ſacræ, in Epiſcopis Nuceriæ Paganorum, de* S. Priſco *iſta habet :* S. Priſcus , primus hujus Eccleſiæ Epiſcopus, cenſetur ſub Nerone martyrio coronatus , cujus dies feſtus agitur IX Maji in Martyrologio Romano , de quo Baronius in Notis , eſtque Divus tutelaris. *Verum in hodiernis tabulis Martyrologii Romani nulla hujus Priſci fit*

Nuceriæ Paganorũ Patronus S. Priſcus Epiſcopus

relatus ab Vghello,

A *fit mentio: ſed bene relatorum ſupra S. Felicis & Conſtantii, iſtic ſub Nerone paſſorum. Secundus hujus Nuceriæ Epiſcopus ſtatuitur ab Vghello* Primerius, *ad quem S. Gregorius Magnus direxit epiſtolam 47 libr. 2 Regiſtri: & adhuc dubitat num fuerit Epiſcopus Nucerinus in Vmbria. Sed eſto huic Nuceriæ relinquatur, quale ſeculorum quinque ſpatium interfuit, quo nullus Epiſcopus ibidem ſciatur ſediſſe? Videtur proinde ex mera conjectura dici* S. Priſcus ſub Nerone paſſus. *Meminit ejuſ-*
& Romæo. *dem David Romæus de Divis regni Neapolitani pag.* 400 *hiſce paucis verbis:* Priſcus Pontifex Nuceriæ VII Idus Maji.

2 *Antonius Beatillus Societatis Ieſu Neapoli ad nos*
Vita Latina & Italica. *miſit* Vitam S. Priſci, Epiſcopi Civitatis Nuceriæ, extractam ex quodam veteri Lectionario S. Matthei de Salerno: *additque* fuiſſe etiam Neapoli excuſam. *Sed forte intelligit Italice tranſlatam à Paulo Regio, Neapoli anno* MDCXXVII *impreſſam; à quo auctor Latinus appellatur* Frater Lucius Baldinus. *Hujus Vitæ compendium ex Paulo Regio edidit Philippus Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ ad diem* VIII *Maji: ubi in Annotatione* miratur tempus, quo vixit, non fuiſſe expreſſum, neque Pontificem apud quem accuſatus fuit nominatum. Hæc enim prætermiſſa hiſtoriam ſolent ſuſpectam reddere, maxime ſi inveriſimilia contineat. *Hæc ille,* Auctore D. P.

3 *Videtur autem Frater ille Lucius Bandinus id aſtutè caviſſe, ne quæ à ſe conficta tam libere effutit, non tantum inveriſimilia ſed plane commentitia cenſeantur. Proinde prudenter abſtinuit Vghellus ab omni mentione hujus Vitæ Latine ſcriptæ & Italice etiam tranſlatæ, & forſan loco Martyrologii Romani & Notarum Baronii, voluit indicare Catalogum Ferrarii ejuſque Annotationem. Nos Acta illa non judicamus prælo digna & ab opere noſtro ſubmovemus forſan mille annis poſt obitũ Sancti collecta. Monemus tamen cum Ferrario ſanctitatem Priſci Epiſcopi in dubium revocari non debere, cum illum Eccleſia Nucerina miraculis illuſtrem ſemper venerata fuerit ut Patronum tutelarem, eique Eccleſiam Cathedralem dicarit. Idem Ferrarius in Catalogo generali Sanctorum, qui in Martyrologio Romano non ſunt, eumdem* Priſcum *retulit ad diem* VIII *Maji: verum monuit ſupra laudatus Beatillus, eum coli* ſeptimo Idus *ſeu die* IX Maji, *uti etiam ſupra indicarunt Vghellus & Romæus: & Paulus Regius in ſummario Vitæ præpoſito, aſſerit etiam* die IX Maji in pace requieviſſe,

DE SANCTO DIONYSIO

EPISCOPO VIENNENSI IN GALLIA.

G.H.

CIRCA AN. CXC.

Cultus ſacer 7 & 8 Maji,

Res conſequenter dies in variis ſacris faſtis habent aſſignatum ſibi cultum ac veneratio-
nem S. Dionyſii Epiſcopi Viennenſis. *Ac primo ad* VII *Maji; eum recolit MS. Florarium Sanctorum. Verum Martyrologium ſub nomine Bedæ ſuppoſitum, eoque citato hodiernum Romanum, die* VIII *Maji iſta habet:* Viennæ S. Dionyſii Epiſcopi & Confeſſoris. *Quo etiam die memoria ejus recolitur in MS. Martyrologio Bruxellenſis Eccleſiæ primariæ S. Gudulæ; item in excuſo anno* MCCCCXC *Coloniæ & Lubecæ, & in Auctario Greveni ad Vſuardum in quibus iſta leguntur:* Apud Viennam B. Dionyſii, ejuſdem urbis ſexti Epiſcopi & Confeſſoris, præclariſſimi in miraculis & in doctrina viri. *Eadem leguntur in Martyrologio Germanico Caniſii. Eumdem refert Molanus in Auctario Vſuardi in ſecunda & tertia editione. Apud Galeſinium hæc indicantur:* Viennæ S. Dionyſii, Epiſcopi & Confeſſoris: qui B. Irenæi Epiſcopi Lugdunenſis æqualis, in Epiſcopali munere eluxit omni cæleſti virtute.

C *& 9 Maji,*

2 *At die nono Maji memoria ejus præſcribitur in Appendice Adonis & in Antiquo Kalendario Viennenſis Miſſalis aut Breviarii, & in hoc, excuſo ſub annum* MDXXII, *quod habemus, omnia præſcribuntur de Communi Confeſſoris & Pontificis. Quo etiam nono Maji apud Sauſſajum hoc elogium continetur.* Viennæ S. Dionyſii Epiſcopi & Confeſſoris, qui Apoſtolicæ vicinus ætati, Juſti illuſtriſſimi Chriſti prædonis ea in Sede ſucceſſor, in ſalutis ſcientia eruditiſſimus, ac omni Epiſcopali ornatu, cæleſti utique præſtans virtute, copioſe inſtructus illuxit; undique vero cum Chriſtiana religio ejuſque aſſertores omnibus machinis impeterentur, vigilantiſſimus commiſſæ ſibi naviculæ proreta, frementes impietatis procellas, admirabili cum fidei vigore, tum animi conſtantia, tum incredibili labore ſuperavit: deinde felici remigatione in ſalutis portum ratem ſartam tectam, merceſque, nempe animas ſibi creditas, ſalvas deduxit ac provexit: ſicque demum vita & munere optime defunctus, æternæ accepit remunerationis lauream. *Hæc Sauſſajus, in quibus multa, de quocumque illuſtri Epiſcopo dici apta, pluris æſtimanda ſi ab auctore coævo & teſte oculato proferrentur. De memorato ejus*

eum encomio Sauſſaji

ſucceſſore S. Juſto *egimus* VI *Maji, atque oſtendimus eum martyrio coronatum ſub Marco Aurelio Vero, anno* CLXXVIII: *In antiquo Catalogo Sanctorum Epiſcoporum Viennenſium, quem ipſi anno* MDCLXII *Viennæ deſcripſimus, hæc indicantur:* S. Dionyſius præclariſſimus doctrina vir, qui floruit temporibus Marci Aurelii, Veri & Commodi. *Succeſſit hic patri ſuo anno* CLXXX, *& ipſe ſtrangulatus anno* CXCII, *accepitque proximo anno ſucceſſores P. Helvium Pertinacem, Didium Julianum, & Lucium Septimium Severum, qui diu regnavit. Ado Epiſcopus Viennenſis in Chronico iſta habet ſub Lucio Antonino Commodo:* Dionyſius, diſcipulorum Chriſti auditor, Viennenſem Eccleſiam regebat. *Et ſub Ælio Pertinace iſta ſcribit:* Dionyſius, ſicut diximus, Viennenſis Epiſcopus eruditiſſimus floruit. *At deinde ſub Severo ſcribit floruiſſe* S. Paracodem, Epiſcopum Viennenſem, *S. Dionyſii ſucceſſorem, cujus natalem celebravimus ad ipſas Kalendas Ianuarii.*

F *& elogio Ioannis le Lievre*

3 *In Martyrologio, quod ad uſum Eccleſiæ Viennenſis, ſi approbaretur, ſcripſit Ioannes le Lievre, hoc elogium exponitur ad diem* IX *Maji:* Natale S. Dionyſii Martyris & Confeſſoris, ſeptimi Archiepiſcopi Viennenſis, natione Græci, diſcipulorum Chriſti auditoris: qui cum vir eſſet ſingularis doctrinæ eximiæque ſanctitatis, tempore Commodi Imperatoris vixit in regimine ſuæ Eccleſiæ, ab anno CLXXVII uſque ad annum CXCVII, ad quem B. Victor Papa anno XCVII de celebratione Paſchæ reſcripſit, prout fuerat definitum in Concilio Alexandrino, præſente B. Irenæo tunc Presbytero Eccleſiæ Lugdunenſis, ut per totam Galliam idem Dionyſius, tamquã Primas, ſic promulgaret. Similem prorſus epiſtolam idem Victor Papa S. Paracodæ ejuſdem Dionyſii ſucceſſori reſcripſit, tamquam Galliæ Primati. Tandem Dionyſius noſter martyrio coronatus eſt ſub Septimo Severo Imperatore, poſtquam Eccleſiam ſuam rexiſſet annis XXIII, quem S. Eleutherius Papa tranſtulit in numerum Sanctorum Martyrum & Pontificum.

4 *Hæc ibi, quæ non facile ſingula probabuntur, quamvis eadem fere in ſuo libro excuſo proferat. Quomodo enim S. Eleutherius, cujus nominis ſolum unicus Pontifex*

hic diſcuſſo.

AUCTORE G.H. *fuit, potuit eum in numerum Sanctorum referre, qui deceſſor S. Victoris Papæ fuit, & ſecundum dictam auctorem neceſſario foret ante S. Dionyſium mortuus? Quomodo conſtat eum martyrio coronatum, quem Viennenſis Eccleſia ſolita fuit venerari officio Eccleſiaſtico Confeſſoris Pontificis, & confirmant Martyrologia allegata, nec meminit etiam martyrii Ado in Chronico? Quomodo rexiſſet Eccleſiam viginti tribus annis, cum dicatur ab eodem auctore præfuiſſe ab anno* CLXXVII *uſque ad annum* CXCVII? *S. Irenæum, hic Presbyterum, in excuſis Epiſcopum facit: & rectius. Sed de Concilio Alexandrino, ſub Victore habito, nulla alibi fit mentio. Præterea ſecundum calculum antiquorum Pontificũ, alibi à nobis probatum, S. Victor præfuit Eccleſiæ ab anno* CLXXXVI *uſq; ad ann.* CXCVII. *Non ergo anno* CXCVII *reſcripſit S. Dionyſio de celebratione Paſchæ, qui de eadem re quoque ſcripſit ad ſucceſſorem ejus S. Paracodam, cujus aliqua Acta dedimus ad Kalendas Ianuarii cum dicta Epiſtola, hoc exordium habente*: Collega noſter Dionyſius dormiens te nobis ſocium in Eccleſia Chriſti reliquit: *& quæ de Paſcha celebrando præſcribit, cupit ab eo* doceri per Eccleſias ſibi commiſſas, *nulla ullius per Gallias Primatus facta mentione. Altera vero Epiſtola apud Ioannem à Boſcho, qui eas in Bibliotheca Floriacenſi edidit, non eſt inſcripta* Dionyſio, *ſed* Deſiderio Viennenſi Epiſcopo, *quem dictus à Boſcho ſedisſe ſtatuit inter* Juſtum *&* Dionyſium; *ac proinde ambo non longo tempore præſuiſſent. Errorem in titulum irrepſiſſe ſcribit Ioannes le Lievre, quod hoc tempore non reperiatur ſedisſe* Deſiderius *in Catalogis Epiſcoporum Viennenſium: ſed forſan imperfectis, & in quibus facilius potuit* Deſiderius *omitti, quod Sanctis non eſſet adſcriptus. Hinc ipſam Epiſtolam, cum apud dictos auctores & in novis Conciliis legi poſſit, omittimus hoc tranſcribere.* D

An aliquis fuerit tunc Deſiderius Epiſcopus.

DE SANCTIS MARYRIBUS
CODRATO SEV QVADRATO SATVNINO, RVFINO ET SOCIIS
NICOMEDIÆ ET VICINIS LOCIS.

G.H.

SUB VALERIANO *Elogium ex Menol. Baſilii Imp.*

Memoria ſancti hujus Martyris Codrati *ſive* Quadrati & ſociorum *celebratur hoc* IX *Maji, quibus in Menologio Baſilii Porphyrogeniti Imperatoris, hujuſmodi elogiũ texitur:* Codratus Chriſti Martyr fuit ſub Imperio Decii & Valeriani in urbe Nicomedia. Verum quod Chriſti fidem profiteretur, ab ethnicis una cum ſuis ſociis comprehenſus eſt, & vinctus Proconſuli civitatis traditus: à quo cum de fide eſſet interrogatus, Chriſtum eſt magna cum fiducia profeſſus. Quare dejectus in terram, aridis boum nervis cæſus eſt: eumque humum ſanguine ſuo irrigaſſet, in carcerem conjectus. Deinde Nicæam abductus, à Proconſule denuo eſt tormentis ſubjectus. Cum vero nonnulli tormenta extimeſcerent, atque idolis ſacrificare parerent, eos; timorem Dei inculcans, in Chriſti fide obfirmavit: quos Proconſul in ignem projici & comburi mandavit. Poſtquam autem Codratus ex urbe in urbem circumductus, eas omnes ſanguine ſuo conſecraſſet, tandem Hermopolim pervenit, ibique fuit capite truncatus. *Hæc in dicto Baſilii Imperatoris Menologio. Quæ eodem die* IX *Maji, latius explicantur in MS. Græco Synaxario Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, in Collegio Claromontano Societatis Ieſu Pariſiis adſervato, his verbis.*

C *MS. Synaxario,*

2 Certamen ſancti Martyris Codrati & ſociorum ejus. Hic cum ſuis ſociis erat temporibus Decii & Valeriani Imperatorum in urbe Nicomedia. Aſt propter Chriſti fidem adductus fuit ad Perinium Proconſulem: & interrogatus, Chriſtum confeſſus eſt. Tunc expanſus, boum nervis adeo cæſus eſt, ut ſanguine ſuo compleret humum: ac ſic nudus carceri injectus ſuper teſtulas, ejuſq; pectus lapide gravatum. Abductus dein in urbem Nicænam, atrocibuſq; eſt tormentis cruciatus: interim ibi multos in Chriſto credere fecit, è quibus alii capite truncari ſunt, alii in ignem conjecti. Sanctus vero vi tractus, templum idolorum ingreſſus, omnia in eo ſimulacra comminuit: ideo in eculeo ſuſpenſus ac laceratus eſt, & ſic flagellis de urbe in urbem cruciatus, venit Apameam, ubi ſæco incluſus atrociter cæſus eſt. Deinde quod Cæſaream iter faceret Proconſul, & ipſe eo ductus eſt, & rurſus nervis boum percuſſus: ubi Saturnillus & Rufinus Chriſtum confeſſi, poſt atrocia tormẽta capite truncati ſunt. Deinde profecto Apolloniadẽ impio Proconſule, & S. Codratus vinctus eo abductus eſt: ubi illũ expertus eſt valde ſeverum; qui muriam & acetum inter ſe confuſa juſſit vulneribus infundi, plagaſque ciliciis confricari, & latera candenti ferro uſtulari. Cumque inde Proconſul Rhundaca & Hermopolim ſe transferret, neq; Codratum inducere poſſet ut ſacrificaret, in ardente craticula extenſum, pice & oleo deſuper perfundi juſſit. At videns ſceleſtus Proconſul eum ab igne non comburi, decretum tulit ut gladio periret: quo cæſus martyrii coronam ſubivit. Feſtiva ſolennitas ejus peragitur prope Xerocircum. *Huc uſque Synaxarium.*

3 *In MS. Chiſletiano ſub initium aliqua ſic latius exponuntur*: Ad Perrhinium Proconſulem adducti, fuerunt ſinguli interrogati patriam, genus, & nomen. S. Codratus reſpondit: Chriſtiani nominamur: hoc enim nomen nobis eſt admiratione plenum. Si vero cupis ſcire manſiones & actiones noſtras, ſervi ſumus Chriſti, & civitatem pro patria habemus ſupernam Hieroſolymam. Ubi vero Sanctum hunc neque minis neque promiſſis flecti poſſe vidit Proconſul, ſed vi verborum eluctari, & idola vituperare; ira repletus juſſit eum extendi, & virgis cædi *&c. Hæc autem elogiorum diverſitas reperta in Synaxariis, mutuos defectus quadamtenus ſupplentibus, omnino perſuadet extitiſſe olim, quæ forte etiam nunc alicubi lateant, prolixiora Martyrii Acta, unde ſinguli auctores Synaxariorum diverſa illa elogio decerpſerint, alii alia, ſed inter ſe nequaquã pugnantia, deſcribentes: niſi quod in MSS. Mediolanenſibus bibliothecæ Ambroſianæ & Taurinenſibus Ducis Sabaudiæ referantur præfata tormenta omnibus illata Nicomediæ. In Menæis excuſis etiam die* IX *Maji, indicatur memoria* ſancti Martyris Codrati & ſociorum ejus. *Aſt elogium aliquod refertur die* VII *Maji: quo die Sirletus in ſuo Menologio indicat nomen* Quadrati, *adjungitque* S. Acacio, *cujus Acta dedimus* VII *Maji. Eodem* VII *Maji, Galeſinius celebrat* S. Codratum Martyrem, *aliquo elogio ex Græcis adjuncto. Denique eodem die iſta in hodierno Martyrologio Romano habentur*: Ibidem *Nicomediæ* S. Quadrati Martyris, qui in perſecutione Decii ſæpius ad tormenta repetitus, demum capite truncatus eſt.

Ms. Chiſletiano, *& aliis,* *& 7 Maji in excuſis Menæis & Martyrol. Romano.*

F

4 *Loca*

A

Loca passionis

4 *Loca cruciatibus* S. Codrati *nobilitata primo nominãtur* Nicomedia *&* Nicæa, *Metropoles Bithyniæ celebres & notißimæ; tum* Apamea, Cæsarea *&* Apollonias, *urbes in eadẽ Bithyniâ Episcopales. Dein ductus est* Rhyndaca *&* Hermupolim, *uti in Synaxario hæc loca appellãtur, sive* Hermopolim *in Menologio Basilii, aut* Eremupolim *in Ms. Chifletiano, aut denique in Menæis excußis* ῥύνδακον (*apud Maximũ Cythareum* ὁ ῥύνδακος) *&* Hermupolim. *Quæ ibidẽ arbitrãmur in Bithyniâ aut ejus vicinia fuisse; ne cogamur* Hermopolim *in Isauria sub Patriarchatu Antiocheno urbẽ Episcopalẽ aßignare, quia* Consularis provincia Pontica *in Notitia Imperii solũ continebat* Galatiã & Bithyniam: *extra quas ditiones non videtur Proconsul* Perinius *aliquam jurisdictionẽ exercuisse.*

& cultus.

Quod autem propriam Constantinopoli festivitatem habeat, argumentũ præbet cogitandi corpus S. Codrati *aut reliquias corporis aliquas illuc allatas fuisse: qua tamen parte urbis* Xerocircus *fuerit hactenus non comperi, sed bene eadem ratione ibidẽ dicta loca* Xerolophi, Xerocepii *&* Xeroceramі *apud Codinum in Originibus, à Græco* Ξηρὸς siccus, aridus: *videor autem mihi in eodem Claromontano Synaxario etiam* Xerocercũ *legisse: nihilominus dubito an forte non sit corrupte sic scriptum nomẽ pro* Xylocerco, *quod est portarum urbis una, sic dicta, quia propter aquarum copiam & crebram maris inundationem fundanda fuerit supra palos roboreos teste Codino.* D

Tempus martyrii.

5 *Tempus martyrii aßignatur* sub Imperio Decii & Valeriani, *id est in persecutione à Decio cœpta, & ad tempora Valeriani continuata, in qua hi Martyres sunt cæsi. E sociis Martyribus suis nominibus expreßi, sunt* Saturninus *&* Rufinus, *Cæsaream passi. In Menæis excußis omittuntur* Cæsarea *& alia urbes, & dicuntur* Nicææ *securi percußi, & appellantur* Saturninus & Rufus. *In Menæis Chifletianis seorsim ad diem* IX *Maji referuntur* sancti Martyres Rufinus & Satorninus gladio percußi, *quod etiam indicatur hoc distichо.*

& socii.

Αὐοῖν συνάθλων ᾠδὸς τομὴν τολμῶν ξίφος
Ἰσῤῥοπεῖ σοι τῷ ζυγοστάτῃ, Λόγε.
Audens duorum gladius in pugilum necem,
Facit ut æquales, libripens Christe, æstimes.

DE SANCTIS MARTYRIBVS
QVIRILLO, QVINDEO SEV GINDEO, ET ZENONE
AXIOPOLI IN BVLGARIA.

G.H.

IX MAII

Passi Axiopoli

Xiopolis *urbs antiqua* Mysiæ *inferioris, in hodierna* Bulgaria, *ad dexteram ripam Danubii, qui inde olim Ister appellari solebat, nobis aliquos Martyres hoc die & sequenti propositos genuit. Ab his antiqua Martyrologii Hieronymiani apographa quatuor præsentem ita auspicantur*: septimo Idus Maji in Axiopoli Quirilli, Quindei, Zenonis. *Iidem referuntur à Rabano, Notkero, & in Martyrologio sub nomine Bedæ excuso, item in Mss. Trevirensi S. Maximini, Aquisgranensi, & alio Reginæ Suecia ab Holstenio laudato, sed loco* Quindei *legitur* Gindei, *&* Zindei: *quo omisso reliqua habentur in Mss. Richenovienſi & Rhinovienſi: at solus* Quirillus *est in Mss. Altempsiano & alio Corbejenſi, item Atrabatensi & Tornacensi. Omissa palæstra martyrii referuntur omnes, in Mss. Augustano, Labbeano, Tamlactensi & Auctario Greveni ad Vsuardum.* Quirillus *vero cum* Zenone *memoratur in Ms. Pragensi, in aliis solus* Quirillus *aut solus* Zenon. *Galesinius asserit in Notationibus*, apud Bedam hæc nomina corrupte legi: *quo tamen citato, & Ms. suo, ista scribit*: Romæ beatorum Martyrum Quirilli, Zenonis & Timothei. *Convincitur ille codex Ms. Galesinii continuis scatere erroribus, quos facilius certiusque dignoscemus ab aliis, ab eodem Galesinio superaddidis propriis secuto conjecturas; si ipse Codex adhuc extaret, atque ad manus nostras veniret, aut aliquod ejus apographum. Habemus in sedecim illustribus codicibus hos tres*, Quirillum, Quindeum *sive* Gindeum, *&* Zenonẽ *passos esse* Axiopoli: *&* Timotheum *hoc die referri, quod* sacra ejus ossa Epheso sint delata Constantinopolim, *uti inter Prætermissos & in alios dies rejectos observamus.* Romæ *mentionem nusquam juvenimus. Interim Galesinium sequitur Ferrarius, omißis Rabano & Notkero, quos alias solebat allegare. Vtrum ab his sint diversi Martyres, qui sequenti die referuntur etiam* Axiopoli *passi, ibidem inquirimus. In Martyrologio S. Savini de Levitania, relato in adjunctis Saussaji ad Martyrologium Gallicanum pagina* 1248, *ad diem* VIII *Aprilis ista habetur*: In Axiopoli natale SS. Cyrilli, Quidei & Zenonis, *quo priorũ omnium pro Axiopoli suffragia confirmantur. Nudum nomen* S. Quirilli martyris *insertum est Kalendario antiqui Breviarii Ms. quod habemus, ac videtur in usu fuisse ad partes Rheni.*

non Roma.

relatio etiam 8 Aprilis.

DE SANCTIS MARTYRIBVS
APHRODISIO, IOCVNDO ET FIRMO
TARSI IN CILICIA.

G.H.

IX MAII

Pographum Martyrologii Hieronymiani Corbejense, Parisiis excusum, secundo loco celebrat hos Martyres istis verbis; Tarso Ciliciæ Afrodisi, Jocundi, Firmi: *sed alia tria apographa, Epternacense, Lucense & Blumianum omittunt duos socios* Jocundum & Firmum: *quod itidem faciunt Notkerus, Rabanus, Auctor Martyrologii sub nomine Bedæ excusi tum Mss. Richenovienſi, Patriciano Neapoli descripto, & alio Reginæ Suecia. At sine palæstra refertur* S. Aphrodisius *in Mss. Aquisgranensi, Augustano S. Vdalrici & Parisiensi Labbæi; & Tamlactensi, uti, in Auctario Greveni ad Vsuardum, & die præcedenti* VIII *Maji in Martyrologio S. Savini de Levitania, apud Saussajum in adjunctis ad Martyrologium Gallicanum pag.* 1248.

DE SANCTIS MARTYRIBVS EPHENICO, CASTO ET POLLIMIO

G.H. *MEDIOLANI IN INSVBRIA.*

IX MAII Progredimur cum apographis Martyrologii Hieronymiani, ex quibus ad diem VI Maji protulimus magnam classem athletarum Mediolani passorum, & die præcedenti VIII hujus dedimus celeberrimum Martyrem S. Victorem etiam Mediolani coronatum: ei ad hunc diem addimus alterum, cujus antiquissimum Epternacense apographum ita paucis meminit: Mediolano Ephenici. In Ms. Tamlactensi Effenicus refertur. In apographis Lucensi & Corbejensi duplici, alia prorsus referuntur hoc modo: Mediolano Apostolorum Joannis, Andreæ & Thomæ in basilica ad portam Romanam. Indicatur hæc Apostolorum festivitas ob horum reliquias in Ms. Tamlactensi. Extra hanc portam à S. Ambrosio inventum corpus S. Nazarii Martyris, tradit ad sequentem diem in suo Martyrologio Galesinius. Forte dicta basilica ad eam portam fuit dicta Apostolis dicata, aut aliquæ eorum reliquiæ ibidem olim adservabantur. Loco horum Apostolorum adjungimus S. Euphenico alios duos Martyres, Castum & Pollimium quos exhibent antiqua Mediolanensia Missalia, excusa anno MDXXII & anno MDLX, & Breviarium itidem Mediolanense excusum anno MDXXXIX. Hi enim etsi non censeantur forsan Mediolani martyrio coronati, ibidem tamen ut Martyres celebrantur. Ioannes Petrus Puricellus in monumentis Mediolanensibus Ambrosianæ basilicæ cap. 19 allegat Ms. Codicem pergamenum Gualvanei Flammæ, quo Sanctorum corpora in ista civitate jacentia recensentur: ubi ista leguntur. Festum Sanctorum Confessorum & Levitarum Casti & Pollimii die nona Maji. Jacent ad S. Victorem. Et addit Puricellus ad Cælum aureum. De S. Victore & ejus Ecclesiis egimus VIII Maji. At qui hic Confessores dicuntur, habentur Martyres in dictis Missalibus & Breviariis.

DE SANCTIS TRECENTIS ET DECEM

G.H. *MARTYRIBVS IN PERSIDE.*

IX MAII Omnia passim Martyrologia Latina celebrant hos Sanctos Martyres in Persida coronatos, & sunt inprimis quatuor apographa Martyrologii Hieronymiani, tum quæ ediderunt Vsuardus, Ado, Notkerus, Bellinus cum plerisque & cum optima nota Mss. fastis ac Martyrologio hodierno Romano: & hac fere ubique phrasi. In Persida Sanctorum trecentorum & decem Martyrum. Auctor Martyrologii sub nomine Bedæ excusi numerum auget ad quadringentos, facili librarii lapsu decumanam notam in centenariam convertentis. Simile σφάλμα reperimus in aliquo Ms. in quo CCX Martyres notabantur. Wandelbertus hoc eos versu honorat.

Ter centum radiant septenis Idibus uno
Martyrio, denique; simul decorante Beato.

In Ms. Tamlactensi est memoria S. Beati, de quo infra, & aliorum CCXIII: alibi, & aliorum Martyrum XXIII. Quo vero tempore & mortis genere compleverint agonem, nullus prodit: & cum plurimæ apud Persas in Christianos motæ fuerint persecutiones, difficile est discernere. Florentinius conjicit oculos in Saporem Regem Persarum, quod plurimi sub eo ob fidem Christi fuerint martyrio coronati.

DE SANCTO BEATO

G.H. *VINDOCINI IN DIOECESI CARNOTENSI.*

IX MAII Nonnulla circa S. Beatum difficilia apparent, ut dubitari possit unicus an plures statuendi sint. Nos clare, quis sensus antiquorum reperiatur, indicabimus. Prima memoria fit in quatuor Martyrologii Hieronymiani vetustis apographis sed ad varios dies, sub fine pontificatissimum in Gallia & Anglia auctis. Ex his antiquissimum est Epternacense, ante mille prope annos exaratum. In quo sub finem ista leguntur: Et alibi Beati Confessoris: in aliis tribus, scilicet Corbejensi, Lucensi & Blaviano, ista habentur, Natalis S. Beati Confessoris. At Mss. Richenoviense prope Constantiam in Suevia, Pragense Ecclesiæ Cathedralis, Augustanum S. Vdalrici & Parisiense Labbæi, solum Beati Confessoris meminerunt, qui in Ms. Trevirensi S. Martini dicitur Beatus Presbyter. En antiqui cultus illustria vestigia, at nullus locus indicatur. Primus Rabanus in suo Martyrologio ista tradit: Romæ natale S. Beati Confessoris. Rabanum descripsit auctor Martyrologii sub nomine Bedæ suppositi, & hunc Galesinius. At Mss. Atrebatense Ecclesiæ Cathedralis, Bruxellense ecclesiæ S. Gudilæ, & Tornacense monasterii S. Martini, ista conjungunt: Romæ natalis Sanctorum Beati Confessoris & S. Primoli. In his errorem irrepsisse ex adjuncto Primolo, qui Romæ passus, & S. Beato immediate præponitur in citatis quatuor Martyrologii Hieronymiani apographis, colligitur ex Ms. Epternacensi: ubi inter Primolum & Beatum expresse ponitur, & alibi: quod idem est ac si diceretur, non Romæ. Locus autem ille in veterrimo Martyrologio Reginæ Sueciæ signato nu. 313 ita indicatur: In territorio Carnotinæ civitatis castro Vindocino, natalis S. Beati Confessoris. Eadem inde extracta habet Lucas Holstenius in Animadversis ad Martyrologium Romanum. Vsuardus vero: Castro Vindicino depositio S. Beati Confessoris. Eadem aut similia habent Bellinus, Grevenus, Molanus, Maurolycus, Felicius, Canisius, Saussajus, cum hodierno Martyrologio Romano.

Cultus antiquus.

non Romæ

sed Vindocino tribuendus.

2 In MS. Adone cœnobii S. Laurentii apud Leodienses additur, ejus Acta haberi. Hæc multiplicia habemus, sed primæ notæ ac fidei nulla: quæ autem habemus solo inter se stylo differunt. Quare ea damtaxat damus quæ putamus aliis antiquiora, à P. Ioanne Gamans transcripta ex insigni Passionali pergameno Bodecensis cœnobii, Ordinis Canonicorum Regularium S. Augustini in Westphalia & diœcesi Paderbornensi, collata cum alio codice MS. Ecclesiæ Sancti Salvatoris. Alia, majori aliquantum cultu verborum exornata & ferme in duplum extensa, habe-

diversa pluries reperta.

A *habemus ex quatuor Mss. codicibus, ſcilicet quæ ipſi deſcripſimus ex codice Ms. ſupra indicatæ Reginæ ſignato num.* 863, *item Pariſiis ex Mss. codicibus duobus aſſervatis apud Patres Fullienſes, inter collectanea R. P. Ioannis à S. Martino, quorum prius exemplar carebat Prologo; alterum erat in Lectiones novem diſtinctum, & loco* Beati *præferebat nomen* Siviardi. *Quartum exemplar, nobis ſubmiſſum fuit Rotomago à R. D. Franciſco Pommerajo Religioſo Benedictino. His autem quatuor exemplaribus inter ſe collatis, paraveramus prælo Vitam ſecundam, eo conſilio, quo in Ianuario ac Februario uſi aliquoties, de iis Sanctis, quorum nullam habebamus vitam auctoritate & antiquitate præcipuam, plures notæ inferioris ac fidei, ſolo fere ſtylo differentes dedimus, ut libera lectori maneret electio. Sed quia uſu deprehendimus multorum eſſe judicium, quod parum utiliter multiplicentur eæ Vitæ, quarum vel unam legere nimium ſit, optantibus ut certiora ac ſola primæ fidei Acta in hoc opere propoſita haberentur; abſtinendum illius editione cenſuimus, & ad notas referendum, ſi quid in aliis occurreret ſingulare. Ab alterutra porro Vita deſumptæ ſunt Lectiones ex vetuſto Ms. Breviario, nobis à P. Ioanne Wallon olim Rotomago ſubmiſſæ: alia item compendia quæ extant tum in Breviario Carnotenſi anno* MDCXXXIII *excuſa, tum in officiis propriis Eccleſiæ Conſtantienſis in Suevia, in his ipſis legitur* corpus ejus in caſtro Vindecino ſepulturæ traditum. *Scilicet, ut etiam habet Breviarium Carnotenſe*, cum in crypta caſtello Vindecinenſi propinqua reliquam vitam tranſegiſſet; *& conſpirant, quas diximus, Vitæ omnes.*

B

parochia Reliquiæ. 3 *Eſſe in diœceſi Carnotenſi & Decanatu Vindocinenſi pagum & parochiam* S. Beati, *ſpectantem ad patrocinium Abbatis Vindocinenſis, teſtatur Regiſtrum beneficiorum diœceſis Carnotenſis excuſum anno* MDCXLVIII. *Eſt autem ibidem Abbatia, ſanctiſſimæ Trinitati dicata, Ordinis S. Benedicti, in qua* aſſervari brachium S. Beati argento incluſum, *indicavit nobis ante laudatus Pommerajus Benedictinus. Et hæc omnia confirmant* S. Beatum *in dicta diœceſi Carnotenſi & viciniis urbis* Vindocini, *vulgo* Vendoſme, *vitam pie peractam ſancto fine concluſiſſe, & ibidem antiquam venerationem obtinuiſſe.*

Quo ſeculo floruerit. 4 *At modo quo ibidem tempore floruerit indagandum. Acta infra danda habent inter alios viros Apoſtolicos à S. Petro Apoſtolo electum, inſtructum & in Gallias miſſum fuiſſe. Interim memoratus Pommerajus, cum illa ad nos mitteret Acta, in litteris adjunctis indicat, ſe arbitrari floruiſſe quarto aut quinto Chriſti ſeculo. Profecto aliquis ſcrupulus injicitur ex lectionibus Breviarii Carnotenſis, quod in eis nulla mētio fiat aut urbis Romanæ, aut S. Petri, aut Pontificum Romanorum, cum ex hac miſſione S. Beati per S. Petrum facta accedere poſſit ſumma dictæ diœceſi dignitas excellentiaque. In Breviario Conſtantienſi traditur* miſſus à Romano Pontifice in Galliam, diſſeminandi Euangelii cauſa. *Quid ergo dicendum ad dicta Acta? Forte viderentur alicui ſcripta ex picturis ad honorem* S. Beati *formatis, in quibus indicantur miſſio ab aliquo Pontifice facta, appictis clavibus poteſtatem ſolvendi & ligandi ſignificantibus, & mox ex ſolo antiquitatis amore, quo paſſim homines flagrant in promovendis fidei ſuſceptæ primordiis, præſumpſerit aliquis illum Pontificem fuiſſe S. Petrum Apoſtolum. Conſule Franciſcum Boſquetum, qui ſimilia tradit in libro hiſtoriarum Eccleſiæ Gallicanæ: quorum aliqua inſinuavimus* XXII *Martii, ad Vitam S. Pauli Epiſcopi Narbonenſis. Nos iſta eruditis apud Carnotenſes & Vindocinenſes viris ulterius diſcutienda relinquimus.*

C

& qualis illi cū dracone pugna. 5 *Alterum, & forte magis dubium, adſcriptum eſt* S. Beato, *quaſi non minus illi atque S. Georgio fuerit pugnandum cum Dracone aut ingenti aliquo ſerpente, quem debuerit ex antro ſeu crypta pellere. S. Georgii Acta elucidavimus ad diem* XXIII *Aprilis, &* §. III *late oſtendimus pugnam illi affictam occaſione imaginum, quæ ſimili modo exprimebant victoriā illius, idololatria deſtructa reportatam de diabolo infernali dracone: quod & hic videtur poſſe credi, & ideo de ſerpente aut dracone nihil tradi in excuſis Lectionibus, imo & in antiquo Lectionario Ms. uti infra ad priora Acta annotamus.*

AUCTORE D. P.

Alius S. Beatus apud Trevi-ros. 6 *Prope Confluentiam urbem ditionis Trevirenſis, ubi Moſella in Rhenum delabitur, eſſe* montem S. Beati, ubi Carthuſiani habitant, *reperimus annotatum ad miracula* S. Servatii *die* XIII *Maji num.* 34, *cujus delatum eo corpus dicitur*, quaſi ſalutans *dictum* Beatum, tertio ſe inclinaviſſe. *Colitur* XII *Maji; S. Modoaldus Archiepiſcopus Trevirenſis, cujus corpus eſt anno* MCVII *ad monaſterium Helmwardenhuſen tranſlatum*, una cum dente & parte coſtæ S. Beati Confeſſoris, Treviris obtentis à duabus Deo devotis feminis, in eccleſia B. Mariæ incluſis, *uti ibidem in Hiſtoria Tranſlationis num.* 16 *legitur. Ioannes Enen & Ioannes Scheckmannus in Epitome ſeu Medulla Geſtorum Trevirenſium anno* MDXVII *excuſa pag.* 57, *referunt ſacras Reliquias monaſterii S. Mariæ ad Martyres juxta littus Moſellæ, & inter alia iſta habent:* Digitus S. Beati Confeſſoris, qui & corpore hic pauſat. *Verum* Confluentiæ apud Carthuſianos eſſe ſepultum, *indicatur in Martyrologio Coloniæ & Lubecæ anno* 1490 *excuſo, item apud Caniſium, Molanum aliosque: ſed ad diem* XXVI *Iulii: eumque cum fratre ſuo* Banrone *vixiſſe in Vogeſo, indicatur in Vita S. Magnerici Epiſcopi Trevirorum* XXV *Iulii. Conſule Broweri Annales Trevirenſes libro* 7 *num.* 32: *& ex his omnibus confice Confluentinum iſtum* Beatum, *ab illo Vindocinenſi diverſum eſſe.*

E

VITA

Ex MSS. Bodecenſi & Vltrajectino.

F

Inter alios viros Apoſtolicos 1 IN diebus illis, quando Provinciæ plurimæ bellicis ſtudiis intervienant, Aquitania ſimul ac tota Germania publicis erroribus inſudabat, & tota gentilium numeroſitas idolorum vanitate ſubjacebat; factum eſt per divinæ reparationis providentiam, ut ad revocandos populos à ſua dementia, plurimi athletæ, armati pietate & fide, à S. Petro Apoſtolo ab urbe Roma in omnes fines orbis terræ dirigerentur: qui ſeminario doctrinæ Dei Gentes vocarent ad gratiam, quatenus de credentium turba quotidie accreſcens Chriſti perſultaret Eccleſia. Inter quos extitit vir Dei, Beatus nomine & opere, magnus & præſtans religione, genere nobilis, ſed nobilior atque ſublimior fide; forma decorus, ſapientia præditus, opibus locuples, ſed gratia Dei prædives. Hic non duplici corde ſed ſupplici veniens ad converſionem, ſubſtantiam ſuam ex parte pauperibus tribuit, ex parte Eccleſiæ ac fratribus diviſit, & nihil ſibi præter ſimplex indumentum retinuit, timens illud Ananiæ & Saphiræ exemplum vel ſupplicium, maxime illud quod Dominus in Euangelio ait: Qui non renunciat omnibus quæ poſſidet, non poterit meus eſſe diſcipulus. Sic ergo mundo nudus & expeditus, Chriſti vero armis & virtutibus indutus, à B. Petro ad prædicationem miſſus, peregrinationem in Galliam *a* traditur ſuſcepiſſe lætus, ut qui inter notos venerabatur maximus, inter ignotos putaretur mendicus; illud in ſe recognoſcens, quod Dominus pauperibus atque humilibus ſuis repromiſit, dicens: Beati pauperes ſpiritu quoniam ipſi poſſidebunt terram.

S. Beatus rebus ſuis in pauperes diſtributis;

Luc. 14, 33

a in Gallia prædicat:

2 Arrepto itaque prædicationis itinere, non defuit ei verbum veritatis in ſemine, nec fructus in operatione, nec meſſis in retributione. Nam ad quaſcumque gentes venit prædicando verbum Dei converſionis eorum plurimum meruit à Domino percipere fructum. *b* Signis vero & virtutibus in omni- *b*

Matth. 5, 3

EX MS. bus erat clarificatus, ut quoſcumque morbidos aut languidos attrectaret *c* ejus medicabilis dextera, ſalutem ac ſanitatem illis conferret ex divina miſericordia. Nec mirum, tantæ enim erat continentiæ, innocentiæ atque munditiæ, ut non ei videretur eſſe abſonum, quod in Pſalmo quotidie ruminabat canticum, Innocens manibus & mundo corde, qui non accepit in vano animam ſuam. Jam enim carne præmortua, mente indeſinenter deſiderabat cæleſtia; orationumque carmina ſine ceſſatione perſonabant ejus labia. Nec minus operabatur ſervile opus manibus, ut haberet unde tribueret neceſſitatem patientibus, præbens exemplum ceteris, ut non recuſent quotidianum opus laboris. Perficiebat manibus opus in junco, nec minuebat opus oris in Pſalmo: texebat ſiſcellas, & pro victu quotidiano commutans illas, imitabatur antiquorum monachorum exempla, & Apoſtoli præceptum obſervabat cum diligentia, qui ut pigros & deſides excitaret, Qui non laborat, ait, non manducet.

c

Pſ. 23, 4

laborat manibus:

2 Theſſ. 3, 8

3 Ardebat ei fides in pectore, & religionis dignitas coruſcabat in facie. Regenerabat per lavacrum turbas, & ab errore gentilitatis removebat ingentes catervas. Nam per ejus precationem & divinam inſpirationem, ipſi adoratores idolorum deſtruebant templa ſimulacrorum & profanabant ritum ſacrificiorum ſuorum, confitentes atque obſervare cupientes veram religionem Chriſtianorum. Ubicumque enim vir Domini S. Beatus Preſbyter manebat, nullo modo diu latere poterat, quia lumen ſuper candelabrum poſitum erat: ſiquidem pro quotidianis ejus virtutibus ſummo honore venerabatur ac amabatur ab omnibus. Si quando vero concedebat parum oculis ſomnum, defeſſa membra projiciebat ſuper humum & ſolum cilicium: de cibo autem & potu non eſt neceſſe dicendum, cum tantæ fuerit abſtinentiæ, ut multi etiam poſt mortem ejus continentiæ ſumentes exemplum, virtutum ſuarum ac ſignorum conſequerentur effectum. Unum Comitem *d* parvulum habebat S. Beatus in conſortio ſecum, cui ſtrenuo atque continuo impendebat ſervitium, adeo ut calceamenta ei ſæpe detraheret & dilectionem puræ ac ſinceræ caritatis ipſi impenderet; cibum jejuno procuraret, & jejunium ſuum infatigabiliter per triduum protraheret nec tamen ſeverior inde maneret.

plurimos convertit ad fidem.

B

parcus in ſomno & victu.

d

4 Cumque tam glorioſo bonorum operum fructu per innumeras diſcurreret provincias, divertit in civitatem *e* Namnetum, ſitâ ſupra Ligerim fluvium, ubi à paucis Chriſtianis exceptus eſt hoſpitio & honoratus more peregrino. Commoratus ibidem tempore parvo, ſuccendebat corda cunctorum ex divino eloquio: loquebatur enim & exhortabatur omnes audientes de Patriarcharum principatu, de Prophetarum ſacrato numero, de Apoſtolorum choro, de Martyrum exercitu glorioſo, de Confeſſorum præmio, de claritate Virginum, inter quas B. Maria Dei genitrix obtinet principatum. Inſtruebat itaque animos fidelium, proponens eis exempla Sanctorum omnium, accendens corda eorum ad conſortium ſupercæleſtium virtutum, concludens ſermonem ultimum de novem ordinibus Angelorum & de beatitudine animarum ſanctarum, ſuper quos regnat ſolus Chriſtus, qui eſt Sanctorum Sanctus, cui eſt cum Patre & Spiritu ſancto honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen. Poſt hæc cum plurimos ibidem haberet ſolidatos ad Dei cultum, per quos ſanctæ Eccleſiæ confirmaretur religionis inſtitutum; cœpit inquirere ab omnibus ſecretiorem ac remotiorem ab hominibus locum, ubi ſola contemplatione paſceretur divina. Cumque curioſe à navigantibus inveſtigaret hujuſmodi negotiũ, audivit à naucleris de Vendonenſe oppido earum ſibi nuntium, eſſe videlicet cavernam exciſam in lapide remotiore quodam, non longe *f* à caſtro Ledo, ad radices montis, deſuper nemore contecto. At ille cum humilitate ſupplicavit nauclero, ut facultas ei daretur pertranſire cum eis. Qui cum poſceret ab eo naulum ſeu viaticum, ille protulit Sacramentorum libellum, unde divinum ſolebat celebrare miniſterium, quando Domino ſacroſanctum immolabat ſacrificium. Quem nauclerus cum cognoviſſet nihil amplius niſi ſolum indumentum habere, noluit ab eo aliquid accipere.

parcus in ſomno & victu.

C

Namnetibus multũ proficit:

e

& audito prope Vindocinum eſſe animũ idoneum ſibi,

f

D

5 Aſcendentes ergo navim, ita dirigente Domino proſperum curſum habebant, ut dicerent inter ſe mutuo nautæ, ſe numquã tam proſpere navigaſſe. Aſpirabat enim eis tenuis aura, undaque famulabatur placida, unde una omnes qui in navi erant Deo gratias referebant, dicentes, Nunc certe cognoſcimus, hunc Dei vere eſſe ſervum, cui aqua divinitus præbet famulatum, nec non & flamina ventorum ſubſidii præbent adminiculum. Sic ergo Sanctus Domini Beatus, beatum gerens ſemper animum, proſpero itinere, mediante Domino, optatum pervenit ad locum. Videns itaque ſpeluncam in lapide cavato, remotam ab omni lucis conſortio, ſilvarum densitate contectam, gaudebat nimis ſuper ipſam. Tradunt autem hoc de eodem loco commanentes haud procul ab inde homines, ſerpentem ibi miræ magnitudinis aliquando habitaculum illud poſſediſſe, qui in eadem regione magnum excidium, tam in hominibus quã in jumentis, fertur perpetraſſe: quem vir Domini, divino fretus auxilio, cum exterminaſſet, atque locum illum à ſordibus illius ac fœtoribus emundaſſet, quaſi in ergaſtulo ſeſe retruſit in antrum, propter Dominum & propter regnum cælorum; ut impleret, illud Propheticum, Habitavit in excelſis petræ firmiſſimæ, ponens in ſublimitate montis nidum ſuum & cum beſtiis cubile ſuum: & iterum alius Propheta dicit: Iſte in excelſis habitabit, munimenta ſaxorum ſublimitas ejus: Regem in decore ſuo videbit. Radicibus herbarum ſuſtentabat corpus: & ſi quando ſumebat panem aridum, ſummum dicebat eſſe convivium.

eo navigat,

E

ſerpente-que amotõ ibi ſolitarium degit

If. 33, 16

ac ſancte obit.

6 In hoc ergo loco, vir Domini aſperam & diſtrictam vitam ducendo permanſit, & uſque ad decrepitam ætatem conſcendit, ſignis divinis atque virtutibus honoratus, donec ab ipſius Domini vocatione clementer eſt viſitatus *h*. Tunc felix illa anima, ad cælorum glorioſe tranſmigravit regna, & in eodem ſpecu, ſanctum ejus corpuſculum à religioſis viris honorifice eſt ſepultum: ut ipſa caverna, quem habuerat hoſpitem vivum, haberet & defunctum, & fieret ſalus plurimorum languentium *i*.

h

i

ibidem ſepelitur Aleffia Virgo.

7 Poſt hæc peracto longo ſpatio, Aleffia quædam femina, ab infantia Chriſto conſecrata, nobili fulgens ex genere, nobilior manens præclara virginitate, religionis ſuæ famam longe lateque habebat diſperſam. Hæc dum ſuppleret vitæ terminum, ſuis familiaribus hoc edidit præceptum, ut ſepelirent ſuum corpuſculum juxta Beatum Presbyterum: ut uno in loco honorifice ſervarentur in tumulo, quos unius fidei religio ſocios fecerat in cælo. Ex *k* eo igitur tempore, Deo omnipotente mediante, quotidie ibidem in populo ſigna & miracula fiunt ſine numero, ſanitatem recipientibus infirmis, conſolationem oppreſſis, & omnimodam ſalutem fidelibus univerſis, per Chriſtum Dominum noſtrum, cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

k

ANNOTATA.

a *Alia Vita*, Aquitaniæ partibus divertit.

b *Ms.*

A b *Ms. Vitraject. interponit:* Et de hoc magis lærabatur Sanctus, quod nec peram ſecum habebat in uſibus. Signis vero &c.

c *Idem MS.* conſequens erat virtus continuata.

d *Breviarium vetus* Ilam *appellatum ait.*

e *Lectionarium Parienſe habet* civitatem Cenomannicam: *ubi melius alia* Namneticam.

f *Ita Ms. Vltraject. at Bodicenſe* Leolaco. *Alia vita* ſuper ipſum Ledi alveum decurrentis. *Eſt autem* Ledius, *teſte Papiro Maſſono de fluminibus Galliæ, idem qui olim veroſimiliter* Loid *vernacule dictus, nunc vulgi abuſu appellatur & ſcribitur communi cum Ligeri nomine* Loir, *Vendocinum præterfluens. Hic ſupra Andegavim Sartæ junctus, mox in Meduanam, deinde in Ligerim influit: unde apparet navigationis, hic obſcurius indicatæ, ratio.*

g *Breviarium vetus, poſt narratam draconis expulſionem, hæc ſubjungit.* Ante hoc tempus paucos paganos ab Jaci idoli cultu converterat: ſed ubi ejus miraculi increbuit fama, cœpit apud Vindocinates in pretio haberi, & ejus doctrina majoris fieri. Frequenter adibat urbem ut Chriſtum Dominum doceret; magis movebat ſanctimonia quam ſermonis magnificentia. A fidelibus nihil acceptabat: ſed herbis & ra-
B dicibus victitabat: poſt triduum quandoque tantum illos cibos ſumebat. In diebus ſolennibus ſolum, ſi qui fideles offerrent, panem accipiebat, eumque in ſummis deliciis habens manducabat. Vinum nullum attingebat, niſi ſi quando ſacroſancta myſteria uſurparet: nullum potum præter aquam noverat. Inſomnes noctes ducebat in cinere & cilicio. *Quæ autem hic de vitæ aſperitate exaggerantur, ex Vita alia ſumpta ſunt.*

h *Idem Breviarium conformiter ad ſenſum alterius Vitæ:* Antequam moreretur leviſſima febre correptus eſt, qua vires ejus paulatim minuente, de lectulo; ubi in principio morbi fuerat compoſitus, in cinerem & cilicium dimiſit ſe: ubi inter Angelicas cæleſtis militiæ turmas, quæ & auditæ & viſæ ſunt de cælo deſcendere, animam placidiſſime efflavit ſeptimo Idus Majas.

i *Ibidem additur ex eadem Vita*, ubi virtutes ex eo tempore ſuccreſcere & miracula coruſcare cœperunt: quorum fama cum longe dimanaſſet, plurimi ex diverſis locis convenerunt, ubi ſanitatem quam quærebant recuperarunt.

k *Ibidem*, Sancta Aleſia, Virgo Deo dicata & ſignis inclyta.

C l *Ms. Vltrajectinum ſub finem iſte habet:* Et ſuppleretur de hoc dictum Apoſtoli, Honorabile connubium & immaculatus thorus. Non enim unus ex ſe: ſed per amborum merita, mediante Domino, quotidie ibi fulgurant ſigna ſine nnmero: ſed maxime credendum eſt pro honore S. Beati, qui peregrinam pro amore Domini finivit vitam in ſeculo, præſtante Domino noſtro &c.

APPENDIX

De veneratione S. Beati apud Heluetios: & num alius Beatus fidem Chriſti illis annuntiarit.

Aliqua Vita S. Beati publicata anno 1511.

1 GEorgius Carnefelt Carthuſianus Colonienſis *lib. 4 de Vitis Eremitarum cap. 1 proponit* S. Beatum virum Apoſtolicum, *& iſta ſcribit:* Incidi in Vitam hujus Sancti, quæ antiquum refert characterem, & à Daniele Agricola fuit publicata anno Domini MDXI Baſileæ. Ex hac breviter narrabo. Prædicante S. Barnaba in Scotiæ Britanniæque partibus, Suetonius adoleſcens Chriſto credit, & baptizatus vocatur Beatus: deinde Romam venit, & à S. Petro Apoſtolo mittitur ad Helvetios convertendos. Fecit ille opus ſuum annis aliquot ſtrenue; & poſt amore ſolitariæ vitæ inflammatus, in eremum ſeceſſit; draconem interfecit, obiitque feliciter anno Chriſti CXII, circiter ætatis XC. Et puto eumdem eſſe, de quo Martyrologium Romanum IX Maji, Molanus, Canilius, aliique. *Et in margine collocantur iſta verba:* In caſtro Vindecino depoſitio S. Beati Confeſſoris. *Hanc Vitam, opera Ioannis Grothauſen Societatis Ieſu Preſbyteri, ex Chartuſia Colonienſi deſcriptam obtinuimus, ac primo omnium incepimus ad prælum parare, dein alia Acta, de quibus ſupra egimus, cœpimus luſtrare; ac mox veriti fuimus aliquid fraudis ſubeſſe, quod nonnullis additis & mutatis eadem res narraretur. Collegimus ergo omnia monumenta antiquitatum, & nuſquam ante annum milleſimum & quinquageſimum reperimus aliquod veſtigium Apoſtolatus* S. Beati *apud Helvetios. Tandem vero incidimus in luculentos Rerum Germanicarum commentarios, anno* MDXXXI *in lucem emiſſos ac dein recuſos, induſtria Beati Rhenani, anno* MCCCCLXXXV *Seleſtadii nati & anno* MDXLVII *Argentorati defuncti. Hic pro ſuo Patrono, cujus nomen gerebat, ſolicitus, lib. 3 pag. 161 prioris editionis anni* 1531; *aut pag. 172 poſterioris editionis anni* 1551 *hanc obſervationem notatu dignam adfert:* Quidam ſuperioribus annis, quem adhuc audio ſupereſſe, Beatum, anachoretam Helveticum, ut vulgus prædicat, Suetonium fuiſſe vocatum affinxit, illius vitam deſcribens, & ſocium habuiſſe, cui nomen eſſet Achatæ. Adii hominem, quæſiturus undenam illud aſſereret: putabam enim hæc illum abſque auctore non dicere. Sed audi impudentiam. Propterea, inquit, addidi Suetonium fuiſſe vocatum, quod legerem è Suedia prodiiſſe: & quia Æneæ Virgiliano fidus Achates ſemper adhæſit, ideo ſodalem illius hoc nomine donavi, alioqui anonymum futurum. Et tamen hæc hiſtoria, ſi ita vocare libet, non ſolum picta eſt in templis ac ſcripta, ſed etiam typis excuſa. *Hæc Beatus Rhenanus. Interea dicta Vita à Daniele Agricola vulgata fidem obtinuit apud poſteros, ac primo quem auctor dixerat Rhenano* è Suedia prodiiſſe, *in Vita aſſerit* adoleſcentem nomine Suetonium à S. Barnaba converſum & in baptiſmo Beatum appellatum, *cum dictus Barnabas* Anglorum Scoticaſque provincias peragraret. *Et forſan auctor negatus, quare eum, quem alii* civem Romanum *dixerunt, ſcripſerit* in Anglia, *cujus tunc necdum nata appellatio erat, aut* Scotia converſum & baptizatum à S. Barnaba; *reſpondiſſet, ut ſub initium aliquid diverſum diceret ab aliis auctoribus, quos deſcribebat: deinde S. Lucium Rhetiarum Vicinarum Apoſtolum è Britannia veniſſe: & aſſumptum Barnabam, quod S. Ariſtobulus (cujus Acta dedimus* XV *Martii) dicatur frater S. Barnabæ, & Euangelium in Britannia promulgaſſe. Quaſi vero inde ſequeretur S. Barnabam etiam in Britanniam profectum fuiſſe.*

2 *Dempſterus lib. 2 Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ gentis Scotorum cap. 159 eum* Scotum *facit, & non* Suetonium *ſed* Setonium *appellatum, quod extet adhuc nobiliſſimum & excellentiſſimum Setoniorum ſtemma. Verum cujus ſidei ſit in rebus ſuis Scoticis Dempſterus, notum eſt viris eruditis. Unum miramur, quod non protulerit aliquos ab eo conſcriptos libros, ut paſſim de aliis Scotis fingit. Dempſterum rejicit Michaël Alfordus in Annalibus Eccleſiæ Britanniæ ad an. 59 num. 10, 11 & 12, aſſeritque* Suetonium, nobilis viri filium in Britannia, converſum ad fidem à primis hujus inſulæ prædicatoribus, & poſt baptiſma Beatum dictum, Romamque ad S. Petrum miſſum: *ac primo citatur Rhenanus, ſed ab ipſo non lectus, quia plane contrarium ab eo dici verba ejus relata indicant. Alii quorum verba Alfordus profert, ſunt Henricus Pantaleon & Petrus Merſeus Cratepoleus, ſed hi* Romæ baptizatum *tradunt, & ſunt auctores recentiores,*

AUCTORE G. H.

cujus aſſertor foſſus eſt finxiſſe nomen ejus priscis Suetoniumi

E

& ſocii Achatem,

quidni etiã finxerit in Anglia aut Scotia à S. Barnaba converſum?

F

Dempſterus malet Setonium dictum,

alii aut ab aliis in Britannia

aut Roma baptizatum.

AUCTORR G.H. *tiores,& Pantaleon homo acatholicus edidit Prosopographiã Heroum anno* MDLXV, *in cujus prima parte pag.* 114 *de* S. Beato *agit: Cratepolius ſuum libellum de Sanctis Germaniæ conſcripſit anno* MDXCI. *Alius eſt Franciſcus Guillimanus de Rebus Helvetiorum editus anno* MDXCVIII, *qui lib.* 1 *cap.* 15 *arbitratur* à S. Petro in Britanniam profecto converſum Suetonium, ejuſque ſocium Achatem, & in Helvetiam miſſos. *Nihilo magis ad fidem faciendam conducunt Ioannes Stumpfius lib.* 7 *Rerum Helveticarum cap.* 122. *Eiſengrenius centuria* 2 *par.* 5, *diſtinct.* 2, *& Georgius Wicelius lib.* 5 *cap.* 38, *qui ſcripſerunt poſt annum* MDL *aut etiam* MDLX, *& unus ex alio ſua ſumpſerunt, quæ tandem omnia in Vitam S. Beati à Daniele Agricola vulgatam reſolvuntur: unde etiam potiſſimum Vitam S Beati Germanice ſcriptam in Helvetia ſacra anno* MDCXLVIII *edita deſumpſit Henricus Murerus, qui etiam* Suetonium *primo appellatũ aſſerit, ac ſeorſim Vitam adjungit* Achatis, *quem etiam* ſanctum Anachoretam & Confeſſorem *vocat, ſed mallet eos* Romæ aut Mediolani à S. Barnaba inſtructos. *Verum qualia qualia ſunt, ſufficiebant, ut in Martyrologio Anglicano Ioannis Wilſoni nomen* S. Beati *quia alius deerat, collocaretur ad hunc* IX *Maji, ubi dicitur à S. Lino Pontifice Sacerdos conſecratus. Sed ebeu! ſatis eſt: progrediamur ad reliqua Sancto huic affixta.*

B *in Actis omnibus dicuntur eadem de electorum indumento,*

3 *In aliis ſupra allatis Actis dicitur Roma in Gallias mittẽdus diſtribuiſſe poſſeßiones ſuas in pauperes & eccleſias, hoc tradit Agricola eũ feciſſe in Anglia aut Scotia, antequam inde diſcederet Romam ad S. Petrum. Laudamus prudentiam ſcriptoris, quod memor fuerit ſui figmenti. Imo quia in aliis Actis dicitur* ſimplex indumentum retinuiſſe; *addit Agricola* omnibus denudatũ præter cilicium ad nudum corpus, ſimplumque ac vile deſuper retinuiſſe indumentum. *Dein dicitur à S. Petro inſtructus, poſt alios Ordines ſuſceptos Sacerdos ordinatus verbum Dei miraculis confirmaſſe, atque humilis in oculis ſuis multos convertiſſe. Quæ ultima in Galliis patrata in Actis aliis traduntur, cum in illas miſſus eſſet, ſed loco Galliarum & maxime Aquitaniæ, collocantur Helvetiæ, & dein eadem ubique traduntur, ſcilicet eum è ſententia Pauli, Qui non laborat, non manducet, è labore manuum victitaſſe, & fiſcellas ſcirpeas contexuiſſe: & quia in prioribus dicitur veniſſe ad Namneticam urbem, ſuper fluvium Ligerim ſitam, ingenioſe aſſeritur apud Agricolam,* ad vallem Interlacenſem in ſuperioribus Helvetiorum finibus divertiſſe ad flumen Acrum, *unde ingenioſe alii interpretantur* vallem *illam* Interlacenſem *eſſe inter Arobam & Ruſſam, ubi pagus* Windiſch *ſitus eſt, olim* Vindoniſſa urbs Epiſcopalis *unde Sedes Conſtantiam tranſlata fuit. Vlterius tradunt hanc* Vindoniſſam *in Martyrologiis dici* caſtrum Vindocinum. *An etiam poſſent adjungere ſitum* in territorio civitatis Carnotenæ, *in qua urbs Gallis* Vendome *dicitur? Martyrologus Anglicanus ita incipit:* At Vendome in Helvetia the depoſition of S. Beatus Confeſſour. *Sed quis talem inſcitiam non reſpueret?*

& fiſcellis contextis.

at loco Vindocini Vindoniſſa.

C

ejuſdẽ primus Epiſcopus, nuper traditus eſt.

4 *In Chronico Epiſcopatus Conſtantienſis ad annum uſque* MDCVII *deducto, & à Ioanne Piſtorio edito, primus Vindoniſſa Epiſcopus conſtituitur* S. Beatus, *& ſecuti ſunt Bucelinus, parte* 1 *Germaniæ ſacræ anno* MDCLV *excuſa, & Iacobus Merck in Chronico Epiſcoporum Conſtantienſium Germanice anno* MDCXXVII *edito Verum nulla dignitatis Epiſcopalis ipſi collatæ mentio habetur in ullis Actis, etiam ab Agricola editis. Gaſpar autem Bruſchius, in Epiſcopis Germaniæ anno* MDXLIX *excuſis, hos ſolum Epiſcopos Vindoniſſenſes enumerat:* Paternum, Landonem, Maxentium, Bubulcum, Grammatium, *&* Maximum *ſeu* Maximinum, *quiprimus Conſtantienſis Epiſcopus habetur. Habemus Breviaria Eccleſiæ Conſtantienſis, juſſu Chriſtophori Epiſcopi recognita, & Lugduni anno* MDLXI *excuſa, & denuo auctoritate Marii Sitici Epiſcopi & S. R. E. Cardinalis recognita ac Dilingæ anno* MDLXXV *recuſa, ſed abſque omni* S. Beati *notitia. Verum in Officiis propriis ejuſdem Eccleſiæ Conſtantienſis, ab aliquot annis excuſis, celebratur æque atque in Carnotenſi Breviario ſub ritu Confeſſoris non Pontificis & Antiphona aßignatur,* Simulabo eum, *& Oratio pro Conſtantienſibus prima de Communi,* Deus qui nos S. Beati Confeſſoris *&c at pro Carnotenſi ſecunda de Communi,* Adeſto Domine ſupplicationibus.

D

eadem de vita anachoretica,

5 *Sed hiſce rejectis progrediamur ad reliqua S. Beati Acta, in quibus dicitur anhelaſſe ad vitam anachoreticam, & cum non haberet niſi librum* Sacramentorum, quo inter ſacrificandum uteretur, benigne à nauta ſuſceptus & gratis trajectus, cum ſumma tranquillitate & nautæ admiratione. *Hæc omnibus Actis communia ſunt. Aſt in prioribus Actis & Martyrologiis dicitur* navigaſſe ab urbe Namnetenſi per Ligerim, *eoque relicto veniſſe* Vendocinum caſtrum diœceſis Carnotenſis *ſupra* Ledum *fluvium. Apud Agricolam vero dicitur,* trans lacum navigaſſe uſque ad montis radicem, *ac dein quæ paucioribus de ingenti ſerpente aut dracone in prioribus Actis indicantur, latiſſime deſcribuntur apud Agricolam: & volatus Draconis per aerem in imagine apud Murerum exprimitur: quo ſymbolo nihil aliud innui, quam idololatriam cum dæmone devictam, ſupra oſtendimus.* In antro S. Beatum in magna abſtinentia & herbis agreſtibus, & pane arido victitaſſe, ac demum in ſenectute bona ſancte obiiſſe, & in ſua crypta ſepultum claruiſſe miraculis, *omnia Acta habent. Apud Agricolam ab Achate ſocio ſuo, cui id commendarat, ſepulturæ traditus aſſeritur. Ab aliis* annus obitus *aßignatur* centeſimus decimus & locus habitationis & ſepulturæ non procul à lacu Thunenſi ſub oppido Under-Seven: *ubi* cella S. Beati *dicitur eſſe, ubi &* puer ab alto lapſus & gravi contritione læſus *traditur apud Agricolam* anno MDXI ſanatus.

E

item de dracone

abſtinentia & obitus dicuntur.

F

6 *Addit Murerus* aliqua S. Beati oſſa, quod hæreſis iſtic prævaleret, inde anno MDLIV Lucernam fuiſſe tranſlata. *Bucelinus in Sacrario Benedictino ad hunc* IX *Maji, ſcribit* brachium S. Beati Helvetiorum Apoſtoli in Einſidlen *eſſe. Quidni omnes iſtæ Reliquiæ* Vindocino, *vulgo* Vendome, *aut Treviris tranſlatæ, dederint occaſionem tertii hujus S. Beati commiſcendi? nos hæc cum omni reverentia ad ulteriorem & ſecuriorem notitiam diſcutienda proponimus, nihil detractum Helvetiis volentes, ſi aliquem ſibi* Beatum *Apoſtolum aliunde certius probare poßint.*

Reliquiæ Lucernæ & alibi.

cujus ſint Beati.

DE

DE S. GREGORIO THEOLOGO
ARCHIEPISCOPO CONSTANTINOPOLITANO
NAZIANZI IN CAPPADOCIA.

D. P.

§. 1 Vita ab ipsomet scripta, alia à Cæsare Baronio collecta: alia ab aliis edita: cultus apud Græcos & Latinos.

AN. CCCLXXXIX.

EFulsit seculo Christi quarto clarissimum totius Ecclesiæ sidus, S. Gregorius, *ob singularem rerum divinarum doctrinam cognomento* Theologus, *qui nono ante mortem anno, ut maledicorum ora obstrueret, de sua ipsius vita prolixum & egregium Carmen scripsit.* Hoc dum non solum Latine reddere, sed simili etiam metro adstringere voluerunt interpretes, primum ea amiserunt unde præcipua laus interpreti nascitur, claritatem scilicet & nativæ expressionis germanitatem; nec tamen consequi potuerunt, ut saltem Poëtæ viderentur. Quare cum scriptio ista plerorumque eorum, quæ post de Gregorio scripta sunt, basis sit ac fundamentum; omnino cutandum nobis duximus novam ejus paraphrasin: quam liberiori deductam stylo, daremus primo loco, nisi animadvertissemus, in isto Poëmate multa omitti, multa obiter dumtaxat attingi, quæ ad plenam Vitæ historiam, tum ex aliis ejus scriptis tum ex antiquorum auctorum monumentis addi poterant. Hujusmodi igitur collectionem aliis omnibus præmittendam judicantes, cogitabamus eam per nos ipsos conficere, illo plane stylo ac modo quo compilavimus Acta S. Athanasii Archiepiscopi Alexandrini, ad diem secundum hujus mensis Maji edita, sed hoc cogitantibus oblata opportune est à Reverendis Patribus Congregationis Romanæ Oratorii Vita S. Gregorii Nazianzeni per Cæsarem Baronium, postea S. R. E. Cardinalem, ex ejus operibus summa cura & diligentia concinnata. Quam oblationem ubi gratissimo animo acceptavimus, exemplar eleganter descriptum cum archetypo autographo Baronii exacte contulit Petrus Possinus, Societatis Iesu vir eruditissimus, & nostrorum studiorum fautor singularis. Baronius in Epilogo asserit sinceriss imam veritatem, quam unice profitetur, esse in hoc suo scripto ejusmodi, ut vix alicui in eo concedat, ipsumque S. Gregorio offert ut primitias lucubrationum suarum. Dedicarat autem Gregorio XIII Pontifici Maximo, occasione magnifici sacelli, quod is in Ecclesia Vaticana S. Gregorio Nazianzeno erexerat, & sacri hujus Corporis thesauro locupletarat.

Ante ipsius Carmen de Vita sua prosa reddi tum.

B

C *hactenus inedita ob varia impedimenta.*

2 Quare opusculum hoc suum typis non vulgarit Baronius, in causa fuisse videntur varia impedimenta: quorum primum colligo ex ipsis Annalibus ad an. 389, num. 22, ubi hanc scriptionem appellat res Gregorii Nazianzeni in prima editione productas; additque prætermissum, quod plane ignorabat ab eo conditum testamentum. Dum ad hoc comparandum & prælo aptandum, animum Baronius adjicit, memoratus Gregorius XIII de Martyrologio Romano reformando serio cogitavit, eamque provinciam viris doctissimis demandavit: quam, impellente potissimum Guilelmo Cardinale Sirleto, Baronius suscepit, perfecitque, quoad ipsum auctoritate jussuque ejusdem Pontificis editum est præposito Brevi Apostolico signato XIV Ianuarii, anno MDLXXXIV, Pontificatus XII. Idem deinde, S. Philippo Nerio jubente, accuratissimis notationibus illustravit, Summoque Pontifici Sixto V dicavit. Inter hosce labores cura perficiendi Vitam S. Gregorii Nazianzeni sepositа fuerat, & quod Gregorius XIII, cui inscripserat, esset vita functus, visa est seponenda & inserenda Annalibus Ecclesiasticis, quorum tomum primum eidem Sixto V auctor inscripsit. Ex hac autem Vita S. Gregorii Nazianzeni jam ante exarata constabit, quam verum fuerit, quod idem Baronius in Dedicatione Martyrologii, eidem Sixto V scripsit, se tunc magnam ætatis partem contrivisse, non solum in pervulgatis historicis legendis, sed sanctorum Patrum scriptis & monumentis pervolvendis & perscrutandis. Et vero nisi hoc feciss et, quomodo potuisset inferere Martyrologio tot præclaros heroas, qui contra Arianos aliosque hæreticos decertarant, quorum illustre nomen latebat, eratque sacra memoria è tenebris ad claram lucem proferenda. Admirare lector accuratam Baronii doctrinam in hac Vita elucescentem, quam more nostro interpolamus Annotatis nostris, illustramus synopsi marginali, & in capita numerosque distinguimus. Post hanc vero damus novam paraphrasin prædicti Carminis, cui non erit opus addere operosas Annotationes; cum ea fere omnia quæ discussione vel illustratione egerent, illustrata discussaque habeantur ad Vitam.

datur Vita à Baronio è Sancti scriptis collecta.

B

3 Lubet autem hoc loco indicare aliquot præcipuos Sanctos, dicto Martyrologio Romano inscriptos, quorum in hac Vita fit mentio, quibuscum vixit S. Gregorius, eorum sanctitate excitatus ad virtutis studium, aut ipse eis factus ad illam magister. Primi omnium se offerunt ejus sanctissimi parentes, scilicet S. Gregorius Episcopus Nazianzenus, & S. Nonna: quorum ille ad ipsas Kalendas Ianuarii à nobis præpositus, ista ad diem V Augusti retolenda. Qui patrem baptizavit ac postea Episcopum consecravit, fuit S. Leontius, Episcopus Cæsareensis in Cappadocia, XIII Ianuarii relatus. Proximi censendi S. Cæsarius frater, & S. Gorgonia soror: fratri dicatus XXV Februarii, & sorori IX Decembris. Post hos consanguineos primus est S. Basilius, à studiis Atheniensibus usque ad obitum intimus Gregorii amicus: adeo ut pars magna rerum ab illo gestarum inter Acta S. Gregorii sit memoranda, uti hujus res miscentur in illius Vita, ad diem XIV Iunii edenda. Accedunt S. Basilii frater S. Gregorius Episcopus Nyssenus, & soror S. Macrina Virgo, quibus dicati sunt dies IX Martii & XIX Iulii. Alii sunt SS. Paulus & Euagrius Episcopi Constantinopolitani, quorum ille sub Constantio Imperatore Arianorum insidiis crudeliter fuit strangulatus VII Iunii, iste sub Valente exul migravit VI Martii. S. Athanasius Episcopus Alexandrinus II Maji, quem oratione sua honoravit. S. Eupsycius Martyr Cæsareæ in Cappadocia sub Iuliano, IX Aprilis. S. Eusebius Episcopus Vercellensis sub Constantio exul, I Augusti. S. Eusebius Episcopus Samosatensis sub Valente exul, à S. Gregorio confortatus, XXI Iunii. S. Amphilochius Episcopus Iconiensis, illius in eremo socius, XXIII Novembris. S. Eulogius Episcopus Edessenus, V Maji. S. Damasus Papa, XI Decembris. Denique S. Hieronymus, XXX Septembris, quem magistro S. Gregorio gloriari infra num. 70 ostenditur.

Martyrol. Rom. inscripti parentes.

frater & soror.

S. Basilius.

& alii plurimi, quibuscum vixit.

F

4 Floruit seculo Christi decimo Gregorius Presbyter, cujus extat oratio de Laudibus Nazianzeni, sed in qua notavit Baronius quædam parum cum historiæ veritate consentanea; nonnulla tamen etiam hinc accepit. Satis autem ea nunc habetur, ut pote præfixa ante ipsa opera S. Nazianzeni, à Iacobo Billio edita tam Græce quam Latine ipso Billio interprete: est etiam Latine inter opera Suriana recusa; ut sine scrupulo posit hic omitti. Inter Græcos varii scripserunt encomia de S. Gregorio Theologo: inter quos est Theodorus Metochita Genicus Logotheta, sive ex erarii publici munere magnus Logotheta, sub Andronico Palæo-

omittitur Vita à Gregorio Presb. sec. 10 scripta.

& varia Græcorum encomia.

AUCTORE D. P. *Palæologo ſeniore, ſeculo Chriſti* XIII, *cujus encomii meminit Allatius de Simeonũ ſcriptis pag.* 103. *Aliud & ſatis longum encomium, in relationem ſacrarum Reliquiarum S. Gregorii deſcripſimus Taurini in Bibliotheca Ducis Sabaudiæ, ex tomo cui titulus* Βίοι διαφόρων ἁγίων *à fol.* 327 *& in fine damus. Quia autẽ huic Sancto ſimulq; Sanctis Baſilio & Ioanni Chryſoſtomo commune feſtum, ad diem* XXX *Ianuarii inſtitutum, celeberrimum apud Græcos fuit, & etiam nunc eſt; hinc factum ut communia quoque tribus illis encomia à præcipuis quibuſque oratoribus conſcripta fuerint. Talia plura compoſuit* Joannes Metropolita Euchaitarum. *Tale aliquod habemus à Iacobo Pontano Latine redditum: alia duo citantur à dicto Allatio pag.* 103 *&* 112: *alia ab hoc indicantur ſcripta à Matthæo Camariota pag.* 88, *& à Philotheo Patriarcha Conſtantinopolitano pag.* 112. *Sed hæc omnia remittimus ad Vitam S. Baſilii, qui uti ante alios è vita diſceſſit, ita fere primo loco nominatur.*

quorum aliqua de SS. Baſilio, Gregorio & Chryſoſtomo.

Elogium ex Martyrol. Baſilii Imp. 25. Ianuar.

5 *At præcipuum apud Græcos S. Gregorii feſtum agitur* XXV *Ianuarii: ad quem diem hoc ejus elogium refertur in Menologio Baſilii Imperatoris.* Gregorius Theologus magnus, in Cappadocia Nazianzi Gregorio & Nonna oraculo natus, floruit Conſtantio Conſtantini Magni filio Imperatore, vixitque ad Theodoſii Majoris tempora. Hic ſummo diſciplinarum omnium

B ſcientiæ comprehendendæ deſiderio flagrans, Cæſaream primum, deinde Alexandriam, poſtremo Athenas conceſſit: cui toto animo conſtitutum iter tenenti, magnus ſtimulus acceſſit concertationis cum Baſilio Magno. Quo factum eſt, ut dum alter alterum vincere & ſuperare glorioſe contenderet; uterque ad exitum ſibi propoſitum pervenerit, atque omnibus artibus & diſciplinis oppido inſtructus, in patriam ſuam redierit. Quare Saſimorum Epiſcopus Gregorius factus eſt: deinde in urbe Nazianzena ingraveſcentis jam ſenectute patris munus, docendo & ſacra faciendo, ſtudioſe ſubiit & implevit. Poſt hæc Byzantium profectus, orthodoxorum animos in recta adverſus Arianam hæreſim fide confirmavit: atque etiam ejuſdem urbis Patriacha renuntiatus eſt. Sed non multo poſt, allata conſilii ſui cauſa, ſe Patriarchatu abdicavit: atque in villam ſuam ſe recipiens, honeſtiſſimo otio vitam exegit. *Hæc ibi. Similia aliqua habentur in pervetuſto Ms. Synaxario Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ pertinente ad Collegium Pariſienſe Societatis Ieſu: ubi poſt indicatam Translationem ſacri corporis ex Cappadocia Conſtantinopolim, (de qua re, deque tranſlatione Romam peculiaris dabitur in fine tractatus) & depoſitionem ejus* in famoſiſſimorum

Tranſlatio C. P.

C ſanctorum Apoſtolorum Eccleſia *additur, quod* ſolennitas ejus etiam celebratur in ſanctiſſima magna eccleſia, & in Martyrio in Embolis Domnini. *Hæc ibi, & fere eadem leguntur in Menæis Mss. & excuſis.*

cultus apud Latinos,

6 *Apud Latinos ſimiliter diebus variis recolitur memoria* S. Gregorii Nazianzeni, *videlicet in Mss. Trevirenſi S. Martini & Vltrajectino die* XI *Ianuarii, apud Petrum de Natalibus lib.* 2, *cap.* 69, *Maurolycum & alios die* XIII *Ianuarii: iterum in dicto Ms. Trevirenſi S. Martini & alio monaſterii S. Maximini* XXIX *Martii. Sed præcipuus veneration is illius dies eſt hic* IX *Maji, quo ut*

potiſſimum 9 Maji.

Doctor eccleſiæ, ſub ritu duplici, Officio eccleſiaſtico feſtum ejus celebratur, & longa encomia apud Adonem, Vſuardum, Notkerum alioſque Martyrologos referuntur. In hodierno Martyrologio Romano iſta recitantur: Nazianzi natalis B. Gregorii Epiſcopi, ob ſingularem divinarum rerum doctrinam cognomento Theologi: qui collapſam Conſtantinopoli Catholicam fidem reſtituit, hæreſeſque inſurgentes compreſſit. *De triplici tranſlatione Corporis ſacri infra poſt Vitam agetur.*

D

§. II Chronologia vitæ S. Gregorii expenſa & innovata.

7 *Nordinando vitæ à* S. Gregorio *ductæ tempore, anniſque ætatis definiendis, res apud Auctorem noſtrum eſt implicatiſſima. Etenim rem hanc ex ipſomet Sancto, ut par erat, certiſſimo ætatis ſuæ teſte, exquirere volens; ſed Græcæ imperitus linguæ, non aliter ejus ſenſa intelligere valens, quam ut erant Latine reddita ab interpretibus, iſtic ut plurimum minime curioſis, ubi eos maxime ſcrupuloſos eſſe oportuiſſet (quemadmodum in tractatu de S. Athanaſii Vita notatum eſt ſæpius) primo omnium impegit in verſum ejus de Vita ſua, quo indicare eum faciebat interpres, quod*

Ex locis quibuſdam negligenter Latine redditis

Annum ætatis agebat jam trigeſimum,

Quando Athenis digrediente Baſilio, ſubſiſtere coactus eſt, ad Rhetoricam ibidem (uti id intelligit Baronius.) publice profitendam. Hoc autem cum factum eſſe conſtaret poſt annum Chriſti CCCLV, *quo Iulianus ſtudiorum cauſa Athenas appulit, ibidem à SS. Baſilio & Gregorio cognitus; conſequens eſſe videbatur, ut Gregorius natus fuerit poſt conſilium Nicenum, celebratum anno* CCCXXV. *Idemque rurſus poterat confirmari ex Oratione Gregorii in laudem Baſilii, ubi Sanctus juxta interpretationẽ Latinã de ſe ſuoq; Baſilio videtur ſic dicere:* Domum reverſi, *ſcilicet ab Athenis*, juris noſtri quamprimum efficimur, atque ex imberbibus inter viros cenſemur, fortius ac virilius ad Philoſophiam adſcendentes: *quæ vix de tricenario dici poſſunt, nedum de eo qui annis pluribus eam ætatem ſit prætergreſſus.*

creditus anno 355 *fuiſſe tricenarius,*

E *imo imberbis,*

8 *Multo autem adhuc efficacius minor illa hoc tempore Gregorii ætas probatur, ſi natus eſt patre ejus non tantum jam Chriſtiano, contra quam communiter Græci in Menæis & Synaxariis aſſerunt (fuit autem baptizatus à S. Leontio ad Concilium Nicenum proficiſcenti) ſed etiam jam Sacerdote vel Epiſcopo (quod non poteſt ante annum* CCCXXVIII *factus concipi: id autem ſequitur ex his Latinis ejus ad filium verbis:*

aut etiam patre jam Epiſcopo natus,

Nondum tot annos in vita expleſti tua,
Quot ipſe ſacro jam conſumpſi in munere.

Atqui hoc ultimum abſurdiſſimum eſt, cum Nazianzeni diſcipulus Hieronymus lib. 1 *adverſus Iovinianum dicat;* Certe confiteris, non poſſe eſſe Epiſcopum, qui in Epiſcopatu filios faciat: alioquin ſi deprehenſus, non quaſi vir tenebitur, ſed quaſi adulter damnabitur: *proinde & filii ſic procreati cenſebuntur ſpurii. Id autem ſi vere dici potuiſſet de Nazianzeno, quomodo ei non exprobraſſent Ariani, qui tot alia longe minutiora objecerunt? Quod ſi dixeris* Gregorium *fuiſſe parentibus ſuis filiorum ultimum; & ante patris Ordinationem conceptum, ea peracta prodiiſſe in lucem: primo quidem repugnabis communi Græcorum opinioni in Synaxariis expreſſæ, deinde gratis feceris Cæſarium fratrem* Gregorio *ſeniorem. Baronius igitur, ne quid tale cogeretur admittere, maluit verba patris, ætatem filii cum ſui Sacerdotii annis componentis,* non niſi hyperbolice dicta *judicare.*

quod omnino dici non poteſt.

F

9 *Verum ſi ſingula expendantur recte, uti Græce à* Gregorio *ipſo ſunt ſcripta; in iis ex quibus prædicta deducuntur locis, ne unum quidem invenies fundandæ prænotatæ Chronologiæ ſufficientem. Vt enim ab ultimo illo incipiam, quo redux Athenis videtur dicere, ſe tum primum ex imberbibus inter viros cenſeri cœptum: longe diverſus illius eſt ſenſus. Sic enim habet:* Ὡς δ' ἓν ἐπανήκαμεν, μικρὰ τῷ κόσμῳ καὶ τῇ σκηνῇ χαρισάμενοι, καὶ ὅσον τὸν τῶν πολλῶν πόθον ἀφωσιώσαμεθα (ἐ γὰρ αὐλοί γε ἔχομεν θεάτρικῶς δὲ ἐπιδεικτικῶς) τάχιστα ἐγενόμεθα ἡμῶν αὐτῶν, καὶ πελάσμεν εἰς ἄνδρας ἐκ ἀγενείων, ἀνδρικώτερον τῇ Φιλοσοφίᾳ προσβαίνοντες. *Hæc autem ſic verto:* Ut igitur domum revertimus, qui aliquantulum mundo ac ſcenæ ſervieramus, quan-

explicantur ergo ipſa Græci textus loca.

A quantum ſcilicet ſatis erat ut aliorum plurium obſequeremur cupiditati (neque enim ipſimet ad theatralem oſtentationem propendebamus) continuo facti ſumus juris noſtri, & tamquam ex imberbibus facti viri, ad philoſophandum nos contulimus generoſius. *Metaphoram ſane hujus loci, quam addita particula* tamquam *ſignavi, manifeſtam facit pars ejus prior, qua ſe & Baſilium tunc primum ſui juris factos dicit: quod uti non vult ipſe de legali emancipatione intelligi, ſed de figurata, qua mundo ſervire coacti fuerant: ſic nec quod ex imberbibus dicat factos viros, debet cum reſpectu ad ætatem accipi, ſed referri ad animum: qui tunc primum viriliter erigi cœpit ac roborari, cum ſepoſito aliis placendi ſtudio, quod imperfectorum eſt, ad veram ſolidamque virtutem, quæ eſt virorum perfectorum, conatum ſuum intenderunt.*

& 1. metaphoræ ab ætatu mutatione jumta,

2 indicatur annus 30 ſtudii rhetorici,

10 *Iam quod ad trigeſimum annum attinet, cum diſceſſu ab Athenis compoſitum, gratis præſumitur ſignari annus ætatis, ubi annus ſtudii, acquirendæ eloquentiæ Athenis impenſi, multo congruentius poteſt intelligi. Ipſos Græcos verſus accipe:*

Καὶ γὰρ πολὺς τέτριπλο τῆις λόγοις χρόνος,
Ἤδη τριακοσὸν ἀχεδὸν μοι τῦτ' ἦν ἔτος.

quæ ſic ſonant, Etenim longum tempus impenderam
B eloquentiæ exercendæ: eratque is annus mihi ferme trigeſimus: *ſcilicet in hoc ſtudio: alias enim quomodo tempus annorũ octo vel decem (nec enim plures tunc numerare poſſes, ſi ſolum erat tricenarius) longum dixiſſet ad eam exercitationem, cui plurimi totam dicabant vitam, neque vel extrema ætate oratoriæ artis perfectionem ſe aſſecutos credebant? Eſſet autem hic ſenſus etiam clarior: ſi pro τῦτ' ἦν,* hic erat, *legas* τῦδ' ἦν hujus rei, *id eſt, ſtudii,* agebatur mihi annus fere trigeſimus. *Conſonat his Gregorius Presbyter in Vita Sancti, expreſſe affirmans, quod Athenis in patriam ſuam reverterit* τελακοσὸν ἤδη ἔτος πληρούσας cum trigeſimum annum expleviſſet: *non enim hic finit, neque addit,* ἐν βίῳ, in vita: *ſed* ἐν τοῖς μαθήμασιν, in diſciplinarum artibus pertractandis.

3 declarantur verba patris

11 *Denique verba* patris Gregorii *ad filium, quæ neminem non torſerunt, modica correctione adhibita, facile videntur adduci poſſe ad ſenſum ab hiſtoria & ætatis majoris ratione non alienum; ſi, ubi nunc in editis legitur,*

Οὔπω Τοσῦτον ἐκμεμέτρηκας βίον,
Ὅσος διῆλθε θυσιῶν ἐμοὶ χρόνος.

ſi, inquam, verſum ultimum ab auctore ſic conſcriptum credamus,

Ὅσος διῆλθ' ἐτησίων ἐμοὶ χρόνος.

C *tunc namque Latine reddi hoc modo deberent:*

Ætas peracta tam longa nondum eſt tibi,
Quot Eteſiarum tranſiit tempus mihi.

extremum ſenium ſuum proponentis filio,

Cum enim antiquitus haud notarentur ii, quos nunc uſurpamus, accentus ac ſpiritus; facillimum fuit, ut male conjuncta vel aliter diviſa inveniens verba librarius aliquis, quaſi eſſet διῆλθεσιων *vel* διῆλθε τησιων, *nullumque ex ſic conjunctis vel diviſis ſenſum capiens,* θυσιῶν *ſubſtituerit, & pluribus poſt ſe dederit aberrandi occaſionem. Nec inepte (ut forſan alicui videbitur) dixerit filio pater, quod nondum ad ſuam ætatem pervenit. Agebatur namque de adminiſtratione Epiſcopatus Nazianzeni ſuſcipienda, à qua excuſari petens filius, mortuus ut Suidas ait nonagenarius, adeoque annos tum natus* LXXII, *ætatem merito excuſabat ſuam, quam magis conveniret ſibi ac Deo deinceps ſervare vacuam: ſed majori jure reſpondet pene centenarius pater, quod multum adhuc abſit ab ſenio ſuo; cum autem patrem ſepeliſſet, cujus mors in ipſis conſpiciebatur januis, tum demum excuſabilem fore ejus ſeceſſum: interim tantillam moram concederet ſeni, quam non poſſet ſalva pietate negare. Explicationi huic favent qui præcedunt ac ſequuntur verſus, itáque ſolvitur alias inſolulibis nodus.*

12 *Etenim cum illa ſtatim poſt Epiſcopalem filii con-*

Auctore D. P.

ſecrationem id eſt anno CCCLXXI *intelligatur dixiſſe pater non fuiſſet filius multo major quadragenario, juxta iſtam lectionem: qui tamen in Carmine de rebus ſuis, quod ante id tempus, non diu poſt Cæſarii fratris & Gorgoniæ ſororis mortem compoſitum fuit, ita queritur:*

Jam caput albeſcit canis, rugoſaque membra
Triſtis ad occaſum vitæ mihi prona feruntur.

tunc etiam ſeni incurvo & cano

Neque præmaturam *forte canitiem intelligas, ſicuti interpres metro ſerviens* præmaturam *ejus* ſenectutem *in eodem carmine paulo poſt dixit: non enim hoc habet textus Græcus, ſolum indicat quod* χαλεπὸν πάθος, *moleſtus ſcilicet temporalium quas ante deſcripſerat curarum conflictus, ipſum, quietioris vitæ impatienter cupidum,* καὶ ἀγῆρως ἔχευε præcipitaverit in ſenium, *non qualecumque, ſed veluti extremum: ideo enim addit* Καὶ κύπλω πολὺ γαῖαν, & propendeo in terram, *quod ſilicerniorum eſt. Carmen autem iſtud revera compoſitum eſſe antequam priora iſta diceret Pater decrepitus, evidenter patet, ex ipſo ejus argumento, quod eſt perpeſſas eatenus ærumnas queri. Nondum ergo tunc eam incurrerat qua invitus creatus eſt Epiſcopus, & quam poſtea ſupra omnes alias ſenſit & deploravit, hic autem nec verbo quidem attingit. Porro qui tunc canus & incurvus erat (quod in ſeptuagenio ſene non mirum, in viro quadragenario portentoſum fuiſſet) decennio poſt, cum morbo prohiberetur Olympium Præſidem per ſe accedere reis civibus veniam oraturus, eumdem appellans per Epiſtolam* 172 *merito his verbis utitur:* Moveat te noſtra canicies, quæ te jam ante hac & quidem perſæpe movit. *Simili modo Oratione* 17 *pro civibus ſupplicans, apud eumdem, vel potius alium ejus deceſſorem;* Num tibi, *inquit,* ſupplicis libelli loco canicies hæc offerenda erit atque annorum numerus? *Quot hi, aut quæ illa? ſi anno* CCCXXVI *aut etiam ſerius natus Gregorius?* Patris canicies & anni, *inquit Billius. Scio Baronium indicare aliquos qui ad Valentis tempora hæc ſpectare crediderint: ſed hos ipſe manifeſti arguit erroris, cum tota oratio, qua Præfectum ſpectat, alloquatur hominem Chriſtianiſſimum ſincerumque cultorem Trinitatis, qualibus ante Theodoſium nullis commiſſa provinciarum Orientalium præfectura. Suam ergo propriam canicem intelligit, ſuorum annorum allegat numerum talem utique qui præcipue debeat miſerationem movere. Talem autem habebis, ſi credas Suidæ, ut jam diximus, aſſerenti, quod S. Gregorius Nazianzenus ætatis annum nonageſimum fuerit prætervectus cum moreretur,* XIII *vel* XIV *Theodoſii Imperatoris anno, Chriſti* CCCLXXXIX.

13 *Age igitur, & ſecundum hunc calculum, qui omnium certiſſimus nobis videtur, ætatem ejus ordinantes,* F *eam cum parentum ætate comparemus. Pater, ſicut in Oratione* XIX *ait filius, obiit* cum annos ferme centum *qui ex parentibus circa an. 275 natis,* vixiſſet, ex eiſque egiſſet in Sacerdotio quinque & quadraginta, *completos circa annum Chriſti* CCCLXXIII. *Rerum enim deinde ſecutarum ſeries non permittit, ut poſtea vixerit Factus igitur Epiſcopus eſt circa annum* CCCXXVII, *annos natus* LV: *totidem autem fere annos tunc habuit uxor ejus S. Nonna, utpote quam filius aſſerit marito ſuo non ſolum* ὁμόζυγον conjugem, *ſed &* ὁμόχρονον coætaneam *fuiſſe:* ἴσον πολιᾷ τε ἤθεσι, moribus & canicie æqualem. *Atqui primogenitus ex eo conjugio creditur* S. Gregorius, *quomodo ergo credi poteſt circa idem tempus ille natus eſſe? niſi vel quinquagenarios parentes fuiſſe dicas cum jungerentur matrimonio, quod ſaltem de matre veroſimile non eſt: vel prolem iis demum conceſſam poſt longam annorum circiter triginta expectationem. Hoc vero tam inſolens tamque prodigioſum, in* *recte dicetur procreatus ante annum* 300 *quo veteri Saræ, Abrahami conjugi, tam ſimilis S. Nonna fuiſſet, quæ parere cœpiſſet quinquagenaria, quomodo tacitum prætermiſiſſet filius, tantam hic effundendi ſui materiam habiturus, pro ea oratione qua parentes laudavit, multa longe minutiora expendens? Fuerit igitur circa annum Chriſti* CCLXXV *natus* S. Gregorius pater, &

AUCTORE D. P. *ætatis anno circiter* XXIV *ex ſupparis ætatis uxore* Nonna *genuerit* Gregorium. *Hic autem, poſt primos liberalium diſciplinarum flores in Paleſtina Ægyptoque haud negligenter decerptos, per annos ſeptem vel octo, circa annum ſeculi & ætatis ſuæ circiter* XXVII *Alexandria navigarit Athenas, Himerium Proæreſiumque Sophiſtas auditurus; poſt annos (deinde aliquot, cum fervor ætatis nondum longas, uno in loco moras pateretur) diſceſſerit in Syriam, Libanii Sophiſtæ celebri fama allectus; atque ex itinere Nazianzo tranſiens, baptiſmum ſuſceperit. Apicem denique eloquentiæ adeptus redierit Athenas, ubi S. Baſilium reperit eique ibidem adhæſit uſque poſt annum* CCCLV; *quando digreſſi in ſuam ambo patriam, toti cœperunt ad ſummam Chriſtianæ perfectionis conniti, cujus merito Baſilius factus anno* CCCLXX *Cæſarienſis Epiſcopus, anno* LXXII *amicum ſuum* Gregorium, *pridem Preſbyterum, ordinavit Epiſcopum Saſimorum. Qui patris decrepiti exinde vices gerens in regenda Eccleſia Nazianzena, anno denique* CCCLXXXI, *tumulatis ante ſeptennium patre ac matre, electus Epiſcopus Conſtantinopolitanus, grandem ætatem illuc attulerit; eoque promptius abdicarit onus, quanto proclivius erat eum ad quietam in patria mortem obeundam reſpectare, quam ad novos in aliena regione eademque turbatiſſima labores.*

ab an. 327 ad 356 vacaſſe eloquentiæ excolendæ.

B

§. III Baptiſmus S. Gregorii & exercitatio apud Baſilium in Ponto.

Videtur baptizatus in patria à patre

14 *Tempus ſuſcepti à Sancto Baptiſmi Gregorius Preſbyter & qui encomium Tranſlationis ſeculo* X *ſcripſit auctor, videntur differre poſt reditum Athenis, adeoque poſt annum* CCCLV. *Sed familiare eſt Gregorio illi (quem ſolum præ oculis encomiaſtes poſterior habuit) rerum ordinem potius quam temporum ſpectanti, etiam disjuncta conjungere, imo & rempluribus vicibus iteratam velut unam ejuſdem temporis actionem repræſentare. Sic plures* Gregorii *ſeceſſus in Pontum, de quibus mox infra, tractat per modum unius: & fugam initam poſt ſuſceptum reluctanti animo Preſbyteratum, non diſtinguit ab alia quam novennio poſt cepit ne ordinaretur Epiſcopus. Itaque hoc ſolum ex auctore illo teneo, in patria ab Epiſcopo patre baptizatum fuiſſe* Gregorium: *cui enim potius hoc deferret officium? Occaſionem dimiſſis Athenis recurrendi Nazianzum, non eſt opus longe quærere; cum dicat Sozomenus lib. 6 cap.* 16, *quod tam ipſe quam Baſilius*, cum adhuc adoleſcentes eſſent, Himerio & Proæreſio, ſophiſtis id temporis præſtantiſſimis, ſe in diſciplinam tradiderunt Athenis, poſtea autem Antiochiæ Libanio Syro: tandem vero, & ſophiſtarum arte & cauſarum dictione poſtpoſita, totos ſe tranſtulerunt ad ſtudium Chriſtianæ perfectionis & litterarum ſacrarum. *Non fuit igitur, ex quo Athenas venit adoleſcens* Gregorius, *tam iis affixus, quin eodem famoſiſſimos quoſque magiſtros audiendi impetu, quo Cæſaream primum, deinde Alexandriam deſeruerat, etiam excurrerit Antiochiam; hac autem occaſione nihil pronius fuit quam ut Nazianzo tranſiret, ſuſceptum patriæ Epiſcopatum gratulaturus patri, quid ni & baptiſmum de manibus ejus ſuſcepturus?*

C

quando Athenis Antiochia tranſiit ad Libanium,

poſtea autem Athenas reverſus,

15 *Quæres, An cum ſocio* Baſilio? *Nulla ſane nos cogit auctoritas credere, eodem ordine eodemque tempore ambos eiſdem magiſtris dediſſe operam; nec ulla ſcriptorum ſuorum parte* Gregorius *innuit, aut Cæſaream aut Antiochiæ cognitum ſibi* Baſilium *fuiſſe: quomodo autem id tacere potuiſſet, ſi cum habuiſſet in tot locis non tantum diſciplinarum diſcendarum, ſed & itinerum ea cauſa ſuſceptorum ſocium? Igitur mihi veroſimilius eſt, Cæſareæ ſtuduiſſe* Baſilium, *cum Alexandriæ, Athenis & Antiochiæ* Gregorius *ageret; Antiochiam autem veniſſe, cum hic Athenas rediſſet. Hoc autem ſi cui videatur abſimile vero, propterea quod* Gregorius *de Laudibus Baſilii, hunc Cæſaream Athenas immediate deducat, nulla facta Antiochiæ mentione; cogitet is, quod durantibus Antiochiæ toto anno* CCCXLI *terræ motibus, Libanius tranſierit Cæſaream, ibique* Baſilium *jam minime tironem in diſciplinam acceperit, ac deinde Athenas tranſmiſerit. Interim ex dictis conſequens mihi fit, quod Sancti* Gregorius & Baſilius *non niſi in virili ætate invicem ſe cognoverint Athenis, Libanio forſitan communi utriuſque magiſtro huic illum commendante. Conjecturæ iſti ſuffragatur* Gregorius, *quando operâ ſuâ factum narrat, ut* Baſilius, *Athenas veniens, haberetur eximius à ludicra illa probatione, qua moris erat novos diſcipulos excipi; quod illis nectendæ amicitiæ principium fuit. Hinc enim præſumi poteſt, minime novum Athenis tunc fuiſſe* Gregorium, *qui tanta ibi jam pollebat auctoritate, ut tam inſuetam gratiam* Baſilio *potuerit impetrare; hic autem attigiſſe tunc temporis debuit talem ætatis ac doctrinæ gradum, qui mereretur adeo præter morem à conſueta vexatione eximi, intercedente ad hoc* Gregorio.

D

ibidem excepiſſe Baſilium.

Fuerit igitur baptizatus circa an. 328 aut 329

16 *Baptiſmus igitur* Gregorii, *qui juxta jam dicta hujus &* Baſilii *conjunctionem notabili præceſſiſſet tempore, non diu differri poſſet poſt* Gregorii patris *ordinationem in Nazianzenum Epiſcopum, quæ anno circiter* CCCXXVIII *putatur contigiſſe, cum filius ætatis annum* XXVIII *in noſtra ſententia tranſiiſſet. Præceſſit autem Baptiſmum junioris* Gregorii *ac veroſimiliter maturavit, periculum geminum, in quo conſtitutus, nulla re magis anxiebatur, quam quod mori timeret inexpiatus. Primum cum Alexandria navigavit Athenas, totis viginti diebus ac noctibus tempeſtate jactatus, quando ſerio ſeſe Chriſto devovit, eatenus fortaſſis inter ſtudiorum promovendorum fervores de capeſſenda religione ambiguus. Alterum cum tota Hellas gravi terræ motu contremuit, & ruentibus paſſim domibus effugium nullum certum pateret. Baronius famoſum hic terræmotum intelligit, anni* CCCXLI *quo Orientales potiſſimum partes concuſſæ, & Antiochia quidem integro uno anno. Godefridus Hermant, ex vulgari opinione cum Baronio ſentiens,* Gregorium, *cum Athenis ultimo exceſſit anno* CCCLVI, *dumtaxat egiſſe ætatis annum fere trigeſimum; & videns de aliquo terræmotu loqui Sanctum, qui accidit quando ipſe jam Athenis ſtudebat; nimium vero abſurdum credens aſſeverare, quod* Gregorius *Athenis fuerit ætatis annum* XV *agens, quem conſtat prius Cæſareæ & Alexandriæ dediſſe operam eloquentiæ; ſuggerit alium terræmotum anni* CCCXLV, *quo Dyrrachium corruit. Sed quam uterque annus adducendo Athenas* Gregorio, *in ipſorum ſententia, eſt præproperus; tam eſt ſerus in noſtra; qui ſic cogeremur dicere, poſt tempeſtatem & votum prædictum, dilatum* Gregorio *baptiſmum fuiſſe ultra annos* XV *aut* XX, *annumque ætatis* XL *aut etiam* XLV. *Præterea gratis aſſumitur quod terræmotus, qui Orientem potiſſimum concuſſit, in Occidente (huc enim reſpectu Conſtantinopoleos, urbis regiæ, ſpectat Hellas) adeo vehemens fuerit, ut ejus voluerit meminiſſe Sanctus, nulla facta mentione Antiochiæ, quæ ipſum tam celebrem hiſtoricis fecit. Itaque alium hic ego quemdam, qui Helladem proprie concuſſerit circa annum* CCCXXVIII, *indicari exiſtimo. Frequentiores certe terræmotus hoc ſeculo extitiſſe, dum Arianorum motibus tota concuteretur Eccleſia, veroſimile facit Ephrem Syrus, cum in proœmio ad lib. 2 de Vitis Patrum ait:* Terra tremiſcens à facie Domini ſub pedibus noſtris commovetur... urbes integræ abſorptæ ſunt, & loca ab ira Domini deſolata.

E

poſt terræmotum in Græcia,

diverſum à terræmotu in Aſia an. 340 notatum.

F

17 *Reſtat de Pontica* Gregorii *ſolitudine verbum addere. Ruffinus annos ei tredecim aſſignat, Baronius vix ſeptem annos invenire ſe fatetur. Gregorius Preſbyter ita loqui videtur quaſi ea ſolitudo continua fuerit, nulloque in patriam reditu interpolata. Ego varios ſeceſſus ex ipſomet Sancto ſic diſcrimino ordinoque, ut ad* Baſilium, *qui anno* CCCLVI *vel* VII *in Pontum ſe receperat, adjunxerit ſe* Gregorius *anno mox ſequenti: eo tamen animo quem indicat Epiſt. 5, ut partim cum ipſo foret in Ponto, partim ipſum ſecum haberet Nazianzi: quod ultimum cum à* Baſilio

In Pontum ſeceſſit,

A

primum per 3 aut 4 annos:

deinde ad brevius tempus semel

iterumque

B

tertio:

filio non impetraret, & senectutem suam allegans pater filium instantissime revocaret, solus Nazianzum redierit Gregorius, *anno* CCCLIX *aut sequenti. Ordinatus deinde anno* CCCLXII *contra suam voluntatem Sacerdos festo Nativitatis, Epiphaniæ aut Luminum; præ dolore violentiæ sibi factæ profugerit ad amicum, adhuc in sua versantem solutidine: cujus regustata dulcedine aliquantulum recreatus, rursus in Paschate redierit ad parentes ecclesiamq; paternam. Deinde cum* Basilius *jam Presbyter, propter subortas cum Eusebio Cæsariensi Episcopo simultates, Pontum repetiisset, eoque invitasset* Gregorium; *excusaverit hic matris suæ, paulo post sanatum miraculose maritum graviter ægrotantis morbum: qua non minori miraculo relevata, continuo, ut promiserat, ad amicum recurrerit anno* CCC LXIII: *cum eodemque elaboraverit pulcherimas illas duas contra Iulianum invectivas, agens ibi ætatem reliquam & sequentis anni initium; sic ut ante festum Luminum revertens, dixerit eam quæ extat de illa die orationem,* licet Joannes non esset, ex deserto tamen veniens, *ut ibidem præfatur: & cum patre suo reconciliarit dissidentes ab eo propter Ariminensis fidei signationem monachos. Anno deinde* CCCLXVII *in Pontum rursus abiit* Gregorius, *non ibi commoraturus, sed* Basilium *ad Eusebium, jam sua opera ei placatum, reducturus Cæsaream; qui compositis Ecclesiæ illius rebus, potuit sequenti anno redire in Pontum, ad revisenda monasteria istic à se constituta; & socium itineris habuisse* Gregorium; *si verum est, quod in hujus Vitâ scribit alter Gregorius, quod mors fratris Cæsarii coegerit eum festinato regredi Nazianzum, ad senes & afflictissimos parentes consolandos. Mors enim ea anno* CCC LXVIII *accidit: post quem annum nullum ejus alium secessum novimus, nisi eum quem suscepit impatiens contentionum, quibus implicitum se vidit anno* CCCLXXI *consecratus Episcopus Sasimorum, quando rursum fugitivus excurrit in montem, quem libenter credam Ponticum illum, eumdem in quo ante hac* Basilius *vixerat & discipulos suos reliquerat.*

S. Basilius S. Gregorii coætaneus.

18 *Videntur porro ii quos secutus est Rufinus,* Basilii *anachoresim, ab ejus Athenis discessu usque ad ejus Episcopatum æstimasse, itaque annos tredecim numerasse, ab anno* CCCLVII *ad* CCCLXX: *licet eos non continuos in eremo egerit:* Gregorii *autem secessus famosus & celebris, ponendus est antequam ordinaretur Sacerdos, nec ultra tres quatuorve annos extendendus. De ætate porro* Basilii *(ut hoc obiter attingam) censeo cum aliis,* Gregorio *fuisse coætaneum: sed ut hunc; sic & illum venisse in lucem ante annum* CCC: *ac proinde vere de eo scribere potuisse* Gregorium *anno* CCCLXVII *Cæsariensi Eusebio Ep. 26 eum esse* & vita & sermone & canicie omnium *quos noverat* præstantissimum: *quod de annorum duntaxat* XL *viro, qualem pro eo tempore eum hactenus fecerunt alii, non apte diceretur? & sic anno* CCCLXXIX *moriens* Basilius *fuerit ut minimum octogenarius, quem vigesimo post anno ad meliorem vitam subsequens frater ejus, ut arbitramur, junior* S. Gregorius Nyssenus, *etiam ipse grandævus valde cum moreretur, potuit habuisse fratrem, sicut & appellavit,* magistrum. *Hæc autem omnia tractanda magis ex professo erunt, & pluribus adminiculis roborandâ, ad ipsius* S. Basilii *Vitam* XIV *Iunii.*

C

Cur Nota hæc ad Vitam addita.

19 *His ita positis, qua commodiori alia via oblata haud difficulter dimittemus, necesse erit nobis prater editum proprium Sancti de vita sua carmen, etiam ad Vitam à Baronio collectam notas aliquas nostras adjicere, salva viri diligentissimi reverentia: cui semper suus manebit apud posteros honos, quod primus in difficile argumentum ingressus nobis aliisque viam straverit, quam principio asperiorem, detractis additisque nonnullis vel aliter explicatis, facile fuerit hinc inde planiorem reddere. In istis autem notis conabimur ipsorum exhibitione locorum ea præcipue illustrare puncta & confirmare, quæ hoc ultimo paragrapho asseruimus de baptismo & secessu* S. Gregorii. *Ad alia distinctius explicanda, libenter fatemur nos multum adiutos Vita SS. Basilii & Gregorii, simili quo antea Vita S. Athanasii prodierat stylo, edita Gallice anno* MDCLXXIV, *à Godefrido Hermant, uso in citandis quæ allegat ex S. Gregorio locis editione Parisina Morelli, curata anno* MDCIX, *quam & nos subinde citabimus in Notis, adscripto (ut ille facit, & supra in S. Athanasio fecimus) paginarum numero: quâvis Baronius in suo Ms. ac deinde in Annalibus plerumque utatur editione Leunclaviana, Basileæ sub annum* MDLXXII *curata: quod convenit lectorem non ignorare; sicuti & quod veterem plerumque allegat versionem, in qua voluimus nobis aliquando licere, ut versus quosdam subinde revocaremus propius ad verborum Græcorum sensum, ubi Latina nimium videbantur obscura aliove detorta.*

D

VITA

Auctore Cæsare Baronio,

Collecta ex ipsomet S. Gregorio & optimis quibusque scriptoribus Ecclesiasticis.

EPISTOLA DEDICATORIA.

E

Beatissimo Patri Gregorio XIII Pontifici Maximo.

Occasione sæculi S. Gregorio Nazianzeno erecti,

1 CUm multa, ad Dei gloriam & Christianæ Reipublicæ utilitatem, à te, Pater Beatissime, pie & præclare gesta sunt; tum illustre inter cetera ad posteritatis memoriam monumentum erit & pietatis & magnificentiæ tuæ, nobilissimum sacellum Gregorianum, templi instar; quod magna impensa extructum, opere magnifico summoque artificio exornatum; omnium in se oculos animosque mirabiliter convertit. In eo tu, Gregori Pontifex Optime, non sine Divini muneris afflatu, sacra Gregorii Nazianzeni Episcopi Constantinopolitani, viri sanctissimi & eloquentissimi, ossa, quæ jam diu humili & obscuro loco latuerant, collocasti. Vidimus enim totam urbem incredibili gaudio exultantem, cum solenni supplicatione indicta, maxima totius populi omniumque ordinum frequentia ac veneratione, sanctum illud corpus efferretur. Cum tu, Pater Sancte, lacrymis obortis sacras illas Reliquias veneratus atque complexus, tamquam hospitem clarissimum in ædem amplissimam propriis manibus induxisti; ut jam lucerna illa Orientis, ardens & lucens, non sub modio delitescat, sed in pulcherrimo atque ornatissimo basilicæ Vaticanæ loco, hoc est in religionis domicilio & terrarum orbis theatro, tamquam in ingenti quodam candelabro, colluceat.

& sacri Corporis in illud translati,

F

2 Ex ea tam ingenti Reliquiarum translatione & collocatione factum est, Pater Beatissime, ut multi, ad Sancti hujus memoriam colendam vehementius inflammati, ejus res gestas vitamque cognoscere percuperent; è quorum numero nonnulli amici sæpius ea de re mecum egerunt; rogaveruntque impensius, ut onus hoc susciperem. Quibus cum respondetem, non esse hoc imbecillitatis meæ; tum extare orationem Gregorii Presbyteri de laudibus Nanzianzeni; non accipiebant excusationem meam: Gregorium vero Presbyterum aiebant, non tam vitâ quam laudationem conscripsisse; multa itidem ab eo omissa, multa brevius quam par erat, nonnulla alieno loco narrata, quædam etiam parum cum historiæ veritate consentanea. Quid multa? Pervicerunt, & perpulerunt. Itaque non tam volens quam obediens opus magnum aggressus, vitam Gregorii Nazian-

incitatus Baronius,

AUCTOR. Nanzianzeni ſcribere inſtitui. Conatus ſum autem, etſi rudis plane artifex, egregias illas Gregoriani ſacelli picturas aliquo modo imitari. Ut enim ibi pictor eximius ex teſſerulis & lapillis, miro artificio muſivo opere compoſitis & coagmentatis, cum aliorum quorumdam Eccleſiæ Doctorum, tum Gregorii noſtri effigiem venuſtiſſime expreſſit; ita ego, ex ipſius Nanzianzeni potiſſimum ſcriptis, quæ ille de ſeipſo variis in locis, alio currens, aliud agens obiter ſcripſit, aut etiam data opera commemorat, ſelecta fragmenta, tamquam gemmas & lapillos, accurate collegi: quos, ſervato temporum ordine, ſuis locis collocavi, & quaſi inter ſe conglutinavi; ut ex iis, velut ex ſplendidiſſimis coloribus, vivam viri admirabilis, non tam corporis quam animi imaginem, ſi non omnino expreſſam, ſaltem adumbratam haberemus. Neque enim diffiteor multa adhuc deſiderari poſſe: & nos fortaſſe aliquando opus diligentius perpoliemus, præſertim ſi quam plurima Gregorii carmina, & alia quædam ex vetuſtis codicibus nondum edita ad manus noſtras, ut ſperamus, pervenerint.

CÆS. BAR. ejus Vitam componit

ex ejus potiſſimum ſcriptis,

& offert Gregorio XIII. B 3 Interea, Pater Beatiſſime, hilari vultu pro tua ſumma benignitate Gregorium tuum accipe, ſic enim appellare illum licet: & dum in Tuſculano à graviſſimis curis animum pauliſper reficis, hunc ſi placet ſuburbanæ ruſticationis urbaniſſimum comitem adhibe, cujus interdum ſuavi & ſancto colloquio pomeridianis horis jucundiſſime perfruaris.

CÆSAR BARONIUS
Soranus Presbyter

CAPUT I.

Patria, parentes, educatio, caſtitatis amor viſione roboratus.

Patria Nazianzum, 4 GRegorius hic noſter, Nazianzenus dictus, quod Nanzianzi *a* ortus ſit. Erat enim Nazianzum civitas in Provincia Cappadociæ, quam Pontum *b* appellabant, ſub Metropoli Cæſareenſi, de qua ſic ipſe.

a b

[Ponte mihi longe cariſſime, patria tellus.]

De ſuis arumnis Cum autem poſtea Cappadocia in duas provincias eſſet diviſa, Pontus *c* ſecunda Cappadocia eſt appellata. Porro Nazianzi nomen adeo obſcurum fuit, ut nullus antiquorum ejus meminerit. Alio tamen nomine Diœceſaream invenimus nuncupatam: ipſe enim ait de ſe ipſo agens,

c

etiam Diocæſarea dicta,

——[Quem parva feraci
Cappadocum in terra tulit urbs Diocæſareenſis]:

De ſuis calamit.

C

& alibi,

Ad Hellen. [Parvæ quidem urbis hoc eſt Diocæſareæ cives ſumus]:

Ep. 49. idemque ad Olympium ſcribens, ſuam patriam eſſe dicit Diocæſaream: quod quidem nomen antiquis optime notum fuit. Sicut enim Cæſarea, ejus provinciæ Metropolis, Mazaca dicebatur; ita etiam Nanzianzum Diocæſarea dictum fuit. Erat tamen adeo exigua civitas, ut Ariani, adverſus quos acre certamen ſuſceperat, patriæ ignobilitatem eidem conſueverint exprobrare, prout his illorum verbis Gregorius ipſe ſignificat: [Parva tibi, inquis, eſt civitas, ac ne civitas quidem, *d* ſed aridus locus, inamœnus, & infrequens] &c. Quam tamen licet murorum ambitu perexiguam, nihilominus percelebrem eſſe, ampliſſimamque fidei meritis profitetur; quam ob cauſam modo Noë arcam, modo Bethlehem appellare conſuevit, ut cum de parente ſic loquitur. [Effecit ut nova Hieruſalem, ac ſecunda quædam arca ſuper aquas delata, quemadmodum ea magna illius Noë ſecundique mundi parentis, hæc Eccleſia diceretur. Quippe quæ in illa animarum illuvie, quæ tum omnia paſſim obruebat, ac importunis hæreticorum inſultibus, ſublimis & incolumis enataret: quantoque aliis numero cedebat, tanto iiſdem ſplendore, & gloria ſuperior eſſet; idque ipſi accideret, quod Bethlehem accidiſſe videmus, quam nulla res prohibuit, quo minus & parva eſſet civitas, ac totius terræ metropolis, utpote Chriſti, orbis conditoris victoriſque, parens & nutrix]. Hæc Gregorius, alludens eo nimirum, quod dum totus Oriens conflagraret hæreticorum incendio, nullum tamen illuc impietas acceſſum habuiſſet, ſed incorrupta fuerit illic Catholica fides ſervata.

Hier. de ſcrip. eccl. in Baſil.

Or. 1 in Ar.

d

infunere patris,

5 Habuit Gregorius ejuſdem nominis patrem, Gentilem *e* olim hominem, inde Chriſtianum atque Epiſcopum, ac ſanctitate clarum, de quo hæc ipſe: [Ille, ut patriam, genus, corporis dotes, externum ſplendorem, ceteraque, quibus gloriari mortales ſolent, ad encomiorum leges remittam, atque ab his, quæ nobis prima ſunt, maximeque propria, initium dicendi faciam, radicis nequaquam egregiæ, nec ad pietatem commode natæ, nec in domo Dei plantatæ, ſurculus extitit (prius enim poſtremorum fiduciâ non erubeſco) quin potius admodum præpoſteræ, ac portentoſæ, ex duabus rebus valde contrariis, nimirum Gentili errore, atque Legali vanitate conflatæ *f*.] Hæc Gregorius de Gregorio patre: qui eodem anno, quo ex toto pene Chriſtiano orbe ad ſacroſanctum Nicænum Concilium Epiſcopi convenirent, à S. Leontio Cæſareenſi Epiſcopo, pietate & eruditione clariſſimo, ſacro baptiſmate initiatur, Paulino & Julino Coſſ. anno à Chriſto Domino, ſecundum recentiorum ſupputationem, trecenteſimo viceſimo quinto. Texit egregie idem Gregorius rei geſtæ ſeriem, quomodo ſcilicet cum eſſet optimis moribus imbutus, præventus eſt à Domino in benedictionibus dulcedinis, in hunc modum perviſum. [Putabat ſe, inquit, quod numquam fecerat, quamvis uxor in oratione frequens eſſet, ex Davidis Pſalmis eam partem canere, Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi, in domum Domini ibimus. Novus erat & inuſitatus hic cantus: ſimulque cum cantu cupiditas ingreditur. Quod ubi mulier uxor, ſcilicet Chriſtiana femina ac pietate quidem inſignis, intellexit, voti jam compos facta, oblatam occaſionem arripit, viſionem hanc in jucundiſſimam partem interpretans, beneficii magnitudinem animi lætitia declarans, ſalutemque adurgens, ne quid, quod vocationi obſtaret, intercederet; negotiumque, in quod tanto ſtudio incumbebat, abrumperet] &c.

D *ob fidei conſtantiam comparatur cum arca*

& Bethlehemo,

e *Pater etiam Gregorius appellatus,* In fun. pa.

olim Gentilis ex matre Iudæa, E

f

qui anno 325.

6 Totius geſtæ rei prolixe hiſtoriam narrat de ejus baptiſmo, quo initiatus eſt à S. Leontio, cum Nicæam ille venturus, tranſiit Nanzianzo: quodque idem ſanctus Sacerdos, cum myſtica verba illa, quibus confertur ſacramentum Baptiſmi, eſſet dicturus; errore, haud ſcitur quomodo, lapſus, edidit alia diverſa *g*, quibus Clerici initiantur Sacerdotio? Cum idem Leontius, divino afflatus ſpiritu *h*, non errorem, ſed prophetiam fuiſſe, divinamque eſſe ſententiam novit; ut quem tunc faceret Chriſtianum, creare etiam poſtea deberet Epiſcopum. Obſequens igitur ſpiritui, tunc illum ſacro baptiſmate illuſtravit, poſt aliquot autem annos, cum deceſſiſſet ejus civitatis primus Epiſcopus, eumdem Nanzianzenum ſecundum ordinavit Antiſtitem. Inſigne miraculum, quod divinitus factum eſt, cum ille baptizatus exiret ex aquis, Gregorius narrat his verbis: [Egreſſum ex aqua lux & gloria circumfulſit, & non nullis quidem perſpicua: qui tum miraculum apud ſe continebant, idcirco referre non auſi, quod

g

h

In fun. pa.

quod unuſquiſque viſionem hanc ſibi obtigiſſe crederet: ſed aliquanto poſt illud inter ſe diſſimulaverunt]. Hæc ipſe. Factus inde ſecundum præcedentes de ſe prophetias Epiſcopus, ſedit annos quadraginta quinque, ac ferme centenarius ex hac vita migravit.

poſtea fuit Epiſcopus Nazianz.

7 Mater autem Gregorii dicta eſt Nonna, egregiæ pietatis mulier: per quam ſecundum Apoſtolum vir infidelis ad fidem perductus eſt: de qua hæc ipſe: [Mater autem jam olim & ab ipſis proavis Deo conſecrata, pietatem inſtar neceſſariæ hereditatis, non ad ſe tantummodo, ſed ad liberos quoque deducens, ex ſanctis primitiis vere ſancta conſperſio fuit] &c. Appellat eamdem piæ ſanctitatis excellentia Saram, in eoque ſuper eam commendat, quod illa pio viro, hæc infideli conjuncta; per virum illa, vir autem per iſtam æque pietatem excoluit. Cumque incomparabiles animi ejus virtutes prædicet, effuſam ejus in pauperes largitatem commendat, ad hæcque adeo comparatam, [ut ſi licuiſſet, ut ait, ſe ſuoſque filios eam ob cauſam diſtraxiſſet; ſicque ea arte ſua, ſe ſuoſque in Deum, quem præ ceteris omnibus diligebat, immenſo amore transfunderet]. Recenſet aſſiduas illius ad Deum preces, nocturnas vigilias, crebra jejunia, contemptum muliebris ornatus, juge ſilentium in eccleſia, in rebus lociſque ſanctis religioſiſſimam obſervantiam: adeo ut Eccleſiæ pavimentum conſpuere, & ſacræ Menſæ terga vertere illi fuerit religioni. Ex his minimis, ut ajunt, ex unguibus Leonem, cetera conjectare facile erit. Et quod eſt fortis mulieris illuſtre præconium, quod de paucis vix dici fas ſit, ad res adverſas perferendas, ſic erat compoſita, ut ſemper invicta permanſerit: adeo ut in ejuſmodi caſibus non more femineo in luctum, ſed in gratiarum actionem ejus vox prima ſemper eruperit. Hæc, & alia multa pientiſſimus filius de ſanctiſſima matre prædicat.

Mater Nonna

1 Cor. 7, 14

in laud. Gorgonæ & de vita.

In fun. pa.

ſancta fe. mina,

B

in adverſis invicta;

8 Hæc beata, religioſiſſimas illas æmulata mulieres, quæ uteri ſui partum obtentum precibus Deo dicarunt; ſupplicationibus crebris apud Deum agit, ut maſculam prolem concipiat, quam, ut Anna Samuelem, Deo offerat. Hæc enim de matre Gregorius ſcribit his verſibus.

huſus preci-bus à Deo obtentus S. Gregorius,

[——Me vovit ab ipſo
Cara tibi genitrix utero, cum maſcula proles
Ut eſſet cupiens, his Annæ vocibus uſa eſt.
Da mihi, da puerum, ſummi regnator Olympi,
Ædibus inque tuis omnes tibi ſerviet annos.
C Dixerat; & precibus flexus de nocte parenti
Deſignans nomen pueri, proleſque ſecuta eſt].

De reb ſuis

Porro non tantum naſcituri pueri nomen, ſed & formam ipſam ejuſdem præmonſtratam fuiſſe, idem his verſibus narrat.

[In ſomnio umbra viſa ejus, quod poſceret.
Etenim mea ipſi forma perſpicuo aſtitit,
Itidemque nomen nocte cognoſcit meum.

De vita ſua.

9 Naſcitur Gregorius ex repromiſſione Divina matris votis obtentus, patre nondum Chriſtiano, ut ex ea oratione, quam Gregorius in funere patris habuit, aliiſque certis rationibus facile cognoſci poteſt. Unde non niſi hyperbolice dictum accipias, quod idem Gregorius ex perſona parentis, impellentis eum ad ſuſcipendum munus Epiſcopale, ſic ait.

natus patre necdum Chriſtiano,

Annal. 371, & 102.

[Nondum tot annos in vita expleſti tua,
Quot ipſe ſacro jam conſumpſi in munere *i*.

De vita ſua.

i Idque clarius apparebit, cum annorum Gregorii filii rationem inferius ſubducemus. [Peperit & venter ille aureus (utar verbis Hieronymi) duos alios filios, *k* Cæſarium & Gorgoniam, prolem ſanctam tantaque matre digniſſimam]. Cum jam Gregorius eam pueritiæ tranſiſſet ætatem, quam rationis di-

k cunt expertem, jamque ſuæ voluntatis arbitrium libere recta ratione inciperet moderari, Deo jam offerendus à matre, inſtillabat ipſa illi divinæ ſcripturæ exempla, quibus ſignificaret parentum vota, quibus caros Deo filios obtulerunt, Abrahæque hiſtoriam & Iſaac, Annæ & Samuelis, atque alia ejuſmodi, ſicque eſt affata puerulum cum obtulit illum Deo:

AUCTOR. CÆS. BAR. *adoleſcens approbat matris de ſe votum*

[Nate, ego te vivum Chriſto, cariſſime, munus
Offero, quo matris votum, promiſſaque firmes;
Quæ te concepi precibus: quæque optimus, ut ſis
Et vita eximius, flagrantibus expeto votis.
Hoc genitricis erat votum: cui protinus ipſe
Cedendum, in tenera quamvis ætate, putavi]. &c.

De reb. ſuis & de vita ſua.

10 Optimis interim moribus imbuebatur, creſcenſque ætate ſimul *l* ac ſapientia, divinus quidam inceſſit animum ejus ardor ſervandæ pudicitiæ, quem cæleſte quoddam viſum ſibi oſtenſum magis magiſque ſtabilivit ſolidavitque, quod ipſe deſcribit his verbis. [Deinde, inquit, per nocturnum viſum caſtioris vitæ amore me Dominus inflammavit, quod commemoratione dignum cenſeo. Arrigite aures, quicumque pietatis ſtudio conflagratis; qui autem profanis animis eſtis, eas ſermoni obſtruite. Puer eram, nec admodum puer, verum ea ætate, qua virtutum ac vitiorum imagines in animo inſcribuntur: mens enim nondum firmam & ſolidam cogitationum formam habet, ſed alienis primum inſtitutis & moribus informatur. Et quidem parentes mei eam haud quaquam malis coloribus depingebant, nimirum ad optimum quodque virtutis genus me erudientes: eximia enim illi & omnibus hominibus admirabili virtutum laude florebant, cordibus animiſque pietatem colebant, ac non minus morum integritate quam ſenectute atque annis humanæ vitæ modum excedebant]. Et Paulo poſt [Ab his novus, ac rudis animus meus effectus eſt, caſeique recentis inſtar quaſi formam ſtatim accepit. At mihi in ſomnis aliquando hujuſmodi quoddam videre viſus ſum, ex quo facile in virginitatis amorem exarſi.

1 *& ſervandæ pudicitiæ amorem concipit:* De cal. ſuis.

E *exemplo & monitis parentum,*

11 Virgines duæ in propinquo ſtabant, candidis veſtibus indutæ, ambæ formoſæ atque ejuſdem ætatis; ambæ incomptæ atque inornatæ, ac proinde ornatæ (ornatus enim contemptus mulieribus elegantiam decuſque conciliat) non auro. Non hyacintho collum earum decorabatur, non ſericæ illis veſtes, non tenui, ac molli lino contextæ erant, non fuco imbuti oculi ſublucebant, neque quidquam eorum quæ libidinis ciendæ artifices in mulierum formis excogitarunt: non flavæ comæ humeris diffuſæ cum leniſſima aura colludebant: quin potius egregiæ veſtes zona ſubſtringebantur, ſeque ad talos uſque demittebat. Ad hæc ipſæ velo non modo caput, ſed genas quoque ipſas obtexerant, oculoſque ipſos in terram defixos tenebant: quin utrique non parum honeſtatis afferebat oris verecundia, ruboreque tincta facies, quantum quidem trans earum vela mihi proſpicere licebat: atque inſuper ut roſa foliculis, ſic utriuſque labra ſilentio premebantur, quarum ex aſpectu mira quadam voluptate perfuſus ſum: ſic enim mihi perſuadebam, eas humana conditione multo majores atque auguſtiores eſſe. Hæ porro, quoniam me aſpectu ſui exhilaratum ſenſerunt, erga me quoque benevolentia affectæ, me proinde ac filium ſuum amplecti cœperunt. Percontantique mihi, quænam eſſent & unde veniſſent; altera, Caſtitatem ſibi nomen eſſe, dixit; altera, Temperantiam: quæ Chriſto Regi aſſiſtentes, cæleſtium Virginum pulchritudine delectarentur. Atque ad me converſæ: Age, inquiebant, fili, mentibus noſtris mentem tuam, & faciebus faciem junge. Ita futurum eſt, ut eximio quodam & ſingulari ſplendore præditum

F *& viſione duarũ puellarum, cum modeſto habitu:*

harũ altera Caſtitas, altera Temperantia, appellata

in

AUCTOR. CÆS. BAR. in cælum feramus, ac juxta immortalis Trinitatis fulgorem collocemur. Hac oratione habita per cælum ferebantur, oculisque ipse volantes insequebar; sed hæ non nisi in somnis mihi conspicuæ erant.

12 Diu vero animus meus gravi hujusmodi ac præclaro noctis simulacro, candidæque virginitatis imagine oblectabatur. At mihi jam tum earum sermo in mente colligebatur, cum virtutum ac vitiorum cognitio hominibus vere planeque imprimitur: ac mens cupiditati ducem se præbebat, nocturnæque visionis pulchritudo obscurior aliquanto cernebatur. Quemadmodum autem occulta quædam ignis scintilla, depascens stipulam aridam, statim collucet, flammaque exigua in magnum deinde incendium crescit; sic ego cum nocturno visu incensus essem, confestim amor splenduit, atque in omnium oculis emicuit, utpote qui in intimis animi recessibus occultari jam non posset. Primum itaque cum his hominibus vitæ consuetudinem contraxi, qui matrimonii vincula fugerunt, seque à mundi contagione abripuerunt, ut Christum Regem animi pennis sequantur, hinc non sine magna gloria pedem efferentes. Hos ego singulari amore, ac toto pectore complectens, spei cælestis duces habebam; ac postea à me grave matrimonii jugum submovi, ad excelsam videlicet eorum, qui perpetua virginitate florerent, classem ordinemque aspirans: cælestes enim omnes naturæ, conjugii perturbationumque animi expertes, vivunt] &c. m Additque hæc inferius: [Ergo amoris desideriique stimulis incitatus, eo tendebam, nec vestigium in terra figere jam sustinebam, mihique idem accidebat, quod his, qui lactis vel mellis dulcedinem quoquo modo gustarunt; sic enim ipse, degustata illius chori suavitate, nullo jam modo adduci poteram, ut ad acerbum illum cibum, hoc est, pestiferum animæ vitium, quod in hac vita nascitur, accederem. Non jam convivia, quæ juvenili ætati curæ esse solent; non mollis vestis, non delicata coma, non turpium atque obscœnorum verborum invenustus lepos, non petulantes risus, non inimici carnis æstus mihi arridebant; quin etiam scopulos & montes, & hinnientes equos, canumque venaticorum greges aliis missos feci; excussaque omni hujus vitæ beatitudine, temperantiæ ac frugalitati collum subjeci: quæ quidem mei curam gerebant, me amabant, me ad amplissimam gloriam provehebant, me denique in Christi manibus accurate collocabant]. Hæc Gregorius de suæ vitæ institutis.

hinc magis accensus

continentiæ professis se adjungit.

B

m

evitans illecebras ei contrarias.

C ANNOTATA.

a *Nicetas in Comm. super Orat.* 15 *ejusdem S. Gregorii, ex Billii versione, dicitur* Arianzus, ipsius *S. Gregorii* natalitius pagus, situs in regione Tiberina, *quam suburbanam Nazianzo succenseri censet Hermant, quia, ipsa grandine vastata, Nazianzenos ad pœnitentiam oratione illa hortatur Gregorius, ut quos ea calamitas propius spectaret. Hausta sunt hæc ex Collat.* 5 *Synodi* v, *ubi Euphrantas Episcopus Thyanensis*, Arianzus quidem prædium est, *inquit* unde ortus fuit Gregorius, sub Nazianzo constitutus: *quod non video cur debeat ad nativitatem referri, cum sufficiat, si ex illo suæ possessionis prædio Gregorii pater aut avus in ipsam Nazianzenam civitatem migravit, ibique Gregorium filium peperit mater: unde eidem Gregorio scribens Theodorus Mopsuestenus*, in Arianzis, *inquit*, tuis celebramus annualem sanctis Martyribus honorem. *Præterea Arianzus non prædium fuisse videtur, sed pagus, in quo prædium Gregorius habuit, idque à quodam Rhegino emptum, cum forte mediæ ætatis jam esset Gregorius.*

t.2 p.645 *Arianzus pagus S. Gregorii.*

Pontus provincia diversa à Cappadocia.

b Nemo, *quod sciam, ullam Cappadociæ partem appellavit* Pontum: *nec appellare potuit: cum ipse per se provinciam, imo duas provincias constituerit sub Amaseno & Neocæsariensi Metropolitis; quemadmodum ex altera parte ad mare mediterraneum duplex erat Pamphylia, inter quam & Pontum mediterranea jacebat Cappadocia, ætate Nazianzeni bifariam, postea autem trifariam divisa à Iustiniano Imp. à quo* Cappadociæ tertiæ *Metropolis constituta* Mocissus, *dicta est exinde* Justianopolis. *Errandi causam, & Pontum cum Cappadocia confundendi Baronio præbuit ineptissima versio.* Ponte mihi longe carissime, patria tellus, *cum Græce sit.*

D

t.2 p.76

Γαῖα φίλη καὶ Πόντε, πάτρης πέδον ἀλλοδαπῆς τε.

Tellus cara & Ponte, patriæ & alienæ terræ solum.

Vbi clare patet condistingui inter se utramque regionem. & uti πάτρης πέδον appellatur αἶα φίλη, sic τὸ ἀλλοδαπῆς referri ad Pontum: *quemadmodum in sequenti mox versu distinguuntur.*

Καὶ νεότης πολιή τε, Juventus & senectus;

— πτεροέντες μῦθοι... καὶ ὃς πνεῦμα φανερόν,

Leves fabulæ & quos Spiritus genuit sermones;

Καὶ πόλιες σκόπελοί τε, urbes & deserta.

Quæ omnia per elegantem antithesim inter se comparata appellat initio Carminis Sanctus, tamquam totius vitæ suæ testes; sed difficile fuerit Latino versu singula sic reddere, ut eadem maneat elegantia: hanc igitur perdidit interpres dum sectatur illum; & rem totam vehementer obscuravit, ut facile patebit consideranti, & Græcum textum cum versione Latina conferenti.

E

c *Allegatur in margine Epist.* 50, *ubi, nulla facta mentione Ponti, solum dicitur, Nazianzum à jure Cæsariensis Metropolis translatam esse ad jus Thyanensis: sic enim Sanctus scribens Olympio, qui Præfecti munere defunctus abibat*: Periimus; prodiit summus: facti sumus secunda Cappadocia, qui primæ dignitatem à te consecuti eramus.

t.1 p.811

d *Hæc objicientes, non* Nazianzum, *quæ, ut* parva *esset*, civitas *tamen sine controversia erat; sed* Sasima *respiciebant, ignobilem vicum, quibus Episcopus factus erat Gregorius, idque mox addita epitheta probant. De* Nazianzo, *quæ Romano nomine est* Diocæsaria, *dicit in Ep.* 49 *ad prænominatum Olympium scripta, quod* urbem Imperator condidit, tempus constituit, & longa annorum series conservavit: *quæ de loco arido & infrequenti dici non possent.*

Sasima vicus

Nazianzus civitas.

t. p. 809

e *Synaxarium Claromontanum Ms. & Menæa excusa ad* 25 *Ianuarii de utroque parente indifferenter dicunt, quod* prius *quam filium genuissent*, idola per ignorantiam colebant: *sed ipse S. Gregorius matrem ab ea nota vindicat: quin & patrem (quem in Carm. de rebus suis dicit fuisse* Oleastrum dum sub idolis viveret; *& de cujus idolis etiam meminit in oratione de laudibus sororis Gorgoniæ) non fuisse omnino idololatram patet ex consequentibus. Idem de conditione familiæ paternæ ait ad Cæsarium fratrem scribens Ep.* 17, Facultates nostræ procul dubio ad vitam ingenue honesteque ducendam sufficiunt, homini non nimis inexplebili.

parentum ejus conditio

t.2 p.93 t.1 p.178 t.1 p.780

F

f *Id quomodo in* Hypsistariis, *quorum sectam profitebatur Gregorius pater, se habuerit, pergens explicare Gregorius filius*: Gentilis quidem erroris *ait* idola & sacrificia rejicientes, ignem & lucernas colunt; legalis autem vanitatis sabbatum, & jejunam quamdam à nonnullis cibis abstinentiam venerantes, circumcisionem aspernantur: atque humiles & abjecti homines Hypsistariorum (ἀπὸ τοῦ Ὑψίστου, *Altissimo*) nomen sibi tribuunt, quia solus Omnipotens ab ipsis adoratus. *Hermant existimat multam similitudinem eos habuisse cum Massilianis, de quibus Epiphanius hær.* 80, *& postea subortis Calicolis Africæ, de quibus Augustinus Epist.* 163 *& Codex Theodosianus l.* 43 *de hæreticis & l.* 19 *de Iudæis Cælicolis & Samaritanis.*

t.1 p.289

g *Gravis hic & plane inexcusabilis fuisset error, contraque Sacramenti substantiam, quod nescio unde Auctori nostro obrepsit: ipsius verba Gregorii audiamus.* Miraculum

t.1 p.294

A lum porro, quod hic quoquè divina gratia editum est, si reticuero, magnam profecto ipsi gratiæ injuriam fecero: hujus porro testes sunt non pauci. Spirituale quoddam erratum sinceræ disciplinæ magistri admittunt, idque quod futurum erat gratia præsignat, ac Sacerdotii forma cum Catechesi miscetur. *Id autem quomodo? An perperam commutatis verbis? Nequaquam.* Sed in genu inclinatus catecheseos forma imbuitur, *uti solebant initiandi Sacerdotio, cum baptizandi catechesim præviam stantes exciperent; quæ fuit exigua nullius momenti circumstantiæ commutatio, quamvis ipsa ritus in utroque Sacramento diversitas mysterio non careat, quod vide à Niceta explicatum.*

Catechesin baptizandi audiunt stantes; ordinandi, flexis genibus,

t. 2 713.

h *Gregorius nulla facta speciali mentione Leontii, hoc solum ait, quod* multi qui aderant, non solum sublimiorum, sed etiam ad sagacitatem humiliorum, haud obscuris signis confirmati, quod futurum erat prædixerint.

i *Iam diximus non esse hic apprehendendam hyperbolen, sed syllabam unam in Græco corrigendam, ut verus sensus habeatur.*

Cæsarii & Gregoriæ ætas

k *Cæsarium fuisse Gregorio juniorem, non tantum convincit cupido prolis masculæ in matre, fervens usque ad vota Deo facienda, cum utero gestaret Gregorium: sed etiam quod ait in Carm. de rebus suis, quod ipsum Gregorium Cæsarius* instar chari habuit rimuitque parentis. *De Gorgonia sorore, seniorne an junior Gregorio fuerit, non est facile definire: potuit certe primo partu nata femina, in matre acuisse desiderium prolis masculæ. Quia tamen post Cæsarium objisse videtur, adeoque post an. 369, idque* non humanorum plena dierum, quos ne ipsa quidem exoptabat, *ut in ejus encomio dicit frater: sed, ut idem ait in funere Patris, æque ac frater Cæsarius* ὡραῖος καὶ τῷ ζῆν ἐπιτήδειος, florens adhuc & quam vivere conveniebat; *credere possumus intra 50 ac 60 ætatis annum exceßisse, adeoque vel natu minimam fuisse, vel inter Gregorium & Cæsarium mediam.*

t. 2 p. 35 B

t. 1 p. 188

l *In carm. de rebus suis.*

educatio pia Gregorii.

At mea spem genitrix meliorem corde fovebat,
Cum te natorum donavit parte suorum.
Namque manus etiam divinis sedula libris
Lustrabat. . . *sacras scripturas teneris manibus tractandas exhibendo, ex iisque narrando aut prælegendo historiam Abrahami, Isaacum filium immolare parati, sicut eodem loco fusius describit.*

m *Ex singulari illo, quem tunc animo hausit, castitatis amore condita postmodum ab eo sunt illa insignia duo poëmata, quibus* Laudes virginitatis *&* Præcepta ad Virgines *continentur.*

CAPUT II.

C

Studia Cæsareæ Palæstinæ, Alexandriæ, & Athenis peracta. Varia discrimina vitæ depulsa.

13 QUod item spectat ad studia litterarum, licet nil antiquius habuerit sacris litteris, quo tamen consilio sibi externas etiam comparaverit, scribit his versibus.

[Libros amabam queis loquimur cum Deo
Viros amabam quotquot essent optimi.
& paulo post.

De vita sua.

Amore addiscendæ scientiæ,

Erant genæ imberbes mihi: erga litteras
Flagrabam amore magno. Namque litteris
Veris volebam ferre per falsas opem:
Jactare quo se non possent, aliud nihil
Quicumque callent præter eloquentiam
Vanam, in scenis tantum sitam atque gutture;
Nec illigarer nexibus sophismatum.
Illud quidem numquam subiit animum meum,
Ut anteferrem doctrinæ quidquam sacræ.]

Cum itaque avido animo vividoque ingenio cunctas, quæ in patria erant, hausisset litteras; avidius sitiens, ut etiam externas investigaret induxit animum: ac primum ea de causa petit Cæsaream Palæstinæ. Illustres enim erant scholæ illæ ac florentissimæ, in quibus ex Christianis olim Origenes, Pamphilus Martyr, Eusebius, aliique doctissimi viri professi fuerant; his autem temporibus, Gregorius (ut auctor est Hieronymus) Thespesium Rhetorem habuit præceptorem. At Cæsarius ejus germanus, eadem ex causa Alexandriam profectus est, ut idem Gregorius testatur, his verbis: [Ego oratoriæ artis amore inflammatus in Palæstinæ Academiis tum florentibus pedem fixi; Cæsarius autem Alexandriam perrexit, urbem tunc, & hoc tempore doctrinarum omnium officinam non falso æstimatam]. Hæc Gregorius.

AUCTOR. CÆS. BAR. *Cæsaream Palæstinæ adit:*

Hier. de script. eccles. in europe.

in laud. Cæs.

14 Porro non tantum Gregorius, sed & Basilius eadem ex causa, licet non una simul, Cæsaream contendit, ut idem scribit his verbis: [Cæsaream, *a* ut ejus urbis scholarum particeps esset, celeriter contendit. Hanc, inquam, eximiam civitatem, & nostram (nam meorum quoq; studiorum dux & magistra extitit) non minus litterarum atque doctrinæ, quam urbium quibus præest & dominatur, Metropolim: quam siquis doctrinæ palma spoliaverit, rem omnium pulcherrimam ipsique maxime propriam eripuerit. Nam cum aliæ civitates aliis ornamentis vel antiquis vel novis glorientur, prout opinor vel historiis vel rebus quibuscumque visendis ornatæ sunt; hanc contra, ut arma vel tragœdias notæ quædam atque insignia, sic litterarum gloria nobilitat illustremque reddit]. Et post alia hæc item de Basilio. [Hinc, inquit, Byzantium, urbem totius Orientis principatum tenentem, excellentissimis enim Oratoribus philosophisque florebat; quorum brevi optima quæque ingenii celeritate ac magnitudine collegit, atque inde Athenas, hoc est litterarum domicilium, à Deo atque inexplebili eademque laudanda doctrinæ cupiditate mittitur; Athenas, inquam mihi vere aureas, ac si cuiquam alii bonorum parentes: nam illæ hominem, non illum quidem ante ignotum, sed tamen notiorem reddiderunt]. Existimo enim Cæsareæ Palæstinæ eum novisse, non tamen ejus se amicitiæ insinuasse. *b*

in laud. Basil.

a

uti etiam S. Basilium fecisse testatur:

B

b

15 Post hæc Gregorius majora sapiens, Alexandriam cogitat. Erant illic, ut modo vidimus, scientiarum omnium refertissima promptuaria. Illustrarant olim scholas illas Clemens, Origenes, Ammonius, ac demum Didymus Alexandrinus reddidit celebriores; apud quem Hieronymus jam senescens, quid adhuc disceret, invenit, & ex magistro discipulum profiteri libentissime acquievit. Erat noster Gregorius, licet olim ex voto oblatus Deo, adhuc tamen catechumenus. Inoleverat enim illis temporibus improbandus usus, ut quodam pietatis prætextu quam plures Christi ætatem, & quo baptizatus est tempus expectarent, ut sacro initiarentur baptismate: quam quidem abusionem, ut antiquis Ecclesiæ moribus ipsisque Apostolicis traditionibus adversantem, & jacturam non modicam inferentem, cum ipse Gregorius postmodum, tum Basilius ac Gregorius Nyssenus gravissimis orationibus insectati ab Ecclesia Dei auferre conati sunt. Alexandriam itaque proficiscens, nactus illic Cæsarium fratrem, cum eo vixit; qui sicut ante illuc accesserat, ita & postremus recessit, & non nisi, ut suo loco dicetur inferius, cum Gregorius jam recessisset Athenis. Cum itaque Gregorius Cæsarienses scientiarum fontes, ac rivos Alexandrinos hausisset; majori animi ardore sitit Athenarum flumina, ac moræ impatiens, non expectato opportuno navigationis tempore, improvide se mari credidit, ut ipse his versibus monstrat, cum discrimen in quod incidit narrat.

dein Alexandriæ studet:

Hier. ep. 65

F

adhuc Catechumenus:

navigatu-rus Athenas, tempestate quatitur,

AUCTORE CÆSARIO.

[Saltem calori quod adolescentum accidit,
Inordinato qui feruntur impetu,
Ceu pullus animi plenus ad cursum exilit,
Id accidit mihi. Nam alieno tempore,
Quo non suevit esse tranquillum mare,
Sed excitari fluctus à *c* Tauro solent,
c Loquuntur ut docti, cum prudens navigat
Nemo temere. Tunc Alexandriam deserens,
Doctrinæ ubi studiorum flores carpseram;
Conscendo navim, & Græciæ Pontum seco
Præter Cyprum]. &c.

Describit eam maris tempestatem, quam & alibi refert his verbis.

d 16 [Cum Alexandria per mare Parthenium *d* in
In fun. pa. Græciam navigarem, navigabam intempestiva prorsus anni parte, animo ita perpellente, in navi Æginæa; nam id vel maxime impulit, quod in nautas mihi familiares incidissem; Cum inquam, navigarem, paululumque processissemus, tam atrox tempestas exorta est, ut non multas pares meminissent qui mecum vehebantur. *e* Hic omnibus mortis timore perculsis, ipse animæ mortem gravius per-

& territus periculo moriendi sine baptismo,

B timescebam: in periculum enim miser veneram, ne
f baptismo non initiatus è vita discederem, spiritualem aquam inter exitiosas & mortiferas desiderans; ac proinde clamabam, obsecrabam, spatium quoddam temporis expetebam *f*. Conclamabant etiam, in communi licet vitæ discrimine, qui simul navigabant, & quidem gravius, ut quidam è familiaribus meis ac necessariis, benigni videlicet hospites & humanitate præditi, atque ex periculis hoc doctrinæ assecuti, ut aliorum calamitate moverentur. In hoc malo, quo tum eram, parentes quoque versabantur, per noctis visum in periculi partem venientes: atque è terra opem ferebant, vim fluctuum precibus velut excantantes, quemadmodum postea, subducta temporis ratione, domum reversi cognovimus: quod etiam nobis salutaris somnus indicavit, cum tandem aliquando eum, remittente nonnihil tempestate, cepissemus. Furiam mihi tenere videbar, truculentum quiddam intuentem, periculumque minitantem: hanc enim nobis perspicue depictam nox proponebat. Alius ex vectoribus (puer is erat mei studiosissimus & amantissimus, meaque causa vehementer anxius) cum eo statu essem, matrem meam sibi videre videbatur, quæ mare ingressa, navim prehensam haud magno labore ad terram protraheret. Fidemque faciebat hæc visio. Tranquillabatur

procella ad parentum preces sedata

C enim mare, statimque citra magnam vexationem
appellit Rhodum: Rhodum appulimus. Hujus periculi donum extitimus, ut enim nos Deo vovimus, si discrimen effugeremus, ita periculo liberati, nos ipsos obtulimus]. Hæc Gregorius, qui eamdem maris tempestatem iterum egregio metro cecinit.

De vita sua.

De rebus suis.

17 Quod autem ait se è periculo liberatum, ex voto statim se Deo obtulisse, haud aliud putamus id esse, quam quod baptismum tantopere expetitum sit assecutus. Haud enim assentimur Gregorio Presbytero, cum dicit illud distulisse adhuc usque ad tricesimum ætatis annum *g*, cum Athenis est reversus

g in patriam; ex his enim quæ hic ipse refert, & quæ Athenis sunt subsecuta, ubi una cum Basilio vivens perfectissimi Christiani specimen edidit, prorsus contrarium persuademur. Nō tantum Gregorius sacro baptismate initiatur, sed & infideles omnes,

& fidem Christi cum aliis pertuli/ociis ex voto amplexus,

qui in eadem, erant navi, Dei benignitate servati, Christianam Religionem ex animo sunt amplexati, ut his versibus idem testatur.

[Accessit etiam voto illud lucrum meo:
Nam quidquid esset in navi mortalium,
Id omne Christi fidei mox nomen dedit.
Divinitus salutem nacti duplicem.] &c.

Hæc cum agens de rebus suis carmine exacte referret, addidit Deo referens gratias *h* de accepris beneficiis, alia gravissima pericula, in quæ alias incidisset, sed Dei ope servatus esset his versibus:

D
h *iterum servatur à periculo terræ motus.*

[Non cum lata gravi quateretur Græcia motu,
Ulla nec auxilii jam spes aliunde pateret;
At tremor horribilis gelidos invaserat artus,
Nondum etenim sacro baptismate pectus habebā
Imbutum, quando trahitur lustralibus undis
Gratia.] &c.

De reb. suis.

18 Hunc illum puto famosissimum terræmotum, qui factus est anno quarto *i* Constantii Imperatoris, ut auctor est Hieronymus in Chronico, de quo plura Ephrem Syrus & Historici Græcorum scripsere. Rursus autem, cum faucibus ægrotans, ac pene suffocatus, ope divina est liberatus, ibidem sic describit.

i Ephr. in procem. l. 2 de Vitis SS. Patrū

[Non mihi cum fauces quondam vis aspera morbi
Implesset valido flatu, sævoque dolore
Opprimeret, vitæque vias auræque meatus].

Socr. l. 2 c. 7. Soz. l. 3. c. 5

Addit & illud, cum incaute oculum pungens lumine privandus esset, nisi Deus interveniisset. Sicque rem gestam describit:

angina, & excitatio.

[Non etiam tunc, cum male sana vimina mente
Intorquens, oculi punxi temerarius hircum,
Cum subitus cruor effluxit luxq; occidit omnis:
Nec prius aggredior manibus transmittere sacrū *k*
Spirituale Deo, lacrymis quam noxa soluta est].

E
k

Reddidit ejusmodi percussio vultum Gregorii non nihil inelegantem. Ariani etenim dicteriis suis vultum invenustum eidem exprobrare consueverunt, ut suo loco dicetur.

19 Gregorius tot periculis liber, licet olim à matre Deo fuisset oblatus, seque iterum *l* per Baptis-
l mum Deo dedisset, nihilominus arctiori quodam in jurisjurandi formam voto concepto, severissimis legibus iisdemque inviolabilibus se Deo devinxit. Extat adhuc ejusmodi jusjurandum hisce verbis conscriptum. [Verbum ipsum juravi qui mihi maximus est Deus, principium ex principio, ex Patre genitus, exemplaris sui imago, ejusdemque cum Patre naturæ, qui è cælo ad mortales venit. Verbum, inquam, ipsum juravi, me nec sublimem illam & sempiternam mentem hostili mente & cogitatione, nec Verbum alieno atque inimico sermone projecturum. Si temporum nutum secutus, sanctissimum Trinitatis numen incidero: si excelsi cujuspiam throni cupiditate aliquando exarsero, aut aliis hujusmodi cupiditate flagrantibus suppetias tulero; si hominum potius opem atque adjumentum, quam Dei præsidium quæsiero, imbecilli fragilique rupi vitæ meæ rudentes alligans; si vel in secundis rebus superbo, atque insolenti, vel rursus in adversis & gravibus demisso abjectoque animo fuero; si in disceptandis controversiis ab æquitatis norma deflexero; si superstitiosos & arrogantes homines piis viris pluris fecero; si vel malorum tranquillitatem, vel bonorum scopulos tempestatemque perspiciens, dextrum propterea iter tenere destitero; si livore infectum pectus habuero; si vel ex nefariorum hominum calamitate risum mihi finxero, perinde atque ipse extra casus aleam positus; si ira obrutus animus corruerit; si effrænato impetu lingua cucurrerit; si impudico animo mulierem aspexero; si quemquam immerito odero; si injuriam mihi ab inimico illatam, vel occulte vel aperte, vindicaro; si pauperis manum à domo mea inanem remisero; si animæ divini verbi siti confectæ cupiditatem frustratus fuero; siquid, inquam, horum admisero, non equidem recuso, quin exorabilem se Christus aliis præbeat: mihi vero labores omnes, quos ab ineunte ætate ad extremam usque senectutem tulero, cassos irritosque reddat. His le-

jurejurādo se Deo arctius devincit:

Carm. 17.

F

gibus

A gibus vitam meam obſtrinxi. Quod ſi mihi votis meis potiri liceat, tibi Deus immortalis gratia habenda erit.] Hactenus votum ac jusjurandum Gregorii, cum tamen in ceteris injuratus ſemper *m* vixerit, ut ipſe de ſe ſcribit.

m De vita ſua.

20 Jam autem maris periculo liberatus, ut vidimus, perelegantem & accommodatam iter agenti conſcripſit precationem, cujus eſt exordium *n* [In te quieſcimus Verbum Dei, cum domi manemus]. &c. At jam tandem ejus ſequamur iter: Soluens Rhodo Æginam venit: Æginæa enim navi vehebatur, inde Athenas diutius expetitas ſe contulit; cum etenim rerum omnium Chriſti cauſa *o* jacturam feciſſet, Athenarum tantummodo tenebatur deſiderio. Unde ipſe aliquando,

n *Athenas venit,*

o De reb. ſuis.

[Sola meum ardenti pectus ſtimulavit amore
Doctrina, Argolicæ quam gloria gentis Athenæ
Quæſivere mihi, ſoliſque occaſus & ortus:
In qua multum operæ poſui, multumque laboris
Per longum tempus ſubii: ſed & hanc quoque Chriſti

p Ante pedes humilem pronamque jacere *p* coëgi.]

B *palæſtram eruditorum hominum.*

Docebat Athenis his Conſtantii Imperatoris temporibus Anatolius clariſſimus Orator, Conſtantio Auguſto percarus, qui eum Romam vocavit, atque Præfectura Prætorii inſignivit. Profitebatur illic etiam Diophantes Arabs, fama celebris; Proæreſius etiam, qui ob dicendi facundiam in Gallias primum, inde Romam ab eodem Conſtantio miſſus, illic ex Senatus conſulto donatus eſt ſtatua, ejuſmodi inſcriptione nobilitata, Regina rerum Roma Regi eloquentiæ. Hunc, quem ut gentilem hominem ſibi vendicat Eunapius Sardianus, fuiſſe Chriſtianum, nonnulla eſt conjectura. Nam cum ſcribat Hieronymus hunc, lege data à Juliano ne Chriſtiani liberalium artium Doctores eſſent; cum ſpecialiter Julianus, ut Chriſtianos doceret ei concederet, ſcholam ſponte deſeruit. Adjuvant hæc, quæ etiam Eunapius tradit, Proæreſium ſententia Juliani fuiſſe remotum à lectione: quod quidem minime decreturus fuiſſe Julianus videtur, niſi fuiſſet Chriſtianus, cum alioqui fuerit ille Ethnicorum Philoſophorum ſtudioſiſſimus. Docebat iiſdem temporibus Athenis Muſonius, quem idem Apoſtata ceſſare juſſit. Addit Zozomenus, Gregorium & Baſilium nactos eſſe præceptores Hymerium *q* & Libanium: de Libanio id ipſum fatetur Baſilius.

in Chron. an. 2. Jul.

q Ep. 146.

C

ANNOTATA.

a *Exiſtimat Hermant*, Cæſaream Cappadociæ *intelligi hoc loco: in eaque ambos primas artes didiciſſe, ac mutuo noviſſe. De Gregorio primum videtur indicare Gregorius Presbyter in Vita, quando ait eum Cæſaream primum, dein in Palæſtina ſtuduiſſe.*

b *Gratus hoc exiſtimare videtur Baronius; imo ex Gregorii ea de re ſilentio conſequi puto, quod primum Athenis mutuo ſe cognoverint: eſto ambo in alterutra aut etiam utraque Cæſarea eoſdem magiſtros audierint: dici enim poteſt quod diverſo tempore: patria certe videtur Baſilius, ſtudiorum cauſa, multo ſerius egreſſus quam Gregorius.*

c *Grace velut in parentheſi*

Ταύρε τὴν ἀεχὴν ἐκ ἀκινδυνόν φασι
Οἱ ταῦτα δεινοί. —— Tauri caudam non ſine periculo eſſe dicunt, qui talia callent: *ubi Billius notat*, Hibernum Tauri ortum *intelligi*, qui eſt circa medium Novembrem.

d Mare Parthenium *dici eam Mediterranei partem, quæ Aſiam inter & Africam eſt, teſtatur Macrobius in ſomnium Scipionis.*

e *Tempus, quo illa tempeſtas duravit, in Carm. de rebus ſuis ita exprimit:*

Noctibus hic denis ego bis totidemque diebus, AUCTORIS CÆS. BAR.
Supplice voce rogans Numen cæleſte, jacebam
Ad puppim exanimis.

f *At quomodo ei non incidit tali in caſu, ut baptiſmum peteret à vectorum quopiam? multos enim ex eis Chriſtianos fuiſſe perſuadent hiverſus:* Baptiſmus à laico collatus, an olim omnibus probatus?

Omnes ad unum fletibus genas rigant,
Junctique Chriſtum voce gemebunda vocant,
Hi quoque Deum qui neſciebant prius.

Reſpondet erudite Hermant in annotat: validitatem baptiſmi per laicos collati tunc adhuc non ſatis notam fuiſſe Græcis, ac ne Latinis quidem omnibus: nam (præterquam quod S. Baſilius in libris contra Eunomium alicubi dicat, eos qui extra Eccleſiam eſſent baptizati, puta ab hæreticis, habendos ſimiles iis quos laici baptizarint, & per Eccleſiæ baptiſmum purificandos) etiam S. Satyrus, S. Ambroſii frater, naufragium imminens natando evaſurus, ab iis qui baptizati ſecum habebant Euchariſtiam, ipſam orario involutam accepiſſe narratur, licet nec dum perfectioribus initiatus myſteriis; *poſtquam autem enatavit, ea quam collo gerebat ſuſtentante, Dei eccleſiam requiſiviſſe*, ut myſteria æterna cognoſceret: *quibus indicari videtur tunc adhuc Catechumenum, poſtea petiiſſe baptiſmum, non autem in illa tam urgenti neceſſitate,* E *quia in navi pereunte Chriſtiani qui erant, laici erant. Concilium quoque Eliberitanum an. 324 Can. 38 ſtatuit,* Peregre navigantes, aut ſi eccleſia in proximo non fuerit, poſſe fidelem, *non quemlibet, ſed* qui lavacrum ſuum integrum habet, *id eſt nullo mortali peccato inquinatus ſit, aut ſaltem non excommunicatus*, nec ſit bigamus, baptizare in neceſſitatis caſu poſitum Catechumenum.

g *Ita Baronius, ex ſua ſcilicet ſententia, annum ætatis exprimit: cum Gregorius agat de anno ſtudiorum, ut ante dictum. Nos neque ad finem commorationis Athenienſis baptiſmum dilatum fuiſſe putamus: neque ſtatim ſuſceptum poſt naufragii periculum; ſed poſt alterum vitæ diſcrimen à terræ motu: Sanctum tamen annum circiter trigeſimum ætatis attigiſſe cum baptizaretur.*

h *Non hoc agit loco iſto Sanctus: ſed, ut explicet grandem ſuum mœrorem & afflictionem in morte fratris Cæſarii, dicit ſe non ita graviter fuiſſe conturbatum animo, neque cum mergi timuit, ut jam dictum, neque cum paſſus eſt tria ſequentia vitæ diſcrimina, quæ ordine temporis ſingula referri, nihil ambigimus.*

i *Annus 4 Conſtantii inchoatur in Septembri anni 349, proinde recte Hermant cenſet, terræ motum à Baronio indicatum potius ad 341 pertinere. Verum de alio quodam priori terræmotu, qui ante decennium Græciam concuſſerit hæc intelligimus.* E

k *Hoc ſcilicet innuit eum tunc ſaltem fuiſſe Presbyterum: in eoque fortuito caſu apprehendiſſe reatum,*

Non ſecus atque ille qui cædis crimine dextram
Polluit ——

l *Imo prius per votum Chriſtianæ profeſſionis, annis aliquot ante ſuſceptum baptiſmum.*

m *Ita ipſe, explicans qua ratione an. 381 promiſerit non exire Conſtantinopoli, citra juramentum tamen:*

Ne ſic quidem juro: haud enim mihi contigit t. 2. p. 18. *votum S. Gregorii poſt baptiſmum.*
Jurare (paulo ut glorier ſummo in Deo)
Luſtratus ex quo gratia ſum Spiritus.

Gregorius in Vita, cum baptizatum dixiſſet reverſum in patriam, addit, quod tunc legem ſibi indixit numquam jurandi, quamdiu in hac vita verſaretur. *Votum appellet qui volet: ſed hoc pro illo tempore ſatis ſit, & abunde ſatis. Nam* Ὅρκοι ἢ ἐπαγγελίαι δι' ὅρκε (*ut habet titulus*) Juramenta & promiſſiones juramento t. 2. p. 92. firmatæ, *quas continet Carmen diſtichis expreſſum (quod ſoluta oratione hic exhibet Baronius Latino deceptus titulo, ut crederet eſſe* Jusjurandum Gregorii) *aliud non ſunt, quam ludus Poëticus, ea continens omnia, quæ ſine ſcru-*

AUCTOR. CÆS.BAR. *pulo jurare poſſit homo Chriſtianus & perfectionis ſtudioſus. Quod ſi juvejurando hujuſmodi reverſa ſese aliquando olſtrinxit Gregorius, id cur ad ejus referatur baptiſmum, & non ad longe poſteriora tempora, cauſa nulla eſt.*

n *Neſcio ubi hanc precationem inter opera ejus reperiam.*

o *Patriam ille quidem & parentes dimiſerat ad tempus, aliud quod ſciam nihil: ſed an Chriſti cauſa & non potius amore perfectioris eloquentiæ?*

p *Tum ſcilicet, cum dimiſſis Athenis totum ſe ad vitam ſpiritualem convertit, jam ætate provectior. Nota autem πολὺν χρόνον longum tempus. quod eloquentiæ excolendæ impenſum à ſe dicit, haud ſane intelligens paucos illos annos, qui ante annum vitæ 30 aliis artibus fuerunt impenſi.*

q *Sozomeni verba dedimus in Comm. prævio num. 14 Sunt autem fere ſumpta ex Socrate lib. 4 cap. 21: addit autem Socrates, quod* Antiochiæ in dicendi facultate ad ſummum venerunt. *Non tamen credimus eodem ambos tempore Libanium audiviſſe; ſed Gregorium prius, deinde Baſilium: quanto autem tempore ſinguli, non definimus: Gregorius forte minus diu quam Baſilius.*

CAPUT III.

B *Intima cum S. Baſilio amicitia. Præſagium de Iuliano: Diſceſſus Athenis: Acceſſus S. Cæſarii fratris.*

21 POſt aliquot temporis ſpatium ab adventu Gregorii Athenas, Baſilius, quem Cæſarea Paleſtinæ Conſtantinopolim litterarum ſtudio profectum diximus, inde Athenas ſe contulit. Quibus humanitatis officiis gentilem ſuum Gregorius ſuſceperit, vix credi poteſt: nam non tantum inter ſuos intimos adnumeravit, ſed & contubernalem habere voluit: quem non tantum communis patria, ſed paria ſtudia, mores conſimiles ſociabant, arctiſſimoque amoris vinculo vinciebant. Venienti quamprimum affuit, inſultantibuſque in eum Armenis diſcipulis, ac captioſis quibuſdam diſceptationibus deprimere ſatagentibus, continuo præſto fuit: *a* cautumque inſuper reddidit ne jocis illis, quibus veterani ſcholares Tironibus conſueviſſent illudere, abduceretur derideretur que. Hiſce amicitiæ officiis Gregorius adeo ſibi conciliavit Baſilium, contraque ille morum ſuavitate Gregorium adeo devinxit, ut unanimes ſimul effecti, ſibi quiſque feliciſſimus videretur, quod talem tantumque nactus eſſet amicum. Unde de his Gregorius: [Baſilius Byzantio Athenas, hoc eſt litterarum domicilium, à Deo mittitur: Athenas inquam, mihi vere aureas, & ſi cuiquam alteri bonorum parentes: nam illæ mihi hominem, non illum quidem antea ignotum, ſed tum notiorem reddiderunt: ac litteras conquirens, beatitudinem percepi: mihique diverſo modo idem quod Sauli accidit, qui patris aſinas quærens, regnum invenit]. Hæc de amicitiæ lucro, quod adventu Baſilii ſe nactum Gregorius gloriatur.

Amicitiam cum S. Baſilio contrahit:

a laude Baſilii

C 22 De communibus autem vitæ ſtudiis hæc ibidem enarrat. [Par, inquit, ſpes doctrinæ, hoc eſt rei omnium invidioſiſſimæ nos ducebat, & tamen aberat invidia, & ſola æmulatione flagrabamus. Hoc utique certamen inter nos erat, non uter primas ferret, ſed uter alteri primus deferret: uterque enim alterius gloriam ſuam exiſtimabat, una utriuſque anima dividebatur, duo corpora ferens. Quod ſi minor fides his habenda eſt, qui omnia in omnibus eſſe dicunt: at nobis certe credendum eſt, quod uterque in altero & apud alterum poſiti eramus. Unum hoc ab utroque noſtrum agebatur, ut virtutem coleremus, atque ad futuras ſpes vitæ noſtræ rationes accommodaremus, ante mortem è terra migrantes. Quod quidem nobis ob oculos proponentes, vitam actioneſque omnes noſtras dirigebamus, tum divini præcepti ductum ſequentes, tum alter alteri virtutum ſtudium extimulantes, atque, niſi hoc arroganter dicere videor, uterque alteri norma & amuſſis eramus, qua rectum à pravo diſcernitur. Nec enim cum flagitioſiſſimis ac petulantiſſimis quibuſcumque, ſodalium more, conſuetudinem habebamus: ſed cum optimis atque honeſtiſſimis, ſed cum tranquilliſſimis ac pacatiſſimis, quorū ſcilicet conſuetudo maximos fructus affert: illud nimirum exploratum habentes, multo facilius vitium trahi quam virtutem communicari. Diſciplinis porro non tam jucundiſſimis quam præclariſſimis oblectabamur: nam hinc quoque juvenes vel ad virtutem informantur].

& virtutem communiens,

D

23 Duæ viæ nobis notæ erant, altera primaria & præſtantior, quæ videlicet ad ſacras domos ſacroſque doctores ferebat; altera ſecundaria, non ejuſdem honoris, nimirum quæ ad externæ doctrinæ profeſſores ducebat: reliquas omnes, quæ ad feſta, ſpectacula, celebres conventus, epulas ferebant, volentibus relinquebamus. Nihil enim mea quidem ſententia magni faciendum eſt, quod nihil affert ad recte honeſteque vivendum, nec ſui ſtudioſos meliores reddit. Cum aliis alia quidem cognomenta ſint, vel à parentibus accepta, vel à ſe ipſis, hoc eſt ex propriis vitæ ſtudiis inſtitutiſque comparata; nobis contra magna res erat, & illuſtre nomen Chriſtianos eſſe & nominari, atque ea re magis efferebamur, quam Gyges *b* palæ annuli converſione (ſiquidem id fabuloſum non eſſet) per quam Lydiorum tyrannidem occupavit.] Hæc & alia plurima id genus Gregorius, quibus inſiuat, Athenas aliis pernicioſas, ſibi autem admodum proficuas ac ſalutares fuiſſe. Quod autem ad eruditionem ſcientiarum ſpectat, hæc addit: [Non ſolum apud præceptores, & ſocios, ſed apud totam Græciam, & præſertim clariſſimos Græciæ viros illuſtri fama celebrabamur, quia etiam ultra Græciæ fines progreſſi ſumus, ſicut multorum ſermone compertum eſt. Nam ut quocumque Athenarum fama, eodem quoque præceptorum noſtrorum fama ſeſe proferebat: ita quicumque præceptores, iidem nos quoque cognoſcebant, ſimulque de nobis audiebant, ac proloquebantur, ac par quoddam non obſcurum, & & incelebre apud eos eramus; & dicebamur: nec nobiſcum Oreſtes & Pilades ullo modo conferendos eſſe putabant; nec Molionidas *c* illos, Homerico verſu celebratos]. Hæc Gregorius.

& vanitates fugiens:

E

fama celebris per totam Graciam.

c

F

24 Agebat Conſtantius Imperator annum ſui Imperii decimum octavum, eodem jam ſeptimum, & Gallo tertium Coſſ. cum occiſo Gallo fratre, ſibi metuens Julianus; qui Apoſtata dictus eſt, ne in ſuſpicionem, ſicut ille, Conſtantii veniret; Athenas adeundi, philoſophorumque ſcholas inveſtigandi, à Conſtantio licentiam impetravit. Eſt is annus à Chriſto, ſecundum juniorum veriorem ſupputationem, trecenteſimus quinquageſimus *d* quartus. Eo cum acceſſiſſet, intuitus hominem Gregorius, mox futurorum malorum factus eſt veriſſimus vates, ut in ſecunda oratione, quam adverſus eum habuit, his verbis ſignificat. [Hæc à me procul ante perſpecta quodammodo fuerunt, ex quo Athenis cum eo verſatus ſum: Nam illuc quoque ſtatim poſt ea, quæ adverſus fratrem deſignata ſunt, profectus eſt, Imperatorem hoc ipſum deprecatus. Duplicem enim eo proficiſcendi cauſam habebat, alteram ſpecioſiorem & honeſtiorem, ut Græciam ejuſque ſcholas viſceret; alterā rectiorem pauciſque notam, ut regionis illius ſacrificos & impoſtores de rebus ſuis conſuleret, impietate videlicet nondum plenam libertatem habente.

Iulianum apoſtatam venientem Athenas

d

cum eo ad io Ehrinam

A té. Tunc igitur me non malum hujus viri conjectorem fuiſſe memini, quamquam alioqui ad res ejuſmodi non optime à natura comparatus: ſed tamen me morum ipſius inconſtantia, atque incredibilis quædam mentis commotio, vatem efficiebat: ſiquidem vates ille optimus eſt, qui recte conjicere novit. Neque enim mihi boni quidquam ſignificare atque ominari videbantur cervix non ſtata, humeri ſubſultantes atque ad æquilibrium agitati, oculus inſolens & vagus furioſeque intuens, pedes inſtabiles & titubantes, naſus contemptum & contumeliam ſpirans, vultus lineamenta ridicula idem ſignificantia, riſus petulantes & effrænati, nutus & renutus temerarii, ſermo hærens ſpirituque conciſus, interrogationes ſtultæ & præcipites, reſponſiones his nihilo meliores, aliæ in alias inſultantes, nec graves & conſtantes, nec eruditionis ordine progredientes. Quid ſingula deſcribere neceſſe eſt? Talem ante opera conſpicatus ſum, qualem in operibus poſtea cognovi. Quod ſi quidam ex his qui tum ſimul erant, quidque dixerim audierunt, nunc mihi præſto eſſent, haud ægre teſtarentur: quibus, ut hæc conſpexi, ſtatim prolocutus ſum, Quale malum Romanorum terra nutrit! præfatus licet ac mihi, ut

B falſus vates eſſem, imprecatus]. Hæc ipſe de Juliano.

ex moribus cognoſcit & peſſimum fore prænuntiat.

Contriſtatur ob diſceſſum Baſilii, in laud. Baſil.

25 Cum Gregorius, & Baſilius paribus ſtudiis animiſque concordibus aliquot annis vixiſſent Athenis, Baſilius diſceſſum meditatur, jamque reditum in patriam parat. Appropinquat dies. Quam permoleſto & invito animo Gregorius id tulerit, ejus verba declarant. [Aderat, inquit, diſceſſus dies, & quidquid ad diſceſſum pertinebat, extremæ collocutiones, proſecutiones, revocationes, gemitus, complexus, lacrymæ: nihil enim cuiquam perinde moleſtum & acerbum eſt, ut iis, qui ſimul illic educati ſunt, & ab Athenis & à ſe invicem divelli. Tum igitur triſte ac miſerum ac commemoratione dignum ſpectaculum accidit. Circumſtare nos ſodalium & æqualium, nonnullorumque etiam Magiſtrorum chorus; prorſus negare ſe nobis abeundi poteſtatem facturos; obſecrare, rogare, hortari, omnia denique tum facere tum dicere, quæ veriſimile eſt eos qui in dolore verſantur]. Baſilium enim non nihil incuſat, quod ab amicis vinci non potuit, ac demum hæc addit. [Res profecto antequam contigiſſet, incredibilis: quippe quaſi contingeret unum bifariam ſecari, atque utramque partem emori; aut boves quoſdam collactaneos, & conjugatos disjungi, lu-

C gubre quoddam utrimque alterum alterius cauſa mugientes; nec ſeparationem ferentes]. Hæc de receſſu Baſilii Gregorius.

26 Siquis curioſius cauſam profectionis Baſilii velit perquirere, inveniet fortaſſe quod miretur. Talis enim tantaque erat viri eruditio, quod de eo idem Gregorius affirmat, ut Athenarum ſcholæ illi inopes admodum viſæ ſint & jejunæ, famaque tantum celebres: ſæpiuſque ingemere ea de cauſa conſuevit, dolens nimirum ſe non reperiſſe Athenis quod fama vulgarat: mœrentemque hominem Gregorius vix valuit conſolari, & aliquamdiu retinere. Atque ita diſcendi cupidiſſimus, recedens Athenis, ad Euſtachium philoſophorum celeberrimum ſe contulit, ut ejus litteræ ad illum datæ teſtantur, cum ait [Reliqueram Athenas philoſophiæ tuæ celebritate permotus, contemptis his quæ illic magni æſtimantur]. Numquam recedentis amici Gregorii memoriam delevit oblivio, quæ in eo ad ſenectutem uſque recens ac viridis perſeveravit: ſæpius illud repetens, O amicitiæ contubernium! ô caræ Athenæ! ô vitæ pie ſanctæque inſtituendæ jacta olim initia! & alia hujuſmodi. Dederant enim ſibi dexteras de abdicando ſe a muſicis actibus, & eremo incolendi ut divinæ contemplationi vacarent. Id quidem his verſibus refert Gregorius, cum aliquando alia ex cauſa queritur de Baſilio.

Ep. 165. *cum eodem deinceps animo conjunctus manet.*

AUCTOR. CÆS. BAR.

De vita ſua

[Hæ vero Athenæ, hæ ſunt ſtudia eloquentiæ
Communia, hæc vita acta in contubernio,
Eadem in ambobus mens hæc unica eſt?
Miraculo quæ erat Græcis: dexteræ hæ datæ,
De deſerendo mundo ut *e* coleremus Deum?] e

27 Erat tunc Gregorius annum ætatis agens *f* trigeſimum, cum timentes Athenienſes, ne ob vim ingentem amoris Baſilium recedentem conſectaretur, ut eum Athenis retinerent, inierunt conſilium, ut eidem inter Doctores locum darent, præficerentque ſcholæ Rhetoricæ facultatis: coguntque invitum cathedram Profeſſoris *g* aſcendere; & è ſublimi throno publice profiteri. Hæc etenim ipſe his verſibus refert:

f

Poſtquam agre retentus Athenis.

g

de vita ſua.

(Diu namque ſtudiis eloquii vacaveram
Ibatque is annus ferme in his trigeſimus *h*.
Tum cognitum eſt à me, quis eſſet ſodalium
In nos amor, quæ de nobis opinio.
Jam tempus aderat, aderat & multus labor,
Amplexibus verbiſque de obitu triſtibus
Utendum erat magno cum ardore pectoris. E
Ac Baſilio quidem vix vi; verumtamen
Ceſſere, declaranti cauſas itineris:
At lachryma mihi manat etiam modo,
Turbarionis cum recordor illius.
Omnes me circumſtabant illico,
Noti, doctoreſque, æquales, hoſpites:
Ac me querelis, obteſtationibus,
Vi detinebant, nam jubebant hoc amor,
Et mordicus; cum dimiſſuros dicerent
Non inde quovis modo. Nec enim decet,
Aiunt, Athenas te optimas amittere.
Volunt meam me denique eloquentiam
Ipſis probare: flectunt. Quercus ſola tot
Fuiſſet adverſata verbis, lacrymis.

h

28 Hæc Gregorius: qui tamen nec his diutius valuit retineri compedibus: omnia enim abſque Baſilio ſibi tetra & injucunda ſunt viſa, ad illam anhelanti vitam tranquillam, quam una ſimul ducere in ſolitudine pacti erant. De ſuo enim deſiderio ad Baſilium redeundi hæc ipſe aliquando: [Nec tamen in longum mihi producta eſt hæc calamitas: nec enim diutius miſerandus conſpici, noſtræque disjunctionis rationem omnibus reddere ſuſtinui. Sed non ita multo tempore poſtea Athenis commoratus, præ

F animi deſiderio equum illum Homericum imitor, perfractis eorum à quibus tenebar vinculis, campos pedibus pulſo, atque ad ſodalem meum impetu feror]. Hæc ille, qui & alibi in eamdem ſententiam his verſibus.

etiam ipſe diſcedit.

in laud. Baſil.

Quamobrem Athenis cum manſiſſem non diu,
Subduco me furtim prope, atque in patriam eo.

de vita ſua.

Arguuntur erroris ex his omnibus ea, quæ ſcribit Ruffinus dum ait: Gregorium ſubduxiſſe Baſilium è Doctoris cathedra, manuque injecta ſecum in monaſterium perduxiſſe. Nam Baſilium primum, ac inde Gregorium Athenis receſſiſſe, exploratum ſatis habetur.

lib. 2 c. 9

29 Recedens Athenis Gregorius, reverſurus in patriam pedeſtri itinere, venit Conſtantinopolim: eodemque tempore Cæſarius ejus germanus Alexandria rediens, illuc opportune appulit: de quo hæc ipſe. [Ecce, inquit, Deo, qui juſtas preces audit, & parentum erga benignos filios amorem honore complectitur, ita impellente, neque ex conſilio, neque ex conſtituto, alter ab Alexandria, alter è Græcia, alter mari, alter pedibus, eodem tempore in eamdem civitatem appulimus, hæc enim erat By-

& Conſtantinopoli tranſiens

...ORE ...ES. BAR. zantium, in qua Cæsarius brevi tantam gloriam est assecutus, ut publici honores nobileque matrimonium, & Senatoria dignitas ei oblata fuerit, communique decreto à Magno Imperatore per legatos petitum sit, ut vellet Principem Urbem, viro eruditionis eloquentiæque principe, ornari atque honestari; si tamen illi curæ esset, ut vere primaria esset, nomineque suo digna, atq; ad ceteras ipsius laudes hoc accedere, ut Cæsario & medico & cive decoraretur, quamvis alioqui præter ceterorum splendorem viris tam in Philosophia, quam in aliis generibus artium eximiis abundet. Sed de hac re satis.]

pro eo retinendo frustrabo parentibus civibus,

30 [Illud autem, quod tum contigit, quamvis aliis fortuito accidisse videretur, cujus modi multa fert casus in rebus humanis; apud pios autem homines perspicue constabat, nulli alteri eam rem adscribendam esse, quam Deo dilectis parentibus, ad unius voti summam explendam, filios tum terra tum mari in unum colligentibus. Age ne hanc quidem Cæsarii laudem prætereamus, quæ quamvis aliis fortasse parva, nec commemoratione digna, mihi tamen & tunc & nunc quoque præclarissima visa est, si modo laudem meretur fraternus amor, neque unquam inter primos collocare desinam, quoties mihi de illius rebus narratio instituta fuerit. Nam in

B *secum ad parentes deducit.*

his, quos diximus, honoribus cum eum civitas retineret, negaretque se illi ulla ratione potestatem discedendi esse facturam; ego tamen, cujus auctoritatem Cæsarius omnibus in rebus plurimi faciebat, in contrarium niterer, ut nec parentes suo voto, nec patria debito sibi officio, nec denique ego desiderio meo frustrarer; itineris socium comitemque se mihi adjunxit: meque, non urbibus solum & populis, non honoribus & proventibus, qui multi ad eum undique partim confluebant, partim in spe atque expectatione erant; verum propemodum ipsi quoque Imperatori ejusque edictis ante posuit. Hinc ego omnem honorum gloriæque cupiditatem, quasi gravem quemdam Dominum morbumque permolestum excutiens, philosophari vitæque meæ rationes ad supernam vitam accommodare constitui: nam antiquior hujus vitæ cupiditas fuit quam vita ipsa. Cæsarius autem, cum doctrinæ suæ primitias *i* patriæ consecrasset, dignamque laboribus admirationem sui commovisset; postea gloriæ studio, procuraudique, ut mihi persuadebat, publici commodi causa, in aulam se contulit, & si nobis haud admodum gratum ex animique sententia id fuit: me etenim apud vos purgabo, quoniam sublimius præstantiusque est in infimo ordine apud Deum collocari, quam apud terrenum Imperatorem honoris primitias tenere: tamen est hujusmodi, ut merito reprehendi nequeat.] Hæc ille.

i

C

ANNOTATA.

Tironum in actis demiti vexatio.

a *Ordinem rerum, ab ipso Gregorio in laudatione Basilii servatum, commutat auctor; primum enim fuit, Athenienſium Scholarum hoſpitem ſubducere uſitatæ iſtic erga novos diſcipulos ludificationi, cujus ritum ac morem ibidem lege accurate expreſſum; & ſimile quid in Europæis quoque Academiis ſervari videas erga tirones, quos Galatas vocant: deinde videns Gregorius in Armeniis, qui, tamquam Athenis commorati diutius, temere laceſſebant Baſilium & ab eo facile confutabantur, periclitari quodammodo æſtimationem dilectarum ſibi Athenarum, ipſis cœpit auxiliari contra Baſilium: ſed mox, experientia ſolidioris doctrinæ, quam reſponſa ejus præferebant, captus, totus illius factus eſt.*

b De Gyge *ejuſque annulo, cujus converſione ſeſe reddebat inconſpicuum, lege Ciceronem lib. 3 de Officiis.*

Molionida. c *Nicetas ad hunc locum, notat* Molionidas, *à matre* Molione, *vocare Gregorium; quos Homerus, ab* Actore *patre*, Actorionas *dixit; geminos corporibus & artibus fratres: arguit autem Nonnum, qui Gregorii verba aptavit* Oto & Ephialtæ *gigantibus, de quibus nil tale in fabulis.*

D

d *Recte, ſi necem* Galli *ſpectes, qui an. 351 nuncupatus Cæſar, quarto Imperii ſui anno exeunte Polæ in Iſtria occiſus eſt: cum autem poſterior hac cæde ſit profectio Iuliani Athenas, conſequens eſt ut eo ſolum venerit an. 355. Quo eodem vel potius ſequenti Athenis exceſſere Sancti.*

e *Hæc verba Baronio perſuaſerunt, prius baptizatum fuiſſe Gregorium quam Athenas veniret. Nos duplicem adventum in eam urbem diſtinximus.*

f *Ex noſtro autem calculo quinquageſimus ſextus.*

g *Ita Baronius intelligit & explicat ſequentes verſus:* Volunt me meam denique eloquentiam / Ipſis probare. —— *alia verſio:* Ac ſimul facundiæ / Mihi principatum calculis ſpondent ſuis. *Et hoc magis ad Græci textus ſenſum:* Ὡς δὴ λόγων δώσοντες ψήφῳ κράτος. Tamquam ex communi ſuffragio daturi eloquentiæ principatum: *ubi vides ſolum promitti* eloquentiæ principatum: *qui utrum intelligi debeat de publica cathedra, ut intellexit Baronius, ſatis incertum eſt.*

Eloquentiæ principatus oblatus Gregorio. t. 2. p. 5.

E

h *Hoſce duos verſiculos, ab aliis male, ut reor, de ſpatio ætatis intellectos, ut Græco reddere ſenſui, mutandos putavi, alias retinens eam verſionem quam Baronius ſecutus eſt, licet non ſemper optimam. Si alibi tale quid occurrat iterum, eadem in corrigenda veteri verſione uſurus libertate.*

i *Si annis decem aut pluribus Gregorio junior fuit* Cæſarius, *nemini videbitur mirum, has vocari* primitias *doctrinæ, ad annum ætatis quadrageſimum & ultra longo ſtudio excultæ. Nam & hodie moris in Italia eſt, ut Medicinæ tirones, non ſtatim ac Licentiæ gradum in Academiis adepti ſunt, ad publicum artis exercitium proſiliant: ſed veteranos longaque experientia inſtructos comitantur, ex eorumque præſcripto apud eos quibus viſum eſt ægros manent aſſidui, ſymptomata criſeſque ſigillatim annotantes, ut venturo poſtmodum principali medico rationem reddant, ex ejuſque ſuper illis ſententia ſuum ipſi judicium de iiſdem forment. Quidni credamus, Cæſarium quoque (qui non ſoli Medicinæ, ſed etiam Eloquentiæ tantam dederat operam, ut in utraque tenere videretur principatum) non niſi ætate provectiorem, exercere artem aggreſſum eſſe?*

Cæſarii fratris ætas & ſtudia.

CAPUT IV.

F

Vita aliquamdiu Nazianzi peracta: ſchiſma ſublatum. Ejus & S. Baſilii ſacerdotium. Auxilia parentibus ægris præſtita.

in laude Baſilii car. de vita ſua.

31 REverſus in patriam Gregorius, aliquamdiu illic invitus retentus est, & sicut nec Basilio, ita nec ipsi facultas data est secedendi in solitudinem; ait enim: [Domum reversi, cum mundo ac scenæ non nihil inservissemus hactenus, scilicet ut multorum hominum desiderio utcumque satisfaceremus (nam ipsi quidem ab ambitione, & Theatrica quadam ingenii ostentatione obhorrebamus) ad nos ipsos quā primum rediimus: ac veluti ex imberbibus facti viri perfecti, cœpimus virilius jam ad Philosophiam progredi, non jam corpore (haud enim permittebat livor) sed desiderio & amore conjuncti. Ille enim à Cæsariensi civitate, ut alter quispiam conditor & conservator, retinetur: ac deinde, quoniam non me *a* fruebatur, necessarias quasdam peregrinationes, minimeque à propositæ Philosophiæ scopo alienas *b* inivit. At me, & parentis pietas, & senilis ætatis curatio, & incursantes calamitates

Nazianzi ob pietatem in parentes detentus

a

b

A tes, at illi conſortio abſtractum tenuerunt, haud recte quidem & juſte, ſed tamen tenuerunt. At haud ſcio, an mihi hinc quoque omnis vitæ difficultas aſperitaſque fluxerit, per quam incommodum ac ſalebroſum ad Philoſophiam iter habuerim, nec cupiditate mea animique propoſito ſatis dignum; ſed rerum quidem noſtrarum ſtatus, quo Dei voluntas fuerit, feratur]. Hæc ipſe.

actioni & contemplationi vacat:

32 Cum autem pietas in parentes Gregorium retinuiſſet Nanzianzi præter inſtitutum, ad idque eum coegiſſet patris juſſum; ſic vitam inſtituit, ut media quadam, ut ipſe ait, via incedens, cum actioni tum contemplationi vacaret. De his idem hæc interdum.

de vita ſua.

[Horum ſenectam (nam quid eſt magis pium.....)
Meis fovebam ſedulus pro viribus:
Hanc fulciebam, commodum ut mihi redderem
Senium, ſenectam languidam ipſorum fovens,
Namque ita metimus uti ſementem fecimus.]

Et paulo poſt:

c [Verumtamen magis eram *c* ſolitarius,
Quamvis viderer inter homines degere.
Eſt ſolitudo namque morum, haud corporum].

Unde tunc temporis ſæpenumero accidit, ut auctor

B eſt Gregorius Presbyter, ut Chriſtum quoque perſpicue in ſomnis nocturnaque, ut Scriptura loquitur, meditatione intueretur eamque puritatis mercedem

Job 33, 5 Matt. 5, 8 ferret, de qua Scriptura loquitur, Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt.

Arianis pretextu Ariminenſis ſynodi

33 Adſtitit ſuo parenti Epiſcopo Gregorius, cum adverſus Arianos ſtrenue decertaret. Erat tunc luctuoſiſſimum tempus illud, cum Euſebio & Hypatio Coſſ. celebratis in oriente Seleuciana, & in occidente Ariminenſi Synodis, ab Arianis (eſt is annus Domini, ſecundum recentiorum ſupputationem, trecenteſimus quinquageſimus nonus) ingens clades Catholicæ Eccleſiæ ſecuta eſt, utar verbis Hieronymi, ingemuitque orbis, & Arianum ſe eſſe miratus

adv. Lucif. In laud. Athan. eſt: de qua etiam hic Gregorius. [Ego vero, inquit, terræmotum hunc noſtra tempeſtate coortum, nullo eorum, qui jam extiterunt, inferiorem eſſe exiſtimo, per quem omnes monaſticæ philoſophiæ ſectatores Dei timore præditi, & ante tempus in cælis civium numero fungentes, à nobis dimoverentur]. &c. Revera Catholicæ fidei terræmotus dicendus, quo ſolidæ templi columnæ proſtratæ, vel ſaltem loco motæ atque inclinatæ ſunt, ſiquidem etiam nolentes ſeducti ſunt. Erat enim ea fallacia ac dolus Arianorum, ut ὁμοιούσιον ſubſcribendum ac profitendum traderent, unius litterulæ mutatione magnam ſenſus diverſitatem adducentes: Filium nimirum non ejuſdem cum Patre ſubſtantiæ, quod ὁμοούσιον ſignificat; ſed ſimilis ſubſtantiæ dicerent ὁμοιούσιον, hoc eſt, conſimilem Patri Filium, & non conſubſtantialem prædicarent. [Erat autem, inquit Gregorius, in promptu atramentum, & calumniator à tergo. Ea res permultos è nobis, invictos alioqui viros, in fraudem impulit; qui quamvis mente nequaquam prolapſi fuerint, tranſverſi tamen ſubſcriptione acti ſunt, ac cum illis utoque nomine ſceleratis conſenſerunt; at ſi non flammæ, fumi quidem certe participes fuerunt: quod quidem ipſe multis lacrymis proſecutus ſum].

multos ad ὁμοιούσίς ſignationem ſeducētibus

C

In. fun. pa. *deceptus etiam Gregorius pater,*

34 Hæc Gregorius, qui & alibi hæc de Patre: [Cum inquit eo tempore à ferventiore Eccleſiæ parte ob eam cauſam ſeditio in nos excitata eſt, quod littteris quibuſdam ſubdoliſque verbis in pravam ſocietatem furtim protracti fuiſſemus, ſolus illæſum cor habere, nec animam ſimul cum atramento fœdaſſe

d creditus *d* eſt; tametſi per animi ſimplicitatem abreptus fuiſſet, dolumque doli expers minime vitaviſſet. Quin etiam ſolus, aut certe primus, eos qui à nobis ob pietatis zelum diſſi lebant, & ſibi & ceteris reconciliavit, poſtremos à nobis ſeparatos *e* & primos reverſos, cum ob ejus reverentiam, tum dogmatis puritatem *f*. Ita gravis Eccleſiarum jactatio tempeſtaſque ſedata eſt, ac procella in auram redacta, orationibus conſiliiſque illius (liceat mihi audacter dicere) fracta atque ſublata; nobis interim & pietatis ſociis & actionis, qui cum in omni honeſto negotio eum adjuvaremus, ac velut curſim aſſectaremur, tamen hic quoque Dei beneficio multo maximam laboris ſtudiique partem impendimus]. Hæc ipſe, in oratione habita in funere patris, ubi poſt multa hæc in eamdem ſententiam. [Haud diſparis zeli ea illius correctio fuit, qua ſe hæreticis oppoſuit, cum impii Imperatoris *g* copiis ſuffulti, expeditionem adverſum nos ſuſceperunt: ut nos quoque in poteſtatem accepturi, aliis quoque adjuncturi, jam ferme omnibus in ſervitutem redactis. Nam hic quoque non parvo nobis adjumento fuit, tum per ſe ipſe, tum per nos etiam fortaſſe, quos velut non ignavos & degeneres catulos in illos, tamquam in ſæviſſimas beſtias, immittebat, ad pietatem nimirum exercens]. Hæc ibi.

AUCTORE CÆS. BAR.

e

f

orthodoxos ſibi ac filio reconciliat:

ſequa hæreticis opponit.

g

35 Laboravit plurimum, ut monachos, quos diximus, à communione diviſos, reintegraret. Mirum in modum enim illorum cauſa angebatur, unde ipſe; [Hinc ego mœrens & triſtis incedebam, ob eamque cauſam pariter cetera vitæ oblectamenta, ſermonem quoque ipſum abjeci: quoniam clariſſimi homines calcitrarunt, atque in me non jam ora ſua, ſed terga verterunt, & ovile facti ſunt paſtore ipſo liberius, ne dicam audacius & petulantius *h*]. &c. Res tandem ex ſententia accidit, ut Gregorius non tantum monachos, ſed & Epiſcopos ad Eccleſiæ unitatem reduxerit: quando ea de cauſa egregiam habuit orationem *i*, cujus eſt exordium [Linguam meam ſolvit alacritas] ubi de proventu laborum ſuorum; [Cum granum, inquit, amiſiſſem, ſpicas recepi: oves lugens *k*, paſtores inſuper lucratus ſum] &c. Hæc autem omnia facta putamus, cum ex humanis ſublato Conſtantio Imperatore, Arianorum patrono, Iulianus cepiſſet Imperium: quo reſcindente edicta Conſtantii adverſus Orthodoxos edita, Epiſcopi occidentales exules liberati ſunt. Fuerunt hi inter alios celebriores Euſebius Vercellēſis & Lucifer Calaritanus, qui legibus Conſtantii exulabant in Oriente: hi etenim ad reſtituendos lapſos Epiſcopos orientales legatione functi ſunt: eorumdem meminit & Gregorius, dum ait: [Aderant quidem Epiſcopi ex Occidente, qui Orthodoxos omnes ad ſuas partes trahebant]. &c. Hæcque facta ſunt anno primo Imperii Iuliani, Mamertino & Nevitta Conſſ. anno à Chriſto trecenteſimo ſexageſimo ſecundo.

E

Or. 12. *ad communionem etiam multos reduxit filius,*

h

i

anno 362

F

36 Quo etiam tempore cum Iulianus imperaret, homo à Chriſtiana Religione apoſtata, Cæſarium Gregorii germanum habuit inter primos, eumque ob ſpectatiſſictam eruditionem ac mores ſibi conciliare, atque ad impietatis ſuæ partes blanditiis adſciſcere conatus eſt, eidemque publici Theſauri cuſtodiam credidit. Cum autem Gregorius hæc reſciſſet, atque apoſtatæ doloſas artes perſpectas haberet, ſicque illum hiſce illecebris fratri blandiri, ut in impietatis barathrum ſecum abriperet, extemplo graviſſimam eamque objurgatoriam ad Cæſarium dedit Epiſtolam, quæ ſic incipit. [Magnopere tua cauſa erubuimus] &c. His acceptis litteris, Cæſarius è veſtigio ſancto fratri morem gerens, abdicat ſe à Magiſtratu, & in patriam parat reditum. Tulit hoc indigniſſime perfidus Imperator, accerſitumque hominem conatus eſt dimovere à propoſito blandimentis primum, doctrina deinde, diſſerens cum eo de fide Chriſtiana. Cumque in his omnibus ſe vinci

S. Cæſarium fratrē ab aula Iuliani Apoſt. avocat: Ep. 17.

ab

AUCTOR. CÆS. BAR. ab eo conſpiceret, minis aggreditur virum; auctoritateque Imperatoria eum conatur infringere, qui invicto conſtantique animo his omnibus ſuperior, ea confeſſione clariſſimus victor, his auctus tropheis, in patriam rediit, majores divitias æſtimans theſauro Ægypti improperium Chriſti. De quo hæc Gregorius *c*: [Se ad nos recepit exul beatus & victor incruentus, atque ob ignominiam clarior quam ob priſtinam gloriam nominiſque ſplendorem. Hanc ego victoriam magna illius potentia, & ſublimi purpura, & inſigni diademate, longe ſuperiorem excelſioremque eſſe cenſeo] &c.

in laud. Cæſari

ordinatur Presbyteri invitus licet,

37 Inter hæc autem Gregorius, reddito jam parentibus Cæſario, qui illorum curam gereret, ac domeſtica curaret, expetitam diu cogitat ſolitudinem. Pater autem aliis adhuc vinculis eum conatur retinere, utque ſuo lateri aſſideret, creat Presbyterum, invitum licet. Quam autem moleſto animo Gregorius id tulerit, declarat his verſibus:

[Hoc animo eram, cum turba me ingens excipit.
Nam me pater, quamvis noſſet plane meam
Sententiam (qua cauſa motus neſcio,
B Paterni amoris forſan benevolentia:
Potentiæ nam junctus eſt vehemens amor)
Ut vinculis me ſpiritus conſtringeret,
Bonique me participem faceret maximi,
Vi permovens ſolio ſecundo collocat.]

Subdit enim ſe ea occaſione fugiſſe in ſolitudinem: quod tamen non continuo licuit, ut conſtat ex his, quæ dicemus inferius. *l* Eodem plane tempore Baſilius, & ipſe invitus ordinatus eſt Preſbyter: ad quem Gregorius epiſtolam ſcribens hæc ait. [At tu quoque captus es, quemadmodum nos quoque, qui hæc ſcribimus, quandoquidem in Preſbyterorum ordinem inviti adſcripti ſumus] & in fine: [quoniam autem factum eſt, ferendum mihi videtur; & præſertim propter hanc tempeſtatem, multas nobis hæreticorum linguas invehentem. Nec eorum, qui fidem nobis habuerunt, ſpes fallenda, nec ſuperior vita noſtra dedecoranda]. Hæc Gregorius ad Baſilium. Itaque in hunc modum Preſbyter ordinatus, in ea Sacerdotali functione talem ſe exhibuit, ut nihil ſibi eſſet antiquius, quam ſacroſanctum ſacrificium puro corde ac ſincera mente Deo offerre. Unde in carmine de rebus ſuis hæc ipſe:

[Nec prius aggredior manibus tranſmittere ſacrũ
Spirituale Deo, lacrymis quam noxa ſoluta eſt:
C Non etenim impuro tutum eſt contingere purum,
Non mage quam lippos oculos obvertere ſoli.]

cujus cauſa apud Euſebium Cæſarienſem laborat.

38 Iiſdem autem Juliani temporibus, mortuo Epiſcopo Cæſarienſi Metropolitano provinciæ Cappadociæ, Euſebius nobilis civis, adhuc catechumenus, creatur Epiſcopus. Is autem, licet morum honeſtate clarus & pietate inſignis, tamen quorumdam pravorum hominum ſtudio, Baſilii gloriæ invidentium, graves adverſus eum exercuit ſimultates, cujus rei cauſa optimorum quorumque ac præcipue monachorum in ſe odium concitavit: reſque adeo in immenſum crevit, ut ſe abrumpere ab Epiſcopi communione *m* ſtatuerent. Cum Baſilius, pacis filius, non quærens quæ ſua ſunt, ut his mederetur, mox ſe clam ab his abſtrahens, ſeceſſit in Ponticam ſolitudinem. Indigne tulit Gregorius ejuſmodi Euſebii ſtudia in Baſilium, & licet ab eo obſequiis ac blanditiis multis ad amicitiam invitaretur, contempſit, atque ad eum reſcribens, hæc libere locutus eſt: [Tu vero, dum eo contempto, nos honore proſequeris, perinde mihi facere videris, ut ſi quis unius viri caput altera manu demulceat, altera malam feriat; aut etiam convulſis fundamentis domus, parietes pingat, & externas partes exornet.] *n* Hanc Gregorii libertatem Euſebius cum indigne tuliſſet, rurſus Gregorius ad eum ſcripſit epiſtolam *o*, ac majori fiducia admonuit.

l *ſicut etiam S. Baſilius.* Ep. 11 de vita ſua

m

n

39 Cum autem iiſdem ex *p* cauſis Baſilius eremum petiiſſet, Gregorius licet animo præceſſiſſet, corpore tamen adhuc ad modicum ſpatium temporis retentus eſt. Matris enim ægritudo in cauſa fuit, quo minus tam cito ad Baſilium convolarit. Cum autem à Baſilio vocaretur, hæc ad ipſum poſt multa reſcripſit. [Aſſidemus Dominæ matri, gravi jam pridem morbo laboranti. Quod niſi eam ancipiti vitæ ſtatu deſerturi ſimus, tua præſentia, mihi crede, non carebimus, tantum tuis precibus partim illius valetudini, partim itineri noſtro ſuccurre]. Hæc Gregorius ad Baſilium. Convaluit ſancta mater inſperato ab ea qua detinebatur ægritudine, idque filii pientiſſimi meritis; ut quoddam viſum illi divinitus oſtenſum docuit. Rem geſtam ſic narrat Gregorius, ac primum de morbo. [Hanc morbus invadit, fortem alioqui feminam ac generoſam, atque omni vitæ tempore commoda valetudine uſam. In multis autem doloribus nihil eam perinde diſcruciabat atque inedia, qua multos jam dies periculoſe afflictabatur, & hujus mali remedium nullum inveniebat].

D o p

matri ægrotanti ſubvenit:

E

40 [Quomodo autem eam Deus aluit? viſum eſt ipſi me, quem cariſſimum habebat (neque enim quemquam alium noſtrum, ne in ſomnis quidem, præferebat) noctu repente ſuperveniente cum caniſtro candidiſſimiſque panibus, pro more meo *q* benedictis atque ſignatis, eam aluiſſe, ſicque convaluiſſe, vireſque collegiſſe: ac nocturnæ viſioni reſpondet veritas. Ab eo enim tempore ad ſe rediit, ſpemque meliorem concepit, quemadmodum perſpicuo ac dilucido argumento declaratum eſt. Hanc cum poſtero die, ad eam matutino ingreſſus, primum ſolito hilariorem vidiſſem, deinde hæc conſueta, ut ſe noctu habuiſſet, & num qua re opus haberet, percunctatus eſſem; tunc reſpondit illa incunctanter & tranquillo vultu: Nate, nutriviſti, & poſtea interrogas, ecquid valeo? Simulque nutu mihi ancillæ ſignificabant ne contradicerem, ſed prompte reſponſum hoc acciperem, ne patefacta rei veritate, mœrore frangeretur]. Hæc Gregorius aſſiſtens matri, qui & alias patri etiam periculoſiſſimo morbo laboranti præſto fuit: eumque precibus incolumitati reſtituit, miraculoque tributum eſt, ut quo die moriturus putabatur, erat is dies in eccleſia celebris, eodem validus conſurgens, ſynaxim publicam cum populo celebraret. *r*

ac viſus ei in ſomnio ſanitatem contuliſſe.

q

ita & patrem a grum precibus ſanum effecit.

F

r

ANNOTATA.

a *Invitaſſe per litteras patet ex Gregorii Ep.* 5. Promiſſis non ſteti, fateor: quippe jam inde ab Athenis illiuſque loci amicitia & animorum connexione (nec enim aptius verbum occurrit) facturum me receperam ut tecum philoſopharer. Fidem autem fefelli, haud ſponte ac libenter: verum quod lex legem ſuperarit, ea nimirum lex quæ parentes colere jubet, legem ſodalitatis ac familiaritatis. *Quam duram tamen hanc expertus ſit legem, cui obſequi adeo videbatur, æquum prolixe deſcribit Sanctus in carm. de rebus ſuis ita canens:*

Cura rei familiaris Gregorio graves.

— Officium nobis laudabile noxam
Attulit, infauſtumque habuit res optima finem.
Difficiles etenim curæ denſoque ruentes
Agmine, rodentes animum reſolutaque membra,
Me totum in terram, de qua mortale creatum
Eſt genus, aſſidue volvunt miſereque fatigant.
Nam primum imperio famulos conſtringere qualis
Exitii laqueus? Dominos odiſſe feroces
Queis ſolitum, aſt mites pede conculcare protervo.

Al-

A Altera jam ſequitur patriorum cura bonorum,
Quodq; mihi eſt humeris ſemper perferre neceſſe
Cæſareum pondus, vocemque tributa legentis....
Tum circa turbas animum jactare forenſes,
Litibus atque dies miſeris impendere totos,
Oppoſitiſque graves dictis miſcere tumultus,
Ac legum implicitum laqueis mala plurima ferre.

Peregrinationes Baſilii.

b *Peregrinationes has ita Baſilius indicat Ep.* 79. Optabam dari aliquem ex fratribus, cui iſtud vitæ, *à rebus terrenis abſtractæ:* genus arrideret; quicum una profundum hujus vitæ pelagus ſuperare liceret, inveni autem multos apud Alexandriam, nec paucos apud reliquam Ægyptum, deinde & alios in Palæſtina & Cœleſyria & Meſopotamia, quorum admiratus ſum tum in vitæ ratione temperantiam, tum in laboribus obeundis tolerantiam: ad quorum obſtupui precandi vigorem & conſtantiam, cum obſervarem quo pacto nec ſomno victi, nec aliqua alia naturæ neceſſitate deflexi, ſublimem ſemper & invictum animi ſenſum, in fame ac ſiti, in frigore & nuditate, ſervarent; nec corporis rationem habentes ipſi; nec ab aliis aliquid illi curæ impendi ſuſtinentes; ſed quaſi in aliena carne degerent; ipſo opere oſtendentes, quid ſit in rebus hujus vitæ peregrinum eſſe, & converſationem in cælo habere. *Pere-*

B *& receſſus grinationibus autem his ſucceſſit commoratio aliqua Cæ-in Ponium, ſareæ in Cappadocia patria ſua: ubi Lector ordinatus ab Epiſcopo, ut videtur, Dianio, non paſſus eſt ſeſe magis implicari; ſed ad optatam ſibi ſolitudinem aſpirans, totus in hoc erat, ut promiſſam ſolitariæ vitæ ſocietatem cum Gregorio auſpicaretur. Teſtatur id ejus Epiſt.* 19 *ſic exordiens.* Ego ſcribente mihi fratre Gregorio (*poſtea Nyſſeno Epiſcopo*) tibi jam pridem in votis fuiſſe ut meo colloquio fuereris, imo addente, id tibi jam ipſi quoque certum eſſe; illud quidem ægre credo, propterea quod toties decipior; iſtud vero & negotiis diſtractus expectare non potui. In Pontum ut redeam aliquando (*ubi ſcilicet fuerat ſub amita ſua S. Macrina Neocæſareæ educatus*) vel præſens me cogit neceſſitas, *impoſita per eos qui ad altiores in eccleſia gradus protrahere conabantur:* cui loco redditus, Deo bene volente vagari deſinam. *Solitudinem deinde, qualem votis omnibus ſemper optarat, amœniſſimam ſuoque propoſito aptiſſimam multis deſcribit, tandem ſic Gregorium alloquens:* Nunc igitur intelligis, quantum periculum mihi acceſſere voluerim, qui talem locum cum Tiberina, quæ baratrum eſt orbis, commutare contenderim? *Vnde apparet propoſitum Baſilio fuiſſe, ut Gregorio ſuaderet ſaltem in Tiberinam regionem ſecedere, ubi Arianzus erat:*

C *id vero cum non impetraſſet, felicitati duxiſſe, quod abiiſſet in Pontum. Nec dubito quin in principio ſui adventus Cæſaream, aliquando Arianzum excurrerit Baſilius ad viſendum amicum: apud quem quam efficax fuerit illa Pontica ſolitudinis laudatio haud diu poſt ipſo receſſu confirmavit Gregorius, de quo ſequenti capite plura, ordinem non temporis ſed Baronianæ narrationis ſequentes.*

c *Crediderim hoc potiſſimum fuiſſe poſt quam à Baſilio ex Ponto rediit, parentum caritate retractus; quam præcipuam anachoreſim Nazianzeni putamus ad hæc tempora conferendam; potius quam differendam poſt Sacerdotium ſuſceptum, quamvis aliquoties deinde adhuc recurrerit in Pontum Sanctus, uti ſupra dictum. Videtur autem prima iſta vice non cum alia intentione abiiſſe in Pontum, quam ipſe explicat, prælaudatam Epiſtolam* 5 *ſic finiens:* Fidem fefelli haud ſponte .... non autem prorſus fallam, ſiquidem hoc gratum tibi futurum eſt: partim enim nos tecum erimus, partim ipſe nobiſcum eſſe quæſo ne graveris, ut omnia ſint communia & æqualis amicitia: ſic enim fiet ut nec parentes mœrore afficiamus & te fruamur.

ſubſcriptio fidei Ariminenſis

d *Quid? An etiam invictus ille orthodoxiæ pugil Nazianzenus abreptum in fraudem ſe fatetur, nec ſaltem meruit æque ac pater excuſari? Reſpondet Nicetas ejus commentator, humanitati ac pietati datum videri, quod de culpa velut communi loquatur; dum autem ſolum excuſat patrem, indicare ſe non ſubſcripſiſſe, adeoque nec externa actione erraſſe. Nota autem culpam ſubſcriptionis paternæ, quæ ſimplicitati tribuebatur, præcipue derivatam in filium, quod cum patre, ut videbatur lapſo, communionem retineret; nec ab ea ſeſe, ut ferventiores alii, ſepararet.* AUCTOR. CÆS. BAR.

e *Hos ultimo ſeparatos ac primo reverſos, monachorum ad Nazianzenam diœceſim ſpectantium aſſerit Ordinem fuiſſe Nicetas, & mox patebit. Qui autem priores ſe ſeparârant & ſerius redierant ad unitatem, intelligendi ſunt aliarum diœceſeon monachi fuiſſe, præſertim ii qui cum S. Baſilio à Dianio Cæſarienſi eadem ex cauſa ſe ſeparârant.*

f *Quam moderate Gregorius pater, & qui ejus communioni inhærebat filius, in hac cauſa ſe geſſerint; quam etiam ipſi adverſarii de rectâ eorum intentione ac fide bene ſenſerint; explicat filius orat.* 19 *his verbis.* In hanc fraudem ultimi prolapſi, primi erecti ſumus. Quod in morbum inciderimus, communis naturæ eſt & humanæ infirmitatis: quod cito depulimus, divinæ gratiæ: quæ melius; quam optabamus aut alii futurum ſperabant, cauſam noſtram diſceptarit. Nam & nos data præciſæ partis capita (*id eſt eos quos monachi ſibi curarant præter canonum Ordinem ab aliis Epiſcopis ordinandos Preſbyteros; ne illos à Gregorio cogerentur accipere*) velut pro pietate atque ad rectæ doctrinæ laborantis ſubſidium deſignata, cum gratia ſuſcepimus; nec ut hoſtes defugimus: verum ut fratres, qui non improbe, ſed fraterne pro paterna hereditate nonnihil contenderent, amplexi ſumus: atque ut illos inimicitiæ nomine haud quaquam laudavimus, ita rurſum eorum zelum comprobavimus.... conſilium adverſum nos initum propter charitatem diſſimulantes... Et vos rurſum (*monachos, ad concordiam cum ſuo Epiſcopo reverſos, alloquitur*) abjecta ſiniſtra ea ſuſpicione, quam ſcriptum illud afferre potuit, ad ſpiritum recurriſtis: atque ut ſimplicitatem noſtram, ob eum ſenſum quem verba præferebant, minime probaſtis; ita impietatem nobis numquam objeciſtis, perſpectum videlicet habentes, Trinitatem apud nos firmam & immotam non minus quam naturam manere... Atque hue, vigente etiam ipſo diſſidio, mutuo de nobis quandoque prædicabamus: .... propterea quod nobis, etiam diſſidentibus, eadem de fide ſententia ſuberat: illudque nobis conſcii eramus, nos in veritatis negotio minime inter nos diſſentire. t. 1 p. 197 *moderatio utriuſq; Gregorii in ſchiſmate.*

F

g Valentem *intelligi monet Nicetas: & recte: nam qui ſub Conſtantio Gregorium patrem aggreſſi fuerant, non armis ſed fraude uſi, ſubſcriptionem Ariminenſis Synodi, ut vidimus, impetrarant, non rejecti fuerant. Quomodo igitur, ut* in eamdem ſententiam *prolata hæc allegantur, quæ de re prorſus alia ſunt? Nempe quatenus indicant, patrem filio ducem ad fortiter agendum fuiſſe, ac viciſſim adiutum à filio.*

h *Hic locus eſt ex Oratione mox citanda: in cujus initio ingentes monachorum laudes expendens easque omnes doloris ſui fuiſſe augmentum argumentumque declarans, in hæc & alia his ſimilia prorumpit.*

i *Eſt ea oratio* 12, in præſentia patris habita, *ut præfert titulus quam una & altera quoque de pace ſecuta eſt.*

Preſbyteri ex monachis.

k Quidam ex his, *inquit Nicetas*, qui receſſerant, in Epiſcoporum ordinem poſtea evecti erant; *& ſic ea verba intellexit Baronius. Sed forte ſoli intelliguntur Presbyteri illi, quos ordinandos curaverant monachi, ut haberent, à quibus Dei verbum ſibi prædicaretur, paſtores, ab hæreticorum contagio impolluti: quorum* ſubductionem, *ſuam ſe* acceſſionem *feciſſe gloriatur Sanctus,*

AUCTOR. CÆS. BAR. t. 2 p. 6

Sanctus, aucto ſcilicet hac occaſione Presbyterorum in Nazianzena diœceſi numero.

l *Quaſi vero poſt Presbyteratum ſemel dumtaxat ad Baſilium ſe receperit Gregorius: Certe, quod ſtatim fugerit, dicere cogit auctoritas ipſius Gregorii: ſic enim queritur de vi ſibi facta:*

Fuga Nazianzeni poſtquam ordinatus eſt Presbyter

Quæ mihi tyrannis tam gravis menti fuit
(Hanc rem vocare non enim poſſum ſecus:
Ignoſcat autem ſancta mens quæſo id mihi)
Ut mox ſodales deſerens, patriam & patrem,
Ceu ſævo aſili ſpiculo puncti boves,
In Pontum abirem, pellerem ut curas graves
Luctuſque, amici melleo amplexu fruens,
Degebat iſtic maximo qui cum Deo.

Græce ἀθρόως, ſtatim, raptim: *& hanc ipſam fugæ præcipitationem graphice explicat ſimilitudo boum, œſtro actorum. Quare nihil hic dubitandum de receſſu. Ad hunc autem applicat Nicetas exordium Orationis* 41 in Paſcha & ſuam tarditatem; *ubi primum indicans haud levia idcirco contra ſe murmura extitiſſe*, Dicamus, *inquit*, his etiam qui nos oderunt, nedum his qui propter caritatem & benevolentiam aliquid fecerunt vel paſſi ſunt: reſurrectioni omnia condonemus: veniam alii aliis demus, tum ego qui laudabilem vim perpeſſus ſum, tum vos qui laudabilem vim attuliſtis, ſi quid eſt quod mihi tarditatis cauſa ſuccenſeatis..... Myſterium unxit me; myſterio pauliſper ceſſi, ut meipſum inſpicerem; cum myſterio etiam ſimul introeo, præclarum timiditatis imbecillitatiſque meæ adjutorem diem hunc mihi aſciſcens. *Ad quæ verba Nicetas notat, quod Sanctus* ſæpenumero myſterii nomen feſto tribuere ſolet; *velut ſi dicat*, In die feſto Sacerdos factus ſum (fortaſſe Natalis Chriſti) & in die feſto receſſi (Luminum fortaſſis) & in feſto die redii, Paſchatis ſcilicet. *Habuit deinde prolixam orationem quæ eſt in ordine prima, diciturque* Apologeticus, in quo cauſas reddit quare in Pontum fugerit, poſtea quam Presbyter creatus fuiſſet, ac rurſum Nazianzum redierit: *ita autem finit.* Quid longiori oratione opus eſt? Habetis nos, ô paſtores & compaſtores: habes, ô grex ſancte, ac Chriſto Principe paſtorum digne: habes, ô pater, ad omnia victum, magiſque ad Chriſti leges quam externas tuæ poteſtati ſubjectum: obedientiam habes, benedictionem redde.

B

t. 1 p. 673

t. 1 p. 1

p. 45

t. 2 p. 1091 *ejuſque excuſatio.*

t. 1 p. 336 *Euſebii Ep. ſimultas cum Baſilio,*

C

t. p. 784 *hujus ætas.*

illi ſervata à Nazianzeno reverentia

m *Ita plenius Nazianzenus de laudibus Baſilii, ſatius ducens ſimultatis cauſas & modum ſilentio diſſimulare: humani tamen aliquid paſſum Euſebium indicat, puta ex eo quod major eſſet Baſilii quam ſua in dicendo auctoritas, quippe hominis in rebus ſpiritualibus exercitatiſſimi, quarum ipſe adhuc rudis erat.*

n *Eſt ea Epiſtola* 20 *in ordine: in qua dum Nazianzenus Baſilium laudat velut* Sacerdotem, quem & vita, & ſermone, & canicie, omnium quos noverat, præſtantiſſimum eſſe cognoſceret, *quis credat illum tunc, id eſt anno* 363, *nondum fuiſſe quadragenarium? & non potius, uti nos dicimus, ſexagenario majorem?*

o *Indicatur Ep.* 169 *qua aſſerit ſe* non contumelioſe potius atque inſolenter *(ſicut Euſebius querebatur)* quam ſpiritualiter ac philoſophice atque ut conſentaneum erat ſcripſiſſe. *Sed tantum abeſt ut in hac majori fiducia eum admoneat, ut etiam* quaſi famulus ad plagas paratus *nihil repugnare ſe dicat; ſperet tamen ab ejus benignitate aliquid amicæ libertatis ſibi concedendum, quæ viro magnanimo gratior eſſe debet quam inimicorum blandities. Sequenti autem* Ep. 170 *etiam humilius agit, fateturque ſe aliquantum liberius confidentiuſque locutum, ut conceptum animo mœrorem leniret, ſtatim tamen ſuccubuiſſe ſeque regulæ ſubjeciſſe affirmat: idque vel ipſius temporis cauſa facere debuiſſe (motus à Valente ſuſcitatos innuens) & auxilium ſuum qualecumque offerendo ad eum ſe venturum dicit.*

p *Baſilius*, Ep. 141 *Cæſareenſibus inſcripta, fatetur fugiſſe ſe & fugiendi potiſſimam cauſam fuiſſe, quod ſubito veluti percuſſus ictu, puta inopinata ſui Epiſcopi abalienatione, animum non habuerit in poteſtate, ut ſolent repentino fragore conſternati.* Nunc autem, *inquit*, quoniam per gratiam Dei, noſtri facti ſumus compotes, organum profundum puteumque benedictum adepti Gregorium, os illud Chriſti dico; parumper hanc morulam indulgete. *Hæ igitur fuerint tertiæ vices, quibus aliquantū temporis ſimul illi vixerint in ſolitudine Pontica.*

D *Baſilii propter eum fuga.*

q *Ergo jam* Presbyter *erat filius, & patris vicem in eccleſiaſticis obibat miniſteriis, quando hic morbus matrem invaſit. Recte igitur ad hoc tempus poſterioris in Pontum invitationis refertur hæc epiſtola* 4: *cum ſequens* 5, *nullam materni morbi faciens mentionem, ad priorem ante Sacerdotium videatur potius referenda. Hermant priorē ſcriptam putat ad Baſilium, cum is jam eſſet Epiſcopus, & amicum non in Ponto, ſed Cæſaream invitaret: ſed cum ſemel tantum ægrotaſſe S. Nonnam admittat, idque factum conſtet paulo poſt morbum mariti, nulla apparet cauſa differendi uſque ad ultimum ante eorum mortem triennium.*

r *Fatetur filius Gregorius ſe cum ſua* Maria, *id eſt ſo-* t. 1 p. 305
rore Gorgonia, *& reliquo Clero fudiſſe preces pro patre, in die Paſcha tantum non depoſito; & ægrum, ipſo tempore offerendi ſacrificii, tantum ſubito virium recepiſſe ut* E *celebrare potuerit, deinde plene convaluiſſe: nihil tamen addit, unde ſciamus ejus potiſſimum precibus impetratam ægro ſanitatem: Miraculo tamen rem attribuit, uti & illud quod* aliquanto poſt in matre contigit, *& jam narratum eſt.*

CAPUT V.

Vita in eremo cum S. Baſilio peracta. Inſtitutum vivendi horum & aliorum arctum.

41 His ſolutus nexibus, quam primum receſſit in Pontum ad Baſilium. Sed antequam rem ulterius proſequamur, quid de profectione Gregorii in ſolitudinem alii ſcripſerint, perpendamus. At primum quod ſcribit Ruffinus, Gregorium Baſilium, abſtractum è Cathedra profitentis, ſecum duxiſſe in monaſterium; id quidem à veritate eſſe alienum, litteræ Baſilii vocantis Gregorium in ſolitudinem, & aliæ Gregorii ad eum redditæ, ſeque excuſantis declarant. Si autem poſt Baſilium Gregorius ſe contulit in Ponticam ſolitudinem; jam conſtat non ante Imperium Juliani id feciſſe; ſiquidem nec Baſilius prius acceſſit, niſi poſt electionem Euſebii Epiſcopi ſui prædeceſſoris, quem Juliani tempore fuiſſe electum ex eodem Gregorio apparet. Ex quibus ſane redarguuntur hi, inter quos videtur Gregorius Presbyter, qui putarunt Conſtantii temporibus Gregorium Ponticam Eremum incoluiſſe cum Baſilio *a*.

Lib. 2 c. 9 *Secedit in eremū poſt S. Baſiliū.*

F

2

42 Abdicat ſe Gregorius non tantū à ſecularibus negotiis omnibus, quibus jam olim nuntium remiſerat, ſed & à ſecularibus litteris, tot ſudoribus Athenis partis; ſeque totum ſacris voluminibus dedit, iis quæ aliquando præguſtarat in ea ſolitudine pleniſſime fruiturus. De his ipſe. [Omnia, inquit, ei, qui me in ſortem accepit atque ſervavit dono dedi, opes, famam, nominiſque ſplendorem, bonam valetudinem, litteras ipſas; ex quibus dumtaxat hoc commodi tuli, ut eas aſpernarer, & aliquid haberem cui Chriſtum anteferrem. At ſuavia mihi exciterunt oracula Dei, non ſecus ac favi mellis; & ſapientiæ addixi vocem meam, aliaque etiam adjunxi: nempe iræ moderari, linguam refrænare, oculum coërcere, ventrem regere, gloriamque humi manentem calcare. Inſipienter hoc, ſed tamen dicam.

abdicat ſecularia ſtudia.

Orat. 1

& commoditates:

His

A *& ſolum divina oraculaevolvis:* His rebus nequaquam inferior fui quam quivis è vulgo] &c. Rurſum de divinis litteris hæc ibidem. [Ego in divinis oraculis evolvendis mentis puritatem collegi; ex ſacris nimirum litteris ſpiritum exprimens, quarum lectio hæc mihi præſtitit, ut amaram profanorum librorum (qui antea fucata & nonniſi fictis coloribus inducta pulcritudine animum meum demulcebant) ſaſſuginem expuerem.] Hæc ipſe.

haud procul à cella S. Baſilii degens, 43 Licet eamdem Ponticam ſolitudinem Gregorius ac Baſilius ſimul incolerent, degebant tamen ſinguli in ſingulis cellulis ſeparatis, ita tamen inter ſe diſtantes, ut non incommoda ſæpius conveniendi daretur facultas. Id etenim ex Gregorii Epiſtola, quam tunc in eremo agens ad Amphilochium, in eadem ſolitudine philoſophantem, ſcripſit, facile poteſt intelligi. Nam excepturus aliquando Baſilium, Epiſt. 12 olera ad ſe mitti rogat, aitque: [Ne graveris itaque ad nos olera mittere plurima & pulcherrima, aut quantum certe potueris, nam exigua quoque pauperibus magna ſunt: quandoquidem magnum etiam Baſilium cœna excipimus, quem cave, ne quemadmodum ſaturum philoſophantem expertus es, etiam indignabundum experiaris.] Hæc joco Gregorius. Qualis autem fuerit ejus habitatio atque

B victus, ex his etiam aſſequimur, quæ idem ad Baſilium, poſtquam inde receſſerant, ludens ſcribit his Epiſt. 17 *deſcribit hujus cellæ pauperrimam,* verbis: [Quoniam quæ jocando ad te ſcripſimus, æquo animo fers, ea quoque quæ deinceps ſequuntur adjiciemus, ex Homero autem initium ducetur; Hunc age, progrediens internum concine quæſo ornatum; tugurium vel tecto, vel januis carens, focum ignis & fumi expertem, parietes igne exiccatos, ne luti guttis impetamur. Hic vivimus Tantali ſimiles eademque pœna mulctati, nimirum in aquis ſitientes, miſerandas illas epulas & jejunas; ad quas è Cappadocia, non tamquam ad lotophagorum paupertatem, ſed veluti ad Alcinoi menſam, nos novi & ærumnoſi naufragi vocati ſumus. Memini enim panes illos & juſcula, ſic enim nominabantur, ſemperque meminero, dentibus circa fragmenta collabeſcentibus, ac poſtea erectis, velutè cœno retractis: quæ tu ſublimius, magis tragice amplificabis, propriis calamitatibus videlicet orationis magnitudinem tibi ſuppeditantibus. Quibus niſi magna illa, & pauperum vere ſtudioſa, mater tua nos quam celerrime liberaſſet, nobiſque tempeſtate jactatis velut portus extitiſſet; jam pridem apud ſuperos eſſe deſiiſſemus, fidei Ponticæ nomine non majorem laudem conſequentes, quam miſerationem moventes.]

C 44 Hæc licet joco Gregorius, ſeria tamen veraque deſcribit. Quanta etenim vitæ auſteritate cum Carm. 47 *aliorumque monachorũ auſteritatẽ:* ipſe tum ceteri monachorum eamdem ſolitudinem incolentium vixerint, *ex his*, quæ de ſibi ſubjectis monachis ad Hellenium ſcribit, ſatis apparet, cum *in cubili* ait [Ipſi enim partim in antris ſolitariiſque, & ad terram ſtratis rudibuſque cubilibus delectantur: à domibus abhorrent, cognatamque cæleſtis ſapientiæ quietem amplectuntur: partim ferreis compedibus ſeſe excruciant, ut vitium una cum corpore conficiant: alii rurſum ferarum ritu parvis anguſtiſque domibus incluſi, ne mortalis quidem cujuſpiam vultum aſpiciunt, ac ſæpe etiam totos viginti dies totidemque noctes à cibo abſtinent, dimidiaque ex parte *jejuniis,* Chriſti jejunium imitantur, utque non nihil ipſe glorioſi prædicem, quidam illorum, mei gregis ovis erat, hinc parvo quodam oppido egreſſus. Sunt inſuper qui garrulam linguam quaſi vinculis quibuſdam aſtringunt, labiaque ſilentio comprimunt, ſummæque illi Menti laudis ſacrificium ſola mẽte offerunt. *ſilentio,* Eſt etiam qui annos integros in templo ſtans, puras ad Deum manus expanderit, nec quod vix cuiquam *vigiliis,*

fidem facturum eſt, vel tantillum obdormierit, ſed vivi lapidis inſtar Chriſto defixus ſteterit, ac velut obriguerit. Huic porro exigui cibi reliquias vicinus coruus impertiebat, panemque integrum, ſi duo forte eſſent, afferebat. Quin etiam quo tempore Chriſtus ſalutifero illo ſupplicio perfunctus mortale reliquit, inventus eſt quidam, qui hinc ad divinum montem aſcenderet, ibique & ſermone, & mente, & membris immotus ſtans, ventis nivibuſque jactaretur; nec quamquam alioqui complures pii viri eum circumſtarent, ab eodemque obnixe contenderent, ut aliquam ſui corporis rationem haberet, precibus tamen ullis moveretur; ſed Chriſtum Regem fortiſſime conſertis (ut dici ſolet) manibus retineret. Auctore Cæs. Bar. *etiam in mente ſub dio,*

45 Hæc Gregorius ad Hellenium tributorum exæquatorem: ad Julianum etiam, eodem fungentem magiſtratu, eadem ſcribit, ea nimirum occaſione, quod Julianus Apoſtata monachos ſub tributo redegerat; eos etenim rogat, ut cum iiſdem pauperrimis monachis mitius agerent. Alibi etiam de Pon- Carm. 4 ticis monachis agit his verbis: [Plerique ſub ferreis *& alia pœnitentiæ.* vinculis ingemiſcunt, alii rurſus pro cibo cineres habent, ſunt quibus potus lacrymis temperatur; alii hibernis nivibus impetiti, quadraginta dies totidemque noctes, velut arbores quædam perſtant, corde nempe è terra migrantes, Deumque ſolum in mente habentes; nec deeſt, qui labia ſua vinculis premat, linguæque frænum injiciat, qui tamen haud quaquam ad omnia conſtrictam linguam ac fræno compreſſam habet, ſolis quippe Dei laudibus illam ſolvit, non alirer ac viva cithara à Spiritu ſancto pulſata. Nam quid de his dicam, qui caput ſuum Chriſto conſecrarunt, piique voti cauſa intonſum ſervant? Quid eos denique commemorem, qui oculos claudunt, & aures velut peſtilo quodam obdunt, ne aculeus quiſpiam mortis furtim irrepat? At hæc medicamenta carni hoſti meo propino]. Hæc Gregorius, qui & hæc alibi fuſius: [Carnem meam ætatis flore *b* laſcivientem & æſtuantem multis ac crebris laboribus attrivi, ventris ſatietatem vicinamque Carm. 54 b rabiem ſuſtuli, oculos temperantiæ adjumento pal- *inter quos ſuam quoque vitam aſperrimã indicat.* pebris infixi; iram abrupi, membra devinxi, riſum deploravi, omnia Chriſto ceſſerunt, priora omnia conciderunt. Terra mihi lectus fuit, aſperrima veſtis membra contexit: pervigilia etiam & lacrymarum imbres adhibui: interdiu labori humeros ſubjunxi: hymnis tota nocte concinendis corpus inſtar ſtatuæ defixi: nullam omnino humanam voluptatem nec in animum quidem & cogitationem admittens, atque hoc quondam mihi vitæ inſtitutum erat]. Hæc ipſe *c*.

F c 46 De Gregorii atque Baſilii ſtudiis, cum eſſent in Ponto, hæc ſcribit Rufinus: [Baſilius Ponti urbes Lib. 2. c. 9 & rura circumiens, deſides gentis illius animos & *exercitatio Gregorii atque Baſilii à Rufino narrata,* parum de ſpe futura ſolicitos, ſtimulare verbis & prædicatione ſuccendere, callumque ab illis negligentiæ cœpit abolere; ſubegitque, abjectis inanium rerum & ſecularium curis, ſuimet notitiam recipere, in unum coire, monaſteria conſtruere, pſalmis & hymnis & orationibus docuit vacare, pauperum curam gerere, eiſque habitacula honeſta & quæ ad victum neceſſaria ſunt præbere; Virgines inſtituere, pudicam caſtamque vitam omnibus pene deſiderabilem facere. Ita brevi permutata eſt provinciæ facies, ut in arido & ſqualido campo videretur ſeges fœcunda & læta vineta ſuccreviſſe. Gregorius vero bonum ſemen non patiebatur aut ſuper ſpinas jacere, aut inter ſaxa diſpergere: ſed bonam terram cordis ſui jugi cultu & exercitiis indeſinentibus excolebat, & multo amplius in ſemetipſo hic, quam ille in ceteris proficiebat. Suſcipere ille quæ renuntiantes ſeculo deferebant ad pedes ſuos, & dividere

AUCTOR. CÆS. BAR. ut quisque eguisset, curam gerebat: iste nihil habendi & omnia possidendi contentus sacramento, ergo solas sapientiæ divitias avarus & multum cupidus inhærebat. Ille coire plures in unum, & sibi invicem in necessariis habere solicitudinem docebat: hic sui exemplo, quod erat absolutum, cunctis sermone Apostolico prædicabat, Ego autem volo vos esse sine solicitudine. Ille delinquentibus misericordia condolere, & à delicto revocare: hic per divini eloquii gratiam delinquendi incitamenta prævenire, nec sinere labi eum, qui difficulter erigeretur elisus. Ille in fide purus, hic in prædicatione liberior. Ille Deo humilis, hic & hominibus erat. Ille arrogantes contemptu, hic ratione vincebat. Sic in utroque diversa gratia unum opus perfectionis explebat.]

1 Cor. 7, 32

accuratius ab ipso S. Gregorio descripta:

47 Hæc licet dicat Ruffinus de privatis cujusque studiis, constat tamen Gregorium una cum eo collaborasse in constituendis regulis monachorum, eumdemque se catenis actuosæ vitæ pauperibus mancipasse. Idem ipse enim inde aliquando abstractus, ea se perdidisse ingemiscens, hæc ait: [Quis mihi dabit ut pristinorum dierum afflictionem, in quibus tecum jucundissime vixi, vel mensem unum ferre liceat? quoniam res tristes, quæ sponte feruntur, coactis deliciis potiores habentur. Quis dabit mihi psalmodias illas, & vigilias, & ad precandum recessus, vitamque illam quasi spiritualem & incorporalem? quis Fratrum, qui à te in pietate instituuntur & in sublime eriguntur unanimitatem dabit & concordiam? quis virtutis certamen & acumen, quod præscriptis modis & canonibus stabiliebamus? quis divinorum oraculorum exercitium, inque illis cum spiritus moderamine inventam lucem? Aut, ut minora ac leviora dicam, quis dabit quotidianas illas & manuarias operas? quis lignorum findendorum, comportandorum, ac componendorum laborem & lapidicinas? quis consitiones, & irrigationes plantarum? quis platanum illam auream, Xerxis platano præstantiorem, in qua non Rex mollis & enervatus, sed monachus afflictus & debilitatus? quam ego plantavi, Apollo rigavit, hoc est tua excellentia, Deus autem in honorem nostri provexit.] Hæc Gregorius. Cum crebris interim suorum litteris Basilius Cæsaream revocaretur, vide quam prætexat excusationem. [Nunc, inquit, quoniam per gratiam Dei voti nostri pro viribus facti sumus compotes, organum benedictum puteumque profundum adepti, Gregorium, os illud dico Christi; parumper nobis, obsecro, parumper hanc morulam indulgete, quam non ad hoc petimus ut urbium sectemur delicias, sed ut fruamur Sanctorum convictu.] Hæc Basilius cum importune accerseretur à suis. Sed & Gregorius crebris patris jussionibus revocatur postea Nazianzum.

B

C

revocantur ambo

2 invectivas scribit in Julianum morituum.

48 Moritur interim Julianus Imperator, ipso jam quartum & Salustio Promoto Coss. anno à Christo Domino trecentesimo sexagesimo tertio, subrogatusque est in ejus locum Jovianus; quando noster Gregorius duas illas celeberrimas invectivas orationes adversus ipsum conscripsit, quasi nobilissimum æternumque titulum Christianæ victoriæ de impietate prostrata. Ubi ea, quæ adversum se atque Basilium patronus impieratis moliebatur, declarat his verbis in fine secundæ invectivæ: [Hæc à Basilio & Gregorio habes, conatuum tuorum adversariis atque hostibus, quemadmodum & ipse arbitrabaris, & aliis persuadebas, minis tuis videlicet nos ornans & concelebrans, acriusque ad pietatem acuens, quos & vita & doctrina & mutua animorum concordia claros & nobiles jam inde à Græcia cognoscens, honore Cyclopeo afficiebas, postremosque ad persecutionem servabas; ac fortasse, velut triumphale quoddam donum, dæmonibus offerre proponebas, si te à Perside redeuntem suscepissent; aut etiam in barathrum tuum abripere sperabas, multum opinione falsus; neque enim adolescentibus illis ignaviores sumus, qui in flammis rore perfusi sunt, & belluas per fidem vicerunt. Postremo tandem [Hanc, inquit, à nobis sempiternæ ignominiæ columnam habes, Herculeis columnis illis sublimiorem atque insigniorem. Ille enim uno dumtaxat loco fixe, iis solis qui illuc perrexerunt conspicuæ sunt: hæc autem fieri non potest, quin & viva & agitabilis omnibus innotescat: quam futurum quoque tempus, mihi crede, suscipiet, te tuaque scelera proscindentem, ceterosque omnes erudientem & commonentem, ne eadem audacia adversus Deum efferantur, ne alioqui eadem crimina perpetrantes iisdem quoque pœnis mulctentur. Hæc ibi Gregorius, qui orationes illas, in eremo cum esset, una cum Basilio elaboravit.

D

ANNOTATA.

a *Imo probandus: sed distinguendus etiam primus eremi incolatus, qui electionem Eusebii & Basilii ordinationem præcessit, à secundo, qui eum secutus est: & post priorem, utpote potiorem ac diuturniorem, scriptæ videntur jocosa inter utrumque epistolæ, aliaque infra attingenda de austeritate vitæ ibi à Sanctis ducta: quæ Baronius ad hoc caput contulit.*

b *Hanc carnis luctam passum se fatetur alibi cum jam canus esset: itaque ætatis florem hic intelligas oportet, cum respectu ad extremam senectutem, in qua istud de se Sanctus scripsit post annos 20, octogenario major, anno 382.*

c *His addo quæ, ut sibi ab initio familiaria, narrat in Carm. de rebus suis, ubi cum declarasset quam nihili faceret voluptates, divitias &c. quæ vulgo solent magni fieri, sic inquit.*

— Mihi cordi
Est panis rigidus: mihi grata obsonia præbet
Sal purum; simplexque & nullo instructa labore
Mensa; dein latices mihi sobria pocula fundunt.
Hæ mihi divitiæ, Christusque ad sidera mentem
Celsa vehens —

E

CAPUT VI.

Res ecclesiasticæ curatæ. Eusebius Cæsariensis, & Gregorius Nyssenus contra Arianos excitati. Obitus fratris & sororis.

F

sub Valentiniano & Valente Imperatoribus,

49 SEquenti autem anno, Juliano & Varroniano Coss. defuncto Imperatore Joviano, Valentinianus cœpit Imperium, qui Valentem fratrem sibi collegam ascivit, eique Orientalis Imperii habenas credidit; qui Arianæ perfidiæ favens, adversus Catholicos concitavit turbas. Fuit id in causa ut Pater Gregorii vehementius ageret, ut filium ab eremo revocaret: erat enim jam longo senio hebetior, & ut subeundis laboribus impar eum precibus urgebat, ut pater jussis, ac denique ut Episcopus cogebat imperio. Licet autem diutius surdo (ut aiunt) fabulam ingessisset, flexit tandem, coëgit extorsitque ab invito, revocatque filium Nazianzum. Qui reversus in patriam, habuit egregiam illam orationem, quæ inscribitur Apologeticus: qua cum primum sui recessus in solitudinem reddit rationem, mox autem pennis quibusdam sublevatus, de Sacerdotio curaque Pastorali sublimi quodâ modo philosophatur. Dixit tunc etiam præclaram eam orationem, cujus est titulus, In sancta lumina, qua adversus Gentilium ritus deosque, invehitur. Rationem ejus rei inde deducimus, cum se ex solitudine venire *a* testatur: [Animi

Nazianzum reversus,

a

A nimi voluptatem tenere nequeo, divino fervore rapior, propemodum Joannis inſtar, fauſtum nuntium profero, non quidem ut ille Præcurſor, ceterum à ſolitudine veniens]. &c.

Orat. 39

componit ſimultates inter Baſilium & Euſebium Cæſarien.

50 Cum autem res Catholicæ Eccleſiæ in diſcrimine poſitas eſſe videret, Arianis ſibi omnia vindicantibus, favore ac patrocinio Valentis Imperatoris, Gregorius egregium facinus meditatur. Quo enim provinciæ Cappadociæ conſultum eſſet, in primis optat, depoſitis ſimultatibus in Euſebii Metropolitani amicitiam inſinuari, quo duce liberius in campum prodeat. Extat de his ejuſdem Gregorii ad illum *b* epiſtola. Id cum egregie perfeciſſet, Baſilium quoque ſtrenuum commilitonem ex ſolitudinis otio in arenam certaminis educere conatus eſt: eaque primum uſus eſt arte, ut eidem Euſebium conciliaret, ac componendæ inter eos pacis ſequeſter accederet; agens in primis apud Euſebium, ut cladi imminenti conſuleret (erat enim Catholicus, fideique Catholicæ cupidiſſimus, licet ad pugnam invalidus) atque ut Baſilium validum pugilem è Ponto Cæſaream accerſeret.

b

51 Inter hæc etiam egit apud Baſilium litteris, rogans eum, ut Euſebio ſe vocanti morem gereret, aitque. [Tempus jam eſt ut prudens conſilium ineamus, tolerantiæque laude floreamus, noſque ita comparemus, ut nec quiſquam animi magnitudine præſtantior nobis appareat, nec multi noſtri labores & ſudores temporis puncto collabantur & evaneſcãt. Cur hæc ſcribam quæris? Deo cariſſimus Epiſcopus noſter Euſebius (ſic enim nobis deinceps ſentiendum & ſcribendum eſt) animo erga nos eſt admodum amico, & ad ſimultates deponendas propenſo, ac tempore veluti igne ferrum emollitur; litteraſque etiam deprecatrices ad te miſſurus eſt, quemadmodum & ipſe nobis ſignificavit, & multi ipſius animum perſpicue cognitum habentes nobis fidem faciunt. Quem antevertamus quæſo, vel ad eum venientes, vel, quia rectius eſt, prius ſcribentes, ac deinde ad eum nos conferentes; ne poſtea nos pudeat, ſi victi fuerimus, cum vincere licuerit, præclare videlicet & philoſophice cedendo, id quod plerique à nobis expoſcunt. Mihi itaque obſequere, ac veni tum ob hanc cauſam, tum propter tempus. Quandoquidem hæretici conjuratis animis Eccleſiam percurſant, partimque jam adſunt ac turbas movent, partim (ut fama jactatur) affuturi ſunt, ac periculum eſt, ne veritatis doctrina convulſa diſtrahatur, niſi primo quoque tempore Bezeleelis ſpiritus excitetur, hoc eſt ſapientis hujuſmodi diſputationum & dogmatum architecti. Quod ſi tibi operæ pretium eſſe videtur, ut ego adſim, & hæc miniſtrem, tibique me comitem itineris adjungam, nec hoc quidem munus diffugiemus.

C

deinde coram felici ſucceſſu.

52 Hæc ad Baſilium Gregorius; qui quidem neque his contentus ad eum in Pontum accedens, ea functus eſt pacis legatione. Quem cum ad ſe venientem Baſilius inſpexiſſet, mox ceſſit, ſeque illi dedit, atque una ſimul in patriam ſunt reverſi. Hæc etenim ipſe his verbis refert: [Nec longa quidem ad hoc oratio comparanda fuit, ut ad nos ſe conferret, nobiſque adjumento eſſet: verum ſimulatque me legatione fungentem aſpexit (erat enim utrique noſtrum commune hoc certamen, ut qui fidei defenſores ac patroni deſignati eſſemus) ſtatim legationi ceſſit, ac ſpiritualibus rationibus ſecum optime ſapientiſſimeque diſtinguens, aliud ſimultatis tempus eſſe (ſiquid tamen ejuſmodi affectui indulgendum eſſet) nempe ſecuritatis & tranquillitatis; aliud autem longanimitatis ac patientiæ, nempe neceſſitatis & periculorum tempus. Hoc, inquam, ſecum reputans, confeſtim è Ponto nobiſcum excedit, atque erga periclitantem veritatem zelo exæſtuat, ultroque ſuppetias nobis affert, totumque ſe matri eccleſiæ tradit.] proſequitur pluribus enarrare Baſilii erga Euſebium ſtudia, & Euſebii erga illum paternam caritatem & ſolicitudinem, officiaque inter ſe mutuo collata. c

AUCTOR. CÆS. BAR.

c

53 Non tantum fuit curæ Gregorio Baſilium educere è Pontica ſolitudine ad arenam certaminis, ſed & illius germanum Gregorium Nyſſenum Epiſcopum, adhuc externis litteris velut compedibus quibuſdam detentum, ad ſacras litteras jam intermiſſas revocare. Non enim paſſus eſt nobiliſſimi ingenii hominem apud alienam diutius detineri, & mollem delicatumque militem reddi illecebris eloquentiæ. Illum itaque paterne redarguens litteris, ſic alloquitur: [Quid enim tibi accidit, vir ſapientiſſime, quidque te ipſum offendiſti, ut ſacris & dulcibus libris, quos quondam populo lectitabas (non enim hoc audiens erubeſcas) calcatis atque projectis, aut etiam ad fumum ſuſpenſis, non ſecus ac navium gubernaculis & ligonibus hyemis tempore, ſallos & amarulentos in manu ſumpſeris, ac Rhetor vocari quam Chriſtianus malueris? Nos contra hoc potius quam illud: eoque nomine maximam Deo habeo gratiam. Nequaquam quæſo, ô quondam præſtantiſſime, ne diutius animo ita effuſus ſis. Verum ſerius quidem, ſed tamen aliquando reſipiſce, arque ad te redi: teque piis hominibus ac fide præditis purga, & Deo atque altaribus & myſteriis, à quibus procul te amoviſti; reſtitue]. His quidem monitis non tantum eum ſacris litteris prorſus extorrem revocavit, ſed & ad cienda prælia adverſus claſſes Arianianorum aliorumque hæreticorum reddidit fortiſſimum militem, immo & ceterorum anteſignanum, ut qui ob debellatos fidei hoſtes exilium ſibi velut triumphum glorioſæ victoriæ comparârit, qui & poſtea ex Synodo Antiochena, ad erigendas collapſas Orientales Eccleſias legatione functus eſt, alioſque innumeros labores exantlavit: quorum omnium qui auctorem dixerit noſtrum Gregorium, haud quaquam à veritatis ſcopo aberrarit:

S. Gregorium Nyſſenum à ſtudiis profanis ad ſacra revocat:

E

& contrà Arianos inflammat;

54 Etſi ſemel Gregorius atque Baſilius è Pontica eremo in civitates abſtracti ſunt, numquam tamen obliviſci vel penitus intermittere valuerunt dulciſſimæ vitæ illius conſuetudinem. Unde Gregorius Arianzum rus paternum, poſitum in Tiberina regione, locum natalitium, ſæpe ſe contulit; & Baſilius ſuos inviſurus monachos, redibat ad relictas Ponti ſolitudines. Ad hæc ſpectant jocoſæ illæ epiſtolæ Gregorii & Baſilii ultro citroque datæ. Nimirum alterius laudantis ſuam Tiberinam, ac poſthabentis Ponti ſilvas, alterius vero invehentis in Tiberinam, & celebrantis Ponticas ſolitudines, & ad eas Gregorium iterum invitantis. Verum neutri ipſorum longas moras in illis ducere licuit, ob urgentia negotia eccleſiaſtica.

ſecedit ſubinde in Tiberinas partes;

Greg. Ep. 6 7. 8 & 9 Baſil. 22 23 24 & 25.

F

55 Quantum autem Gregorius noſter, aſſidens Patri Epiſcopo, Eccleſiæ Nanzianzenæ profuerit, vix quis mente facile aſſequetur: è tenui licet agello, uberrimos tamen fructus retulit. Ipſe enim ad Hellenium ſcribens. Hæc ait: [Me Chriſtus excellentiſſimo omnium honore cumulavit, utpote cujus munere hoc mihi conceſſum eſt, ut multorum hominum pietatis laude florentium corona gloriari queam. Et certe vera eſt illa vetus pollicitatio, quæ ſe facturum promittit, ut gratiam ſuam parvis & abjectis hominibus impertiretur: quamobrem non immerito exigua hæc mea civitas Bethlehem eſt nuncupata. Ut enim antiquior illa ex Chriſti nativitate nominis celebritatem accepit, ſic noſtra ab amicis Dei maximum ſplendorem eſt conſecuta]. &c. Enumerat egregios quoſdam pietate & ſanctitate viros, qui videbantur eſſe columnæ, illorumque præclaras virtutes recenſet, quæ omnia, ne nimia proli-

ſub patre ſuo pluriſimum prodeſt Eccleſiæ Nazianzenæ,

In laud. Baſil.

viros mulieresq; ad ſanctimoniam inſtituens,

AUCTORE CÆS. BAR. xitate feramur, omittimus recenſere. Addit autem & de ejuſdem Eccleſiæ ſacris Virginibus loqui his verbis: [Mihi quidem etſi parvus eſt hujuſmodi mulierum numerus, cæleſtibus tamen pulcherrimiſque Chriſti ſideribus adeo geſtio & exulto, ut pro paucis his meis de virtutis præſtantia cum multo pluribus in contentionem venire non dubitem]. &c. Recenſet & ceterorum examina cœlibum, ſeque adeo tenui eſſe divitem ageilo, ut non ſit qui aliorum invideret latifundiis.

56 Acceſſit adhæc etiam quod, ut ſapiens architectus totus fuerit ut templa ſpiritualia non manufacta Deo erigeret atque dicaret; non tamen neglexit una cum Patre Baſilicam ampliſſimam excitare: quæ quam auguſta, quam venuſta, ac fabrefacta fuerit, ipſe deſcribit his verbis. [Opus ſane memorandum & prædicandum, magnitudine permulta, pulchritudine cuncta propemodum antecellens: nam & octo æquilateris rectis in ſe occurrit, & columnarum & porticuum elegantia per laquearium in altum aſſurgit, & quidem ejuſmodi picturis eſt ornatum, ut non niſi ipſi naturæ concedat. Quid? quod ſuperno cæli ſplendore colluſtratur, uberrimiſque lucis fontibus ſpectantium oculis irradiat, ut vere lucis domicilium. Ad hæc eximiæ materiæ ſpatiis æquiangulis utrimque poſitis, plurimum loci intermedii complectentibus, cingitur; ac præterea portarum & atriorum venuſtate prælucet, accedenteſque procul invitat. Nondum de externo ornatu loquor, de lapidum quadratorum atque in trinam conjunctionem aptatorum pulchritudine & magnitudine, quorum alii marmorei ſunt, nimirum qui in baſibus & capitibus quibus anguli intercipiuntur, collocati ſunt; alii patrii quidem illi, non tamen exoticis inferiores. Nondum de variis & multiplicibus zonis, à fundamentis ad verticem uſque protenſis atque intextis, cujus ea eſt altitudo, ut ſpectatorem lædat viſum circumſcribens. Quonam modo tanti temporis opificium, tantique laboris & induſtriæ, tam brevi ſermone ob oculos ponerem?]&c. Scribens idem ad Olympium, ſe illud extruxiſſe, Epi. 49. omneque ad illud exornandum ſtudium adhibuiſſe, profitetur.

In fun pat. *conſtruit ampliſſimã baſilicam.*

B

57 His autem Valentis Imperatoris temporibus Cæſarius frater, qui Quæſturæ ampliſſimo munere fungebatur, ex hac vita migravit. De cujus obitu nequaquam aſſentimur Gregorio Presbytero, dum illius mortem refert ad tempora Conſtantii Imperatoris *d*. Qui enim fieri poteſt, ut ille tunc obierit, quem ſcimus in Juliani aula militaſſe, illique ob Chriſtianam Religionem adverſatum eſſe, & Confeſſorem egregium in patriam rediiſſe? Conſtat etiam Valentiniano atque Valenti fuiſſe acceptiſſimum, adeo quod ſcribit Gregorius, ut contentio fuerit inter eos quis ſibi Cæſarium vindicaret, ac muneribus devinciret. Contigiſſe videtur ille Cæſarii obitus anno ſexto *e* Valentis Imperatoris, nam anno quinto, Valentiniano & Valente ſecundum Coſſ. contigit famoſiſſimus ille terræmotus, quo, ut ſcribit Hieronymus in Chronico eo anno, Nicæa in Bithynia funditus everſa eſt, ubi illic degens Cæſarius, ope divina (ut Gregorius auctor eſt) tantæ cladi ſuperfuit, quando ad eum ſcribens Epiſtolam, ad Epi. 26. mundi contemptum hortatur. Non poſt multum tempus ab ea clade idem morbo arreptus ex humanis exceſſit. Laudavit eum luculenta oratione Gregorius coram patre & matre; qua etiam teſtatur, Cæſarium fratrem ſæpe ſibi oſtenſum per viſum, clarum, inſignem, & ſublimem.

C

d *propter obitum S. Cæſarii fratris,*

in laud. Cæſarii,

e

58 Ejus obitu Gregorius in varias moleſtias incidens, cum eccleſiaſtica tantum negotia hactenus euraſſet, cogitur etiam domeſticorum, immo & publicorum curam ſubire. Nam cum ille eo tempore Quæſturæ munere fungeretur, bonaque ſua in pauperes eroganda reliquiſſet; mox curiales illi harpagones, Briarei manus habentes, ea expilantes in proprios uſus converterunt, ut Gregorius de his queritur ſcribens ad Sophronium Præfectum & in Carm. de vita ſua his verſibus:

[Nimirum Quæſtor erat, Quæſturæ tempore
Moritur, ſimul ſe turba commovet canum
Contra facultates relictas mortui.
Famuli, hoſpites, amici, lacerant omnia *f*:
Nam quis ruente quercu, ligna non colligit?

Haud multum ſpatium temporis interceſſit, & Gorgonia *g* ſoror ex hac vita deceſſit; cujus egregia facta laudatiſſimamque vitam idem pro concione laudavit.

D

ANNOTATA.

a *Iam diximus, ſæpius ad ſolitudinem iviſſe indeque rediiſſe Sanctum; & Apologeticum quidem habitum tempore Paſchali, cum factus primum Sacerdos, eſſet retractus à fuga: hanc vero credimus eſſe habitam ſequenti anno, cum Baſilio, qui Cæſarea aufugerat, iterum viſitato revertiſſet.*

E

b *Eſt ea* 170, *haud diu ut apparet poſt præcedentem* 169, *adeoque nec diu ſcripta poſt liberiorem admonitionem, quæ eſt* 20, *uti jam ſupra dixi: unde apparet, quod licet ſimultates ille cœperint ab anno* 363, *vix tamen ante annum* 366 *iiſdem ſe implicuerit Nazianzenus; iſque ipſius temporis cauſa, quo dividi animos propugnatorum veritatis quia importuniſſimum erat, monuit quidem Euſebium, ſed mox ut ſenſit eum epiſtolæ libertatem ferre ægrius, ſecundam tertiamque adjecit qua ſe ei purgaret reuniretque.* *Epiſtolæ Gregorii ad Euſebium Cæſareæ*

c *Omittimus hoc loco paragraphum, quo Baronius Rufinum arguit de* 13 *annis, Pontica Baſilii ac Gregorii ſolitudini adſcriptis, qui nec ſeptem quidem eſſe potuerint: quia de his jam ante actum abunde eſt.*

d *Nihil tale invenias apud hunc ſcriptorem: ſolum igitur id eum velle ex eo infert Baronius, quod occaſione oblata agendi de Ordinatione Gregorii inviti in Presbyterum, addat fugiſſe ne Epiſcopus fieret, & mortuo Cæſario coactum reverti: deinde incipiens narrare ejuſdem Gregorii contra Arianos labores deflectat ſermonem ad Iulianum, non temporis ordinem ſed rerum ſequens. In hoc ipſo tamen nonnihil eſſe confuſionis libenter conceſſero, eo quod plures ſeceſſiones Sancti conflentur in unum, quod etiam Baronius fecit; & fuga Epiſcopatus declinandi ergo ſuſcepta, Presbyterali ordinatione poſterior fuit novem annis.* *Gregorius vitæ ſcriptor explicatus. t. 2. p. 32*

F

e *Chriſti* 369, *uti pluribus deductum* 25 *Ianuarii quando colitur*

f *Sane cum in carmine de rebus ſuis eas explicaſſet, quæ, uti ad cap.* 4 *indicavimus ipſum fatigabant, curas temporales, ex paternæ familiæ regimine ſibi incumbentes, ab eo tempore quo apud ipſos manere conſenſerat pietatis intuitu; ſic progreditur,*

anxietas Gregorii de ſalute ſua, ob curas ſeculares.

Verum hæc perferri poſſint; aſt acrius illa
Lædunt, & gravius faciunt in pectore vulnus,
Quæ tulimus (fratrem poſtquam mors dira peremit
Cæſarium) atq; etiam poſt hæc jam ferre timemus.

Illum itaque lugens, exponit quanta amittendæ ſalutis æternæ ſolicitudine angeretur, privatus internæ cum Deo converſationis ſuavitate, & præterita, in quibus aliquando deprehenſus exhorruit, vitæ diſcrimina rememorans, nihil hujuſmodi unquam ſe paſſum profitetur ac patiebatur tunc.

g *Quod Gorgonia non obierit ante Cæſarium ſuadetur ex eo, quod illa occaſione non laudetur parentum generoſus animus in ejus morte ferenda. At ne in laudatione quidem Gorgoniæ, inquies, meminit Cæſarii. Ita eſt: ſed hanc laudationem fuiſſe ut fuit illa, coram parentibus habitam,* *Gorgonia poſt Cæſarium defuncta encomium*

A *bitam, qua occaſione meminiſſe prioris funeris oportuiſſet, unde probas? Non ibi maritum defunctæ, non filias appellat. Quid igitur? Non videtur illa omnino publice recitata fuiſſe: ſed priori, poſt recitationem ad uſum poſterorum deſcripta ſubjuncta, veluti ſupplementum ejus vel additamentum: ſic enim defunctam alloquens in epilogo ait:* Suſcipe etiam orationem hanc meam, quam Cæſario ante quam tibi, tibi vero poſt ipſum reddimus: *plane ac ſi communis utriuſque hæc eſſet laudatio, Cæſario quidem prius recitata, poſtea autem ſubjunctis Gorgoniæ laudibus eatenus ſuppleta, quatenus illius dumtaxat virtutes erant ſpeciatim addendæ: nam parentum encomia prius expoſita, debebant cenſeri Gorgoniæ cum Cæſario communia. Quod autem Gorgonia mortua fuerit ante parentes, apparet ex Oratione quam habuit in funere patris; quam finiens matris præſentis conſtantiam laudat* in jactuta liberorum, *plures indicans quam filium unum: quod mortua fuerit haud diu poſt Cæſarium, probat Carmen Sancti de rebus ſuis, quod ante annum 371 oſtendimus eſſe compoſitum, ubi parentum meminit,* quibus tunc ſolus erat è liberis ſuper.

CAPUT VII.

B

Epiſcopatus S. Baſilii promotus, fama ejuſdem propugnata. Exules confortati.

Euſebio Epiſcopo Cæſarienſi an. 369 defuncto.

59 MOritur etiam his temporibus Euſebius Epiſcopus Cæſareæ in cujus locum Baſilius ſuffectus eſt. Fuit is annus ſextus Valentiniani, & Valentis Imperatorum, Valentiniano puero, & Aurelio Victore Coſſ. à Chriſto autem, ut recentiores ſupputant; annus trecenteſimus ſexageſimus nonus. Ne autem hæc temere abſque ratione poſita videantur (cum præſertim auctor ille, quiſquis fuerit, vitæ Baſilii, qui Amphilochii nomine fertur, dicat Baſilium vita functum anno quinto Valentis Imperatoris) certam de his omnibus reddimus rationem. Hieronymus, qui iiſdem temporibus vixit, mortuum eſſe Baſilium dicit Gratiano Imperatore. Gregorius Nyſſenus ejus germanus in ea Epiſtola, quam ſcripſit ad Olympium de vita Macrinæ ſororis, illum ex humanis ſublatum dicit ante novem menſes à Concilio illo *a* Antiocheno, quod poſt Valentis obitum eſt celebratum: cumque tam ipſe quam etiam Gregorius noſter affirmet ſediſſe Baſilium annos octo, immo & nonum inchoaſſe itidem Gregorius Nyſſenus ſcribat; neceſſe erit affirmare, hoc anno Euſebium diem obiiſſe, Baſilium vero ſequenti anno eſſe ſubrogatum Epiſcopum. Hæc idcirco de Baſilii Sedis tempore diſſeruiſſe oportuit, quo res geſtæ Gregorii, de quo agimus, magis certæ exploratæque ratione temporum habeantur.

a In epicapſ. Baſilii.

C

60 Euſebio vita functo, timens ſibi Baſilius ne in Epiſcopum eligeretur, inde recedens *b* fuga ſibi conſuluit; timens autem, ne eccleſia viduata paſtore, hæreticorum pateret incurſui, litteris rogavit Gregorium ut Cæſaream ſe conferret. At ille, ne detrahendi æmulis anſam præberet, ea excurſione abſtinuit, ut redditæ ad eum litteræ *c* ſignificant. Abſens tamen nomine Patris ſui *d* Epiſcopi litteris egit apud Cæſareenſes, ut Baſilium eligerent Epiſcopum, qui ceteris omnibus ſanctitate & eruditione facile anteibat. At ne exciperent de Baſilii male affecta valetudine, hæc addidit, [quod ſi quiſquam illius infirmitatem ſententiæ ſuæ prætexit, non athletam creatis, ſed Doctorem]. Hæc & alia Gregorius, laborans pro electione Baſilii. Quid tandem? Viceerunt Gregorii ſtudia. Tum & ejus pater Gregorius, ejuſdem provinciæ Epiſcopus, quo Baſilii electioni ſuffragaretur, mira alacritate Cæſaream profiteiſcitur,

b

c Epiſt. 21.

d *ut S. Baſilius eligatur allaborat Gregorius* Epi. 23.

homo alioqui fractus ſenio & ægritudine debilitatus; qui tamen nequaquam veritus labores itineris, vehiculo velut mortuus feretro impoſitus; hilaris ac jucundus illo *e* pervenit. Dedit & tunc litteras Gregorius ad S. Euſebium Epiſcopum Samoſatenſem, qui eadem ex cauſa Cæſaream *f* adventarat, ad quem inter alia: [Patrem quidem tum ſuo tum noſtro nomine habes, præclarum omni vitæ canicieque venerandæ finem impoſiturum, nimirum præſentem hanc pro Eccleſia dimicationem dirempturum; &c. Eligitur Baſilius, à patre Gregorii ungitur, eaque unctione & ipſe qui unxit vegetior ac robuſtior factus eſt, ac bonæ valetudini reſtitutus.

AUCTORE CÆS. BAR.

e in fun. pat.

f

61 Electo Baſilio Cæſarienſi, Gregorius Chriſtianæ modeſtiæ conſulens, impetus animi, quibus ad eum inviſendum agebatur, repreſſit, litteriſque tantum adgaviſus, ſe continuit Nazianzi: poſtea tandem ad eum Cæſaream ſe contulit. Quæ omnia idem ipſe perbelle his verbis enarrat: [Cum omnes in hac animi opinione verſarentur, me ſtatim factu rum ut ſumma cum animi voluptate ad eum accurrerem (id quod fortaſſe alius quiſpiam feciſſet) cum eoque imperium potius partirer, quam proximam auctoritatem haberem, idque ex amicitia noſtra conjectarent: ego tamen cum in omnibus rebus arrogantiæ ſuſpicionem, ſiquis alius, fugiens, & temporis illius invidiam vitans; ſimul etiam quod negotia illius adhuc turgere & perturbari viderem, cupiditati meæ frænum injeci, domique me continui, quo nomine quidem ille mecum expoſtulabat, ceterum veniam conceſſit. Poſtea cum veniſſem, atque eadem de cauſa Cathedræ *g* honorem inſignioremque inter Presbyteros ſedem repudiaſſem, non modo meum hoc factum non accuſavit; ſed vehementer etiam, ut debuit, comprobavit; atque à nonnullis, qui rationis ipſius ignari erant faſtus inſimulari maluit, quam aliquid facere, quod rationi conſiliiſque ſuis adverſaretur]. Apud ipſum manens Gregorius, ſublimem illam de amore pauperum habuit oratio- nem. Promptuarium quoddam pietatis, leproſorum hoſpitale, ita appellat Gregorius, Baſilius erexit, cujus occaſione; ut cujuſque animum erga pauperes excitaret redderetque propenſiorem, ornatiſſimam illam dixit orationem, qua velut quodam pietatis claſſico non tantum divites ac nobiles quoſque ad illorum amorem movit, ut ſua bona in opus illud large profunderent; ſed & ſe ipſos in illorum obſequium manciparent, ducem ſequentes Baſilium, perſuaſit. De Baſilio enim ipſe teſtatur, conſueviſſe pauperibus miniſtrare linteo præcinctum, Chriſtum imitatum eum lavit pedes Apoſtolorum, leproſoſque oſculari atque complecti.

differt tamen ad illum accedere:

in laud. Baſil.

E

& honorem ab eo oblatum recu- *ſat.*

g

orationem habet de amore pauperum.

F

in laud. Baſil.

62 Sequenti autem anno, *h* Gratiano Auguſto iterum & Probo Coſſ. Valens Imperator, compoſitis rebus Gothorum, ad Catholicam fidem impugnandam vertit vires, deditque reſcriptum, ut Epiſcopi Conſtantii temporibus abdicati, ac iterum reſtituti, denuo Sedibus exturbarentur. Quo quidem reſcripto cum multi Sancti Orthodoxi Epiſcopi Sedibus pellerentur, inter alios etiam celeberrimus ille Euſebius Epiſcopus Samoſatenſis, Sede abductus, in Thraciam mittitur; & inter barbaros, quibus pars provinciæ ceſſerat, relegatur: quem noſter Gregorius Ep. 28 eſt conſolatus. Idem Valens Imperator ut Baſilium exturbaret, recedens Nicomedia, profecturus Antiochiam, tranſiens per Cappadociam, divertit Cæſaream. Egregium Baſilii certamen, nobile tropheum, quod retulit de devicto & expugnato Imperatore, qui eum Sede pellere conatus fuerat, cum ipſe Gregorius ac ceteri Græcorum ſcriptorum perpetuis monumentis teſtata reliquerint, ſupervacaneum putamus hic cuncta referre, ea tantum in medium

h *exulem S. Euſebium Samoſat. ſolatur.*

in laud. Baſil.

medium

AUCTOR. CÆS. BAR. dium adducémus, quæ ad noſtrum Gregorium ſpectare videntur. Qui de his agens, hæc de Baſilii conſilio ſuaque opera: [Cum temporis anguſtiis premeremur, hanc ipſe rationem inibat, ut ſibi quidem verbi diſpenſationem, nobis autem, quos ob nominis obſcuritatem nemo accuſaturus patriave ejecturus eſſet, loquendi libertatem committebat; atque ita Euangelium noſtrum firmum validumque erat, auxilio utriuſque ſuffultum]. Hæc ipſe.

Valenti pro Baſilio reſiſtit,

63 Ex his quidem intueri licet, qui qualeſque Gregorii labores fuerint, qui in eo certamine difficiliora periculoſioraque ſubierit onera, dum cominus conſerens manus cum hoſtibus, acrius in ſe illorum odium excitarit. Interfuit idem etiam his difficillimis certaminibus, tum à Præfecto primũ, tum inde à Valente Imperatore adverſus Baſilium excitatis. [Tunc, inquit, nos prompti & alacres victoris latus cingebamus] cum ſcilicet ad Imperatorem ingrederetur *i* vel egrederetur, fidus comes ſemper aſſiſtens. Poſtea autem Gregorius Nyſſenus etiam eadem perſecutione Valentis ab Eccleſia ejicitur, ut ipſe ſcribit in epiſtola ad Olympium de actis S. Macrinæ, & Baſilius epiſt. 10. Ad hunc etiam extra Sedem vagantem noſter Gregorius epiſtolam 34 ſcripſit. Ita tamen aſſidebat Gregorius Baſilio, ut Nazianzenæ Eccleſiæ, cui pater ſenio confectus præerat, curam non dimitteret. Modo itaque Nazianzi, modo Cæſareæ, ut rei occaſio poſtulabat, apud alterum illorum agebat. Pactis quibuſdam Baſilius convenerat cum Gregorio, ut bonam anni partem ſimul *k* traducerent. At ſi quando Gregorius mora diſtineretur, eum litteris provocabat, atque rogabat confeſtim adeſſe, adverſuſque ingruentes hæreticos ſuppetias ferre, ut ejuſdem Baſilii litteræ *l* declarant.

i

juvat ſenem patrem.

B

k

l

refutat factam in eum calumniam

64 Accidit aliquando, ut Baſilius quibuſdam adverſariorum falſis calumniis perſtringeretur, quibus quam vehementi animo ſe Gregorius oppoſuerit, ejuſdem ad Baſilium tunc ſcripta Epiſtola indicat his verbis: [Convivium celebrabatur, cui non pauci illuſtres viri intererant, nobiſque amicitia conjuncti, atque inter eos vir qui pietatis nomen habitumque præſeferebat. Nondum compotari cœptum erat, cum, ut in conviviis accidere ſolet, de nobis ſermo excitatur, inſtar alicujus cujuſdam adventitiæ rei in medium propoſitæ. Omnibus porro virtutes tuas magnifice prædicantibus, noſque etiam iiſdem vitæ ſtudiis deditos adjungentibus, amicitiamque noſtram & Athenas commemorantibus, grave quoddam facinus hic philoſophus edidit. Quid nam hoc, inquit admodum furioſe exclamans, ô viri! quam inſigniter vos mendaces & aſſentatores eſtis. De ſpiritu quidem laudentur viri illi, ſi ita lubet: nec ipſe quidem contradico. Ceterum quod maximum eſt, non illis concedam: Orthodoxiæ nomine fruſtra laudatur Baſilius, fruſtra Gregorius. Ille quia veritatem ſuis diſputationibus prodit: hic quia tolerantia ſua proditionis ſocium ſe præbet. Hic ego. Unde hæc, ô homo vane, atque amentia nove Dathan & Abiron? Unde nobis dogmatum promulgator venis? Quomodo tantarum rerum judicem te facis? Tum ille. Ex Euphycſiana *m* Synodo, inquit, venio, ejus rei teſte: ſic enim revera erat. Illic Baſilium Magnum audivi de Patre quidem ac de Filio optime ac præſtantiſſime, atque ut vix quiſquam alius facile queat, diſſerentem; Spiritum ſanctum autem convellentem ac disjicientem, ac ſimilitudinem quamdam adjiciebat à fluviis petitam, qui rupes curſim prætereuntes arenoſa loca excavant. Tum vero me intuens, Tu autem, inquit, ô vir egregie, num jam perſpicuis verbis Spiritum ſanctum Deum eſſe doces? Cumque ex meis & meo monaſterio aliquis, ut in frequentiſſimo cœtu, Deum eſſe diceret, ac deinde ſubinferret, pervulgatum id eſſe de Spiritu; rurſum ille: Quouſque, inquit, lucernam ſub modio abſcondemus? *n* hic vero fidei doctrinam obſcure oſtendit ac velut obumbrat, nec veritatem libere profitetur, politice magis quam pie aures implens, dicendique facultate verſutiam tegens.] &c. Subdit deinde ſe magis de Baſilio quam de ſeipſo ſolicitum multis niſum eſſe ſe ac illum excuſare, tamen ſuam excuſationem aſtantibus viſam eſſe frigidam, nec Baſilio dignam, ut qui ad aſtruendam Spiritus ſancti Divinitatem, uſus eſſet ambigua voce.

quaſi de Spiritu ſancto non recte ſenſiſſet,

m

C

n

D

65 Hæc ibi pluribus Gregorius: qui & alibi illud fuiſſe adverſariorum conſilium pandit, ut ea arte Baſilium è ſolio exturbarent, Sedemque illius occuparent. [Quorum inſidias Baſilius ut eluderet, aliis quibuſdam vocibus è Scripturis poſitis, teſtimoniis minime dubiis, eamdem vim habentibus, neceſſariiſque argumentis adverſarios ita comprimebat, ut nullo modo repugnare aut in contrarium niti poſſent; ſed, quæ maxima diſputationis & ingenii vis eſt, propriis vocibus aſtringerentur: quemadmodum libro, quem de hoc edidit, perſpicue oſtendit: in quo conſcribendo, uberrima Spiritus ſancti gratia perfuſus vir admirabilis, ſe ipſum quodammodo ſuperavit, & calamum quaſi expyxide Spiritus movit: &c.] Hæc Gregorius, Eſt enim hic ille locupletiſſimus commentarius, quem de Spiritu ſancto ſcripſit ad Amphilochium. Idemque & alios adverſus Eunomium de Spiritus ſancti Divinitate libros edidit: ea perſecutione non nihil Baſilius fatigatus, Gregorium rogat, ut ex condicto Cæſaream ſe conferret *o*. Quantum porro detulerit Baſilius Gregorio ex tunc ſcripta epiſtola facile declaratur; ubi & hæc verba.

in laud. Baſil.

qui tam pulchros de eo libros ſcripſit.

E

Baſil. ep. 33.

o

66 [Tu, inquit, ſi ita videtur ſycophantas valere ſine, noſtriſque precibus adductus, nos præſenti certamine laborantes adjuva; ſimulque cum eo qui adverſus nos pugnat manus conſere. Nam ſi vel ſolum conſpectus fueris, ejus impetum infringes, eoſque qui ad patrias res evertendas inſtructi ſunt, fundes & diſſipabis: perſpicuum videlicet ipſis faciens, te cœtus noſtri ducem futurum, atque omne os injuſtum hominum iniqua loquentium obſtructurum. Quod ſi contigerit res ipſæ declarabunt; quis ille erit, qui te ad præclara negotia ſequetur, qui rurſum claudicet, ac veritatis doctrinam ignavia prodat] &c. His acceptis litteris, contulit ſe Gregorius Cæſaream, quando Baſilius apud eum ſe etiam de ea re juramento purgavit. Idque ipſe Gregorius in ea oratione, quam habuit in laude Baſilii, teſtatur his verbis. [Quod alioqui melius quam quivis alii Spiritum ſanctum Deum noſſet, cum ex eo præcipue conſtat quod hoc ſæpe de loco ſuperiori, quoad per tempus licebat, prædicavit, & privatim apud eos, à quibus interrogabatur, haud cunctanter confeſſus eſt; tum vero in ſuis apud me ſermonibus apertius id oſtendit (neque enim quidquam unquam, cum de his rebus mecum loqueretur, animo tectum occultumque habuit) non ſimpliciter hoc affirmans, ſed quod antea ipſi perraro accidit, ſibi rem omnium maxime horrendam imprecatus, nempe ut ab ipſo Spiritu ſancto excideret, niſi cum Patre & Filio & Spiritum ut conſubſtantialem & æqualem, coleret,] Hæc Gregorius.

& coram ipſo Cæſaream in auxilium vocato

juratus aſſeruit eum eſſe Patri & Filio conſubſtantialem.

F

ANNOTATA.

a Concilium Antiochenum *menſe Septembri celebratum, ex iſto loco colligitur: cum Baſilius obierit* 1 *Ianuarii. Aliunde ſcitur ipſum eſſe habitum poſt mortem Valentis, qui perierat* 9 *Auguſti anno* 378. *Non potuit autem haberi menſe mox ſequenti, ergo habitum eſt anno ſequenti* 379. *Supra iſtos tamen, quos in Occidente notos dixi Chorepiſcopos ſeu Decanos Chriſtianitatis, eximium*

A *mium hoc habuere Chorepiſcopi Orientales, quod Lectores Exorciſtas, Subdiaconos ordinare iis liceret, ſicut apud nos Abbatibus quibuſdam licet: fortaſſe autem ut hi, ſic & iſti in ſuis functionibus uſurpabant Epiſcopalia quædam. Sed de his ſatis: cum amplius aliquid oblatum Gregorio fuiſſe dixerimus, quam Chorepiſcopis in una diœceſi pluribus competere oſtendimus; cum in ſingulis non niſi unicus Archipresbyter ſit.*

an metu Epiſcopatus fugerit Baſilius?

b *Neſcio unde hanc fugam accepit Baronius, cujus nullum uſpiam apparet veſtigium: contra apparet ex mox citanda epiſtola ipſum Cæſaream manſiſſe, & quidem priuſquam mors Euſebii vulgaretur, vocaſſe ad ſe Gregorium, eo forte conſilio ut Epiſcopum eligendum curaret: quod ne ille præſentiens excuſaret, vocationis cauſam prætexuit morbum ſuum.* Ægrotare, *inquit Gregorius*, te finxiſti, atque extremum ſpiritum ducere, cupereque nos ultimum alloqui. *Quod verum eſſe exiſtimans Gregorius, ad iter ſe accinxit.*

t. 1 p. 784

ab eo ſe vocatum improbat Gregorius:

c *Significant illa quod non venerit, volens cautum æſtimationi ipſius Baſilii, ne de eo ſcilicet amuli ſuſpicarentur, quod amicum accerſiviſſet eo fine ut per ipſum evehereturad Epiſcopatum: quod Baſilium non vidiſſe miratur Gregorius, in eoque prudentiam ejus requirit.* Poſteaquam, *inquit*, Epiſcopos ad urbem concurrere intellexi, profectionis conſilium abrupi, demirarique cœpi quod non perſpexiſſes, quid honeſtum eſſet; nec improborum linguis occurrendum putaſſes, quæ ſimpliciſſimo cuique celerrime calumniam ſtruunt. *Concludit porro, non modo ſuam negans præſentiam, ſed ipſimet etiam fugam ab ejusmodi tumultibus ſuadens.*

B

interim pro ejuſſu patris

d *Gregorius pater ex more vocatus à Clero Cæſareenſi, ut veniret ad conſultationem de eligendo Epiſcopo, cum ſenectute ac morbo detineretur, ſcripſit per filium, proponens eis Baſilium, tamquam omnium aptiſſimum: deinde cum ab Epiſcopo, Cæſarea jam collectis, rurſum eſſet invitatus ea forma quæ ſatis indicaret nihil minus quam ejus præſentiam optari; his quoque ſcribi fecit in eamdem ſententiam. Illius autem nihil hic ſuo egit arbitratu: qui haud dubio vacationem ei optabat à turbis, ſicut ipſe ſibi: quod Baſilium viciſſim non facere miratus erat in epiſtola præcitata, cum ipſis inter ſe & vita & propoſitum & cetera communia ſint omnia, ita ab initio conjunctis à Deo. Græce* ἕως τὰ πρῶτα συναρμοσθῆσι; *ubi notandus interpretis lapſus, qui prajudicio occupatus, τὰ πρῶτα vertit, à prima ætate: cum ſolum notetur initium contractæ amicitiæ.*

eo tandem etiam profecti.

t. 1 p. 311

C e *Apparet diuturnam ac difficilem eam deliberationem fuiſſe, propter ſtudia eorum qui favebant hæreticis, & Baſilium omni modo cupiebant excluſum. Cauſam autem, quæ centenario proximum ſenem è lectulo abſtraxit in iter, indicat filius, in funere Patris*, quoniam electionem canonicam eſſe oportebat, & unus ex eorum numero qui Epiſcopū proclamaturi erant, deſideraretur. *Quod ſuſpicionem ingerit, ſuffragia eatenus librata ſtetiſſe, ut niſi ſuum præſens ſuffragium ferret pro Baſilio (nam abſens conſilium dumtaxat dare potuerat) non procederet electio. Certe non pro ſola conſecratione eum requiſitum apparet ex verbis mox adjunctis:* negotium adminiſtrat, ad conflictum ſe parat *(quæ utique electionem ſpectant)* in thronum collocat.

ſcribit epiſtolam ad Euſebium Samoſat.

t. 1 p. 342

f *Ipſius Gregorii patris adhortatione excitatum veniſſe Euſebium cenſet Hermant, eoque adducit Epiſtolam ad ipſum directam per Euſtachium Diaconum, quæ hactenus inter Baſilianas quarta numeratur, velut à Baſilio ad Gregorium ſcripta: revera autem alterius eſt, & quidem Epiſcopi admodum ſenis atque à Clero Cæſarienſi vehementer rogati, ut in ea dimicatione eccleſiam Metropolitanam non deſtituat, quique oculos à ſe conjectos in Baſilium haud obſcure indicat: adeo ut ex epiſtola revera nemini poſſit aptius tribui quam Gregorio patri, ad aliquem externorum Epiſcoporum, quos ea cauſa Cæſaream adveniſſe indicat Gregorius in laude Baſilii pluraliter loquens; ſed haud dubie vel ſolum, vel præcipue intelligens Euſebium iſtum, Comagenæ in Syria regionis Metropolitam; ut ad hunc ſcriptam epiſtolam eſſe haud vana ſit conjectura: ſcripſerit autem eam, uti ceteras, filius nomine patris.*

AUCTOR. CÆS. BAR.

Chorepiſcopi Gracorum quales.

g *Videri alicui poſſet Baſilius Gregorio obtuliſſe, ut ſuus eſſet* Syncellus *ſeu* Protosyncellus, *uti poſtea cœperunt dici, quos Latini cum jure ſucceſſionis inſtitutos* Coadjutores *vocant. Sed vix adducor ut credam ejuſmodi uſum in eccleſia jam tum fuiſſe.* Archipresbyterum *credo eum facere voluit. Habuit quidem Metropolis Cæſareenſis, cum ad eam evectus eſt Baſilius,* Chorepiſcopos *ſub ſe quingentos: ſed hos cave ne accipias, quales vulgatiori nunc uſu vocamus Epiſcopos* ſuffraganeos, *qui ſub titulo alicujus eccleſiæ, in partibus infidelium conſtitutæ, ad hoc ordinantur, ut alteri Epiſcopo ſubſerviant in functionibus Epiſcopalibus obeundis, puta Ordinationibus faciendis. Non enim ita dicebantur, quod ordinatione Epiſcopali eſſent dignati (puto enim Cappadoces illos ut ſummum fuiſſe Presbyteros) ſed* ἀπὸ τῆ ἐποσκοπεῖν τοὺς χώρας, *quod rurales eccleſias Epiſcopi vice inſpiciendas curandasque haberent partitas inter ſe, quomodo plures in Europa diœceſes in Archidiaconatus varios dividuntur, ſic dictos quod ſingulis præſit unus ex* Archidiaconis, *quos &* Choepiſcopos *dici, teſtis eſt Sigebertus in Chronico: nos in Belgio vocamus* Decanatus rurales, *& qui eis præſunt,* Decanos Chriſtianitatis. *Tales autem fuiſſe Cappadoces illos, liquere videtur ex ipſo eorum in unica Provincia numero: cum in tota Cappadocia vix plures eſſent Epiſcopi quam 15 aut 16: ſingulis autem talis, quales apud nos Suffraganei ſunt quarumdam principalium Eccleſiarum, ſufficiſſet unicus; ſi talem habere ſeculi iſtius uſus tuliſſet.*

E

h *Id eſt, anno 371.*

Valentis acceſſus ad Baſilium.

t. 1 p. 351

i *Quod ultro ad Valentem ingreſſus Baſilius ſit, nuſquam legimus: Valens in hujus præſentiam & Catholicorum eccleſiam bis ſe intulit, primum in die Epiphaniæ dum concionantem audivit, & vertigine impeditus eſt ad oblationem ire volens: rurſus alia vice, quando* intra velum in illius conſpectum colloquiumque (quod jam pridem expetebat) venit: *& huic colloquio interfuiſſe ſe Gregorius dicit.*

hujus cum Nazianzeno pactum.

k *Pacta talia non invenimus: ſolum invenio id Baſilio propoſitum à Gregorio epiſt. 5, cujus verba dedimus ad cap. 4 Annot. b; & ea putamus alio prorſus tempore atque occaſione ſcripta diu ante Baſilii Epiſcopatum.*

l *Videtur indicari Epiſt. 33 Baſilii, ubi ſic queritur de amico:* Si & ſecundum noſtra olim pacta & ſecundum eam quam jam debemus eccleſiis curam & ſolicitudinem *(nempe Gregorio jam Epiſcopo ſcribit)* ſæpius per annum conveniſſemus, januam calumniatoribus non aperuiſſemus. *Quia autem Baſilium neſcio quo venire voluerat Gregorius, reſpondet concludens:* Si propter eccleſias convenire nos voles, paratus ſum quocumque vocaveris accurrere: ſi vero ut ſycophantias refutem ac diſſolvam, jam de iis reſpondere non vacat, *contemnenti ſcilicet ea quæ privatim in ſuam perſonam jactata Gregorii animum nonnihil conturbarant.*

F

Synodus Eupſychiana.

m *Græce.* Ἐκ τοῦ καὶ Εὐψύχιον συνόδου νῦν ἥκω, τοῦ μάρτυρος. *Vbi quia librario mendo ſcriptus eſt articulus τοῦ, loco pronominis τούτου, interpres Latinus, ambiguus quo referret vocem μάρτυρος, quam genus maſculinum, ad Εὐψύχιον; caſus autem genitivus, ad vocem συνόδου referre ſuadebat; ipſam geminavit, ſic reddens:* Ex Eupſychii Martyris Synodo nunc venio, eamque dicti mei teſtem habeo. *Synodus ergo ipſa μάρτυς id eſt teſtis eſſe hic dicitur: de* Eupſychio *difficile eſt divinare, indiceturne aliquis, juxta cujusmodi convocationem aut inſtitutionem conventus is fuerit habitus, diſputandi vel differendi cauſa; an locus ſic ab eo nominatus in quo vel juxta quem ille habitus. Primum magis videtur conforme textui: ſic* τοῦ Μάρκου, τοῦ Φρύγος *legimus. Merito etiam ſuſpicaberis de Sancti alicujus, ac verſimiliter Martyris eccleſia agi: & talis Cæſarea in Cappadocia paſſus ſub Hadriano*

S. Eupſychius Martyr.

AUCTORE CÆS BAR. *driano colitur 7 Septembris. Eſt quidem & alius ejuſdem nominis ſub Iuliano occiſus, quia fortunæ templum everterat: de quo locum hunc intelligit in Scholiis Bellius, & nos de eo egimus 9 Aprilis: verum huic tam cito aut omnino aliquando erectam fuiſſe eccleſiam, mihi non perſuaſerim.*

n *Ita ſcilicet accuſabat calumniator ille etiam Gregorium, uti à principio utrumque dixerat in fide ſuſpectum: quod non aſſecutus interpres, totum intervertit ſenſum; quem claritati ſuæ conatus reddere Græcum ipſum textum ſic legi:* ἢ πί δήποτε ὦ θαυμάσιε, ἔφη περὶ μὲ βλέφων, ἤδη φανερῶς τὸ Πνεῦμα θεολογεῖς; *(ubi omiſſa interrogatione, male videbatur calumniator Gregorium arguere, quaſi hoc claris verbis doceret; cum interrogando contrarium innuat)* Καί τινος ἀπ' ἐμᾶ μονῆς τε τῶν ἐμῶν, ὡς συνόδῳ πολυανθρώπῳ, θεολογήσαντος, εἶτα ἐπειπόντος, τῷ Πνεύματι τέλος τὸ περιβόητον τότε *(ſubintelligе* ἐκεῖνος ἔφη*)* μέχρι τίνος &c. *Interpres autem vitium ratus in his* ἀπ' ἐμᾶ μονῆς τε τῶν ἐμῶν, *ſuſpicatus eſt legi debere unica voce* ἀπιμνη μόνευσε, *& ſic vertit:* ſimulque vocem quamdam meam commemoravit, cum ego in frequentiſſimo cœtu de Divinitate verba faciens, pervulgatum illud de Spiritu ſancto interlocutus eſſem, Quouſque lucernam ſub modio abſcondemus? ille autem &c. *Vbi non videas reprehenſionis materiam, nec quidquam Græco contextui congruum. Huic ſimilis porro eſt reliqua epiſtolæ illius verſio: utique difficile eſt ad verum auctoris ſenſum redire, cum quis exerrare interpretando cœpit confuſa totius argumenti quod tractatur forma: nobis ſatis fuit ea quæ hic allegabantur corrigere.*

t. I. p 789 *locus de Gregorii & Baſilii fide ſuſpecta emendatus.*

B

illorum ea de cauſa invitatio mutua. t. p. 790

o *Imo econtra (licet id expreſſe non habeat epiſtola Gregorii de illa diſputatione ad Baſilium directa per Hellenium, ſed ſolum petat ab eo doceri* quouſque in diſputatione de Spiritus ſancti divinate progredi, quaſque voces uſurpare & quouſque epiikia uti conveniat.) *econtra inquam videtur Gregorius, ſaltem oretenus, per internuntium ſuum Hellenium rogaſſe, ut ipſe Nazianzum dignaretur excurrere, calumniatorem ipſe confutaturus per ſe; quod ut jam vidimus facere recuſavit Baſilius, tanti non faciens ſycophantiam: ipſum vero Gregorium invitavit Cæſaream, ubi hæreticus quidam negotium ipſi & Eccleſiæ faceſſebat, forſitan aliquis ex Valentis miniſtris, ad res turbandas etiam militari manu inſtructus; ſicut ſupra num. 34 vidimus Gregorio patri accidiſſe Nazianzi.*

CAPUT VIII.

C

Epiſcopus Saſimorum poſt acrem tergiverſationem ordinatus Gregorius.

n laud. Baſilii. *Inter Epiſcoporum à Baſilio diſcordiis*

67 HIs malis acceſſit [fœdum atque admodum ignominioſum civile bellum, inter Epiſcopos Catholicos provinciæ Cappadociæ; quorum plures ægro animo erant in Baſilium: idque, ut idem Gregorius ſcribit, tribus ex cauſis; quarum prima erat, quod, inquit, in fidei negotio cum eo nequaquam conſentiebant, niſi quantum id ipſis cogente multitudine neceſſario faciendum erat. Alia, quod dolorem ex ipſius electione conceptum nondum penitus ex animis ejecerant. Poſtrema, quod ſe longe multumque ab eo gloria ſuperari acerbiſſime ferrent, tametſi id confiteri turpiſſimum erat. Oborta eſt, & alia quædam ſimultas, quæ hæc omnia exulceravit. Nam cum patria noſtra in duas Provincias & Metropoles diviſa eſſet, & multa ex priori novæ Metropoli adjungerentur, ea de cauſa inter illos diſſidium excitatum eſt] &c. Erat autem novæ Metropolis Tyana caput, cujus Epiſcopus Anthimus dicebatur; qui licet ſe Catholicum eſſe profiteretur, tamen nullius frugi vir erat, & ad inferendas moleſtias Catholicis optimus architectus. Hic etenim eccleſias & eccleſiarum redditus extra Metropolim ſuam poſitos; ad Baſilii paroeciam pertinentes *a*, ſibi uſurpare ſtudebat, & quo minus jure pollebat, eo magis armorum vi more prædonis, graſſatoria manu, aliena inceſſebat. His acceſſit quod Tyanenſem Eccleſiam, cui præerat, de quo ſæpius conqueſtus Baſilius, aſylum fecerat hæreticorum.

D

a

& novo Metropolita Anthimo inſolentius agente,

68 Baſilius autem cum ollam ſuccenſam videret à facie Aquilonis, ſuæ Metropoli conſulturus, adverſus ejuſmodi belium munitionem ſtatuere, murumque & antemurale firmare cogitans, novas in Metropolis finibus Sedes Epiſcopales erexit. Inter quas fuerunt Saſima, ignobilis quidem locus *b*, agaſonibus illac tranſeuntibus tantum pervius, cui Gregorium noſtrum præficere Epiſcopum induxit in animum. Laudat ejuſmodi Baſilii conſilium de novis Sedibus erigendis Gregorius, cum ait. [Baſilius diſſidium illud in Eccleſiæ lucrum emolumentumque convertit, ex eaque calamitate ingentem traxit utilitatem, patriam nimirum pluribus Sedibus communiens, ex quo tres præclariſſimæ res ſunt ſecutæ: nam & animarum cura major ſuſcepta eſt, & quælibet civitas proventus ſuos habuit, & bellum hac ratione compreſſum & extinctum eſt]. Hæc Gregorius, qui tamen contentioſiſſime reſtitit, ne Saſimis præficeretur Epiſcopus, paſſuſque eſt humani aliquid adverſus Baſilium: cujus de ea re conſilium numquam laudavit, nec quovis longioris temporis ſpatio, ut ipſe fatetur, conceptum de ea re mœrorem potuit evacuare: quia inde velut à quodam amaritudinis fonte, cunctæ quæ, poſtea ſunt ſecutæ calamitates, ſint deductæ. Licet idem aliquando Baſilii mentem excuſet, hominis nimirum cuncta ad ſpiritum referentis, nullamque amicorum rationem habentis, cum quod Deo gratum putaret implere ſatageret.

b *rogat ille Gregorium ut Saſimis fiat Epiſcopus: In laud. Baſilii.*

69 Cum itaque Gregorius ſolida animi firmitate reſiſteret, Baſilius familiari fiducia eum ruſticum, inſulſum, & ab amicitia abhorrentem appellat: ad quem reſcribens Gregorius, quæ de ea re eſſet aliorum ſententia primum ingerens, hæc ait: [Objiciunt tibi alii neglectum atque contemptum, quod nos, poſteaquam noſtra opera uſus fueris, velut ſordidiſſima vaſa & inſtrumenta projeceris; aut velut adminicula ea quæ fornicibus ſupponuntur, quæ, ſimul atque ſtructura formata eſt & compacta, deduci ſolent ac pro nihilo haberi.] Hæc de his, quæ ab aliis jactarentur: quid autem ipſe prætexat, declarat his verbis. [Ego quid animi habeam explicabo. Nec mihi propterea iraſcaris. Dicam enim, quæ flagranti ardore prolocutus ſum, neque uſque adeo vel ira æſtuans, vel eo quod contigerat perculſus & attonitus, ut ratio ſe ſubduceret, aut quid dicerem ignorarem. Non arma comparabo, nec rei militaris artem diſcam, quam prius non didici, cum hujuſmodi rei commodius tempus eſſe videbatur, omnibus videlicet arma inducentibus, & furioſe inter ſe congredientibus; nec Martium Anthimum certamine excipiam, quamvis alioqui immaturum bellatorem; nimirum ipſe rei bellicæ ignarus vulneribuſque magis expoſitus. Quin tu potius cum eo bellum gere] &c. Hæc idcirco Gregorius, quod (ut diximus) Anthimus armatorũ manu ſibi cuncta vindicare ſtudebat. Rurſus autem ad eumdem Baſilium ignaviam ſibi exprobrantem, hæc reſcribit. [Deſidiam & ineptiam nobis objicis, quia Sazimà tua recuſavimus, nec Epiſcopatus cupiditate incitamur, vobis, non ſecus atque eſca canibus in medio projecta, mutuis animis inter vos graſſantibus: mihi vero maximi negotii loco eſt otium] &c.

E

hìc econtrà ſuſpexerunt.

Ep 31. *non tam quia locus humilis erat, quam quod cum Anthimo bellum nolebat:*

Epi. 32.

70 His, aliiſque ejuſdem argumenti acceptis à Grego-

A Gregorio litteris, Baſilius ratus ſe ab eo ſperni, ſubindignans ad eum reſcripſit. At Gregorius, quanti eum ipſe faciat, feceritque ſemper, oſtendit: philoſophiæ tamen otium prætexit, quo minus illi obſequatur: eſt ejuſmodi Epiſtola, non ſuo tamen loco & ordine poſita, inter alias. [Quomodo exigua nobis, & aſpernanda tua ſunt, vir divine & ſacroſancte? Quid nam hoc effugit verbum dentalia ſepta? aut quomodo hoc dicere auſus es? Ut ipſe quoque audacter aliquid dicam: quomodo vel animus eo perrupit, vel atramentum ſcripſit, vel charta excepit? O ſtudia! ô Athenæ! & virtutes & litterarii ſudores! Me enim litteris tuis pene tragicum facis. Utrum nos an te ipſum ignoras? Tu, inquam, Orbis oculus, magna vox & tuba, doctrinæque aula regia? Tuane Gregorio parva ſunt? Quid igitur aliud quiſpiam admiretur eorum quæ in terra ſunt, niſi te Gregorius. Unum ver in anni partibus, unus ſol in ſideribus, unum cælum omnia complexu ſuo coërcens, una vox tua de omnibus triumphans; ſi modo ſatis idoneus ſum, qui de ejuſmodi rebus judicium feram, nec mihi amor impoſturam facit, quod non exiſtimo. Quod ſi hoc nomine ſuccenſes, quod non te digna admiratione proſequimur, omnibus quoque B mortalibus ſuccenſeas oportet: neque enim aliquis ſatis digne te laudavit aut laudaturus eſt, præter te tuamque in dicendo ſublimitatem; ſiquidem fieri poſſet, ut quis laudes ſuas prædicaret, idque ferret orationum lex. Quod ſi contemptum tui nobis objicis, quin potius inſaniam? At te illud excruciat, quod philoſophamur. Liceat mihi cum tua bona venia dicere: hoc unum doctrina quoque tua & eruditione ſublimius eſt & præſtantius]. Hæc Gregorius ad Baſilium.

quod in ſui contemptum referenti Baſilio Ep. 10.

oſtendit quanti ipſum faciat,

& quomodo refutarit Anthimum ſolutissimè.

71 Cum autem eo modo Gregorium Baſilio adverſantem perſensiſſet Anthimus, idoneam eam ratus occaſionem, qua Gregorium ab illo divelleret, in ſuaſque partes abduceret, continuo Nazianzum proficiſcitur, ut cum eo tractet. At Gregorius illum advenientem, ut par erat, ſic eſt avertatus, ut re infecta abire coëgerit, idque ad Baſilium ſcripſit in hunc modum: [Ut autem rem brevi declarem, fortiſſimus Anthimus ad nos cum Epiſcopis quibuſdam venit, ſive ut patrem meum vileret (nam id quoque præſeferebat) ſive ut ageret quod egit. Cumque multis modis animum pertentaſſet, parœcias commemorans, & Saſimas paludes, & noſtram ordinationem *c*, nunc blande nos alloquens, nunc precibus contendens, nunc minitans, nunc expoſtulans, C nunc laudans, nunc vituperans, variiſque orationis circulis, ſtrophis, & ambagibus utens, tamquam is ſolus nobis intuendus eſſet novaque Metropolis, utpote magnitudine amplitudineque ſuperior; Quid, d inquam, civitatem noſtram *d* circumſcribis, cum ipſi Eccleſiam quoque faciamus, utpote Eccleſiarum vere & ut olim Matrem? Poſtremo negotio infecto diſceſſit, crebis ſpiritibus interruptis Baſiliſmum nobis, quaſi Philippiſmum quemdam objiciens]. Hæc Gregorius ad Baſilium de congreſſu cum Anthimo; cum ille indignans receſſiſſet, ac paludes Saſimas invaſiſſet e *e*, probriſque atque contumeliis refertam Epiſtolam ad Gregorium conſcripſiſſet, de quibus omnibus f ipſe item reddidit Baſilium certiorem *f*.

Ep. 33.

ANNOTATA.

a *Huc videtur ſpectare Ep.* 25 *Nazianzeni ad Baſilium hoc principio*: Audio te à recenti rerum novatione turbari: & nunc vel maxime exiſtimo futurum ut Baſilius meus cognoſcatur, & ea quam per omne tempus collegiſti ſapientia patefiat..... Quod ſi ita tibi videtur, ipſe quoque adero: fortaſſe quidem & conſilii quoque tibi aliquid impertiam.... proculdubio autem ut utilitatem ipſe capiam, patientiæque in ferendis contumeliis ſocium me tibi præbeam. t. 1. p. 788

AUCTORE CÆS. BAR.

b *Operæ pretium fuerit videre quomodo eum deſcribat Nazianzenus in Carm. de Vita ſua.* t. 2. p. 7

c *Si ordinationem Epiſcopalem intelligas, eſſet hæc hiſtoria poſteriori referenda loco: potius dixerim Presbyteralem, per quam Nazianzena obſtrictus Eccleſiæ, cum hæc jam eſſet Cappadociæ ſecundæ attributa, conſequens videbatur ut ejus novo Metropolitæ Tyanenſi ſubjectus quoque cenſeretur Nazianzenus. Inter ea autem quæ pro ſe allegabat Anthimus, videtur fuiſſe diviſio paræciarum, Tyaneæ ſubjiciens non tantum Nazianzum ſed & Saſimas paludes, à Saſimorum vicinia nuncupatas, quarum prætextu ipſa quoque Saſima ſibi vindicare voluerit Anthimus.* *Anthimi Tyanjus in Gregorium.*

d Cæſaream *intelligo, quam negat præ Tyanis contemnendam, utpote Metropolim etiam ipſam, & quidem antiquiorem: ſub qua eccleſiam Nazianzenam retinere volebat uterque Gregorius: quod tamen eis non ſucceſſiſſe apparet ex Synodo* V *ad cap.* 1 *allegata, ubi ipſa Nazianzus dicitur Tyanenſi ſubjecta.*

e *Hæc poſt ordinationem Nazianzeni facta vult Hermant; putatque Epiſtolam Baſilii, qua Gregorio ignaviam objicebat (prout ex reſponſo vidimus in fine num.* 69) *eo ſpectare, quod Gregorium urgeret Baſilius ut vim vi repelleret. Sed ſi Epiſtolam* 33 *apud Gregorium ad finem uſque legas, ſatis intelliges ipſam, adeoque & ea quæ ab ipſa attinguntur omnia, eſſe ordinatione Gregorii priora. Pergit enim ab acceptando Epiſcopatu excuſare ſe, & petere ut ſibi* aliarum omnium rerum loco quietem concedat: *imo dehortatur, ne propter mulas ab Anthimo inter angustias viarum interceptas, velit* ſplendidis illis Saſimis Metropolitanam urbem privare, *erigendo ea in Epiſcopatum. Finiens autem, cum quadam veluti ironia,* Tu quidem, *inquit,* viriliter age & confortare, omniaque ad tuam ipſius gloriam, quemadmodum fluvii torrentes, trahe; nec amicitiam nec vitæ conſuetudinem ac familiaritatem virtute ac pietate priorem habens, nec quæ ex his rebus hominum opinio de te futura ſit quidquam curans, ſed uni dumtaxat ſpiritui te addicens. Nos vero ex amicitia tua id dumtaxat lucri capiemus, ut amicis poſt hac mimine fidamus, nec Deo quidquam præferamus. t. 1. p. 796

E *Saſimenſis Epiſcopatus erectio improbata:*

f *Totus rei geſtæ ordo ex Epiſtola* 33 *talis habetur. Nazianzũ venit Anthimus, itáque ut jam dictum receſſit confuſus. Deinde* Synodale vocationem ad nos cuderunt, *inquit, ſcilicet Gregorium citantes Tyanam, idque vel ut cauſam negatæ ſubjectionis dicturum, vel ut in conſilium de rebus communibus adhibendum; revera autem ea comparatione de ſe facturum ſuſpicionẽ quod Thyanenſi Metropoli ſubjectum ſe agnoſceret. Quid autem Gregorius?* Me vero, *inquit*, contra pugnante contumeliamque nobis fieri contendente, ſecundo loco poſtularunt, ut hortatu meo & rogatu conſultationem de his rebus haberetis: id quod ego, ne quod prius moliebantur fieret (*id eſt, ne ad apertam vim proſilirent*) me recepi facturum; rem omnem arbitrii veſtri faciens, an eos congregari velitis, & ubi, & quando. *Sed ſequius hoc Gregorii officium interpretatus eſt Baſilius, quaſi ea ſuggeſtione declaraſſet ſe ejus adverſario favere: quare ei ſe purgatum cupiens Gregorius, ſubdit:* quod quidem hominis erat, non contumelia, ſed honore vos afficientis. *Id autem ut magis probem, inquit,* ipſam epiſtolam vobis perlegam, quam *Anthimus* cum paludes, nobis prohibentibus & comminantibus, invaſiſſet, ad nos miſit, contumeliis & probris nos proſcindens, ac velut triumphum adverſum nos, ut victos canens. Quam autem cauſam habet, ut cum tua cauſa in illius offenſionem incurramus, tibi rurſus diſpliceamus velut illi faventes? *Quibus expoſitis ſic concludit* t. 1. p. 797

F *contentio pro eodem inter Cæſareenſem & Thyanenſẽ.*

t. 1. p. 798

AUCTORE CÆS. BAR. *epiſtolam Gregorius, viciſſim de Baſilio conquerens, velut ipſa ejus ſuſpicione & querela contumeliam ab eo paſſus.* Hæc porro cognita tibi prius eſſe oportuit, vir admirande, ac neque tum, *cum ſcilicet comperiſſes aliquid revera in favorem Anthimi à me factum*, contumelia nos afficere, ſi nihil aliud *(id eſt, ſi non veterem & notum amicum)* certe ut Preſbyterum. *Non dixit*, ut Epiſcopum: *quia hoc ſcilicet nondum erat Gregorius.*

CAPUT IX.

Receſſus in eremum. Reditus ad patrem. Hujus & matris obitus. Eccleſiæ adminiſtratio.

Per vim ordinatus Gregorius,

72 PErſiſtens Baſilius in ſententia, ut Gregorium præficeret Saſimis, non viſus eſt ſibi amplius abſens litteris rem agere; ſed coram eum convenire decrevit, ſicque proficiſcitur Nazianzum: adnitenſque ſimul cum Baſilio Gregorius pater, illum, invitum licet, Saſimorum Epiſcopum creant, ungunt, induunt podere, & thiara caput ornant: cum ipſe apologeticam eam habuit orationem, cujus eſt exordium: [Super me rurſus unctio & ſpiritus, &
B rurſus ego lugens & triſtis incedo]: & alia multa: ſecundam eam unctionem appellans reſpectu primæ, quando initiatus eſt Preſbyterio. Habuit inſuper & præclaram orationem illam, cujus eſt principium: [Nihil ſenectute fortius, nihil amicitia venerabilius. Ab his ad vos ductus ſum ego vinctus in Chriſto, non catenis ferreis, ſed tenaciſſimis ſpiritus vin-
revocat in Baſilium dicta aſperius. culis conſtrictus]. Et poſt alia multa: [Amicitia me ſubegit, & patris canicies in poteſtatem me redegit] &c. cantatque palinodiam de his quæ dixerat in Baſilium. Advenit & Gregorius Nyſſenus tunc Nazianzum, in cujus adventu illam dixit orationem, cujus eſt titulus, Ad Gregorium Nyſſenum: in qua de Baſilio, atque Gregorio, hæc ait: [Horum alter nos unxit, latentemſue in medium perduxit; alter hanc cauſam huc veniendi habuit, ut nos conſolaretur].

Saſimis ab Anthimo occupatis ſecedit in eremum,

73 Licet autem Gregorius patri morem gerens, & Baſilio vim inferenti ceſſiſſet, ut Saſimorum crearetur Epiſcopus, numquam tamen è corde conceptum mœrorem ex haurire potuit *a*. Immo cum nullum ſibi ad eam Sedem capeſſendam *b* acceſſum patere videret (omnia enim ut vidimus Anthimus Tyanenſis Epiſcopus armata militia tuebatur) quid facit? Amatam diuque optatam ſolitudinem repetit, proficiſcenſque ſcripſit ad Boſporium, *c* qui eumdem cum
C Baſilio funem traxerat, aperiens animi ſui conſilium. Fuit Boſporius Epiſcopus Coloniæ Cappadociæ, qui interfuit Concilio Oecumenico Conſtantinopolitano, ſubſcripſitque, ad quem hæc habet: [Jam ſecundo à vobis ſupplantatus, atque deceptus ſum. Quid dicam noſti. Ac quidem ſi juſte, odoretur à vobis Deus odorem ſuavitatis; ſin autem injuſte, hanc vobis noxam Deus condonet, quandoquidem injurias acceptas ferre debemus. Ceterum cum apud vos eſt voluntatis veſtræ poteſtas, ſic meæ quoque pe-
d nes me eſt. Non ultra gravis vobis erit moroſus Gre-
e gorius *d*: ad Deum ſecedam, qui ſolus purus eſt, & à fraude alienus; in me *e* ipſum colligor. Hæc mihi ipſe conſului. Bis in eumdem lapidem impingere, vecordibus parœmia tribuit]. Hæc ad Boſporium Gregorius *f*, cui tamen non licuit diutius optata frui ſolitudine: nam importunis rurſus patris precibus juſſiſque Nazianzum revocatur. Hæc etef
De vita ſua. nim de fuga ſua, de patris niſibus, ac reditu Nazianzum idem his verſibus deſcribit.

74 [Erat mearum breviter hic rerum ſtatus;
Cervix jugo ſe, non animus, ſubmiſerat:
Quid proferam? Dolorem, qui mecum tibi,
Totum indicabo. Rurſum ſtimulos ſentio, D
Rurſus *g* fuga me & curſu in montem *h* confero, g h
Furtimque dulcem vitam ago, delicias meas. *inde revocatus à patre,*
Sed abſque lucro: non enim conſtans eram
In hac fuga. Nimirum in cunctis tolerans,
Hac parte vincor: Patris iram non fero.
Occepit is magno primum conamine
Me Saſimis defigere *i*. Ut non ſucceſſit hoc, i
Aliud capeſſit: ne loco maneam infimo,
Sed collaborans (grandior nam ætas ſenem
Gravabat) ut levarem eum moleſtiis.
Manuſque tendens dum meam barbam ſimul
Capeſſit, ad me vocibus ô quibus utitur! *infinis precibus ab eo exoratur,*
Te te rogat pater, fili cariſſime,
Juvenem ſenex rogat, ſervum ſuum
Natura herus, adeoq; legi dupliei.
Aurum, lapillos, argentum non poſtulo,
Agroſue, fili; non quæ delicata ſunt.
Cupio Aaroni Samuelique proximum
Te facere: ſemper adſtes ut coram Deo.
Es in poteſtate illius, qui te dedit.
Ne denega, ut propitius ſit verus tibi
Pater. Preces honeſtæ, aut ſaltem patriæ.
Ætas peracta tam longa nondum eſt tibi,
Quot præterivit tempus annorum mihi. E
Concede tandem hoc, alius vel me ſepeliat.
Inobedientiæ hanc pœnam ſtatuo tibi, *ut ad ejus uſque mortem Nazianzi maneat,*
Da tempus hoc exiguum reliquiis meis:
Exinde pro libitu tuo tibi conſule.
Poſtquam audiſſem hæc, & animus jam paululum
Ex mœſtitia emerſiſſet, ut de nube ſol,
Quid fit? Malorum qui meorum erat exitus?
Me ipſum cohortabar: nihil eſſe incommodi,
Si in parte patris hac facerem voto ſatis:
Nam illud haud me invitum adſtringere poterit,
Quem nulla prorſus hic jam promiſſa obligant.
Sic me reduxit ad meos victum metus.]

75 Hæc Gregorius: qui & ad Boſporium, qui k
ad eum objurgatorias *k* de fuga ipſius litteras dederat, reſcribens inter alia hæc ait: [Tuæ pietati hæc *eccleſiæ regendæ adjutor:*
denuntio, nos manus dare & cedere, atque Eccleſiæ curam Deo dante pro virili noſtra ſine cunctatione ſuſcepturos eſſe: quandoquidem hoc contenditis; ac præſertim urgente hac tempeſtate, propter imminentem, ut ipſe ſcribis, adverſariorum incurſionem: humileque hoc corpus Deo commodaturos eſſe quamdiu durabit, viceſque noſtræ fuerint, ne nos oneremus, atque obruamur à vobis damnati, tum F
variis univerſi Cleri nos opprimentis querelis, & lamentationibus & clamoribus impetiti, atq; eccleſiam neglectam cernentes, ac permultorum etiam animum offendentes & vulnerantes, tamquam Eccleſiæ negotia nihili faciamus: ac denique ne diutius vos in noſtri contemptione laboretis, idque facimus precum veſtrarum auxilio ſuffulti, ſiquidem etiam tu (ut ais & res ipſa demonſtrat) Eccleſiæ præeſſe gravaris: præſtat enim his curis quam iſtis immori]. [Hæc Gregorius. Qui ea lege vicariam præfecturam Nazianzenæ Eccleſiæ, patre cogente, ſuſcepit, ut tantummodo his teneretur nexibus obligatus, dum pa- *poſtea ſui juris futurus.*
ter ſuperſtes eſſet: eo autem ex humanis ſublato, liberum ſibi eſſe voluit quo vellet abire.

76 Reverſus tunc Nazianzum apologeticam aliam habuit orationem, quæ ſic incipit: [Os meum orat. ad patrem
aperui, & attraxi ſpiritum] &c. Ubi inter alia hæc ſuos conteſtans, alloquitur: [Nunc quidem cum præclaro parente curam hanc ſuſcipere non recuſo, velut magnæ aquilæ & altiſſime volanti pullus non incommode à propinquo advolans: poſtea vero pennam meam Spiritui, quo volet, quomodo volet, ferendam dabo: nec quiſquam erit qui me cogere aut aliorſum traducere poſſit cum eo conſultantem]. Et

in

A in fine. [Hæc habui viri Nazianzeni, quæ ſimplici animo, benevolentia pleno, ad vos dicerem. Habetis occultum animi mei conſilium.] Accidit poſt hæc, quod in humanis accidere ſolet, & quod Evangelica Veritas monuit, nullum Prophetarum eſſe ſine honore niſi in patria ſua, ut Nazianzeni, qui tantopere Gregorium abſentem exoptaſſent, jam præſentem deſpicerent, infrequenteſque ad ejus conciones convenirent. Qua de re ipſe permotus, non nihil expoſtulans, eam habuit *l* orationem, cujus eſt exordium: [Quid nam hoc fratres & amici, quod tam lente & ſegniter ad ſermonem noſtrum audiendum acceditis; cum præſertim in vi inferenda nobisque ab arce noſtra extrahendis, hoc eſt à ſolitudine, ita prompti & alacres fuiſtis] & alia multa ejus generis.

l Apolog. 2

hinc ſperare eredidit fuiſſe etiam

77 Ex hac Gregorii præfectura, qua adnitente Patre curam adminiſtrandæ eccleſiæ Nazianzenæ ſuſcepit, nonnulli arbitrati ſunt, ipſum Nazianzenæ Eccleſiæ eſſe ordinatum Epiſcopum: adeoque id pervulgatum fuit, & de ea re fama increbuit, ut non tantum Gregorius Preſbyter *m* in encomio id affirmet, ſed & ejus diſcipulus S. Hieronymus illum primum Saſimorum; deinde Nazianzenum eſſe ordinatum Epiſcopum dicat; quod & abſque aliqua dubitatione ceteri affirmarunt, ut Socrates, Ruffinus, Sozomenus, *n* & alii omnes; immo & ejus adverſarii id ei dabant crimini, qui & eum ob contumeliam Triepiſcopum appellabant, cum jam Sedis Conſtantinopolitanæ fuiſſet electus Epiſcopus. His omnibus adverſari temerarium videretur, niſi rem ipſam aliter ſe habere ipſiuſmet Gregorii certiſſimo teſtimonio exploratiſſimum haberetur. Sed ante hæc noſſe debemus Nicænos *o* Canones adverſari, quo minus quis viventi ſubrogetur Epiſcopus: quam quidem eccleſiaſticam ſanctionem Auguſtinus, qui Valerio viventi ſubſtitutus eſt, ſe aliquando ignoraſſe ingemuit. Hanc quidem ſacram regulam illibatam ſervavit noſter Gregorius, qui, ut vidimus, ad tempus tantum, donec pater viveret, eam Eccleſiam curandam ſuſcepit, ſicque & conteſtatus eſt publice. Qui & poſtmodum, dum de ſubſtituendo aliquem patri ageret, hæc ſcribit ad Gregorium Nyſſenum. [Inter omnes etenim conſtat me non Nazianzi; ſed Saſimorum Antiſtitem creatum fuiſſe; tametſi patris reverentia, & eorum qui ſupplices apud me contenderunt, ad breve tempus præfecturam quaſi hoſpites accepimus] &c. Hæc Gregorius poſtquam Conſtantinopoli profectus in patriam rediit, ut patebit inferius. Eadem ad Philagium *p* poſtea ſcripſit.

m *Epiſcopus Nazianzenus;*

n

o

cum ſolum fuerit vicarius

Epiſt. 42 *aut adminiſtrator.*

B C

p

78 Moritur interea *q* Gregorius pater, Epiſcopus Nazianzenus, cum ſediſſet annis quadraginta quinque, ætatis autem fere centenarius. Interfuit ejus funeri S. Baſilius, eoque præſente in patris laudem Gregorius præclaram habuit orationem. Supererat & ſancta mater Nonna, quam præſentem eadem oratione pluribus eſt conſolatus, tamen haud poſt multum temporis ſpatium ſupervixiſſe *r* videtur ex his, quæ ſcribit in carmine de vita ſua: ubi & quid poſt parentum obitum egerit, docet his verſibus.

q

r

De vita ſua

[Poſtquam parentes vita exceſſiſſent mei...
Jamque ipſe liber factus eſſem incommode,
Eccleſiam non amplius attigi mihi creditam,
Ut nec vel unicum ſacrum obtulerim Deo,
Preceſque populo junxerim ſaltem ſemel,
Vel Clericorum imponerem alicui manus.
Sed quod precatu ſupplici quidam pii
Multum obſecrarent, per Deum & per quæ meus
Inferret abitus damna, curam perbrevem
(Haud diffitebor) patriæ ut externæ gerens,
Non deſinebam obnuntiare Epiſcopis,
Magnique id ipſum muneris petere loco,
Ut civitati ponerent Epiſcopum;
Verum quod eſſet indicans, me Eccleſiæ
Nulli obligatum publico præconio.
Deinde quod dudum mecum decreverim
Fugitare amicos pariter atque negotia...
Cum non parerent; ob amorem partim mei
Me detinentes, partim ob inſolentiam;
Primum Seleuciam fuga me recipio,
Domicilium laudatæ Virginis Theclæ.
Fortaſſis, inquam, ſic obtemperaverint,
Tandemque feſſi deligent Antiſtitem.
Nec tempus exiguum *t* ſane hic exegimus.
At poſteaquam reverſus ad clades meas,
Non reperi expectati prorſus aliquid boni:
At, quod putabam me effugiſſe, negotii
Velut ex compoſito vim quamdam *u* vel maximã

s

petit ut alius Epiſcopus Nazianzi præficiatur,

idque non impetrans, Seleuciam fugit.

t

u

ANNOTATA.

a *Apparet hoc ex carmine de Vita ſua, quod compoſuit anno circiter decimo, poſt hanc ſibi ab amico factam injuriam, quam prolixiſſime eam exaggerans, nec ipſam quidem ejus intentionem ſatis excuſans.*

b *Audi querulos illius verſus, quibus poſt expoſita loci ac temporis incommoda, ita lectorem alloquitur*

E

Quid facere, quæſo per Deum par hic erat?
Retinere Sedem? tam graves ferre impetus?
Telis feriri? ſordido immergi luto?
Nec habere ſenium in quo reponere locum
Ab æde per vim ſemper expulſum mea?
Nec habere panem pauperi quem frangere;
Sortitus inopes ipſe pauperior ôves?

c *Hanc epiſtolam ego multo poſt ſcriptam exiſtimo, idque ex ipſo ejus exordio certum eſſe perſuadeor, quo jam bis ſupplantatum ſe dicit: Primum ſcilicet cum factus fuit Epiſcopus Saſimorum: ſecundo cum parente mortuo coactus fuiſſet retinere adminiſtrationem Nazianzeni Epiſcopatus, donec alterum Epiſcopi ſubſtituerent; quod brevi faciendum promiſerant. Niſi potius omnia referre malis ad ſupplantationem, quam paſſus poſt hæc Conſtantinopoli eſt.*

d *Græce* ἐκ τῆς βάσεως ὑμῶν ἔσω γενήσεως ὁ βάσις, *ubi neſcio cur mutatum quidpiam velit Billius, & per inſipidam repetitionem legi* ἐ βάσεως.

e *Fecit hoc non redeundo ad ſolitudinem (uti hic ſuppoſuit Baronius) ſed Seleuciam recipiendo ſe, ut infra dicetur.*

e *Sed, ut dixi, diu poſt: quare quæ ad fugam in ſolitudinem ſpectant certius ex ſequentibus diſce.*

F

g *Nihil prohibet quo minus ante fugam id credatur feciſſe quod de eo ſcribit Gregorius in Vita*: quod cum *Saſimenſis ſtationis incommoda ſibi inſuperabilia* proſpiceret, ad ægrotorum domicilium confugit, miniſterio ſuo paternaque oratione morbi difficultatem gravitatemque eis leniens; ac philoſophandi tempus illud ſibi eſſe conſtituit. *Meminit deinde Gregorius fugæ*, quam ſimul ac conſtitutus Epiſcopus fuit animo feratur deſignaſſe: *ſed de ea actu ſecuta nihil habet, dubitari tamen non ſinunt ſequentes Gregorii verſus.*

h *Vix dubitem quin hic intelligatur* mons *ille* Ponticus, *à Baſilio in Ep. 19 tam prolixe laudatus & deſcriptus; in quo cum ipſo antea vixerat.*

i *Græce* Ἐνιδρύσαι, *quod vulgo dicitur* inſtallare, inveſtire.

k Objurgatorias *fuiſſe apparet: ſic enim exorditur reſponſum Gregorius.* Arbitrabar mihi pro iis quæ præceſſerant à vobis excuſationem deberi; ita ſimplex ego antiquo more, ſi non & ſtolidus ſum. Quoniam autem objurgandi finem non facitis, ſed ad priora certamina quidpiam ſemper adjicitis..... hæc quidem Deo noſcenda ac judicanda relinquimus.... tuæ

I p. 777 *ſuſcipit eccleſiæ adminiſtrationem Gregorius.*

VICTOR. CÆS. BAR. autem pictati denuntio, nos manus dare &c. *Quod objurgatio propter fugam fuerit, non comperio & quoniam iteratorum ad quoties certaminum meminit, quibus tandem cedens regendam Ecclesiam susceperit, nullus dubito, quin si Ecclesiæ Nazianzenæ regimen hæc respiciant, post mortem patris scripta Epistola sit: magis tamen censeo respici curam Constantinopolitanæ Ecclesiæ, de qua susceptam gimus capite sequenti.*

l *Non video quare velit Hermant hanc orationem jam olim habitam fuisse, cum post Presbyteratum susceptum fugiens Nazianzum esset retractus; multo minus cur prius habitam velit quam diceretur tunc sermo Apologeticus de fuga: cum in hæc posteriora tempora magis apte quadret.*

an ab auctore vitæ dictus Episcopus Nazianzenus.

m *Credo hoc dici propter titulum*, Vita S. P. N. Gregorii Theologi, Episcopi Nazianzeni: *nam in ipso encomio nil invenio, unde circa Episcopatum ejus auctor errasse probetur: titulus autem excusari potest, sive quod auctoris non sit, sive quod conformis communiori usui*, Gregorium, *ut ab aliis synonymis distinguatur*, Nazianzenum *appellanti à patria & illius Ecclesiæ administratione: quamvis glorioſiori cognomine in Ecclesiis* Theologus *diceretur: quod ipsi cum Ioanne Euangelista soli fuisse commune, opportune notat Gregorius Presbyter.*

B n *Rufinus lib.12 cap.9, Socrates lib.7 cap.35, Sozomenus lib 6 cap.17.*

o *Canonem 8 intellige, & quæ huc respicit Augustini Epistolam 10.*

p *Est ea Epistola 65, sed quam ad alia longe tempora referendam, postquam Constantinopoli rediviſſet Sanctus, pars prima docet, & ipse Baronius infra num.136 agnoscit.*

parentum ejus obitus,

q *Anno Christi 372 Baronius hanc mortem adscribit in Annalibus num.62. Hermant verosimilius differt ad an.* 373, *ut inter baptismum & ordinationem majus temporis spatium inveniat. Idem putat, quod licet colatur Sanctus in Ianuario, obierit tamen mense Martio vel Aprili: cujus opinionis fundamentum quod habeat necdum comperi.*

r *Idem Hermant obiisse* S. Nonnam *putat, vel hoc ipso anno mense Augusto, quo colitur; vel saltem anno sequenti* 374, *quando Seleuciam abiit Sanctus.*

post quem admini. strationem Sanctus abdicat.

s *Interpretatio nova Billii* Safimensem Ecclesiam, *hic nominat, eo forte quod apud Gregorium in Vita sic legerit.* Ferunt autem eum nec oblationem, nec ordinationem, nec quidquam aliud eorum, quæ apud Episcopos in more & institutione posita sunt, peregisse. *Verum de Nazianzena Ecclesia in carmine agi nimis clarum est: ab ejus enim onere exolutum se per mortem patris putabat: cura Safimensi, numquam se credidit obligatum, quod non esset ad consuetam Cleri & plebis illius postulationem ordinatus.*

C t *Existimat Hermant usque ad annum 379 Seleuciæ mansisse Gregorium: nihil certe est quod cogat citius eum reducere.*

immotus ad preces.

v *Ea negotia quæ fuerint ex Epistolis possemus haud dubie definere, si eo tempore moris fuisset familiares Epistolas notare nominibus Consulum vel annis Imperatorum: nunc divinare non lubet. Gregorius Presbyter in Vita addit, quod* tametsi plebs cum lacrymis ipsum obsecraret, *verosimiliter ut suus fieri Episcopus vellet*, precibus tamen minime flectitur: sed firmus & immobilis manet, non secus ac quercus ventorum impetus inconcussa excipiens.

D

CAPUT X.

Post obitum S. Basilii. Constantinopolim evocatus Gregorius, refutandis hæreticis Theologi nomen acquirit.

79 AD cumulum afflictionum Gregorii accessit morbus, itemque amantissimi Basilii obitus, de quo hic ad Eudoxium scribit: [Quæris quo statu res nostræ sint? Admodum acerbo. Basilium non habeo; Cæsarium non habeo, fratrem meum secundum carnem & spiritum; Pater meus & Mater mea dereliquerunt me, ut cum Davide loquar: corpus adversa valetudine laborat, senectus caput premit, curæ aliæ aliis intexuntur; incursant negotia, infidi amici, Ecclesiæ res pastore & gubernatore carent, pereunt bona, nuda & aperta sunt mala, navigatio in nocte, fax nusquam, Christus dormit. Quid faciam? Una mihi malorum depulsio mors. At res alterius vitæ mihi fomidolosæ sunt, ex hujus vitæ rebus conjecturâ ducenti]. Hæc Gregorius: qui & de Basilii obitu Gregorium Nissenum ejus fratrem consolatus est litteris his: [Hoc quoque ærumnosæ huic vitæ reliquum erat, ut Basilii mortem audirem, sanctæque illius animæ peregrinationem: qua à nobis peregre profectus est, ut præsens sit apud Dominum, utpote toto vitæ curriculo hoc munus meditatus. Mihi quoque præter alia hoc quoque ereptum est, quod etiamnum gravi & periculoso morbo laborem, ut & sanctum cinerem exoſculer, tibique præsto sim convenientibus muneribus perfungenti, communibusque amicis nostris consolationem adhibeam. Nam Ecclesiæ solitudinem intueri, ejusmodi gloria detonsæ & spoliatæ, atque ejusmodi corona excussæ, tam grave est, ut nec oculis spectari, nec auribus concipi possit à cordatis utique & prudentibus viris. Tu vero, quamquam & amici multi & sermones ad consolationem tibi, tamen à nullo perinde mihi solatium capere posse videris, quam à te ipso illiusque recordatione; quippe qui aliis quoque omnibus philosophiæ exemplum fueritis, ac velut amussis quædam spiritualis, tam moderationis in rebus secundis, quam tolerantiæ in rebus adversis: quandoquidem duo hæc novit philosophia, nimirum & prosperitate modeste uti, & calamitatem honeste ferre. Atque hæc à nobis ad præstantiam tuam scripta sint. Me verò hæc F scribentem quod tempus, quæ ratio consolabitur, præter tuam societatem & congressionem: quam beatus ille vir pro omnibus rebus nobis reliquit? ut virtutes illius in te, quasi in pulchro & perspicuo speculo intuentes, illum quoque habere existimemus].

Epist.40. *Multis ipse malis pressus.*

Epi.37.

E *in morte S. Basilii consolatur S. Gregorium Nyssenum,*

80 Hæc Gregorius ad Gregorium Nissenum: idemque, cum de infirmitate, qua detinebatur, aliquantulum allevatus esset, nobilissimam illam panegyrim in laudem Basilii conscripsit, qua vitam ejus exacte monumentis perpetuis consignavit. Testatur idem de Basilio sæpe per visum sibi apparente atque monente, cum ait, [Nunc quoque ab eo admoneor, & per nocturna visa castigor, si quando ab officio recessero]. Hæc ipse. *a* Quod autem spectat a ad tempus mortis Basilii, iterum dicimus hallucinari plane auctorem illum vitæ Basilii, qui Amphilochius falso inscribitur, cum ait Basilium anno quinto Valentis Imperatoris ex hac vita migrasse. S. Hieronymus testatur ipsum vita functum Imperante Gratiano, cum scilicet extincto *b* Valente solus Gratianus, tam Occidentalis, quam Orientalis, moderaretur habenas Imperii, nondum ascito sibi Collega

panegyrim de vita ejus scribit,

b *mortui post obitum Valentis.*

A ga Theodoſio, Coſſ. Valente ſextum & Valentiniano juniore iterum, anno à Chriſto trecenteſimo ſeptuageſimo octavo, ſecundum recentiorum veriorem ſupputationem. His aſſentiuntur, quæ ſcribit Gregorius Nyſſenus ad Olympium monachum, tum ante novem menſes à Concilio Antiocheno, quod ſtatim *c* poſt Valentis Imperatoris occubitum eſt celebratum, ex vita migraſſe. Mentio habetur ejuſdem Antiocheni in Synodica Concilii Conſtantinopolitani ad Damaſum Papam & alios Occidentales Epiſcopos.

c

81 Cum autem in eadem Synodo præcipui quidam Orthodoxi Epiſcopi legarentur ad reſtituendas collapſas Orientales Eccleſias; inter eos Gregorius Nyſſenus & Euſebius *d* Samoſatenſis, ad illud munus obeundum delecti ſunt; & Gregorius noſter, ejuſdem Synodi decreto, jubetur proficiſci eadem ex cauſa Conſtantinopolim. Ipſe enim teſtatur, ſe non ſponte, ſed ab Epiſcoporum Synodo illuc fuiſſe amandatum; accerſitum inſuper ab Orthodoxis, qui erant Conſtantinopoli; cum ait: [Huic orationi teſtimonio ſum ego ipſe, qui hæc dico. Cum ſupra res adſpectabiles poſitus eſſem, ac mente cum ſolis intellectibilibus verſarer, abjecta gloria, poſſeſſionibus, ſpe, doctrina, delicias ex eo ipſo capiens, quod delicias nullas ſectarer; & exiguo pane contentus, jucundam vitam agerem, ab omni petulantia liber; præter omnem ſpem à bonis his abreptum me quiſpiam longe abduxit. Et quis ille fuerit, dicere non habeo; Divinus *e* ne ſpiritus, an peccata mea, ut elationis pœnas darem. Hoc quidem manifeſtum eſt, impuliſſe me huc Paſtorum conventum & populum recte ſentientem, qui tamen necdum amplus & copioſus erat]. Hæc ibi Gregorius, qui & alibi; [Sic contuli me huc non volens, ſed à viris cogentibus deceptus, ut Verbi Dei patronus eſſem]. Et in oratione, quam habuit tunc ad Arianos, hæc habet: [Ego parvulus ille, obſcura & ignobili patria natus, ad vos acceſſi, idque non ultro nec me ipſum offerens, ut moris eſt hodie pleriſque, qui ad Eccleſiæ gubernacula temere proſiliunt; ſed accitus ac vi compulſus, ac timori ſpirituique obſecutus. Quod ſi falſa loquor, hoc mihi pro ſceleris pœna imprecor, ut diutius hic belli moleſtias incaſſum ſuſtineam, nec quemquam errore liberem, ſed voti ſui compotes fiant, qui animæ meæ ſterilitatem imprecantur]. Hæc Gregorius de ratione adventus ſui.

d *A Synodo exoratus, Conſtantinopolim abit,*

e *in auxilium bonorum,*

De vita ſua.

82 Quonam autem potiſſimum tempore (quo rerum omnium certa ratio habeatur) Conſtantinopolim venerit, diligenter inveſtigare operæ pretium ducimus. Eſt quidem ejus rei non levis difficultas; *non an.* 369 ex diverſis diverſorum ſententiis. Gregorius Presbyter in encomio, quo texit vitam Gregorii, duodecim annis ipſum commoratum eſſe Conſtantinopoli ſcribit. Rurſus autem Nicephorus Epiſcopus in Chronico, eum annis duodecim præfuiſſe Conſtantinopolitanæ eccleſiæ tradit. Horum ſententia dicere opus eſſet, Gregorium illuc acceſſiſſe anno ſexto *f* Valentiniani & Valentis Imperatorum. Nam peracta Synodo œcumenica Conſtantinopolitana, anno tertio *g* Theodoſii Imper. Syagrio & Euchario Coſſ. inde receſſiſſe conſtat *h*. His quidem cuncta, quæ ſuperius diximus, adverſantur: Rufinus autem, qui iiſdem temporibus vixit, aperte profitetur, Gregorium reddita pace Eccleſiæ Conſtantinopolim ad Eccleſiam docendam veniſſe: quam quidem pacem non niſi ultimo anno Valentis Imperatoris, quando, ut ait Hieronymus, Valens ſera pœnitentia orthodoxos ab exilio revocavit, vel quando proxime ex hac vita ſublatus eſt, reſtitutam eſſe, nullus ignorat. His accedit ipſius Gregorii de ea re certiſſimum teſtimonium, dum in carmine de Epiſcopis hæc ait,

C

f

g

h

Rufin hiſt. lib. 2 c. 9. *ſed poſt pacem Eccleſia datam*

eos conteſtans: [Quid improbum, quid vobis contrarium, quid noxium vel verbis protuli, vel re deſignavi toto hoc triennio?] &c. Ex quibus omnibus certum & exploratum habetur, non ante Valentis obitum, ipſum profectum eſſe Conſtantinopolim, ſed anno ſequenti Antonio Gallo & Olybrio Coſſ. qui numeratur à recentioribus annus à Chriſto trecenteſimus ſeptuageſimus nonus.

AUCTOR. CÆS. BAR. *anno* 379

83 Erat tunc ille miſerandus ſtatus Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, ut fides Catholica, Arianorum furore concuſſa, ac pariter excuſſa videretur. Jam antea imperante Conſtantio diſperſis fugatiſque Orthodoxis ac cæſis, Pauloque Catholico Epiſcopo tot exiliis fatigato ac demum laqueo ſuffocato, cunctas ſibi Eccleſias vindicaverant Ariani. Valente Imperatore denique, ipſoque Ariano & Arianorum patrono, Euagrius Epiſcopus agitur in exilium, ac Clerici, qui erant Catholici, ejuſdem Principis juſſu in mari incenſa navi cremantur. Vix tandem pauci aliqui, qui clanculum ſanctiſſimam Trinitatem colerent, remanſerant; iique, quamvis reddita pace Eccleſiæ, caput erigere non præſumebant; cum adeo Arianorum factio invaluiſſet, ut pacis etiam tempore in orthodoxos turbas cierent, inſolenterque ſe in eos efferrent; vixque tandem, ne orthodoxos infeſtarent, Imperatoris edictis militibuſque valuerint cohiberi. Ejuſmodi erat facies illius Eccleſiæ, cum noſter Gregorius, ut illi ſuppetias ferret, ad eam ſe contulit *i*. Veniens itaque Conſtantiopolim à cognatis quibuſdam ſuis hoſpitio excipitur. De quo ipſe hæc ait: [Domus quædam pia, amore Dei flagrans, non ſecus atque Heliſæum Sunamitidis domus reſicillavit, hominum corporis ſpirituſque cognatione mecum conjunctorum, ac ſingulari pietate præditorum: apud quos hic populus compactus eſt, cum furtim orthodoxam fidem, perſecutionibus vexatam atque afflictam, hauriret, nequaquam libere & ſine periculo. Reddat illi Dominus in die retributionis]. Hæc Gregorius.

ubi omnia tenentibus Ariani,

E

i in Maximum. *à cognatos hoſpitio excipitur,*

84 Fuit hic ille locus exiguus, quem ob reſtitutam in eo fidem Catholicam, Anaſtaſiam appellavit. Haud enim aſſentimur Gregorio Presbytero, qui Anaſtaſiam illam antea appellatam eccleſiam putat; ab Arianis autem derelictam, in contemptum habitam ob loci anguſtiam *k*. Nam illam fuiſſe domum privatam, & ab effectu, quod collapſa fides illis excitata eſt, dictam eſſe Anaſtaſiam, ipſe Gregorius ſæpe teſtatur: Ut inter alia. [Illa, inquit, primum Dei verbum, quod prius in radicibus manebat, ad ſupremum montis cacumen evexit, ob idque Anaſtaſiæ nomen adepta eſt; Anaſtaſia, inquam, illa, laborioſæ manus meæ inſigne opus] *l* & alibi. [Vale, inquit, Anaſtaſia, nomen à pietate habens: tu enim nobis fidem adhuc conceptam excitaſti]. Hæc Gregorius, qui eamdem ob anguſtos loci ambitus Bethlehem dicere conſuevit. Eamdem Eccleſiam auctam ac Dei Genitrici dicatam fuiſſe tradit Sozomenus his verbis: Tenebant autem illic adhuc Arii ſectatores eccleſias, quibus præerat Demophilus: Gregorius vero Nazianzenus præſidebat iis, qui Trinitatem Conſubſtantialem profitebantur. Is in exigua quadam cellula cœtum ſuum colligebat, quæ per quoſdam ſuæ fidei homines tum ipſis, tum iis, qui conſimilem Religionem amplectebantur, in domum precatoriam conſtructa erat. Sed eadem poſtea templum urbis effecta eſt præ ceteris illuſtre: eſtque non ſolum ſtructuræ elegantia & majeſtate, ſed evidenti quoque Divinæ apparitionis utilitate conſpicuum. Etenim divina vis manifeſte hic apparens, tum per ſe tuum per ſomnium, ſæpe multis, qui & morbis & variis rerum caſibus affligebantur, opem tulit: creditum autem eſt hanc eſſe ſacram Virginem Mariam

k

l ad 150 Epiſcopos, lib. 7. c. 5.

quod converſum in oratorium Anaſtaſiæ appellat,

F

cujus loco ampla deinde ſurrexit baſilica

AUCTOR. CÆS. BAR.

Mariam Chriſti Matrem, ſic enim apparet *m*. Porro hanc eccleſiam Anaſtaſiam appellabant, quod nomen Reſurrectionem ſignificat; ob id, ut ego quidem puto, quod Niceni Concilii dogma, Conſtantinopoli per diverſum docentium potentiam collapſum jam, atque ut ita dicam inter mortuum, per Gregorii prædicationem hic reſuſcitatum ſit, atque revixerit; ſeu potius (ut à quibuſdam audivi, qui ſe rem veram referre aſſerebant) quod congregato ad concionem populo, gravida mulier è ſublimi porticu delapſa, hic expirarit, eademque factis ſuper ipſa communibus omnium precibus, revixerit, & una cum fœtu ſalvata ſit. Itaque ex miraculo divinitus edito, deinceps iſtam appellationem locus ille ſortitus fuerit.] Hactenus Sozomenus.

m *cum memoria ſuſcitatæ ibidem feminæ.*

in ſomn.

85 Erant ibi olim Gregorii tempore, ob loci anguſtiam, tabulata ſurſum erecta, porticuum inſtar conſtructa, in quibus feminæ ſtantes audirent verbum Dei: unde idem alibi: [Sanctæ Virgines una cum gravibus matronis è ſublimi tecto caſtiſſimas ſermonibus meis aures inclinabant:] &c. ex ea enim ſublimitate illam putamus collapſam eſſe mulierem, cujus meminit Sozomenus. Vaticinatus eſt autem de domuncula illa Gregorius, ſemel futurum eſſe, ut in auguſtiſſimam baſilicam creſceret: quod impletum eſt per opulentiſſimum virum Marcianum *n*, qui patrimonium ſuum ad opus illud erogavit, Presbyter ordinatus & ſanctitate celebris, de quo miranda feruntur. At quoniam ejuſdem nominis fuit Martyr inſignis Anaſtaſia dicta, cujus reliquiæ, ut ſcribit Theodorus Lector, in eamdem Baſilicam ſunt allatæ, & in ejus natali die *o* ea baſilica eſt dedicata; factum eſt ut ibidem eadem Martyr præcipue coleretur.

B *à S. Marciano Preſb.*

n *in collect. lib 2*

o *illatis illuc Reliquiis S. Anaſtaſiæ,*

86 Hæc jam ſatis de Anaſtaſia: jam ad Gregorium redeamus, qui tam anguſto foramine, perinde ac ſi in latiſſimo campo, ſic adverſus fidei hoſtes certabat, ut ampliſſima de illis trophea erexerit. Ibi etenim, ut expertiſſimus miles, uno rotatu gladii, circumcirca poſitos hæreticos, Arianos, Macedonianos, Photinianos, Marcellianos, Sabellianos, Apollinarianos, ac Novatianos, perurgebat, profligabatque. His etenim è portis inferi eductis legionibus, & Conſtantinopoli velut in ſtativis collocatis, antiquus hoſtis fidem Catholicam oppugnabat. Erant manus ejus contra omnes, ac manus omnium contra eum, ſicque exaltata ſunt opera Dei, ut unus non tantum mille fugaret, ſed & decem millia. Exſtat adhuc appenſus in eccleſia pallio involutus poſt Ephod gladius ille, quo noſter Corypheus manu fortis Philiſtinorum turmas in fugam vertit. Extant, inquam, ſublimes orationes illæ Gregorii, pretioſiſſima Dei Eccleſiæ ſuppellectilia, quibus prædictas hæreſes oppugnavit, inter quas illæ celebriores habentur, quæ de Theologia ſunt inſcriptæ; quibus ſicut quinque myſticis lapidibus limpidiſſimis illis armatus David, parta victoria meruit fauſta acclamatione decem millia ſibi dari; ita ipſe, proſtrato hoſte Catholicæ fidei, nomen ſibi Theologi comparavit: quod licet commune ſit multis, ipſi tamen præcipue debitum, Dei Eccleſia, velut quoddam triumphale nomen atque egregium ornamentum peculiariter tribuere ei conſuevit.

C *illatis illuc Reliquiis S. Anaſtaſiæ, ibi contra omnes hæreſes pugnans Sanctus,*

easque inſtar Davidis expugnans,

nomen Theologi promeretur.

87 Jam autem ejus res geſtas Conſtantinopoli proſequamur, eritque jucundiſſimum non tantum nobiliſſima ejus acta recenſere, ſed etiam cogitata in medium adducere. Cum etenim res Arianorum florentes conſpiceret, Catholicorum autem prorſus dejectas atque proſtratas, hiſce tamen ſe cogitationibus ſolabatur. [Hi, inquit, mecum cogitans aiebam: domos habent, nos inquilini ſumus: hi templa, nos Deum, idque præterea, quod Deivivi templa ſumus, victimæ vivæ, holocauſta ſpiritualia, ſacrificia perfecta, Dii denique Trinitatis adoratæ beneficio. Hi vulgus habent, nos Angelos; hi temeritatem & audaciam, nos fidem; hi minas, nos preces & orationes: hi feriendi inſolentiam, nos patientiam; hi aurum & argentum, nos purgatam fidei doctrinam. Feciſti tibi, ut cum Scriptura loquar, duplices, & triplices contignationes, domum feneſtris diſtinctam, at hæc fide mea non dum ſublimiora ſunt, cælciſve, ad quos excelſus feror. At mihi grex exiguus; ſed ad præcipitia non fertur: at anguſta mihi caula; ſed interim lupis inacceſſa, & latrones non admittens, atque ejuſmodi, ut nec à furibus, nec ab extraneis tranſcendi queat. Nec dubito quin eam quoque aliquando latiorem perſpecturus ſim. Multi enim ex his, qui nunc in luporum numero ſunt, à me inter oves recenſebuntur, ac fortaſſe etiam inter paſtores. Hæc mihi ſpecialiter annuntiat Paſtor ille bonus, propter quem ego animam meam pro ovibus pono.] *p* Hæc Gregorius mente revolvens ac futura prævidens, haud falſus vates inventus eſt.

Orat. ad Arianos.

D *contra adverſariorum potentiam, cauſa bonitate validum.*

p

ANNOTATA.

E

a *Hanc panegyrim habuit Gregorius tertio vel potius quarto poſt obitum Baſilii anno: excuſans enim in exordio tarditatem hujus officii*, in veræ doctrinæ periclitantis negotio, *inquit*, interim occupati fuimus, pulchre coacti & propter Deum ἴσως ἔκδημοι, tantum non extranei effecti, *ſcilicet à Cappadocia: quod neſcio quomodo intelligi poſſit niſi de triennio, quod in fidei cauſa Conſtantinopoli egit Gregorius. Nam in Antiocheno Concilio, ſi præſens fuit, nulla vi compulſus eo acceſſit: ad profectionem autem Conſtantinopolitanam coactum ſeſe importunitate ſupplicantium ubique ſignificat. Scripſit præterea* in Magnum Baſilium epicedia ſeu epitaphia, *quæ inter carmina ejus locum 64 habent, in quorum fine dicit ſe ejus cineri offerre* anagrammationem duodecada, *quod neſcio an alio ſpectet: nam carmen prædictum omnino viginti ſex diſtichis conſtat.*

Gregorii Naz. Encomium in S. Baſilium

epicedia,

b *Extinctus eſt Valens an.* 378, *die* 9 *Aug. poſt quem obiit Baſilius* 1 *Ian. atq; adeo initio an.* 379, *uti oſtendimus ad vitam S. Petri fratris* 9 *Ianuarii num.* 9. *Idem nobiſcum ſentit Labbe in Synopſi Chronologica: qui proinde debuiſſet in noviſſima Conciliorum editione corrigere Binium, circa annum Concilii Antiocheni,* 9 *menſibus poſt Baſilii obitum celebrati, & tamen anno* 377 *adſcripti, duplici errore.*

& annus mortis.

c *Imo, ut ex jam dictis patet*, integro anno poſt: *Favet Socrates lib.* 5 *cap* 4, *quando poſt narratam evectionem Theodoſii*, quæ facta eſt 16 *Ianuarii* 379 *primum incipit loqui de iſto concilio. Binius cum legiſſet in Baronio quod Valens anno* 377 *Antiochia exiens (factum id in fine Septembris) exules orthodoxos revocaſſet, eidem anno adſcripſit Concilium, quaſi tunc eſſet habitum; non advertens quod ipſum ſic præceſſiſſet mortem Baſilii, quem ipſe ſaltem cum Baronio mortuum ponit initio anni* 378.

F *ac poſt habiti Concilii Antiocheni*

d *Quod reverſus ab exilio Euſebius varios ordinarit Epiſcopos, habemus apud Theodoretum lib.* 5 *cap.* 4: *quod id fecerit ex auctoritate ſibi data in Synodo Antiochena, nuſquam invenitur, nec eſt veroſimile: multo minus ex ullo capite probatur id de Gregorio Nyſſeno: qui ſolum dicit ei conventui ſe interfuiſſe.*

e *In carmine de vita ſua, divino Spiritui ſine hæſitatione rem tribuit:*

Ad hos—— *paucos ſcilicet Conſtantinopoli fideles,*
Me miſit almus ſpiritus, ἡ χάρις τῦ πνεύματος.

f *An. Chr.* 369. g *An.* 381.

quomodo ab probarit profectionem C. P. Gregorii.

h *Huic ſuæ ſententiæ inhærens Gregorius Presb. de Nazianzeni profectione ſic ſcribit, eam ſuſceptam*, Baſilio, luminari illo magno, faces ſubdente atque ad ſpiritualia

A tualia certamina ipſum, *Gregorium*, inungente: *quod videtur ille ſumpſiſſe ex præcitato de Baſilii laudibus loco, ubi Gregorius, excuſans quod cauſa fidei peregre abfuerit, ideoque ſerius ad laudandum Baſilium acceſſerit; addit, quod hoc* non *videatur ἀπὸ γνώμης*, præter mentem, generoſo iſti veritatis pugili *accidiſſe*, qui nihil ita ſpiravit ac veram & totius mundi ſalvificam doctrinam. *Ceterum potuit hoc etiam commode dici de Baſilio jam è vivis ſublato, quod ſuſceptam peregrinationem & tardiorem ob id laudationem gratam habeat vel è cælis.*

quo animo dimiſſa Nazianzena adminiſtratio,

i *Inter eos qui ad ſuſcipiendam Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ curam coegerint Gregorium, Hermant fuiſſe putat ſupra laudatum Boſporium, Epiſcopum Colonienſem in Cappadocia; cujus epiſtolas, huc veroſimiliter ſpectantes, alieno tempore productas jam habes ſuperius: item Theodorum quemdam, recenter factum Epiſcopum: huic certè in hunc modum ſcripſit, cum de ejus depoſitione Conſtantinopoli ageretur.* Ego receſſi ab eccleſia quæ Nazianzi eſt, neque ut negligens Dei, neque ut deſpiciens parvum ovile (abſit enim ut id patiatur animus philoſophicus) ſed primum quidem ut nullo præconio tali obligatus; ſecundo quia imbecillitate conſumptus, & quod ejuſmodi curis non videbar ſufficere, *quæ de receſſu Seleuciam intelligo:* poſtquam autem vos id gravate ferre monſtrabatis, factum coarguentes; nec

Conſtantinopolitana accepta:

B ipſe jam ferebam vociferationes omnium ad me factas, quia difficile tempus minabatur adventum inimicorum in publicum damnum totius Eccleſiæ; tandem victus ſuccubui, cum gravi damno corporis, animæ fortaſſis incommodo non magno. Tradidi humile hoc corpus Eccleſiæ, quoad uſque uſui eſſe poterit; optabilius eſſe exiſtimans quidlibet perpeti carnaliter, quam ſpiritualiter percelli & perceliere multos. *Eſt quidem in Græco ἐπιδώμι* trado, *ſed quod præcritum tempus ſpectet ſcribentis intentio, patet ex eo quod ea epiſtola indicat Theodoro* infamiam, qua, *inquit*, affecti ſumus à Dominis Epiſcopis per quorumdam ſuffragia, ad res quidem conſtituendas conſpirantium, ſed nos repellentium.

Anaſtaſiæ ædes exiguæ,

k *Teſtes citat Gregorius eos* qui antiquum illud templum viderunt. *Sed hi de loci anguſtiis teſtari potuerunt, non item ipſum fuiſſe locis ſacris annumeratum ante adventum S. Gregorii: ſic enim loquitur oratione* 28: Refocillavit nos, non ſecus ac Eliſæum domus Sunamitidis, quædam pia domus hominum, corporis ſpirituſque cognatione mihi conjunctorum, apud quos hic quoque populus compactus eſt, cum adhuc furtim nec

t. 1 p. 484 C ſine periculo coleret pietatem. *Hoc autem ubi etiam publice iis facere licuit, tum ſcilicet primum laxatus non nihil locus eſt, & Anaſtaſia vetus conſtructa.*

l *Sumpta ſunt hæc ex Carm.* 9 *cui titulus,* Somnium de Anaſtaſia, quam Conſtantinopoli fundavit. *Hanc ſibi diu noctuque obverſantem in illo poëmate deſcribit, lugens* noviter fundatam eccleſiam, quam nunc, *inquit*, alius poſſidet, fructum laborum meorum.

m *Græce ταύτη γὰρ ἐπφαίνεται: quod Chriſtophorſonus, neſcio quo raptus, vertit*, in cujus honorem templum conſtructum conſpicitur.

S. Marciani Presb. ætas,

n *Vitam* S. Marciani Presb. *dedimus* 9 *Ianuarii, ubi hæc quadamtenus illuſtravimus: non tamen explicuimus, quomodo potuerit eam Baſilicam ſic condidiſſe prælaudatus Sanctus, qui ultra an.* 458 *vixit; & illius ut conditi meminiſſe Sozomenus qui hiſtoriam ſuam dedicavit Theodoſio Iuniori, nec ultra annum* 430 *vitam protraxit. Inſolubilem hunc nodum eſſe Hermant credidit: ſed obſervo S. Marciano creditum fuiſſe Sacerdotium* admodum juveni, *quodque mortuis mox parentibus cœperit in opera pia expendere opes ſibi ab eis relictas: primum autem fuit Anaſtaſiæ conſtructio. Quare, ſi Marcianus hic grandævus obierit, puta* 70 *vel* 80 *annos natus (quod Vita, per Sergium coævum ſcripta & in ſupplementum Ianuarii reſervata, habet, potuit Baſilicam iſtam ædificaſſe circa annum* 425, *annos natus*

qui potuit circa an. 425 ſtruxiſſe novam Anaſtaſiã,

30 *vel* 40; *& qui dedicationi ejus interfuerunt Imperatores, dicentur fuiſſe non* Leo & Verina, *uti Bollando noſtro tunc viſum; ſed* Theodoſius Junior, *ejuſque uxor* Eudocia, *ac ſoror* Pulcheria. *Itaque libertatem ſumpſimus delendi ex Baronii contextu ea verba, quibus prædictionem S. Gregorii impletam fuiſſe ſcripſerat* Imperante Marciano Auguſto. *Nam quod hujus tempore, id eſt poſt annum* 450, *ſteriſſe dicatur; id eo pertinere arbitror, quod ſub extremos hujus Imperatoris ac vitæ ſuæ annos primum factus ſit magnæ eccleſiæ Oeconomus, qui eatenus in S. Anaſtaſia exercuerat Sacerdotales functiones, diu ante, uti ex vita colligitur, & in juventute ſua ordinatus Presbyter. De quo plura vide* 15 *Maji ad Acta S. Iſidori Martyris, cujus reliquias tranſtulit ad ædem S. Irenes à ſeſe cœptam ædificari.*

& poſt 450 *factus Oeconomus ultra* 471 *vixiſſe.*

o S. Anaſtaſia *colitur à Græcis* 22 *Decembris, à Latinis* 25: *his proprium diem ſervantibus; ipſis, ut liberum habeant Natalem Domini, eum anticipantibus.*

p *Hermant addit etiam virtutem ſignorum, eo quod Carm.* 60 *de ſe fateatur, quod* inclinantium ſe capitibus manus imponens, etiam morborum medicus vocaretur: *& iterum Carm.* 61, quod prolato Chriſti nomine ſæpe dæmonas ejecerit: *quare ejus humilitati adſcribit, quod dicat ſe pro elequentia uſurum fuiſſe muta fide contra hæreticos, ſi, tamquam Apoſtolorum unus, facundiæ loco habuiſſet gratiam miraculorum. Verum, quod tempora ſuæ apud Conſtantinopolim commorationis intelexerit Sanctus, quando curatorum morborum & dæmoniorum expulſorum meminit, facilius præſumitur, quam probatur.*

t. 2 p. 140 *virtus miraculorum in S. Gregorio.* p. 142

E

CAPUT XI.

Arianorum injuriæ toleratæ, pervicacia ſuperata a modeſtiſſimo in omnibus Gregorio: hujus diſcipulus S. Hieronymus.

Dicteriis primum hæreticorum,

88 INſtans Gregorius verbo doctrinæ, cum indies magis magiſque proficeret, eo acrius in ſe odium Arianorum concitavit; qui primum illum ſpernentes ac in deriſum habentes, ſcommatibus atque dicteriis illudebant ſancto viro exprobrabantque quod peregrinus, quod ignota ac parva oriundus civitate, quod aſperioribus indueretur veſtimentis. Addebant ruſticitatem, vultus inelegantiam *a*, meretriciam dicendi artem; ſic enim admirabilem ejus eloquentiam appellabant deridebantque. Hinc contemptus & deriſio: furor deinde arma miniſtrat. F Nam ut olim Judæi in Stephanum, ſic illi, cum non poſſent reſiſtere ſapientiæ & ſpiritui qui loquebatur, ſtridentes dentibus in eum, tulerunt lapides, quos jecerunt in eum. Cuncta hæc pluribus refert ipſe Gregorius, vel cum pro concione Arianos alloquitur, vel Conſtantinopoli receſſurus ſuis ad memoriam revocat, ut cum ait, [Filioli depoſitum quæſo, cuſtodite, mementote lapidationum mearum.] Et alibi: [Domine ne ſtatuas illis hoc peccatum, dicebam: nam opportuna Stephani verba in mentem venerunt, & nunc eadem vota facimus; maledicimur, & benedicimus; perſecutionem patimur, & ſuſtinemus; blaſphemamur, & obſecramus.] Hæc ibi. Rurſus etiam in carmine de vita ſua his verſibus:

deinde & lapidibus impetitus,

ad 150 Epiſcopos

[In multa, cum veniſſem, incommoda incidi.
Efferbuit primum contra me civitas,
Quaſi qui Deos plures pro uno introducerem.
& paulo poſt.
Non jam recenſebo lapides, epulas meas, *b* b
Quos non petiiſſe recta me ſolùm queror;
Nec adſecutos, falſo ut cæſus dicerer.]

89 Poſt hæc autem hæreticorum calumniis, ut

AUCTOR. CÆS. BAR. Greg. Pict. *vinctus denique ad tribunal ductus.* De vita sua.

reus cædis, judicio postulatur; atque vinctus, ad Ethnici Prætoris tribunal, causam dicturus, adducitur, cum ille innocens, sic effatur: [Propter nomen tuum Christe, etsi ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es.] Illi assistens, intrepide detectis adversariorum calumniis, liber abire jubetur. Hæc ipse Gregorius his versibus:

[Post ut reus cædis dedor Prætoribus,
Sublime quid vultu præseferentibus,
Queis una lex proposita erat plebis favor.
His trador, haud ullo perpetrato malo
Nec cogitato, ut discipulum Christi decet.
Et astitit mihi advocatus optimus
Christus, patrocinio suo me sublevans:
Inter Leones qui servare suos potest,
Roremque facere ex igne, ut juvenes recreet,
Cotumque in ædem vertere precatoriam;
Hic me ad tribunal ethnicum *c* ornat gloria.]

c modestia & evidenti confutatione tandem superior evadit:

90 Sic novit Gregorius non maledicta pro maledictis reddere, sed pro malo bonum cumulate rependens, ea denique arte quamplurimos sibi subjecit. Cum aliquando de fide Catholica cum hostibus fidei agendum esset, id placido animo, à jurgiis temperans, mira quadam urbanitate & lepore eos demulcens, agere consuevit. De his enim opportuna se offerente occasione, coram Patribus in Synodo œcumenica confidentibus agens, sic ait: [Vultis aliquid elatius adjiciam? Videte adversarias linguas posita feritate mitescentes; & eos, qui Divinitati bellum indixerunt, nihil jam turbarum nobis facessentes: id quoque spiritus, id quoque nostræ agriculturæ est. Non enim inscite & inerudite docemus, neque adversarios convitiis & contumeliis incessimus, quemadmodum plerique faciunt, non cum dogmate, sed cum dogmatis assertoribus confligentes, ac rationum & argumentorum infirmitates maledictis interdum contegentes; non aliter ac lepias ante se atramentum vomere ajunt, ut piscatores effugiant. Verum nos pro Christo bellum gerere perspicuo argumento declaramus, dum secundum illum pacificum & clementem Christum, ac infirmitates nostras portantem, dimicamus] &c. Habuit idem in eo genere insignem orationem, cujus est inscriptio, De moderatione in disputatione servanda.

B

ad 150 Episcopos.

91 De his agens in Carmine de vita sua, hæc ait, *cum de conversis hæreticis loquitur:*

[Hæreticus ullus non erat tam pervicax,
Ut non suas ad verba nostra inflecteret
Aures? Capiebat hos vis magna dogmatum,
At mitigabat illos morum placiditas.
Nec enim docens probrosis ac hostilibus
Verbis, sed uti commodis consueveram,
Potius dolens, quam terrens; haud superbiens
Ob res caducas & vanas, quidam ut solent.
Oratio & imperium commune nihil habent.
Inscitiam non propugnabam audacia:
Sed loquebar mansuete atque commode,
Sermonis æterni ut patronum par est,
Qui mitis atque clemens in nos neminem
Terret. Adeoque verum illud quod dicitur,
Longe optimum esse vinci quam vincere,
Persuasione acquiratur si quis Deo.
Hujusmodi in tabulis perscripta erant meis.]

C

ipsosque hæreticos flectit

92 Hæc in his quæ spectant ad dogmata: in eo autem dicendi genere, quod versatur circa morum institutionem, sic compositus erat, ut quæ prodessent audientibus, illorum auribus ingereret; unde hoc ipse ibidem.

similis mansuetudine mores instituit.

[Rursus institutionis hanc mihi alteram
Legem magna tuleram cum sapientia
Pietatis, ut non hanc unam scirem viam,
Facilem ac malam, linguæ prurirum garrulæ.] D

& infra.

[Sed commonerem ut exercerent in Dei
Se lege, alendo pauperes & hospites,
Morbis medendo, in hymnis celebrando Deum,
In precibus, in gemitibus, lacrymis, humi
Cubando, sensibus cohibendis, ac gulæ,
Risus, & iræ, & labiorum modestia,
In carne comprimenda spiritus ope.]

Ac post alia ejusmodi impertitur dicendi disciplinam aureis hisce carminibus.

[Si cupidus es dicendi, sique feruidus,
Vereris ac ne pereat frustra oratio;
(Humanum id est, faveo nihilominus tibi)
Loquere, sed in timore; nec semper quidem,
Nec cuncta, nec ubique, non quoluis apud;
Sed quando, quantum, ad quos, ubi loquaris, vide.
Quoddam esse rerum tempus audis omnium.] &c.

Ex prædictis autem non levi *conjectura* ducimur, Gregorium non tantum illas dogmaticas sublimius se extollentes scripsisse orationes, sed etiam paræneticas quamplurimas, quas excidisse dolemus *d*. Ejus generis est illa, cujus est titulus, De amore pauperum: ex qua quidem facile potest intelligi, quales fuerint illius vires in eo dicendi genere. d

E

eũ habuisse Magistrum glorietur S. Hieronymus,

93 Porro fama doctrinæ illius non valuit, illius licet amplissimæ civitatis, limitibus contineri, sed longe lateque diffunditur, & ad Hieronymum in eremo Syriæ commorantem pervenit. Cum, licet adeo eruditus esset divinis litteris, ut tum alii tum etiam Damasus Papa eum sæpe consuleret; tamen tanti hominis audito præconio, se Constantinopolim contulit; nec erubuit qui Orbem doceret, profiteri inter Gregorii Nazianzeni discipulos; immo eo nomine, ut regalibus quibusdam insignibus ac præclarissimo quodam ornamento, gloriari consuevit. Adversus Rufinum aliquando agens de Gregorio nostro, inquit, [Eo ego Magistro glorior & exulto]. Et alibi, eumdem suum præceptorem, & catechistam appellat: & rursum de ipso agens, se eo explicante didicisse Scripturas affirmat. Qui quidem non obliviosus auditor factus est, sed quod ab eo semel accepit, tenaci memoria custodivit, ut non tantum gravia serioque dicta, sed & jocosa urbano lepore conspersa, eum unquam præterierint; ut illud quod refert his verbis. [Præceptor quondam meus Gregorius Nazianzenus, rogatus à me, ut exponeret quid sibi vellet in Luca δευτερόπρωτον *e* eleganter lusit; Docebo te, inquiens, super hac re in Ecclesia, in qua mihi omni populo acclamante, cogeris invitus scire quod nescis; aut si certe solus tacueris, solus ab omnibus stultitiæ condemnaberis. Sic de jocis. Porro ejus doctrinam ea ferri sublimitate demonstrat, ut non tantum Græcos ac Latinos excellat, sed nec apud hos facile sit invenire qui illa ita assequi valeat, ut Latinitati reddere valeat. Ea de causa idem in Rufinum his verbis invehitur; [Cur, inquit, scribere aliqua ausus es, & virum disertissimum Gregorium pari eloquii splendore transferre? Unde tibi tanta verborum copia, scientiarum lumen, translationum varietas?] &c. Tanto Magistro duce Hieronymus obscurissimam visionem illam Isaiæ de Seraphim exponere tentavit, ut in Commentariis in Isaiam testatur his verbis: [De hac visione ante annos circiter triginta, cum essem Constantinopoli, & apud virum eloquentissimum Gregorium Nazianzenum, tum ejus Urbis Episcopum sanctum, Scripturarum studiis erudirer, scio me brevem dictasse subitumque tractatum; ut experimentum caperem mei ingenioli, & amicis jubentibus obedirem.] Hæc ipse, qui tractatum illum mittit ad Damasum.

e

F

Ad Pam. mach Epi. 51. & de scriptor.

ad Nepot.

Ad Pam. machium

in obscuris Scripturæ locis interpretandis,

94 Permansisse videtur Hieronymus Constanti- Epist. 142.
nopoli

A *usque ad an.381*

nopoli uſque ad Synodum œcumenicam ibi celebratam anno tertio Theodoſii Imperatoris, Syagrio & Euchario Coſſ. quando Gregorius Nyſſenus, ea de cauſa illuc veniens, libros quos adverſus Eunomium ſcripſerat, legit Gregorio atque Hieronymo, ut de Nyſſeno agens in Catalogo idem Hieronymus teſtatur. Quantum autem tanto Magiſtro profecerit ille, Ennodii Ticinenſis hæc eſt ſententia ſcribentis ad Fauſtum, [Hieronymus noſter, niſi præceptorem ſuum Gregorium diceret, illo melior cenſeretur: ſed illi applicanda ſunt bona nominatim, à quo ſumpſiſſe videntur originem.] Hæc ille. Qua item animi ſubmiſſione divinas Scripturas interpretaretur, ut ſe longe illis inferiorem, quo minus cuncta aſſequi poſſet, libenter profiteretur, ſunt argumento ea, quæ de ipſo idem S. Hieronymus ſcribit in Commentariis Epiſtolæ ad Epheſios, dum explicans illa verba, Sacramentum hoc magnum eſt, dico in Chriſto & in Eccleſia, hæc ait: [Gregorius Nazianzenus vir valde eloquens, & in Scripturis apprime eruditus, cum de hoc mecum tractaret loco, ſolebat dicere: Vide quantum iſtius Capituli ſacramentum ſit, ut Apoſtolus in Chriſto illud & in Eccleſia interpretans, non ita ſe aſſerat, ut Teſtimonii poſtulabat dignitas; expreſſiſſe, ſed quodam modo dixerit; Scio quia locus iſte ineffabilibus plenus eſt ſacramentis, & divinum cor quærat interpretis]. Hæc Hieronymus de Gregorio.

modeſtiam ejus damnans.

B

95 Fuit laudatiſſimus inter Gregorii diſcipulos Euagrius Ponticus, ejus Diaconus, felicitſſimus quidem, ſi tanti Patris veſtigia ſemper aſſectatus eſſet: ſed ab eo recedens, ac in Ægyptum proficiſcens, Didymo nimis addictus, in Origeniſmum lapſus, factus eſt ſectæ illius acerrimus propugnator: quem ſemper Hieronymus ſuis coloribus pingit, & meritis titulis notat. Scribit Palladius cap.25 hunc Lectorem olim S. Baſilii, ſecutum eſſe poſt illius obitum Gregorium Conſtantinopolim venientem, ab eodemque ordinatum eſſe Diaconum, qui inde recedens, commendavit illum Nectario Epiſcopo ſucceſſori. Cauſam autem cur Euagrius receſſerit Conſtantinopoli, ſcribunt Sozomenus atque Nicephorus. Hallucinatur tamen Socrates, cum ait, Gregorium noſtrum una cum eo profectum eſſe in Ægyptum. Nam cum ſe ab Epiſcopatu abdicaſſet, reverſum in patriam, ibi tandem ſpiritum Deo reddidiſſe, nec alio profectum eſſe, luce clarius conſtat.

tandem Magiſtrum habuit Euagrius Ponticus, poſtea in Origeniſmum lapſus.

lib.6.c.30. lib.11.c.41. lib.4.c.18.

C ANNOTATA.

t.1 p.468 a *Singula diſtincte proſequitur orat.27, nec obliviſcitur objectam ſibi* membrorum contractionem ab ætate & morbo: *ætatem utique in noſtra ſententia annorum 80 tunc habens: juxta alios vero nequidem annorum 55, quod notatu dignum videtur.*

t.1. p.839 *lapidatores S. Gregorii qui?*

b Monachos ac pauperes *fuiſſe, qui hanc ſibi injuriam intulerint, Sanctus aſſerit, ad amicum ea gravius commotum ſcribens Ep.81.* Gravia ſunt, *inquit*, & graviſſima quæ contigerunt: quis enim inficias eat? Nimirum & contumeliam altaribus illatam eſſe, & conturbata myſteria; & nos, inter ſacra quibus opera dabatur, & eos qui ſaxis nos impetebant, interjectos, adverſus lapidum jactus medicinam à Deo petiiſſe; virginum pudorem in oblivionem veniſſe; monachorum modeſtiam, pauperum calamitatem, quos animorum auſteritas miſericordia quoque privarat. *Hi nimirum conglomerati vim intulerant: ad quam inſtructi & mutuo ſe cohortati fuiſſe videntur in choro eccleſiæ ipſius magna: ſic enim loquitur Orat.49, tumultu illo ſedato:* Chorus ille diaboli propugnaculum erat: hic exercitum ſibi conſtruxerat, ac defenſores & ſatellites ſuos in eo collocarant: hinc pra-

t.1. p.725

vus furiarum exercitus adverſus Eccleſiã debacchatus eſt; ſic enim ut feminas illas appellem adducor, quæ ſupra naturam ad malum viriles ſe præbebant. *Deinde cum rei geſtæ ſpeciem aliquam objecturus auditoribus, repræſentaſſet ſibi picturam bacchantium Menadum,* hujuſmodi, *inquit*, noctis illius narrationes ſunt. Feminæ, in ſexus ſui dedecus ac probrum cognitæ, conſuetam atque uſitatam inter feminas modeſtiam abjicientes, per mediam urbem pompam agebant, manus ſaxis ſcutorum loco armantes, atque extra divina ſepta profectæ, in ſacra cathedra Corybantem ſuum collocarunt. Ac deinde crapula & vinum, atque ex locis colendæ pietati conſecratis panes, & nox, & promiſcua converſatio, cunctaque ea quæ Apoſtolus dicere vetat, his verbis utens, Quæ occulte ab iis fiunt turpe eſt dicere. Quis enim exacte verbis complecti queat ignem, lapides, cædes, vulnera? quonam modo ſacrarum ædium cultores radicitus evertere contenderunt? quonam modo media in urbe quemdam veritatis zelo flagrantem fuſtibus confecerunt, cujus veram cædem patratæ cædis opinio prohibuit? *Hæc omnia exiſtimat Hermant commiſſa eſſe in Anaſtaſia Gregorii, irrumpentibus in eam Arianis, ipſa nocte Paſchali, quæ anno 379 cadebat in 29 Aprilis: remittit autem ad annot.1 in cap.26 lib.8 quaſi ibi redditurus aſſerti ſui rationem. Sed deficientibus ad calcem, neſcio quo caſu vel qua ex cauſa annotationibus omnibus inter cap.25 & 33 illius libri 8 ponendis, non poſſumus ſcire, quo uſus ſit, ad paſchale tempus deſignandum, fundamento.*

AUCTOR. CÆS. BAR.

quam violenta eorum irruptio in Anaſtaſiã?

E

c *Fortaſſu cadis, tantum non perpetratæ, crimen à ſeipſis Ariani in Gregorium devolventes, hoc eum nomine detuleriunt ad judices. Judicii autem is videtur fuiſſe ſucceſſus, quem indicat Ep.81, quod inſolentiæ iſtius auctores, facti veniam petentes, Gregorium* obſecrarunt: *quibus ignoſcendum eſſe probat. Metum autem fortaſſis poſt factum incuſſerit, quod in judicio probatum fuerit, veniſſe Conſtantinopolim Gregorium* cum poteſtate minime contemnenda, *puta cum Imperiali mandato, per orthodoxos, in quorum ſolatium veniebat, procurato, uti indicat ipſe Orat.25. Ubi oſtendit ſe ea poteſtate (quod alius forte feciſſet ipſorum Arianorum exemplo) nuſquam uſum fuiſſe contra adverſarios, ad injurias ſibi irrogatas vindicandas aut in futurum propulſandas. Poſt hanc tempeſtatem putat Hermant ſuſcitatam aliam inter ipſos Orthodoxos Conſtantinopoli, occaſione ſchiſmatis Antiocheni inter SS. Meletium & Paulinum: quam diſſenſionem Ariani, ex muſca ſoliti elephantem facere, vehementer exaggerarint,* in alienis lapſibus excuſationem vitiis ſuis quærentes. *Hac autem diſſenſione compoſita, dictam putat orationem 13 de pace. Sed in ea tam manifeſte proponuntur,* Probus ac candidus pater, & filius obſequens, *ſimul ſedentes, ſuamque innocentiam & rectam fidem populo probantes, ut dubitari nequeat, quin ea Nazianzenam monachorum cum utroque Gregorio patre ac filio reconciliationem ſpectet, atque ac prior Orat.12. Non tamen plane exerravit Hermant: vere enim quæ ſequitur 14 oratio de ſimili argumento, eſt poſt ſuſceptum Epiſcopatum Conſtantinopoli habita: ſed diſſidium, quod Orthodoxos tunc committebat inter ſe, & Arianorum riſui exponebat, erat occaſione dogmatis ab Apollinario propoſiti, de quo infra cap.18.*

quis ejus exitus?

t.1. p.841

p.439

poſt diſſidia Catholicorum pro doctrina Apollinarii

p.208 F

habita CP. oratio 14.

d *Hermant lib.8 cap.29, inter orationes, à S. Gregorio Conſtantinopoli habitas, numerat encomia SS. Cypriani & Athanaſii. Sed quod* S. Cyprianum (*eſt hic non Carthaginenſis Epiſcopus, ſed ex mago Martyr, paſſus Nicomediæ cum Iuſtina Virgine, & colitur à Græcis 2 Oct. à Latinis 26 Sept.*) *quod inquam* Cyprianum Nazianzi *laudarit Sanctus, à forenſi recreatione & thermarum ſuburbanarum uſu reverſus, cenſet illius commentator Nicetas, ſatiſque congruit exordio, nec invenies in reliqua oratione quod contrarium ſuadeat.* De Athanaſio *res ali-*

encomia SS. Cypriani & Athanaſii.

AUCTORE CÆS. BAR. *ter habet : profitetur enim se dicere* in ea civitate, quam vix etiam multa virtutis exempla servare possint: quippe quæ, ut circos & theatra, ita res quoque divinas pro ludo habeat: *plane sicut alibi loquitur de Constantinopeli Orat.* 14; *tamquam ea civitate*, cui serium studium est, ut aliud quidpiam, ita res divinas ludo habere; quæque potius riserit præclarum aliquid & laude dignum, quam ut ridiculum aliquid non derisum prætereat.

e Sabbatum secundo-primum *Lucæ* 6, *id est (juxta Scaligerum, quem sequitur Tirinus noster) primum à die secundo Azymorum: ab hoc enim die numeranda erant septem Sabbata seu hebdomadæ usque ad Pentecosten. Videtur autem Basilius Hieronymum docturus fuisse exemplo Dominicarum, quæ numerantur post Pascha, prima, secunda, tertia &c.*

Euagrius an Gregorii discipulus.

f *Hermant libro* 8 *cap.* 25 *negat sufficiens fundamentum haberi ad Euagrium annumerandum discipulis S. Gregorii & fol.* 565 *col.* 2 *Annot.* 2 *dubitandi rationem allegat, quod citatus à Baronio Palladius, licet juxta editionem Venetam nominet* Gregorium Nazianzenum; *juxta editionem Rosweidi, Græco textui Veneto opponentis Græcum Parisiense exemplar, nominet* Nyssenum, *& quidem addat*, frater Episcopi cui datur inter Apostolos honor, *id est S. Basilii: quod deest in Veneto. Certæ ergo Socratis & Sozomeni auctoritati, opponitur auctoritas Palladii, senioris quidem, sed incerta. Rationes quasdam utrimque expensas vide sis apud Rosweidum Annot.* 136 *in Palladium & prædictum Hermant. Deest etiam in Ms. Veneto, quod* post discessum S. Basilii *Gregorius Euagrium sibi assumpserit.*

B

CAPUT XII.

Electio ad Episcopatum Constantinopolitanum. Maximi intrusi fraudes & ejectio.

Theodosio baptizato,

96 INter hæc autem Theodosius Imperator, jam debellatis hostibus, ac Imperio stabilito, & ab Acholio Episcopo Thessalonicensi Catholico in fide Catholica baptizatus, eidemque favens, unam ab omnibus sanxit servandam esse fidem, quam Damasus Romæ & Petrus Alexandriæ prædicarent: spectatissima erat enim fides ipsorum, alterius nimirum ut Petri Apostoli successoris; alterius vero qui successerat Athanasio ac multa pro fide Catholica servanda passus esset. Data est ejusmodi Sanctio Gratiano quintum, & Theodosio AA. Coss. anno à Christo Domino, secundum prædictorum supputationem, trecentesimo octogesimo. Rebus Catholicorum mutatis in melius, deligitur Gregorius à suis Constantinopolitanus Episcopus, sed nomine tenus tantum, cum adhuc Ariani potirentur omnibus ecclesiis, & Theodosius Imperator ageret Thessalonicæ. Verum, cujus præcipua videbatur auctoritas, Petrus Episcopus Alexandrinus, per litteras assensum præbuit, ut idem Gregorius in carmine de vita sua testatur his versibus:

C

electus Episcopus C.P. cum assensu Petri Alexandrini.

[Qui Petrus idem illorum Pastorum arbiter,
Nuper quidem nos præfecit per litteras:
(Quas esse sane haud supposititias,
Vel fraude subreptas, docere ipsæ queunt)
Institutionisque symbolis honoravit]

Quam ægre autem sui tandem electioni acquieverit his verbis testatur in ea oratione, quam in Maximum habuit. [Quid, inquit, animi compressio, quid illæ imprecationes, quas adversus nos ipsos publice concepimus? quid illæ lacrymæ, quas tum multas profudimus, ut vobis etiam misericordia digni videremur, quamvis pene nos aversantibus, propter

invitus acquiescit. 1 p. 483

constantiam qua Præsulatum recusabamus.]*a*

D

a

97 Ariani autem, diuturna rerum prosperitate, adeo numero aucti atque superbia erant elati, ut legem Imperatoris contemnerent: tantumque abfuit, ut ex legis constituto Catholicam fidem reciperent, ut etiam magis magisque in Catholicos illius professores insultarent: addideruntque scelus sceleri, ut Catholicum quemdam senem, olim ob fidem Catholicam exulem, nuper autem restitutum, lapidibus impetentes occidissent, Gregorius autem non tantum de occisoribus pœnas non quæsivit, sed etiam apud Prætorem agens, multis precibus illos morte mulctandos exemit, aliaque in eos contulit beneficia, modestissime usus temporis hujus prosperitate, prout ipse pro concione sequenti die in hunc modum ipsos Arianos alloquitur: [Hominem meum poscо, quem hesterna die trucidastis, senem, inquam, illum Abrahamicum patrem, quem ab exilio redeuntem atque huc appellentem, media die, media urbe saxis excepistis? At nos (nisi hoc dictum, grave & invidiosum est, obtruncatores etiam ipsos deprecatione nostra periculo liberavimus] & inferius. [Et quid ex hac temporis insolentia æmulatus sum? Idque cum talia exempla præ oculis posita haberem, quibus etiam remotis, à vitio tamen abstinere difficile atque arduum est & rari exempli. De quibus ecclesiis vobiscum contendimus? de quibus pecuniis? præsertim cum utraque re ipsi affluatis, utriusque tamen nos inopia premimur. Ecquid Imperatoris edictum, à vobis contemptum & pro nihilo habitum, ardenti zelo prosecuti sumus:] Hæc Gregorius. Qui dum fidei hostes officiis devincire satagit, Catholicorum incurrit invidiam; quod scilicet multa mala cum passi essent ab Arianis tam diuturno temporis spatio, rebus tunc in melius commutatis, nulla jam pœna illos teneret, quos Gregorius etiam beneficiis prosequeretur. Horum de ea re querelas recenset in ea oratione, quam postmodum habuit coram centũ quinquaginta Episcopis in Synodo congregatis. Ad hos autem erat unica & tanto viro digna responsio. [Mihi, inquiens, adversus eos, qui injuriam intulerunt, satis gravis pœna est referendiæ injuriæ potestas.] Hæc Gregorius noster, qui licet virtutibus omnibus perfectissimus haberetur, mansuetudine tamen cunctis excelluisse videtur.

Arianos, ob eadem comprehensos liberat.

Ad Arianos.

B

cum invidia Catholicorum.

98 Fuerunt hæ scintillæ quædam dissensionis, quæ impostore quodam supponente ligna, in incendium immensum creverunt. Res sic se habuit. Maximus quidam Alexandrinus, componendarum fraudum egregius architectus, olim philosophus, secta Cynicus & Herculis sacrificus, facturus ex pietate proventum, quasi larva quadam ad decipiendum composita, Christianam Religionem professus, venit Constantinopolim, corporis habitu, baculo, pallio, barba, & coma prolixa ostentans philosophum, verbis autem esse Christianum, Martyrum filium, seque Martyrem profitetur; ut qui Catholicæ fidei causa verberibus cæsum, & in Oasim vastam illam solitudinem se relegatum fuisse mentiretur, cum revera ob fœdissima scelera in exilium missus esset, ut Gregorius his versibus refert.

F

Maximi Alexandrini mendaciis deceptus,

de vita sua.

[Et majus illud exilium ob fœdissima
Scelera, Dei se causa ferre dixerat.]

Hunc itaque tot ornamentis ac mentitis titulis exornatum, Constantinopolim appellentem, Gregorius humanissime excepit; estque veneratus ut Martyrem in quo Christi stigmata elucerent; &, ut par erat, tamquam athletam nobilem auctum coronis, pro concione laudavit. Dixit enim in laudem ejus egregiam illam orationem, quam postea, ut testatur S. Hieronymus, in laude Heronis falso titulo inscriptam

exceptum pro concione laudat:

ptam legimus. Hunc alio tunc proficiſcentem, ut ejuſdem peroratio docet, his officiis exornatum rogavit Gregorius, ut rurſum Conſtantinopolim ſe conferret. Venit tunc Maximus in Italiam, ac Mediolanum ad Gratianum Imperatorem ſe contulit, cui, ut auctor eſt S. Hieronymus inſignem librum adverſus Arianos conſcriptum tradidit. Reverſus inde Conſtantinopolim à Gregorio iterum gratiſſime excipitur, amantiſſime habetur, inter intimos adnumeratur, & officiis cumulatur, non tamen (ut putat Gregorius Presbyter) in Clerum aſcribitur *b*, & ſacris ordinibus initiatur. Tunc enim primum comam prolixam depoſuit, cum Epiſcopus à ſuis eſt ordinatus.

Ille ſedncto Petro Alexandrino,

99 Jam homo nequiſſimus, quod diu mente conceperat, parere ſatagit, ut intrudat ſe in Sedem Conſtantinopolitanam. Avertit paulatim nonnullos à Gregorio, quos ſciebat prædicta ex cauſa non nihil ab eo alienatos. Molitur ſtudia, componit fraudes, parat dolos; invenitque mox, ut aiunt, patella operculum. Rem geſtam ex integro deſcribit ipſe Gregorius, prolixe ſatis in carmine de vita ſua, quam nos hic ſtrictim referimus. Fuerunt vafri hominis adeo doloſæ artes, ut Petrum Alexandrinum Epiſcopum, virum quidem laudatiſſimum, à Gregorio divelleret, & in ſententiam ſuam captivum abduceret: ut qui antea datis litteris (ut vidimus) Gregorii electioni conſenſiſſet, mox mutata ſententia, *c* Maximum Conſtantinopolitanæ Sedi præficere omnibus viribus laboraret, ea de cauſa illuc mittens Ægyptios Epiſcopos, qui Epiſcopatum illi decernerent. Licet illi aliam adventus cauſam prætexerent, nimirum ut frumentum Alexandrinum, quolibet anno pendi ſolitum Imperatori, ex more redderent; revera, tamen, ut Maximi cauſam agerent, ut idem Gregorius pluribus docet. Fuerunt hi Amon, Apamon, Arpocras, *d* Sirodon, & alii, quosidem recenſet. Appellentes Conſtantinopolim, quia Catholici erant, vitantes Arianorum communionem, ad Gregorium acceſſerunt; à quo benigne ſuſcepti, & Catholica communione more majorum dignati ſunt. Quin etiam idem Gregorius eoſdem pro concione laudavit, retexens laudes Athanaſii & Petri *e* Alexandrinorum Epiſcoporum, ac totius Eccleſiæ Ægyptiorum præconia; ac de ipſorum ſincera fide, quod Arianos vitaſſent, hæc ait: [Non vos promiſcuæ multitudini immiſcuiſtis, neque hominum numero pietatem definiviſtis, nec miſcellaneum vulgus potius eſſe ſuſtinuiſtis, quam populus Dei verbo purgatus. Verum poſtquam Cæſari quæ ſunt Cæſaris, ut par erat, contuliſtis; Deo quoque, quæ ſunt Dei, attribuiſtis; illi nempe vectigal, huic timorem; ac nutrito cibis veſtris populo, ipſi quoque cibi accipiendi cauſa ad nos perrexiſtis: nam & ipſi frumentum erogamus, ac frumento quidem veſtro longe præſtantius. Venite, comedite panem meum, & bibite vinum quod miſcui vobis]. &c. Hæc Gregorius, cum accepit eos ad communionem, quos, loco fratrum, hoſtes infeſtiſſimos expertus eſt.

c permiſſos ex Ægypto Epiſcopos

d

(quos ipſos exceperat laudaratq; Gregorius)

e

100 Hos omnes auro corruptos Maximus ſibi conjunxerat, unde Gregorius de his agens, his verſibus eleganter ludit.

[Superare cuncta vinum aiebat quiſpiam,
Alter mulieres, veritatem tertius;
Auro poteſtatem ſed ipſe maximam
Tribuiſſem, facile quod commutat omnia.

furtivo auro corruptos,

Ingentem enim auri vim à quodam Presbytero, qui ex Naſſo inſula Conſtantinopolim venerat, ad emendas tabulas marmoris Proconeſii pro uſu ſuæ eccleſiæ, ſibi Maximus comparaverat: ut idem Gregorius his verſibus declarat.

[Videamus id congeſſerit unde aurum canis.
Advenerat de Naſſo quidam ſenior huc,
Aurum luæ ſecum ferens eccleſiæ,
Quo Proconeſii emeret tabulas marmoris.
Hunc blandiendo devictum adjungit ſibi,
Miſerumque magnis ſpebus conſtrictum tenens
(Namque improbi citò copulantur improbis)
Auro potitur adminiſtro ad omnia]. &c.

AUCTORE CÆS. BAR.

Dum hæc ille ordiretur, Gregorius in morbum incidit. Opportunam hanc ille nactus occaſionem, noctu una cum ſuis eccleſiam occupat; ut ab illis in ea ordinaretur Epiſcopus. Rem geſtam Gregorius refert his verſibus:

quamvis ab occupata nocte eccleſia

[Nox forte erat, cum me ægrotante, ceu lupi,
Furtim ſubitoque caulam ingreſſi, plurimis
Mercede jam conductis *f* à toto grege,
Poterant qui Alexandrinos facile incendere
(Junxere ſe illi certe cum reliquo grege)
Tonſum *g* locare in ſolium conantur Canem] &c.

f

g

Canem dicit Maximum, eo quod Cynicus philoſophus fuiſſet, & prolixa coma eumdem habitum hactenus oſtentaret.

extulſus à populo

101 Re tam nefaria comperta, non tantum optimi quique Orthodoxorum, ſed & Ariani homines execrandum deteſtati ſunt facinus; raptimque frequenti concurſu properant ad eccleſiam: in opus incumbentes deprehendunt peregrinos Epiſcopos: in eos conclamant, deturbantque. Tum illi furori cedentes, ſe ſubducunt; ac in privatam domum ingredientes, illic clanculum ſcelus inchoatum abſolvunt, finemque imponunt fabulæ: hæcque his verſibus deſcribit Gregorius:

[Quid multa dicam? A nobis abripiunt ſtatim
Sefe, dolentes jam non ſucceſſiſſe rem:
Et ne ſceleſti ac improbi truſtra forent,
Finem inchoatæ pergunt addere fabulæ.
Namque in Choraulæ ſordida domuncula
Graves Deoque cari collecti viri,
Mox cum quibuſdam, qui de populo ejecti erant,
Canem nequiſſimum paſtorem inſigniunt,
Tonſum haud coactione, ſed ſponte ſua:
Etenim canis paratus ad majora erat.
Tunc facta ſectio nutritorum diu
Cinnorum. &c.]

curat ſcelibi ordinandum Epiſcopum C. P.

Sic male ordinatus Maximus, ſed in ſchiſmate, Cathedram erigens contra Cathedram, functiones quoque Epiſcopales exercuit: nam & aliquos ordinavit, quos poſtea Sancta ſynodus œcumenica, anno ſequenti celebrata, depoſuit.

ſed ſuperatus eloquentia Gregorii

h

102 Poſt hæc autem Gregorius ægritudine liber, cum ad vires corporis inſtaurandas in villam quamdam ad mare poſitam *h* ſeceſſiſſet, illic aliquantulum philoſophatus, Conſtantinopolim repetit: ubi flagrantia adverſariorum ſtudia conſpicatus, in Maximum luculentam habuit invectivam. Appellat eam Hieronymus, librum, vituperationem Maximi continentem *i*. Ea oratione cum primum in ſchiſmaticos invehatur, luget deinde Eccleſiæ membra diſjecta; demum, quo animo ſe ad has perferendas moleſtias comparaverit, hæc philoſophatus oſtendit. [Tantum, inquit, abeſt, ut quidquam humanarum ac præſentium rerum acerbum ac formidoloſum exiſtimem; ut me ipſum miſſum faciens, alios lugeam, qui mihi moleſtiam exhibuerunt: membra olim Chriſti, membra mihi cara, etſi nunc corrupta; membra hujus gregis] & alia plura. Luget & Petri lapſum. [Nihil, ait, propius factum eſt, quam ut Petrus *k* etiam me abjuraret; ac fortaſſe nec flet amare, ut peccato medeatur]. Hæc ille, qui adeo adverſariorum vires fregit, ut Maximus pelleretur ex Urbe. Qui Theſſalonicam ad Theodoſium ſe contulit, ut ejus auctoritate firmaretur in Sede: ſed ab eo vehementi indignatione ac formidabilibus minis

i alias modeſte injuriam ferentis,

primo Theſſalonicam

AUCTOR. CÆS. BAR. *deinde Alexandriam fugit.*

ejectus, regreditur Alexandriam, ubi negotium facit dicto Petro ejus civitatis Episcopo, eumque exulum manipulo conducto aggreditur, cogitque in angustum, petens ut vel optatam Sedem faciat adipisci, vel cedat Thronum suum. Sed affuit extemplo Prætor manu militari, qui nebulonem Alexandria pellit *l*. Hæc omnia Gregorius carmine cecinit in vita sua. Addit Theodoretus, hunc Maximum Apollinaris hæresi addictum fuisse.

lib. 1. c. 8. *S. Damaso ejus ejectionem probante.*

103 Non præterimus in his turbis, adversus Gregorium concitatis, S. Damasum Romanum Episcopum Gregorio litteris favisse adversus Maximum, idque ex ejusdem Damasi litteris testatur Nicolaus primus Romanus Pontifex, dum ad Michaelem Imperatorem scribens, hæc ait: [Nonne Maximus, postquam à Damaso Papa, sicut ejus ad diversos Epistolæ indicant, laboratum est, Constantinopoli pulsus est?] &c. *m* Conjectura ducimur, S. Hieronymum, qui his temporibus Constantinopoli apud Gregorium morabatur, apud Damasum pro Gregorio laborasse, illumque à quo mirifice diligebatur in Maximum *n* concitasse. Moritur his temporibus Petrus *o* Alexandrinus, in Gregorium parum æquus, in cujus locum subrogatur Timotheus; qui anno sequenti adfuit Concilio œcumenico Constantinopolitano. Huic, & non Petro, tribuit Theodoretus ordinationem Maximi, perperam factam. Verum querelæ Gregorii, non nisi in Petrum dictæ habentur.

m

n

o

B

lib. 5. c. 8.

ANNOTATA.

a *Fortassis hæc potius ad violentam suam installationem spectant, quam sua auctoritate fecit postea populus: electio autem præcedens non debuit ita vehementer commovere Sanctum: quippe quæ majori auctoritati probanda reservabatur.*

t. 1. p. 410 b *Summum, quod ex Sancti ipsius scriptis habetur, est, quod eum ad sacros Ordines videatur invitasse, cum dixit:* Adesdum ad sacra hæc & mensam hanc mysticam; atque ad me, qui per hæc sacrum deificationis munus obeo, propius accede. *Sed etiam hoc satis explicari potest de Eucharistia, ad quam jam baptizatum confirmatumque invitabat.*

Petri Alexandrini punita levitas.

c *Causam mutatæ in Petro sententiæ suspicatur Hermant, vel affectum erga communem sibi cum Maximo patriam fuisse; vel metum ne Constantinopolitana Sedes, quam sub Catholico Principe resurrecturam spes erat, Gregorii merito & doctrina eam illustrantibus, etiam supra suam elevaretur. Gregorius Presbyter* pecunia corruptum *indicat: sed tacente id Sancto, non audemus virum, alias egregium, novo hoc crimine gravare. Ut ut sit, non levem hoc facto gloriæ suæ maculam inussit Petrus; & quamvis pœnituisse credibile sit, digne tamen ad eam expurgandam pertulit ipse, quod alteri procurabat malum.*

C

t. 2. p. 14 d *In Græco & Latina Billii versione sunt,* Ammon, Apammon, Harpocras, Stippas, Rhodon, Anubis, Hermanubis, *in quorum nomina ludens Sanctus,* Deos Ægypti *appellat. Hermant dubitat an Episcopi fuerint: distinguit enim duplices Missos: sed hujus distinctionis nullum in ipsius Sancti verbis reperitur fundamentum: quod cum ipse Hermant agnoscat, non est huic scrupulo immorandum. Episcopi certe fuerunt, qui missi sunt ad Maximum consecrandum.*

e *Est ea Oratio* 28, *cui titulus in* Ægyptiorum adventum: *quam cur aliqui velint post Maximi ordinationem dictam nulla apparet ratio, cum absurdissimum sit vel cogitare, quod tam prolixa laudatio Petri, potuerit ex Nazianzeni ore proficisci, post tam insignem injuriam ab eo illatam sibi & Ecclesiæ.*

f *Quis horum in scelere princeps fuerit ita declaravit Sanctus:*

Primus erat horum Belial, quondam Angelus, D
Secundus autem Presbyter nostri gregis, t. 2. p. 13.
Magis ipse mente barbarus quam corpore:
Qui spretus à me, læsus haud umquam prius,
Primas honoris ac throni verum obtinens,
Odium scelestum ac perfidum in me parturit.

g *Grace* Κεῖραι προθυμεῖτ' εἰς καθέδραν. Tondere parant ad cathedram. *Non ergo propositum ipsis fuit, comam ei intonsam servare, prater formam Ordinis Clericalis, nedum Episcopalis: quod tamen videtur S. Damasus credidisse, cum in Epistola ad Acholium, de qua infra, ait,* eos qui ex Ægypto venerant errorem suum condemnasse; ut amputatis ejus postea capillis, qui non recte fuerat ordinatus, & jacturam capitis sustineret, & quod ambierat esse non posset, *quem scilicet ipsa sua coma faceret alias nec Christianum esse, sed speciem idoli in habitu Philosophi Cynici. De coma, forsitan adhuc intonsa cum præpropere ordinaretur Maximus, fama erat apud Macedones, & sic res perscripta Damaso fuerit: sed in talibus certius credetur Gregorio.*

h *Mirum fortasse alicui videbitur, quod voluerit Sanctus discedere ab urbe, rebus inter orthodoxos in ea sic turbatis: sed animus ejus, turbarum fugientissimus, facit ut induci potuerit ad sperandum, quod etiam absente se componerentur omnia, cum Maximi ordinationem etiam Arriani improbarent.* E

i *Hic liber omnino non videtur extare amplius: certe talis non est, licet pro tali Baronius habeat, Oratio* 28, in seipsum ex agro revertentem, post ea quæ circa Maximum facta erant: *nusquam enim hic Maximum insectatur, nusquam ejus ut adhuc in urbe versantis meminit: sed solum ea tractat quæ hic indicat. Baronius. Excesserat ergo jam ab urbe Maximus, cum in illam revertit Gregorius.* *Invectiva in Maximum non extat.*

k *An aliquem vero nomine* Petrum *hæc verba spectent, an potius alium ex carissimis Gregorii (quomodo supra* Belial *vocatur alius) valde ambigo: Petrus certe Alexandrinus haud dubio lapsu desciverat à Gregorio: & de iis solis videtur esse sermo, qui Constantinopoli præsentes aderant, amici infidi aut meticulosi. Sed neque jam dictum Presbyterum commode intellexeris.*

l *Neque tamen etiam tunc conquievit Maximus, sed in Italiam se contulit, ibique sub Ambrosio Episcopo Mediolanensi collecta Episcoporum Italicorum Synodo ita imposuit, ut in ejus favorem Imperatori scripserint idem Ambrosius & Coepiscopi sui: rursumque scribentes ei ex alia simili sequentis anni Synodo, faterentur ordinationem ejus se tunc probavisse, nec adhuc videre quomodo posset irritari, nisi in urbe Roma conveniente Occidentalium Orientaliumque Concilio super ipsius & Nectarii ordinatione: nam de Gregorio jam antea judicarant,* nequaquam *eum* secundum traditionem Patrum Constantinopolitanæ Ecclesiæ sibi Sacerdotium vindicare: *sed ut illos deceperit, Damasum Papam decipere non potuit, forte nec tentavit: unde postea altum de Maximo in historia silentium.* F

m *Recte notat Hermant in hoc falli Nicolaum: prius enim Maximus urbe à populo pulsus erat, imo & ab ipso quem adierat Imperatore repudiatus, quam his de rebus informaretur Damasus; ex cujus ad Ascolium epistolis, nuper editis ab Holstenio in Collectione Romana, constat, de Maximo primum innotuisse Damaso, cum jam agitaretur de habendo Constantinopoli Concilio, pro ordinando ejus urbis Catholico Episcopo, super quo rescribit* Acholio, Euridico, Severo, Uranio, Philippo & Joanni *Episcopis Macedoniæ, quorum de Maximo litteras acceperat.*

n *Conjectura hæc admodum incerta est: nam Hieronymus in lib. de scriptoribus Ecclesiasticis, non videtur valde adversatus Maximo, cujus ordinationem in Episcopum sic notat, ut ordinationis istius vitium nullatenus attingat.*

o De Petri *apud Ægyptios cultu egimus in Vita S. Athanasii cap.* 33, 2 *Maji.*

CA-

A

CAPUT XIII.

Conſtantinopoli manere coactus, à Theodoſio Imp. Catholico inducitur in ſummæ ædis poſſeſſionem: à populo expetitur in Epiſcopum.

104 LIcet autem Maximus ejectus eſſet, nihilominus, qui ejus ſtudia ſecuti erant, in Gregorium eo acerbius *a* ſæviebant; cum ipſe tum, ne ſui cauſa Catholici inter ſe fœdo ſchiſmate diviſi eſſent, abdicare ſe cupiens, ac recedere in ſolitudinem, oratione *b* ad populum de ea re habuit, qua movit omnibus luctum, excitavit clamorem: rogant, vimque faciunt, ut remaneat. Hæc enim Gregorius in Carmine de vita ſua ſic deſcribit.

a *De relictâ Sede C P.*

b

[Omnes amici aderant hobis, ſimul
Cuſtodia me cingebant clandeſtina,
Et exeunti aderant & redeunti domum.
Noſtri interim hoſtes hanc pugnam cũ cernerẽt,
Noſtro diſſidio interiturum Verbum Dei
Exiſtimabant. Hæc videns, cum non pati
Poſſem (negare non lubet) committo quid
Sapiente non dignum viro, ſed ſimplice.
B Puppim, quod ajunt, cœpi retro impellere:
coram populo verbum ſibi paſſus elabi, Sed imperite: nemo namque id ſenſerat,
Abiturientis ni patris ex pectore
Hanc extudiſſet prægravis vocem dolor.
Servate totam Trinitatem, filiis
Quam concupitis tradidi largus pater.
Simul laborum quos tuli eſtote memores
Hæc verba poſtquam populus audiit, animi
Exclamat impotens quidam: cuncti ſimul
Surgunt (apum velut fumi vis excitat
ad eorum clamores Examen) omneſque exclamando inſaniunt;
Viri, feminæque, juvenes, virgines,
Pueri, ſenes, ignobiles, ac nobiles,
Et præſides, & quidam emeriti milites.
Feruebat ira & deſiderio quilibet,
Iratus hoſti, paſtorem deſiderans] &c.

105 Cum nec clamoribus Gregorius flecteretur, aliam illi ineunt rationem. Precibus obnixis, luctuque ac lamentationibus agunt, conteſtantur omnia peritura ſi recedat, & labores omnes exantlatos reddi vacuos. Anaſtaſiam ingerunt oculis, pretioſum *& obteſtationes diu immotus,* fidei theſaurum. Ad hæc omnia ille mutus in medio eorum conſiſtere, neſciens quo pacto has voces compeſceret, nec tamen flectebatur, ut quod peterent, polliceretur. Cum vero jam in his querelis conſumptus dies deficeret, quomodo tandem flexus eſt, ut remaneret, his item verſibus docet.

C

De vita ſua.

[Jam urgebat æſtus, & ſudabant corpora,
Voces metus cauſa emittebant feminæ,
Illæque maximæ ſi quæ matres forent;
Pueri ejulabant: deficiebat jam dies.
Non ſe ceſſuros dejerabant ſinguli,
Etiam ſi in æde ſacra moriendum foret.
Proh! quale verbum ex ore cujuſdam exiit!
Cur tum mihi non obturatæ aures erant?
Tu Trinitatem ipſam tecum ejicies, ait.
tandem ſe manſurum addicit. Tandem metuens, ne quid oriretur hinc mali,
Non jurejurando (injuratus ipſe ſum,
Ut in Deo vel paulum quid glorier,
Ablutus ex quo gratia ſum Spiritus)
Promitto (ſed verbis, quibus facerent fidem
Mores) venirent donec quidam Epiſcopi,
c Id quod *c* ferebatur, manere me velle.]

106 Hæc Gregorius, qui interim conſuetis orationibus populum docere non deſtitit. Cum autem hic ſtatus rerum foret, Theodoſius Imperator Theſ-
d ſalonica venit Conſtantinopolim, eodem anno *d* quo ipſe una cum Gratiano Conſul adſcriptus eſt: ac primum omnium Demophilum Arianorum Epiſcopum ad ſe accerſit, eumque pluribus monuit, ut hæreſi abdicata una cum ſuis Catholicam fidem profiteretur, alioqui omnes eccleſiis, quas occuparant, eſſe pellendos: at ille obſtinatiſſime refragatur, ac ſe ſubduxit ab urbe. Sic de eo Socrates atque Sozomenus. Poſt hæc autem Gregorium noſtrum convenit, darque templum illud præcipuum in urbe, quod Ariani jam annis quadraginta occupaverant. Congreſſum hunc autem Theodoſii Imperatoris cum Gregorio idem ipſe his verſibus modeſtiſſime deſcribit.

Auctore CÆS. BAR. *Theodoſius urbem ingreſſus pulſo Demophilo Ariano Epiſc.*

[Ut ergo lætus venit ad lætiſſimos,
Quo me quidem congreſſu primo exceperit
De vita ſua. Honore, quæ benigne utrimque dicta ſint,
Quid quæſo dicam? turpe fuerit ſcilicet,
Me talem, animo eſſe elato propter talia,
Præter Deum mirari nihil debeo *e*.
c Tandem, Dat (inquit) hoc templum per nos Deus
Tibi, tuiſque maximis laboribus.
Vocem incredibilem; effecta res donec foret!
Gregorio & orthodoxis dat majorem eccleſiam, Nam ſic & Urbs, & hominum fervens impetus
Id temporis revera comparata erant,
Ut non viderentur ceſſuri (inſuave quid
Si maxime eveniret) jure de ſuo:
E Quod ſi vis adhiberetur, iram ſe brevem
In nos vomituros; quos facile eſſet vincere.
Hæc ille: miſta in me lætitia cum metu
Cor palpitabat intus, &c.]

107 Quomodo autem idem Theodoſius Imperator Gregorium in templum adduxerit, idem ipſe declarat his verſibus: Jucundius hæc lector ab ipſo, quam à quovis alio, qui ea tractent, accipiet. *eumque illuc cum exercitu induxit,*

[Jam tempus inſtabat; magnique exercitus
Per vim obtinebant fanum, inſtructis enſibus
Et populus adverſabatur totus tumens,
Arena ceu maris, vel fluctus, vel nives,
Inter preces miſcens iram, iratus mihi.
At Imperatori precando ſupplicant
Plenæ viæ, dromi, plateæ, loca omnia,
Tabulata ſecunda, tertia, ſpectantibus
Viris, mulieribus, pueris, ſenioribus;
Inter gemitus, rugitus, atque lacrymas.
Nimirum imago urbis per vim captæ erat.
At ego, gregis dux ille perquam ſtrenuus,
Et in hoc quidem ſoluto ſimul & debili
Parumque reſpirante adhuc corpuſculo,
Ibam Imperantem medius atque exercitum,
Surſum reſpectans atque ſpe fretus bona,
F Donec venio in templum, quo pacto neſcio].

108 Quid autem tunc acciderit prodigioſum, *calo, quod antea nubilum fuerat,* quod Arianis primum non nihil attulit fiduciæ, poſtea autem ceſſit in Catholicorum lætitiam, idem ſcribit carminibus.

[Quod nam ergo miraculum? Tu prædica liber,
Ne poſteris ſit tanta ignora gratia.
Aurora erat, quædamque nox invaſerat
Urbem, tegente nube ſolis circulum:
Quæ res ei non conveniebat tempori.
Celebritates publicæ in primis dies
Poſcunt ſerenos. Atque hoc maxime hoſtibus *velut per miraculum ſerenato ad ejus ingreſſum:* Jucundum erat, quaſi adverſaretur Deus
Negotio: nos tacitus mordebat dolor.
At poſtea quam ego, & Majeſtas purpuræ
Una ſacros intra cancellos ivimus,
Sublataque miſtim ab omnibus laudatio eſt
Dei, ſecutus clamor, manuum extenſio:
Tum ſplenduit rurſus adeo ſolis jubar,
Jam nube diſſipata mandato Dei,
Ut omnis ædes ſacra fulgeret ſtatim,
Quæ viſa fuit eſſe triſtior prius:
Veteriſque ſcenæ induere cuncti imaginem,

Quam

AUCTOR. CÆS. BAR. *qui mox communi voce poſtulatus Epiſcopus,*

Quam texit olim fulgor ipſius Dei,
Vultus ſerenabantur, & mentes ſimul.
109 Cumque hoc munita jam foret fiducia
Spectaculo, poſcebar clamore omnium;
Ac ſi eſſet unum hoc in præſentia
Ut impetraret princeps atque maximum
Hoc munus urbs à Majeſtate principe,
Nobis daretur ut ſolium urbis principis:
Hoc principes viri petunt, hoc ſubditi,
Cunctis idem plane deſiderantibus,
Hoc feminæ rogant magnis clamoribus,
Pene amplius quam conveniret ſexui.
Erat hoc tonitru ingentem ſonum verberans.
Tandem meo quodam Collega aſſurgere
Juſſo (mihi enim tantum vocis haud erat,
Metu ſimul perculſo & plane languido)
monet nunc potius vacandum gratiis Deo agendis.
Compello eos aliena lingua interprete:
Cohibete clamorem, cohibete nunc obſecro:
Nam poſcit hoc tempus, ut agamus gratias:
At illa poſthac majora exequenda ſunt.
Hæc dicta populus magno excepit murmure:
(Placere nam moderatio cunctis ſolet)
Et abiit Imperator hæc ipſa comprobans.
B Hic illius conventus exitus fuit;
Hac parte qui nos terruit tantummodo,
Quod unus enſis nudatus, rurſum fuit
f Reconditus plebiſque fracta audacia.]*f*
110 Hæc Gregorius. Quod autem habet de exer-
g to gladio hic ſubobſcure*g*: fuit hic ſicarius quidam, qui Gregorium occidendi conſilium cœperat; tentavit facinus; ſed divina quadam virtute impeditus, perficere quod erat meditatus non valuit. Verum poſtea pœnitentia ductus, idem ſponte ſupplex à Gregorio veniam poſtulavit: ut autem res ſe habuerit, idem in hunc modum deſcribit.

etiam ſicarius qui ad ejus cædem paratus advenerat,

[Aliquando eram domi, morbo premente me;
(Namque aderat is concurrens cum laboribus)
Hæ noſtræ deliciæ, ut videtur invidis.
Sic comparatis rebus, è populo meas
Quidam ingrediuntur ædes; cumque his quiſpiam
Juvenis, coma longa, habitu triſtis, pallidus.
Hic ipſe cum converterem de lectulo
Paulum pedes, ut conſuëvere territi;
Illi Deoque ac Principi actis gratiis
Ut mens ferebat maximis, quod hunc diem
Utriuſque dono cernerent, atque in meam
Laudem elocuti quidpiam, domo ſimul
C Abeunt. At ille pedibus adfixus meis
Tacendo ſupplicabat, percitus metu.
Cumque ipſe, quis, vel unde, vel quid poſceret,
Inquirerem; ipſe grandiores edere
Solummodo ejulatus, gemere, plorare, ac manus
Stringere, mihique lacrymas excutere.
ab eo veniam ultro petiit & facile impetrat.
Qui raptus inde cum fuit vi (non enim
Verba audiiſſet) aliquis è præſentibus;
Tuus homicida, te licet texit Deus,
Se ſiſtit ultro, conſcientia ſui
Huc ſceleris actus, & reum ſe confitens:
En lacrymas præbet pro pretio ſanguinis.
Hæc ille: verbis ipſe fractus talibus
Emitto vocem, qua illum culpa libero:
Servet te Deus: me ſervatum commode
Tecum agere, magnum exiſtimare haud convenit.
Meum te facinus hoc effecit: tu vide
Ut te Deoque ac me poſthac digne geras]

de vita ſua.

111 Hæc vulgata per urbem multorum animum erga Gregorium bene affectum reddidere. At rurſum vero invidorum detractione non leve iterum in ipſum conflatum eſt odium, oſcitantiam redarguentium, quod vaſa ſacra, quæ multa erant ac ingentis pretii jam olim apud Quæſtores depoſita, ipſe nō repeteret *h*. At quidem nullam rationem ipſe repererat
h de his in Eccleſiaſticis monumentis, nec apud prædictos magiſtratus; eratque opus ſummi laboris, nec præſentis otii, quod facile expediri potuiſſet; cum præſertim ad reducendos devios, ad uniendos diviſos, & in his quæ ad jura templi ſpectant, Gregorius totus eſſet. D

ANNOTATA.

a *Factum id potiſſimum per abſentiam Gregorii, qui in agrum ſeceſſerat, paſſim autem putatur ſeceſſiſſe valetudinis cauſa, poſt aliquem morbum. Imo Hermant exiſtimat, hunc eũ eſſe in quẽ ſcripſit Carmen 60, inter alia ſic quærẽs.* *morbus S. Gregorii.*

Non ſatis iſtud erat quod me premat ægra ſenectus,
Quæ Siculis gravior dicitur eſſe jugis;
Ni me etiam morbus laceret, redienſq; quotannis
In miſeram tabem debile corpus agat?

Certe in hoc morbo fatetur nihil ſibi eſſe gravius, quam puſillorum ſcandalum ex piorum incommodis, quaſi nulla ſit eorum merces apud Deum, ſed caſu agantur omnia. Verum exiſtimo gratis omnino morbum iſtum ad hæc referri tempora, quibus longe graviora dãna, Conſtantinopolitanæ eccleſiæ exinde emergentia, meruiſſent diſtinctius attingi & ſentiri. Vt ut ſit, rediens ab agro habuit Orationem 28, de qua ſupra: in qua cum expoſuiſſet affectum erga ſui amantem gregem, reciproce ferventem, de factionariis ita loquitur. E

Jam quoque timorem mihi injiciunt canes (*Maximum intelligit pro vindicanda ſibi Sede Theſſalonicam profectum*) per vim in paſtorum claſſem irrumpentes, idque (quod abſurdum valde eſt) cum ad paſtoralis muneris adminiſtrationem nihil omnino aliud contulerint, quam quod comam, cui ornandæ & alendæ turpiter ſtuduerant, raſerunt: qui nec in canum ordine remanſerunt, nec paſtores facti ſunt, niſi ut lanient & diſpergant, atque aliorum labores infringant... Ac proinde ne nunc quidem inſolentius ſe efferant, qui canes adverſus gregem concitarunt; nec oviculam quidem unam proferre poſſunt quam adduxerint aut conſervarint... atque improbitati ſuæ finem imponentes, adorent & procidant & plorent coram Domino qui fecit eos, & quorum ſalus necdum deplorata eſt adjungantur gregi. *Hoc ut perſuadeat ita loquitur circa finem:* O membra, olim Chriſti; membra mihi cara, etſi nunc corrupta; membra hujus gregis, quem, prius fere etiam quam collecti eſſetis, prodidiſtis! Quomodo diſtracti eſtis ac diſtraxiſtis quaſi boves teneris vinculis ſoluti? quomodo altare adverſus altare erexiſtis? quomodo repente in deſolationem ac vaſtitatem facti eſtis? quomodo & ipſi per hanc ſectionem morte affecti eſtis & nobis dolorem inuſſiſtis? quomodo ſimplicitate paſtorum (*Ægyptios Epiſcopos notari cenſeo*) ad gregis diſſolutionem abuſi eſtis? non enim eos ob imperitiam reprehendam, ſed veſtram improbitatem accuſabo.... O Trinitas ſancta... utinam tu hos nobis reſtituas, hactenus à nobis diremptos, ut per ipſam disjunctionem ad concordiam & pacis ſtudium erudiantur. F

t. 1 p. 474 qui Maximi factionem invitat ad pœnitentiam.

t. 1 p. 485

b Orationem *quidem bis appellat interpres: & hoc patitur vox Græca* λόγος, *ſeorſim ſumpta: ſed ſenſus requirit, ut de paucis verbis, & quidem non meditato prolatis, Sanctum dicamus agere: veterem igitur Leunclavii verſionem correxi, meliorem Billii interpretationem ſecutus.*

c *Intelligitur fama de convocando Conſtantinopolim Concilio ſparſa. Hermant totam pro retinendo Sancto contentionem populi, ponit ante ejus ſeceſſum in agrum.*

d *Annus is fuit* 380, *ſed jam vergens ad finem: ſic enim ſcribit Socrates lib.* 5 *cap.* 6. Paucis poſt baptiſmum diebus, à morbo recreatus, *Imperator* Conſtantinopolim movet VIII kal. Decembris, Gratiano jam quintum Conſule eoque ipſo Theodoſio primum.

e *Idem Socrates lib.* 5 *cap.* 7 *ita loquitur.* Eodem tempore Gregorius ab urbe Nazianzo tranſlatus intra

A tra urbem Regiam in exiguo oratorio conventus agebat..... omniũ ſui temporis religioſiſſimus æque ac facundiſſimus: qui quoſdam ob id murmurare intelligens, eo quod eſſet peregrinus; Imperatoris adventum avide amplexus, Conſtantinopoli morari ulterius recuſavit. *Hæc verba ita accipit Hermant, quaſi recedendi facultatem ab Imperatore poſtulaſſe Sanctus primo illo congreſſu dicatur. Sed apparet Socratem, multa tranſilientem, de ea recuſatione loqui, quæ facta in Concilio eſt: proinde ejus verba huc trahi non debere.*

f *Fuerant templa annis totis* 40 *ab Arianis poſſeſſa, ab anno ſcilicet* 339, *quo Sede Conſtantinopolitana pulſus fuerat S. Paulus ſubſtituto in ejus locum Euſebio antea Nicomedienſi. Reſtitutionem templorum ſecuta eſt Oratio* 48, *cujus, velut in nova & inſperata latitia, hujuſmodi ex abrupto exordium:* Quid tantum dici poteſt,
t. 1 p. 725 quantum oculis uſurpare licet? Quæ oratio cum iis bonis, quæ conſpiciuntur, comparanda eſt? En oculis noſtris incredibile ſpectaculum proponitur, quod videre quidem ſæpe optavimus, præſtantior autem voto erat hæc cupiditas. Rurſum hic Martyrum honores, multo jam ante tempore neglectæ: rurſum Sacerdotum Dei concurſus, rurſum tripudia & ſpirituales feſtivitates. Frequens hic conventus ad feſtum diem agitandum, non ad arma & prælia promptus & paratus. O ingens miraculum! Arma è manibus projecta ſunt, ſoluta acies, belli cura abjicitur.
B *explicatur feſto SS. Martyrum:* *Martyres autem, quibus bellum hoc confectum gratulatur Sanctus, videntur fuiſſe*, SS. Euſtratius, Auxentius, Eugenius, Mardarius & Oreſtes, *in Armenia quidem ſub Diocletiano paſſi, Conſtantinopolim autem tranſlati veroſimiliter ſub Conſtantino magno:* agitur *enim* eorum feſtivitas (*ut in Synaxario Claromontano legimus ad eorum diem* 13 *Decembris*) *in venerabili Apoſtoleio* ſancti ac celeberrimi Apoſtoli Joannis, juxta ſanctiſſimam magnam eccleſiam, *in qua dictam eſſe orationem æſtimamus: mox enim aggreditur Sanctus præſentia cum præteritis comparare, & rememorari funeſta illius noctis, quando ipſo in choro conſtructa acies monachorum mulierumque inſanientium irrupit in Anaſtaſiam, uti ad caput* 11 *ſupra deductum eſt. In eadem magna eccleſia celeberrimoque concurſu etiam hæreticorum dictam eſſe Orationem* 38 in Natalem Salvatoris, *ac poſtea alteram* 39 in ſancta lumina Epiphaniorum *cenſet Hermant: pari jure addi poſſet etiam Oratio* 40 in Sanctum Baptiſma, *poſtridie Epiphaniorum habita. Sed hoc divinare eſt, dum nullum in iis apparet argumentum, quo Conſtantinopoli adſcribantur, nedum huic tam inſperatæ commutationis tempori. Majori cum fundamento videtur dici poſſe Conſtantinopoli habita Oratio* 26; *quæ eſt* de moderatione in diſputationibus ſervanda, & quòd non ſit cujuſvis hominis nec cujuſvis temporis de Deo diſputare. *Dicta eſt autem illa Martyrum quorumdam feſto: & argumentum tractat admodum congruum huic tempori, ſic*
p. 463 *finiens*: Si mihi obtemperandum duxeritis, juvenes & ſenes, præfecti & ſubditi, monachi & conjugati, ſupervacaneas & inutiles oſtentationes valere jubebitis *&c. Quo indicatur ad ingentem omnis ætatis, conditionis & ordinis multitudinem locutum tunc Sanctum.*

C

g *Ita primum Baronius: in Annalibus autem hæc recognoſcens, judicavit hunc enſem, qui fuit in templo ſtrictus, cum ſicarii ſequentis facto nihil habere commune. Itaque verſus prædictos ſic explicat num.* 14 *ad an.* 380 *quaſi* ob nimiam compreſſionem confuſionemq; prementium, ad terrorem evaginatus enſis fuerit: *quid ni potius ad coercendum unum alterumve de plebe, inſolentius aliquid dicentem facientemve & ad alios terrendos? cum dicatur ea enſis evaginatione* plebis fracta audacia.

h *Statim poſt narratum factum præcedens, hujus quidem rei excuſationem proponit, ſatis indicans nonnullis eã moderationem minus probari: ſed quod ingens eâ causâ fuerit contra Sanctum commotio animorum, non invenio.*

AUCTOR. CÆS. BAR.

CAPUT XIV.

In thronum invitus collocatus Gregorius Teſtamentum ſuum condit.

112 CUm hæc geruntur Conſtantinopoli, Epiſcopi illi, quos fama adventuros Conſtantinopolim ferebat, adſunt. Fuerunt Epiſcopi Orientales, non pauci numero: quorum omnium celeberrimus aderat Meletius *a* Epiſcopus Antiochenus, Confeſſione clarus, qui contra Arianos, tempore Cõſtantii Imperatoris ac inde Valentis, pro fide Catholica ſtrenue decertaverat, ac ob eam cauſam iterum in exilium miſſus fuerat, immenſoſque labores eadem ex cauſa tulerat. Hic, inquam, Meletius venit una cum ceteris Epiſcopis Conſtantinopolim, ut Gregorium Nazianzenum locaret in Throno, & ut Gregorii Nyſſeni utar verbis, ſponſum conjungeret ſponſæ. Tunc etiam advenit ipſe Gregorius Nyſſenus, qui (ut diximus) libros quos contra Eunomium *b* elaboraverat, legit Gregorio Nazianzeno atque Hieronymo, apud eum tunc Conſtantinopoli commoranti. Quid tandem? Colloeant hi omnes Gregorium, invitum licet, in Throno, firmant ejus Sedem, qui una tantum ſpe ductus, nimirum ut ea ratione ad componendas res Eccleſiarum ſequeſter optimus eſſet, illis acquievit, ac ſe locari in Sede paſſus eſt. Hæc enim omnia idem ipſe concinne deſcribit in hunc modum.

a *SS. Meletii, Nyſſeno & aliis in Throno collocari ſupra titur.*

Nyſſen. in funere Meletii.

b

E

113 [Omnes enim Orientales (Ægyptũ *c* excipe) C
Antiſtites, aduſque Romam illam alteram,
Ex intimis telluris ac maris angulis,
(Quibus Dei mandatis impulſi haud ſcio)
Coëunt, mihi ſtabilituri Sedem ſacram,
In queis erat Princeps unus, piiſſimus,
Simplex, mala ſine fraude, plenus numine,
Cernens placidum, fidens animi, ac ſimul prudens,
Etiam intuentes excolens in ſpiritu.
Quis quæſo neſciat, quem noſtra vox notet,
Eccleſiæ Antiochenſis illum Præſidem?
Qui erat reapſe, quod audiebat nomine;
Mores habebat, atque nomen melleum:
Qui multa toleravit ſanctum ob ſpiritum,
Ab extera pulſus aliquando potentia:
Qui certaminibus expolivit gratiam
Illuſtribus ſuam. Hi me in Sede collocant
Clamantem atque gementem: ſed una cauſa tamẽ F
Minus repugnantem; Tu Verbum teſtis es.
Quænam illa? Non fas veritatem abſcondere.
Rebar ſtolida perſuaſione pectoris,
Hujus ſi ſolii poſſem Imperium conſequi,
Inſtar ducis Chorearum, qui Choros duos
Utrimque medius ipſos apte collocat,
Illum quidem hic, alium iſtic, fieri ut ſolet;
Sic me reconciliaturum adverſarios].

De vita ſua.

ſperans eo ſe aptiorem fore componendis diſſidiis

Hæc & alia Gregorius, cauſam declarans, cur tandem Eccleſiaſticæ pacis componendæ ergo, illis acquieviſſet.

114 Ejuſmodi diſcordia erat exorta occaſione ſchiſmatis Eccleſiæ Antiochenæ, in qua (ut præteream Antiſtites hæreticos) duo Epiſcopi Catholicis præerant, quorum alter Meletius, quem diximus, erat; alter vero Paulinus: Apollinariſtas autem Vitalis regebat. Horum cauſa S. Hieronymus, ambiguus aliquando quocum communicare deberet, abſtinuit ſe ab omnibus, donec Damaſum Romanum Pontificem conſuleret, ad quem cum ſcriberet, hæc habuit inter alia. [Non novi Vitalem, Meletium reſpuo, ignoro Paulinum. Quicumque tecum non colligit, ſpargit, hoc eſt: Qui Chriſti non

ex ſchiſmate Antiochenopullulantibus.

AUCTORE CÆSAR. est, Antichristi est.] Hæc Hieronymus: qui ad eumdem iteratis litteris agēs, testatur quod hi omnes Damaso se adhærere profiterentur, cum ait: [ego interea clamito, Siquis Cathedræ Petri jungitur, meus est. Meletius, Vitalis, atq: Paulinus tibi hærere se dicunt] Hactenus de his ille. Porro, ut advenit, aliis aliorum studia sectantibus, ea occasione totus pene Christianus Catholicus orbis schismate divisus est. Ægyptii ac Macedones, & alii, Paulini amplexantes communionem, Meletium respuebant; ceteri autem Orientales, communicantes Meletio, Paulinum aversabantur. Hujus itaque schismatis conciliandi gratia Gregorius, ut ait, hac una causa passus est tandem in throno se locari.

Epi. 58.

alias à desiderando throno illo,

115 Sublimatus in Thronum Gregorius, mox adversariorum ferientium sensit aculeos: quique erant illi infensi, sive hæreticorum sive Catholicorum, quos à se Maximi schisma divulserat, quorum animos tanta Gregorii gloria livore offuderat exacerbaratque, in ipsum obloqui, obstrepere, declamare, ac in vulgus spargere non cessant, ipsum gloriæ cupidum eam Cathedram concupisse, ejusque adipiscendæ gratia Constantinopolim se contulisse, ac longo ambitu tandem adeptum esse. Tunc ipse pro concione de ea re agendum sibi censens, orationem illam præclaram habuit, cujus est titulus: De se ipso & ad eos qui ipsum Cathedram Constantinopolitanam affectare dicebant: *d* ubi collaudato populi erga se studio, volens ostendere quam longe absit ut ejus favorem adulando studuerit demereri: [Hoc, inquit, ex novo illo facinore perspicuum factum est, quod circa me nuper edidistis; cum vos, qui plebs estis, zelo & ira flagrantes, clamantem & ingemiscentem in hac Sede collocastis, quam tyrannicam an Archiepiscopalem dicere debeam, incertum habeo: sed collocastis *e* tamen, propter vim amoris erga me vestri jus fasque violantes. Quo quidem tempore nonnullis eorum, qui vehementius in eam rem incumbebant, adeo graviter succensuimus, ut amore in odium mutato, à nobis pedem confestim retulerint]. Et post multa, se ab illis vocatum ac vi adactum accessisse refert.

B

d

in quem à plebe fuerat violente & præter leges impositus,

e

longe alienissimus; uti antea

116 Quo item fuerit animo cum advenit, his verbis testatum reliquit: [Si humanum, inquit, aliquid abjectumque cogitans atque hanc Cathedram affectans, aut huc primum cum senecta hac cana atque his membris, vitæ diuturnitate & morbo rugatis atque contractis, venissem; aut nunc has ignominias ferrem; profecto cœlum & terram (quibus testibus attestari moris erat) erubescerem; erubescerem & Cathedram hanc, & sacrum hunc cœtum, sanctamque hanc & vere sanctam coagmentatam plebem, adversus quam tot sceleratorum hominum copiæ aciem instruxerunt, ut priusquam conjuncta sit dissolvatur, & priusquam in lucem prodeat extinguatur, jam secundum Christum formari incipiens. Ad hæc laborum meorum & ærumnarum me puderet, & asperæ hujus vestis, & secessus in solitudinem quam familiarem semper habuimus; vitæ item facilis & expeditæ & mensæ frugalis ac simplicis, avium vita haud multo inferioris. In gratiam etiam cum veritate redeant, qui me alienæ uxoris cupiditate flagrasse dicunt, cum ne propriam *f* quidem habere voluerim] &c. & in alia oratione, quā in Synodo habuit coram centum quinquaginta Episcopis; [Si, inquit, Principatus aut sublimium Thronorum amore flagravi, aut peccatorum aulas calcare gestii, numquam aliud quidpiam splendoris amplitudinisque mihi contingat; aut si quid contigerit, confestim illud projiciam & amittam] *g*.

C

f

& posteà est protestatus.

g

Vt non amplius Nazianzum revisurus

117 Hæc Gregorius, qui sibi, Ecclesiæ Constantinopolitanæ indissolubiliter, ut opinabatur, adstricto, nullam spem reliquam esse credens redeundi Nazianzum, ibique de rebus suis ultimum disponendi, coram amicioribus nonnullis Episcopis Testamentum condidit; quod merito divinum appellavit Joannes, Lector & Notarius Sanctissimæ Ecclesiæ Nazianzenæ, qui ipsum *h* [ex archetypo exemplari in eadem Ecclesia asservato, in quo & propriæ manus subscriptiones extant, tam ipsius quam testium qui subscripserunt,] exscripsit & edidit. Latuit illud hactenus inter Brissonii, viri sane valde periti, Formulas *i* Græce editum: ubi cum illud haberi me monuisset Marcus Antonius Massa Salernitanus I. C. quocum ob illius doctrinam variamque eruditionem cum pietate conjunctam domestica mihi consuetudo intercedit, omnium fere librorum angulos exploratos habens, sed mendosum vehementer & mutilum; muneris autem mei esse illud, si fortasse minime probaretur, confutare disertis rationibus; rem contuli cum Jacobo Sirmondo *k*, mei studiosissimo, Societatis Jesu Professore, omnium plane litterarum genere exultissimo: qui infatigabili studio penetralia quæque bibliothecæ Vaticanæ perlustrans, invenit tandē in duobus antiquis codicibus ejusmodi testamentum: quod contulit, emendavit, atque Latinitati primus omnium tradidit, sicut hic habes descriptum.

D

h

i

k

E

testamentum condit. an. 380, 31 Maji.

118 [Flavio Eucherio & Flavio Euagrio Viris Clarissimis Coss. pridie kalendas Junias Gregorius Episcopus Catholicæ Constantinopolis Ecclesiæ, vivens ac prudens, sanoque judicio & integris animi sensibus condidi hoc testamentum: quod quidem jubeo & volo in quovis foro & quomodolibet ratum ac firmum esse. Jam enim mentem meam declaravi *m* omnemque meam substantiam Catholicæ Nazianzi Ecclesiæ consecravi, ad pauperum qui sub eadem sunt Ecclesia ministerium. Qua etiam de causa tres juxta hanc meam voluntatem, alendis pauperibus Curatores instituī; Marcellum, Diaconum & monachum; Gregorium, item Diaconum, qui fuit è familia mea; & Eustathium monachum, qui & ipse fuit è domo mea. Nunc vero eumdem animum retinens erga sanctam Ecclesiam Nazianzenam, eodem perstō in proposito. Cum igitur contigerit me ex vita discedere, heres meus esto prædictus Gregorius, Diaconus & Monachus, domesticus quondam meus, quem pridem manu misi; ex universa substantia mea, mobili & immobili, ubicumq; ea mihi sita est. Ceteri omnes exheredes mihi sunto. Ita quidem ut ipse meam omnem substantiam, mobilem & immobilem, sanctæ Catholicæ Nazianzi Ecclesiæ restituat, nihil penitus subducens, præterquam quæ hoc testamento quibusdam privatim reliquero, legati aut fidei commissi gratia: sed omnia ut prædixi diligenter servet Ecclesiæ, Dei timorem præ oculis habens, scienſque jam à me decretum, uti omnia mea illius Ecclesiæ pauperum ministerio cedant; in eamque rem se institutum heredem, ut per ipsum Ecclesiæ omnia sine fraude conserventur.

m

F

in favorē pauperum

legans jus testamenti curatoribus

119 Servos quoscumque vel mea voluntate vel beatissimorum parentum meorum mandato manumisi, hos omnes nunc etiam liberos manere volo, & peculia sua ipsis absque ullo impedimento firma permanere. Volo præterea, heredem meum Gregorium Diaconum, una cum Eustathio monacho, ambos olim è domo mea, possidere predium Arianzenum, quod ex Rhegini bonis ad nos pervenit: gregales vero equas & oves, quotquot jam ipsis præsens dari jussi, quarumque propietatem ipsis ac dominium tradidi, has ipsis quietas manere volo jure dominii. Per præceptionem item Gregorium, Diaconum & heredem meum, qui mihi fideliter ministravit, privato jure Dominii habere volo aureos numero quinquaginta. Russianæ, Virgini *n* venerandæ propinquæ meæ, certa quædam in annos singulos dari jussi, unde libe-

Arianzenum prædium.

juxta dispositionem antea factā Nazianzi,

n

A *Ruffiane virgini domum quoad vivet,*

liberaliter vivat: quæ quidem omnia eidem, quemadmodum præscripsi, volo ac jubeo quotannis sine mora præstari. De habitatione autem, tum quidem nihil propterea statui, quod rescirem ubinam ipsa degere mallet: nunc vero & hoc volo, quocumque ipsa loco elegerit, parari ei domum ingenuæ congruentem, ad honestam Virginis habitationem: quam utique domum sine interpellatione habebit ipsa in usum fructum quoad vixerit, postea vero restituet Ecclesiæ. Addi præterea eidem volo puellas duas, quas ipsa delegerit: hoc nimirum pacto ut cum ea morentur puellæ usque dum vivet: & si quidē illi ita visum fuerit, liceat ipsi libertate eas donare; sin minus, & illæ quoque ad Ecclesiam pertineant.

Alypiane nepti spolia defuncti Cæsarii

120 Theophilum puerum qui mecum manet, jam manu misi: volo autem ei nunc etiam dari, legati nomine, nummos quinque. Eupraxium vero ejus fratrem, liberum esse volo, eique legati nomine dari nummos quinque. Volo præterea Theodosium, notarium meum, liberum esse, eique legati nomine dari aureos nummos quinque: Alypianam, filiam meam dulcissimam (ceterarum enim Eugeniæ & Nonnæ exigua ratio ducenda est, ut quarum vita reprehensione non vacat) veniam mihi dare volo

B quod nihil possum ipsi relinquere: quippe qui omnia jam pauperibus destinavi; aut potius beatissimis parentibus, qui ita polliciti erant, obsecutus sum: quorum voluntatem irritam reddere nec sanctum nec tutum arbitror. Quæcumque tamen ex beati fratris mei Cæsarii rebus, in veste serica aut linea aut

o lanea aut *o* burichaliis superstant, hæc ad ipsius liberos pertinere volo: & nulla in re, ipsam vel sorores ejus molestas esse vel heredi meo vel Ecclesiæ. Meletius, gener meus, sciat se prædium Apenzinsenum, quod ex Euphemii rebus est, mala fide possidere: de quo quidem & jam antea scripsi sæpius Euphemio, ignaviæ eum condemnans nisi sua recuperaret. Et nunc testor omnes Magistratus & qui sub Magistratu sunt, injuriam fieri Euphemio: oportet enim prædium Euphemio restitui.

affinis sui injustitiam declarat,

& emptionis cujusdā cassationē.

121 Emptionem fundi Canotalorum reverendissimo filio Episcopo Amphilochio redintegrari volo. Constat enim ex chartis nostris, idque sciunt omnes, quod & solutus fuerit contractus, & pretium receperim, proprietatemque ac dominium possessionis jam pridem reddiderim. Euagrio Diacono, qui multorum mecum laborum & curarum particeps, in multis suam mihi benevolentiam commendavit, gratiam

C habeo coram Deo & coram hominibus. Ac majora quidem ipsi Deus retribuet: ne vero parva etiam amoris symbola prætermittamus, volo ei dari *p* camasum unum, tunicam unam, pallia duo, aureos nummos triginta. Similiter dulcissimo Condiacono nostro Theodulo dari volo camasum unum, tunicas duas ex iis quæ sunt in patria, aureos viginti ex patriæ item rationibus. Elaphio notario, qui & bene moratus est, & quo tempore fuit in obsequio belfe nos refocillavit, dari volo camasum unum, tunicas

domestis suis panca donat

p

q duas, pallia tria, sigillionem *q*, in patria nummos aureos viginti.

& testamentum concludens

122 Hoc meum testamentum ratum ac firmum esse volo in omni judicio & quomodocumque. Quod si tamquam testamentum vim non *r* habuerit; tamquam voluntatem ipsum seu codicillum *s* valere volo. Qui vero ipsum evertere tentaverit, rationem reddet in die judicii & pœnam sustinebit.

r

s

In nomine Patris & Filii & Spiritus sancti.

subsignat ipse

Gregorius, Episcopus Catholicæ Constantinopolis Ecclesiæ, relegi testamentum; & omnia probans subscripsi manu mea, & vim obtinere volo ac jubeo.

t Amphilochius *t*, Episcopus Catholicæ Iconii Ecclesiæ, interfui testamento Reverendissimi Episcopi Gregorii: & eo rogante subscripsi manu mea.

Optimus *v* Episcopus Catholicæ Antiochenæ Ecclesiæ interfui, cum Reverendissimus Episcopus Gregorius testamentum suum, ut supra scriptum est, disponeret, & eo rogante subscripsi manu mea. AUCTOR. CÆS. BAR *& post eum test.es 7.* v

Theodosius, Episcopus Catholicæ *x* Idæ Ecclesiæ, præsens testamento Reverendissimi Episcopi Gregorii, & ab eo rogatus, subscripsi manu mea. x

[Theodulus, Episcopus sanctæ Catholicæ Apameæ *y* Ecclesiæ, præsens &c.

Hilarius, Episcopus Catholicæ Isauriæ Ecclesiæ, præsens &c. y

Themistius, Episcopus sanctæ Catholicæ Hadrianopolis *z* Ecclesiæ, præsens &c.

Cledonius, Presbyter Catholicæ Iconii Ecclesiæ, præsens &c. z

Joannes, Sanctissimæ Nazianzi Ecclesiæ Lector & Notarius, exemplum divini testamenti, quod in sanctissima Ecclesia mea reconditum est, sancti & illustris ac Theologi Gregorii exscripsi & edidi.]

ANNOTATA.

a *De S. Meletio & Antiocheno schismate, plene actum à nobis ad 12 Februarii.*

b *Libros Nyssēni contra Eunomium, quos ordine perquam turbato habemus impressos, suo naturali ordini restituendos monstravimus ad 9 Martii, §. 2 Commentarii historici de eorum auctore.* E

c *Existimat Hermant nec vocatos quidem fuisse, quod suspecti essent, ne causa Maximi, per suos illegitime ordinati, turbarent potius quam promoverent ordinationem Constantinopolitani Episcopi, quæ inprimis facienda erat. Verosimilius existimo venire contempsisse, eo quod eorum fere scirent fore Concilium, qui Meletio contra Paulinum favebant: Timotheum autem Alexandrinum, cum unico solo Oxyrinchite Episcopo, in iter deinde dedisse sese, non tam ut totam suam nationem repræsentaret in Synodo, quam ut, si ordinandus esset alius à Maximo Constantinopolitanus Episcopus, id non fieret ab alio quam à se cum sui juris præjudicio; sed tempestate vel alio casu retardatum non comparuisse ad dictam diem. Tum vero Meletium, suam hanc occasionem ratum, & ipsa verosimiliter fama motum quæ attulerat Ægyptios non comparituros, ursisse instituisseque, ut & quando jam ii omnes aderant qui adfuturi sperabantur (nam Demophilus Macedonianus, cum suis ex circumjecta Constantinopolitanæ urbi Thracia Episcopis 30 secessionem fecerat, professus Arianam se fidem malle quam Consubstantialem Patri Filium asserere) ut, inquam sine mora Gregorius, jam pridem postulatus à populo, imo ut infra apparebit ab eodem in Thronum violente elatus, rite constitueretur Episcopus: ne forte superveniens vacante adhuc Sede Alexandrinus (quē solum cum socio esse in via tulisse etiam fama potuerat) primas in Concilio prætenderet, ut principali suæ Sedi debitas, à qua prætensione excludebatur per maturam Constantinopolitani Episcopi ordinationem. Cumque in hanc sententiam facile adduxisset ceteros, qui jam convenerant undique ad Synodum (quam existimem indictam fuisse in diē circiter 20 Maji) ante omnia actum esse ut cogeretur Gregorius Sedem istam admittere.* Cur ordinando Gregorio non adfuerint Ægyptii. F

d *Existimare videtur Baronius quod hæc Oratio habita sit, postquam in Thronum ab Episcopis fuit evectus Gregorius. Verosimilius existimo cum Hermant, habitam antea; alias enim non omisisset allegare vim sibi ab Episcopis illatam. Habita est autem in plenissimo consessu præsente Imperatore, aulicis & magistratibus, quos ultima orationis pars sigillatim admonet officii; adeoque habita est in magna ecclesia. Habita etiam est ex ipsa Cathedra Episcopali: quam saltem ut Vicarius occupabat, donec proprium Episcopum Patres ad Concilium convenientes instituerent.* Oratio de non ambita Sede CP. quando habita?

AUCTORE CÆS. B. R. violenta in thronum collocatio per plebem.

e *In Carmine de vita ſua non meminit Sanctus hujus violentiæ; eoque difficilius eſt ſtatuere, quo tempore præcise ipſa ei ſit facta. Hermant cenſet quod paucis poſt reſtitutionem eccleſiarum diebus: quam non ferentes Ariani, non ita potuerint præſentis in urbe Imperatoris reverentia coerceri, quin multa acerbe & contumelioſe in Gregorium dicerent facerentque. Hu autem moti cives, non expectato Epiſcoporum qui convocabantur adventu, præoccuparunt ipſum inſtallare: quod quia præter Canones erat, tamquam momenti nullius videtur Sanctus in dicto Carmine tranſiiſſe. Sit igitur hæc res facta menſe Februario aut Martio; oratio vero habita menſe Aprili, cum propinquitas adventantium ad urbem Epiſcoporum magis acuere poterat invidorum linguas, metuentium ne populare factum illi ratum haberent, eoque conabantur Gregorium de ambitione infamare. Certe non ante Majum videtur è Syria potuiſſe adeſſe Meletius, multo minus alii ex remotioribus etiam partibus acciti: præceſſiſſe enim debuit Indictio Concilii, quæ vix ante finem Ianuarii cogitanda eſt eſſe facta: quia credibile eſt prius fuiſſe publicatum edictum, 10 Ianuarii die dictatum, de templis toto Imperio in poteſtatem Orthodoxorum reddendis. Si autem ad menſem Majum addas Iunium & initium Iulii, cujus die 9 legitur data Synodica ad Imperatorem, ipſius Concilii acta (quæ non extant) concludens, invenies juſtum rebus omnibus gerendis ſpatium. Aſt, inquies, S. Meletius, qui paulo poſt inthronizatum Gregorium durante Concilio obiit, creditur defunctus XII die Februarii quo colitur. Reſpondeo, nequaquam mirum eſſe, ſi peregre mortuo S. Meletio fuerit feſtum annuum inſtitutum Antiochiæ, non eo die quo Conſtantinopoli moriens vir Sanctus,*

comprobata ab Epiſcopis in Majo.

B

nec enim obiit S. Meletius in Februario.

Hinc Angelorum raptus ad cœtum fuit: *aut quo*
Deductione civitatis totius,
Tunc maxime dolentis, ut decens erat,
Eccleſiam devectus eſt ad propriam,
Theſaurus ingens intelligentibus:

imo nec eo, quo fuit Antiochiæ exceptus (nam uti exportatus Conſtantinopoli fuit ſtatim à morte, ſicut ex Nazianzeni verſibus citatis & rebus poſt narratis colligitur; ita credibile eſt quam feſtinantiſſime potuit devectum per iter, quod ſive terra ſeu mari ſumas unius alteriuſve dumtaxat hebdomadæ fuit) ſed altero quo ad Ordinationem Flaviani Antiochiam convenerunt Epiſcopi: quos veroſimile eſt dilatas eatenus exequias viri Sancti quâ ſolenniſſimas egiſſe, & conſtituiſſe, ut hic anniverſaria commemoratione recoleretur. Florarii Ms. collector S. Meletii nomen refert 10 Iunii; utinam ſciretur quo auctore? hic enim ſi antiquus foret, vix dubitarem affirmare eo die vel mortuum Conſtantinopoli vel ſaltem Antiochiam relatum eum fuiſſe: tunc certe potuit, nec potuit facile multo citius ſeriuſve id contigiſſe. Nec obeſt quod in ſubſcriptionibus poſt Canones, Imperatori oblatos per Epiſtolam datam 9 Iulii ut diximus, inveniatur primus Provinciæ Cœleſyriæ ſubſcriptus Meletius Antiochenus: *non enim genuinæ ſunt iſtæ ſubſcriptiones nec in debita forma, ſed nuda nomenclatura eſſe videtur ex Actis collecta, quorum initio Meletius interfuit: aut certe Meletii nomen librarius aliquis ex ſuo adjecit judicio, exiſtimans per errorem fuiſſe omiſſum.*

sed tunc celebratæ ejus ex equiis ſumi à Synodo Antiochena.

C

f Nazianzenam *intelligo, ſæpe oblatam, ſemper recuſatam: nam* Saſimæ, *pro quibus fuit ordinatus Gregorius, non videntur à Gregorio unquam pro Eccleſia æſtimari, nec propriam ſuam voluiſſe dicere eam, ad quam numquam fuit vocatus à populo. Si quis tamen Saſimenſem intelligere malit, per me licet.*

Teſtamentum unde & cur hic inſertum?

g *Hactenus Baronius* in prima hujus vitæ editione (*uti ipſe appellat in Annalibus an. 389 num. 22, licet ſolum intelligat hoc manuſcriptum ſuum inter amicos communicatum*) *hactenus, inquam Nazianzeni res promoverat Baronius, & conſequenter Concilii C. P. acta ac cetera Sancti ad mortem uſque geſta pertexuerat, nulla facta mentione Teſtamenti:* Quis enim, *inquit*, illud extare aut aliquam ejus rationem habendam eſſe putaſſet, quod tot rerum atque ſcriptorum ejuſdem Gregorii accuratiſſimos exploratores præteriiſſet; vel ſi noverunt, tamen viſi ſunt penitus, tamquam commentitium, contempſiſſe? *Cum autem idem Baronius in ſecunda ejuſdem vitæ editione, id eſt in Annalibus, ipſum dignum cenſuerit quod eidem ſubnecteret, accurateque defenderet: ego hoc ejus judicium ſecutus, plane ex mente ejus facturum me credidi, ſi ipſum proprio inſererem loco, ſimul cum commentatione eodem ſpectante, quæ nobis conſtituet Caput 15.*

D

h *Titulus Ms. Græci, uti editus in Appendice operum tomi 1 extat, hic erat:* Exemplum teſtamenti S. Gregorii Theologi, deſcriptum ex archetypo &c. *prout* [ ] *incluſa verba ſequuntur.*

prima ejus editio apud Briſſonium.

i *Barnabas Briſſonius, Regii Conſiſtorii Conſiliarius & Pariſienſis Senatus Præſes*, de formulis & ſolennibus populi Romani verbis *libros 8 edidit Pariſiis anno 1582, quos habemus Francofurti recuſos an. 1592, ubi lib. 7 circa medium & pagina apud nos 680, ipſum Græcum habetur ex membranis, & quidem aliis quam quæ in Vaticana Sirmondus reperit: nam in titulo legebatur* μετεγράφη ἐκ τοῦ ἀρχετύπου τοῦ συγκειμένου ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ Ναζιανζοῦ, deſcriptum eſt ex archetypo quod jacet in eccleſia Nazianzi. *Eſt autem veroſimile quod in Francia membranæ ſint, quas vidit Briſſonius.*

E

k *Addiderat his Baronius*, Pariſienſi: *quod omiſi ex mente auctoris, qui alibi certius edoctus* Arvernum *patria* Sirmondum *fuiſſe, erratum correxit.*

quo menſe conditum?

l *Scriptum quidem à Sirmondo* Januarias, *& ſic à Baronio & Billio eſt editum, quia ſic in uno Ms. legebatur: ne tamen in ipſo principio lector offenderetur, veram lectionem adhibere maluimus. Alibi nomen menſis deerat. Veroſimile eſt in originali ſcriptum* περὶ μιᾶς καλανδῶν Ἰαν. *quod alius legerit* Ἰαν. *& extenderit* Ἰανναρίων *pro* Ἰανίων. *Nihil enim uſitatius antiquis quam truncare nomina menſium: & in Vita S. Athanaſii num. 161. Simili errore vidimus* Januarium *pro Iunio obrepſiſſe in Epiſtola Iulii Papæ Græca.*

aliud ante factum Nazianzi.

m *Quamdiu ante ſuum Conſtantinopolim diſceſſum id fecerit Sanctus, non conſtat: veriſimile mihi eſt, pro magno ejus erga pauperes amore, quod id fecerit ſtatim poſt obitum parentum, reſervato ſibi dumtaxat Arianzeno prædiolo, quod hic ſuo inſtituto heredi & ſocio Euſtathio legat.*

n Ruſſianam *hanc, ex tam plena reverentiæ appellatione, colligas grandævam valde fuiſſe.*

o Βυρίχος Buricus, *equus eſt Iſidoro, Paulino & aliis; hinc* βυριχάλια *in Chronico Alexandrino* ſtragula equeſtria, *hic autem forſitan ſumuntur pro quavis ſtragula veſte.*

F

p Camaſus *apud Iſidorum in Gloſſis* Amfimallus *vertitur, & in Græco barbaris apud Meurſium explicatur* Chlamys ad hiemem vel pluviam; μάνδυσμα χειμωνιαλικὸν.

q Σιγιλίων, *melius forte* Σιγγιλίων *ſcriberetur: Latine* Singiliones *dixere, quaſi* Singuliones, *quod eſſent ex ſingulo, ſive ſimplici, non autem ex duplicato panno confecta veſtes, Græce* ἁπλοΐδες *dicerentur.*

r *Intellige ex defectu alicujus ſolennitatis à lege requiſitæ.*

s Codicillis *ſcribendis nullæ ſolemnitates requiruntur: & hos tamen valere lex juſſit, ut extremæ hominum voluntati quocumque in caſu cautum foret.*

teſtes omnes partim ex Lycaoniæ partim ex Piſidia.

t *Amicitiæ præſertim jure, & quod vicinum Cappadociæ in Lycaonia Epiſcopatum haberet, hunc & tres alios lectos teſtes arbitror: adhibentur autem teſtes ſeptem, tot enim lex requirebat, unde in teſtamento Bertichranni Cenomanenſis Epiſcopi apud Briſſonium pag. 683.* Ut lex edocet, ſeprem virorum honeſtorum ſubſcriptionibus & ſigillis credidi muniendum.

u *In ſubſcriptionibus Concilii,* Optimius: *intelligitur autem, ut ex iiſdem ſubſcriptionibus patet,* Antiochia Piſidiæ *Metropolis, ideoque ejus Epiſcopus primus ponitur inter illius Provinciæ Epiſcopos.*

x *In ſubſcriptionibus* Hydenſis, *in Provincia Lycaoniæ.*

Sic

A *Sic & in Chalcedonenſi Synodo* Rufus Hydę *ſubſcribitur: ejuſdemque provinciæ eſt teſtis quintus* Hilarius Iſauriæ *ſive* Iſaurenſis, *in ſubſcriptionibus* Ilvarius *vel* Illyrius.

y Apameam *Piſidiæ intelligo potius quam Bithyniæ, & in eo qui ſequitur* Themiſtio Hadrianopolim *ſimiliter Piſidiæ potius quam Thraciæ; ut ex ſolis duabus provinciis intelligantur teſtes adhibiti; prout illi commune forſan & Epiſcopio Conſtantinopolitano vicinum hoſpitium habebant.*

z *Hæc clauſula ad teſtamentum non pertinet, uti nec titulus: unde nec in Briſſonii codice inveniebatur. Non eſt autem facile divinare, quamdiu poſt teſtamenti ſcriptionem tranſcriptum hoc ejus exemplum ſit.*

CAPUT XV.

Teſtamenti hujus veritas defenſa & illuſtrata.

Germanum eſſe hoc teſtamentum

123 IAm vero noſtrarum partium eſſe ſcimus, ut his quam exacte per cognitiis num hæc in omnibus inveniantur veritati conſentanea diſquiramus, elucidemuſque obductum veluti rubigine monumentum. Eſſe quidem ipſum germanum Gregorii
B Theologi teſtamentum ſunt multa quæ perſuadeant. Verum quoniam ipſa prima ejus inſpectione longe refugere poſſit animus ut id audire velit, nedum aſſerere, ipſum Gregorium filias habuiſſe atque generum, de hoc ipſo primum jure agendum erit. Etenim nihil eſt ut vel in leve diſcrimen poſſit adduci Gregorii, quem ſuis ipſe ſæpe ſcriptis profitetur, cultus virginitatis, quam par eſt ut ante omnia apertiſſime demonſtratam atque probatam, ſartam tectam in omnibus relinquamus. Nihil quidem magis certum atque exploratum ex omnibus Gregorii rebus geſtis videri poteſt, quam ipſum perpetuam coluiſſe virginitatem, teſtante id ipſo quam ſæpiſſime, cum in ſenectute confectus ærumnis, ſeſe ejus, tamquam rei præclaræ memoria conſolans, cygnæis modulis ſæpe concinuit, ut illud inprimis proſa redditum: [Corpore virgo ſum: an autem etiam animo haud certum habeo]. Profitetur hoc etiam in Carmine, ubi conqueritur de calamitatibus ſuis: itemque in Carm. de Virginitate, & in Præceptis ad Virgines. Rurſum in Carmine de vita ſua, & eo qui inſcribitur de rebus ſuis, ubi hos habet verſus:

non prohibet teſtatiſſima Sancti virginitas,

[Non me connubium ſtrinxit, nec fluxio vitæ]
& inferius,
C [Nec mea femineo maduerunt membra liquore]. Inſuper cum rurſus animæ ſuæ calamitates deplorat, viſionem ſibi divinitus oſtenſam recenſet, qua permotus fuerit à puero ut ſe virginem perpetuo conſervaret. Idipſum etiam affirmat, cum invehitur in hypocritas monachos, nec non in Epitaphio de ſeipſo. Ut plane nihil in Gregorio firmius atque tutius quam perpetuæ virginitatis cultus abſque ulla dubitatione affirmari penitus poſſit.

quia ille filios & filias ſæpe nominat, ſi ſpirituales, ſcilicet,

124 Servata igitur & in omnibus comprobata Gregorii virginitate, jam nebulam illam, quæ de filiabus & genero ex teſtamento contracta videtur, ex ipſiuſmet Gregorii ſcriptis, dimoveamus omnino. Quod igitur ad nominatas in teſtamento filias ſpectat, illud ingerimus: Si omnes quas ipſe Gregorius ſuis ſcriptis filias vel filios nominat, ex conjuge eſſe ſuſceptos velimus aſſerere; erit profecto, ut pluſquam quingentos, ut ita dicam, ex Gregorio genitos eſſe liberos affirmare cogamur. Verum ad ſpiritualem generationem eos omnes eſſe referēdos, ne longe petatur exemplum, habemus in eodem Teſtamēto, ab ipſo Gregorio nominatū filium ſuum Amphilochium Epiſcopum, utpote ætate juniorem. Nā in Epiſt. ad Cæſarium de eo ſcripta, [Ipſe, inquit, manu mea cariſſimum filium noſtrum, Amphilochium offero: virum probitatis nomine uſque adeo nobilem (etiam præterquam ætas ferat) ut ipſe, qui & ſenex & Sacerdos & amicus veſter ſum, præclare mecum agi exiſtimaturus ſim, ſi eam hominum exiſtimationem obtinerem]. Hæc ipſe. Sic igitur nihil eſt ut cogamur aſſerere, quas nominat filias, eas à Gregorio ex uxore ſuſceptas: verum dicendum potius, eas illius fuiſſe neptes. Etenim quam potiſſimum laudat, ſpretis ceteris, Alypianam, eo gradu tum ipſam tum reliquas duas ſorores Gregorio junctas fuiſſe, ex ipſius Gregorii Epiſtolis certo certius intelligere poſſumus. AUCTORE LÆS. BAR.

& ſic Alypianam neptem ſuam filiā vocat

125 Reperitur quidem Alypiana iſta ipſi Gregorio fuiſſe ex ſorore Gorgonia neptis; nuptaque inſigni viro Nicobulo, ex quibus ortus eſt Nicobulus junior, cujus nomine ad ejus patrem extat Gregorii carmen, nec non aliud patris nomine ad ipſum filium redditum, & aliæ complures Epiſtolæ, ut inter cetetas quæ fignatur in Billiana noviſſima editione num. 155, cujus hæc eſt inſcriptio ex Græco reddita exemplari, quā ipſius Epiſtolæ argumentum ponitur verbis iſtis: [Eidem Nicobulo, Alypianæ ipſius uxori, Gorgoniæ Gregorii ſororis filiæ, corporis ſtaturam exprobranti]. Hæc in Epiſtolæ a inſcriptione. Sed quid iſta ſibi velint ex ipſa accipere licet Epiſtola, quæ cum perbrevis & lepida valde ſit, hic integram deſcribemus: ſic enim ſe habet: [Alypianam apud nos cavillis inceſſis, ut parvam & tua proceritate indignam, ô magne & vaſte ac gigantine tum forma tum robore. Nunc demum intelligo, animum menſuræ ſubjici & virtutem expendi, ac rupes margaritis præſtantiores eſſe, corvoſque luſciniis anguſtiores. Tu vero magnitudine tua & cubitis fruere, nec Aloidis *b* illis ullo modo inferiorem te
b prębe: æquum enim ducis, & haſtam vibras, & ferę tibi curæ ſunt: ipſa autem nihil operis patrat, nec magni roboris eſt radium ferre, colum tenere, ac telæ aſſidere:

Nicobuli ſenioris uxorem

de qua jocoſa Sancti ad ipſum Epiſtola

——— id enim feminarum decus eſt.

Quod ſi hoc quoque adjicias, etiam orationis cauſa humi curvam eſſe, ac per ingentes mentis agitationes perpetuam cum Deo conſuetudinem habere; quid hic de tua ſublimitate corporiſque menſura te jactabis? Vide tempeſtivum ſilentium, loquentem audi, quam incompta ſit animadverte, quam ut femina fortis ac ſtrenua, quas rei domeſticæ utilitates afferat, quam viri amans ſit. At tum illud Laconis dices: Certe animus in menſuram minime cadit: atque externum hominem oculos conjectos in internum habere oportet. Si hæc ad hunc modum conſideres, jocari deſines, eamque ut parvam deridere, tuumque conjugium fauſtum ac felix judicabis]. Hactenus Gregorius ad maritum Alypianæ Nicobulum.
F

cum magna laudo Alypiana,

ſororum & ejus reprehenſione

126 Conſentanea his plane ſunt quæ de eadem Alypiana idem Gregorius habet in teſtamento, cum mulierem frugi ſibique ob id cariſſimam prædicat, deſpectis duabus ejus ſororibus, Eugenia atque Nonna, referente nomen aviæ, longe tamen diſparibus moribus prædita. Aliquod plane nefas ab eis admiſſum & publice cognitum ac decantatum oportuit, ut ipſe Gregorius publicis tabulis eas ita indecoris notis inuſtas reliquerit. Sic & S. Hieronymus Ep. 43.
ſororem ſuam virginem, lapſam fuiſſe, ſed ad pœnitentiam revocatam, Epiſtola ſcripta ad Chromatium & collegas, poſteris notum reddidit. Hæc qui conſiderat, non adeo mirabitur de Gregorio Nazianzeno, & multo minus ſi legerit quæ de lapſu Gordianæ virginis, amitæ ſuæ, S. Gregorius Papa ad populum hom. 38 in
pro concione recenſuit. Ut plane videas, ſanctos Euang.
viros deſpexiſſe penitus etiam propinquos, quos ſciſſent Deo minime eſſe caros, ſed laudare tantum ſoli-

AUCTOR. CÆS. BAR. Pſal. 14, 4

tos Deo acceptos, ſecundum illud de viro juſto dictum à David: Ad nihilum deductus eſt in conſpectu ejus malignus; timentes autem Dominum glorificat. Quod vero ex parentum voluntatis præſcripto bona omnia jubebantur, non in affines, ſed in pauperes erogari, cum nihil eſſet quod caræ Alypianæ nepti Gregorius legare poſſet: ejus tamen filiis dulces dari præcepit Cæſarii fratris exuvias, diutius apud ſe retentas, velut cara pignora germani amantiſſimi, qui jam pridem ex hac vita diſceſſerat.

quarum uni junctus Meletius,

127 Jam igitur de Gregorii ex conjugio filiabus omni dubitationis amoto penitus ſcrupulo, de Meletio qui in teſtamento gener nominatur, ſolvendus eſt nodus, quo Gregorius obligatus conjugio videatur. Vox quidem illa, quæ ex Græco Latine reddita Gener eſt, in Græco codice legitur *c* Γαμβρὸς: cujus quidem nominis etſi frequentior uſus eſt ut generum exprimat; ſignificare tamen poſſe interdum affinem quemlibet, qui gloſſemata Græca elucidant abſque controverſia profitentur. Imo apud Latinos idem in voce Generi loquendi uſus obtinuit. Et ut alios prætermittamus, habes apud Juſtinum hiſtoricum, generum ab eo dici virum ſororis. Quamobrem nullo pacto adſtringimur ut Gregorius Meletium generum nominarit voce illa, ſed affinem potius ſignificare voluiſſe exploratiſſimum ſatis redditur ex ipſius repetitis ſæpius teſtificationibus, quibus perpetua ejus virginitas, abſque ulla vel leviſſima ſaltem dubitatione, monſtratur.

c *gener id eſt affinis dicitur.*

B

ſolvuntur objectiones ex ſubſcriptione Theoduli Apameæ Epiſc.

128 Poſſet inſuper & de Theodulo Epiſcopo Apameæ, qui ſubſcribitur teſtis, illud objici, quod reperiatur eo anno, non Theodulus, ſed Joannes Apameæ Epiſcopus ſubſcriptus Oecumenicæ Synodo, Conſtantinopoli eodem anno habitæ. Verum oſtendetur ejuſmodi objectionem nullius prorſus eſſe momenti. Etenim præter Apameam, quæ in Syria eſt, cujus dictus Joannes Antiſtes, fuerunt tres aliæ ejuſdem nominis civitates, nimirum prima quæ in Bithynia fuit, ad oram maritimam inter Rhyndaci & Aſcanii oſtia, cujus meminere Stephanus & Ptolomæus: ſecunda in *d* Phrygia, ad Marſiæ fluminis oſtia, ubi ipſe Mæandro conjungitur, cujus meminerunt Plinius & ex Græcis Strabo, quam poſt Epheſum clariſſimam omnium Aſiæ urbium prædicant, in qua celeberrimum eſſe ſoleret emporium. Sed & præter hanc aliam fuiſſe Apameam, Parthorum civitatem affirmant. Sic igitur non arctamur, ut licet conſtet tempore Concilii Conſtantinopolitani Apameæ Syriæ præfuiſſe Joannem, non potuerit Theodulus alicujus ex reliquis tribus *e* Apamæis fuiſſe Epiſcopus, unde nullius momenti ea eſſe reperiatur objectio.

d

C

e *ex menſe in uno Ms. male notato.*

129 Ceterum quod ad menſem & diem ejus anni, in eodem teſtamento deſcriptos, pertinet, poſſet etiam aliquis objicere, neque Gregorium, neque Epiſcopos qui ſubſcripſerunt, tam diu poſt abſolutam ante quinq; vel ſex menſes Synodum eſſe commoratos Conſtantinopoli: neq; poſt abdicationem ejus vocatum amplius fuiſſe Gregorium Conſtantinopolitanum Epiſcopum, ut ponitur in teſtamento. Ad hæc vero primum illud jure dici poſſe videtur; Quis adeo durus eſt & ſeverus judex, qui in re adeo antiqua non concedat teſtamentum ipſum aliquem pulverem contraxiſſe mendorum, qui ſit excutiendus? Quamobrem ſi velimus, poſt abſolutum Concilium & poſt abdicationem Sedis illud ipſum teſtamentum fuiſſe à Gregorio nuncupatum, tunc plane accidiſſe videtur, ut Joannes ille, qui ex archivo Eccleſiæ Nazianzenæ ipſum in lucem prodidit teſtamentum, cum illud exſcriberet, & Gregorium ſimpliciter nominatum Epiſcopum legeret, honoris cauſa addiderit, Conſtantinopolitanum; & quidem / bona fide, quod ſciret eo anno ipſum præfuiſſe eidem Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ. Verum illi ſententiæ magis inhæreo, ut prope tempus Concilii ejuſmodi à Gregorio fuerit conditum teſtamentum; atque dicendum eſſe in menſem potius irrepſiſſe errorem. Etenim nec in codice quem nactus eſt Briſſonius, nec in altero è duobus Vaticanis nomen menſis expreſſum erat: in quo & potuit accidiſſe ut errore librariorum Ἰανυαρίων ſcriptum fuerit pro Ἰουνίων.

f

D

130 Ut autem opiner paulo ante Concilium ejuſmodi eſſe à Gregorio conditum teſtamentum, illud perſuadet *g*, quod ea oratione quam tunc Conſtantinopoli in Maximum habuit, inter alia ſuis ſe cunctis jam privaſſe bonis oſtendit his verbis, [Paupertatem objicient? Quid ego audio? Meas opes & copias? Atque utinam & pannos hoſce exuere poſſem, ut hujus vitæ ſpinas nudus percurrerem! Utinam & gravem hanc tunicam, quam celerrime abjicerem, ut leviorem acciperem!] & inferius: [Sed pecunias etipient? Quas tandem? Si meas: quin eadem opera pennas quoque excidant, quibus cinctus non ſum.] Hæc ipſe: quibus quidem ſe jam bona cuncta abdicaſſe ſignificat. Sunt autem adhuc complura alia, ex ejuſdem Gregorii ſcriptis adducenda, quibus demonſtrari contingat, idem ipſum teſtamentum eſſe Gregorii. Imprimis vero quod quæ in ea mira erga pauperes ſolicitudo monſtratur, eadem in omnibus ejus ſcriptis expreſſa conſpicitur. Quod enim in teſtamento pauperibus poſthabuerit affines, cum ita à parentibus fidei commiſſariam accepiſſet hereditatem, teſtatur ipſe de matre ſua in oratione habita in funere patris, adeo erga pauperes fuiſſe amore propenſam, ut dicere ſoleret, ſe ipſam, ſi licuiſſet, & filios, ad alendos pauperes diſtracturam fuiſſe. Ipſe vero non fundos tantum & domos in pauperes erogavit: ſed & libros in eorum uſum convertit. Cum enim Adamantius Rhetor amicus, Gregorium aliquando rogaret dari ſibi libros rhetoricæ facultatis, miſit ipſe quidem illos Gregorius, ſed pretium illorum petiit, ſcripta ad eum epiſtola, ubi ad finem iſta facete admodum; [Quod ſi minime Philoſophicum eſſe videtur librorum pretium poſtulare; tu mihi pecuniam ſolve, objectionem autẽ tuã ſolvent pauperes.]

Confirmatur ipſum ex magna Sancti caritate erga pauperes.

g

E

quibus etiã librorum pretia.

131 Hæc ipſe, ex quibus vides immenſam ejus ergo pauperes curam. Sed & videre eſt in ipſius Gregorii ſcriptis ejuſdem teſtamenti, quo pauperibus ſua cuncta reliquit, haberi ſaltem tacitam mentionem. Etenim ad hoc ipſum viſus eſt alluſiſſe, cum poſt diſceſſum Conſtantinopoli ſcribens ad Conſtantinopolitanos Sacerdotes & populum, iſta habet in fine: [Hæc verba Gregorii ſunt, quem aluit Cappadocia; quippe ſe facultatibus omnibus ſuis orbavit, ut eas Chriſto offerat.] Inſuper in Carmine de ſeipſo, poſt reditum ex urbe Conſtantinopolitana de ſuarum rerum abdicatione agens, hunc habet verſum:

F

& ſubſtantiam omnem impendiſſe profitetur,

[Ceſſi invita aliis mente, libente aliis]

Plane duplicem Conſtantinopoli à ſe factam rerum abdicationem inſinuans: invito animo alteram, nimirum cum Sedem reliquit; alteram cum pauperibus cuncta ſua teſtamento donavit. *h* Eſt & Carmen ad Julianum Tributorum Exæquatorem, quo Eccleſiam Nazianzenam commendat, in qua ad pauperum uſum ſe omnia ſua erogaſſe teſtatur: quæ quidem bona, cum ab ipſo Juliano deſcriberentur ad vectigalia ſolvenda, ut mitius agat rogans, hæc de Nazianzena Eccleſia inter alia habet: [Moveat tua, inquit, domus, quæ miſeros homines omni benignitatis genere complecti conſuevit. Moveant te quoque, ô amice, opes meæ, quas ego crucis ferendæ cauſa pauperibus erogavi.] & paulo poſt: [Opes meæ ſunt, ſed tua eſt deſcriptio: cura igitur ut erga pauperes alendos mercedem eamdem uterque conſequamur. En vides, lector, ex his omnibus non ſolum oſtendi ipſius

h Carm. 48

A sius Gregorii teſtamentum, ſed idem executioni mandatum perſpicue declarari; cum quæ ipſe reliquiſſet Eccleſiæ, illa jam poſſideret. Meminit & aliis in locis de abdicatione à ſe facta omnium divitiarum, retento ſibi, ut ipſe ait, ubi degeret parvulo tantum horto cum fonte. Teſtatur id quidem ipſe, cum in monachos quoſdam hypocritas juſte invehitur.

132 Sunt & alia præterea plura, quæ ejuſdem teſtamenti germanitatem inſinuant, ut cum in eo Euagrium Diaconum adeo commendat, cui & recenſita ſuperius legata reliquit. Hunc quis non videt fuiſſe Euagrium Ponticum, qui cum eo vixit Conſtantinopoli, laudatiſſimum tunc illum quidem, de quo ſuo loco pluribus agitur? Inſuper Euphemius, qui in hoc eodem teſtamento nominatur, is eſſe potuit, cujus meminit in Epiſtola ad Alypium, de cujus etiam nuptiis agit in Epiſtola ad Theodoſium. Nec præterimus de Rhegino, cujus meminit in teſtamento, quod nihil prohibet quin ille eſſe poſſit, quem inter familiares adnumerat in Carmine ad Hellenium. Sed ex Epiſcoporum quoque ſubſcriptionibus intellige ejuſdem teſtamenti ſinceritatem. Nam præter Amphilochium, qui ſequitur ordine Optimus Epiſcopus Antiochenus, ipſe eſt cujus B mentio fit in lege Theodoſii hoc anno poſt Concilium data. Et quis neſciat, qui ultimo loco ſubſcriptus habetur Cledonius Presbyter, illum eſſe quem adeo mirifice laudat in eodem Carmine ad Hellenium? i Sed & prudens rerum antiquarum ſcrutator, ſinceritatem ſcripti hujus intelliget ex vocibus veſtimentorum ibi nominatorum, quæ ob nimiá antiquitatem inter exoticas abierunt; ut ille Camoſa atque Singillion. Sed de Singilione apud Trebellium Pollionem in Claudio facta mentio reperitur.

confirmant & perſonæ ibi nominatæ.

Epp. 149, 114.

AUCTORE CÆS. BAR.

& antiquæ voces.

133 Jam habes, lector, Gregorii teſtamentum, non ſolum è carie & tinea erutum, ſed ab objectionibus vindicatum illuſtratumque ſcholiis, & redditum omni, puto, ex parte probatum: egregium plane quod plurimi facias monumentum, ab aliis, ſi qui ante viderunt, fortaſſe ſpretum, quod, veluti in obducto ſitu numiſmate, ipſa in eo Gregorii imago minime cerneretur expreſſa, imo reddere videretur effigiem hominis conjugio obligati: ſed eo exterſo diligenter & perpurgato, ipſiſſimam ibi cuſam Gregorii intueris imaginem. Hæc jam ſatis: quæ ſi minus opportuna videntur, caro monitori atque etiam exactori Maſſæ accepta feras; cui ut morem geram hic etiam adjicimus, veluti corollarium, de propinquis ejuſdem Gregorii perbrevem deſcriptionem. E

& deductio familiæ Gregorianæ.

S. GREGORIUS Ep. Naz. —— S. NONNA ejus UXOR.

S. GREGORIUS Th. S. GORGONIA —— Vitalianus. S. CÆSARIUS.

Petrus. Phocas. Alypiana —— Nicobulus. Eugenia. Nonna: alterutra nupta Meletio

Nicobulus Junior

Hæc quidem ex ipſius Gregorii ſcriptis perſpicua ſatis redduntur cuilibet recte intuenti. Nam de Vitaliano, quod vir fuerit Gorgoniæ ſororis, & genitos ex eo nominatos ſuperius liberos, invenies in carmine filiorum ad ipſum Vitalianum inſcripto, junctis his quæ de Gorgonia *k* ſuis locis ſuperius dicta ſunt. De conjugio autem Alypianæ cum Nicobulo ſatis nuper recitata Epiſtola, ad ipſum ſcripta, declarat: ex eis vero Nicobulum juniorem genitum carmina ejuſdem Gregorii, tum patris tum filii nomine edita, aperte ſatis docent, & aliæ inſuper Epiſtolæ ad Nicobulum ſcriptæ, vel in quibus de Nicobulo mentio habetur.

k

ANNOTATA.

a *A quacumque manu hoc Epiſtolæ argumentum ſit, non eſt certe à manu ipſius Gregorii: videtur autem explicationis cauſa additum ab eo qui prior Epiſtolas has collegit: uti & ante alias paucas quaſdam Epiſtolas factum.* C

b Aloidæ, *apud Poetas noti*, Othus & Ephialtes, *filii* Alœi *gigantis.*

c *Hanc notationem haud dubie ſuggeſſit Sirmondus, æque ac ſequentem de nomine menſis vitiato: uti vel ex eo patet, quod tamquam orthographiâ Græcâ imperitus,* Ιανυαρίον *&* Ιυνίον *ſcripſerit Baronius, ubi* Ἰανναείων *&* Ἰυλίων *ſcilicet* Καλανδῶν *dictarat Sirmondus: ſed hoc ex auctoris mente correximus.*

d *Veteres Epiſcopatuum notitiæ, quas ſequimur, Piſidiæ provinciæ ſub Antiochena metropoli hanc* Apameam *adſcribunt. Sumit igitur hic* Phrygiã *Baronius latiori in ſignificatione.*

e *De tertia* Parthorum Apamea *non videtur hic cogitari poſſe.*

f Bonæ fidei, *id eſt, ſimplicitati nimiæ, condonari ea additio forſan poſſet in alio; in Notario non item. Præſtat igitur mendum librarium fortuitum agnoſcere, quam aliquid à Notario de induſtria additum.*

g *Quæ ſequitur probatio nihil videtur facere pro teſtamento: ſi quidem ſalvari poteſt locus iſte per eam dominii abdicationem, quam ante hac Nazianzi fecerat Sanctus. Revera autem ſic explicari debet: nam Oratio 27, quæ hic allegatur, habita eſt antequam ab Epiſcopis in Sedem eſſet collocatus Gregorius, uti jam diximus ad caput præcedens.*

h *Si ipſum Gregorium attentius legas, dices fortaſſe ipſum nihil libentius reliquiſſe quam Sedem Epiſcopalem; ſolam Anaſtaſiam & quos ibi in Chriſto genuerat filios, invitum dimiſiſſe.*

i *De hoc enimvero vehementer dubito, & Iconienſem illum Presbyterum non libenter disjungo ab Amphilochio: dum enim ambo hi Conſtantinopoli agerent, alius Nazianzi manebat* Cledonius, *ut ego quidem exiſtimo, tamquam Gregorii ad tempus abſentis Vicarius, idemque in Epiſtola ad Hellenium laudatus, cujus pro eccleſia Nazianzena ſolicitudinem caput 18 probabit.* Cledonii duo.

k Gorgoniam, *liberorum primam facere videtur* Baronius; *& ſane ad hoc cogit eum tot generationum ſeries, ut Gregorius, in ejus ſententia anno dumtaxat 325 aut ſequenti natus, anno 380 habuerit ex ſororis filia pronepotes; & eorum quidem primogenitum Nicobulum viderit, cum Conſtantinopoli rediiſſet, adultum, idoneumque ut cum eo in ſua Arianzena ſolitudine philoſopharetur. At in noſtra nihil impedit quo minus vel ultimam natu Gorgoniam facias: quæ licet anno 335 dumtaxat Alypianam peperiſſet, potuit hæc juſtam nuptiis expectaſſe ætatem, & reverſo Conſtantinopoli patruo commodare filium, philoſophiæ capacem, alienum à nuptiis, ſolius rhetorices amore captum, qualem ipſum propatrui ſui verſus deſcribunt.* F

CAPUT XVI.

Fruſtra pro Eccleſiæ Antiochenæ pace laborans Gregorius partium incurrit invidiam, ejuſque inſtitutionem in dubium vocantibus nonnullis, ipſe ultro ſe abdicat.

134 POſtquam conditum erat, quod retulimus teſtamentum, acceſſerunt & ceteri qui fuerant acciti ad Synodum Epiſcopi: in qua ſtatutis ac firmatis his quæ ad fidem Catholicam pertinent, damnatiſque hæreſibus & promulgato fidei ſymbolo, quo divini-

AUCTOR. CES. BAR. vinitas Spiritus ſancti certa firmataq; haberetur; mox de his quæ ſpectant ad Eccleſiæ Catholicæ pacem & diſciplinam inter ſe Epiſcopi agunt; ac primum declarant, Maximum Cynicum, qui Conſtantinopolitanam Sedem invaſerat, neque fuiſſe, neque eſſe Epiſcopum, eoſdemque cenſeri eos, qui ab eo ordinati eſſent. *a* Dum hæc & alia ejuſmodi tractarentur, Meletius Epiſcopus Antiochenus ex hac vita migravit, cum laboraſſet & ipſe plurimum, pro pace concilianda. Cum autem nonnulli, ſeditioni operam dantes, de alio ſubrogando in ejus locum tractarent; videns Gregorius hanc non eſſe viam pacis ineundæ, ſed majoris ciendæ diſcordiæ, de ea re coram omnibus ſententiam dicens, graviſſimam habuit orationem; illud perſuadere nitens, ut paci omnes conſulerent, eamque unam crederent patêre viam ad eam conſequendam, ſi ab electione ſucceſſoris Meletii abſtinerent; ſinerentque Paulinum, jam ſenio gravatum, abſque alio Collega ſolum ſedere; fore interim ut ille ex hac vita decederet, tuncque more majorum Epiſcopum alium eſſe ſubrogandum, qui Antiochenæ præſit Eccleſiæ. Hæc Gregorii Nazianzeni ſententia: quam jambicis ſcriptam accipe.

a post obitum S. Meletii,

gravi oratione ſuadet

134 [Habeat Thronum, qui præfuit illi hactenus.
Incommodi quid fuerit, ſi paulo amplius
Hunc lugeamus priſca conſuetudine?
Tandem rei vel ipſa datura eſt exitum
Senecta. Cunctis atque ex æquo propoſitus,
Neceſſarius & optimus ille terminus:
Abibit is quo jam dudum cupiverat,
Dans ſpiritum Deo, qui dederat hunc prius:
Et inde nos, votis conſentientibus
Totius populi ſapientumque Præſulum,
Alium præficiemus ope ſancti Spiritus.
Hæc una ſedandi mali fuerit via.
Nam vel alienos uniemus nobis,
(Siquidem alienus Occidens eſt à nobis)
Vel reſtat alterum, ut uniatur Civitas
Populuſque, tantus longo feſſus tempore.
Sit finis hujus tempeſtatis obſecro.]

B

ut Paulinus in Antiochena Sede ſolus relinquatur;

Hæc & alia id genus Gregorius in eamdem ſententiam, quæ quam æqui, quam boni conſulens, quam denique eſſet neceſſaria, probavit exitus: nam grave ſchiſma, quod tunc ea ratione abſque dubio ſedatum fuiſſet, cum gravi jactura totius Eccleſiæ ad Innocentii Papæ tempora perduravit; qui agens cum Alexandro, tunc Antiocheno Epiſcopo, ejus componendæ pacis fuit egregius auctor. Cum hanc perutilem ſententiam Gregorius diceret, & quo magis magiſque rem tanti ponderis animis illorum inſinuaret ingereretque; etiam ſe ſolio cedere magis paratum eſſe, quam abſque remedio Catholicam Dei Eccleſiam ſciſſã intueri, palam eſt conteſtatus his verbis:

C

id ni fiat petit ab Epiſcopatu abſolvi.

Nobis at expertem ſolii concedite
Vitam, à periculo immunem, quamquã ingloriam
Degam loco, malorum ubi ſolitudo ſit.
Nam potius hoc; quam ſi permixtus proximis
Nec flectere alios pro nutu meo queam,
Nec uſui eſſe auctoritate perdita] &c.

135 Hanc cum ſententiam Gregorius in Synodo dixiſſet, adverſati ſunt ei juvenes Epiſcopi factioſi, quorum non exiguus videbatur eſſe numerus. Horum autem conatum idem ſic deſcribit appoſite.

obſiſtentibus nihilominus juvenibus

[Atque hactenus nos. Aliunde alii clamitant,
Velut coacta graculorum natio
Juvenumque turba, ex officina adhuc recens,
Ut turbo verrens pulverem, ut contrarii
Venti, quibus rationem nolit reddere
Vir quiſpiam perfectus numinis metu,
Inepta garrientibus; velut ſolent
Veſpæ, in faciem ſubito aliis involantibus;
Atque his parebat Concilium venerabile;
Tantum aberat ut caſtigaret juvenculos.] &c. D

Quin inſuper rogant amici Gregorium ceteris aſſentiri: quod ille perhorreſcens, ſe abdicandi conſilium ſecum iniit, perfecitque quantum licuit. De his etiam ipſe in hunc modum.

ipſumque Gregorium ſolicitantibus amicis,

[Quid neceſſe eſt dicere verbis qualibus
Canos amici tentaverint hos optimi,
Cum prima mihi tribuerent, atque poſcerent.
Quid candide, proh! à Gregorio candido,
Et candidi hominis in conſenſu cum malis?
Nimirum ad omnia, ut ipſis adjutor forem.
Quo pacto ad omnia? Quis hoc concepit animo,
Ut multitudo vincat non Gnatus Dei?
Prius fluat ſurſum natura fontium,
Partem feratur ignis in contrariam,
Quam de ſalute quidquam prodidero mea.
Atque hinc de medio me cœpi ſubducere,
Ipſis etiam mox commutatis ædibus;
Eccleſiæ extrahens me de negotiis,
Longe à malis ſermonibus & conventibus.]

Meletio ſufficitur Flavianus,

136 Cum itaque è Synodo ſic receſſiſſet Gregorius, illi omnes qui aderant, de eligendo ſucceſſore Meletii Epiſcopi Antiocheni nuper defuncti rogant ſententias, communique omnium ſuffragio eligunt Flavianum Epiſcopum Antiochenum: de cujus electione ceteriſque rebus geſtis in Synodo, poſtmodum dederunt litteras ad Damaſum Pontificem alioſque Epiſcopos, quas recitat Theodoretus *b*. Cum eo modo, quo diximus Gregorius ſe quodammodo abdicaſſet; rurſus ſuorum querelis exagitatur, ut remaneret enixius poſtulantibus: hæcque ipſe deſcribit his verſibus:

E

b

populus Gregorium obteſtatur ut maneat

[Licet gemerent propter me, nobis dediti
E populo maxime, ne dicam de omnibus,
Clamando, ſupplicando, tollendo ad Deum
Manus, & obteſtando, deplorando jam
Ceu mortuum; Proh miſeriam! proh lacrymas!
Qui ferre potuiſſem hæc! qua mente denique?
Tun' deſeres ſegetem (appellati ſic ſumus)
Tuam exiguam olim, nunc meſſem ſat uberem?
At advenam populum, qui nunc partim ad fores
Tuas ſtat, eſt queis aperienda janua;
Partim intus eſt, partim venatur & alios,
Cuinam objicies? quis fœtum educabit tuum?
Saltem tuis hoc quæſo des laboribus.
Da reliquum tuæ nobis vitæ ac Deo.
Donet ſepulcro corpus hæc ædes tuum.
Hæc commovebant; continebam me tamen.]

F

Hæc Gregorius de Populi erga ſe ſtudiis: ſuperadditur autem & nova occaſio, qua quidem impellitur ſe penitus abdicare.

Epiſcopi ex Ægypto & Macedonia appulſi.

137 Advenerunt ad componendas res Eccleſiæ acciti Ægyptii Epiſcopi ac Macedones. Hi primum negotium faceſſunt electoribus Gregorii, quod minus legitime illum elegiſſent. Agit de eorum adventu Gregorius his verbis.

[Non multo poſt tandem me liberat Deus.
Venere ſubito qui vocati fuerant,
In pace conſtituenda quo ferrent opem,
Ægyptiique Macedoneſque Prælules,
Leges Dei qui tractant & myſteria,
Auram occidentalem afflantes & aſperam]. *Et infra*
[Non ut mihi ægre facerent, aut ſolium darent
Aliis meum: nequaquam: ſed negotium
Faceſſerent his qui me deſignaverant:
Ut perſuadebant judiciis clandeſtinis,
Non jam ferendas eſſe illorum injurias,
Et priſtinas & editas item recens.] Hæc ille.

ut Orientalibus ægre faciant

138 Quænam hæc eſſent, quæ hi adverſus eos, qui Gregorium Nazianzenum in Sede locaverant, prætenderent, enarrare operæ pretium ducimus. Cum Sedes Alexandrina, prima poſt Romanam, primumque

A mumque locum teneret in Oriente, ordinationem Epiſcopi Conſtantinopolitani ad ſe pertinere jure contendebat, immeritoque illam ſibi uſurpaſſe Antiochenum Epiſcopum arguebat. Sane quidem id, ut jure debitum, videmus factum in ordinatione ſancti Joannis Chryſoſtomi, ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopi; quando requiſitum & pene extortum videmus conſenſum Theophili Epiſcopi Alexandrini, ut tradunt Socrates, Sozomenus, atque Palladius. Hæc illi in Ordinatores, licet & aliqui detrahentes Gregorio, illum trium Sedium eſſe Epiſcopum falſo inſimulabant, ac Triepiſcopum hoc dicterio illudentes appellabant, nimirum Saſimorum, Nazianzi, ac Conſtantinopolis unũ hominem Epiſcopum eſſe jactantes. Sed quam id mendaciter, norunt omnes: Nam Saſimorum Sedem, à Baſilio noviter inſtitutam, ſibi ut propriam vendicavit Anthimus Metropolitanus ſecundæ Cappadociæ, Eccleſiæ Tyanenſis Epiſcopus, ut ſuperius vidimus. Nazianzenæ autem Eccleſiæ numquam titulum habuit, quem ſemper reſpuit, etſi Patri ſeni adjutor aſtiterit; quod ipſe ad Gregorium Nyſſenum ſcribens egregie profitetur; ſicque ut apparet, qui Triepiſcopus injuria dicebatur, unius tantum Sedis, Conſtantinopolitanæ videlicet, Epiſcopus erat. Exagitavit etiam Ægyptiorum & Macedonum Epiſcoporum animos (ut ait Gregorius) recens injuria, electio novi Epiſcopi Antiocheni in locum Meletii; quem illi ſpernentes, Paulino communicabant: quod ipſum, ut vidimus, Gregorius vehementiſſime improbavit factum, & ne fieret antea gravi oratione obſtiterat.

factam ab eis Gregorii ordinationē carpunt:

Epiſt. 42.

B

139 Hæ erant cauſæ prædictorum Epiſcoporum, adverſus Orientales acerrime decertantium. His occurrere feſtinans Gregorius, tertiam ordine poſitam orationem *c* de Pace habuit; qua cum recenſuiſſet ingentes clades ob diſſidia receptas, atque altercantium ſtudia objurgaſſet; hæc de ſe ipſo, ceteriſque qui paci conſulerent: [Quicumque autem paci ſtudent, medioſque ſe profitentur, ab utriſque male mulctantur: utpote qui contemptui ſunt, vel etiam bello laceſſuntur. A qua parte cum & ipſi hodierno die ſtemus, qui hæc reprehendimus, ac propterea Cathedram certaminis & invidiæ pleni accepimus, haud mirandum erit ſi ab utriſque laceremur & proculcemur, & poſt multos noſtros ſudores & ærumnas de medio ſubmoveamur, ut ſublato omni obice & interſtitio, cominus atque omni animorum ardore ſeſe mutuo convulnerent.] Hæc & alia multa Gregorius: qui deſperatis rebus cum jam ea occaſione ſe pene abdicaſſet, his modo ſuperadditis turbis, ac ſui cauſa concitatis diſſidiis, ne ſciſſam ſemel Eccleſiam occaſione ſchiſmatis Antiocheni, rurſum graviori jactura afficeret; Concilium Epiſcoporum ingrediens, concordes eſſe debere inter ſe admonet, ſeque paratum eſſe diſſidii cauſam auferre cum ſuæ Sedis diſpendio, atque non ſecus ac Jonas ſubiturum periculum, modo ceteri tempeſtate jactari deſinerent. Rem geſtam hiſce verſibus deſcribit.

qui pacis inter ipſos conciliandæ ſtudens,

c

& ideo ingratus utriſque,

C

hac occaſione arrepta

140 [Ego hactenus ceu equus cõſtrictus vinculis,
Licet maliſque morboque afflictiſſimus,
Semper pruritum ſentiebam intus pedum,
Et hinniebam vinctus ſervilem in modum,
Tam paſcua exoptans quam ſolitudinem.
At mota ſunt poſtquam quæ diximus modo,
Abrumpo vincula, occaſionemque cupide
(Nec enim ambitioſos unquam poteris flectere,
Inquam *ipſe* mecum) oblatam abripio protinus,
Tam commodam mihi. In mediũ progreſſus hinc,
Hæc proloquor: Viri, quos collegit Deus,
Ut quid capiatis conſilii grati Deo,
Mei negotii poſterior cura ſit.
Refert parum (conventum ſi ſpectemus hunc)
Quid de me fiat, etiam ſi fruſtra efferar.
Vos majus ad quiddam nunc animos tollite.
Eſtote concordes, animi cohæreant.
Quouſque ridemur, velut implacabiles,
Quique hoc ſciant unum, ſpirare prælia?
Alacriter ſocias dexteras conjungite.
At eſſe Jonam me vatem lubens volo.
Do memet ipſum pro ſalute navigii,
Quamquam procellæ non origo hujus ſiem.
Nos forte ſublatos demergite in mare:
Me cetus excipiet ex hiſce fluctibus
Aliquis: ſit hoc veſtræ initium concordiæ].

abſolvi ab Epiſcopatu rogat.

141 Hæc & alia hujuſmodi Gregorius: qui & ornatiſſimam de his omnibus coram illis centum quinquinta Patribus habuit *d* orationem, qua ultimum Vale dixit illis. Eſt ſane hujuſmodi, quæ ſiccis oculis legi non poſſit, digna quidem quæ hic integra intexeretur, niſi brevitati conſuleremus. Eo uſus eſt dicendi argumento, quo olim Samuel populũ, & Paulus Epheſios eſt conteſtatus. Rationem reddit de rebus à ſe geſtis. Primum, quam perditæ & deſperatæ res eſſent Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ, cum ſe illuc contulit; quales modo relinquat, ob oculos ponit: quanta ſit paſſus à fidei hoſtibus adducit in medium: labores ſuos cunctos recenſens; bona autem omnia illic parta dono dans Patribus, hæc inter alia converſus ad populum locutus eſt: [Vocati eſtis ſancti, populus peculiaris & eximius; regale ſacerdotium funiculus Domini fortiſſimus, è gutta fluvius, è ſcintilla flamma ſublimis & in cælum tendens; è grano ſinapis arbor tantæ magnitudinis ut aves in ea requieſcant. Hos vobis largimur cari Paſtores & Collegæ: hos vobis offerimus] &c. Quam pulchra enim & quam decora eſſet tunc ejus Eccleſiæ facies, optime velut coloribus quibuſdam, repreſentat; dum ſacrorum miniſtrorum claſſes, virginum ſanctarum examina, & populi totius conventus recenſet, eorumque virtutes enarrat; & quod ſpectat ad Catholicæ fidei profeſſionem, quantæ omnes fuerint conſtantiæ & firmitatis, hæc addit: [Unum idque breve fidei doctrinæque noſtræ argumentum, ac velut in columna inſculptum omnibuſque notum eſt. Hic populus adeo verus atque ſincerus Trinitatis eſt adorator, ut ab hac potius vita divelli ſe paſſurus ſit, quam horum triũ aliquid à Trinitate disjungat] &c.

Orationē quæ in Concilio habita

d

rerum à ſe Conſtantinopoli geſtarum pro Eccleſiæ ratione reddit

E

142 Hæc demum ſe abdicans verba locutus eſt. [Quid igitur? quid dico? Non enim gratuitus virtutis ſum cultor, nec in eam virtutis magnitudinem perveni: laborum meorum præmium date. Quid tandem? Non quod nonnulli forſaſſe ex his, qui ad quodvis ſupplicandum facile adducuntur, exiſtimarint, ſed quod mihi tuto poſtulare licet. Diuturnis laboribus me levate, & in quietem vindicate. Moveat vos hæc canities, flectat hoſpitii & peregrinationis ratio. Alium ſubrogate, qui pro nobis hoſtiliter prematur, qui puris ſit manibus, qui voce non tarda & inerudita, qui ita animo comparatus, ut omnibus in rebus vobis obſequi curaſque Eccleſiæ ferre poſſit; quandoquidem tales præſertim hoc tempus efflagitat. At mihi, cernitis, quomodo corpus hoc ſe habeat; nimirum & tempore & morbo & labore confectum. Quid vobis timido & ignavo ſene opus eſt, atque in dies ſingulos, ut ita loquar, moriente, non corpore tantum, ſed curis etiam atque ærumnis, qui vix quoque hæc vobis loquor]. Poſtea calumnias in ſe latas, cunctis ſpectandas proponens, hæc ait: [Non ultra ferre queo facilitatem animi atque clementiam, criminis loco, mihi objici. Non ultra cum dogmatibus & cum invidia pugnare queo; cum hoſtibus & cum ſociis].

& pro mercede pacis in pace dimittī,

F

utpote ſenis & morbis debilitatus,

143 Et poſt multa id genus enarrata addit. [Quin hæc quoque fortaſſe nobis exprobraverint (jam enim

AUCTOR. CÆS. BAR. exprobrarunt) quod nec mensa lauta & opipara; nec augusta veste utimur; nec magnifice in publicum prodimus; nec eos, à quibus convenimur, fastuose excipimus. Nesciebam scilicet nobis cum Consulibus & Præfectis clarissimisque belli Ducibus, qui tot opibus copiisque circumfluunt, & quo sua projiciant non habent, æmulationem & certamen esse; dandamque esse operam, ut & nobis pauperum bonis ad luxum & delicias abutentibus, venter undique comprimatur, & necessaria in res superfluas effundantur, atque altaria ipsa ructibus nostris contaminarentur. Nesciebam nos equis insignibus & lascivis ferri, sellisque & curribus magnifice attolli, ac cum fastu & pompa deduci, velutque poppysmis demulceri oportere; atque omnes nobis perinde ac belluis de via decedere, & in utramque viæ partem scindi ac distrahi, aut etiam tantam præeuntium turbam esse, ut procul conspicuus sit noster incessus. Si hæc gravia vobis & acerba fuerunt, præterierunt; hanc injuriam nobis condonate: Antistitem alium, qui multitudini placeat, create; mihi autem solitudinem date, rusticam vitam & Deum, cui soli per frugalitatem, tenuem victum cultumque placebimus. Quid dicitis? Num vos his verbis flexi mus, causamque obtinuimus? an vero ad vestros animos permovendos firmior nobis adhibenda est oratio? Vos per Trinitatem ipsam, quam profitemur & colimus, per communem spem nostram atque hujus populi augmentum obtestor. Hoc mihi beneficium date, cum precibus nos obligate. Hoc mihi sit dimissionis præconium. Missionis mihi libellum date, quemadmodum militibus Imperatores solent; ac si quidem vestra voluntas tulerit, cum favore & præclaro elogio & testimonio, ut honori meo consulatur; sin minus, utcumque vobis libuerit, non altercabor, quandiu Deus rerum nostrarum statum spectabit].

ipsaque ineptus. *instituto vitæ ad aulæ & sæculi mores*

144 Hæc & alia Gregorius: at perorans & vale faciens omnibus, sic ait, ad Ecclesiam suam primum conversus: [Vale Anastasia, nomen à pietate habens: Tu enim fidem adhuc contemptam excitasti. Vale, inquam, communis victoriæ sedes, nova Silo, in qua primo arcam fiximus, quadraginta annis circumactam in deserto atque inerrantem. Tu quoque ô magnum hoc templum & nobile, nova hereditas; quod magnitudinem, quam nunc habes, ab orthodoxa doctrina accepisti; quodque nos, cum primum Jebus esses, Hierusalem effecimus. Vosque aliæ domus sacræ huic dignitate proximæ, aliæ aliam quamdam urbis partem complectentes, quasi vincula quædam & compages, ac propinqua loca vendicantes; quas cum hac corporis imbecillitate, non nos, sed Dei gratia nobiscum, iis qui pro perditis & desperatis habebantur, implevit. Valete Apostoli *e*, præclara colonia, certaminis mei magistri, etsi minus sæpe festa vestra celebravi, fortasse Pauli vestri satanam ad utilitatem meam in corpore meo circumferens, ob quem nunc à vobis digredior & secedo. Vale Cathedra, invidiosum hoc & periculosum fastigium, Pontificum Concilium, Sacerdotum non minus majestate quam ætate ornatorum, & quicumque tandem alii circa sacrosanctam mensam Deo ministratis, atque ad appropinquantem Deum appropinquatis. Valete Nazaræorum chori, psalmodiarum concentus, stationes nocturnæ, virginum gravitas & sanctimonia, mulierum ordo atque ornatus, viduarum atque orphanorum cœtus, pauperum oculi in Deum & nos intuentes. Valete domus hospitales, & Christi amantes, infirmitatisque meæ adjutrices].

Valedicit ecclesiis Constantinopolitanis, *Episcopis & ordinibus sacris,*

145 Valete sermonum meorum amatores, & cursus & concursiones, & calami tam perspicui quam occulti, atque hujus suggesti cancelli à multitudine compressi, hominum audiendi studio sese mutuo protrudentium. Valete Imperatores, & aulæ Imperiales, atque omnes Imperatoris famuli & cubiculatii, si quidem Imperatori fideles, haud certum habeo; Deo certe magna ex parte *f* infidi, manibus plaudite, acuta voce clamate, Rhetorem vestrum in sublime tollite. Siluit, vobis improba & garrula, lingua; non tamen omnino silebit: pugnabit enim manu & atramento: certe in præsentia consuluimus. Vale magna civitas, Christi amore prædita, vera enim testabor, etsi non secundum scientiam hic zelus est: benigniores nos disjunctio reddidit. Ad veritatem accedite: ad meliorem frugem tandem aliquando vos convertite: facite ut Deum studiosius quam pro vestro more colatis. Non enim turpe est mutari & resipiscere, sed malo hærere pernicioſum. Vale Oriens & Occidens, pro quibus & à quibus oppugnamur. Testis ille est, qui pacatos nos reddet, si nonnulli secessionem meam imitentur: non enim Dei quoque jacturam facient, qui Thronis cesserint, sed supernam cathedram habebunt, his multo sublimiorem & tutiorem. Præter omnia, & ante omnia clamabo, Valete Angeli, hujus Ecclesiæ præsides, meæque præsentiæ & peregrinationis. Vale Trinitas, meditatio mea & decus meum: his velim serveris, & hos serves, meum hunc populum (meus enim est, & si aliter gubernemur) atque audiam te quotidie extolli & crescere, tum quoad fidei doctrinam, tum quoad vitæ integritatem. Filioli, depositum quæso custodite: mementote lapidationum mearum. Gratia Domini nostri Jesu Christi sit cum omnibus vobis. Amen.] Hactenus ultima Gregorii oratio ad Episcopos & populum circumstantem.

consuetis auditoribus suis, *urbique toti* *omnibus commendat sanam de Trinitate doctrinam,*

146 Quæ autem post hac sunt secuta, idem in carmine de vita sua hæc habet metro conscripta.

[Hæc diximus. Nutabant illi. Ego exeo,
Mœrore commisto quodam cum gaudio,
Gaudens quietis *g* quod obtigisset gratia,
Dolens ob meam de populo solicitudinem.
Quis non doleat *h* orbetur si liberis?
Sic ipse gessi me, illi norunt ac Deus,
An plura non clandestina *i* interceſſerint,
Quam apertæ corruptelæ juvenum atque scopuli
Et insidiæ. Alii hæc narrent, tacebo ego.]

itaque latus & dolens discedit.

147 Quid autem postea egerit cum Theodosio Imperatore idem etiam sic describit.

Sic gesta sunt, hæc. Quid vero cum Principe?
Num flexo corpore attigi illius manum?
Num supplici usus ad ipsum oratione sum?
Num quos amicorum è numero obligavimus,
Et maxime Magistratus caros mihi?
Aurumve profudi, quod plurimum potest,
Dejectus ut Thronum ne talem amitterem?
Aliorum ea sunto, qui versuti sunt nimis.
At ipse recta cursitans ad Purpuram,
Præsentibus multis & hæc spectantibus;
Etiam ipse quoddam (aio) beneficium peto
Tua, Imperator, à larga potentia.
Non mi aurum posco, non tabulas pictas volo,
Neque tegumenta quædam mensæ mysticæ,
Non ut meis quem de cognatis evehas,
Vel adsit ut tibi, Regum præstantissime:
Hæc sunto aliorum, parva qui quærunt sibi,
Majoribus equidem me dignum censeo.
Detur mihi unum, invidiæ ut cedam paululum.
Venerari cupimus solia, at longe dissita.
Sat omnibus amicisque invisus fui,
Dum nil aliud possum intueri quam Deum:
Ab his reposce tu caram concordiam.
Tandem arma deponant jussu tuo,
Si vel Dei vel supplicii nolunt metu.
Statuas trophæum hoc incruenti prælii,

Theodosium adit, *pacem Ecclesiæ dare possit,*

Qui

A Qui barbarorum contudiſti audaciam,
Hoc poſtulant (canos ſimul oſtendo meos,
Et quos labores impendiſſem Deo)
Hi qui tulerunt tot mundi causâ mala.
& liberari impetrat. Scis, ſponte me huic non eſſe præfectum loco.
Hæc excipiebat Imperator cum ſuis
Non abſque plauſu. Quod volo conceditur.]

Erat enim Theodoſius erga Gregorium propenſiori animo, nam & illum ſæpe Regia menſa excipere conſuevit: qua tandem caruiſſe Gregorius ſummopere gaviſus eſt. Unde ait: [Non jam Imperatori, Carm. 10 ut prius, contubernalis erit Gregorius, ventri ſuo nonnihil gratificans; atque inter medios epulones, triſtis & tacitus accumbens, ægreque anhelitum ducens, & ſervilem in modum edens.]

abdicationē ejus ægre ferunt quidam, & diſcedunt. 148 His peractis Gregorius, antequā diſcederet, totus fuit ut mœrentes conſolaretur filios, lugentes orbari parente; ipſos denique quotquot erant, ſanctiſſimos Epiſcopos, conſternatos ex tam inſperata abdicatione Collegæ. Erant enim cum ceteris congregati Gregorius Nyſſenus, Amphilochius Iconienſis, Eulogius Edeſſenus, Helladius Cæſarienſis, Otrejus Melitenus, & alii, qui prædictæ Synodo interfuerunt ac ſubſcripſerunt. Quid autem fecerint B hi, cum audiſſent Imperatorem ratam habuiſſe Gregorii abdicationem, idem refert his verſibus.

[Plerique enim animadverſo conſilio, ſtatim
Seſe fuga proripiunt, tamquam à fulmine,
Complosis manibus, obturatis auribus.
Ut ne ſuis ipſi oculis unquam cernerent
Alium, throno eſſet qui locatus in meo,]

Hæc Gregorius. Qui autem remanſerunt Epiſcopi, cum de ſubrogando alium in loco Gregorii mu-*Ceteri Nectarium Epiſcopum ordinant.* tuo diſſiderent, aliis alii faventibus; tandem cum nulla eſſet ſpes concordiæ, ut in eamdem omnes coirent ſententiam; placuit ut ſcriptis multorum nominibus Imperatori deferretur, quem vellet ex notatis eligere. Erat ultimo loco in ſchedula conſcriptus *k* Nectarius, adhuc Cathecumenus Expræfectus, k nuper enim geſſerat præfecturam Urbanam. Hunc l ceteris poſt habitis, Theodoſius Imperator *l* elegit. m Ratum id habuit *m* Synodus, & tam de his, quam ceteris in Concilio pertractatis, ſcripſerunt litteras Sy- n nodales ad Damaſū *n* & alios Catholicos Epiſcopos.

ANNOTATA.

C a *Hic quidem ordo rerum in Concilio actarum indicatur ex Concilii iſtius Canonibus qui extant: ſed ex titulo eiſdem & Synodicæ ad Theodoſium præfixæ apparet, primo de pace Eccleſiarum, deinde de fide actum eſſe*: ex quo enim tempore, *inquiunt Epiſcopi ad Imperatorem*, juxta litteras tuæ Pietatis Conſtantinopoli convenimus, primùm quidem mutuam inter nos concordiam renovavimus: deinde vero breves etiam pronuntiavimus definitiones, quibus & Patrum qui Nicææ congregati fuerunt fidem confirmavimus, & quæ adverſus eam ortæ ſunt perverſas hereſes ac pravas opiniones extrema cum execratione ac deteſtatione reprobavimus: præterea etiam ad recte conſtituendum & ordinandum ſtatum & diſciplinam Eccleſiarum certos Canones ſtatuimus. *Sed quinam hæc? Illi ſcilicet* centum quinquaginta, qui convenerunt VII Idus Julias, *ut habet titulus*; *ſcilicet poſt depoſitionem Nazianzeni & Nectarii ordinationem, pluriumque ex iis qui antea adfuerant ſeceſſionem, Macedonum imprimis, quorum nec unus quidem Canonibus ſubſcriptus invenitur. Adeo ut omnino videantur omnia menſis Maji ac Iunii acta, quæ contentionibus tota fuerant impenſa, veluti profecta ab acephalis nullum adhuc caput habentibus, pro nihilo æſtimata fuiſſe: ideoque alto ſuppreſſam ſilentio Gregorii tam ordinationem quam abdicationem. Porro Ægyptii non videntur plures adveniſſe quam duo, nec enim plures ſub-*

Acta in Concilio CP.

à die 9 Iulii ab Epiſcopis 150

ſcripſerunt; nec, ſi adveniſſent, apparet cauſa, cur Metropolita ſuo Conſtantinopoli derelicto, domum illi ſuam ſeſe privatim reciperent ante finem Synodi: quod autem ſerius advenerint non videtur congrue referri in defectum vocationis (nec enim menſis unius aut trium hebdomadarum ſpatio vocari & adeſſe potuerint, & ſi potuerint, cur adveniſſent tam pauci) ſed ob aliquam ut prælibavimus cauſam domi vel in via morati ſunt diutius. Ex Macedonia, ad Occidentem pertinente, non tantum extra ordinem vocatum, ſed expectatum Theſſalonicenſem Acholium priuſquam aliquid definiretur, ſatis indicat Concilium Italicum, ad Imperatorem ſic ſcribens: Neque indignum videtur Auguſte, ut *qui Conſtantinopoli ſederunt in Synodo* Romanæ Eccleſiæ finitimorumque & Italorum Epiſcoporum debeant ſubire tractatum, qui unius Acholii Epiſcopi ita expectandum putaverint judicium, ut de Occidentalibus partibus Conſtantinopolim evocandum putarent. *Evocandi ejus cauſam putem fuiſſe in Theodoſio, ei à quo fuerat baptizatus tantum tribuente, ut crederet ab eo componi poſſe Orientalium indies magis magiſque gliſcentes diſcordias. Acholius autem, coacta comprovincialium ſuorum Synodo, de eo quod factum erat ac porro faciendum reſtaret commonefaciendam conſulendamque cenſens Apoſtolicam Sedem, dum præſtolatur reſponſum, non potuit ad diem conditam adeſſe: videtur autem non ſolus, ſed cum ſociis aliquot adveniſſe: advenitque eo animo ut ſequeretur inſtructionem præſcriptam à Damaſo per Epiſtolam, cujus ſupra ad cap. 12 factamentio. In hac Pontifex cum intruſionem Maximi deteſtatus, ejus dejectionem collaudaſſet*; De cetero, *inquit*, commoneo Sanctitatem veſtram, ut quia cognovi diſpoſitum eſſe Conſtantinopoli Concilium fieri debere, ſinceritas veſtra det operam, quemadmodum prædictæ civitatis Epiſcopus eligatur, qui nullam habeat reprehenſionem: ut Deo propitio, cum integra pax Catholicorum Sacerdotum fuerit confirmata, nullæ deinceps diſſenſiones in Eccleſia oriantur..... Illud præterea commoneo Dilectionem veſtram, ne patiamini aliquem contra ſtatuta majorum noſtrorum de civitate alia ad aliam tranſduci, & deſerere plebem ſibi commiſſam, & ad alium populum per ambitionem tranſire. Tunc enim contentiones oriuntur, tunc ſchiſmata graviora occipiunt; cum & illi qui amiſerint Sacerdotem, ſine dolore animi eſſe non poſſunt; & illi qui alterius civitatis acceperint Epiſcopum, etiamſi gaudeant, invidioſum ſibi intelligunt fore ſub alieno ſe agere Sacerdote. *Vnde colligitur Acholium & ſocios, cum de Maximo* F *ſcripſerunt, etiam ſcripſiſſe de Gregorio, quem Epiſcopum Nazianzenum, uti fere appellabatur, ſic & eſſe credebant, quemque ad Conſtantinopolitanum Epiſcopatum poſtulari audiebant, quid ſibi de eo faciendum eſſet requirentes. Hæc eſt igitur* Occidentalis aura, *quam ſpirabant Macedones, quamque & Ægyptiis, jam aliunde commotis, inſpirabant, gravem Gregorio ejuſque ordinatoribus, quibus ſuperveniſſe videntur menſis Iunii initio, cum poſt Gregorii ordinationem una fortaſis alterave hebdomada jam eſſet elapſa. Nec enim diuturnius ſpatium nobis opus eſt, qui non admittimus Acholium vocatum non fuiſſe niſi poſt inchoationem Concilii; ſed ſerius venientem fuiſſe ad definitiones expectatum: qui tamen ut vidit poſt ultroneam ceſſionem Gregorii in electione alterius nihil minus actum, quam quod Romæ probandum ſciret; & Paulinum non recipi ad Antiochenam eccleſiam, uti noverat velle Damaſum; diſceſſit cum ſuis ideoque non invenitur Canonibus ſubſcriptus. Quid autem de aliis, per Achajam, Theſſaliam, Epirum ac Daciam, ceteraſque Occiduas provincias Epiſcopis dicemus? Non adfuiſſe: ſed nec vocatum quemquam. Orientem certe, qui ad ſuam ordinationem confluxit, adeoque ſolus ad Concilium vocatus fuit, cum* ſecunda Roma *id eſt* Conſtantinopoli *terminat Gregorius, loco citato ſupra num. 113. Vltra Conſtanti-*

AUCTORES CÆS BAR *in quibus cur ſolum duo Ægyptii,*

Acholius ex Macedonia vocatus extra Ordinem & expectatus.

cum ſuis Gregorio adverſatur

tamquam non rite ordinato.

curpauci ex finitimis CP provinciis ad ſuos rint.

AUCTORE CÆS. BAR.

nopolim autem nemo Canonibus ſubſcriptus legitur niſi è vicinis & Conſtantinopolitano Primatui attributis provinciis, ſcilicet Scythiæ *&* Myſiæ *(rectius* Mœſiæ*) atque* Hemimonte: *quibus addere poſſis* Europam Thraciæ. *Nam qui notatur* Provinciæ Spaniæ Agrius Immontinenſis, *perperam omnino ſcriptus videtur, & melius alibi* Ymimontis; *quod ut diximus, non civitatis, ſed provinciæ, ad Conſtantinopolitani jus pertinentis nomen eſſe videtur; & Spaniæ nomen neſcio quo caſu vel errore intruſum: niſi forte* Panium *in Europa Thraciæ ad Boſphorum, Conſtantinopoli proxima civitas, occaſionem dedit duabus duorum Epiſcoporum ſubſcriptionibus in unum conflandis, cum ſic ſcriptum forte ſed extritum fuerit.*

Provinciæ Europæ
N..... ..... Panii
Provinciæ Hemimontis
Agrius.....

quod autem ex jam dictis quatuor provinciis ſex dumtaxat Epiſcopi numerentur, attribuendum ſeceſſioni à Demophilo factæ; cui ceteri earumdem provinciarum ut capiti ſuo adhærebant, in hæreſi & ſchiſmate pertinaces. Hæc, ut ad hiſtoriæ de qua agimus notitiam per magni facientia, viſum eſt ſimul hoc loco deducere.

b *Ita eſt, Epiſtolam hanc recitat Theodoretus lib.* 5 *cap.* 9, *ſed præſens Concilium, quod inter Oecumenica numeratur, non diſtinguens ab altero, poſt annum habito rurſum Conſtantinopoli, cujus fit hic infra mentio cap* 18. *Itaque dum priori videtur adſcribere Epiſtolam quæ ſcripta eſt à poſteriori, aberrandi occaſionem Baronio aliiſque dedit circa hanc Epiſtolam, quaſi nunc ſcriptam. Alter Baronii hic notandus error eſt, quod electionem Flaviani inter cauſas depoſiti à Gregorio Epiſcopatus referat; cum ea tamen ſecuta ſit electionem Nectarii, adeoque & abdicationem Gregorii. De Epiſtola quod dixi, ex ipſam t patet, ſcriptam eſſe poſtquam de rebus Conſtantinopoli geſtis edoctus ab Acholio Damaſus, ad Concilium in Italia celebrandum Orientales Epiſcopos evocáſſet: qui difficile iſtic ſibi negotium fore prævidentes, brevitatem temporis, viæ longitudinem, Eccleſiarum ſuarum recenter ab Arianis receptarum neceſſitates excuſare maluerunt, & Conſtantinopolim prout fecerunt denuo convenire; unde hanc ſcripſerunt Epiſtolam, nunc primum reddentes rationem eorum quæ in priori Concilio ac deinceps egerant. Quod poſt Nectarium ordinatum electus ſit Flavianus, apparet ex Epiſtola Concilii Italici præcitata; ubi tamquam de rebus, non per Synodicas litteras, ſed ſolo relatu & fama cognitis, queruntur, quod* Meletio defuncto, Paulino ſuperſtite (quem in communione Romana manſiſſe, conſortia à majoribus in offenſe ducta teſtantur) contra fas atque ordinem eccleſiaſticum, in locum Meletii, non tam ſubrogatus, quam ſuperpoſitus aſſeritur alius: atque hoc factum allegatur conſenſione & conſilio Nectarii, cujus ordinatio, *inquiunt*, quem ordinem habuerit non videmus. *Imo Hermant, licet electionem Flaviani Conſtantinopoli propoſitam à Concilio, & à Nectario approbatam agnoſcat: quia tamen non erat Epiſcoporum eligere Epiſcopum Antiochenum, ſed à Clero populoque electum ordinare; putat negotium in eodem hæſiſſe ſtatu, uſque dum Epiſcopi Syriæ ad ſuas revertiſſent Eccleſias; indeque eos veniſſe Antiochiam, & peractis Meletii funebribus (quod ſequenti anno die* XII *Februarii factum exiſtimamus) expetitum ab omnibus fere Flavianum, utpote diu notũ probatumq; & à Conſtantinopolitano Concilio commendatum, eumq; ordinaſſe. Quod Socratis, Theodoreti atque Sozomeni narrationibus ſatis eſt conforme: nec repugnat Epiſtola Synodica, qua iterum ut dixi Conſtantinopolim convenientes Orientales, Regia urbi præfectum Nectarium, Antiochiæ inſtitutum Flavianum, Hieroſolymis confirmatum Cyrillum nuntiant: non quaſi ſimul hæc facta omnia in priori conventu fuerint, ſed quia ex vi iſtic deliberatorum facta ſint ſucceſſive ſuis ſingula locis, per eos reſpective Epiſcopos quorum jus id erat, quique & tunc priori & nunc poſteriori Conſtantinopolitanæ Synodo interfuerant & intererant fere omnes.*

B *Flavianus poſt Gregorii abdicationem pro Antiochia deſignatus,*

deinde Antiochiæ electus

& ordinatus.

imo & poſt ordinationem Nectarii,

C

c *Eſt ea in ceterorum numero oratio* 14: *de pace quidem, ſed neque ad Epiſcopos, verum* ad populum, occaſione Epiſcoporum inter ſe diſcordium, etiam diſſidentem ἐπὶ τῇ γενομένῃ τῷ λαῷ φιλονεικίᾳ περὶ ἐπισκόπων τινῶν διενεχθέντων πρὸς ἀλλήλους, *ut habet titulus; neque hoc tempore habita, cum per Theodoſii victorias de Gotthis, Hunnis atque Alanis Imperio Romano parta erat ſecuritas; ſed cum fuſo cæſoque à Gothis Valente, cernebantur & audiebantur*, patriæ funditus everſæ, innumerabiles copiæ cadentes, terra ſanguinis mole laborans, extera natio alienam regionem velut ſuam percurſans ac populans..... ob vigentem adverſus Trinitatem impietatem; *adeoque ipſa hieme anni* 379, *cum adhuc in ſua Anaſtaſia contineretur Gregorius, non tam mœrens quia* occupatæ eccleſiæ *ab Arianis erant; quam quia ad litigium, propter Apollinaris periculoſam doctrinam exortum inter orthodoxos, etiam illud accedebat*, quod qui à Deo ſalute donati ſumus, *inquit*, hominum cauſa bellum gerimus, tantumque in nobis contendendi ſtudium exuberat, ut ipſum quoque aliorum ambitionibus commodemus, ac pro alienis thronis proprias inimicitias ſuſcipiamus, in una re duo graviſſima peccata committentes, dum nimirum & eorum ambitionem inflammamus, & ipſi vitioſæ noſtræ affectioni hoc adminiculum accipimus..... Idcireo vetera *Chriſtianorum diſſidia & diſpendia* ſilentur, nova comico more ſugillantur: comœdia enim eſt hoſtibus *fidei & Eccleſiæ*, mea tragœdia eſt. Idcirco non parum eccleſiiis detraximus, *diffluente ab iis auditore*, ac ſcenæ adjunximus; idque in hujuſmodi civitate, cui ſerium ſtudium eſt, ut aliud quidpiam, res divinas ludo habere. *Quæ quam indigna, quam incommoda ſint expoſiturus, exordiur à pacis nomine*, quam *tunc* populo *ex more* dedit & recepit; *haud ſciens* an ſinceram ab omnibus ſpiritùque dignam vocem. *Ceterum quia paci ſtudens, addit* mirandum haud fore, ſi proculcetur ab utraque diſſidentium parte, ac tandem etiam ſubmoveatur de medio, *hinc occaſionem videtur accepiſſe Baronius, ut aliter quam res ipſa patiatur de tempore & occaſione habitæ orationis ſentiret; ſed reflectenda cogitatio erat ad ordinationem Maximi, ideo inſtitutam ut Gregorius amoveretur à Cathedra, non ſua quidẽ adhuc, ſed commendata ſibi donec aliter provideretur.*

huc nõ ſpectat Oratio 14,

1 p. 214 *diu ante habita, licet ob ſanſam ejuſdem diſſidii etiam in populo gliſcentis.*

d *Eſt ea oratio* 21, *quam præceſſit congreſſus cum Imperatore, ſine cujus licentia non potuiſſet hanc tam ſolennem abdicationem facere: congreſſus autẽ iſte inferius invenitur.*

e *Templum Apoſtolorum intelligit, primum poſt magnam Eccleſiam: in quod Conſtantius SS. Andreæ, Lucæ & Timothei reliquias tranſtulerat.*

F

f *Vipote Ariani plerique.*

g *Gaudium hoc exprimit Carmen* 10, *videns ſibi non amplius litigandum, tricandumque in Synodis, ubi diverſa ſentientes inſtar gruum anſerumque ſtrepunt: ſic autem concludit.*

Quod ſi Chriſticolum eſt crimen grave linquere plebem t. 2. p. 81.
Viderit hæc, quæ me depulit urbe cohors....
Opto ego ſint iplis curæ, quæ grata Tonanti:
Sin mala, ſint aures hinc procul opto meæ.

h *Hic affectus peperit Carmen* 9 *quod vocatur* Somnium de Anaſtaſia: *quam cum in ſopore ſibi viſam prolixe deſcripſiſſet, ſuumque ex ejus amiſſione dolorem, ſic finit.*

Gregorii hic luctus, mœſta dum mente requirit,
Illum qua pepulit livor, Anaſtaſiam. p. 79.

i *Clandeſtina hæc alibi videtur apertius ſugillare. Nec enim tantum in Carm.* 12 *ideo contendentium inter ſe odia incurriſſe inquit, quia*

—— neutri volui me adjungere parti, p. 85.
Nec quidquam Domino præpoſuiſſe meo:
Peccatumque meum eſt, peccata aliena quod odi.

ſed

A *ſed in Carm. Iambico* 1 *quod eſt* de ſeipſo adverſus invidos, *cum quæſiſſet num quis vel fictam dejectionis ſuæ cauſam proferre poſſet, ſubjungit:*

O Chriſte, taciti quidpiam audax efferam,
Fortaſſe petitur Spiritus; aperte loquar,
Iterumque dicam, Spiritus, tamquam Deus.

unde apparet de propenſione in Macedonianam hæreſim ſuſpectos Gregorio fuiſſe plures, qui Spiritus quidem divinitatem non negabant; ita palam tamen eamdem prædicari, ut faciebat Gregorius, ferre non poterant. Certe major pars eorum erat qui ſub Valente Ariano aſſumpti, juvenes aulici & indiſciplinati, ad novi Imperatoris Catholici gratiam mutare fidem legerant, quam venalem habebant: quos egregie deſcribit & perſtringit Carmen Sancti de Epiſcopis, quod hactenus dumtaxat Latine ac proſa redditum habemus.

Nectarii electio ad Sedem CP.

k *Sozomenus lib.*7 *Cap.*8 *imputat Epiſcopo Antiocheno, quod Diodoro Tharſenſi gratificaturus, commendatum ſibi ab eo Nectarium dignum habuerit, cujus nomen ceteris adderet. Vbi Optimum ex Antiochia Piſidiæ intelligo, nam Flavianus pro Antiochia Syriæ dicitur poſt Nectarium eſſe electus.*

l *Imperatori forſan pulchrum viſum, quod à ſe lectus Vrbis Præfectus ſummo ejuſdem Sacerdotio aptus judicaretur, cum alias, ut virtus forſitan non deeſſet, doctrinam iſti muneri parem non haberet: ut tamen quadantenus inſtrueretur, impetravit à Diodoro Tarſenſi Cyriacum Epiſcopum Adanenſem: quam parum autem profecerit ex eo colligas, quod in graviſſima cum hæreticis cauſa, Novatianos adhibuerit conſultores, ut teſtatur ipſe ejus laudator Sozomenus lib.*7 *cap.*12. *Succeſſu quidem non malo, ſed tamen eatenus pudendo. Cetera non malus Epiſcopus fuit Nectarius, quare ejus ac Flaviani Antiocheni nomen inter Sanctos relatum à Græcis reperitur, ut communi utrumque commemoratione Conſtantinopoli recolatur ad* 27 *Septembris, in Synaxario Ms. Collegii Claromontani & altero Chiffletiano. Flavianus autem, excepto quod Romana Eccleſia ordinationem ejus numquam approbavit, laudatiſſimus per omnia extitit.*

B

m *Factum id eſſe ante menſem Auguſtum, patet ex lege Theodoſiana,* III Kal. *lata, qua iis tradi eccleſias jubet,* quos conſtabit *in Trinitatis profeſſione* ſociatos *eſſe* communione Nectarii, Epiſcopi Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ &c.

ejus confirmatio poſtulata à Damaſo Papa.

n *Iam diximus Epiſtolam illam primum ſcriptam eſſe à ſequentis anni Synodo, cum jam Antiochiæ ordinatus eſſet Flavianus. Interim pro Nectario præceſſerat ad Damaſum ipſius Imperatoris legatio, cujus meminit Bonifacius Papa, annus circiter* 40 *poſt factum; ſcribens Epiſcopis per Macedoniam, Achajam, Theſſaliam, utramque Epirum & Daciam conſtitutis, ut habes in Collectione Romana Holſtenii. Verba ſunt,* Clementiſſimæ recordationis Princeps Theodoſius Nectarii ordinationem, propterea quod in noſtra notione non eſſet, habere non exiſtimans firmitatem, miſſis è latere ſuo Aulicis cum Epiſcopis, formatam huic à Sede Apoſtolica depopoſcit, quæ ejus Sacerdotium roboraret. *Sequenti autem anno iterum Conſtantinopolim convenientes Epiſcopi, ſic ſcripſerunt ad Damaſum alioſque per Occidentem;* Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, recens ut ſic dicam ædificatæ, quamque ex hæreticorum blaſphemia tamquam ex ore leonis nuper eripuimus *(ita ſcilicet egregii illi, Gregorium nec nominare quidem dignati, laudem alienam arripiebant ſibi)* reverendiſſimum ſanctiſſimumque Nectarium in Concilio Generali, communi omnium conſenſu, præſente Theodoſio Imperatore religioſiſſimo, totius denique Cleri totiuſque civitatis ſuffragiis, Epiſcopum conſtituimus.

C

CAPUT XVII.

AUCTORE CÆS. BAR.

Nazianzum regreſſus eccleſiæ iſti conſulit, deinde Arianzum ſecedit Gregorius: hujus ærumnæ variæ.

149 QUantum ſederit Gregorius Conſtantinopoli (improbata ea, quam diximus Nicephori Epiſcopi ſententia de annis duodecim, cum triennio tantum eum Conſtantinopoli manſiſſe ex ipſius verbis ſuperius monſtraverimus) nō præciſe ſcitur: ſatis conſtat modico temporis ſpatio eidē Sedi præfuiſſe. Unde idem ipſe agens de ſuo receſſu, hæc habet. *Poſt tres annos exactos Conſtā. tinopoli,*

[—— Malorum vos horum pudeat.
Heri creaſtis Præſulem, hodie pellitis.
Elapſus hinc, quid porro? degam cum Angelis:
Vitæ nocebit haud quiſquam poſt hac meæ,
Nec proderit. Deo me totum contraham.]

Reditus Gregorii in patriam, optata diu quiete perfruituri; peropportunus & proficuus admodum fuit ei: unde ad Sophronium Præfectum Conſtantinopolim ſcribens, hæc ait: [Habet quiddam læti & commodi noſter receſſus, nimirum otium & quietem]. &c. Rurſus ad eumdem: [Quiete, inquit, & tranquille philoſophamur: hoc nobis injuriæ intulerunt qui noſtri odio flagrabant: atque utinam alia quadam hujuſmodi injuria nos afficiant *a*.] Ep. 59. & 60. *reverſus Nazianzū Gregorius* E a

150 At vero multa ac diverſa interceſſerunt, quæ Gregorii otia *b* interruperunt. Ut quod his diebus contigit ſuis Nazianzenis, quibus adeo profuit, ut civitatem illam ab imminenti excidio liberaret. Nam cum proterui quidam juvenes violaſſent quoddam Imperatoris edictum, eaque de cauſa hominem occidiſſent; rei Majeſtatis Præſidem Cappadociæ provinciæ (hic erat Olympius) in tantam concitarunt iram, ut eam civitatem delendam ac ſolo æquandam in animum induceret. Hæc audiens Gregorius, cum ægrotans non poſſet præſens malis occurrere, apud eumdem Præſidem per litteras egit. Quem, hominem ſane pientiſſimum, ut ad miſerationem commoveat, illud non publicum totius civitatis, ſed quorumdam tantummodo adoloſcentum fuiſſe crimen oſtendit; atque eum canitiem ſuam tot ærumnis afflictatam ingerit, tum etiam templum, quod extruxerat ibidem, indignum quod excideretur, commemorat. Hæc & alia multa pro Diocæſarea, ipſâ nempe Nazianzo, ut ſuperius diximus, Gregorius ad Olympium ſcripſit *c*. Cum autem Olympius *d* ſe Nazianzum contuliſſet, una cum ceteris Cappadociæ Magiſtratibus, Gregorius coram ipſis nobiliſſimam illam orationem XVII dixit, quæ inſcribitur, ad cives Nazianzenos conſternatos & Præſidem iratum, eſtque illius exordium, Ventrem meum doleo. &c. Qua cum pluribus imminentem cladem deploraret, quantum præſtet Imperatori eſſe ſubjectum illiuſque parere edictis, cives multis commonet. Ep. 49 & 172. b *urbem à perditione liberat.* F c d *cives ad obſequium*

151 Mox mirabili quadam dicendi libertate ad Olympium ac ceteros Magiſtratus converſus, hæc ait: [An me libere loquentem æquo animo fereris? Nam vos quoque poteſtati meæ, meiſque ſubſelliis lex Chriſti ſubjecit? Imperium ipſi quoque gerimus, addo præſtantius & perfectius, niſi æquum eſt, ſpiritum carni faſces ſubmittere, & cæleſtia terrenis cedere. Sed non dubito, quin hanc dicendi libertatem in optimam partem accepturus ſis, ut vere ſacri mei gregis ovis ſacra, magnique Paſtoris alumna, jam inde à primis annis recte in ſpiritu ducta & inſtituta, ſanctæque ac beatæ Trinitatis lumine æque ac nos illuſtrata. Proinde brevis erit mihi tecum oratio. Cum Chriſto imperium geris, cum Chriſto *Præſidem ad clementiam hortatur:*

AUCTOR. CÆS. BAR. Provinciam administras]. Hæc & alia id genus Gregorius ad Olympium Præsidem, & non ad Imperatorem, ut alii putaverunt. Nam quis non videt Gregorium Præsidem Provinciæ alloqui, & non Imperatorem, tum ex prædictis, tum ex illis quæ sequuntur, cum ait: [Nihil commiserationem animique mansuetudinem excludat, non temporis acerbitas, non Princeps, non metus, non majoris Præfecturæ spes] &c. Illum ut persuadeat, inter alia perbelle ingerit de canitie sua, ac Sacerdotio diutius incontaminate gesto, cum ait: [Num tibi præterea, supplicis cujusdam libelli loco, canities hæc offerenda erit, annorumque nostrorum numerus, diuturnumque & incontaminatum sacerdotium, quod ipsi quoque Angeli, puri purissimi Dei cultores, fortasse verentur?] &c. Ex his omnibus satis apparet, hæc omnia facta esse, non Valentis Imperatoris temporibus, quando Arianæ hæresis fautores Cappadociæ administrabant provinciam; sed temporibus Theodosii, quando proscriptis ejus edicto Arianis, Catholicæ fidei cultoribus Præfecturæ provinciarum credebantur. Gregorii itaque patrocinio liberata est civitas Nazianzi.

per suos canos seniumque obtestans,

152 Permansit illic tamdiu Gregorius, donec illi firma securitas redderetur, & optimus aliquis illic præficeretur Antistes. Egit enim apud Helladium Cæsareæ Cappadociæ Episcopum Metropolitanum, magni Basilii successorem, ut Eulalium virum probatissimum præficeret Episcopum Ecclesiæ Nazianzenæ. Ipse interim secessum in solitudinem meditatur, cum Philagrius ejus intimus eum amice commonet, ne Ecclesiam illam derelinquat, cujus semel curam suscepisset *e*. Ad quem Gregorius, sui adventus ac rerum suarum rationem reddens, hæc de ea re: [Quod si Ecclesiam relinquere periculosum est (ut scribis) quam tandem? Si nostram: recte dicitis, idemque & ipse aio. Si vero nihil ad nos attinentem, nec nobis assignatam atque decretam, culpa vacamus. Quod si idcirco tenemur, quia ipsius curam aliquantisper gessimus, multi utique alii eadem ratione teneantur, quotquot nimirum hospitum curam habuerunt] &c. Egit etiam de his apud Theodorum Episcopum Tyanensem, ad quem de ea re extat Epistola. *f* Ordinato tandem Eulalio Episcopo Ecclesiæ Nazianzenæ, falsus rumor increbuit, Gregorium ab Helladio Episcopo Cæsariensi Nazianzena Sede privatum. Tunc Gregorius ut Helladium, alios que Episcopos qui Eulalium ordinaverant, ea calumnia liberaret; mox ad Gregorium Nyssenum scripsit Epistolam *g*, qua quidem cum illos excusat, tum etiam ingenue profitetur, se numquam Ecclesiæ Nazianzenæ fuisse ordinatum Episcopum. At licet sic Gregorius consuluisset famæ Episcoporum, vulgi tamen murmur de se, quod tenuem Ecclesiam contemptui habuisset, cum evitare non posset, patienti animo ferendum duxit, unde ipse aliquando:

B *Eulalium creari Episcopum Nazianzenum curat:*

e

F

C g *obloquia vulgi contemptis,*

[Pars hominũ, nostris omnino incredula morbis,
Usque adeo tacitum lacerabat murmure nomen:
Meque pium nimio populum contemnere fastu
Censebat, si non verbis jactabat apertis.
At cernit nostros, qui cernit cuncta, dolores.] &c.

de rebis suis,

153 His officiis præstitis & exolutis muneribus, Gregorius rus paternum, quod ex ampla hereditate sibi tantum reliquum erat, ceteris bonis in pauperes erogatis, se contulit. Adhæsit ei Nicobulus, consanguinitate propinquus. Hic, inquam, ille Nicobulus, qui ejusdem nominis parente clarissimo genitus, jam diutius habuit in optatis, ut sacras litteras Gregorio magistro ediscceret: quod cum hactenus minus licuisset, tandem nactus eum ceteris solutum negotiis, factus est voti compos. Illic agens Gregorius, nec sic quidem latrantium linguas valuit

In rure paterno degens

continere. Siquidem hypocritæ quidam *h* monachi, videntes eximio ipsi ardore Gregorii, famam, quam ibi sibi comparaverant, obscurari, mox in eum obloqui ac detrahere cœperunt: quod in loco amœno, in deliciis, nec ut decoret monachum, vitam ageret. De eo, qui hæc diceret, hæc sunt Gregorii: [Me enim copiosum ac divitem esse ait, ut qui hortum & otium & mediocrem fontem habeam], & paulo post. [Si fontem & hortulum vel exiguam auram, vel umbrosum quoddam nemusculum, res utique levissimas, possidemus, protinus in delicias interpretamini *i*. Quid? An ne respirare quidem Christiano licet, hocque uno nomine vobis injuriam fieri contenditis?] Hæc ille. At leviora hæc fuerunt certamina. Siquidem perinde ac si quispiam maris tempestate fatigatus, è magna navi in qua navigabat, quietis amore in naviculam descendat; licet locum mutet, eosdem tamen cogitur experiri fluctus, eademque procella jactari; sic & ipse, licet è magna illa navi Constantinopolitanæ Ecclesiæ tot agitata turbinibus, ac in tenuem lintrem, in ipsam solitudinem se recepisset; tamen innumeris iisdemque gravissimis cogitur fatigari angustiis & ærumnis. Ecce tibi acrius indies vexatur podagræ doloribus: morbum enim ipsius peculiarem, de quo sæpissime queritur, fuisse articulorum dolorem, ex litteris ejus *k* exploratum habetur. Porro non tantum pedibus, sed & artubus ceteris ea ægritudine laboràsse, satis apparet ex ejus carmine, quod in morbum scripsit *l*.

D h *delicias objectavi quæritans.* i *laborat podagra,* E k l

154 Accessit ad hæc deterrimum illud, quod vix fidem inveniat, ut homini senio *m* morboque perfracto daretur stimulus carnis; angelus satanæ, spiritus ille nequam fornicationis: qui emeritum senem, instar cujuspiam effrænis adolescentuli, obscœnis impuritatibus verberaret. Nisi enim hæc ipse iterum atque iterum lugens profiteretur, quis alicui talia dicenti fidem præstaret? Aliquando idem ipse cum in carnem suam invehitur, hæc ait. [Non improbitati tuæ tandem finem impones? Non spiritui & senectuti jam canæ, stulta & misera, te submittes? Quo circa verere me tandem, ac libidinem istam petulantiamque compesce, nec in animæ meæ perniciem perpetuo furore debacchare. Alioquin testor fore, ut te acerrime oppugnem, omnique dolorum genere frangam, atque cadavere imbecilliorem te reddam. Venite jam, & quidem magna copia, scelerum expiatrices lacrymæ, veni laboriosum tam mentis quam corporis pervigilium, ut flammæ meæ ardorem minuatis, fœdamque vitiorum putredinem abstergatis. Venter satietatem ableget: genua humo fixa obrigescant, ciniscque cibi loco sit: asperrimus saccus mollia membra undique tegat, vexatæque animæ suppetias ferat. Veni tristis cura, carnis domatrix, futura supplicia mihi semper ob oculos ponens. Atque hæc quidem stoliditati meæ vecordiæque medicamenta ipse adhibebo]. &c. Hæc Gregorius at non poëtice ludens.

m *stimulos carnis patiens* *semet affligit:* F

155 Re vera autem hæc & alia, ad ea fuganda mala, adhibuisse remedia alibi *n* testatur his verbis: [Ego quidem in hac canicie corpus lanio, oculos premo, diurnis nocturnis curis ter miseram animam conficio, ut eam flamma extraham: nec sic quidem tamen, nisi admodum ægre, corpus in potestate teneo]. Et alibi *o*. [Furibundo robore sævit caro, nec unquam à bello quiescit. Anceps est hujus belli alea]. Et post alia: [Quamobrem in luctu & squallore versor, cælestemque illum Regem, qui omnia imperio tenet, supplex obtestor, ut corporis animæque controversiam benigne discceptet, bellumque comprimat]. Rursumque inferius. [Has ego preces fundo, permultaque medicamenta carni offero, ut gravem hunc morbum à me depellam; ejusque robur, non aliter

n o *orationi incumbit:*

A aliter ac periculoſiſſimæ & infidiſſimæ cujuſdam belluæ; firmiſſimis vinculis compeſcam. Pernicioſos fluctus extimeſcens, ventri clauſtra impono, animum mœrore conficio, lacrymarum vim effundo, ſempiterno Regi fracta ac debilitata genua flecto; & ſordidatus incedo.] Et poſt aliqua. [Ego huic vitæ mortuus ſum, ac perexiguum ſpiritum duco; urbes, hominum cœtus fugio; atque inter feras & ſcopulos verſans, ab omni hominum frequentia remotus; in aſpera quadam & impolita rupe habito; unam tantummodo veſtem habens; calceiſque & foco carens, atque eo reductus, ut omnium mortalium probris pateam]. In fine demum ad Deum converſus hæc addit. [Senectutem quæſo meam, optime Deus, canumque caput hoc ſerva, vitæque finem optatum concede.] Hæc & aliæ hujuſmodi ſunt lamentationes Gregorii, in ejuſmodi ærumnis verſantis. Quid ad hæc dicimus? Niſi quod Paulus de ſe prædicat dicens: [Ne magnitudo revelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, angelus ſatanæ, qui me colaphizet: & ter Dominum rogavi, ut diſcederet à me, & dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur]. Hæc illum tentatio reddidit clariorem tutioremque, B ne tot tantiſque rebus præclare geſtis inflaretur; ceteros autem efficiet cautiores. Quis ſibi aliquid ſumat de perdomita carnis concupiſcentia, ſi in ſenectute poſitus, morbo laborans, in eremo conſiſtens, talia tantaque remedia adhibens, adhuc tamen dimicans ancipiti prælio timeat ſuccumbere *p*, ac potius p gloriosa fuga *q* ſibi conſulat, quam crebrioribus adq verſarii ictibus cominus vulnerari.

Lingua refrenanda cauſa 156 Illud etiam in eo admiratione digniſſimum videtur, hominem ſenio prægravatum, perinde ac ſi tirocinium monaſticæ diſciplinæ inchoaret, tam vehementi animi ardore tot labores exantlare, ſuos quoque ſenſus tam arcta diſciplina coërcere, ut ne latum quidem unguem à perfectiſſima illa, & numeris omnibus abſoluta monachorum vita aberrare curaret. Unde aliquando cum pervigili indagatione, in quod facilius delinqueret, ſcrutaretur, viſus eſt ſibi plus ſatis, quod eſt peculiare ſenum vitium, aliquando lo-*diebus 40 ſilet.* qui. Quod quidem, ut execrandum facinus, indicta ſibi pœna ſeveriſſima luxit; dum quadraginta diebus jugi ſilentio linguam compreſſit. De his etenim ipſe agens, cum dixiſſet quod robuſta ac vegeta etiānum ætate debuerit certare cum carnis petulantia, ventris ingluvie, iracundiæ impetu, propenſione ad C riſum; [Et hæc quidem antea, inquit, fervebat enim caro quæ cæleſtis aſcenſus grande eſt impedimentum. Nunc vero & morbo affectus, & ſenectute fractus ac debilitatus in aliam calamitatem incidi, indomitam linguam præcipitique loquendi velocitate volubilem habens, quæ me invidi hoſtis manibus ſemr per tradidit, innumeriſque me incommodis *r* affecit] & in fine, poſt expiationem delicti quadraginta dierum ſilentio, ſolvens linguam, hæc ad Chriſtum primo locutus eſt. [Tibi linguam meam devinxi, & eam nunc ſolvo: quod utrumque ut pie faciam te ſupplex rogo & obſecro. Loquar quæ convenit, quæ autem nefas eſt loqui, ne animi quidem cogitatione complectar.] Hæc Gregorius, in his quæ ad ſilentium ſpectant. Idem etiam aſſiduis affectus ærumnis, cum mundi gaudiis perpetuum bellum indixiſſet, ſiquando læta aliqua ac jucunda obvenirent, ſibi timens, ut ea quaſi rem ſuſpectam fugaret, mox ad Hieremiæ, *legit threnos Jeremiæ; Orat 4 de pace* Threnos confugiens, ea ratione eam triſtitiam, quæ parit ſalutem, ſibi conciliabat. Ipſe enim de Threnis illis aliquando verba faciens, hæc ait. [Ego quidem, ut de me loquar, quoties hunc libellum in manu ſumo (id autem facio quoties ſecundarum rerum inſolentiam coërcere ejuſmodi lectione volo) vox mihi intercluditur, lacrymiſq; obruor.] Hæc ipſe.

AUCTOR CÆS. BAR. *luget filios & eccleſiæ Conſtantinopoli relictam.* 157 Quod etiam Gregorii animum vehementiſſime cruciabat, fuit amor filiorum, quos in Catholica fide genuerat: ut olim vaccæ illæ Bethlemitæ plauſtro alligatæ, licet nec ad dexteram nec ad ſiniſtram declinarent, tamen ob fœtus relictos in ſtabulis mugiebant aſſidue: ſic & Gregorius partus lugebat ſuos, eoque amplius, quod ejus diſceſſus captata occaſione, Ariani ac ceteri hæretici in Dei Eccleſiam liberius inſurgebant. Hinc illæ Gregorii lacrymæ, hinc illi de Anaſtaſia ſua iterata ſuſpiria, cum eſt reverſus in patriam. Unde interdum, [& nunc, inquit *s*, mea Trinitas rurſus in foro & in choris, ab impuris & nefariis linguis ſcinditur, & meretricii ſermones ſuperiores ſunt;] & alia ejuſmodi omnia illius carmina reſonabant. Anaſtaſiam omnes ſermones, cogitationes, ac ipſa denique inſomnia repræſentabant. Extat & carmen quo deſcripſit ſomnium de Anaſtaſia; ubi inter alia hæc leguntur: [ô dulciſſima Anaſtaſia; ſi me unquam tui oblivio capiet, aut ſi unquam quid prius in ore habuero, me velim obliviſcatur Chriſtus. Sæpenumero etiam Anaſtaſiæ plebem, quamvis corpore longe remotus, luſtravi, incorporeum mihi templum fingens in animo viſiſque mihi divinitus occurrentibus lacrymis litans. O Virgines, ô ſacri Cantores; ô jucundi & amabiles tam exterorum quam noſtrorum chori! ô Viduæ, Orphani, mendici, de meis tamquam de Dei manibus pendentes! ô dulces domus ſenectutis altrices, numquam veſtrum ego, ſi velim, obliviſcar.] &c. E

ANNOTATA.

a *In hac quiete ſtatim compoſuit Carmen* de Vita ſua ad Conſtantinopolitanos; *neceſſarium ratus ut famæ ſuæ conſuleret adverſus rumores quos invidi ſpargebant, quaſi abdicare coactus fuiſſet. Eodem etiam tempore compoſitum credi poſſit Carmen de Epiſcopis aliaque hujus generis quædam.*

b *Imo verius abruperunt cito, ſi verum eſt quod ſcribit Hermant, eum Conſtantinopoli reducem ſtatim ſeceſſiſſe Arianzum: coactus eſt enim Nazianzenam Eccleſiam; velut propriam curare, quia in Epiſcopo eidem præficiendo cunctabatur Cæſarienſis Antiſtes, velut contra Canones facturus, ſi viventi Epiſcopo ſubinduceret alterum; quantumvis proteſtaretur Gregorius, nunquam id ſe Eccleſiæ iſti fuiſſe: tandem enim ſe importunitati nihil non molientium ut eum ſub illo onere retinerent; ceſſiſſe docet Ep. 83 ad Theodorum Thyanenſem Epiſcopum:* Non jam vobis moleſtiam exhibebo, *inquit.* Coite: vos ipſos munite: adverſus nos conſilia inite. Vincant qui nos oderunt: ad unguem obſerventur Canones, à nobis quibus nihil eſt imperitius initium ducentes. *Deinceps autem cives Nazianzenos, ut gregem ſuum, compellat & tractat.* *Gregorius Nazianzena Eccleſia curam iterum ſuſcipit.* F 1 p. 848

c *Epiſtola 172 primum brevius, deinde prolixius altera quæ eſt 49, ſic exordiens:* Rurſus benignitatis tempus, & rurſus ego audax & temeratius, qui rei tantæ deprecationem litteris committam: audacem enim me morbus facit. *Sed quamvis utrobique civibus parci petat; hæc poſterior tamen videtur diverſum à priori longeque gravius crimen indicare.* *efficacet ejus preces pro ſalute civium.*

d Olympium *quidem eum vocat Baronius: ſed veroſimile eſt ejus deceſſorem potius intelligendum, qui minus quam ille Gregorio familiaris & amicus fuerit: nam quomodo coram Olympio perorans, nihil de ſua apud eum gratia, & huic nixa fiducia civium admiſcuiſſet? Billius in Annotationibus ait Choniatem (fortaſſe Gregorium) aſſeverare quod Præſes iſte vocaretur* Julianus Exiſotes. *Huic anni 382 initio ſucceſſerit Olympius. Cauſa autem quæ Præſidem commoverit, haud dubie longe levior fuerit, quam illa ſub Olympio poſtrema.* *apud Præfectos.*

e Her-

ANCTORE CÆS. BAR.

e *Hermant exiſtimat, Philagrium improbaſſe conſilium deſerendæ* Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, *& de hac reſpondere Sanctum: ſed quam multa erant, quibus de illa deſerta ſe excuſare poterat Gregorius, nec hic attinguntur, tam apte quadrant omnia in* Nazianzenam, *cui ſe unquam nominatum Epiſcopum negat: quod de* Conſtantinopolitana *non ita vere dicere potuiſſet.*

p.841. *ejuſdem invaletudo*

f *Eſt ea Epiſtola* 88, *in qua ſic loquitur:* Teſtificor coram Deo & electis Angelis Dei, gregem indigna pati, ut qui ob perditam valetudinem meam nec paſcatur nec viſitetur. Nam me morbus conſtrictum tenet atque ab Eccleſiæ gubernaculis celerius abduxit, nuncque inutilem prorſus reddit, ut qui & ſingulis diebus extremum pene efflem ſpiritum, & negotiorum mole magis opprimar. *Inter hæc autem moleſtiſſimum fuit quod faceſſebant Apollinariſtæ, qui ut in Epiſtola 77 ad Olympium Præfectum queritur, dum ipſum Gregorium ad Xanxaridos thermas longius abduxiſſet morbus, præſumpſerint ſuæ factionis hominibus quos Nazianzi habebant, imponere ejuſdem farinæ Epiſcopum,* nulla re, ut opinor, *inquit Gregorius,* perinde freti atque ſumma mea imbecillitate.

& tandem impetratus Nazianzo Epiſcopus. B

g *Hæc* 42 *eſt, in qua* De nobis, *inquit,* ne quiſquam obſecro falſos ſermones jactet, nec de Dominis Epiſcopis, tamquam invitis nobis ac repugnantibus Epiſcopum alium nobis ſuffecerint. Non enim uſque adeo illis contemptui ſumus, nec adeo infeſtum eos noſtri odium tenet. Quin potius eos multum diuque obteſtatus, propter effœtum & emortuum corpus, ſimul etiam quod neglectæ Eccleſiæ onus prætermiſerim, hanc ab iis gratiam poſtulavi, nec eccleſiaſticis legibus adverſantem & nos recreantem, ut is Paſtor daretur, qui etiam precibus tuis datus eſt.

querîtur à divite ſecularî delicias ſibi exprobrari;

h *Cum hujuſmodi hominibus nihil quidem negotii ſibi voluit eſſe Gregorius: ſed hos ei moleſtos fuiſſe non aliunde accepit Baronius, quam ex fallaci titulo Carminis* 59 εἰς ἐπιπλαγῶς μοναζοντας in fictos monachos: *cum is integre videatur talis fuiſſe,* εἰς ἐλέγχοντα αὐτὸν ὡς ἐπιπλαγῶς μοναζοντα. In arguentum ſe quaſi falſo monachum ſimularet: *hunc enim ait fuiſſe quempiam ex inſenſatis divitibus illis, qui deliciis affluentes, volunt ut alii, contrariam vitam profeſſi, pene hominem exuerint quia monachi ſunt, dum ipſi* conjuge, liberis, & voluptate omnigena fruuntur: *quibus reſpondens:* Quid monachi, *inquit,* pro ſe dicant audite, amatores mundi. *Mundanos ergo & ſeculares homines carmen iſtud appellat, negatque eorum eſſe dijudicare utrum quis externam habitus victuſq; auſteritatẽ ex vero virtutis amore ſectetur,* C *an autẽ ex hypocriſi; quamvis inter utroſq; multum intereſſe oſtendat: & fortaſſis ultimã partem reſpicit titulus, ſi non eſt mutilus; non tamen indicat ab hypocritis talo quid paſſum Sanctum, quale à mendacio quopiam ſibi objectum in priori Carminis iſtius parte diluit.*

2. p.138. *quales ea ſint alibi exponit:*

i *Quam exiguum id eſſet, quod corpori ſuo indulgebat Gregorius, explicat in Anacreontico* ad animam ſuam, *quam inducit quærentem ex carne ſua, quid cupiat.* Satis *autem* tibi ſit, *inquit,* rupea domus ad umbraculum, camelorum pili vel vilis pellicula integumentum nuditatis, frondes ramique cæſi ad cubitum: ad menſam autem nullo apparatu inſtructam accumbens, habes panem aut farinæ modicum, cui pro opſonio ſemper parabili ſal adſit, & quantum voles thymi ſive cepæ, præcipue tamen ipſa fames. Potum etiam cupis? Aqua tibi fluit, ebrietatem non inductura. Vis amplius? Etiam aceti aliquid non negabitur. Hæc porro ſi ſatis non ſint, ſed cupis ut deliciæ & voluptates tibi ſubminiſtrentur, quære alium qui id faciat: neque enim mihi vacat domeſticum hoſtem, ſerpentis inſtar, fovere ſinu.

podagricum ſe indicat;

k *Ep.*57 *excuſans ſe Anyſio, quod ad nuptias Olympiados cum aliis Epiſcopis non accedat,* Intempeſtivum, *inquit,* eſt atque à nuptiis alienum, podagricos videre, qui inter ſaltitantes circumferantur ac rideantur. D

l *Annuus is morbus fuit, ut ſupra vidimus ad initium cap* 13 *& carmen in agro Conſtantinopolitano compoſitum creditur ab Hermant.*

tentationes carnis ante annos 20 *paſſus,*

m *Nobis, qui jam octogenarium Gregorium habemus, nequaquam neceſſe eſt, hanc ejus cum ſua carne luctam ad extremum iſtum receſſum differre: quin etiam id prohibere videtur carmen de quadragenario ſilentio, mox infra allegandum, ubi ſatis indicat in decrepita illa ſua ſenectute pugnandum ſibi, non ut olim cum carne, ſed cum lingua eſſe.* Canitiei *quidem ſuæ etiam pro illo tempore meminit: ſed hoc non pluſquam annum ſexageſimum arguit, quando aliud nihil accedit quod extremam indicet ſenectutem. Dicatur ergo talia & paſſus eſſe, & (ut ſequitur) ſcripſiſſe Sanctus, cum adhuc corporis robore florens, & necdum morbis eſſet exhauſtus. Certe morborum ſuorum nuſquam meminit in Carm.* 18 *adverſus carnem ſuam, quod hac occaſione compoſuit.*

n *Neſcio ubi hunc locum inveniam: nam quod in margine notarat Baronius Carmen de rebus ſuis, compoſitum paulo poſt fratris Cæſarii mortem, tale nihil habet.*

o *Quæ ſequuntur ſunt ex Carmine* 4, *eſtque id elegia* de animæ ſuæ calamitatibus, *compoſita vivente adhuc utroque parente, ſed jam communes humanæ vitæ terminos ſupergreſſo; ut eſſent puta annorum* 85 *cum filius eſſet ſexagenarius.* E

etiam decrepitus feminarum viciniam horret,

p *Hinc illud in Carm.*58 *de virtute humana.* Corpore ſum virgo, verum an etiã mente haud certo ſcio.

q *Hinc ad Vitalianum Gorgoniæ maritum Epiſtola* 196, Carbala per ſummum ſcelus ejicimur, atque (ut tragoediæ verbis nonnihil immutatis utar) ejicimur non quidem ſermone, ſed reipſa. Multo enim melius erat, tabula publice propoſita nobis ſeceſſionem indicere, quam per mulieres, quas è regione noſtri collocaſti, vitæ gravitatem & ſanctitatem intercedere; & quotidianam verecundiam mihi, aliis, qui hujuſmodi vitæ inſtitutum libenter inſectantur, maledicendi occaſionem dare. Dicam clare, etſi id audax forte videatur, nos quoque è paradiſo per Evam expulſiſti, *quantum ſcilicet in te fuit.* Vos cum ad hunc locum acceditis, & accipimus & amplectimur; à muliebri autem familia ita nos proripiemus, uti ad ferinos impetus..... relictis & manuum noſtrarum laboribus, & iis rebus quarum ſpe ducebamur, longaque ad Sanctos Martyres excuſandi noſtri cauſa oratione habita. *Moverit ea res Vitalianum, credo, ut ſcandalum ab oculis & vicinia Sancti amoliretur, magnis ejus beneficiis pridem obſtrictus. Verum hinc naſcitur dubitatio, eademne ſit* Carbala, *quæ* Arianzus. *Ego ſic diſtinxero, ut* Arianzus *nomen ipſius vici fuerit, intra quem & eccleſiam ſuam habebant Sancti Martyres, quorum hic & in Epiſtola Theodori Mopſueſteni mentio; & prope eccleſiam prædiolum ſuum habuerit Gregorius, proprio nomine dictum* Carbala, *ut ſolent etiam domus hortique ſinguli ſuum in pagis nomen habere.* F

hortulum quoq; ſuum ea de cauſa dimittere paratus.

r *Non quia graviter unquam deliquerit verbo (nam à detractione, contumelia, aliiſque ſimilibus, quæ lex Chriſtiana vetat, longe abfuiſſe ſe profitetur) ſed quia eloquentiæ ſemper promptæ gloria perſtringebat oculos invidorum, uti pluribus ſæpe locis inſinuat, cum ſuam ſibi facundiam Conſtantinopoli & alibi crimini verſam dicit, quaſi muta fides agere deberet omnia.*

s *Carm.*17 De ſeipſo poſt reditum Conſtantinopoli, *ubi per Nectarii ſocordiam iterum invaleſcere hæreſes audiebat & gemebat. Cum Nectario tamen ipſo ſemper amicitiam coluit, nec niſi cum ſumma reverentia & æſtimationis magnæ de ejus virtute ac prudentia conceptæ expreſſione ſcribit, etiam ubi eum ad hæreticos compeſcendos hortatur, uti facit in ea Epiſtola quæ eſt inter Orationes* 46.

CA-

A

CAPUT XVIII.

Generoſa acta contra Apollinariſtas hæreticos: ſolicitudo pacis Eccleſiaſticæ.

158 AD cumulum malorum omnium eſt etiã ſuperadditum illi, quod Apollinaris hæreſis *a* ſectatores, Romam ad Damaſum Romanũ Pontificẽ profectos, illic dolo agentes, ſe eſſe Catholicos prolata fidei Catholicæ confeſſione mentiti ſunt: qua de cauſa ea etiam arte communicatorias litteras ab eodẽ ſuffurati, in Orientẽ reverſi, de communicatione Damaſi gloriantes, ut Catholici inter Catholicos ſe miſcebant; ſicque & in Gregorii amicitiam inſinuaverant. Unde factum eſt, ut etiam ſocium habere Gregorium in pravo dogmate ſe jactantes, etiam ſuarum partium illum eſſe fautorem ſpargerent in vulgus. Hier ep. 82 Horum præcipuus erat Vitalis Antiochenus; qui, ut vidimus Hieronymo auctore, ſicut de Communione Damaſi impudenter gloriabatur, ita de ſocietate Gregorii inſolenter efferebatur. Hoc autem cum ex Cledonii *b* primarii viri litteris Gregorius B percepiſſet, vehementer excanduit: confeſtimque ad eum de eadem re reddidit litteras *c*, quibus ſe de ſuſpicione Apollinarianæ hæreſis expurgaret, iiſdemque tam Apollinarem quam Vitalem execrans atque condemnans, ſcitis argumentis eorum dogma confutavit improbavitque.

a *Apollinariſtas de ua communione gloriãtes Nazianzi,*

b

c *refutat ſcriptis ad Cledonium Epiſtolis,*

159 At de Vitalis communicatione hujuſmodi affert cauſam & rationem: [Ne nos, inquit, accuſent ut Vitalis fidem, quam ita poſtulante B. Damaſo Romæ Epiſcopo conſignatam edidit, amplexatos, nunc vero improbantes.] &c. Ad eumdem de Vitali rurſum: [Nec vero indignum cenſendum eſt (quamvis grave & indignum ſit) quod homines illi pernicioſa ſua dogmata ſimplicioribus animis per alios verſutiores & magis ſceleratos infundunt; ſed quod nos eadem opinione & ſententia eſſe mentiuntur, hamum ſuum hac eſca circumtegentes, atque hoc fuco & prætextu cupiditatem ſuam nefarie explentes, ſimplicitatemque noſtram (qua fiebat, ut non alienorum loco eos haberemus, ſed fraterna dilectione complecteremur) in fœderis occaſionem abripientes. Illud etiam indignitatis accidit, quod ab Occidentali Synodo, leſe (ut audio) ſuſceptos eſſe affirmant, à qua eos prius damnatos eſſe nemini obſcurum eſt. Quod ſi vel nunc vel ante ſuſcepti ſunt qui cum Apollinari ſentiunt, hoc oſtendant, & nos acquieſcemus. Perſpicuum erit enim eos rectæ doctrinæ aſſentiri: nec enim res aliter ſe habere poteſt, ſi hoc ſunt conſecuti. Id omnino liquebit, ſi vel Synodalem Codicem, vel Epiſtolas quibus ad communionem admitti jubeantur, attulerint: nam ſic Synodorum mos eſt. Sin autem hæc mera verba & figmenta ſunt ſpecioſi cujuſdam coloris, fideique ob perſonarum gravitatem auctoritatemque imperitæ multitudinis nanciſcendæ cauſa ab ipſis excogitata; eos, ut quieſcant, doce & refuta]. Hæc Gregorius, qui quantum Occidentali judicio, ipſi (inquam) Romano Pontifici detulerit, ex prædictis apparet.

rationem reddens cur Vitalẽ antea receperit, quem jam damnet ad Cled. de Vitali.

illos quoque recipere paratus ſi uti ille communicatorias Romanas oſtenderint.

Ç

160 Concepit ea ex cauſa acerbiſſimum odium Gregorius adverſus hæreſim Apollinaris, ut eam verbis ac ſcriptis confutare numquam ceſſarit. Immo cum ille ad alliciendam plebeculam novos quoſdam pſalmos carminibus ſcriberet, ea ratione ut ſacram Eccleſiæ pſalmodiam interverteret; Gregorius, ne Catholici inferiores viderentur in hac parte, adjecit animum, ut verſibus quam plurima dictaret, ita tamen ut primum locum in Eccleſia tribueret pſalmis Davidis. De his ibidem agens, hæc ait de adinventione Apollinaris. [Quod ſi prolixi libri, & nova pſalteria Davidique ex adverſo reſonantia, & verſuum lepos pro quodam tertio teſtamento habetur; nos quoque pſalmos elaborabimus, & multa ſcribemus & modulabimur, quandoquidem ipſi quoque videmur ſpiritum Dei habere; ſi tamen ſpiritus gratia hæc eſt, & non potius humana novatio. Hæc te apud plebem proteſtari volumus.] &c. Hæc Gregorius ad Cledonium. Teſtatur S. Hieronymus Gregorium quam plura eleganti metro *d* ſcripſiſſe: Catholica autem Eccleſia ejuſmodi Apollinaris pſalmos vulgares cani prohibuit in eccleſia. Quæ autem poſt hæc Gregorius egerit adverſus Apollinariſtas, ſuo loco dicemus inferius.

ad vulgares Pſalmos Apollinaris abolendos,

d

161 Sequenti anno à Synodo Conſtantinopolitana, Syagrio item & Antonio Coſſ. Eccleſiaſticis urgentibus cauſis, iterum Synodus Epiſcoporum coacta eſt Conſtantinopoli: ad quam Gregorius Procopii præfecti litteris Imperatoris nomine iterum atque iterum vocatus eſt. Qui licet animo conceviſſet numquam amplius adfore Epiſcoporum conventibus, ne illorum mutuas altercationes audiret; tamen malæ valetudinis cauſam prætexens, in hunc modum ad eum reſcripſit: [Ego, ſi vera ſcribere oportet, ita affectus ſum animo, ut omnia Epiſcoporum E Concilia fugiam: quoniam nullius Concilii finem lætum fauſtumq; vidi, nec quod depulſionem malorũ magis quam acceſſionem & incrementum habuerit:] & poſt alia, [Nunc vero huic meo judicio patronus morbus accedit, quippe qui me ita diſtorqueat, ut quotidie fere extremos ſpiritus efflem, nec ulla re me ipſo uti queam. Atque ob hanc cauſam ignoſcat mihi Magnitudo tua, detque operam ne pientiſſimus Imperator me inertiæ condemnet, ſed infirmitati veniam det]. Hæc & alia Gregorius ſe excuſans. Cumque adhuc juſſio Imperatoris urgeret, & Icarius afferret ad eum Imperatoris edictum: Quid reſcripſerit ad Imperatorem, non apparet. Ad Ep. 76 Olympium autem Præſidem Cappadociæ ſcribens hæc ait: [Hoc mihi morbo gravius eſt, quod nec ægrotanti quidem fides habetur, ſed peregrinationem ita longam inire jubear, atque in medios tumultus me intrudere: quorum ſeceſſionem ita amavi, ut hoc nomine gratiam quoque corporis afflictioni propemodum habeam.

Anno 823 ad Synodũ CP. 2. evocatus,

excuſat ægritudinẽ,

162 Hæc Gregorius, qui revera antea ſtatuerat numquam intereſſe Epiſcoporum Conciliis. Unde hæc interdum ait. [Mihi enimvero certum eſt deliberatumque numquam poſt hac anſerum aut gruum inter ſe pugnantium Synodis intereſſe, quibus omnia contentione & bello ardent, flagitiaque prius obſcura atque incognita, in unum collecta ab inimicis in lucem produntur: horum enim cauſa inter humiles & plebeios ſedeo]. In eamdemque fere ſententiam ſcripſit ad Theodorum Epiſcopum Tyanenſem *e*. Hæc Gregorius: qui tamen ita animo compoſitus fuit, ut licet Synodos vitaret, ea tamen quæ ad Catholicam fidem ſpectare videret, naviter impleret; immo non ſecus ac Orbi præeſſet, ſic cura omnium Eccleſiarum illum cepit, ut non niſi in ea incumberet, quæ ad hæreſum deſtructionem & fidei Catholicæ propagationem ſpectare conſpiceret: ut quæ paulo inferius dicemus, optime declarabunt.

alioquin per ſe alienus à Synodis:

F

de vit. differentiis

e

163 Adhuc autem ſequenti anno, Merobaude iterum & Saturnino Coſſ. Epiſcopi iterum Conſtantinopolim convenerunt ad Synodum. Gregorius ſolicitus de his, quæ ſpectant ad fidem, ad Poſtumianum, eo anno Præfecturam Prætorii adminiſtrantem, litteras dedit his verbis: [Nihil tam imperio Ep. 71. tuo convenire exiſtima (quandoquidem rurſus Epiſcoporum Synodus celebratur, haud ſcio qua de

nihilo tamen minus pacem Eccleſia curãs,

AUCTOR. CÆS. BAR. causa, aut quomodo coëuntium) quam ut te Præfecto ac tua opera Ecclesiæ ad pacem reducantur, etiam si eos qui dissidiis & factionibus contendunt, apertius objurgare oporteat. Quod si cuipiam nimium curiosus esse videar, quod cum à negotiis secesserim, non tamen curam & solicitudinem abjecerim, hoc memineris: non quemadmodum à throno & fastuoso supercilio, ita etiam à pietate secessimus. Quin potius eo majorem fidem auctoritatemque apud te habiturus mihi videor, ut qui non rem meam privatam, sed publicam utilitatem curem]. Hæc ille ad Postumianum, eodemque argumento litteras dedit ad Saturninum Consularem, ac inter alia. [Omnia (inquit) apud nos Dei beneficio recte se habent, hoc uno excepto, quod de Ecclesiis anxii & soliciti sumus tam fœde perturbatis. His quidquid operis afferre potueris ad communem concordiam, & re & sermone impigre constitue. Quandoquidem rursus Episcopi coëunt, metuendum rursus est, ne nunc quoque pudore suffundamur, si hæc quoque Synodus parum præclarum finem habuerit, quemadmodum & prius]. Hæc Gregorius.

quam in 3 Synodo CP. commendat primariis viris,

Epi. 72.

164 Prætermittimus hic tractare, quæ in ea acta sunt Synodo: satis sit scire, Postumianum impigre ex sententia Gregorii res Catholicæ Ecclesiæ procurasse, tum apud Episcopos, tum etiam apud Imperatorem, qui hoc ipso anno iisdemque Coss. duo reperitur dedisse rescripta ad ipsum Postumianum, adversus omnes quæ tunc grassabantur hæreses: hereticos enim urbe agrisque pellendos sanxit, omnemque coëundi potestatem iisdem ademit, atque ordinationem ministrorũ inhibuit. Qui his legibus percelluntur sunt hi; Ariani, Eunomiani, Macedoniani, Apollinariani, Encratitæ, Apostatici, Saccophori, & Hydroparastatæ. Hæc autem omnia ab Imperatore ad Postumianum rescripta, jure accepta ferimus nostro Gregorio, qui statum Ecclesiæ Dei eidem pro viribus commendavit. Viguit harum legum viridis observantia aliquamdiu, fere usque ad quinquennium: sed (ut accidit) cum jam tepescere inciperent, prædicti hæretici *f* se rursum obtrudere in Ecclesias, conventum facere, ac Episcopos per loca ordinare præsumpserunt. Hæc audiens Gregorius, zelo fidei Catholicæ percitus, dormientem in his Nectarium Constantinopolitanum Episcopum, scriptis ad eum litteris *g* vehementi admiratione compellans, cum ejusmodi pessima facta recenseat, hæc subdit in fine: [Si his, qui talia sentiunt, cœtus habere licet, illud velim cogitet & expendat tua in Christo illustris prudentia, quod cum nobis cum eorum dogmatibus non conveniat, cœtus habendi potestatem illis factam esse, nihil aliud est, quam eorum doctrinam nostra veriorem existimare. Nam si illis, ut piis & orthodoxis, ea quæ sentiunt docere libereque promulgare permittitur; quis non videt doctrinam Ecclesiæ condemnari, perinde ac veritate ex illorum partibus stante? Neque enim rerum natura fert duas de eadem re doctrinas esse veras. Quomodo igitur excelsus & præstantissimus animus tuus, ad tanti mali depulsionem & correctionem, consueta libertate non uti sustinuit? Verum si nondum est hoc factum, inimitabilis tua omnibusque numeris absoluta virtus excitetur; pientissimumque Imperatorem doceat, nihil ex reliquo ipsius erga Ecclesias studio rediturum esse utilitatis, si tale malum ad fidei sanæ eversionem per eorum libertatem licentiamque prævaleat.] Hæc Gregorius ad Nectarium.

B *non sine fructu, hæreticis edicto proscriptis:*

f *Apollinaristis nihilominus sua agentibus,*

g *Nectarium contra eos incitat,*

C

165 Quantum autem prædicta Gregorii commonitio ad eum scripta profecerit, satis significat Theodosii adversus Apollinarianos edictum, quo Consulatu suo secundo inito cum Cynegio *h* edixit his verbis: [Apollinarianos, ceterosque diversarum hæreseon sectatores, ab omnibus locis jubemus inhiberi à mœnibus urbium, à congressu honestorum, à communione sanctorum. Instituendorum Clericorum non habeant potestatem. Colligendarum congregationum vel in publicis vel in privatis Ecclesiis careant facultate. Nulla eis faciendorum Episcoporum tribuatur auctoritas. Ipsi quoque Episcopi nomine destituti, appellationem hujus dignitatis amittant. Adeant loca, quæ hos potissimum quasi vallo quodammodo ab humana communione secludant. His etiam illud nectimus, ut supra memoratis omnibus adeundi atque interpellandi Serenitatem nostram aditus denegetur. Datum sexo Idus Martii. Thessalonicæ, Theodosio secundum & Cynegio Coss.] Conferat hæc lector cum his, quæ ad Nectarium Gregorius scripsit, inveniet que hujus condendæ legis Gregorium nostrum fuisse auctorem: idque perspicue magis intelliget, si ejusdem Gregorii ad Olympium Cappadociæ Præsidem leget litteras, quibus quiritatur illos eo audaciæ pervenisse, ut depositos à Synodis Episcopos, eosdem præficerent gregibus suis Præsides. Eâdem Epistolâ se jam ad balnea medicorum consilio profectum esse indicat, eum ait: Quoniam autem longius me morbus provexit, & Xanxaridis thermis mihi de medicorum Consilio uti necesse est, litteras mihi vicarias substituo].

h *qui novo rursus edictopellitur.*

D

eosdem etiã ager persequitur in Cappadocia.

Epi. 77.

E

F

ANNOTATA.

a *Inter prima quæ Constantinopolim advenienti Gregorio subnata incommoda sunt, schisma fuit Apollinaristarum: quos, quia alieni erant ab aliis hæresibus tunc vigentibus, nondum audebat numerare inter hostes; sed de iis, tamquam veris adhuc ecclesiæ membris, sic loquitur in Orat. 14 quæ de pace est.* Nos etiam adversus nos ipsos pene contendimus, qui, quantum ad caput attinet belle valemus *(dicebant enim Apollinaristæ se cum Ecclesia Romana tenere unitatem)* ac pro iisdem & adversus eosdem contendimus. De fraterno illo dissidio non ita pridem exorto loquor, ex quo & Deus & homo ignominia afficiuntur: ille videlicet nec pro nobis quidem omnino genitus & cruci affixus, ac proinde nec sepultus nec à morte revocatus (quemadmodum nonnullis præpostere Christum amantibus placuit) verum hic tantum honoratus, ubi honor in dedecus & contemptum recidit, atque ob eam causam in duos Filios dissectus aut compositus: hic autem non perfecte assumptus, aut honore affectus, sed maxima ex parte abjectus aut abalienatus; siquidem maximum in hominis natura est divina imago mentisque vis & facultas. *Hi igitur, quia Verbi fatebantur divinitatem, assumptamque ab eo humanam carnem, licet sine mente, quia pro hac volebant esse ipsam æternam Sapientiam, non omnino censebantur heretici; ideoque motam ab ipsis controversiam (perquam molestam & importunam eo tempore, quo tam pauci censebantur orthodoxi respectu infinitæ multitudinis hæreticorum) ζυγομαχίαν ἀδελφικὴν tunc appellavit Gregorius, similitudine sumpta à bobus sub eodem jugo non plane concordibus. Tali autem Gregorii erga se indulgentia abusi illi, interim dum ipse Constantinopoli agit, Nazianzenam Ecclesiam infecere non mediocriter.*

Apollinaristæ CP. à Gregorio ut fratres tolerati.

I. p. 221

b *Hermant existimat satis verosimiliter, quod Sanctus de hoc agat Carm. 47 ad Hellenium circa annum 382 opem poscens,*

Cledonius Gregorii apud Nazianzum Vicarius.

Cledonio primum leni, qui vivit egenis,
Et Christo prompto pectore cuncta dedit:
Se primo: post quidquid opum censusque tenebat,
Nil humili ut vitæ liquerit ipse suæ:
Qui cum terrenis quondam floreret in aulis,
Majus apud nostros nunc habet ipse decus:

c *Sunt*

A c *Sunt hæ Epiſtolæ duæ, quæ inter Orationes collocatæ leguntur numerantur que 51 & 52. Sunt autem ſcriptæ à Sancto cum adhuc Conſtantinopoli ageret, relicto pro ſe Nazianzi vicario Cledonio, uti nobis videtur: quia hic velut ex officio admonuit Gregorium, quam mala de eo fama vulgaretur; eique, iſtud publicæ profeßionis remedium poſtulanti, ipſum prompte mittens Sanctus, primam de hoc argumento Epiſtolam ſic finit:* Hæc te apud multitudinem atteſtari volumus, ut ne gravemur, tamquam hujuſmodi malum diſſimulantes, ac per ſocordiam noſtram committentes, ut pravum dogma latius ſerpat ac robur capiat. *Quod autem hic idem Cledonius ſit, qui cum titulo Iconienſis Presbyteri Conſtantinopoli ſubſcripſit teſtamento ipſius S. Gregorii, nobis non facile perſuadebitur.*

cur verſu Gregorius ſcripſerit? d *Inter hæc ſunt preces complures, & Iambica contra Apollinarium de Incarnatione: quæ ſequuntur mox alia, quibus cur verſu ſcribat rationem reddit, 1 ut ſic brevior ſit, 2 ut juventuti proſit, 3 ne Chriſtiani hac in parte cedere videantur gentilibus, 4 ut ſeipſum cantu recreet tamquam ſenex Cygnus: quare poſtrema ejus carmina à veteri interprete, quo uſus Baronius, vocantur Cygnæa, quæ in ſequenti capite ſæpe allegantur, nec lubet ſingula in nova Morelli editione requirere, ubi hic titulus deeſt.*

B e *Ep.*84 Vocas? Nos vero properamus. Properamus autem, ut ſoli cum ſolo congrediamur. Synodos enim atque colloquia publica procul ſalutamus: ex quo ſcilicet tempore multa eorum, ut parce loquar, improba & flagitioſa eſſe comperi.

f *Præſertim Apollinariſtæ, quibus æque ac Catholicis aliis conventus ſuos habere Theodoſius, neſcio qua arte inductus, permiſerat.*

g *Hæc Epiſtola eſt* 46 *inter Orationes, ut ſupra dixi.*

h *Conſulatus is annum notat* 388, *qui Sancto fere ultimus fuit.*

CAPUT XIX.

Pius obitus. Miraculum muti ad ejus ſtatuam ſanati.

166 HÆc ille: qui etſi in his, quæ ad Catholicam fidem ſpectant, multus eſſet, non neglexit ea in aliis curare, quæ ad Chriſtianæ diſciplinæ mores componendos pertinere conſpiceret. In quo genere, quam libero animo eſſet, ut nullam vereretur perſonam potentis alicujus, perbrevis illa Epiſtola, quam ſcripſit ad Celeuſium Præfectum, ſit in exemplum, digna ſane quæ recenſeatur. [Loquar quæ & amicitiæ noſtræ, & hujuſmodi tempori conveniunt. Legibus injuriam facis Judex, qui non jejunas; & quomodo leges humanas ſervabis, qui Divinas contemnis, & pro nihilo putas? Purga tribunal tuum, ne duorum alterum tibi accidat, ne aut malus fias, aut exiſtimeris. Fœda ſpectacula proponere, ſeipſum traducere eſt. In ſumma, Judex, futurum ſcito, ut judiceris, & nihil peccabis. His nihil melius habebam, quod tibi præberem]. Hæc Gregorius.

C Epiſt. 74. *arguit Præfectum jejunia non ſervantem.*

ager confugit ad Chriſtum. 167 Cum autem, ut vidimus, Gregorius conſilio Medicorum perrexiſſet ad Thermas, nihil inde utilitatis conſecutus, hæc verſibus cecinit. [Adſum hic tibi Æger Chriſte, à Medicis veniens, nullum alium fructum conſecutus, quam quod nihil pluris facere didici, quam te, à quo ut cetera proficiſcuntur omnia, ſic etiam remediorum vires.] Ac rurſum. [En tibi thermæ, lavacrum hic jam habeo. Verum ubi mihi eſt Angelus quiſpiam, & aquam hanc mihi aptam ad medicandum reddito. Vel ſaltem tu, mi Salvator, dic verbum aliquod, & conſolidabor]. Hæc Gregorius. Qui cum indies magis morbo gravaretur, ejuſque membrorum nullus pene eſſet uſus, illud tantum ſolatii ſibi reliquum fuit, ut verſibus luderet Cygnæaque *a* carmina componeret, quibus præteritarum ac præſentium rerum ſtatum abſque aliqua inſolentia aut arrogantia (quod puriſſimi tantum ac candidiſſimi animi eſt) perbelle caneret ut alter Job, quando conferens præſentia cum præteritis dicebat, Quis mihi tribuat, ut ſim juxta menſes priſtinos, ſecundum dies, quibus Deus cuſtodiebat me: quando ſplendebat lucerna ejus ſuper caput meum &c. memoria enim repetens præterita bona, hæc aiebat: [Ubi mihi nocturnarum cantionum ſtatio, quibus vel ſolum cum Chriſto commercium habens, vel in hominum cœtu alternatim cantillandis hymnis mentem oblectans, pedes ſuſtentabam, ac vivi cujuſdam lapidis inſtar obrigebam? Ubi flexorum genuum dulcis labor, quo calentes lacrymas prius fundens, caliginoſam mentem colligebam? Ubi pauperum altrices manus, morbum confoventes? Quo tandem infirmorum membrorum maceratio abiit? Non jam ad ſancta ſacrificia manum attollo, magnis Chriſti paſſionibus me ipſum immiſcens. Non jam gratam Martyribus choream ſtatuo, neque oratione in eorum laudibus inſtituta, præclarum ſanguinem veneror. Situ carieque libri mei obſiti ſunt. Lucubrationes meæ, rudes adhuc & inchoatæ, quibus quis tandem amicorum extremam manum apponet? omnia enim nunc viventi mortua ſunt.] &c. Hæc & alia multa ejus generis.

AUCTOR. CÆS. BAR. a *& Cygnæa carmina componit.*

Job 29.

Carm. 60. *commemorat priora acta*

E

168 Addidit & lugubre carmen de pœnitentia, quod ſoluta oratione latine redditu, ut & alia nonnulla, ſic exorditur: [Extremæ vitæ certamen imminet, malam navigationem exegi, jam jamque quoque ſcelerum pœnam cerno, tartarum caligine horrendum, ignis flammam, altiſſimam noctem, rerumque earum fœditatem, quæ nunc tectæ & incognitæ, in lucem poſtea proferentur.] &c. Scripſit & carmen ſui ipſius ex hac vita migrantis, in hunc modum.

Carm. 31. *& pœnitentiam inſti-tuit:*

[Sublimes tendo ſupplex ad ſidera palmas,
Suſcipe me Sancti turba beata chori.
Ærumnis orbis gravibus replete, valeto,
Quem moriens poſt me defero, parce gregi.]

Rurſus autem animæ ſuæ cum corpore colloquentis hæc verba. [Cur vinculorum injectione conſtrictum me tenes, quæ libera ſum? Chriſtus me vocat: tu iſtic jaceto quo projicieris. Excipito me Salvator, quamquam fateor non ſatis me eſſe purgatum]. Et cum tentaretur à Diabolo, hæc ipſe. [Rurſum acceſſit Draco. Te prehendo. Tene, tene me: imaginem tuam deſerere & abjicere noli, ne me adverſarius ille meus tamquam avem nidi rapiat]. At jam morti appropinquans ad Chriſtum ſe vocantem, hæc ait. [Vocas tu me, vocas? ipſe autem accurro. Verum & ignem, & hiatum illum, & ardorem, flammamque divitis metuo. Quis me avectum in Abrahæ ſinum deferet?] Hæc & alia. Proxime moriturus Cygnæo cantu Sanctiſſimus Senex Domino cantans, puriſſimum Deo ſpiritum reddidit, ac optatam quietem cum agminibus Beatorum adeptus eſt.

in Cygnæis 106.

ultimum aſpirat ad Deum,

F

& ſancte moritur anno 389

169 Exceſſit ex hac vita Timaſio & Promoto Coſſ. anno undecimo Imperii Theodoſii Senioris, qui à recentioribus numeratur annus à Chriſto Domino trecenteſimus octogeſimus nonus. Hæc autem de tempore ejus obitus ex S. Hieronymo ita deducimus, dum ille in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis agens de noſtro Gregorio, hæc ait: Deceſſit ante hoc ferme triennium ſub Theodoſio Principe. Hæc Hieronymus, qui cum tam in proœmio, quam in fine illius opuſculi, ſe illud ſcripſiſſe teſtetur anno decimo quarto ejuſdem Theodoſii Imp. neceſſario infertur Gregorium ejuſdem Imperatoris undecimo anno ex humanis deſiiſſe. Ex his quidem in primis

AUCTORE CÆS. BAR. primis errare redarguitur Proſperi Chronicon, ubi ponitur obitus Gregorii anno tertio Theodoſii Imperatoris, Syagrio & Euchario Coſſ. eo enim anno habita eſt Synodus œcumenica Conſtantinopolitana, in qua ipſe (ut dictum eſt) ſe ab Epiſcopatu abdicans, in patriam rediit. Nec ſubſiſtunt ea, quæ ſcribit Suidas, Gregorium vita functum anno decimo tertio ejuſdem Imperatoris: ſicut nec nobis probantur, quæ idem auctor de ejus ætate ſcribit dicens, annum natum nonageſimum deceſſiſſe. Secundum enim ejuſmodi annorum numerum dicendum eſſet, Gregorium cum Athenis eſſet, tempore, ut ipſe ait, quo illic erat Julianus poſt obitum Galli fratris, annum quinquageſimum quintum ætatis expleſſe, cum idem de ſe ſcribat trigeſimũ ætatis *b* tunc annum egiſſe, cum poſt receſſum Baſilii, ipſe publice Rhetoricam profiteri cogitur, quando non poſt multum temporis ſpatium Athenis & ipſe receſſit, in patriam rediens: quod (ut vidimus) contigit paulo ante Conciliabula Seleucienſe & Ariminenſe, quæ celebrata ſunt Euſebio & Hypatio Coſſ. Ex quibus omnibus inferri poſſe videtur, Gregorium non exceſſiſſe annum ætatis ſexageſimum ſecundum, natumque eſſe anno ſecundo à Nicæno Concilio.

non 381. nec 391.

b

B 170 Fuit Gregorius valido ac robuſto corpore, ſed, ut ait, morbis aſſiduis ac vitæ moleſtiis hebetato, fracto, ac pene corrupto, ac ea de cauſa ſibi acceleratam ſenectutem ipſe teſtatur in carmine de rebus ſuis. Quod autem ſpectat ad vultus ejus effigiem, Anonymus Græcus auctor, qui haberur in Bibliotheca Vaticana inter orationes Hierotani item Græci ſcriptoris, hæc ſcribit. Statura mediocri erat, pallidus aliquantulum, non tamen citra veruſtatem: depreſſo naſo, ſuperciliis in rectum protenſis, aſpectu blando & ſuavi, altero oculo nẽpe dextro ſubtriſtis, quem cicatrix quædam contrahebat, barba non promiſſa, ſed denſa tamen. Qua parte calvus non erat, nam ſubcalvus erat, albos crines habebat, ſummas item barbæ partes velut fumo obſitas oſtendebat. Hæc græcus auctor, quibus quidem conſentanea ſunt ea, quæ ipſe de ſe ſcribit, nimirum pallor, & macies, oculi cicatrix, atque calvities. Innumera fere ſunt de ſanctiſſimo & diſertiſſimo viro Patrum elogia, quæ nec quiſvis facile colligere queat. Satis ſit ad laudem ejus, Patres omnes tam Latinos quam Græcos, in aſtruendis dogmatibus, in oppugnandis hæreſibus, ac in interpretandis etiam divinis Scripturis, Gregorii meminiſſe, ipſum ſectatos eſſe, eidemque acquieviſſe: Gregoriumque è ſuggeſtu, è cathedra, ore omnium celebratum; eumdem denique in ipſis ſacris Conciliis velut redivivum è Throno loquentem, in hæreticos invehentem, fidem Catholicam propugnantem, ſuffragia dantem, ac ſubſcribentem ſemper intuiti, reveriti, ac ſecuti ſunt

qua corporis conditione,

& qua ſtatura fuerit cod. 549 in Vatic.

quam laudatus à poſteris Patribus,

C

c Patres omnes. Quid exteros memorem? Sane quidem Euſtorgius *c* Arianus, qui iiſdem cum illo temporibus vixit, cum præcipuos viros recolat, propugnatores Filii Dei cum Patre conſubſtantialitatis, tam illorum, quam omnium qui antea vixerunt, Gregorio, ut omnium principi, primas defert: ut quem in dicendo Baſilio graviorem & Apollinari uberiorem fuiſſe contendat.

171 Natalem ejus diem, ut ſacroſanctum, tam Occidentalis quam Orientalis Eccleſia, in ejus memoriam celebri ſolennitate agere conſuevit, & uſque modo agere perſeverat, ejuſque ſacram Imaginem, vel coloribus pingere, vel marmore ſculpere, more majorum in Baſilicis moris fuit. Quæ non tantum ejus effigiem repreſentarent, ſed & in operatione miraculorum vivam redderent, ut factum conſtat conſecutis temporibus, cum Michael Balbus Iconoclaſta Orientale Imperium invaſiſſet, ſuſtuliſſetque paris impietatis Imperatorem Leonem Armenum, Conſtantinumque ejus filium virilibus amputatum relegaſſet in inſulam; cui quidem cum uſus vocis ea de cauſa penitus interceptus eſſet, ac redditus omnino mutus; cum ille loquelæ reſtitutionem à Deo cupiens, per S. Gregorium Theologum, cujus illic erat ſacra ſtatua, flagitavit; exaudivit eum ille, cujus imago per viſum apparuit, jubens ceram, quam deſcriptam in manu haberet, legere. At ille viſis fidem adhibens, mane ingreditur Eccleſiam, illicq; conſpecta Gregorii ſtatua, præ ſe ferente imaginem ejus quem nocte viderat, ſchedulamque eamdem in manu habentem, ubi exordium orationis in ſancta lumina inſcriptum erat his verbis, RURSUS JESUS MEUS; acceſſit, ut juſſus erat, ut legeret. Quæ quidem verba, cum primum voce clariſſima recitaſſet, deinceps ſemper recte locutus eſt. Hæc produnt Græcorum *d* annales.

imagines in eccleſiis poſitæ.

D

ad quarum unam mutæ ſequelam recipit.

d

172 Jam ad calcem pervenimus. Et in his quidem, quæ ſpectant ad orationis ornatum, ut mihi videor, jejune nimis (ſi enim rhetorum more hæc agenda fuiſſent, latiſſimus erat campus, in quo exultare potuiſſet oratio) in his autem quæ ad ſinceriſſimam veritatem pertinent, quam unice profitemur, ejuſmodi eſſe non dubito, ut vix alicui in eo concedam. Quidquid autem laboris, quicquid induſtriæ atque ſolertiæ, veri tantum amantes, impendimus, munus exiguum, ſed primitias lucubrationum noſtrarum, tibi ipſi, ô Pater, offerimus, qui cum cæleſtibus ſpiritibus luce illa incircumſcripta ſanctiſſimæ Trinitatis revelata jam facie illuſtraris. Repende gratiam Cæſari tuo, jucundiſſimumque tibi nomen in fratre, ne deſpicias in Cliente. Impertire multiplicem ac copioſam benedictionẽ, quo dignus inveniar hic ſublimia illa tua aſſectari veſtigia, tecumque tandem Chriſto perfrui, una cum Patre, & Spiritu ſancto in ſempiterna ſecula. Amen.

Epilogus auctoris ad Sanctum

E

petantis patrocinium.

EPITAPHIUM *e*.

e

173 CUr carnis laqueis tu me, Pater, implicuiſti?
Cur ſubſũ vitę huic, quę mihi bella movet?
Divino Patre ſum genitus, ſanctaque parente:
Hac mihi lux vitæ namque precante data eſt.
Oravit, ſummoque Deo me vovit, & ortus
Eſt mihi per ſomnum virginitatis amor.
Iſta quidem Chriſti: poſt at ſubjere procellæ,
Rapta mihi bona ſunt, fracta dolore caro.
Paſtores ſenſi, quales vix crederet ullus:
Orbatuſque abii prole, maliſque gravis.
Gregorii hæc vita eſt; at Chriſto poſtera curæ,
Qui vitæ dator eſt. Exprimat iſta lapis.

F

ANNOTATA.

a Cygnæa carmina *dicit ſimpliciter, ut ſcripta à moribundo quis arbitretur, niſi ea in margine identidem citarentur ſub eo titulo, quem tamen in nulla hactenus editione reperio, uti nec carmina ipſa, unde hic varia allegantur.*

b *Agere eo loco Gregorium de anno 30 ſtudii ſui Rhetorici oſtendimus in prævio commentario: ruit igitur hoc contra Suidam argumentum, quoad annum ætatis, quem libenter tenemus cum illo: ſed quoad annum mortis, major Hieronymi auctoritas cogit ab eo diſcedere.*

c *Apud Suidam in Apollinari.*

d *Cedrenus in Michaele Balbo: hic autem Leonem Armenum de medio ſuſtulit, in nocte Natalis Domini an.* 820.

e *Eſt inter Carmina trigeſimum, vitæque epitomen continet.*

Hermant opus ſuum, quod de S. Gregorii Nazianzeni deque S. Baſilii hiſtoria communiter ſcripſit, duobus parallelorum libris concludit: quorum primus eorum virtutes perfectiſſimas, alter doctrinam & ſenſa inter ſe comparat; quod

Gregorii & Baſilii parallela.

A *quod noſtri quidem inſtituti non eſt, eſt tamen notatu ac lectu digniſſimum, ad perfectam utriuſque laudationem complendam. Lubet igitur vel capitum titulos hic ſubjicere, ex Gallico Latine redditos.*

quoad virtutes & earum perfectionem;

LIBRI XI CAP. I. Comparatio horum duorum Sanctorum quoad patriam, *quam ſcilicet nullam norant niſi cæleſtem.*

II Sanctitas familiæ, in qua natus uterque, inter ſe comparata.

III De doctrina & eloquentia utriuſque.

IV Uterque ſacrarum Scripturarum ſtudium laudabili æmulatione commendat.

V Quam conformi inter ſe ſenſu ſacras traditiones ſint venerati.

VI De fide eorum, quaſque eis de idololatria victorias attulerit.

VII Quomodo per eamdē de hæreſibus triumpharint.

VIII Ut eoſdem hæc mundi contemptores ac victores reddiderit.

IX Quam ſimilem ſolitudinis amorem ipſis eadem inſpirarit.

X Spes utriuſque firma, & perfecta in Deum fiducia.

XI De utriuſque ardenti erga Deum caritate.

XII De eorum erga Eccleſiam amore.

B XII De æquali in utroque pacis Eccleſiaſticæ ſtudio.

XIII De caritate utriuſque in proximum, propenſaque ad eleemoſynas voluntate.

XIV De eorum prudentia.

XV De eorumdem juſtitia.

XVI De temperantia & caſtitate.

XVII De fortitudine & magnanimitate.

XVIII De profunda utriuſque humilitate.

XIX De perfecta inter ſe amicitia, omnibus in exemplar abſolutiſſimum propoſita.

quoad doctrinam & ſenſa moralia.

LIBRI XII CAP. I. Axiomata eorum circa neceſſitatem vocationis ad ſtatum Eccleſiaſticum.

II Quam graviter uterque reprehenderit præcipitationem eorum, qui eodem ſe non vocati attollūt.

III Quas conditiones uterque in Epiſcopis & populi Magiſtris requiſierit.

IV Quam ſublimem de virginitate Chriſtiana opinionem habuerint.

V Quales in Virginibus Chriſtianis ac Religioſis dotes optarint.

VI Inſtructiones ad uſum conjugatorum ex utriuſque ſcriptis collectæ.

VII Muliebris luxus ac vanitatis ſecularis indidem accepta reprehenſio.

C XIII Eximia utriuſque ſenſa, ad humani faſtus depreſſionem ſpectantia.

IX Similes utriuſque adverſus avaritiam invectivæ.

X Æqualis zelus ad impuritatem & libidinem eliminandam.

XI Par ſeveritas adverſus gulæ vitium.

XII Qualem uterque reliquerit deſcriptam invidiā.

XIII Adverſus iracundiam invectivæ utriuſque.

XIV Quid de triſtitia & accedia uterque ſenſerit.

S. GREGORII NAZIANZENI

Carmen de Vita ſua.

A Daniele Cardono in ſolutam orationem verſum.

PROLOGUS.

Vitam ſuā ſcripturus Gregorius,

1 VItæ meæ curſum omnem, qua ſecundis, qua adverſis rebus inſignem, ſcriptione hac complecti eſt animus. De me namque alii atque alii non eodem omnes fortaſſis modo fieri poſſit ut ſentiant & loquantur, prout ſcilicet ſuus quemque impetus in hanc illamve partem tulerit: æquum autem eſſe non poteſt, quod à ſola voluntate fertur judicium. Si quod porro tædium, ſi quæ moleſtia è narratione erit, hanc omnem carminis abſterget jucunditas. Nec deerit quod hinc addiſcat, aut quo recreetur, & ad pulcherrima quæque cum voluptate permoveatur ætas juvenilis. Interim vos potiſſimum noſter hic ſermo ſpectat, qui cum vobis præeſſem Epiſcopus, ad curam meam pertinebatis; nunc autem alterius ſubjecti eſtis poteſtati. Tam vero vos appello, qui eadem mecum juncti eſtis religione; quam qui diverſa ſentitis. Mihi ſiquidem, ſenectute laboribuſque confecto jam atque proſtrato, omnes, puto, adhuc bene vultis. Vos itaque, viri, quos, ut totidem clariſſima lumina, orbis hic ſuſpicit; qui eam urbem incolitis; quam ob magnitudinem celebritatemque alterum quemdam mundum appellari poſſe video; quos omnibus terræ ac maris deliciis conſpicimus abundare, Cives novæ Romæ, quæ ſedes & commoratio eſſe ſolet virorum illuſtrium, Conſtantino conditore inſignis, & imperii totius caput ac firmamentum pulcherrimum; vos, inquam, viri Conſtantinopolitani, cum ſitis tanti, hominem ab omni mendacio longe E remotiſſimum, & in variis rerum ac temporum converſionibus non pauca aut mediocria perpeſſum, unde magnam neceſſe eſt rerum omnium enaſci cognitionem, veriſſima loquentem audite.

ad Cives Conſtantinopolitanos

2 Cuncta quibus olim effulgebam decora, longo temporis tractu obſcurata ſunt atque collapſa: de priſtina quoque famæ meæ celebritate nihil aut perparum modo ſupereſt. In quo illud mihi profecto accidit, quod fieri videmus, quando per effuſorum imbrium vehementiam omnis è ſolo terra aufertur, ac ſilicum ſolummodo lapillorumque acervus ſupereſſe cernitur. Nec eſt quod magnopere quis miretur, ſi illorum improbitati iſtud imputem, qui umquam ante in bonorum numero non tantum non fuerunt; ſed pecudum etiam in morem, curvatis in terram & terrena animis, vitam tranſegiſſe convincuntur. Impetuoſæ vero iſtius pluviæ imaginem *etiam E.* etiam aliquam nos ipſi gerimus (equidem non ſine *piſcopis.* lacrymis ac gemitu ita de ſacro caſtiſſimoque noſtro Ordine pronuntio) nos, inquam, malorum iſtorum pars ſumus non parva; quicumque ſupra alios mortalium evecti, non ſicut oportet locum dignitatemque noſtram ſuſtinemus; qui populo cum poteſtate præſumus, & recti bonique nos profitemur magiſtros; quibus id ſorte obtigit ut divino ſacræ doctrinæ pabulo animas hominum paſcamus, quando interim fame ipſi non mediocri premimur; qui, cum morbis ipſi permultis ſimus obnoxii, aliorum tamen infirmitates curare contendimus. Iſtis vero hos ad- F jungas licet, qui per eas populum vias ducere aggrediuntur, quæ aut in præcipitia fortaſſis deſinent; aut quales ſint, ab ipſiſmet ducibus ignoratur, cum numquam eas ante triverint aut ingreſſi ſint: contra quos hoc breviſſimum dari poteſt præceptum, & optima, ne ſalute excidas, regula, ut qua ipſi præeunt, minime ſequaris; quorum videlicet mores ipſe ille, quem occupant, honoris locus non parum accuſat; cancelli magis ac ſupercilium, quam egregia vivendi ratio à vulgo hominum eximit.

& quantis fuerit exagitatus ab improbis.

& pravæ doctrinæ præconibus,

3 Quid porro cauſæ ſit cur talia in ſermonem adduxerim (Non enim is ſum qui multa temere verba profundere ſoleam) tam qui nunc in vivis ſunt mortales, quam qui futuri ſunt aliquando, audiant. Ante tamen quam dictorum ratio conſtet, paulo altius vitæ meæ ſeriem oportet repetam (eſto, prolixior hinc mihi dicendi naſcatur materia) ut ne improborum adverſum me efficere vociferationes quidquam

altius ordiatur narrationem.

INTERP. D.C. valeant. Eſt namque hominibus iſtis hoc in more poſitum, ut male à ſe actorum cauſas in eos ipſos rejiciant quos læſerunt; atque ita majorem noxam per conficta nequiter mendacia ſibi adverſantibus inferant, ſe vero ipſos ſcelcris veluti omnis puros exhibeant. Atque hoc ſit inſtituendæ deinceps narrationis quoddam quaſi præloquium.

CAPUT I.

Ab optimis parentibus pie educatus Alexandria Athenas non ſine periculo navigat: ibique Baſilio conjungitur Sanctus.

Parentes habuit piiſſimos, ac integerrimos.

4 PAtre igitur uſus ſum egregie probo ac bono, provectæ admodum ætatis viro, & quoadmodum incorrupto, qui pulcherrima aliis ſtatui poſſit vivendi regula. Alter, ut quod res eſt dicam, patriarcha is fuit Abrahamus, qui, contra quam fieri modo aſſolet, non opinione hominum, ſed reipſa bonus & eſſe cupiebat & haberi. Gentilium ille primum erroribus abductus, inſignis deinde Chriſti cultor, neque hoc ſolum, ſed Epiſcopus etiam, & ſacri iſtius Ordinis
B decus ac præcipuum quoddam ornamentum extitit. Mater vero ea obtigit, quæ, ut breviter dicam, tali marito ut jungeretur digniſſima, nec muliebriter varia erat aut inſtabilis. Piiſſimis cum eſſet prognata parentibus, ſua tamen eos religione pietateque ſuperavit. Sexu fuit habituque mulier, ſed vivendi inſtituto viris omnibus admirabilior. Una eademque omnium de parentis utriuſque vita exiſtimatio erat atque oratio. Sed unde hiſce meis dictis fidem putaris adſtruam? Ipſam, ipſam quæ me genuit, reſtem adducam in medium, quam dum appello, ipſammet appello veritatem. Illi certe ſingulare hoc erat ſtudium, ut ea etiam quæ in oculis omnium erant poſita, clam omnibus habere contenderet potius, quam vanæ alicujus exiſtimationis apud homines captandæ cauſa occultum quodpiam animi ſui decus ſuperbe jactaret, Dei nempe timorem, ſic quaſi magiſtrum, in actionibus ſuis omnibus adhibere ſolita.

Matri vota ante etiam quam naſcerentur, Deo dicantur.

5 Prolem igitur maſculam (quod plurimorum parentum ſolet eſſe votum) in familia ſua videre cum ſummopere expeteret, Deum ſuppliciter eſt precata, ut ne votis eam ſuis fruſtrare vellet. Cumque deſiderii ſui magnitudinem tegere ulterius haud valeret, ipſum quod à Deo poſcebat donum ſanctiſſimo ejuſdem cultui ſe vovit dicaturam; religioſa iſta animi ſui
C alacritate filium ſuum Deo ante etiam conſecrans, *& obtinetur divinitus.* quam eum cælitus accepiſſet. Nec vero fruſtra ejus fuere vota & ſupplicationes, ſed feliciſſimum rei quā petierat, quamque erat conſecutura, oblatum ei eſt præſagium. Viſio videlicet menti ejus fuit objecta, imaginem quamdam referens adimplendi mox deſiderii materni. Ecce enim nocturna in quiete mei veriſſima effigies matri ſe offert, cui nomen quoq;, quo eram appellandus, mirabiliter indicatur. Hanc nox illa parentibus meis gratiam præſtitit: ego ſiquidem divinitus illis tunc ſui conceſſus, quorum votis ſi qua ratione dignum meipſum exhibui ut obtinerer, Deo id omne referamus acceptum: ſin minus, peccatis meis id adſcribendum fateamur. Hoc itaque modo in lucem iſtam fui editus, è luto, heu me infelicem! effictus atque compoſitus: à quo proinde ad inferiora illa ſæpe deprimor, & à cujus craſſiore materia raro ac difficulter me expedio. Attamen cum vitæ hujus initium, eorum quæ expectantur bonorum quoddam quaſi pignus acceperim, ingrato mihi nequaquam eſſe licet.

6 Vix autem vivere inceperam, cum in alterius rem ac jura tranſeo, pulchra equidem ratione; Deo ſiquidem addicor, haud aliter quam agnus aut vitulus ejuſdem Dei aris religioſe deſtinatus; nobilis e-
D quidem victima, nec rationis & orationis exors: non *A teneris cultui divino addictus* enim audeo dicere quod inſtar novi cujuſdam Samuelis Deo fuerim oblatus, niſi ſolum æſtimando piam parentum meorum in conſecratione illa voluntatem. Ab ipſa porro infantia optime honeſtiſſimeque educatus (domi quippe non alia quam pulcherrimarum virtutum intuebar exemplа) jam maturitatis quiddam & gravitatis ſenilis præ me ferebam. Tum vero recti atque honeſti ſtudium ſic in me paulatim accrevit, quemadmodum nubes nubibus aggregari ſubinde videmus. Interim ætate pariter ac rationis uſu proficiebam, & illos avide lectitabam libros quibus Dei & religionis cauſa propugnabatur. Optimis etiam quibuſvis hominibus utebar familiariter. Atque hæc quidem hactenus. Nunc autem, *ejus in rebus ſuis deſcribendis modeſtia.* qua ratione de iis quæ reſtant rebus acturus ſim, non parum dubito. Silentione involvam admiranda illa, quibus ſtimulos mihi Deus ad optima quæque ſubdidit, cum iſtam meam alacritatem animi ſic quaſi futuræ vitæ pulcherrimum initium dignatus eſt admittere? (Hunc videlicet modum ille tenet in conferenda hominibus beatitate) an potius in medium omnia fidenter proferam? Alterum nempe ingratitudinis, alterum ſuperbiæ notam minime effugiet.
E Attamen præſtat tacere, ac ſufficere poteſt à me illa non ignorari; ne, ſi ea proferam, ratio vivendi, quam modo teneo, cum oratione mea pugnare videatur; utpote quæ de priſtino illo animi mei fervore & alacritate amiſit plurimum. Quæ igitur neceſſario dicenda ſunt, ſolum eloquar.

Qua mente profanas diſciplinas didicerit.

7 Imberbis adhuc cum eſſem, ingenti in litteras amore ferebar & deſiderio, id ſolum intendens ut humanas profanaſque diſciplinas veris ac ſolidioribus ſcientiis ſocias & adjutrices adderem, ne vana ſuperbia efferri poſſent, qui aliud non didicerunt quam inanem neſcio quam eloquentiam, in ſolo verborum ſtrepitu & vocis contentione ſitam, neve argumentorum ſuorum fallaciis ſophiſtæ me facile circumvenirent: numquam enim in eam veni cogitationem ut litteris ſacris, quas ut proprias ac meas ſemper habui, ſcientiam ullam aliam potiorem ducerem. Quod igitur adoleſcentioribus ætate calentibus ſolet accidere (inconſiderato nempe animi impetu hi ut plurimum ac facile abripiuntur, in eum modum quo pullus, præcipue equinus, ferociens & animi plenus in curſum emicat) idem quoque mihi contigit. Tempeſtate namque prorſus aliena, nec mitigata adhuc maris ferocia, exoriente ſideris Tau-
F rini cauda, quam rerum talium periti navigantibus *Alexandria Athenas navigans.* maxime infeſtam pronuntiant, cumque nemo, niſi qui parum ſapit, mari ſe audet committere; Tali, inquam, tempore urbem Alexandrinam (in ea quippe ſcientiis acquirendis operæ nonnihil haud fruſtra impenderam) relinquens, mare quo recta in Græciam tenditur, nave ingreſſus ſum. Jamque Cypri littora præternavigabamus, cum ingens ventorum è diverſis partibus ſpirantium vis noſtram vehementer navim cœpit affligere.

Saviſſima tempeſtate jactatur.

8 Tunc & repente profunda nox cœlum, mare, terram & omnia involvit, oculiſque noſtris eripuit. Crebra inter fulmina horrendo fragore tonitrua exaudiebantur. Cumque ventorum vehementiâ fortiſſime diſtenderentur vela, ſupra modum ſtridebant rudentes quibus hæc alligari ſolent. Malus quin etiam nutare, ac nullus deinceps clavi uſus ſupereſſe, quem videlicet nulla vi aut arte regere amplius nautæ valerent. Navim ad ſumma uſque latera aquæ repleverunt, quando ingens nautarum, remigum, præfectorum, aliorumque præcipuorum vectorum, una voce Chriſtum auxilio advocantium, exauditus eſt clamor,

A clamor, planctu & lamentis permixtus. Quicumque nullum paulo ante Deum agnoverant, eumdem jam cum aliis invocabant: eſt enim metus magiſter longe optimus maximeque opportunus. Quod vero malorum omnium erat graviſſimum, aqua omnis dulcis nos plane deficiebat: ſubito quippe turbo quidam vehementior in navim incumbens, valà, quibus aquæ dulcis copia continebatur, in mare excuſſit. Cum fame itaque & ſiti & ventis de vita noſtra nobis erat certamen: ſed Deus inſperatæ mox ſalutis viam periclitantibus aperuit. Mercatores quidam è Phœnicia eodem ferebantur mari: qui cum ſubito in conſpectum noſtrum ſe dediſſent, quamvis & ipſi graviſſimo eſſent metu perculſi, ubi tamen periculi in quo verſabamur magnitudinem è noſtris imprecationibus cognoverunt; contorum quibus utebantur firmitate ac manuum juvenilium robore conſili (omnes quippe robuſtis viribus erant juvenes) periculo nos eximunt, à demerſis pelago cadaveribus parum vel nihil diverſos; aut veluti piſces, quos aquæ ſalſæ indigos recedens mare nudos in littore deſtituit; aut denique lampadibus illis non abſimiles, quarum lumen, oleo deficiente, paulatim emori conſpicitur.

Naufragiũ evadit.

9 Nihil interim de ſuo adverſum nos furore pelagus remittebat, pluribus etiam diebus contra miſeros ſæviens; qui ob frequentes huc illuc jactationes, quam in partem navis curſus dirigeretur, diſcernere haud poteramus, & nullam fere mortis evadendæ habebamus ſpem. Ac ceteris quidem omnibus communem ſolum mortem metuentibus, longe gravioris & occultioris imago mortis animum meum ingenti complebat horrore. Luſtralibus quippe ſalutis aquis, quibus deiformes quodammodo effici mur, arcebant me tempeſtuoſi maris navigantibus ſæpe fatales undæ. Hæc maxima mihi erat plorandi ratio, hanc ego ſummam rebar eſſe calamitatem. Eam ob rem miſerabiles emittebam voces, ſupinas in cælum manus tollebam, quarum colliſu ipſorum etiam fluctuum ſonus vincebatur. Sciſſis inde veſtibus, in faciem pronum me abjicio. Quodque difficulter credes, quamvis ſit veriſſimum; quiqui mecum eadem navi vehebantur, proprii periculi cogitatione quaſi depoſita, ſuas preces ſuaque vota meis adjungebant. Tanta erat hominum iſtorum in malis communibus pietas ac religio; tanta illos meorum incommodorum ceperat miſeratio. Eo ſane tempore tu mihi, ô Chriſte, magnam præbuiſti ſalutis ſpem, qui è vitæ hujus fluctibus nunc quoque eripere me paras. Etenim cum, quod ſperaremus, nihil jam ſupereſſet amplius, cum nec ab inſulis, nec à continente, nec à ſummitatibus montium, nec à facibus per littora accendi ſolitis, nec à ſideribus quæ ſuum nautis iter ſignant, auxilii quidquam expectari poſſet; nec è rebus omnibus quæ ſub aſpectum cadunt, ulla quæpiam opis aliquid promitteret; quid tandem à me putatis excogitatum fuiſſe, aut quem malorum tantorum repertum exitum?

B *Durante tamen procella,*

C

10 Deſperato à rebus hiſce inferioribus omni auxilio, ad te, Deus meus, oculos animumque converto, qui es vita, ſpiritus, lumen, robur, & ſalus mea; qui minas nunc & verbera ingeris, nunc rurſum blandiris & ſanas, atque ita rebus adverſis jucundas permiſcere ſoles. Prodigia omnia è quibus magnæ tuæ dexteræ potentiam cognovimus, coram te commemoro. Qua ſcilicet ratione diviſum per te fuerit mare rubrum, & populus Iſraëliticus abſque noxa illud pertranſierit: quo modo dum ſuas Moyſes in cælum manus protendit, hoſtes victi ſuccubuerint: quantis plagis Ægyptios, eorumque præcipuos in bello duces attriveris; utque ad famulorum tuorum imperia conditæ à te creaturæ obedierint; quam denique prodigioſe ad tubarum clangorem & inſtituram à populo tuo circuitionem mœnia Jerichuntina corruerint, & urbs univerſa in prædam cesſerit. Sed & hiſce olim à te patratis miraculis recentiora & in mei gratiam præſtita adjungens; Fui, inquiebam, jam ante tuus, ac nova rurſum de rurſum de cauſa tuus nunc ſum. Duplici itaque titulo in rem tuam me ſi placet tranſcribes, parentum videlicet eorum ſobolem, qui ob ſingularem ſuam religionem apud te ſunt in pretio, ac veluti munus terra tibi ac mari ſacratum; Terra quidem ob matris votum, mari autem ob inſtantes vehementer metus. Sane ſi geminum corporis animique periculum per te mihi detur evadere, vitam meam omnem obſequio tuo dicatam volo. Si periero, religioſus tibi cultor periturus eſt. Ecce, tempeſtate tuus modo diſcipulus jactatur. Quamobrem è ſomno quantocyus, precor, evigila; aut ſupra aquas ambulans, furentes maris fluctus compeſce. Hæc ego ſuppliciter vix eram precatus, cum ſubito quaſi ponunt venti, pelagi tempeſtas ſedatur, & ad portum deſtinatum curſus navis dirigitur. Hunc præterea è precibus ac votis meis fructum merui ſingularem conſequi: quod omnes, quos eâdem meum navi vehi contigerat, magna pietate ad Chriſti fidem adjecere animum, ac duplici divinitus ſalute potiti ſunt. Rhodum inde prætervecti, non longo poſt tempore, ad Æginæ portum (Æginetica quippe vehebamur navi) proſpero felicique curſu pervenimus.

INTERR. D.C.

de renovare ei ſervienda voto.

Imploratо Dei auxilio,

ſedatur tẽ peſtas.

E

F

11 Hinc ſubſecuta eſt Athenienſis commoratio, & ſtudia litterarum. Quam vero iſtic vivendi rationem tenuerimus, aliorum relinquamus narrationi; ut nempe in Dei timore ſemper educati, ac inter optimos præcipuoſque primi fuerimus; ut, cum alii per adoleſcentiæ fervorem atque audaciam, cum ſui ſimilibus temere omnia ac præcipitanter agerent, vitam inſtituerimus placidiſſimam. Ita tunc degebamus, ut fluvio illi poſſemus dici non abſimiles, de quo fides eſt, quod, etſi per aquas maris curſum tenet, nihil tamen inde ſalſuginis contrahat. Tantum ſcilicet aberat ut à pronis in malum adoleſcentibus nos pateremur abripi, ut ipſi potius met eos omnes, qui amicitia nobiscum jungebantur, ad præclara honeſtaque omnia verbis atque exemplis pertraheremus. Iſtud ſiquidem in magnum meum bonum providerat Deus, ut cum homine ſapientiſſimo amicitiam intimam contraherem, qui egregio vivendi inſtituto ac diſciplinarum omnium cognitione, reliquos omnes ſolus ſuperabat. Quem vero eum putatis fuiſſe? Is profecto fuit, qui vobis non poteſt non eſſe notiſſimus. Baſilius ſcilicet, homo, ſi quis alius, hiſce noſtris temporibus maxime neceſſarius. Illum ſermonũ meorum omnium, illum tecti, illum cogitationum mearum habebam participem: &, ſi gloriari oportet, par eramus amicorum tota Græcia celeberrimum. Omnia nobis erant communia; uno vivebamus ſpiritu, quem duo ſolum corpora dividebant: tantæ autem amicitiæ potiſſimũ vinculum Deus ipſe nobis erat, & boni pulchrique omnis ardens quædam cupiditas. Etenim poſtquam eo inter nos fiduciæ eſt perventum, ut alter alteri cordis ſui arcana minime haberet occulta, majori etiam amoris nexu invicem fuimus conjuncti. Quorum enim eadem in rebus omnibus reperitur voluntas, eorumdem animi haud difficulter cernuntur conjungi.

Appulſus Athenas ſtudiis vacat.

cum Baſilio amicitiam contrahit.

12 Quid deinde ſupereſſe poterat, niſi ut cum eo in patriam remearem, ac certum aliquod vitæ genus mihi deligerem? Jam quippe temporis permultum in litteris acquirendis abſumptum à me fuerat in quarum perceptione trigeſimum fere tunc agebam annum. Id temporis & loci datum mihi eſt intueri, quo erga me deſiderio, quaque opinione eſſent ſodales mei amantiſſimi. Aderat quippe jam tempus illud, quod moleſtiæ haud parum nobis attulit. Triſte ſiquidem dicendum erat vale, jungendi amplexus, quibus

Quem Athenis abeuntem comitari cupiens,

INTERP. D.C. bus benevolentiæ ſignis amantium animi magis accenduntur. Vix tandem, & invitus licet, Baſilio debita in digreſſu officia reddidi, cum plurimas ille diſceſſus ſui rationes afferret: ac ne nunc quidem à lacrymis temperare valeo, dum quam eo tempore paſſus ſum animi perturbationem mecum cogito. Illico univerſa ſodalium meorum cohors me circumſtitit, extranei, æquales, familiares, magiſtri artium, obteſtationibus & precibus coactionis aliquid permiſcentes (quod ut facerent amoris quo in me erant magnitudo eos incitabat) mordiculq; ne una abirem, retinere me contenderunt; negantes, quidquid demum ex ea re eventurum eſſet, bona ſua pace umquam me inde diſceſſurum. Neque enim committendum aiebant, ut illam ornamenti ſui præcipui jacturam Athenæ ſuæ facerent; addebantque, communi omnium voce eloquentiæ principem me renuntiandum. Hæc omnia contentione tanta urgebant, ut cedere tandem illis neceſſe habuerim: non enim, niſi qui animum haberet omni quercu duriorem, tot tantiſque eorum obſecrationibus ac vocibus fuiſſet reſiſtendo. Neque tamen omnino perſuaderi mihi ſum paſſus. Patrium nempe ſolum haud parum me invitabat, cum quo neſcio an ulla regio, ſi pietates & religionem ſpectemus, B poſſit conferri, & in qua ſecundum veræ ſapientiæ leges vitam inſtituere pulchrum putabam: parentes quoque me revocabant, annis & ætate pene confecti.

ſodalium precibus retinetur,

paulo poſt abiturus.

CAPUT II.

In patriam regreſſus primum Presbyter à patre, deinde à Baſilio Saſimorum Epiſcopus creatus Gregorius, ſemel iterumque ſe ſubducit, etiam Nazianzenam adminiſtrationem detrectans.

Eloquentiæ ſpecimine in patria dato,

13 POſtquam Athenis exiguo adhuc tempore ſubſtitiſſem, inde quaſi furtim profectionem in patriam ſuſcipio. In quam ut redii, mox eloquentiæ ſpecimen dare placuit, cujus rei libidine haud paucos videmus laborare; morem tamen in hoc iis geſſi, qui veluti quoddam debitum, id ut facerem, à me exigebant. Ut enim acclamationes aut plauſus in dicendo à me nequaquam quæruntur, ita nec, ſi qui dictionem meam contemnant aut exſibilent, magnopere curo: eſto doctiores etiam, in juniorum præſertim multitudine, prioribus illis quandoque exultent. Hinc autem vitæ melioris initium duxi ſumendum, ut tum alia mea omnia, tum ipſum etiam eloquentiæ ſtudium Deo uni ſubjicerem, eorum imitatione, qui ſuis ſponte poſſeſſionibus ceſſerunt, aut ſuas in mare projecerunt opes. Sed, quemadmodum jam ante dixi, amicis exigentibus dandum nonnihil fuit. Atque hæ majorum certaminum quædam quaſi erant velitationes præviæ, & primi in myſteria altiora aditus: jam quippe virilis ætas viro digna à me conſilia deſideriaque repoſcebat.

C *de inſtituenda vita deliberans,*

14 Intra animum igitur meum cogitationes meas, quibus ad ea quæ agenda mihi ſunt tamquam optimis monitoribus uti ſoleo, in conſilium advoco. Gravis tunc tempeſtas mentem meam cœpit agitare, dum quid inter bona omnia optimum tandem ſit perquiro. Dudum erat ex quo univerſa quæ carnem ſpectant longiſſime à me projicienda decreveram, quod conſilium magis etiam mihi probabatur tum temporis. At vero conſideranti mihi plures diverſaſque Deo ſerviendi vias, quæ inter eas optima eſſet ac maxime ſecura, non facile ſtatuebam. Aliarum videlicet alia atque alia proponebantur commoda & incommoda, bona & mala, quemadmodum in actionibus omnibus quotidianis fieri amat. Ita tunc animo eram conſtitutus (ut ſimilitudine rem oculis ſubjiciam) veluti is qui, cum longiſſimam profectionem meditetur, & navigandi tædium ac pelagi nauſeam feliciter evaſerit, optimam deinde qua iter ſuum proſequatur viam circumſpicit. Elias Theſbites, & notiſſimus fama Carmelus, nec non inſolita cibi ratio & ſolitudo, magni Præcurſoris una & jucundiſſima poſſeſſio; innocens denique filiorum Jonadab in vivendo ſimplicitas, menti meæ obverſabantur. Contra, rurſus ſacrorum librorum ingens quoddam me abripiebat deſiderium, & incredibile mentis lumen quod è ſermonum divinorum contemplatione percipitur: huic autem ſtudio apta non erat ſolitudo & ſilentium. Poſtquam igitur diu, modo in hanc, modo in illam partem mente jactatus ſum, hac tandem ratione diverſas inter cogitationes aliquid ſtatuere, & mentis in varia nimium evagationem intra limites ſuos revocare aggreſſus ſum. D

tam contemplativæ quam activæ commoda ancipiti-que expendit,

14 Etenim cum viderem, illos qui vitæ genere eo maxime delectantur quod in agendo conſiſtit, aliis quidem plurimum, ſibimet vero ipſis parum aut nihil utiles, nec paucis animi perturbationibus eſſe obnoxios, quibus mentis quies, maris inſtar, nimium quantum agitatur: contra vero, qui procul à frequentia hominum ſoli degunt, majori in pace & tranquillitate agere, paeataq; mente Divinitatem contemplari; ſed anguſta nimis caritate, ſibi non aliis prodeſſe, & vitam ducere plus ſatis à communi abhorrentem & aſperam. Hæc omnia cum attentius mecum cogitarem, mediam inter ſolitarios & actionibus deditos viam tenendā ſtatui; ut quam hi ex contemplatione, & illi ex actione utilitatem capiunt, ego quoque ipſe conſequerer. Conſilii hujus capiendi cauſa etiam alia, eaque gravior ſuberat, ut ſcilicet debitum parentibus honorē & auxilium præſtarem. Horum ego ſenectutem (eſt quippe piiſſimi iſtud animi argumentum, ſi quis proximum à Deo honorem cultumque ſuis exhibeat progenitoribus, quorum opera factum eſt, ut in Dei cognitionem ipſe devenerit) omni qua poteram ope ſolatioque levabam. Fulcrum illis eram ac baculus, ut mihi quoque ipſi ſenectam à Deo placidam ac fortunatam obtinerem, dum gravibus ætate parentibus officio omni & pietate adſum. Etenim quæcumque ſeminamus, hæc & metimus. Hoc porro in ejus quam amplexus eram vitæ ratione ſpectabam potiſſimum, ut non tam vivendi inſtituto ſupra alios viderer eminere, quam ut reipſa, & non ſola oſtentatione, acceptus Deo exiſterem. Quamvis autem non parva in veneratione eos exiſtimabam habendos, qui actuoſæ vitæ dediti, & per ſacras initiationes aliquem à Deo inter homines honorem adepti, eoſdem divinarum rerum adminiſtratione ad Deum adducunt; attamen monachorum magis vita & conſuetudine delectabar, licet ipſe hominum frequentiæ immixtus ut plurimum conſpicerer. Eſt namque ratio aliqua ſolitudinem ſibi faciendi etiam in media hominum multitudine, ſi animum ſpectemus & mores, non autem corpora. Thronus quoque & ſacra dignitas auguſtum mihi quiddam viſum eſt, ſed procul adhuc conſiſtenti; ut qui imbecillioribus oculis lumen ſolis admittere nequeunt, nonniſi è remotis & obſcuris locis illud conſueverunt accipere. Quidvis autem potius eventurum putabam, quam ut eum honoris gradum cum tanta vitæ ac rerum varietate umquam reciperem. E

& mixtam ex utraque præferi.

ſolitudinis tamen quā frequentiæ amantior, F

ab honoribus alieniſſimus.

15 Homo quiſquis es, mortalitatis tuæ memor, nē magnum quid umquam de teipſo ſuperbe jactites: vanam quippe de rebus ſuis gloriationem invidia ſolet reddere imbecilliorem. Veritatis à me prolatæ exemplum haud longe tibi eſt petendum: me ſolummodo ac res meas attende. Cum enim ea, quam dixi, eſſem animi ſententia, gravis profecto me tempeſtas excipit. Pater namque, etſi mentem meam opti-

Invitus in Presbyterium ordinatus.

optime haberet cognitam atque perſpectam, neſcio equidem quibus commotus rationibus, paterna fortaſſis in filium benevolentia adductus (& ſane vim maximam habet amor, tunc præſertim quando poteſtatis auctoritatiſque præſidio fulcitur) ut fortioribus vitæ ſanctioris vinculis me conſtringeret, & ſummos mihi, quos poterat, honores conferret, vi adhibita, primum à ſeſe dignitatis gradum in me transfert. Tam porro gravis tamque moleſta illa mihi tyrannis accidit (non alio enim nomine factum illud poſſum vocare: ignoſcant, oro, ſic loquenti Patris demortui manes ſanctiſſimi) ut omnibus continuo relictis amicis, parentibus, patria, & familia, bovis inſtar œſtro acti, fugam in Pontum arriperim, mali & mœroris tanti remedium habiturus amicum optimum & virum plane divinum. Iſtic ſiquidem in magna cum Deo familiaritate vitam ille agebat, tectus nebula, ut è priſcis illis ſapientibus nonnemo. Baſilium dico, qui Angelorum modo ſocietate gaudet. Animi igitur mei ægritudinem mollibus is ſermonibus curare inſtitit. Cum vero annis & filii ſui videndi deſiderio languens, pluribus me rogaret parens optimus, ut ne debita honoris ac pietatis officia ſibi ad vitæ finem properanti denegarem, cumque ipſa temporis longinquitas multum de dolore meo imminuiſſet (quod facere numquam debueram) in magnum me rurſum pelagus immitto, paternæ indignationis incurrendæ metu adactus; ne ſcilicet amorem ejus & benevolentiam contemnens, diram capiti meo execrationem accerſerem; quod facile fit, ubi habita contemptui benignitas in averſionem & iram convertitur.

fugam in Pontum ad Baſilium arripit.

unde Patris precibus revocatus

16 Non multum temporis intermedium fuit, cum decumana me procella rurſum excipit, de qua dici nequit, quantum priorem illam immanitate ſuperaverit. Hanc vobis amicis meis ob oculos ſi poſuero, non abs re facturum me exiſtimo. Magiſtratus cujuſdam publici & ſecularis munere frater meus fungebatur (ô quantum inter mortales auctoritatis & potentiæ habes, peſſime generis noſtri inimice!) Queſturam, inquam, exercebat; cum ecce pulcherrimo ætatis & muneris ſui tempore diem obit extremum. Tunc canum iſtorum curialium haud exiguus numerus in demortui pecunias & alias ab ipſo relictas facultates magna aviditate impetum facit. Univerſa ejus bona diripiunt famuli, holpites, amici. Quis enim ubi ingens in ſolum quercus proſternitur, ad ligna colligenda non accurrit? Ad me quidem & meas rationes quod attinet, numquam difficillimorum etiam negotiorum mole terreri me ſum paſſus: iſtis namque volucribus non ſum diſſimilis, quæ haud difficulter in altiorem & liberiorem cæli auram ſubvolant. Nihilo tamen minus cum optimo parente proſpera mihi adverſaque omnia erant ſubeunda, quamvis ſocius ei eſſem adjunctus, periculorum potius & negotiorum, quam commodorum aut utilitatum. Ac, veluti qui firma primum fixerunt veſtigia, ſi vacil are ſemel greſſu cœperint, facillime in imum præcipitii corruunt, non jam amplius corporis ſui pedumque compotes; eumdem prorſus in modum mihi accidit: qui poſtquam adverſa ſemel fortuna exerceri cœpi, aliæ ex aliis calamitates oriri mihi perpetuo ſunt viſæ.

ob fratris mortem negotiis multis involvitur.

De Baſilio graviſſime queritur

17 Quodam tempore ad nos acceſſit (Quæ namque interim contigerunt premam ſilentio, ne criminari videar virum illum, cujus laudes non diu eſt cum deſcripſi) acceſſit, inquam, ad nos Baſilius, amicos inter meos omnes mihi longe amiciſſimus; ſed (heu! quid paro in medium proferre! attamen proferam) quem patrem expertus ſum patre meo ſeniore moleſtiorem. Ferenda nempe erant hominis iſtius imperia, ferendæ violentiæ, non item patris longævi. Ferenda, inquam, hæc erant, amicitiæ inter nos ſervandæ cauſa, ex qua tamen malorum meorum levamen nullum, ſed damnum potius mihi non mediocre proveniebat. Neſcio equidem an mali hujus cauſam, quo alia ex aliis infortunia abſque intervallo quaſi pullulant, in peccata mea referre debeam, quæ animum meum graviter profecto & frequenter afflixerunt; ante, virorum maxime, de nimio faſtu ac ſupercilio accuſare, quod à ſacra dignitate ſumpſiſti. Etenim rerum ceterarum, quantarumcumque demum, cauſa, nec ipſe, puto, met major me haberi velles (quemadmodum ante hac numquam id, virorum optime, voluiſti) quod ſi velles, alius forſitan non imperitus judex, qui utriuſque noſtrûm conditionem optime haberet perſpectam, tibi ſeſe hac in re præberet contrarium. Quid ergo novi tibi accidit? Quo modo repente adeo ut vilem me homuncionem habere cœpiſti? Utinam ſane è vita noſtra omnis ea tollatur amicitiæ lex, quæ talem in colendis amicis modum præſcribit. Quod inter bruta animantia leones, hoc inter viros illuſtres nuperrime nos eramus; at modo, cum ſimii me adinſtar habeas, teipſum ſic quaſi leonem parum abeſt ut circumſpicias. Si tamen amicos tuos reliquos iſto ſupercilio ſic deſpiceres (graviore nunc loquendi ratione utar) non tamen ego tibi iſta ratione eſſem contemnendus; quem ante omnes tuos amicos prius habuiſti, quam ad ipſas veluti nubes evectus, omnia infra te cœpiſti videre. Sed quid ita excandeſcis, ô anime? teipſum, ut equi pullum indomitum, extra limites currentem, vi adhibita retine: tum ſermo noſter ad rem ſibi in dicendo propoſitam revertatur.

INTERP. D.C.

18 Erat vir ille, in rebus certe aliis omnibus veraciſſimus, mihi uniparum verax, qui hanc ipſam ſæpe à me orationem haberi audivit; Animo nunc quidem æquo mihi ferenda omnia; at ſi parentes meos vita excedere contingeret, fore ut omnem à me negotiorum molem moleſtiamque excuterem, ut vagæ ac liberioris vitæ commoda experiri mihi aliquando daretur, cui omne ſolum patriæ loco facile eſſet futurum. Hæc cum ipſe ex me frequenter audiverit, quin & cum laude probarit, in Epiſcopalem tamen thronum violenter me cogit aſcendere is quẽ patris habebam loco, quique ut altera nunc vice hoc in negotio me deciperet ſibi putavit committendum. Ne, oro, commoveare animo, ante omnem rei ſeriem quam probe cognoveris. Si, quicumque non optime erga me ſunt affecti, diu ſecum multumque cogitaſſent, qua potiſſimum ratione laudi meæ obeſſe poſſent, non equidem reor alium ipſos hoc efficiendi modum fuiſſe reperturos. Lubentia eſt rem auſcultare? Nemo eorum, quibus negotii hujus indignitas abunde fuit cognita, eam tibi ob oculos non propoſuerit. Etenim qua ego in amicum meum obſervantia ſemper fuerim, univerſa Ponti regio, & Cæſarea imprimis, ac omnes qui noſtra in amicitia partem aliquam habuerunt, minime ignorant. Nec ſane decet ut, exprobrando quaſi, hoc à me in medium adducatur: decet potius ut is beneficii memoriam conſervet, qui illud accepit, quam qui id alteri contulit. At vero qualem iſte mihi ſe exhibuerit, è rebus ipſis volo cognoſcatis.

quod cum ſumm ei de vita quieta conſilium ſæpe probaſſet,

19 Vicus eſt in media via regia, quæ in Cappadociam ducit, ſirus; quiq; in tres omnino vias ſcinditur, aquarum expers, obſcuri nominis, nulla libertatis nota inſignis; infauſtum prorſus & nimis quam triſte oppidulum. Sterilis tantũ in eo pulvis, & à prætereuntibus curribus ingens ſtrepitus; lamenta præterea, gemitus, tortores, quæſtiones, compedes, & civitas nulla, niſi quæ ex peregre advenientibus aut vagis conflatur hominibus. Huic ego tum Saſimorum Eccleſiæ Epiſcopus ſum impoſitus. Huic ille me

Saſimorum tamen Epiſcopus fieri per eum ſit coactus;

CIↃIↃCC. D.C. *propter contentiones cum Episcopo Anasio.*

me ſcilicet præficit, qui Chorepiſcopos ſub poteſtate ſua habebat quinquaginta. O hominem comprimis generoſum! Atque hunc quidem ille locum in Epiſcopatus titulum erigi, meque eidem præfici curavit, ut ne cedere videretur alteri, qui eum violenter ſui juris facere ſatagebat. Me nimirum inter amicos, qui aliquid pro ipſo auderent, non poſtremum numerabat (& fuit tempus quo fortibus adjungi haud immerito poteram) nec ſane eſt cur ea formidemus vulnera, quæ cum laude & approbatione excipiuntur: præter enim alia omnia, quæ modo enumerabam, incommoda, cathedra illa potiri ſine pugna & ſanguine non valebam. Medius ſcilicet is erat vicus inter confinia duorum Epiſcoporum, mutuo ſibi adverſantium, & gravi invicem impetentium bello. Hujus mali origo à patriæ meæ in partes varias diviſione eſt petenda, qua factum, ut majorum urbium duabus in unam minorum jus ac poteſtas fuerit tradita. Prætextui ſerviebat animarum ſalus, quamvis ſola dominandi libido diſſidiorum cauſa vere dici poterat, ne pecuniarum & tributorum aviditati, ob quæ mundus hic univerſus miſerum in modum agitatur, mala tanta adſcribam.

B *Renovat querelas de impoſito ſibi per vim Epiſcopatu.*

20 Quid, per Deum immortalem, æquum erat me facere? Duraremne & mali tam gravis impetus in me unum exciperem? telis adverſariorum præberem me feriendum? luto adeo ſordido immergi me ac ſuffocari paterer? non locum aliquem deligerem, in quo ſeni mihi abſque incommodo eſſe liceret? ſemperne è domo mea violenter exturbari me ſinerem? non panem haberem quem peregre advenientibus elargirer, pauperis populi rector exiſtens pauperior? extra occaſionem præclare aliquid agendi perpetuo verſarer? eoſdemne, quos in magnis urbibus, labores ſubirem, ac ſolam ſpinarum acerbitatem, non etiam roſarum fragrantiam deliciaſque experirer incommoda tantummodo omni voluptate ac fructu vacua in ſortem meam reputans? Aliud à me, ſi lubet, magnanimitatis genus repoſce, aliis doctrina & ſapientia potioribus ſpartam illam meam demanda. Hæc nobis videlicet pepererunt Athenæ, & communia illa eloquentiæ ſtudia; hæc ſub eodem tecto & lare traductum vitæ tempus, & menſa ambobus una, ac (quod Græcia obſtupuit univerſa) una eademque in duobus corporibus mens, unuſque ſenſus. Hæ ſcilicet ſunt datæ invicem dexteræ, de mundi hujus rebus procul à nobis rejiciendis, ut ſoli deinceps Deo vitam noſtram omnem pariter dicaremus, utque, quod ſolum vere ſapiens eſt, Dei Verbum ſermonibus noſtris extolleremus. In fumos abeunt iſthæc omnia, aut ſolo jacent proſtrata, & veteres noſtras ſpes levis aura ſecum defert. Quo nunc locorum vagus ſeſe conferat aliquis? voſne me, feroces belluæ, excipietis, in quibus, ut opinor, plus fidei quam in ipſis hominibus eſt reperire?

C *Fugam rurſus capeſſit in ſolitudinem;*

21 Ad eum porro modum quem breviter narravi, res ſeſe tota habuit. Poſtquam autem, non animo & voluntate, ſed violentia coactus, muneris iſtius onus moleſtiamque in me ſuſcepi (Quo modo quod ſentio eloquar, quave vehementem animi mei dolorem oratione exponam?) ſtimulos mihi rurſum alios ſubdi ſum expertus. Quamobrem fuga denuo elapſus, in montem feſtino curſu evado, & ſolitariæ vitæ delicias furtim quaſi decerpo. Quid vero id mihi profuit? Non is ego eram, qui in cœpta bene fuga conſtanter poſſem perſiſtere: quique res omnes alias perferre fortiter eram ſolitus, hic ignaviæ notam effugere, ac patris unius indignationem ſuſtinere nequivi. Tum illud ante omnia pater meus efficere ſtudet, ut ſtabilem apud Saſimos ſedem figam. Quod cum facturum me omnino negarem, aliam in vita mea ordinanda rationem init. Rogat igitur, ut ne in poſtremis hærere ſemper in animum inducam, ſed ut laborem potius cum illo partiens (erat namque ætate admodum provecta) moleſtiam ſuam atque onus ad ſuſtinendum levius redderem ac facilius. Protenſis ad me ſenex ille manibus, ac genas mihi blande demulcens, talem orationem habuit: Tuus te pater, ô filiorum dilectiſſime, obſecrat, te juvenem rogat pater ætate gravis, te famulum ſuum herus voce ſupplici compellat, cui lege non una ſubjectus ut eſſes, Deus voluit. Non aurum, non lapides pretioſos, non argentum, non agrorum poſſeſſiones, non denique quidquid ad delicias & voluptatem facere poteſt à te, fili, poſtulo. Aaronis te & Samuelis haud diſſimilem reddere geſtio, ut numquam non dignus reperiare, qui cum laude coram Deo verſeris. In ejus qui te nobis dedit poteſtate es, mi nate; ne quæſo, patris tui verba contemnas, ut illum qui vere ac ſolus tuus pater eſt, propitium habere tibi poſſis: honeſta, puto, ſunt quæ à te poſtulo; ſin minus, è paterna ſaltem benevolentia proficiſci ne dubita. Nondum tantam emenſus es ætatem quot annorum mihi tempus exactum eſt. Petitioni ergo meæ da aſſenſum, aut aliquis alius ſepulcro me tradat: hanc enim pervicaciæ tuæ pœnã definio. Exiguum, quod peto, temporis deficienti ætate patri negare noli; ea deinde conſilia quæ magis tibi arriſerint, per me licet, ſequaris. Talia ut ex patre audivi, & ſuum nonnihil mœrorem animus abſterſit, ut ſol iſte nubes cælo aliquando ſolet diſpellere, quid putatis factum? quemve malorum meorum exitum fuiſſe arbitramini? Equidem perſuadere mihi ſum conatus, nihil inde oriturum damni, ſi patris mei deſiderio, modo Epiſcopatus honore certum eſſet abſtinere, facerem ſatis: Non enim, ajebam, me invitum adminiſtratio illa adſtringere arctius poterit, ſi publica nulla renuntiatione aut promiſſo fidem meam obnoxiam fieri patiar.

D *ſed à patre denuo exoratus*

E *eumdem in adminiſtrando Epiſcopatu ſublevat*

22 Sic itaque à metu nimio & reverentia ſuperatus, ad patris nutum me compoſui: ſimul autem atque è vita migrarunt parentes, & ea, ad quam jam dudum properabant, potiti ſunt hereditate, ac ego quoque quamvis non exiguis conflictatus incommodis, mei juris cœpi eſſe; Saſimenſis Eccleſiæ, mihi olim commiſſæ, curam, ne minimam quidem, amplius habui; ſic ut nec unum ibi ſacrificium ex eo tempore obtulerim, publicas nullas cum populo preces conceperim, nec Clericorum cuipiam impoſuerim manus. Paternæ vero Eccleſiæ (nullum namque obſecrandi mei finem faciebant ex hominibus religioſiſſimis nonnulli, qui & profanorum multorum in publicum eruptiones identidem non ceſſabant inculcare) exiguo plane temporis ſpatio, veluti hoſpitem alienæ, curam me aliquam geſſiſſe, haud equidem diffitebor. Tum vero illud ipſum apud Epiſcopos, urgere, & magni inſtar beneficii flagitare numquam deſtiti, ut de viro & Epiſcopo aliquo urbeculæ tandem illi proſpicerent. Quibus id quoque ſæpius & veriſſime affirmavi, nullius umquam Eccleſiæ regimen publico præconio fuiſſe à me ſuſceptum. Quin & illud iterum iterumque addidi, in eam me dudum veniſſe ſententiam, ut, amicis & occupationibus omnibus valere juſſis, in loca ſola me reciperem. Cum illis minime quod volebam perſuaderem, (quia eorum alii optime erga me affecti iſtic me retinere cupiebant, alii ſuperbo fortaſſis faſtu deſpiciebant rogantem) fuga me primum Seleuciam contuli, ubi veneranda virgo Thecla domicilium quondam habuit; ſic forte (dicebam) homines tandem illi perſuadebuntur, longioris temporis mora feſſi atque evicti, ut Epiſcopatus iſtius habenas alicui committant. Ego interim non modico temporis intervallo Seleuciæ commoratus ſum. Ac paulo poſt in eas quibus

F *Mortuo patre, liberat adminiſtrationis flagitatis.*

quod cum negaretur, fuga ſe ſubducit.

A bus aſſueveram calamitates meas rurſum delapſus, ejus, quod mente mea conceperam, boni ne veſtigium quidem deprehendere valui: ſed, cum extra omnem negotiorum tumultum me arbitrarer conſtitutum, maxima eorum moles ſic quaſi ex compoſito in me incubuit,

CAPUT III.

Conſtantinopolim evocatus Gregorius ibidem orthodoxiam reſuſcitat non ſine labore.

23 VEhementiori nunc genere dicendi oportet utar, ac vobis quidem ea quæ minime ignoratis dicam, ut, cum adeſſe mihi iſtic non liceat, ſermones tamen mei vobis non deſint, è quibus moleſtiarum levamen aliquod poſſitis conſequi, & per quos hoſtibus meis infamia, amicis vero teſtimonium proveniat, quam multa quamque injuſta fuerim perpeſſus, cum nemini ipſe moleſtiam injuriamve aliquam intulerim. Duos quidem ſoles mundo natura non conceſſit, quæ tamen geminam eidem Romam, duas veluti pulcherrimas orbis hujus faces, minime putavit negandam; veterem ſcilicet, antiqui; ac novam, recentioris Imperii ſedem; hoc ſolum inter utramque diſcrimine, quod illa Occidentem, hæc vero Orientem ſplendore ſuo egregie ornet, ac ſuo utraque lumine utrumque pariter Imperium illuſtret. Illius porro antiquioris Romæ fides ac religio à multo jam tempore vera fuit ac firma, qualis ad hanc uſque ætatem noſtram inconcuſſa perſtat, omnem qua patet Occidentem beata unanimique doctrina Deo Verbo arctiſſime adſtringens; ut eam facere decet Eccleſiam, quæ aliarum omnium per orbem Eccleſiarum caput eſt, quæque totius Divinitatis totam œconomiam ut par eſt adorat ac veneratur. Verum altera illa (meam intelligo, quamvis nunc haud amplius meam) recte quidem olim & ipſa credebat, jam vero minime, in perditionis omnis ac interitus profundum quaſi demerſa, ex quo Alexandrina civitas, mobilitatis nimiæ vitio ac omni malorum genere laborans, & inſanum in modum efferveſcens, Arium in lucem emiſit, mœſtiſſimæ ſolitudinis ac vaſtitatis auctorem execrandum: qui primus nefariam illam vocem auſus fuit proferre: Nequaquam nobis Trinitas deinceps eſt adoranda; quique unius ejuſdemque ſubſtantiæ Deo ſuos, intra quos coleretur, limites ſtatuere non eſt veritus, inæqualiter dividens naturam minime dividendam; quo factum eſt, ut C in varias opiniones ac vias diverſi atque diviſi nos etiam ipſi abierimus.

Veteris ac novæ Romæ ſuo tempore ſtatum deſcribit. B

Poſteriorem Ariana hæreſi miſerabiliter infectam,

24 Hoc in ſtatu ſane calamitoſiſſimo cum nobilis illa verſaretur civitas, & impietas longi temporis uſu firmata, legis inſtar obtineret (ſolet quippe conſuetudo, ubi annorum multitudo acceſſerit, in legem abire) tamque infelici fato per infidelitatem funditus quaſi periiſſet, adhuc tamen exiguum quoddam ſpiritus vitalis ſemen in ea ſupererat; animas intelligo veræ fidei robore & ornamento præditas; exiguam, fateor, turbam, ſed quæ Deo non exiguæ adinſtar eſſet aut haberetur, qui non hominum, ſed ex corde & ſpiritu credentium multitudinem reſpicit: plantas dico, puræ religionis pulchritudine

adit ab Orthodoxis omnibus expetitus, insignes, & pretioſas è tanto naufragio reliquias. Ad hos (exiſtimabat namque nonnihil poſſe in rebus ad cultum divinum pertinentibus, tam ob vitæ à me inſtitutæ rationem, quam ob amicorum de me ſermones, quamvis ruſticum atque horridum vivendi genus ſemper fuiſſem complexus) Ad hos, inquam, divino ſpiritu ducente, acceſſi, vocantibus me tam Paſtoribus quam univerſo fidelium grege, ut populo adjutorem ac Verbo divino propugnatorem me daret non detrectarem; utque puræ ac piæ doctrinæ aquis arentes multorum animas, & prima adhuc in herba veluti conſtitutas, perfunderem & excitarem; neve, olei nutrimento deficiente, ſuum lucerna lumen amitteret: ut denique incontinentes plurimorum linguæ & multiplices in dicendo ac vafræ argutationes, per quas amabilis illa fidei noſtræ ſimplicitas omnino perit, ac argumenta adverſariorum omnia, telis aranearum, tenuibus ſcilicet debilibuſque vinculis non abſimilia, quibus leve hominum vulgus facile vinciri ſe patitur, cum riſui illa ſint robuſtioribus, forti voce ac ſolida doctrina diſſolverentur rumperenturque; & non pauci è laqueis, in quos inciderant, ſeſe in libertatem aſſererent. Hoc itaque modo profectus ſum, non ſponte mea, ſed gravium virorum violenta quadam auctoritate, ut Verbi Dei patronum agerem, ſubdole adductus. INTERP. D. C.

dita præſertim fama de futuro Apollinariſtarum conciliabulo; 25 Fama quoque ferebatur, fore ut plures in unum convenirent Epiſcopi, per quos in dilectas plurimum Eccleſias excogitata nuperrime hæreſis eſſet invehenda, qua docebatur Verbi divini cum carne noſtra conjunctionem (quam abſque ulla ſui mutatione ſubiit, animam ac mentem ſuſcipiens humanam, & corpus vere patibile, totum denique Adamum, peccato ſolo excepto, ſuum faciens) ſic fuiſſe perfectam, ut omnis ab ea mens humana penitus eſſet excludenda: qua quidem hæreſi amens neſcio quis nobis obtrudebatur Deus, illo videlicet metu, ut ne pugna fortaſſis oriretur Verbum divinum inter & mentem humanam. Sed major profecto ab ipſamet carne hominibus iſtis metus ille incuti debuerat, utpote cujus natura à natura divinitatis longius ſane quam mens humana recedere ſine dubitatione cognoſcitur. Vel quaſi hoc omnino Deus decreverit, ut, cum reliqua in homine omnia juvanda ſint ſalutis remediis, mens tamen ipſa exitio damnetur numquam reparando, quæ tamen omnium maxime Dei mei ope auxilioque indiget, cum per primi hominis peccatum præcipuam illa jacturam fuerit perpeſſa. Mente ſiquidem ſua primam legem primus hominum volens admiſit, mente eamdem eſt tranſgreſſus. Non dubium autem quin illud quod imprimis deliquerat, imprimis quoque fuerit à Salvatore aſſumendum. Ne, quæſo iſtud mihi infelici contingat, ut ſolum ex parte ſanitati à Verbo divino reſtituar, qui totus, quantus ſum, ægritudine opprimor: neve iſta Deo inferatur injuria, ut non totum me, ſed carnem dumtaxat è luto confectam, mentiſque expertem animam ac brutis ſimilem, aſſumpſiſſe, atque ita maſſam ſolum quamdam luteam, ut tu quidem hæreſeos hujus auctor exiſtimas, ad ſalutem putetur vocaſſe. Procul abſit, ut qui aliquid habet veræ pietatis, talia ſentiat & loquatur. E F

aliis vero duos Filios ſtatuentibus, 26 In errorem porro non diſſimilem incidunt, qui è contrario duos incaute Filios in medium adducunt, quorum alter à Deo, à Virgine alter ſit progenitus; hoc enim qui ſentiunt, pulcherrimam Dei hominis conſenſionem peſſime ſecantes, in diverſa trahunt. Ac priores quidem illi, quod impie à Deohomine reſecant, hoc poſtremi non minus impie duplicant. Si enim duos ſtatuamus Filios, metuo ſane è duobus alterum, ne aut, Dei unius loco, geminos dicamur Deos adorare; aut, ſi illud religioſe conemur evitare, ne naturam omnem compoſitam à Verbo-Deo plane removeamus: nulla ſiquidem ratione dici poteſt, quod quæcumque carni, eadem divinitati accidant. Natura igitur humana totius divinitatis dicenda eſt fuiſſe particeps; non in eum modum quo ſeu Propheta, ſeu alius quiſpiam ex hominibus, quondam ſanctiſſimis, qui non divinitatem ipſam, ſed ſingularia ſolum quædam à Deo promanantia dona meruerunt recipere; & in quibus non

INTERP. D. C. non aliter divinæ naturæ conjuncta eſt humana, quam ſuis iſte ſol radiis conjunctus eſſe conſpicitur. Faceſſant ergo hinc quantocyus, quos ſupra appellavi, homines impii, niſi veluti unam eamdemque perſonam venerari Deum-hominem ſint parati: Deũ videlicet, ut qui hominem aſſumpſit; hominem vero, ut qui à Deo eſt aſſumptus; ſempiternum eumdem & temporis viciſſitudini obnoxium; eumdem ex ſolo Patre, eumdemque è Matre ſola genitum; ac duas in uno Chriſto conjunctas naturas.

Inviſus Conſtantinopolitanis

27 Sed quo in ſtatu res meæ nunc, putatis, fuerunt? Ut primum in eam ingreſſus ſum civitatem, non paucis ſane moleſtiis continuo cœpi jactari. Nam civium omnium animi vehementi contra me ira primum fuerunt accenſi, utpote à quo, rejecta unica Divinate, plures introduci Deos exiſtimabant. Nec ſane id accidiſſe magnopere eſt mirandum; ſic quippe à ſuis inſtituti erant doctoribus, ut quid de Deo vera nos fides doceat, omnino ignorarent: qua videlicet ratione fiat, ut quæ in Deo eſt Unitas, trina quoque ſit; & Trinitas, una; ſi ut oportet, duo iſta recte exponantur atque intelligantur. Ceterum con-

Ariano Epiſcopo adhærentibus,

B tingere ut plurimum videmus, ut erga afflictos jam atque proſtratos miſerationem plebs & favorem oſtendat; quemadmodum eo etiam ipſo tempore, ſui Præſulis atque Paſtoris miſertus populus Conſtantinopolitanus, cauſam ejus fortiſſime defendendam ſuſceperat: Populus, inquam, adeo numeroſus ac tantis animis plenus, quique ſummo id ſibi vituperio ducit, ſi non omnia quæ mente deſtinavit, ad exi-

lapidibus petitur,

tum poſſit perducere. Non hic recenſebo lapides quibus me impetierunt, & quorum tempeſtati non aliter ac inſtructiſſimo convivio obvium me præbui. De quibus unum tamen eſt quod querar; non enim recta ſatis in me involarunt, ac in ea ſolummodo ſuũ fregerunt impetum, quæ mortis recipiendæ capacia

trahitur in judicium:

non ſunt. Sicarii deinde adinſtar judicibus me iſtunt, hominibus torvo elatoque ſupercilio metuendis, & unam dumtaxat legem, populi gratiam & favorem, ſibi propoſitam habentibus. Hiſce me judicandum tradunt, qui ſceleris nihil perfeceram, imo ne cogitaram quidem, ut Chriſti decebat diſcipulum. Divini porro Verbi præconem Chriſtus, ejuſdem Verbi patronus optimus, nequaquam deſeruit; qui ſuos à leonum rabie admirabiliter ſervare novit incolumes; qui flammarum impetum, ut Babylonios pugiles recreet, in rorem gratiſſimum convertere potuit; qui denique, belluæ marinæ venter ut

C Prophetæ oratorii loco eſſet, effecit: hic idem gloriam mihi potius quam ignominiam, ex peregrino iſto atque inſolito judicio, dedit referendam.

Ipſorum deinde orthodoxorum vexatur ſchiſmate,

28 Poſt hæc meorum ipſorum hominum gravi ſum invidia oppreſſus, à quibus ad Paulum & Apollo quemdam pertrahor, qui numquam mea cauſa in carnem venerant, aut pretioſi ſanguinis liquorem pro me in tormentis effuderant. Ab his tamen vocamur ad judicium, non etiam à ſervatore meo Chriſto: ab his cuncta perturbantur & convelluntur omnia, non aliter atque ſi in ſumma alioqui pace ac tranquillitate Eccleſia ageret. Qui vero fieri poteſt, ut navis, civitas, exercitus, chorus, domus denique aliqua firmiter conſiſtat, in qua plura reperiantur quæ damnum, quam quæ commodum adferant? Tale igitur quiddam Chriſti tunc Eccleſia fuit perpeſſa. Prius enim in vera doctrina plane quam confirmaretur, prius etiam quam ab infantiæ ſuæ exſolveretur faſciis, aut bene firmis veſtigiis valeret incedere, in ipſius ſui parentis oculis proles nobiliſſima cæditur, jactatur, diſcerpitur à lupis, noſtræ unius orbitatis percupidis. Non ſibi ferendum illi putabant, ſumma cum egeſtate conflictantem virum, rugis deformem, vultu in terram curvato, pannoſum, lacry-

D mis, fame, rerum futurarum metu, uti & aliis non paucis incommodis exhauſtum, nec eleganti oris ſpecie viſendum, hoſpitem, incertis ſedibus vagantem, & in ipſis terræ cavernis veluti abditum, plus quam validos, plus quam præcipuos viros agere ac ſuſtinere. Hæ autem fere perpetuo audiebantur illorum contra me voces: Nos blanditiis omnia agimus, at tu nequaquam: nos primas cathedras, tu religionem ſanctitatemque magni facis: nos cibis veſcimur pretioſis & bene conditis, tu vilibus & inſulſis; tu dum ſalem tuum non ſine voluptate comedis, ſuperbæ voluptatis luxum ſalemque deſpuis: nos tempori ſervire novimus & libidini hominum, eoque ſemper navem dirigimus, quo à ſecundis vocamur ventis: chamæleontum & polypodum in morem variis ſermones noſtros coloribus depingimus, tu vero, indomitæ inſtar incudis (ô ſupercilium!) quaſi una ſemper eademque ſervanda foret fidei regula, doctrinam veritatis arctis nimium præceptis coërces, & aſperiore ſemper religionis noſtræ ſemita incedis. Unde autem fit, mortalium loquaciſſime, ut tua iſta lingua tam garrula adeo multos è populo in partes tuas pertrahas? utque illos tam feliciter telis tuis impetas, quos multiplices ſane errores peſſime tenent implicitos? Magna etiam arte a-

ob aliquorum mores nimium diverſos à ſuis:

E lium te erga tuos, alium erga alienos exhibes. Hoſtes è funda quaſi Davidica certo ſemper ictu percutis; amicos vi quadam magnetica in amorem tui convertis.

quos refutas

29 Verum hæc omnia ſi, ut certe non ſunt, mala non ſunt dicenda, quid ea propter, hæc qui objicis, veluti ſi indigna neſcio quæ paterere, tantopere affligeris? Sin iſta improbanda cenſes, ut tu quidem cenſes ſolus, juſto judicio diſcerne, ut conſtitutum à Deo Præſulem facere eſt æquum, num me ob unum aliquem errorem puniri deceat; populum vero innoxium abire ſine, qui non alterius ſceleris reus eſt, quam quod maximo me amore proſequatur, & quod doctrinæ meæ veritate auctoritateque vinci ſe fuerit paſſus. Ceterum cuncta illa forti im-

& tolerat.

primis animo duxi toleranda; tametſi vel ipſa rerum novitate nonnihil commoverer; ut cum non exſpectatus ſonitus in aures noſtras, aut fulguris ſplendor in oculos minime aſſuetos repente incidit: & conjectis in me telis eram quaſi impervius, utpote ad quidvis ferendum paratus. Spes etiam quæ mihi ſupererat, fore ut aliquando majori in libertate vitam agerem, nec in caſus tam adverſos umquam inciderem amplius, omnino perſuadebat, iſta ut in-

F commoda æquiori animo perferrem.

CAPUT IV.

A Maximo Cynico Epiſcopatum invadente excitatum ſchiſma, ejuſdem ejectione repreſſum.

Maximus Ægyptius Cynicus,

30 SEd qua oratione digne ſatis potero eloqui adverſa omnia quæ me deinde exceperunt, & tantos meos labores vobis exponere? Tu vero, invide cacodæmon, malorum omnium vaferrime artifex, unde tibi ad tot tantaque ſcelera perficienda vires atque poteſtas? Non aqua in ſanguinem converſa, non innumerabilis multitudo ranarum, non culicum ingens vis, non muſcæ caninæ, non armentorum mortalitas, non erumpentes puſtulæ, non inſolita grando, non locuſtæ, non denſæ tenebræ, non denique ſummum & poſtremum malum, primogenitorum omnium cædes (hæ ſcilicet plagæ fuerunt improborum Ægyptiorum, orbe toto decantatæ) aut rubri maris fluctus, quibus hoſtes Iſraëlis abſorpti ſunt, me oppreſſerunt. Quid ergo me in ruinam impulit? Ægyptia levitas. Qua porro id ra-

tio-

A tione, operæ pretium eſt ut exponam: ſic enim fortaſſis columna quædam à me erigetur, cui ad omnis poſteritatis notitiã tranſitura peſſimorum hominum inſcribentur facinora. Effeminatus igitur quidam in *muliebriter comatus,* urbe veſtra ſedem habuit, monſtrum ex Ægypto oriundum, peſtis rabida, canis è Cynicorum ſecta, è biviis profectum mancipium, Martis inſtar ferox, improviſa pernicies, cetus prodigioſus, flavus cute, pilis niger, criſpo & ſimplici capillitio, partim vetuſtatis inſignia, partim nova & à ſe reperta oſtentare ſolitus. Ars namque aliqua eſſe fertur, qua nihil non valet effici, qua feminæ plurimum, nec minus viri diſtinentur, ut Philoſophorum in modum aurea ſe coma præbeant viſendos. Decet nimirum doctos etiam viros, ut quibus faciem ſuam pigmentis curant mulieres, ipſi quoque utantur. Etenim cur ſolæ ſapientes invenuſta illa atque improba venuſtate gaudeant, quæ, vocis licet expers ſit, mores tamen cujuſque manifeſte ſatis declarat? Quaſi itaque nullus impoſterum viros inter numerandus eſſet Maximus, ſic illum, quamvis haud dum cognitum, capillitii uſura continuo prodidit. Hæc ſcilicet nobis miracula noſtri hoc tempore Philoſophi oſtentant, ut non una natura, non una oris habituſque ſpecie contentos, B ſed utrumque inter ſexum medios quodammodo ſeſe exhibeant, &, ô rem miſeram ac luctuoſam! viros bacillo, coma mulieres referant. His ille ad vulgus ſe jactabat, ut qui inter cives haud ignobili eſſet loco & opinione, compta inſigniter cæſarie humeros ſuperbe inumbrans. Philoſophum agebat jactatis leviter crinibus, eruditionem ſuam omnem ſolo corpore circumferens.

31 Fama eſt varias hominem illum ac minime probandas vias ingreſſum (quæ autem illæ qualeſve fuerint, alius quiſpiam indaget; non enim nobis licet eſſe tam otioſis, ut omnia omnino perquiramus, licet eorum multa librisMagiſtratuum contineri certum ſit) in hac tandem urbe ſedem & domicilium fixiſſe, quia ciborum, quibus maxime aſſueverat, nulla amplius ei dabatur alibi copia, Cumque acutum ſane omnia perviderent, ac mira eſſet ſagacitate prẽditus (hoc certe nomine vocetur induſtria illa, qua acerbum mihi infortunium homo improbus parabat, in eo ſitum ut mea me Sede deturbaret, qui non alio fruebar commodo aut honore, quam quod populi cuſtos eſſem & moderator) hoc ingenioſius egit, quod non per homines exteros, ſed per memetipſum univerſam quam conceperat fabulam ſit exorſus. Scelerum videlicet omnium peritus admodum artifex & C machinator, ac contra nos præſertim ferox, qui fraudum iſtiuſmodi ac fallaciarum omnino ignari, aliud plane colebamus ſolertiæ genus, per quod & ipſi ſapienter aliquid dicere, ac alios ſapienter loquentes admirari, nec non eam, quæ in ſacris codicibus eſt abſcondita, veram doctrinam ſolemus haurire. Novo quodam genere dicendi in malis tantis volo uti. Oportebat equidem ut univerſa hominum multitudo iiſdem eſſet moribus & ingenio prædita, utque vel mali nihil umquam cogitaret aut faceret, vel tota è fraudibus conſtaret atque fallaciis. Sic namque fieret, ut minori inter ſe damno homines degerent, ſi moribus omnes eſſent iiſdem aut pugnantibus. Nunc vero optimus quiſque in prædam cedit mortalium peſſimis. Quænam iſta generis noſtri tanta eſt confuſio? Quam diſpari vitæ morumque ratione homines inter ſe verſari Deus voluit! Quis bonus & continens improborum dolos, fraudes, machinationes, & mille, quibus genium ingeniumque ſuum tegere norunt, verſutias deprehendet? Hoc enim agunt quicumque ad improbe agendum facile deſcendunt, ut omnia caute primum circumſpiciant, ac deinde opportunam noxæ inferendæ occaſionem deſignent. At qui bonum unum honeſtumque habent præ oculis, ii ad male de improbis judicandum non modo non proni, ſed etiam natura ſunt quaſi inepti. Ita profecto fit ut malorum laqueis facillime capiantur probi. INTERP. D.C.

32 Vide ſis igitur, quanta ille verſutia rem totam aggrediatur; alterum te ex Ægypto Proteum videre exiſtimabis. Mihi imprimis tanta familiaritate homo conjungitur, ut nemini magis crederem fidendum. Quis enim eo apud me umquam loco fuit, quo Maximus? Domus videlicet, menſæ, doctrinæ, ac conſiliorum meorum omnium erat particeps; ac ipſe, magni inſtar moloſſi, contra homines illos latrare non ceſſabat, quos perverſis nimium opinionibus cernebat eſſe addictos; cum interim, quæcumque à me dicebantur, ſummis in cælum laudibus attolleret. Ita cum ageret, Cathedræ ſublimioris cupiditate cœpit tentari, priſtini ſui mali reliquias adhuc retinens, quod erat perpetua quædam invidentia, malum ab ipſa veluti natura homini inditum. Etenim nonniſi admodum difficulter nequitia, præſertim confirmata, poteſt emendari. Huic igitur ſuæ libidini, ut numquam non facere gaudebat, obſequens, binos in teterrimum facinus ſocios ſibi adſciſcit, homicidas ambos, quorum auxilio vix tandem E fœtus ille aſpidis in lucem fuit productus. In his primus erat Belial, inter Angelos olim annumeratus; ſecundus in noſtra Eccleſia Presbyter, mente etiam magis quam corpore & habitu barbarus; quem nullo contemptu, nulla umquam affeceram injuria, ſed primo ſemper honoris, primo dignitatis loco ſemper habueram. (Hæc tu, Chriſte mi, juſtitiæ judiciique omnis lux puriſſima, ſi tamen tuum hic à me nomen invocari non eſt iniquum, benigne, precor, audias) ille, inquam, odii ſui, nefarii prorſus ac perfidi, venenum contra me evomere non eſt veritus. Heu me! quibus illud lacrymis ſcelus proſequar? Nimia videlicet lux & ſerenitas caliginem mihi & tempeſtatem attulit. *in Gregorii amicitiam ſe inſinuat, deinde aſcito doli ſocio Presbytero,*

33 E locis porro longiſſime à nobis diſſitis id, quod dixi, malum, ex ipſa nempe Ægypto, tetra velut nubes, in nos incubuit. Exploratores fuerunt primi omnium, quos ſcilicet è pulchra illa ſua promiſſionis terra vir ille inclytus, ſed non Jeſus aut Calebus, ſapientiæ fama uterque notiſſimus, ad nos obſervandum immiſerat. In his itaque erant, ſi qui, vel juvenes vel ſenes inter, ad convitia facienda reperti fuerant audaciores, Ammon, Apammon, Harpocras, Stippas, Rhodon, Anubis, Hermanubis, numina Ægyptiorum, ſeu verius dæmones, canum & ſimiorum aſſumpta ſpecie ſe oſtentantes, miſelli inſtitores, ac pretio quovis venales, hominum viliſſimi, qui vel exigui admodum lucri ſpe plures facile Deos in medium adduxiſſent, etſi majore ipſi adhuc fuiſſent numero. Nec longo inde tempore, qui hoſce præmiſerunt, ſubſecuti ſunt; duces profecto, qui iſtiuſmodi militibus præeſſent digniſſimi, ſeu (ut canum naturæ quid convenientius proferam) paſtores; nihil enim dicam amplius; quamquam rerum dicendarum copia non aliter animo meo urgear, quam aut uter efferveſcente intus muſto, diligenter undique occluſus, aut follis æreus, aëre admodum premente, ſtridens. Illius ſcilicet præcipue cauſa hominibus iſtis parcam, à quo ad nos deſtinati ſunt, quãvis & ipſe hac in re levitatis notam minime effugiat: parcam & ipſorummet cauſa, quibus ideo fortaſſis danda erat venia, quod, cum in rebus agendis valde parum eſſent exercitati, facili negotio ab improbis, quos in hac urbe nobis invidia ſuſcitavit, ſiverint ſeſe quocumque demum impelli. Hoc nunc viri docti, problema, oro, exponite, quod, niſi doctior quiſpiam explicuerit, non facile mihi dabitur intelligere; F *per exploratores Alexandria miſſos, eiſque ſupervenientes Epiſcopos*

Conſtantinopolim appulſus,

perquam caliide & fraudulẽter

INTERP. D.C. re: qui factum eſt, ut ipſe Petrus, Præſulum utique illorum, quos dixi, princeps ac moderator, prius quidem per litteras manifeſte nos Cathedræ illi præfecerit (ut ipſæ ſatis ſuperque litteræ ad nos miſſæ declarant) omnibuſque muneris ac dignitatis iſtius notis ornarit; nunc vero pro Virgine ſuppoſitus nobis ſit hinnulus? Obſcura, fateor, ea ſunt quæ propoſui, & interpretatione docta indigent. Quid umquam viſum eſt theatro dignius accidiſſe, cum tamen invita humana tot ac tantorum malorum excitentur tragœdiæ? Attamen aliquid magis ludicrum erit videre.

& ipſum Petrum Alexandrinũ

34 E convivis olim quiſpiam vinum aſſerebat rerum omnium eſſe fortiſſimum; alius vino fortiorem aiebat mulierem; tertius, iſque vere ſapiens, fortitudinis palmam attribuit veritati. At ego vires omnium maximas tribuiſſem auro, quo alia facillime in aiia commutantur omnia. Nec vero difficile captu eſt, quo modo mundana illa & ſecularia magis nos, quam ſpiritualia commovere ſoleant. Sed unde tantum auri canis iſte congeſſerit, porro videamus. Presbyter quidam è Thaſſo Conſtantinopolim fuerat appulſus, Eccleſiæ iſtius aurum argentumque publicum ſecum deferens, quo Præconeſii marmoris tabulas aliquot in Eccleſiæ ejuſdem uſum coëmeret. Hunc multis Maximus blanditiis demulcens, ſibi adjungit: eumdemque, rerum magnarum promiſſione ac ſpe obſtrictum, facile inducit (Non enim difficulter amicitia improbi inter ſe conjunguntur) aurum ſibi illud ne gravetur concedere; quo deinde adminiſtro, quo adjutore fidiſſimo, & comite perpetuo ad omnia flagitia eſt abuſus. Indicio ſit quod ſubjungo Quinamque magna me prius habebant in veneratione, tunc, ut hominem ad nihil amplius utilem & preſſum inopia amicum, contemptui habere mox incipiunt; nulloque negotio in peſſima omnia conſilia, ut altera ſæpe in libra lanx, flectuntur ac abeunt.

auro copioſo conciliatos.

B

35 Nocturnum erat tempus, & ægritudine vexabar; cum illi, luporum adinſtar, furtim atque ſubito domicilium meum, ita ut caulam, ingreſſi cum claſſiariis Alexandrinis non paucis mercede conductis, quorum opera vel ipſam Alexandri, incendere potuiſſent, nam civitatem; canem illum, ut mos erat detonſum, in Cathedram ante nituntur attollere, quam reliquo populo, quam præcipuis Eccleſiæ iſtius capitibus, quam mihi, ut cani ſaltem viliſſimo, conſilii ſui rationem ullam expoſuiſſent. Has etiam & ſimiles voces proferentibus, quibus id fuerat demandatum: Sic Alexandria fortium virorum labores præmiis & honoribus exornat. Illuceſcere cœperat, cum Clerus, qui non procul ab ædibus noſtris morabatur, à ſomno evigilans, non parum commovetur: alter alteri rem, ut facta fuerat, exponit: magna oritur concurſatio, & ardor animorum clariſſimæ inſtar flammæ emicat, confluentibus, ô quam multis! etiam advenis, etiam à vera fide alienis. Nemo quippe reperiebatur, cui non accidebat viſu graviſſimum talia laborum meorum præmia mihi rependi. Quid multa? à noſtri defenſione tandem deſiſtere, & ob eluſos ſuos conatus mœrore affecti, ad propria reverti coguntur. Nefarii interim illi, ne fruſtra mali eſſe cœpiſſent, quod fabulæ adhuc deerat, pergunt implere. In ſordida itaque & choro vicina domuncula congregati, illuſtres enimvero & Deo accepti homines, ſumptis etiam ſecum quibuſdam populi ejectamentis, peſſimum paſtorem canibus præficiunt peſſimis, & comam homini, nullis vinculis nullaque vi adhibita, Præſulum in morem reſecant: ſiquidem ad majora quoque audendum promptus erat atque alacer.

Epiſcopalem thronum violenter occupat,

& jam tãdem detonſus

36 Tum ſcilicet denſum iſtud abſciſſum fuit capillitium, & multarum manuum labor abſque difficultate ablatus: è qua re id ſolum commodi Maximus eſt conſecutus, ut ne, quæ in ejus cæſarie ſita erant arcana, amplius à nobis ignorarentur. In ea quippe omne hominis robur ac vires conſiſtebant, quemadmodum de Sampſone Iſraëlitarum olim Judice legere poſſumus, qui detonſa coma in adverſariorum manus devenit, cum tempore haud ſane opportuno crines ejus novacula demeſſuit, quos in hoſtium gratiam mulier neſcio quæ reſecare non dubitavit. E cane igitur paſtor conſtitutus, haud diu poſt è paſtore canem ſeſe rurſus præbuit, proh rem indignam! & canem dumtaxat: quippe qui nec bellam amplius comam oſtentare, nec commiſſum ſibi populum regere valens, ad oſſa, in macellis objici canibus ſolita, arrodenda, identidem feſtinare conſpiciebatur. Quid vero pulchris iſtis tuis crinibus tandem putamus futurum? Rurſumne tanto illos labore alere cogitas? an potius ſic manendo omnibus ridiculus eſſe perges? Utrumque non caret turpitudine: nec ſane medium inter duo hæc aliud facile erit reperire, quam ut laqueo fauces tibi præcludas. Dic tamen, ubi locorum tuos illos cincinnos depones? quo eos diſtinabis? An ad theatra? an ad virgines? Sed ad quas tandem? An ad Corinthias illas tuas, inter quas olim ſacra tua exercens, cum ſolis, admodum nempe ſapienter, ſolus agere non eras inſolitus? ob quam quidem continentiam vix me contineo quin cæleſtem potius canem te appellitem.

deponit'comam, rurſus turpiter alendam,

D

E

37 Tantus porro civitatem tunc univerſam, ob ea quæ patrata fuerant facinora, dolor invaſit; nemo ut eſſet, qui non dentibus in Maximum frenderet, eoſque in medium proferret ſermones, qui non aliud erant quam perpetua quædam ac turpiſſima vitæ ejus accuſatio; ira videlicet ac indignatione omnia prodente, quæ animis mentibuſque ſuis adverſus illum conceperant. Aliud alius afferebat, ut conſummata unius hominis malitia undiq; melius & conformius poneretur ob oculos. Etenim quemadmodum in humanis fieri corporibus ſolet, ut quæ minoris eſſe momenti videntur infirmitates, gravioribus eorumdem corporum malis ſeſe immiſceant, quamvis alioqui nihil per ſeipſa noxæ magnopere adferant, dum integra adhuc ſua homini conſtat ſanitas; ita etiam univerſa hominis iſtius facinora in publicam lucem protraxit poſtrema illa tempeſtas atque ſeditio. Abſit porro ut eadem per me umquam fiant manifeſta: qui illa proferunt, dictorum ſuorum rationem haud dubie norunt reddere. Ego tamen, conſuetudinis inter nos veteris recordatione, ne quid acerbius de ipſo evulgem, labia præmordeo, quamvis graviſſima affectus injuria. Quid ergo, nonne hunc nuperrime in amicis tuis numerabas? nonne maximis laudum præconiis exornabas? Ita fortaſſis inquiet aliquis, qui ea quæ ante inter nos acta ſunt non ignorat, quique facilitatis forſan nimiæ, qua tunc uſus ſum in colendis peſſimis etiam hominibus, arguere me non abſque ratione poſſit. Fateor equidem, hanc meam ignorantiam non omni prorſus vacare culpa; ſed guſtu noxio & fallaci, veluti in paradiſo Adamus, ipſe quoque ſum deceptus. Lignum is referebat, aſpectu quidem jucundiſſimum, at cujus maxime amari fructus mihi ſunt reperti. Veræ fidei ac ſermonum larva, quæ ſolum ejus vultum obtegebat, in fraudem me induxit. Nulli namque perſuadeas facilius, quam fidei integerrimæ homini, qui, ſeu vere, ſeu ſpecie tenus pios ac religioſos, facile in amicitiam ſolet recipere; non ſine vitio quidem, fateor; attamen laudando: quales enim alios eſſe cupit, tales eos eſſe non difficulter ſibi ſolet perſuadere.

indignante ad rei turpitudinem civitate,

& Gregorio ſe deceptum fatente.

F

38 Quid, oro, facere me tum oportebat? dicite vos, hominum ſapientiſſimi; quidve aliud mihi, ut agerem, veſtrûm aliquis potuiſſet ſuggerere? cũ præſertim

ſed excuſabili errore,

A fertim Eccleſiæ noſtræ ſtatus anguſto adeo adhuc loco eſſet, ut ſtipulas quoque ipſas non indiligenter putarem colligendas. Non eam ſcilicet difficilia tempora facultatem præbent, quam feliciora. Magni profecto æſtimabã, ſi vel è Cynicis quiſpiam ad noſtra ſe ſacra transferre, & non jam Herculem, ſed Chriſtum religioſe colere in animum induceret. Acceſſit quiddam majoris etiam momenti, cum ob turpiſſima ſcelera in exilium ejectus, fidem faceret, Chriſti ſe cauſa illud perpeti. Ita qui meritas criminum ſuorum pœnas ſuſtinebat, fortiſſimi athletæ nomen apud me invenit, Hac in re ſi quid à me fuerit peccatum, fatendum equidem, ſæpe ſæpius hoc me modo deliquiſſe. Sed vos, ô judices æquiſſimi, culpæ nulla dignæ pœnitentia veniam concedite. Erat quidem iſte mortalium omnium peſſimus, ſed ego ut optimum amplectebar. Nonnulla quin etiam magis juvenilia in medium proferam. Ecce importunam iſtam meam ac garrulam nimium linguam exero: Hanc ſine ulla erga me miſericordia quivis veſtrûm exſcindat. Sed cur non potius eamdem jam nunc exſectam eſſe dico? nonne diuturno tempore illa vobis viſa eſt ſiluiſſe? Sed diutius quoque conſtitutum eſt ſilere, ut hoc modo importunitatis ſuæ

pœnam tamen quod eum laudaverit pati parato.

B ſupplicium perferat, illudque diſcat, non cuivis homini blanda & amica verba eſſe dicenda. Cur autem? (placet quippe unum hoc addere reliquis) Quia rationis omnis revera expers eſt homo improbus? Etenim quæ alia illum res ad humanitatem flectet, quem nulla valuit benignitas emollire? hanc igitur qui iſtiuſmodi hominibus exhibet, vituperium ſibi accerſit, unde alias non parum laudis mereretur. Qui ergo, inquies, hominis iſtius fuere mores? Peſſimi profecto ac pernicioſiſſimi. Id ſi ita eſt, nihil amplius quæras: ſin ſecus, fidem jam dictis nullam adjungas. An poſſum dicere aliquid efficacius?

Ille expulſus urbe ad Theodoſiũ,

39 Sic itaque urbe fuit male expulſus homo malus (cum ego, id ne fieret, precibus multum contendiſſem) aut, ut verius loquar, bene fuit urbe expulſus homo malus. Cum vero nationibus barbaris bellum atrox illaturus Orientis Imperator, Theſſalonicam quaſi optimam belli apparandi ſedem delegiſſet, videte quæſo rurſum, quid mortalium omnium nequiſſimus iſtic denuo molitus ſit. Capitum viliſſimorum ex Ægypto profectorum agmen ſecum aſſumit (illos dico qui contra fas ac decorum reſecta coma, Antiſtitem eum eſſe juſſerant) atque, ut ipſius Imperatoris edicto Cathedram, quam occupaverat, teneret firmatam, in ipſa ſeſe caſtra celeriter

C infert. E quibus, viliſſimi inſtar canis, nec ſine magna omnium indignatione & ingentibus minis, denuo ejectus (non enim ad id uſque temporis ullæ de me calumniæ aures cujuſquam occupaverant, ſed integerrima adhuc apud omnes eram opinione) Alexandriam rurſum ſe contulit, hoc ſolum ſapienter ac recte faciens: Petrum namque (qui duplici aliquando & ambiguo uſus genere ſcribendi, pugnantia quoq; chartis committere non dubitarat) manu hominum vagorum collecta aggreditur, & magnas in anguſtias virum ætate gravem adducit. Aulus ſiquidem eſt hoc ab eo poſcere, ut in Cathedra, quam ſpe jam devoraverat, ejus auctoritate confirmaretur; addens minaciter, niſi, quod petebat, ſibi concederetur, ipſiuſmet Petri Sedem à ſe invaſum iri. Nec ante ab indigna poſtulatione deſtitit, quam Præfectus urbis, exſurgens paulatim incendium proſpiciens, ac ne ad veteres calamitates novæ turbæ adjicerentur magnopere, ut par erat, metuens, Alexandria etiam expulit. Et nunc quidem improbus iſte atque nefarius quiete videtur agere; ſed metus mihi eſt, ne tetra illa & multa grandine repleta nubes, à vehementi aliquo vento concitata, in incautos ac nil tale expectantes ſeſe effundat. Ea enim eſt improborum hominum conditio & natura, ut quieſcere numquam poſſint, neq; curent ſi pravæ ſuæ machinationes tantiſper comprimantur. Hanc ſcilicet in Philoſophando rationem temporum noſtrorum tenent Cynici; canes dico, qui ſolum norunt latrare, ac eam tantum ob rem à canibus cognominantur. Quid quæſo, magnopere Diogenes, quid Antiſthenes præſtitit? Quid ad nos Crates? Contemne, ſi lubet, Platonis porticum; nullo amplius ſit in pretio Stoa; hactenus primam ſapientiæ laudem retulerit Socrates; Verius ego quam ipſa Pythia oraculum proferam: Mortalium omnium ſapientiſſimus eſt Maximus.

INTERP. D.C.

ſed ad tempus dum taxat.

CAPUT V.

Gregorius prohibetur Conſtantinopoli diſcedere, ubi inter fideles atq; infideles utiliſſime laborarat.

Interim Gregorius iſta non ferens.

40 Equidem, ſiquis alius, laborum ac moleſtiarum patiens, nulla non vitæ meæ parte fui, magis autem modo ſum, exhauſtis videlicet non paucis terra marique periculis, è quibus omnibus ſalvus & incolumis evaſi: hanc vero terroribus illis gratiam refero acceptam, quod illorum occaſione ad altiora omnia perſequenda animum ſapienter adjecerim, ſupra res mundi hujus fallaces caput alte attollens. Talis tamen licet ſim, eam qua tum afficiebar ignominiam non putavi tolerandam; ſed oblatam occaſionem minime amittendam ſum ratus. Et peſſimum illum indignitatem meam atronſum videns, quodq; familiares mei omnes latera mea perpetuo cingerent, tacita me cuſtodia ubique obſervarent, & exeunti redeuntique domum nullo non tempore ac loco adeſſent: conſiderans etiam quam lætis oculis certamen iſtud adverſarii aſpicerent, diſſidio iſto noſtro ſanam quoque de veritate doctrinam arbitrati interituram: hæc inquam videns omnia neque ferendo parem me ſentiens, paſſus ſum & admiſi aliquid (neque enim diffitebor) homine potius ſimpliciore, quã viro ſapiente dignum. Puppim, quod aiunt, ad litus cœpi impellere, nec id ſane admodum perite; cum, quod ceperam, conſilium cunctis potius occultum fuiſſet habendum. E contra autem factum eſt, ut ſermo mihi de ſede deſerenda aliquis imprudenter exciderit, dum ſic paterno quodam affectu populum alloquor: Omnem illam de ſanctiſſima Trinitate doctrinam ſervate incorruptam, quam vobis, filiis meis cariſſimis, pater non infæcundus tradidi: Sed & laborum veſtra cauſa à me toleratorum memoriam

E

F ne deponite.

veluti diſceſſurus adhortatur ſuos:

41 Hanc vocem ut omnis quæ aderat multitudo percepit, illico ex impatientioribus quiſpiam in altum prorupit clamorem. Tum concio univerſa conſurgens, non aliter ac fumi violentia commotum apicularum examen, diſcurrere, & confuſis cœpit clamoribus infremere. Viri, mulieres, virgines, adoleſcentuli, ſenes, nobiles, ignobiles, præſides, monachi, & ex militibus nonnulli ira pariter & deſiderio accendebantur; ira adverſus hoſtes, deſiderio erga ſuum Antiſtitem. Sed non iis ego ſum moribus, ut violentiæ ulli facile cedendum exiſtimem; aut occupandam Cathedram, non rite & ſicut oportet collatam, qui nulla ratione paſſus ſum in ea me collocari, quam jure æquiſſimo obtinere poteram. Aliam igitur, ut deſiderio ſuo potiantur, viam ineunt: obteſtationibus plurimis, ſummiſque precibus contendunt, ut manere, ac meam ſaltem illis operam præſtare ne detrectarem, neve luporum incurſibus gregem meum objicere vellem. Quonam modo à lacrymis tunc mihi potuiſſem temperare? O Anaſtaſia, eccleſiarum omnium pulcherrima, quæ humi abjectam repentemque

Reclamant hi per vim collocaturi eum in Cathedra,

& undique concurrunt ad Anaſtaſiam.

INTERP. D. C. temque fidem denuo ſuſcitaſti atque erexiſti! ô arca Noë, quæ funeſtum toto orbe diluvium ſola effugiſti, &, in paucis licet hominibus, quaſi in pulcherrima ſemente, mundum complecteris alterum ſanæ fidei & orthodoxum! Ad te ingens tunc temporis hominum undique multitudo confluxit, quaſi ſumma quædam res ipſorum in eo ageretur, utrum in ſententia immotus perſiſterem, an eorum cederem deſiderio. In media itaque multitudine conſtitutus, ſilentio & ſtupore defixus, ſermone & auctoritas deficiebat, qua clamores eorum compeſcerem; nec erat integrum iis quæ poſtulabantur præbere aſſenſum. Etenim tumultuantes compeſcere omnino nequibam; petitioni vero eorum quo minus annuerem, metus faciebat.

ſuum certi propoſitum exequi

42 Progredientis jam diei calor illos urgebat, magna ſudoris copia ex omnium corporibus defluëte, ac metu perculſæ feminæ, matres potiſſimum, voces & lamenta emittere non ceſſabant, ejulatus audiebatur puerorum, dies in veſperum declinabat; quando ſacramento omnes confirmant, non prius ſe à laboribus quieturos, quamvis eo loci ac temporis moriendum ſibi foret, quam votis eorum ac deſideriis benigne annuiſſem. Fuit etiam qui ex ægritudine animi in hanc non dubitavit vocem prorumpere (heu me! qui talia audire ſum compulſus, nec aurem eo tempore utramque habui obturatam!) Tecum, inquiebat, pariter Sacroſanctæ Triadis veram cognitionem & cultum urbe ejicies. Tandem metuens ne gravius aliquod malum è populi commotione oriretur, nullo interpoſito jurejurando (ut enim vel parum quiddam in Deo meo glorier, ex quo tempore per Spiritus ſancti gratiam à peccatis meis fui emundatus, nullo me umquam juramento obſtrinxi) polliceor, iis conceptis verbis, quibus mores & ratio mea vivendi fidem facerent; polliceor, inquam, me manſurum, donec Epiſcoporum nonnulli (quod tum futurum expectabatur) adveniſſent; ea ſpe, fore ut deinde, rebus & curis omnibus alienis longum valere juſſis, Deo mihique vitam agerem. Ita vix tandem ab invicem ſumus digreſſi, utrimque, ut videbatur, victores, & vanæ cujuſdam ſpei umbra decepti. Animis illi exultabant, non aliter atque ſi me ſibi plane obtinuiſſent; ego vero, ut exiguo ſolum tempore manſurus, ſimiliter geſtiebam.

B

niſi manſurum ſe tantiſper promiſiſſet.

43 Ceterum hoc ſe res noſtræ modo habebant. Sermo Dei ſplendore non mediocri rutilabat, ducis induſtria & fido ſociorum plurium auxilio redintegrata quam celerrime parte illa, qua maxime fuerat læſus, ut perfringi ſubinde ſolet phalanx, aut pars aggeris everti. Quicumque enim doctrinæ noſtræ firmitate jam ante convicti manus dederant, & ea ſolum de cauſa mihi adhærebant, cum, quanta fuiſſem perpeſſus non ignorarent, vel ideo majori me amore ac benevolentia amplectebantur. Hos mei de Trinitate ſermones præcipue mihi conjungebant, cujus myſterii ſana doctrina nimium profecto diu ab urbe illa exulaverat (nolo quippe dicere, fuiſſe eam jam pridem iſtic ſepultam) quam & in patria illa natam, & peregre ſimul illatam recte tunc aliquis exiſtimaſſet. Vigebat nempe illa quondam, tum emarcuit, ac deinde rediit; manifeſto videlicet argumento fidem de reſurrectione mortuorum præclare aſtruens. Erant qui aliquod eloquentiæ meæ ponerent pretium: alii, quod ut fortiſſimum pugilem me haberent, volentibus animis ad partes meas accedebant: aliis denique placebam, quod ipſorum opera & conſilio in eam urbem fuiſſem accitus. Si qui veſtrûm hæc ignorant, illos licet adeant quibus res meæ non ſunt incognitæ: qui autem de rebus meis probe ſunt edocti, alios earumdem ignaros plurimum cupio ut edoceant (tam procul enim veſtrum aliqui

C

plurimi enim variis de cauſis favebant Gregorio,

reperiuntur, quam præſens imperium Italorum extenditur) quo fiat ut ad poſterorum quoque cognitionem & ſermonem vitæ meæ ratio tranſeat, ſicut alii quivis novi vitæ hujus mortalis caſus, quos longa temporum ſeries ſecum ſolet afferre, pauciſſimis bonis multa ut plurimum mala permiſcens.

D

nec ſolum Orthodoxi quibus ſuccurrerat,

44 De populo veræ fidei doctrina à me imbuto, ac nobiliſſimo illo laborum atque dolorum meorum partu, nullum adhuc ſermonem facio; qui, cum nemo uſpiam alius ex Orthodoxis Paſtoribus appareret, unanimiter ad me opemque meam confugit, eo modo quo magna quadam ſiti preſſi ad oblatam forte aquarum copiam avide accurrunt, atque interim aliquod mali ſui ſolatium per mutuas quærunt collocutiones; aut veluti ad exiguum etiam lucis apparentis radium hauriendum feſtinant, in denſiſſimis tenebris diu verſati. Quid dicam de alienis à fide? Quo illi gaudio noſtrum de Deo & rebus divinis ſermonem excipiebant? Multæ profecto viæ ſunt, quibus à recta fidei ſemita facile quis abducatur, & quarum nulla eſt quæ viatorem ſuum in certiſſimæ ruinæ præcipitium incidere non faciat. In haſce miſeros mortales, ad Dei imaginem creatos, imaginis ejuſdem corruptor diſpergit, quo ita furtim quaſi in eorum ſeſe animos penetret; eorum mentes, ſi non & linguas, ut olim Deus, in diverſa dividens. Hinc omnis generis doctrinarum peſtes miſerum in modum graſſantur. Sunt enim qui præter fortuitum neſcio quem caſum nullam aliam divinitatem volunt agnoſcere; cui rerum omnium ortus & univerſi hujus regimen mortales impii adſcribunt. Alii in numinis unius locum plures audent Deos introducere, & ante ſimulacra, quæ ſuis ipſi manibus formarunt, ſuppliciter & religioſe procidunt. Omnem alii à mundo hoc inferiori providentiam removent, & variis ſtellarum converſionibus fieri quævis ac gubernari dictitant. Illi etiam quos in populum electum Deus ex aliis omnibus nationibus aſſumpſerat, Filium ejus Cruci non dubitarunt ſuffigere, ut impio Patrem cultu venerarentur. Quidam in ſolis minutiarum inutilium obſervationibus omnem ſuam religionem conſtituunt. Hi angelos & ſpiritus ullos eſſe, aut futuram aliquo tempore corporum reſurrectionem omnino negant. Hi Prophetarum libros & vaticinationes pertinaciter rejiciunt. Nonnulli in legis antiquæ umbris & figuris Chriſtum ſibi colendum arbitrantur. Silentium aliqui & abyſſum, & ambigui ſexus ſecula, ut Deos quoſdam æternos & immortales, adorandos ſibi exiſtimant; unde prodierunt impii Simonis Magi ſectatores, qui è litterarum varia combinatione divinitatem ſibi confingunt. Reperire eſt qui ſuum Veteri, ac ſuum Novæ Legi Deum aſſignant: Veteris durum ac ſeverum, Novæ mitem & benignum auctorem ſtatuunt. Tres nonnulli naturas, mutationi haud obnoxias, Spiritum, Corpus terrenum, & tertium quiddam inter duo iſta medium, ſomniant Hi in Manetis tenebras, rerum, ut putant, omnium effectrices, alacriter ſe immergunt: alii ſpiritum Montani impio honore proſequuntur, nonnulli ſuperbiam Novati proponunt ſibi imitandam. Sunt qui incorruptibilem Trinitatem nefarie contrahant, ſunt qui naturam non dividendam dividant. Ex illis rurſum, veluti ex fœcunda quadam Hydra, alia atque alia impiiſſimorum errorum capita ſunt enata. Hic namque ſolum Spiritum rebus creatis annumerat: ille in earumdem creaturarum ordinem cum Spiritu cogit & Filium. Eſt qui Deum Cæſare haud ſeniorem dicat; quique imaginariam ſolum carnem Deo-homini inepte attribuat. Sunt denique qui ſecundum Filium adducant, quem inferum & terrenum appellitant: quique eumdem Filium non perfectum hominem, ſed

ſed etiam in varios errores ſeductis

E

F

mentis

A mentis expertem asserere non verentur. Hæ igitur falsitates sunt (ut breviter dicam) in quas Orthodoxa veritas ab impiis est dissecta; hæ ineptorum omnium errorum primæ origines.

à quibus omnibus ille audiebatur libenter,

45 Sed quis eo tempore pertinaciter adeo nefariis, quæ dixi, dogmatibus se addixerat, ut propositæ à me doctrinæ aures suas non sponte ac libenter præberet? Hos ergo ad rectam fidem inconcussa dogmatum veritas pertrahebat: illos mea in docendo ratio benevolos mihi reddebat & tractabiles. Etenim non odio partium, aut convitiandi desiderio, sed sola errantes juvandi cupiditate adductus verba faciebam, miserans potius ac dolens, quam verbera intentans aut vulnera, nec, ut quibusdam mos est, ob prosperos rerum successus, animum efferens. Quid namque commune habet Sacerdotium & Verbi divini annuntiatio cum potestate Imperatoria? Sed nec audaciam in clypeum aut velamen inscitiæ accersere noveram: hoc enim artificii non habetur expers, & sepiarum consuetudini haud absimile est dicendum, nigrum omnem sanguinem ex imis præcordiis si effundas, ut deprehendere & castigare te volentis adversarii oculos & manus effugias. Blandam eamdemque utilem adhibere dictionem eram solitus, ut Verbi æterni propugnatorem decebat, quod cum summam erga nos miserationem & clementiam semper ostenderit, longe abest ut quempiam exceperit durius. Hinc porro fit, ut veritatem suam obtineat quod dicitur; Cum Deo aliquis & veræ religioni per appositam suasionem acquiritur, tam vinci quam vincere ea in occasione rem esse longe pulcherrimam. Hanc autem tabulis meis legem non violandam inscripseram.

quia oratione utebatur blanda,

B

suosq; decebat Christum non tam verbis quam exemplis prædicandum.

46 Altera insuper in docendo regula recte, ut puto, sapienterque mihi erat proposita. Cavebam videlicet, ne, quos instruebam, ulla sibi ratione persuaderi sinerent, optimam se tunc pietatis ac zeli sui demonstrandi viam ingressuros, quando facili garrulitate & improba loquendi prurigine, in theatris, in viis publicis, in compotationibus, in risum & cantilenas effusi, ante etiam quam linguam suam ab obscœnorum sermonum sordibus ac turpitudine puram fecissent, in profanas hominum impiorum & adhuc alienas à Christo aures præcipua maximaque religionis nostræ arcana temere novissent immittere, sic quasi ludiere ea proponendo, quorum recta intelligentia nonnisi magno cum labore acquiritur; sed tunc recte demum agere sese existimarent, si omne suum studium in legum divinarum observatione ponerent, si pauperes alerent, peregrinos susciperent, morbos arcerent, psalmodiæ insisterent, si in precibus, gemitibus, lacrymis, humi-cubationibus, ventris & sensuum cupiditatibus reprimendis, ira moderanda ac temperando risu, in oris ac labiorum modestia, in carnis denique petulantia Spiritus auxilio subigenda haud segniter se exercerent. Plures siquidem concessæ nobis sunt ad salutem viæ, per quas ad supremi Numinis fruitionem datur aditus: hisce insiste, quisquis es salutis tuæ cupidus; nec ea solum tibi sit cordi quæ sermonis vi ac elegantia potissimum potest placere. Sufficere quippe nobis debet simplicissimus etiam de fidei nostræ rebus sermo, sufficere debet nuda fides, cum qua, absque ullo sermonis ornatu, majorem fidelium partem ad desideratam beatitatem Deus perducit. Etenim si apud solos eruditos sedem sibi fides deligeret, nescio sane an Deo pauperius aliquid reperiri facile posset.

aut certe cum magnus disertio ne aquam esse.

C

47 Si tamen tanta dicendi cupiditate flagras, si tanto zelo accenderis, si grave adeo ac molestum tibi sit nihil à te proferri in publicum (humani certe quiddam hac in parte pateris; nec est cur voto isti tuo non faveam) loquere sane & adhortare; verum non sine adjuncto metu, nec semper ac jugiter, nec omnia, nec quavis occasione, nec apud omnes, nec sine locorum delectu; sed quando, & quantum, & quo loco, & apud quos potissimum decet, loquendum scias. Omnia namque, ut è Scriptura est audire, tempus suum habent. E sapientibus quoque nonnemo recte admonet, rebus in omnibus servare modum, rem esse omnium optimam. Distant inter se, ut nostis, Phrygum & Mysorum limites; nec minor est profanam inter ac meam docendi dicendique rationem distantia. Profanorum hominum eloquentia ad solam comparata est ostentationem & ad plausum captandum in adolescentiorum conventiculis, scatet fabulis atque commentis, nec magni æstimat sive scopum suum assequatur, sive secus accidat: umbra quippe nihil inanius, nihil umbra scimus esse imbecillius. At in doctrina nostra (cui sola & nuda veritas proposita esse debet) refert plurimum, utrum hoc an alio modo quidpiam tradatur. Præcipiti namque via ineeditur, cujus si quis tramite excidat, non dubium quin ad ipsas inferorum portas lapsu feratur calamitoso. Quapropter omnes verborum apices caute hic, si ullibi, sunt observandi, tam iis qui dicunt quam qui dicentes audiunt. Accidit scilicet aliquando ut tam dictione quam auditione abstinere magis conveniat; & hac in re salutarem necesse est timorem, quasi bilancem æquissimam, adhibeamus. Minus profecto periculi est ab auribus quam à lingua; sed longe etiam minus ab auribus imminebit periculum, si multitudinem & concionem fugeris. Quid opus est contrectata torpedine in mentis stuporem incidas? aut venenato rabidi canis latratui te objicias?

INTERP. D.C. Eccl. 3, 1

E

unde magnus & varius existabat fructus.

48 Hac è sacris oraculis docendi methodo instructus; quibus ante etiam quam plenum rationis usum haberem, fueram innutritus; eaque ratione tam orthodoxos quam à vera fide adhuc alienos erudiens, haberi jam tum inter ditiores colonos poteram, quāvis ad plenam maturitatem messis mea necdum excreverat. Alios enim nonnisi recentissime à tribulis & spinis habebam expurgatos: alii ad sementem parabantur: in alios semina jam quædam jacere incœperam: pars aliqua eorum erat in lacte, pars è solo summa extulerat capita: herbescebant alii, spicis alii suis vinciebantur: robur hi & incrementum accipiebant, hi albi jam erant ad messem: hos area adhuc habebat, illos in pulchrum congregaveram acervum: ventilabantur quidam, quidam in granariis, frumenta inter locum occupabant: in panes denique nonnulli jam erant cocti (qui utiq; agriculturæ finis est jucundissimus) iis tamen panibus agricola senio laboribusque confectus prohibetur vesci, illisque nunc potiuntur, qui nihil in eos sudoris, nihil operæ impenderunt. Hoc ego loco orationis meæ cursum volebam inhibere, ac nihil jam dictis addere, quod dictu fortassis nonnemo judicare posset haud esse dignum. Verum id ut faciam, minime permittit quæ deinde consecuta est rerum series: in qua feliciter mihi cessere nonnulla, de nonnullis quid dicere me oporteat, aut in quorum successuum ordinem ea referre, quosve homines laudandos suscipere debeam, equidem ignoro.

F

CAPUT VI.

Gregorius Ecclesiæ Constantinopolitanæ administrandæ præfectus à Theodosio, modeste utiliterque officio suo fungitur.

Theodosius Orthodoxus Imperator.

49 IS igitur, quem dixi, rerum mearum erat status, cum præter expectationem, compressa feliciter barbarorum, numero audaciaque præfidentium, irruptione, ex Macedonia Imperator advenit. Vir

INTERP. D.C. hic erat, quod ad religionem pertinet, minime contemnendus; utpote qui ſimplex vulgus in recta fide retinere facile poſſet, quique Sanctam Triadem toto animo veneraretur (quo ſane modo omnes ii debent eſſe affecti, qui firmo fundamento ſalutem ſuam volunt inniti) attamen non eo, quo optandum erat, Spiritus fervore & animi alacritate præditus, ut ad veterem rerum ſtatum revocare præſentia, & quæ temporum iniquitate læſa erant atque collapſa reſtituere poſſet in priſtinum ſplendorem; vel ſi zelo nihil aut parum concederet aliis Imperatoribus, non ea certe erat, fiduciane animi dicam an audacia? & rectius fortaſſis iſtam animi ejus affectionem prudentiæ nomine quis appellaverit. Multo enim æquius eſſe judico, hominum mentes molli perſuaſione ducere, quam vi adhibita in ſententiam ſuam cogere; atque hoc tum iis, quos ad rectum divinitatis cultum adducere cupimus, tum nobis etiam ipſis expedire magis arbitror. Etenim quod non ſponte alicujus & voluntate, ſed vi & coactione videmus obtineri, ſagittæ iſtud haud inepte pronuntiavero ſimile, quæ tenſo fortiter nervo & firma manu retinetur; aut fluctui, qui in certam partem ab æſtu impellitur; quæ res, amotis quandoque obſtaculis, non amplius retineri poterunt, quin eo quo impetus eorum eſt ferantur. Quod vero ſponte & voluntate fit, perpetuitatem habet ac firmitatem, eo quod inſolubilibus lubentiæ & amoris vinculis dici poſſit voluntati quodammodo alligatum. Hæc, ut ego quidem exiſtimo, ſecum perpendens Imperator, ab inferendo metu ſibi putavit omnino temperandum, ac lenitate potius animos ſuorum ad id quod deſiderabat alliciendos ſtatuit, quemadmodum perſuadendi lege hoc nobis præſcribitur.

ſed erga heterodoxos mitis.

B

CP. venit ès Gregorio honorifice excepto.

50 Poſtquam igitur ſumma ſua voluntate ad ſui cupidiſſimos cives & ſubditos acceſſit, quid neceſſe eſt ut dicam, qua honoris ſignificatione primo etiam congreſſu me excipere ſit dignatus, quo & quam benevolo erga me ſermone fuerit uſus, quam denique benigna aure verba mea exceperit? Turpe quin etiam haberi poſſit, me, tanta ætate hominem, ob res iſtiuſmodi elatiore eſſe animo, cui videlicet unus ac ſolus Deus in pretio eſt & amore. Hac itaque ad extremum oratione me compellat; Templum in hac urbe præcipuum, ob merita & exhauſtos à te labores, per me Deus tibi habendum tradit. Vox illa fuit, quam vanam omnes putaſſent futuram, niſi ſecutus deinde eventus ſufficienter illam probaſſet. Ea namque tunc erat urbis iſtius ferox potentia, ii civium animi & graviter metuendi impetus, ut, quamvis graviſſima hinc oritura eſſent incommoda, non tamen quidquam de jure ſuo remiſſuri, ſed eo quo erant loco, univerſa vindicatum potius ituri viderentur. Sin autem vi & potentia majore adigi eos contingeret, tunc omnis eorum ira in me, quem haud difficulter ſuperari poſſe noverant, putabatur convertenda. Eam itaque, quam paulo ante dixi, ad me Imperator orationem habuit: animum vero meum lætitia quædam metu permixta invaſit. Tu, mi Chriſte, qui per toleratos à te labores ad fortiter agendum patiendumque nos egregie excitas; ut tunc omnium, quas id temporis ſuſtinebam moleſtiarum eras arbiter atque remunerator; ſis, oro, etiam nunc in tot ac tantis malis mihi conſtituto ſpes omnis ac omne ſolatium.

templum ſummum promittit.

C

& populo fruſtra obſiſtente illuc eum induxit.

51 Jamque advenerat conſtitutum ab Imperatore tempus, & magna ac formidabilis armatorum multitudo templum occupaverat; contra quos ſeſe inferebat populus fere univerſus, vehementi ira accenſus, tanto numero, ut arenas maris, & floccos nivium, & fluctuum ad littora ſe frangentium multitudinem adæquare videretur. Hic ferociam pariter adhibebat & preces; ferocia quidem adverſum me, ſed precibus apud Imperatorem utens. Plenæ erant omnes viæ, pleni hippodromi atque atque plateæ, nullus denique non locus plenus; ſecundæ etiam tertiæque contignationes domuum plenæ erant deſpectantibus in ſolum, tum viris tum mulieribus, pueris quoque & ſenioribus. Dolores undique & gemitus, lacrymæ & triſtia exaudiebantur lamenta; imaginem à te videri putaſſes urbis ab hoſtibus intereceptæ. Ego vero, ſtrenuus ille ac fortis militiæ dux, debili quamvis & fracto jam plane corpore, Imperatorem inter & exercitum incedebam medius, ſublatis in altum oculis, & rerum meliorum ſpe atque fiducia ſubnixus, donec in ipſa me ſacra æde neſcio quo modo collocatum ſenſi. Eſt profecto illud, quod narretur, digniſſimum. Pleriſque enim eorum, qui nihil, in maximis præſertim temporum converſionibus, temere evenire exiſtimant in rebus ſub ſenſum cadentibus, omni ſermone majus hoc eſt viſum prodigium. Quibus ego, cur fidem denegem, non habeo, qui tamen prodigioſa oſtenta, ſi quis alius, non facile ſoleo admittere. Melius quippe eſt & laudabilius, nihil non prompta voluntate credere, quam cuivis rei fidem ſine exceptione ulla negare; licet levitatis alterum, vitio alterum laboret audaciæ. Quid autem miri tunc contigerit non taceat narratio, ne gratiæ tantæ ignoratione laboret poſteritas.

D

E

quo facto reddita ea. le ſereni. tas,

52 Orta erat aurora, ſed triſtis nihilominus nox urbem opprimere pergebat, denſa admodum nube circulum ſolis obregente. Quæ ſane res ei tempori minime convenire videbatur: publicæ namque ſolennitates amœnos ſibi dies quodammodo depoſcũt. Hinc adverſariis noſtris haud mediocre naſcebatur gaudium, quaſi iſto Deus prodigio oſtenderet, ea quæ agebantur, minime ſibi placere: nos vero tacitus quidam dolor invaſerat. Poſtquam igitur una cum Imperatore intra cancellos locum occupaſſem, & quotquot aderant meritas Deo laudes concinere, eumque voce ac manibus in altum protenſis, auxilio advocare cœpiſſent; ita repente ſolis jubar reſplenduit, fracta ac diſſipata nutu divino obſcura illa nube, ut templum univerſum luce clariſſima geſtiret, quod paulo ante tenebris & mœrore viſum erat horreſcere: quin & imaginem nobis exhiberet veteris illius tabernaculi, quod Dei quondam ipſius ſplendor & gloria palam replevit. Orta tunc eſt omnibus mentis & vultus nova quædam ſerenitas. Cumq; prodigioſo iſto ſpectaculo fiducia populi ferociaque omnis quaſi compreſſa fuiſſet, unanimi omnes clamore me depoſcunt in Præſulem; non aliter acſi temporis iſtius felicitati hoc unum defuiſſet, quod ſummi præcipuiq; muneris loco à ſummo Principe expectabat civitas, & quod cunctis ipſa honoribus præferre ſe haud obſcure oſtendebat, ut mihi Cathedra Conſtantinopolitana abſque mora decerneretur. Hoc viri dignitate præcipui, hoc infimum vulgus ab Imperatore contendere ſatagebat: hoc omnium, nemine prorſus excepto, votum erat ac deſiderium: hoc ipſæ tanto pene clamore poſtulabant feminæ, ut muliebris modeſtiæ leges tantũ non excederent. Inſperatum hoc fuit tonitru, quod contra ingentem alium ſonum edi videbatur. Tandem itaque è collegis meis unum aliquem jubeo aſſurgere (me quippe timore nimio perculſum atque abreptum vox & loquela defecerat) cujus ore hanc ad circumfuſum populum orationem habeo: Clamorem, viri, clamorem, precor, iſtum comprimite: poſcit quippe hoc tempus, ut debitas ſupremo Numini gratiarum demus actiones: ſuus deinde rei quam petitis perficiendæ erit locus. Secunda admurmuratione populus omnis excepit hæc verba: placet ſiquidem omnibus modeſtia & animi moderatio. Tum Imperator, laudato plurimum noſtro hac in re procedendi modo, ad ſuum ſe palatium contulit. Atque

F

movet omnes ad eum poſtulandum in Epiſcopum.

quorum ille ardorem modeſte reprimit.

A 53 Atque hic diei illius & conventionis fuit exitus; quo tempore ista solum res nos exterruit, quod unus quidam mucro nudatus, & mox vagina reconditus, simulque furentis populi audacia compressa fuerit. Quæ subsecuta deinde sunt, nescio equidem quibus verbis enarraturus sim, cum ingentem rerum ac negotiorum molem secum trahant. Quisnam Historicorum, suscepta hac operis mei parte efficiat, ut ad optatum narrationis finem jam pervenerim? pudor enim est laudes proprias ad posteritatem vulgare. Quin & iis sum moribus, ut, quamvis alieno ore aut calamo laudem accipiam, tamen rubore perfundar. Dicam nihilominus, & dicam quam possum modestissime. In urbe igitur & templo, ut jussus eram, versabar. At civitas, licet, occupata à me æde sacra, pristinam suam ferociam deposuisse videretur; gemebat tamen, ceu Gigas ille, qui, ut aiunt, fulmine ictus, ac monte Æthnæo pressus, fumum & ignem perpetuum è pectore eructat. Quid tum. per Deum immortalem, consilii, quam salutis viam capere poteram? vos me docete; vos suggerite, qui in dignitate modo estis constituti Præsules, vos, inquam, infeliciter sane in unum congregati adolescentes, apud quos morum unitas & mansuetudo nomen obtinet pusillanimitatis, & contra furor ac pessimum quodq; vindictæ studium, virilis cujusdam roboris ac fortitudinis loco habetur; Decebatne hostes, sponte ruentes, à me in exitium ulterius propelli, premi, efferari? méne vehementius in illos exardescere? aut oblatam temporis opportunitatẽ in commodum & vindictæ occasionem vertere? an potius uti remediis ad salutem ipsorum meorum adversariorum haud sane parum facientibus? Hac nempe ratione geminum mihi offerebatur bonum; alterum ut meâ ipsos modestia facerem modestiores, alterum ut famam mihi & amorem apud omnes conciliarem. Sic profecto agere me tunc conveniebat, ac operam dabo ut ne aliam umquam agendi rationem teneam, quam eo præsertim tempore tenuerim: idque præcipue ut omnibus manifeste constet, non plus à me fiduciæ collocari in prosperis rerum ac negotiorum successibus, quam in ope providentiâque Numinis. Quem enim alium monentem velim audire, cum rationis ipsius ductum, sic quasi consiliarium possim sequi certissimum?

deinde aversos civium animos

conciliare sibi potius quam frãgere nititur,

B 54 Nullus erat qui Procerum & Aulicorum supercilium non veneraretur, intimosque præsertim Principum ministros coleret, qui nulla alia in re & occasione viros se ostendunt, quam in coacervanda auri argentique immensa copia: neque pro indignitate rei satis quis explicet, quo modo & quibus artibus in palatii Imperatorii conclavia se penetrare homines illi contenderent, quam prompti essent in adornandis accusationibus, quam indecenter omnia ad se raperent; quam male uterentur pietatis ac religionis obtentu: quam denique se gererent immodeste. Ego interim, verbo ut dicam: solus fui qui desiderari me in aula mallem, quam odii invidiæve causam alicui præbere. Hinc tamen illud fiebat, ut, cũ raro prodirem in publicum, majorem mihi apud omnes cultum ac venerationem compararem; rebus enim divinis ut plurimum, & pravis animi affectionibus emendandis, unice intentus, potentiorum limina aliis relinquebam terenda. Cum deinde alios quidem male contra me actorum conscientia non parum anxios; nonnullos vero opis meæ, quam sane merebantur, & beneficiorum indigos cernerem; illos quidem, ut poteram, metu eximebam; hos, ut cujusque exigebat conditio, juvare pro viribus contendebam. Unum aliquid, quod exempli loco esse possit, è pluribus in medium proferam.

rarus in aula tantopere ab aliis frequentata,

miti/q; & beneficus,

55 Quiescebam domi, morbo detentus, qui, tam-

quam laborum, quos suscipiebam, perpetuus quidam socius, numquam me deserebat quem scilicet ego, si qua invidis meis fides, in deliciarum partem reponebam. Cum sic essem affectus, meas repente ædes nescio qui de plebe ferociter ingrediuntur: interque eos juvenis, vultu pallido, coma prolixa, & squallido vestitu noscendus aderat. Me autem è lecto pedes tantillum proferente, illi, non aliter quam subito qui metu percelluntur, Deo pariter ac Imperatori, quorum nempe munere diei illius lucem cernerent, quas sua cuique mens & voluntas dictabat, gratias persolvunt & abeunt. Is vero quem dixi juvenis, ad pedes meos suppliciter abjectus, tacitis me precibus obsecrabat, metu vehementi attonitus. Cumque, quis, aut unde esset quidve poscceret, ex eo quærerem; in majores etiam prorumpens ejulatus, lamenta addebat & gemitus, ac junctis arctissime manibus, mihi quoque ipsi excutiebat lacrymas. Postquam tamen ad extremum, vi coactus est recedere (non enim verbis avellendus inde videbatur) nescio quis ex adstantibus ita me est allocutus: Tuus hic est parricida, qui solius Numinis providentia auxilioque lucem adhuc communẽ conspicis. En suæ ipsius conscientiæ tortor ac vindex tibi se sistit impius homicida, suimet ingenuus accusator effectus: lacrymas suas & fletus offert in pretium sanguinis, quem impie haurire decreveverat. Hæc ille. Quibus ego verbis ad commiserationem permotus, talem, qua scelere illum suo liberum esse jubeo, vocem emitto; Deus te, ô homo, fervet: nihil enim magnopere præstare me existimo, si, cum salutem ipse divinitus fuerim consecutus; facilem me & benignum erga sicarium præbeam. Nimia mea facilitas atque fiducia te tibi reddidit: istud itaque vide, ut ne meo ac numinis supremi favore umquam te indignum facias. Hæc fuit mea oratio. At vero universa civitas (nihil namque laude dignum, ut diu sit occultum, fieri potest) animum erga me mentemque benigniorem accipit, sic verbis meis, ut ferrum igneam vim expertum, emollita.

INTERP. D. C.

sicario suo veniam utro poscenti,

E

benigne indulget.

Renuit rationibus ecclesiasticus præficere quæstorem laicum,

56 De opibus autem & divitiis quid dicam, quibus nihil toto orbe celebrius, quat viri universæ terræ potentissimi ab omnibus retro temporibus in Ecclesiarum thesauros contulerant? Quid de variis sacris? quid de annuis omni ex parte proventibus? quorum omnium cum neque in Præsulum, qui me præcesserant, neque in quæstorum codicibus, in quos referri ea consuevere, ullæ exhiberentur rationes, acquievi nihilominus; & quamvis contrarium multi suaderent, quin & vehementer impellerent, non tamen adduci me sum passus, ut exterum aliquem hominem, in mysterii nostri probrum, rationibus præficerem Ecclesiæ. Quanti porro illud tibi videtur esse faciendum? Non enim eæ quas habere quispiam debuit, sed quas reipsa habuit, divitiæ reddendis rationibus reddere solent obnoxium. Scio equidem hunc meum in agendo modum nequaquam probatum iri hominibus iis, qui nimio pecuniarum amore vinci se patiuntur: sed qui tales non sunt, factum omnino probabunt. Etenim cum in rebus quidem omnibus improbanda merito sit inexplebilis quædam habendi cupiditas, tum vero maxime in iis quæ spiritum & divina spectant. Sane si omnium hæc de opibus esset sententia, non tot ac tantæ labes in ecclesias nostras cernerentur esse invectæ. Verum hæc numquam, me probante, facta aut futura sunt. De rerum sacrarum administris sermo mihi est, qui ex officii sui ratione Deo summo plus ceteris appropinquare solent.

F

ne cupiditatis notam importune incurrat.

& quamvis adhuc exiguus esset grex.

57 Hoc etiam nostri improbe adversarii jactabant non fore sufficientem collectum à me populum, &, cum tenuiori adhuc loco res nostræ essent, in partes ac factiones divisum, qui Ecclesiæ ab Imperatore nobis concessæ prima & anteriora atria compleret: usq;

INTERP. D.C. adeo viles ac contemnendi iis videbamur omnibus, qui cuncta fere templa & templorum gazas id temporis ſoli obtinebant. Hæc itaque mea erant ſtudia, hæ exercitationes; ut de pauperum, de monachorum de virginum in templis degentium, de peregre advenientium & hoſpitum, ac denique de vinctorum curatoribus à me conſtitutis nihil addam: ut taceam de hymnorum cantu, de vigiliis nocturnis, de viris ac feminis in Dei rerumque divinarum conſideratione laudabiliter occupatis; deque aliis omnibus, quæ, ſi rite & prout oportet peragantur, non poſſunt Deo non eſſe gratiſſima.

plurima tamen intorte ordinat.

CAPUT VII.

Conſtantinopolitanus Epiſcopus creatus Gregorius, fruſtra laborat pro Paulino Antiocheno poſt Meletii mortem, pacis communis cauſa, retinendo.

Orientales Epiſcopi CP. convenientes.

58 Inter hæc quieſcere livor minime poterat, qui vel clam vel aperte omnia adoriturus: ac malorum quidem meorum principium ab ipſa, in qua conſtitutus eram, dignitate mihi parabatur. Accidit namque, ut, divino neſcio quo nutu evocati, omnes Orientis Præſules, exceptis Ægyptiis, è penitiſſimis terræ mariſque angulis, in nova Roma congregarentur, ut ſacrâ mihi Sedem ſuis ſuffragiis ſtabilirent. Præcipuus horum & princeps vir erat pietate maximus, ſimplicitate amabilis, fraudis omnis ac doli expers, Deo plenus, vultu placidus, forti animo & magna verecundia præditus, qui vel ſolo aſpectu ad pietatem & cultum divinum homines perducere noverat. Quis, obſecro, virum illum haud novit, quem ſermo noſter deſignat, Antiochenæ Eccleſiæ Antiſtitem, in quo ſuæ nomen rei, ac res nomini optime conveniebat? Mellei erant viro mores, nomen melleum: plurima quoque ob propugnatam fortiter ſanctiſſimi Spiritus divinitatem mala fuit perpeſſus (ab exteris licet hominibus parum quid fraudulenter deceptus) & conceſſam ſibi divinitus gratiâ pulcherrimis profecto certaminibus perquam illuſtrem reddidit. Hi igitur me, clamoribus ac gemitibus contra nitentem, in excelſo Eccleſiæ illius ſolio collocant; una tamen de cauſa non plane invitum; tu, Verbum æternum, teſtis eſto.

B

auctore Meletio Antiocheno,

Gregorium in throno collocant, minus reluctantem,

C

59 Quæ autem illa? Non enim fas eſt veritatem amplius premere. Exiſtimabam, vana neſcio, qua animi fiducia & perſuaſione deluſus (quod enim quiſque maxime cupit, hoc ut ſperet, facillime ſolet adduci; is etiam qui magno Spiritus ſui fervore omnia metitur, nihil adeo arduum putat, quod, conſecuturum ſe, ſperare non audeat. De me ut fatear ingenue cum animo in iſtiuſmodi rebus & occaſionibus excelſo ſim & generoſo, ſi cathedræ illius dignitatem poteſtatemque aliquando adipiſcerer: multum quippe apud homines publicus ille ſplendor & apparatus habet momenti) exiſtimabam, inquam, fore ut non aliter quam is qui duos inter choros locum obtinet medium, utrumque ſibi vicinum manibus arcte complectitur ſibiq; copulat, hinc unum & inde alterum, quemadmodum chori leges id præſcribunt; ſic amico fœdere mihi conjungerem, atq; inter ſe conciliarem male omnino diſſidentes Epiſcopos. Quid dixi, malè? imo vero peſſime, ac taliter quidem, ut nec uberrimis lacrymis, nec acerbiſſimis lamentis rei indignitas deflerì umquam ſatis poſſit: iis, inquam, lacrymis, iiſque lamentis, quæ nullus adverſæ fortunæ caſus ulli hominum, ſeu qui fuerunt, ſeu qui etiamnum ſunt, expreſſiſſe eſt animadverſus: quamvis infortunia complura non paucis ſciamus eveniſſe: non ſi populi Iſraëlitici diſperſionem illam cogitemus, quam ob illatam Meſſiæ mortem, juſtiſſima ſupremi numinis ira evenire voluit. Etenim qui populi reliqui ad ſalutem duces conſtituti ſunt & magiſtri, qui Spiritus divini gratias & dona diſtribuunt, qui è ſoliis ſuis excelſis ad beatam vitam homines ſermonibus ſuis provocant, qui omnibus pacem & perpetuam felicitatem annuntiant, in mediis illis, pro pudor! eccleſiis, magnis vocibus, tanto in ſe invicem furore viſi ſunt abripi, ut inconditis ſuis vociferationibus, ut hominum fœderatorum collectionibus, ut accuſationibus ac defenſionibus mutuis, ut indecoris inſaniſq; concurſationibus, ut rerum quas primum quilibet occupaverat direptionibus, ob inſanam imperandi ceteris libidinem (qua ratione, quibuſque verbis rem tam indignam eloquar?) totum, qua patet, orbem terrarum in partes & factiones divulſerint; quemadmodum ſub narrationis hujus initium dicere me memini. Separatus eſt ab Oriente Occidens, non tam locorum & climatum intervallis, quam adverſantium invicem Præſulum rixis & ſimultatibus. Loca ſiquidem inter ſe diſtantia, quamquam extremis ſuis limitibus non committantur, interjectis tamen locis aliis mutuam quodammodo conjunctionem dici poſſunt retinere; at homines illos, ubi ſemel à mutua concordia receſſerint, nullum amplius vinculum conjungere poteſt.

D

quibus fœde diſcindebatur universa Eccleſia,

E

60 Tanti diſſidii cauſa, non pietas aut religio (quâvis illam furor & iracundia, ad mentiendum ſemper prona, ſpecioſe ſatis prætendere noverit) ſed ſola de primis Sedibus occupandis contentio, eſt dicenda. Quo nomine rem adeo execrandam appellem neſcio. Præſules dicam, an, non Præſules? utrumque enim genus hominum ita probe habeo cognitum, ut in utroque deeſſe non ignorem ambitioſos, qui adinſtar venti, accenſum rogum in majores flammas perpetuo excitantis, ita captatâ pro re ac tempore quorumdam amicitia, rebus & commodis ſuis præclare conſulunt, ſi quidem præclare id fieri eſt dicendum, ac non potius male atque perverſe. Ea tum in mala atque incommoda me quoque incidere contigit. Poſtquam enim is, quem paulo ante non ſine debitis honorum titulis nominavi, Antiochenæ Eccleſiæ Præſul optimus, annis, tam iis qui tempore quam qui tempore non definiuntur, plenus, poſt multas, ut audio, de ineunda pace eaſque graviſſimas admonitiones, quas etiam ante in amicorum cœtibus frequenter habuerat, ex hac vita ad Angelorum conſortium migravit; & magna prorſus ſolennitate & inſolita frequentia civium, ob viri tanti mortem non parum (ut æquum fuit) aut mediocriter dolentium, ad propriam eſt Sedem & Eccleſiam devectus, pulcherrimus ſane iis, qui ſuum rebus pretium ponere non ignorant, theſaurus; cumque multa, & nullo modo probanda, in medium afferrentur conſilia, quibus homines ſeditione ac malitia valentes aſſenſum præbere minime dubitabant, in illud unum intenti, ut ei qui tunc ſolus Cathedram illam tenebat novus Præſul opponeretur; plurimæ tunc utrimque dictæ fuerunt ſententiæ, quarum aliæ ad pacem, aliæ ad tumultus ſpectare, non obſcure cognoſcebatur. Qua re animadverſa, hanc ad illos orationem à me putavi habendam, quam & impendentibus forte malis avertendis, & temporibus illis futuram rebat aptiſſimam.

F

propter Schiſma Antiochenum.

quod mortuo Meletio ne fieret incurabile.

alterum eligendo contra Paulinum.

61 Videmini, Amici, animis atque ſententiis plurimum inter vos diſſidere; & ea, quorum cauſa potiſſimum ad deliberandum convenimus, non ſolum non ad ſermonē & conſilium veſtrum admittere, ſed longiſſime etiam à recti honeſtique tramite abire. De una urbe vobis cura eſt: illud interim agi video ut majori, quam ante, bello ac ſeditione involvi eam contingat. Hue profecto ſtudia veſtra tendunt univerſa; quibus ut ego manum quoque ac favorem exhibeam

diſſuadet Gregorius,

quod ſperaret ſic componenda diſſidia Epiſcoporum,

A hibeam, petitis. At rerum mihi majorum moles & cura incumbit. Mentis, quæſo, oculos per totum terræ hujus ambitum circumferte, quæ, cum Deus, ſuſcepta hominis forma, in carne pateretur, & in pulcherrimum ſalutis humanæ pignus ſemetipſum offerret, pretioſiſſimi ſanguinis ab eo effuſi rivis, & multis aliis rerum admirandarum notis fuit inſignita. Eam, ſi placet, à duobus Angelis tumultu ac ſeditione turbari tantiſper fingamus: qui quidem Angeli (dolore aliquid digniſſimum proferam) honore ad quem evecti ſunt, minime reperiantur digni: quin contra, propterea quod Angelorum gaudeant appellatione, id potius illos decebat, ut à præliis & contentionibus aliiſque malis ſuſcitandis quam maxime eſſent alieni. Etenim quo quis majores vel à natura vel à dignitate prærogativas obtinet, eo quoque meliora ſint oportet omnia ejus conſilia & actiones. Quamdiu igitur Præſul ille plane divinus in vivis verſabatur, nec conſtare poterat, qua ratione ab Occidentalibus Epiſcopis, ira & indignatione non parum tunc commotis, eſſet excipiendus, venia non indignum haberi poterat, moleſtiarum aliquid creari illis qui legum ſeſe vindices nominant. Homo quippe manſuetus & pacis amans, optimum eſt adverſus iram & furorem remedium; nec aliud eſt quod homines faciat fidentiores, quam rerum & periculorum ignoratio.

Nam ſi id fuit vivente Meletio excuſabile & tolerabile,

B 62 At nunc (nullæ namque nos turbæ aut tempeſtates modo exagitant, ſed Numinis ſupremi dono pacata & tranquilla ſunt omnia) dicam quid fieri oporteat. Vos interim ſententiam meam benignis auribus excipite, quam prudentem ſane, & juniorum hominum ſententiis longe anteferendam, puto, judicaturi eſtis. Nec enim nos homines annis graves fervidis ætate adoleſcentioribus umquam facile perſuadebimus, qui inanis gloriæ ſtudio abripi ſeſe ut plurimum patiuntur. Illum thronus Epiſcopalis retineat, quem hactenus ſibi præfectum habuit. Quid inde, oro, futurum eſt incommodi, ſi, more priſtino, ampliore paullo temporis ſpatio viri illius obitum lugeamus? Ita tandem fiet ut ipſa temporum & negotiorum mora ad rei ſummæ exitum perveniatur, & item decidat mortalibus omnibus inevitabiliter imminens, nec aſpernandus vitæ hujus caducæ terminus. Erit tempus; quo in illum migraturus is eſt locum, ad quem diu eſt cum aſpiravit, Deo, à quo acceperat, ſpiritum ſuum reddens. Tum nos unanimi omnium, tam populi univerſi, quam ſapientiſſimorum Præſulum voce & conſenſu, divini Spiritus ope adjuti, unum aliquem alium iſti imponemus cathedræ. Atque hæc una nobis, puto, mali omnis ſedandi via eſt relicta. Vel enim illud omnium optimum eveniet, ut quicumque à nobis modo alieni ſunt (alienus autem à nobis totus modo, ut video, eſt Occidens) in partes noſtras tranſeant: aut illud certe dabitur intueri, ut civitas Antiochena & tantus populus, longo turbulenti temporis intervallo jam exhauſtus atque defeſſus, ſeſe nobiſcum conjungat.

non eſſe nūc cum pax habetur & ſervari poteſt.

expectando Paulini ſenis mortem,

offenditque publici boni cauſa.

C 63 Sit, precor, tandem aliquando procellarum toto orbe ſævientium optatus finis. Miſeratio nos eorum aliqua capiat, qui deplorando ſchiſmate à nobis jam receſſerunt; quique ab eodem malo haud procul, ni prohibeamus, abſunt; poſterorum denique memoriæ conſulamus, ne forte aliquis exiſtat, qui, ſi in longius hæc tempus protrahantur, avidius velit cognoſcere, quo iſta tandem omnia evaſura ſint. In id ſcilicet periculi pulcherrima noſtra ſanctiſſimaque religio modo eſt delapſa, ut vel omnino firma maneat & vegeta, vel per inteſtinas haſce diſcordias funditus pereat. Ut quippe colorum vitia pictoribus (haud ſane ex æquo juſtoque) & mali diſcipulorum mores ipſis ſolent magiſtris imputari; ſic improbus quilibet Chriſtianus, quanto magis ſi Sacerdos ſit, turpiſſimam fidei noſtræ maculam aſpergit. Vinci nos tantiſper, & ſine magna jactura, haud ægre patiamur; ut pleniore tandem victoria potiti, Deus nos ſibi, noſque ipſi mundum, peſſimis diſſidiis pereuntem, Deo vindicemus. Nec ſane laudem habet, ſi quis omni loco & occaſione periculis ſuis aut hoſtibus velit eſſe ſuperior. Longe equidem melius eſt rerum propriarum jacturam ſubire, quam alienas contra jus fasque omne acquiſitas, turpiter poſſidere. Novit hæc ipſa Trinitas; meaque liberrima prædicatio, quæ non ſine lapidibus audita odio improborum me objecit, id teſtabitur.

INTERP. D. C. aliquid de jure jure prudenter remitti.

id ſi nolint, optat ab Epiſcopatu abſolvi.

64 Quæ porro in rem præſentem maxime putavi fore utilia, ſimpliciter ac juſtiſſime in medium attuli. Quod ſi quis aut in improborum gratiam hæc à me dici arbitretur, cum ipſemet pecunia corruptus ſit (ſunt enim, ſunt profecto, qui ipſos etiam judices pretio norunt ſuos facere; homines non auro minus, quam pravis cupiditatibus abundantes) aut propria ſolum commoda, quod non paucis accidiſſe ſcimus, mihi hoc in negotio eſſe propoſita, ſibi perſuadeat, (cum pravas ſuas machinationes ipſemet habere ſtudeat occultiſſimas, & altiorem aliquem hinc ſibi dignitatis gradum aucupetur) ſupremo mundi die juſtiſſimo Judici id judicandum, oro, relinquat. Vos autem dignitatis omnis ac ſolii Epiſcopalis expertem vitam, ingloriam quidem illam, attamen metu periculoque omni vacuam, ſinite ut amplectar. Eo mihi loco ſedem & domicilium deligam, ubi malorum omnium ſumma eſt futura ſolitudo. Iſtud nempe longe mihi magis convenire judico, quam ut reliquis permiſtus hominibus vitam agens, nec eos in ſententiam meam ipſe pertrahere, nec in eorum conſilia ac voluntates, ſalva auctoritate, poſſim deſcendere. Adſit itaque velociter, quicumque ſolii ſe dicere poteſt non inexpertum: in complurium ille virorum partim laude, partim vituperio dignorum locum ſciat ſe ſucceſſurum. De rebus à me adductis, vos, ut libuerit, ſtatuite.

E

E contrà uniores oorti.

65 Orationi hic ego finem impoſueram, cum murmur aliunde alii cœperunt attollere, graculorum coactam in unum multitudinem audiri à te crederes. Cuneus quidam erat juvenum, quali in taberna noviter exſtructa verſantium; turbo erat, pulverem è ſolo undique ſubito attollens, aut ventorum invicem adverſantium coorta repente tempeſtas: quibus inepta quævis temere effutientibus, aut etiam, inſtar veſparum, in os ac vultum eorum quibuſcum agebant, præter exſpectationem involantibus, nemo, qui Dei timore & majori aliqua dignitate præcellat, reſponſum dare dignetur. His autem venerandus ille Patrum conventus morem gerere non dubitabat; tantum aberat ut ferocientes adoleſcentulos verbis caſtigare aut factis reprimere auderet. Ac vide ſis quam illi ſcite, quamque laudabiliter ratiocinarentur. In rebus ac negotiis omnibus ſolis aiebant habendam rationem, adeoque ſumendum ab Oriente initium fidei, unde carnis noſtræ velamine indutus Deus, primum nobis illuceſcere eſt dignatus. Quid vero nunc? Temporum ac rerum viciſſitudines nequaquam curare, & Chriſti carnem generis totius humani primitias eſſe diſcamus: quod autem in Oriente cœpit, ubi major nequitia, id eum potius feciſſe dixerit aliquis, tamquam ibi facilius mortem accepturus, ex qua reſurrectio ſaluſque procederent. Iſta autem ſentientibus an obſequi oportebat melius eruditos, ut ſupra dixi? Sane vel ex hoc liquet quam ſublimes hi gerant ſpiritus.

F

negant rationem habendā Occidentaliū pro Paulino faciendā;

illi ſcilicet qui cum antea circa fidem nutaſſent.

66 Quid autē? quod ſuaviſſimū eumdemq; pulcherrimū fidei noſtræ antiquæ fontem, unde accepimus ſanctiſſimam Trinitatem in unam eamdemque ſub-

ANTEAD. D.C. ſtantiam eſſe contrahendam, & quem incorruptum ſervare tantopere conata eſt Nicæna Synodus, conturbatum videbam admixta eorum ſallugine qui in rebus fidei nonniſi ambigue ſentire convincuntur: quibus eadem cum Principe ſemper eſt religio: qui medios ſeſe inter partes gerere volunt (ac utinam quidem media, ut profitentur, via incederent, & non nimium aperte ab adverſariis noſtris ſtare conſpicerentur!) Epiſcopi, qui nunc primum divinitatem cognoſcere incipiunt, heſterno die magiſtri, hodie diſcipuli; qui poſtquam ſacra aliis myſteria contulerint, ipſi denuo iiſdem ſunt initiandi: qui populi mores corrigere præſumunt, cum ſua ipſi crimina, neſcio equidem quo modo, ſed tamen palam paſſim habeant, idque ſine ullo fletu aut lacrymis. O rem miram atque inſolitam, reperiri homines qui ſiccis oculis morbos & vitia ſua declarare non erubeſcant! ſed hæc eſt ratio quam ipſi in agendo tenent: Tempori autumant & dicunt aptanda eſſe omnia. Quæ enim major voluptas, quam vitam in morem ſcenæ tranſigere? Hoc nempe ludus ille & perſonarum variatio habet commodi, ut ſæpe obtineat, quod nec ingenti labore, nec magna pecuniæ vi alioquin valeas aſſequi. Nos vero quam humaniter, quam benigne rem gerimus? Præconia voce ad ſacrarii ipſius limen clamare omnibus non ceſſamus; Cuicumque eſt lubentia, abſque metu ingrediatur; bis licet, aut etiam ſæpius pro occaſione fidem mutarit. Jam tempus eſt nundinarum: nullus hinc abeat ſine emolumento. Quando rurſum invertetur alea (tempore ſiquidem nihil mutabilius) artem jam calles, curriculo rurſum te inde auferas. Non eſt hominis recte inſtituti, fidei ſemper unius regulis tenaciter eſſe addictum: alius ſemper atque alius, pro rerum ac temporum varietate, tenendus eſt vitæ modus. Hinc, porro quid putamus contingere? Exſurgit denuo quod olim Regi cuipiam oblatum fuit in ſomno ſpectrum, è multiplici conflatum materia: caput aureum, tum membra argentea, deinde ærea, rurſum ferrea, ac denique in partibus infimis teſtacea omnia. Quam vehementer metuo, ne miſſus alicunde lapis multiformem ſtatuam aliquando comminuat! Moabitis nunc & Ammonitis permittitur, olim vetitus, in Eccleſiam ingreſſus. Quis autem tunc conventibus præerat? ipſi vero conventus quales erant & quorum? piget iterum dicere quo erubeſcere debeam. Omnium illi erant, ideſt nullius: anarchia enim vera, multorum imperium eſt.

tunc pulchrum putabant aptare se tempori,

B

& quæſtui habere religionem.

C CAPUT VIII.

Gregorii ultronea abdicatio & receſſus.

Diſſentiens à turba Gregorius,

67 INterim opportune imperabat mihi morbus, domique detinebat multum ac ſæpe, receſſui expediendo dumtaxat intentum, in quo uno effugiendorum malorum ſpem repoſitam jam habebam: quod autem intendit aliquis hoc ei pro lege eſt. Et nonnulli quidem, licet coacte atque ægre, conveniebant me; quibus nonnihil quidem libertatis aderat, ſed & ignorantia pro excuſatione erat, ambiguo dogmatum ſenſu deceptis (quod enim palam prædicabatur, videbatur pium, diſſimilis ſuis genitoribus fœtus) ego vero turbam quæſtui habentium Chriſtum non citius approbavero, quam lutum quiſpiam putaverit miſcendum cum ſinceri unguenti fragrantia: facilius enim mali quam boni conveniunt. Sicut autem illis non placebat novitatem ſapiens (hoc enim nomine audaces iſti vocabant viros providentes) ſic nec huic placebant illi. Factum eſt igitur quod de Lotho & Patriarcha Abrahamo legitur, quorum unus hac, alius illac ivit, quia anguſtus erat locus poſſeſſionibus eorum. Quid vero attinet enarrare, quantis quibuſque rationibus canitiem hanc meam tentarent dilectiſſimi illi? primas quidem mihi deferentes & ſed aliquid amice poſtulantes amicum (pro pudor!) Gregorium: amici nempe ad mali ſocietatem, in omnibus adjutorem me haberent. Quo autem pacto in omnibus? Illudne à me committendum putabit aliquis, ut multitudinem præponam Dei Verbo? Ante profecto aquarum & fontium natura innato ſibi impetu in altiora prorumpet, & in contrariam prorſus partem feretur ignis, quam de rebus, ad religionem ac ſalutem meam pertinentibus, perfide quid etiam minimum prodã.

D

cum malis accedere nollet.

68 Ex eo igitur tempore cœpi è multitudine paulatim ac furtim me ſubducere, mutato videlicet ipſo etiam domicilii loco; & moleſtiſſimis ac maxime arduis Eccleſiæ curandæ negotiis, nec non improborum hominum ſermonibus atque congreſſibus longum valere juſſis; quamquam qui bene mihi cupiebant, de plebe potiſſimum, ut ne quid dicam de ceteris, gemitu me proſequerentur & lacrymis. Magno hi clamore ſupplicabant nobis, tollebant ad Deum manus, ceu mortuum denique me jam deplorabant. O acerba illa lamenta! ô graves lacrymas! Quo ego animo, qua mente tolerare iſthæc omnia poteram, nec commoveri? Tuamne, inquiebant, ſegetem (ut audivimus) deſeres, olim quidem exiguam, at nunc copioſam meſſem? Populum vero noviter congregatum qui partim ad tuas fores nunc conſiſtens ſolummodo eget ut pandatur janua, partim jam intromiſſus venatur exteros, & ceteros quibuſnam objicies? Quis tuam in Chriſto ſobolem deinceps paſcet? Laborum quos ſubjiſti magnitudo te moveat: & reliquum vitæ tempus, Deo ac nobis impende & hoc in templo ultimum Spiritum redde. Hæc me, fateor, non poterant non commovere; attamen forti ac generoſo animo contra nitebar.

magno populi luctu, à publico abſtinet.

B

69 Parum deinde temporis eſt elapſum, cum à malis & incommodis omnibus liberum me Deus eſſe juſſit. Adfuerunt repente in unum convocati, ut in conſtituenda pace vires ſuas omnes conjungerent, Ægyptii Macedonicique Præſules legum & myſteriorum divinorum ſeduli præcones & adminiſtri, grave quid noſtris & Occidentale ſpirantes, quibus contradicebant Orientes laudatores. Illi igitur, aprorum in modum, dentibus ad mordendum exacutis (ut parum quid de Tragœdia imiter) torvo vultu, & ſcintillantibus oculis, manus conſerunt. Inter multa autem, quæ magis ex iracundia, quàm è tranquilla ſedatâque mente in medium ſunt addicta, quædam ſane acerba contra me quoque protulerunt; legibus neſcio quibus, à longo jam tempore antiquatis, nec ulla me ratione amplius adſtringentibus, in memoriam revocatis. Neque eo hæc agebantur, quod aut odio illi me haberent, aut ut meam in alium quempiam dignitatem transferrent; minime vero: ſed ut iis, qui me ad thronum evexerant, moleſtiam crearent, quod ipſimet occultis ſubinde indiciis mihi abunde ſignificabant: Etenim putabant non eſſe ſibi amplius tolerandas, tam veteres, quam recentiores ab hominibus iſtis acceptas injurias. At ego, equi adinſtar qui vinculis eſt adſtrictus, quamvis malis pluribus & perpetuo morbo graviter affectus eſſem, non tamen carebam voluntate prodeundi in lucem publicam, & miſerabiliter quaſi hinniebam ob arcta nimis vincula, quibus retinebar, paſcua mea meamque ſolitudinem unice expetens.

Deinde vixantibus inter ſe propter ejus ordinationem Epiſcopis,

F

70 Poſtquam ergo talia moveri ab Epiſcopis adverti, diſruptis continuo vinculis, oblatam occaſionem (quod ſcio hominibus ambitioſis haud facile perſuadendum ut credant, quamvis nihil eo ſit verius) cupide & abſque mora arripio: tempusque ſane

medium ſe inferens,

A ſane illud nactus percommodum, in medios me Præſules inferens, ita loquor: Viri, quos in unum convenire Deus voluit, ut quæ ſupremo ejus Numini grata eſſe cognoveritis conſilia capiatis & exequamini; de me autem poſtrema vobis cura ſit: neque enim magni refert ſi pulcherrimum hunc ſpectemus cœrum, quid me tandem futurum ſit, licet ſubinde inaniter animo exultare me contingat. Ad majora animos menteſque erigite: in commune conſulite: amoris & unitatis vinculo, ſerius licet quam oportebat, conjungimini. Quouſque, veluti inhumani & truculenti, omnium cachinnis & opprobriis excipiemur? quouſque nil niſi pugnas & contentiones ſpirare, dicemur? Dexteras, oro, amicitiæ & fidelitatis indices alacriter tandem jungite. Ego interim Jonæ Prophetæ exemplum ſequar haud illubenter. Pro navis noſtræ ſalute ac incolumitate caput meum volens devoveo, licet excitatæ procellæ nullo modo cauſa dici poſſim. Me igitur, ſortibus, divino nutu temperatis, in hoc deſtinatum, pelago demergite: Hoſpitalis me aliquis cetus è profundo eripiet. Hoc veſtræ ſit concordiæ initium; ac tum ad alia conſtituenda porro pergite. Hic locus cedat in libertatis

ad ipſos inter ſe pacandos Epiſcopatui renuntiat.

B veſtræ campum ampliſſimum: unde mihi quoque gloria non levis exſurget. Turpiſſimum vobis erit, ſi mei unius cauſa ſubſiſtere à deliberando velitis. Legem hanc vobis figo: etiam ultra quam leges jubeant enitamini. Si ea, ut decet, eſtis mente; nihil vobis umquam offerri poterit nimis arduum. Thronum hunc invitus occupare ſum compulſus; nunc volens lubenſque ſolio ac dignitate abeo. Hoc ipſum ut ne diutius differam infirma corporis ſenilis valetudo plane perſuadet. Mortis denique ſemel obeundæ debito adſtringi me ſat ſcio, quam promptiſſima voluntate Deo perſolvam. Tu ſola, ô Trinitas ſanctiſſima, curam mihi & ſolicitudinem injicis. Cujus demum hominis docti & religioſi habitura es linguam, numinis & gloriæ tuæ vindicatricem acerrimam, timore omni liberam, & zelo plenam? Valete, & laborum à me toleratorum memoriam conſervate perpetuam.

71 Hæc ubi ſum locutus, nutare omnes animis ſunt viſi. Ego autem è cœtu illorum me eripui, partim gaudio, partim mœrore affectus: gaudio quidem, propterea quod aliquem tandem laborum ac moleſtiarum finem haud procul abeſſe cernerem; mœrore, ob ſolicitudinem qua adhuc de populi mei ſalute & ſtatu angebar. Quis, oro, parens non commovebitur, ſi ſobolis ſuæ dulciſſimæ jacturam repente faciat? Sic ego quidem meipſum geſſi. Norunt autem illi, novit & Deus, an non plus aliquid occulto, quam aperto marte fuerit geſtum; an non adhibitæ juvenum corruptelæ, objecti ſcopuli & inſidiæ graviſſimæ. Non deſunt qui hæc omnia aſſerant, verum ipſe ſilentio ea libens involvam. Nec otium mihi eſt aut voluntas molitiones hominum pravas & occultas penitius cognoſcendi, cui nihil umquam magis fuit cordi, quam ſinceritatem ſimplicitatemque animi, haud aliter ac ſalutis & felicitatis omnis matrem dulciſſimam, ubique colere. In unam eam rem omnia mea ſtudia, omnem conatum ſemper contuli. Non adeo tamen rerum quæ geruntur ignarum me putate, quin plura etiam quam recte fieri poſſunt facta eſſe intelligam. Repente igitur cœtus totius laude & approbatione excipior. Hoc ſcilicet illud eſt præmii quod viris egregiis confert patria. Sic itaque iſta ſe habebant. Sed quid cum Imperatore? Cervicem flexi? genibus in terra poſitis ſuppliciter accidi? dexteram ejus apprehendi? orationem ad eum habui ſupplicem? quemquamne è numero amicorum, & procerum maxime, quos rebus meis ſtudere potiſſimum noveram, ad Principem, ut cauſæ meæ patrocinium ſuſciperet, ablegavi? Aurumne (quo valentius nihil) profundere ſum conſpectus, eum in finem ut ne ſublimi adeo excelſoque throno exciderem?

INTERP. D.C.

72 Aliorum eæ ſint artes, qui toti ad verſutias ſunt facti. Ego ad Principem citato greſſu me conferens, præſentibus ſpectantibuſque quam plurimis; Beneficium, inquam, ô Imperator potentiſſime, aliquod à liberali tua manu flagito. Non aurum rogo, non auro obductas tabulas, non pretioſa quibus ſacram menſam obtegere poſſim velamina, non ut de propinquis meis unum aliquem multis honorum titulis inſignem facias, utque tuo, Princeps optime, in comitatu locum ſemper obtineat. Hæc iſtis opto contingant quibus humiliora ſunt in votis: majoribus ego bonis mentem animumq; adjiciendum ſtatuo. Hoc mihi unum peto concedi, ut nimiæ aliquorum invidiæ bona tua pace ſubducere me tantiſper liceat. Solii majeſtatem ſuſpicere lubet ac venerari, dummodo longius ab eo ſim remotus. Nimium jam diu cunctis, etiam amicis, odio eſſe cœpi, quem, omni de rebus humanis cura depoſita, Deo uni intentum eſſe, ignorare haudquaquam poſſunt. Ab his pro auctoritate tua poſce, ut mutuam inter ſe amicitiam ſancte colant; ut arma, ſi minus ob Dei & ſupplicium metum, ob tui ſaltem reverentiam & gratiam, tandem aliquando deponant. Nobile iſtud pugnæ incruentæ tropæum tibi erige, qui immanem barbarorum audaciam virtute tua compreſſiſti. Hanc igitur rem, ô Imperator, ab iis flagita (hoc dicens, meam pariter canitiem & exantlatos in Dei cauſa labores oſtendo) quam vel mundi hujus fallacis gratia præſtare minime dubitent. Scis ipſe invitum me & reluctantem à te in throno illo fuiſſe collocatum.

idq; ut ſibi petitum ſit à Theodoſio,

73 Huic meæ orationi plauſum dedit Imperator, & quotquot Imperatori tum aderant omnis conditionis homines. Neque id modo; ſed etiam petitioni meæ, ægre quidem, ut aiunt, ſed tamen annuit. Quid vero deinde malorum tantorum reliquiis extinguendis à me eſt perfectum? Moneo univerſos ut æquo pacatoque animo, quidquid eventurum eſſet, perferant; nec mei aut vindictæ capiendæ ſtudio, durius quidpiam apud animum ſuum ſtatuant. Ipſos etiam malos blanditiis, laudibus, approbatione mea eveho. Ad Præſides, ad exteros, ad gregis totius duces, ad veteres in fide ſocios, ad recenter admiſſos, qui patris ſolitudinem ægrius videbantur laturi, ad eos denique Epiſcopos, quos major meâ cauſâ dolor invaſerat, verba habeo. Plurimi quippe de meo conſilio ut famam acceperunt, ſic quaſi à fulmine ſibi male metuentes, obſtructis auribus & manibus complosis, fugam arripiebant, ne triſti adeo ſpectaculo intereſſe, & alium in Sedem meam evectum intueri cogerentur inviti.

Quo impetrato jurgia ſolantur,

C *quamvis non ignarus haud recte agi ab omnibus.*

E *utq; Epiſcopos ad concordiam reducat.*

F

74 Atque hic mihi tandem finis eſto dicendi. Superſum porro, vivi inſtar cadaveris, victus, (ô rem admiratione dignam!) & ſimul victor, Deum imprimis & amicorum optimos pro throno & faſtu omni inani mecum habens. Contumelias jacite, exilite gaudio, animos ſumite, vos hominum ſapientiſſimi; caſus meos adverſos in cœtibus, in officinis, in tribunalibus, plenis buccis annuntiate; victorum in morem, cantum gallorum imitamini: latera pulſate cubitis: in ſtolidorum hominum conventibus cervices & ſupercilia erigite. Me uno ſponte mea cedente, victoriam eſtis conſecuti. Me, inquam, uno cedente, invidiæ ſolius declinandæ cauſa (quamvis hanc mihi etiam laudem eripere nitimini, dum violenter me è throno dejectum improbe jactatis.) Quod ſi non ſponte ceſſi, tantorum vos ſcelerum tandem pudeat. Heri me Præſulem veſtrum creaſtis, hodie pellitis. Sed poſtquam tempeſtates illas jam evaſi, quid

hanc de ſe victoriam amulis ecdens.

porro

INTERP. D.C. porro ſum acturus? Degam cum Angelis; utque nemo vitæ meæ rationibus magnopere impoſterum proderit, ita neque jacturam aliquam inferet. Deo uni familiarem me quantum potero exhibiturus ſũ: hominum voces, ut leviſſimas & nullius momenti auras, habebo contemptui. Harum ſcilicet ſatur ſum, ſæpe injuriis per eas affectus, ſæpe laudibus inſigniter exornatus. Lubet remota in ſolitudine, longe ab impiorum conſortio, quod vitæ reliquum eſt tranſigere, ubi ſanctis de Deo cogitationibus unice intentus, futuræ beatitudinis ſpe ſenectutem meam dulciter paſcam. Quid autem in bonum & commodum Eccleſiarum? Lacrymas dabo & ſuſpiria: eo namque ipſe me Deus tandem perduxit, dum vitæ meæ curriculum tam multis tamque variis rerum ac temporum viciſſitudinibus voluit eſſe obnoxium. At ubi meta mihi horum omnium tandem erit conſtituta? Id mihi ex te, ô Verbum divinum, quærere liceat. Ad illius, ſpero, domicilii ingreſſum, quod nulla tempeſtate concuti aut turbari poteſt: ubi mea eſt Trinitas, uno eodemque ſplendore illuſtris, cujus vel tenuiſſima modo luce, ſeu potius umbrâ, tantopere exultamus.

B

APPENDIX

De triplici Tranſlatione corporis S. Gregorii Nazianzeni.

PARS I.

Tranſlatio ex Cappadocia Conſtantinopolim.

Facta ea in templum Apoſtolorum

1 *Synaxarium iſtud inſigne, quod ante annos minimum quingentos ad uſum Conſtantinopolitanæ alicujus eccleſiæ deſcriptum, Iacobus Sirmundus noſt erfeliciter reperit, & Claromontano Pariſiis Collegio moriens reliquit, quodque ad uſum operis noſtri commodatum ſæpe laudavimus, & ſæpius ſumus laudaturi; ad diem* XXV *Ianuarii, S. Gregorii Nazianzeni elogium ſic finit:* Sacræ ejus reliquiæ ex Cappadocia tranſlatæ Conſtantinopolim ſunt, tempore Conſtantini Chriſtianiſſimi Imperatoris Porphyrogeniti, & depoſitæ in famoſiſſimorum Sanctorum Apoſtolorum eccleſia. *His conſonant cetera fere tam excuſa quam Mss. Menæa, elogium prolixius taliter concludentia:* Celebratur ejus Synaxis
C in ſanctiſſima magna eccleſia & in martyrio S. Anaſtaſiæ, & in eccleſia magnorum Apoſtolorum, ubi ſacrum ejus corpus depoſuit Conſtantinus Porphyrogenitus, noſter pientiſſimus & Chriſti amantiſſimus Imperator, tranſlatum Nazianzo ex Cappadocum regione. *In iiſdem Menais ad* XIX *menſis prædicti notatur* Relatio corporis S.P.N. Gregorii Theologi in eccleſiam Sanctorum Apoſtolorum, *hoc additq; diſticho,*

Ἔχει νεκρὸν σὸν ἡ καλὴ μετοικία.
Καλῶ γάρ ὡς σὺ τὺς Ἀποστόλους, Πάτερ.

Vbi alluditur ad eam Orationem, qua coram centum quinquaginta Epiſcopis, etiam huic eccleſiæ, poſt magnam primæ, valedicens, χαίρετε, *inquit,* Ἀπόστολοι, ἡ καλὴ μετοικία, Valete Apoſtoli, pulchra Colonia. *Ipſum ergo diſtichon ſic Latine reddo:*

Tuum cadaver pulchra habet Colonia,
Apoſtoli, inquam, ſic enim vocas, Pater.

ſub Conſtantino Porphyrogenito

2 Πορφυρογεννήτης *Græce, quod Luitprandus & alii* Porphyrogenitum *Græco-barbare vertunt, is dicitur, qui patre Imperium tenente naſcitur velut in purpura. Talis, inter* Conſtantinos, *primus quidem fuit impii Copronymi ex piiſſima matre Irene filius, patri Synonymus: ſed hunc fere ſcriptores* Conſtantinum Irenes *nominant: ſicut fratrem & deceſſorem ejus Leonem à materna Chazarorum gente vocant* Leonem Chazares. *Præterea Imperium iſte communiter fere geſſit cum matre, unde & communiter ſolent nominari tempora* Conſtantini & Irenes. *Proximus ergo & ſolus de quo credere poſſis hic agi, eſt* Conſtantinus, Leonis Sapientis *filius, qui patruo ſuo Alexandro intra duodecimum regni menſem mortuo ſucceſſit tali naſcendi prerogativa inſignis, an.* DCCCC XII, *& imperavit uſque ad* DCCCCLX: *adeo ut dicta tranſlatio ſeculo primum* X *facta ſit, & quidem poſt annum illius ſeculi* XLIV, *quo Conſtantinus relegato in exilium ſocero eodemque Imperii conſorte Romano Leucapeno, ſolus regnare cœpit: illius enim ac filiorum Cæſarum, poſt patrem ſimiliter ejectorum, nulla fit mentio in Panegyrica dicta Tranſlationis, qua hujus ſolennitas deſcribitur primo forſitan illius anniverſario recitata Exhibuit hanc nobis Taurino tranſeuntibus anno* MDCLXI; *Græcus Codex,* Βίοι διαφόρων Ἁγίων *inſcriptus fol.* 327 *repertus in Bibliotheca Sereniſſimi Ducis Sabaudiæ. Codicem illum veroſimiliter abſumpſit incendium, quo anno* MDCLXVII *Galeria Ducis, qua Bibliothecam continebat, deflagravit: raptum igitur velut e flamma ſpolium ſuo loco dabimus, hic ejus Latinam interpretationem à noſtro Daniele Cardono adornatam accipe.*

D

Oratio de ipſa ex Ms. Græco.

E

ENCOMIUM

in primam corporis tranſlationem.

Ex Ms. Græco Ducis Sabaudiæ.

Feſti hujus præſtantia,

3 Admirabilis plane Gregorii Tranſlatio, feſtivitas eſt ſancta atque illuſtris, & ceteris quas ei annue agimus præcellentior: feſtivitatis autem finis eſt Dei meminiſſe, per quem illius auctori contingit ſic honorari ac celebrari, nobis autem cum lætitia inexplicabili exinde cognoſcere, quam illa ſit venerabilis. Tranſlatio, inquam, illius Gregorii, quem præ aliis quibuſvis incontaminatum gignens natura, exemplum primæ creationis, à paſſionum mixtura immunis, in ipſo repræſentavit. Hanc autem celebramus: quia ab eo percipimus maxima (nec enim dicere poſſet aliquis quæ & quanta) gratiarum & beneficiorum emolumenta; per quæ ille evolvens myſteria, humanum captum longe ſuperantia, pulcherrimæ in Deum aſcenſionis divinioriſque converſationis dux & auctor exiſtit. Feſtivitatem vero ejus celebrandam eſſe non ideo tantum aſſumimus, F
quod dignus fuerit ſumma quæque comprehendere, *propter ipſius Sancti excellentiã,*
quod divinæ omnis humanæque ſapientiæ receptaculum, quod parentum precibus à Deo obtineri meruerit, quo factum eſt, ut tam ante, quam poſt matris ejus partum, à ſancto Spiritu formatus perfectuſque ſit quę tot tãraq; paucis certe contigiſſe novimus: ſed quod ipſe ſolennitatis hodiernæ dux ſit, qua ad domeſticos fidei migravit feliciter, & quaſi clariſſima reportata victoria, atque in ſuperiora aſcendit, trophæis erectis, quæ jam dudum in hæreticorum dedecus ipſe ſtatuit, & quorum cauſa voce unanimi pænegyricam eidem hanc orationem dicimus. Quia tamen omni laudis ac orationis vi convincitur eſſe ſuperior; non eſt qui audeat vel ad primos præconiorum ejus aditus progredi, quantumvis ipſe aliis ſit & habeatur præſtantior. Nemo enim, veriſſime dico, nemo eſt qui ad Sancti hujus laudes celebrandas ſufficit, niſi Sanctus ipſe, quemadmodum eæ quæ in naturæ ſuæ ſimplicitate perſiſtunt creaturæ, res omnes compoſitas & facile interituras longe à ſui communione ſubmovent. Quod ſi quis vel parum quid hac in parte auſus ſit dicendo progredi, multo is honore dignus fuerit habitus, ſi ex ejus labore ac dili-

A diligentia vel tantillum benignè admittatur: tanto autem intervallo ab eo quod dici oportebat remotum ſe atquè disjunctum conſpiciet, quanto terrena noſtra omnia à cæleſtibus illis ac ſuperioribus abeſſe cernuntur.

4 Atque utinam vel ſic mihi detur aliquid dicendo proficere, ut ne minime dubiam, à rerum producendarum magnitudine obrutus, ſuſtinere cogar ruinam. Quod ſi aliis conceſſum eſt in hoc ſtadio valere curſu, & pulchra laudibus facta adæquare, multum mihi erit nec injucundum ſi ita mei ſuſcipiantur ſermones, ut judicer non quidem indignus qui mediocres inter locum aliquem habeam, ſed ad optimos in dicendo magiſtros non accedam propius. Rerum certe ab hoc viro præclare geſtarum magnitudine obruitur mens humana, ac omnis eloquentiæ vis narrandis iis inferiorem, nec ſatis explicatam ſe fatetur: fitquè hoc loco ei quiddam ſimile, quod oculis accidit haud ſatis firmis, ubi ſolaris in eas radius fuerit immiſſus; aut vaſtus illis oceanus objicitur, cujus extremi termini per hominum imperitiam hactenus manent incogniti. Verumtamen neque ſic arenam in quam deſcendi, animus eſt deſerere: quin potius ad ſancti Patris bonitatem meipſum referam. Nam etiam in hac tantopere differt ab aliis ejus miſeratio, ut non modo parcat contra ipſum delinquentibus, verum etiam facile veniam concedat ad grande aliquid enitentibus, ſed propter rei magnitudinem à cœpto deficientibus. Igitur poſtquam oſtendimus, quam ſit difficile ad eum laudandum accedere, nullum tamen nobis pro poſſe agentibus inde periculum imminere; agite, vel ad exiguum gratiarum illius effluvium, tamquam ad templum divino lumine colluſtratum, propter ea quæ deinceps dicenda ſunt, accedamus.

abſterreret oratorem,

niſi in illius humanitate confidens

5 Divinus namque, ſi quis alius, & ſacroſanctus, & omni eo quod Numinis ſupremi cultui eſt dicatum, ſanctior atque divinior is eſt, quem laudandum ſuſcepimus. Etenim is, cui ſupranaturale & incomprehenſibile ſanctiſſimæ Trinitatis lumen clare affulſit, vel potius, cujus in mentem ipſa Trias mirabiliter illabens, rerum ineffabilium arcana aperuit: quomodo non dicetur omnis ſanctitatis fuiſſe domicilium, & arcanæ de Deo ſcientiæ hoſpitium, Deo ipſi ſimillimum? Quemadmodū enim cum ſolare lumen in corpora tranſparentia incidit, ipſa multo quā ante erant, efficit lucidiora, propterea quod ſolis radii cum naturali corporum iſtorum ſplendore ac puritate miſcentur; ita etiam ſanctiſſimæ Triados lumen fulgentiſſimum, poſtquam in puriſſimam viri hujus animam ſe penetravit, eamque ſibi vendicatam voluit, luce illa ſolari ſplendidiorem longe fecit ac pulchriorem. Ex quo ſane tempore ad modum ſideris in hoc orbe effulſit, verba habens vitæ æternæ: quin & poſt primi ac præcipui iſtius luminis receptionem, aliorum quoque in nimia Trinitatis ignoratione verſantium tenebras fulgore ipſe ſuo diſpulit. Ita quidem ego judicavi, quamvis audaciæ notā omnino viderer incurſurus, & ultra conſtitutos mihi terminos tendere me non diffitear. Vos autē quotquot Magiſtratu vel Sacerdotio, contemplatione vel actione præſtatis, in hoc meum ſtadium deſcendite, atque orationis inopia non parum laborantem auxilio veſtro ſublevate; imo in partem laudationis venite, & alius aliud, quod ad celebritatis hujus dignitatem faciat, in medium proferte. Non enim quamvis omnium noſtrum linguas Seraphico illo calculo expurgari, vel ſpiritus Paracleti igne ad dicendum exacui, inque unum atque idem univerſas conſpirare contingeret; exiguum quid è maximi viri laudibus valerent exprimere. Tentandum igitur & aggrediendum nobis eſt aliquid circa propoſitam orationis hujus panegyricæ materiam, ad quam ſuſe ſatis atque abunde jam præfati ſumus.

præſumeret loqui de viro vere divino:

EX MS. GR.

6 Templum Apoſtolis dicatum & omni digniſſimum honore, hunc fidei noſtræ præconem, non minori in veneratione, quam ipſimet Apoſtoli, habendum, ac cæleſtis illius Tonitrui arcana animo menteque complexum, ſinu ſuo continet atque cuſtodit. Templum magnificum prorſus idemque clariſſimum, locupletem illum atque ſanctiſſimum divinæ omnis ſcientiæ theſaurum in Sancta Sanctorum illatum ſervat. Templum (neque eſt cur loquacitatis nimiæ quiſquam me arguat, cum zelo in eam rem abripiar minime reprehendendo.) Templum, inquam, admiratione omnium & memoria æterna digniſſimum, Præſulem illum, quaſi quoddam diviniſſimæ Trinitatis vivum delubrum, in penitiſſima ſua adyta collocandum recepit. Templum hoc (ut aliquid etiam ad præſentium delectationem proferam) quia magnitudine, ſi cui ita loqui placeat, cum ipſo cælorum firmamento, ejuſque ſplendor cū aſtrorum ſplendore videtur poſſe certare; illius inde ad nos deſcendentis claritatis ſimilitudinē quamdam exhibet annuas celebritates amantibus. Hinc admirationi non exiguæ eſſe debet artificum qui illud exſtruxerunt induſtria, qua tum magnitudinis, tū proportionis operi tanto debitæ concinnitatem, ac omnes denique architecturæ leges accuratiſſime videmus obſervatas. Tabularum porro aliæ, tam earum quæ albo potiſſimum, quam quæ pluribus ſunt coloribus inſignes, variis generis formas ad naturæ ipſius imitationem pulchre effictas exhibent, aliæ inſertis artificioſe cruſtulis in diverſas animalium rerumve aliarum imagines apte diſpoſitis, iis quas repræſentant rebus conformes omnino ſunt. Earum vero aptiſſima inter ſe conjunctio, acutiſſimum etiam viſum fallens, ea eſt, ut ita quaſi aureæ quædam veſtes muros templi conveſtiant, faciantque ut regionem neſcio quam, variis floribus atque arboribus diſtinctam, in templo iſto pulcherrimo conſpicere te putes. Columnarum quippe circumcirca diſpoſitarum conſpectus, quique columnis inædificati ſunt xyſti, ob nativam colorum varietatem ſpeciem exhibent plantarum, in arbores ſane formoſas excreſcentium. Jam vero fornices magnitudine & aërio colore inſignes, fortiſſimis omnes columnis, ſic quaſi fulcris innixi, & artificioſa compoſitione inter ſe commiſſi, mutuam invicem præbent firmitatem, ac aureis laquearibus conſpicuum templi totius tectum fulciunt: in cujus ſummitate imago Domini auricoloribus *a* efformata calculis inſigniter relucet; tanto tamque inimitabili artificio efformata, ut illud accuratius intuentes ſacro quodam horrore & admiratione compleat. Alii vero *b* fornices, medio præcipuoque templi tholo nonnihil humiliores, & in diverſa quatuor latera excurrentes, ſpeciem templi eam exhibent, quam magno huic mundo ejuſque quatuor partibus dicere poſſis haud abūmilem.

cujus corpus in Apoſtolorum templō

ſtructura & ornatus auguſtiſſimum,

7 Verum ſi in deſcribendis eccleſiæ iſtius rebus admirandis noſtra tantiſper oratio verſata ſit, nunc par eſt ut ad rem propoſitam ſeſe convertat, & ſolennitatis hujus ſtudioſis auditoribus quædam ad vitæ & ſpiritus utilitatem magis facientia proponere conetur. Hodierna itaque ſolennitas atque conventus, præſtantiſſimi Paſtoris & Chriſto acceptiſſimi Theologi in urbem hanc noſtram adventum celebrat atque ob oculos ponit; quem ego quidem ipſa etiam viri præclariſſimi ex hac vita ad Deum migratione magis ſcio & palam aio admirandam. Per hanc ſiquidem, qua ratione mortalium conſortio ereptus, & ad Superos profectus ſit, addiſcimus; per illum vero hominis ſanctiſſimi, poſt longi temporis interjectionem, optatiſſimum ad nos reditum

relatum hac die,

MS.GR. cum gaudio ſpectantus Cælos mihi videre videor ad inſolitos magni Gregorii ſplendores ſereniore quadam luce geſtire; quin & Paſtoris atque Magiſtri ſui amantiſſimi cauſa vehementer lætari, exultare, ac plaudere eos omnes, qui aliquo in illum amore feruntur. Hodie profecto viſitavit nos Oriens ex alto, quando ab auroræ partibus emergere fecit illum Theologiæ ſolem ſplendidiſſimum, & feliciter depulit quidquid nobis abſentia ejus horroris & mœſtitiæ attulerat. Hodie fortiſſimum ſuum propugnatorem palam atque in theatrum producens divina Trias, munimenta hæreticorum omnia evertere, atque Orthodoxorum placita in pulcherrima luce collocare aggreſſa eſt. Hodie fortiſſima orthodoxæ religionis columna, & populi Chriſtiani ductor egregius, longiſſimorum temporum ſpatium, ſic quaſi deſertam quamdam ſolitudinem decurrens, non ut vetus illa nebuloſaque defecit, ſed urbem hanc poſtliminio reviſens, ingenito ſibi ſplendore Orthodoxorum omnium animos mirifice excitavit.

ſummo cum gaudio urbs illius,

8 Reverſo nunc veluti à longiſſima peregrinatione optimo parente, in unum congregati omnes ejuſdem filii, præ nimia quadam gaudiorum ubertate, plus quam humanum neſcio quem ſenſum præ ſe ferunt. Regreſſo nunc ad gregem ſuum paſtore, ingenti cum alacritate ad eum conveniunt oves rationabiles, nullis jam amplius inſidiis periculiſve obnoxiæ. Nunc loca ſacra univerſa commune cum divino hoc & vere cæleſti ſacrario feſtum agentia, præſides ſuos Angelos lætitiæ ſocios aſciſcunt, ſanctiſſimique hujus Hierarchæ & Theologi memoriam magna gratulatione concelebrant. Nunc is qui exiguum quondam & contemptum Chriſtianorum in hac urbe gregem, non longo temporis ſpatio late diffudit, & ad eam in qua modo eſt pulchritudinem conditionemque perduxit, eumdem reviſens, magnopere ſibi gratulatur & plaudit, quando non minus hoc tempore quam cum in vivis eſſet, labores ſuos in incrementum fidelium cedere feliciſſime animadvertit. Nunc divinitatis quiddam ſimile habens Sacerdos, propriam ac poſſeſſam à ſe olim Sedem recipit, ipſaque quodammodo clarius refulget Trias, & verbum fidei majore cum libertate enuntiatur: omnes vero amatores ſapientiæ ejus ad templum hoc atque hæc ſepta turmatim concurrunt, ut à Theologico illo tabernaculo animis ſuis ſolatium atque delicias petant. Nunc evidenti prorſus modo, quo olim dimiſſo vitæ ab hominibus remotæ diuturniore uſu ex agro veniens, vota noſtra ac deſideria ſuſcipit, contentionis flammam extinguit, earumque omnium prærogativarum, quas huc adveniens ſecum, detulit participes ut fieri velimus hortatur.

quam olim fuerat coactus dimittere:

9 Antea dejectus fuit è throno, & hæreticorum multitudo, elata eſt gaudio, tamquam ſi omnis virtus roburque à nobis fuiſſet ſublatum: at nunc in eumdem thronum ſanctiſſimus Præſul reducitur, & ingenti metu percelluntur omnes iniquitatis principes, quamvis magnus & perniciоſus dæmonum numerus partes eorum propugnandas ſuſceperit. Antea domo ſua excedere, & in alias ſedes conferre ſeſe compulſus, à ferventioribus in fide audivit, quod ſanctæ Trinitatis gloria pariter cum ipſo urbe Conſtantinopolitana pelleretur; at nunc tam domus propriæ quam patris ſui oblitus, alacritate magna ad nos revertitur, & verum Trinitatis cultum poſtliminio ſecum reducens, ſanæ de eadem doctrinæ cupidos benigne inſtruit, gaudio non mediocri eorum attollens animos, qui ob incomparabilis ſui Antiſtitis abſentiam dejecti plane erant atque proſtrati. Antea pulchra Apoſtolorum colonia valere juſſa, ad deſideratiſſimam ſibi ſolitudinem ſeſe contulit: nunc vero ad eos, veluti ad optimos palæſtritas, revertitur, eiſque meliora quodammodo feſta agit, quam prius, ab abjecto per adverſarios ſcandalo impedimentoque prohibitus.

Hic natus in Cappadocia,

10 Verum non abs re facturum me exiſtimo, ſi ad paulo anteriora orationem tantiſper revocem, & parum quiddam de tanti Patris vita breviter perſtringam, ut rebus quæ ipſi evenerunt compendio in medium adductis, diſtinctus ſermo ſuis omnibus numeris & ordine melius conſtet. Hic igitur ut conſcripta de ipſo Vita diſcere cupientibus manifeſtum facit, natale ſolum nactus Cappadociam, parentes habuit pietate ornatos, Deo autem ut plurimum, aut ut melius dicam ſemper intentos; ſic ut orationis ſuæ fructum pulcherrimum prolem iſtam accipere meruerint, nec ſpebus ſuis quas de ea conceperant, fruſtrati ſint. Poſtquam vero Gregorius prima ſtudiorum elementa Cæſareæ perdidicit, in Palæſtinam primum, atque inde Alexandriam ſe contulit, præceptorum utrobique illuſtrium audiendorum cauſa. Inde Athenas navigans cum naufragium paſſus eſſet, parentum ſuorum apud Deum gratia à periculo ſervatus eſt, quibus filii cariſſimi diſcrimen per viſionem fuerat patefactum. Ea in urbe cum Baſilio magno familiaritatem contrahit, & uterque in virtutis ſtudium & intimam cum Deo conjunctionem perfectioniſque omnis apicem diligenter intendens, par amicorum religioſiſſimum, iſdemque moribus inſigne erat atque habebatur. Ac Baſilius quidem inde prius Cæſaream abiit; Gregorius autem non diu poſt parentes reviſens ſalvum ſe illis exhibuit, ut quorum precibus mortem jam ante evaſerat, eos omni quo par erat officio ac pietate coleret. Suſcepto deinde regenerationis *c* lavacro, una cum Baſilio deſideratam diu in Ponto commorationem ſibi delegit. Inde ad patrem denuo reverſus, & ab eo in Sacerdotem conſecratus, Seleuciam *d*, vitæ ſolitariæ & quietę capeſſendæ ſtudio, profectus eſt. Nec multo poſt tempore rurſus in publicum prodiens, plurima cum hæreticis certamina habuit: & ad Baſilium, Antiſtitis jam honore inſignem, ſe adjunxit: atque per labores minime ignobiles alcenſum ſibi ad ſublimiorem etiam Cathedram præparavit, ab eodem Epiſcopatus honore inſignitus.

& una cum Baſilio inſerti ac virtutis excultus cultore,

cum eodem Epiſcopo contra hæreticos certavit,

præſertim Conſtantinopolis jam Epiſcopus,

11 Hinc ſecuta ſunt præclara illa: ſcilicet ſanctiſſimi hominis, divino Spiritu agente, adventus Byzantiũ; numquam intermiſſa cum heterodoxis certamina; hujus victoria, atq; illorũ clades; quotidiana plurimorum ad viam ſalutis reductio; eorum qui ſanctum Spiritum impetebant everſio, inſignis Eunomianorum dejectio, Apollinariſtarum ruina, lapidatio ab iiſdem *e* viro integerrimo intentata, ac mira ejus periculi evaſio, & tanti hominis ſalus. Ut non attingam eam quam apud omnes obtinebat venerationem; utque Cynici *f* iſtius Philoſophi fraudulentam ſimulationem, paternam Gregorii in eum humanitatem & amorem, ejuſque adverſus Patrem amantiſſimum rebellionem, Gregorii in Sedem Epiſcopalem ipſo Imperatore mandante reſtitutionem, & Synodi univerſæ ſuffragiis confirmatam eidem Cathedram, ac viri denique fortiſſimi diſceſſum reditumque in patriam, & qua ratione pluribus majoribuſque præliis, hæreſeon alias profligarit, alias inſigniter debilitarit, ſilentio præteream. His, inquam, univerſis ob nimiam eorum copiam prætermiſſis, ad propoſitam propius materiam accedamus. Poſtquam enim tot laboribus pro religione & certaminibus defunctus vir beatiſſimus, corpore quidem effœto emarcuiſſet, & gravẽ ingreſſus eſſet ſenectutẽ, animo tamẽ adhuc juveniliter vegetus, cum hæreticis decertare, illis ſe ubiq; opponere non deſtitit; ſed lingua (ut eius verbis utar) proſtravit cõciditq;, donec ab eorum impietate patriam ſuam eruit ac liberavit.

ac denique ſenex in patria,

12 In-

A *ubi ſancte moritur.*

12 Interim in votis ei erat ac deſideriis diſſolvi & eſſe cum Chriſto, attentiuſque intueri divinam in ipſo Triadem, ac remotis ænigmatis & umbris, ipſiſſimam facie ad faciem contemplari veritatem. Ille igitur ſapientiæ ſilentiique ſtudiis ab omni labe depuratus, nihilque fœcis humanæ retinens, ad ſenectutis omnis neſciam & ſempiternam vitam migravit, Sanctorum Patrum conſortio honorifice additus, ejuſdem cum Patriarchis tabernaculi incola, Confeſſorum contubernalis, conſors præconum fidei, inſertus ordini quorum tenuerat doctrinam; cum iis omnibus inamiſſibile ſacroſanctæ Triadis lumen expreſſius contuetur, æternumque lætatur & exultat. *ac ſepultus fuit.* Illius vero corpus puriſſimũ eodem quo pater ſepulcro clauditur, ſuam nobis vitam & res præclare geſtas in venerandam omnino memoriam, & pignus ſalutis, in animarum noſtrarum inſtitutionem, adſcenſumque à terrenis ad altiora relinquens. Quod quidem tamquam civis & inquilini tellus Cappadocum habuit, ſed longo tempore deſpectum ac debito honore deſtitutum; donec noſtram Sanctus iſte fidem approbavit, atque ne diutius tanto bono infeliciter orbati maneremus, providit, & pro multa ſua

g B diſcretione deſpiciens tempora *ignorantiæ g* & annos fidelitatis proſpiciens, his ipſis voluit abditiſſima myſteriorum ſuorum arcana revelare.

Conſtantinus Imperator

13 Romani autem Imperii gubernaculis in manus Chriſtiani ac religioſiſſimi Imperatoris, idemque cum Fundatore nomen ac zelum ſortiti, & Sanctum hunc præcipuo quodam honore proſequentis, recenter delatis, cum non mediocrem erga Sanctiſſimi hujus Præſulis doctrinam affectum & ſolicitudinem præ ſe ferret; vehementer admirari cœpit, hominem eum, qui tot pro urbis principis bono publico certamina atque labores exhauſiſſet, eandemque à fœdiſſimis hæreſeos ſordibus expurgaſſet, ſepulturæ locum ſub dio & longe ab ea poſitum atque contemptum habere; nec ad populos illos eſſe reductum, pro quorum ſalute tantum ſubire moleſtiarum non dubitaverat. *corpus tráſ. laturus GP.* Hæc ſecum cogitans, & divino quodam ſpiritu quaſi impulſus, in ſanctiſſimi corporis perquiſitionem non parum exarſit: & viris, ſcientia rerum divinarum ac pietate eximiis, conſilium voluntatemque ſuam declaravit. Cui poſtquam una illi omnes voluntate aſſenſum præbuerunt, utque ſuum opere ipſo conſilium Imperator exequeretur ſupplicarunt; illorum hortationibus ille perſuaſus, alium magno Præcurſori *h* locum deſtinat,

h C præparans ipſemet viam magno Theologo ſummoque Paſtori, ſicut olim ille præparavit peregrinanti propter nos in carne Salvatori Jeſu. Quanta deinde fieri potuit celeritate ſacrum corpus in templi adyta ſecretiora inferri, & loculo pulcherrimo, fideque imperatoria magis quam argenteis ornamentis conſpicuo, imponi curavit.

Sanctio per Epiſtolam ſupplicat

14 Quid autem? An præſidenter & regia auctoritate venerandas Sancti viri reliquias auſus eſt huc transferre? nec ſtatui ſui convenientem ſervavit ſubmiſſionem? An, iſthæc quidem minime negligens, Imperii tamen atque Sacerdotii diſcrimen non attendit? An, & iſta, ut par erat, pulchre curans, non tamen hymnis & laudibus congrue exuvias ſacras proſecutus eſt? Minime vero: ſed omnia quæ dixi & ſingula erga ſanctum virum obſervans & faciens, ſcripta eum in finem ſupplicatione exoravit reditum: ea autem talis fuit: i Te quidem, ſacræ de

i Deo doctrinæ fons inexhauſte, & Sanctæ Triadis adorator ac præco fortiſſime, par erat angelicis omnibus virtutibus & beatorum choris ſtipatum incedere; neque enim fas eſt, ut qui è craſſiori materia conſtant homines, vili religionis ac pietatis ſpecie eum colant, qui modo ſupra omnes cælos feliciſſime degit, qui divinæ familiaritatis prærogativa inſignis, abſiſtentibus inde ſplendoribus clariſſime nunc illuminatur. Verumtamen quoniam corporeæ hujus carnis & ipſe particeps aliquando fuiſti, ac inviolatis paruiſti naturæ legibus, quamvis ſanctiſſimo vivendi inſtituto naturæ ejuſdem limites fere ſupergreſſus, deſiderii ac fidei attigiſti metam, veram de conſubſtantialitatis divinarum Perſonarum doctrinam *k* perverſo in contrarium dogmati præponendo; noſtra nunc, oramus, deſideria ac vota metire; & fidei ardorem conſiderans in animorum noſtrorum intimos te receſſus penetra, atque ipſas etiam ſcrutare cogitationes; cognoſcalque quod debitæ ſubjectionis modo, non autem in ſuperbiæ ſpiritu, ad nos ut ne venire graveris ſuppliciter obſecramus. Magnum illum ac primum omnium Sacerdotem Chriſtum in exemplum ſume, qui Sanctorum precibus evictus ſuum in terram noſtram adventum minime diſtulit: inſuperabilem ejus humilitatem æmulare, qui neque ad amici ſui defuncti ſepulcrum venire eſt dedignatus, ut aliis ſaluti foret. Taliter & tu ad nos accedere ne dubita, à quibus ſpiritu ac favore tuo numquam abſis, qui plane orphani ut eſſemus non es paſſus, ſed Theologico tuo libro mentes noſtras illuſtrans, ut per hunc te ipſum habere videremur effeciſti. Nunc igitur cultores atque amatores tuos, per conſtantem mentis renovationem, immutabiles quodammodo effice. Ecce enim quantumvis longe adhuc à nobis abſis, attamen toto corpore in terram pronos coram te proſterminus noſmetipſos, ipſaque Imperii inſignia ante ſanctiſſimos tuos pedes explicamus. Votis igitur piis annue, ad nos te inclina, reverteré ad eum qui tanto tui deſiderio tenetur gregem, populum tuum benignus reviſe, in urbem eam ingredere, in qua periclitantem religionis orthodoxæ cauſam egregie quondam confirmaſti, in qua Sanctiſſimam Triadem, impiorum blaſphemis vocibus impetitam, recta ratione intelligere & colere majores noſtros docuiſti: largire etiam quæcumque ad animarum noſtrarum juvamen facientia, plures etiam quam ante ſic habiturus debita tibi religione obſtrictos.

EX MS. GR.

k *ut ſe illuc reduci ſinat.*

Reſoſſum corpus,

15 Iſta cum religioſiſſimus Imperator ſcripſiſſet, iis tradidit quibus ſacri theſauri ad nos devehendi fuerat commẽdata cura. Hi autem confecto celeriter itinere, in Cappadociam ad magni Patris ſepulchrum pervenerunt: ubi mox animi eorum ancipiti quadam fluctuatione cœpti ſunt pulſari. Cum enim vivente etiamnum Gregorio bina fuiſſent erecta monumenta, omnibus qui ex ejus familia mortem obirent ſepeliendis deſtinata; dubium erat, in utro horum pariter cum ſuo parente *l* conditus foret Sanctus. Qua in dubitatione cum verſarentur anxii, ad preces ſeſe convertunt, manus in altum ſuſtollunt, lacrymas fundunt, optatum votorum ſuorum exitum precantes. Ecce autem (ô incredibilem cæli erga nos benevolentiam!) ſuppliciter Deum obſecrantibus id quod quærebant miſericorditer revelatur; Beati viri oſſibus plane integris atque in naturali ſua diſpoſitione repertis, ſed & inſolitam quamdam atque inexplicabilem odoris fragrantiam de ſe ſpirantibus, ac denique mirum quoddam & non conſuetum ſui præbentibus ſpectaculum. Hæc igitur debita cum veneratione loculo ad id parato ſunt impoſita. Tum vero ingens exortum eſt gaudium, & fuſæ lacrymæ, tam ab iis qui venerandas reliquias ſecum aſportaturi, quam qui eas perditurí erant; cum hi probe intelligerent quanto privandi eſſent theſauro, quamvis majore alibi in veneratione habendum eum non ignorarent (Quis enim libenter ab eo quod diligit avellatur?) illi vero ſcirent, non modo voti ſui factos ſeſe eſſe compotes, ſed Imperatori etiam ipſi ac

F

l

& ex ſuavi odore agni-tum,

E

EX MS. GR. toti Reipublicæ patronum ac ducem nactos esse longe optatissimum. Mox igitur, ut potuere, iter in patriam relegere instituerunt, continuis laudum carminibus, accensisque facibus sacrum corpus religiose venerantes.

alique per viam qua portabatur

16 Tunc sane existimo ad insolitam spectaculi speciem ipsas cælorũ fores fuisse reclusas, & alios quidem Angelorum convenisse, ut corpus illud, Sanctissimæ Trinitatis domicilium, stiparent, ac sacrum ferrum comitarentur; alios vero è cælis ipsis considerasse admirandam illam ceremoniam & translationis pompam: quin etiam cum stupore dubitavisse, an, qui corruptibile corpus circumferebat homo, sic ea quæ ad corpus spectant superare potuerit, ut quod ex natura sua mortale est, ante etiam quam supremum reviviscat, immortalitatis cujusdam particeps faciens, terram atque cinerem materiæ veluti expertem reddiderit, & quidquid possidebat corporeum ipsorum naturæ assimilarit. Qua vero oratione aliquis pro dignitate exponat quęcumque inter proficiscendum prodigiose contigerunt? Magna ex omni parte hominum multitudo ad spectaculum confluxit, cum alius alium, ut ne abesse vellet, hortaretur, & ad sacrum feretrum omnes undique arcano

B

magna ab omnibus veneratione excepium,

quodam impulsu raperentur. Hi quidem proficiscentium ordinem comitantes, angelico corpori debitum reddebant honorem: alii hymnis illud & canticis excipiebant. Fuerunt qui facibus, atque unguentis, iisque omnibus venerationis signis, quibus res divinæ afficiuntur, usi sunt. Spectandi solum gratia concurrebant alii, ipso visu se sanctificandos sperantes. Sacerdotes Hierarcham & Pastorem suum excipiebant ea qua decebat dignitate; Monachi suum in vita ascetica Magistrum venerabantur & complectebantur. Quid autem urbani & agrestes? non enim otiosi tantæ celebritati spectatores intererant; sed unusquisque, quantum singulorum quidem facultates ferebant, quod in viri tanti cultum cederet, in medium gestiebat proferre, hic pro eo quod habebat, ille etiam quia nil habebat, agebat gratias, sic ut unus largiendi promptitudine, alter fidei firmitate placeret: alius hymnos decantantibus se adjungere, alius eos qui supplicationem comitabantur benigne recipere, omnes ad Sancti viri devenerationem studio uno eodemque ferri, omnes ad æmulationem zelum suum fervoremque monstrare.

17 Hac ratione longam & permolestam viam cum peregissent, ad urbem regiam accesserunt propius. Quamvis autem vel nubem vel columnam ig-

C

ab obviam progresso Imperatore

nis minime habuerint ducem itineris, nec sol dum proficiscerentur constiterit, nec lucida quæpiam apparuerit stella (hæc namque omnia Moysis ac Jesu Nave, & Christi Dei mei, per quem & admiranda illa in Sanctorum illorum commodum & gratiam facta sunt, temporibus contigere) attamen inconspicua quadam virtute roborati fuerunt & per viam deducti, ejus videlicet cura & solicitudine, cujus sacras reliquias venerabunde deferebant. Tunc ipse etiam Imperator cum Sacerdotibus omnibusque magnæ urbis incolis honorifice illis obviam sunt progressi, aliusque alium alacritate & fide prævertere connitebatur. Nec aliter quam cum olim cives Hierosolymitani advenientem Jesum non sine insignibus laudum carminibus, ita & modo illustrem hunc Christi imitatorem in novam hanc Hierusalem ingressurum, non dissimilibus hymnis & canti-

excipitur in navim:

cis exceperunt. Ut autem mari se commisere, spectaculum illis oblatum est, jucundum omnino ac stupore pleniſſimum; quidquid enim horridum & immane ostentabat pelagus in suavem tranquillitatem fuit conversum, quamvis tempestas *m* anni obsistere videretur. Leniter igitur ferentibus navem

m

fluctibus, perfacile redditum est iter; nec secus ac si sanctissimo Christi imitatori dorsum suum placide Oceanus substerneret, navigationem præbuit expeditam omnisque periculi expertem. Ipsa porro in puppi Imperator consederat sublimis: cumque sacras & admirandas illas reliquias sinu contineret, tuto se per mare incedere, & majori quadam virtute calcare pontum arbitrabatur. Qui vero à facibus atque lampadibus absistebat splendor, cum in levissimam aquarum superficiem incideret, inibique pulchre coruscaret, ac rursus ad aërem reverberaretur, eumdem jucundiore quadam luce efficiebat gratiorẽ.

D

18 Post hæc ad regias appellunt ædes, inque admirandum quod ibi est templum *n*, magni Regis palatium collocant. Cumque Imperator modum nullum poneret sacri corporis amplexibus & invocationi, iterum iterumque illud stringere, à loculo minime recedere, lacrymas ubertim fundere, & ab admiratione non desistere, partim quidem præ gaudio, quod re desiderata tandem aliquando esset potitus, partim ex innata probitate, & singulari in Deum fide: quin etiam ideo, ut regiis ædibus redderet sanctitatem reverentiamque, qua pridem privatæ fuerant. Postquam autem sacrum corpus ibi sufficienter substitit; inde eductum ad magnum Apostolorum templum transfertur. Verum an existimatis, simplicem eam & nulla varietate insignẽ fuisse translationem, & non potius jucundissimam atque illustrem & magno illo Theologo dignissimam? Insignis sane ac prorsus eximia, & solennitatum omnium clarissima ea fuit.

n

& post ali. quam in templo palatii moram,

19 Efferebatur sacrum corpus ex ædibus Imperatoris, loculo impositum quem regia purpura undique contexerat, succollantibus Episcopis; quoniam fas non erat profanis atque indignis thesaurum illum purissimum attingere, ut probat antiquus ille Oza, qui contra quam oportebat. Arcam Domini attingens, missio cælitus igne periit. Imperator autem, ut qui maximo inter homines honore potiebatur, & toti mundo parem gerebat magistratum, una cum summo sacrorum Antistite *o*, insignis fidei ac pietatis viro, pompam comitebatur. Sed postquam è regiis ædibus supplicatio prodiit, continuo quotquot Senatorii erant ordinis, & in Patres ab Imperatoribus conscripti, quique his proximi ac inferiores erant dignitate, magnum illud Theologiæ decus exceperunt, non animis tantum exultantes, sed interiorem lætitiam externis quoque indiciis ac vestium splendore ostendentes. Simul autem atque cœptum est

o

urbe tota ad spectaculum concurrente,

F

progredi, tanta ex universa urbe confluxit hominum multitudo, ut ipse quoque Imperator & Sacerdotes non parum à turba comprimerentur, & viam qua porro pergerent vix reperirent. Alii namque publicarum viarum subdivalibus locis congregati, hymnis virum sanctum & supplicationem prosequebantur; alii in domorum tecta evadentes, vel à longe sacrum feretrum aspicere contendebant; alii columnatis solariis sublimibusq; porticibus & assurgentibus triplicato fastigio substructionibus occupatis, nulla spectandi satietate capiebantur: quin & altissima domorum culmina superantes aliqui, prospiciebant eminus eum cui tanta agebatur solennitas; nec erat ullus viarum publicarum angulus tam angustus, quem non complerant viri, mulieres, senes, juvenes & pueri. Universos unamque una atque eadem inconcussa fides ad magni Theologi mysteria spectanda exciverat, ut ipse etiam quæ palam hactenus se non ostenderant virgines, conclavia sua desererent, seque in virorum darent conspectum, ut tantæ celebritatis arcanum intuerentur.

20 Efferebatur igitur sacer ille loculus, haud aliter quam olim mystica illa Arca, humeris Sacerdo-

tum

A tum gratiæ delatus, vel ut cælestis quidam thesaurus,
defertur ad templū Apostolorum, quo incomprehensibilium Dei mysteriorum summa quæque & maxime abscondita continebantur. Efferebatur per medias urbis vias, medio die, per mediam civium multitudinem, non sine difficultate. Luminarium vero ingens copia non parum ad solennitatis splendorem addebat, suaque luce ipsius solis radios propemodum superabat. Tum vero hibernum tempus & magna nivium quæ ceciderant moles alium quasi in terra solem exhibebat. Atque ita sacra illa supplicatio suum tandem finem habuit, tantis lætitiæ signis ad præstantissimum & præcipui in urbe nominis Apostolorum templum perducta. Oportebat siquidem hominem illum, qui se Apostolis haud dissimilem ostenderat, & sua ipsius prædicatione Sanctissimæ Trinitatis lumen ubique diffuderat; non in Beatorum solummodo cœtu eadem cum iis honorum prærogativa condecorari, verum etiam eodem in terris domicilio & monumento gaudere. Oportebat non longe à Patris nostris Chrysologi *p*, doctrina sua orbem egregie illuminantis,
p *reponendū juxta corpus S. Io. Chrysostomi:* sepulcro reponi eum, qui non multo ante hunc tempore regiam nostram civitatem præclare excoluerat,
B non dissimilibus tempestatibus atque negotiisque implicitus; par enim erat ut illi propius nancisceretur monumentum, & communem haberet sepulturam, à cujus in tuenda pietate zelo & fervore non multum scitur abfuisse: par erat ut juxta magnum illum & disertum atque indefessum pœnitentiæ doctorem & misericordiæ præconem optimum ac benignissimum sepeliretur, qui supernæ & beatæ Trinitatis sacerdos fuit & cultor, quique ejus arcanum pulcherrime perspexit, mysterii tanti annuntiator atque magister: par erat ut in sancta sanctorum inferretur tabernaculum ab ipso divino Spiritu sanctificatum, & post mortem inde non separari ubi vivens mysteria sacra fructuosissime peregerat: par erat ut purissimi & incorruptibilis Agni pro nobis mactati Sacerdotes sacrificiis adessent præsentes, eaque peragentes divini Spiritus adventum cultoribus suis cælitus procurarent: par erat maculæ omnis ac fœditatis expertia corpora & Angelico quodam nitore insignia, quemadmodum Seraphicæ naturæ expressas effigies, obtegere horrore plena & inintelligibilia mysteriorum tantorum oracula.

ubi præsto est sese invocantibus, 21 Ut vero templi Apostolorum foribus accesserunt propius, & in alterum illud super terram cælum sunt ingressi, utque sacrum loculum eodem ubique honoris genere in intima templi adyta intulere,
C non aliter ac cælestis quidam & divinus thesaurus in sancto sanctorum vir beatissimus repositus, sempiternam adeptus est quietis sedem: & cunctis qui ejus amore ac desiderio tenentur invisibili quodam modo assistens, eorumdem zelum atque fervorem benigne respicit, & quæ ab ejus spiritu gratia ubertim emanat liberaliter sane largitur. Quæ porro in translationis hujus solennitate à ferventissimis fidei nostræ zelatoribus ac genuinis sancti viri cultoribus sunt perfecta, quaque ratione, populus universus in unum conveniens eamdem solennitatem quanto potuit religioso cultu fuerit prosecutus, nec silentio præterire possim si velim, neque tamen pro dignitate exponere quantumvis connitar.

& gregem suum conservat in sana doctrina de Trinitate. 22 Nunc igitur ille in proprium ovile reversus, gregem suum coëgit in unum; eumdemque vel à se olim vel ab aliis deinde auctum revisens & oculos ubique circumferens, populum suum intuetur, non jam ut ante verba sua captiose explorantem, sed ardentissime ad ejus sermones anhelantem, perfectum spiritu, doctrina vera eruditum, sanctitate excultum, nec inmemorem lapidationum, laborum, sudorum, & mortium quotidianarum, sui causa & commodo toleratarum; quas ille pro defensione Trinitatis excepit fortiter, ejus gratia incommodum nullum aut periculum reculans, ne quid trium illorum separetur aut ab invicem, aut quod pulcherrimum omniq; honore habebatur dignissimum aliquam sui patiatur jacturam; seu potius, ne quid aliorum saluti noceret, aut mala conjunctione personarum differentiam tollendo de medio, aut pejori disjunctione convellens eumdem unius essentiæ cultum. Novit namque, novit sanctissima illa & divino lumine pleniſſima mens, qui mortalium constanter, qui cum dubitatione ei appropinquent, qui Theologiæ ab ipso nobis traditæ semina in multiplices convertant fructus, qui ob cordis sui sterilitatem eadem extinguant. Novit quis concessum sibi talentum præclare augeat, quis illud in terram defodiat. Non ignorat quinam cultissima dogmatum semina in zizania faciant pullulare, & quinam Christi fruges pingues & firma radice nixas servarint. EX MS. G.

23 Profecto nullus eorum qui aut fuerunt olim, aut modo sunt, aut futuri sunt deinceps, ita vel se ipsum mundumque exuit, vel in superna evolavit, vel ad tantam pervenit puritatem vitæ, ut infinitæ pulchritudinis conspectu propiore dignus sit habitus. Quis, obsecro, alius cælestem tanto amore philosophiam prosecutus est, eique se totum tradidit, omnem illi humanam sapientiam subjiciens, ita ut quod in ea est artificiosum, & in divina philosophia eximium amabili inter se vinculo nexuerit, unamque pulchritudinis imaginem è variis ideis conflatam effinxerit. An autem alicui eorum qui lucem hanc aspexerunt contigerit sensum omnem humanum adeo superare, & in cælos ipsos quodammodo commigrare, sanctaque sanctorum hominibus in carne existentibus ita occulta intueri propius, haud equidem definierim; hoc autem optime scio & nescientibus expono, quod omnibus reliquis major existimetur illustris hic Dei famulus, sive quoad practicam sive quocd speculativam sapientiam; nullumque esse tam abstrusum Theologiæ dogma, quod ei revelatum non sit ab ipsamet Trinitate, à qua eidem inspirato concessum est talia docere litteriſque mandare. Etenim quid altioris & cælestis speculationis Deoque conciliantis & ad meliora utentem ducentis non consequetur, quisquis ad Theologicum ejus librum accesserit? Nonne qui panegyricis ejus orationibus aures animosque præbuit, magnum providentiæ divinæ arcanum & quæcumque illud consequuntur cum stupore cogitur admirari? Nonne qui Patris hujus de Sacerdotio lucubrationes studiose versat, Sacerdotii quidem dignitatem & humanæ naturæ vilitatem attendit, intelligitque quantum eum esse oporteat qui ad tantum honoris culmen attolli meretur? Nonne qui Theologica ejus opera scrutatur attentius, continuo à rebus sese carnalibus avertens, in montem concedet excelsum, in caliginosam ingredietur nubem, & Dei posteriora contemplabitur? Nonne qui Epitaphia ejus atque Encomia lustraverit, vitæ melioris desiderio exardescet, ac per ista quidem ad omnem virtutis speciem vitæque innocentiam, per hæc vero ad nihil non fortiter perferendum documenta accipiet? profecto qui contra eum stomachantes ac vociferantes audiverit, Christi continuo mansuetudinem & conversationis ejus modum amplectetur. Qui vero sermones ejus dogmaticos aure perceperit, facile contrariam opinionē prosternet. Si Epistolas ejus expertus fuerit aliquis, incredibili suavitate abripi se confestim sentiet; si metrica opera, ingratam sermonis ethnici salsuginem absterget; si obsecrationes nocturnas in cælum ipsum deveki quodammodo sibi videbitur.

qui vivens ad perfectiā evaserat sapientiam, E

in omni scriptorum suorum genere lectori utilissimus. F

24 Ego igitur ad hæc proponenda linguam meam

INTERP. D.C. aptare cum volo, ſubito me quædam quaſi à Sinæo monte depellunt tonitrua & fulmina cogitationum, ac tubæ horrendum clangentes, & fumus & nebula circumſtant ac progredi vetant: ſed & anxius totus ac metu plenus efficior, cum ipſum etiam Dominum in igne deſcendentem conſpicio. Quis vero mente in res tantas intentus non cogitet aut ignem Eliæ, è cælis prorumpentem; aut currum igneum, ipſum in ſublime tollentem; aut columnam Iſraëlis igneam, viæ ducem; aut maxillum Samſonis, mactantem tot allophylorum phalanges; aut potius venientem cum ſono ſuper Apoſtolos vehementem Spiritus ſancti ventú, & gratiam in ignearum linguarum ſpecie apparentem? Sed hæc aliud omnino tempus & hominum ejuſmodi linguam requirunt, qui unice ac ſolum ſtuduerint talibus argumentis tractandis inclarescere.

quæ omnia ſuis viribus majora ſentiens orator,

25 Adeſte igitur animis quicumque huc ad me audiendum conveniſtis, adeſto Chriſti hereditas & pars à Deo electa, adeſte genuini magnæ hujus urbis incolæ, & amicitiæ mecũ colendæ ſtudioſi, qui Theologicas illius voce explicatas habetis: relegite viam, pſallentes cum attentione, modulantes cum continuatione hymnorum, vos ipſos cum tranquillitate cordis veſtri coram ipſo conſiderantes. Intueamur Gregorium Theologum, pulchram hanc Apoſtolici templi coloniam ſalutare geſtientem, ad quam toties peroravit. Ita quippe perſuaſum habeo, non ipſum modo, deſertis cælorum commorationibus, nobiſcum feſtam hanc peragere lucem atque exultare, verum etiam univerſum Apoſtolorum chorum huc conveniſſe, veluti vigilantiſſimos noſtros duces & orbis totius cuſtodes fideliſſimos, cum iiſque jucundum illud & aureum omnino os, noſtrum illum auro fluentem Pactolum, limpidiſſimum ac prorſus melleum eloquentiæ eccleſiaſticæ flumen, pœnitentiæ præconem fortiſſimum, clariſſimum omnis doctrinæ organum, & quaſvis alias Beatorum animas; quoniam Spiritus juſtorum in ſplendoribus Sanctorum benedicunt Dominum. Atque hæc tibi ex me ſint, vir ſanctiſſime ac diviniſſime, exigua quidem illa & nullo ornato conſpicua, ac veluti balbutientium puerorum verba: tu vero interceſſionibus tuis nos adjuvans, virga ſermonum tuorum ad meliora nos dirige, ad ſalutis beatæ manſiones viam commonſtra, tuiſque precibus perfectam iſtic ſplendidiſſimæ Trinitatis cognitionem nobis impetra, qui, ob eam qua in hac vita fulſiſti ſanctitatem, puritatemque adjutores in perendo habes duodenarium Apoſtolorum chorum, eoſque omnes qui Deo à ſeculis placuerunt, & Dominum, ut tu, glorificaverunt. Ipſi gloria & imperium, & nunc & ſemper, & in omnia ſecula ſeculorum. Amen.

ſe vertit ad eum cælut præſentem cum Apoſtolis

B

& Chryſoſtomo aliiſque Sanctis.

C

ANNOTATA.

a *Opere teſſellato, ſive, ut vulgo appellamus,* muſivo, *voce à Thracibus accepta, quibus μῶσα* teſſella *eſt.*

b *Fornices hoſce per modum tholi eminuiſſe crediderim,* cupulas *Itali vocant: his enim frequentibus uſos in ſtructura templorum Græcos, ex picturis apparet.*

c *Iam diximus prius baptizatum Sanctum videri, quam Athenas veniens Baſilius in Gregorii notitiam amicitiamque penetraſſet.*

d Seleuciam *quoque non adiit Gregorius niſi mortuo patre.*

e *Ab* Apollinariſtis *lapidatum Sanctum neſcio unde acceperit auctor: Arianos potius accuſandos putamus.*

f Maximum *intelligit.*

g Ignorantiæ *tempora videtur appellare auctor, Iconomachorum ætatem; ut* Fidelitatis *intelligatur, ſeculum* 10 *: quo ipſo tamen Photianum ſchiſma & error de Spiritus Sancti ex ſolo Patre proceſſione Græcam Eccleſiam à Latina ſejunxerant.*

D

h *Si de* capite S. Joannis Baptiſtæ *agatur (quod eſt veroſimile) fuit illud in monaſterio Studii tempore Baſilii Iunioris circa annum* 1020; *illuc forſitan hac occaſione tranſlatum, paulo autem poſt an.* 1025 *ipſum ad eccleſiam S. Georgii in Manganis, dicti Baſilii frater Conſtantinus Monomachus tranſtulit: inter cujus rudera inventum Valo deportavit Ambianum in Gallias.*

i *Sic teſte Nicephoro lib.* 14 *cap.* 43 *Theodoſius Iunior,* litteris rubrica ſcriptis (*quarum ibi tenorem vide*) obteſtatus eſt *S. Ioannem Chryſoſtomum, in exilio mortuum,* ut ſe adduci pateretur *Conſtantinopolim.*

k *Græce* Τῷ ἀμοίῳ τὴν τῦ ὁμοίυ πίϛιν προείληφας: *eſt autem* ἄμοιος malus, ὅμοιος ſimilis: *quod hic accipitur pro* τῷ ὁμοουσίῳ *ſive ut alii* ὁμοουσίῳ. *Sed hanc paucarum vocum energiam lingua Latina ſine paraphraſi non aſſequitur.*

l *Quin potius alterum monumentum fuerit patris, alterum filii: alias enim, utroque in eumdem tumulum compoſito, neceſſe fuiſſet novam ſuboriri dubitationem, utra eſſent ejus qui querebatur oſſa: cum patre autem ſepultam matrem Nonnam, ac forte antea Gorgoniam ſororem ſi dixerimus, evidentior utriuſque tumuli diſtinctio fuerit, cum in altero unius tantum corporis oſſa invenirentur.*

E

m *Vipote* 19 *Ianuarii, quando hanc Tranſlationem recoli diximus.*

n *Sic etiam S. Ioannis Bapt. caput, Conſtantinopolim advectum, primum in Palatinam eccleſiam ſeu oratorium depoſitum fuiſſe legitur ſub Imperio Michaelis Balbi, circa medium ſeculi* 9.

o Theophylactus *hic fuit, Romani Leucapeni filius, paulo antequam hic à genero Conſtantino in Cherſoneſum ejiceretur, ordinatus Patriarcha ætatis ſuæ anno* 20 *Chriſti* 944, *in eaque dignitate ſuperſtes uſque ad annum ætatis* 43 *Chriſti* 957. *Niſi quis exiſtimet extremis omnino Conſtantini annis factam hanc tranſlationem; tunc enim Patriarcha poſt Theophylactum fuit* Polyeuctus monachus, *& uſque poſt mortem Nicephori Phocæ atque annum* 969 *ſedem tenuit.*

p *Certum eſt* S. Joannem Chryſoſtomum *intelligi, quem anno* 398 *ordinatum, & hunc S. Gregorium, ſolius Nectarii Epiſcopatus interceſſit: quemque in eodem Apoſtolorum templo juxta altare conditum eſſe, Nicephorus narrat.*

PARS II.

Tranſlatio Conſtantinopoli Romam.

F

Noviſſimæ in Gregorianum ſacellum adſcriptæ Martyrologio,

25 Occaſione noviſſimæ ac ſolenniſſimæ tranſlationis, *de qua pluribus agendum parte* 3, *ſecundæ hujus etiam meminit Romanum Martyrologium, ad diem* XI *Iunii, ſic loquens:* Romæ tranſlatio S. Gregorii Nazianzeni: cujus ſacrum corpus è Conſtantinopoli ad urbem antea delatum, atque in Eccleſia Dei Genitricis ad Campum Martium diu aſſervatum, Gregorius XIII Pontifex Maximus in capellam, à ſe in Baſilica S. Petri magnificentiſsime exornatam, ſumma celebritate tranſtulit, ac poſtridie ſub altari digno honore condidit. *Vbi in ſuis Annotatis iſta ſcribit Baronius.*

media Conſtantinopoli Romam obſcura.

Primam ejus tranſlationem, Conſtantinopoli Romam factam, firma certaque traditione didicimus, eam ob cauſam, quod graſſantibus barbaris in eas regiones, ſanctimoniales feminæ, in quarum eccleſia tantus theſaurus erat conditus, fuga ſuæ pudicitiæ conſulentes, acceptum venerandum corpus, impoſitumque navigio, ad tutum pietatis azylum Romam confugientes, detulerunt; atque in templo S. Mariæ in Campo-Martio, ſibi ab Apoſtolica Sede conceſſo, condiderunt: ibique in adjacente domo, in qua

A qua habitabant, more patrio divinas laudes per dies ſingulos perſolvebant. Quibus jam vita functis, ceſſit locus Romanis Virginibus, quæ ibidem non ſub regula S. Baſilii, ut illæ olim, ſed ſub inſtitutis S. Benedicti hactenus perſeverant. *Hæc Baronius, qui addit*, illam primam tranſlationem ob fugam celerem fuiſſe ſubobſcuram, *potiſſimum quia deficit notitia temporis, quo contigiſſet.*

retentiorum figmentis obſcurata magis.

26 *Interim Fr. Hyacinthus de Nobilibus, Ordinis Prædicatorum, ſcripſit Italice ediditque* Chronicon monaſterii S. Mariæ in Campo Martio, Ordinis S. Benedicti Congregationis Caſſinenſis, *quod de verbo ad verbum* Romæ *ſuæ ſacræ anno 1653 excuſæ inſeruit* Floravantes Martinellus. *Ibi monaſterii illius origo repetitur à quodam Nazianzeno parthenone, quod ſub regula S. Baſilii & appellatione S. Theclæ inſtituerit S. Gregorius, dictæ Sanctæ devotiſſimus; qui etiam in eo ſepultus fuerit quieveritque, donec temporum calamitatibus preſſæ ſacræ illæ Virgines, cum ſui cari fundatoris depoſito, Conſtantinopolim ſe tranſtulerunt ad S. Anaſtaſiæ templum. Hic illas inquit auctor iſte militaſſe Deo, uſque ad annum* DCCXVIII, *quando obſeſſa à Sulemone Saracenorum Amiro civitate, alio ſe recipere coactæ illæ ſint, ne eſſent ex numero illorum trecentorum millium, quos obſidionis tempore peſtis fameſque abſumpſit. Soluta porro obſidione reverſis, haud diu quietis eſſe licuiſſe. Leone enim III orthodoxos imaginum cultores perſequente, ejuſque ſucceſſore Conſtantino V nihilo mitius adverſus eoſdem ſæviente poſt annum* DCCXLI, *præſertim in monaſtici ordinis profeſſores; diutius ibi ſubſiſtere non potuiſſe Gregoriani corporis ad S. Anaſtaſiam ſervatrices Virgines; nihil autem duxiſſe conſultius quam Romam transfugere, una cum ſacro depoſito & capite S. Quirini aliiſque Reliquiis ſacris anno* DCCL: *quæ dum per Campum Martium portarentur, ſubſiſtentibus ante eccleſiam S. Mariæ immobiliter jumentis, ibidem relinquere ſint compulſæ; licet ipſæ ad conceſſam ſibi in eccleſia S. Mariæ ſupra Minervam habitationem tranſirent; veluti præſignante Sancto ipſas hac brevi tranſituras: quod & factum ſit.*

ſolum conſtat monachas Græcas ex S. Maria in Minerva traductas ad Campū Martium,

27 *Conſervatum nihilominus priorem titulum ait auctor, ut dicerentur* monachæ S. Mariæ in Minerva & Campo Martio; *idque aſſerit patere ex antiquis ſcripturis, tum aliis pluribus, tum preſertim ex ſententia cujuſdam Guidiccionis Iudicis Romani, in earum favorem lata anno* MCCLXVIII *die* XXVIII *Maji, eo quod perrexerint eccleſiolam in Minerva ſitam poſſidere uſque ad tempora Clementis IV; qui per abſentiam Sanctimonialium neglectam videns, eam tradidit Ordini Prædicatorum, ſuum etiam nunc primarium Conventum ibi habenti. Addit, ex infinitis pene inſtrumentis conſtare, quod uſque ad annum* MDLXXX *eadem appellatæ fuerint* monachæ S. Mariæ in Campo-Martio & S. Gregorii Nazianzeni: *eo quod duo iſta oratoria junctim poſiderent: quibus denique intra monaſterii ambitum concluſis, corpus quidem S. Gregorii retentum ſuo loco ſit, at miraculoſa B. Virginis imago tranſlata ad novam eccleſiam; quæ vulgi acceſſui patens à fundamentis erecta eſt, ſub adm. Rev. D. Catharina Colomna, & die* VII *Decembris, anni* MDLXIV *dedicata. Sed prius ad hanc quoque delatum fuiſſe corpus ſanctum anno* MDV *diſci ex titulo, qui altari ibidem inſculptus fuit. Hæc Chronici illius ſumma eſt, cui additur*

an. 1194 factas Benedictinas,

Bulla Cæleſtini Papæ III, data Pontificatus ejus anno IV, *Chriſti* MCXCIV, *die* VII *Maji, qua ſtatuitur ut* Regula S. Benedicti in monaſterio S. Mariæ in Campo-Martio deinceps inviolabiliter obſervetur; *ipſeque locus, cum ſuis omnibus pertinentiis & poſſeſſionibus, ſigillatim in bulla expreſsis, eidem monaſterio in perpetuum confirmatur. Huic Bullæ, ſi placet, adde quod ex libro Memorabiliū Vaticanæ Baſilicæ fol. 23 ipſi tranſcripſimus, ubi dicitur S. Gregorii Nazianzeni corpus tranſlatum* ab antiquiſſima eccleſia, ejus nomini dicata in regione Campi-Martii, cujus antiquæ ædis mentio fit in Vita Leonis III apud Anaſtaſium, & in Inſtrumentis ſcriptis anno III Nicolai II, Indict. XIV die VII Aprilis, locationis Maſſæ-tarſi, Montis-ſpineti, Ceriſolæ & aliorum fundorum in ipſis nominatorum, territorio plebis S. Caſſiani, factæ à Conſtantia religioſa Ancilla atq; Abbatiſſa venerabilis monaſterii ſanctæ Dei genitricis & S. Gregorii, qui vocatur Nazianzeni, qui ponitur in Campo Martio, coram illuſtribus viris, Hearico & Waldo fratribus, filiis Ugonis; & in aliis monumentis Archivii dicti monaſterii.

AUCTORE D. P. *& ab anno 1061 poſſeſſa oratorium S. Gregorii,*

28 *Ad Leonem III quod attinet, de eo apud Anaſtaſium legitur:* In oratorio S. Gregorii, quod ponitur in Campo-Martis, fecit caniſtra ex argento penſantia libras tres. *Sedit Leo ab anno* DCCXCV *ad* DCCCXVI: *ante cujus tempora cum appareret fuiſſe Romæ* oratorium S. Gregorii, *nec dubitaretur quin* Nazianzeni; *data eſt Romanarum antiquitatum ſcrutatoribus, nihil melius ſcientibus, occaſio aſſerendi, quod illius Sancti corpus jam tunc ibi fuerit, allatum Conſtantinopoli. Huic igitur fundamento innixus Pancirolus, in Theſauris abſconditis urbis Romanæ, regione 5 eccleſia 2, ſcripſit tempore Leonis Iſaurici, qui ab anno* DCCXVII *ad* DCCXLI *imperavit, Conſtantinopoli Romam tranſlatum eſſe ſacrum corpus. Eidem fundamento auctor Chronici prædicti ſua inædificavit ſomnia de Nazianzeno S. Theclæ Parthenone, ad Anaſtaſiam Conſtantinopolitanam tranſlato. Somnia, dico: quia quod de Seleucienſi S. Theclæ monaſterio in Vita S. Gregorii legebatur, Nazianzenæ civitati applicavit, quaſi tale ibi quoque fuiſſet: & huic connexuit Anaſtaſiam Conſtantinopolitanam, de qua cogitanti etiam in ſomnis Gregorio occurrebant ii, quos ibi quondam caros habuerat,*

jam inde ab ætate Leonis 3 notum,

unde accepta occaſio prævertendi verum tempus facta tranſlationis ad plura loca.

Ἄζυγες, ὑμνόπολοί τε, χοηγασίαι τ' ἐσχατιναὶ,
Ξείνων ἡμεδαπῶν ἐξ ὁπὸς ἀνλήσετε
Χεῖρες τ', ὀρφάνικοί τ' ἀλήμονες, ἀδεφεόνλες,
Δεύσονλες πρὸς ἡμᾶς ὥς π Θεὸς παλάμας.

ubi primo loco nominantur Ἄζυγες, *id eſt* Continentes *ſive* Cœlibes, *quos Billius* Virgineos choros *interpretatur. Sed uti hinc non habetur ipſis magis quam ceteris peregrinis, viduis, orphanis, & copropriam fuiſſe Anaſtaſiam; ita omnino gratis fingitur ea aliquando tranſiſſe in jus Sanctimonialium, ex Cappadocia tranſlatarum. Quamvis autem tales una cum corpore tranſlatas eſſe Conſtantinopolim conſtaret, adhuc tamen ex ipſis Conſtantinopolitanæ eccleſiæ monumentis falſum eſſe convinceretur, quod id factum ſit* VIII *ſeculo, aut etiam multo citius; quodque collocatum fuerit corpus Sancti in jam dicta Anaſtaſia. Nec minus abſurdum eſt figmentum de fuga Sanctimonialium ex obſeſſa urbe. Obſeſſa quidem ea fuit ab Vmaro Saraceno, anno* DCCXVIII: *nō (ut male dicitur) à Solimano, qui mari victus anno præcedenti perierat, ſed quam arcte tunc cingebatur urbs, tam inconſultum Virginibus fuiſſet extra eam ſibi ſalutem quærere durante obſidione.*

& abſurda quædam commiſcendi.

29 *His ita rejectis, manet de prædicto Oratorio quæſtio, ſit ne veroſimile, ipſum à principio* S. Gregorio Nazianzeno *fuiſſe dicatum. Veroſimile id eſſe perſuadet peculiaris ad hunc diem* S. Gregorii *cultus, iſque diverſus ab iis diebus, quibus ille nunc colitur apud Græcos circa finem Januarii: quorum dierum nullus mihi videtur Natalis: ſed occaſione tranſlati Conſtantinopolim corporis, ipſe ejus anniverſarius vel vicinus aliquis aſſumptus. Hunc ergo nonum Maji, revera Natalem Gregorii eſſe in cæleſti gloria, facile mihi perſuadeo; ejuſque ritum immediate è Cappadocia traductum ad Romanam eccleſiam: hoc enim cauſam dediſſe potuit Adoni & Vſuardo nomen ejus in ſuo Martyrologio collocandi, exemplo aliis deinde imitabili. Cultum autem talem opinari poteris fuiſſe introductum ſub finem ſeculi* VII *aut initium* VIII, *quando Romanam Cathedram, ab anno* DCLXXXV *ad* DCCLII, *tenuerunt Pontifices decem, omnes exceptis duobus Syri aut Græci; quorum unus fuit Gregorius III, natione Syrus, quem ſua erga cognominem ac fere conterraneum Sanctum pietas movi ſſe potuit, ut iſtud Romana in urbe Oratorium ſub ejus*

Oratorium tamen iſtud vi ſetu- fuiſſe Nazianzeno dicatum,

ſub aliquo Græco aut Syro,

nomine

AUCTORE D.P.

nomine erigeret, cujus eloquentiam in fide defendenda & virtute ſuadenda efficacem, qualem in operibus ejus legendis cognoverat, ſtudebat etiam ipſe exprimere. Erat enim, ut docet Anaſtaſius, in divinis ſcripturis ſufficienter inſtructus, Græca Latinaque lingua eruditus, Pſalmos omnes per ordinem memoriter retinens, & in eorum ſenſibus ſubtiliſſima exercitatione limatus: lingua quoque in lectione polita, exhortator omnium bonorum operum, plebique florentiſſime ſalutaria prædicans..... Orthodoxæ fidei æmulator ac defenſor fortiſſimus, erga inopum proviſionem non ſolum mentis pietate ſed ſtudii ſui labore ſolicitus, *&c. quæ in S. Gregorio Nazianzeno ejuſque ſcriptis ita ſingulariter elucent omnia, ut licet toto Oriente celeberrimus quoque fuerit illo ſenior Gregorius, cognomento Thaumaturgus, Neocæſareæ in Ponto Epiſcopus, idemque non ignotus Occidenti (uti genuinum Bedæ Martyrologium docet ad ejus Natalem XVII Novembris) illum tamen potius, cujus ſolius extabant ſcripta, colendum ſibi propoſuiſſe videatur Gregorius Papa III.*

quidni ſub Gregorio 3 Nazianzeni imitatore

30 *Ad ipſas Sanctimoniales quod attinet, eas initium ſuum habuiſſe ab urbe Conſtantinopolitana, tranſmigrationis cauſam præbente Iconomachorum Imperatorum perſecutione, facile credidero: quamvis & aliæ multæ occaſiones & cauſæ cogitari poſſint, quibus ut varii olim Græci monachi, ſic & monachæ ſedem Romæ finxerint, ſeculis variis. Sed quod in earum poteſtate fuerit* corpus S. Gregorii Nazianzeni, *ut illud ſecum auferre potuerint, nemo credet, qui intelligit Apoſtolorum Conſtantinopoli templum, poſt magnam S. Sophiæ eccleſiam fuiſſe præcipuum; ſuo proinde Clero eoque copioſo inſtructum, adeoque uni ex Romanis Baſilicis, poſt Lateranenſem aut Vaticanam, comparabile. Quæcumque autem illæ fuerunt Græci ritus ac Baſiliani Ordinis monachæ, quæ ad Minervam primum, deinde in Campo Martio collocatæ, eadem à S. Maria dictam utrobique poſſederunt; & in Campo eodem Martio circum eccleſiam ſuam (præter alias alibi in urbe ac ſuburbanis) domos ſeptuaginta quatuor; eas tamen juris aliquid habuiſſe in veterem S. Gregorii ædiculam, aut alio peculiari titulo Patronum coluiſſe Nazianzenum, nullo probatur documento. Cum igitur in earum inſtrumentis prima* S. Gregorii, *& quidem expreſſe* Nazianzeni, *mentio, cum titulo inde ſumpto, inveniatur ad annum* III *Nicolai II, qui fuit annus Chriſti* MLXI; *haud abſurda fuerit conjectura, non ita multo ante concreditam ipſis fuiſſe* S. Gregorii *ædiculam, & hanc quidem multo quam antea venerabiliorem, ſi in ea jam habebatur* corpus S. Gregorii Nazianzeni, *ante non longum tempus Conſtantinopoli advectum, & (ſi fides datur traditioni tam multis erroribus implicatæ) ibidem depoſitum ex voluntate divina, per miraculoſam jumentorum illud ferentium immobilitatem declarata.*

Monachæ, incertum quando Romam adveſtæ

B

non videtur corpus Sancti attuliſſe:

ſed cum hoc eunc acceſſiſſent,

31 *Sane ut Virginibus Græcis ſacer hic theſaurus crederetur, ſuadere potuit non tantum prærogativa nationis ac ritus: ſed imprimis vicinia ipſa ac ſitus loci monaſterio ipſi omnino contigui. Sed æque facile contingere potuit ut eædem Virgines, adeptæ veterem S. Gregorii ædiculam ſeculo ut dixi* XI, *denominationem iſtam ad varios Gregorios indifferentem, pro ſua peculiari erga Nazianzenum devotione, ad ipſum nominatim voluerint reſtringere, quem Conſtantinopolitana urbs præcipue veneratur; ut neceſſe non ſit, ad verificandum titulum ſub Nicolao II uſurpatum, jam tum iſtic corpus Sancti fuiſſe. Cum enim illud allatum è Cappadocia Conſtantinopolim eſt, diſſidebat à Latinis, pernicioſo quod Photius induxerat ſchiſmate, Eccleſia Græca; neque ante Conſtantinum Monomachum, id eſt ante annum* MXLII *quiſquam Imperatorum eidem extinguendo magnopere allaboravit: hic autem conatu ſuo fruſtratus eſt. Quare vehementer impellor, ut ſchiſmate jam firmato adductum Conſtantinopolim corpus ſanctum, ibidem credam quieviſſe, donec vel in Latinorum poteſtatem Vrbs venit, anno* MCCIV; *vel Turcicæ demum tyrannidi ceſſit, anno* MCCCLIII. *His enim duabus octaſionibus, ſcimus multas Sanctorum Reliquias Conſtantinopoli in Europam fuiſſe tranſlatas: & nullum antiquioris poſſeſſionis veſtigium, quoad corpus, de quo agimus, hactenus à Romanis oſtenſum eſt.*

illud acceptiſſe poſtea urbe à Latinis aut Turcis capta.

tunc neque oratorium ejus poſſediſſe ante ſec. II:

C

D

PARS III.

Tranſlatio ad ſacellum Gregorianum ex Campo Martio in Baſilicam Vaticanam.

32 *Baronius in ſuis Annotatis ad dictum* XI *Iunii*, Ad noſtri, *inquit*, Gregorii Theologi tranſlationem redeamus. Sicut illa prima ob fugam celerem fuit ſub obſcura; ita ſecunda, de qua hac die ſolennis memoria agitur, clariſſima plane extitit ac celeberrima. Merui, licet indignus, tanti Patris, quem præcipue veneror, triumphum hiſce oculis cominus intueri; cum ampliſſimæ gloriæ cauſam mente revolvens, Ecce tibi (mecum dicebam) ſol Orientis, occaſum neſciens, nebulis & denſa caligine invidorum obfuſus aliquando, quibus modo coruſcat fulgoris radiis! En ſacer vertex Orientalis Eccleſiæ, fortiſſimus fidei propugnator & propagator, qui collapſam penitus Conſtantinopoli Catholicam fidem reſtituit, auxit, in tutoque collocavit: victiſque ac profligatis gladio verbi hæreticorum turmis, urgente vehementi Catholicorum ex invidia concitata procella, ut paci Eccleſiæ univerſali conſuleret, non quæ ſua ſunt quærens, ceſſit Sedi & receſſit inglorius. Sed quid tandem? Ecce pro Byzantio Deus rependit Romam, pro nova antiquam; pro illa exigua Anaſtaſia auguſtiſſimam Baſilicam Vaticanam, Urbis ornamentum, Orbis miraculum: pro tenui denique ſepulcro fornicem triumphalem, ampliſſimum, inquam, ſacellum, quod in honorem ſui Gregorii Gregorius noſter Pontifex conſtruxit, magnificentiſſimeque exornavit atque illuſtravit. Tranſlationis hiſtoriam nobili commentario teſtatam reliquit R. D. Franciſcus Mocantius Magiſter ceremoniarum. *Hæc Baronius. Hanc nos hiſtoriam reperimus in Archivio Eccleſiæ Vaticanæ S. Petri tranſcriptam ex libro Rerum memorabilium Vaticanæ Baſilicæ pag. 24 & inſertam Catalogo Reliquiarum ejuſdem Baſilicæ, prout eam mox damus.*

Sub Gregorio XIII

tranſlatum ipſum eſt in Vaticanum

E

33 *Extat autem Sacelli Gregoriani deſcriptio, auctore Aſcanio Valentino Romano, Florentiæ anno* MDLXXXIII *excuſa, & Gregorio XIII dicata. Ibi pag. 22 deſcribuntur* quatuor arcus, *in quibus* ſunt Patres Latini Gregorius Magnus & Hieronymus, Græci Baſilius & Gregorius Nazianzenus. *Hic ut dicitur pag. 26* hyacinthinis veſtibus ad ſacrum faciendum more Epiſcoporum indutus, ſiniſtra mitram habet & baculum, à tergo nonnullos codices: è quorum numero apertus eſt unus, quo hæc continentur, Πάλιν Ἰησοῦς ὁ ἐμὸς καὶ πάλιν μυσήριον. Sedet detecto capite, & capillo albicante in orbem coacto, coronæque in modum effuſo. Lata frons eſt, contracta facies: à ſcribendo non vacat, ac multa commentari videtur, dum verticem contorquet ac rictum contrahit. *In ara maxima inter plures Angelos conſpici Inſcriptionem hanc indicatur pag.* 33. Dei Genitrici Mariæ Virgini & S. Gregorio Nazianzeno. *At* corpus D. Gregorii Nazianzeni conditur ſubter ara maxima, quam meniana ſepiunt è candicanti marmore, in illud venis ceruleis incidentibus. *Denique his verbis dicta deſcriptio concluditur:* Adeuntibus anniverſaria ſolennitate Aſſumptionis Beatæ Virginis, ſtatis feriis Divorum Gregorii Nazianzeni ejuſque in Vaticanam Baſilicam tranſlationis III Idus Junii, Hieronymi atque

ad ſacellum Gregorianum.

F

& ſub altari locatum.

atque Basilii, noxas omnes amplissimas Gregorius XIII remittit aboletque Indulgentia singulari ad memoriam sempiternam. *Hæc ibi. Ipso etiam die anniversario dictæ Translationis Officium Ecclesiasticum sub ritu duplici hactenus in Ecclesia Vaticana celebratur.*

34 *Antonius Vasconcellus Societatis Iesu Theologus, in Descriptione regni Lusitani, una cum illius Anacephalæosibus edita, pag.* 558 *num.*25 *hæc pauca habet:* Apud Nabantinos in regio cœnobio, manus integra est D. Gregorii Nazianzeni argento inclusa. *Est autem* Nabantium, *vulgo* Tamar, *oppidum amplum Lusitaniæ ad Nabanum amnem, tribus leucis à Tago fluvio in Boream, & octo à Scalabi in Caciam distans. Georgius Cardoso in Hagiologio Lusitano asserit dictam Reliquiam à Guldino Paëz Magistro Templario, anno* MCLXVIII *è Palæstina in Lusitaniam fuisse delatam, ac postmodum in dicto cœnobio depositam; ut autem conservetur, data Bulla Pontifex Innocentius X anno* MDCXLVII *istud decretum edidit:* Ne de cetero quisquam, quavis auctoritate fulgens, brachium seu manum S. Gregorii Nazianzeni, quod vel quæ, ut pie creditur, in dicta ecclesia magna cum veneratione asservatur, aliis ecclesiis, monasteriis seu piis locis commodare, aut sub quovis quæsito colore, ingenio, causa, ratione aut occasione, è dicta ecclesia extrahere & asportare, seu ut commodetur aut extrahatur & asportetur promittere aut consentire audeat seu præsumat, sub excommunicationis ac privationis vocis activæ & passivæ pœnis, per contra facientes eo ipso incurrendis, auctoritate Apostolica, tenore præsentium interdicimus & prohibemus *&c.*

Manus in Lusitaniam

*an.*1168 *allata ex Palæstina.*

B

C

HISTORIA TRANSLATIONIS III.

Ex MS. libro Basilicæ Vaticanæ.

35 GRegorius XIII Pontifex sanctissimus, ut vigilantissimi illius Pastoris, cujus nomen susceperat, virtutum quoque omnium exempla, & potissimum religionis studium, summa cum diligentia, divina favente gratia imitaretur; cum inter alia sacra ædificia, ad religionem excitandam & amplificandam Deo erecta, sacellum Gregorianum in Vaticana Basilica, Deiparæ Virgini & B. Gregorio Nazianzeno dicatum, regio sumptu ædificatum, amplissimæ Basilicæ magnitudine par, opere vero & ornamentis longe splendidius, magnificentissime absolutum conspiceret, & post multos annos ad finem perductum videret; ut illud multo illustrius redderet, & fidelium mentibus magis contemplandum, si pretiosissimo reliquiarum thesauro decoraret, quam quod ostro, minio, auroque præfulgens, picturisque eximiis exornaverit; statuit venerandum corpus eximii Ecclesiæ Orientalis & scientia & sanctitate Doctoris, Gregorii Nazianzeni, cujus nomine capella sacrata erat, quod multos annos pene ignotum, in angusta ecclesia apud Sanctimoniales Campi-Martii ordinis S. Benedicti, jacuerat, in prædictum augustissimum totius orbis sacellum transferre; & in altare, ubi honorificentius custodiretur, recondere: ut uterque Gregorius, & Latinæ & Græcæ Ecclesiæ præclarissima lumina, sicut duo præfulgentissima sidera, in Vaticana Basilica micarent.

Perfecto Gregoriano Sacello

ad reponendum in eo corpus sanctum;

36 Indicto igitur à summo Pontifice die translationis, Illustrissimus Cardinalis Moronus, Protector illius monasterii, jussu ejusdem Sanctissimi, prout in litteris in forma Brevis inferius describendis, præsentibus tribus Canonicis, ab ipso Capitulo ad recognoscendum sacrum corpus deputatis, scilicet Ludovico Blancheto Pontificii cubiculi Præfecto, Alexandro Musoto, & Vincentio Casalio, die

missi ad Campum Martium 25 *Martii* 1578

xxv Martii MDLXXVIII, prima noctis hora, pluribus luminibus accensis, thuribulis aliisque adhibendis præparatis, facta prius oratione ante altare ipsius S. Gregorii, in sacello intra claustra monasterii sito, mandavit superiorem lapidem marmoreum altaris per fabricatores amoveri: in quo sequens legebatur inscriptio. Situm est sub hoc divino altari corpus divi Gregorii Episcopi Nazianzeni, & Patriarchæ in Constantinopoli, sub Theodosio seniori. Anno Domini cccxc *a* obiit. Translatum inde corpus Constantinopolim, deinde in urbem Romam: & in hac ecclesia conditum est nuper *b*, sub Julio secundo, MDV postremo, eodem anno mense Julii XXIV, sub Abbatissa Martia Palotia *c*.....

Auctore D. P. *in lapide altaris tulum inveniunt,*

a

b

c

37 Sublato altari reperta fuit capsula ærea, in qua cuncta sacri corporis *d* ossa, glorisissimi Doctoris Gregorii Nazianzeni asservabantur. Canonici, rocheto & suppellicio induti, summa reverentia ac devotione, eamdem capsulam in arcam, panno serico albo coopertam, collocarunt super altare ecclesiæ, & sacrum corpus populo adorandum exposuerunt, ut sequenti die, solenni processionis pompa, ad Vaticanam Basilicam deferretur. Adveniente die, quæ erat Dominica Passionis XVI *e* Martii, MDLXXVIII, mutato cælo novas pluvias Auster adduxit, quæ noctem totam, usque ad meridiem tenuerunt: adeoque ingentes ceciderunt imbres, ut nulla remanserit spes efferendi eo die sacrum corpus: tantaque solennitas, communi omnium & religiosorum & laicorum qui convenerant mœrore, impedita fuit, & usque ad mensem Junii translata. Interim sacrum corpus in dicta capsula, annulo piscatoris obsignata, in quodam sacrario ejusdem ecclesiæ positum fuit, & sacrarii ostiolum muro clusum, relicta parva fenestra, cum ferrea crate, ex qua videri & adorari posset.

d

corpus ad majus altare deferunt

e

E

deinde in sacrario deponunt.

38 Mense Junii MDLXXX, dominica die, quinta *f* ejusdem, habita fuit concio de laudibus ejusdem doctoris Gregorii, ab egregio concionatore verbi Dei Fratre Francisco Panicarola cive Mediolanense, Ordinis observantiæ S. Francisci. Die vero XI, S. Barnabæ Apostoli festivitate celebri, cum omnia ad translationem necessaria ex voto parata essent; viæ quibus transeundum erat insigniter decoratæ tapetibus & stragulis sericis, stratæ frondibus, floribusque conspersæ, altaria nonnullis in locis auro argentoque & gemmis collucentia erecta, musici concentus suis locis distincti, gloriam qua glorioissimus hic Sanctus in cælis perfruitur referentes; hora instante cœpit incedere pompa processionis, innumeris luminibus sacrum corpus præcedentibus, servato ordine qui statim adjicietur. Ante omnia Reverendissimus Dominus Bartholomeus Farratinus, Episcopus Amerinus *g*, [Basilicæ Vaticanæ] Canonicus, amictu, alba, cingulo, stola, pluviali albo, ac mitra pretiosa indutus, medius inter Diaconum & Subdiaconum Canonicos, accessit ante altare, & deposita mitra pronunciavit orationem, Aufer à nobis &c. Postea ascendit altare, & prosecutus est, Oramus te Domine &c. Et adjuvantibus Diacono & Subdiacono, ac nonnullis aliis Canonicis paratis, delata est capsa super feretrum ante altare positum; & audiebatur luctus magnus monialium monasterii, quæ tanto thesauro privabantur, licet brachium ejusdem Sancti apud easdem remaneret, atque à Sanctissimo Domino nostro erogata fuisset eis eleemosyna mille trecentorum aureorum.

f

*an.*1580.

11 Junii omnibus splendide præparatis,

F

g

Corpus in feretro ponitur,

39 Tunc cum Canonici sublevassent feretrum, chorus cantorum cœpit cantare Responsorium, Surge, Sancte Dei &c. scholaribus collegii Græci juxta sacrum corpus, cum habitu eorum communi, hinc inde cum cereis comitantibus. Præcedebant feretrum duo acolyhi, thuriferii cum thuribulis, per viam sedulo

Processio instituitur,

Ex MS. sedulo offerentes incensum; quod ab Episcopo, antequam corpus amoveretur, benedictum fuerat. Corpus deferebatur sub umbella, quam Senatores urbis ac Conservatores & Magistratus, ab ecclesia Campi-Martii, usque ad S. Triphonem, sustinuerunt. Inde reliquo itineris spatio distinctis vicibus, à variis Proceribus & Patriciis Romanis aliisque nobilibus delata fuit. Processio ab Ecclesia S. Mariæ Campi-Martii recta via ad basilicam S. Petri ducta est. Ubique hominum turba viam obsederat, plurimi ex longinquis locis advenerant, ut piæ actioni interessent, & Indulgentias consequerentur: vixque aditus in tanta populi frequentia patebat. Ingentem omnes lætitiam & devotionem ostendebant; singuli invicem certantes quo alter alterum in honore Sancti Ecclesiæ Doctoris superarent, & orantes pompæ transitum intuebantur, sacrumque corpus venerabantur; atque ad declinandos ferventissimos solis æstus magna vela expansa, & in fenestris vel altis trabibus inde confixis suspensa, easdem vias omnes fere adumbrabant. Præsertim vero à S. Celso & Ponte, usque ad porticum basilicæ, erectis signis myrto hederaque ornatis, & Sancti Gregorii imaginibus, ac insignibus Pontificis, Senatus, Cameræ Apostolicæ, & B Illustrissimorum nepotum Cardinalium hinc inde ubique suspensis; & desuper tela candida superposita, omnibus conspicientibus summopere delectabilis reddebatur ornatus.

maximo cum ac cursu.

& apparatu.

optimoque ordine.

40 Primo loco incedebant Sodalitates laicorum, & loca pia orphanorum & neophytorum: & fuerunt numero XXXIII. Deinde immediate sequebantur religiosi Fratres ac Monachi ex diversis monasteriis urbis, qui ascendebant ad numerum XXIV. Post hos succedebant officiales Cancellariæ, lumina tenentes. Post quos deferebatur vexillum Crucis Cleri, quam sequebantur Clerici Seminarii, Parochi Canonici ecclesiarum collegiatarum urbis; inde tres Patriarchales Basilicæ cum vexillis solitis & luminibus, hoc ordine servato. Ante Patriarchalem Lateranensem erat crux basilicæ Vaticanæ, cum conopæo quod Sinichium *h* vocant; deinde cantores, clerici & beneficiati, superpelliciis induti cum accensis intorticiis. Deinde Patriarchalis Lateranensis, quam immediate sequebatur alia Crux Vaticanæ Basilicæ, lata à beneficiato Subdiacono cum Dalmatica. Incedebant post hanc Canonici ejus Vaticani templi, videlicet Curtius Francus, Octavianus Cittadinus, Arnulphus Rainaldus Rutilius Ventonus, Horatius Capisuccus, Aurelius Saccignanus, Philippus Magnascus, C Matthæus Cantarellus, Aurelius Coperchius, Paulus Pallellus, Theodosius Florentius, Alexander Crescentius, Antonius Victorius, Paulus Bitonus, Franciscus Celsus, Michael Cacciaguerra, Paulus Ghisellus, Ludovicus Blanchetus, Mutius Ceulus, Petrus Millinus, Alvius Sabellus, Andreas Victorius, Martius de Rubeis, habentes casulas seu planetas, superpositas super amictu & rocheto, etiam Diaconi & Subdiaconi ex dispensatione Apostolica; qui vicissim seni feretrum sacri corporis deferentes, tela aurea coopertum, cum imaginibus ejusdem Sancti à quatuor partibus egregie depictis, distinctis spatiis mutabantur. Postremo idem Reverendiss. D. Episcopus Farattinus, cum mitra pretiosa & Pontificalibus indumentis, medius inter Diaconum & Subdiaconum Canonicos, processionem concludebat, quam Illustriss. Senator Urbis, Dux Soræ, Magistratus populi Romani, & innumera hominum multitudo comitabatur.

Occurrit cum Cardinalibus Gregorius

41 Tum ad XXII horâ, cum sacrum corpus jam transisset molem Hadriani, præ lætitia de more æneis tormentis explosis, Sanctiss. Dominus Noster, pluribus Cardinalibus comitantibus, descendit ad aulam paramentorum; ibiq; pluviali albo, stola, cingulo, alba, amictu, & Mitra pretiosa indutus in sede gestatoria, sub baldachino per Regum Oratores ac alios nobilissimos viros delato, pervenit ad extremos gradus Basilicæ, præcedentibus Scutiferis, Cubiculariis, Secretariis, aliisque familiaribus, Subdiacono Apostolico Crucem defetente inter duos ceroferarios: inde Pœnitentiariis Papæ Sacerdotalibus vestibus indutis, pluribus Abbatibus, Episcopis & Archiepiscopis, cum mitris & pluvialibus; deinde Reverendiss. Dominis Cardinalibus, cum tunicellis & planetis, pluvialibus & mitris. Et feretro sacri corporis appropinquante, quod à Prælatis assistentibus, de manibus Canonicorum ad medium plateæ acceptum, propriis humeris deferebatur sub umbella, quam alii Prælati assistentes sustinebant; Sanctitas sua obviam processit eidem sacro corpori; & feretro deposito, in genua procumbens super pulvinaribus, illud una cum Cardinalibus, & reliquis Prælatis adoravit, & arcam complexus osculatus est. Tum ut fieri potuit, ob ingentem populi turbam Cruce Pontificia præeunte, processio Prælatorum & Cardinalium progressa est ad ipsam basilicam, Sanctissimo Domino nostro pedibus feretrum prosequente, Cæsareæ Majestatis oratore pluvialis fimbriam retro elevante; Et ante altare Sanctissimi Sacramenti feretrum positum fuit in quoddam parvo suggestu; & ad ejus partem levam summus Pontifex adoravit. Inde in Gregorianum sacellum venit, ubi arca ea ex feretro sublata, ab eodem Sanctissimo, adjuvantibus iisdem Prælatis assistentibus, super altare deposita fuit: & accepto thuribulo, ministrante Reverendiss. Gesualdo, tunc primo Presbytero Cardinale, incensum obtulit. Quibus peractis, Sanctissimus in throno suo in eadem capella sedit: cumque omnia jam disposita & parata essent pro more Capellæ Papalis; Domini Cardinales præstiterunt solitam obedientiam. Deinde incepit Sanctissimus pro Officio Translationis vesperas de Confessore Pontifice, sicut in festo ejusdem S. Gregorii; & ipsis absolutis, more solenni Cardinales comitati sunt summum Pontificem ad Aulam paramentorum: & ad horam XXIV recesserunt, ob nimium calorem æstivum lassi, & defatigati.

D

& adoratum feretrum pedes comitatur,

& incheat Vesperas,

42 Die XII ejusdem mentis Junii, Dominica tertia post Pentecostem ad Officium de Translatione S. Gregorii Nazianzeni, sicut in ejus festo faciendum, fuit Capella Sanctissimi Domini nostri Papæ in sacello Gregoriano; in quo Sanctitas sua celebravit, maxima cum frequentia populi, de eadem Translatione: & in fine Missæ, adjuvantibus Prælatis assistentibus (inter quos fuerũt Joannes Antonius Facchinettus, Patriarcha Jerosolymitanus, postea Innocentius nonus, & Joannes baptista Castaneus Archiepiscopus Rossanensis, postea Urbanus VII) Sanctitas sua reposuit arcam plumbeam in posteriori parte altaris non consecrata, & hæc inscriptio, in lamina argentea insculpta, posita fuit super eadem arca plumbea, videlicet: Anno salutis MDLXXX, tertio Id. Junii, D. N. Gregorius XIII Pont. Max. anno sui Pontificatus XX, Beati Gregorii Nazianzeni Episcopi & Confessoris, cognomento Theologi, corpus, ab ecclesia monasterii monialium Sanctæ Mariæ Campi Martii de urbe, ubi positum erat antiquitus; comitante processionaliter totius urbis Clero cum S. P. Q. R. ceterisque Romanæ Curiæ ordinibus, incredibili aliunde hominum concursu ac frequentia, hunc in locum transtulit, appositâ sigillo altaris argentea capsula, cum reliquiis de velo Beatæ Mariæ Virginis, de capite S. Joannis Papæ, & Martyris, de humero ipsius S. Gregorii Nazianzeni, de mento S. Hieronymi Presbyteri, & Confessoris,

E

12 Junii cantat Missam.

F

dein imponit corpus arcæ.

cũ hac Inscriptione.

in altari depositum incensat,

A foris, de capite S. Hippolyti Martyris, de brachio S.Gregorii Papæ primi, de brachio S. Basilii Episcopi & Confessoris, de signo Sanctissimæ Crucis Domini nostri Jesu Christi, de reliquiis S.Bartholomæi Apostoli, de ossibus S. Justini Martyris & S. Christophori Martyris, de reliquiis S.Luciæ Virginis & Martyris, S. Sabinæ Martyris, S.Sebastiani Martyris, & S.Mennæ Martyris. Dum sacrum corpus in arcam poneretur, cantores cantabant Antiphonam, O Doctor optime &c. & posito corpore, Papa cantavit Orationem de Sancto. Sacro corpore collocato, & area plumbea bene clausa, super positus fuit lapis à fabricatoribus, & calce obseratus, & summus Pontifex comitantibus Reverendiss. Cardinalibus ad aulam paramentorum rediit.

dein post Antiphonã cantat Oratio nem.

brachium seorsim argento includitur.

45 In hac solennitate, *sicut scriptum in Catalogo Reliquiarum*, unum ex brachiis ipsius sancti corporis Gregorii Nazianzeni, in eadem Basilica perpetuo asservandum D.Gregorii XIII auctoritate, per quã & corpus habet, acceptum fuit: quod in argenteo brachio (in cujus pollice est annulus argenteus inauratus, cum Sapphyro vitreo) in quo veneranda reliquia, unum ex brachiis eximii Doctoris Ecclesiæ & Archiepiscopi S. Gregorii Nazianzeni decentissime conservatur. In base pariter argentea, mira arte celata, hæc verba leguntur, BRACHIUM S. GREGORII NAZIANZENI. Ibi sunt insignia gentilitia Octavii Estensis Taxoni, Patricii Ferrariensis, sancti Spiritus in Saxia Præceptoris, dictæ Basilicæ Canonici, cum ejus nomine his verbis OCTAVIUS ESTENSIS TAXONUS HUIUS BASILICÆ VATICANÆ CANONICUS Anno Dom. MDCII. *Ita is, quem dixi, Reliquiarum liber.*

B

46 Tenor Indulgentiæ à S. D. Nostro, tam in præsenti translatione quam in anniversario ejusdem & aliis festivitatis concessæ visitantibus idem sacellum, *in eodem Reliquiarum libro hic describitur:* Gregorius Papa XIII ad perpetuam rei memoriam. Dum præcelsa meritorum insignia, quibus Regina Cælorum Virgo Maria Dei genetrix, sedibus prælata sidereis, quasi stella matutina prærutilat, devotæ considerationis indagine perscrutamur, quod ipsa, utpote mater misericordiæ, & pietatis amica, humani generis consolatrix, pro salute fidelium qui delictorum onere gravantur sedula exoratrix, ad Regem quem genuit intercedit; dignum, quin potius debitum reputamus, ut loca, præcipue ad sui nominis laudem & etiam ad Dei Sanctorum honorem dedicata, spiritualibus muneribus, indulgentiis scilicet & peccatorum remissionibus, decoremus. Cupientes itaque in capella nostra Gregoriana, quam in Basilica divi Petri Principis Apostolorum summo studio & devotionis affectu exornari, & in eam devotissimam imaginem beatæ Mariæ semper Virginis de succursu nuncupatam collocari curavimus, corpusque beati Gregorii Nazianzeni Theologi Episcopi & Confessoris, & alias Sanctorum reliquias recondere intendimus, ab ipsis Christi fidelibus congruis frequentetur honoribus, ac in debita veneratione habeatur; ipsique fideles eo libentius & frequentius devotionis causa ad eam confluant, quo exinde cælestibus donis & gratiis uberius conspexerint se esse refectos: de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus utriusque sexus Christi fidelibus, vere pœnitentibus, confessis, ac sanctissima Communione refectis, qui dictam capellam annuatim in diebus festis Assumptionis ejusdem beatæ Mariæ, & ipsius B.Gregorii Nazianzeni, ac S.Hieronymi, ac S.Basilii, nec non S. Barnabæ Apostoli XI mensis Junii, qua dictum corpus concedente Domino transferetur, & etiam XII die immediate sequenti, à primis Vesperis usq; ad occasum solis festivitatis hujusmodi, devote visitaverint, & ibi pro pace inter Principes Christianos, hæresum extirpatione, sanctæque matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint; quo die prædictorum id fecerint, plenissimam omnium peccatorum suorum indulgentiam, absolutionem & remissionem, misericorditer in Domino concedimus & elargimur; præsentibus, perpetuis futuris temporibus, duraturis. Datum Romæ apud S.Petrum sub annulo piscatoris, die XXV Maji MDLXXX, Pontificatus nostri anno nono.

Indulgentia concedun tur.

Ex MS. GR.

C

47 Tenor facultatis concessæ Illustriss. D. Cardinali Morono, consignandi corpus S.Gregorii Canonicis & capitulo S.Petri, talis est. Gregorius Papa XIII, Venerabili Fratri nostro Joanni Episcopo Ostiensi, Sanctæ R. E. Cardinali Morono nuncupato. Venerabilis Frater noster salutem &c. Cum statuerimus, ut glorioſum corpus B.Gregorii Nazianzeni, quod in ecclesia monialium Campi-Martii almæ urbis ordinis S.Benedicti nunc situm est, ad Basilicam S.Petri Apostolorum Principis die Dominico proximo, à Canonicis & Capitulo ejusdem Basilicæ, transporterur; idcirco circumspectioni tuæ injungimus, ut tu, qui dicti Ordinis protector existis per te vel alium Prælatum à te deputandum, corpus ipsius B. Gregorii hujusmodi capias, & eisdem Canonicis & Capitulo tradas & consignes, contrariis non obstantibus quibuscumque. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo piscatori, die XIV Martii MDLXXVIII, Pontificatus nostri anno VI.

Tenor facultatis de transferendo corpore.

D E

subsignat utrobiq; Cæsar Glorierius.

ANNOTATA.

a *Non apparet ex quo auctore hic annus acceptus sit, pro quo annum* 89 *retinere malumus.*

b *Scilicet ex veteri intra monasterium ædicula translatum ad novam ecclesiam, ut populo quoque venerabile redderetur.*

c *Videntur desiderari verba aliqua, puta quod tali die altare consecratum, aut aliud aliquid circa corpus sit actũ.*

d *Excepto tamen uno osse brachiali, si vere illud in Lusitania est.*

e *Ecgraphum nostrum* 26: *sed erratum in cyfra fuisse docet Pascha, quod Cyclo lunæ* 2, *solis* 19 *litt. Dom.* E *celebratum est eo anno* 30 *Martii.*

f *Erat tum littera Dominicalis* B, *quia annus fuerat Bissextilis. Hinc certum fit (de quo alias, dum non explicatur causa, dubitari posset) certum in quam hinc fit nullum esse errorem in num. anni* 1578, *quo dicitur exceptum de altari corpus. Etsi enim propter pluvias in Iunium mensem proxime futurum videatur solum dilata tunc fuisse solemnitas translationis: aliis tamen atque aliis intervenientibus causis, integro biennio rem dilatam demonstrant, tum Brevia supra notata, tum dies* 5 *Iunii cum Dominica concurrens: quod nulli convenit duorum annorum annum* 1580 *præcedentium.*

g Bartholomæus *hic Amerinum Episcopatum obtinuit an.* 1569, *& an.* 1606 *factus Cardinalis, die* 60 *post sumptam Purpuram mortuus est: fuit autem non solum Canonicus Basilicæ Vaticanæ, sed & Vicarius ibidem & Fabricæ Præfectus, teste Vghello; quin & in Curia aliis magnis fungebatur muneribus; ut mirum non sit, primas ei in hac actione delatas.*

h Sinnichium, *videtur esse diminutivum à voce Latina* signum. *Formam ejus (quæ umbellam rotundam in conum assurgentem refert) si quis nescit & accurate cognoscere desiderat, videat in Ciacconio laminam exhibentem Vrbani* VIII *numismata, sub cujus imagine* Sinnichium *conspicitur: idemque videre licet in novissimis Plantinianæ editionis Missalibus, ad Introitum Missæ in die Ascensionis supra caput Angeli ad dexteram stantis.*

DE S. TVDINO ABBATE

G.H. *CORISOPITI IN BRITANNIA ARMORICA.*

IX MAII.

Orisopitum, *urbs Galliæ Episcopalis in Britanniæ Armoricæ parte Occidētali* Cornubia *dicta, primum suum Episcopum agnoscit* S. Corentinum, *& veneratur præcipuum Patronum, à quo &* Quimper-Corentinum *appellatur. In hujus Vita, ex pervetusto Breviario nobis transmissa & ad diem* XII *Decembris edenda continentur pauca aliqua* S. Tudini *Acta, prout inde excerpta ad hunc diem, qui illius censetur esse natalis, proponimus.*

Acta ex Vita S. Corētini.

2 Dispositi Deus omnipotens, ut Corentinus congruo tempore super candelabrum poneretur. Cornubia enim Episcopum, quem non habebat, postulavit: & tres viros sancti nominis & dignæ opinionis, scilicet Corentinum, Guengaloëum & Tudinum mittendos Turones ad S. Martinum Turonensem Archiepiscopum elegit, ut de eis Episcopū consecraret, & ad diœcesin Cornubiæ remitteret consecratum. Accivit ergo secum B. Martinus Clericos suos, discretos & honestos: & cum notasset in Tudino litteraturam & honestatem, in Guengaloëo eloquentiam & religionem, in Corentino personæ reverentiam, vultus simplicitatem & cordis humilitatem, & venerandam in omnibus sanctitatem; Spiritu sancto inspirante, S. Corentinum, sociis suis postulantibus, in Episcopum Cornubiensem, quamvis renitentem & invitum, elegit & ad consecrationem, sicut dignum erat, præparari præcepit. Consecratur à B. Martino Episcopus vir Dei Corentinus, & cum sanctis sociis ad Cathedralem Sedem Cornubiæ remittitur.... Nec mora, cum socios suos, Guengaloëum & Tudinum, sanctitate & scientia commendabiles sciret, eos in Abbates benedixit, ut eum coadjuvarent in fide Catholica propaganda. Petierat enim à Metropolitano S. Martino, cum consecratus esset Episcopus, ut præfatis sociis suis manum benedictionis imponeret, & ad Cornubiam remitteret Abbates benedictos. Sanctus vero Martinus, sicut erat columbinæ simplicitatis & serpentinæ prudentiæ, sibi benigne respondit in hunc modum: Nequaquam, Frater carissime Corentine, nequaquam expedit, ut tuos benedicamus Abbates: ne hoc exemplum apud posteros trahatur ad consequentiam, & tuæ deroget dignitati. Vade potius ad Sedem tuam, & utere libertate tua: & hos duos socios tuos, quos merito religionis & discretionis probatione dignos esse credimus, in Ecclesia tua auctoritate Episcopali benedicito in Abbates. His itaque secundum S. Martini consilium in Abbates benedictis, tandem in sacra morte resolutus, qui vixerat Christo, moritur in Christo.

Cum S. Corentino & Guengaleo oblatus S. Martino, pro Episcopatu,

in Abbatem benedicitur à S. Corentino.

ex præscripto S. Martini.

3 *Hactenus ea Acta, quæ etiam Albertus le Grand in suo tractatu de Sanctis Britanniæ Armoricæ in Vita S. Corentini Gallice edidit, & in Indice Alphabetico sub finem libri* natalem S. Tudini *assignat diem nonum Maji cum Officiis propriis insignis Ecclesiæ Corisopitensis anno* MDCXLII *excusis. Verum in iis, propter festum duplex S. Gregorii Nazianzeni, transfertur in diem sequentem & decimum Maji, quo festum* S. Tudini Abbatis *celebratur sub ritu semiduplici, & omnia præscribuntur de Communi. Oratio* Intercessio, *Lectiones in secundo Nocturno*, Beati Tudini dies, *in tertio Nocturno Homelia in Euangelium*, Ecce nos reliquimus omnia. *At* XII *Decembris, in Lectione sexta de S. Corentino, eadem de Guingaloëo ac Tudino in compendium contracta recitantur. Festum vero* S. Guingaloë *præscribitur ad diem* III *Martii, sub ritu duplici in Ecclesia Cathedrali, hac addita causa*, quia socius fuit S. Corentini; *& præscribuntur Lectiones propria in secundo Nocturno recitandæ, in quibus nulla aut S. Corentini aut S. Tudini fit mentio: uti neq; in triplici Vita quam ad dictum* III *Martii edidimus: ubi in Commentario prævio ostendimus, istum* S. Winwaloëum *natum esse circa annum* DLV, *id est circiter* LVIII *annis post obitum S. Martini Episcopi: ut necessario ab isto* Winwaloëo *alius videatur statuendus* Guingaloëus *socius SS. Corentini & Tudini: quod poterit ad Vitam S. Corentini accuratius examinari. Saussajus nihil scivit de cultu S. Tudini, ac proinde in Catalogum Sanctorum, qui proprias historias vel natales non habent, rejecit eum cum hoc elogio:* Guingaloëus & Tudinus, viri sanctæ existimationis, præsentati, cum S. Corentino, B. Martino Metropolitano Turonensi, ut quem vellet horum trium ad Corisopitanum Episcopatum promoveret.

Cultus 9 & 10 Maji.

Guingaloeus alius à S. Winwaloeo ad 3 Martii relato.

DE SANCTA LVMINOSA

G.H. *VIRGINE PAPIÆ IN ITALIA.*

POST AN. CCCC-LXXVI.

Sanctus Ennodius Episcopus Papiensis, in Vita S. Epiphanii itidem Episcopi Papiensis, Magistri sui, quam illustravimus ad diem XXI *Maji, præclaram mentionem facit* S. Luminosæ, *ac primo num.* 26, *ubi ista habet:* Erat illi, *Epiphanio*, germana natu minor, religione non impar, Honorata nomine, cujus vitam per singula virtutum genera longum est eloqui... quam tamen imbuendam disciplinis cælestibus, quasi sancta illi natura non sufficeret, Luminosæ cuidam, feminæ stupendæ sanctitatis & singularis exempli, commisit: cujus oporteret fortassis natalium culmina relegere, nisi insignior fuisset vita quam religione. Hæc enim fuit talis, de qua se crederet habere & ipse quod discēret: cui erudiendam consortem uteri committebat. Nam brevi apud hanc depositum Antistitis pignus efflоruit, & ad maturitatem bonæ frugis plantaria onusta perduxit. *Iterum num.* 34, *cum describeret Ennodius direptionem & eversionem Ticini, ab Odoacre Rege factam, indicat ista:* Diripitur etiam sancta eius germana, & seorsum ab eo captivitatis sorte deducitur. Omnes nobilium familiæ à suis sequestrantur. Luminosa, gloriosissima femina, parili necessitatis conditione constringitur. O dolor! Utræque ecclesiæ flammis hostilibus concremantur: tota civitas quasi unus rogus effulgurat. *Dein num.* 35 *addit:* Venerabilem germanam suam prius, quam in vesperam diei illius lux funesta laberetur, eripuit: plurimos etiam civium absolvit precatu suo, antequam durissimæ conditionis vincula sentirent; matres familias præcipue, quas immanior in hac necessitate poterat manere commoratio. *Hæc ibi, & inter has arbitramur liberatam, adeo ipsi amatam,* Luminosam.

sanctitas Luminosæ

captivitas,

liberatio,

2 *Colitur* S. Honorata *die* XI *Ianuarii. At* festivitatem S. Luminosæ agi hoc IX die Maji Papiæ, apud Canonicos Regulares in ecclesia S. Epiphanii, *tradit*

cultus facer

A *tradit Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ; asseritque, ejus ibidem* corpus pie asservari, *quod iterum repetit in generali Catalogo Sanctorum, & ubique statuit fuisse sororem S. Epiphanii, & S. Honoratæ: quod nobis ex verbis Ennodii accurate citatis non modo dubium, sed pene certo falsum videtur; esto quod* SS. Honorata & Luminosa, D *ut sorores, intimæ caritatis vinculo conjunctæ fuerint. Capta fuit ab Odoacre urbs Papiensis anno* CCCCLXXVI. *At quam diu postea* S. Luminosa *vixerit, non liquet.*

DE SANCTO GERONTIO

EPISCOPO FICOCLENSI ET MARTYRE,

CALLIENSI IN VMBRIA PATRONO.

D. P.

CAPUT I.

De ejus vita, morte ac cultu.

AD DI. *Celebre monasterium S. Gerontii,* NObile cœnobium S. Gerontii in mœnibus Calliensibus, ante annum DCC nostræ salutis, à Calliensium pietate Divo tutelari suo exæ lificatum opibusque auctum pro monachis Benedictinis, *scribit Ferdinandus Vghellus tom. 2 Italiæ sacræ in Episcopis Callienſibus col.* 894: *ibidemque laudatur* Hugo, Comitis Fulconis filius, nobili gente Sicarda: B *qui* cum esset Abbas & monachus S. Gerontii Ordinis S. Benedicti, sublectus *fuit* Calliensis Episcopus circa annum MLX. *Hoc sedente monasterium istud sub suam & Apostolicæ Sedis tuitionem receperunt Papa Nicolaus* II, *qui ab anno* MLIX *sedere cœpit; & Hadrianus* IV, *qui usque ad* MCLIX *Cathedram tenuit: quorum exempla sequi se profitetur Alexander* III, *in Bulla apud eumdem Vghellum legenda, data anno* MCLXX Alloderio Abbati monasterii S. Geruntii in Comitatu Callii, inter flumina Boatium & Baranum, ejusque Fratribus, tam præsentibus quam futuris, regularem vitam professis. *Factus deinde est ipse Alloderius Callienſis etiam Episcopus, ut dubitari non possit quin monasterium illud & religiosorum numero & disciplinæ vigore egregio floruerit* XI *ac* XII *seculo Christianæ Æræ: quod etiam probari potest ex* clausula Cambiationis, *inter Don Benedictum Priorem & Rectorem sanctæ Crucis, & Don Bernardum Abbatem monasterii S. Gerontii, signata anno* MCXXXI, *quæ legi potest pag.* 42 *Annalium Callienſium editorum à Francisco Bricchi, in hoc tamen non probando quod pag.* 20 *assentire videatur Pamphilo Lucii, opinanti Bernardum istum esse famosum hujus nominis Abbatem* C *Claravallensem, qui Callienſis Abbatiæ regimen aliquando gesserit.*

qui inde reuertens ab impijs decollatur.

ipse creditur esse Ficoclenſis Episcopus.

2 *Porro quam ipsum monasterium notum ac celebre, tam ignotus monachis æque ac civibus fuit loci Patronus, nisi quod ex antiquis quibusdam titulis haberetur* Ficoclensis Episcopus & Martyr *fuisse, quos nonnulli postea sic legerunt quasi, conjunctis in unam litteris* CL, *deberet dici* Ficodensis: *cum* Ficoclensem *seu* Ficuclensem *probent subscriptiones Synodi Romanæ* III *sub Symmacho Papa anno* DI *habitæ, ubi* Gerontius Ficuclensis *invenitur, juxta antiquissimarum in Vaticana bibliotheca membranarum lectionem: & Anastasius Bibliothecarius in Vita Theodori Papæ,* duodecimo milliario à civitate Ravennate *ponit* locum qui dicitur Ficuclas: *qui idem locus in Vita S. Bassiani Laudensis Episcopi, data* XIX *Ianuarii, scribitur* Phycoclis; *postea autem dictus est* Cervia, *sub quo nomine hodieque perseverant* Episcopi Cervienses. *Ceterum si* S. Gerontius Callienſis Patronus *fuit* Ficuclensis *ille* Episcopus, *qui dictæ Synodo Romanæ interfuit, vehementer suspicor, non tam fidei causa occisum esse (nec enim Gothi qui tunc Italiam sub Rege Theodorico obtinebant, quamvis Ariani essent, molestiæ quidquam ea causa facessebant Catholicis) quam a latrocinantium prædonum manu invasum, spoliatum ac cæ-*

præsertim in & 12 see.

sub Symmacho Papa subscripſit Concilio Romano.

sum fuisse; & Martyrem dici eodem modo, quo solebant olim quotquot violenta morte defuncti coluntur ut Sancti.

3 *Vita in Lectiones distributa, prout antiquitus legebatur in monasterio S. Gerontii, à nobis in Vallicellanæ bibliothecæ Mss. reperta Romæ, de morte ejus sic habet:* Veniens in comitatu Luceolarum, cum à multis exciperetur fidelibus, insidias passus ab incredulis, fugam inivit: & cum fugiens, ad villam quæ dicitur Summum venisset, ibi pene morti succubuit. Nam circumdantes eum undique infideles, jaculantes super eum tela, non potuerunt eum confodere. Unus porro audacior ceteris, acceptum de vinea paxillum E post tergum fugientis jecit, nixus eum perforare: sed paxillus querneus, casso ictu in terram lapsus, atque cuspide solo affixus, post modicum nutu Dei germinavit frondes & folia, & usque ad nostra tempora non sine multorum admiratione perduravit. At veritatis inimici persecuti sunt eum usq; ad Campũventosum; & inibi comprehendentes sanctum Dei Pontificem Gerontium decollaverunt: & inhumatum eo loco per tres dies dimiserunt: qui triduo quo jacuit non potuit violari, vel à canibus ferisque corrodi. Caput insuper ejus, cum à perfidis alicubi projectum, aves desuper volantes in silva quadam invenissent, circumdederunt; & quamdiu inibi jacuit custodierunt; donec luce divinitus emissa clarescceret omnibus, quanti meriti esset apud Deum qui occisus fuerat.

& miraculoſe ſerva tur per triduum:

4 *Eleutherium Exarchum, cum Romam veniret,* in castro quod dicitur Luceolis *interfectum à militibus, scribit in Vita Bonifacii* V *Anastasius Bibliothecarius: additque Rubeus id esse* eo loco, quo incolæ supra Cantianum Pontem Ricciolum nuncupant, *à* Luciolis *forte sumpto nomine, septimo supra Callium lapide, quod & vestigia ruinarum, etiam in topographicis mappis nominata, persuadent. Villa* ad Summum *dicta in aliis quibusdam scriptis, vicina Luceolis fuisse videtur:* Campus *autem* ventosus, *Callio propior erat, qua fauces montium in exiguam sese planitiem explicant, juxta Candianum flumen. Eo loco fidelium pietas, supra ipsum in quo Sanctus decollatus creditur lapidem, oratorium excitavit, extatque apud Franciscum Bricchi in Vita S. Gerontii cap.* 41 *Breve, quod* in civitate S. Angeli Papalis, alias Callii, *anno* MCCCCIV *dedit* Angelus, miseratione divina tit. sanctæ Crucis in Hierusalem S. R. E. Presbyter Card. Reatinus, in civitate Bononiæ, fortiâ, ac districtu Apostolicæ Sedis Legatus; *qui* cupiens ut Capella S. Gerontii in Campo-ventoso Callienſis diœcesis, in suis structuris & ædificiis decenter reparetur atque conservetur, nec non libris ac paramentis aliisque ornamentis ecclesiasticis ad divinum cultum necessariis suleiatur, fideleſque ipsi eo libentius devotionis causa confluant, atque ad reparationem & conservationem, nec non librorum ornamentorumque hujusmodi emptionem, manus promptius porrigant adjutrices, quanto ex hoc itidem cœlestis gratiæ dono uberius conspexerint se refectos; de omnipotentis Dei misericordia Beatorumque Petri ac Pauli Apo-

F

erecta in loco cadis capella, indulgentiis ornatus an. 1404.

Auctore D. P.

ſtolorum ejus auctoritate confiſus, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui prima die Paſchatis, & in die feſti S. Gerontii, & in die S. Joannis Baptiſtæ, & in die Aſſumptionis B. Mariæ virginis, à primis uſque ad ſecundas Veſperas, capellam dictam annis ſingulis devote viſitaverint, & ad reparationem vel conſervationem ejuſdem manus porrexerint adjutrices, in qualibet die in ſolennitatibus prædictis, centum dies de injunctis eis pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxat.

in eadem reſtaurata ſervatur ſozum ſalutiferum

5 Eadem Capella, *inquit Franciſcus Bricchi prælaudatus*, diebus noſtris per pios fideles reſtaurata ornataque fuit, ſculpto ſupra portam hoc titulo, LOCUS MARTYRII S. GERONTII. Ibidem ſub altari grandis eſt petra, quæ priuſquam, ut nunc eſt, obſeraretur, devote radebatur à peregrinis, tamquam ſacro ſanguine quondam conſperſa; eumque pulverem contra capitis dentiumque dolores & infirmitates humanas alias valere credebant, quod è civibus multi ſe expertos teſtantur. Cum autem anno MDCXX Callienſem Sedem teneret Illuſtriſſ. ac Reverendiſſ. Philippus Bili Eugubinus, ibique pluries cœpiſſet offerri ſacrificium Miſſæ; multiplices etiam ibi gratias meruit pia fidelium devotio, prout votivæ tabellæ plures & anathemata palam faciunt. Maxime tamen anno MDCXXI, quando civitas & diœceſis Callienſis gravabatur contagioſis ac peſtiferis febribus, quibus contacti expirabant intra paucos dies, nullo ad medicinam valente auxilio. Tunc nonnulli eorum, capellæ iſtius recordati, ad eam viſendam ſi convaleſcerent voto obligarunt ſeſe: & ſubito alleviati atque integræ ſanitati cito redditi votum ſolverunt: in quibus fuerunt Canonicus Franciſcus Maria Bricchi, Doctor Ludovicus Bricchi, feminæ duæ nomine Porciæ ex eadem familia, & ego ipſe qui hæc ex eodem voto ſcribo; appendimuſque noſtras ſinguli tabellas, faſſi nos ab evidenti mortis imminentis periculo meritis Sancti Martyris liberatos. *Hæc ille anno* MDCXXXVIII, *ſuo ſe voto abunde exolvens, quando Italice edidit Vitam quam dixi S. Gerontii, per quadraginta ſeptem capita extenſam, argumento ſumpto ab iis virtutibus quas in quolibet ſancto Epiſcopo convenit laudari, quod exiguam hiſtoriæ materiam ſubminiſtrat. Idem ſuccinctius ſolidiuſque anno* MDCXLI *primam partem Annalium Callienſium edidit, quam finit in anno* MCCLXXXIX, *cui an & ſecundam addiderit, hactenus nobis eſt incompertum.*

B

& 1621 plures à peſte ſe liberari profitentur.

6 *Quæ ad ſepulturam & cultum Sancti pertinent, ita proſequuntur Lectiones prædictæ:* Micabat equidem tota ſilva lumine clarifico, & penetrans quæque abdita manifeſtabat cunctis B. Gerontii merita. Ad quod miraculum multi convenere, atque cognita re inde caput abſtulere, & aſportantes corpori ſumma veneratione adjunxerunt. Congregatis ergo fidelibus Dei, ſalubre commodumque conſilium repertum eſt, ut inter duo flumina ſepeliri debuiſſet: interque duo flumina, videlicet Buranum & Buſum, ex more dedicatis ſolennibus & peractis exequiis pluribus & congruentibus, corpus ſanctum ejus poſuerunt: & ab inde labentibus annis victima fidelium baſilicam ſuper ſancta ejus membra collocavit, atque venerati donariis & muneribus potentes locum auxerunt, & glorificandum rebus & cauſa Domino donante perfecerunt. Quo in loco ejus beneficia exuberant, & qualis quantuſque apud Deum extiterit ſigna proclamant, fideles proteſtantur, cum virtutibus & beneficiis ejus merita proteſtantur. *Hactenus Lectiones,*

C

ſuper corpus eum capite celeſti luce colluſtratū

conſtruitur eccleſia.

quæ deinde monachis tradiuntur.

nulla dum facta monaſterii aut monachorum mentione: quos propterea exiſtimo illuc primum inductos ſeculo XI, *haud diu ante tempora Nicolai Papæ II, qui eos ſic dicitur recepiſſe in tutelam, ut ante eum nemo alius nominetur cui ſe monachi commendarint, ex more alias iis ſeculis uſitatiſſimo. Sic Clemens Papa III anno* MCLXXXVIII *ſuſcipiens monaſterium S. Petri Maſſa Montis-Neronis in eadem Callienſi diœceſi, id ſe facere dicit* ad inſtar prædeceſſorum Benedicti & Benedicti, atque Joannis Romanorum Pontificum, *& hoc dicendo nobis innuit initium ejus referendum eſſe ad ſeculum* X, *quo Benedictus VI & VII ſederunt; deinde Ioannes XVI, quos hic æſtimo indicari.* D

Legēda poſt an. 900 ſcripta,

7 *Quiſcumque autem lectionum iſtarum auctor fuit, Clericus aut Monachus, non videtur ſcripſiſſe ante ſeculum* X, *quo abolito veteri* Ficoclarum *nomine, invaluit* Cerviæ *ſeu* Cerbiæ *nomē, recentius & vulgare: in cujus etymo ludens auctor, ait* quaſi Acerbiam *vocatam prius, à ſitus paluſtris conditione miſerabili, S Gerontii ope dictam quaſi* Acerviam, *interpretatione mutata, quia bonorum plenitudine per eum fuerit acervata. Ætatem prorſus barbaram iſta ſapiunt, qualis milleſimum annum immediate præceſſit. Nihil autem valde antiquum, aut ipſius Sancti ævo propinquum, habuit, quod ſequeretur, auctor: ſic enim præfatur:* Eſt nobis ſermo de beatiſſimo Gerontio, Ficodenſis urbis Præſule..... cujus ortum nataleque, non pro certo comperimus; qualiterque ad Epiſcopalem Sedem ſit aſcitus, necdum probavimus; & quibus Imperatoribus advixerit, vel quo Apoſtolico Romæ inſidente fuerit, & ea quæ dicturi ſumus geſſerit, adhuc non audivimus. E

ex mera traditione,

8 *Vnde ergo habet quæ ſcribit poſt tot ſecula? Vtique ex traditione populari: quæ quidem in iis quæ mortem ſepulturam ac cultus initium attinent & jam ſupra relata ſunt, cum omnia prope Callium aut Callii geſta ſint, ſatis magnam veroſimilitudinem habent: in prioribus autem, quibus continetur cauſa & ratio Romani itineris, quæque debuiſſent Ficoclis ſeu Cervia peti, adeo à veritate ſunt abſona omnia, ut ea hic commemorare nefas exiſtimem. Fuerit forſaſſe apud Romanum aliquem Pontificem accuſatus Sanctus, ſumpta calumniæ occaſione ex eo quod ad domeſticum miniſterium duas apud ſe neptes haberet, exiſtimans decrepitam ſuam ætatem minime obnoxiam fore ejuſmodi ſuſurris: ſed quæ inſuper adduntur, & Davidis ac Sunamitidis excuſantur exemplo, non video quomodo potuerint in ſanos ſenſus cadere, ut ea narrantes non viderint, quantum interſit inter Regem & Epiſcopum. Additur autem dignum patella operculum, dum ſilveſtrium anſerum cervarumque obvios greges, miraculoſe obſequentes, dicitur ante ſe Romam egiſſe Gerontius, ne ſine munere coram Pontifice appareret: & vicißim ab eo accepiſſe* eccleſiam, ad honorem S. Joannis Apoſtoli dicatam in loco qui dicitur ad Ficodenus, proprio jure tenendam, *cum Privilegio,* ut ſecundus à Papa Ficodenſis Pontifex in Synodali cœtu juxta ipſum ſederet, eique ſoli Papa aſſurgeret cum ille ad urbem regiam, ſcilicet Romam, conveniſſet: *& alia vix notari digna.* F

& fabuloſe ex parte.

9 *Hæc igitur miſſa facimus omnia, quæ Baronius in notis ad Romanum Martyrologium dixit* exacta eruditorum cenſura ut expurgentur indigere, *quamvis enim Officii eccleſiaſtici Hymnus, qui apud Ferrarium in Catalogo Sanctorum Italiæ legi poteſt, ea multum emollita exhibeat; apparet tamen ex Legenda quam dixi ſumptum argumentum. Quare vehementer mihi placet moderatio atque prudentia Aſcanii Libertani Callienſis Epiſcopi & Canonicorum ejus, qui ſacra Rituum Congregationi obtulerunt approbandum pro prima ad ſecundum Nocturnum Lectione, quod ſequitur:* Gerontius Ficoclenſis Epiſcopus, in officii ſui munere vigilantiſſimus, in id totus incubuit ut verbo & exemplo Eccleſiæ ſibi commiſſæ prodeſſet. Orationi aſſiduus erat: carnem jejunio affligebat. Miracula multa edidit, quibus illius ſanctitatem teſtatam Deus fecit. Quartæ Synodo Romæ ſub Symmacho Papa habitæ interfuiſſe & ſubſcripſiſſe putatur. Dum autem ad Eccleſiam, cujus curam gerebat, reverteretur, ab impiis..... via Flaminia in loco qui Campus ventoſus dicitur decollatus

Lectio prima ad Matutinum:

A tus Martyrii palmam accepit. Ejus corpus, quod triduo inhumatum jacuerat à piis viris honorifice ſepultum eſt.

ubi occaſio martyrii aſſignata agre probatur.

10 *Probata hæc jure merito fuerunt, referente Cardinali Baronio, anno* MDCIV *die* XI *Decembris, & una cum reliquo per totam Octavam officio, de communi Martyris Pontificis ſumpto excuſa Romæ. Conſultius tamen fortaſſe fuiſſet, de cadis auctoribus nihil dicere, quam per conjecturam addere eos fuiſſe, ubi..... ſignavi,* factionis, ut creditur, ſchiſmaticorum, qua S. Symmachus Papa fatigatus fuit. *Neſcio enim quo fundamento id credatur. Factio enim illa, quæ Laurentium ordinarat eodem die quo ordinatus eſt Symmachus, ad ſententiam Regis Theodorici conquievit: & congregata Synodo, cui Gerontius interfuiſſet,* conſtitutus in Nucerina civitate Epiſcopus Laurentius intuitu miſericordiæ, *ut ſcribit Anaſtaſius, contentus abiit. Quod autem poſt annos quatuor renovatum ſit ſchiſma, revocato clam in urbem Laurentio, & cædes quædam facta Romæ; non apparet quomodo vel ad Gerontium pertineat, vel extra urbem valuiſſe ſupponatur, tam longo ab ea intervallo, quantum Roma diſtat Callium, circa quod cæſus Geruntius eſt. Conſiderent igitur ad quos id pertinet, num præſtet de cauſa martyrii prorſus taceri, quam tam incertam & parum veroſimilem proponi, etiam ſi id fiat per modum conjecturæ.*

B

CAPUT II.

De monaſterio & Reliquiis S. Gerontii.

Situs veteris monaſterii:

11 *Sed redeo ad* monaſterium S. Gerontii *inter* Buxum *&* Buranum *flumina; pro quibus nominibus* Boarus *hodie dici videtur &* Candianus: *inter hæc enim poſitus fuit mons ille, in quo vetus fuit* Callium, *& inter eadem ſitum eſt* planum S. Angeli, *ad quod anno* MCCLXXXIX *tranſlata fuit civitas vocataque* S. Angeli Papalis, *novo & parum durabili nomine, quia vetus* Callii *appellatio numquam ab ore vulgi deleri potuit, & ſola hodie perſeverat. Ab illo monaſterio pars illa veteris Callii, in qua arx olim erat, vocabatur* mons S. Gerontii: *uti*

juxta quod olim & arx fuit:

conſtat ex Brevi Bonifacii VIII, qui preteriti temporis ſeditiones & ſcandala, perſonarum pericula & rerum diſpendia, plurimaſque bellicas tempeſtates, quæ civitas Callienſis, propter diviſiones & contentiones partium, non ſolum ſibi ſed & toti circumpoſitæ regioni ſæpe parturiit..... quia ipſius civitatis arcem, quæ eſt in monte S. Gerontii, fore didicit pro magna parte hujuſmodi fomitem novitatum, pro eo quod pars illa quæ arcem ipſam habere poteſt, confidit ſe poſſe totam civitatem diu defendere & tenere..... *ideo* Poteſtati, Priori, Conſilio & Communi Eugubino *mandat*, quatenus arcem ipſam recipiant, & ad ipſius civitatis communes expenſas (moderatas tamen.....) faciant diligentius cuſtodiri, quouſque de ipſa duxerit aliud ordinandum. *Ita prædictum breve apud Franciſcum Bricchi cap.* 42, *datum anno Pontificatus* III, *Chriſti* MCCXCVI: *unde apparet, quod, licet* mœnia & domus civitatis funditus diruta *fuerint, ſicut fieri annuerat Nicolaus Papa IV, non tamen deſtructa arx illa ſit: idem enim Nicolaus juſſerat*, fortalitia & loca omnia prædictæ civitatis, de quibus poſſet haberi ſuſpicio, ne per ea vel occaſione ipſorum aliqua valeret ſuboriri turbatio, *per* Joannem Columnam, Marchiæ Anconitanæ Rectorem, *cui executio demandabatur*, cum omni diligentia & ſolicitudine cuſtodiri.

C

ipſum vero deſolatum ejuſq; bona

12 *Sicut autem de fortalitiis ſtatuerat Nicolaus; ita tranſlationem civitatis fieri voluit*, eccleſiis, monaſteriis & aliis locis piis, in priori loco conſtitutis, in ſuo ſtatu reſervatis ad præſens. *Sed tranſlatis alio civibus, difficile fuit priſtino in loco retineri clerum ac monachos, ut etiam ipſi non migrarent paulatim vel extinguerentur. Itaque factum eſt ut, dilapſis monachis,* monaſterium S. Gerontii unitum ſit menſæ Epiſcopali Callienſi, per Dominum Nicolaum Papam V, *qui ſedere cœpit anno* MCCCCXLVII, ejuſque bona communi ſorte applicata ipſi Epiſcopatui & Canonicæ Callienſi, & poſtmodum per præfatum Dominum Papam inter Epiſcopatum & Canonicam ſingulariter diſtributa; ut patet per litteras & bullas plumbatas ejuſdem Domini Papæ, ſuper his omnibus confectas. Erat autem præfatum monaſterium, ubi poſt, ſatis malo conſilio, Dux olim Federicus arcem, civitati Callii imminentem, ædificari juſſit, monaſterium prius deſtruens. *Ita D. Thomas Albici Epiſcopus Callienſis, in ſuis regiſtris anni* MDXIV *apud Bricchium: qui tamen addit, legiſſe ſe memorias quaſdam, quibus aſſeritur, uſque ad noſtrum hoc ſeculum conſervatum fuiſſe locum altaris majoris, ſuper extructa cellula quadam, intra quam erant petreæ quædam arcæ, cum oſſibus multis, quas alicujus Sancti aut Beati eſſe non dubitabatur: appellatam autem fuiſſe* capellam S. Dominici, *ad eamque ſolitos antiquo uſu exire cives ſingulis diebus Dominicis per Octobrim, dicique ibidem obtineri tunc indulgentias, ſed quales aut quantas ignorari. Ad hanc Capellam etiam annue aſcendebatur die tertia Rogationum, & exinde Canonicus hebdomadarius benedicebat agris ac planitiei circumjectæ; utpote ex eminentiori eorum hortorum loco, quos Patres Capucini nunc obtinent, & anno* MDC, *Epiſcopatum tenente Aſcanio Libertani, muro concluſerunt: itáque finem habuit conſuetudo antiqua.*

AUCTORE D. P.

ceſſarunt Epiſcopo & Capitulo,

ſolaque remaſit tumba veroſimiliter S. Gerontii,

E

13 *Sed non ceſſavit propterea ipſo in monte* S. Gerontii *veneratio: qui enim Sedem Callienſem ante Aſcanium tenuit Paulus Marius ab anno* MDLXVII, *prædictis Patribus Capucinis novam eccleſiam dedicare rogatus, ipſam in honorem* S. Gerontii Callienſis Patroni *dedicavit, nihil minus tunc cogitans quam eo loci fuiſſe monaſterium ejuſdem. Quare id poſtea intelligens, pro miraculo habuit. Qua autem occaſione id intellexerit, & quomodo neglecta ſit pulcherrima occaſio ipſum S. Gerontii corpus inveniendi, juvat diſcere ex litteris Leonardi Iacopini civis Callienſis, Roma datis* I *Februarii, ipſo quo Paulus Marius obiit anno* MDXCI. Interrogatus, *inquit*, de iſta capellula, ſitne moderna vel antiqua; reſpondeo, eſſe antiquam, & reliquiam rei majoris, id eſt eccleſiæ. Omnino autem pro certo habeo, ſupra capellulam illam & tumbam, quæ videtur hodie, fuiſſe altare ad ſacrificium Miſſæ, ſi non totius eccleſiæ princeps, alterum tamen ſub principali conſtructum in crypta, quale in eccleſia Sanctæ Crucis Avellanæ videre eſt pluribuſque Romanis, ubi ſanctorum corpora ſubtus collocata videntur in tumbis, per feneſtellas quaſdam patentibus, ad commoditatem aptandæ lampadis ſub iis fovendæ. Habebat autem tumba S. Gerontii feneſtellam quadram, per quam ægre intromittere caput quis poſſet: & uſque ad labrum oſtioli plena erat oſſibus: quæ, poſtquam feneſtella illa amplificata in ſpatium majus fuit, exempta ſunt omnia, & partim in lapidea arca ſuperiori compoſita, partim alibi collocata fuere. Cenſeo porro grandiorem petram, quæ ſupra capellulam jacet, præbuiſſe uſum altaris, etſi forma aliquantum minor ſit quam hodierna ferat conſuetudo, nec diſſentient ii qui vetera multa altaria viderunt.

F

cui nova deinde dedicata eccleſia Capucinorum;

ab hiu confuſa quæ iis ſultus erant

'ſſa

14 Petierant quidem Patres Capucini, ut quoniam libertati ſuæ officiebat acceſſus popularis ad locum, prorſus eum abolere poſſent: verum cum annuiſſet Epiſcopus, & digredientibus adderet, Videte ut petræ iſtæ & oſſa in loco ſacro aſſerventur; ſuperveni ego, & re intellecta monui, nullatenus faciendum videri quod Patribus illis à ſe indultum dicebat, exponens quidquid ſcirem; & id ipſum ſic jubente Epiſcopo ſcriptum exhibiturus, confeſtim attuli domo librum, in quo ſimilia multa notaram, & coram

cum tumbâ illam amoliri cogitarent,

AUCTORE D. P. coram ipſis Patribus exinde recitavi. Perſuaſus hac ratione Epiſcopus retraxit facultatem jam datam, rogavitque Patres an unquam aperuiſſent lapideam arcam, quæ in prædicta Capellula erat. Affirmantibus illis, atque addentibus in ea ſe reperiſſe oſſa quædam, iterum ex iis quæſitum eſt, an ita ut invenerant reliquerint omnia. Illi vero faſſi ſunt, quod totam impleviſſent oſſibus in tumba repertis, quantum capere poterat: cetera autem ſepeliviſſent circa ipſam capellulam. His ſic dimiſſis manſi cum Epiſcopo ſolus, multumque cum eo conſultavimus qua forte ratione cognoſci poſſent ipſius S. Gerontii oſſa, atque diſcerni à ceteris: nec facile fuit quidquam certi expedire. Quamvis enim aliqua ratione credam ipſa eſſe in ea quam diximus arca ſuperiori: dubium tamen id nobis manſit, quia ibidem ſubtus eſt arca alia, numquam adhuc aperta: in qua forſitan ipſa contineri certiori poſſet indicio intelligi, ſiquando illa aperiretur.

tranſlata ad novam eccleſiam ibi nunc latent.

B 15 *Hactenus Iacopinus, cujus de altera arca referanda conſilium fueritne executioni mandatum, non videtur Bricchius comperiſſe: ſolum aſſerit, prædicta oſſa tranſlata eſſe ad novam eccleſiam, atque ibi ſepulta, neque potuiſſe ſe, quantavis adhibita diligentia, ſcire qua in parte lateant. Itaque per inconſideratam bonorum iſtorum Patrum, ſuis dumtaxat commodis conſulentium, feſtinationem, præcepta civibus Callienſibus eſt ſpes Sancti ſui Patroni reliquias aliquando ad publicam venerationem extollendi, niſi miraculo eas revelet Deus. Eoque pluris faciendum eſt quod Aſiſii in Conventu S. Franciſci (ubi clauſtrum unum à S. Gerontio nomen habet, & imago ejus depicta cernitur) hac legatur inſcriptio:* Hic intus jacet B. Gerontii Epiſcopi & Martyris brachium, in hujus ſacri conventus conſecrationis ſignum. *Primum ædificii lapidem rite jecerat Gregorius IX anno* MCCXXX: *qui cum uſque ad annum iſtius ſeculi* XLI *vitam prorogarit, potuit per ſe aut alium à ſe deputatum abſolutam fabricam conſecraſſe, & cum aliis Reliquiis pluribus ipſum brachium ibidem tunc concluſiſſe, incertum quando aut qua ratione allatum Callio. Inde tamen allatum cenſeri, probat antiquum divini Officii Diurnum, in Aſiſienſi conventu aſſervatum, ubi præſcribitur* nona Maji, B. Gerontii Epiſc. & Mart. duplex cum Octava. *Atqui tali die Callienſes ſuum Patronum, Cervienſes Præſulem, vicina Callio oppida Advocatum colunt ab immemorabili tempore: unde & Romano Martyrologio eumdem his verbis adſcripſit Baronius,* Callii via Flaminia paſſio S. Gerontii Epiſcopi Ficodenſis (*ſic enim in Actis ad ſe miſſis legerat*) *& in Annotatis varios indicavit Gerontios, qui alibi aliis diebus coluntur.*

D *Brachium in clauſtro conventus Aſſiſienſis.*

nomen in Martyrologio Rom.

cultus in eccleſia Raceburgenſi.

16 *In Breviario diœceſis Raceburgenſis in Saxonia inferiore, anno* 1505 *excuſo, præſcribitur ad hunc* IX *Maji, veneratio* S. Gerontii Epiſcopi & Martyris *ſub ritu trium Lectionum, & hæc propria de eo recitatur Oratio.* Deus qui nos annua B. Gerontii Martyris tui atque Pontificis ſolennitate lætificas; concede benignus, ut cujus hodie triumphum veneramur, ſocietatis ejus lætitiam adipiſci te largiente mereamur. *Atque hinc verosimile ſit ejuſdem Sancti reliquiam olim ad iſtam Eccleſiam perveniſſe: quæ Eccleſia ſeculo* XI *reſtituta, & ab Ordine Præmonſtratenſi per annos* CCCL *ſucceſſive adminiſtrata fuit, ut ad Vitã B. Evermodi Epiſcopi* XVII *Feb. diximus.*

E

DE B. FORTE EREMITA

AD SANCTAM CRVCEM FONTIS AVELLANI IN ITALIA.

G.H.

ANNO MXL. VDovicus Iacobillus, *tomo* 3 *de Vitis Sanctorum Vmbriæ, ſubjungit Catalogum de inſignioribus Reliquiis Sanctorum, quæ aſſervantur in eadem Vmbria, & pag.* 4 *tradit* in Eccleſia Cathedrali urbis Eugubinæ, quieſcere ſacra corpora SS. Mariani Lectoris & Jacobi Diaconi Martyrum, quibus dicta eccleſia eſt dicata: item SS. Fructuoſi & Rudolphi, & BB. Theobaldi & Villani Epiſcoporum ejuſdem Sedis; & corpus B. Fortis Gabrielli, monachi ſanctæ Crucis Fontis Avellani. *Ex his ultimus* B. Fortes *memoratur ab eodem Iacobillo tomo* 1 *ad hunc* IX *Maji, ubi ejus res geſtas profert: quas iterum tomo* 3, *ubi agit de Sanctis ac Beatis monaſterii Avellani pag.* 331, *aliquanto diſtinctius, licet brevius, deſcribit: unde ſequentia collegimus.*

Corpus Eugubii

C *Acta ex Iacobillo.*

Pie educatus,

2 Beatus Fortes, è nobili familia Gabriella prognatus, & à ſuis parentibus, veris Chriſtianæ pietatis amatoribus, in ſancta diſciplina educatus inſtructuſque; in ipſa ſua juventute addictus fuit mortificationi carnis, ſanctæ meditationi rerum cæleſtium, & deſiderio vitæ ſolitariæ. Relicta ergo urbe Eugubina cum ſuis conſanguineis diſceſſit in eremum alti montis, in Apennino prope Scheggiam municipium ſiti, ad confinia Umbriæ & Piceni ſive Marchiæ Anconitanæ, prope antiquam Flaminiam viam, ab urbe Eugubina ad octo millia paſſuum diſtantis: in quo loco plures Eremitæ in vita ſolitaria & ſincero Dei ſervitio exercebantur: ibidemque viſitur parva eccleſia ſive capella, poſt mortem B. Fortis ad hujus honorem erecta, etiamnum S. Fortis appellata. Hac igitur in eremo aliquam ſibi elegit ſpeluncam procul à tumultu populari, & ſe occupavit carnem variis pœnitentiis domando, & ſpiritum aſſiduis iiſque ferventibus orationibus fovendo; & inter hiemalia frigora & æſtivos calores, tamquam fortis Chriſti athleta, inimicum infernalem debellavit. Victus illi erant herbæ aliique cibi crudiores, potus aqua, lectus nuda terra, veſtitus panni rudes coloris caſtanei ſeu leonini & variegati. Poſtmodum accenſus deſiderio ſub obedientia vivendi, inſtructuſque ſanctitate B. Lodolphi fundatoris Congregationis Avellanæ, ejuſque monachorum; ſe contulit ad dictum monaſterium, & à Guidone Aretino tunc ibidem Priore habitum ſanctum circa annum trigeſimum ſupra milleſimum accepit: atque in ea ſocietate ſanctiſſimorum monachorum, ad quos dein memoratus B. Lodolphus, relicto Epiſcopatu Eugubino reverſus fuerat, cum magna ſanctitatis opinione vixit, ac tandem mortuus eſt die nono Maji anni milleſimi & quadrageſimi. Tunc ejus conſanguinei, ob ſingularem quo erga eum ferebantur affectum devotionemque, impetrato B. Lodolphi & monachorum conſenſu, curarunt corpus ejus Eugubium deferri: quod in Eccleſia Cathedrali depoſitum fuit in quadam capella ſub finem dictæ eccleſiæ, ad quam variis gradibus ſcalæ lapideæ aſcendebatur. Verum poſtea ſacrum ejus corpus tranſlatum fuit ad aliam capellam, in medio dictæ Cathedralis ſitam, ubi hactenus honoratur cum hac antiqua inſcriptione.

fit eremita in Apennino;

dein monas chus Fontis Avellani,

ſepelitur in æde Cathedrali.

moritur an. 1040,

F

D. O. M.
Divo Forti Eremitæ, candore animi,
ſumma conſtantia, & Chriſtiana pietate inſigni.
Anno à Chriſto nato MXL ad cæli patriã migravit.

3 *Hanc eamdem inſcriptionem edidit Philippus Ferrarius ad diem* VII *Maji, quo eum retulit poſt* B. *Villanium Epiſcopum Eugubinum. Imago ejus appenſa in monaſterio Avellano videtur cum tali ſubſcriptione:* B. Fortes Gabriellius Eugubinus, monachus ac eremita Avellanæ, obiit

A obiit IX Maji anni MXL. *Gabriel Bucelinus in Menologio Benedictino ad hunc* IX *Maji hoc eum elogio honorat:* Eugubii in Italia natalis B. Fortis monachi & eremitæ. Is nobili genere Eugubii natus, familia illustri Gabrielia, monachum in monasterio Fontis Avellani professus, S. Lodolphum Abbatem, sanctitatis magistrum perfectissimum habuit: cujus exempla strenue imitatus, vitam admodum rigidam vixit, quam felicissimo clausit fine anno MXL hac die: cujus corpus in Cathedrali templum translatum, ibidem sacello insigni colitur: per cujus intercessionem multas gratias Numen Eugubinis largitum est. *De eremo sanctæ Crucis fontis Avellani, imo & Eugubina urbe late egimus* XXII *Februarii ad Vitam B Petri Damiani* § 1. *De illius fundatore B. Lodolpho latissime agit Iacobillus tomo* 3 *à pag.* 323 *ad* 331. *Et quia erat oriundus ex nobilissima familia Pamphilia, hanc præclare illustrat.* AUCTORE G.H.

Elogium Bucelini.

DE SANCTO GREGORIO

EPISCOPO OSTIENSI, IN ITALIA,

IN LEGATIONE HISPANICA MORTUO. G.H.

ANNO MXLIV. OStia, *antiquissima Romanorum colonia, in ore Tiberis fluvii ab Anco Martio Rege Romanorum fundata, in tantam Ecclesiasticam evecta est dignitatem, ut ipsius Antistites sua quodammodo natura & Cardinales sint, & omnes omnino Orbis Episcopos, uno Romano Pontifice excepto, superent dignitate, & à multo jam tempore habeantur Purpuratorum Decani. Inter hos Episcopos seculo Christi undecimo floruerunt duo, & sanctitate vitæ & splendore doctrinæ eminentes. Horum alter fuit* B. Petrus Damianus, *Prior eremi sanctæ Crucis Fontis Avellani anno* MLXXII, XXIII *Februarii vita functus, ad quem diem ejus Acta illustravimus. Alter hoc aliquanto senior (nam duo inter utrumque interceserunt) est* B. Gregorius, *in Legatione Hispanica sanctissime hoc* IX *Maji mortuus. Aliquod rerum ab eo gestarum compendium edidit tomo* 1 *Italiæ sacræ in Ostiensibus Episcopis Ferdinandus Vghellus, quod hic damus, & est hujusmodi.*

Ostia Tiberina Episcopus

B

2 Beatus Gregorius, S. Benedicti monachus, atque Abbas SS. Cosmæ & Damiani ad Micam-Auream, Ostiensis Episcopus adlectus est, atque adeo Cardinalis & Bibliothecarius Sanctæ Rom. Eccleſiæ. Circa annum MXXXIV Petro succedit: qui eodem munere sub quatuor sibi succedentibus Pontificibus cumulatissime functus est, ea sane virtutum prodens exempla, quæ sanctissimum virum videntur decere. Cum autem ubique & semper ejus sanctitas mortalibus innotuisset, tum vero maxime in regno Navarræ ex Pontificis missu enituit. Siquidem cum Deus, sceleribus mortalitatis irritatus, Benedicti Noni temporibus, denso agmine locustarum Navarrensium fines fœdissime devastasset, nec indies magis sævienti cladi ullæ viderentur acies pares, omni demum humano subsidio destituti, missis Legatis à Pontifice Romano divinas suppetias impetrarunt. Quas ut in deprædatoriam pestem illam sanctius adornaret, trium dierum orationem publicumque indixit jejunium. Ex eo admonitu Angeli, qui affirmabat populabundam locustam per benedictionem Gregorii Ostiensis fugatum iri, eumdem in Navarram legavit. Qui benedictione signoque Crucis, acsi signa contulisset in prælium, exercitum illum locustarum usque ad internecionem delevit: multisque præterea clarens miraculis, locustis pejora peccata fugavit. In Hispaniis igitur aliquamdiu commoratus, ex divino instinctu S. Dominicum, vulgo della Calzada vocatum, Sacerdotem initiavit, verbumque Dei enuntianti indefessum se comitem adjunxit. Demum Ostiensis Gregorius, cum ad majorem Dei gloriam multos adjisset labores, oppressus morte evolavit ad Superos, anno millesimo quadragesimo quarto, septimo Idus Maji, sepultusque est apud Lucerinum, Navarrensis ditionis castellum: ubi ejusdem memoria apud eos populos solennis quotannis habetur.

creatus anno 1034.

à Benedicto 9 in Hispaniam missus,

C

locustis in de fugatis

anno 1044 moritur,

3 *Hactenus Vghellus, qui ante hunc B. Gregorium Episcopum Ostiensem statuit alios quatuor fuisse Episcopos itidem Ostienses, Gregorii nomine appellatos, & in Episcopo* XXIV, *Gregorio IV, ista scribit:* Constantinus Cajetanus Abbas Benedictinus, in Vita Gregorii Ostiensis Episcopi (quam nuper diffuse quidem præscripsit, quæ Romæ typis excusa in manibus piorum versatur) toto cælo aberrat, dum habet B. Gregorium, ex Abbate SS. Colmæ & Damiani ad Micam-Auream, à Joanne XVIII Episcopum Ostiensem creatum anno MIV, & ad cælū evolasse anno MXLIV. Nam ut clare vidimus, post Gregorium Ostiensem Episcopum S. R. E. bibliothecarium, qui anno MV subscripsit diplomati Joannis XVIII, Petrus quidam Ostiensis regebat Ecclesiam anno MXXVI, de quo mentio anno MXXVIII. Unde vel B. Gregorium ante annum MXXVI fato cessisse, aut post Petrum anno MXXVIII elapso Ostiensem Sedem obtinuisse fatendum est. Ego enim evidenti ratione convictus, post Petrum, qui anno MIII inter mortales degebat, Gregorium anno MV, post Gregorium, Petrum, post hunc B. Gregorium repono, à Benedicto Nono ad Episcopalem Sedem Ostiensem vocatum circa annum MXXXIV, in Hispaniam missum, ibidem diem clausisse extremum anno MLIV. *Hæc iterum Vghellus. At Tamajus Salasar in Martyrologio Hispanico ad hunc* IX *Maji recudit Vitam B. Gregorii à Constantino Cajetano scriptam, at dein recedit ab ejus sententia, & adhæret* Ughello, inter Gregorios Episcopos Ostienses subjicienti discrepantias. *Nos curiosis antiquitatum Ostiensium indagatoribus relinquimus dictam controversiam de duplicatis Petris & Gregoriis, & cum lector possit recurrere ad dictas editiones Cajetani, eam Vitam ut multis verbis amplificatam omittimus: in qua plurima de S. Dominico Calciatensi indicantur, quæ accuratius ex antiquioribus Actis referuntur* XII *Maji, die ejus natali. In istis etiam nihil habetur de sacerdotio illi à* B. Gregorio collato, & concionibus ad populum habitis: sed dicitur B. Dominicus, ut animam salutaribus doctrinis reficeret, ipsius discipulus effectus, illumque usque ad obitum ejus comitatus. *Non etiam* B. Gregorius, *jam* Episcopus Ostiensis, munere Bibliothecarii sub quatuor sibi succedentibus Pontificibus functus est, *uti ex Cajetano videtur Vghellus non satis sui memor desumpsisse. Factus traditur supra Episcopus Ostiensis anno* MXXXIV, *cum jam tum Pontifex esset* Benedictus IX, *teste ipso Vghello*, anno MXXXII in Apostolicam Sedem intrusus. *Ab hoc Pontifice anno* MXXXIX *B. Gregorius in Hispaniam missus, ibidem decessisset anno* MXLIV, *antequam in locum dicti Benedicti, à Pontificatu exacti, & aliis schismaticis submotis, fuerit legitimus Pontifex constitutus Gregorius VI. Sed neque sub Benedicto IX neque sub aliquo decessorum ejus credi debet Gregorius fuisse Bibliothecarius, nisi productis tabulis, quibus eum ejusmodi titulo subscribitur: nullæ autem producuntur*

E

videtur à seniori Gregorio stem Ep. Ostien. distinguendus

F

neque sedisse sub 4 Pontificibus.

AUCTORE G.H.

hactenus: ſed bene aliæ ab aliis cum titulo Cancellarii, *qui idem &* Bibliothecarius *dicebatur ſubſcriptæ.*

4 *Celebrat eumdem* B. Gregorium *Thomas de Trugillo, in Theſauro Concionatorum ad hunc* IX *Maji, & inter alia, quæ relatu digna ſunt, iſta ſcribit:* Cum perveniſſet Navarram ſanctus Epiſcopus, ſua ſancta prædicatione & vita integerrima, vitia emendavit atque correxit: ceſſantibuſque peccatis & iniquitatibus, ceſſavit etiam plaga. Inſtituit autem vir ſanctus etiam proceſſiones multas, jejunia, orationes, eleemoſynas, ſacrificia, & alia id genus opera ſancta, quibus ira Domini placaretur. Unde Advocatus eſt nobis hic glorioſus Sanctus contra locuſtas, & æruginem aliaque id genus animalcula, quæ ſegetes ſolent infeſtare. Hinc fit ut aqua, qua lavata fuerint ejus oſſa ſive contacta, ſi aſpergatur per vineas, hortos, ſegetes & arbores ſilveſtres, & alias id genus plantas, ſoleat maximo remedio eſſe contra talia animalcula noxia. Mortuus eſt autem hic glorioſus Pontifex, & fuit ejus corpus ſepultum in eodem regno Navarræ, videlicet in Berrueca: ubi multis claruit miraculis, & Deus ejus interceſſione & meritis multis ſolet ſubvenire. *Hæc Trugillus, quo citato Ioannes Marietta aliqua hujus Sancti Acta retulit lib.* 5 *de Sanctis Hiſpaniæ cap.* 68, *aſſeritque* Calagurri & Lucronii concionatum eſſe, ejuſque corpus aſſervari in eccleſia ipſi dicata in alta Navarræ rupe, haud procul dicto Lucronio: atque ad illam ſupplici proceſſione accurrere multos vicinarum ditionum populos, ut ejus interceſſione liberentur, potiſſimum ab infeſtatione locuſtarum, aſſumentes ſecum aquam attactu ſacrarum ejus Reliquiarum ſacratam. *Hæc ibi. Eccleſiam illi dicatam, ante ſub nomine S. Salvatoris de Pinava fuiſſe notam, indicatur ex Cajetano apud Tamajum Salazar ad diem* X *Maji, quo celebrat ſacrati corporis S. Gregorii inventionem, factam præſentibus Epiſcopis Petro Pampilonenſi cognomento Ximenio de Gazolaz, anno* MCCLXVI *creato, & Sanctio Haxio vel Hachio, qui Bajonenſem Eccleſiam ab anno* MCCLVI *uſque ad annum* MCCLXXV *rexit. Subjiciuntur dein miracula ab Ægidio Calabrigenſi auctore coævo conſcripta, quæ ſubjicimus & ſunt ejuſmodi.*

pia opera inſtituit:

Corpus ſeculo 13 *inventum.*

5 Anno Domini MCCXCVIII armiger Equitis cujuſdam Navarri, qui Fortunius de Almozavia vocabatur, ſurdus & mutus, in S. Gregorium valde religioſus, in ejus eccleſia vigilias egit, precibus impenſiore ſtudio ſe dedit, ut auditum & loquelam recuperare poſſet. Octava die cum Clerici terræ Berruecæ & Valdegæ aliorumque locorum, eodem catervatim veniſſent, pluviæ impetrandæ cauſa; ille Sancti meritis & interceſſione voti compos factus eſt. Anno Domini MCCCII die III Junii ad eccleſiam, in qua S. Gregorii corpus conditum eſt, vir quidam de Olite conſcendit, Vici nomine, quinque offerens ſolidos: affirmabatque, præteritis temporibus Loci incolas, gravi peſtilentia ac locuſtarum plaga afflictos, dictam ſummam ad ſumptum lucernarum Sancto voviſſe, vineiſque & agris aqua beati viri Reliquiis ſanctificata luſtratis, calamitatem omnino ceſſaſſe. Simile huic recenſebat cuſtos cœnobii S. Franciſci de Eſtella coram eodem Ægidio & Vicario de Piedra-millera, Petro Joanne nuncupato, ac Michaële Sanctio Clerico, Vicario S. Gregorii. Ejuſmodi generis prodigium accidit in Falces, cujus pagi incolæ illa ipſa de cauſa quotannis octo tritici rubos eccleſiæ S. Gregorii offerunt.

Mutus & cæcus ſanatur anno 1298

locuſtarum lues extincta anno 1302

6 Anno Domini MCCCX die XII Martii, in villa de Arellano, cum in aurem cujuſdam Sacerdotis, Pyrrhi nomine, granum hordei incidiſſet, nullaque ratione extrahi poſſet; ille numquam intermiſſis ad Deum precibus liberari ab ea moleſtia expetebat. Nihilominus opera chirurgi uſus eſt, ſi quomodo laboranti auri remedium adferre poſſet: ſed cum contra atque ſperaverat accidiſſet, ſeipſum S. Gregorio pie commendans, ad ejus eccleſiam non ſine incommodo ſe contulit, fratre ſibi comite adſcito. Vigilans igitur ante Sancti altare, vovit ſe illi certam tritici menſuram in ſingulos vitæ ſuæ annos oblaturum, ſi morbum depelleret. Voto facto granum hordei ſtatim ex aure hominis exiit, ejuſque dolor ſedatus eſt.

granum in aure illapſum excidit an. 1310

7 Anno MCCCXII in loco Vianæ, uxor quæſtoris S. Gregorii, ita obſurduit, ut per ſeptem menſium ſpatium remedium morbo invenire non poſſet. Viſum idcirco divinam implorare opem. Quare ambo multas piaculares hoſtias Deo offerri curaverunt: preces etiã varias & vigilias ipſi, cum in eccleſia Vianæ tum alibi, peregerunt. Sed cum nec eo pacto mulieri audiendi facultas reſtitueretur; vir, qui, ut diximus, S. Gregorii quæſtor erat, uxori ſuaſit, ut ad illius eccleſiam ſe conferret, illicque ſupernum remedium ob Sancti merita præſtolaretur. Cumque mulier marito obtemperaſſet, multis lacrymis ac gemitibus Sanctum rogabat, ut vel auditum ſibi impetraret, vel ex hac vita celerem diſceſſum. At Sanctus priſtinum mulieri aurium ſenſum reſtituit. Quarta etenim nocte, dum illa eſſet in eccleſia pervigilium de more habens, circa ſextam horam galli cantum auditu percepit, & paulo poſt campanarum ſonitum, quibus ſurgendi ad matutinas horas perſolvendas ſignum dabatur: & in hunc modum cognovit ſe meritis S. Gregorii à ſurditate liberam eſſe. Gratias itaque ingentes Deo ac Sancto ob acceptum beneficium reddidit: & domum magna cum hilaritate reverſa, annis ſingulis eleemoſynam pro cereis coram ſacro Corpore accendendis erogare perſeveravit.

ſurdus curatur anno 1312

8 Anno Domini MCCCXXII die XIII Martii Sabbato, ad hanc eccleſiam mulier quædam acceſſit è loco de Ameſcoa, à dæmone correpta: quæ cum ante altare S. Gregorii vigilaſſet, ea hora qua eccleſiæ Abbas Miſſæ ſacrificium celebrabat, uſque adeo à maligno ſpiritu torta & convulſa eſt, ut eam mortuam, qui præſentes aderant, reputarent. Verum paulo poſt mulierem dæmon reliquit, ac tantum fragorem ſtridoremque edidit, ut ruere templum videretur: & abiens tale indicium præbuit, ut mutorum fracturæ etiamnum adverti facile poſſint.

energumena liberatur an. 1322

9 Anno Domini MCCCXXIII die Sabbati, quo anniverſaria S. Gregorii Papæ gratulatio celebratur, quidam villæ Eſtellæ incola, Petrus Garſiæ nomine, ejus loci lanio, diu ante auditu carens, ad eccleſiam noſtri S. Gregorii cum aliis interceſſurus acceſſit. Cumque integram noctem pervigil exegiſſet, Sanctoque ſupplicaſſet, ut medicam manum morbo ſuo adhibere dignaretur, neque tamen juvamen ullum ſenſiſſet; ſceleribus ſuis id attribuens, domum verſus triſtitia obrutus iter accepit. Verum Eſtellæ villæ finem ingreſſus, ſonum campanarum audiit, ac plane comperit ſe quod petierat impetraſſe. Quare Deo & Sancto quam maximas gratias agens, eleemoſynam quantamcumque potuit ad eccleſiã miſit.

auditus recuperatur an. 1323.

10 *Hactenus illa miracula: poſt quæ relata additur*, viros aliquot ex primaria nobilitate in unum coëuntes, ſodalitatem ſub S. Gregorii tutela conſtituiſſe, eoſque certis legibus parere, & meditationibus ſpiritualibus exerceri. *Imo, inquit Tamajus Salazar*, antiqua fuit inter Hiſpanos Calagurritanos, Navarræos & Aragonenſes conſuetudo, celebrandi diem feſtum huic ſanctiſſimo Præſuli dicatum: & idcirco nonnullæ in pluribus eccleſiis perveteſtæ inveniuntur Orationes, deprecationes & hymni, quibus à locuſtarum ruina liberari poſcebant, & debitas pro illius ſubventione, devota grates humilitate ſolvebant. *Subjungit Tamajus quinque hujuſmodi hymnos, quibus*

Sodalitas inſtituta.

hymni antiqui

A *quibus Orationem interponit, & aliam poſt miracula, atque tertiam poſt Vitam S. Epitacii Epiſcopi & Martyris, ab eo ſeorſim anno* MDCXLVI *editam. Ex his* à Presbytero, ſuperpelliceum induto & ſtolam, Cruce præeunte ſequens devote ſolet recitari Oratio. Deus, qui B. Gregorio, Confeſſori tuo atque Pontifici, contra locuſtarum peſtem, ſpecialem gratiam contuliſti, concede propitius, ut qui tua beneficia devote poſcimus, ejus meritis & precibus à corroſione & conſumptione ipſarum & quarumcumque aliarum peſtium, in fructibus noſtris & pecoribus, atque à peſte & epidemia in corporibus noſtris, miſericordi-

& oratio-nes

ter liberemur. Per Dominum &c. AUCTORE G.H.

11 Et ut longe lateque aqua, qua fructus aſperguntur, deferatur; accedunt populi ad locum ſepulcri cum urnis; & aquam per foramen tibiæ ſancti Confeſſoris introductam in urnis includunt, Presbyterorum miniſterio ſanctificatam: & deportantibus conceditur à miniſtro ad id ſpecialiter conſtituto chirographum, ſigno ipſius baſilicæ roboratum. *Ipſum ſignum exhibetur à Tamajo, atque eſt imago S. Gregorii veſtibus Pontificalibus induti cum locuſtis hinc inde volantibus. Ferrarius eum retulit ad diem* VII *hujus menſis Maji.*

benedicenda aqua ritus.

DE B. NICOLAO ALBERGATO

S.R.E. CARDINALE ET EPISCOPO BONONIENSI,

EX ORDINE CARTHVSIANO. G.H.

ANNO MCCCXLIII

B

Teſtimonia Carthuſiæ Bononienſis.

Erdinandus Vghellus tomo 2 Italiæ ſacræ in Archiepiſcopis Bononienſibus, illuſtri elogio exornat Nicolaum Albergatum, illudque iſtis verbis concludit: Carthuſiani, Beati titulo olim eam condecorarunt, & in album quorumdam Sanctorum Ordinis retulerunt. *Cum nos anno* MDCLX *abituri Romam per aliquot dies Bononiæ ſubſiſteremus, iuvimus notitiam cum R. D. Simone Santagatha, Presbytero, ſtudiorum noſtrorum amantiſſimo: qui dein anno* MDCLXII *die* IV *Februarii ad nos, tum Florentiæ per aliquot menſes moratos, tranſmiſit ſyngrapham, quam ejus rogatu Religioſiſſimi Patres Carthuſiæ Bononienſis confecerant ſub hoc titulo:* Cultus publicus Beato Nicolao Albergato, S. R. E. Cardinali & Epiſcopo Bononienſi, è Carthuſienſium cœtu aſſumpto, datus. *Ac dein iſta ſubdantur.* Beatus Nicolaus Albergatus, non in Carthuſia Bononiæ ac Florentiæ dumtaxat, verum etiam in toto Ordine & in multis eccleſiis patriæ ſuæ, coruſcantibus ſplendentibuſque radiis pingitur, præcipue in templo Beatiſſimæ Virginis Mariæ de Libertate, S. Stephani, S. Agnetis monialium ſacri Ordinis Prædicatorum, S. Claræ Ordinis Patrum Capucinorum. Alibi etiam Beati Nicolai imagines honore maximo, veneratione & cultu Beatis ceteris conſueto decorantur, imprimuntur, effigiantur, exponuntur, ubique affiguntur & veneunt publice, tamquam imagines Epiſcopi Beati & Glorioſi, per quem cæleſtes gratiæ, favores, beneficia percipiuntur: prout in cælis apud Majeſtatem divinam vere divinitatis amici validiſſime præſtant.

Imagines cum radiis, in veneratione.

C

electio in Protectorem Confraternitatis 33 virorum,

2 Enimvero veneranda Societas Triginta trium, in honorem vitæ Domini noſtri Jeſu Chriſti annorum inſtituta, & à Perſeverantia fauſte denominata, anno MDCXXXIX divino afflata Spiritu, ejuſque ductu, Beatum Nicolaum in Protectorem delegit, non ſine quarumcumque Gratiarum fœnore. Confratres autem ſinguli vivificam Crucem, Beati Nicolai proprium inſigne, manu geſtantes; vexillo præeunte, in quo ineſt Beati imago, Dominica prima cujuſque menſis ad beatiſſimam Deiparam S. Lucæ extra urbem peregrinantur. Utque optatum Perſeverantiæ donum ſublime, quod promereri nequeunt, aſſequantur; ad efficaciora rectæ orationis auxilia decurrunt, ſuaſque intentiones probe dirigentes, poſt varia bonorum operum exercitia, oblationes, contritionis & gratitudinis actus, & Sanctorum invocationes, elevatis ad cælum animis vocibuſque, majore religionis officio vulgatas preces, Actiones noſtras &c. dicunt, & poſt Amen, B. Nicolae Protector ora pro nobis, inclamant. Quotannis Dominica Septuageſimæ, qua prædicto peregrinantur mo-

publica invocatio.

re, nonnullas eccleſias viſitant; tum ſemetipſos ut in divinorum obſervantia mandatorum detineant, tum pro unico divinæ Perſeverantiæ dono aliis impetrando, hoc præſertim tempore ad illecebras proclivior. Supplicatione peracta R. Patrem Dominicanum audiunt, Beati Nicolai virtutes & laudes enuntiantem. Ad Patrum Carthuſienſium S. Annam procedunt, ejuſdem expoſitum cranium venerantur, Beato Nicolao ſanctæ Reliquiæ allarori & donatori eximio, quas valent maximas gratias agunt. Ibidem ſolemnis canitur Miſſa, & Indulgentiarum elargitio conceditur à Cardinalibus Legatis. Poſtremo ſuum Protectorem gloria redimitum obſecrant, ut ferventiore caritate illos protegat, devouſque filiis, gratiæ, gloriæ, perſeverantiæ munera impetrare ſtudeat. Nona Maji, Natali Beati Nicolai, in eccleſia S. Annæ multarum celebratione Miſſarum, omnis honos cultuſve B. Nicolao defertur, quantuſve in ejuſdem Beati altari perpetuo exhiberi licet. Miſſæ celebrantur de S. Gregorio Nazianzeno, nulla fit mentio Beati Nicolai. Hoc ipſum Beato Protectori ſuo ante dicta Societas in Oratorio proprio, mirifica populi frequentia & veneratione, proſequitur: neque hac die ſolummodo, ſed per totum annum ad altare ejuſdem Beati Miſſas, officia divina, preceſque Eccleſiaſticas devote perſolvit. Nulla in Miſſâ fit commemoratio B. Nicolai, Auctores ingenio doctrinaque clariſſimi vitam & facta ejuſdem Beati ſcriptis tradidere, perennique Beati nomine Annalibus ſuis inſeruerunt. *Hactenus teſtimonium Patrum Carthuſiæ Bononienſis.*

E

altare erectum.

F

3 *Patrum Carthuſiæ Florentinæ nomine, apud quos Corpus B. Nicolai Albergati aſſervatur, ſcripſit nobis anno* MDCLXV *D. Bonaventura Moſchi,* ſuſpenſionem mortalitatis, quæ contagii cauſa fervebat, iis diebus, quibus venerandum B. Nicolai corpus exhumatum permanſit, eidem attribui; uti & varias ſanitates, ad ejuſdem Beati Reliquias variis conceſſas, ſed eas non eſſe legitima atteſtatione ſignatas. Imagines ejuſdem cum radiis in veneratione eſſe, ejuſque aliquam in cubiculo Urbani Papæ VIII extitiſſe radiatam & vetuſtam, à Cardinale Ludoviſio eidem petenti donatam: eumque reſponſum dediſſe cuidam Prælato, relinquendi coruſcantem coronam præfatæ imagini, non obſtante ſuo Decreto de tollendis radiis. *Hæc ille, qui ſimilem nobis imaginem cum radiis ſculptam tranſmiſit.*

Veneratio Florentiæ

& apud Urbanum Papam 8.

4 *Vitam B. Nicolai Albergati primo omnium ſcripſit* Jacobus Zenus, *qui teſte Vghello tomo* V *Italiæ ſacræ* fuit nobilis Venetus, graviſſimus Juriſconſultus, aliiſque diſciplinis nobiliter excultus, venerandæque antiquitatis ſtudioſiſſimus, ex Subdiacono Nicolai

AUCTORE G.H.

Quinti Pontificis Epiſcopus Bellunenſis & Feltrenſis in provincia Marchiæ Tarviſinæ anno MCCCC XLVII creatus, ac poſtea Epiſcopus Patavinus anno MCCCCLX renuntiatus, & inter plura ingenii ſui monumenta, reliquit etiam Vitas ſummorum Pontificum: *illas ſcilicet, quas uſque ad Martinum V deductas habemus manu exaratas, & in Diatriba præliminari ad tomum primum Aprilis ſæpius citamus. Hic ergo auctor, infra num.* 18 *aſſerit ſe Florentiæ, tempore Concilii generalis anno* MCCCCXXIX *habiti*, Cardinalem Albergatum conveniſſe, & ſalutaviſſe, *ipſiuſque ibidem modum vivendi deſcribit: utque in Præfatione ait*, propter ſummam virtutis & ſanctitatis opinionem, ſingulari & præcipua quadam eſt eum obſervantia & veneratione complexus . . . & pii Patris memoriam, quaſi adamantino clavo cordi ſemper infixam & inſitam geſſit, ut etiam poſt illius obitum ſuo numquam ex pectore Nicolaus exceſſerit. *Eſt hæc prima auctoris oculati notitia, cui acceſſit ſecunda, à* Thoma Sarzano (*qui poſtea Summus Pontifex fuit & Nicolaus V dictus*) *accepta, eoque certior, quod is* ab ineunte ætate apud Nicolaum ipſum enutritus & educatus, ſecretorum omnium particeps & conſcius *dicatur in Præfatione ad* Petrum Barbum Cardinalem, *poſtea etiam Summum Pontificem & Paulum II appellatum; qui* B. Nicolaum ut parentem unicum complexus, virtutes imitatus, & laudes celebraſſe *dicitur in eadem Præfatione.*

Vita ſcripta à Iacobo Zeno,

ex notitia propria,

& accepta à Nicolao V Papa,

B

Oratio funebris omittitur,

5 *Orationem funebrem habuit Poggius Florentinus, cum ut ipſe ait*, annos jam quadraginta in Romana Curia eſſet verſatus, *ſcilicet ut Pocciantius de Scriptoribus Florentinis tradit*, Secretarii munus adeptus, vir ingenii eminentiſſimi atque inter oratores præcipuus. *Ne moles operis nimium excreſcat, omittemus hanc orationem, ex ea ſubinde aliqua in Notationibus proferentes, ubi ſub finem*, Conſolemur, *inquit auctor*, ſcientes ipſum in Beatorum numero collocatum. *At loco hujus Orationis datur alia Vita, à Carolo Sigonio viro eruditiſſimo & hiſtorico gravi fideliter ex monumentis, in familia Albergatorum adſervatis, conſcripta, & Gabrieli Palæotto S.R.E. Cardinali & Epiſcopo Bononienſi dicata; hactenus cum priore Vita & Oratione funebri à Georgio Garneſeltio Carthuſiano Colonienſi in lucem data. Hic utramque Vitam in capita diſtinxit, quæ ad priorem Vitam in numeros convertimus, & utramque more noſtro diſtinctam annotationibus illuſtramus.*

additur Vita à Sigonio ex antiquis monumentis collecta.

6 *Subjunxit Garneſelius ſeptemdecim teſtimonia virorum celebrium, qui Nicolai Albergati cum ſanctitatis laude meminerunt: ea apud ipſum videri poſſunt: poſſunt & alia plura adjungi Etenim poſt annum* MDCXVIII, *quo ſua edidit Garneſeltius, plurimi ſcriptores illuſtres B. Nicolai virtutes extulerunt. Inter hos eminent duo de Vita Beati Nicolai Albergati: horum alter, qui ipſam Italice edidit Romæ anno* MDCLIV, *approbante poſt varios alios Vincentio Candido ſacri Palatii Apoſtolici Magiſtro, Ordinis Prædicatorum, eſt Bonaventura Caballus Ordinis Minorum Strictæ Obſervantiæ Profeſſor, & hanc Vitam inſcripſit Illuſtriſſimo & Excellentiſſimo Domino, D. Nicolao Ludoviſio Principi Plombino, eique inſeruit imaginem elegantem Beati, cum radio more Sanctorum aut Beatorum caput cingentibus, atque tam in titulo quam ad ſingula folia præpoſuit iſta verba*: Vita B. Nicolai Albergati. *Alter eſt Ludovicus Donius D'Attichy, Epiſcopus Æduenſis, qui ſub hoc titulo*, Idea perfecti Præſulis in Vita B. Nicolai Albergati *&c. edidit Vitam in ſua Auguſtodunenſi urbe anno* MDCLVI *& inſcripſit* Illuſtriſſimo Eccleſiæ Principi D. Nicolao ex Comitibus Guidiis à Balneo, Athenarum Archiepiſcopo, S.D.N. Alexandri PP. VII & Sanctæ Sedis apud Chriſtianiſſimum Francorum Regem Ludovicum XIV Nuntio, *ſimiliterque ad ſingula folia in titulo ſcripſit*, Vita B. Nicolai Cardinalis Albergati. *Ceterum ambo hi ſcriptionis ſuæ argumentum deſumpſerunt ex ſupra indicatis auctoribus Zeno, Poggio, Sigonio. Odoricus Raynaldus in Annalibus Eccleſiaſticis tomo* XVII *approbante Raimundo Capiſuccho Sac. Pal. Apoſt. Magiſtro Romæ anno* MDCLIX *excuſis, & in Annalium Compendio cum approbatione Hyacinthi Libelli itidem Sa. Pal. Apoſt. Magiſtri Romæ anno* MDCLXVII *impreſſo, ejuſdem Nicolai res geſtas deſcribit cum titulo* Beati. *Eumdem ſimili* Beati *titulo exornant Ferrarius in Catalogo generali Sanctorum, Maſinus in Bononia perluſtrata. Celſus Faleonius in memoriis Hiſtoricis Eccleſiæ Bononienſis, Gaſpar Bombacius, de Viris fama ſanctitatis illuſtribus civitatis Bononiæ aliique: quos, ne lectori tædium prolixitas pariat, ultro omittimus omnes nominare.*

indicantur aliæ vitæ ſcriptæ à Bonaventura Caballo.

C

& Donio d'Attichy.

D

aliorumque elogia.

7 *Alius illuſtris Carthuſianus floruit Senis, ſed B. Nicolao Albergato octoginta annis ſenior, B. Petrus Petronus; cujus Acta Italice à S. Ioanne Columbino, Fundatore Ordinis Ieſuatorum, ſcripta fuerunt ac Latine à Bartholomeo Senenſi Cartuſiæ Florentinæ monacho exornata, & libris tribus diſtincta, quam* XXIX *Maji huic noſtro operi inſerimus. In hac lib.* 3 *cap.* 10 *indicantur aliquot Cartuſiani per Italiam, ſanctimonia præcellentes. Eminet autem inter omnes B. Nicolaus Albergatus, cujus cum illuſtre elogium, quod ibidem legi poteſt, ſcripſiſſet interpres, his verbis concludit*: Quis noſtrum vel Nicolai vel Petri maxime illuſtria facta virtuteſque præſtantiſſimas animo rationeque complectens, ſeipſum non excutiat, atque ad perfectionem ſuæ profeſſionis excitet aliquando? Cum nulla major adhortatio, acriorque nulla excitatio ad omne ſtudium ſanctitatis & virtutis adhiberi ſoleat, quam bonorum virorum exempla, illorumque maxime quibus una cum Dei obſequio antiquiſſimum numquã non fuit, primævum ſui Ordinis Spiritum ad extremum uſque tueri. *Hæc ibi Bartholomæus: qui ſubjunxit Annotationes ad hanc B. Petri Vitam, ex quibus aliiſque noſtra Annotata formavimus, ceteris ad rem noſtram minus facientibus prætermiſſis: huc vero inde acceptum transferimus elogium B. Nicolai Albergati, quod eſt hujuſmodi.*

in Vita B. Petri Petronii

extat elogium B. Nicolai.

E

8 Etſi Epiſcopus Feltrenſis, uberius præ ceteris elegantiuſque, resactaque Nicolai noſtri ampliſſimi inclitis litterarum monumentis conſecravit, eaque ad Petrum Barbum, Cardinalem tum Sancti Marci, qui poſtea Pauli Secundi nomine gaviſus, ſummus Catholicæ Eccleſiæ Pontifex fuit, nuncupavit; attamen, cum de Epiſcopatu Bononienſis Eccleſiæ rejiciendo, quem cives ipſi Nicolao noſtro demandare conſtituerant, ageret; adeo rem mira verborum parſimonia perſtrinxit, ut momento illam ſicco pede tranſire, perinde ac ignorare ſit viſus. Nec mirum ſane, quando intra Cartuſiana ſepta, atque adeo intra penitiſſima montium juga, & abruptas horridaſque nive glacieque cautes, hoc eſt in Magna Cartuſia, id totum negotium, ob inflexibilem viri pertinaciam, ſummamque illius animi moderationem, tranſactum fuit. Quo vero modo, quave ratione, ex vetuſtiſſimo manu ſcripto in membrana Chronico Cartuſiæ Montellanæ, quod mihi tradidit excutiendum vir ipſa probitate melior Archangelus Lucenſis, ejuſdem Cartuſiæ tum Procurator, ſatis abunde colligimus, cujus hæc ipſiſſima ſunt verba.

ubi ex Chronico Ms. Carthuſiæ Montellanæ

F

ſcribitur quomodo electus à Bononienſibus Epiſcopus.

9 Joannis de Griffomonte Prioris tempore, hoc videlicet anno milleſimo quadringenteſimo decimo ſeptimo, cum civitas inclita omnique ſcientia decorata Bononia, viduata eſſet Antiſtite; convenit, ut moris eſt illius Civitatis in conſimilibus, populus ad electionem; initoque conſilio ſolenniter concordarunt pene omnes in Virum tunc Venerabilem Dominum Nicolaum Bononiæ, Priorem domus noſtræ: quem tandem plurimum renitententem, timentes ne clam fugam arriperet, domum undique populo circumdante, vi, licet honeſta, ad Dominorum Palatium deduxerunt, ſub fida honeſtaque cuſtodia includentes, donec præberet eis deſideratum aſſenſum.

A ſum. Ipſe vero cupiens pio dolo populum ipſum decipere, dilationem & liberationem peroptans; imitatus quondam Sanctiſſimum Hugonem Lincolnienſem Epiſcopum prælibati Ordinis, antequam de monaſterio educeretur; dixit, nullatenus aſſentire ſe illis, niſi prius conſenſus adeſſet Prioris magnę Carthuſiæ. Dum igitur pararentur ſolennes nuntii, præmiſit ipſe electus clanculo fidum nuntium ad ipſum Domnum Carthuſiæ, rogans & obſecrans lacrymabilibus litteris, ne præberet conſenſum, timens ne forte tanti regiminis opprimeretur gravedine. At cum nuntii feſtinato applicuiſſent gradu ad memoratum Priorem Carthuſiæ & Bononienſium expoſuiſſent vota fideliter; ipſe vir Deo plenus, dulciter ac benigne ſuſcipiens, ſimilem apologiam dediſſe fertur: Experiar, inquiens, ut Dominus dederit, quæ ſit voluntas ejus, & tunc non modo meum, ſed Dei dabo reſponſum. Et cum plus ſolito coram Altiſſimo deprecationem flammigeram præmiſiſſet, tale Domino propoſuit paradigma: Domine, ſi tua eſt voluntas, quæ eſt invariabilis, ut Frater noſter Præſulatum aſſumat Bononiæ, da ſignum in bonum ſervo tuo petenti: ut craſtina die totus videlicet Conventus noſter Carthuſiæ, nemine

iiſdem mirabili Carthuſiæ majoris conſenſu conceſſum ſit.

B diſcrepante, interrogatus conſentiat: ſin autem, pars altera contradicat omnino. Mira res prorſus, inſolitaque noſtris temporibus! Mane ergo luceſcente, Miſſaque conventualiter decantata Paracleti Spiritus, congregatis Fratribus Domus Carthuſiæ, propoſuit Reverendus Pater Prior cunctis audientibus vota præmiſſi populi de facto electionis. Tunc omnes, nemine diſcrepante, univoce Priori dederunt reſponſum duciſſimum: Ut electus videlicet Antiſtes intrepide regimen oblatum omnino aſſumeret, quia Domini erat voluntas. Quæ cum audiſſet Pater Carthuſiæ: Vere, inquit Domini eſt voluntas, quoniam talem Domino protuli propoſitionem: ſicque Ambaſſiatoribus, de voluntate Altiſſimi & Conventus, aſſenſum præbuit & reſponſa. Illi vero acceptis epiſtolis pii Patris, magno cum gaudio ad propria remearunt. Sicque Pater ipſe admodum reverendus tandem invito ſumpſit officium lacrymabiliter Præſulatus: Deique magno fretus auxilio, civitatem ſibi commiſſam à multis mirabiliter peccatorum purgavit ſpurcitiis, & in infulis aſſumptus Carthuſienſe propoſitum non declinavit. Hujus vitam & ſanctitatem, ut fama ſonat crebrerrime fere per totam Italiam, ſi ſcribere vellem omnino, volu-

etiam tunc inſtituti tenax

C men excederem; & ideo aliis relinquo ſcribenda, qui oculis ſpectant quotidie, quanta Dominus mirabilia per ſervum ſuum operatur, atque magnifica in civitate præmiſſa. Hæc autem pauca poſteris noſtris exempli gratia ſcripſiſſe ſufficiant.

10 Hactenus Auctor ille incorruptæ fidei. Porro Nicolaum hunc noſtrum Cardinalem, Senis fato perfunctum, ad Florentinam Carthuſiam delatum eſſe, uti teſtamento caverat (feretrum proſequente ac poſtrema caritatis officia ſuo Mecœnati præſtante Thoma Sarzanenſi, quem quatuor deinde annis totius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopum ætas illa vidit, & venerata eſt, Nicolai Quinti nomine inſignitum) Antiſtes Feltrenſis, ea tempeſtate S. R. E. Archidiaconus, atque ejuſdem Thomæ collega, eique mira familiaritate devinctus, tradidit uberius. Præterea in marmoreo buſto ante aram maximam ejuſdem Carthuſiæ templi hoc inciſum legitur Epitaphium. Sepulcrum omni laude digniſſimi Reverendiſſimi Patris Nicolai, tituli S. Crucis in Hieruſalem Præſbyteri Cardinalis. Hic natus Bononiæ, primum ex Priore Carthuſienſe, petente Populo Bononienſi, Epiſcopus à Martino V Pontifice factus; poſt plurimas ſuſceptas, atque omnium commendatione peractas legationes, Senis diem ſuum obiit; ætatis anno LXVIII. Vir piiſſimus mitiſſimuſque, vitæ integritate, ſingularique virtute, omnium teſtimonio comprobatus. Marianus Volaterranus, ejuſdem Carthuſiæ Florentinæ alumnus, hos addidit verſus, prout illa ætas tulit:

Epitaphium ejuſdem.

Carthuſiæ me terra tegit, quæ ſumpſit alumnum,
Ac dedit eſſe Patrem. Nativa Bononia tandem
Me ſibi Paſtorem tenuit de jure vocatum.
Cardinis Eccleſiæ compulſus pondera ſumpſi,
Et Crucis in titulum mihi fulſit rubra tiara.
Mille quatercentum, denos quater egerat annos
Tres etiam cyclus Solaris, dum Nicolaus
Mente petens cælum ſub ſaxo corpore claudor.

EX MS.

VITA

Auctore coævo Iacobo Zeno,

Epiſcopo primum Feltrenſi & Bellunenſi, dein Patavino.

PROLOGUS.

E

Ad Reverendiſſ. D. Petrum Barbum Venetum, Tit. S. Marci Presbyt. Cardinalē, dein Papā Paulū II.

Auctor amore virtutis captus

QUantam vim virtus vel opinio fideſque virtutis potiſſimum apud bene inſtitutum animum habeat, Reverendiſſime Pater, etſi pleraque alia documento ſint; ex hoc tamen vel maxime intelligi poſſe mecum ipſe ſæpe numero cogitans animadverti, quod ita homines ad amorem alliciat, & benevolentia admirationeque devinciat, ut illos, qui quoquo pacto ea præditi forent, non amare ſolum, ſed colere ac venerari atque etiam admirari, ingenito nobis quaſi quodam jure naturæ, fere neceſſario compellamur. Tanta enim auctoritas, tanta dignitas, tanta ſuavitas & pulchritudo eſt, ut tametſi corporeis illam oculis cernere non liceat, mente tamen & animo eam in ipſis humanis corporibus, quaſi in valis quibuſdam & officinis, non ſine jucunditate contemplemur, eoſque & veneratione & honore dignos & bene meritos cenſeamus, quos illam ſequi & amplexari judicaverimus. Hoc cum ſæpe alias & ratione & experimento didiceram, Reverendiſſime Pater, tamen maxime omnium eo potiſſimum tempore, cum perſoluto ſtudiorum laborumque meorum curſu, ad quæ pene puer acceſſeram, ad felicis recordationis Eugenium quartum ſummum Pontificem, Avunculum tuum, per id temporis Florentiæ conſi-

F

amat ea præſtos

dentem, adoleſcens me contuli. Cum enim quamplurimos præſtantiſſimos Patres, quorum quidam ad meliorem vitam evocati ſunt, quidam adhuc & in humanis nobiſcum agunt, eo in loco apud Pontificem comperiſſem; inter omnes tamen piæ ſemper & celebrandæ memoriæ Nicolaum illum ſanctæ Crucis Cardinalem, ita, propter ſummam virtutis & ſanctitatis opinionem, ſingulari & præcipua quadam ſum obſervantia & veneratione complexus, ut me illi totum non devotiſſime dedicare non poſſem. Sic enim, ut præclare noſti, vir ille Deo plenus, quaſi ſplēdore omnis virtutis & ſanctimoniæ præfulgebat, ut decus & ornamentū Eccleſiaſtici Ordinis, & Cleri totius eſſe merito videretur. Neque profecto omnium, quæ ad virtutem & ſanctam exemplaremque vitam attineant, dici quidquam aut excogitari poterat, quod non eſſet in eo accumulate congeſtum. Religio, fides, pietas, doctrina, integritas, humanitas, prudentia, ſanctimonia, caritas, patientia, om-

maxime B. Nicolaum.

PER IAC. ZENUM COÆVUM

nia ſeſe catervatim effuderant, & in Nicolai animam, tamquam in vaſe puriſsimo & electiſsimo, collocarant. Quam vero ipſe virtutis fervens zelator eſſet, hominumque illam excolentium indefeſſus fautor & amator; Eccleſiæ, Pontificis, Eccleſiaſticæque ſalutis validiſsimus clypeus & propugnator exiſteret, quis facile verbis poterit explicare? Itaque meritò tanti nominis, tantæ apud omnes auctoritatis erat, ut nihil dignius, quam de ſua vita, ſanctitate, virtute per univerſum terrarum orbem prædicari & celebrari poſſet. Neque enim Chriſtianos modo populos ejus laudis, nominis, gloriæ fama compleverat, ſed ad barbaras etiam & exteras gentileſq; nationes illius veræ, ſolidæq; virtutis vox & conſtans opinio penetrarat. Quanti vero illū præſtantiſſimus Pontifex faceret, quanti Patres exiſtimarent, quantum univerſa Curia coleret, ac veneraretur, quis ignorat, cum nihil pretioſius in omnium poſſet ore verſari Sancti Nicolai nomine? Potiſſimum autem inter reliquos animadverti, te maxime omnium, Reverendiſſime Pater, pro optima & excellenti natura tua, innataque tibi & ingenita humanitate ac pietate, præſtantiſſimum illum Patrem uſque adeo amare, colere, obſervare ac etiam venerari ſolitum, ut tametſi dignitate illi eſſes & officio par (quippe quem Eugenius Pontifex jam ad Cardineum apicem bene merentem extulerat) tu tamen illum, ut parentē unicū ſumma veneratione cōplexus, ipſius virtutes imitari, laudes vero celebrare, ſatiari non poſſes. Quæ cū ita eſſent, ego & illius ſingulari virtute, & tuo etiā non mediocriter provocatus & pellectus exemplo, cum in modum ipſius Nicolai pii Patris memoriam ex eo tempore, quaſi adamantino clavo, cordi ſemper infixam & inſitam geſſi, ut etiam poſt illius obitum meo numquam ex pectore Nicolaus exceſſerit. Acceſſit ad hoc quoque familiaritas non vulgaris, quæ mihi aliquamdiu cum Thoma Theologo præſtantiſſimo fuit, quo cum officii publici ratione & opinione virtutis ſum diutius benevolentiſſime converſatus. Me ſiquidem, ut bene noſti (cum auctor ejus rei, ut reliquorum honorum meorum, fueris) Eugenius Pontifex, te directore & ſuaſore, in Subdiaconatus officio, quod per ea tempora dignius habebatur, Collegam illi & comitem dederat. Is enim Thomas (qui ab ineunte ætate & teneris unguiculis apud Nicolaum ipſū enutritus & educatus, ſecretorum omnium particeps & conſcius erat) aſſiduarum commemoratione & prædicatione virtutum, me in illius dedicatiſſimam obſervantiam non confirmavit ſolum, verum etiam vehementer adduxit. Nam ſic ille mihi ejus vitam, mores, res geſtas, ſerioſius explicabat; ut neque ipſe dicendo, neque ego audiendo defatigari & ſatiari poſſemus; nullaque fere præteriret dies, in qua de Nicolai ſanctimonia à nobis ſtudioſiſſimus ſermo non fieret: adeo pariter pietate & obſervantia certabamus. Et quoniam hominis memoriam labilem & infirmam eſſe ſciebam, tam præclaram vero excellentium rerum cognitionem obliterari & oblivione deleri prorſus indignum exiſtimabam; operam ſtudioſam adhibui, ut quæ ab eo de Nicolai vita & moribus accepiſſem, litteris commendarem; ut ſaltem apud me præſentia & recentia ſemper Nicolai præclara monumenta vigerent. In eum modum brevi effectum eſt, ut omnium fere, quæcunque de Nicolao memoratu digna referri poſſent, recēns apud me cognitio foret. Itaque cum mecum ipſe ſæpenumero, & alias antea, & hoc potiſſimum tempore, hæc ipſa à me de Nicolai vita rebuſque geſtis perſcripta, non ſine ingenti fructu ac ſumma jucunditate perlegerem; & ſæpe quoque veniret in mentem, quantum tu illi devotiſſimus & dedicatiſſimus extitiſſes; rem tibi gratam fore putavi, Reverendiſſime Pater, ſi ea tibi etiam efficerem redderemq; communia, ne ſolus ea voluptate fruerer, quæ tibi quoque omni jure & officio deberetur. Quamobrem ſingula quæque ut mihi à Thoma relata ſunt, ordine digeſta ſtudioſius enarravi; & ad te, qui vivum tanta pietate & obſervantia coluiſſes, merito quoque dedicanda cenſui. Eo enim tibi etiam gratiora fore arbitratus ſum, quod hæc à Thoma ipſo, qui tanta te pietate & caritate Pontifex dehinc Maximus complexus eſt, cujus inſignis apud te potiſſimum Pontificis auctoritas valuit, quaſi à fœcundiſſimo fonte manarint; ita ut hæc legens, Thomam ipſum (qui & Nicolai ab hoc Nicolao ſumpſit nomen) legere atq; intueri non ſine pietatis affectione videare. Nam quod ad me attinet, nihil abs te mihi deferendum, nihil attribuendum puto: cum ita tibi ſim omni officiorum & beneficiorum genere & ſanguinis jure devinctus, ut meipſum & mea omnia dedicans, tibi obſequi & morem gerere dignitati tuæ dies noctesq; defatigari non debeam. Legere itaque Sanctiſſimi Cardinalis hiſtoriam, Reverendiſſime Pater, ſolita tua clementiſſima pietate dignabere: & quemadmodum nobilitate morum & generis, generoſitate animi, inſigni prudentia, miſericordia ac pietate, clementiaque potiſſimum & benignitate ſingulari, omnique virtutum genere plurimum præſtas, ita in me amando atque tuendo, quo nihil in humanis mihi carius eſſe poteſt, & te ipſum & reliquos omnes excedas & ſuperes, ſupplici obſecratione & inceſſabili deprecatione depoſco. Vale felix.

ab omnibus Sanctum habitum:

cujus virtutes ipſe obſervavit,

& à Thoma individuo ſocio.

poſt. a Pontifice Nicolao dimiſit.

CAPUT I.

Proſapia, ſtudia, ingreſſus in Ordinem Carthuſianum. Epiſcopatus Bononienſis. Legatio ad Martinum V Papam.

Bononia nobili ſtirpe prognatus,

1 INter reliquas Bononiæ urbis familias, præſtans ſatis & clara haberi ſolita eſt Albergatorum ſtirps, eo potiſsimum, quod viros divinarum humanarumque rerum doctiſsimos, & Juriſconſultos celeberrimi nominis quam plurimos, in lucem eduxerit. Ex ea Nicolaus *a* traxit originem, patre Petro Nicolao, matre vero Philippa. Quem cum primis elementis inſtituendum atque formandum, vix ubi ex cunabulis exceſsit, parentes exhibuiſſent; ut in iis, quantum ſatis eſſe viſum eſt, profecerat, civilibus ſtudiis (quæ peculiari quodam jure plurimum in ea urbe vigent) adhibere operam voluerunt. Acceſsit autem ad ea circiter ad undecimum ætatis annum perſtititque diutius. Ad novem etenim continuos annos Juris civilis auditor fuit; magnamque virtutis atque doctrinæ, etiam in ea ætate, ſpem præſtitit. a

juri civili ſtudet:

2 Cumque jam & ingenio, & moribus, & civilibus diſciplinis uſque adeo clareſceret, ut decorandus pro ſtudiorum præmio inſigni laurea videretur; ipſe contemptis humanis omnibus, relictis civilibus ſtudiis, neglectis honoribus, parentibus, divitiis, re familiari non magni exiſtimata, Deo immortali ſeſe totum dedicavit & vovit; Religionemque ingredi, ac Regularem deinceps ducere vitam conſtituit. Eſt ſiquidem Bononiæ, paulo extra urbis portas Carthuſienſe Monaſterium loco ſatis grato ſitum: hoc Nicolaus cum aſſidue frequentaret, captus monaſticæ & ſolitariæ vitæ præſtantia, ubi conſulens ſaluti ſuæ Deo immortali ſerviret, potiſsimum elegit. Itaque Religioſo habitu *b* ſumpto (peractis iis, quæ Religio obſervat, moribus) aliquot annos in ea, omni humilitate, abſtinentia, & ſinceritate vitæ perſolvit; verum ubi perſpecta & explorata eſt virtus, prudentia, & ſanctimonia morum, qui in Religione præſidebant, ad religioſas Nicolaum dignitates extulerunt: pluribuſque illum pro temporum varietate mona- b

Carthuſianus factus.

præficitur variis monaſteriis:

A monaſteriis *c* præfecerunt; ita ut integrum decennium numquam ejuſmodi præfectura caruerit; magiſtratuſque illos eum in modum adminiſtravit, ut in religione & in populo nihil divinius prædicari poſſet Nicolai nomine. Erat enim ipſe ſanctiſſimorum operum patrator & prædicator, plurimoſque ad religioſam ſanctamq; vitam & divina miniſteria, ſuaſione ſua & exemplo pertrahebat. Humilitatem ſummam, & abſtinentiam aſperrimam præ ſe ferebat, & omnino à ſecularibus terreniſque rebus abdicatus, ad ſola cæleſtia & divina volabat. Venerabantur illum ſimul & admirabantur cives omnes, felixque eſſe ille videbatur, qui hujus perfrui conſortio aut doctrina refici potuiſſet.

c

3 Accidit ut circiter ea tempora, qui Bononienſibus *d* Epiſcopus præerat, fatalem diem ſuum obiret. Quare coacti cives cum Clericis & Eccleſiaſticis omnibus, Nicolaum ſibi Præſulem & Pontificem delegerunt. Cumque illi electionis ſuæ decretum attuliſſent, proſtratus in terram Nicolaus, ne ſe quiete ac pace ſua privarent, rogare & obſecrare cœpit: imparem ſe omnino tanto oneri, inexpertum, imperitum, indigniſſimum eſſe. Illis vero magna vi, omni prece atque ſuaſione, ut electioni

d

in Epiſcopum electus diu reſiſtit.

B de ſe factæ annueret, exorantibus, nullo tamen pacto adduci potuit, ut morem gereret: ſed quanto illi ardentius inſiſtebant, tanto ipſe obſtinatius recuſabat. Per hunc modum, cum integrum ſemeſtre Bononienſis Eccleſia Paſtore deſolata jaceret, illis neminem niſi Nicolaum volentibus, eo autem conſtantiſſime detrectante; novas tandem artes cives excogitarunt, ut deſiderio potirentur. Operam enim adhibuerunt, ut qui in ea Religione maxima auctoritate præſtabant, quibus imperandi poteſtas erat, illi ex auctoritate præcipientes, Nicolaum obedire compellerent: quibus cum non parere non poſſet, curam Bononienſis plebis aſſumere, & Epiſcopus eſſe coactus eſt *e*.

ex obedientia conſecratur.

e

4 Per ea vero tempora Patres Conſtantiæ Concilium celebrabant; quo tandem perſoluto *f*, cum Martinus ejus nominis V Pontifex Maximus, qui ad Romanam Sedem adſumptus erat, in Italiam veniſſet; Bononienſes Nicolaum ad Pontificem congratulatum ire voluerunt. Profectus itaque, Mantuæ Martinum conſidentem invenit. Cui cum ſolitam reverentiam exhibuiſſet, & populi ſui mandata expoſuiſſet, in magno honore à Martino habitus eſt: commorandi enim locum in palatio, quo habitabat, Nicolao dedit, & ex ærario Pontificio neceſſaria ſubminiſtravit, multiſque ornamentis affecit, litteraſque Apoſtolicas ſuper Epiſcopatu libens dedit. Abſolutis autem, quæ opportuna erant, cum Mantua abſcedens Bononiam veniſſet, ſuarum ovium aliquamdiu quietam curam egit. Erat autem in egenos inopeſque piiſſimus, neminem vacuum abire patiebatur; neque ſolum ſatis erat illi, iis, qui petituri adveneraut, elargiri, ſed per urbem aſſidue perquiſitis neceſſaria miniſtrabat. In divinis miniſteriis obſequiiſque accurato ſemper & indefeſſo ſtudio verſabatur; vivebatque religioſe & abſtinentiſſime: quippe cum illum, quem inſtituerat, Carthuſienſium vivendi ritum ad extremum uſque ſemper integerrime conſervarit.

f

mittitur legatus ad Martinum Papam V.

C

5 Verum non diutius, ut parta quiete perfrueretur, illi permiſſum eſt. Nam paulo poſt, cum Ferrariam Martinus veniſſet, iterum, ut ad Pontificem accederet, voluerunt. Siquidem Bononienſes Martini mentem atque animum formidabant, curabantque omni arte, ne in illius liberam poteſtatem declinare cogerentur. Martinus vero nihil prætermittebat, quo abalienatas ſibi illorum mentes conciliaret, urbemque in fidem redigeret: Bononiam ventu-

iterumque

rum enim ſe, atque diutius ibi manſurum, optimaſque præſtiturum conditiones pollicebatur. Illi vero durioribus aſperioribuſque indies animis eſſe videbantur. Quare cum aliquamdiu ad urbem Ferrariæ conſediſſet, nullaque compoſitione Bononienſium animos conciliari poſſe videret, deſperatis fere jam rebus, Ferraria diſcedens, Florentiam venit, ut vi & armis rebellantes protervoſque Bononienſes perdomitaret; potiſſimum quia Bononiæ ad eos dies excitatæ rerum novitates erant. *g* Zambeccarii quippe Canetulos (qui ſunt alterius factionis) urbe expulerant, totaque inteſtino diſſidio civitas fluctuabat; quarum rerum ſpe adductus Pontifex, facile confidebat, poſſe urbem redigi in poteſtatem.

PER IAC. ZENUM COÆVUM

g

6 Bononienſes vero, & qui alteram factionem detruſerant, & qui bellum inferri à Pontifice pertimeſcebant, rurſus Nicolaum Florentiam ad Pontificem mittere decernebant. Nicolao vero minime quidem ea ſententia probabatur: dicebat enim ſe vereri, ne à Pontifice, qui omnes curas in recuperanda Bononia locaviſſet, quidquam indiceretur, quod & ſervare cogeretur invitus, & ſervatum urbi detrimentum afferret: non ſe tantum de Pontificis amore confidere, quin longe arbitretur ejus urbis conſecutionem illi eſſe cariorem: itaque ne ſe mittant, obſecrare: ſuſpicari enim pœnitentiam hujuſce rei acturos eos fore, quod quamnam in partem res vertantur, intelligat. Sed cum illi è contra obſtinatius inſiſterent, & intelligere ſe ex his Nicolaum factioni ſuæ minus amicum eſſe jactarent, eo quod bis ad Pontificem, priuſquam adverſarii urbe pellerentur, acceſſiſſet, nunc obſtinate recuſaret; hujuſcemodique pleraque infeſtis orationibus iterarent; tandem parere coactus, tres ex primoribus Urbis cives dari ſibi conſodales expetiit. Profectus ergo ad Pontificem, quæ injuncta fuerant expoſuit, remque civium ſuorum omni fide ac diligentia egit. Martinus hoc extremo Nicolai adventu in optimam ſpem rei perficiendæ erectus, tale aliquid machinatur. Interdicti litteras clam expediri jubet; & Nicolao ad ſe convocato, graviſſimo & exactiſſimo imperio mandat, ut è veſtigio nullibi tracta mora, Bononiam proficiſcatur; litteraſque illas, cum primum Bononiæ conſtiterit, populo Bononienſi exhibeat; caveatque, ne quid in iis inſcriptum ſit, priuſquam Bononiæ conſtiterit, legat: hæc ut omnino quam primum exequatur, obſtrictiſſime atque obnixiſſime jubet; pœnas inſuper, ni paruiſſet, adjungit. Nicolaus tam gravi devinctus imperio, quamquam quid rei foret, quidve deferrent litteræ, conjectura conſequeretur; facere tamen nullo pacto poterat, quin Pontifici Maximo, cui omnia debebat, tam obſtricte potiſſimum imperanti, obtemperandum duceret.

& rurſus miſſus

E

F

redit cum mandato interdicti.

7 Itaque Bononiam accedens, coactis, qui eam in rem evocandi erant, Pontificis mandata perſolvens, litteras edidit, Pontificis juſſa complevit. Tum vero exardere in eum omnium animi, excitari voces, proclamitare univerſi, fremereque in Epiſcopum ſuum dentibus manibuſque cœperunt: in eumque furoris impetum ſævamque rabiem proruperunt, ut in illius vitam caputque conſpirarent. Re igitur inter eos compoſita, plerique ex civitatis Principibus ad Pontificales ædes profecti, ſatellites una trucidandi Nicolai gratia carnificeſque duxerunt: eumque in hujuſce cauſæ ſermones graviſſimos incidiſſent, litteras ex Præſulis manibus diripientes, in illum impetum effecerunt. Ex iis tamen, qui dedita hanc ad rem opera carnifices venerant, nemo in illum manum injicere auſus eſt: tantuſque illos terror invaſit, ut nihil omnino violentum experirentur: litteræ vero Pontificales ab iis qui ex Nicolai familia aderant recuperatæ, reque infecta inde digreſſum.

Ob id deri-ſui perſolvit.

PER IAC. ZENUM COÆVUM *diſceſſit Florentiam donec urbs ſubigeretur.*

ſum. At Nicolaus tam temerario & ſacrilego ſceleratiſſimorum hominum auſu perterritus, ſaluti ſuæ, ut prudentem decet, conſulendum exiſtimavit. Itaque ut primum illuxit dies, commutatis veſtibus ignotus urbe digreſſus, Florentiam venit, & Carthuſienſe cœnobium, quod ad duo millia paſſuum urbe abeſt, pleroſque menſes incoluit. Interdictum tamen Bononiæ recte ſervatum eſt, integrumque ſemeſtre nihil religioſum ea in urbe publice celebratum. Martinus autem ſummus Pontifex, exercitu comparato, Bononiam vi & armis occupandam arbitratus, legatum exercitui Gabrielem Condulmarium Venetum, ſacræ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem, præfecit. Is eſt, qui poſt Martinum ſummus Pontifex fuit: qui optimo exercitu & valida manu Bononiam adortus, non magno illam tempore in Eccleſiæ Pontificiſque redegit poteſtatem. Quare, cum urbe in fidem accepta, Martinus illi ſancti Euſtachii Cardinalem præſidem gubernatoremque dediſſet, cum eo Nicolaus Bononiam venit; aliquandiuque propria in Præſulatus Sede quievit.

ANNOTATA.

B

a *Natus anno* 1375.

b *Anno* 1394 *ætatis* 20.

c *Poggius meminit ſolius* Bononienſis, *Sigonius etiam* Florentinæ, *Garneveltius* Romanæ & Martuanæ, *&* Procuraturæ generalis Ordinis. *Garneveltium deſcribunt Donius d'Attichy, & Caballus.*

d Joannes, *deceſſit anno* 1417 *die* 3 *Ianuarii apud Vghellum.*

e *Addit Poggius conditiones*, ut omnia bona & caſtella, quæ diſtracta erant, Eccleſiæ reſtituerentur; tum ne quid expenderet pro confirmatione Pontificis, ſibi enim nummos non eſſe. Quæ vero ab Eccleſia ſubminiſtrarentur, in alios uſus, hoc eſt, in pauperum alimenta diſtribuenda ſibi eſſe aſſeverabat: quod utrumque eſt vir ſanctiſſimus aſſecutus.

f *Anno* 1418, *cum* Martinus V *eſſet electus* 11 *Novembris anni* 1417.

g *Pro* Zambeccariis *Sigonius infra ſcribit* Bentivolos. *At Blondus Dec*, 3 *lib.* 3 *iſta ſcribit:* Bononia multis ante ſeculis in Schaceſiam, Maltraverſiamque factiones bipartito fuit: prima, quæ ab inſignibus familiæ populorum cepit nomen, in tres ſciſſa eſt partes, Bentivolios, Zambecharios, & Cannetulos. *Vbi plura de ſingulis legi poſſunt.*

C

CAPUT II.

Dignitas Cardinalitia, legatio pacis ad Gallos & Anglos: item ad Venetos & Florentinos cum Duce Mediolanenſi. Hæc confecta.

Legatus pacis mittitur ad Gallos & Anglos

8 CEterum, cum per ea tempora aſperrimum bellum Gallos inter & Anglos diutiſſime viguiſſet, quod maximas quidem calamitates, clades innumeras, cædes, deprædationes, direptiones urbium, regionum atque agrorum devaſtationes, & pleraque hujuſcemodi, quæ bella parere ſolent, indies majora gravioraq; pariebat; nec ad eam diem ulla diuturna pace tam atrox diſſidium ſedari potuerat; Pontifex Maximus, [conſiderãs] ubi viridoneus ad perficiẽdum tam difficile pacis opus perquireretur; etſi penes ſe omnifaria excellentia præditos quamplurimos haberet; tamen quod in Nicolai ſumma virtute atque integritate fides illi erat ampliſſima, eum, quamquam Bononiæ reſidentem, potiſſimum elegit quem ad rem per ea tempora permaximam deſtinaret. Nicolaus cognita Pontificis Maximi ſententia, litteris quoque & mandatis acceptis, tametſi jucundius curam ſuarum ovium exercere maluiſſet, cum tamen facere nullo pacto poſſet, quin Principi humanorum omnium obtemperaret; ut juſſus à Pontifice fuerat, in Gallias pacis pertractandæ gratia profectus eſt; remque gravem & fere deſperatam adortus, miris difficultatibus, itineribus, periculis, perturbationibuſque innumeris diutius eſt proſecutus. Cumque divina gratia adiutus ad eum jam ſtatum pacis conditiones adduxiſſet, ut optatus jam & gratiſſimus exitus ſperari poſſet; evenit ut ſub idem fere tempus ambo *a* Reges ipſi Galliarum & Angliæ, qui inter ſeſe tum acerrimo ac ſæviſſimo bello decertabant, extremi fati munus perſolverent. Itaque potentiſſimorum Regum interitu perturbatis paſſim & commutatis rebus, pace non exacta, redire coactus eſt. Et jam *b* decimus octavus menſis elapſus erat, quo in Gallias venerat: quod temporis ſpatium ut plurimum regionem *c* pacis gratia peragrando conſumpſerat. Sic Romam ad Pontificem veniens, cum quæ ſecuta erant expoſuiſſet, nihil ſanctius exiſtimavit, quam confeſtim ad ſuas paſcendas oves ſeſe quamprimum conferre. Bononiam itaque cum veniſſet, *d* biennium apud ſibi commiſſum populum egit.

a

b

c

d

Creatus Cardinalis

9 Per id vero temporis Martino Pontifici Maximo ſententia erat, ad Romanæ Eccleſiæ regimen Cardinales adſumere. Quare cum maxime omnium in Nicolaum jam dudum antea mentem atque oculos conjeciſſet, Romam accitum in Cardineum apicem *e* evexit, & Sanctæ Crucis in Hieruſalem Sacerdotalem illi titulum dedit. Veneti ea tempeſtate Florentinique adverſus Philippum Inſubrum Ducem acerrimum gerebant bellum, Florentinorum tamen, ut videbatur, gratia ſumptum. Martinum, ut optimum ſummum Pontificem decet, ejus belli cauſa anxium ſolicitumque habebat, & pace ſedari componique cupiebat. Jam vero tanta erat de Nicolai ſanctitate atque virtute opinio & auctoritas, ut, qui commodior perficiendæ paci videretur, eſſet nemo. Ejus itaque pertractandæ ac perficiendæ pacis cura cum à ſummo Pontifice illi injuncta & demandata eſſet, Nicolaus juſſa capeſſens, mandatiſque obtemperans, Roma digreſſus, Venetias venit; quo cum & Philippi Ducis oratores conveniſſent, cognitis ac plene perſpectis diſſenſionum rationibus, cauſam pacis eo uſque multa & gravi difficultate deduxit, ut Veneti Florentinique cum Philippi Oratoribus convenirent, pacemque firmam decernerent. Dictæ conditiones pleræque: pro exequendis omnibus viginti dierum induciæ præſtitutæ. Ceterum quo celerius liquidiuſque perfici res poſſent, nec, quantum in eo eſſet, perturbatione ulla impedirentur; non parcendum opera atque labori, ſed in *f* Inſubres ſibi proficiſcendum duxit. Cœpit autem initio Philippus nonnulla ex iis, quorum erat data fides, uti conventa erant, ſervare; majora vero & graviora, inter quæ nonnullorum oppidorum reſtitutio erat, poſtergando differebat: facereque id de induſtria videbatur, quoad præfinita laberetur dies: nam animum & reipſa & factis paulo poſtea evidentius patefecit: miſſis ſiquidem à Nicolao Venetis, qui oppida reſtituenda reciperent, palam denegata reſtitutio eſt. At Nicolaus ægerrimo & iniquiſſimo id animo ferens, fraudarique ſe pacis executione proſpiciens, non deſiſtendum tamen ratus, quin omnia etiam extrema experiretur; litteris, nuntiis, atque omnibus artibus cum Philippo, quoad ejus fieri potuit, agendo, monendo, ſuadendo, rogando, nunc precibus, nunc ſuaſionibus, exhortationibus, plerumque etiam admonitionibus & increpationibus, ut res exigebat, plurimum operæ dierumque conſumpſit. Enimvero cum jam tentata omnia in irritum deciderent, nec ad ſervandas conditiones adduci quo-

D

E

e

F

f

mittitur Legatus pacis ad Venetas & Florentinos cũ Duce Mediolanenſi.

quo

A quo pacto Philippus posse videretur; desperatum opus relinquere, atque ad Pontificem Romam redire constituit. Ex *g* Insubribus itaque Bononia iter faciens, Romam venit: Pontifici, quæ secuta erant compositam pacem, sed non servatam, cujusque id culpa acciderit, detulit.

g

10 Eam ob rem Martinus, Oratoribus omnium partium ad se venire jussis, ut quæ conventa erant perficerent, aliquandiu cum iis egit; obtinuitque demum, ut primas jam præscriptas conditiones concordibus omnes pariter animis confirmarent. Quare ne ulla occasione impediri pacis bonum posset, rursus Nicolao cœptum opus perficiendum delegat, utque in *b* Insubres & ad Philippum proficiscatur, jubet. Itaque Pontificis jussu iterum Roma profectus, in Insubricos fines venit. Exierat tunc Mediolano Philippus, quod fere alias numquam consueverat, & ad Pizicatorium *i* oppidum, quod passuum millia quinque supra triginta Mediolano abest, sese contulerat. Cum vero post solitos honores de rebus pacis pariter conferre atque agere cœpissent, & plerosque dies sermonesque super hisce causis conditionibusque protraxissent, nihil rectum Philippus, nihil integrum penitus sentire videbatur. Quod ut singulari prudentia Nicolaus animadvertit, quamquam dolore & molestia anxius, quidquid agi, dici, tractari, persuaderive potuit experiretur; neque eo magis proficere quidquam, aut flecti ad servandam conventorum fidem Philippus posse videretur; cum quid ageret amplius non haberet, certiorandum consulendumque summum Pontificem censuit. Erat tunc apud Nicolaum Thomas, & sacris & secularibus litteris eruditissimus, ex Serzano oppido Januensis regionis oriundus, qui diuturnam illi operam præstiterat. Hunc propter singulares virtutes, eximiamque doctrinæ, fidei, diligentiæque præstantiam Nicolaus unice diligebat, & primarium apud se constituebat, fideque atque auctoritate nemo apud illum gratior & carior erat. Est autem is, qui post Eugenium summæ Apostolatus paulo ante præfuit arci. Hunc Thomam ad Martinum summum Pontificem ire jubet; & quæ Philippo mens, quæ verba, quæ acta, quæ spes, quæ opinio concipi valeat, notum facere. Ipse cum Venetias venire constituisset, quod graviter in urbe pestilentia laborabatur, Mathemaucum *k* venit, quod millia passuum quinque Venetiis abest. Ad eum locum Nicolai gratia Princeps Venetus & Senatus omnis accessit, summique honores Nicolao habiti sunt, de rerumque statu sermones collati, & consilium actum.

iterum ad Venetos & Insubres:

h

i

k

C

11 Inde dissolvens cum mandata Pontificis præstolaretur, nuntiata est insignis illa clades Philippo illara, qua apud Machilonium *l* (sic enim loco nomen est) illius militares omnes copiæ à Venetorum Ducibus profligatæ, ad internecionemque deletæ fere sunt. Ea calamitate cum ferox ille Philippi animus, qui per superiora tempora flecti nullo pacto potuerat, mitior compressiorque redditus esset; & pacem tam diu spretam supplex petere, atque ultro rogare adduceretur; rursum in pacis mentionem pertractationemque ventum est. Ferraria urbs, commoda & idonea ubi convenirent, est visa. Eo Nicolaus profectus, Oratores partium illuc etiam sunt secuti. Ducta est res diutissime, & de pacis exitu sæpenumero desperari visum. Graves enim inter partes esse videbantur dissensiones, neque in unam poterant convenire sententiam. Subterfugere videbatur Philippus, & quamquam ad pacem proclivis admodum & pronus apparuerat, instaurationem tamen quærere & petere non desistebat. Veneti etsi modestioribus animis viderentur, tamen quod parta victoria facile Philippi vires extingui posse arbitraban-

l

pacem procurat & stabilit.

tur, lentius tepidiusque accedebant. Florentiuorum omnino erant promptissimæ ardentissimæque ad pacem mentes: qui fatigati fessique diuturno bello, & sumptibus fere intolerabilibus exinaniti, spem omnem quietis in pace defixerant. In tanta rerum atque animorum varietate, cum desperatis plerumque rebus digressuri infecto negotio Oratores partium viderentur; tanta tamen fuit in Nicolao prudentia, tanta diligentia & patientissima tolerantia, ut superatis difficultatibus universis, paci tandem (quippe post semestre quam agitari cœpta erat) optatus commodusque finis daretur. Dictæ conditiones præscriptæque, assensus partium omnium præstitus: supererat tantum, ut quæ convenerant, integre servarentur. Eam ob rem Nicolaus, nullo fractus labore, iterato in Insubres profectus, fere provinciâ omnem, non sine gravissimis incommodis, pro rerum felici exitu peragravit; sæpe agresti tuguriolo pro locorum difficultate tectus, nonnumquam vilissimo etiam cibo indiguit, bellorum diuturnitate & rapacitate atque atrocitate militum passim regione omni exhausta, & mirum in modum rebus usui necessariis exinanita. Ceterum etsi angusta omnia viderentur, non tamen ut prius inde digrederetur, quam servata executaque conventa conspexisset, adduci potuit.

PER IAC. ZENUM COÆVUM.

E

F

ANNOTATA.

a Henricus V *Rex Angliæ mortuus est* 30 *aliis* 31 *Augusti, prope Parisios in arce Vincennensi, vulgo* Bois de Vincennes: *&* Carolus VI Rex *Franciæ* 21 *Octobris anni* 1422.

b *A die* 26 *Martii anni* 1422 *ad diem* 8 *Augusti anni* 1423, *uti indicat Sigonius: & sic duo menses, quorum aliquibus diebus abfuit, pro integris sumerentur.*

c *Poggius hoc testimonium conficit*: Sensi ego, qui in Anglia tunc morabar, quanti à Rege fieret, quanti virtus ejus & sapientia æstimaretur ab omnibus, quantaque cum omnium commendatione munus sibi injunctum obiisset. Prædicabatur ab his, qui à Rege veniebant, continentia hujus, innocentia, integritas, religio: & hunc unum ad se missum aiebant sine ambitione, sine cupiditate, in quo veræ sanctitatis specimen eluceret.

d *Intelliguntur integri annus* 1424 *&* 1425.

e *Anno* 1426, IX Kalend. Junii, *aut, ut alii,* Julii.

f *Insubres substituimus, nam* Mediolanum *caput Insubrium,* Bergomum, & Brixiam *adiisse constat ex Sigonio. Erat per inadvertentiam scriptum* Ligures, *qui sunt Genuenses.*

g *Iterum* Insubribus *sustituimus, nam Brixia Bononiam venit anno* 1427, 8 *Februarii, & Romam* 24 *ejusdem Februarii.*

h *Iterum* Insubres *&* Insubricos *maluimus substituere; mirantes quod neque Garnefeltius neque Attichius σφάλμα hoc memoriale notarint, in quod semel lapsus auctor,* Mediolanenses, *quos initio num.* 9 *recte vocaverat* Insubres, *perpetuo postea nominavit* Ligures.

i Pizicatorium *hic dici videtur, quod in tabulis chorographicis Mediolanensis status* Picigitone *scribitur, trans Adduam flumen, eo quod hic notatur intervallo distans Mediolano Cremonam versus, media fere inter Placentiam & Cremam via.*

k Mathemaucum *vulgo* Malamoco, *Adriatico mari in sinu Veneto objectarum insularum una ex majoribus & longioribus tribus, in conspectu Venetiarum.*

l Machilonium *vulgo* Maclo. *Corius parte* 5 *meminit castrorum istic inconsulte locatorum; &* Binam, *quæ in Cremonensi agro ad Olium flumen sita, victoriæ fructum fuisse asserens, & paulo ante mentionem faciens* Pompeiani *in Brixiano territorio siti, satis indicat locum fuisse Brixiam inter & Cremonam.*

PER IAC. ZENUM COÆVUM

CAPUT III.

Rebellio Bononienſis diſſipata, Legationes reſumptæ, etiam ad Concilium Baſileenſe.

12 REdditis itaque ac reſtitutis demum oppidis, & pacatis quietiſque, ut videbatur, rebus ex a Inſubribus Bononiam venit, eo animo, ut paulo poſt Romam ad Pontificemque rediret: ſed dum Bononiæ moram trahit, Eccleſiæ & patriæ ſuæ cauſis quibuſdam componendis, quæ imminebant, deditus; diſſenſiones nonnullas de Bergomenſi & Cremonenſi agro exortas, nuntiatum eſt: utque controverſias eas quietas reddat, priuſquam abeat, ſupplicatum. Quare gravitate rerum Nicolaum Bononiæ diſtinente, effectum eſt, ut partium Oratores ad illum Bononiam mitterentur. Miſſus à Venetis Sanctius Venerius, Equeſtris ordinis, vir ea tempeſtate auctoritate inter Venetos præſtans. Cum his cognoſcendis componendiſque cauſis Bononiæ Nicolaus ageret, civitas rerum mutationes perpeſſa eſt, graviterque intra urbem tumultuatum, & à clamantibus, Populum libertatemque vivere, ad arma concurſum eſt: eoque tumultu effectum eſt, ut à Pontifice Eccleſiaque deficientes, in libertatem ſeſe Bononienſes vendicarent. Gravis admodum & peracerba Nicolao ea urbis facta commutatio fuit; &, ut par erat, ſummo illum dolore affecit; eoque magis, quod ſuccurrere ipſe tanto morbo & lapſæ jam rei non poterat. Ceterum & mœrori mœror, & perturbationi perturbatio acceſſit. Qui enim ſummæ rerum in urbe præerant (ſeu quia Nicolai opera, quem Pontifici gratiſſimum eſſe intelligebant, controverſias componi poſſe confiderent; ſeu quod, quippe quem ſtudioſiſſimum Eccleſiaſticarum partium, atque ex ea re ſuſpectum, ſuiſque mutationibus adverſiſſimum exiſtimabant, in illius excidium quidquam ſævi machinarentur) evocandum ad ſeſe ſuis conſiliis decrevêre. Eam cum operam nuntio cuipiam viliſſimo homini injunxiſſent, illeque mandatis obtemperans, ad Pontificem profectus, ut accederet, monuiſſet; in ſtuporem atque mœrorem eximium ea levitas atque veſania civium Nicolaum adduxit: continuit tamen ſeſe, & nuntio nihil grave aut indignum, neque quidquam magis quam occupationibus diſtineri, ne accedere valeret, reſpondit. Hanc ſuorum civium ſtoliditatem ſecum indignanti, advenire ad eum ſex ex primoribus civium nuntiatur: quare cum vereretur ne quid violenti fieret, evocari familiam omnem juſſit, utque cives ingreſſi ſunt, fores claudi. Jam ad conſpectum ſui Pontificis aderant, & proponere neſcio quæ velle videbantur, verum Nicolaus prior ad illos converſus, dure atque aſperrime (ut res & culpa exigebat) increpare illos adortus; Exiſtimare ſe, inquit, omnino mente alienatos eſſe Bononienſes cives, ſeque ob id ſummo dolore affici, cum eorum cura illi credita ſit; conſueviſſe filios ad patrem ire, cives ad Præſulem; contra naturæ & juris ordinem eſſe, neque unquam auditum, ut ad inferiores ſuperior evocatus accedat. Bononienſes, cum ſimplex illorum eſſet Epiſcopus, debitos illi ſemper honores exhibuiſſe: nunc cum Cardineo etiam apice fulgeat, & Legationis etiam poteſtate præmineat. in tam ſtolidam veſaniam illos adductos, ut per viliſſimum nuntium evocare ad ſeſe non erubuerint. Injuriam hanc non ſibi, ſed Apoſtolicæ Sedi illatam exiſtimare, cujus vices in ea dignitate atq; legatione [gereret]: ſpretum ſe eſſe à Bononienſibus, non ſibi propter ſe, ſed propter eorum errores ac perverſores, perfractoſque mores, curæ & cordi eſſe: vereri enim ſe, ne iratum Deum brevi ultorem ſentiant: atque propterea, ut ad rectam viam & ſaniores ſe mores convertant, hortari. Hæc atque hujuſmodi cum ſumma gravitate atque auctoritate paternaque caritate monuiſſet, qui advenerant cives, adeo muti atque elingues effecti ſunt, ut nec verbum ullum ex cujuſpiam ore prodierit; ſed ut venerant, declinatis cervicibus abſceſſêre.

13 Enimvero formidabilis res erat, & majores motus eo initio expectandi videbantur. Quos veritus Nicolaus, ne temeritati facultas delinquendi præberetur, providendum ratus, ut ſi quis forte tumultus gravior ingruiſſet, non ſe arbitrio ſuo Bononienſes uti poſſent; evocato ad ſe Carthuſienſis monaſterii Præſide, permutatiſque veſtibus, ut primum inclinare cœpit dies, ſub primas fere tenebras, illum ut inferior proſecutus, ad Carthuſiæ monaſterium venit, eamque noctem ibi in eo egit. Poſtera vero die, ut primum lux excipi potuit, urbem ingreſſus; cum paratos ſibi extra portam, quæ Mutinam ducit, equos, ut conſtituerat, comperiſſet; Mutinam conſtanti itinere profectus eſt. Bononienſes ut de Nicolai profectione certiores redditi ſunt, miris exagitari furoribus cœperunt; in contumelioſaſque erumpere voces, hoſtem publicum ac patriæ illum proditorem appellantes: non deſtitêre tamen, quin oratores ad eum Mutinam mitterent. At Romæ, ut nuntiata eſt Bononienſium defectio, Pontificis & Eccleſiaſticorum dolore ac perturbatione affecit animos. Cumque Nicolai opera poſſe labentibus rebus adhiberi remedia Pontifex Martinus conſideraret; confeſtim ad illum raptim perſcriptis & exaratis litteris, ne Romam rediret, neve regione egrederetur injuſſu ſuo, ſtrictioribus mandatis injunxit. Eam ob rem cum Mutinæ pleroſque menſes traxiſſet moram, neque moveri Bononienſium indurati poſſe animi viderentur; componendæ controverſiæ gratia (quam occaſione Cremonenſis & Bergomenſis agri exortam diximus) Ferrariam venit, qua congrua executione ſedata, conſulto primum Pontifice, Romam rediit, *b* biennioque apud Martinum in Curia fuit, vitæ ſanctimonia conſiliorumque gravitate præcipuus.

14 Ceterum haud quaquam illi diuturna quiete perfrui licuit. Nam cum Inſubricum bellum longe acrius reſtauratum eſſet; Venetique adverſus Philippum, & ingentes terreſtres copias militares, & claſſem Padanam ampliſſimam comparaſſent; Pontifex Martinus tot calamitatibus metuens atque obviare deſiderans, habito cum Fratribus de more colloquio, Nicolaum (quem ad pacem rurſum inter Venetos & Philippum conficiendam mitteret) elegit. Hac etiam adjectione adhibita, ut, poſtquam Inſubricas extinxiſſet lites, ad pernicioſum bellum, quod Anglos inter & Gallos jam antea viguerat, ſedandum iter arriperet. Ita tertio jam Inſubrici belli cauſa, Roma profectus, in Veronenſes primo divertit; apudque Piſcariam *c* oppidum, Veronenſis quidem agri, ſed cui tunc Mantuanus præerat Princeps, ſubſtitit: in armis ſiquidem erant omnia, & circumquaque univerſa regio militaribus fragoribus æſtuabat: quare peroportunum in eo belli ardore pertractandæ paci id oppidum arbitratus, inde partium evocare oratores, & per nuntios litteraſque rem gerere conſtituerat. Hæc dum meditatur paratque Nicolaus, moleſtiſſimum de Martini ſummi Pontificis funere nuntium accepit: is enim decimo *d* tertio Pontificatus anno apoplexia correptus, fatalem Romæ apud ſanctorum Apoſtolorum Baſilicam, ubi reſidebat, diem ſummum obierat. Eo tam gravi ac funeſtiſſimo nuntio, acerbo mœrore affectus Nicolaus, quid ageret, quid conſilii capiendum foret, ancipiti dubioque animo pervolvebat; Romamne novi

Bononienſes Pontifici rebellant,

ſevere castigat:

discedit Mutinam,

Legatum pacem ad Venetos & Injubres

ob mortem Martini V ſubſiſtit:

a Inſubribus

b

c

d

A B C D E F

A novi creandi Pontificis gratia proficiſci; an Piſcariæ manere & cœptum paucis proſequi opus, ſeu novi Pontificis creationem & ejus juſſa præſtolari ſatius eſſet. Melius conſilium viſum, nova mandata à novo expectare Pontifice; quod nec in tempore ipſe Romæ eſſe potuiſſet, & Eccleſiæ brevi à Patribus proviſum iri non dubitaret.

15 Nec diuturna mora fuit, cum delectum Gabrielem Condulmarium Venetum, qui ex Patribus erat, Romanæ Sedi ſummum Pontificem datum novit. Is eſt, qui Eugenius Quartus eſt appellatus. Ad eum, ut par erat, cum & nuntios & congratulatorias litteras exaraſſet; de rebus quoque ſuis, quæ ad cauſam attinebant, interſeruit: & cum belli conditiones, & quo in ſtatu cuncta verſarentur, & quid de pace agi & ſperari poſſe confideret (cujus exitum difficillimum, & fere impoſſibilem judicabat) ſignificaſſet; ſummis à Pontifice precibus petiit, ut etiam à Gallicana legatione illum abſolvere, & ſibi Romam redeundi facultatem poteſtatemque facere dignaretur. Annuit initio quidem Eugenius, & Nicolai precibus ſe morem gerere velle ſignificavit. Paranti igitur Romam proficiſci, repente commutata ſententia, litteræ à Pontifice redditæ ſunt, quibus ut omnino in Gallias pergeret, idque quam repentiſſime (ſic enim res exigebat) mandabatur. Pontificis itaque juſſibus facturus ſatis, Piſcaria diſcedens, ſuperatis Alpibus in Gallicanos fines venit. Fremebant undique bella, & per Gallicanam regionem omnem armorum fragores reſonabant: nulla pacis vox audiri poterat, nulla perficiendæ concordiæ ſpes eſſe videbatur. Quæ etſi Nicolao haud quaquam obſcura erant, tentanda tamen primum omnia & experienda ratus, ad Principes pergere, hortari, monere, ſuadereque adortus; & quos ipſe adire non poterat, per nuntios & litteras alloqui; quidquid agi aut cogitari poſſet, incredibili diligentia patientiaque *e*, peregit. Triennium *f* continuum ea de re in Galliis commoratus, univerſam Galliam peragravit; neque ulla fere fuit inſignis Galliarum civitas, quam ille pacis gratia non adiret.

abit Legatus in Gallias:

B

e

f

16 Dum in Galliis Nicolaus protrahit moram, in Germania ingens Eugenio Pontifici, & Eccleſiæ bellum ſuſcitatum eſt. Nam cum Martinus, priuſquam vita excederet, Baſileæ cogi univerſale Concilium indixiſſet; id, creato jam Eugenio, ita cœptum atque adauctum erat, ut etiam ex Patribus plurimi, invito & injuſſo Pontifice, fuga arrepta, quaſi à Pontifice deficientes, Baſileam peterent. Et jam fere univerſus eo concurrere & ibi cogi cœperat terrarum orbis, & multa jam adverſum Eugenium ordiri videbantur: & quamquam præclaros pleroſque ſuo illuc nomine Præſules Eugenius delegaſſet; tamē cum plurimum de Nicolai ſingulari virtute ac ſanctitate confideret, ex Galliis revocandum, atque Baſileam deſtinandum putavit, ut Pontificio nomine Synodo præſideret. Habito itaque & accepto hoc Pontificio decreto, Nicolaus ex Galliis in Germaniam tranſiens, Baſileam venit: eſt ſiquidem nobilis & clara Germaniæ urbs, quam Rhenus fluvius mediam ab altera parte præterfluit. Initio adventus ſui maximis & ampliſſimis exceptus honoribus, urbem omnem & Patres Eccleſiaſticoſque ordines incredibili voluptate complevit: atque quamprimum ad ea, quæ imminebant, perſolvenda converſus, Pontificis partes ſingulari fide prudentiaque tutatus, res Pontificias ad optimum commodiſſimumque brevi ſtatum perduxit. Erat ipſe id loci ſumma auctoritate, ad eum univerſi, ut fere ad Pontificem Maximum confluebant; frequentarique ita illius ædes aſſiduo cunctorum concurſu conſueverant, ut aliud ſeparatū apud Nicolaum agi Concilium vide-

& ad Baſilienſe Concilium.

C

retur. Effecit denique probatiſſimis artibus, ut tametſi multorum graves in Pontificem eſſent mentes, irrita tamen malignantium ſtudia redderentur. Manſit autem eo in loco pauculis minus integro anno diebus: qui ſi diutius perſtitiſſet, poterat profecto perturbationibus & calamitatibus, quæ ſecutæ ſunt, finem dare.

PER ME-
ZENUM
COÆVUM

ANNOTATA.

a *Iterum ex* Inſubribus, *& infra* Inſubricum: Inſubricas *ſubſtituimus.*

b *Annis ſcilicet* 1429 *&* 1430, *quas is per Menzium fluvium ſeſe exoneraturus in arctum coit: diſtat Mantua p. m.* 25.

c Piſcaria *vulgo* Peſchiera, *ad fauces lacus Benaci.*

d *Mortuus eſt* Martinus V *die* 20 *Februarii anni* 1431, *cum ſedilſet annos* 13 *menſes* 3 *dies* 12, *& electus eſt die* 3 *Martii, Gabriel Condulmerius, dictuſque* Eugenius 4.

e *Poggius.* Ita abiit, ut Regum uterque, & qui his aderant, profiterentur, numquā ſe ei viro, prudentia, fide, ſanctimonia, vitæ integritate parem vidiſſe.

f *Mallem* annum unum *legere, qui difficulter reperitur, tui ex Sigonio conſtat.*

E

CAPUT IV.

Aliæ Legationes. Acta in Concilio Florentino. Obitus, ſepultura.

17 CEterum cum propter Inſubricum bellum, quod indies vehementius ingraveſcebat, duos ex Patribus ſedandarum rerum gratia univerſa Synodus in Italiam mittere decreviſſet; Nicolaus potiſſimum, qui ad id pacis opus delegaretur, electus eſt; comes illi alter ex Patribus datus *a* Cardinalis S. Petri ad vincula, ex Hiſpaniis oriundus. Frequentiſſimo itaque concurſu omnium ordinum, nec minori bene ſentientium mœrore extra urbem deducti, in Italiam cum deſcendiſſent, Paduam primum, inde Venetias petiere, ubi pertractandæ paci incumbere conſtituerant. Adhibita quidem ab his eſt diligentia omnis, & nihil prætermiſſum quod ad rem perficiendam pertinere potuiſſet: ſed adeo incenſi erant partium animi, adeo prærupta & ardentia in bellum ſtudia, ut conatibus in irritum decidentibus, nihil proficere potuerit. Interea dum hæc agerentur, Eugenius Pontifex Maximus, injuriis contumeliiſque à Romanis affectus, vim etiam perpeſſus, ignotus fuga ſibi conſuluerat, & ex Romana quidem fuga Florentiam *b* venerat. Quare Nicolaus, cum pacis opera non ſuccederent, minime quidem *c* Baſileam ſibi redeundum fore conſtituens, ad Pontificem Florentiam venit; expoſitiſque ſuperiorum temporum actionibus, apud Pontificem Florentiæ manere decreverat. Ceterum cum per ſuperiora tempora Gallorum Rex *d* & Burgundiorum Princeps acerrimo ſeſe invicē ac diuturno bello laceraſſent, oblataque ſpes pacis inter eos conficiendæ viſa eſſet; placuit Pontifici, ut Nicolaus (quem propter vitæ ſanctimoniam glorioſi apud illos nominis & ampliſſimæ auctoritatis eſſe ſciebat, & ob id paci huic aptiſſimum & peropportuniſſimum fore confidebat) denuo Gallicanas regiones peteret. Ex Florētia itaq; in Gallias delatus, apud Atrebatum *e*, Burgūdi Principis urbem, conſtitit. Inde enixiſſimo ſtudio ad peragendam pacem invigilans, decimo & ſexto poſteaquam illuc advenerat menſe, multis & gravibus difficultatibus [ſuperatis,] tandem Principes ipſos perpetua & ſalutari pace devinxit. Pacatis itaque ſedatiſque Principibus, controverſiiſque ſopitis, in

Conatur fruſtra reconciliare Venetos & Inſubres.

a

b

c

d

non ita fruſtra Gallos & Burgundos.

e

PER IAC. ZENUM COÆVUM *excipit Imperatorem & Patriarcham Cp.*

Italiam rediens, Bononiam venit, Pontificemque illic cum Curia conſidentem comperit. Sed cum Græcorum gratia Ferrariæ Pontifex Concilium indixiſſet, eo etiam Nicolaus Eugenium, ut par erat, eſt conſecutus; obviamque Græcorum Imperatori *f* & Conſtantinopolitano Patriarchæ, qui unionis celebrandæ cauſa ad Ferrarienſe Concilium accedebant, Venetias à Pontifice miſſus, Ferrariam Græcos adduxit, celebrandæque indefeſſus unioni incubuit.

f

mandata Pontificis ad Germanos defert,

18 Cum ita totus in fidei rationibus diſceptationibuſque abſorptus Nicolaus eſſet, ut fere nihil magis cuperet & anhelaret; alia inſuper peregrinatio injuncta eſt. Nam quoniam in Germania affectæ, ac perturbatæ in Pontificem res erant, & novum colloquium ad præfixam diem à Germanicis Principibus indictum; operæ pretium Eugenius exiſtimavit, Nicolaum ad ſtatutum locum diemque accedere *g*. Ille itaque, quamquam tot antea itineribus profectionibuſque fractus videri potuiſſet, tamen recens ſemper & integer animo, nec laboribus ullis aut periculis territus, dum Pontifici modo & Eccleſiæ aut cujuſpiam ſaluti obſequi valuiſſet, ex Ferraria movens, iterum in Germaniam venit; adjumentoque non mediocri Pontificis jam apud Germanos labentibus rebus fuit; & quæ à Pontifice mandata erant, quoad ejus fieri potuit, integre atque inviolate perſolvit. Ubi vero nihil hiſce in locis ſua opus eſſe mora intellexit, Italiam repetens, Florentiam petiit. Nam ex Ferraria Florentiam Eugenius Concilium *h* tranſtulerat; Fuit autem hæc extrema legationum ſuarum, itinerationum, peregrinationumque finis. Habitavit autem Florentiæ apud ſancti Spiritus ædem (ſic enim Auguſtinenſium locum Florentiæ vocant) eumque ibi nos, cum primum ad Curiam acceſſimus, commorantem convenimus & ſalutavimus. Habitabat autem ſatis anguſte, & familia ingenua quidem, & optime honeſtiſſimeque morata & inſtituta, verum non lauta nimis & compta; ſed modeſta omnino, & quæ Præſulis ſanctimoniam ſignificaret. Ipſe vero maximæ apud omnes venerationi erat, neque quidquam dignius aut divinius in ore hominum verſabatur.

g

B

h

intereſt Concilio Florentino,

19 Pontifex, cum illi digniſſimum ſummi Pœnitentiarii contuliſſet locum, ejus conſilio imprimis graviſſimis potiſſimum in rebus maxime omnium utebatur: neque eum diligebat & amabat ſolum, ſed pia etiam veneratione colebat; & ubi quidquam arduum immineret, audire illum antea cupiebat, & fere omnia Nicolai conſilio peragebat. Nicolao vero ſummæ ac ſingulares virtutes inerant; ſimpliciſſima humilitas præcipuaque clementia, caritas in omnes pietaſque paterna, fidei & religionis exardens zelus. Communi uſu auſteram & aſperam ſatis ducebat vitam: nec carnibus veſcebatur, nec ſtrato jacebat. Carthuſiæ regulam etiam ad extremum inviolate ſervavit: Sacris litteris, poſteaquam ſeſe immortali Deo dedicavit, operam eximiam adhibuit; neque à ſacrorum voluminum, cum per occupationes licebat, lectione ceſſabat. Doctos viros, virtutibus deditos, magno amore proſequebatur; egeniſque & inopibus Clericis opem plurimam ad litterarum ſtudia conferebat. In pauperes vero omnes, quidquid eleemoſynarum poterat, aſſidue diſtribuere conſueverat. Affinium ſuorum neminem ſecum domi eſſe volebat, perturbare illos reliquam familiam dicens. Iis, qui illi miniſtrabant, ſalaria menſtrua exhibere ſolitus erat, ne pro immeritis ſupplicare, & de ſpiritualibus illis ſatisfacere cogeretur. Librorum copioſus fuit, quos fere omnes in morte ſacris locis monaſteriiſque legavit.

C

Pœnitentiarius Papæ,

excellit in omni genere virtutum;

20 Obiit autem mortem Senis, cum ibi Pontifex conſideret. Cum enim Romam proficiſci conſtituiſſet Eugenius, Florentia abſcedens, Senas venit: quem Nicolaus quam primum ſecutus eſt, ita ut ingredientem Senas Pontificem comitaretur: paucuſ los vero poſt menſes, calculi morbo correptus, inhorridos ac terribiles dolorum cruciatus incidit; ita ut miſerandos continue clamores emittere cogeretur. Et quamquam graviſſimo & extremo morbo affectus, pati tamen non poterat, ut quidquam ſibi de ſolita Chartuſiæ obſervantia mutaretur. Cum vero fatalem ſibi ægritudinem hanc fore cognoſceret, Sacramentis Eccleſiaſticis communitus, ſacratiſſimoque Dominico corpore devote atque affectuoſiſſime ſumpto, de ſui corporis ſepulchro non immemor, ut in Carthuſienſi cœnobio, quod prope Florentinam urbem eſt, conderetur, edixit. Ita aliquandiu flebiliter cum laboraſſet, tandem ægritudinis fervore & cruciatuum horriditate confectus, immortali Deo ſpiritum *i* reddidit. Incredibile dictu eſt, quanto mœrore, quibus lacrymis atque ſuſpiriis hæc Nicolai mors Pontificem, Patres, Curiamque & urbem omnem, populumque compleverit: nam & ſplendorem & decus Eccleſiæ illum concordi omnes & conſona voce judicabant, & prædicare non deſiſtebant. Cum vero in Baſilicam, quæ Auguſtino Doctori dicata eſt (nam apud religioſos Auguſtino deditos, Senis locatus erat) exanime corpus delatum eſt, atque in media Baſilica poſitum; tantus univerſi populi omniumque ordinum concurſus effectus eſt manus pedeſque deoſculantium, ut comprimere ſeſe cœperint, & vix contineri ſacris ædibus poſſent: felixque ſibi videbatur, cui illum contingere licuiſſet. Ceterum, cum prohibendi fœtoris gratia (quippe, ut diximus, ad Carthuſiæ Florentinum locum ducendum cadaver erat) exſecto ventre viſcera eduxiſſent; mirum dictu, lapis vaſtæ pro humano corpore magnitudinis compertus eſt: hujus autem forma erat plus rotunditatis quam longitudinis habens, ſimillimuſque omnino in quantitate anſerino ovo videbatur: apparebat autem ex minutiſſimis arenulis pauliſper concretis in eam magnitudinem deveniſſe, quod quidem diuturno admodum tempore fieri oportuiſſe Phyſici judicabant. Experiri etiam pondus ejus voluere, & bilibrem illum, ut aſſerebant, comprobavere. Hunc nos ipſi vidimus, manibuſque attrectavimus, & ſolidiſſimum experti ſumus. Ex eo gypſeæ plures formæ, ad illius effigiem, conflatæ ſunt, & inſtar monſtri ad varia terrarum orbis loca demiſſæ.

D

Calculi morbo oppreſſus,

ſacro viatico munitus obit,

i

E

magno accurſu ad corpus venerandum.

& lapidem ei exectum videndum:

F

Exequiis intereſt Papa.

21 Quod vero ad funera attinet, exactiſſima & ſplendidiſſima in principe Senenſi Baſilica celebrata ſunt: interque alia pleraque hoc illis præcipuum & ſingulare ac memoria digniſſimum extitit, quod Pontifex Maximus Eugenius coram ipſe conſiſtere intereſſeque, atque ornare funus voluerit: factum numquam antehac patrum memoria celebratum; neque enim Pontificius & Curiæ mos habet, ut in Cardinalis funeribus Romanus Pontifex uſpiam interſit; neque patratum antea ulla ex cauſa fuiſſe quiſpiam antiquiſſimorum noverat. Commovêre vero Pontificem Eugenium, ut tantum Nicolao decoris & ornamenti impenſum vellet, non ſanctitas modo & immaculata integritas, gloriaque atque opinio de illo univerſi terrarum orbis, & omnium hominum; ſed quod ampliſſimis Nicolai de Eccleſia atque Pontifice meritis devinctum & obſtrictiſſimum ſeſe illi arbitrabatur; quippe qui ſuarum partium indefeſſus ſemper ac validiſſimus fautor & propugnator extiterat, innumera quæ inferri detrimenta potuiſſent averterat, ſuis conſiliis non vulgaria Eugenio emolumenta contulerat, auctoritateque & præſentia ſua incredibiles illi ſemper favores & Principum ceterorumque

A rumque hominum ſtudia compararat. Funeralibus egregie celebratis, Thomas Apoſtolicus Subdiaconus (qui familiæ præſidebat, & apud Nicolaum diutiſſime manſerat, quo illi nemo carior erat) nonnullis ex familia comitibus ſumptis, corpus ad Carthuſiæ locum, qui parum Florentia abeſt (ut à Nicolao vivente inſtitutum fuiſſe diximus) detulit, & pie religioſiſſimeque ſepulchro condidit, ubi ad hodiernam jacet diem; anima, ut recte judicandum eſt, in ſuperis glorioſa felicitate beata.

corpus defertur Florentiam.

ANNOTATA.

a *Hic eſt* Joannes Cervantes *Hiſpalenſis, Cardinalis creatus cum B. Nicolao à Martino V, mortuus anno* 1453.

b *Anno* 1434.

c *Hæc tempore infra accuratius diſtinguuntur.*

d Carolus 7 *&* Philippus Audax: *quos inter pax concluſa eſt anno* 1435.

e Atrebatum, *vulgo* Arrás, *Arteſiæ metropolis.*

f *Anno* 1438 Joannes Palæologus *Imp. &* Joſephus *Patr. Ferrariam acceſſerunt.*

g *Hæc tamquam facienda & non peracta deſcribit Sigonius, ſed ante cœptum Ferrariæ Concilium, uti etiam* B *Poggius, qui mox reverſum aſſerit.*

h *Anno* 1439. i 9 *Maji anni* 1443.

VITA II

Auctore Carolo Sigonio.

PRÆFATIO.

Ad Illuſtriſſimum ac Reverendiſſimum in Chriſto Patrem, Dominum Gabrielē Palæottum, S.R.E. Cardinalem atque Epiſcopum Bononienſem.

CUm pio Illuſtriſſimæ ac Reverendiſſimæ Amplitudinis veſtræ impulſu nuper Epiſcopos Bononienſis Eccleſiæ, deceſſores veſtros, ex veteribus monumentis eruerem; ac facta dictaque eorum illuſtria, quæ in magnis comperire ſuperiorum temporum tenebris poſſem, breviter litteris memoriæque mandarem: in unum præcipue incidi, cujus acta, uti parum hominibus cognita, ſic mihi ad ſcribendum commemorandumque ampliſſima viſa ſunt. Hic vero extitit F. Nicolaus Albergatus, Cardina- C lis, civis Bononienſis, ac clarus ex Carthuſienſium familia monachus: homo in maximis ante centū amplius annos Reipublicæ Chriſtianæ negotiis diu multūque inſigni cum virtutis conſiliique laude verſatus. Verum licet ea fide, integritate, ſolertia, gravitate, atque in omnibus rebus agendis ſapientia præditus fuerit, ut merito homines tantam virtutis indolem admirari potuerint externorum fere tamen omnium auribus inauditus eſt; quod, qui de eo quidquam litteris conſignarunt, ea paſſim ſub nomine Cardinalis ſanctæ Crucis exararint. Ego vero, ut memoriæ Sanctiſſimi ſapientiſſimique viri conſulerem, ac ſimul egregias multaſque ejus actiones ab oblivione hominum & litterarum ſilentio vindicarem, Nicolai hujus ſeparare vitam, ac de rebus ejus ſeorſim uberiore aliquanto, quam ſcriptio Epiſcoporum illa depoſcit, differere oratione decrevi; præſertim vero multis, ut abditis, ſic præclaris monumentis (quæ adhuc in hac civitate ac familia conſervantur) adjutus. Hoc vero quidquid eſt, id totum in veſtræ potiſſimum Amplitudinis nomine volui divulgare: quod ipſa in hac eadem, quam ille tenuit, Eccleſia adminiſtranda, cum aliorum optimorum Antiſtitum, tum hujus præſtantiſſimi in primis ac religioſiſſimi ſummam prudentiam ſingularemque virtutem omnium adhuc judicio ſic expreſſit, ut non tam eximio animi ſui conſilio, quam præcipuo aliquo imitationis arbitrio, ad ſingularia eadem perveniſſe cum pietatis ſtudia tum ſanctitatis officia videatur. EX MS.

CAPUT I.

Ortus, ſtudia, vita Carthuſiana & Epiſcopalis.

1 NIcolaus igitur Bononiæ ex Albergatorum familia ortus eſt: cujus antiquitas præcipue ex vetuſtis civitatis eliei conſtitutionibus poteſt, in quibus Albergati circa annum Chriſti milleſimum ducenteſimum ædes celeberrimi nominis, in eadem urbis parte, in qua nunc quoque habitant, coluiſſe feruntur, quæ jam tum Seragotia dicebatur: cujus ſeculi ſpatio Guilielmum etiam Albergatum, Novariæ Epiſcopum, virum inſigni pietate præditum, ipſi Novarienſes, *a* à Nicolao IV, ejus nominis Pontifice ſedente, concelebrant. Inde in diſſidiis ac diſſenſionibus, quæ deinceps Bononiæ emersêre, civilibus, crebra ac perhonorifica Albergatorum mentio reperitur. Nam anno milleſimo trecenteſimo tricеſimo quarto, ad veterem civitatis ſtatum reſtituendum, ipſi inprimis inter alias quaſdam familias adfuiſſe narrantur, ac mox ex iis Petrus Nicolaus potiſſimum prædicatur: qui, cum Bononiæ primum Tribunos plebis, novæ adminiſtrationis ergo, creari placuit, unus ex iis fuit, ad quos inchoandi magiſtratus inſignia, & quidem maxima cum auctoritate tunc temporis delata ſunt. Idem etiam, ut majorum ſuorum quaſi veſtigia ſequeretur, ei factioni ſtudebat, quæ Maltraverſa dicta, conſilia & machinationes impedire profitebatur duarum illarum, quæ inter ſe tunc temporis in Italia odio exitiabili digladiabantur (*b* Gibellinos & Guelfos intelligo, ita primum Frederico Secundo Imperatore Germanico nomine vocatos.) Ceterum populari invidia fuit ex urbe depulſus, atque detruſus, nec niſi poſt ſeptennium reſtitutus. Ex hoc igitur, anno milleſimo treeenteſimo ſeptuageſimo quinto, natus eſt Nicolaus, de quo ſcribere inſtituimus. Is litteris à Patre eruditus fuit, prout puerilis ætas imbui conſuevit. Inde corroboratior factus, ad jus civile cognoſcendum, Bononienſium juvenum more, ſe contulit. Quo ſtudio necdum abſoluto, divino ſpiritu ad graviora vocatus, incredibili quodam Religionis, quæ pio Dei cultu continetur, deſiderio flagravit, atque arctiori ſe Carthuſienſium monachorum diſciplinæ devovit. Id quod divino quodam videtur conſilio contigiſſe.

Ex Albergatorum familia antiqua

a

b

natus an. 1375

& poſt ſtudia lutis

F

2 Cum enim (ut vulgo inter monachos illos accepta per manus hiſtoria fertur) quodam die extra urbem, ad Monaſterium illud animi cauſa, ut fit, inviſendum ſeceſſiſſet, forte ſæva tempeſtate coorta muris excluſus, ibi pernoctare compulſus eſt. Quod primum ægre ferens, demum pro ſingulari beneficio accepit. Etenim concubia nocte, ubi Patres ad Matutinas laudes in eccleſiam convenire non obſcuro campanæ documento cognovit, & ipſe rei novitate permotus acceſſit. Ibi vero poſitus, humili ac pio illo monachorum per noctis ſilentium cantu uſque adeo eſt illectus, ut ſtatim habitûs ejus aſſumendi, & ſolitariæ inter eos vitæ cum Dei laude agendæ cupido acris inceſſerit: quod poſt dies aliquot à Patribus illis haud magno admodum negotio impetravit. Ceterum Monachus factus, ſic in omni ordine, aſſiduitate, obedientia, humilitate, atque omnibus officiis monaſticæ profeſſionis ſe probavit, ut à cunctis non humano impulſu, ſed divino inſtinctu ad Religionis ſe contuliſſe ſtudium judicatus ſit. Quin etiam poſt annos aliquot ea prudentiæ docu-

Monachus Carthuſianus

ac dein Prior:

PER CARDINALEM BONON.

menta ſimul ac diligentiæ dedit, ut Florentino primum, deinde Bononienſi monaſterio præfectus ſit.

Benigne à ſepulcari regimine.

3 Atque eo quidem tempore, ob inſignem famam integritatis atque ſapientiæ celebratus, Bononienſis quoque Eccleſiæ Epiſcopus, magna populi conſenſione delectus eſt: cui rei Deus hanc occaſionem aperuit. Anno Domini MCCCCXV, comitiis Pontificiis diu haud ſine ingenti populorum admurmuratione in Concilio Conſtantienſi protractis, cum poſt ſeptem menſes Pontifex adhuc in Eccleſia nullus eſſet, Cantelli ac Bentivoli, familiæ duæ illa tempeſtate opibus ac clientelis Bononiæ præpollentes, tempus oblatum eſſe veteris libertatis recuperandæ duxerunt: ac conſiliis inter ſe occulte compoſitis, ſequenti anno pridie Nonas Januarias cum armatis factionibus in palatium irruperunt; ac Legato, quem Joannes XXIII Pontifex abdicatus impoſuerat exturbato, Rempubl. popularem, quem ſtatum libertatis vocaverant, reduxerunt: mox (quoniam Sexcentorum Conſilium commode ad ſubitas convocari conſultationes non poterat) ſexdecim viros conſtituerunt, qui Conſilii auctoritate ornati omnibus rebus proſpicerent, quæ celerem conſilii explicationem deſiderarent. Ita proximo *c* anno, Joanne Epiſcopo IV nonas Januarii mortuo, Magiſtratus, penes quos ipſa fuerat Reſpubl. collocata, jus eligendi Epiſcopi ad ſe recidiſſe interpretantes; Sexaginta viris, quorum injuſſu nihil conſtitui poterat, advocatis, plures eximiæ doctrinæ probitatiſque viros nominaverunt: qui ſingulis diligenti atque accurata ratione perpenſis, unum Nicolaum Albergatum, Priorem Carthuſiæ, prætulêre. Eorum vero judicium, deinde Anciani ac reliqui Magiſtratus, ac demum univerſum Sexcentorum Conſilium ita probavit, ut nemo plane de illius dignitate meritiſque diſſenſerit. Itaque Conſilio tertia noctis hora dimiſſo, multi, patefacta urbis porta, magna properatione, ut tanti nuntii fructum præriperent, Carthuſiam adierunt, ac Nicolao judicium & decretum civitatis aperuerunt; eique honorem & privatim & publice gratulati, ut poſtridie in urbem ad dignitatem accipiendam, & gratias Conſilio ipſi agendas accederet, invitarunt.

c

B *Epiſcopus Bononienſis eligitur:*

4 Ille vero, qui ſtudiis vitæ ſolitariæ deditus, animo longe ab Epiſcopali officio abhorrebat; ac ſecreto contentus otio, lucem hominum ac frequentiam fugiebat; neque Epiſcopalis obeundi officii difficultates ac ſalebras ignorabat; cœpit recuſare, ac ſe neque honorem illum accepturum, neque ea de cauſa pedem monaſterio ſuo moturum eſſe, aſſerere.

C Deinde poſtquam ſe civium atque amicorum ſuorum, & publico & privato nomine agentium, oppugnari poſtulatis atque urgeri precibus vidit; ut eorum à ſe impetum aliqua ratione propelleret, ad-

qui non niſi habito conſenſu Prioris & Capituli Generalis,

didit ſibi non licere ſine Præfecti ſui conſenſione ejuſmodi onus accipere; ſi ipſius interceſſiſſet auctoritas, ſe Civitatis tam bene de ſe judicantis in poteſtate futurum. His rebus poſtridie in urbem renuntiatis, populus, ut hoc impedimentum amoliretur, extemplo Antoninm Albergatum Juriſconſultum, arcta ipſi neceſſitudine junctum, ad Carthuſiam in Galliam properare; atque ab ipſo, qui ibi ſedebat, Præfecto, Nicolaum Epiſcopum petere præcipui loco beneficii juſſit. Is Januario menſe profectus, Majo rediit, ac Præfecti & Capituli Generalis aſſenſum, congruentem cum ipſa populi voluntate, reportavit. Hac accepta ſententia, Conſilium, novis nuntiis miſſis, Nicolaum ad ſe venire rogavit; cujus ille voluntati non obſequi turpe ratus, acceſſit. Ibi vero ad accipiendam, quæ tanto civium ſtudio deferebatur, Eccleſiam obſecratus: primum indignum ſe, nec tanto oneri ſuſtinendo parem excuſavit: deinde illorum precibus defatigatus, ſic ſe aſſenſurum adjunxit, ſi populi prærogativam Cleri judicium confirmaſſet: neque enim æquum videri, quemquam Clero præeſſe, quem non Cleri ipſius teſtimonium approbaſſet. Qua re audita, Conſilium Canonicos ſtatim coire, & Nicolaum à ſe editum juſſit deligere. Ita Canonici, Capitulo advocato, ſua ſententia comitia populi confirmarunt. Hoc vero ubi Nicolaus, præter opinionem accidiſſe ſuam animadvertit, in Conſilium reverſus, ut alio moræ genere decreto animi ſui aliquid ſubſidii compararet, nequaquàm ſe vacante Romana Sede, ſine *d* Archiepiſcopi Ravennatis auctoritate ejuſmodi honorem initurum aſſeruit; atque extemplo Petrum Ramponum & Andream Brunum, Canonicos, Procuratores ſuos ad Archiepiſcopum deſtinavit. Verum & hi menſe Majo Ferrariam, ubi Archiepiſcopus verſabatur, profecti, nullo negotio illius aſſenſionem obtinuerunt.

D *Clerı Bononienſis,*

d *ejus Archiepiſcopi Ravennatis,*

5 Quibus decretis Nicolaus evictus, tandem ad ſupplicationes ſe contulit, & ne ſe aſcitam deſereret diſciplinam & ſuſceptum ſecretioris vitæ propoſitum ſubigerent, obſecravit. Populus autem ejus preces aſpernatus, atque eo vehementius ad ipſum evocandum accenſus, Archiepiſcopum ad eum conſecrandum accivit. Is cum in exitu Junii acceſſiſſet, hominem ad ſe in Palatium accerſivit, & benigne ac comiter appellatum, ut adhuc recto populi reluctantem ſtudio ſenſit, haud leviter commotus, pertinaciam ejus vehementius incuſavit; atque ab eo ſe, ni pareret, rationem ovium ſibi à Deo commiſſarum in conſpectu divini Judicis repeturum eſſe denuntiavit. Nimirum haud ſine divino Numine tantum populi in eum conſenſum eſſe commotum, quem, grave nefas committeret, ſi qua ratione contemneret. Quibus verbis, quaſi ex ipſius Dei ore emiſſis, Nicolaus exterritus, atque ultra repugnare non auſus, ſe facturum, quod populus peteret atque ille ſuaderet, oſtendit. Ita rebus conſtitutis IV Nonas Julias ab Archiepiſcopo in æde Carthuſiæ, ingenti populi, qui avide confluxit, aſtante frequentia, ſolennem conſecrationem accepit. Quo facto, Porta S. Stephani, ut moris eſt, univerſa obviam effuſa, cum Magiſtratibus civitatem ingreſſus, uſque ad ædem S. Stephani, eques ſub holoſerica umbella proceſſit: inde poſitis calceis, pedes ad Baſilicam S. Petri contendit, atque Eccleſiæ poſſeſſionem, ipſo aſſidue plaudente præ lætitia populo, iniit. Exemplum inde Petronii, atque eorum qui priſcis temporibus floruerunt Antiſtitum imitatus, Epiſcopi partes ita ſuſcepit, ut ſe tamen monachum eſſe haud fuerit oblitus; nec ſe magis ſancti Zamæ primi Bononienſis Eccleſiæ Epiſcopi ſucceſſorem, quam beati Brunonis Carthuſienſium Ordinis Inſtitutoris æmulatorem eſſe meminerit. Etenim cum Epiſcopali dignitate ſimul & monaſticam diſciplinam in omnibus officiorum generibus conſervavit. Siquidem eamdem in corde humilitatem, in veſtitu præſertim intimo vilitatem, in aſpectu pudorem, in cibo potuque tenuitatem, in cilicio & jejuniis aſperitatem, in fundendis ad Deum precibus aſſiduitatem Epiſcopus tenuit, quæ monachus aſſcriptus aſſcivit. Nam & carne perpetuo abſtinuit, & in culcitra non ſe collocavit; ſed victum, cultum, ac ſtratum idem celebravit, quibus ſe monachalis primum vinculo legis aſtrinxit.

E *admittit Epiſcopatum:*

conſecratus.

vivit ut ante Carthuſianus,

F

6 Tantum autem ſibi de facultatibus Eccleſiæ reſervavit, quantum familiæ ſuæ (quam moribus magis quam numero ſpectatam alebat) ſat eſſet; reliquum inopibus ſuſtentandis, & maxime puellis nubilibus, quæ dote carerent, collocandis impertiri ſolitus fuit. Eruditis autem hominibus, aut laudem aliquam ingenii cultioris habentibus, mirifice ſtuduit; atque eis non ſolum anguſtiis rei familiaris oppreſſis præſto fuit, ſed etiam quos idoneos eſſe judicavit,

A cavit, ad Eccleſiaſticos honores dignitateſque provexit. Tantus enim eſt virtutis ſplendor, ut non minorem laudem conſequantur, qui virtutem honorant, quam qui ipſam adepti ſunt. Quorum duo ex ipſius domo, quaſi ex quadam doctrinæ ac ſanctitatis officina progreſſi, deinde Pontificatum Maximum ſunt adepti; unus Thomas Sergianenſis, quem ex domeſtico puerorum magiſtro ſibi ad ſcribendas epiſtolas miniſtrum aſſumpſit, ac poſt dignitate Canonica decoravit: alter vero Æneas Sylvius, Picolomineus, Senenſis, quem in legationibus non tam peregrinationum atque itinerum comitem, quam actionum & conſiliorum auctorem participemque habuit: Nicolaus V ille, hic Pius II, in Pontificatu vocatus. Tertius fuit *e* Franciſcus Philelphus, homo inſigni Græcarum ac Latinarum litterarum cognitione ac ſcriptorum nobilitate conſpicuus, quem haud ſatis à fortunæ bonis inſtructum in amicis intimis habuit, atque amplexus ita fovit, ut multis eum commodis atque honoribus auxerit. Suis autem, id eſt conſanguinitate conjunctis, nihil unquam eccleſiaſticæ benignitatis impertiit, ſive quod eos ære familiari ſatis paratos beneficiis ejuſmodi non egere ſentiret, ſive quod bona Eccleſiæ, non ad familias

B Epiſcoporum locupletandas, ſed ad turbas egentium ſuſtentandas, conferenda eſſe ſibi perſuaſiſſet.

inter domeſticos habuit Nicolaum V & Pium II,

e & Philelphum,

ANNOTATA.

a Nicolaus 4 *Papa ſedit à* 22 *Februarii anni* 1288, *uſque ad* 4 *Aprilis anni* 1292. *Quo tempore nullus fuit Epiſcopus Novarienſis, dictus* Guilielmus, *ſed* Engleſius de Caballatiis *eique ſuffectus anno* 1291 Matthæus Vicecomes. *Vti accurate decet in ſua Novaria Carolus à Baſilica Petri, & ipſe Epiſcopus Novarienſis. Donius d' Attichy appellat* Guillielmum ſeu Ugolinum Novarienſem Epiſcopum anno 1288: *ſed* Ugucio *Epiſcopus, quem aliqui forte* Ugolinum *dixere* (*utrumque enim diminutivum eſt nominis* Hugo) *non ante an.* 1304 *videtur factus Epiſcopus. Eſt igitur σφάλμα in nomine ut mihi quidem videtur, ſeu numero, dum pro* Nicolao III *ſcribitur* IV. *Nam juxta prædictum Carolum anno* 1277 *Ind. non* X, *ſed* V, *invenitur inſtrumentum quod tunc fieri juſſit* D. G. Dei gratia Novar. Epiſcopus, *qui* Guillelmus dicitur in tabula impreſſa, licet nomen ejus in Catalogo non ſit. *Ita Carolus pag.* 411: *ſed in Diptychis oſſeis eccleſiæ S. Gaudentii uſque ad an.* 1343 *deductis apud eumdem Carolum pag.* 605 *ſic legitur*, Engleſius de Caballatiis & prædeceſſor etiam de Caballa-

C tiis, ſimul etiam ſed. ann. III men. II & d. VI. *Vbi apparet nomen unum taceri, perſonam indicari, ex eadem quidem Caballatiorum familia; ſed qui per matrem potuerit Albergatus fuiſſe, & in dicto inſtrumento D. G. intelligi* DominusGuillelmus. *Alios ex dicta familia illuſtres viros recenſent Garneſeltius & dictus Donius d' Attichy: quibus addimus R. P. Fabium Albergatum Provincialem Romanum Societatis Ieſu, cujus ſingularem affectum nos Romæ anno* MDCLX *& ſequenti experti ſumus.*

b Gibellini *Imperatori*, Guelfi *Papæ ſtudebant*: Maltraverſi *neutri parti adhærebant, Italica voce ſic dicti, quaſi* male in tranſverſum *poſiti, vel* inter *duas partes* malas tranſverſim *incurrentes: cum* Guelfi *nomen haberent à* Guelfone *Bavariæ Duce, Malthildis Comitiſſe marito, qui uxoris vi ribus & patris ſui etiam Guelfonis ſubnixus, partes veri Pontificis ſuſtinebat contra* Guibertum *Antipapam, à cujus nomine appellati* Guilinbi: *nihil ut hic Germanicum ſit præter ipſa Ducis & Antipapæ nomina à quibus ejuſmodi appellationes fuerunt ſumptæ.*

c *Anno* 1417 *quo reliqua menſibus aſſignatis contigerunt.*

d *Cui Sede vacante fuiſſe auctoritatem ordinariam, teſtatur infra Martinus Papa. Archiepiſcopus autem* Ravennas *tunc fuit* Thomas Perendulus; *ut qui ab anno* 1411 *ad* 1445 *Sedem tenuit.* PER CARDINALES.

e Franciſcus Philelphus, Emmanuelis Chryſoloræ gener, & Orator ac Poëta clariſſimus, à Pio II Muſa Attica dictus. *Ita Donius d' Attichy.*

CAPUT II.

Mores Bononienſium emendati. Acta pro pace publica.

7 INde ad Clerum emendandum, quem ex depravata ſeculi diſciplina diſſolutiorem putabat, laxiorem ac molliorem ejus habitum caſtigavit; atque ut anguſtiorem & crudiorem, ſic graviorem atque honeſtiorem effecit; ac ſacris eum officiis majori frequentia & inſigniori modeſtia intereſſe præcepit. Cum porro Judæos ſine diſcrimine inter Chriſtianos verſantes videret, rem mali exempli, ac mirifici ad diſciplinam noſtram corrumpendam incitamenti ratus, circulum eos juſſit luteum, ut à ceteris dignoſcerentur, in pectore geſtare, & feſtis diebus clauſas tabernas habere, & Quadrageſimali tempore ab emendis carnibus abſtinere: cum res eo licentiæ proceſſiſſet, ut ſe cum Chriſtianis temere commiſcerent, atque ipſo etiam die Paſchæ tabernas vendendi causâ apertas haberent, & per ipſos Chriſtiani jejunii dies carnes à noſtris emptas publicæ eſitarent, ac quodammodo inſtituta noſtra ludificarent. Mox uſuras eorum graviores liberioreſque coërcuit. Nam cum denos denarios in ſingulas libras exigere inſtituiſſent, quaternis eſſe contentos ſtatuit. Interim poſt longas Patrum diſſenſiones, Martinus Quintus tertio Iduum Novembris Pontifex declaratus eſt. Quod ut ipſe audivit, continuo ab eo Apoſtolicam Epiſcopalis dignitatis, à populo Cleroque delatæ, confirmationem popoſcit, ſeque totum ejus auctoritati judicioque permiſit. Quod Martinus, comperta hominis virtute ac ſanctitate permotus, ſine ulla detrectatione, licet non mediocriter ipſi à ſe alienatæ civitati offenſus, aſſenſit. Inde ſequenti anno, ut antiquam Cleri diſciplinam revocaret, XIII Kal. Junias Synodo præclaras conſtitutiones, olim à *a* Bernardo Epiſcopo editas, inſtauravit, quæ obſoleſcere perdita ſeculi contumacia cœperant. Tum ad monaſteria, quæ triſti ſuperiorum temporum calamitate perierant, renovanda converſus; duas Canonicas, proximis bellis afflictas, ac Canonicis Regularibus vacuatas, accepto Pontificis decreto, reſtituit: ex quibus una fuit S. Gregorii extra portam S. Vitalis, quam ad unum Priorem Canonicumque redactam, à veteribus Canonicis S. Auguſtini ad *b* novos S. Georgii in Alga traduxit: altera *c* S. Mariæ ad Rhenum, & S. Salvatoris in urbe. Etenim cum Franciſcus Ghiſelerius earum Prior petiiſſet, ut cum monaſteria ſua Canonicis propter bella prorſus exhauſta eſſent, ſibi liceret Stephanum, Joannem, & Dominicum Senenſes, & nonnullos alios Canonicos *d* monaſterii S. Ambroſii Eugubini (ejuſdem ordinis, ſed alterius habitus & obſervantiæ) jungere, mandato *e* Pontificis recognita, eos in unum contraxit, ac Canonicos Regulares S. Salvatoris vocavit. Legi adhuc apud eos litteras Martini, in hanc ſententiam datas *f* Friburgi Lauſanenſis diœceſis Nonis Julii.

Judæos eoercet:

E

confirmatur à Martino V.

a reformat Clerum,

F

& Canonicos Regulares, b c

d

e

f

8 Quibus actis, poſtremo oculis in laicorum mores conjectis, ludos aleatorios magno animi dolore vulgo ſic per urbem celebrari animadvertit, ut non ſolum cives eo cum inſigni divinæ legis contemptu & magno patrimoniorum diſpendio convenirent, ſed etiam publicum ex ea re vectigal inſtitutum haberent. Quam conſuetudinem ipſe adeo improbavit,

ludos aleatorios damnat:

PERCAR. SIGON. *restaurat basilicam & episcopium.*

vit, ut edicto graviori proposito, & vectigal & conventicula illa damnarit. Pauperes autem civitatis, pro insito caritatis studio, miseratus, tributo in fabricam S. Petronii conferendo levavit. Postremo Basilicam atque Episcopium contemplatus, cum multas partes vetustate obsolescentes instauratione egere videret, ne id quidem sibi putavit esse prætermittendum. Itaque campanarii fastigium ex ligneo lapideum fecit, ac totum laminis plumbeis cooperuit. In Episcopio vero aulam insignem & multa cubicula ædificavit, ac bibliothecam publico usui magna supellectile librorum instruxit; quarum rerum nunc etiam vestigia aspiciuntur. Sed hæc posterius. Has autem omnes laudes apud populum cumulavit singularis humanitas ac facilitas admirabilis, quod aditus ad eum non minus patebant Episcopum, ac si privatus in ædibus suis egisset, aut monachus adhuc in humili cella consideret. Quibus & ejusmodi aliis præclaris ad vitæ sanctioris opinionem institutis, eam apud omnes homines virtutis atque innocentiæ famam adeptus est, ut eum non solum cives admirarentur, sed insolito etiam iis temporibus cultu venerarentur: siquidem & genua prætereunti ponebant, & capita inflectebant, & in supplicationibus publicis incedentem multi nudis pedibus honoris ejus ac reverentiæ causa prosequebantur.

benevolus ergo subditos,

B

9 Quibus rebus compertis, Martinus Pontifex eidem tantum propterea tribuere cœpit, ut cum solenni fidelitatis jurejurando ipsum obstringere vellet, & tamen labore sui adeundi levare, sacramentum apud Mutinensem & Imolensem Episcopos concipere jusserit. Exant adhuc ipsæ ad Episcopos illos *g* litteræ, *h* Gebennis VI Kalend. Augusti datæ, quas in hanc historiam inserere libuit una cum aliis, quæ apud Albergatos servantur, ex quibus ferme hunc commentarium contexuimus: sunt autem hæ: Cum nos nuper electionem, de persona Fratris nostri Nicolai Episcopi Bononiensis, per dilectos filios Capituli Ecclesiæ Bononiensis ad eamdem Ecclesiam, tunc Pastoris solatio destituram, nec non ejusmodi electionis confirmationem & consecrationis impensionem, eidem Nicolao Episcopo, per venerabilem fratrem nostrum Thomam Archiepiscopum Ravennatem, auctoritate ordinaria, Sede Apostolica vacante, factas, de Fratrum nostrorum consilio, auctoritate Apostolica duxerimus ratificandas, ac etiam approbandas; nos, volentes ejusdem Episcopi in illis partibus commorantis parcere laboribus ac expensis, ne per hoc cogatur veniendo ad Romanam Curiam personaliter laborare, Fraternitati vestræ, auctoritate præsentium, committimus ac mandamus, quatenus ab eodem Episcopo, nostro & Romanæ Ecclesiæ nomine, fidelitatis debitæ recipiatis, seu alter vestrum recipiat, juramentum, juxta formam, quam sub Bulla nostra mittimus intercluſam. Hoc autem jusjurandum Martinus eo studiosius requisivit, quod Bononiam ab Ecclesiæ auctoritate remotam acerbissime ferens, quantum ad eam recuperandam spectata Nicolai Episcopi auctoritas habitura ponderis esset, non ignoraret.

liberatur ab itinere Romano.

C

10 Itaque cum paulo post Constantia Mantuam accessisset, ac dies noctesque de Bononia recipienda cogitaret; ipsum statim ad se venire *i* præcepit, atque humaniter in primis acceptum, per multos dies secum in eisdem ædibus habuit; atque omnia, quæ ille postulavit, mira liberalitate indulsit; ac demum *k* consilio suo nudato, Oratorem ad Bononiensem populum destinavit, petens ut sibi urbem ditionis nuper Pontificiæ restituerent, à qua vesano nonnullorum consilio discessissent. Nam se (quoniam Romam adire tumultibus intestinis exclusus non posset) Bononiæ sedem aulamque Pontificiam constituere, ad ipsius honorem & commodum, decreviſſe. Quod postulatum populus primo dissentissime abnuit: deinde saniore consilio, ne belli inferendi necessitatem inclementiore responso afferret, illud ipsum emendandum putavit; ac sequenti anno Nicolaum eumdem cum duobus aliis Oratoribus remisit, qui ei sponderent, populum quotannis tributum septem aureorum millium, & certum equitum numerum arbitrio ejus in sex menses daturum; si sua se uti Republica ac libertate permitteret, ac sacra civitatis obedientia contentus, nihil præterea postularet. Quam ille conditionem, difficultate vi potiundæ urbis deterritus, in præsens accepit; atque inde Florentiam per viam Ravennatem transcendit; qua in urbe per annum amplius mansit, ac liberaliter habitus, eam gratiam retulit, quod Ecclesiam ad fastigium Archiepiscopale provexerit.

D

vocatur Mantuam.

i

k

Inter hanc & Bononiensem mediatur.

11 Postero *l* anno Antonius Bentivolus, Joannis (qui prioribus annis dominatum urbis per aliquot menses administraverat) filius, patriam recuperare sua auctoritate desiderans, VII Kal. Februarias, propria adjuvante factione, Palatium introrupit; ac potestatem nactus, Canetulos, sese cœptis ejus objicientes, primum foro, deinde decreto Consilii urbe ejecit: qui Florentiam ad Martinum profecti, Antonium tamquam Pontificiæ urbis imperium sibi temere vindicantem, accusaverunt, atque ipsi se ad eam recipiendam præsto futuros esse pollicit sunt. Quibus rebus Martinus, in spem haud levem recuperandæ urbis adductus, prid. Kal. Martii Oratores Bononiam misit, qui verbis suis denuntiarent, nisi urbem sibi ultro darent, se quacunque vi subacturum. Quibus Consilium respondit, populum Bononiensem eo animo esse, ut antiqua urbis suæ possessione & civitatis libertate decedere nolit, proque ea fortunas omnes atque ipsum adeo sanguinem profusurus sit: Pontificem autem submisse orare, ut conditionibus stare secum Mantuæ pactis velit, in quibus diserte ipse, se certo tributo & sacro civitatis obsequio contentum fore, promisit. Deinde profectis illis, pridie Nonas Martii, iterum Nicolaum Episcopum cum duobus aliis ablegavit, ac coram eadem referre Pontifici jussit. Quibus cum mandata exposuissent, sic Martinus respondit: Ite ac populo vestro renuntiate, nisi urbem usque ad diem tertium Paschæ in meam potestatem tradiderit, me illi sacra officia interdicturum, execrationes quam atrocissimas possit Ecclesia inflicturum, ac firmissimum exercitum ad vastandum agrum atque oppugnandam urbem missurum. Ac mox duobus Oratoribus dimissis, Nicolaum retinuit, ac post quinque dies domum repetere, & sacrorum officiorum interdictum solenni Ecclesiæ more promulgare mandavit. Ita Nicolaus in patriâ VII Kal. Apriles reversus (cum Episcopū, nodo sacramenti devinctum, auctoritatem Pontificiam repudiare nefas esse putaret) mandata ejus, quamquam invitus, exhausit. Erenim postridie, dum opera Sacris dabatur, in S. Petri Basilicam venit: ac silentio indicto, Interdictum, quod secum attulerat, ad aram majorem pronuntiavit; deinde ad valvas Basilicæ Sancti Petronii, & postes Palatii affigendum curavit: demum ipsis gymnasii Rectoribus ac Magistris accitis, nomine Pontificis publicæ professionis munus inhibuit. Quibus rebus perspectis, civitas suum sic erga illum animum immutavit; ut, quem antea in oculis ferret, ac sumtuis in cælum laudibus tolleret, tum plane alienata, maledictis asperioribus lacerare, ut publicæ dignitatis hostem, ac Pontificis quam patriæ studiosiorem, institerit.

E

ablegatur ad Pontificem,

interdictū promulgat:

ex urbe fugit:

F

12 Quæ cum Nicolaus comperta omnia plurimorum narratione haberet, atque insidias etiam nonnuliorum, quæ propterea sibi structæ dicerentur time-

timeret; urbe egreſſus, ad Carthuſiam, atque inde Florentiam properavit. Menſe inde Majo, Martinus miſſis Bononiam Oratoribus, aperte bellum (niſi dicto ſibi audientes eſſent) indixit. Ac mox, ubi monita minaſque deſpici ſuas vidit, Bracchium Perufinum, Ducem ſuum, cum exercitu validiſſimo in agrum immiſit. Quo facto, Braccius caſtella ferme omnia, duorum menſium ſpatio, in poteſtatem aut vi aut pactione redegit, ac captivos multos abduxit, & aquam Rheni in urbem influentem alio derivavit, ac demum agro toto late vaſtato, maximis civitatem opportunitatibus ſpoliavit. Cum autem propediem caſtra ſe urbi quoque admoturum oſtenderet, Antonius Bentivolus, qui Principem in urbe agebat, ne civitatem in majus diſcrimen adduceret veritus, conſilium urbis dedendæ cœpit, ac pridie Idus Julii in caſtra (in quibus erat Cardinalis *m* Pontificis Legatus) proceſſit, ac pactis conditionibus in urbem regreſſus, relatione de bello finiendo facta, ex Conſilii auctoritate deditionem conſtituit. Ita XII Kal. Auguſti Braccius cū Cardinale Legato, & parte equeſtriū copiarum ingreſſus, urbis poſſeſſionē accepit. Inde VII Idus Auguſti Oratores Florentiā à Conſilio miſſi, urbem Pontifici æquis, ut voluerunt, conditionibus tradiderunt. Poſt VII, Kal. Septembris Alfonſus Diaconus Cardinalis S. Euſtachii, Legatus, urbem inivit, atque eam nomine Pontificis ex pacto adminiſtrare cœpit. Eodem etiam tempore Nicolaus Epiſcopus ad Eccleſiam ſuam reverſus, atque à populo benigne acceptus, advocatis Magiſtratibus, decretum Pontificis recitavit; quo ipſi Centum *n* & Plebem oppida, triginta quinque ante annos Epiſcopo adempta, reddere jubebantur: ac ſubinde, illis non repugnantibus, per Epiſcopum Imolenſem Vicarium ſuum, ſolennem eorum poſſeſſionem adivit. Inde rebus civitatis compoſitis, ad priſtina boni piique Paſtoris officia per otium concelebranda ſe contulit, indies magis eximiæ prudentiæ probitatiſque ſuæ opinionem confirmans.

m Pontificis tradit,

n revertitur,

ANNOTATA.

a Bernardus *præfuit Epiſcopus ab anno* 1198 *uſque ad annum* 1213.

b *De ea Congregatione tunc temporis cœpta egimus* 8 *Ianuarii ad Vitam B. Laurentii Iuſtiniani* § 1.

c *Cœnobium S. Mariæ ad Rhenum tertio milliario ab urbe diſtabat, anno* 1359 *à Barnaba Duce Mediolanenſi everſum, Canonicis ad domicilium S. Salvatoris in urbe ſe recipientibus. Conſule Pennotum tomo* 2 *cap.* 23 *num.* 5.

d *Hoc fuit primum ſtabile cœnobium Canonicorum Regularium S Salvatoris (cum Ilicetanum eſſet Eremitis S. Auguſtini redditum) anno* 1413 *conſtitutum.*

e *Littera Apoſtolicæ Martini V ad B. Nicolaum directæ ſunt Nonis Iunii anni* 1418. *Proximum monaſterium fuit S. Donati de Scopeto prope Florentiam, unde etiam Scopetini dicti. Alia dein monaſteria* 40 *conſtituta refert Pennotus, quem conſule tomo* 2 *cap.* 51 *&* 52.

f Friburgum *urbs Helvetiæ populoſa & Catholica, ubi nunc reſidet Epiſcopus Lauſanenſis, quod hæc civitas ſit cum Bernenſi pago hæreſi infecta.*

g Mutinenſis *erat, Carolus Bojardus*; Imolenſis, *Petrus de Hondedeis.*

h Gebenna *alias* Geneva *urbs ob Calvini ſectatorumque domicilium notiſſima, ad os laci Lemani.*

i *Zenus tertio B. Nicolaum à Bononienſibus ultro miſſum ad Martinum V indicat.*

k *Idem hoc attribuit ſecundæ miſſioni, cum Papa eſſet Ferrariæ. Cujus Sigonius non meminit.*

l *Anno* 1420.

m Gabriel Condulmerius, *uti ſupra Zenus.*

n Centum *notatur inter Centonarum rivum & Idi-*

cem fluvium ad 9 *circiter* p. m. *ab urbe Euro-boream verſus, diciturque à vicino oppido* Cento di Budrio: *ut diſtinguatur, ab altero* Cento *in vicino Ferrarienſi territorio, an huic vicina ſit* Pieve *nondum comperi.* PER CAR. SIGON.

CAPT III.

Legatus pacis in Gallias miſſus. Cardinalis eam Venetis cum Duce Mediolanenſi curat.

ob Galliam à Burgundo & Anglo infeſtatam,

13 ITaque biennio poſt, cum res incidiſſet, quæ præſtantis ac ſingularis viri operam auctoritatemque apud Gallicos, inter ſe armis ſævientes, Principes poſtularet; Martinus ad eam pro dignitate Eccleſiæ tranſigendam, ipſum ex omnibus aptiſſimum judicavit. Res autem erat hujuſmodi. Vetus inter Joannem Ducem Burgundiæ & Carolum ſextum Regem Franciæ bellum gerebatur: quod accenſis utrimque mutuis offenſionibus eo uſque proceſſerat, ut Joannes Lutetia Regni Gallici ſede occupata, Carolum Regem ac Reginam & Catharinam filiam in poteſtatem adduceret. Quo facinore perpetrato, acceſſit, quod cum Joannes Dux, ac Carolus Delphinus, ipſius Caroli Regis filius, in oppido *a* Monſterioli, de communi pace acturi conveniſſent; altercatione forte de præteritis injuriis orta, Joannes ab uno ex Delphini comitibus repente gladio educto per iracundiam fuit *b* occiſus. Qua re audita, Philippus Joannis filius, qui Lutetiæ erat, exacerbatus, Carolum Regem cum Regina & filia Henrico Angliæ Regi (veteri ipſius Caroli hoſti, atque armatum exercitum in Gallia tum habenti) tradidit. Ex quo bellum atrocius, quam ante recruduit, Burgundo & Anglo adverſus unum Delphinum, communi armorum fœdere ſociatis. Quod quieti & commodo Chriſtianorum vehementer obeſſe ſentiens Pontifex, nuntium ſibi mittendum ad ejuſmodi ſedandas diſcordias, & conciliandos ſi poſſet animos arbitratus, neminem ipſo Nicolao potiorem exiſtimavit; in quo non ſumma ſolum ſolertia, ſed ſingularis etiam ſplendeſceret innocentia, quas plurimum illi auctoritatis & fidei conciliaturas eſſe apud Reges Tranſalpinos putavit. Quamobrem ne illi ſui Romam adeundi (nam eo paullo ante Florentia venerat) neceſſarium onus imponeret, litteras Bononiam, una cum ipſius rei tractandæ commentario miſit, quæ adhuc ſervantur apud Canonicos in hæc verba:

a

b

mittitur Legatus pacis,

14 Cum dudum, gravi & atroci diſſenſione Principum Gallorum peſtiferum bellum ſuſcitatum in regno Franciæ & vicinis partibus viguerit, & vigeat de præſenti, cum exterminio illarum gentium, & jactura graviſſima totius Reipub. Chriſtianæ: nos cupientes tantis malis finem imponere, & indurata Principum corda placare, & ob hanc piam cauſam tam neceſſariæ & ſanctæ pacis ad partes illas Nuntium Apoſtolicum deſtinari, qui in conſpectu Principum & populorum juſtus & idoneus prædicator & ſuaſor pacis & caritatis exiſtat; te ad hoc ſanctum opus ex omnibus Prælatis eligimus, digniſſimum Nuntium tantæ pacis, profecturum ad cariſſimum in Chriſto filium noſtrum Henricum Regem Angliæ illuſtrem, & ad dilectos filios nobiles viros Delphinum &c. & Ducem Burgundiæ, & inter ipſos pacem ac concordiam tractaturum. Nam poſt omnipotentis Dei miſericordiam plurimum in tanto negotio de tua ſapientia & ſingulari virtute confidimus & ſperamus, quod ultra profundos ſenſus tui naturalis ingenii ſubminiſtrabit Spiritus ſanctus devotioni & humanitati tuæ gratiam; ut verba noſtra ex ore tuo cum fructu exaudiantur. Quare Fraternitatem tuam in Domino hortamur & affectuoſe rogamus,

F

cum hoc Martini V litteris,

PERCAR. SIGON.

gamus, ut in tanti & tam communis boni procuratione nos adjuves, & pium hunc laborem non refugias: ſed pro tot populorum quiete & ſalute fidelium, prompta ac læta mente ſuſcipias. Ceterum hac de cauſa te ad nos venire noluimus, & laborem itineris duplicare: ſed pro informatione tua incluſas præſentibus agendorum inſtructiones mittimus, & litteras noſtras, cum copiis ipſarum litterarum quas Principibus ipſis ſcribimus ſuper iſta materia; volentes, quod inſtructionibus ſuperadictis dicendo, & agendo, & negotium hoc tractando, addas & minuas, ſecundum quod circumſpectioni & prudentiæ tuæ videbitur expedire. Datum Romæ apud S. Petrum, VI Idus Februarii Pontificatus noſtri anno V.

15 Quibus litteris acceptis, Nicolaus, honeſtæ voluntati Pontificis in re tanti momenti adverſari non auſus, ſeſe ad iter inſtruxit; ac VII Kalendas Aprilis cum eximio Bononienſis Nobilitatis flore profectus, in Galliam properavit; ibique liberalibus officiis, propter eximiam virtutis ac vulgatæ ſanctitatis opinionem exceptus, rem tractare cum utraque parte ſumma cura inſtituit. Verum cum ab una parte parentum ſororiſque captivitas, ab altera ædes paterna, ipſa juvenum pectora non ſolum verſarent, ſed ad ulciſcendum etiam inflammarent, atque ad rem armis conficiendam pro utriuſque obtinenda dignitate percellerent; nihil efficere potuit. Quare ſubſecuta Regis quoque Henrici morte deterritus, ſequenti anno Bononiam VI Idus Auguſti re infecta revertit. Eodem anno Martinus Gabrielem Condulmerium Cardinalem Legatum in urbem miſit: ac proximo (quod Florentinis contra Ducem Mediolanenſem ſecum fœdere junctum adeſſet) revocavit; atque eidem Ludovicum Archiepiſcopum Arelatenſem ſuffecit. Qui V Idus Junias Bononiam profectus, convocato Concilio, Pontificis voluntatem expoſuit, qua Gabrieli legationem abrogabat, & Florentinos milites ab eo conductos dimitti præcipiebat. Quæ cum Latine (erat enim Gallicus) edidiſſet, Nicolaus Epiſcopus, qui accitus advenerat, Italico ſermone retulit.

re infecta redit:

B

fit interpres novi Legati,

16 Biennio vero interjecto, idem, cum rebus Romanis aliquando conſtitutis, Cardinalium numerum, plurimorum morte imminutum, ſibi augendum exiſtimaſſet; inter ceteros, quos illo honore, virtutis gratia, decorandos putavit, Nicolaum ipſum animo deſtinavit, atque eum conſilio diſſimulato ad ſe venire juſſit. Deinde *c* IX Kalendas Junias

c

C

eumdem cum ceteris Cardinalem renuntiavit, atque ei jam ad urbem adventanti obviam ipſa dignitatis inſignia miſit. Quæ ille miratus, eâdem, qua antea Epiſcopatum, animi magnitudine reſpuit. Verum paullo poſt Pontificis in conſpectum progreſſus, cum adhuc ejuſmodi abs ſe honorem averteret, ſacri tamen anathematis intentatione commotus aſſenſit: atque ita Idibus Junii Presbyter tituli S. Crucis in Hieruſalem eſt vocatus. Quem titulum adeo gratum habuit, ut poſtea pro inſigni gentilitio ipſam ſolam Crucis effigiem tulerit: cujus rei cum plurima adhuc in Epiſcopio apparent veſtigia, tum Franciſcus Philelphus eſt auctor, in epiſtolis inquiens: Imitatus es eum, cujus crucem pro ſigno geris, Chriſtum Optimum Maximum. Quem deinde Thomas ipſius diſcipulus imitatus, ubi ad Pontificatum pervenit, claves ipſas *d* pro familiæ ſigno aſcivit. Ceterum Nicolaus ſic honorem hunc geſſit, ut, S. Antonino teſte, quemadmodum Epiſcoporum inſigne exemplar extiterat, ſic clariſſimum ſpeculum Cardinalium fuerit; nec majorem dignitatis ſplendorem ab ſacræ nitore Purpuræ cœperit, quam ipſe claritate virtutis ſuæ ei tradiderit.

creatur Cardinalis.

d

17 Neque vero Martinus hoc illum ornamento cohoneſtaſſe ſatis habuit; quin etiam inſigne ac magnificum inprimis legationis munus adjunxit. Hujus vero decernendæ legationis hæc materia data. Philippus Mediolani Dux, jam pridem animo ad Italiæ dominationem aſpirans, bellum Florentinis internecinum intulerat, & cum Martino ipſo hujus belli conſilia ſociarat. Quare compulſi Florentini, ſeſe Venetis, ſuſpectas jam pridem Ducis ipſius opes habentibus, junxerant, ac maximo exercitu congregato, Philippi ditionem adorti, Bergomum ei ac Brixiam magna cum Caſtrorum Cremonenſium parte ademerant. Itaque Martinus, Philippo ſocio, in maximas rerum ſuarum difficultates adducto, conſulere atque imminentia Italiæ mala propulſare deſiderās, pacem inter eos conciliare conſtituit, ac propterea ad eam tractandam ac tranſigendam Nicolaum Cardinalem, ſpectatæ multis in rebus auctoritatis ac ſapientiæ virum, decrevit. Quare Nicolaus cum his mandatis Roma profectus, XV Kalendas Octobris Bononiam adiit, à Magiſtratibus & univerſa occurrente ac gratulante civitate receptus, atque omnibus honoribus, qui Epiſcopo & Cardinali Legato à Latere Pontificis miſſo debentur, affectus; mox Oratoribus eorum, ad quos bellum pertinebat, cum mandatis convenire Ferrariam juſſis, ipſe eo quoq; XIII Kalendas adivit. Ubi ſummam Nicolai Marchionis *e* erga ſe humanitatem atque hoſpitalitatem expertus, utriuſque partis Procuratoribus evocatis, ei cognitioni operam dare ſingulari animi æquitate inſtituit. Cauſa vero utriuſque magno animorum ardore ac partium contentione tractata, & variis injectis poſtulatis querelisque diſtracta; cum pax ad optatum perduci exitum haud poſſet, niſi ipſe cum Principibus in colloquium congreſſumque veniret; primo Venetias, deinde Mediolanum acceſſit. Venetias autem profectus, ac ſummis honoribus à Senatu illo ornatus, ſic cum Franciſco Foſcaro Duce cauſam egit, ut Senatus, retentis urbibus atque oppidis bello partis, ſe pacem compoſiturum eſſe promiſerit. Pridie inde Kalendas Octobris (litteris ab eo de tuto per Lombardiam itinere ſumptis, quæ adhuc apud Albergatos leguntur) Mediolanum ad Philippum deceſſit: atque hominem allocutus (licet graviſſime de Venetorum avaritia & Florentinorum ſuperbia conquerentem) ad Bergomum & Brixiam dimittendam adduxit. Quare ſequenti anno Bergomo profectus, ad Venetos in poſſeſſione ceterorum locorum conſtituendos procedens, Brixiam adiit. Eam vero urbem, ramum olivæ præferens, iniit, ab Epiſcopo, Clero, & Magiſtratibus univerſis exceptus: qui uſque ad rivum Mellam *f* cum crucibus & vexillis, gratias Deo ſolennibus hymnis concinendis agentes, obviam prodierunt.

D

deſignatus Legatus inter Venetos & Ducem Mediolanenſē.

E

g

ſingulos adit:

F

f

18 Cum autem in agrum inde Brixianum exiſſet, ut caſtra ipſa urbi appoſita, quæ à Philippi cuſtodibus tenebantur, Venetis Magiſtratibus præſentibus ex pacto tradi juberet; omnes præcluſis portis invenit, aſſerentes, ſe neque Venetos, neq; eorum amicos intra oppida recepturos: quod ex tacito Philippi mandato factum, occulta aliqua bene gerendæ rei ſpe oblata erecti, putatum eſt. Quod ut Nicolaus vidit, vehementer permotus, reverti ad Philippum voluit; ſed Venetorum Præfecti prohibuerunt: qui rem non verbis, ſed armis decernendam eſſe dixerunt, atque ad ſingula quæ reſiſtebant oppida, deinceps Senatus auctoritate exercitum adduxerunt. Ita Nicolaus re irrita VI Idus Februarii Bononiam rediit. Inde VI Kalendas Martias Romam ad reddendam impeditæ legationis rationem progreſſus, ibi quatuor menſes peregit; per quos Veneti omnia Brixiana caſtra, Philippo fruſtra reſiſtenti,

A ſtenti, eripuerunt. Quod ut ipſe audivit, XVIII Kalend. Septembris Bononiam ſe eo conſilio retulit, ut verba iterum de pace inferret, ac Cremonenſia oppida ad Ollium ſpectantia, quæ à Venetis poſtulata adhuc controverſiam faciebant, reſtituenda curaret. Itaque poſt triduum Mediolanum ad Philippum revertit, dum iterum Ferrariæ ad audiendas partes conſedit, remque cognitam majori ex parte ſequenti *h* anno XV Kalend. Maji conſtituit: ac mox pridie Nonarum pacem factam, maxima cum populorum lætitia, publicavit. Inde Idibus ſeſe Bononiam retulit, atque in loco extra urbem ſemoto, ad S. Mariam Vallis-viridis ſedit, ut commodius componere reliquum controverſiæ poſſet. Ita XV Kalend. Junii, exercitibus utrimque dimiſſis, miſeræ civitates aliquando tandem à diuturnis belli calamitatibus reſpirarunt.

pacem conficit:

h

19 Interim Nicolaus audiens gladios paſſim impune à civibus in urbe geſtari, ac quodammodo civili tumultui pernicioſum aditum aperiri; vicem civitatis ſuæ ſolicitus, Kalendis Auguſti in urbem ſe ſummo mane recepit, ac rei divinæ opera data, opportunam opem divini Numinis imploravit. Hora inde ſequentis noctis ſecunda, Canetuli Eccleſiæ adverſarii, jam pridem in patriam reſtituti, cum factione ſua armati ſeſe in forum proripuerunt: eoque occupato, ad terrorem adverſariorum, ignem in quaſdam tabernas ligneas injecerunt, & Palatium cum Legato capere contenderunt. Qua re percepta, Bentivoli ſigno campanæ regionis ſuæ dato, continuo ſe cum parte Pontificia compararunt, atque in forum procurſare adverſus Canetulos inſtituerunt. Quod ut Nicolaus accepit, imminenti ſeditioni ac cruento certamini occurrere, & ſtatum ſervare Eccleſiaſticum properans, ſeſe illis obviam ad ædem S. Donati tulit; atque eos orare pro ſalute patriæ & liberorum ſuorum incolumitate inſtituit, ut pauliſper conceptum animi impetum inhiberent, nec novi quidquam uſque ad reditum ad illos ſuum tentarent: nam ſe Canetulos ad ponenda arma, & ſaniora capienda conſilia deducturum. Inde in forum progreſſus, Baptiſtam Canetulum, factionis Principem, ſevocavit; ac multis verbis factis, demum rem ita cum eo compoſuit, ut Antianos crearet, & publicis quibuſdam vectigalibus eos ad ſumptus neceſſarios ſuſtinendos inſtrueret; Pontifex autem centum equites totidemque pedites conductos haberet, qui Legato ſacramentum dicerent; officia vero urbana ac caſtrenſia civibus ipſis paterent: atque in has conditiones Baptiſta & ſocii ſe ab armis diſceſſuros, neque aliud in urbe molituros, fide interpoſita promiſerunt. Inde ad Palatium adiit, ut hæc pacta confirmari Legati ipſius ſubſcriptione curaret; atque ad fores progreſſus, ipſas ſibi ac ſuis aperiri à cuſtodibus juſſit. Quas patentes ut attenti Canetuli cognoverunt, repente in eas fide violata impreſſionem fecerunt, ac ſtationibus incaſſum obnitentibus ſuperatis, ipſam januam occuparunt. Comites autem Nicolai, cum periculum indignitatemque viderent, ipſum exanguem, ac prope in illa turba eliſum à foribus retraxerunt, ac domum (ne occideretur ab infeſtis capiti ejus Canetulenſibus) reduxerunt. Interim Palatium ab illis captum, & fœde direptum, & Legatus in cuſtodiam datus eſt: quæ ut Bentivoli acceperunt, haud ultra ſibi conandum rati, porta S. Donati urbe ſe præcipites effuderunt.

B

Bononienſem ſedi. tionem cõponere conantur,

ſed fraude circumventus,

C

20 Nonis inde Auguſti Magiſtratus, quibus Reſpublica fuerat commiſſa, pro certo habentes Martinum ira acceenſum, urbem armis oppugnaturum, atque hanc injuriam vi quacunque perſecuturum; Centum & Plebem caſtella ſibi eo bello accommodata futura putantes, Nicolaum ad ſe venire juſſerunt; eo nimirum conſilio, ut ab eo caſtra illa repeterent; & ſi abnueret, poteſtatem hominis nacti, præbere compellerent. At ille edicti ſuperbia atque evidenti rei indignitate permotus, qua Epiſcopalis & Cardinalitia dignitas in ordinem cogebatur, ſe iturum negavit; ac mox inſidias eo nomine ſibi parari ſentiens, ſub noctem aſſumpto Fratris Prædicatorii *i* ordinis habitu, uno cum comite ad monaſterium S. Dominici adiit: ac poſtea ut his ſe fluctibus eriperet, ſummo mane per portam S. Mamę urbe exceſſit, atque ad Carthuſiam & inde Mutinam abiit. Inde X Kal. Septembris Legatus, qui apud Canetulos ſervabatur, urbe dimiſſus, IV autem Id. Septembris familia Epiſcopi Epiſcopio pulſa; poſtridie vero Conſilio advocato, ac multis verbis in Epiſcopum & Pontificem, pro cujuſque ingenio ac libertate, graviſſime dictis; decretum eſt, ut in loco Nicolai alius Epiſcopus ederetur: ac ſtatim Bartholomæus Zambeccarius, Caroli filius, Abbas S. Bartoli Ferrarienſis, eſt nominatus. Qui profeſſus ſe Centum & Plebem populo traditurum, continuo ad Epiſcopium, nullo comitante Canonico, ſed ſolis Magiſtratibus proſequentibus, adiit. Inde Canonicis, ut eum de more eligerent, imperatum. Quibus ſe eligere poſſe negantibus, qui à populo fuiſſet electus; reſpondit Vexillifer, populi nominationem eſſe, Canonicorum vero electionem. Cujus rei cum Canonici ad Juriſconſultos judicium retuliſſent, illi reſponderunt, non vacante Epiſcopi Sede, Canonicos electionem celebrare non poſſe. Verumtamen Bartholomæus ſe pro Epiſcopo geſſit, & Vicario conſtituto, jus per annum integrum dixit.

PERCAſIGON.

fugit Mutinam.

i

E

F

ANNOTATA.

a Monſteriolum *hoc, non eſt oppidum Picardiæ, aliis* Monſtriolium *vulgo* Monſtreuil, *(ut in margine annotarat Garnefeltius, & deſcripſit Donius d' Attichy) ſed eſt oppidum agri Senonenſis, aliis* Monteraviam *aut* Mons Rigoli ad Icaunam, *ad hujus & Sequanæ confluentiam, vulgo* Montereau-faut-Yonne.

b *Occiſus* 10 *Septembris Dominica, anno* 1419. *Succeſſit Philippus Bonus Imperii Belgici conditor.*

c *Anno* 1426.

d *In monumento quidem ipſius, quod æri inciſum Ciacconius exhibet, ſolas Claves non videas, ſed in ſuperiori parte ſcuti Claves cũ tiara, columnam coronatam in inferiori. Ibidẽ tamen eſt cernere monetam Romanã, ubi inter decuſſatas claves ſupereminet columna: & aliã, in qua ſolæ decuſſatæ Claves in facie una, in altera inſignia Columnenſiũ cum tiara exprimuntur: ut hoc Sigonii aſſertum de inſignibus explicatione egeat.*

e Marchio *hic* Ateſtinus *ſive* Eſtenſis *erat.*

f Mela *Occidentale urbis latus præterfluit modico à muris inter vallo.*

g *Anno* 1427. h *Anno* 1428.

i *Zenus in habitu* Carthuſiano, *à Priore Carthuſiano eductum ſcribit.*

CAPUT IV.

Reditus ad Epiſcopatum. Legatio in Gallias & ad Baſileenſe Concilium.

21 QUibus rebus cognitis, Martinus vehementius inflammatus VI Kal. Septembris edictũ promulgavit, in quo graviſſimas deteſtationes in Canetulenſes, & ſacrorum Interdictum in civitatem explicavit: quod Legatum ſuum, & ipſum urbis Epiſcopum & Cardinalem, turpiter in ſui contumeliam exegiſſent, his verbis: Nam dilectum filium noſtrum Nicolaum, tituli S. Crucis in Hieruſalem Presbyterum Cardinalem, perpetuum Adminiſtratorem Bononienſis Eccleſiæ, auctoritate Apoſtolica deputatum, ſuum concivem & patrem animarum ſuarum, taliter pertractarunt, contra omne debitum

PER CAR. SIGON. *pro urbem objessam.* caritatis in proximum & reverentiam tanti Patris, quod præfatus Dominus Nicolaus Cardinalis coactus est clandestine, & tamquam incognitus, excedere civitate & diœcesi supradictis; neque eo modo, quo decebat Cardinalem incedere; sed mutato habitu(quia aliter inde recedere nullatenus permisissent) eumdem libertate privarunt, in dedecus & opprobrium nostrum, & Apostolicæ Sedis vilipendium & contemptum. Deinde Duces cum militaribus copiis suis Bononienses invadere jussit; qui direpto agro ad urbem progressi, acrius oppugnare ex diversis partibus institerunt; unde bellum,variis detrimentis inferendis, in proximum est *a* annum protractum.

a Quibus demum Canetulenses impulsi, Oratores, xv Kal. Julias, Imolam destinarunt, ut eum *b* Lucido

b *& pacem oblatam,* Cardinali Ostiensi Legato, & Nicolao Episcopo ibi posito,de compositione tractarent: qui profecti, nihil æqui obtinuerunt. Inde III Kalend. Septembris iterum missi, pacem commodis sane conditionibus retulerunt; in quibus illud præcipue continebatur, ut Bartholomæus Episcopatum Nicolao dimitteret; Pontifex vero Abbatiam S. Bartoli, Bartholomæo ademptam, reddi à Marchione curaret. Ita VII Kalend. Octobris Legatus in urbem ingressus, postridie Magistratus ipsos apud se fidelitatis

B sacramentum concipere jussit, ac Nicolaum suæ Sedi restituit. Postero vero *c* anno, cum exiguas se

c *iteramque rejectam* adversus florentes Canetulos opes ad retinendam dignitatem habere videret, urbe egressus, Centum abiit, ac Baptistam moderatorem urbis, ut molieba-tur, reliquit. Qua re accepta, Martinus accensus, conceptum jam pridem animo virus evomuit, ac Nuntio VI Nonas Julias in urbem misso, integrum sine ulla exceptione urbis imperium postulavit; ni darent,se bello internecino persecuturum demonstravit.Cui populus respondit,se pactas paullo ante cum eo conditiones custodire paratum esse, neque de eis quidquam demere velle. Ita bellum multo quam ante acrius renovatum.

22 Interim gliscente inter novos Reges, Carolum & Henricum Franciæ Angliæque, certamine, Martinus experiri omnino studens, si qua æquitate rem ad otium deducere posset; Nicolaum Legatum ad eam rem in Franciam destinavit, ac post ad cumulandam auctoritatem novo hoc privilegio insig-

destinatur Legatus in Gallias nivit, V Kalend. Decembris: Cum te ad pacificandum regnum Franciæ, commisso tibi plenæ legationis officio, ut pacis Angelum destinemus; nos vo-

C lentes tibi ea concedere, per quæ animarum saluti valeas providere, circumspectioni tuæ omnes & singulas personas,tam Ecclesiasticas quam Seculares, quæ à Catholicæ fidei & sanctæ Matris Ecclesiæ documentis deviantes, in hæresin quomodolibet collapsæ fuerint, postquam ad veram & Catholicam fidem redierint, & errores suos abjuraverint, & reconciliandi & dispensandi tenore præsentium, plenam & liberam concedimus facultatem. Inde litteras has ad Henricum Regem Angliæ,II Kalen. Januarias scripsit, orans, ut se exorabilem ad rem constituendam præberet. Ad pacem procurandam dilectum filium nostrum Nicolaum, tituli S.Crucis in Hierusalem Presbyterum Cardinalem, Apostolicæ Sedis Legatum, tamquam pacis Angelum destinamus; sperantes in Domino, quod ipsius profectio, & ipsi Deo erit accepta, & hominibus salutaris. Tuam vero clementiam exhortamur, & cum paterna caritate rogamus, ut abolita omni memoria injuriarum, & extinctis incendiis odiorum, & omni alia affectione deposita, Cardinali te exorabilem præbeas & placatum.

23 Quin etiam bellum terminare Bononiense cupiens, ad eumdem mandatum rerum cum populo Bononiensi componendarum plenissimum misit. Ille vero, rebus omnibus ad iter paratis,sequenti anno *d* pridie Non. Februarias Ferrariam adiit,ac mandatum, quod habebat, cum Marchione communicavit. Marchio vero Bononiensibus indicavit, Nicolaum apud se esse, ac liberum pacis componendæ à Pontifice mandatum habere; eo ipsum usurum, si aures verbis de compositione vellent adhibere; & si integrum urbis imperium tradere Pontifici in animum inducerent, facultatem paciscendi uberrimam attulisse. Cui ipsi retulerunt, oblatas conditiones non recusare: verum idoneos sponsores ac fidejussores ad res tantas desiderare. Quare inani incepto Ni- *constituto Eugenio IV Papa.*
colaus Venetias abiit, atque inde in Galliam ire perrexit. Interim Martinus, misso *e* Juliano Cæsarino e Cardinale Legato, Concilium Basileæ instituit, ad Hussitarum hæresim profligandam, Ecclesiamque constituendam; prout Concilium Constantiense faciendum esse decreverat; atque hoc facto, x Kalendas Martii obiit; cui statim Eugenius IV, qui fuerat Gabriel Condulmerius Cardinalis, successit. Hic & Concilium continuandum decrevit, & pace commodis conditionibus Bononiensibus reddita,urbem recepit; & Nicolao, quem item omnium plurimi æstimavit, munus pacificandæ Franciæ confirmavit.

24 Nicolaus autem primum immatura Martini E
morte deterritus, serius aliquanto rem est aggressus; *abit in Gallias.*
deinde causam omnium opinione impeditiorem est nactus. Neque enim Principes (præsertim Regem Angliæ) ad locum edendum, quo Oratores rei discutiendæ gratia mitterent, impellere potuit: quamvis in eam curam toto pectore incubuerit, ac neque laboribus, neque periculis, neque sumptibus utilis rei obtinendæ causa pepercerit; quod ipsemet Carolus post in epistola ad Basileense Concilium confirmavit: Cum superiore tempore, inquit, pia atque devota supplicatione carissimi ac dilecti amici nostri Cardinalis sanctæ Crucis, res ipsa non modica disceptatione variis assignationibus agitata fuerit; quamquam labori,periculis, atque expensis minime ipse pepercerit, tamen ad optatum portum non pervenit. Quare cum multis transactis mensibus nihil profecisset, Eugenius re cognita, non majore admiratione quam labore accensus, sic post, Idibus Maji, ad eum scripsit: Miramur & dolemus, quod cum circumspectio tua, ex commissione nostra, pacem regni Franciæ tanto studio ac diligentia, tantoque personæ tuæ incommodo & labore procurarit, & procuret; non fuerit adhuc inter illos Principes, quorum necessarius est consensus, concordatum de F
loco, in quo Oratores partium pro pace tractanda apud te debeant convenire. Commendandus est autem multum Philippus Dux Burgundiæ, qui paratus est obsequi voluntati meæ, cui super hoc scribimus; atque item carissimo in Christo filio nostro Carolo Francorum Regi illustri, hortantes eum ad pacem, ne ex levi discrepantia relinquatur practica tanti boni; pro cujus consecutione, non gravetur tua singularis bonitas laborare, donec perfeceris, vel saltem manifeste cognoris, per manus hominum non posse concludi. Nam si tu non feceris, auctoritate nostra & Ecclesiæ, & prudentia ac diligentia tua, non videmus per quem hominem fieri possit. Nico- *& ad Basileense Concilium.*
laus vero, ubi se ad æquitatem adducere Regem Angliæ varie tergiversantem non posse perspexit, inde ex Pontificis auctoritate discessit; ac quemadmodum prudentes medici, quos ægros salutaria remedia recusantes ac diligentiæ suæ reluctantes aspiciunt,tamquam deploratos extrema Dei ope sanandos relinquunt, officio satisfeciisse suo putantes, ubi industriam fidemque suam adhibuerint;sic ipse postquam accensa se Principum inexpiabilibus offensionibus odia

A odia extinguere dicendo non posse animadvertit, eorum leniendorum curam Deo ipsi, humanarum infirmitatum unico curatori, permisit.

25 Cum autem ex itinere Basileam progressus, audisset Patres in Concilio convocatos, novo exemplo constituisse, Pontificem Concilii dimittendi jure carere; verum, tamquam ipsius Concilii decretis obnoxium, dicto illius audientem esse oportere; aliaque multa, ad sacrosanctam illam potestatem debilitandam, insidiose parare; vehementius (ut S. Antoninus scripsit) homo antiquæ probitatis exarsit, ac graviter Concilium factumque ejus increpuit, & ut *Bononiam reversus,* in auctoritate Summi Pontificis ipsius Christi Vicarii permaneret, admonuit; atque inde Bononiam ad Ecclesiam suam revisendam accessit. Quo facto, statim ad Franciscum Philelphum litteras misit, statum ejus cupiens cognoscere; & si tempora poscerent, aliquo insigni beneficio sublevare; quem morem ille ab initio Episcopatus instituerat, neque postea aliquo fortunarum suarum interveniente naufragio destituerat. *cum Philelpho amice agit:* Hic vir eruditissimus, ac (prout illa ferebant tempora, quibus nondum exculta ac perpolita adeo dicendi ratio fuerat) disertissimus, Florentiæ inter sævos fluctus discordiarum civilium versabatur, ac de sua incolumitate, in magna æmulorum

B invidia, laborare compellebatur; & propterea litteris eis acceptis exhilaratus, ita respondit, ut Nicolao se totum, tanquam amplissimo litteratorum omnium Patrono, commiserit; sic enim scripsit: Thomas Sarzanensis, vir perhumanus & eruditus, Amplitudinis tuæ Secretarius, Pater clementissime, tuo nomine litteras ad me dedit; quibus, quod mihi erat sole (ut aiunt) clarius, non amice minus, quam eloquenter ostendit, quanta sit tua erga me caritas; monuit, ut tibi significarem, quam me Florentia delectet; præterea si qua in re tua opera opeque uti velim, scriptorio calamo ne parcam; te enim semper paratum fore, ut mihi benefacias. Ut ago tibi & habeo immortales gratias, Pater humanissime, quod ex qua die primum me Bononiæ vidisti, ac tuam in clientelam accepisti, te mihi Patronum semper, te Patrem, te beneficum præstiteris: & id quidem nullis meis de te meritis, sed sola tua mansuetudine atque benignitate. Imitatus tu sane eum, cujus crucem pro signo geris, Christum Optimum Maximum; qui ut cunctis mortalibus benefaceret, sibi ipsi non pepercit, &c. Exponit inde lubricum rerum suarum statum, atque ad extremum infert; Quæ cum ita

C sint, Clementiam tuam rogo etiam atque etiam oroque, ut huic meo desiderio consulas; quidquid ipse de me statueris, indubitato persequar; operamque dabo, ut tua de me opinio te numquam fallat; nam neque fidei unquam deero, neque industriæ, neque diligentiæ. Ex Florentia x Kal. Octobris anno natali Christiano MCCCCXXXII.

curat circumferri imaginem Deiparæ. 26 Interim vero dum Nicolaus officio vigilantis ac pii Pastoris in Ecclesia sua capessenda fungitur, occasionem adeptus est rei præclaræ, atque ad memoriam posteritatis insignis instituendæ. Proximo quippe anno, cum assiduæ ac vehementes pluviæ, ac tetræ & immoderatæ tempestates maximam curam omnibus injecissent, ne, ut sæpe contigerat, segetes jam maturescentes extinguerent; ceteris frustra imploratis auxiliis, ipse una cum Antianis decrevit, ut

f *f* imago ex ore Deiparæ Virginis, manu S. Lucæ expressa (quæ ante complures annos Constantinopoli allata, in æde S. Mariæ Montis-guardiæ servabatur) intra mœnia deferretur, atque illa religiose in pompa perlata, supplicatio de more adhibitis sacris ac profanis ordinibus ageretur. Ea cura devotis Hospitalis

g S. Mariæ mortis mandata, ipsi IV Nonas Julias *g* imaginem deportarunt, atque in æde Virginum S. Matthiæ collocaverunt; quæ ipsam in Monte-guardia conservabant. Postero vero die, tertio & quarto, Episcopus inde sumptam in pompa ferri, atq; ab omnibus ad tria templa solennes Deo preces adhiberi præcepit. Quo facto, lux statim optatæ serenitatis adfulsit. Quare imago ex decreto publico religione civium aucta, ad Montem relata, ac custodiri diligentius ac sanctius cœpta, in urbem quotannis in hunc usque diem defertur. PER CAR. SIGON.

27 Eodem anno Eugenius Pontifex, comperto *remittitur ad Basileense Concilium,* Basileënsis Concilii Episcopos nihil aliud moliri, quam ut potestatem Pontificiam aut prorsus everterent, aut certe vinculis arctissimis alligarent; tum alia remedia temerariis illorum cœptis admovit, tum Legatos novos veteribus addidit, qui lubrica ac periculosa illorum consilia interpellarent, atque acrius pro Pontificia dignitate pugnarent. Inter ceteros autem (quorum prudentia, fide, ac virtute rem Ecclesiæ aut lapsam restitui, aut labentem sustineri posse putavit) Nicolaus ipse principatum obtinuit. Itaque XVIII Kalen. Januarias, litteras ad eum dedit, quibus plenissimam ei potestatem omnia suo nomine, pro fide ac judicio suo, constituendi concessit, quæ ipse ad salutem ac dignitatem Ecclesiæ pertinere putaret. Profectus autem Nicolaus nullum officium vel pietatis, vel prudentiæ prætermisit, quo vel imposita Ecclesiæ vulnera accurate sanaret, vel imponendis mature obviam iret. Verum exulceratos adversus Sedem Apostolicam Patrum illorum animos nactus, infesta eorum tela omnia propulsare non potuit: cujus rei argumento illa sunt, quæ illi egerunt. Etenim sequenti *h* anno, Sessione XVII, ipsum quidem ut Legatum Pontificis admiserunt, verum ita, ut neque ipsos invitos ad agendum urgere, neque rationem agendi eatenus observatam invertere posset. Inde V Idus Maji eidem quædam Pontificis nomine postulanti, majore, quam decuit, libertate negarunt. Ac postremo, ut ipsum hominem providentiorem atque acriorem à Concilio removerent, atque Eugenii dolorem multo magis accenderent, ipsum cum *i* Petro Cardinale S. Petri ad vincula, VIII Kal. Augusti Legatum ad Eugenium ac alios Principes Italiæ pacificandos, & bona Ecclesiæ occupata recuperanda destinaverunt.

28 Hujus Legationis neque in actis, neque alibi uspiam mentio reperitur; verum inter ipsius Cardinalis scripta, familiæ Albergatorum relicta, certa monumenta servantur, quæ hoc loco referre opportunissimum visum est. Sacrosancta generalis Synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem Ecclesiam repræsentans, dilectis Ecclesiæ filiis Nicolao tituli S. Crucis in Hierusalem, & Joanni S. Petri ad vincula, S.R.E. Presbyteris Cardinalibus, nostris & universalis Ecclesiæ Legatis, salutem & omnipotentis Dei benedictionem. Ad tria maxime sancta opera, extirpationem videlicet hæresum, reformationem morum, ac pacem inter cunctos Christicolas auctore Domino procurandam, hic in Spiritu sancto legitime congregati, circa ea, per quæ ipsius veræ pacis & perfectæ quietis desideranda tranquillitas in singulas orbis partes, Deo propitio, subsequi valeat, libenter extendimus vigilantiæ nostræ curas. Proinde levantes in circuitu nostros oculos, & considerantes, de quo ab intimis præcordiis anxiamur, quot discordiarum fomenta, guerrarum turbines, calamitates & strepitus diversas Italiæ partes hactenus (proh dolor) lacrymabiliter concusserint; adeo ut nisi celeriter occuratur, pene totam ipsam Italiam bellis & discordiis innumeris in præsentiarum undique flagrare, & ebullire videamus: ut autem tantarum guerrarum debacchans furor supprimi, & jam præparatum extingui valeat

E

h

i

ab hoc in Italiam remittitur cum litteris

F

PER CAR. SIGON.

incendium, hodieque vigentes guerræ conticeſcant, at ſingula in ipſa Italia diſcordiarum fomenta, ne deterius inde contingat, Omnipotenti Deo cælitus inſpirante, in bonum ſalutaris concordiæ & firmioris unitatis feliciter commurentur; de veſtræ circumſpectionis induſtria (quam potenté opere pariter & ſermone, in magnis expertam & arduis, eximia probitate, fidelitate, magnitudine conſilii, morum elegantia, ſcientiæ claritate, & aliis grandium virtutum titulis, earum largitor Dominus multifariam inſignivit) ſumentes fiduciam ſpecialem, quod ea quæ vobis duxerimus committenda, exactiſſima ac pervigili opera curabitis adimplere; vos & quemlibet veſtrûm in ſolidum, tamquam pacis angelos, nomine univerſalis Eccleſiæ & noſtro, ad partes Italiæ Deo propitio duximus deſtinandos & deſtinamus, veſtra diligentia & ſolerti indefeſſaque opera, tam apud ſanctiſſimum Dominum Eugenium Papam Quartum, quam inter quoſcunque Italiæ Principes, dominia, communitates, provincias, civitates, terras & loca, gentiumque armigerarum Capitaneos, ut diſcordiæ, differentiæ, diſſenſiones, atque guerræ, de præſenti vigentes & quæ quodammodo in futurum ſuboriri contigerit, de medio tollantur & penitus extinguantur: indubitanter tenentes, quod inſpirante Regum Rege pacifico, Italiam ipſam, ex quotidianis pene guerrarum ſtrepitibus, ad metam ſalutaris concordiæ & pretioſum pacis theſaurum, reducetis. Rurſus, cum nonnullæ civitates, terræ, caſtra & loca, ad S.R. Eccleſiam ſpectantes & ſpectantia, à quibuſdam fuerint & detineantur occupata, quarum recuperatio ad pacem, quietem & bonum ejuſdem Rom. Eccleſiæ pertinere dignoſcitur; cum omni ſolerti cura ac diligentia, per quoſcunque modos poſſibiles & magis accommodos, elaborabitis hæc loca hujuſmodi ad obedientiam & ſubjectionem ipſius S. R. Eccleſiæ & dicti D. Eugenii Papæ ac ſacri Collegii Cardinalium redintegrare & reducere, ipſaque regere, protegere, ac gubernare, &c. Ad extremum: Nos enim ſententias, quas vos aut alter veſtrum rite tuleritis, & pœnas quas inflixeritis in rebelles, nec non cetera quæcumque vos vel alter veſtrûm in præmiſſis & circa præmiſſa feceritis, ratas & rata habebimus, & faciemus, autore Domino, uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari. Datum Baſileæ, VIII Idus Auguſti anno Nativitatis MCCCCXXXIV.

B

ANNOTATA.

C

a *Hic eſt annus* 1429.

b Lucidus de Comitibus, *Romanus, Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Coſmedin, creatus à Ioanne* 23, *anno* 1411. *An fuerit Epiſcopus Oſtienſis non ſatis conſtat, quia non eſt relatus in Catalogo hujus Epiſcopatus ab Vghello. Quidni poſt Ioannem Arelatenſem, anno* 1426 *mortuum, creatus, ſederit uſque ad an.* 1431, *quo illum Epiſcopatum obtinuit Antonius Corarius.*

c *Hic eſt annus* 1430. d *Anno* 1431.

e Julianus, *cum B. Nicolao, anno* 1426 *à Martino V creatus Diaconus Cardinalis S. Angeli in foro Piſcario*, ſcientia & fama probitatis præclarus, *indicatur à S. Antonino mortuus an.* 1444.

f *Hiſtoria ſacra hujus Imaginis, Aſcanio Perſio auctore, ſcripta eſt à Garneſeltio, poſt Acta B. Nicolai, edita cum illuſtribus miraculis: circa quam unum hoc notatam velim, de omnibus Deiparæ imaginibus ex Græcia allatis aut Græca forma pictis communiter dici quod auctorem habeant S. Lucam: qui an revera vel unicam pinxiſſe probetur, erit ad* 18 *Octobris examinandum maneat interim traditionibus popularibus tot inſignium locorum, quantam eis quiſque dare voluerit, fides atque auctoritas.*

g *Anno* 1433. h 1434.

i *Aliis* Joannes Cervantes *ut ſupra dictum, & mox infra in ipſa epiſtola Concilii, ut exiſtimem nomen Petri Sigonio hic præter intentionem, ex errante memoria & calamo, obrepſiſſe.*

D

CAPUT V.

Pax Gallica confecta. Legationes variæ.

29 HOc vero negotium Nicolaus invitus quidem ſuſcepit, ſed refragari præcipiti tot Patrum, Eccleſiam univerſalem (uti aſſerebant) repræſentantium, ſtudio vel potius cupiditati, non niſi majore cum rerum detrimento, ſe poſſe putavit. Itaque ad Eugenium (qui Florentiam, à Columnenſibus Roma pulſus, IX Kal. Julii venerat) illico adiit, & cum eo accuratius de re univerſa deliberavit. Dum autem ibi eſſet, iterum Patres litteras ad eum ſcripſerunt, Sacri Concilii & Univerſalis Eccleſiæ Legatum appellantes: quibus Procuratorem ei Proſperi Columnæ Cardinalis, a capitalis Eugenii inimici & hoſtis, commendaverunt, ut ipſius ope Eccleſiaſtica quædam ab Eugenio beneficia obtineret: quod factum Eugenius omnium indigniſſime tulit. Itaque ut parem eiſdem, à quibus provocabatur, moleſtiam doloremque referret; Nicolaum Baſileam redire, ac Legatum actionibus eorum omnibus non ſolum intereſſe, ſed etiam accurate præeſſe, &, quoad poſſet, ſeſe (ſi à recto deflecterent) objicere juſſit. Inde poſtero b anno III Kalend. Martii litteras ad eum dedit, quæ quidem in Actis inextæ non leguntur, quibus nominatim poteſtatem ſubortæ de Annatis (ut vocabant) controverſiæ, ſeu potius diſcordiæ ſedandæ indulſit. Quod præceptum cum ille ſumma fide induſtriaque ſingulari curaſſet, Deus novi illi pro Chriſtiana Rep. ſuſcipiendi laboris patefecit occaſionem.

Redit ad Eugenium Papam.

a

E

ab eo Baſileam remiſſus:

b

30 Placuit enim Eugenio eumdem iterum in Galliam proficiſci, ad pacem (quæ coaleſcere nondum potuerat) inter illos Principes ſanciendam. Iniquo ſcilicet animo vir optimus audiebat, regionem illam, Catholicæ pietati ab antiquo tempore deditiſſimam, teterrimo ipſorum Principum odio devaſtari, ac maleſanis hominum conſiliis ultima pernicie deformari. Itaque omnia ſibi tentanda putans, ſi qua ratione poſſet tanto malo mederi; neminem ad id aptiorem eſſe conſtituit, quam eum, quibis eam rem cauſamque ſumma induſtria tractaviſſet. Itaque ſic ad eum, ornandæ illius ut ſit poteſtatis gratia ſcripſit: Dilecto filio Nicolao, tituli S. Crucis in Hieruſalem Presbytero Cardinali, Apoſtolicæ Sedis Legato, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum te ad pacificandum regnum Franciæ, commiſſo tibi plenæ Legationis officio, ut pacis Angelum deſtinemus; nos volentes illa tibi concedere, per quæ perſonis partium illarum te valeas reddere gratioſum, circumſpectioni tuæ [poteſtatem damus] diſpenſandi cum viginti quinq; perſonis Eccleſiaſticis, infra limites dicti regni & partium adjacentiû conſiſtentibus & defectum ætatis patientibus, de quibus circumſpectioni tuæ videbitur, ut earum quælibet, poſtquam viceſimum ſecundum ſuæ ætatis annum peregerit, poſſit ad Sacerdotium promoveri. Inde VI Nonas Maji, Renatum c Ducem Andegavenſem hortatus eſt, ut Nicolao ad pacem conficiendam adeſſet: Ex ſingulari affectione, inquit, quam habemus ad bonum ſtatum & quietem regni Franciæ, mittimus denuo pro illius pace procuranda & componenda dilectum filium noſtrum Nicolaum, tituli S. Crucis in Hieruſalem Presbyterum Cardinalem, Apoſtolicæ Sedis Legatum; virum utique ut noſti, omni virtutum genere excellentem, qui eam materiam hactenus laudabiliter tractavit. Quoniam autem ſcimus zelum, quem tu quoque habes ad dictam

F

jubetur in Gallias proficiſci.

c

A dictam pacem ; hortamur in Domino tuam Excellentiam, ut ad hoc bonum pacis adhibeas consilium & operam tuam, assistendo eidem Legato, consilio, auxilio, & favore, in quibuscumque rebus poteris, ut hæc sancta conclusio fieri possit.

31 Interim Nicolaus, eruditis aliquot viris in comitatum assumptis(inter quos præcipue Æneas Sylvius Picolomineus nominatur) in Franciam venit; ac rem insigni animi magnitudine aggressus, litteras ad ipsos Principes misit; placere sibi significans, ut quatuor inter se mensium inducias facerent, quo liberius ac tutius ultro citroque à partibus commeari, ac disceptari de conditionibus ineundæ concordiæ posset; & ut iidem Oratores cum plenis mandatis, ad certam quam significavit diem, Nivernum mitterent; nam se eo ad partes audiendas & controversias dirimendas illa die esse venturum. *Ille Nivernum adit.* Quibus litteris Carolus Rex ex Ambosia IV Idus Junias, Gallico (prout scriptum apud Albergatos reperitur) sermone, in hunc maxime modum rescripsit: Litteras vestras accepimus, quodque præcipitis de induciis quatuor mensium faciendis, cognovimus; simulque diem, quo convenire Oratores ab utraque parte debeant, intelleximus: quæ B omnia summopere approbamus. Itaque litteras etiam fidei publicæ testes, pro securitate partis adversariæ mittimus, & urbem Nivernensem ad conveniendum aptissimam judicamus. Quibus rebus ita constitutis, inde conventus Niverni est actus; in quo cum, variis disceptationibus habitis, spes haud levis oblata esset, fore ut res facile conveniret; visum est omnibus expedire, ut alter conventus Kal. Juliis ad Atrebatum haberetur, ac rei stabiliendæ causa Legatos quoque eo suos Concilium Basileense mittere rogaretur. Ejus vero rei cura Carolus Rex sibi assumpta, ad Synodum ita scripsit: Proximis diebus novissime celebrata est, in materia componendæ pacis cum Duce Burgundiæ, apud civitatem Nivernensem conventio; & ad eamdem nostra ex parte, cum decenti ac sufficienti potestate, Ducem Borbonii & Comitem Richemundum Constabularium nostrum, & fideles Consiliarios nostros Archiepiscopum Rhemensem Cancellarium nostrum, & Christophorum de Haricuria consanguineum nostrum transmisimus. Et cum res ipsa post longam disceptationem, optimam ad ea quæ pacis sunt dispositionem habuisset; cupientes omnes etiam partes, eo- C dem & unanimi consensu & favore pacis & unitatis, præstantius agere, in alterius diei & conventionis apud civitatem nostram Atrebatensem, ad primam diem mensis Julii proxime instantis, concordarunt: consentientes etiam, ut res tanta efficaciam habeat ampliorem & certiorem, ut pro parte Sanctissimi Patris nostri, Cardinales S. Crucis & Arelatensis, à sacro Concilio Basileensi Cardinales de Cypro & S. Petri ad Vincula, ad ipsam assignationem & locum transmittantur. Quamobrem amicitiam vestram oramus, ut ad diem illam præfatos Cardinales de Cypro & S. Petri transmittere vestra ex parte velitis.

tum Atrebatum, 32 Kalendis inde Juliis ipsi pacis arbitri Atrebatum convenêre, Nicolaus Cardinalis S. Crucis, & Cardinalis *d* Cyprius, sex stipati Episcopis, pro Carolo Dux Borbonii, & Comes Richemundus Conestabilis, Archiepiscopus *e* Rhemensis & Christophorus de Haricuria; pro Anglo *f* Cardinalis Vicestrensis & Archidiaconus Eboracensis; pro Burgundione autem Cameracensium *g* & Atrebatensium Antistites. Ibi cum omnes ordine consedis-

d *e* *f* *g*

ubi recentibus Anglis, sent, Nicolaus loqui exorsus, primum commoda pacis & belli detrimenta, & maxime quæ ex præsenti discordia miseræ Galliæ essent illata, cædes, incendia, vexationes, direptiones, vastitates; & reliqua ejusmodi calamitatum genera, longa atque apparata oratione commemoravit: deinde quanto Eugenius Pontifex hujus compositionis arderet desiderio, ad quietem & tranquillitatem non ipsius solum Galliæ, sed totius etiam Christianæ Reipublicæ docuit: atque omnes ita ad firmam veramq; concordiam contrahendam, remotis quæ adhuc moram intulerant controversiis, est cohortatus. Ubi vero peroravit, Legati Anglici dicere sententiam jussi, se se ad rem finiendam paratos esse asseruerunt, ac propterea Carolo, quidquid Rex suus in Francia ultra & citra Ligerim possideret, offerre; cum eo ut pro commodo utriusq; partis, aliquorum inter se oppidorum commutatio fieret. Quam conditionem Franci libentibus animis accepêre, ac contra Henrico, quidquid teneret Carolus in Ducatu Aquitaniæ & totum Ducatum Normandiæ, spopondere. Verum hanc conditionem Angli superbe repudiarunt, atque illico conventu egressi, alia se die redituros dixerunt.

PER CARSIGON.

33 Inde profectis illis, Nicolaus interritus mentionem veteris inter Francū & Burgundum sarciendæ gratiæ studio intulit, atque utrumq; multis verbis ad superiores terminandas controversias *h* obsecravit. Tum Nicolaus Raulinus Burgundio, Principis sui nomine diu meditatam orationem instituit, qua ea, quæ à Carolo Rege Dux Burgundus poscceret, enarravit. Quæ omnia quamquam gravia admodum videbantur, tamen Oratores Franci, nomine Regis sui comprobaverunt. Illa vero imprimis erant, ut Carolus confiteretur cædem Joannis Ducis inique patratam fuisse, sponderetque se eam pro virili parte ulturum, ac sacra pro salute ejus atq; eorum qui cum eo aut pro eo occisi fuissent, quotannis fieri curaturum: & in loco, ubi sepultus esset, ædem ac monasterium conditurum; ubi vero cecidisset, crucem lapideam excitaturum, quæ memoriam facinoris propagaret, eo sumptu, qui Nicolao Cardinali visus fuisset. Multa etiam addita alia, quæ actis Concilii Basileensis mandata, hoc loco interponere visum est alienum. Quibus acceptis Oratores partium ambarum in conspectu Legatorum jurarunt se daturos operam, ut ea sanctissime custodirent: atq; ita pax per caduceatores magna omnium populorum gratulatione vulgata est. Quibus rebus magna utriusque partis voluptate peractis, Nicolaus egregie ab omnibus collaudatus, in Italiam se recepit: ac cranium S. Annæ matris B. Virginis, ab Henrico rege dono acceptū, pridie Kal. Decembris Bononiam attulit, atque ingenti ab universis honore acceptus, monachis suis Carthusiensibus dono dedit: qui ei oratorium S. Annæ in via S. Isaiæ cōdiderunt, ubi nunc etiā asservatur. Inde Nonis Decembris ad Pontificem Florentiam abiit, atque omnia à se acta renuntiavit: ex quibus Eugenius magnum fructum lætitiæ toto cum Cardinalium collegio cœpit.

E

h *pax conclusa inter Francos & Burgundos.*

F

34 Proximo inde anno Eugenius, liberum tandem Bononiensis urbis imperium nactus, Florentia Bononiam venit, inter ceteros Cardinales ipsum etiam Nicolaum habens in comitatu. Ibi cum Basileense Concilium, (ad quod jam pridem, contumeliæ, non honoris causa, adesse à Patribus jussus fuerat) abrogare, atque una honoris aliquid amicæ civitati tribuere cuperet; Concilium alterum Bononiam in proximum annum indixit: qui annus ubi venit, tum mutato justis de causis consilio, XIV Kal. Octobris novo edicto proposito, illud Ferrariam transtulit, cui edicto Nicolaus quoque subscripsit. Eo vero qui insecutus est anno, nuntio de Sigismundi Imperatoris morte accepto, justa ei de more in Basilica S. Petronii solvit, ac mox VI Kalendas Februarii Ferrariam adiit, ac IV Nonas Joannem Palæologum Imperatorem Constantinopolitanum adve-

ob Concilia navum indictum,

PER CAR. SIGON.

advenientem excepit : quem poſt quatuor dies Joſeph Patriarcha Conſtantinopolitanus eſt conſecutus. Eo tempore, gliſcente indies magis manifeſto Eugenium inter ac Baſileenſe Concilium diſſidio, cum Concilium ſibi principatum atque auctoritatem in Eccleſia ſupra Pontificem vendicaret, atque omnia ad trahendos in ſuam ſententiam populos permiſceret; Eugenius in ſuſpicionem adductus, ne Germania ad partes contrarias inclinaret, aut certe ne aliquo modo ab auctoritate ſua hac arrepta occaſione deſciſceret; non alienum eſſe duxit, gravi miſſa Legatione Principes illos in fide atque officio continere. Munus autem hujus Legationis ipſi quoque Nicolao mandavit, qui ad placandum univerſum terrarum orbem Divino deſtinatus conſilio videbatur; ac mox poteſtatem omnes ad ſe Eccleſiaſticos Principes evocandi, atque homines omnibus contractis peccatorum labibus expiandi conceſſit.

mittitur in Germaniã.

35 Hujus legationis nulla in actis Conciliorum eſt mentio; at litteræ Pontificis apud Albergatos conſervatæ teſtimonium locupletiſſimum perhibent, omnes in Idus Septembris Ferrariæ datæ, quarum unæ hujuſmodi ſunt: Dilecto filio Nicolao tituli S. Crucis in Hieruſalem, Apoſtolicæ Sedis Legato, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum te ad partes Germaniæ, pro nonnullis bonum Eccleſiæ, pacem & quietem populi Chriſtiani concernentibus negotiis peragendis, commiſſo tibi plenæ Legationis officio, ut pacis Angelum deſtinemus, & utilitatem Eccleſiæ & proſperitatem negotiorum magnam veriſimiliter poſſis afferre, ſi partium illarum Prælati & Religioſi de tuo mandato inſimul congregentur; circumſpectioni tuæ Prælatos ac Religioſos ordinum quoſcunque, exemptos & non exemptos, in partibus prædictis conſiſtentes, quoties tibi expedire videbitur, ad locum congruum & aptum ac tempus certum inſimul auctoritate noſtra convocandi & congregandi, eiſque ex parte noſtra injungendi quæ ad exactionem negotiorum hujuſmodi noſtrumque & Romanæ curiæ ſtatum neceſſaria & utilia fore perſpexeris; alia quoque ordinandi & diſponendi, quæ in præmiſſis, & circa ea neceſſaria fuerint & opportuna, plenam tenore præſentium concedimus facultatem. Datum Ferrariæ anno Incarnationis MCCCCXXXVIII, III Idus Septembris. Alteris vero permiſit, ut is, per ſe vel alium idoneum Presbyterum Pœnitentiarium ſuum, confeſſiones quarumcunque perſonarum audire, & auditis pro commiſſis debitam abſolutionem afferre, etiam in caſibus majori Pœnitentiario reſervatis, valeret. Inde alias ad *k* Othonem & Stephanum, Comites Palatinos Rheni, *l* Guidinum Ducem Brunſuicenſem, & Epiſcopum Wormatienſem, omnes eodem exemplo ſcripſit his verbis: Pro nonnullis negotiis, honorem Dei, pacem Eccleſiæ, & bonum Reipubl. Chriſtianæ concernentibus, dilectum filium noſtrum Nicolaum, tituli S. Crucis in Hieruſalem Presbyterum Cardinalē, Apoſtolicæ Sedis Legatum, ac venerabiles Fratres Joannem Tarentinum Archiepiſcopum, Petrum Dignenſem, ac Antonium Urbinatem Epiſcopos, nec non dilectos filios Franciſcum de Capitibus Liſtæ I.V. Doctorem & Militem, Joannem de Turrecremata ſacri Palatii magiſtrum, & Nicolaum de Cuſa Decretorum Doctorem, Oratores noſtros ad partes Germaniæ mittimus: quibus circa præmiſſa aliqua tibi noſtra parte referenda commiſimus. Quare præfatis Legato & Oratoribus, in præmiſſis nobilitati tuæ referendis, fidem plenam impertiri velis, illiſque in omnibus opportunis (cum ab eis requiſiti fueritis) aſſiſtere, ſicut de devotione tua in Domino confidimus atque ſperamus.

36 His mandatis litteriſque Nicolaus acceptis, non tamen in Germaniam (ut puto) proceſſit. Siquidem primæ actioni, quæ poſt VIII Idus Octobris in Concilio Ferrariæ habita eſt, interfuit, inter ſex Latinos Doctores relatus, qui cum totidem Græcis de Spiritus ſancti proceſſione differerent, cum Græci ipſum à Patre dumtaxat, Latini à Patre Filioque procedere affirmarent. Græci fuere Marcus Epheſius, Iſidorus Ruthenus, Beſſarion Nicænus, Theodorus Xanthopulus, Silveſter Balſamon, Gregorius Gemiſtus: Latini vero ipſe Nicolaus Cardinalis tituli S. Crucis, Julianus Cæſarius Cardinalis tituli S. Sabinæ, Andreas Archiepiſcopus Coloſſenſis, & Forolivienſis Antiſtes, ac duo Monachi in Theologia præclari. Ex quo ſuboritur ſuſpicio, ipſum aut Ferraria non exiiſſe, aut certe ſtatim ab Eugenio ex itinere revocatum ſe recepiſſe; neque enim, ſi in Germaniam perveniſſet, ac litteras illas ſupraſcriptas Principibus reddidiſſet, eorum autographa ſuis propinquis, uti feciſſe eum diximus, relinquere potuiſſet. Garimbertus tamen, illum ad *m* Albertum Cæſarem adjiſſe, atque ab eo revertiſſe, ſcribit: cujus rei cum ego nullam in Germanicis annalibus ſignificationem inveniam, neque præterea certi quidquam aliunde hauſtum habeam, rem nec opinione mea affirmare, nec pro vana prætermittere volui. Eo anno populus Bononienſis, à Præfectis Eugenii male habitus, rurſus ſeſe Eccleſiaſticæ ditioni ſubtraxit. Quippe auctoribus Bentivolis, Gubernatorem ab eo impoſitum urbe expulit, & Nicolaum Picininum, Ducis Mediolani Præfectum, ſtativa non longe habentem, primum auxilii cauſa accerſivit: deinde adverſus vicinos populos, occulte contra ſe cum Eugenio conjurantes, & libertatis cuſtodem & urbis adminiſtratorem inſtituit. Qui cum Centum & Plebem oppida, ad ſe ab auctoritate Nicolai Epiſcopi avertere contendiſſet, propoſito excidit: oppidis illis Epiſcopo potius, quam populo obtemperare optantibus. Ea res vehementer Eugenium perturbavit. Itaque cum pridem Ferrariæ laborari peſtilentia cœptum eſſet, atque indies truculentius lues illa deſæviret, ſequenti ineunte *n* anno Florentiam tranſverſis itineribus, ne Bononienſem agrum attingeret, feſtinavit, atque eo Concilium advocavit; quem Imperator, Patriarcha, ceteriique ſtudioſe ſecuti ſunt. Ibi actio prima IV Kal. Martias, ultima pridie Kal. Julii habita eſt: in qua quæſtio de Spiritu ſancto, & de Romanæ Eccleſiæ principatu, cum Græcis ex noſtrorum ſententia eſt tranſacta. Ei actioni quoque Nicolaus interfuit, ac Concilio eodem die perfecto ipſe ceteris cum collegis ſuis ſubſcripſit: quemadmodum ipſius Concilii acta demonſtrant

D *adeſt Ferrarienſi Concilio,*

m

dein Florentino.

n

o

F

E

C

k

l

B

ANNOTATA.

a *Cauſas hujus inimicitiæ late deſcribit Platina in Vita Eugenii* 4, *quem conſule.*

b *Anno* 1435.

d Renatus Dux Andegavenſis *poſt fratrem, patrem & avum, filium ſecundo genitum Ioannis Regis Francorum, per Iſabellam uxorem Dux Barenſis & Lotharingiæ appellatus, & ex teſtamento Ioannæ Reginæ Neapolitanæ Rex Neapolitanus, ultimus ex familia Andegavenſi.*

d Hugo Luſignanus, *frater Regis Cypri.*

e Reginaldus de Chartres, *poſtea ab Eugenio factus Cardinalis tit. S. Stephani in Cælio monte an.* 1439.

f Henricus Chrichilejus ex Menevenſi Cantuarienſis Archiepiſcopus, à Martino V Cardinalis creatus. *ab Ægidio de Roya in Annalibus Belgicis ad hunc* 1435 *annum appellatur etiam* Cardinalis Winceſtriæ & avunculus Regis Angliæ.

g *Cameracenſis* Joannes de Gärre, *Atrebatenſis* Hugo de Cayeu.

h *Re-*

A h *Renerus Snojus lib.* 10 *Rerum Batavicarum hæc ſcribit:* Nicolaus Cardinalis allatum panem ſimilaginis puræ, optimi tritici, fecit imprecatione nigreſcere, ac prece iterum recandeſcere, additis his binis voculis. Tu elige. *& ſic pacem confeciſſe ait. Idem habent Heuterus, Rivius, aliique.*

i *Anno* 1438.

k *Hi ſunt filii Ruperti, è Comite Palatino Regis Romanorum & Imperatoris,* & Stephanus Bipontinus, *mortuus eſt an.* 1444, Otho Moſpachienſis *ad Nicrum obiit* 1465.

l Guidinus, *videtur aliis dici* Guilielmus, *cognomẽto* Victorioſus, *qui præfuit ab anno* 1416 *uſque ad annum* 1482, *diciturque* 90 *annos vixiſſe. Wormatienſis autem Epiſcopus, hic indicatus, fuit* Fredericus à Domnegk.

m *Poggius ita refert:* Cum Eugenius Ferrariam conceſſiſſet, in Germaniam ad Albertum Romanorum Regem, qui erat Nurembergæ, Legatus mittitur ad agendos conventus Principum Germaniæ; ad obviandum ſchiſmati, quod poſtea Baſileenſium veſania confecit. Hic multa in eo conventu locutus, quæ ad deterrendos homines à ſchiſmate Eccleſiæ pertinebant, hortatuſque ad Pontifici ſolitam fidem ſervandam, Ferrariam regreſſus, poſtmodum
B manſit in Curia.

n *Anno* 1439.

o *Servatur Florentiæ apud Carthuſianos Volumen Ms. de Proceſſu Spiritus ſancti, quod illis à B. Nicolao datum, & creditur ab ipſo compoſitum.*

CAPUT VI.

Morbus, obitus, exequiæ.

factus ſummus Quæſtor Papæ:

37 DUm autem ibi eſſet, haudquaquam Eccleſiæ ſuæ immemor, quæ ipſi aſſidue in medullis hærebat, eam duobus Sacerdotibus, quos nominant Manſionarios, commendavit; atque ipſe
a ſummo Quæſturæ Pontificiæ honore, mortuo *a* Jordano Urſino Camerario, ab Eugenio auctus eſt: quæ res cauſam attulit, ut numquam poſtea ab Aula diſcedere Pontificia quiverit. Inde pridie Kalendas Septembris Imperatorem, à Concilio revertentem, Bononiæ regio apparatu excepit: quem diem feſtum magna lætitia obviam civitas progreſſa concelebravit. Eodem etiam anno Patres Baſileenſes; poſtquam Eugenium ſæpius à ſe citatum non adeſſe viderunt, eo vecordiæ proceſſerunt, ut Pontificatum illi abrogarint, & pro eo *b* Amadæum Ducem
C b Sabaudiæ, Felicem V appellatum, ſubdiderint. Quo facto vehementer non ſolum Eugenii animũ, multis perturbationibus ægrum, perculerunt; ſed

cum eo Senasabit anno 1443

univerſam etiam Remp. Chriſtianam, vix ipſis jam hærentem oſſibus, graviſſime vulnerarunt. Eugenius autem, cum per ſequentes tres annos Florentiæ permanſiſſet, demum anno milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo tertio, Nonis Martii Senas conceſſit; atque ibi ſpatio aliquot menſium ſubſtitit. Interim Nicolaus, qui ab illius numquam latere diſcedebat, graviter tentari calculo cœpit: quem

calculi doloribus.

ex ſuperiore victus ratione, & præteritorum laborum ſuſceptione contraxerat; quocum per aliquot dies, patientia magis & virtute, quam remiſſione doloris aut ſpe aliqua vitæ, luctatus eſt, quam libenter ſe cum meliore atque optabiliore commutaturum eſſe dicebat. Cum autem ſic affectus decumberet, Eugenius, qui illum unice diligebat, nocte ſæpe ſolus inviſit, ac bono fidentique animo eſſe juſſit. Verum conſolatione, vir fortiſſimus & Divinæ miſericordiæ memor, non eguit; cum ipſe ſe & alios confirmare, vel opportuna ſacrarum Litterarum lectione, vel præclara vitæ inſtitutione jam inde ab

ineunte pueritia didiciſſet. Inde morbi gravitate (nam & intimus ardentiſſimæ febris æſtus acceſſerat) ac doloris pertinacia victus, VII Idus Majas, anno ætatis ſuæ ſexageſimo octavo, eſt mortuus; rite omnibus Sacramẽtis Eccleſiæ, quæ identidem ipſe petiit, expiatus. Quod ut Eugenius ſenſit, amici deſiderio vehementer afflictus, illico veſicam aperiri & calculum extrahi juſſit, atque apud ſe pro concepta ſanctitatis ejus opinione retinuit: inde in Baſilicam urbis elatum, ſolennes ſuper eum precationes effudit, atque ibi honeſtæ ſepulturæ mandavit. PER CARDINALEM SIGON. *& febri obiit die 9 Maji.*

38 Hujus mortis nuntio Bononiam perlato; ingens extemplo omnes cives mœror invaſit. Itaque tabernæ clauſæ, juſtitium indictum, atque omnia intimæ ac variæ triſtitiæ ſigna edita, quæ ad decorandum ſummi alicujus Principis obitum edi potuerunt. Juſta etiam per triduum in Baſilica magnifice perſoluta, quæ Antiani & Magiſtratus, præſentiam ſuam afferentes, opifices vero ab operibus ſuis ad tertiam uſque horam ceſſantes, honeſtaverunt. Inde cadaver Florentiam ad monaſterium Carthuſienſe tranſlatum, atque in eo hoc qualecumque elogium eſt inciſum: Sepulcrum omni laude digniſſimi & Reverendiſſimi Patris Nicolai, tituli S. Crucis in E
Hieruſalem Presbyteri Cardinalis. Hic natus Bono- *elogium ſculptum Florentiæ.*
niæ, primum ex Priore Carthuſienſi, petente populo Bononienſi, Epiſcopus: tum à Martino Pontifice Cardinalis deſignatus: poſt plurimas ſuſceptas legationes, Senis diem ſuum obiit; ætatis ſuæ anno ſexageſimo octavo, vir piiſſimus mitiſſimuſque, vitæ integritate ſingularique virtute omnium teſtimonio comprobatus. In gradibus autem hi verſus additi ſunt:

Carthuſiæ me terra tegit, quem ſumpſit alumnum,
Ac dedit eſſe Patrem; nativa Bononia tandem
Me ſibi Paſtorem tenuit de jure vocatum;
Cardinis Eccleſiæ compulſus pondera ſumpſi,
Et Crucis in titulo mihi fulſit rubra tiara.
Mille, quater centum, denos quater egerat annos,
Tres etiam cyclus ſolaris, dum Nicolaus,
Mente petens cælum, ſub ſaxo corpore claudor.

Hodie quoque ad perennem ſanctitatis ejus memo- *Reliquiæ in honore:*
riam monachi illi calculum, ejus è veſica exemptum, & Pontificiale ſuperpelliceum, & ſandalia, in ſacrario magna veneratione cuſtodiunt; Bononienſes vero crucem argenteam, quam Legatus præferebat, & alteram quam ſacris operans in pecto- F
re geſtabat; item acerram & thuribulum ejus, Eccleſiæ ſuæ relicta, oſtendunt.

39 Memorabile autem illud, quod paucis poſt mortem diebus idem Thomæ Sergianenſi, familiari ſuo, obitum ſuum impatienter ferenti, ac fletu lacrymiſque proſequenti, in ſomnis ſe obtulit, ac dolorem omittere & ſine cura ipſum degere juſſit: nam præclare ſecum Chriſti beneficio agi, illum vero mox Pontificatum Maximum adepturum. Quod memoriæ prodidit Franciſcus Philelphus in oratione ad
c Xyſtum Pontificem, his verbis: Nicolaus V, cum c
Nicolai Albergati, ſapientiſſimi imprimis & ſancti *viſio facta de ejus ſalute.*
viri, Cardinalis Bononienſis, obitum moleſtius ferret, hunc tandem per ſomnum ad ſe venire exiſtimavit, & ita anxium appellare: Thoma fili, quid diutius gemis? quid adeo te affligis? Pone lacrymas, & te collige; nobis enim bene eſt benignitate Jeſu. Itaque ſurge, atque accingere; ad breve enim tempus grave tibi ſubeundum eſt munus Petri gubernandæ naviculæ. Quam quidem ſomni viſionem haud ille diſſimulanter præ ſe tulit: nam cum aliis nonnullis familaribus, tum etiam mihi, cum hac iter faceret Germaniam petens ab Eugenio Legatus, cum inter loquendum in ſermonem incidiſſemus de conſuetudine & gravitate Nicolai, id omne ſomnium co-

TER CAR. SIGON.

ram veluti jocabundus retulit: ſubdidit enim cum hoc evenerit, Philelphe mi, fructum recipies veteris noſtræ conſuetudinis. Qui vero viventi benevolentiam, idem poſt etiam mortuo humaniter ac pie memoriam præſtitit. Siquidem Pontifex creatus, ſe ab illo Nicolaum V vocavit; atque icone manu eximii pictoris efficta, in ea S. Nicolaum Epiſcopum, in ipſius Patris ac Patroni ſui memoriam, exprimendum curavit, quæ nunc quoque in ara majori Carthuſiæ Bononienſis, cum litteris id ſignificantibus, viſitur.

40 Ceterum Nicolaus, vir haud dubio fuit & ſua & Patrum memoria magnus, vel potius ſummus ac ſingularis; eo vero major atque admirabilior, quod in ſolitudine ferme atque in angulis, longe à civilis turbæ & forenſis multitudinis converſatione atque ab ipſa rerum gerendarum arte educatus, nullius tamen earum rerum expers ac rudis fuit, quas ii tenere ſolent, qui omnem ætatem in communi conſuetudine, nec non in erudito gymnaſiorum aularumque curriculo contriverunt, ſeſeque variis curarum negotiorumque publicorum meditationibus ac tractationibus aſſidue exercuerunt. Ex quo facile conjicere poſſumus, excellentem quamdam ingenii ac judicii in eo fulſiſſe indolem: qui omnia, quæ ſuſceperat, prudenter ac commode peragebat. Etenim qui à natura ad otium & contemplationem factus tantummodo videbatur, ea prudentiæ documenta atque eruditi cujuſdam conſilii dedit, quæ vix multi in aulis Principum conflictati conſequi potuerunt. Quicumque vero is fuit, ſanctitatis certe eam ſibi opinionem perpetua ac conſtanti ipſius vitæ innocentia peperit, ut à monachis ſuis in hunc uſque diem Beatus Nicolaus, cognomine à majoribus accepto, vocetur. Quare Franciſcus Philelphus, poſtea ſcribens ad Nicolaum V Pontificem, eum Divum convenienter huic opinioni vocavit: Reliqua, inquit, ſi ſanctiſſimus ille ſpiritus Divi Nicolai Cardinalis Bononienſis, tibi quondam Patris, dum erat in vivis; nunc vero ſanctimoniæ tuæ filii (cui noſtime cariſſimum extitiſſe) altioribus melioribuſque intentus obſequiis ingerere memoriæ tuæ diſtulerit ea, quæ mea interfuerint; omnia tibi, Pater, Ampliſſimus Mediolanenſis Cardinalis Henricus verbis meis coram exponet. Et Sanctus Antonius Archiepiſcopus Florentinus, æqualis ejus, eumdem Virum religioſiſſimum appellare non dubitavit, qui vitam hujus verbis his breviter eſt complexus.

Beatus & Divus compellatur:

B

C 41 Creavit Martinus Pontifex plures Cardinales, & inter ceteros Virum religioſiſſimum Dominum Nicolaum, ordinis Carthuſienſium. Hic Nicolaus Bononiæ, cum eſſet Prior dicti Ordinis, una voce Cleri ac populi vocatus fuit in Epiſcopum Bononienſem, cum vacaret Eccleſia. Quem plurimum renitentem confirmavit & inſtituit Martinus, Conſtantiæ Pontifex creatus. Epiſcopus autem factus nihil dimiſit de obſervantia & auſteritate Ordinis ſui; & in humilitate eximia Domino ſerviens, redditus ſuos pauperibus erogabat, & reparationi Eccleſiæ & cultui divino amplificando. Multa bona opera operatus eſt Dominus per eum in diœceſi ſua Bononienſi: quorum cives ingrati & immemores, quia civitatem rebellem Eccleſiæ, de mandato Martini Papæ, interdicto ſuppoſuit, mortem ei intentarunt: ſed occulte mutato habitu fugiens, impetum furoris eorum evaſit. Qui poſtmodum Cardinalis Presbyter à Pontifice creatus, ſicut in Epiſcopatu fuerat Antiſtitum exemplar inſigne, ita in Cardinalatu extitit Cardinalium ſpeculum. Deſtinatuſque Legatus ad hoc, inter Florentinos & Venetos colligatos ex una, & Ducem Mediolanenſem ex parte altera, jam feſſos expenſis & laboribus diuturni belli, compoſuit pacem; Legatuſque poſtea miſſus in Galliam Tranſalpinam, ſatis laboravit ad concordiam ponendam inter Regem Franciæ, ac Ducem Burgundiæ. Demum reverſus, cum Eugenius ſucceſſor Martini ſua cum Curia Senis reſideret, infirmatus ex calculo, nullo remedio fieri potuit, ut illum ejiceret. Nec mirum; nam corpore poſt mortem exenterato, repertus eſt lapis in collo veſicæ incarnatus, groſſus ad modum ovi parvi gallinæ. Cujus exequiis honorabiliter funeri exhibitis, præſente Pontifice, delatum eſt corpus ad monaſterium Carthuſienſe S. Laurentii prope Florentiam, ibique in Eccleſia ſepultum, prout ipſe mandaverat. Hactenus Sanctus Antoninus.

D *laudatur à S. Antonino.*

E

ANNOTATA.

a Jordanus Urſinus *creatus fuit Cardinalis anno* 1405, 12 *Iunii*, *mortuus* 28 *Maji anno* 1439, *elapſis in ea dignitate annis fere* 34.

b Amedæus Pacificus *inſcribitur in Commentario, juſſu Sereniſſimi Ducis Sabaudiæ Pariſiis anno* 1626 *edito, in quo tota controverſia explicatur, qui dein anno* 1449 *Cardinalis creatus eſt, & tandem Collegii Cardinalium Decanus & perpetuus Germaniæ Legatus.*

c *Imo* ad Antonium Marcellum Venetum *hæc à Philelpho ſcripta, advertit Garnefeltius.*

F

DECIMA DIES MAII

SANCTI QVI SEXTO IDVS MAII COLVNTVR.

Sanctus Job Propheta in terra Hus.

S. Primus Presbyter, S. Marcus Diaconus, } Martyres Tergeſti in Iſtria.

S. Jaſon.

S. Celianus,

S. Calepodius Presbyter, S. Palmatius Conſul, Alii XLII, S. Simplicius Senator, Alii LXVIII, } Martyres Romani.

S. Felix, S. Blanda, } conjuges

S. Alphius, S. Philadelphus, S. Cyrinus, } Martyres apud Leontinos in Sicilia.

S. Gordianus, S. Epimachus, } Martyres

S. Primulus, S. Major ſeu Medon, } Confeſſores } Romani.

S. Quartus, S. Quintus, } Martyres Romani, Capuæ depoſiti.

S. Probata ſeu Probatus, S. Mœca, } Martyres

S. Petrus,

S. Petrus,
S. Dativus,
S. Januarius, } in Africa.
S. Fortunio,
S. Thecla,
S. Lucella,
S. Maxima,
S. Matrona,
S. Cyrillus,
S. Cendeus,
S. Dionius, } Martyres in Myſia inferiore ſeu Bulgaria.
S. Acacius,
S. Criſpion,
S. Zenon,

S. Aprhodiſius, S. Tavintus,
S. Privatus, S. Seleucus,
S. Giddinus, S. Zetula,
S. Saturninus, S. Januaria,
S. Petrus, S. Fortunata,
S. Dativus, S. Teclacia,
S. Fortunus, S. Donatus,
S. Lucella, S. Rogata,
S. Maxima, S. Paulina,
S. Matrona, S. Lavarus,
S. Muttucus, S. Nina,
S. Cilicus, S. Januarius,
S. Victurus, S. Candedia,
S. Januarius, S. Honorius,
S. Secuſa, S. Saturninus,
S. Victurina, S. Saturnus,
S. Bonoſa, S. Secundus,
S. Conſtantia, S. Donatus,
S. Maximus, S. Salutor,
S. Januarius, S. Felix,
S. Geminus, S. Mares,
S. Saminus, S. Nappolus,
S. Peregrina, S. Coddeus,
S. Senterus, S. Darus,
S. Erulus, S. Naſomoſus,
S. Majulus, S. Victor,
S. Marullus, S. Satulus,
S. Felix, S. Maſutus,
S. Indicus, S. Maletus,
S. Reflentus, S. Severus,
S. Tinnus, S. Marcianus,
S. Felion, S. Fortunus,

} Martyres in Africa.

S. Saturus, S. Glorioſa,
S. Quintalus, S. Rogatina,
S. Severiolus, S. Victurina,
S. Fidelis, S. Julia,
S. Quintus, S. Prima,
S. Fauſtus, S. Fortunatus,
S. Donatus, S. Maria,
S. Excritatus, S. Rogatus,
S. Biricus, S. Munnus,
S. Sertimus, S. Jacobus,
S. Lucinus, S. Septimina,
S. Reſtitutus, S. Incidus,
S. Dativus, S. Tunnus,
S. Januaria, S. Felicio,
S. Nina, S. Seleucus,
S. Felix, S. Honoratus,
S. Sarira, S. Lucinus,
S. Marcella, S. Zebberia,
S. Matrona, S. Venuſta,
S. Tuja, S. Saturna,
S. Lucuſa, S. Quintula,
S. Victorina, S. Cyrillus,
S. Felicia, S. Dionyſius,
S. Jocunda,

} in Cilicia.

S. Tertullinus, } Martyres Romani Luxemburgi depoſiti.
S. Chryſanthus,
S. Sabinus, } Martyres Romani, propè Paſtranam in Caſtella.
S. Certeſius,
S. Silveſter, } Epiſcopi Veſontionenſes in Burgundia.
S. Frominius,
S. Palladius I, } Epiſcopi Bituricenſes in Aquitania prima.
S. Palladius II,

S. Cataldus, Epiſcopus Tarentinus in Italia.

S. Comgallus, Abbas Benchorenſis in Hibernia.

S. Laurentius, apud Græcos.

S. Solongia, Virgo & Martyr apud Biturigeſ.

S. Guillelmus Presbyter Pontiſaræ in Gallia.

B. Beatrix Ateſtina, Ordinis S. Benedicti Patavii.

B. Mirus Eremita Surici ad lacum Comenſem in Inſubria.

} Tarſi.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REIECTI.

Sancti Primiani, Epiſcopi & Martyris, Anconæ in Piceno Tranſlatio, *hoc die facta indicatur à nobis ante ejus Acta, illuſtrata ad diem* XXIII Februarii.

Sireni Martyris Tranſlatio ſub ritu duplici celebratur in eccleſia matrice Arvernenſi, *& indicatur à Sauſſajo ad ejus Acta* XXIII Februarii.

S. Heſychius Confeſſor, *aut potius* Solitarius, *refertur cum elogio in Menologio Baſilii Imp. Synaxario MS. & Menæis excuſis, in quibus iterum, quando magis accuratum*

A *curatum elogium dedimus ex aliis Mss.* VI Martii.

S. Saturninus Martyr, ob quasdam ejus Reliquias, colitur sub ritu duplici Monachii in ecclesia Societatis Jesu. *Consule Bullam à nobis editam ad Vitam S. Caji Papæ in Appendice* XXII Aprilis.

SS. Secundi, Secundiani & Agapiti, Martyrum Eugubii, *memoriam celebrat Ferrarius in Catalogo generali* ex Tabula Ecclesiæ Eugubinæ. *Ex eâ* Secundus *videtur ei & Iacobillo, qui Ameriæ passus refertur in Martyrol. Romano die* I Junii. *Verum.*

Secundianus & Agapitus, *alii* Secundius & Agapius *dicuntur* Cirthæ in Africa passi, *de quibus egimus ad diem atque ad Appendicem* XXX Aprilis.

S. Wandelbertus, Abbas Luxovienſis, *memoratur in quodam Ms. Calendario Benedictino, ſeculo 16 ſcripto. Ejus Vitam dedimus* II Maji.

Coinla Epiſcopus *indicatur in Ms. Tamlachtenſi, an forte* Conlaidus Epiſcopus Killdarienſis? *De hoc egimus inter Prætermiſſos* III Maji.

S. Wiro Epiſcopus *colitur ſub ritu Officii duplicis in Eccleſia & diœceſi Ruremondenſi. Vitam illuſtravimus* VIII Maji.

S. Gregorii, Epiſcopi Oſtienſis, inventio corporis *refertur à Tamajo Salazar: quam, ejuſque Vitam dedimus* IX Maji.

B S. Tudinus Abbas *officio Eccleſiaſtico ſub ritu ſemiduplici colitur in Eccleſia Coriſopitenſi, feſto tranſlato ex præcedenti die ejus natali: quando Acta ejus dedimus* IX Maji.

Chriſti Domini Coronæ ſpineæ feſtum *celebratum fuiſſe hoc die, indicatur in Breviario Cæſarauguſtano, anni* 1570.

S. Raphaelis Archangeli feſtum hoc die Venetiis, ubi propriam eccleſiam habet, celebrari *indicat Ferrarius in Catalogo generali: quem etiam præcedentibus diebus coli indicavimus.*

Marina, uxor S. Gordiani Martyris, è ſententia Judicis addicta, ut ad Aquas-Salvias in ſervitio ruſticorum opprimeretur, *cum titulo* Sanctæ *refertur ab Arturo du Monſlier in Gynæceo ſacro. Necdum eam antiquis Faſtis reperimus adſcriptam, & omnia infra in Actis S Gordiani habentur.*

S. Cypriani Martyris feſtum celebrari in eccleſia S. Mariæ Majoris, & in capella Paulina exponi caput ejuſdem Sancti, *refert Piazza in Sanctuario Romano. At Paulus de Angelis lib. 6 Baſilicæ S Mariæ Majoris cap. 3, ubi Reliquias præcipuas recenſet, hujus non meminit.*

C S. Theognoſtus Martyr, & S. Clericus Martyr in Italia *adſcripti ſunt additionibus Greveni à Carthuſianis Bruxellenſibus, forſan ob horum corpora Roma accepta pro nonnullis eccleſiis.*

S. Januarius Romæ, qui pro Chriſto in exilium miſſus eſt, *memoratur in Martyrologio Coloniæ & Lubecæ anno* 1490 *excuſo, & in Auctario Greveni ad Vſuardum, & loco omiſſo in Ms. Florario. Miramur in Faſtis Romanis aut Italicis aliis antiquioribus nihil de eo referri. Fortaſſis eſt Presbyter Antiochenus: qui ſub Iuliano Apoſtata S. Gordianum ejuſque familiam convertiſſe dicitur in ejus Actis infra.*

Joannes Hieroſolymorum Epiſcopus *memoratur in Ms. Florario. Fuerunt plures hujus nominis ibidem Epiſcopi. De Ioanne ejus nominis primo agit Euſebius lib. 4 Hiſt. Eccleſ. cap. 5. De hoc forſan hic agitur, quem Theodoricus Pauli in Patriarchis Hieroſolymitanis, in Ms. Chronico univerſali deductis,* Sanctum *appellat, aſſeritque* divinum cultum per totam Judæam augmentaſſe, conſtantiſſime cunctis palam Euangelium prædicando, ac tandem plenum virtutibus & miraculorum gloria clarum quieviſſe in Chriſto.

S. Concessa Virgo, à Tarbienſi Eccleſia Cathedratica inter diœceſes tutelares adſcripta & honorata, *memoratur à Sauſſajo in Supplemento Martyrologii Gallicani & ex eo Arturus in Gynæceo Sacro, ſed* Conceſſa *dicitur: nec verbum ultro alibi legimus. Plures dedimus menſe Martio & Aprili Martyres* Conceſſos, *uti alium* Conceſſum Martyrem Romanum XXII *Maji. Sed ab his alia eſt* Conceſſa Virgo, *de quæ optaremus ab aliis antiquiora & certiora monumenta proferri.* D

Moſinocus de Cluain-Caichne } *memorantur in Ms.*
Mac-Leninn, ſive filius Lenini } *Tamlachtenſi, quod indicare ſolum poſſumus.*

Barbanus Sapiens, *memoratur in Hiſtoria tripartita S. Patricii parte 2, ubi num. 67 indicatur à Colgano eum ad hunc diem eſſe referendum.*

Hildebertus Abbas in Scotia, ſancti Sedulii præceptor, eximia ſanctitate & ſingulari doctrina præditus, floruit ſub annum CCCIX. *Ita Camerarius in Menologio Scotico,* Sancti *titulo eum honorans. In quodam recenti Catalogo Ms. Sanctorum Scotiæ hoc die, referuntur* S. Hildebertus Archiepiſcopus *&* B. Sedulius Presbyter. *Et ita apud Trithemium de ſcriptoribus Eccleſiaſticis legitur* Sedulius Presbyter, natione Scotus, Hildoberti Scotorum Archiepiſcopi diſcipulus, *ſed in utroque abſtinetur à titulis* Sancti *&* Beati. *Dempſterus in Menologio Scotico ad* 21 *Decembris iſta habet:* Cenomanis Hildeberti Epiſcopi, S. Sedulii Scoti Græcorum Epiſcopi præceptoris. *Idem Dempſterus lib.* 8 *Hiſt. Eccl. Scotorum pag.* 353 S. Hildebertum Sedulii præceptorem *aſſerit, poſtea factum in* Galliis Cenomanenſem Epiſcopum, ac mox Turonenſem Archiepiſcopum, *& ab utroque citatur Malmesburienſis, qui de hoc agit. Mortuus hic eſt anno* MCXXXVI *die* XVIII *Decembris. Quam procul hæc ſunt ab anno ſupra citato* CCCIX! *Quis adhibebit fidē ita hallucinantibus in rebus proprii regni?* E

Aedus, & Cormacus *referuntur in Ms. Tamlachtenſi. Sanctos nomine* Aedi *ſive* Aidi *&* Aidani *numerat Colganus* XXV, *in Appendice ad Vitam S. Maidoci cap.* 1 *die* XXXI *Ianuarii: & varios Cormacos indicat* XVII *Febr. ad Vitam S. Cormaci Epiſcopi Athtrumenſis, duoſque recenſet ad diem ſequentem, quorum alter* Abbas cognomento Cruimther, id eſt, Presbyter, *forte huc ſpectat.*

Fintanus *indicatur in Ms. Tamlachtenſi. Sunt plures hujus nominis, quorum aliqui hoc menſe referuntur* XI, XV *&* XX *Maji.*

Cataldus Patriarcha Alexandrinus, *occaſione alterius Cataldi Epiſcopi Tarentini, inſcriptus eſt Natalibus Sanctorum Canonicorum Ghinii, qui fatetur* ſe in tabulis hunc invenire non valuiſſe. *Quærendus ante fuerat, deinde proponendus: aut ſaltem auctor indicandus, unde ſuit acceptus.* F

Suſanna venerabilis Virgo migraſſe ad Chriſtum *notatur in Ms. Kalendario Martyrologii Hieronymiani: quam arbitramur aliam eſſe à* S. Suſanna Virgine & Martyre, *ad diem* XI *Auguſti relata.*

Theodulphus, ex Abbate Floriacenſi Epiſcopus Aurelianenſis, *cum titulo* Beati *& aliquo elogio inſcriptus eſt Ms. Florario. De ejus ſacra veneratione nihil alibi legimus. Edidit opera illius Iacobus Sirmondus cum teſtimoniis virorum illuſtrium, at nihil de ejus cultu protulit.*

Frodoinus Abbas Novalicienſis, in valle Alpium Seguſiana, temporibus Caroli Magni floruit, cum opinione ſanctitatis mortuus, *ut legitur in Chronico Novalicienſi tomo 2 Scriptorum Hiſtoriæ Francorum apud Andream Cheſnæum pag.* 224 *& ſequentibus.*

Garinus, Epiſcopus Tullenſis in Lotharingia, *cum* Beati *titulo proponitur in Catalogo generali Ferrarii, idque* ex Catalogo Epiſcoporum Tullenſium & monu-

A monumentis cœnobii S. Apri, cui præfuit Abbas, vita functus anno MCCXXX. *Ediderant tum Catalogos Epiſcoporum Tullenſium Antonius Demochares, Ioannes Chenu, Claudius Robertus, ſed abſque mentione* Garini; *inſeruerunt illis cum poſtea Sammarthani cum hoc elogio:* Garinus ex Abbate S. Apri creatur Epiſcopus anno MCCXXVIII, abdicat MCCXXX. *Nulla ejus mentio eſt in monaſticis Martyrologiis, neque in Breviario Tullenſi. Interim Sauſſajus ei elogium formavit in Supplemento Martyrologii Gallicani, ac* Sancti *titulo honoravit.*

Albericus, monachus Caſinenſis, *ut* Beatus *refertur in Menologio Benedictino Bucelini, citato inter alios Menardo, qui in Appendice altera quod diem obitus ignorarit, ejus meminit cum titulo* Venerabilis.

Joannis, pii & Deo dilecti Patris, depoſitio, Villarii in Brabantia Ordinis Ciſtercienſis, *memoratur ab Henriquez, Bucelino & Sauſſajo, ſed abſtinent à titulo* Sancti *&* Beati.

Petrus, Converſus in Clara-Valle, *relatus ab aliis pridie, aſt hoc die ab Henriquez & Bucelino cum titulo* Beati, *ſed à Sauſſajo* Piis *annumeratur.*

Antonius, Nurſiæ in Umbria 14 ſeculo, } Ordinis
B Andreas de Colle, Mediolani 15 ſeculo, } Minorũ,
Joannes à Granata, Mexici anno 1540, } *relati cũ*
Petrus Joannes, Majoricæ anno 1572, } *titulo*
Antonia Pachieca, Scalonæ 16 ſeculo, } Beati, *ab Arturo in Martyrol. Franciſ. abſque illo titulo priores ab Haroldo & Waddingo à pietate laudantur.* Antoniæ *iterum meminit Arturus in Gynæceo ſacro, & Labierius qui* venerabilem *appellat.*

Robertus de Belloviſo, illuſtris concionator Ordinis S. Dominici, in Gallia ab hæreticis in odium fidei articulatim per membra interciſus, reliquo trunco pelle crudeliter detracta, ſæva morte vitam mercatus ſempiternam, *laudaturque in Catalogo Martyrum poſt Martyrologium Dominicanum, & in Anno ſancto ejuſdem Ordinis.*

Dodo Friſo, Ordinis S. Dominici, ut vir beatus & illuſtris Concionator, *laudatur à Thoma Cantipratano lib. 2 de Apibus cap. 1 §. 15 & in Anno ſancto dicti Ordinis ad hunc diem.*

Theodora Pigneria, Tertiaria Carmelitana, Valentiæ in Hiſpania anno 1568 pie defuncta, *cum titulo* Beatæ *memoratur in Gynæceo ſacro Arturi du Monſtier: Labierius dat ei titulum* Venerabilis. *Philippus à Viſitatione in Acie bene ordinata Ordinis Carmelitici eam nec nominat quidem.*

C Tereſa Virgo, Abbatiſſa cœnobii B. Mariæ de Gradefes ordinis Ciſtercienſis, *cum titulo* Beatæ *refertur ab Henriques, eum ſecutus Chalemoto, Bucelino, Laherio & Arturo de Monſtier, in ſacro Gynæceo.*

S. Abdas Martyr *inſcriptus eſt Menæis Mss. Pariſiis apud Patres Prædicatores ſervatis, de eo agemus* XI Maji.

Dioſcorides Martyr Smyrnæ *eſt inſcriptus Martyrologio Romano, citato* Menologio Græco, *ſcilicet Sirleti: in quo per erroreem dies* X *&* XI *in unum conflati ſunt, & ultimus eſt* Dioſcorides, *qui in aliis Græcorum Menæis editis & manuſcriptis refertur ad diem* XI Maji.

Julius *adjungitur S. Gordiano in Apographo Corbejenſi Martyrologii Hieronymiani, deeſt in aliis, quare omiſimus; forte ex ſequenti die huc tranſlatum, & ſic idem coleretur* XI Maji.

SS. Faltonus Pinianus, & Anicia Lucina conjuges, *feruntur à Notkero, & primus à Rabano. Eorum Acta dantur cum Actis S. Anthimi & aliorum* XI Maji.

S. Euphroſynæ feſtivitas *indicatur in primo Kalendario Capuano apud Michaëlem Monachum. Videtur eſſe ex familitio S. Flaviæ Domitillæ, & cum ea martyrium paſſa, ac relata* XII Maji.

S. Glyceria Martyr Romana *inſcripta eſt Kalendario Felicii & Martyrologio Baſileenſi anni* 1584. *De ea cum Martyrologio Romano agemus* XIII Maji.

D S. Mochius Martyr *refertur à Græcis & in Martyrologio Baſileenſi: eſt is* Mucius *in Martyrologio Romano die* XIII Maji.

S. Iſidorus Agricola *inſcriptus eſt Martyrol. Rom. At colitur in Hiſpania* XV Maji.

S. Gennadius, Epiſcopus Aſturicenſis, *ut primæ claſſis eſt inſcriptus Directorio Hiſpanico: ab aliis refertur* XXV Maji.

S. Bedæ Tranſlatio corporis *indicatur in Mss. Lobienſi, Leodienſi S. Lamberti & S. Laurentii, item apud Molanum atque Caniſium, & in Martyrologio Romano. De eo agemus die natali, quo mortuus eſt,* XXVI Maji.

Saranus *inſcriptus eſt Catalogo Sanctorum Hiberniæ ab Henrico Fitzſimone, & iterum quando à pluribus refertur* XVIII Maji.

SS. Secundus, Secundinus & Agapius Martyres *coluntur ſub ritu ſemiduplici in Ordine Canonicorum Regularium S. Salvatoris, quod corpora eorum aſſerventur Eugubii in Eccleſia Ordinis. Ex his* SS. Secundinus & Agapius Martyres in Numidia, *de quibus egimus* XXIX Aprilis.

E *Verum ad Acta* S. Secundi Martyris in Umbria, *de hoc patrocinio acturi ſumus* I Junii.

Euſtadiola, *ſive* Stadiola *vel* Euſtodia, fundatrix & prima Abbatiſſa Medii-monaſterii Bituricenſis, *inſcripta eſt Martyrologio Gallicano Sauſſaji, Benedictino Menardi, & Gynæceo ſacro Arturi du Monſtier. Extat Vita ejus, apud Labbæum tomo 2 Bibliothecæ novæ, ejuſque in Patriarchio Bituricenſi compendium, in quo dicitur pag. 55 mortua* ſexto Idus Junii, *quæ die etiam refertur in antiquo Martyrologio Abbatiæ S. Laurentii Bituricenſis, pro quo perperam videtur ſuppoſitus* ſextus Idus Maji. *Proinde differemus ad diẽ* VIII Junii.

Hamularius, *aliis* Amelerius, cognomento Fortunatus, Archiepiſcopus Trevirenſis, *ut* Beatus *inſcriptus eſt Menologio Benedictino Bucelini cum longo elogio: eum* inter Sanctos & Metis ſepultum putari ab aliquibus *ſcribit Browerus, quod poterit examinari die quo mortuus eſt* X Junii.

Iſaias Propheta *proponitur à Galeſinio, additurque referendus ad* VI Julii.

Joël Propheta *memoratur in Martyrologio ſub nomine Bedæ edito, ab aliis refertur* XIII Julii.

S. Chriſtina Virgo & Martyr, ob ſacras ejus Reliquias Panormum delatas, *celebratur à Bellino, Molano & aliis. Partem coſtæ ejus & alterius oſſis eſſe Pragæ Indicat Peßina hoc die. Hiſtoriam tranſlationis edidit Octavius Cajetanus tomo 2 de Vitis Sanctorum Siculorum: & in notis obſervat hanc eamdem eſſe, quæ colitur* XXIV Julii.

F S. Chriſtophorus Martyr *indicatur à Galeſinio, & remittitur ad* XXV Julii.

SS. Nazarii & Celſi Martyrum inventio corporum per S. Ambroſium *inſcripta eſt Martyrologio Romano & aliis, ſolennique officio celebratur apud Mediolanenſes. Feſtivitas martyrii incidit in* XXVIII Julii.

S. Lupi Epiſcopi Trecenſis Tranſlatio *indicatur in Ms. Carmeli Colonienſis & Catalogo Ferrarii. Dies natalis eſt* XXIX Julii.

SS. Joannis Presbyteri & Benigni Diaconi, Confeſſorum & diſcipulorum S. Hidulfi Archiepiſcopi, Tranſlatio in Medio-monaſterio, *inſcripta eſt Ms. Martyrologio monaſterii Luxovienſis, & indicatur in Vita S. Hidulphi. Dies natalis celebratur* XXXI Julii.

Albertus Abbas Vallis-Umbroſæ *inter* Beatos *ejuſdem Ordinis cenſetur quorum Reliquias nos ibidem anno* MDCLXII *venerati fuimus, apte in altari reconditas, die quo de iis commodius acturi ſumus* I Auguſti.

S. Cyriaci Martyris feſtivitas *notatur in Ms. Spirenſi*, ob illuſtre miraculum, *dandũ cum ejus Actis* VIII Aug.

A Marcellus, Apamienſis Epiſcopus & Martyr, anno ſalutis 400 *indicatur in Ms. Florario, ſcilicet* in Syria, *qui à Græcis & in Martyrologio Romano refertur* XIV Auguſti.

Meinradus, Epiſcopus Livoniæ, *ponitur à Martino Baronio hoc die, ab aliis* XIV Auguſti.

S. Arſacius miles, qui ſub Licinio Imperatore relicta militia ſolitariam vitam in quadam urbis Nicænæ turri exegit, *memoratur in Ms. Florario: ab aliis cum Martyrologio Romano* XVI Auguſti.

SS. Coſmæ & Damiani Martyrum Tranſlatio Corporum ad civitatem Venetiarum, atque in monaſterio S. Georgii Majoris anno Domini 1154 Indictione 2 collocatorum, *refertur in Ms. Vſuardo Florentino Caroli Strozzi Senatoris, item apud Bellinum, Maurolycum, Molanum, Caniſium, Ferrarium, Sauſſajum. Item* Eſſendiæ coli eoſdem Martyres, *quod* Caput *aliquod iſtic aſſervetur, aſſerit Theodorus Rhay in Animadvs illuſtribus Clivia & Marchia. Cenſentur tria paria Sanctorum, ſub dictis nominibus, de quibus ſuis locis erit agendum; & potiſſimum cum Breviario Romano* XXVII Septembris.

S. Sophiæ depoſitio *inſcripta eſt Violæ Sanctorum Hagenoæ anno* 1508 *excuſæ. Si* Virgo, *referenda ad* XV
B Maji. *In Ms. Vſuardo in Alſatia auctо dicitur* Vidua *Si mater SS. Fidei, Spes, & Caritatis, referenda eſt ad* XXX Septembris.

S. Bavo Confeſſor in Gandavo *refertur in Ms. Bruxellenſi S. Gudulæ, & appellatur ejus* Tranſlatio *in Auctario Greveni ad Vſuardum. Dies ejus natalis eſt* I Octobris.

Angeli Cuſtodis feſtum in Styria ſolitum obſervari *traditur in litteris annuis Societatis noſtræ ad annum* 1606 *pag.* 484. *Id nunc celebratur in Eccleſia* II Octobris.

S. Opilii Diaconi Tranſlatio *celebratur Placentiæ, uti ad ejus elogium teſtatur Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ,* XII Octobris.

S. Decentius, Epiſcopus & Martyr, *colitur hoc die* Eyſtadii in eccleſia Societatis Jeſu, *ubi habentur* D *ejus* duæ tibiæ ſuperiores pedum firmiſſimæ, & quaſi recens à carne ſolutæ; pars humerorum, duæ manus, & multa fragmenta *Vti docent inde ad nos tranſmiſſa inſtrumenta, danda ad Acta S. Lulli* XVI Octobris.

S. Vincentii, Martyris Abulenſis, tranſlatio corporis ad cœnobium Canonicorum S. Iſidori apud Legionenſes, *inſcripta eſt Hagiologio Luſitano Cardoſi: at ſequenti die in Hiſpanico Tamaji Salazar, ubi controverſiam proponit de hac aliiſque tranſlationibus, diſcutiendam ad diem ejus natalem* XXVII Octobris.

S. Simon Zelotes Apoſtolus *colitur hoc die à Græcis: à Latinis die* XXVIII Octobris.

S. Mathurini Presbyteri tranſlatio *celebratur officio Eccleſiaſtico ſub ritu duplici in Eccleſia Namnetenſi, & memoratur in variis Martyrologiis olim excuſis: ejus dies natalis, licet transferatur ad proximos dies, contigit & recolitur in Martyrologio Romano* I Novembris.

S. Florentius Epiſcopus Argentinæ *indicatur in Menologio Scotico Demſteri; & à Fitzſimone in Catalogo Sanctorum Hiberniæ, & iterum ab utroque cum Martyrologio Romano* VII Novembris.

S. Laurentii Epiſcopi Dublinenſis Tranſlatio *celebratur Augii in Normannia, ubi ejus corpus venerati* E *ſumus ipſi apud Canonicos Regulares, & hanc memoriam ex eorum Ms. Martyrologio deſcripſimus cũ Actis, dandis* XIV Novembris.

S. Helychius Martyr, juſſu Maximiani in fluvium præcipitatus, *colitur à Græcis. Verum à Latinis die* XVIII Novembris.

Noë Patriarcha *refertur in Ms Florario, & à Grevenо & Caniſio: à Græcis cũ aliis Patriarchis* XIX Decemb.

S. Stephani Protomartyris memoria, ob corpus Conſtantinopoli Romam tranſlatum ad eccleſiam S. Laurentii extra muros, *agitur in Sanctuario ſeu Menologio Romano, per Carolum Bartholomæum Piazza. De ea tranſlatione agendum erit die ejus natali* XXVI Decembris.

DE SANCTO IOBO

PROPHETA IN TERRA HVS.

G.H.

X MAII.

C *Laus S. Iobi in propria hiſtoria.*

& apud Ezechielẽ,

Tobiam,

& Iacobum Apoſtolum.

NOn *eſt noſtrum conſilium aut inſtitutum, dum de ſanctiſſimo viro* Jobo *hoc loco agere ſtatuimus, omnia perſcrutari & illuſtrare, quæ de eo paſſim diſputantur: quia ea apud quamplurimos antiquos & hodiernos Interpretes exactiſſimè deducta legi poſſunt. Quanti eum Deus fecerit, non ſolum ex ipſa Iobi hiſtoria & libro Canonicæ auctoritatis intelligimus, ſed & ex aliis ſacræ Scripturæ libris ſcimus. Nam apud Ezechielem cap.* 14 *iſta ait Dominus Deus.* Terra cum peccaverit mihi, ut prævaricetur prævaricans, extendam manum meam ſuper eam, & conteram virgam panis ejus, & immittam in eam famem, & interficiam de ea hominem & jumentum. Et ſi fuerint tres viri in medio ejus, Noë, Daniel & Job; ipſi juſtitia ſua liberabunt animas ſuas, ait Dominus exercituum. *Ecce ut cum Noë & Daniele componatur* Jobus, *proponaturque ut propter ſuam juſtitiam cum juſtis ſelectus, & Dei ſumma amicitia dignus. Verum etiam in exemplum tolerantiæ præponitur in libro Tobiæ cap.* 2 *his verbis:* Hanc autem tentationem, ideo permiſit Dominus evenire illi, ut poſteris daretur exemplum patientiæ ejus, ſicut & Sancti Job. *Præterea Apoſtolus Iacobus, cum cap.* 5 *divitibus pauperum oppreſſoribus comminatus fuiſſet gravem ultionem, ut pauperes ad patientiam & longanimitatem adduceret, ita loquitur:* Patientes eſtote & confirmate corda veſtra..... Exemplum accipite exitus mali, laboris & patientiæ Prophetas, qui locuti ſunt in nomine Domini. Ecce beatificamus eos qui ſuſtinuerunt. Sufferentiam Job audiſtis, & finem Domini vidiſtis, quoniam miſericors Dominus eſt & F miſerator. *Scilicet ut ſub finem librorum ibi dicitur:* Dominus converſus eſt ad pœnitentiam Iob, cum oraret ille pro amicis ſuis, & addidit Dominus omnia quæcumque fuerant Iob duplicia. *Ac deinde:* Vixit autem Iob poſt hæc centum & quadraginta annis, & vidit filios ſuos & filios filiorum ſuorum uſque ad quartam generationem, & mortuus eſt ſenex & plenus dierum.

memoria in Faſtis Latinis:

2 *Quo anno aut die obierit non ſatis conſtat. Græci, cum reliquis Orientalibus, celebrant ejus feſtum die* VI *Maji; at Latini, quos ſequimur, hoc* X *ejuſdem menſis Maji: quo die in antiquiſſimo Martyrologii Hieronymiani apographo Epternacenſi ſub finem iſta leguntur:* Alibi depoſitio Iob Prophetæ. *In exemplo Lucenſi ejuſdem Martyrologii ita habetur:* Et alibi depoſitio ſive natalis Iob Prophetæ. *At* Natalis Iob Prophetæ *exprimitur in Ms. Reginæ Sueciæ, ab Holſtenio laudato.* Depoſitio *apud Notkerum & in Ms. Vaticano Auctario Bedæ. Utroque epitheto omiſſo, nudum nomen* Iob Prophetæ *refertur prime loco apud Vſuardum & Adonem. In hodierno Martyrologio Romano plura adduntur his verbis:* In terra Hus Sancti Iob Prophetæ, admirandæ patientiæ viri. *Wandelbertus etiam olim hoc verſu eum celebravit:*

Has

A Has quoque Job patiendi exemplo Sanctus honorat.

Ejuſdem meminerunt paſſim omnia Martyrologia MSS. & cum his Bellinus, Grevenus, Maurolycus, Molanus, Galeſinius, Caniſius, aliique: quos non lubet ulterius nominare. Variæ eidem erectæ ſunt eccleſiæ & altaria, in quibus, hoc X *Maji, ejus feſtum Officio Eccleſiaſtico celebratur. In urbe Veneta ejuſque diœceſi univerſa, ſub ritu ſemiduplici colitur: & omnia recitantur de Communi Confeſſoris non Pontificis. Miſſa,* Juſtus ut palma, *& habet ibidem eccleſiam Regularium. In urbe Bononienſi viſitur hoſpitale Confraternitatis S. Iobi in via Purgatorii: & in eccleſia illi ſacra ſunt Indulgentiæ plenariæ à Gregorio XIII conceſſæ. Præterea in eccleſia S. Mariæ Mendicantium, prope portam S. Vitalis, eſt* S. Jobo *dicatum altare, & ejus ibidem feſtum celebratur. Eſt in diœceſi Antverpienſi parochia* S. Jobi, *ad quam magnus hoc die fit peregrinantium concurſus. Vti & Weſtmaliæ, illuſtri territorii Lovanienſis Baronatu, quo magna pars urbis Lovanienſis & vicinorum locorum, ut ſua erga* S. Jobum *devotioni ſatisfaciat, ſolet peregrinari. Habetur etiam Patronus noſocomiorum, maxime ubi lepra, elephantiaſi & ſimilibus morbis infecti ſolent curari, vel ali: quo fit ut pene extra omnes urbium Belgicarum portas, & plerumque etiam intra muros aliquod ſit ſacellum vel altare ejus honori conſecratum; idemque patrocinium paſſim etiam in aliis regionibus frequentari ſimili modo ſoleat.*

ecclesiæ & altaria erecta,

peregrinationes,

nosocomia.

B

Elogium ex Menologio Basilii Imperat.

3 *In Menologio Baſilii Porphyrogeniti Imperatoris, ad diem* VI *Maji, de eo hoc legitur elogium:* Memoria Jobi, viri juſti & multorum certaminum victoris. Beatus Job erat ex regione Æſitidis, quæ ſita eſt ad fines Judææ & Arabiæ, filius prognatus ex filiis Elau, ita ut ſit quintus ab Abrahamo. Impoſitum autem eſt ei nomen Joam. Prophetavit autem annos quinque & triginta, ac Chriſti Incarnationem præceſſit annis mille nongentis viginti & quinque. Hunc coram Deo juſtum ac diu multumque probatum expetivit à Deo diabolus, ut quamdiverſimode affligeret. Cum autem Deus vellet eum magis illuſtrem ac glorioſum reddere, tradidit eum diabolo: qui non modo eum fortunę bonis ac liberis ſpoliavit; ſed & ipſum morbis aggrediens, vulneribus ac plagis undique circumſeptum, in ſterquilinium dejecit. Verum ſanctus vir, cum omnes has ærumnas conſtanter pertuliſſet, & in omnibus Deo gratias egiſſet, diabolum ſummo affecit dedecore. Denuo etiam duplo majores divitias ſuper terram aſſecutus, & uxorem reſumens, ac liberos ſuſcipiens, cum Deo de more ſeſe ſumme gratum exhibuiſſet, in pace deceſſit. *Hæc in dicto Menologio.*

C

& Synaxario ac Menæis,

At quæ in MS. Synaxario Conſtantinopolitano & in Menæis manu exaratis præloque excuſis, & in Novo Antologio reperiuntur, licet in variis conveniant, libet adjungere. Erat Jobus ex Auſitide regione, inter Idumæam & Arabiam ſita, filius filiorum Eſau, ita ut ipſe ab Abrahamo eſſet quintus. Pater vero ejus erat Zareth & mater Boſora, ipſe autem ab initio appellatus Jobab: prophetavit annos quinque & quadraginta, præceſſit adventum Chriſti annis mille nongentis viginti quinque. Quia juſtus erat & inculpatus, & omnes qui tum vivebant mortales ſanctitate vitæ ſuperabat, expetivit eum à Domino diabolus, & primo omnibus ſuis bonis denudavit, deinde plagis graviſſimis & ærumnis inexplicabilibus afflixit. Sed Jobo in omnibus tentationum & malorum inſultibus invicto & immoto perſiſtente, diabolus victus & pudefactus receſſit. Jobum autem in fine certaminum ipſe Deus victorem pronuntiavit & laudavit, omniaque ablata duplo compenſavit: quemadmodum hiſtoria ſacrarum litterarum omnia ſingillatim enumerat. Vixit autem poſt plagas annos centum ſeptuaginta; univerſim ducentos quadraginta octo. *Hæc ibi. In Menæis,* VI *Maji, ut dixi, totum Officium Eccleſiaſticum eſt de S. Iobo, & ejus virtutes, potiſſimum patientia, mire extolluntur in Canone, cujus Acroſtichis eſt.*

AUCTORE G. H.

Τὸν μυριάθλον ἄξιον μέλπειν Ἰώβ.

Job canere dignum eſt, mille pugnarum virum.

Eodem VI *Maji, celebratur memoria Iobi Iuſti apud Syros in Typico S. Sabæ, & apud Arabes & Ægyptios in Martyrologio, quod ex Arabico Gratia Simonius tranſtulit.*

4 *De tempore quo vixit, à Græcis paſſim diſcrepant Latini, nec ſatis inter ſe conveniunt. Philippus Labbe, in Epitome Chronologica ſacra & profana hiſtoriæ, arbitratur eum natum circiter annum mundi bis milleſimum trecenteſimum trigeſimum; & ante Æram Chriſti vulgarem, milleſimum ſeptingenteſimum viceſimum quartum; natum autem* patre Zara, qui erat filius Rahuel, filii Eſau, *uti colligitur ex capite* XXXVI *Geneſeos, ubi generationes Eſau numerantur, ac num.* 10 *dicitur ejus* filius Rahuel ex Baſemath uxore, *dein num.* 13 *hujus* Rahuel *referuntur* filii, Nuhat & Zara, *dein num.* 33 *iſta leguntur:* Mortuus autem Bela, & regnavit pro eo Jobab, filius Zaræ de Boſra. *Iſtis conſentiunt ſeptuaginta Interpretes, in iis quæ ſub finem libri Iob ab ipſis ſunt adjuncta, hoc modo.* In terra quidem Auſitide habitans, in finibus Idumeæ & Arabiæ, & erat nomen ei Jobab. Cum autem accepiſſet uxorem Arabiſſam, generat filium cui nomen Emmon. Erat autem ipſe ex patre quidem Zare de filiis Eſau filius, ita ut ipſe ſit quintus ab Abraham. Et hi ſunt Reges qui regnaverunt in Edom, cujus regionis etiam ipſe dominatus eſt: primus Balac filius Beor, & nomen civitatis ejus Dennaba: poſt Balac autem Jobab, qui vocatur Iob: poſt hunc autem Aſom. *&c. En conſenſus Græcorum cum hac genealogia, quam plures ſancti Patres approbarunt. Idem Labbe, ad annum mundi bis milleſimum trecenteſimum nonageſimum nonum, & ante Æram Chriſti vulgarem ad annum milleſimum ſexcenteſimum quinquageſimum quintum, refert obitum Patriarchæ Ioſephi; & addit, videri tunc S. Iobum fuiſſe à diabolo tentatum, annos natum ſeptuaginta: quibus ſi addantur anni centum quadraginta, conficiuntur anni ducenti decem, & ſic fuerunt ei in annis vitæ etiam data duplicia, ut ſupra ex capite ultimo Iobi deduximus: proinde obitus ejus refertur à dicto Labbe ad annum mundi bis milleſimum quingenteſimum trigeſimum nonum, & ante Æram Chriſti vulgarem milleſimum quingenteſimum decimum quintum. Quia autem Græci ſupra allegati cum ſeptuaginta Interpretibus aſſerunt,* univerſim vixiſſe annos ducentos quadraginta octo, *ſecundum hunc calculum eſſet obitus ejus differendus ad annum mundi bis milleſimum quingenteſimum ſeptuageſimum ſeptimum, & ante Æram Chriſti vulgarem milleſimum quadringenteſimum ſeptuageſimum ſeptimum. Aliter ſentit de hiſce annis Salianus, ut infra ex Epitaphio Iobi conſtabit.*

creditur natus ex Abrahamo & Esau,

mortuus ante Æram Chriſti annis 1515.

aut annis 1477.

F

5 *Chriſtianus Adrichomius in Theatro Terræ-ſanctæ in Dimidia tribu Manaſſe, ultra Iordanem habitationem Iobi ita deſcribit cap.* 95. Terra Hus regio, quæ Hæbraica voce Hus, ſive Huz, Us & Uz dicitur à ſeptuaginta Interpretibus, Græce Αὐσίτις, quaſi Οὐσίτις, Huſitis nominatur. Sita eſt autem ultra Iordanem in Trachonitide regione, inter Palæſtinam & Cœleſyriam media. Iuxta Ioſephum & Hieronymum condita eſt ac nomen accepit ab Hus filio Aram, filii Sem, filii Noe, qui & Trachonitidis & Damaſci conditor fuit: & in hac regione primus habitationem & principatum tenuit. Ibidem poſtea, uti ſacra narrat hiſtoria, etiam beatus Propheta Iob habitavit, & Principatum habuit..... Hujus autem ſepulcralem pyramidem apud Suëtam etiamnum oſtendi *addit, & ut cap.* 92 *ait:* Suëta quæ & Suïta, Suïtes, Suhi & Suchi vocatur, inclita in terra Hus urbs eſt..... Ex hac originem ſimul & cognomen traxit Baldad Suïtes ſeu Suhites, unus ex tribus præcipuis amicis, qui ſanctum Iob in tribulatione ejus inviſerunt. *Dein cap.* 78 Pyramis, *ait, pyramis ſepulcri* B. Iob quæ etiam in planioribus locis terræ *ſepulcra ut*

Terra Hus ſive Auſitis.

habitatio S. Iobi.

pyramis

Hus

AUCTORE G.H.

Hus ad Orientem Suëtæ civitatis monſtratur, à Græcis aliiſque gentibus, quod Propheta ibi ſepultus ſit, in honore habetur. *Eſt ibidem propre montem Hermon* Boſra *ſeu* Boſtra, *poſtea Buſereth dicta, metropolis Arabiæ deſertæ, unde* Iob filius Zaræ de Boſra *ſupra appellatur, & Æſitis ſive* Hus *dicitur, in Menologio Baſilii Imperatoris*, regio ſita ad fines Iudææ & Arabiæ: *ubi Iudæa latius ſumitur pro reliquis Iſraelitarum ditionibus. Alia eſt* Boſra, *urbs Idumeæ Auſtralis, quam patriam Iobi aſſignat Adrichomius in deſcriptione deſerti Pharan, in quo prope montem Pharan eſt Dennaba, ubi ante Iobum regnavit Balac filius Beor, & ſic in Synaxario & aliis Menais* Auſitis regio inter Idumæam & Arabiam ſita *dicitur. Hanc autem regionem poſteri Eſau creduntur occupaſſe, cum Iſraelitæ degerent in Ægypto: quia Eſau (qui & Edom appellatus eſt, atque ab eo Idumæa) in Orientali Idumæa habitavit, ibique excepit fratrem ſuum Patriarcham Iacob, ex Meſopotamia redeuntem.*

Boſra alia ad montem Hermon.

alia in Idumæa.

Rex habitus,

6 *Atque hæc ſatis multa de regione in qua regnavit Propheta Iobus, propterea cap.* 1 *appellatus* vir magnus inter omnes Orientales, *qui & de ſe ipſo cap.* 29 *teſtatur*: Quando procedebam ad portam civitatis, & in platea parabant cathedram mihi; videbant me juvenes & abſcondebantur, & ſenes aſſurgentes ſtabant; Principes ceſſabant loqui, & digitum ſuperponebant ori ſuo. *Tum aliquibus interpoſitis ſubdit:* Si voluiſſem ire ad eos, ſedebam primus; cumque ſederem quaſi Rex circumſtante exercitu, eram tamen mœrentium conſolator. *Vbi abſque exercitu erat Iobus in tali auctoritate, atque alius Rex cum ſuo exercitu. Et ſicut* Melchiſedech *Geneſeos cap.* 14 *fuit* Rex Salem & Sacerdos Dei altiſſimi, *ducentis circiter annis ante nativitatem Iobi; ita etiam hic Sacerdotalem dignitatem cum Regia conjunxiſſe probatur, ex ipſo ſacrificandi munere, quo capite primo functus ſcribitur. Nam* cum in orbem tranſiſſent dies convivii filiorum, mittebat ad illos Iob, & ſanctificabat illos, conſurgenſque diluculo offerebat holocauſta pro ſingulis. *Poſt plagam vero etiam juſſu Dei pro amicis oravit & ſacrificia obtulit, ut in fine libri cap.* 42 *narratur. Habitus etiam quaſi* Patriarcha *populi, Deum extra Iſraëlitas colentis, & ipſe ex ſtirpe Abrahæ, ſicuti cæteri Patriarchæ poſteriores, originem traxit.* Prophetam *agnoſcit Eccleſia Orientalis & Occidentalis; & cum illa paſſim antiqui Patres*, Prophetam & eximium Prophetarum *cum S. Auguſtino ſermone* 2 *de Nativitate prædicant. Præterea S. Ioannes Chryſoſtomus, homilia* 5 *ad populum Antiochenum, inter Martyres eum cenſet.* Nam etſi, *inquit*, ante tribunal non fuit conſtitutus, nec judicis vocem audivit, neque vidit carnificem, attamen multis Martyribus graviora paſſus eſt. *Præterea inter Hagiographos cenſetur, tamquam auctor libri ſui, quo ejus lucta cum dæmone & varii cum amicis ſermones exponuntur: quem librum ab ipſo lingua Syriaca ſive Arabica vel Idumæa conſcriptum in Hebraicam tranſtuliſſe Moyſem, adjecto etiam libri principio & fine, paſſim cum Bellarmino alii aſſerunt. Antonius Poſſevinus in Apparatu ſacro, de Catenis & Interpretibus ejuſdem libri Græcis Latiniſque diſſerit, poſt quem plurimi ejus librum elucidarunt. Finio, quia præſtat ſilere, quam plura delibare. Solum ſubjicio* Magni Iobi epitaphium, cœnotaphio appenſum *à Saliano.*

Sacerdos,

Patriarcha,

Propheta,

Martyr,

Hagiographus.

Epitaphium ex Saliano.

7 Clauſit, Viator, hoc marmor aliquando mortuum, emiſitque glorioſum cum gloriæ Principe Meſſia reſurgentem Jobum, virum toto Oriente longe maximum: imo non virum, ſed Heroëm, in toto Patriarcharum ac Prophetarum choro ſummis animi, corporis, fortunæ, ornamentis clariſſimum; imo non Heroëm, ſed Heroum Antiſtitem: miraculum mundi rectius dixerim atque prodigium. Quippe non cum hominibus, ut ceteri athletæ, ſed cum ipſo Satana immaniſſima bellua, eum ad certamen atrociſſimum depoſcente, ſemel iterumque ita congreſſus eſt, ut nudatus fortunis, ſemper veriſſima ſummæ fortitudinis gloria veſtiretur; & horribili ut putabatur caſu proſtratus, vel ipſo Agonotheta teſte ac Præcone, ſemper ſteterit, victricique palma coronatus triumpharit. Hunc ſi Regem dixeris Huſitarum, Regum antiquorum decus, Regiis virtutibus illuſtrem, parum eſt; ſi Patriarcham ac Prophetam, non ſatis eſt; ſi magnum Sacerdotem, Doctorem gentium, Martyrem, Apoſtolum, pœne nondum ſatis. Tantus enim fuit, ut ejus viventis, patientis, reſurgentis umbra, arcem ipſam majeſtatis humanati Verbi ferme contingat. LXX annos natus, in medium rerum omnium certamen deſcendit: in quo totum ipſum ſeptennium inaudita fortitudine cum hoſte teterrimo noctes dieſque colluctatus, deinceps ſicut palma multiplicavit dies, & ad decimum ſeptimum ſupra ducenteſimum annum propagavit; & eo demique tempore vinculis corporis ſolutus eſt, quo Iſraëlitæ, Ægyptia ſervitute liberati, deſerta Arabiæ loca peragrare cœperunt, anno Mundi MMDXLIV, Diluvii DCCCLXXXVIII, Ante Chriſti Domini ortum MDIX.

8 *Iacobus Gualla, Sanctuarii Papienſis anno* MDLXXXVII *editi lib.* 4 *cap.* 2, *agens de Rotharii Longobardorum Rege, conditore ædis S. Ioannis Baptiſtæ in Burgo, in qua & ſucceſſores deinde tumulati fuere; ejuſdem Regis præcipuæ diligentiæ tribuit, quod idem templum præ cunctis urbis Ticinenſis eccleſiis ditetur Sanctorum venerandis Reliquiis*; ejus *enim inquit* ſtrenua manu Roma à barbaris liberata fuit, & pro eo urbi reique publicæ Chriſtianæ tam ingenti ſalutis præſtito dono, grata conceſſione Sedis Apoſtolicæ, veneranda corpora Sanctorum Felicitatis ac filiorum, Job quoque patientiſſimi, item Tobiæ Patriarchæ Tobinique filii atque Sarræ, Rex ipſe cum magna veneratione Ticinum deferri fecit, ad idem templum: ibidemque ſervantur. *Deinde enarrata breviter illius vita caput* 6 *ſic concludit*, Cujus quidem venerandæ Reliquiæ in capella Divi Archangeli Raphaelis coluntur. *Nec ita pridem id adhuc fuiſſe indicat nobis Ioannes Antonius Caſtillionæus, in ſuo de Antiquitatibus Mediolanenſibus opere pag.* 113, *memoriam inducens ejuſdem templi & Rotharii Regis, qui illud* tot opibus ac tantis Divorum illuſtriũ oſſibus cumulavit, ut merito, *inquit*, olim per ſe inclitum, nunc demum univerſo orbi notiſſimum factum ſit, ob furtivam & clandeſtinam Sanctorum corporum Jobi, Tobiæ, & Tobioli ſubreptionem, quæ univerſum Ticinenſem populum maximopere commovit, & ingenti dolore perculit. *Hæc Caſtellionæus, anno* MDCXXV *librum illum evulgans. Neque jam vacat indagare numquid deinde reparatum ſit damnum: aut quo ablata ſint ſacra illa corpora, quibus quin hoc die, quo Sanctus* Job *colitur, ſpecialis acta celebritas fuerit apud Ticinenſes, dubitari non debet. An vero* Tobias, *cum filio & nuru, Sanctorum faſtis nullis adſcriptus, proprium ſuæ venerationis diem habuerit, libenter ex rerum Ticinenſium peritis diſcam: poſſent enim eo caſu, ad ejuſmodi diem, diligentius explicari prædicta, & quidquid hic deeſt ſuppleri. Hactenus porro opis, urbi Romanæ à Rothario contra barbaros latæ, veſtigium non invenio: nec alios ſcio, qui ætate illa fuerint Romanæ civitati graviores quam Longobardi, etſi eam non occuparint. Seculo autem ſequenti & anno* DCCLV Ayſtulphus, *eorumdem Rex*, Romam per tres menſes obſedit; & multa corpora Sanctorum effodiens, eorum ſacra cœmeteria abſtulit, *teſte Anaſtaſio in Vita Stephani III. Idque non extra urbem tantum fecit, ſed etiam in ea quæ trans Tiberim eſt urbis regione. Nam ut idem Anaſtaſius ait in Vita S. Paſchalis Papæ, illuſtranda* XIV *Maji, ejus tempore* fama erat, quod Ayſtulpho Romam obſidente, venerabilis Chriſti Martyris Cæciliæ corpus furtim ab illius hominibus fuiſſet ablatum, *utique cujus templum erat in dicta Regione.*

Corpus dicitur Roma allatum Ticinum.

& nuper furto ſublatum.

Tranſlationis auctor Rotarid Rex,

an Ayſtulphus?

A *Regione. Quamvis autem id verum non fuiſſet, verum tamen fuiſſe quoad corpora SS. Valeriani ſponſi ac Tiburtii Martyrum, ibidem olim tumulatorum, ſuſtinent Ticinenſes, dum ea adhuc à ſe poſſideri jactant. Si igitur à Rothario non creditur gratioſe acceptum corpus* S. Jobi *& aliorum ex veteri Teſtamento Sanctorum; poterit credi illud ſub Ayſtulpho fuiſſe violenter aut fraudulenter ablatum. Quomodo autem aut quando ea Romam ex Oriente advenerint optarem poſſe docere, adductis ea de re veteribus litterarum monumentis.* AUCTORE G.H.

DE SS. PRIMO PRESBYTERO, MARCO DIACONO, JASONE ET CELIANO,

MARTYRIBVS TERGESTI IN ISTRIA.

G.H.

SUB HADRIANO. TErgeſtum, *ad Mare-ſuperum ſive Adriaticum littoralis urbs Iſtriæ, varios habuit athletas ſub Imperatoribus Ethnicis palmam martyrii adeptos. Ex his dedimus* XII *Aprilis* S. Lazarum *Diaconum: cujus ſacrum corpus una cum Reliquiis* SS. Primi & Marci, *de quo hic agimus, &* S. Apollinaris Subdiaconi, *ad* VI *Decembris referendi, tranſlata fuerunt* Veronam *anno* DCCLV, *&* XI *Calendas Iunii in eccleſia S. Firmi majoris depoſita: uti latius deduximus ad dicti S. Lazari Acta. Qua occaſione Auguſtinus Valerius, in Antiquis monumentis Sanctorum Veronenſium, etiam* de SS. Primo & Marco *agit, aſſeritque horum* Vitam deſcribi in pluribus libris antiquis ex membranis hujus civitatis. *Hanc nacti nos ſumus Florentiæ in codice membranaceo Illuſtriſſimi Senatoris Caroli Strozzi, & hic damus. Dicuntur ibi* martyrizati VI Idus Majas, *eoque die feſtum eorum celebrari annotarunt dictus Auguſtinus Valerius, & Ferdinandus Vghellus in Epiſcopis Veronenſibus & horum quadrageſimo primo S. Annone, quem illorum corpora tranſtuliſſe etiam infra ad hujus Vitam* XXIII *Maji indicatur.*

SS. Primi & Marci corpora Veronam tranſlata:

B Acta Martyrii:

cultus 10 Maji.

compendium Actorum. 2 *Petrus de Natalibus Epiſcopus Equilinus lib.* 4 *Catalogi cap.* 151 *hoc martyrii compendium habet:* Primus, Marcus, Jaſon & Celianus Martyres, Tergeſti civitate, paſſi ſunt tempore Hadriani Imperatoris, ſub Artaſio Præſide: qui Primum Presbyterum & Marcum Diaconum fuſtibus cædi juſſit, & ſub ventres eorum ignem accendi, deinde ſulfur ſolutum in ora eorum infundi. Et cum hæc omnia ſupplicia ſine ulla eorum læſione ſuperaſſent, multique exinde converſi fuiſſent, Jaſonem & Celianum fuſtibus tamdiu verberari mandavit, donec cæſi ſpiritum emitterent. Deinde Primum & Marcum extra urbis mœnia decollari. Quorum corpora in eodem tumulo, juxta eamdem civitatem, ſepulta ſunt quinto Idus Maji. *Hæc Petrus de Natalibus in Catalogo, ex quo ſua compendia videntur compoſuiſſe & retuliſſe ad* XI *Maji, auctor Florarii MS. auctor Violæ Sanctorum Hagenoæ anno* MDVIII *excuſæ, Grevenus in Auctario Vſuardi, Wittfordus, Maurolycus, Felicius, Caniſius, Galeſinius, in ſuis Martyrologiis; Ghinius in Natalibus Sanctorum Canonicorum, Ferrarius in Catalogo generali & alio Sanctorum Italiæ. Quod alii* LXXX, tunc ad fidem converſi & fuſtibus cæſi, ac foris civitatem ejecti, *ſint ut Sancti referendi, in ſilentio antiquorum non definimus.*

ſepultura 11 Maji, C

variis Faſtis inſcripta nomina

ACTA MARTYRII.

Ex Ms. Florentino Caroli Strozzi.

In perſecutione Hadriani 1 IN diebus illis, cum imperiū obtineret Hadrianus, multa perſecutio in Chriſti famulos erat, & ſæviſſimas pœnas tolerabant: quos Dominus ad ſuæ gratiæ præmia convocabat. Probabat enim Dominus ſuos athletas, quibus coronam perpetuam & cæleſtem parabat. Jam enim difficile Chriſtiani publice in civitatibus palam ambulabant, ſed in ſpeluncis & montibus & per cavernas terræ, vel per deſerta loca ſe in abditis locis celabant. Eodem tempore erant duo viri Chriſtianiſſimi apud Tergeſtinam civitatem, quæ eſt Iſtriæ provinciæ: unus ex eis Presbyter nomine Primus, & alius Diaconus nomine Marcus, ſecundum ſeculi hujus nativitatem genere nobiles, nobiliores vero ſecundum fidem Chriſti: qui numquam ſe aliquando præ timore perſecutorum in abdito loco contulerunt, ſed de Dei æternitate ſecuri, ſe quotidie paganiſſimis populis, quod eſſent Chriſtiani manifeſtabant. Splendebant autem quaſi ſtellæ in medio cæli & inter obſcuros populos præclari. SS. Primus & Marcus

E apud Artaſium Præſidem delati,

2 Eodem itaque tempore contigit ut Tergeſtinæ civitatis Præſidatum mereretur quidam peſſimus atque iniquiſſimus vir, nomine Artaſius. Suggeſſerunt autem quidam de duobus viris dicentes: Quoniam hi duo viri non quieſcunt diebus ac noctibus, ad ſubverſionem deorum noſtrorum, verba vana in populis ore publico proclamare, dicentes: quod Chriſtus eorum ſit ſanctus, & omnes dii noſtri nihil ſint. Audiens hoc Præſes juſſit turbis & Officio ſuo, ut Sanctos Dei in conſpectu ejus exhiberent. Qui cum ingreſſi fuiſſent, videns eos iniquitatis Præſes dixit: Tu tantæ ætatis ſenior, quare talia, ut ſuggeſtum eſt nobis, in populo proclamas ore proprio, & dicis quod Chriſtus veſter eſt Deus, dii autem noſtri minime vobis eſſe videantur? S. Primus Presbyter reſpondit: Si quis hoc contra nos Chriſti ſervos veſtræ ſuggeſſit poteſtati, nihil falſum locutus eſt in tuis auribus: quoniam hoc ſemper proclamamus, quia idola vacua ſunt quæ colitis: nam divinitas in cælis habitat. Artaſius Præſes dixit: Et audetis talia verba loqui? Ecce jam omnia manifeſta ſunt, quæ de vobis dicta ſunt, qui in conſpectu noſtro talia loquimini. Quid autem in abſentia? & fidem Chriſti confeſſi,

3 Et dixit Decurioni: Extenſos eos jubeo fuſtibus cædi, & ſub ventre eorum ignem accendi. Et cum hæc fierent, S. Marcus dixit: Addiſce, fili iniquitatis, qualis ſit virtus D. N. Jeſu Chriſti: intende diligenter quoniam igne nos concremari juſſiſti, & venter noſter non eſt ullo modo aduſtus ab igne. Ecce qualem medicum & conſolatorem habemus, qui animas conſolatur, & membra noſtra confortat. Artaſius Præſes dixit: Per deos immortales, quia ſi non ſacrificatis diis, diverſis generibus tormentorum conteram membra veſtra. S. Marcus reſpondit ei: Qui ſunt dii, quibus nos ſacrificare cogis? Artaſius Præſes dixit: Neſcitis deos immortales, Jovem, Mercurium, Herculem, Junonem, Minervam, Apollinem & alios, qui in hac urbe conſiſtere videntur? S. Marcus reſpondit: Iſtos tantos deos numquam audivi: ſcio enim quia unus eſt Deus in cælis, qui in Trinitate regnat ipſe cum Filio & Spiritu ſancto, qui ante quam omnia fierent ſuper aquas ferebatur. Sed ut cognoſcas dicam tibi quales ſint dii tui: dimitte ſenem mecum concertare, & diſputemus de diis tuis: & ſic demum cognoſces quod colis. Artaſius Præſes dixit: Ecquid de diis noſtris vel de Deo Jove aliquid differes? Erat autem B. Marcus annorum triginta & octo, dixitque Præſidi: Jovis, quem tu dicis

F torquentur igne & fuſtibus: Dees ſpernunt,

EX MS. deum,quam divinitatem poteſt habere,qui omni caſtitati uſque ad mortem exſtitit inimicus, ſororum ſuarum adulter? in Mercurio autem quæ divinitas reperitur,aut quid in Apolline aut ceteris,quos deos appellatis? Omnes enim figmenta ſunt,qui in iſto ſeculo quantum à vobis honorantur,tanto magis in inferno centuplex illis pœna conduplicatur. Nunc de Deo noſtro addiſce, miſerrime, quanta mirabilia ſuper terram fecit.

4 Audiens autem hæc iniquiſſimus Præſes, dixit S. Primo: Tu autem, vetule, quem tua vanitas ad tale dedecus perduxit,quid dicis?[Contra] blaſphemantem hunc & injuriam deorum noſtrorum contumaciter proclamantem nihil reſpondes? S. Primus reſpondit: Verum dico per nomen D. N. Jeſu Chriſti, quia tecum loqui confundor: nam qualem vides meum Diaconem loquentem, talem & me intellige ſilentio ſtudentem: quoniam unus eſt Spiritus ſanctus,qui per ora noſtra loquitur. Ira autem commotus Artaſius Præſes,juſſit ſulfur inferri ac reſolvi,& in ora amborum adigi. Cumque factum fuiſſet ita,Sanctis in ore fuit tamquam homini ardorem patienti, dum aliquid frigidum biberit:& quaſi ex uno ore ita Dominum magnificabant, ut admiraretur Præſes & B qui aderant de eorum tolerantia. Univerſi autem populi exclamaverunt dicentes: Magnus eſt Deus Chriſtianorum, quem colunt iſti, qui tormenta jam paſſi ſunt talia, & nullus eorum eſt contaminatus: oramus & petimus, Deus Chriſtianorum, ut mereamur tui effici. Audientes hæc Sacerdotes idolorum D exclamaverunt ad Præſidem, dicentes: Tolle homines malos & diis injuriam inferentes de hac civitate. Cumque hæc audiſſet Artaſius Præſes,juſſit eos in equuleo ſuſpendi,& ignem lateribus eorum applicari.

ſulfure re. ſoluto in ora infuſo manent illæſi,

5 Cum autem hoc factum fuiſſet, juſſit viros detineri qui in illa hora crediderunt, & fuſtibus cæſos foris civitatem projici. Erant autem viri numero octoginta duo,ex quibus duo plagis cæſi migraverunt ad Dominum: unius nomen erat Jaſon, & alterius Celianus. Poſt hæc autem præcipit ſanctis Martyribus capitalem dictari ſententiam:quos educentes miniſtri una cum ſpiculatore foris civitatem, uſque in tribus milliaribus, ibidem genibus poſitis orationem ad Dominum effuderunt. Et accedens ſpiculator amputavit capita eorum:& ſic conſummaverunt curſum agonis ſui in requiem æternam. Audientes hæc univerſi populi Chriſtianorum,qui abſconditi erant,venerunt noctu: & tollentes corpora eorum omnium quatuor,in proximo loco ſepelierunt, ad laudem D. N. Jeſu Chriſti. Martyrizati ſunt autem Beatiſſimi Martyres, Primus Presbyter & Marcus Diaconus, VI Idus Majas, ſub Imperatore Hadriano, Præſide vero Tergeſtinæ civitatis Artaſio, regnante vero D. N. Jeſu Chriſto, cui eſt honor & gloria, & laus & poteſtas, in omnia ſecula ſeculorum. Amen.

ex 8 a cont verſi SS. Iaſon & Celianus caſi.

SS. Primus & Marcus capite plexi.

E

DE SANCTIS MARTYRIBVS ROMANIS CALEPODIO PRESB. PALMATIO CONSULE ET ALIIS XLII, SIMPLICIO SENATORE ET ALIIS LXVIII, FELICE ET BLANDA CONJUGIBUS.

G.H.

ANNO CCXXII.

Acta SS. Vrbani & Calliſti per Notarios ſcripta,

Iſtoria martyrii horum athletarum continetur in pervetuſtis Actis martyrii S. Calliſti ſive Calixti Pontificis Romani, quæ traduntur per Notarios Romanos conſcripta *fuiſſe,eodem plane modo, quo Acta Martyrii S. Vrbani Papæ illius ſucceſſoris, quæ* XXV *Maji illuſtrantur, etiam dicuntur* per Notarios Eccleſiæ Romanæ conſcripta. *Floruit eo tempore* S. Anterus,*poſtmodum Pontifex Romanus, qui* geſta Martyrum diligenter à Notariis exquiſivit, & in eccleſia recondidit; *ut vel ideo in Præfatione ad antiquos Catalogos Romanorum Pontificum,à nobis ante tomum primum Aprilis editos, judicaverimus, videri ab illo priorem partem primi Catalogi uſque ad dictũ Vrbanum Papam collectam fuiſſe,& ab aliis poſtmodum ſuppletã. Quidni igitur etiam horum duorum Pontificum Acta cenſeamus ab uno eodemque Antero conſcripta & recondita in eccleſia fuiſſe?*

C

Ex hujus Actis,

2 *Quæ ſpectant ad S. Calliſtum,habemus ex pervetuſtis MSS. Trevirenſi S. Maximini, Audomarenſi eccleſiæ Cathedralis, Marchianenſi prope Duacum,Lovanienſi S. Martini à Domino Vlimerio ſubmiſſa, uti & alia à CL. V. Puteano accepta, præter duos illuſtres antiquos codices noſtros. Edita etiam fuerunt ante ducentos annos à Ionino Mombritio, & deinde in collectione Vitarum Sanctorum Coloniæ &* *ſumpta elogia horum Martyrũ.* *Lovanii anno* MCCCCLXXXIII *& biennio poſt excuſa,ac poſtmodum,ſed phraſi hinc inde correcta,à Laurentio Surio. Ex his Actis de SS. Calepodio, Palmatio, Simplicio compoſuerunt illuſtria elogia Venerabilis Beda in genuino Martyrologio à nobis ante tomum ſecundum Martii edito, Rabanus, Ado, Vſuardus, Notkerus, aliique Martyrologi poſteriores, quæ apud illos videri poſſunt. Eorum loco damus majorem partem ex Actis S. Calixti Papæ, quod ea ad hos Martyres ſpectat: quibus adjungimus quæ in hodierno Martyrologio Romano his verbis continentur:* Romæ B. Calepodii Presbyreri & Martyris, quem Alexander Imperator gladio fecit occidi, & corpus ejus per civitatem trahi, atque in Tiberim jactari: quod inventum Calliſtus Papa ſepelivit. Decollatus eſt etiam Palmatius Conſul, cum uxore & filiis & aliis promiſcui ſexus quadraginta duobus de domo ſua: Simplicius quoque Senator, cum uxore & ſexaginta octo de familia ſua:item & Felix cum uxore ſua Blanda: quorum capita ſuſpenſa ſunt per diverſas portas Urbis ad exemplum Chriſtianorum. *Hæc ibi.*

& Paſſionis hiſtoria quæ hic datur.

3 *Dicitur infra in Actis* S. Calepodius occiſus ſub die Kalendarum Maji, *quo etiam die* SS. Calepodius, Palmatius & ſocii *inſcripti ſunt Martyrologio MS. Caroli Strozzii Senatoris Florentini, & nominantur à Greveno atque Caniſio. Verum* S. Palmatius *fuit* ſexto Idus Maji ſepultus in cœmeterio ejuſdem *Calepodii:& ad-* *S. Calepodii* *ditur apud Adonem & alios* tertio ab Urbe milliario. *De* *cœmeterii.* *cœmeterio Calepodii agit Aringhus lib.2 tomi 1 Romæ ſubterraneæ cap.12,ubi dubitat,*an B. Calepodius illud primus extruxerit vel certe inſtauraverit; an potius ejus dumtaxat nomine inſignatum fuerit, quod ſacrum ejus corpus ibi ſepultum fuerit;eo quod S. Julius Senator & S. Antoninus, ſub Commodo Imperatore occiſi, XIX & XXII Auguſti, *referantur in* cœmeterio Calepodii ſepulti. *Eſt quidem Commodus vita privatus triginta fere annis, antequam S. Calepodius fuit martyrio coronatus,& in Actis* Calepodius *appellatur* ſenex Presbyter: *potuit tamen juvenis extruxiſſe illud quod auctor coævus vocavit* ejuſdem cœmeterium. *Locum ibidem num.7 deſcribit Aringhus, & ſub finem habet iſta:* Quod in hoc cœmeterio ſingulare eſt,jugis inde cryſtallinæ aquæ vena emanat, quam ſub acerba perſecutionum tempora ſanctos apud Martyres, non ad potandum dumtaxat, verum etiam ad ſalutare impertiendum Baptiſmatis lavacrum, his qui ad fidem traducebantur,

F

A tur, uſus quondam extitiſſe, credere par eſt. *Dein num. 8 de tranſlatione corporis* S. Calepodii *& aliorum iſta habet*: Ceterum beatiſſimorum Martyrum, Calliſti ac Julii Pontificum, nec non Calepodii Presbyteri corpora, quæ olim hic, ut diximus, condita fuerant, in ejuſdem poſtmodum Calliſti titulum tranſlata honorifice ſunt, in eccleſiam videlicet S. Mariæ trans Tiberim, ubi in hanc uſque diem eorumdem imagines muſivo opere expreſſæ, in majori eccleſiæ abſide ſuſpiciuntur.

inde corpus tranſlatum ad eccleſiã S. Maria trans Tiberim.

4 *Acta S. Iulii Papæ illuſtravimus die* XII *Aprilis, ubi diximus*, corpora horum Sanctorum ab Innocentio II. *ſeculo Chriſti* XII, ſub ara maxima poſita fuiſſe & marmoreo operculo ornata. *Ejuſdem* Innocentii II *muſivum opus. cujus Aringhus meminit, quoniam vetuſtatis fuligine obſitum, in loco parum lucis recipiente, difficulter cernitur; periclitaturque ne pereat prius, quam hæc quoque eccleſia, eádem qua aliæ plures Romanæ nunc nitent & fulgent, majeſtate reformetur; operæ pretium cenſui ejus delineationem, quantum maligna lux temporiſque edacitas patiuntur accuratam, perita manu excipiendam curare, atque æri incidendam.* AUCTORE G.H.

Ex abſide Baſilicæ S. Mariæ trans- Tiberim.



Verſus hi ſupremi, in limine duos ſolum ordines habent: ſub ter imagines ductores medio loco.

IN QVA, CHRISTE, SEDES MANET VLTRA SECVLA SEDES
DIGNATVIS DEXTRIS EST QVAM TEGIT AVREA VESTIS

HÆC IN HONORE TVO, PRÆFVLGIDA MATER HONORIS,
REGIA DIVINI RVTILAT FVLGORE DECORIS.

CVM MOLES RVITVRA FORET VETVS, HINC ORIVNDVS
INNOCENTIVS HANC RENOVAVIT PAPA SECVNDVS.

ubi ejus imago inter Sanctos: *Quoniam autem operis noſtri forma non admittit imaginẽ adeo longam, ut toti hemicyclo illius abſidis commenſuretur proportionata longitudinis celatura; unum qui ibi eſt Sanctorum ordinem ſic diviſimus in duos, ut Chriſti Deiparam amplexantis thronus, una cum aſſiſtentibus hinc* Petro *inde* Calixto, *ſuperiori relinquantur in ordine; infe-*

AUCTORE G.H. *inferiorem vero ordinem occupent, hinc* Laurentius *&* Innocentius, *qui uno in latere aſsiſtunt Calixto; inde, qui alterum latus implent poſt Petrum*, Cornelius, Julius *&* Calepodius. *Hujus porro Vitam ipſi Romæ anno* MDCLXI *in prælaudata Eccleſia S. Mariæ trans Tiberim ex MSS. Officiis propriis; ſed ex Actis majoribus contractam eſſe invenimus: ſub finem vero ſic habebatur*, corpus poſtea ad eccleſiam S. Mariæ trans Tiberim ſublatum, ſub altare majus reconditum eſt. *Idem confirmat Pancirolius in Theſauro urbis, addens aliquas ejus Reliquias eſſe in eccleſia S. Mariæ in Campo Martio & in aliqua eccleſia S. Pauli Apoſtoli.*

alibi reliquiæ ejus: 5 *Alios ſupra relatos* Martyres fuiſſe *etiam* in cœmeterio Calepodii ſepultos, *idem Pancirolius arbitratur*; quod pari agone conſummati Martyrii palmam adepti fuiſſent. *At* S. Palmatii Reliquias Carolus Rex attulit in caſtrum ſuum Karelſteyn, ubi ſub eodem caſtro in honorem ejuſdem Sancti fundavit parochialem eccleſiam. *Ita Martyrologium Eccleſiæ Pragenſis à ducentis annis conſcriptum. In Diario Reliquiarum Pragenſium dicitur*, S. Palmatii Martyris Romani pars brachii, quod attulerat Carolus IV Imperator Roma anno MCCCLV. *Caput* S. Palmatii *à longo tempore aſſervari Conimbricæ in eccleſia ſanctæ Crucis Canonicorum Regularium, tradit Cardoſus in Hagiologio Luſitano. At* S. Simplicii *Senatoris aliquas Reliquias aſſervari Bononiæ in eccleſia S. Pauli Barnabitarum, & Sanctimonialium nominum Ieſu Mariæ in platea Galleria, tradit in Bononia perluſtrata Maſinus.*

Sotierum Praga, Canimbricæ, bononiæ B

ACTA MARTYRII

Per Notarios Romanos conſcripta.

a b 1 TEmporibus *a* Macrini & Alexandri, divino incendio *b* concremata eſt pars Capitolii à Meridiano, & intra templum Jovis ruit manus ſiniſtra aurea, & eliquata eſt. Venerunt autem aruſpices & ſacerdotes ad Alexandrum, dicentes ut ſacrificiis & odoribus placarentur dii eorum. Hoc audito Alexander juſſit fieri petitionem eorum. Et dum ſacrificarent, ſubito cælo ſereno, mane die Jovis, fulmine divino mortui ſunt quatuor ſacerdotes idolorum, & ara Jovis incendio concremata eſt: & factus eſt dies obſcurus, ita ut omnis populus Romanus fugeret foras extra muros. Et dum diſpergeretur populus per fugam, venerunt trans Tiberim in urbem ad templum

Incendium publicum & aliques fulmine iſtos,

C c *c* Ravennatium, & audierunt in quodam cœnaculo multitudinem Chriſtianorum pſallentem: inter quos erat Calixtus Epiſcopus cum Clero ſuo. Audiens autem hoc unus ex d *d* Conſulibus, nomine Palmatius, multitudinem Chriſtianorum collectam in quodam loco, nuntiavit Alexandro, dicens: Magne Princeps, hoc ſignum ideo factum eſt, quia civitas ſordeſcit. Si ergo purificata fuerit, gaudebimus ſimul de gloria culminis veſtri, & Reſpublica fulgebit. Alexander dixit: Purificetur. Tamen declara nobis, quæ eſt iſta purificatio? Reſpondit Palmatius: Ut profani non ſint. Alexander dixit: Qui ſunt profani? Reſpondit Palmatius: Chriſtiani. Alexander dixit: Ego præcepi ſemel atque iterum, ut ubicumque inventi fuerint puniantur, aut offerant diis immortalibus libamina. Reſpondit Palmatius, dicens: Per claritatem veſtram ego audivi, cum triſtis eſſem propter ſignum quod factum eſt, quomodo canticis & incantationibus in quodam loco clamaret in regione trans Tiberim multitudo Chriſtianorum: unde non mirum, ſi cauſa hæc fecit hoc ſignum.

S. Palmatius adhuc ethnicus imputat Chriſtiani,

2 Dixit ei Alexander: Accipe poteſtatem, ut ubicumque eos inveneris, trahas ad ſacrificandum, ad placandos Deos: aut certe exquiſitis eos tormentis afflige. Tunc Palmatius acceptâ poteſtate, collectâ multitudine militum, venit trans Tiberim, ubi collecta erat multitudo Chriſtianorũ cum B. Calixto, inter quos erat Calepodius ſenex Presbyter: & venientes in quoddam cœnaculum, ingreſſi ſunt decem milites: & cum ingreſſi fuiſſent omnes; hi decem milites, ſubito cæci facti ſunt. Reſpondit Calepodius ſenex Presbyter & dixit: Filii mei, quem quæritis? Illi autem clamabant dicentes: Accendite nobis luminaria, quia obſcuratus eſt ante nos locus iſte. Dixit autem Calepodius Presbyter: Deus qui videt omnia, ipſe cæcavit oculos veſtros. Tunc palpantes illi deſcenderunt cæcati. Hæc autem cum vidiſſet Palmatius, timore territus, fugiens nuntiavit omnia Alexandro. Eodem igitur die Alexander juſſit milites, qui cæci facti fuerant, ut in conſpectu ſuo ducerentur. Et dum cognoviſſet milites, cœpit clamare: O cives optimi! videte magicam artem. Reſpondit Palmatius, & dixit: Si per magicam artem iſtud factum eſt, ubi ſunt virtutes deorum noſtrorum? Iubeat itaque pietas veſtra afferri & immolari diis, ne pereat Reſpublica propter eorum incantationes. Et præcepit Alexander ut immolaretur Mercurio, & reſponſa cognoſceret. Emanavit autem præceptum univerſo vulgo, ut omnes ad Capitolium accurrerent de urbe Româ; ita ut qui inventi fuiſſent in habitaculis ſuis die Mercurii, omnes interficerentur; & miſſo præcone ita declaratum eſt, ut omne vulgus die Mercurii ſine dilatione ad Capitolium cum Principe conveniat: qui vero non accurrerit, capite puniendum ſe eſſe cognoſcat. Occurrente die ſupradicto omnis populus Romanus ad Capitolium accurrit. Palmatius quoque cum omni domo ſua venit ad Capitolium cum porcis & vitulis.

D *ad capiendum S. Calepodium mittit milites, quibus excæcatis,*

curat ſacrificia offerri Mercurio:

E

3 Et *e* factum eſt dum occiſione pecudum effunderetur ſanguis, & incantarẽt carminibus ſacerdotes; virgo templi, nomine Juliana, arrepta à dæmonio, clamabat dicens: Deus Callixti, ipſe eſt Deus vivus & verus: ipſe indignatus eſt pollutionibus Reipublicæ veſtræ, & conteret *f* regnum mortale veſtrũ, quia non adoratis veritatem. Audiens hoc Palmatius, ſolus cucurrit ad B. Calixtum in regione trans Tiberim in urbe Ravennatium; & miſit ſe præcipitans, & introivit in domum ubi collecta erat multitudo Chriſtianorum: & cecidit ad pedes B. Calixti, dicens: Cognovi Jeſum Chriſtum eſſe Deum verum, quem dæmones confeſſi ſunt hodie: per ipſum te adiuro, ut liberes me à cultura dæmonum & lapidum: *g* baptiza me ſicut prædicas. Dixit ei Calixtus Epiſcopus: Noli deridere errando veritatem. Reſpondit Palmatius cum lacrymis, dicens: Domine, non derideo: quia cognovi in cæcitate militum, & in reſponſione virginis, quia Dominus meus Chriſtus tuus eſt. Reſpondit Calepodius ſenex & dixit ad beatum Epiſcopum: Beatiſſime Pater, petenti baptiſmum noli denegare. Eodem tempore indixit jejunium ei uno die, & catechizavit eum: & allatam aquam de lympha putei, qui erat in eadem domo, benedixit: & depoſito Palmatio in *h* pelvim, dixit ei S. Calixtus Epiſcopus: Credis ex toto corde in Deum Patrem omnipotentem, factorem viſibilium & inviſibilium? Reſpondit Palmatius: Credo. Et dixit ei: Et in Jeſum Chriſtum filium ejus? Et iterum reſpondit: Credo. Et dixit ei: Et in Spiritum ſanctum, Eccleſiam Catholicam, remiſſionem peccatorum, carnis reſurrectionem. Et exclamavit voce magna cum lacrymis Palmatius: Credo, Domine. Eadem hora cœpit clamare & dicere: Vere vidi Dominum Jeſum Chriſtum, lumen verum, qui me illuminavit. Baptizavit autem & omnem domum Palmatii, & uxorem & filios, & promiſcui ſexus numero quadraginta duos. Ab eadem die cœpit Palmatius

e *territus voce virginis,*

f

accurrit ad S. Calliſtũ baptizandus.

F g h

cum aliis 42 *ex ſua familia:* i

tius omnem facultatem ſuam pauperibus Chriſtianis erogare, perquirens regiones & cryptas, ut ubicumque inveniret aut in cuſtodia aut abſconſos Chriſtianos, de facultatibus ſuis victum vel tegumentum miniſtraret.

vinctus coram Alexandro.

k 4 Poſt dies vero *k* triginta duos, requiritur Palmatius ab Alexandro; cui nuntiatum eſt quia Chriſtianus eſt, & aliis ſuadet. Tunc Alexander juſſit eum præſentari. Qui cum tentus fuiſſet à quodam Torquato Tribuno, & miſſus in *l* cuſtodiam Mamertini; poſt triduum indicavit Alexandro Torquatus, Palmatium in cuſtodia mancipatum. Tunc Alexander gaudens juſſit eum ſibi præſentari. Et vinctus catenis Palmatius ingreditur ante Alexandrum. Quem cum vidiſſet, juſſit eum ſolvi, & dixit ei: Sic amens factus es, ô Palmati, ut deſeras deos, & quæras & colas hominem mortuum? Palmatius tacuit. Dixit ei Alexander: Loquere fiducialiter: ne timeas. Reſpondit Palmatius dicens: Si datis licentiam, loquimur veritatem. Dixit ei Alexander: Excepta deorum injuria, loquere. Dixit ei Palmatius: Optime Princeps, ſi advertas, non ſunt dii, ſed ſunt factura hominum mortalium. Modo quidem cognoſcat manſuetudo veſtra, qui debent coli: qui fiunt aut fabricantur à mortalibus, quales ſint, vos judicate. Sed precor ego infelix, claritatem veſtram: dicas deo tuo ut loquatur, & cum interrogavero reſpondeat: & cum hoc factum fuerit, non deſero deos tuos, quos tu dicis. Dixit ei Alexander: Et quomodo à cunabulis tuis iſtos adoraſti, & modo relinquis eos? Reſpondit Palmatius: Feci quaſi infelix: modo autem cognovi quod verum eſt, de qua re precor Dominum Jeſum Chriſtum, ut ignoſcat mihi, quia ignorans peccavi. Eâdem horâ ſubridens Alexander, tradidit eum cuidam Simplicio Senatori, dicens: Habe eum penes te ſine aliquo timore: & mollibus ſermonibus revoca eum ad culturam deorum: talem enim hominem Reſpublica neceſſarium habet. Accepto Palmatio, Simplicius Senator veſtimenta nobilia allata induit eum, & duxit in domum ſuam. Qui Simplicius præcepit uxori ſuæ, & majoribus domus ſuæ, ut omnem domum Simplicii in ſua poteſtate haberet. Tunc Palmatius jejuniis & orationibus vigiliarum vacans, non ceſſabat cum lacrymis Deum patrem omnipotentem orare, & Jeſum Chriſtum filium ejus, ut pœnitentiam ageret de errore ſuo.

l

profitetur fidem:

traditur S. Simplicio Senatori,

B

ſanat paralyticam;

C 5 Veniens autem ad eum quidam Felix nomine, cujus uxor clinica jacebat annis quatuor in lecto, miſit ſe ad pedes Palmatii, dicens: Confeſſor Domini noſtri Jeſu Chriſti, exora pro ancilla tua uxore mea Blanda, ut liberetur de lecto doloris: & ego percipiam baptiſmum cum ea; quia diu eſt quod morbo paralytico tenetur, & jam facultas noſtra defecit. Tunc Palmatius, præſente uxore Simplicii, cecidit in terram, & cum lacrymis orare cœpit cum Felice, dicens: Domine Deus, qui illuminaſti *m* ſervum tuum, da mihi lumen æternum Jeſum Chriſtum: ſalva ancillam tuam Blandam, & alleva eam delecto doloris; ut cognoſcant omnes, quia tu es Creator omnium rerum. Eâdem horâ venit Blanda pedibus ſuis currens ad domum Simplicii Senatoris, dicens: Baptiza me in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui tenuit manum meam & levavit me. Tunc Felix cœpit urgere B. Palmatium ut baptizaretur. Eâdem horâ B. Palmatius miſit ad S. Calixtum Epiſcopum: & veniens baptizavit Felicem cum uxore ſua Blanda. Videns hoc Simplicius, cecidit ad pedes Calixti dicens, ut cum omni domo ſua baptizaretur. Tunc B. Calixtus Epiſcopus fiducialiter dixit: Congreget Dominus triticum in horreum ſuum; & catechizavit omnem domum Simplicii, & uxorem & filios & familiam ejus; animas promiſcui ſexus fere ſexaginta octo. B. Calepodius Presbyter gaudio repletus, cœpit clamare in domo Simplicii ..... Gloria tibi Domine Jeſu Chriſte, qui de tenebris dignaris ad lucem perducere facturam tuam, & de errore liberare: fac cum ſervis tuis ſecundum miſericordiam tuam. Hoc audiens Alexander, quia multitudo hominum baptiſmũ percepiſſet per B. Calixtum Epiſcopum; miſit exercitum militum, ac tenuit omnes qui baptiſmum perceperant: quos præcepit capitis ſubire ſententiam, & per diverſas portas urbis Romæ capita eorum ſuſpendi, ad exemplum Chriſtianorum.

baptizati SS. Felix & Blanda

& S. Simplicius cum familia,

PER NOTAR. ROM.

capite plectuntur:

Corpus B. Calepodii ſepelitur in ejus cœmeterio.

n

o

6 Tenuit autem & B. Calipodium, quem *n* fecit occidi gladio, & corpus trahi per civitatem ſub die Kalendarum Maji: cujus corpus jactari fecit in Tiberim ante inſulam *o* Lycaoniam. In ipſis diebus fugit B. Calixtus cum decem Clericis ſuis, & abſcondit ſe in domum cujuſdam Pontiani noctu, rogans piſcatores quærere corpus B. Calepodii Presbyteri. Quod inventum levantes de flumine, renuntiaverunt B. Calixto Epiſcopo. Tunc gaudio repletus eſt. Quod corpus ſanctum acceptum condivit cum aromatibus & linteaminibus, & cum hymnis, & ſepelivit eum in cœmeterio ejuſdem, ſexto Idus Maji *p*... Cum Calixtus Epiſcopus in cuſtodia eſſet maceratus, veniens ad eum B. Calepodius noctu per viſionem, conſolatus eſt eum dicens: Firmus eſto, Pater, quia corona tua jam perfecta eſt, ut accipias mercedem pro me.

p

E

ANNOTATA.

a *Hæc claritatis causa ita legenda forent*: A temporibus Macrini uſque ad tempora Alexandri hæc geſta ſunt. *Nam anno* 217 *Antonino Caracalla die* 8 *Aprilis occiſo, ſucceſſit Macrinus, poſt annum duoſque menſes Imperii & ipſe interemptus. Tunc dicto anno* 217 *S. Zephyrino Papæ* 26 *Auguſti defuncto ſucceſſit* S. Calliſtus Papa. *Cujus tempore dicto Macrino ſubrogatus Heliogabalus vixit uſque ad* 10 *Martii, anni* 222; *& huic ſucceſſit M. Aurelius Alexander, qui ante Cæſar declaratus cuncta dirigebat: ſub cujus Imperii initium hi Martyres occiſi ſunt.*

b *Additur in MS. Vltrajectino*, Anno Domini CCXXII, *quod recte congruit noſtræ Chronotaxi.*

c *MSS. quædam* ad templum Ravennantium. *Mombritius & editio Colon. melius* Ravennatium: *Surius phraſim immutans:* trans Tiberim in urbem Ravennatium. *Marlianus in Topographia Romæ lib.* 5 *cap.* 19 *& poſt eum Boiſſardus cap.* 125 *aſſerunt* regionem tranſtiberinam attributam ab Auguſto militibus Ravennatis claſſis, quæ exinde urbs Ravennatium dicta eſt, ſicut & templum, meritoriaque taberna, ubi nunc S. Mariæ ædes. *Conſule quæ ad Catalogos Summorum Pontificum annotavimus ante tomum* 1 *Aprilis.*

d *Fuerant hujus anni* 222 *initio Conſules renuntiati* Alexander *ipſe &* Imperator Heliogabalus: *unde Faſti notabantur* Alexandro & Auguſto Coſſ. *ſed mortuo Heliogabalo, ut dictum eſt ſubſtituendus ex more alius fuit: & hic omnino dicendus eſt, fuiſſe* Palmatius, *licet non nominatus in Faſtis; uti non nominantur alii plures, in mortuorum locum per anni curſum ſubrogati.*

e *Ado hæc ita in Martyrologio circumſcribit*: Factum eſt dum funderetur ſanguis porcinus & vitulinus, & ſacerdotes virgineſque baccharentur per templum dæmonis, una ex illis, Iuliana nomine, arrepta cœpit clamare.

f *Surius & Ado cum editione antiqua Colonienſi* Regem mortalem veſtrum.

g *Mombritius, Ado, Surius*, & baptizes me. *MS. S. Maxim.* baptizans me. *Advertat Lector animum ad antiquos ritus in baptiſmo ſervatos.*

h *Ita* Conſtantinus Magnus *apud Anaſtaſium Bibliothecarium*

A thecarium in Vita S. Silveſtri, dedit pelvim ex argento ad baptiſmum, penſantem libras viginti.

i Ado & Surius, Qui baptizatus cœpit clamare.

k MS. Vlimerii viginti duos, Ado triginta.

l Ad radicem Capitolii eſt locus, nobilitatus vinculis SS. Petri & Pauli & aliorum Martyrum, uti ſæpius diximus.

m MSS. Vlimerii & aliquod noſtrum, addunt Moyſem. D

n Martyrologium Bedæ: Fecit occidi à Laodicio.

o Inſula Lycaonia, ſeu Tiberina, nunc inſula S. Bartholomæi, ob adem huic ſacram.

p Reliqua de S. Calixto hic omiſſa, erunt die 14 Octobris illuſtranda.

DE SANCTIS MARTYRIBVS
ALPHIO, PHILADELPHO, CYRINO
LEONTINIS IN SICILIA.

D.P.

§. 1. Cultus Sanctorum apud Græcos & Siculos.

Sicilia, *nobiſſima inſula, Italiæ accenſeri ſolita (à qua freto trium millium paſſuum, ubi illud arctiſſimum eſt, ſejungitur) cum Italiæ viciniore parte annumeratur Magnæ Græciæ, cujus lingua olim iſtic prævaluit, & Orientali Imperio diu fuit ſubjecta. Hinc veneratio cultuſque variorum Sanctorum Siculorum, qui ante compilatum à Sirleto Latina lingua Græcorum Menologium, ex eoque auctum à Baronio Romanum Martyrologium, Latinis extra Siciliam omnibus manſerant ignoti, jam olim ad Græcos & Conſtantinopolitanam potiſſimum Eccleſiam tranſiit. In his fuerunt Sancti, de quibus agere inſtituimus, fratres,* Alphius, Philadelphus & Cyrinus, *quorum antiquiſſima quam potuimus hactenus invenire memoria, ab annis circiter* DCC *expreſſa, invenitur his verbis ad hunc* x *Maji, in Menologio Græco Baſilii Porphyrogeniti Imperatoris*: Alphius, Philadelphus, & Cyrinus, Chriſti Martyres, erant oriundi ex regione Italiæ, nobiles ac divites, filii Vitalii ejuſdem regionis Præſidis. Cum vero à quodam Oneſimo Chriſtiano religionem didiciſſent, & ab ipſo baptizati fuiſſent, Chriſti fidem prædicabant. Eo autem tempore, Præſide cum Imperatoriis litteris ab urbe Roma in illam Italiæ regionem amandato, ut Chriſtianos omnes occidi curaret; ad ejus notitiam iſti tres delati & comprehenſi, ac vinculis conſtricti, Romam miſſi ſunt, una cum Oneſimo & Eraſmo aliiſque viris quatuordecim ad Licinium: atque ab ipſo traditi Diomedi Præfecto, pluribus affecti ſunt cruciatibus. Tunc Oneſimus, maximo in pectus ejus ſuperimpoſito lapide, ſpiritum emiſit. Eraſmus autem, cum reliquis quatuordecim Chriſtianis, capite plexus fuit: at prædicti tres, in Siciliam amandati, ibidem fuerunt interfecti.

Notitia apud Græcos aſſervata B

C

Mss. Synaxariis Claromontano

2 *Hactenus Menologium iſtud: cui jure antiquitatis proxime ſubjungendum eſt MS. Synaxarium Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, quod ſpectat ad Collegium Claromontanum Societatis Jeſu Pariſiis, ex quo hoc elogium damus*: Eadem die x Maji, Certamen Sanctorum Martyrum Alphii, Philadelphi, Cyrini & ſociorum. Erant hi ex Vaſcanorum regione oriundi, urbe Præfectorum, nobiles & opum abundantia clari, filii Vitalii Præſidis. Qui cum à quodam Oneſimo viro ſanctiſſimo religionem eſſent edocti & baptizari, Chriſtum prædicabant. Erat autem cum litteris Imperatoriis contra Chriſtianos Roma eo miſſus Anungellio; à quo hi primum de fide interrogantur, ab eoque Romam deſtinantur ad Licinium, qui eos Valeriano quæſtionibus examinandos tradidit: à quo Puteolos ad Diomedem Præfectum amandantur, qui illos ad Tertyllum Siciliæ Præſidem deduci curavit. Magna ubique conſtantia & exercitatione varia tormenta ſuſtinuerunt, ac tandem ſub Tertyllo beatiſſimam ſunt coronam adepti. Fuit autem Alphio lingua exciſa, Philadelphus vero ignitis carbonibus toſtus, & Cyrinus ſartagini ardenti injectus. Oneſimus vero & Eraſmus, cum aliis quatuordecim, fuerunt multis excruciati tormentis. Et S. Oneſimus quidem, poſt ſuſceptum ſupra pectus maximum lapidem, ſpiritum emiſit. Eraſmus vero ejuſque ſocii quatuordecim abciſſo collo martyrium compleverunt.

3 *Conſonat his MS. Chiffletianum: quod etiam eorumdem Martyrum encomio præludit his tribus diſtichis, ſingulorum extremum cruciatum exprimentibus.* *& Chiffletiano.*

Ἀλφεῖος εἰ μὲν γλῶτταν ἐξαφῃρέθη
Τῇ ψυχικῇ γλώττῃ σε δικάσει, Λόγε.
Alphio lingua fuerit execta licet,
Te ſpiritali lingua glorificat, Deus.
Ὁ Φιλάδελφος μὲν φιλόχριστος φᾶναι,
Χρίστον φιλῶν ἤθλησεν, εἰς πῦρ ἐμβάς.
Prunarum in æſtu Chriſtum amans Philadelphus,
Etiam Philo-Chriſtus voluit apparere.
Ὅπλῳ φαγὼν πρὶν σῶπερ ἰχθύος μέρος,
Ἐκ πηγάνου Κυπρῖνον ἡδέως δέχου.
Lætus Cyprinum ſuſcipe ex frixorio,
Salvator, aſſo piſce qui paſtus olim.

E

Vbi quem Acta paſſionis Cyrinum, *Menæa excuſa* Cyrillum *vocant*, Cyprinum *vides appellari: quo nomine dum Græci vocant etiam eum piſcem, quem* Carpium *Latine nuncupamus; data fuit occaſio pio illi magis quam terſo Poëtæ, alludendi ad partem piſcis aſſi, quem Chriſto poſt mortem apparenti diſcipuli obtulerunt, cum favo mellis, Lucæ* XXIV, 42. *Menæa excuſa præcitata, ſimile jam relatis elogium habent: ſed quæ de ultimo Martyrum cruciatu ſigillatim retulimus, de toleratis prius tormentis generali una phraſi ſubjunguntur hoc modo:* Cum à ſingulis Præfectis fuiſſent variis tormentorum generibus excarnificati, ne hilum quidem proficientibus tortoribus, in re plane deſperata, à Tertylo morti addicti ſunt: & ſic graviſſimis & crudeliſſimis tormentis ſuperatis, beatum finem acceperunt. F

4 *Primus Cabilunenſis in Gallia Epiſcopus, qui anno ſalutis* MCCCCL *ſcripſit Topographiam Sanctorum Chriſti Martyrum, poſt Maurolyci Martyrologium recuſam, ad nomen* Leontinum; hic, *inquit*, Alphius, Philadelphius & Cyrinus Martyres, ſub Licinio Imperatore ac Tertullo Præſide: *& eadem fere verba ad hunc* x *Maji, habet ipſe Maurolycus Abbas Meſſanenſis anno* MDLXIV. *Baronius loci ac Martyrum nominibus contentus in recognitione Romani Martyrologii, abſtinuit ab Imperatore ac Præſide nominandis. Cumque univerſali Eccleſiæ illi ſic noti jam eſſent, Leontina Eccleſia muneris ſui eſſe credidit, proprium de ſuis iſtis Patronis ordinare Officium, cum lectionibus ad ſecundum Nocturnum concinnatis* ex Metaphraſte, Codice Cryptæ-Ferratæ & Menologio, *quomodo ſcilicet vulgari errore omnes Græci codices de Vitis Sanctorum tribuuntur Metaphraſti. Et ab his lectionibus*, opera Agathini Caſtilionæi Leontinæ Eccleſiæ Canonici *anno* MDCVII *ſub Paulo Papa V Romæ approbatis, prolixam epitomen Paſſionis ſumpſit Ferrarius, inſeruitque Catalogo Sanctorum Italiæ: ipſum vero Officium*, ut ex Decreto ſacræ Congregationis per univerſum Siciliæ regnum

in Menologio Baſilii Imperat.

iidem faſtis Latinis denique adſcripti.

A *& Officio proprio honorati,* regnum à Clericis ſecularibus & regularibus obſervari faciant, ſub pœna mille ducatorum, in virtute ſanctæ obedientiæ, diſtricte mandavit omnibus Officialibus ſpiritualibus & temporalibus Petrus Paulus Creſcentius, Cameræ Apoſtolicæ generalis Auditor; Romæ xv Julii MDCXXII, *mortuo jam Paulo & Romanam Eccleſiam regente Gregorio XV. Sicut autem ad ſuggeſtionem Pauli Bellarditæ Leontini, qui Gregorio XIII cum titulo Capellani miniſtrabat, præter prædictos tres Sanctos Romano Martyrologio inſerti fuerunt* Epiphana Martyr XII *Maji*, Euthalia Virgo Martyr XXVII *Auguſti*, S. Mercurius & ſocii Milites X *Decembris*, *quorum nulla aliunde habetur notitia quam ex Sanctorum Fratrum Actis, de quibus mox: ita & Leontina Eccleſia, eadem opera qua horum Officium, etiam impetravit à jam dicto Paulo Papa V illorum & illarum Officia propria, nec non* Sanctorum Theclæ & Juſtinæ Virginum, *pro* X *Ianuarii*; Sanctorum ſeptem Puerorum Martyrum, *pro* XXVI *Martii*; Plurium Sanctorum Judæorum Martyrum, *pro* IX *Aprilis*; SS. Iſidoræ & Neophytæ ſororum Martyrum, *pro* XIII *Aprilis*; S. Thallalæi Confeſſoris, *pro* XXIV *Maji*; SS. Stratonici & Cleonici Martyrum, *pro* XXIV *Iulii*; SS. Oneſimi, Eraſmi & ſociorum Martyrum, *pro* XXXI *Iulii (quod anno* MDCIX *civitati ac diœceſi Putolanæ, in qua creduntur paſſi, communicavit ſacra Rituum Congregatio, & triennio poſt. Romæ excudi fecit Agathinus Caſtilionius prædictus Protonotarius Apoſtolicus, dicavitque Capitulo & Clero Eccleſiæ Puteolenſis*, ad ineundam tuendamque inter Puteolorum ac Leontinorum civitates, quæ ſub eorumdem Sanctorum patrocinio numerantur, benevolentiam) *denique* S. Neophyti Epiſcopi & Confeſſoris, *pro* I *Septembris*; & S. Donati Presbyteri, *pro* XIII *Novembris. Quæ ſi nunc primum offerrentur approbandæ, credo haud ita facile reciperentur; nota jam melius Actorum incertitudine, nullis aliunde monumentis documentiſque ſuffulta.*

uti & alii plures ex ſolis eorum Actis ſumpti.

B

§. II. Tempus Martyrii & locus natalis.

In Actis error temporis & nominis manifeſtus,

5 QUalia Sanctorum encomia dedimus ex *MSS. Baſiliano & quod vocamus Claromantano, talia in pluribus MSS. Græcis per Italiam Galliamque reperimus, ex quibus voluiſſemus expreſſe annotata, ſi qua forte cum priori Baſiliano magis quam cum poſteriori Claromontano conveniunt. Etenim prius illud ſic conceptum eſt, ut quod magnopere offendere lectorem poſſit, dubiumque de hiſtoria veritate facere, nihil occurrat; ſed commode intelligi*

C *poſſit, quomodo ex aliqua Italiæ, præſertim Græciæ ſive Calabriæ provincia oriundi, cum aliis Romam miſſi ſint ad Licinium aliquem Vrbis Præfectum, in eaque omnia adminiſtrantem vice abſentis tum forte Imperatoris, quiſquis demum hic fuerit; ac denique ad aliorum terrorem amandati in Siciliam, crudeliter, ſi nequirent flecti, interimendi. Adeo ut ſi aliquando extiterint ſinceriora aliqua quam nunc habeantur eorum Acta, poſſit ex his encomium iſtud ſumptum credi. Poſterius vero cum fuiſſe dicit* τῆς τῶν Βασκάνων χώρας, πόλεως Πρεφεκτῶν, *&* à Licinio traditos Valeriano quæſtionibus examinandos, *manifeſtius indicat, ex iis ſe Actis eſſe acceptum, in quibus nati dicuntur Sancti* ἐν τῇ τῶν Βασκόνων χώρᾳ ἐν μιᾷ τῶν πόλεων λεγομένῃ Πρεφέκλᾳ; *comprehenſique eo tempore & Romam miſſi, quo* Romani Imperii habenas moderabatur Licinius Imperator, cui unanimis amicus conſiliariuſque & aſſeſſor ab ipſo ſecundus in Imperio erat Valerianus: *quæ non poſſunt cum veritate ſubſiſtere: tum quia ætate illa nullidum erant* Baſcones *ſive* Vaſcones, *præterquam in Hiſpania, in qua Latinis non Græcis nominibus (qualia hic paſſim occurrunt) ſolebant homines appellari: tum maxime quia* Licinius Imperator, *diverſus à Licinio Valeriano, nullus fuit, niſi ætate Cõſtantini Magni; hic autem neque in Sicilia, neque in reliquo Occidentali Imperio ullam habuit juriſdictionis partẽ.*

AUCTORE D. P. *corrigendus ſubſtituendo pro Licinio Imp. & Valeriano hujus conſiliario,*

6 *Manifeſtioris autem aniſtoriæ convincuntur eadem Acta in his ipſis duobus punctis (ut alia interim taceam) dum num.* 102 *multi propter Chriſtum periiſſe dicuntur* in Vaſconum regione, & in Britannia unde orti ſunt illi; *& num.* 117 *inducitur* monachus ex Vaſconum regione Britannorumque veniens, *deque genere atque educatione Sanctorum docens Neophytum, primum Epiſcopum Leontinis deſignatum; eumdemque Româ ad Sanctorum patrem Vitalem ducens* itinere undecim menſium in Vaſconiam. *Item cum identidem inducunt* Licinium Imperatorẽ ſemper Auguſtum *&c. edicta contra Chriſtianos evulgántem num.* 2, *approbante Senatu Vrbis Romæ; qui ſub advenium Sanctorum Romam* in Orientem parabat expeditionem, ut totum genus Chriſtianorum funditus perderet; *& vices ſuas geſturum Valerianum relinquens, eidem vinctos tradiderit ex Præfecta adductos, mandaritque Chriſtianos alios quoſcumque reperiſſet multis & acerbis cruciatibus enecare. Forſitan in Actis antiquioribus nullus nominabatur Imperator: qui ſi crederetur fuiſſe* Decius, *quemadmodum recentiores omnes auctores ſentiunt, iſque abfuerit advenientibus Sanctis ab Vrbe, anno* CCLI *contra Gothos profectus, à quibus denique victus trans Danubium occubuit; facile intelligeretur, cur potuerit nominari ſolus* Licinius Valerianus, *quem denique imperitia auctoris, brevia ſimpliciſſimaque Acta in immenſum extendentis, in duas perſonas imperite diſtraxerit; cum econtra unum eumdemque hominem utroque nomine dictum fuiſſe conſtet ex numis, à Triſtano exhibitis tomo* 3 *Commentariorum Hiſtoricorum pag.* 117. *Quomodo autem ex Senatus conſulto* XXVII *Octobris, poſtulatus Cenſor, eo quod eſſet* amicus bonorum, inimicus tyrannorum, hoſtis criminum, hoſtis vitiorum *(inter quæ præcipuum cenſebatur fidei Chriſtianæ profeßio) id munus cum ampliſſima poteſtate juſſus ſit exercere à Decio, quicum* in procinctu agebat *paratus itineri, fuſe narrat Trebellius Pollio. Remiſſum porro in urbem & leges per ſe tuliſſe, & ſeveriſſime Chriſtianos infectatum contendit Baronius ad an.* CCLIII *num. ult. adeo ut utriuſque nomine dicta fuerit perſecutio* Decii & Valeriani, *quamvis eorum Imperia interpolarint Gallus & Voluſianus, poſt brevem unius circiter anni quietem Chriſtianis datam, eorum perſecutores etiam ipſi.*

E *ſub Decio Imp. Licinium Valerianum.*

7 Ceterum fieri non poteſt, *ut Sancti primum adducti Romam fuerint, quando contra Gothos proficiſcens Decius Valerianum cenſorem inſtituit: ſi enim paſſi ſunt illi die* X *Maji; fuit hic Majus, non ſubſequens ſed præcedens expeditionem Decii; hanc enim mox ſecuta eſt mors tyranni, mortem vero jam dicta unius anni pax, priuſquam iterum renovaretur perſecutio à Sanctis prædicta num.* 71, *& uſque ad quartum poſt mortem Sanctorum annum & Tertylli necem continuata in Sicilia, ut dicitur num.* 89. *Fieri etiam non poteſt, ut ad ſe miſſos Sanctos totis ſeptem menſibus apud Leontinos cruciaverit Tertyllus ſicut habes num.* 60. *Cum enim* V *Februarii, anni* CCLI *Catanæ coronaretur S. Agatha, Siciliæ Præſes erat Quintianus: qui ſequenti mox die in trajectu fluvii Simethi merſus, locum debuit feciſſe Tertyllo; æque ac ipſe per totam Siciliam crudelia edicta executus. Ergo ſeptem illos menſes Martyrii ſumpſerim à primo die, quo traditi Valeriano Romæ ſunt Martyres; uſque ad ultimum, quo apud Leontinos ſunt coronati. Sic autem annos eos digeſſerim, ut in Auguſto anni* CCL *miſſus in Patriam Sanctorum Nigellio, ad conquirendos Chriſtianos, Romam miſerit Sanctos menſe Septembri, præſente iſtic Decio, & proximum honoris gradum apud eum obtinente Licinio Valeriano, ſorte cum titulo Præfecti Vrbis, eodem qui anno ſequenti Cenſor lectus, ac denique Imperator creatus fuit:* per omnes *enim* dignitatum gradus ad maximum in terris culmen aſcendiſſe, *ſcribit Trebellius Pollio. Ab illo quæſtionibus variis probati ſint, uſque ad mortem Quintiani ſubſtitutionemque Tertylli in Præfecturam Siciliæ; tum una cum ſociis miſſi Puteolos, cum*

ut paſſi ſint Sancti 10 *Maji.*

F

AUCTORE D. P. an. 251

cum mandato, ut Oneſimus, Eraſmus & ſocii iſtic excarnificarentur, ipſi autem tres mitterentur in Siciliam ad Tertyllum; qui anno CCLI *eos toto Martio atque Aprili habuerit in tormentis, ubi prius veniſſe ad coronam, quam Oneſimum ſocioſque Puteolis, conſequens foret, ſi quod in horum novo Officio dicitur, id etiam haberetur in Actis, ſcilicet* XXXI *Iulii eos mortem oppetiiſſe, cum Sancti Fratres obierint, ſicut dictum eſt,* X *Maji. Quod ad mortem Tertylli & finem perſecutionis attinet, utramque in annum à morte Sanctorum quartum vel quintum cadere difficulter probari poteſt, cum Valerianus tantum venerit in captivitatem Perſarum anno* CCLIX, *& tunc primum hac patris ſui calamitate perculſus Imperii ſævitiaq; conſors Gallienus, furorem remiſerit: fieri tamen potuit, ut mortuus anno* CCLIV *Tertyllus, habuerit mitiorem erga Chriſtianos ſucceſſorem, ſub eâque ma'aciâ aucta ſit paulatim Leontinorum Eccleſia, donec primum ſuum Epiſcopum Neophytum, meruit accipere à S. Dionyſio Papa poſt annum* CCLIX.

8 *Iam quod ad patriam Sanctorum attinet, quæ in manuſcriptis æque ac impreſſis Menæis* Βασκάνων χώρα *ſcribitur, non* Βασκόνων; *in iis vero quibus uſus Sirletus exemplaribus* Bazachinorum regio *dicitur; non eſt ea nobis requirenda in Hiſpania, multo minus in Gallia, ad quam tranſitis Pyrenæis non prius penetraſſe* Vaſcones *cenſet Brietius noſter, quam ex altera parte in eam irrumperent Franci, atque à nomine ſuo conſtituiſſe* Vaſconiam: *ſed in extima & Siciliæ proxima Italia.* Quo *enim illa, ut Plinius ait lib.* 3. *cap.* 11 longiſſime in maria excurrit, *&* promontorium *efficit*, quod acrã Japygiam appellant, Baſta *eſt* oppidum, *inter ipſum & Hydrunta medio loco ſitum: quod, ut ait Antonius Galateus de ſitu Iapigiæ pag.* 96, *alii* Vaſtas dicunt, alii Vaſtam, alii Vaſten. Et hæc nunc viculus eſt, vix quindecim focis habitatus, quæ olim urbs mediocris ac juſti fuerat ambitus. Ejus pars in humili clivo, pars in plano poſita erat. Extra urbem innumera reperiuntur ſepulcra, fictilibus vaſis elegantiſſimarum formarum, & oſſibus & cineribus hominum plena, & in quibuſdam armaæ nea vetuſtate conſumpta, & annuli rudes nec ſatis perpoliti. *Quæ omnia indicio nobis ſunt, urbem illam fuiſſe Romanorum veterum Præfecturam.* Erant *enim, ut ait Ferrarius in Lexico Geographico,* Præfecturæ oppida Italiæ; in quibus qui habitabant, nec ſuis legibus vivebant ut Municipes, nec ullos de ſuo corpore magiſtratus creare poterant, ſicut Coloni; ſed à Magiſtratibus Roma miſſis regebantur, *quod* urbem Præfectam *ſeu* Præfectorum *Græci dicere potuerunt; ſicuti in hanc* Baſtanorum *ſeu* Baſtatinorum *regionem ad urbem Præfectam Roma miſſus dicitur Nigellio, qui Sanctos vinxit atque ad Licinium miſit. Vnius autem litterulæ depravatione, factum eſt, ut loco* Βαζάνων *ſeu* Βαζαλίνων *ſcriberetur* Βασκάνων *ſeu* Βαζαχίνων: *quod in nomen* Βασκόνων *imperitia poſteriorum ſeculorum detorſit; & notiſſimam iis Vaſconiam, licet ab urbe Roma remotiſſimã, cogitare fecit, quamvis* Præfecturæ *extra Italiam nullæ fuerint nuncupatæ. Confirmari dicta ſententia poteſt ex nominibus Martyrum, quæ Græca ſunt omnia, ut vel ſola ſufficiant ad perſuadendum, ex Magna Græcia potius quam aliqua regione Tranſalpina oriundos, ubi non modo non ita frequentia, ſed rariſſima erant ejuſmodi nomina.*

9 *Quam autem imperite pro* Baſtanis *ſeu* Vaſtanis *in Italia ſuppoſiti fuerunt Vaſcones, olim Hiſpaniæ nunc Galliæ populus: tam inepte eorumdem regioni conjungitur in parte ultima magiſque ſalebroſa Actorũ, num.* 102, Britannia, *& num.* 117 Britanorum regio: *quorum alios inſulã habitantes grande maris ſpatium à Vaſconibus ſeparat: alii incolentes eam regionem quæ prius* Armorica *dicebatur, & in diviſione Imperii* Provincia Lugdunenſis tertia, *totius ſaltem Aquitaniæ interjectu diviſam à Vaſconiæ hodiernæ, primum tranſgreſſi ſint mare, & à patriæ antiquæ nomine* Britanniam *dixere, poſt annũ Chriſti* CCCLXXXII; *quando adverſus Gratianum rebellante Maximo, duæ ex inſula legiones irruperunt in Galliam Duce Conano Britanno. Pro his vero longe aptius ſubſtituentur & primitus ſcripti fuiſſe credentur, quos Græci plerumque* Brettios, *Latini* Brutios, Brutates *Ennius, quidam fortaſſis* Bretanos *ſeu* Brutanos *nominavere: proxime autem fretum Siculum accolunt, & ſolius Tarentini ſinus interjectu ſejunguntur à Meſapia; quæ ſi tota Præfecto Baſtæ, habitanti, ſuberat, tota Baſtanorum nomine cenſeri poteſt. Atque ita ſi Roma veniens terreſtre teneas iter, uſque dum eo veneris unde breviſſimus eſt trajectus in Siciliam, totam Brutiorum regionem te oportebit emetiri. Quin & totam illam Calabriæ partem, quam Romani vocant Vlteriorem, potuerunt Siculi Brutiis attribuere; ſic ut cum eis ſub eiſque etiam cenſeantur Baſtani; ſicut Angli aliæque nationes plures, à notioribus aut vicinioribus ſibi Flandris omnes Belgii Hiſpani provincias nominant.*

D

ſed Brettiis ſeu Brutiis

Vasti non apud Vaſcones in Hiſpania aut Gallia,

B

confines, non Brittannis,

C

§. III Acta quæ, & qua fide ſcripta?

10 *Hactenus dicta ſufficiant ad veram perſonarum, temporum, locorumque notionem reſtituendam primæ notitiæ, quæ de Sanctis tribus fratribus apud Leontinos paſſis, vel ſola majorum traditione vel etiam breviuſculo ſcripto pervenit ad auctorem prolixiſſimorum, quæ Græce Latineque damus, Actorum.* Græcum quoddam MS. autographum, *Cajetano teſte, habuit* Leo Corinthius Notarius Traynenſis *&* in Latinum ſermonem vertit *anno* MCCCXII, *quod ipſum fortaſſis nunc* habetur in bibliotheca S. Salvatoris Meſſanæ: *vel à quodam monaſterii Fragalatenſis Abbate, ante vel poſt ea, repoſitum fuit* in arcula quadam reliquiarum S. Alphii, Philadelphi & Cyrini, *ubi anno* MDXVII repertum, *iterum vertit in Latinum Silveſter Sigona Leontinus, ediditque Panormi anno* MDXXII. *Habuit hanc editionem Baronius, & in Notis ad Romanum Martyrologium cenſuit, ipſa* Acta in aliquibus corrigenda. At ne mihi, *inquit*, alienos labores ſumere videar, hæc ipſa aliaque pene omnia, ex diverſis extra urbem eccleſiarum archivis accepta, quorum in his Annotationibus frequenter meminimus, in unum colligere, fuit operis & induſtriæ R. P. Antonii Talpæ Severinatis, noſtræ Congregationis Bibliothecæ Præfecti: qui in his colligendis diligens ſtudium officiumque laudabiliter impendit. *Non tamen & in lucem videtur edidiſſe, cum nuſquam citetur à Cajetano, nec ipſum Romæ alicubi invenerimus. Sed nec Talpæ autographum puto in Vallicellana Congregationis prædictæ bibliotheca aſſervari: quia nihil in ea nobis inacceſſum occultumque voluit Patrum iſtorum laudabiliſſima caritas, & pro hujus operis profectu zelus tam ſingularis, quàm in dedicatoria ante Martyrologium Bedæ epiſtola tom.* 2 *Martii teſtatum fecimus. Sed quia Talpæ ſcripta non vidimus, non ideo nos minus inſtructos ab inſtrumento neceſſario opportunoque credat aliquis: nam præter editionem Panormitanam prænotatam, aliud nihil habuiſſe eum credimus, quam diverſum à prioribus Siculis Græcum MS. in agro Tuſculano apud monachos Baſilianos monaſterii Crypta-ferratæ repertum.*

E

Acta Latine edita an. 1312 *in Sicilia,*

Alia Roma collecta ab Ant. Talpa,

F

11 *Eſt hoc exaratum* manu Baſilii monachi, *ſicuti ipſe notavit ad finem libri, tum iſtic ubi deſinunt Acta quæ Latine Sigona reddidit, & quouſque vocatur* liber SS. Alphii, Philadelphi & Cyrini; *tum iterum poſt ingens additamentum, quo expleto ſubjungitur,* Deo juvante hic finis libri, manu Baſilii peccatoris menſe Decembri, die Hebdomadis VI, Indictione VIII, anno 1473, Lunæ cyclo XIII. *Ita exemplum noſtrum Latinum, quod Neapolitanum vocamus, quia Neapoli accepimus, miſſum à P. Antonio Beatillo; ipſum autem tranſcriptum eſſe ex autographo P. Iacobi Sirmundi, qui cum Romæ juvenis operam daret Theologiæ, Græcum MS. Cryptæ-ferratæ Latinum fecit, patet ex Cajetano: & hic altero uſus exemplo, ipſum diſſecuit in variorum Sanctorum Acta, & tranſtulit in opus ſuum, atque in Animadverſionibus pag.* 51 *notavit*

alia à Sirmundo verſa.

A notavit annum, quo ſcriptus Græcus codex ſit MCCCCXXC. Neuter numerus cum numero Indictionis & Cycli Lunaris concordat; nec ſcire eſt facile ubinam vitium lateat. Si Cyfra uſus Sirmundus eſt, nihil pronius fuit, quam 1473 ſubrepere tranſcribenti pro 1475, qui annus à Græci ritus monacho, una cum Cyclo Lunari atque Indictione inchoatus à menſe Septembri, anni ſecundum vulgarem nunc uſum MCCCCLXXIV, indicaret ſcriptionem hanc eſſe finitam die Decembris IV, XI, vel XVIII in feriam VI cadente, in quam etiam eo anno incidit Natalis Domini, ſed tunc ſcribendo laboratum fuiſſe nefas ſit cogitare. Alius certe annus toto eo ſeculo nullus eſt, qui Cyclum Lunæ XIII & Indictionem VIII conjunxerit. Is autem quem Cajetanus exprimit annus, proximeque ſequentes ac præcedentes, omnia habuerunt diſparatiſſima, uti tabulas conſulenti innoteſcet.

ex Ms. Græco anni 1475.

Græca damus ex Vaticano Ms.

12 Ceterum vel Sirmundus valde contraxit phraſim, nonnumquam & circumſtantias reſecuit aliquas; vel quod Latine reddidit MS. valde diverſum eſt ab eo quod nos reperimus in MS. Codice Vaticano 1591, unde ipſum ad calcem hujus tomi dabimus: utrumque tamen MS. eodem modo velut in quatuor partes dividitur, quarum tres dumtaxat continentur in MS. & impreſſo Leontino, eaque ab invicem indiviſa. Sed abeſt à MS. Vaticano ſcribentis nomen, quod in Crypto-ferratenſi exprimitur poſt finem tertiæ ac quartæ partis. Deſunt etiam in fine tertiæ partis articuli integri aliquot, quos idem Cryptoferratenſis codex æque ac Leontinus habet, uti indicamus in notis. Quatuor autem iſtarum partium hæc eſt diſtributio. Prima pars continet Sanctorum traductiones, tormenta, mortem ac ſepulturam. Secunda & Tertia miracula, apparitiones, converſiones & varia martyria Sanctorum ſepulturam ſecuta, cum actis Agathonis Epiſcopi Liparitani apud Leontinos, & morte Tertylli Præſidis. Quarta proſequitur argumentum præcedens, & in progreſſu habet fundationes Leontinarum eccleſiarum, primique Epiſcopi ordinationem & ſucceſſores.

B

Latina ex verſione Sigona.

13 Ex his primam partem nova verſione dignatus Ioannes Franciſcus Albanus Latinam nobis fecerat: ſed quia progrediens celerius prælum non indulgebat ſpatium neceſſarium temporis quo poſſent tres aliæ partes ſimiliter in Latinum idioma ab eodem converti; & ad ea quæ de fide partium ſingularum mox dicturi ſumus certius aſſerenda, expediebat veterem Sigonæ verſionem retineri, addito ex Sirmundiana verſione ſupplemento; ideo ſatis habemus bonam illius erga nos voluntatem gratanter laudare, opera ejus in digniori aliquo, ſi Deus dederit, argumento uſuri. Nam ut recte obſervat Cajetanus prænominatus, quo prolixior hæc hiſtoria, eo minus legitima; nec antiqua illa, ſive à Chriſtianis ſcripta, cenſenda

cum ſupplemento ex verſione Sirmundi.

C eſt. Antiqua enim Acta Sanctorum Martyrum brevia & candida eſſe ſolent: hanc vero hiſtoriam pius aliquis monachus, vetuſtis Actis & veritati inſiſtens, videtur compoſuiſſe & auxiſſe: ſed in multiloquio peccatum eſt, qua contra dignitatem, qua contra hiſtoriæ fidem. *Errata quædam ipſe ſummatim indicat: duo primam partem totam percurrentia jam indicavimus: cetera in Annotatis & cenſuris, ad capita ſingula ſubjectis, perſtringimus; cogimurque opinari, vix quidquam amplius ſolidæ veritatis in illa contineri, quam continet productum ſupra ex Baſiliano Synaxario elogium; fortaſſe nec ſcripturam quidem ullam præluxiſſe auctori, ſed ſolam Leontinorum traditionem, ac vetuſtas ut ſummum picturas aliquas; quorum argumentum non minus imperite quam conſtanter auxerit ille, additis dictorum factorumque, miraculorum & viſionum cæleſtium circumſtantiis, qualibus putavit ejuſmodi martyrium potuiſſe illuſtrari.*

ſunt autem imperite amplificata,

interjectis plurium Sanctorum Actis, forte vel ficti

14 *Atque utinam; ſicut de Sanctis fratribus* Alphio, Philadelpho atque Cyrino, *ex templorum eis dicatorum antiquitate, & ſacrorum oſſium tribus locis etiamnunc religioſe aſſervatorum perpetuo cultu, ſatis certo credimus, eos & in Sicilia vere fuiſſe, & in eadem martyrium conſummaſſe pro Chriſto; & ſicuti pro* SS. Oneſimo, Eraſmo & ſociis, *quos Puteolis paſſos initio horum Actorum legimus, fidem nonnullam, etſi non æque certam, facit Baſilianum Menologium, quod aliunde quam ex Actis interpolatis acceptum facilius præſumere poſſumus quam probare: utinam inquam, etiam aliunde haberemus aliquid, pro firmius credenda veritate Martyriorum, quibus coronati fuerunt* Neophyta & Iſidora *curatrices Sanctorum, Theclæ mater & matertera num.* 10, Mercurius *miles cum ſociis novemdecim, num.* 24, Judæi plurimi *per Sanctos converſi atque à Contribulibus ſuis lapidati num.* 38, *quibus omnibus ſuos Eccleſia Leontina natales aſſignat, ex ſola Actorum ſic interpolatorum fide.* Thecla *quoque jam dicta* & Juſtina, Alexander & *uxor ejus* Epiphana, *quorum converſione & virtutibus pars illa prima, de qua egimus, excrevit in tantam prolixitatem, vehementer egent ſubſidio aliquo, ne ingenioſe vel ad ornatum ficti credantur, vel gratis in hanc hiſtoriam tracti; ſicut in S. Suiberti Vitam, ſub nomine Marcellini compoſitam & 1 Martii refutatam à nobis, Wertinenſis aliquis monachus compegit plures, quos Belgica noſtra colit Sanctos, queſque nos probamus, diu vel antea vel poſtea mortuos, nihil cum Suiberto habuiſſe commune, præter titulum inſignis ſanctitatis, operæque collatæ in regionum noſtrarum converſione aut cultu.*

AUCTORE D.P.

vel temere huc tracta.

15 *Iam vero ſi primæ partis ſic vacillet fides; quæ piæ credulitatis indulgentia recipienus ſecundam & tertiam? Sunt illæ quidem ejuſdem omnino auctoris: ſed qui ad primam conſcribendam aliquod in certa notaque veritate fundamentum habuit indubitatum, ſcilicet Sanctorum Martyrium, quod multis parergis additis amplificaret. At vero tantillam ſolidi conſtantiſque argumenti veritatem habuerit prælucentem ſibi in aliis duabus componendis, merito dubitabit, qui conſiderabit eas aliud nihil eſſe, quam continuationem parergorum primæ parti inſertorum. Ergo generoſum* Epiphanæ *martyrium, felicem obitum* Thalelæi, Agathonis *Liparitani Epiſcopi in Siciliam adventum,* Stratonici ac Cleonici *ultro ſe morti offerentium fortitudinem,* Martyrum in Minæo *multitudinem,* Neophyti *antea* Alexandri *baptiſmum,* Tertylli *Præſidis funeſtum exitum, quorum nullum alibi in libris, templis, altaribuſve extat indicium, non poterimus non habere ſuſpecta, atque dolere, ex tam levis auctoritatis ſcripto auctos eſſe non ſolum privatos Eccleſiæ Leontinæ faſtos, ſed etiam Romanæ atque univerſalis Martyrologium, ſuggerente Paulo Bellardita, & ad potiores alias curas ſic diſtracto Baronio, ut cum Sanctorum Fratrum martyrium ad perſecutionem Decii pertinere prudenter cenſuiſſet; ex horum dumtaxat Actis cognitum Mercurium ſocioſque ad tempora Imperatoris Licinii, Epiphanem vero ad Diocletiani perſecutionem retulerit, utrique Præſidem Tertyllum adjungens.*

potiſſimum in 2 & 3 parte.

E

F

16 *Pars ultima alterius prorſus auctoris eſt, atque etiam poſterioris multo, ut mirum non ſit, ſi in vetuſtioribus exemplaribus, quale inventum eſt in arca reliquiarum, non compareat. Hic* Eutropia *hæmorrhoiſſa legitur miraculo ſanata, ejuſque filia* Euthalia *fidei Chriſtianæ cauſâ cæſa à fratre ſuo* Serviliano, *Chriſtianis in Sicilia jam pacem habentibus, deque eccleſiis ædificandis dotandiſque cogitante Thecla. Hic* Alexander *jam* Neophytus *cum* Agathone *Romam, imo & in* Vaſconiam *proficiſcitur: hic ille jam ordinatus Epiſcopus Leontinos baptizat: hic* Samuel Hebræus *ſanatur à lepra, & in* Donatum Presbyterum *convertitur. Hic denique ſucceſſores tam* Donati *in cura Antzianenſis Parochiæ, quam* Neophyti *in regimine Leontinæ Eccleſiæ recenſentur chronologice: ſic tamen ut* Creſcens, *à Neophyto ſeptimus, indicetur Sanctorum reliquiis infenſus, Iconomachorum more, ſeculo primùm octavo cognitorum; ideoque arguitur quaſi Sanctorum Acta & miracula, ſcripta à* Marco monacho, *igni tradiderit; ab immediato Creſcentis ſucceſſore* Luciano, *reſtaurata, ut cenſet Cajetanus; huic Luciano æque ac Marco prædicto locum faciens inter Siculos Sanctos. Hac vero pars quanto accuratiori ſtylo videtur conſcripta, expreſſis ſcrupuloſe annorum ac dierum*

Quarta vero pars recentior totaque fabuloſa eſt;

AUCTORE D.P.

numeris, tanto noticrem facit ſcriptoris audaciam; qui velut de ſingulis informatiſsimus, tot interim tantaſque abſurditates huic parti admiſcuit, ut nec tolerabilis quidem figmenti ſpeciem præſe ferat. Cumque priores partes ſcripſerit auctor ſeptimi ſolum aut octavi ſeculi; nihil eſt quod ſuadeat alterum, imperfectam aliquam Epiſcoporum Leontinorum ſeriem adeptum, vel de ſuo eam commentum cerebro, ante decimum undecimumque ſeculum vixiſſe. Fortaſſe nec in Sicilia ſcripſit, ubi ignota pars iſta quarta fuit, ſed in Italico quopiam Baſiliani Ordinis monaſterio, puta in Crypta-ferrata.

Ea omnes cur hic dentur?

17 *Itaque cum pars prima ut minimum dici debeat interpolata imperite, ſecunda & tertia tota ſit fictionis ſuſpecta, quarta certiſſime fabuloſa in pleriſque; non erant hæc Acta digna, quæ operis hujus molem augerent inſulſa ſua prolixitate, magis etiam dilatanda à nobis per Notas & Cenſuras, ſine quibus ea non debent comparere, adjectas ad Capita ſingula; niſi ad noſtri de iis judicii juſtificationem viſum fuiſſet neceſſarium, totam ſimul rem ſub aſpectum ponere: quæ membratim diſcerpta & caſtigata à Cajetano in priſcribus menſibus nos quoque fefellit, & facillime poſſet quemlibet decipere. Quæ enim ſingula aut vix offendunt, aut etiam excuſantur, vel viſum fugiunt; ea ſimul in oculos procurrentia, haud dubiam referent damnationem. Accedit quod operæ pretium ſit bene intelligi, Siciliam, ut frugum, ſic & pœticorum ingeniorum fuiſſe feracem præ aliis regionibus, non tantum cum gentilitiis ſerviret vanitatibus, ſed etiam poſtquam Euangelii ſolidiorem doctrinam hauſit; plane ut videatur hominibus etiam bonis ac piis fuiſſe perſuaſum, ad Religionis Sanctorumque cultum facere, ſi cum alii per armorum amorumque ludibria contextis fabulis (Romancias hodie dicimus) inſtillant animis exempla præceptaque, moribus non tam formandis quam deformandis accommodata, eo nocentius quo delectabilius; ipſi Sanctorum celebriorum Vitas ſimili concatenatorum inter ſeſe eventuum mirabilium amœnitate variegarent, ad inculcanda efficacius virtutum præcepta & vitiorum remedia. Conſilium non illaudabile, ſi quantum utilitatis ſimpliciores animi capere ex eo poſſunt, tantum detrimenti non acciperet eccleſiaſticæ hiſtoriæ ſinceritas, dum neque in principio neque in decurſu narrationis monetur lector, ſub hiſtoriæ ſpecie tradi poëma; ejuſmodi tamen, ut æque erraturus ſit qui vera omnia, atque is qui cuncta conficta credet. Monuit hoc in profanis Ioannes Barclajus, in ſacris Petrus Camús Epiſcopus Bellicenſis, ſui temporis ſuæque patriæ hiſtorias vetuſtatis ſchemate palliantes, prior ſub confictis* Argenidis *Sicula* Polyarchique *nominibus, iſte ſub veris* Agathonis Tryphæneque Martyrum Sicilienſium *appellationibus; eaſque ut viſum fuerat amplificantes, nec tamen offendentes quempiam, quia non diſſimulant fictionem. Iſti vero ſua commenta vulgarunt tamquam certiſſimæ veritatis hiſtorias.*

C

quam multa talia in Sicilia prodierint etiam ſub nomine oculatorum teſtium?

18 *Deſcripſimus ex Florentina S. Laurentii bibliotheca, Alphianis noſtris Actis quoad fingendi licentiam ſimillimas Vitas Sanctorum* Gregorii Agrigentini *&* Gregorii Armeni, *hanc ſub nomine* Agathangeli, *iſtam ſub titulo* Leontii, *tamquam coævorum & teſtium in pleriſque oculatorum, diffuſiſſime ſcriptas in eadem Sicilia: quæ poſtquam à Simeone Metaphraſte contractæ fuerunt in elegantem venuſtamque epitomen, in omni fere Græcarum Vitarum collectione locum repererunt; & Latinitati donatæ etiam nunc fallerent, ſi non ad ipſum fontem fictionis perveniſſemus,* XXX *Septembris &* XXIII *Novembris, eumdem reſeraturi.* S. Pancratii *Epiſcopi & Martyris Tauromenitani Acta,* Euagrii *nomine inſignita, quibus admiſcebatur Vita* S. Marciani, *Syracuſani Epiſcopi, ejuſmodi ſunt, ut ea paſſim reprobarit Cajetanus. Hæc in præcitato codice Vaticano* 1591 *cum inveniſſemus, & levi ſolum oculo percurriſſemus, non potuimus non averſari, deſcriptioniſque laboreac ſumptu indignas judicare tam longas ac futiles nænias. Idem tum judicabamus, de his quæ poſt fol.* 110 *ſequebantur Alphianis Actis: neque nunc de-*

ſcribi ea, multo minus imprimi voluiſſemus, niſi ratio ſupra allegata perſuaſiſſet. Porro non ſoli in Sicilia monachi Græci talem ſibi circa prænominata & alia quædam Sanctorum Acta ſumpſerunt licentiam: ſed etiam à Latinis habemus ibidem ſic compilatam S. Placidi, *qui S. Benedicti diſcipulus fuit, Paſſionem, tamquam à* Gordiano *ejus miniſtro ſcriptam; ſic, ut antiquiora alia exempla prætermittam, legimus à non multis ſeculis Vitam* S. Angeli Carmelitæ, *ſcriptam ſub nomine* Enoch Hieroſolymitani Patriarchæ, *velut itinerum & prædicationum ſocii: quam quia cogimur in hujus tomi fine dare, expediebat præmuniri lectorem, ne mira ei videatur & calumniæ proxima accuſatio illius, tamquam otioſe imperiteque ab aliquo Siculo conſarcinatæ atque confictæ.* D

ACTA

Interprete Silveſtro Sigona Leontino.

EPISTOLÆ PRÆVIÆ

Ad interpretationem & editionem Latinam.

E

Silveſter Sigona Leontinus perquam Reverendo Domino Ludovico de Platamone, Syracuſano Epiſcopo, felicitatem.

Opus laudabiliter ſcriptum

INgens & immortalis gratia, Antiſtes admodum reverende, priſcis viris habenda eſt, qui aut ipſi præclara geſſerunt, aut ab aliis præclare geſta litterarum monumentis mandavere, ut eorum memoria ad poſteros propagata ad agendum eadem eos excitaret. Quare Chriſti Eccleſia, ſi Apoſtolis reliquiſque Sanctis plurimum debet, paullo minus debeat oportet his qui Sanctorum geſta litteris commendare ſtuduerunt. Leontinum certe populum & te quoque, Præſul optime, qui huic noſtræ diœceſi Dei providentia Paſtor vigilantiſſimus præpoſitus es, & habere & agere gratias immenſas fas eſt ei: qui Græce conſcripſit Martyrium Sanctorum Fratrum Alphii, Philadelphi & Cyrini, qui nullis Martyrum aut in perferendis tormentis conſtantiâ, aut eorum multitudine, magnitudine, varietate, aut miraculorum numero cedunt. Hoc nuper repertum, & à meis civibus recuperatum, mihique traditum, Latinitate donavi: & quamvis multis convitiis, non citra ſuſpicionem vel inertiæ vel imperitiæ, ab omnibus efflagitaretur; numquam tamen emittere placuit, niſi per te prius (ad quem apud nos ſacrorum cura ſpectat) probaretur. Miſi ergo ad te, ut qua in ſacris litteris præſtas ſapientia, perſpicias, perlegas & emendes. Ita fiet, ut tuo nutu impreſſum ab omnibus probetur vale.

& Latine redditum

F

Epiſcopi cenſuræ ſubjicitur.

Ludovicus Epiſcopus Syracuſanus Silveſtro Sigonæ S. D.

TUum libellum, de Sanctorum trium Fratrum Martyrio, L. Chriſtophorus Scobar nobis exhibuit Res profecto admodum pia, & digna te viſa eſt: quæ tuæ patriæ Leontinæ decus ſit futura. Qua ex re majorem in te amoris affectum concipimus: & placet, quod vis eum imprimendum curare; id quod Leontinis honor, tibi fama, & imprimis Deo gratum obſequium erit. Vale.

ut imprimendum judicat.

Marty-

A *Martyrium Sanctorum fratrum Alphii Philadelphi & Cyrini, ad illuſtrem & avita ingenitaque nobilitate præfulgentem Don Ioannem Brachifortem, Comitem Mazarhyni, latinitate donatum per D. Silveſtrum Sigonam Leontinum.*

PARS PRIMA

Auctore anonymo interpolata.

CAPUT I.

Edictum contra Chriſtianos. Animi ad patiendum parati.

Cum Religio ut præcipuum bonum,

PLacet mihi, Comes illuſtriſſime, Lactantii ſententia, qui multis gravibuſque rationibus ſummum hominis bonum in ſola religione oſtendit eſſe. Eam enim generi humano imprimis propriam atque neceſſariam, ſive ut hic bene beateque vivamus, ſive ut cælorum gloriam conſequamur, Deique fruamur aſpectu, cenſere oportet falſque eſt: niſi quiſpiam aut impius Diagoras, aut voluptarius Epicurus haberi velit. Nam ſi tollatur religio, ſine qua (ut ait idem) omnis vita hominum ſtultitia, ſcelere, immanitate completur; aut Deum non eſſe, aut humana non curare, & opinari & profiteri conſequens erit. Tum quid proderit ſectari virtutem? quid tantopere à vitiis abhorrere? Propterea prudentiſſimi quondam, ut in illa gentilitate, Romani, ſtudioſiſſimi fuerunt (ut Valerius inquit) non ſolum obſervandæ, ſed etiam amplificandæ religionis, poſt quam omnia ponenda ſemper duxerunt, nec apud eos clariſſimi quoque viri ſacris ſervire dubitarunt. Quod ſi, cum, ob ſathanæ verſutiſſimas fraudes inſidiaſque, ignorantiæ tenebris adhuc caligaret mundus, cæcæ gentilium mentes eam ſuperſtitionem, quam propter infidelitatis caliginem piam religionem opinabantur, tanti fecerunt; quid nobis eſt agendum, quibus æterni Patris Filius viam ſalutis aperiens veram tradidit religionem, quam ipſe primus ſuo pro nobis effuſo ſanguine conſtituit, eamdemque cruore ſparſo pro ejus nomine invicti Martyres confirmarunt, & ad ſummum culmen erexerunt. Nefas eſt profecto, non poſtpoſitis abjectiſque rebus omnibus affectare totis viſceribus, puraque mente colere hanc cæleſtem religionem: quæ non conſtat ex rebus corruptis, ſed ex virtutum exactiſſimo cumulo, eoque cultu, qui oritur in cælis. Sed quis eam ſectatur? quis obſervat? Omnes quidem reipublicæ Chriſtianæ cives: at pauci optime: alter tamen altero melius. Hic certe in cujus pectore redundat manſuetudo, juſtitia, fides, innocentia, caſtitas, abſtinentia. Ego quidem noſtri temporis cœnobia penetravi numquam; & Monachorum vitas in ſuis cellulis latitantium haud unquam inſpexi; ſed multas urbes peragravi, multorum hominum mores notavi: quem tamen tibi anteponam, non facile invenio. Plura de te dicturus verecundia impedior: nam & laudare coram erubeſco, & domeſtici teſtes minus fidei habere videntur: nec laudis indiget vera virtus, quam gloria conſequitur, ut umbra corpus. At vero ex multis variiſque virtutibus redundat compoſitum jus faſque animi tui ſanctique receſſus mentis, & incoctum generoſo pectus honeſto, ut Perſius canit; nullam in te magis quam religionem admiror. Quod cum ita ſit, non immerito hanc trium Martyrum hiſtoriam tibi dicare conſtitui. Quapropter attentiſſime perlege hoc Martyrium trium fratrum Alphii, Philadelphi & Cyrini, nec non Epiphanæ, pariterque Agathonis Epiſcopi Liparitani adventum in hanc inſulam, atque mortem Tertylli tyranni prodigioſam. Et cum videris quam patienter, quam conſtanter, quam varios, quam innumeros cruciatus, à quam feris atque immanibus tyrannis, in puerili ætate, in delicato corpore, in teneris artubus, ſancti tres fratres pertulerint, quibuſcumque vel Apoſtolis etiam æquandos eſſe cenſebis. Vale: & noſtri memor vive diutiſſime. Iterum vale.

etiam à Gentilibus æſtimatã,

in eaque ſingulariter Comes excellat,

Hoc opus ei dicat interpres.

B

C

Maji Tomus II.

1 SEmpiternum ac præpotens Domini Dei ac Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti regnum neque principium habuit, neque finem habebit: cujus glorioſa & perquam celebris per intemeratæ Virginis uterum Incarnatio, & in hunc mundum adventus, jam quidem per univerſum terrarum orbem fulgebat: id quod docuerat beatus Sanctorum Apoſtolorum chorus, qui, tamquam & totius naturæ ſuperioris & ſapientiæ legati, annuntiaverunt opera Dei. Multi autem erroris nubilo caligantes, propter admirabilem ſapientiæ magnitudinem, ex qua ea emanabant, minime crediderunt: ſed vana rerum terrenarum gloria præpediti, contumeliam & fabulam exiſtimaverunt diſpenſationis myſterium, & Dominicæ Incarnationis ac regni præconium: quæ Judæis quidem ſcandalum, gentibus autem ſtultitia viſa fuit. Et propterea placuit, per admirabilem ſervorum ſuorum patientiam, hominum genus in veram ac ſalutiferam religionem inducere. Cumque ſathanica idololatria apud homines adhuc regnaret, Romani Imperii moderabatur habenas *a* Licinius Imperator, qui velut inhumanus lupus & agreſtis fera in Chriſti ſæviebat gregem, vanis idolis pravo mentis errore deſerviens. Huic *b* Valerianus unanimis amicus erat, conſiliariuſque & aſſeſſor, impietate quidem longe ſuperior, qui ſecundus ab ipſo erat in imperio, furore in Chriſtianos maximo ferebatur. Cum hoc igitur init conſilium, quidnam oporteret facere, ut Chriſtianorum genus perderent penitus, niſi parerent & vana idola adorarent colerentque: erat enim pernicioſæ idolorum culturæ deditus, & maxime Apollinis atque Æſculapii, qui ſe ad damnationem æternam duces præſtant. Variis igitur rationibus agitatis, in eam devenere ſententiam, ut ipſius Imperatoris nomine per omnes provincias Romanæ ditionis hujuſmodi litteræ ſcriberentur, ad Prætores Duceſque & alios Principes viros.

Poſt Chriſti incarnationem prædicatã

E

a

b

Imperatoris conſilio Valeriani

2 *c* Licinius Maximus, ſemper Auguſtus & perpetuus Imperator, omnibus per totum Romanum Imperium Ducibus, Præſidibus ceteriſq; in poteſtate conſtitutis ſalutem. Quoniam novimus, quod nos graviter perturbat & angit vehementer, vires maximas ſumpſiſſe ſectam eorum, qui appellantur Chriſtiani, ab eo quem Maria quædam Judæa mulier peperit & nuncupatur Jeſus; eumque divinos huic honores impendant; Apollinem vero atque Æſculapium, Mercuriumque ac Jovem, per quos noſtræ Reipublicæ pax eſt data, turpibus contumeliis fœdiſque blaſphemiis inſectantur; at Chriſtum ut Deum adorant, quem Judæi tamquam multorum malorum auctorem cruci affixerunt; propterea mandamus ut Chriſtiani omnes viri ac mulieres inquirantur per omnem regionem & urbem, atque cruciatibus acerbiſſimis ſubjiciantur: ut ſacrificent diis noſtris, & Chriſtum abnegantes recedant ab errore: qui ſi paruerint, veniam conſequantur; ſin minus, & igni & gladio tradantur, ut cum graviſſimo intereant dolore. Sancimus etiam, ut ſi quiſpiam aliquid ex noſtro decreto neglexerit, pari pœna puniatur.

F

c

edictum cõtra Chriſtianos vulgat.

3 His litteris per orbem terrarum miſſis, maxima

INTERP. SIGONA. *quod & Senatus-consulto probatur.*

Christi gregem persecutio invasit, qua multi insignes plurimorum tormentorum sævitiæ cesserunt. Multo etiam magis insaniens Licinius, & Senatum universum & præstantes viros exercituum Præfectos accersivit, ad eos relaturus, quæ de Christianorum agitabat excidio. Cumque jam omnes perterriti convenissent, & se prompte omnia, quæ mandaret, facturos pollicerentur, hæc ita Licinius: Nihil mihi, carissimi Viri, majori veneratione dignum videtur, quam dii nostri, quibus pietatem debeamus. Per ipsos enim imperium mihi, hominibus autem universis pax est data. Justum igitur censemus & continua diis sacrificia rependere, & Christianos, qui eis injurias inferunt, omnium generum tormentis subjicere, donec ipsorum religio dissolvatur, ac memoria etiam de medio tollatur. Adhæc omnes non sine timore respondentes dixerunt, Libentissime profecto tuam, maxime ac invictissime Imperator, divinam providentiam amplectimur; deosque immortales & tuam pariter potentiam volumus venerari. Si quis ergo inventus fuerit deinceps, qui vel tantum cogitando nominaverit Christum, quibuscumque mortis generibus subjiciatur. Hoc itaque impium & iniquum Senatus-consultum factũ est, & B edictis ubique propositis omnia vel mortis vel tormentorum genera excogitata fuerunt contra Christianos. Quorum multi extiterunt hostes, qui ad investigandum eos temporis opportunitatem captare cœperunt.

Ab Onesimo Magistro

4 Tunc temporis velut in tenebrosa nocte lucidæ splendidæque stellæ refulserunt, pretiosæ Christi margaritæ, Onesimus quidam Christi generosus miles, d & una tres pueri, Alphius, Philadelphus & Cyrinus, qui fratres erant, & sanctam Trinitatem consubstantialem confitebantur; & cum ipsis Erasmus: qui è suis cordibus ejecerant tenebras adorandi multos deos, impiamque erroris insaniam in colendis idolis: & perfecta cælestique prudentia diem salutaris præconii, per proprium sanguinem, illustraverunt. Nihil enim veriti fœdissimi Imperatoris Licinii edicta, neque tantorum Principum & exercituum insaniam, ne minimam quidem propositorum tormentorum rationem habuerunt: quæ quamvis considerarent, & gravissima esse cognoscerent, pia tamen animi constantia mentis aciem in Deum intendebant. Eo autem tempore Onesimus, divini e sermonis Observator & Doctor, ingressus e Præfectam, quæ Vasconum regionis civitas erat, à Vitalio f susceptus fuit hospitio: qui non solum Christianæ religioni fuit additus, sed cum Christum maxime diligeret & pietatem servaret, frugique esset, multis etiam virtutibus ornatus, Deum timebat, liberalis & misericors erat, atque divini eloquii valde studiosus. Hujus vero filii tres illi erant pueri Alphius, Philadelphus, & Cyrinus, conspicuo vultu formaque decora insigniti, quos à teneris annis pater ipsemet educavit, & honestas litteras Græcamque linguam edocuit, sed inprimis Christi orthodoxam fidem ut colerent, & unum solum Deum adorarent, & unigenitum ejus filium Dominum nostrum Jesum Christum atque vivificantem Spiritum, Trinitatem ipsam consubstantialem, unam sanctam divinitatem & potentiam. Erasmus autem Vitalii nepos erat ex filia, quæ jam fuerat defuncta, eumque Vitalius cum suis filiis erudiverat. Et in tribus quidem pueris Dei gratia effulserat tanta, ut omnibus essent admirabiles. Cumque noctuque diuque vacarent divinarum Scripturarum meditationi, sanctum Euangeliũ perlegebant, & B. Pauli Apostoli epistolas; præterea sanctorum Apostolorum actus & Prophetarum libros jugiter evolvebant: quamobrem assidue Deum orabant, ut volens libensque eos dignos faceret, qui proprium sanguinem effunderent, & Sanctorum qui ei bene placuerunt numero adderentur. D

C f & Vitalio patre

Sancti fratres edocti

cum Eras. mo nepote eorum,

5 Quodam igitur die cum S. Onesimus in ea esset civitate, multosque doceret; quidam, cui nomen erat Nigellioni g, illuc accessit ab Imperatore Licinio missus, cum litteris [h quarum similes destinasse diximus in omnes oras] ex Urbe. Hic Præfectorum civitatem cum multo exercitu ingressus, tumultum maximum excitavit, conturbavitque totum populum. Timuerunt enim valde ab ejus facie universi & civitatem fuga linquere cogitaverunt. Erat enim pestifer, inhumanus, crudelis & iniquus contra Christianos. Accersivit autem omnes proceres, ipsiusque civitatis Præfectorum Principes, & cujuscumque ordinis pueros senesque in mediæ urbis locum, in cujus eminentiorem partem ascendit ipse, manibus continens Imperatoris epistolam: coramque omnibus eam perlegit, ipsiusque gravia, nefanda & execrabilia mandata exposuit. i Postea vero quam litteræ fuerunt perlectæ in ea civitate, in qua erat Onesimus, & viri tredecim eum secuti ex finitimis urbibus & vicis; perterritus totus populus respondit, promptissime se facturum ad unguem quæ jusserat. At Vitalius properanter domũ suam adiens, Onesimum invenit reliquosque viros, qui cum ipso E erant: ibique ad pedes ejus provolutus cum lacrymis, singula exposuit. Quibus auditis lætatus est valde, ac Vitalio dixit: Hanc ob rem lætari te magis quam tristari oportebat. Cui dixit ille: Ita profecto, mi Domine, ego servus tuus gavisus sum admodum: sed multorum interitum doleo, qui negantes Deum & Dominum Jesum Christum Salvatorem nostrum inanimis idolis serviunt. Tum Onesimus dixit: Quidnam constituis agere de dilectis filiis? Vitalius respondit: Volo, si Christo placuerit, puram ipsi eos hostiam offerre. Sed huc advocentur, ut videamus, quidnam referant de hac divina beatitudinis via. Tum misso ex servis uno, eos ad se venire jussit & dixit: Audivistis, filii mei carissimi, quæ huc miserit Licinius genera negandi Christum, qui verus Dei filius est, & adorandi deos, qui vani sunt & inanimi. Extemplo tres sancti pueri uno ore pariter respondérunt: Audivimus quidem, venerande pater: sed iniqua ejus jussa derisimus valde, & sathanæ respuimus edicta: abst enim penitus à nobis, nec contingat unquam negare omnium opificem & creatorem Deum Dominum nostrum Jesum Christum, atque ejus verum Patrem sanctumque & vivificantem Spiritum, Trinitatem ipsam consubstantialem F & coæternam: nam libentissime nostrum sanguinem pro ejus nomine parati sumus effundere.

g h

edicto per Nigellionẽ proposito,

i

à patre ex Onesimi sententia accersiti,

se ad mortẽ paratos ostendunt.

Ille gratias Deo agens

6 Pater autem cum hæc à filiis audivisset, dedit gloriam Deo, dicens: Gratias tibi agõ, mi Domine Jesu Christe, qui me fecisti dignum, ut talia à meis filiis audirem. Nosti, Domine, quomodo per sancti Spiritus gratiam eos sanctum & glorioſum nomen tuum cognoscere docui: & nunc, Domine Deus, tuum brachium cum potentia eripiat eos à tyrannis, illaturis multa & gravia tormenta. Exhortare ipsos, Domine, & firmos effice ad exequendum ea quæ tuæ placita fuerint voluntati: ut per patientiam ex te misericordiam consequantur, salutemque recipiant in novissimo horrendi judicii die, cum iterum præsens hominibus eris. His dictis, eos per manus comprehensos S. Onesimo tradidit, dicens: In manibus tuis, Domine, hos puerulos pono, tuæque fidei trado: doceto eos uti patientia, & mundi hujus decipulas laqueosque fugere, atque ad arduum beatitudinis culmen per patientiam & constantiam pervenire: & corda eorum confirmato, ne quando à recta fide recedentes in captivitatem sathanæ redigantur. Ego ipsos genui ex matre, quæ paucis ab hinc

commendat eos S. Onesimo.

A hinc *l* annis deceſſit à vita. Ego ipſos edocui optimas
1 litteras, per quas cognoverunt verum Deum & Patrem Domini noſtri Jeſu Chriſti, ipſumque unigenitum ejus Filium vere natum ex Deo Patre, & vivificantem Spiritum, qui ex Patre Filioque procedit, in quibus eſt coæqualis & coæterna majeſtas. Sanctam, inquam, Trinitatem per Dei gratiam glorificare didicerunt. Cum hæc audiviſſet Oneſimus & qui cum eo erant, gloriam dederunt Deo, qui in ſe credentibus gratiam præſtat. Eraſmus autem non aderat, cum hæc illi inter ſeſe differerent: venienſque ad eos dixit, qui ſunt hi ſermones, quos confertis ad invicem? Iſti vero, quæ iniquus Nigellio attulerat, expoſuerunt. Et reſpondens Eraſmus dixit: Cum eſſem in agro, quidam mihi notitiam dederunt: at ego nefanda ejus edicta reſpui. Tunc ei Vitalius dixit: Ecce, fili, tres hi pueri ſeipſos tradiderunt huic viro, qui ſalutis noſtræ auctor eſt effectus; & prompte quidem promiſerunt, ſe cum ipſo pariter certaturos, ſanguinemq; proprium effuſuros. Eraſmus autem dixit: Ego etiam ita ſpondeo, & me Chriſtianum appello, voſque rogo, ne me dimittatis, ſed ut veſtræ conſuetudinis ſemper ſim particeps, & in martyrio ſocius, permittatis. Poſtea vero quam
B S. Oneſimus eos à Vitalio traditos accepit, os aperiens ita orſus eſt docere: Audite me, filii mei, memores eſtote documentorum Euangelii, in quo legitur; Qui confitetur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo qui in cœlis eſt.
Mat. 10, 2
Rom. 8, 18 Præterea Doctor gentium Paulus Apoſtolus ait: Non ſunt condignæ paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis. Ne anteponatis brevem hujus mundi vitam, quæ tranſit velut umbra, vitæ incorruptibili & æternæ; neque vanam hujus mundi gloriam cæleſti ſpei: nam omnis gloria hominis ſicut flos fœni. Paulum ſuſtineamus, & in æternum cum Angelis exultabimus. Hæc pueris differebat & reliquis S. Oneſimus, paucis allocutus eos, qui attentiſſime in intima præcordia vocem ejus recipiebant. Quapropter & ipſe in hanc ſententiam confirmatus & reliqui tyrannorum minas minime timuerunt, veritatem verbo & opere prædicaverunt, propoſitorum tormentorum multitudinem deſpexerunt, & proprio certamine maximam doctrinam & pulcherrima exempla ſanctæ Chriſti Eccleſiæ reliquerunt.

qui omnibus addit animos.

ANNOTATA.

C

a *Octavius Cajetanus nomen* Decii *à ſe correctum ſuppoſuit. Relinquimus textum ipſum, licet vitioſum, ut Lector de tota re melius judicet: ſatis ſit expunxiſſe annum Chriſti* 308, *antiquæ editione Panormitanæ additum ex Interpretis ſenſu, cum in textu Græco non habeatur, ſed ſolum* κατ ἐκεῖνον τὸν καιρόν: in illo tempore.

b *Hæc* Valeriano, *Decii familiari, optimè conveniunt: neque ullius Valeriani, à Licinio Imperatore ſecundi, alibi mentionem reperimus.*

c *Hæc magis conveniunt Decio, quem* feralia ſparſiſſe edicta *ſcribunt Euſebius lib.6 cap.41 Oroſius lib.7 cap. 21, & alii paſſim.*

d *MS. Græcum* Φιλαδέλφιος: *&* Cyrinus, *in Menais* Cyprinus, *infra num.7* Κυεινᾶιος *ſcribitur; atque* Eraſmus Ἐφέσμιος.

e *Iam ſupra diximus intelligendam* Baſtanorum in Brutiis Præfecturam.

f *In MS. Græco*, Βιταλινὸς, *in Menologio & Synaxario etiam* Βιτάλιος. *Cajetano* Vitalis.

g *Supra in MS. Synaxario* Aningellio, *in Menais excuſis* Ligellio.

h *Hoc & ſi qua alia occurrent Interpretis additamenta hac nota* [ ] *diſcernimus.*

i *In Græco iterum recitantur litteræ quales ſupra, incipiendo ab hu verbis*, Mandamus ut Chriſtiani omnes viri ac mulieres. INTERP. SIGONA.

k *Cajet.* Quatuordecim viri, ex diverſis urbibus & regionibus eum ſecuti. *Ita* Quatuordecim *ſunt ſupra in Menologio & Synaxario, & infra num.*10 *etiam* quatuordecim *cenſentur: at cum* S. Oneſimo *dicuntur* quatuordecim, *num.*8: *& num.*10 *dicuntur* 14 *cum* S. Eraſmo.

l *MS.* πρὸ ἐτῶν ante annos, *quod ſic abſolute poſitum, potius* plures *ſignificat quam* paucos.

CAPUT II.

Captivitivas Sanctorum: ex quibus Oneſimus & Eraſmus occiduntur Puteolis, ceteri in Siciliam abducuntur.

7 HI ergo ſancti & glorioſi Martyres Chriſti, Alphius, Philadelphus & Cyrinus, atque Eraſmus *a* generoſi quidem erant, moribuſque & divitiis clari, ac pene ab ipſis incunabulis divino intellectu præditi: quorum pater civitatis Præfectorum Princeps erat, & beneficentia multa clarus. Cumque in domo Vitalii à Sancto Oneſimo docerentur pſallerentque, auditi à civibus quibuſdam, Nigellioni delati fuerunt his verbis: In domo Vitalii, qui eſt ex primis hujus civitatis, ſunt viri quatuordecim, qui ſe Chriſtianos dicunt, & Chriſtum prædicantes Deos noſtros deteſtantur injuriiſque laceſſunt, atque Imperatoris invictiſſimi edicta deſpuentes parvipendunt. His auditis furore percitus Nigellio in Vitalii domum milites miſit, & Sanctos ab iis per capillos trahi ad ſe mandavit. Profecti milites invenerunt S. Oneſimum & reliquos *b* tredecim cum puerulis: atque appropinquantes manus injecerunt in eos, & capillis tractos ad Nigellionem adduxerunt. Quibus jam aſtantibus dixit ille: Cuiates eſtis? & quæ vobis nomina? Tum Oneſimus reſpondit: Chriſtiani ſumus, & colimus Deum qui fecit cælum & terram, & omnia quæ in iis ſunt, dæmonibus autem non ſacrificamus. Ille vero juſſit lapide maxillas ejus frangi: id quod juſſus miles è veſtigio executus fuit, dicens: Modeſte Principi reſponde, & numquam turpiter atque petulanter deos injuriis afficias. Id cernentes, qui cum Oneſimo erant, dixerunt Nigellioni: Chriſtiani ſumus & nos, impudentiſſime tyranne: fac agedum quodcumque vis. Tunc eos per capillos ſuſpendi juſſit, & ab ortu ſolis uſque ad occaſum ita pendêre. Cumque vidiſſet tolerantiſſimam patientiam eorum, in carcerem detrudi mandavit. Poſtea vero quam illuxit, pro tribunali ſedens in prætorio, in quo degebat, Sanctis in medium adductis, ut juſſerat, inquit: Excogitaſtiſne aliquid pro ſalute veſtra? Reſponderunt illi: Excogitatum nobis eſt, & cum Chriſto vivere & pro eo mori lucrum eſſe. Ait Nigellio: O miſeri, quodnam lucrum mortui habebitis? Inquiunt Sancti, Certe lucrum nobis eſt poſt hujus vitæ curſum ſemper eſſe cum Chriſto.

a *Comprehenſi ducuntur ad Nigellionem.* E

b *& poſt S. Oneſimi maxillas fractas,* F *diu ſuſpenſos carceri includuntur:*

8 Tunc militibus non paucis juſſit Nigellio, eos revinctis manibus poſt terga Romam *c* aſportare ad Licinium Imperatorem & Valerianum. Quo cum pariter perveniſſent, *d* Licinius in Orientem parabat expeditionem, ut totum genus Chriſtianorum penitus perderet. Cumque hos viros conſpexiſſet, gaviſus admodum, Nigellionis ſolertiam probavit; & ad ſe accerſitum Valerianum his vocibus eſt affatus: Nos, ut noſti, dilectiſſime Valeriane, Orientem verſus iter habemus, ut ex noſtro Imperio hujus viæ viros funditus eradicemus: Tu quoque hic reſidens noſtraſque vices gerens, diligenter curato, & quot-

Romam deducti c d

in carcere

INTERP. SIGONA. cumque inveneris Chriſtianos cruciatibus multis & acerbis vitam deſerere compellito. Valerianus autem Sanctos adductos ex Præfecta in carcerem deduci, & valido gravique ligno manus eorum pedeſque vinciri juſſit. Et in illa quidem nocte apparuerunt eis in carcere ſancti & glorioſi Apoſtoli *e*, lumenque magnum circumfulſit, *f* dixeruntque: Salve, Oneſime, Chriſti ſerve fidelis: ſalvete etiam vos *g* ô ſancti pueri, in ſumma honeſtate & morum integritate nutriti, qui Chriſtum à pueritia veſtra deſideraſtis. Oportet enim vos pro nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti multa pati. Quod cum dixiſſent, eoſque amplexi fuiſſent, receſſerunt. At illi poſt hæc ambulabant in carcere, tamquam mali nihil habuiſſent unquam.

viſitantur ab Apoſtolis.

e

f

g

9 Poſt ſeptem vero dies juſſit Valerianus ſanctos viros eductos ex carcere ad ſe venire: nec eos quidquam interrogavit, ſed in certo quodam loco conſtituit, donec aliquod tormenti genus pararet. Cumque audiviſſent Sancti tantam in Chriſtum inſaniam, exortam à miniſtris idolorum ſeu potius dæmonum; exciti omnes athletarum more, prope Imperatorium tribunal ſedente Senatu, ac aſtantibus omnibus Ducibus Principibuſque aliis, exclamaverunt dicentes: Chriſtiani ſumus quos hic videtis, quoſque vinctos in carcere incluſiſtis, inſipiens Valeriane: atque ideo confidentes in vero & cœleſti Rege Chriſto, ſteti-mus in medio veſtri, admirantes tantum errorem, quo ad colendum idola ducimini; ignorantes ſolum viventem in ſecula & verum Deum noſtrum, univerſorum opificem, qui Licinio Imperium dedit. Propterea, inſipiens Valeriane, voſque una ſedentes, ne amplius erretis idola colentes, omni penitus ſenſu carentia. Tum vero converſis in eos oculis Valerianus dixit? Novimus vos homines prudentia & probitate præditos eſſe, & habitos ſemper: accedite igitur nobis, diiſque noſtris ſacrificate, ne crudeliter mortem oppetatis, ſed potius Imperatoris potentiſſimi amicitia perfruamini, honoremque & divitias immenſas noſtro beneficio aſſequamini: iſta enim audacia vobis proderit nihil. Reſpondentes autem Sancti dixerunt: Utinam, impie miſerque Valeriane, ad te reverſus cognoſceres verum Deum, & cæleſti regno dignus fieres: iſta enim opulentia momentanea eſt, promiſſiones vero tuæ & blanditiæ nequaquam poterunt conſtantis pietatis noſtræ robur conquaſſare. Honores igitur tui tecum ſint *h*, & pollicitationes tuæ obedientibus tibi. Nos enim Chriſtum habemus Regem cæleſtem, qui præbet nobis victoriam & gloriam contra patrem tuum ſathanam & miniſtros ejus. Iratus Valerianus juſſit illos nudos exhiberi, & nervis boum verberari: tum vero in carcerem duci, atque ibi contineri, donec, quid de ipſis eſſet agendum, mature deliberaret. Ibi eos S. Oneſimus confirmabat, alloquens imprimis ſanctos & beatos pueros Alphium, Philadelphum, Cyrinum & Eraſmum. Saluete filii dilecti à Domino: ecce incepiſtis Martyrii certamen, ecce quam primum veniemus in portum tranquillum, & inveniemus requiem paratam à Deo, qui reddit mercedem ſervis ſuis. Hæc & alia multa S. Oneſimus admonere non ceſſabat, omnes quidem, ſed maxime pueros illos.

Coram Senatu

B

ultro fidem profitentur:

promiſſa reſpuunt:

h

C

nervis cæſi animantur à S. Oneſimo:

10 Sequenti vero die omnes in medium adduci juſſit, & ut animo agitaverat, duas epiſtolas ſcribendas curavit, quarum altera hujuſmodi fuit. Valerianus ſocius & aſſeſſor Licinii ſemper Auguſti & perpetui Imperatoris, Diomedi Principi Puteolorum *i* & totius regionis eorum, Salutem plurimam dicit. Quoniam novimus promptam & conſtantem voluntatem tuam, quam erga deos immortales habes, miſimus ad te hos, qui nobis miſſi fuerunt à Nigellione, cariſſimo nobis tamquam filio, viros quatuordecim & puerulos *k* tres fratres, & alium horum trium nepotem. Sunt autem viri ad maledicendum prompti atque protervi valde, utpote qui per ſingulas interrogationes deos noſtros deteſtari non ceſſent: eſtque ipſorum Dux Oneſimus, quem quidem cum aliis *l* quatuordecim iſtic multis acerbiſque tormentis interimi mandamus: reliquos vero tres pueros mittito in Siciliam ad Tertyllum, qui eam inſulam gubernat. Vale. Alteram *m* quoque ad Tertyllum epiſtolam miſit. Illi ergo in navigio à militibus ex Urbe ad Puteolos deducti fuere, & acceptis litteris, quas miſerat Valerianus, Diomedes gaviſus vehementer eos in carcerem detrudi juſſit. Poſt triduum vero pro tribunali ſedens, educi ex carcere imperavit, & Oneſimum affatus dixit: Nonne tu es Oneſimus, qui hanc virorum turbam decipis vanis praviſque documentis? Oneſimus reſpondit: Ego quidem ſum Oneſimus, Chriſtianus ſane pariter cum his, quos hic aſtare vides. Tum Diomedes inquit: Unde ſunt hi pueri, quos ſeduxiſti? Ille dixit: Hoſce non ſeduxi, ſed in viam veritatis per Domini noſtri Jeſu Chriſti gratiam deduxi. Ait ipſi Diomedes: O peſſime vir, quomodo auſus fuiſti coram me Chriſtum nominare, quem ego audire non poſſum? Tum S. Oneſimus dixit: O inſipiens, ô attonite, ô veritatis inimice, quare non proferam nomen ejus, qui & te & omnem ſpiritum hominum fecit, quamvis impium & iniquum? Tunc iratus & furore percitus Diomedes, S. Oneſimum ſupinum extendi juſſit, & prægrandi lapide ventrem ejus à carnificibus *n* premi: atque ita Sanctus Deo tradidit ſpiritum: reliquos autem tredecim *o* & Eraſmum gladio necandos mandavit, quos extra urbem carnifices duxerunt, & eorum capita abſciderunt.

D

k

l

m

E

qui ceteris interfectis,

n

o

11 Poſtea vero tres qui remanſerant Diomedes coram ſe adduci juſſit, & ita eſt affatus: Cujates eſtis pueruli? Aſpectus ſane veſter indicat vos eſſe filios divitis viri, & alicujus amici Imperatoris Licinii & Valeriani Præſidis. Agite jam, filii: mihi parete, qui conſilium vobis optimum do, Parcite jam pulchritudini ætatis veſtræ tenellæ, nec ita ſæve mortem oppetite: ſed potius negate vanam fidem veſtram, & converſi ſacrificate diis immortalibus ac invictis, eoſque orate ut vobis dent veniam. Ita enim Principes vos faciet Imperator, voſque multis populis imperabitis. Sancti autem pueri dixerunt; Audi Diomedes, tua dona tecum ſint: confundantur enim, dicit Pſalmographus Propheta, omnes, qui adorant ſculptilia. Nos enim colimus unum verum Deum, Patrem Domini noſtri Jeſu Chriſti, & ipſum unigenitum Filium Patris, & vivificantem Spiritum, qui te tradet in gehennam diaboli patris tui: & dii veſtri, quos colitis, non poterunt vobis auxiliari: lapides enim & ligna ſunt inſenſibilia, nec vocem habentia nec ſpiritum: ſimiles illis fiant, qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in iis: per ipſa enim vos decipit ſathanas, ut vos perdat cum ipſis. Hæc cum audiſſet Diomedes, obiratus fuit pueris, & dixit: An non videtis, quo pacto morti tradidit ſocios veſtros ſua vecordia? Juſſum mihi eſt à Valeriano, ut in longinquam vos regionem mittam, ut ejus incolæ vos cædi videntes & aſperrimis cruciatibus torqueri, Dominis non contradicere diſcatis. Sancti autem aiunt: Quidquid vis, impie ac veritatis inimice, fac quam primum. At Diomedes ipſorum ora lapidibus cædi juſſit, *p* tum vero ligno compeditos cuſtodiri, donec navigium pararet, quo eos in Siciliam ad immitem Tertyllum tranſmitteret. Illi autem ad diluculum in carcere perſtiterunt inſomnes, cantantes, & Deum orantes, ut martyrii palmam eos aſſequi permitteret; & à Sanctorum choro, qui pro eo mortui fuerunt, non ſeparari.

tres fratres,

blanditiis & minis ſuperiores invenit.

Pſ. 96, 7.

F

P

cum litteris Valeriani traduntur Puteolis Diomedi

i

ANNO-

ANNOTATA.

a *In Græco additur* ex Baſconum regione, ſicut præfati ſumus ex Urbe Præfectorum, *ac mox infra de patre*, *quod* erat Baſcon.

b *Græce hic ad longum* δεκαπέσσαρες ἄνδρες.

c *Iterum in Græco additur*, ex Baſconum regione.

d *Cajetanus loco* Licinii *excudit* Decium, *qui in Orientem contra Gothos diſceſſit*, *& ab iis eſt interemptus. At* Licinius *ſolum in Oriente regnavit.*

e *Scilicet* Petrus & Paulus *Romanæ urbis Præſides & Patroni.*

f *Ibidem additur*. Et ſtatim ceciderunt vincula manuum ac pedum ipſorum: *quod etiam habet Cajetanus paulo infra*, Vincula enim ad ingreſſum Apoſtolorum ſua ſponte ceciderunt.

g *In Græco*, Salvete & vos qui cum ipſo eſtis, ſalvete denique ô ſancti pueri.

h *Ibidem additur*, ut alicubi ſcriptum eſt, *& indicatur Danielis cap.* 5, 17.

i *MS. Acta Græca, Synaxaria & Menæa* ἐν Ποτιόλοι, *Apud Cajetanum*, Diomedes Præſes Puteolorum, *& Martyrio* Puteolos perducuntur. *Erat olim urbs magna cum portu prope Neapolim. Stephani epitomatori* Ποτίολοι; *perperam autem à Latinis impreſſum* Pontiolorum.

k *Græca*, pueri quatuor qui ſe dicunt fratres eſſe.

l *Cajetanus*, *non nominato*, *ſed tamen adnumerato Oneſimo*, quindecim.

m *De altera epiſtola excidit ex Græco noſtro.*

n *Plenius Græca*, juſſit lapidem grandem afferri, & poni ſuper ventrem ejus: quem adferentes carnifices accedenteſque, jecerunt ſupra ventrem Oneſimi.

o *Apud Cajetanum etiam hoc loco* tredecim *leguntur. Horum & SS. Oneſimi & Eraſmi natalis celebratur* 31 *Iulii*, *quaſi tunc mortui eſſent*, *quod niſi in novis lectionibus nuſquam legitur*: *poſſet tamen verum eſſe*, *ſi ipſis adhuc viventibus*, *& in carcere conſtitutis*, *miſſi in Siciliam Sancti prius perverunt ad coronam*, *ſicut dici videtur in Synaxario Claromontano.*

p *Addunt Græca*: Ne præſumatis contra deos & Imperatorem Licinium blaſphemare.

CAPT III.

Appulſi in Siciliam ducuntur Tauromenium: miracula in itinere, converſio militum.

C a *Miſſi in Siciliam cum litteris Valeriani* b c d

12 ITaque poſt dies octo parata navi ſanctos pueros Diomedes tradidit *a* Silvano homini ſævo ac fero, qui ex Puteolis ſolvens Meſſanam eos perduxit, & inde *b* Tauromenium, quo forte diverterat Tertyllus *c*, Chriſtianos quamplurimos occidens. Cui Silvanus à Valeriano miſſas litteras reddidit hujuſmodi: Valerianus Præſes, concors & Aſſeſſor Domini Licinii ſemper Auguſti, maximi ac perpetui Imperatoris (à quo commiſſum hoc ipſum *d* accepit) Tertyllo dilecto tamquam filio, Siciliam provinciam gubernanti, ſalutem. Quoniam univerſus terrarum orbis Imperatoris paret edicto, & diis invictis quos colit, ſacrificat; peſſimum autem Chriſtianorum genus nullo modo ad Imperatoris edictum flecti poteſt, miſſi nobis fuerunt ex Vaſconum regione, à Nigellione nobis cariſſimo, viri quidam ſtulti & idiotæ numero decem & octo, quibus non potuimus perſuadere, ut diis noſtris ſacrificarent: & ideo eos miſimus Puteolos ad Diomedem unanimem nobis, ut, niſi perſuaderentur ſacrificare, quindecim ex iis, plurimis & aſperrimis cruciatibus ſuppoſiti, è vita pellerentur. Tres autem pueros miſimus ad te, ut jucundo placidoque vultu tuo diis noſtris immortalibus ſacrificare perſuadeas; cujus rei gratia ipſos ab aliis improbis ſeparari mandavimus, à quibus hi decepti nobis contradicunt. Quod ſi tuis adhortationibus adhæſerint & diis ſacrificaverint, veniam conſequantur & omni cum honore ad nos remittantur, nam ipſi ſunt opus Imperatori. Sin autem hoc non fuerit perſuaſum, omne genus tormentorum excogitato, & multos varioſque inferens cruciatus è vita pellito. Idque tibi mandavimus, eo quod ſtudium tuum bonamque & promptam voluntatem, erga deos immortales ipſumque Imperatorem & nos, cognoſcimus. Vale.

INTERP. SIGONA.

Tauromenii à Tertyllo examinantur,

13 Cum Valeriani litteras legiſſet Tertyllus, coram ſe pueros adduci juſſit: quos circumſpiciens, eorumque decorem admirans, dixit: Ex qua regione eſtis & urbe? & quam colitis religionem? & quæ vobis nomina? Reſpondit S. Alphius: Ego quidem Alphius vocor. Alter autem: Et ego Philadelphus. Tertius vero: Et ego Cyrinus. Mittimur ex Vaſconum regione, ex urbe quæ dicitur Præfectorum, & Chriſtiani ſumus. Tum Tertyllus placido vultu dixit: Negate quem dicitis Chriſtum, & ne amplius colatis eum; ſed mihi parentes diis immortalibus ſacrificate. Dixerunt Sancti: Iſti dei non ſunt, ſed lapides & ligna inſenſibilia, & te pater tuus diabolus cogit iis ſacrificare, ut cum ipſo pariter ingrediaris in ignem æternum, ſibi angeliſque ſuis paratum. His auditis erudelis & perquam improbus Tertyllus radi capita, & liquefacta pice perfundi mandavit, atque ita eorum aſpectus denigrati fuerunt. Tum vero e lignum [tormenti genus ex duobus, ut reor, compactum lignis] tribus pueris ſuperimponi, ita ut colla manuſque trium Sanctorum pariter clauderentur, atque à militibus ad Leontinorum Meſopolim *f* compelli juſſit. Cum vero grave ligni pondus eos miſere vexaret, S. Philadelphus fratribus dixit: Orate pro me, fratres, nam ecce jam deficio *g*. Illi vero elevatis oculis dixerunt: Domine Jeſu Chriſte, Deus patris noſtri, audi nos in hac hora, & remove graviſſimum hoc ex nobis lignum, atque noſtras denigratas facies munda; ut imago tua, quam dediſti homini quem formaſti, ſit immaculata, & nos habeamus per te promptitudinem loquendi contra crudeliſſimum Tertyllum. His dictis factum eſt quaſi fulgur & ventorum turbo, militeſque in faciem delapſi facti ſunt velut mortui, lignumque illud ex Sanctis ablatum in mare projectum fuit; acceſſitque terribilis quidam, & tacto capite ipſorum atque vultu, purgati mundatique fuerunt, ut ſolis lumen diſpulſis nubibus; ac etiam capilli in priorem formam recreverunt. Quæ cum vidiſſent Sancti, humi ſe proſtraverunt, flenteſque dixerunt: Gratias agimus tibi, Domine Jeſu Chriſte Deus noſter, qui nos feciſti dignos per invocationem nominis tui aſſequi ſanitatem. Quid retribuemus tibi pro omnibus bonis, quæ tribuiſti nobis? Tu, Domine, es patientia noſtra & refugium, atque in te ſperantes volumus vincere malorum omnium auctorem diabolum. Tu enim es Deus tuorum, qui credunt in te.

E

& pice perfuſi mittuntur vinculi Leontinos,

e

f

g

F

qui divini, tui mandati ac ſoluti

cum admiratione 40 militum,

14 Quibus dictis acceſſerunt ad milites, & eos excitaverunt, qui erant quadraginta numero. Hi poſteaquam Sanctos circumſpexerunt, & quæ facta fuerant cognoverunt, admirati ſunt. Dicebant autem invicem ipſi milites; Certe verus Deus eſt, quem hi tres pueri prædicant: nec ad eos accedere, aut manus injicere auſi fuerunt; ſed propter admirabilia, quæ contigerant, attoniti ſequebatur Sanctos. qui omni cum promptitudine & alacritate ibant ad palmam martyrii. Sanctus autem Alphius, fratres confirmans, dicebat: Novimus, fratres, quo pacto pater, cum nos tradidit S. Oneſimo, patri noſtro ſpirituali, admonuerit & dixerit: Cavete, filii mei, ne aberrantes in hac vita à numero juſtorum, coram juſto

INTERP. SIGONA. juſto Judice ſeparemini. Ne deſcendamus ergo, fratres, à dilectione Dei in Chriſto Jeſu Domino noſtro, ne nos turbent tyrannorum minæ, neque tormentorum apparatus. Ipſe enim Dominus noſter Jeſus Chriſtus, ex ore ſuo perquam veridico, dixit: Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam
Mat.10,28 autem occidere non poſſunt: ſed potius eum timete, qui poteſt ſimul animam & corpus perdere in gehennam. Ipſum ergo timeamus, fratres, cognoſcentes ipſum non eſſe mendacem, qui hæc dixit. Hæc & his ſimilia quam plurima S. Alphius duobus fratri-
poſt noctem Catana actam, bus diſſerebat: neque ita multo poſt Catanam pervenientes, à militibus in carcerem ſunt adducti: ubi per totam noctem ad diluculum uſque inſomnes perſtiterunt, orantes Deum, ut patientiam præſtaret, qua maledicti diaboli machinas ſuperarent. Poſtea vero quam illuxit, eos ex carcere eduxerunt, li-
h garuntque, & Leontinos *h* verſus iter habere coëgerunt.

i 15 Cumque perveniſſent ad fluvium *i* Symethum, qui auctus imbribus redundabat, adeo ut ne-
Symethum fluvium mo per eum tranſire poſſet, nonnulli ex militibus Sanctos fluvium ingredi & pertranſire cogebant. At illi dixerunt: O miſeri & infelices, non videtis re-
B dundantium vim aquarum? Quare igitur nos fluvium ingredi compellitis? An vultis ut in aquis demergamur? Numquid vobis ita præcepit veſter Dominus Tertyllus? At octo ex militibus vim Sanctis inferebant, & eorum capita contis haſtiſque verbe-
ſuadente diabolo cognitur ingredi, rabant, cogentes ingredi fluvium. Diabolus autem aſſumpta peregrini hominis figura, & ſe viatorem mentitus, ex altera ripæ parte clamavit ad milites: Dimittite jam pueros iſtos in fluvium, pedibus enim facile pertranſibunt, nam & ego unam ante horam pertranſivi. Crediderat diabolus ſe Sanctis ignotum fore. At glorioſi Martyres Chriſti cognoſcentes eum, dixerunt: O perquam miſer & animarum corruptor, diabole: quia vis nos in aquis perdere, hæc militibus dixiſti: ſed nos in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti ingreſſi fluvium pertranſibimus incolumes, ejus adjuvante fortitudine: te vero potentiamque tuam in tartaro puniet, ubi eſt vermis qui non morietur, & ignis qui non extinguetur, ut in Sanctorum Patrum & Sacerdotum dictis continetur. Hæc ipſis dicentibus evanuit diabolus. Octo autem miſeri quidem milites ſanctos viros impulerunt, &
C in fluvium detruſerunt. Tum ſancti dixerunt: Ne in fluminibus iratus ſis nobis, Domine, neque nos demergat tempeſtas aquæ, neque nos abſorbeat profundum. Sed ſicut B. Petrum liberaſti de profundo
& incolumes tranſeunt demerſis impellentibus. pelagi, ſic & ſervos tuos ex his profundis aquis eripe. His dictis in breviſſimum vadum decrevit aqua inundantis fluvii, & ſiccis quidem genibus incolumes tranſierunt. Hoc viſo milites illi octo, quam celerrime in fluvium intraverunt: ſed ſupervenientium
k impetus aquarum demerſit eos *k*. Poſt dies autem quatuor decrevit fluvius, & milites reliqui pertranſierunt, Sanctoſque ad iter peragendum compulerunt.

16 Cum pervenerunt prope Meſopolim Leontinorum, occurrit illis in via Judæus quidam dæmo-
puerum ludaum à dæmone obſeſſum, niacus, qui ſpumans & clamans humi volutabatur. In eo autem loco erant ſpeluncæ, in quibus dæmon domicilium habebat, & corripiebat omnes, qui ſpeluncis appropinquabant. Et cum illac Judæus pertranſiret, ingreſſus dæmon, graviter eum cruciabat, ita ut à terra ſurgere nequiret, in qua proſtratus ſpumabat ore. Et cum multi acceſſiſſent, ut puerum tollerent ab humo, id dæmon haud ſinebat. At Sancti prope accedentes interrogauerunt parentes, quos moeſtos cernebant, quidnam eſſet, quod puerum vexaret. Qui ſingula, quæ contigerant, expoſuerunt. Tum ex militibus unus, cui nomen erat. Hercurio, Sanctis dixit: Vos profecto Deum veſtrum D
veſtris precibus poteſtis *l* exorare, & puerum hunc à l
dæmone liberare. Ego ſane magnum quiddam de vobis animo concepi, cum illa contigerunt miranda, cum eſt lignum ablatum de collo veſtro: facies purgatas & capillos renatos vidi, voſque ita illæſos inveni, tamquam mali umquam nihil paſſi fuiſſetis. Sancti vero nihil reſpondere. At dæmoniaci parentes, audito militis ſermone, feſtinanter ad Sanctos acceſſerunt; flenteſque, ut filium liberarent, rogavere. Interrogaverunt Sancti quam religionem colerent: illi ſe Judæos dixerunt. Et Sancti: Si Chriſtus *ſpondentibus parentibus fidem Chriſti amplecti,* Dei Filius tuum filium ſanaverit, credes in ipſum? Et clamavit vehementiſſime Judæus, certe Domini mei credo: ſalvate puerum meum: ecce enim jam trigeſimus dies inſtat, ex quo ab humo non ſurrexit; nec panem guſtavit aut aquam, ſed ſpumans & furens ſe ſemper volutavit humi, nec valuit quiſquam ſublatum ab humo in domum vel ſpeluncam aſportare, cum veluti pennis avolans è manibus ferentium tollatur, & in humum devolvatur. Tunc inter ſe milites dixerunt: Maneamus hic pauliſper ac videamus, an Deus, quem hi pueri colunt, hunc à dæmone correptum liberare valeat. Pater autem & mater fratreſque ejus ad milites acceſſerunt, eoſque E
ita precati fuerunt. Eſtote in nos miſericordes Domini noſtri, & dimittite hos pueros ſuum Deum adorare, ut noſter puerulus ſanetur. Et milites annuerunt, Sanctoſque hortati ſunt dicentes: Flectimini horum lacrymis, & curate ut ſanetur puer à dæmonis flagello.

17 Sancti autem dixerunt; Solvite manus noſtras. Sed milites ſe invicem reſpicientes, ſolvere non audebant; timentes, ne forte aliquis ex his qui aderant Tertyllo renuntiaret, iſque pœnas de iis ſumeret: nam aſtiterant multi, qui Sanctos & milites inter ſe conſultantes ſpectabant. Interim autem Sanctorum manus ſponte ſua ſolutæ fuerunt: qui paulum à via declinantes, flexerunt genua, & dixerunt: Domine noſter Jeſu Chriſte, vere Creator *orationem ſanctæ liberat.* cæli & terræ & maris, exaudi orationem ſervorum tuorum; & ſana puerum hunc, qui male à dæmonio vexatur: ut in hoc loco, in quem tu nos ſervos tuos duci voluiſti, tua benignitas magnaque potentia demonſtretur. Tu enim, Domine, dixiſti per Prophe- Ez.33, 11
tam, Nolo mortem peccatoris, ſed magis ut convertatur & vivat. Et nunc, Domine, propitius eſto huic, qui tibi ſupplicat; ut ſalvetur anima viri ſupplicantis tibi, & promittentis credere in ſanctiſſimum nomen tuum. His dictis tres ſancti pueri ſurrexerunt, ſeque Crucis ſigno munientes, ad dæmoniacum acceſſerunt: cui Sanctus Alphius dixit: In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, dæmon immunde, exi à plaſmate Dei. Et è veſtigio dæmonium, quod puerum vexabat & graviter torquebat, juxta ipſius Sancti pedes exivit, fugitque à conſpectu Sanctorum, clamans & dicens: Unde huc hi vincti venerunt, qui me ex meis ſedibus fugaverunt? Ob id faciam ut Tertyllus, qui hos huc miſit, à feris agreſtibus devoretur, & malus ſpiritus ejus nobis tradatur. Audiebant autem omnes, qui aderant eo in loco, dæmonis vocem hæc dicentis, & in ipſa etiam Meſopoli eamdem audientes invicem quærebant, quænam eſſet ea vox ex aëre delapſa. Quapropter omnes timor maximus invaſit. Puer autem dæmonio liber, quaſi mortuus jacens, humi remanſit: & Sancti ac-
F cedentes manum ejus prehenderunt ac erexerunt. Ille ſurgens ſuis ſe pedibus continuit ſtetitque. Tum *& reddunt parentibus ſuis;* Sancti ad ſe parentem pueri vocaverunt, filiumque ſanum tradiderunt, dicentes: Animum adverte, frater, & recordare, quod promiſiſti te crediturum in Chriſtum verum medicum, qui ſanavit filium tuum: id

A id ergo exequere quamprimum, ne forte ea vera vox tibi contingat, quæ tuæ gentis religioniſque paralytico ita eſt probata; Ecce ſanus factus es, jam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat; cum cognoſceret Jeſus ejus malitiam. His dictis puerum parentibus tradiderunt, & ab iis diſcedentes iter ſunt aggreſſi. Joan. 8, 11

18 At milites, hoc viſo miraculo timore magno exagitati, dixerunt: Quis colens deos noſtros talia poſſet miracula facere, qualia hi Sancti, qui Deum invocant invisibilem, & ſtatim ſimul cum precibus fit, quod petitur? Impoſſibile quidem eſt, hoc fieri ab his, qui noſtrorum deorum religionem ſectantur & colunt. Ipſius autem pater, materque & fratres atque cognati Sanctos interrogarunt, dicentes: Quid nobis ſervis veſtris imperatis, ut id agentes baptizemur? Aufugerunt enim hinc omnes Chriſtianorum & Epiſcopi & Presbyteri, relicta eccleſia ubi baptizatur, propter metum Tertylli: qui multos Chriſtianos perdidit, & hic & in omni Siciliæ loco, propter fidem vanorum idolorum. Dicunt Sancti: In montibus & ſpeluncis ſunt abſconditi: quærite, & Sacerdotem aliquem invenietis, à quo ſalutaris ſignum Crucis in frontibus veſtris baptizati recipiatis, confitentes Salvatorem noſtrum Jeſum Chriſtum, qui veſtrum filium ſanavit. Puer autem ipſe nolebat eum parentibus abire, ſed dicebat Sanctis, vobiſcum erit vita mea, & vobiſcum promptiſſime mori poſſum. Reſponderunt Sancti; Abi cum parentibus tuis: vos autem exequimini ſtudioſe, quod promiſiſtis Chriſto: & cum ipſi placuerit, videbitis nos rurſus. Puer ergo his verbis perſuaſus parentes abeuntes ſequebatur, gaudens & glorificans Deum, ita ut Judæi omnes, qui aderant, mirarentur. Hoc primum miraculum fecerunt Sancti, antequam Meſopolim ingrederentur. Quidam autem milites, numero viginti dixerunt reliquis: Ligate nos quoque cum Sanctis: confitemur enim cum ipſis, & dicimus, nos Chriſtianos eſſe, & credimus in Deum Patrem quem hi prædicant: & ex equis delapſi, projectis in viam armis, ſe admiſcuerunt Sanctis. Nec tamen reliqui milites auſi ſunt accedere ad eos: timuerunt enim valde, & animis conſternati ſunt, cum vidiſſent quod fecerant commilitones. Cumque perveniſſent ad Leontinorum Meſopolim, tota multitudo civitatis obviam fuit egreſſa, ut viderent Sanctos: jam enim nuntiatum erat in omni urbis loco, quod captivi quidam vincti urbem ingredientes, ſanaverant filium Hebræi dæmoniacum. Cumque milites in prætorium Tertylli Sanctos introduxiſſent, tradiderunt Alexandro Conſiliario ipſius Tertylli: & ipſe Alexander eos militibus ſervandos & in carcerē abducendos, & ligneis compedibus vinciēdos [tradi] curavit, & una milites illos viginti. Sed in carcere ipſi pſallebant, & orabant Deum, ut digni fierent qui vocarentur in Sanctorum chorum, quos pro Chriſto interemptos tortoris gladius Martyres effecit. Et viginti milites ſe confirmabant, dicentes: Ne timeamus, fratres, iniquum Tertyllum, neque minas ejus exhorreamus: ſed induamur Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui in ſe credentes tuetur & fovet. Tertyllus autem in ea Siciliæ ora moram traxit. Nam Meſſanam & Milas *m* acceſſit, quæſitum credentes in Chriſtum, ut gravibus ſubjiceret tormentis gladioque traderet.

quos baptizandos mittunt ad montes.

B

C *& cū Sanctis includuntur carceri Leontino*

convertuntur 20 Milites

ANNOTATA.

a *Fuit aliquis* Silvanus, *Conſiliarius Quintiani Præſidis Siciliæ ſub Decio, relatus* 5 *Februarii, in Actis S. Agathæ à nobis editis: ſed is à ruina parietis contritus eſt: & poſt Quintiani mortem ſolum videtur in officio fuiſſe*

Tertyllus: quod tamen non impedit, quo minus illum ex Actis S. Agathæ mutuatus ſit auctor, parum attentus ad talia. INTERP. SIGONA.

b De Tauromenio *egimus* 3 *Aprilis, ad Vitam* S. Pancratii, *ibidem à S. Petro conſtituti Epiſcopi; & 23 Martii ad Vitam* S. Niconis, *ibidem Epiſcopi, & ſociorum 199 Martyrum ſub Decio & Præſide Quintiano. In horum Actis, multæ fabuloſitatis ſuſpectis, quæſtiones & tormenta his non abſimilia leguntur.*

c Tertyllus *Græce* Τέρτυλλος, *in Menæis* Τέρτυλος; *apud Cajetanum & in Officiis propriis* Tertullus, *quem cenſemus a Decio poſt Quintianum cum jure gladii ad vexandos Chriſtianos deſignatum.*

d *Græce*, & urbis Romanæ Præfecturam ab ipſo ſibi commiſſam habens.

e *Ibidem:* Et juſſit afferri lignum, atque dolari & formari in jugum, quod imponeretur eorum cervicibus, ſimul & manus concluderet. *Cippi ergo ſimilitudinem habuit lignum hoc, ex duobus (ut recte Interpres) lignis compactum, trium ſimul colla manuſque conſtringens. una in linea, eaque ex cauſa aſſimilatur jugo, etſi ſpecies longe diverſiſſima eſſet ab eo quod* jugum *dicimus.*

f Meſopolim Leontinorum, *eſſe ipſam* urbem Leontinorum, *aſſerit & probat Cajetanus, qui late ejus antiquitatem celebrem deſcribit. Videtur autem dici* Meſopolis *quaſi* mediterranea: *ad eam enim ſurſum navigabatur per Teream fluvium, de quo infra: ſed vellem antiquum aliquem auctorem videre, qui ſic aliquando cognominatam urbem certo nobis probaret.* E

g *Græce* ad Leontinorum Meſopolim, *atque ita deinceps.*

h *Addit hic Cajetanus, id contigiſſe* ubi pervenerunt ad Malchalorum montem, *ſitum ad radices Ætnæ, Tauromenium inter & Catanam; itáque infra referetur num.* 25.

i Symethus, *aliis* Symæthus, *Leontinos primum, dein Catanenſes agros finitimos perluit atque hodie Siculis* la Giarretta *dicitur.*

k *In Græco additur*, & non apparuerunt uſque hodie.

l *Ibidem hæc dicuntur per interrogationem:* Non poteſtis vos &c?

m Milæ *ſeu* Mylæ, *vulgo* Milazo, *urbs in peninſula ad mare Tyrrhenum, verſus Pelorum promontorium. Cajetanus tomo* 1 *de Vitis Sanctorum Siculorum pag* 76 *collocat hunc titulum,* Innumerabiles Sancti Martyres in Sicilia coronati. Ex Actis SS. Alphii & ſociorum; ſub Tertullo, *uti in textu exponit: & inter alias palæſtras collocat hic nominatas* Meſſanam & Milas, *& pro cultu apponit* 18 Februarii: *quo die de iis aliqua dedimus, nondum editō majori illius opere.* E

CAPUT IV.

S. Thecla, impetrato ad ſe Sanctorum acceſſu liberata à paralyſi. Viginti milites martyrio coronati.

19 ERat in Leontinorum Meſopoli mulier, nomine *a* Thecla, valde dives, quæ uſque à puerſitia Deum timuerat. Ea jam ſex annos fuerat paralytica; cumque audiviſſet, Sanctos Martyres ſanaſſe Filium Hebræi, accivit Alexandrum Conſiliarium Tertylli: cujus vices gerebat in Meſopoli *b*, & dixit: Audi me, fili mi Alexander: quantam vis pecuniam accipe: & permitte, ut ad me noctu veniant iſti peregrini, qui ſunt in carcere, quos huc vinctos miſit Tertyllus: audivi enim quod eorum precibus, Deique potentia, quem colunt, ejectum eſt dæmonium ex filio Hebræi, quod ego magnum miraculum & myſterium cenſeo, ſi ita factum eſt: Reſpondit Alexander, & dixit: Certe, Domina mea, ita

a *S. Thecla paralytica,*

b *ab Alexandro teſte oculato cognita liberatione energumeni,*

INTERP. SIGONA. ita factum est,& hoc plenissime mihi aliisque patuit. Nam audito eorum adventu eximus ex urbe, & adivimus locum ubi erant;& prope accedentes latentes mansimus, ne forte scandalizaremus eos, atque exterriti ab oratione desisterent, puerumque dimitterent. Nobis igitur non apparentibus, ipsi Pueri se in faciem humi prostraverunt, & paulo post erecti ab humo, increpuere dæmonium, tamquam potestatem magnam contra ipsum haberent, & dixerunt: Dæmon immunde exi à plasmate Dei. Et confestim dæmon, qui puerum vexabat, juxta pedes eorum exivit dicens; Heu me! qui sunt hi advenæ, qui me ex meis subjectis depellunt? Vocemque hujusmodi tota nostra civitas audivit. Audivi etiam, cum Tertyllo minitans dæmon diceret, facturum se, ut Tertyllus à feris devoraretur. Ex quo tempore, Domina mea, subiit me cogitatio, quæ meam non mediocriter exagitat mentem; conjectantem, veramne potentiam habentes hi Pueri hoc fecerint. Et paulum moratus intulit: Verumtamen, Domina mea, ego puto, non alium Deum præter nostros hanc habere potestatem.

20 Respondit mulier: O Alexander, in vanum laboras idola vana colens, & lapidibus mutis serviens:
B *exponit ei fidem de Deo,* Deus enim est in cælo, qui fecit ipsum cælum, & terram fundavit in aquis, & mari terminos constituit, creavitque omnia, quæ sunt in iis. Ipse nobis
Prov.8,15 spiritum dedit & vitam, atque liberum arbitrium tribuit homini, quem plasmavit ex limo terræ. Per ipsum enim Reges regnant, & qui potestatem habent, dominantur terræ, ut scriptum est. Postea mors subsequitur, & post mortem constituit Deus judicii diem: & mortuorum resurrectio futura est, & ita coram Deo ab Adam usque ad ultimum hominem totum genus humanum statuetur; ac ipse Deus pro tribunali terribiliter sedens, de delictis pœnas exiget, vel de otioso etiam sermone & cogitatione. Tunc ergo peccatores universos in ignem conjiciet æternum, ubi erit fletus & stridor dentium, & ibi punientur omnes qui adorant deos vestros. Hæc audiens Alexander consternatus fuit animo, factusque valde mitis & mansuetus propter hujus mulieris
c sermonem: erat enim ejus cognatus, cujus mater *c*, *tamquam ejus consobrina,* Neophyta nomine, soror fuerat B. Isidoræ, matris Theclæ: quæ duæ sorores multa certamina susceperunt, & tormenta sustinuerunt pro nomine Domini nostri Jesu Christi, & vita privatæ sunt ab impio &
d iniquo *d* Armato, qui ante Tertyllum Mesopolis
C Principatum gessit: quæ defunctæ sepultæ sunt in
e proprio suburbano, quod dicitur *e* Antzianorum. Postea dixit Alexander mulieri: Quo pacto ad te hos Pueros mittam, ne forte aufugiant? quo audito Tertyllus abscindet mihi caput. Illa hac de re eum securum reddidit, dicens: Si fugerint, mea pro ipsorum anima dabitur. An non audivisti unquam, ô Alexander, de his quæ nos genuerunt, quot tormenta sustinuerint ab Armato? nec tamen unquam aufugerunt; ac ita omnibus votis expetitum martyrium sunt assecutæ: & hi quoque, fili Alexander, prompte quidem expectant passionem pro Christo. Tandem
ac data illi pecunia Alexander accepta pecunia promisit se facturum, quod petebatur, dicens: Mittito hac nocte duos fideles ex servis tuis, ut Pueros hos adducant in domum tuam: & locuta cum iis, quæ volueris, antequam illuxerit, in carcerem remittito, ut ibi eos inveniat Tertyllus. Respondit mulier, ita certe fiet: quare te hortor, ut nihil veritus eos mittas ad me.

21 Postea Thecla accersivit duos servos fideles, quorum alter Sophronius, alter Nico dicebatur; dixitque eis; Cum primum noctis tenebræ fuerint, ibitis in carcerem magnum, ubi Christiani custodiuntur: & dicetis Alexandro Tertylli Consiliario, Nos huc misit Thecla Domina nostra, ut mittas nobiscum ad se tres Pueros advenas qui sunt in carcere, nam id se facturum promisit. Servi ergo nocte concubia se contulerunt ad Alexandrum, & Do- *excipit ad se missos* 3 *Martyres,* minæ mandata exposuerunt ei. Qui descendit in carcerem, & dixit Sanctis: Ite cum servis his in domum Dominæ suæ, quia vobis indiget maxime; & inde quamprimum ad nos reditote. Illi responderunt: Fiat, Domine, ut jubes. Egressi vero sancti Pueri una cum servis ad Theclæ domum accesserunt, & ingressi invenerunt eam paralyticam jacentem in lecto, affectamque ita ut ne ori quidem manus admovere posset. Et ipsa visis sanctis Pueris, pulchritudinem eorum est mirata (erant enim vultibus valde speciosis) & lacrymans dixit: Vere vos estis sancti Martyres Christi: beatus est, qui vestrum sequitur institutum: beatus est Pater vester, qui vos genuit & erudivit, qui per vos potest intrare in regnum cælorum. Quibus dictis responderunt Sancti: Quid tibi est, Domina mater? Ipsa respondit, sextus nunc annus agitur, ex quo me sathanas percussit, membraque dissolvit; nec possum, ut videtis, ori manum admovere; & dum alterius auxilio vescor, torqueor vehementer. Vos autem accersivi, ut qui
E Ecclesiæ Catholicæ filii estis Dominum oretis, & *petit eorum precibus liberari à paralysi:* per vos Christi gratia obumbretur mihi. Responderunt sancti Martyres, id Domina mater nos efficere non valemus, quod est in Domini Dei & Salvatoris nostri potestate, qui sanare potest & animam & corpus: nos enim, quamvis juvenes simus, gravi peccatorum mole premimur coram Deo. Supplicabimus tamen ipsi rerum omnium Opifici & Factori, ut peccata nostræ inventutis atque ignorantiæ non respiciat, delictisque nostris ignoscat, quæ contra eum graviter admisimus. At mulier Sanctos precabatur, dicens: Miseremini mei, ô Sancti; miseremini mei; quia non tam annorum numerus spectatur à Deo, quam pura fides & fidelis servitus eorum, qui credunt in eum, firmaque constantia atque perseverantia in operibus bonis. Sancti vero dixerunt; Fiat Domini voluntas in te, ut tu vis Domina mater. Audivimus à nonullis Christianis, in eo quo custodimur loco, fidem tuam & eleemosynas quam plurimas, per quas te Deus respiciet.

22 Et post hæc dixerunt: Remitte nos in carcerem, Domina mater, ne quo pacto scandalizemus eos *iisque permissis redire* qui nobiscum illic observantur, passuri supplicia &
F mortem in hac civitate: Tum mulier dixit: Quid dabo vobis sancti Martyres propter vestrum laborem? Responderunt Sancti, simplicem tantum dilectionem in Christo, qui potest & te & nos salvare à publici hostis insidiis. Quibus dictis, deducentibus servis, reversi sunt in carcerem, ubi orantes Deum dixerunt: Sancte Deus, Pater Domini nostri Jesu Christi, Creator rerum omnium visibilium *ac pro eam orantibus,* & invisibilium, qui nos humiles & indignos servos fecisti dignos propter nomen unigeniti Filii tui Domini nostri relinquere patriam, & huc accedere: quia nihil te latet, sed omnia nuda sunt & aperta oculis tuis: tui enim sunt cæli, tua est terra, orbis terrarum & omnia quæ in iis sunt. Tu exaudi nos, & respice servam tuam, quæ propter sanctum nomen tuum maximo cum desiderio nos humiles servos tuos ad se vocavit, atque rogavit ut nostris precibus eam sanaremus, cum nesciat quæ nos admiserimus in te. Sed nunc & nos tuæ majestati confidentes, & ipsam sanitate afficere dignare juxta beneplacitum tuum. Postmodum psalmos & orationes concinendo ad diluculum usque perstiterunt. Egressis autem Sanctis à Thecla, statim ipsa bene se habuit; & somnus leviter interrepsit. Quæ sopita sibi visa est videre sub Episcopi habitu virum, terribilem quidem & canum,

ingre-

A *ſanata,* ingredientem ad ſe, qui mulierem ſignavit Cruce, & dixit: Dominus meus Jeſus Chriſtus miſit me, ut te ſanarem, propter Sanctorum trium Puerorum preces, qui ſunt in carcere, ubi eos iniquus & impius Tertyllus claudendos mandavit. Illa vero præ nimio timore contremiſcens, non auſa fuit eum interrogare quis eſſet. Statim autem experrecta ſe ſanam animadvertit, qualis fuerat in juventute. Eadem hora duas puellas & duos fideles ſervos aſſumpſit ſecum, ac propere ad carcerem perrexit; dataque militibus pecunia intravit ad ſanctos & glorioſos Martyres, juxta quorum pedes ſe proſtravit, flenſque dixit: Gratias ago Deo propter vos, Sancti Martyres, quia precibus veſtris in me oculos convertit, & ſanam reddidit Chriſtus, verus Dei filius, quem colitis vos. At illi dixerunt, non nos, ut diximus, Domina, ſed fides tua, ut ſcriptum eſt, te ſalvam fecit, & eleemoſynæ. Ipſa vero deoſculabatur Sanctorum pedes, flenſque dicebat: Quotieſcumque Deo preces funditis, orate pro me. Nec ceſſavit exinde noctu diuque ingredi ad Sanctos in carcerem, uſque ad Tertylli adventum.

eos revi ſit in carcere.

Matt. 9. 23

f 23 Poſt tres *f* dies advenit iniquus ipſe in Leontinorum Meſopolim, ubi adeſſe admodum exoptabat, propter loci commoditatem ad ſubminiſtrandum

B g omnia exercitui neceſſaria, aquarumque *g* in primis affluentiam. Leontinus autem populus venientem maximo cum gaudio ſuſcepit, celebrans commendanſque & ipſum & deos ejus. Ingreſſus ipſe prætorium pro tribunali ſedit, cui Principes aſſiſtebant cum tremore, & Alexandrum ita eſt affatus: Perveneruntne huc tres illi pueri blaſphemi, quos vinctos miſimus ad te? Quorum capita deraſimus, eaque & vultus liquefacta pice perfudimus, lignumque collis ſuperimpoſuimus? Reſpondit Alexander, Pervenerunt quidem, mi Domine; ſed neque capita deraſa, neque vultus denigrati unquam fuiſſe videntur: neque lignum ullum in collis ipſorum, ut ais, vidi, ſed vultu ſplendido perlucent ut ſol. Ex militibus qui eos duxerunt, quidâ ſe nobis tradidere dicentes: Facite nos quæ vultis; Nam Chriſtiani ſumus, ſicut & hi tres ſancti Pueri: Deos veſtros non colimus. His auditis dixit Tertyllus: Heu quid faciam! ecce jam Chriſtianorum genus magis magiſque perperam agit, nec deterreri atque inflecti poteſt, quamvis multa variaque inferam tormenta; imo magis incitatur ad injuriam contra immortales deos atque Imperatorem. Hi quoque Pueri execrandi, eorumdem

C incantamentorum participes, noſtros milites infecerunt; ſed per deorum providentiam eos ita male multabo, ut per eorum exemplum diſcant homines non contradicere Dominis. Poſt triduum viginti milites adduci juſſit; ſed tres Pueros bono munitos ligno contineri. Juſſit etiam ut tota civitas Leontina conveniret ſpectatura eum, capitis ſententiam in viginti milites laturum. Cives igitur omnes in Tertylli prætorium convenerunt, nam eum maxime timebant, paremque de idolis errorem fovebant. Quibus jam congregatis, ſedit Terryllus pro tribunali, & dixit militibus: Quis vos in carcere concluſit? Nonne mihi eratis miniſtri contra eos, qui diis noſtris blaſphemias ingerunt, & nos multo proſequebamini honore? Quis vos ab amore ac pietate deorum avertit? Reſpondit ei unus ex militibus, cui Mercurio erat nomen: In tenebris ignorantiæ huc uſque ambulavimus, non cognoſcentes omnium opificem Deum: quoniam autem Dei gratia per hos Sanctos in nos illuxit, idolorum deſerimus errorem, neque enim ſunt dii, ſed idola ſurda: ſimiles enim fiant, qui faciunt ea, & omnes, qui confidunt in eis. Tibi autem hoc ſit pro comperto, Tertylle inique & veritatis inimice, quod deos tuos non adoramus, & pa-

audita converſione militum 20

eos interrogatos & fidem profeſſos,

Adveniens Tertyllus

rati ſumus ſuſcipere omnia tormenta tua. Habemus autem Coronatorem Chriſtum Jeſum Dominum noſtrum, qui nobis opem ferre poteſt, & à tuis ſordidis manibus liberare. INTERP. SIGONA.

jubet baculis cædi

24 Hæc audiens Tertyllus eos baculis ex palmarum ramis cædi juſſit, adeo ut per humum viſcera ſpargerentur. Tum eos haud longe ſemoveri juſſit, & conſilium petens ab iis, qui aderant ſimulque ſedebant, dixit: Nonne vobis dixi, Chriſtianorum genus ore procaci eſſe? & quanto magis iis tormenta inferuntur, tanto ardentius in impudentiam aguntur. Abſcindamne igitur ipſorum capita, ut ab hac vita expulſi alios ſeducere non valeant? In ejus ſententiam, omnes qui aſſidebant, iverunt. Ille ergo rurſus eos in medium adduci juſſit, & dixit: Hoc eſt principium tormentorum veſtrorum, addam & alia; voſque puniam tam diu, donec & meis & Imperatoris mandatis obtemperantes, diis noſtris ſacrificetis. Reſponderunt illi: Fac in nos quod vis, inique & impie tyranne: nam ſi univerſa orbis terrarum tormentum nobis intuleris, & noſtra viſcera effuderis; noſtram mentem mutabis numquam, ut verum Deum abnegemus, canis impudentiſſime. His auditis Tertyllus juſſit gladio necari. Quos carnifices extra urbem duxerunt in locum Theopen nomine. E Ibi ſteterunt Sancti milites, & dixerunt orantes: Domine Deus Pater Omnipotens, ſuſcipe animas noſtras, & nos adde collegio trium Sanctorum Puerorum Alphii, Philadelphi, & Cyrini, ne ſeparemur à conſummatione Martyrii eorum. Poſt hæc verba carnifices ipſis capita detruncarunt, *h* quarto h Idus Decembris: corpora vero eorum in obſcurum *& capite plecti* 10 locum projecerunt, in quo puteus erat ex rupe ca- *Decembris,* vata. At mulier, quæ per Sanctorum orationem receperat ſanitatem, & poſtea militum martyrio adfuerat, oblata pecunia, per Alexandrum Tertyllum *quibus à* S *Thecla* rogavit, ut eos ex puteo ſibi educere liceret & tra- *ſepultis* dere ſepulturæ. Terryllus autem accepta pecunia ſepeliri permiſit, ſed in urbem introduci vetuit. Pia igitur mulier juſſit ſervos ſuos adducere decem currus, & in iis militum corpora imponere; & in ſuburbanum, quod Anzianorum dicitur, prope Meſopolim advehere, atque illic ſepulcra effodienda protinus curavit. Et quia Sanctos nudos projici juſſerat Tertyllus, veſtes ſuas pretioſas attulit, eiſque Sanctorum corpora involuta ſepelivit: & ibidem templum conſtruxit, poſt interitum iniqui Principis, prope locum, in quo ſepeliverat *i* Sanctam & i B. Iſodoram matrem ſuam, & materteram quoque F Sanctam ſcilicet Neophytam Alexandri matrem; *templum poſtea erigitur.* quæ, ut prædictum eſt, ſub Armato propter Chriſtum mortem paſſæ fuerant, & templum illud denominavit Sanctorum viginti Militum.

ANNOTATA.

a *Acta* S. Theclæ Virginis *dedimus* 10 *Ianuarii ex Ferrario, aſſerente ſe deſumſiſſe ea lectionibus propriis Eccleſiæ Leontinæ, à Paulo V approbatis: quæ hic utinam tam vere, quam late deſcribantur.*

b *Additur in Græco parentheſis*, Ipſe enim repertos Chriſtianos vinciebat & cuſtodiebat in carcere.

c *Martyrium* SS. Neophytæ & Iſidoræ *illuſtravimus* 17 *Aprilis.*

d *Si Quintiano ſucceſſit* Tertyllus, *uti putamus*, Armatus *hic non niſi mediate Tertyllum præceſſerit; modo verum hoc ſit, non confictum, martyrium ac nomen.*

e *Græce* ἐν τῷ προαστίῳ Ἀντζιανῷ, *infra vero etiam* Ἀντζιάνῳ. *MS. Neapolitanum* in Anzcianis. *Pyrrhus* Anzinnorum ſuburbium.

f *In Græco* poſt tres menſes: *& ſic etiam habet MS. Neapolitanum, ſed melius* dies *ſcribuntur; alias enim non*

INTERP. SIGONA. *debuiſſet adeo mirari, ſicut infra facit num.* 25 *Tertyllus, quod eorum cæſaries recreviſſet.*

g *Cluverius Siciliæ antiquæ lib.* 1 *cap.* 10, *docet* Teriam *antiquis dictum, qui nunc à* S. Leonardo *appellatus fluvius Leontinos perluit.*

h *Relati ſunt ad* x *Decembris in Martyrologio Romano, expreſſo* Mercurii *nomine, & in notis citantur hæc Acta, & dicuntur paſſi ſub* Licinio Imperatore, *quod tamen ad hunc* x *Maji correxerat Baronius.*

i *Horum corpora in conſtructam Eccleſiam illata dicuntur in MS. Neapolitano.*

CAPUT V.

Cæſi ac lancinati à S. Andrea Apoſtolo ſanantur; & poſt clavatos calceos fame necandi, ab eodem paſcuntur.

25 POſt dies aliquot Tertyllus juſſit ad ſe ſanctos Pueros adduci, & ſibi præſentes exhiberi. Quibus viſis conſternatus animo ſecum dixit. Numquid hi ſunt, quorum capita deraſi? vultus pice liquefacta denigravi? collis lignum ſuperimpoſui apud Tauromínium? Nunc quidem eos non agnoſco, ita permutati ſunt vultus eorum. Hæc agitans intra ſe, ad eos, qui aderant, nihil fari poterat; & circiter duas horas mutus permanſit ut lapis. Ad ſe tandem reverſus exilivit à ſolio, unumque ex militibus vocavit, & ei ſecreto dixit: Suntne hi Pueri quos tradidi vobis, miſſos ad me ex urbe Roma à Domino meo Valeriano? Quorum capita deraſi? quorum vultus pice denigravi? quorum collis lignum ſuperimpoſui? Quomodo ergo capilli tam cito recreverunt, & vultus purgati fuerunt? Miles reſpondit, & ſingula expoſuit, quæ contigerant apud montem Maſchalorum & Symethum fluvium; & quomodo dæmoniacum ſanaverunt, avulſis per ſe prius manuum vinculis: nec tacuit quemadmodum fugere potuiſſent: nihil denique prætermiſit ex his, quæ facta fuerant circa Sanctos in itinere. Quibus auditis Tertyllus ſedit iterum in ſolio, Sanctoſque circumſpexit, & facies ipſorum contemplatus fuit: erant enim pulchræ valde, & ſplendebant velut fulgentiſſimum lumen. Tum in carcerem redire juſſit: fuit enim rubore verecundiæ perfuſus, ob eos qui aderant juxtaque ſedebant. Poſtea iniquus ipſe, meditatus multiplex tormentorum genus contra Sanctos, magno cum furore prætorium aſcendit. Interim vero mulier illa ſemper ad Sanctos ibat in carcerem, vincula pedum eorum oſculabatur, & ut pro ſe orarent rogabat.

B *Pulchritudinem Sanctorum ſtupens Tertyllus,*

auditis quæ acciderant

eos remittit in carcerem.

C

26 Poſt dies decem Tertyllus Sanctos Pueros capillis trahi, & ad ſe duci juſſit: atque pro tribunali ſedens, cum his, qui pariter ſedebant, ſedato vultu atque tranquillo Sanctos Pueros ita eſt allocutus. Unde eſtis, Pueri? Quæ vobis nomina? Qua ex urbe huc veniſtis? Et quare ad nos miſſi fuiſtis? Hoc autem dixit, ut, qui una ſedebant pravi Principes, per ſe, non ſecus ac ipſe, omnia cognoſcerent. Sancti vero dixerunt. Primum Chriſtiani ſumus: mittimur ex Vaſconum regionis urbe, quæ dicitur Præfectorum: abominamur & deſpuimus ea, quæ ab impio & iniquo Licinio atque à vobis adorantur idola, lapides & ligna inanimata, quos deos dicitis vos. Miſit autem nos ad te is, qui tecum deſipit, Valerianus, ut patris veſtri diaboli voluntatem adimpleret. Quæ cum audiviſſet Tertyllus, dixit: In qua re fiduciam habetis, ut tam audacter diis noſtris detrahatis? Fiduciam nos habemus, dixerunt Sancti, in noſtro immortali Deo, & unigenito ejus Filio, atque in ſancto & vivificante Spiritu, hoc eſt in ſancta & individua Trinitate. Hæc nos breviter reſpondemus. Iratus fuit impius Tertyllus, & juſſit adferri duodecim fuſtes, elaboratos ex palmarum ramis, & illis diu ſingulos Sanctos à quaternis carnificibus verberari. Quibus diutius Sanctos verberantibus, manus uti lapides aruerunt. Hinc Sanctorum corpora multo ſanguine perfuſa fuerunt, qui & dixerunt: Gratias agimus tibi, Jeſu Chriſte Deus noſter, eo quod ejus, qui diaboli miniſter eſt, avertiſti frameam in finem, & tyranni fremitum contra nos furentis deſtruxiſti. Iratus autem & furore percitus Tertyllus, juſſit eos ſolvi & in carcerem detrudi, ibique pedes eorum in grave lignum induci; aliud quoque magnum collis ſuperimponi, quod ſex viri vix erexerunt. Tum Sancti in hanc vocem eruperunt: Gratias tibi agimus, Deus altiſſime, quia nos feciſti dignos, ut tali tantoque premeremur ligno, quod profecto confirmabit in nobis immutabilem tui nominis confeſſionem. Sequenti die juſſit Tertyllus eos adduci coram ſe: ſed qui aſſidebant, dixerunt: Dimitte paulo plus eos, Domine, donec vulnera ſanentur: nam ſi nimium & jugiter vexaveris, plagiſque alias plagas ſuperingeſſeris, deficient, atque cito è vita decedent: nec omne tormentorum genus, juxta voluntatem & juſſa Imperatoris, ſubibunt. His verbis perſuaſus, remiſit in carcerem: in quem adivit Thecla nocturno tempore, & largita militibus pecunias intravit, flenſque cœpit ipſa vincula exoſculari, & putrefacta vulnera deligare, myrrha inungere, & varia medicamentorum genera adhibere tentans. Aliæ quoque mulieres cum Thecla carcerem adibant, ut Sanctos refoverent: ſed ipſi non permittebant eas id agere.

fuſtibus verberantur,

cippo includuntur,

D

E *foventur à S. Thecla,*

27 Videns autem diabolus conſtantiſſimam patientiam ipſorum, transformatus eſt in hominem ſenem, ſimulantem propter eos mœrere; & nocte concubia eſt ingreſſus, & dixit: Cur tamdiu vos tam atrociter cruciat Tertyllus, nec vobiſmetipſis conſulitis? Agite, jam optimum ego vobis dabo conſilium. Oſtendamus nos ejus mandatis paruiſſe, & velle Deos adorare, ut ab inferendis in vos tormentis quieſcat, atque ita veſtræ juventuti pulchritudinique parcetis: ſed verum Deum intrinſecus in animo adorantes, Tertyllo illudetis: nam poſtea veſtrum Deum orabitis, & facile veniam præſtabit. Reſponderunt Sancti, Non bonum ſane conſilium eſt iſtud, ſed diabolicam certe fraudem præ ſe fert. Nobis ut B. Paulus Apoſtolus ait, & vivere cum Chriſto & pro eo mori lucrum eſt. Diſcede à nobis, homo: prave enim & non recte nobis conſulis: nam nos habemus Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui inviſibiliter aſſiſtens per ſancti Spiritus gratiam nos confortat, & quoties torquemur nos reſpicit, atque à multis atque intolerabilibus tormentis eripit, quæ nobis infert iniquus Tertyllus, aut potius ejus pater diabolus tentator peſſimus, & naturnæ humanæ pernicioſus hoſtis. Diſcede à nobis, turpiſſime diabole, in ignem æternum, paratum tibi & his, qui tibi obſequuntur. Neque enim aliud es niſi dæmon, qui tam prave nobis conſulis. His auditis diabolus aufugit à facie ipſorum, nec amplius eis manifeſte apparere auſus fuit.

diabolum ſuadentem ut ſimulent in fide

rejiciunt & confundit. Phil. 1, 21

F

28 At vero paucis poſt diebus ſuggeſſit Tertyllo & aſſeſſoribus ejus, ut ferreos uncinos duodecim elaborandos curarent, quibus perderent Sanctos. Cumque jam elaborati fuiſſent, juſſit Tertyllus adduci Sanctos in prætorium, atque pro tribunali ſedens dixit eis: Quidnam deliberaſtis de ſalute veſtra? Ego vos admoneo hortorque, ut juventuti veſtræ parcatis, ne crudeliter tandem inrerire cogamini. Reſponderunt Sancti: Nos quidem deliberavimus, ut, ſi ea eſt voluntas Domini noſtri Jeſu Chriſti, animas noſtras ipſi puram & immaculatam hoſtiam tradamus. Te autem, Tertylle impie ac veritatis hoſtis,

Iterum reducti,

Iterum adducti, & interrogati

A hoſtis, mittet Chriſtus noſter in ignem æternum. Propter hæc verba furore agitatus vehementi, uncinos adferri juſſit, & coram ipſis poni, dixitque: Spectate, ô miſeri, hæc in vos parata; & ſic veſtram non negligite ſalutem, quin potius veniam petite ab immortalibus diis: nam cum ſint elementiſſimi, facile vobis condonabunt quas intuliſtis injurias. Reſpondentes Sancti dixerunt: Tertylle, fatue & inſulſe, an non ſæpe diximus tibi, quod diis tuis ſimilis es tu, & omnes qui tecum eos adorant? Tum juſſit iniquus Tertyllus capi uncinos, & iis ſingulos Sanctos laniari à quaternis carnificibus, ita ut bini à fronte, ac totidem à tergo percuterent. *b* Quapropter ſtatim maxima vis ſanguinis eſt effuſa, & ipſa interiora viſcera apparuerunt. At ipſi cælum intuentes dixerunt; Domine Jeſu Chriſte Deus noſter, gratias tibi agimus, quod dignatus es efficere, ut nos in hanc ſortem perveniremus. Tu ergo, qui cum eſſes immortalis, mortem ſubire voluiſti, ut mundum liberares à morte; da nobis ſervis tuis in hac hora firmam & immutabilem tuæ fidei profeſſionem, & animas noſtras à maligni diaboli conatibus eripe. His dictis, patientia eis data fuit tanta, ut exclamarint: O iniquiſſime & impiiſſime Tertylle, appone alios tortores, qui iniquæ & immiti voluntati tuæ obſequantur. Non verecundaris, impudentiſſime canis, quod eadem carne compactus es, qua & nos ſumus; dumque nos inique & immiſericorditer torques, te ipſum eiſdem cruciatibus torques. Sed oramus ut tibi pareatur propter nomen ejus, qui tibi ſpiritum tribuit & vitam. Hæc videntes qui Tertyllo aſſidebant, dixerunt ei: Si vis hos Pueros omnium generum tormentis ſubjicere, dimitte rurſus plagas ſanari, & interea mature de iis cogitato, ut alia graviora tormenta poſſis inferre.

ferreis uncinis laniantur,

Tertyllo inſultante:

B

reducti in carcerem

29 Tum juſſit Tertyllus in carcerem abduci, mature deliberaturus de ipſis. Et Thecla ſe in carcerem protulit flens & ejulans, atque ſingulorum pedes exoſculata fuit. Sancti autem Deum oravere, ut plagas ſanaret ad majorem Tertylii confuſionem. In ipſa autem nocte, cum in ſolo jacerent, quia propter plagas valde debilitati erant; apparuit in carcere vir quidam ſenex, & dixit: Salvete, filii dilecti, qui pro Chriſto fortiter dimicaſtis: confidite & vivite, quia Dominus Jeſus Chriſtus miſit me, ut ſanarem, quas pro ipſo ſuſtinuiſtis, plagas. Et dixerunt ei ſancti Pueri: Quis es tu, mi Domine? Ille reſpondit: Ne turbemini, neque ſcandalizemini in me, eo, quod paulo ante diabolus voluit vos tentare. Ego ſum Apoſtolus Andreas, & ad vos me venire juſſit Dominus Jeſus Chriſtus. Gaudete igitur & exultate, quia per vos in hac civitate multa ſigna videbuntur, & per vos Deus ſalvabit hanc civitatem. Multi enim veſtram patientiam & immutabilem conſtantiam videntes, convertentur ad Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. Hæc dicens viſus eſt plagas contrectare, quas per uncinos ferreos ſuſtinuerant. Vix autem eos contigerat Apoſtolus, & evanuerunt plagæ omnes. Tum vero eos confirmavit, & ſalute dicta recedens evanuit ab oculis eorum. Poſtea vero quam illuxit, nequiſſimus Tertyllus militem quemdam ex his, qui Sanctos cuſtodiebant, accerſivit & dixit: Vade celeriter in carcerem, & videto, num adhuc blaſphemi illi Pueri vivant. Acceſſit miles, & diligenter ſpeculatus, ſanos invenit Sanctos, nihil jam patientes, nec ulla plaga læſos. Tum reverſus, Tertyllo, quæ viderat, indicavit. Audiens ea Tertyllus, è veſtigio tres Pueros ad ſe ante tribunal venire mandavit, & dixit: Dicite nobis, quis vos ſanavit? Ecce jam manifeſte *c* patet, deorum potentiam veſtri miſertam fuiſſe, & propter corporis pulchritudinem ſanitatem vobis donaſſe: ipſa quidem guttas ſanguinis fluentis ex membris veſtris deterſit, ut veniam conſecuti ſacrificetis eis, id quod omnes faciunt. Reſponderunt ſancti Martyres; ſi audiveritis iterum, non credetis. Vivas *d* & tu, ut dii tui. Nam ſi, ô miſer, ipſi ſibi auxiliari non poſſunt, quomodo nobis, ut ais, auxilium tulerint? cum ſint idola muta, ſurda & inſenſata? Verumtamen ſcito; nequiſſime ac miſerrime Tertylle, quod Dominus noſter Jeſus Chriſtus unigenitus Dei Filius eſt, qui nos ſanavit; qui nos cuſtodit & liberat ab omni tormentorum tuorum excogitatione; qui in ſe credentes omnes eripiet ex laqueis patris tui diaboli; & te dejiciet in pœnas ignis æterni.

INTERP. SIGONA.

d

à S. Andrea Apoſt. ſanantur:

C

c

quod Tertylius deorũ potentia adſcribit,

30 Hæc audiens iniquus Tertyllus juſſit fieri calceamenta ferrea, habentia clavos rectos, acutos, & ignita ſupponi pedibus Sanctorum *e* à carnificibus. At Sancti his affecti, quamvis acriter impellerentur, ambulare *f* nequibant; cum pedes à clavis transfoderentur, & multus ſanguis effunderetur. Sanctus autem Philadelphus, qui pulcher erat & delicatus valde, paulum retardavit: at carnifices crudeliter citra ullam miſericordiam ejus caput percutiebant. Tum S. Alphius converſus dixit ei: Curre fortiter, & nobiſcum fortiter certato pro parata nobis beatitudine. Similiter & S. Cyrinus ipſum confortans dicebat: Suſtineamus fortiter: hæc enim brevis ſunt temporis; at vero negantibus Chriſtum æterni cruciatus, ignis qui non exſtinguitur, vermis qui non moritur, tenebræ exteriores, ſtridor dentium, & tartarus amariſſimus, quæ Deus in ſe peccantibus paravit. Qui autem hæc ſuſtinent in hac vita, ſuſcipientur in die Domini noſtri Jeſu Chriſti; propter quem qui patiuntur, fruentur illo bono, quod nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit, quæ paravit Deus diligentibus ſe. Hæc S. Cyrinus admonuit S. Philadelphum: vere enim interſe Philadelphi, id eſt invicem amantes fratres erant. Quæ audiens S. Alphius à minimo fratre, valde gaviſus eſt. Sanctus quoque Philadelphus vires reſumpſit, & acceleravit gradus adeo, ut reliquos fratres anteiret. Et jam cuſpides clavorum eorum pedes ita perforaverant, ut deſuper apparerent. Poſtea elevantes oculos in cælum dixerunt, Domine Deus omnipotens, ſolus ſanctus, ſalvator tribulatorum & patientium propter nomen tuum; ne nos deſeras, ſed patientiam præſta uſque in finem: neque enim dicat inimicus, Prævalui adverſus eos. Poſtea vero quam orationem compleverunt, factus eſt in ipſos divinus quidam ſancti Spiritus gratiâ ſplendor, qui animum mentemque ipſorum confirmavit, omniſque dolor & tribulatio penitus ceſſavit. Itaque abierunt gaudentes & glorificantes Deum tanta celeritate, ut carnifices eos conſequi nequirent. Cumque ad conſtitutum locum perveniſſent, in prætorium ſunt reverſi.

cum calceis clavatis ambulare coacti

e

f

E

mutuo ſe animant ad curſum:

& poſt fuſas preces celitus roboratur

F

Ad hæc obſtupeſcens Tertyllus

31 Et Tertyllus tunc temporis lavabatur in balneo: egreſſus autem invenit ſanctos Martyres à carnificibus adductos, qui quidem gaudium maximum præ ſe ferebant, & vultu ſicut ſol refulgebant. Id conſpiciens Tertyllus mutavit vultum, & turbatus animoque conſternatus, dixit & clamavit: Heu mel quid faciam? devicti ſumus ab his pravis & blaſphemis Pueris. O viri civitatis, venite & videte miraculum magnum, quomodo hi miſerandi ſe habent. Ecce acutiſſimi clavi jam pedes perforavere; nec ſui ipſorum aliquam rationem habent. Reſponderunt Principes civitatis: Fortaſſe, Domine, magi ſunt; & Chriſtus, quem colunt, vires ſubminiſtrat in perferendis tormentis. Quæ cum dixiſſent, ira æſtuans & furore percitus Tertyllus, in carcerem abduci juſſit; & ibi ſine aliquo cibo relictos contineri ad decimum diem, ut neque aqua quidem illis præberetur, & dixit: Fame vos, miſeri, necabo; nec

jubet eos fame nec candos includi carceri.

INTERP. SIGONA. quidquam guſtabitis, donec vita veſtra miſerabiliter morti tradatur. Tum miſit Alexandrum, & juſſit ut fores carceris annulo ipſius Tertylli ſignaret; nec quemquam ingredi permitteret, qui panem & aquam poſſet porrigere. Conſtituit etiam, ut ſi quiſpiam vir aut femina panem aut aquam deferens appoſuiſſet, neci tradatur. At ipſi Sancti & glorioſi Martyres hæc audientes, deriſerunt Tertyllum, dicentes: O quam, miſerrime Tyranne, Dei noſtri potentiam penitus ignoras! Poſt hæc ducti ſunt in carcerem, in cujus medio firma cum conſtantia & immutabili ſteterunt, laudantes & glorificantes Deum ac orantes ita: Domine Deus noſter, tu es panis vivus qui de cælo deſcendiſti, & à fidelibus tranſmutaris. Tu, Domine, ſervos tuos conforta: noſti enim carnis imbecillitatem, qui eam tamquam figulus in homine finxiſti, & in utero Virginis aſſumpſiſti. Tu etiam dixiſti in Euangelio: Non in ſolo pane vivit homo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Et rurſus dixiſti: Qui comedit meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet & ego in illo. Nos ergo etiam humiles peccatores, qui tui corporis immaculati & pretioſi ſanguinis participes fuimus, non eſuriamus atque ſitiamus.

ubi orationi inſtantes,

Mat. 4, 4

Joa. 6, 54

B 32 Cum autem tres dies jejuni permanſiſſent, ſequenti nocte clauſis foribus apparuit vir quidam ſenex, ferens in manu tres panes & aquæ vaſculum; lumenque magnum circumfulſit in carcere. Id videntes Sancti, humi ſe proſtraverunt juxta ejus pedes, & dixerunt: Ora pro nobis Sancte Dei Apoſtole & Diſcipule Domini noſtri Jeſu Chriſti, ut immutabiles permaneamus in ejus caritate. Ille ipſos apprehendens erexit, dicens: Confidite, filii, in Deo, & exultate coram eo. Nam ipſe Dominus miſit me ut vos ſanarem: adhuc enim paulum vos puniet Tertyllus iniquus: tum corpori renuntiantes ſecuri eritis apud Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui vos elegit. Quibus dictis eos ſalutavit & diſceſſit. At ipſi comederunt & biberunt, atque jam confortati ſteterunt, aſſidue cantantes & orantes Deum. Alexander autem vidit lumen in carcere, ac audivit Apoſtolum loquentem, timuitque adeo vehementer, ut fugere conatus, nequiverit. Mane autem Alexander ſervos & cuſtodiæ milites ad ſe vocavit, & dixit: Audite viri, novum & admirabile miraculum eſt, quod coram meis oculis contigit his Pueris. Nam vir quidam terribilis & potens aſtitit ſigillatis foribus ipſius carceris, ac panes attulit & aquam, juſſitque ut comederent ac reficerentur, & à Domino meo Tertyllo illata deſpicerent tormenta. Ego vero luminis ſplendorem ferre non valens, & timore maximo concuſſus, fugere tentavi, nec tamen potui: nam genua mea ob hoc concuſſa fuerunt, & ibi velut mortuus remanſi.

ab Apoſtolo accipiunt panem & aquam,

vidente Alexandro, qui cuſtodibus rem narrans,

C 33 Ecce, fratres, hoc vobis annuntio myſterium, quod hi ſancti Pueri, quos injuſte nos torquemus, alicujus potentis & ſublimis ſunt diſcipuli, & recte ipſum annuntiantes adorant. Nam quos colimus nos, & dicimus deos potentes, ipſi Sancti appellant idola ſurda, nec ſpiritum habentia nec viram: & hi multi dei, quos adoramus, refellere non poſſunt ignominias & injurias quibus ſingulis diebus & horis afficiuntur. At hi ſancti Pueri, invocantes unum Deum & unum Filium ejus unigenitum, ac unum quoque Spiritum ſanctum, plurimos & maximos deos noſtros ſemper vincunt; ipſa etiam quæ in tormentis inferimus vulnera per ſe ſanantur. Propterea cenſeo, fratres, quod neque in cælo neque in terra ſit alius Deus præter Jeſum. Scitote autem quod mater Theclæ meæ cognatæ, & Neophyta mater mea, ipſam magni nominis Trinitatem ſanctam annuntiantes, & ſempiternum Deum colentes, poſt multa tormenta deceſſerunt ab hac vita ſub Armato, qui ante Tertyllum Dominum meum Principatum geſſit in hac Meſopoli. Tum ſervi & milites reſponderunt: Quid factum eſt de illo viro, qui venit & allocutus fuit ipſos? Reſpondit Alexander: Poſtea quam multa diſſeruit, eos confortans evanuit. Tum illi dixerunt: Cur ergo, Domine, matrem tuam æmulatus non fuiſti? ſed Tertylli unanimis conſiliarius factus es? & quotidies contra Chriſtianos agitaris, & maxime contra hos Pueros, per quos multa ſigna facta ſunt in hac civitate? nec tamen ex nobis quiſquam credidit, niſi Thecla cognata tua & Juſtina, atque alienigena Hebræus? Reſpondit Alexander? Omni prorſus excuſatione careo hac in re, fratres. Quibus dictis tacuit: nam ad fores carceris acceſſerunt mulieres non paucæ, præcipue vero Thecla & g Juſtina, quas Sancti per orationem ſanaverunt: aderat quoque Hebræus ille, cujus filium Sancti liberaverant à dæmone: poſt quod factum cum filio & tota familia in Meſopolim ivit, & cum eo omnes pariter clamabant & dicebant: Miſeremini noſtri, ô filii Chriſti: jubete nos una vobiſcum certare pro Chriſti fide.

D

g

ANNOTATA.

E

a *Omnia & ſingula accurate retexuntur in Græco.*

b *Ibidem hæc aduntur*, & uſque ad extremas partes ſanctorum Puerorum juſſit ferreos iſtos uncinos trahi, Sanctorumque carnes attrectari, ſic ut uſque ad viſcera infigerentur.

c *Ibidem hæc congruentius per interrogationem inferuntur*, An omnino deorum virtus vobis compatiens *&c?*

d *Græce*: Fiant ſicut dii tui, & tu & omnes qui adorant eos.

e *Addit textus Græcus*, cum forcipe ferrea.

f *Id eſt non niſi difficulter & ſummo cum cruciatu.*

g S. Juſtina *cum* S. Thecla *colitur* 10 *Ianuarii apud Leontinos.*

CAPUT VI.

Varia tormenta Sanctis illata. Iudæi converſi & lapidati.

34 SUrrexit Alexander eadem hora, & ivit in prætorium, ubi erat Tertyllus; & ingreſſus quæ viderat circa Sanctos ſigna narravit. Quæ audiens Tertyllus valde contra Alexandrum turbatus eſt, & dixit ei: An & te quoque Chriſtianorum magiæ occuparunt? Recede à me. An credis quod ego eodem modo depravabor? Tu profecto pecunias ab aliquibus accepiſti & fores carceris aperuiſti, atque ita accepto pane & aqua comederunt & biberunt. Alexander reſpondit: Cum tu in manu tua annulum continueris, quomodo ego fores aperui? Deſcende igitur & ſpecta, an integra in foribus tui annuli ſit impreſſio. His dictis ab eo receſſit Alexander, & deſcendit in carcerem. Tertyllus autem cœpit mœrere & ſe ipſum affligere ſedens adhuc. Tum per ſuos ſervos vocavit Optimates & Principes civitatis, & in ſolio reſidens, dixit: Quid agendum eſt de Pueris veneficis, quos ad me miſit Dominus meus Valerianus? credo ut animam meam divexaret: noverat certe veneficia horum & incantationes. [Quorſum] miſit huc? An ego Diomede potentior & Nigellione? Remittam ergo ad eos, ut quo voluerint mortis genere interficiant. Reſponderunt Principes & dixerunt: Ne fiat: non enim hos miſerunt quod variis tormentis eos interimere non poſſent, ſed quia tuam noverant induſtriam & virilitatem acerbitatemque

F

Tertyllus multum anxius

Sanctos occidere perſuaſus,

A temque contra eos qui deos noſtros immortales execrantur, hujus etiam rei gratia miſerunt ut per eos hujus regionis incolæ perterriti adorent deos, atque ſi forte paruiſſent remitteres: nos tuæ ſententiæ non accedimus, & multo aliter conſulimus, ne forte iratus nobis Imperator Licinius & Valerianus aliquos mittant, qui & te puniant & noſtram urbem evertant; at potius ut multis variiſque tormentis depellas à vita. Ita eris intrepidus & ſecurus circa aliquem tumultum.

35 Delapſis igitur decem diebus, miſit milites Tertyllus, qui Sanctos capillis tractos in prætorium duxerunt. Tertyllus pro tribunali ſedens, & Sanctos ad ſe ductos circumſpiciens (erant enim pulcherrimi) dixit his qui ſimul aſſidebant: Quid vobis videtur? ſane facies ipſæ indicant nihil comediſſe, nihil bibiſſe his decem diebus *a* quos definivimus. Proſiliens autem Alexander ſtetit coram ipſo & dixit: Per providentiam magnorum & immortalium deorum, atque per tuum & Imperatoris caput juro, Domine, quod carceris oſtium uſque ad hodiernum diem apertum non fuit, nec panem aut aquam habuerunt aliter quam quomodo tibi narravi: ſed quod multo magis mirandum eſt, tres integros panes & vaſculum illud aquæ plenum ſuperfuiſſe ipſis in carcere invenimus. Reſponderunt qui aſſidebant & dixerunt: Domine, hoc eſt opus magicæ ſcientiæ. Et Tertyllus dixit Sanctis: Quo uſque tandem pertinaces eritis in tolerandis tormentis, habentes fiduciam in arte magica? Obedite jam mihi & ſacrificate diis immortalibus. Juro enim vobis per ipſorum providentiam, quod igni veſtra corpora tradam, & acerbiſſimo mortis genere vobis auferam vitam. Sancti autem & glorioſi Martyres dixerunt Tertyllo & aſſidentibus, Nos ſuſcipientes defenſiones Dei noſtri, quamvis multa tormenta pertulerimus à vobis, ſani ſtamus, confitentes unigenitum Dei Filium: & parati ſumus adhuc alios ſuſcipere cruciatus, propter noſtram in Chriſtum fidem, qui eſt in cælis. Vos autem turpi audacia abutentes, inanimata & vana idola celebratis fruſtra, quia perditionem per ea vobis comparatis. Verecundamini ergo deinceps nominare deos, qui vitam in impudicitiis & ebrietatibus & bellis brevi tempore egerunt in terris, nunc autem in igne inextinguibili puniuntur, qui expectat omnes eorumdem cultores. Hæc audiens iniquus Tertyllus, boum nervis crudeliter eorum corpora verberari & lacerari juſſit. Quod cum diutius factum fuiſſet, dixit eis Tertyllus: Quamdiu, ô miſeri, parere negabitis, & diis ſacrificare recuſabitis? Obedite jam ut ab eis veniam conſequamini. Sancti autê tres Pueri dixerunt: Nos viventi Deo per ſingulos dies ſacrificium laudis offerimus, qui nos ſalvabit ex manibus veſtris, & Sanctorum collegio adjunget. Utinam ergo tu potius, inique Tertylle, nobis aſſentiens nobiſcum ſolum verum adorares Deum & Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. Reſpondit Tertyllus. Propter iſtam immodeſtiam loquendi, perdam vos. Sancti autem dixerunt: Perdet te ille, quem blaſphemas, Deus.

36 Tunc nequiſſimus Tertyllus juſſit afferri plumbum, picem & aſphaltum, ac in lebete pariter liquefieri, eiſque capita Sanctorum perfundi & corpora tota, iam denudata & gravis catenæ pondere vincta, atque in alta rupe locata, ut ab omnibus conſpicerentur. Dumque à capitibus per totum corpus illa manarent, clamabant Sancti, dicentes: Domine Jeſu Chriſte, ſalva nos & concede nobis, ut ſuſtineamus hæc graviſſima tormenta, que nobis infert crudeliſſimus Tertyllus, propter nomen tuum ſanctiſſimum. Tanta vero fuit potentia frigidiſſimi venti, qui perflare cœpit; ut horæ parvo momento illa congelata, Sanctorum corpora nihil lædere potuerint. Tum ſæviſſimus Tertyllus, vehementiſſimo æſtuans furore, ſanctos Pueros per pedes ſuſpendi juſſit, & fœtidiſſimo fumo demiſſa capita ſuffumigari quam diutiſſime. Dumque id tormenti genus inferretur, dixerunt: Domine Jeſu Chriſte, da nobis, ut ſuſtineamus hoc amarum tormenti genus. Sed cum conſtantiſſime ſuppoſitum fumum ſuſtinerent Sancti; multo magis furorem inſaniens tyrannus, ſolvi juſſit, & coram ſe capita eorum radi, id quod jam fecerat in principio *b*; atque lignum cædi, fierique inſtar jugi (illud decem viri in colla ipſorum vix impoſuerunt, & rigidis aridiſque loris circumligarunt) atque ita per totam urbem deduci mandavit. Præibant autem & quidam clamantes, Quicumque non ſacrificat invictis & immortalibus diis, has pœnas ſubibit. Euntibus autem Sanctis per medium urbis, & his qui præibant, clamantibus, populi multitudo ſequebatur: in qua & Thecla erat & Juſtina, ac aliæ mulieres cum ipſis.

37 Juſſerat Tertyllus carnificibus, ut cum acceſſiſſent ad Speluncas altas, reverterentur per Hebræorum habitacula. Qua cum tranſirent, accurrit Hebræus ille, cujus filium ſanaverant Sancti, & ipſe pariter filius ac mater totaque domus, atque prona facie omnes in terram proſtrati clamaverunt: Miſeremini noſtri, ô Sancti, & nobis permittite ſequi vos, ut in martyrium veſtri certaminis ſimul ingrediamur. Tum Sancti Judæo & his qui cum ipſo erant dixere: Dominus Deus, qui propter nos paſſionem ſuſtinuit, vobis det quod petitis, & Sanctorum collegio addere dignetur. Tunc omnes vocem elevaverunt & dixerunt: Chriſtiani ſumus, & abnegamus Judæorum fidem, quam ſolam ipſi perfectam *c* credunt: atque credimus in unum Deum Patrem, & unigenitum ejus Filium Jeſum Chriſtum, & in ſanctum atque vivificantem Spiritum: & ſanguinem noſtrum parati ſumus effundere pro Chriſto, quem hi annuntiant. Hæc audiens Judæorum turba, è ſpeluncis egreſſa, accepit lapides & conjecit in eos, dicens: Itáne vos creditis in Chriſtum: quem captum noſtri patres crucifixerunt. Carnifices autem qui viderunt Tertyllo retulerunt: qui juſſit ipſos Judæos vinctos ad ſe protrahi. Carnifices comprehenderunt ligaruntque Hebræos, qui crediderant, viros feminaſque, & cum Sanctis præcipitanter impulſos Tertyllo præſentes exhibuerunt. Eos ille circumſpexit & dixit: Quando credidiſtis his miſeris? dicite nobis. Illi reſponderunt: Nos, Tertylle, decepti credideramus vanam profanamque fidem: poſtea vero, quia veram fidem horum trium Sanctorum cognovimus, cum ipſis credimus, & cum ipſis ſanguinem noſtrum effundere parati ſumus. *d*

38 Tum Tertyllus ſeniores Hebræorum accerſivit: qui viginti numero accedentes, ſalute dicta Tertyllo, capita inclinaverunt. Ad eos ille dixit: Salvete deorum cultores *e* & amici Imperatoris, quid dicitis de his veſtratibus? Illi dixerunt, Si in hac ſententia perſeverabunt, male perdantur. Poſtea Tertyllus vocavit Hebræum, qui crediderat in Chriſtum, & dixit ei: Quouſque errabis, maledicens immortalibus & ſempiternis deis? Animum adverte, miſer, quod hi de gente tua ſapientes viri ne nomen quidem Chriſti ſuſtinent audire, per quod hi miſeri decipiunt vos. Reſpondit Hebræus, & qui cum ipſo erant: Tertylle, nos multa loqui neſcimus: unum tibi ſolum dicimus, quod Chriſtiani ſumus & dæmonibus non ſacrificamus. Tunc Tertyllus Sanctos quidem miſit in carcerem, Hebræos autem, qui crediderant in Chriſtum, aliis infidelibus Hebræis tradidit cum ſufficienti militum numero, & dixit: Accipite eos vos, & ſecundum legem veſtram judicate eos. Tunc milites eos acceperunt, & duxerunt in locum ubi remanſerat cetera multitudo Judæorum: poſtea extra urbem eduxerunt

INTERP. SIGONA.

fœtidiſſimo fruſtra fumo vexati.

b

raſi tradu-cuntur ſub jugo per urbem.

Quibus viſis Judæi quidam,

E

fidem Chriſti profitentur,

c

etiam coram Tertyllo,

F

d

e

à quo tradun-tur aliis Judæis,

eiſdem iterum ad tribunal adductis

a

fruſtra ignem minatur,

illi à plumbo & pice liquefactis illæſi,

taureis eos lacerat,

C

INTERP. SIGONA. f *Lapidibus obruendi*

eduxerunt eos: qui ibi à Judæorum turba lapidibus obruti ſpiritum Deo *f* tradiderunt. Reverſi carnifices & milites retulerunt Tertyllo, quæ facta fuerant. Quibus ille auditis gaviſus eſt valde; & totum exercitum cum populo in prætorium venire mandavit, & jam præſentibus dixit: Audiſtis, vidiſtiſne cariſſimi, quemadmodum Hebræi à tribus Pueris decepti, à ſuæ gentis hominibus lapidati fuerunt? Exclamaverunt omnes: Magnus Deus Apollo, Æſculapius, Hercules, Dionyſius, & Jupiter, qui orbi terrarum ipſique Imperatori & tibi, Domine, vitam donant & pacem.

Sancti oratione ſuſa

39 At Sancti, qui venerant in carcerem cum graviſſimo ligno nimium colla premente, dixerunt: Domine Jeſu Chriſte Deus, nos gratias agimus tibi, quod vocaſti nos in hanc martyrii ſortem. Tu, Domine, qui quamquam immortalis eras, in medio tamen duorum latronum crucifixus mortem ſubiviſti, ut hominem redimeres à morte; da nobis conſtantiſſimam fidem, qua te immutabiliter confiteamur, & cuſtodi animas noſtras à diaboli fraudulenta perturbatione. Et quidem Tertyllus voluit, commaculando facies noſtras, nos à fide removere; & noſtram, quam ad imaginem tuam feciſti, deturpavit; raſit quoque capillos, quos in decorem homini dediſti: ſed tu, Domine, nos ſervos tuos ſanos redde, ut ante feciſti, ne extollatur in altum cornu ejus, dum videt noſtram formam commutatam, ſed potius deprimatur ſuaque eum opinio deſtituat. Cum hæc dixiſſent, divino nutu abrupta fuerunt lora, quibus lignum fuerat ligatum, nec amplius apparuit: quod & prius factum fuerat in via. Sed quia petebant etiam Sancti ut facies ipſorum non remanerent commaculatæ, miſericors & clemens Dominus Jeſus eorum preces exaudivit, & quamprimum facies purgatæ fuerunt atque claro lumine illuſtratæ: capilli quoque recreverunt. Et cum ſe mutuo intuentes ſinceros puroſque vidiſſent, gratias egerunt Chriſto Salvatori & Domino totius mundi.

B

ſolvuntur, & priori formæ reſtituuntur.

40 Poſtero die Tertyllus ſanctos tres Pueros in prætorium adduci juſſit, & dixit eis: Voſne eſtis, quorum capita derаſi, & facies liquefacta pice deturpavi? Reſponderunt Sancti: Nos profecto ſumus, canis impudentiſſime. Ille vero ferventi furoris æſtu fluctuans, dixit: Ego vos è vita pellam, per maximos deos: ego vos igni tradam. At illi reſponderunt: Nos quidem deridemus vanam & inſanam tuam mentem, quia non cognoſcis quod Dei tui neque ſibi ipſis neque aliis proſunt: idola enim ſunt inanimata & dæmonia ſtultos decipientia, quæ ſunt diſſoluta à Chriſti ſervis. Tunc Tertyllus manus Sanctorum & pedes binis funibus alligari juſſit, & ſingulos funes à quinis militibus teneri, ita ut viceni milites ſingulos Sanctos in faciem pronos protraherent. Quod cum ita fieret inter aſpera ſaxa, maxima vis ſanguinis effundebatur; & laniatæ carnes lapidibus affixæ remanebant, ita ut jam viſcera interius apparerent. Tum iterum ſupinos verti, & diutius trahi juſſit, donec oſſa denudata fuerunt. Tandem vero ad ſe deduci mandavit, & dixit eis: Ubi nunc eſt Deus, quem colitis? Quomodo vos non eripuit à manibus meis? Tunc S. Alphius, humi jacens, dixit: O iniquiſſime & impiiſſime Tertylle, non adhuc contenta & expleta eſt fraudulenta voluntas tua tot tantiſque tormentis, quæ nobis intuliſti? Sed hoc tormento, quod addidiſti, additæ nobis ſunt coronæ. Tu vero immaniſſime, cum ſis homo, ex eiſdem quibus nos compactus elementis, & eiſdem prædi-

C

ſaptantur pronі per ſaxa,

dein ſupini, cum carnis dilaceratione:

tus affectibus, talia nobis amariſſima tormenta inferre verecundatus non fuiſti. Sed quod plus nobis eſt hac re adjuncta corona, ô miſerrime Tyranne,

g non enim minus quam ſeptem *g* Pueri, qui ante nos occubuerunt, tuis tormentis non cedentes eamdem emittimus vocem, & tibi dicimus; tyranne, quod ignem inextinguibilem tibi hoſpitem facis: nam tres pueruli tuam diſſoluimus tyrannidem: quia non potuiſti unquam nos permutare, ut tibi obediremus. Tuus nobis ignis frigidus eſt, & catapultæ inefficaces, nec quidquam mavima vis tua poteſt in nos. Nam ſi nobis infinita induxeris tormenta, & ſathanæ patris tui tela omnia in nos exhauſeris, haud poteris unquam fidem noſtram profligare. Hæc audiens iniquus Tertyllus, dæmonis ſuggeſtione permotus, per capillos in carcerem trahi juſſit, & intro projici: quo eos maxima populi turba ſequebatur, aderantque fideles multi, ſed imprimis mulieres flentes, & dicentes: O Deus horum Puerorum, auxiliare ipſis & nobis: vidimus enim maximum miraculum, novum & inauditum; cum tot tantiſque tormentis illatis, non defecerit ſpiritus ipſorum.

D

generoſore-ſpondens

& reducuntur in carcerem.

ANNOTATA.

a *Ironia hæc eſt: Græcus textus etiam hic interrogationem admittit, quærentis an facies eorum præferant toleratam famem & ſitim.*

b *Additur in Græco*, quando transfretaverant ab urbe Roma, eratque Tauromenii: juſſitque ſolvi picem, & effundi ſuper capita Sanctorum. E

c *Græce* τὴν τῶν Ἰουδαίων μονοθέλησιν *quod Sirmundus parum apte vertit* Judæorum fidem, quæ unam aſſerit voluntatem: *Cajetanus autem*, Monothelitarum fidem. *Vti enim* θελητὸς eſt placitus; *ſic* μονοθέλητος, *quod uni homini vel uni hominum generi placet.*

d *Addunt Græca*: Narrarunt igitur carnifices Tertyllo dicentes, Tranſeuntibus nobis per medium habitationis contribulium ipſorum; mox atque audiverunt eos dicentes, Chriſtiani ſumus, & in Chriſtum credimus, tulerunt lapides & lapidabant eos. Audiens hoc impuriſſimus Tertullus, lætatus eſt valde; & mittens acceriſivit &c.

e *Ita per imperitiam appellari ab homine ethnico potuere, qui ſe Chriſtianorum oſores eſſe profitebantur.*

f *Egimus de iis 9 Aprilis, ut eorum Natali.*

g *In Græco eſt*: ſancti Pueri, qui ante nos pro Lege occiſi ſunt: ὑπὲρ τῷ νόμῳ: *ubi Legem Moſaicam intelligi nihil dubitamus, adeoque* ſeptem Machabæos *hic commemorari, quos colit Eccleſia Latina et Auguſti. Itaque expungi volumus ad 26 Martii, quos ibi, veluti Leontinis paſſos, dedimus. Sic etiam num. 50 infra in exemplum proponitur veteris teſtamenti* Suſanna. F

CAPUT VII.

SS. Alexandri & Epiphanes converſio, & conſultatio cum ſanctis Fratribus.

Dum nova tormenta paranter,

41 TUne juſſit Tertyllus fieri craticulam permagnam, & ſartaginem æream, & uncinos tres parvulos, quibus S. Alphii linguam extraheret: craticula autem & ſartago poſt triginta dies perfectæ fuerunt. Interim vero Sancti in carcere quieti permanſerunt: nam non amplius eos torqueri voluit tyrannus, eo quod coram omnibus inferrent injurias ei tamquam cani. Ejus etiam aſſeſſores monuerunt, ne eos amplius in conſpectum ſuum Tertyllus duci permitteret; ſed propere vita privarentur. Sancti autem Martyres, elevatis oculis in cœlum, dixere; Domine Deus noſter, qui es ante ſecula, ad quem à juventute noſtra confugimus: tu es decens & vera Chriſtianorum ſpes & exſpectatio, tu non mendax ſervorum tuorum promiſſio, tu indeficiens theſaurus, tu antequam petantur tua dona præbes diligentibus

orantes in carcere Sancti

A diligentibus te, èxaudi nos, qui dediſti nobis ut in teſtimonium veritatis ſuſtineremus uſque in finem. Nunc autem, Domine, ſuſcipe animas noſtras, & libera ab hoſtilibus ſpiritibus, & ipſas eis adjunge, qui tibi placuerunt. Tu his, Domine, ignoſce omnia, quæ fecerunt in ſervos tuos invocantes nomen tuum: illumina ipſos in cognitionem tuæ veritatis, vis enim omnes ſalvos fieri. Mitte, Domine, auxilium in ſervos tuos te confeſſos, & propter nomen ſanctum tuum lapidibus obrutos, atque ita in ſanguine baptizatos. Indulge quæſumus, Domine, ipſis quod in te admiſerunt: tu, Domine, ex immenſis divitiis tuis dona ipſis repende, & dignos efficito, ut in terribili atque horrendo adventu tuo ſedeant à dextris tuis.

42 Hæc ipſis dicentibus, venerunt in carcerem Thecla & Juſtina, afferentes ſecum velamina quædam ſua tenuia & pretioſa, ut eis ſanctorum Puerorum vulnera detergerent, deligarentque: & oblata pecunia Alexandro perſuaſerunt, permiſitque ad Sanctos ingredi, & eorum vulnera curare. Ingreſſæ autem Thecla & Juſtina, atque etiam vincula trium Fratrum veneratæ, velamina circumcidere cœperunt & pedes circumligare: quod Sancti fieri vetuerunt, B dicentes, Abſint à nobis homines, qui pro nobis laborent, noſque curent: habemus enim medicum, qui verbo, imo ſola voluntate ſua ſancta nos ſanaturus eſt: quæ autem pro nobis attuliſtis, donate egenis, mendicis, viduis & pupillis. Iuſtina vero altero erat oculo capta, acceſſitque ad Alphium, qui plus ceteris tormenti aſperitate debilitatus erat, dixitque: Porrige mihi, Domine, manum tuam. Porrexit ille; Iuſtina oculo eam admovit: & is confeſtim ſanatus eſt, & altero integro ſimilis factus. Dedit illa gloriam Deo dicens, Verus eſt unus Deus, quem Chriſtiani colunt. Paulo poſt à Sanctis illæ mulieres receſſerunt, & eas carcerem egreſſuras intuitus fuit Alexander, viditque Iuſtinam ambobus oculis cernentem. Ob hoc ſtupefactus eſt, obmutuitque: ad ſe autem reverſus tandem ſic eam eſt affatus, Nonne tu, Domina mea, altero capta oculo huc intraſti ad hos Pueros? Illa reſpondit, Etiam: ſed horum fides & oratio me miſeram ſanavit. Quare cum ipſis ego cano & laudo Chriſtum verum Deum.

non permittunt vulnera obligari,

& S. Iuſtinæ oculum ſanant:

Ideo Alexander petit baptizari.

43 His auditis Alexander inſiluit in carcerem, & ſe demittens in terram, juxta pedes Sanctorum cum lacrymis, dixit: Ignoſcite his, quæ in vos feci perperam, Sancti Dei, & rogate Chriſtum, ut me ſalutifero baptiſmate dignetur. Erat Alexander litteris eruditus, & quotidie Chriſtianorum ſcripta legebat. Sancti autem dixerunt: Deus, frater, qui vult omnes ſalvos fieri, & in veritatis cognitionem venire, tibi concedit ut vis: verumtamen, uti Apoſtolus clamat, Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis: 2 Cor. 6, 2 feſtina ergo, ſi vis ſalvare animam tuam. Ille, inquit, Quid faciam? quomodo recipiam baptiſmum? Sancti Pueri reſponderunt; Si fieri poteſt, Deoque placet, ut recipias baptiſmum, bene quidem: ſecus autem per proprium ſanguinem tuum te baptizato. His dictis exivit, ſeditque extra carcerem. Tum Tertyllus, miſſo nuntio, juſſit ad ſe Alexandrum aſcendere in prætorium; quod ingreſſus ipſe, Tertyllo ſe præſentem exhibuit: qui eum interrogavit, dicens; Vivuntne adhuc illi miſeri, quorum viſcera fluebant in terram? Reſpondit Alexander: Vivunt profecto, & ſani facti ſunt à ſuo Chriſto. Tertyllus dixit: Abi, & affer nobis craticulam, ſartaginem, & uncinos, quas res elaborare juſſi in perditionem ipſorum. Alexander autem reſpondens dixit: Abſit à me. Non enim amplius manus meas injiciam in hos Sanctos, cum jam Chriſtum colam, quem hi Sancti adorant: quin me ipſum Chriſtianum appello. His auditis, turba-

Coram Tertyllo ſe Chriſtianum profitetur:

tus Tertyllus ut leo exclamavit: Hei mihi, quid faciam? Ecce Chriſtianorum magia occupavit & arripuit ex manu mea Conſiliarium, quem unicum habebam. *a* INTERP. SIGONA.

a

44 Alexander autem facto à ſe indicio, quod Chriſtianus eſſet, à Tertylli conſpectu ſe removit, & contulit domum: ibique valdè mœſtus reſedit. Uxor *b* autem videns ſuum virum ita affectum, inquit: Quid triſtis es, mi vir? Numquam te vidi talem, qui ſemper hilari vultu ad me ſolitus es intrare. Ait Alexander: Diſcede à me, uxor mea. Ego enim queror & doleo, quod genitus ſui; nec propter hoc ſolum, ſed etiam, quia (ſi vera ſunt quæ dicunt Chriſtianorum Scripturæ de pœnis, quas paſſuri ſunt negantes Chriſtum) ego miſer male perdendus ſum propter hos ſanctos Pueros. Iniquus enim Tertyllus mihi juſſit, ut afferrem tormenta quæ paravimus, alia ut quibuſdam linguam abſcinderemus, alia ut ex eis quoſdam vivos igni combureremus. Ego autem præ amaritudine atque dolore cordis mei aſpere Tertyllo reſpondi, & me ipſum Chriſtianum eſſe indicavi: & cum viderim tanta miracula, quæ fecerunt hi Sancti, timeo in eos manus injicere; maxime vero quia vidi Juſtinam cognatam meam, ut amplexa & oſculata eſt manus unius ex Sanctis, integritatem oculi recepiſſe ſtatim. Quam rem audiens uxor Alexandri, tamquam lapis facta eſt tacens: & paulo poſt dixit Alexandro: Veréne alterius oculi viſum recepit Juſtina, cognata tua? Ille reſpondit: Vere quidem id; quod his oculis vidi ego. Tum propere ſe proſtravit ad pedes Alexandri, flenſque dixit: Nullo pacto, mi Domine, manus tuas injicias in hos ſanctos & beatos Pueros, ne cum iniquo & impio Tertyllo ignis inextinguibilis in die horrendi judicii particeps fias: in quem miſeros peccatores mittet Dominus noſter Jeſus Chriſtus, quando in ejus præſentia Sancti fulgebunt ſicut ſol, recipientque illud bonum quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit, maxime vero qui propter Chriſti amorem proprium ſanguinem effuderunt: nos autem tanto bono carebimus, qui manus noſtras injicimus in Chriſtianos, & præſertim in hos ſanctos Pueros: qui ſuis precibus impetrant, ut multi conſequantur ſanitatem, præſertim te tuis oculis ſpectante.

b

narrat uxori quæ acta ſint,

eaque ſuadente ne Tertyllo obediat,

45 Hunc ſermonem Alexander cum maxima jucunditate audiebat. Dixit autem poſtea, ſententiam uxoris tentans: Quid mihi conſulis, Domina Epiphana? Mihi non eſt utile Tertyllo non obedire: propterea manus injiciam in hos Sanctos, ut mihi meus Dominus imperat. Quod audiens uxor à viro, & in vultum & in animum triſtitiam maximam contraxit: ac mente non conſiſtens, gravem gemitum imo de pectore duxit: lacrymis quoque vultum rigavit, flenſque amariſſime dixit: Mi vir & Domine, tu mihi confeſſus es te Chriſtianum eſſe, & coram Deo te Chriſtianum appellaſti: quæ tua verba ſcripta ſunt in cælis. Nunc autem negans majora gravioraque ſupplicia tibi paraſti, perpetuis temporibus in æterno igne torquendus. Et hæc locuta, diſcedere voluit è conſpectu viri: ſed accurrens Alexander abeuntem tenuit. Illa reluctabatur, & ad virum ſe convertere nolens dicebat: Dimitte me diſcedere à te, quia vix horæ momento meum de te gaudium perduravit: nam rurſus in eadem hora ſatanas, quem cum iniquo Tertyllo colis, pulchram à te honeſtamque voluntatem removit, & peſſima furia te per pœnitentiam ſalvum videre non potuit. Tum ei dixit Alexander: Ne credas, Domina mea, quæ tentans te dixi: ſed crede, quod recte credidi, credoque in Chriſtum verum Deum ex toto cordo meo, & ex tota mente mea: & nulla erit in me aut converſio aut mutatio. Vivit Dominus Deus Chriſtianorum, quem hi ſancti & bene-

primum hæſitare ſe ſimulat,

F

dein illa diſcedere ab eo volente,

ſe omnino Chriſtianum eſſe proteſtatur.

INTERP. SIGONA. benedicti Martyres prædicant, ipſum confiteor, ipſum adoro, pro ipſo ſanguinem meum, ut hi Pueri, promptus ſum effundere. Illa vero reſpondens dixit: Tu fraudulentè ac maltioſè mihi hæc dicis.

46 Hoc audiens Alexander, multis cum lacrymis reſpondit: Redi ad me, cariſſima uxor mea: & de nobis conſilium ineamus, deliberemuſque an debeamus nos ipſos tradere iniquo Tertyllo, pariterque certare pro Chriſto in ſocietate horum beatorum Martyrum: adhuc enim vivunt in carcere. Hæc audiens uxor, & parum fidei adhibens ei, dixit: Quomodo fiduciam de te habebo, quod immutabilis & firma ſit futura voluntas tua in confeſſione Chriſti? Tum Alexander dixit: O uxor, benedicta tu & benedicti mores tui, eo quod tu ſola in hac ætate magno cum deſiderio dilexiſti virum, & ex ignis æterni pœnis eum eripuiſti, ſi Dei voluntas aſpiraverit. Propterea ego, inquam, & ita tibi perſuadeas volo, quia hujus rei Deus ſolus eſt auctor, & pro eo ſanguinem meum fundere volo, ut tibi dixi paulo ante. Illa reſpondit: Audi me, mi Domine: ſi dum vivis pœnitentiam egeris, & Dei clementiam ineffabilem rogaveris; ipſe tui miſerebitur in die illo, in quo judicaturus eſt orbem terrarum in juſtitia, & æterni ignis ſupplicio puniturus eſt impios & ſuperbos, maxime vero ſceleratum & impium Tertyllum, atque alios ei aſſentientes. Tum Alexander ait: Quid faciemus de pecuniis aliiſque bonis, quæ mihi male præparavi? Illa inquit: Hæc tibi curæ non ſint: ſunt enim omnia corruptibilia; & cum facile nobis auferri poſſunt, tum animam nihil juvant: nam male partæ, male dilabuntur opes. Propterea, mi vir, te admoneo & exhortor, ne multi facias pecunias tuas plurimas amplumque patrimonium: theſaurizato tibi theſauros in cælo, ubi neque ærugo, neque tinea demolitur, & ubi fures non effodiunt, nec furantur: præterit enim figura hujus mundi, ut beatus Apoſtolus clamat. Tu igitur feſtina ut ſalves animam tuam peccatis pollutam, maxime vero his, quæ in hos Pueros ſanctos admiſiſti: qui multis ſignis in hoc loco fidem ſuam patefecerunt, nec tamen tanta opera vobis ullo pacto perſuadere potuerunt, ut in Chriſtum credideretis. Alexander reſpondit uxori ſuæ: Hæc infecta eſſe non poſſunt, & ideo mœſtitia premor maxima. Epiphana inquit: Itane vivunt Sancti adhuc in carcere? Ille dixit: Vivunt profecto: &, ut quidam mihi retulit, multum orant pro nobis, modeſtiamque noſtram Deo commendant. Epiphana dixit: Ergo, mi Domine, eamus ad Sanctos, omniaque in eorum manu ponamus, rogemuſque ut noſtræ ſalutis curam ſuſcipiant. Placuit hic ſermo & dixit: Eamus quam primum: nam bene conſulis.

& paratũ ad mortem pro fide obeundam:

B

Tandem conſultat quid de pecunia ſit facturus.

47 Cum hæc inter ſe collocuti fuiſſent, tres Proceres ex primis civitatis, Herpio, Marullus, & Colymbio à Tertyllo miſſi venerunt ad Alexandrum, & intra domum recepti dixerunt: Dominus noſter, tuus alter pater, Tertyllus, ad te nos miſit, & tibi ita loquitur: Cum fueris mihi ſemper carus, tamquam filius fiduſque Conſiliarius, æque mihi ac Imperatori aut potius immortalibus deis dilectiſſimus (& noſtra quidem benevolentia manifeſta tibi eſt) tibi ſignificat, quemadmodum litteras dudum accepi à Licinio, ſemper Auguſto & perpetuo Imperatore, & à Domino quoque meo Valeriano, quibus jubent, ut, quoniam in certo quodam Siciliæ loco maxima Chriſtianorum multitudo latet, illuc cum ſufficienti exercitu accedamus, eoſque comprehendamus, & huc adducamus: idque volo fiat ad nutum prudentiæ ſtrenuitatiſque tuæ. Hoc pacto vindicabis injuriam immortalium deorum, amicuſque eris Imperatoris Licinii & Domini Valeriani & meus: à quibus donaberis multis magniſque donis, & par tuis meritis gratia referetur. Quod autem te Chriſtianum appellaſti, nihil verearis: quia novi ego immutabilem mentis tuæ conſtantiam erga immortales deos & erga nos: nec accepi ego verba tua ita ut prolata fuerunt, quia ſcio quod reſpuis Chriſti nomen, & ipſum audire non potes. Quæ tibi dico, ex benevoli patris affectu deprompta fuerunt: ſi quid autem feci, quod tibi minus placeat, ignoſce mihi propter indelebilem amicitiam noſtram, & veni ſtatim. Hæc audiens Alexander, & nolens miſſos à Principe ſcandalizare, antequam accederet ad Sanctos, inquit: Ego quidem langueo, ut vos videtis, nec poſſum modo ad eum venire: quapropter renuntiate Domino noſtro Tertyllo, quod ſi Deus me ad priſtinam incolumitatem reduxerit, & mihi juſſerit, veniam ad eum. His auditis Principes Herpio, Marullus & Colymbio redierunt ad Tertyllum: & renuntiaverunt, quæ Alexander reſponderat eis. Tertyllus hæc audiens, gaviſus eſt valde: & nec ipſe, nec illi bene perceperunt, quomodo verba protuliſſet Alexander.

D

excuſat languorem:

48 His rebus in ejus domo ita peractis, & profundæ noctis tenebris jam per orbem ſparſis, uxorem ſuam Alexander eſt affatus: Agedum, Domina Epiphana, eamus in carcerem ad Sanctos. Quo cum veniſſent, Alexandrum milites, qui cuſtodiebant carcerem, inclinato capite flexiſque genibus receperunt, quia timebant eum valde, & tunc à Tertyllo miſſum fuiſſe credebant. Et dixit eis ille: Diligenter cavete, haud permittentes quemquam ad fores carceris appropinquare. Reſponderunt, ſe ſtudioſe omnia facturos. Ingreſſi ergo Alexander & uxor, invenerunt Sanctos, Deum orantes & inter ſe diſputantes de animæ ſalute, & de Tertylli futuri judicii die, atque de juſtorum regno ſine fine, deque iniquorum peccatorum ſupplicio infinito. Vir igitur & uxor celeri greſſu accedentes, apprehenderunt pedes Sanctorum & glorioſorum trium Martyrum Alphii, Philadelphi, & Cyrini flentes amare, & alta voce clamantes: Miſeremini noſtri, ô vos Sancti Chriſti, & rogate Chriſti ineffabilem clementiam, ut ſalvemur etiam nos, nec in finem pereat hic ſervus veſter. Uxor etiam viri dicta confirmans, dixit: Salvate hunc & omnes, quia multi per vos converſi ſumus ad Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. Poſtea Alexander ſublata voce clamavit. Ignoſcite mihi, quæ in vos graviter admiſi, & paſſiones multas quas intuli: ipſi enim clamatis dicentes: Pœnitentiam agite omnes ut ſalvemini: non vult enim Deus ut homo pereat. Ego autem per vos Chriſtianæ fidei me ſubjicio, & credo in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cæli & terræ, & in unum Dominum Jeſum Chriſtum filium Dei unigenitum, qui à Patre miſſus eſt in mundum, paſſus etiam pro nobis, ut languores noſtros in corpore ſuo ferret, & ſepultus eſt & reſurrexit tertia die ſecundum Scripturas, & aſcendit in cælum, & ſedet ad dexteram Dei Patris, & iterum venturus eſt cum gloria judicare vivos & mortuos; & in Spiritum ſanctum, Dominum & vivificantem; & reſurrectionem mortuorum; & vitam venturi ſeculi, his qui placuerint Deo in carne; reprobis autem pœna erit æterna, & ignis qui non extinguitur, tenebræ exteriores, vermis qui non moritur, & ſtridor dentium atque tartarus amariſſimus, qui paratus eſt diabolo & angelis ejus, atque negantibus & non confitentibus Chriſtum & Sanctos ejus, ſed injuſte [affligentibus] eos cruciatibus amaris & gravibus tormentis propter ejus nomen, quorum primus ſum ego. Hæc audientes ſancti & benedicti Pueri, elevatis manibus in cælum, dixerunt: Gratias agimus tibi, Domine Jeſu Chriſte, Deus noſter, qui nos in hac vita feciſti dignos, ut videremus hunc neophytum, per tuam benignitatem & per nos ſervos tuos,

& cum Epiphana accedit ad Sanctos:

E

Invitatus à Tertyllo,

ad Chriſtianos comprehendendos

F

faciuntque profeſſionẽ fidei,

cum gaudio Sanctorum:

A tuos, tamquam novam plantam tuæ ſanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ relinqui: & nunc, Domine, propitius eſto huic ſervo tuo & huic ſervæ tuæ: & præſta, ut ipſa perficiat curſum certaminis, quod ſubitura eſt propter nomen tuum, negans idola vana, ut & nos ſervi tui. Quæ cum dixiſſent Sancti, juſſerunt eos ſedere.

docetur modum diſponendi de pecunia,

49 Poſtea locutus eſt Alexander: Quid vultis, Domini mei, & quid imperatis agere? Quid faciemus de pecuniis, quas male nobis congregavimus? Dixerunt Sancti: Audi, frater, quoniam diſpoſuit Deus rem noſtram, & ut ipſi placuit cui voluntas pro conſilio eſt, jam inſtat dies peregrinationis noſtræ, paulo poſt ad Deum migraturi moriemur hoc in loco. Nam Tertyllus iniquus nos interficere conſtituit & pellere ab hac vita; quod nos deſideramus, & rogamus, ut, ſi Deo placet, cum ipſo ſimus. Tu autem pecunias, quas injuſte abſtuliſti, redde eis à quibus abſtuliſti: reliquas autem redde Theclæ & Juſtinæ, nam ipſæ quomodo eas diſtribui oporteat ſciunt; reliqua vero bona, quæcumque potes, diſtribue quibus vis, viduis & orphanis, ut per ipſa invenias miſericordiam & gratiam Dei in judicii die, & tibi opportune ſint auxilio. Scriptum eſt enim: Nudi egreſſi

Job 1, 21

B ſumus de ventre matris noſtræ, nudi revertemur: & cum nihil attulerimus in mundum, manifeſtum eſt

Heb. 7, 17

quod nihil inde poſſumus efferre: nam omne hominum genus velut fœnum, & omnis gloria hominis ut flos fœni; ortus eſt ſol & aruit fœnum atque decor aſpectus ejus periit. Imo jam ipſe adhibens animum his quæ Scriptura dicit, cuſtodi te ipſum, & conſerva à fraudulenti inimici nimium pernicioſa machinatione. Alexander autem reſpondens dixit Sanctis: Ego, mei Domini & auctores meæ ſalutis, volo quamprimum ex hac miſera vita exire per multa tormenta: nam conſtitui me ipſum nequiſſimo Tertyllo tradere, & in ejus vultum ſpuere, ut cito mihi caput abſcindat. Hæc autem veſtra ſerva facito, quæ volet, de meis bonis.

& quid Deus de ipſo diſpoſuerit,

50 Sancti reſpondentes dixerunt Alexandro: Tu quidem decreviſti te ipſum tradere in manus iniqui & immanis Tertylli, ut per plurima tormenta celeriter à vita migres. Recte quidem deliberaſti: ſed Deus voluntatem tuam probavit: aliter tamen diſpoſuit, nec ita vult. Quapropter nos, Domini noſtri Jeſu Chriſti & ſancti Spiritus gratia illuminati, revelamus & dicimus tibi, Aufugias ab oculis Ter-

C tylli, & te abſcondas in quodam loco, quem paravit tibi Deus: in quo ejus gratia protectus manebis, donec ipſe tibi demonſtrabit, quid te oporteat facere. Tunc vero ſancti Spiritus gratia ſalutiferi baptiſmatis munere dignabitur te. Hæc autem domina Epi-

Epiphanam autè martyrem futuram.

phana, ſoror noſtra & tuæ ſalutis auctor, ut à pueritia ſua expetivit, multis tormentis martyrium complebit. Hæc enim, ut noſti, te ſemper admonuit, ne manus in nos tuas injiceres: quapropter ejus vota Deus exaudivit, & poſt quinque dies incipiet ipſa torqueri; & multis tormentis ab iniquo Tertyllo illatis, conſtanter martyrium conſummabit. Hæc audiens Alexander à Martyribus, obſtupuit, & admiratus eſt tam terribiles revelationes, & multo magis exarſit ſtudio & deſiderio in Chriſtum, & dixit: Quis me ſeparabit à caritate Chriſti? tribulatio, an anguſtia, an perſecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? certus ſum enim, per vos Sancti, quia neque mors, neque vita, neque inſtantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit me ſeparare à caritate Dei, quæ eſt in Chriſto Jeſu Domino noſtro. Hæc audiens Epiphana ſurrexit à ſolo, & accurrens deoſculabatur Sanctorum pedes dicens: Gratias ago Deo, ſancti & glorioſi Martyres, quia audivi ex vo-

bis, quæ in me deſiderabam ſcire, ut martyrii curſum conſummarem: ſed petite Deum cæli, ut det mihi virilem conſtantiam ad perferendum tormenta, quæ mihi Tertyllus eſt illaturus. Ipſe Deus qui adjuvit B. Suſannam per ſanctum Prophetam Danielem, & convicit mendacii, atque perdidit malæ mentis ſeniores, ipſe, inquiunt ſancti Fratres, det tibi patientiæ conſtantiam ad confundendum impium Tertyllum. At illa nimis perſeveranter Sanctorum pedes amplectebatur, & precabatur ut pro ſe orarent: magna enim lætitia fuerat perfuſa, quia audiverat ſe martyrio coronandam.

INTERP. SIGONA.

ANNOTATA.

a *Quæ ab hinc uſque ad num.* 61 *leguntur de* Alexandro *ejuſque uxore* Epiphana, *deſunt in MS. Græco Vaticano: ſed habentur in Latino Neapolitano. Eſt autem* Alexander, *qui mutato nomine* Neophytus, *poſtmodum factus Epiſcopus Leontinus, ſancte obiiſſe dicitur* XVII *Aprilis, feſtumque celebratur Kalendis Septembris.*

b *Hæc eſt* S. Epiphana, *cujus Acta integra his Actis inſeruntur, & potiſſimum infra cap.* 9 *glorioſum ejus martyrium celebratur, quod referendum eſſet ad diem* XII *Maji: ſed inde lectorem huc remittimus, quod ſatis ſit eadē uno in menſe ſemel legi. Iuvat autem ad inſtructionem ſimpliciorum, quibus grave accidit hodierni Romani Martyrologii errores ſubinde à nobis caſtigari; utque intelligant quam non magno delectu ſtudioque multa ſint ad vetus Vſuardi Martyrologium, quo antea Romanæ eccleſiæ æque ac aliæ pleræque utebantur, adjecta ab ejus recognitore, conſcribendis Annalibus occupatiſſimo; juvat, inquam, ad eum finem verbotenus tranſcribere annotationem Cajetani, qualis legitur pag.* 58. In Romano Martyrologio Natalis dies S. Epiphanes, ad IV Idus Julias memoratur, his verbis: Apud Salentinos S. Epiphanæ, quæ ſub Diocletiano Imperatore & Tertyllo Præſide, uberibus præciſis reddidit ſpiritum. Sed tripliciter hic erratum, in natali menſe, in loco cædis, in nomine Imperatoris. Ut errorum, mi lector, ratio conſtet; ſcias velim, quod auditum mihi à viris Leontinis, in vetere Romano Martyrologio nullam Sanctorum Martyrum Leontinorum mentionem olim factam: ſed cum Gregorius P. M. XIII id emendavit, additos fuiſſe, opera Pauli Bellarditæ, Leontini & Liparæorum Epiſcopi, qui tum erat Gregorii PP. Capellanus. Quod igitur ei fides habita eſt in hiſtoria patria; cujus ille haud multum gnarus erat, adjecta in

F Martyrologium permixta erroribus, quæ ad natales dies Sanctorum Leontinorum ſpectabant. Neque enim Epiphane apud Salentinos (qui error eſt librariorum ex homonymia vocis) paſſa, neque ſub Imperatore Diocletiano, ad IV Idus Julias: ſed apud Leontinos, ſub Imp. Valeriano ad IV Idus Majas. *Eſt quidem deinceps correctus error, &* Leontini *nunc leguntur, non* Salentini; *an tamen revera error ſit, & ea quæ adſcribitur* XII *Iulii, non ſit diverſa ab illa quam Leontini ſe prætendunt habere, dubium facit Paulus Regius, dum ait parte* I *de Sanctis Regni Neapoli pag.* 345 Hydrunti (*quod in Salentinis vetus eſt & inſignis civitas*) requieſcere corpus S. Epiphanæ, fuſtibus mactatæ ſub Diocletiano. *Addit quidem & Tertyllum Præſidem; ſed nihil prohibet diverſis locis diverſiſque temporibus ſynonymos Præſides inſtitutos fuiſſe. Si autem revera apud Hydruntinos alicujus* S. Epiphanæ *corpus exiſtit, & colitur* XII *Iulii (quod ibidem exquirendum & definiendum) de quæ ſcripto vel memoriter traditum ſit, fuſtibus ſub Diocletiano caſum eſſe; hanc ego non dubitaverim eſſe diverſam à Leontina; quamvis Ferrarius, in Topographia Sanctorum Martyrologii Romani, hanc illuc tranſlatam fuiſſe ſupponat.*

An alia S. Epiphana Hydruntina

CAPUT VIII.

SS. Theclæ & Iuſtinæ erga Sanctos officia, Alexandri ſeceſſuri acta.

SS. Thecla & Iuſtina pro Sanctis ſolicita

51 POſtea cum jam medium curſum nox perageret, Thecla & Juſtina cum ancillis octo domo egreſſæ, carcerem verſus iter habebant, & milites rogarunt ut ad ſanctos Pueros ingredi permitterentur: graviſſima enim tribulatione premebantur, quod audiverant Sanctos valde cito eſſe interimendos; & eo magis quia intellexerant abſciſſione linguæ, craticula & ſartagine eſſe cruciandos: ob id flebant amare, dicentes invicem: Quodnam lapideum cor menſque ferrea poſſet ſine maximo dolore tot & tanta ſpectare tormenta, per quæ tanta Puerorum pulchritudo deturpatur? Venerunt autem ex longinqua regione, huc miſſi ab infeſto & crudeli Principe, ut improperium in hac Meſopoli paterentur. Præterea dicebant: Sed ne de his turpiter la-

Mat. 10, 18 crymemur, & fruſtra loquamur: novimus enim quod in Euangeliis dicat Chriſtus Apoſtolis ſanctis, Ante

B Reges & Præſides ducemini propter me in teſtimonium illis & gentibus, & eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Quibus verbis ardentiſſimum Martyrii deſiderium ipſis excitavit: & ideo ipſi Sancti hæc dicta ſibi proponentes, penitus nihili pendunt tormenta, quæ inferuntur ab impio Tertyllo: quippe qui ſemper habeant in animo Chriſti verba dicentis;

Ibid. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere. Hi ergo animoſe atque viriliter omnia contempſerunt, & tamquam à propriis corporibus peregrinantes digni ſiunt, qui in perpetua tabernacula mittantur. Quo-

Joa. 14, 2 niam & Chriſtus ipſe inquit, in domo patris mei manſiones multæ ſunt. Hæc Thecla referebat Juſtinæ ſuæ cognatæ, addebatque: Manſiones autem illæ ſanctæ, aliæ ſunt Prophetarum, aliæ Apoſtolorum, aliæ ſanctorum Martyrum, qui proprium ſan-

1 Tim 5, 18 *veniunt ad carcerem;* guinem effuderunt: dignus eſt enim, ut Apoſtolus ait, mercenarius mercede ſua. Hæc & alia multa inter ſe Thecla & Juſtina per viam diſſerentes, pervenerunt tandem ad carcerem: ſed milites prohibuerunt foribus appropinquare, quamvis juxta morem pecuniæ oblatæ fuiſſent: non enim auſi ſunt Alexandri mandata tranſgredi. Interrogabant autem mulieres, qua ratione conſuetas pecunias non caperent &

C ingredi permitterent, reſponderunt illi: Quia Dominus Alexander ingreſſus ad Sanctos cum uxore, ut neminem carceris foribus appropinquere permitterent, mandaſſet.

52 Rogabant mulieres, ut aliquis ex eis nuntiaret Alexandro, Theclam & Juſtinam adeſſe, & ingre-

& jubente Alexandro admiſſæ di velle. Hoc auſus facere unus militum ad fores carceris acceſſit: & poſteaquam adhibens aures, audivit Alexandrum nominare & confiteri Chriſtum, clamavit dicens: O mi Domine Alexander, venerunt huc tuæ cognatæ Thecla & Juſtina, & volunt ingredi ad Sanctos. Juſſit Alexander ut introducerentur

gratulantur ipſis quam celerrime: quod & factum eſt. Mulieres igitur ingreſſæ prociderunt ad pedes Sanctorum, cum multis lacrymis dicentes; Salvete Sancti Dei, in Domino gaudete, qui illuminaſtis hanc civitatem, & dæmonum turbam expuliſtis ab ea. Ecce ut videmus, Dominus Alexander, cognatus noſter, malignus olim contra vos, nunc benignus in Chriſto & vobis; olim veſtri perſecutor, & in vos ut leo dentibus infrendens; nunc videmus ut ovem ante pedes veſtros jacentem, confitentem & adorantem Chriſtum. Gratias ergo agimus Salvatori noſtro, per vos Sancti, poſteaquam placuit Chriſto, ſuper omnes hujus civitatis incolas, noſtram inſpicere cognationem atque ſalvare. Accedens autem Epiphana, ſe inclinavit ad ambas, & rogavit, ut pro ſe orarent. Reſpondentes Sancti, dixerunt Theclæ & Juſtinæ: *& viciſſim laudantur ab illis.* Salvete vos, quæ nos ſemper refocillaſtis, quæ noſtrum onus propria cervice tuliſtis, quæ hoſpitalitate veſtra nobis providiſtis, quæ nulla verecundia tardante noſtra vincula oſculatæ fuiſtis. Vos ſanctæ mulieres, pecunias multas propter nos humiles Chriſti ſervos expendiſtis, & ſimiles eſtis factæ mulierum illarum, quæ Apoſtolis miniſtravere. Ecce nunc ex vobis & ex veſtra cognatione orta eſt hæc nova planta, pulcherrime germinans. Non enim tantum gaudet Deus propter nonaginta novem juſtos, quantum gaudet propter unum peccatorem pœnitentiam agentem. Sic & propter hunc unum gaudet Deus, ut olim propter B. Paulum, qui ex perſecutore factus eſt vas electionis, ut portaret nomen ejus coram Act. 9, 15 gentibus & Regibus, ut ſcriptum eſt. Religioſorum virorum religioſi filii, bonæ radicis bonus ramus, hic bonus & verus fructus ex vobis effloruit.

53 Cum hæc & alia plura Theclæ & Juſtinæ Sancti expoſuiſſent, addiderunt de Epiphana: Hæc Do- *qui Alexandro præſcribunt reſtitutionem* mina ſoror Epiphana optimam partem martyrii elegit, quæ non auferetur ab ea, juxta Dominicam vo-

E cem. Dixerunt autem Alexandro: Quod de pecuniis dixiſti nobis, ſic habeto: quaſcumque ab his ſanctis mulieribus ad nos ingreſſuris accepiſti, eiſdem redde; reliquas vero illis à quibus injuſte extorſiſti, & non accuſaberis à Deo. Vade igitur in domum tuam, ibi te collocabis in cubili tamquam adverſa valetudine gravatus, & quæ poteris diſtribues mendicis: & ſequenti nocte aſſumens tecum duos fideles ſervos, aufugies à facie Tertylli. Nam poſt quin- *& fugam ex urbe:* que dies, ut tibi diximus, concitaturus eſt ingentem tumultum propter te, quem diligentiſſime inquiret per totam Meſopolim; & te non invento, multos perdet, ipſaque Epiphana martyrium inibit. Tu autem profectus hinc latebis, donec te Dominus per nos admonebit. Hæc audiens Alexander, ſalutatis Sanctis ſe contulit domum cum uxore: gaudebant autem & glorificabant Deum ob ea quæ audiverant à Sanctis. Tum vero Alexander ac uxor ejus pecunias omnes eduxerunt in medium: & imprimis ſeparavit eas Alexander, quas à ſuis cognatis acceperat: tum & alias, quantum memoria repetere potuit, quas injuſte ſibi paraverat; id autem fecit ſimulata valetudine, jacens in cubili.

54 Thecla vero & Juſtina cum Sanctis remanſe- F runt flentes, & ipſorum pedes oſculantes, & ut pro ſe orarent precantes: & Thecla quidem non mediocrem habebat ſolicitudinem interrogandi Sanctos, quotennes eſſent, ſed non audebat. At Sancti The- *indicant ætatem ſuam,* clam aſtantem interrogaverunt: Quidnam adſtas coram nobis, Domina Thecla, nec quidquam loqueris? Illa ſtatim pedes eorum apprehendit, & dixit: Audebo jam ego vos interrogare, quotennes eſtis. Reſpondit S. Alphius: Crede, Domina, quod, quemadmodum pater noſter ſcripſit, & mater noſtra in ſanctis benedicta, ſæpe dixit: Ego ſum natus annos viginti duos & menſes ſeptem; Philadelphus autem, unanimis frater meus, viceſimum primum jam complevit annum, Cyrinus vero, deſideratiſſimus mihi, annos decem & novem & menſes octo explevit. His auditis Thecla & Juſtina gaviſæ fuerunt gaudio magno, nam diu deſideraverant id ſcire, & numquam auſæ fuerant ſciſcitari. Cumque cognoviſſent, celeriter eos de vita migraturos, humi proſtratæ, pedeſque eorum exoſculatæ, à carcere exierunt. Tum ex Juſtinæ ancillis una habens aridam manum, pariter ingreſſa cum aliis, poſtquam Dominæ fuerunt egreſſæ, cucurrit ad Sanctos: flenſque oravit & dixit, Miſere-

A Miserèmini mei, Sancti. Et Sancti petitionis causam cognoscentes, dixerunt: Discede, soror, in pace. Dominus noster Jesus Christus sanet te per nostras humiles preces. Et confestim sanata est manus instar alterius, quæ integra erat: exivitque puella laudans & glorificans Deum, qui ipsi tradidit sanitatem manus per sanctorum Puerorum preces. Thecla & Justina jam domum pervenerant, quo accessit & ancilla: ex qua, quæ facta fuerant, cognoverunt, & admiratæ Deum glorificaverunt, quia talem ac tantam Leontinorum civitati contulit dignitatem per Sanctorum visitationem.

& manum aridam sanant.

55 Mane autem facto misit Alexander servos suos, & accersivit quoscumque potuit ex Leontina civitate, à quibus injuste pecunias abstulerat: & cuique suas restituere cœpit, nonnullis etiam duplas reddidit. Divulgatum fuit hoc in Mesopoli & Tertyllo nuntiatum est, quod ejus Consiliarius Alexander laboraret in extremis. Accersivit Herpionem Principem, & Marullum: quibus dixit, ite ad Alexandrum Consiliarium meum, dilectum mihi tamquam filium, & interrogate quid sibi contigerit; atque admonete, ut immortales deos oret, atque ab eis benevolentiam petat: ita enim propitii fient, & nos ejus consuetudine & amicitia non privabimur. Adeuntes autem Herpio & Marullus Alexandrum, invenere jacentem in cubili, multosque astantes ex populo, & dixerunt ut eis præceperat Tertyllus. Præterea interrogaverunt, quinam essent qui astabant, & quid sibi vellet illa pecuniarum largitio. Quibus dixit Alexander: Quoniam multas mihi divitias male comparavi, eas modo distribuo illis à quibus abstuli. Vos autem hinc profecti, renuntiate hæc nostro Domino Tertyllo, & rogate ne contra nos turbetur, talemque largitionem prohibeat: & ille quidem, si Dei voluntas est, deorum donis fruetur cum Imperatore ac Domino Valeriano: me autem extrema mortis necessitas occupavit, quapropter metuo, ne forte peccati sarcina qua premor me perdat. Tum quæ audiverant Herpio & Marullus Tertyllo retulerunt; quibus ille tristatus est valde, & rursus ab Herpione ita referri jussit: Fac quod vis, fili mi & consiliarie: quamvis enim pecunias istas modo profundas, poterimus duplices tibi rependere: nam noster amicus es atque Imperatoris, & ipsius Valeriani Domini mei. Fac igitur quodcumque vis de bonis, quæ multa possides. Tum iterum ei per Herpionem respondit Alexander: Ego quidem, Tertylle, quamvis in præsenti moriar, semper tamen Deo meo vivam. Herpio id non intellexit: nam quando Alexander Deum nominavit, credidit ille de Apolline dici. In hora autem prandii misit Tertyllus Alexandro edulia quædam ex sua mensa, quæ capiens Epiphana projecit canibus, ita tamen ut à nullo cerneretur.

Alexander intentus restituendis male partis

B

jussu Tertylli se invisentes

C

velut moriturus effatur:

56 Thecla autem & Justina, audito quod Alexander moreretur, accesserunt ad eum: qui ceteros foras abire jussit, & suis cognatis Theclæ & Justinæ dixit; Quoniam, Dominæ, mihi estis cognatæ, deinceps erimus omnes unum corpus & unus spiritus, per Jesum Christum Dominum nostrum. Novistis autem, quod dum in tenebris essem, multos perdidi, nesciens quid facerem. Quando vero gratia sancti Spiritus apparuit in me, per sanctorum trium Puerorum orationem, vivo Domino, non ex operibus justitiæ quæ feci ego, ut ait Beatus Apostolus. Ego enim admisi gravia & nefaria coram Deo & Sanctis ejus, præsertim in hos sanctos Martyres, & multos interemi Christianos; cupiens placere Tertyllo, & dæmonibus prave ministrans; negans autem veram & sinceram Christianorum fidem, quam ipse unigenitus Dei Filius, descendens ex sinu æterni Patris, suos sanctos Discipulos docuit. Omnes autem qui ejus doctrinam sectantur invenientur in die Domini nostri Jesu Christi immaculati, & sine fine fruentur illo bono, quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quod paravit Deus diligentibus se: tandem regnabunt cum Christo, & capient coronam regni pulchritudinis de manibus ejus, permanentes in lumine vultus ejus in secula. Nunc autem, Dominæ matres meæ, capite omnes vestras pecunias, ut Sancti constituerunt, quas ego à vobis accepi ingressuris ad Sanctos; & maxime quando eos ad te, Domina Thecla, accedere permisi. Eas omnes aliasque ex meis do vobis, ut Sancti jusserunt: de his agite quidquid vultis. Erat enim Alexander valde dives & multo magis quam ipsæ suæ cognatæ. Omnes præterea *a* servos & ancillas libertate donavit, & victui quoque tribuit necessaria: namque filiis carebat, quos nullos genuerat ex uxore, cum qua permanserat annos novem. Et hæc quidem ex parentibus Christianis nata fuerat, ex Mandinorum *b* vico: sæpe autem Theclam atque Justinam consulverat, an aufugeret à vultu Alexandri, & se ipsam in martyrium traderet pro Christo. Quæ id fieri non permiserunt, dicentes; Ne id facias, filia, nam poterit contingere ut per te salvetur Alexander: quod & factum est: nam is monitis assiduis noctuque diuque fatigatus, tandem conversus est ad Dominum nostrum Jesum Christum. Præterea ipsa jugiter Sanctos, ex quo ad Leontinos pervenerunt, orabat, ut precarentur Deum pro viro suo, quo dignus fieret sancti Spiritus gratia. Alexander igitur cuncta, quæ superfuerant, *c* distribuit mendicis, viduis, orphanis, & aliis qui variis languoribus premebantur; nec sibi quidquam reliquit, præter viles quasdam tunicas quas indutus erat.

reddit pecunias ab iis acceptas.

a

b

ceteraque disponit.

E

c

57 Tunc cum suis cognatis constituit, ut nocte concubia pariter ad Sanctos convenirent, & ab his mandata caperent eorum quæ facturi essent. Et cognatæ quidem egressæ abierunt, gaudentes & glorificantes Deum. Alexander vero duos ex suis servis accersivit, & dixit: Ecce ego vos servitutis jugo liberavi: festinate igitur, & vos ipsi animas vestras liberate per rectam fidem in Christum, quem Christiani colunt & annuntiant. Volo ego vobis arcanum quoddam revelare, quod si apud vos occultum retinueritis, salvabitis & vos ipsos & me in die Domini nostri Jesu Christi, à quo vocabimini ad dexteram. Servi fidem servaturos promiserunt, & quid vellet interrogaverunt. Ille respondit & dixit: Ego constitui à facie Tertylli aufugere, & vos mecum abducere volo: ut, quo fuerit opus, mittam ex loco, quem nobis Dominus paraverit in refugium & munimentum contra eos qui ad nos accesserint. Promiserunt servi se cuncta quæ Domino placerent fideliter facturos, promptosque semper futuros in vitam & in mortem. Postea vero quam densis cum tenebris nox supervenit, cum uxore sua accessit Alexander in carcerem: quem ingressum proni milites venerati fuerunt. Aderant autem ibi jam Thecla & Justina, quæ prævenerant & ingressæ fuerant, quia militibus præceperat Alexander, ut eas quotiescumque accederent ingredi permitterent. Vir igitur & uxor procidentes in faciem adoraverunt Sanctorum pedes; qui dixerunt: Salve Neophyte, qui nuper regeneratus *d* es, & factus firma Ecclesiæ columna: qui heri eras superbus & convitiator Ecclesiæ; nunc autem Christi servus mansuetus, placidus & orthodoxus, firmaque Ecclesiæ columna. Nos autem te præmonemus: ut, cum Christi gratia in te facta fuerit, stes ut bonus *e* gubernator, & temonem fidei regens, navem deducas in portum victoriæ immortalis; ut audias beatam vocem clamantem: Venite benedicti patris mei, percipite regnum paratum

& 2 famulis assumptis

F

accedit ad Sanctos vaticinaturus.

d

e

idem visitatus à SS. Thecla & Iustina,

Tit. 3, 5

INTERP. SIGONA. *à quibus audit ſe Epiſcopum futurum;*

vobis à conſtitutione mundi. Alexander autem cum lacrymis & ſubmiſſa voce dixit, ut ſcriptum eſt: Miſeremini mei, ô vos Sancti Dei: ego enim idiota cum ſim, excuſare me neſcio aut reſpondere ſapientiæ, quæ vobis à Deo data eſt. Sancti juſſerunt Alexandrum ſurgere à ſolo, & ſtantem audire quæ dicerent: tum ad eum hæc verba direxerunt: Ecce, frater Alexander, tempus noſtræ reſolutionis inſtat. Tu autem vade in locum, quem paravit tibi Deus: & mane illic donec dicat per nos tibi Dominus, & te transferat quo vult; atque tunc aſſequeris ſanctum & ſalutare baptiſma ab aliquo venerando Epiſcopo, colente Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. Ecce jam diximus tibi, vade in pace. Dominus noſter Jeſus Chriſtus, qui duxit nos ex longinquis regionibus, & nos hic mori juſſit; ipſe te ſalvet & omnes tuos. Credamus, frater, nihil eſſe occultum Domino, ſed omnia nuda & aperta oculis ejus: Domini eſt terra & plenitudo ejus.

& commendata eis Epiphana uxore

58 Hæc audiens Alexander amariſſime flebat, & lacrymis modum adhibere non poterat, mœrentibus etiam famulis cum Thecla & Juſtina. Tandem accepit Alexander uxorem Epiphanam, & inclinavit eam ad pedes Sanctorum, dicens: Vos facti eſtis auctores noſtræ ſalutis: vobis eam commendo, vos eam ducetis in cognitionem Domini noſtri: vos pro ea ſupplicate Chriſto, ne deficiat fides ejus in multis tormentis, quæ illaturus eſt impius & iniquus Tertyllus. Reſponderunt Sancti: Confidimus & certiſſime credimus, quod Dominus noſter Jeſus Chriſtus vires præſtabit vincendi peſſimum Tertylli furorem: ut demonſtretur ejus iniquis aſſeſſoribus, quod femineus ſexus imbecillis devicit ejus impetum, & deduxit ipſum in infernum viventem: nam ejus potentia, qua nos poteſt divexare, mortem & perditionem animæ ipſius afferet. Præterea Alexander accedens ad Theclam & Juſtinam, cecidit in earum colla, dicens; Salvete, meæ Dominæ cognatæ, imo matres, intimo cordis affectu: orate pro me miſero, ut illuminet etiam me Filius Dei, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: ecce vobis ego greges & armenta omniaque ædificia relinquo. Dixit Thecla & Juſtina: Atqui fili, poſteaquam receſſeris à facie Tertylli, ipſe nos igni tradet. At Sancti dixerunt: Abſit, Dominæ matres noſtræ, neque enim permittet Deus vobis male fieri: nam Dominus noſter vobis indiget, propter veſtra promptiſſima obſequia circa fidem & mentis puritatem: etenim per vos multa bona fient in Meſopoli, & ſequentur poſt hanc ætatem viri amatores bonorum operum, & religioſi Sanctorum cultores, qui recipientes veſtram bonam inſtitutionem, exemplum à vobis ſument. Tunc colla invicem amplexi Alexander & cognatæ tamdiu flevere, donec viribus deſtituti fuerunt. Alexander autem dixit: Orate pro me miſero peccatore in conſummatione martyrii veſtri. Tum Sancti precati pro Alexandro, eum in pace dimiſerunt.

velediciit SS. Theela & Juſtina

ANNOTATA.

a *MS. Neapol.* Famulos advocans, ſinguiis duplam mercedem impertit.

b *Ibidem* Magdalinorum.

c *Ibidem dicitur hæc diſtributio commiſſa* SS. Theclæ & Juſtinæ.

d *Ibidem omittitur hujuſmodi ſalutatio, parum apta necdum baptizato, niſi pro præterito tempore hic intelligatur futurum, quando &* Neophyti *nomen ei collatum.*

e *Videtur innui Epiſcopatus ejus Leontinus, quem poſtmodum ſuſcepit.*

CAPUT IX.

Alexandri ſeceſſus; Sanctorum Fratrum mors & ſepultura.

59 IPſe igitur Alexander exivit ex Meſopoli hora gallicinii cum duobus ſervulis, & ociſſime pervenit in locum, cui nomen *a* Selinodio, prope fluvium magnum manantem ex monte *b* Therræo. Ibi Dei nutu invenit in medio monte ſpelunca parvam, capacem circiter trium hominum: & illuc ingreſſus invenit *c* aquam ex ſpecu guttatim defluentem, & inquit: Hæc requies mea in ſeculum ſeculi. Illuc adire ſolebant quidam Chriſtiani, & ſe ibi abſcondere, ob cæcitatem hominum adorantium vana idola & metum Tertylli: utque viderunt Alexandrum venientem, cenſuerunt ſe ab aliquo fuiſſe delatos, & propterea relicta ſpelunca aufugêre. At longe ab eo conſiſtentes, conſiderabant & ſecum dicebant: Si ad nos hic miſſus fuiſſet, exercitum utique ſecum haberet, & minime ſolus veniſſet: cum in tanto apud Tertyllum pretio & apud omnes gloria ſit habitus ſemper. Hæc & alia inter ſe illi agitabant de Alexandro. Poſt triduum vero illi Alexandrum obſervabant, & ejus ſervos ſingulis horis orantes animadvertebant. Dixerunt ergo invicem: Si huc eſt miſſus ut nos comprehendat, nos ipſos ei tradamus: latentes enim propter timorem Tertylli nullam à Deo mercedem recipiemus. His dictis adierunt ad Alexandrum, & ſteterunt coram ipſo, nec quidquam dixerunt: exiſtimabant enim quod adhuc ille vana mentis conſtantia teneretur. At ille hos videns & agnoſcens, inquit: Salvete fratres in Chriſto. Reſponderunt illi viri: Salve & tu Domine Alexander, ſi Chriſtum noſtrum colis. Ille ait: Ipſe Chriſtus Dei Filius novit, quia ipſum colo, ipſum deſidero, ipſi ſoli ſervio, ipſum adoro. Erant illi viri ex Leontinorum civitate, qui dixerunt rurſus: Benedictus Deus, qui te elegit, & duxit in beatitudinis viam, ut faceres voluntatem ejus. Tum interrogavere dicentes; Numquid, Domine noſter, juvenes illi advenæ vivunt adhuc, an mortui ſunt? Reſpondit Alexander: Vivunt adhuc in carcere: ſed cito eos iniquus Tertyllus morte afficiet. Illi una voce reſponderunt: Miſerere noſtri, Domine, miſerere noſtri propter Sanctos & beatos Pueros illos. Nos aufugimus à facie ejus: hi autem ſuſtinuerunt multos & graves ab illo cruciatus, generoſe profecto: utinam, Domine, videremus præſentes ultionem in canem illum impiiſſimum! Inquit Alexander: Ecce, fratres, nos omnes hodie facti ſumus unius ovilis, uniuſque paſtoris Chriſti oves: Si voluntas Chriſti eſt, ſedeamus hic, donec ipſe voluerit deducere nos in viam rectam. Dixerunt illi: Nos quidem timore magno tenebamur propter te, quem noſtram mentem noviſſe credebamus: quoniam vero Dei gratia obumbravit tibi, deinceps profecto ne minimam quidem Tertylli curam habebimus. Hæc audiens Alexander glorificavit Deum cæli, dicens: Gratias tibi ago, mi Domine Jeſu Chriſte, quod dignum me feciſti per ſanctorum trium Puerorum martyrium & orationem, invenire requiem & ſocietatem virorum, qui mecum ſancti baptiſmatis lavacro digni futuri ſunt. Tu, Domine, cuſtodi ſervam tuam Epiphanam, & locum ſalutis illi præpara.

Secedit ad ſpeluncam,

indicatque Martyres adhuc vivere.

60 Vocabantur tres illi viri Stratonicus, Cleonicus & *d* Thallelæus. Theclæ greges parum à monte diſtabant, & ipſe gregis paſtor, ex voluntate Dominæ ſuæ, eos viros alebat. Illa enim cum cognoviſſet à paſtore tales viros ibi adeſſe, ſingula eis abundanter ſubminiſtrari juſſit. Quodam igitur die cum ille, qui

ibique inventos tres Chriſtianos ſalutat,

& eos juſſu Theclæ iſtic ſuſtentari intelligit.

A qui paſtoribus ceteris præpoſitus erat, in montem acceſſiſſet, ut tribus illis viris panes afferret; invenit Alexandrum ſedentem in ſpelunca, una cum ſervis & viris quibus afferebat panes ſingulis diebus. Quem cum cognoviſſet, accurrens procidit in faciem, & eum reverenter veneratus eſt. Surgens autem Alexander, dixit ei: Cujus ſervus es? Ait ille: Theclæ ſum, Domine, paſtor, & in hunc montem acceſſi, ut viderem, ne quod forte pecus aberraſſet à grege, & à feris devoraretur. Interrogavit Alexander; Cui panes afferret. Reſpondit illi; Propter neceſſitatem meam eos fero, & ut diſtribuam ceteris paſtoribus qui mecum ſunt. Alexander autem ſervum tentans, dixit rurſus. Quomodo tu auſus fuiſti hos viros occultare, & cibum eis ſubminiſtrare? Tertylli autem decreta contempſiſti? Puer autem reſpondens dixit: Domina mea Thecla cum tota domo ſua colit Chriſtum, quem omnes Chriſtiani adorant, ſanguinolenti & impii Tertylli decreta pervicacia contemnentes. Nos quotidie in Leontinorum Meſopolim accedentes audimus à Domina noſtra, quod jam per ſeptem menſes quidam advenæ ab impio Tertyllo cruciantur, quorum pedibus ex ignito ferro calceamenta impoſuit: nec ullo tamen pacto poſt tantas plagas eo-

B rum mentem tranſmutare potuit & à recta atque irreprehenſibili Chriſtianorum fide removere: immo potius & deſpiciunt & injuriis afficiunt; & ipſum & deos, cum vana atque imputa ipſorum fide. Et hi quidem Pueri ſolâ oratione Dominam noſtram ſanaverunt, quæ diu ægra jacuerat, nec ab ullo ſanari potuerat. His auditis, Alexander glorificavit Deum, dicens: Benedictus Deus & pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & revelaſti ea parvulis, aut potius tuam obſervantibus voluntatem. Poſt hæc mandavit ſervo illi, ut poſtridie rediret mittendus ad Theclam; & ille relictis panibus diſceſſit. Tum ſancti viri aſſidue Deum orabant & precabantur, ut eorum ſuſciperet laudes.

ex ejus Paſtore panem illue ferre ſolito.

61 Tertyllus autem plurimos Meſopolis Principes accivit; & pro tribunali ſedens craticulam, ſartaginem & uncinos ferreos afferri juſſit; præterea plumbum, picem, aſphaltum, & reſinam; eaque omnia in ſartaginem conjici, atque igni vehemente accenſo liquefieri. Tum Sanctis coram ſe adductis dixit: Ecce in vos hæc parata ſunt. Quare niſi mihi parueritis, & diis noſtris ſacrificaveritis, vos his tormentis atrociſſime cruciabo. Illi reſponderunt: Quod vis facere, inique & impie canis, fac cito. Nos enim, ut ſæpe diximus alias, nemo ſeparabit à dilectione Chriſti. Tunc juſſit Tertyllus Alphii linguam abſcindi. Alphius autem dixit: Audi canis impudentiſſime, quamvis abſtuleris meæ vocis inſtrumentum, Deus tamen tacentes audit. Tunc milites eum

C apprehenderunt, & cum os ejus aperuiſſent carnifices, S. Alphii linguam extraxerunt uncinis, & abſciderunt. Tum maxima ſanguinis effuſione ſanctum Deo ſpiritum tradidit in pace. Poſtea vero S. Philadelphum craticulæ ſuperpoſuerunt: qui dum adureretur, dixit, Domine Jeſu Chriſte, in manus tuas commendo ſpiritum meum. Cum vero prunæ ſtillantibus ex corpore guttis pœne jam extinguerētur, ipſe ſpiritum tradidit Deo. Sanctus autem Cyrinus gratias agens Deo, ſe ipſum in ſartaginem projecit. Hoc igitur pacto mortui fuerunt veri milites Chriſti, qui quam plurima tormenta & gravia & acerba ſuſtinuerunt à crudeliſſimo Tertyllo. Mortui autem fuerunt ſexto Idus Majas, in loco, cui nomen erat Publico.

Sanctis variis interfectis 10 Maji.

62 Poſtea vero quam ſancti & benedicti Martyres à vita migraverunt, crudelis & impius Tertyllus Sanctorum pedes fune ligari, & ipſos beatos Martyres per humum tractos projici mandavit in puteum ſiccum, in loco qui Strobilius dicebatur, prope domum Juſtinæ & Theclæ: quæ mulieres cognatæ quidem erant, & divitiis omnes qui habitabant in Meſopoli Leontinorum ſuperabant. Cumque vidiſſent quæ fecerat nequam agreſtis fera Tertyllus, præſertim quod Pueros ſanctos projecerat in puteum, facies & pectora percuſſerunt, atque flentes vehementer dixerunt; Ne permittas, Domine Deus virtutum, hos ſanctos & beatos Martyres in puteo permanere: qui propter nomen tuum ſanguinem effuderunt, dum preſſuras & tormenta quam plurima paterentur. His dictis quieverunt domi uſque ad veſperam. Poſtea vero quando concubia nox venit, quindecim ex ſervis ad ſe vocarunt & dixerunt: Scitis, filii mei cariſſimi, quod Deus quem colunt Chriſtiani potens eſt opere & ſermone: poteſt enim ſanare credentes in eum. Scitis etiam quod ſancti tres Pueri advenæ multa tormenta ſubierunt, quæ intulit iniquus & impius Tertyllus, nec potuit per ea ipſorum mentem à Chriſti dilectione avertere: tandem vero ipſorum corpora igni tradidit, atque ita ipſi Deo ſpiritum tradiderunt, confitentes eum & ejus unigenitum Filium Dominum noſtrum atque coæternum & ſanctum Spiritum, Trinitatē ſcilicet ipſam ſanctam & æqualem in potentia. Reſponderunt ſervi: Scimus, Dominæ noſtræ, vos vera dixiſſe, quod Deus Chriſtianorum magnus & fortis eſt: & novimus quod hi ſancti Martyres pro ipſo paſſi fuerunt & mortem ſubierunt. Sed quid vultis agamus? Tum Juſtina & Thecla dixerunt: Volumus ut clam nobiſcum veniatis in puteum, in quem Sancti projecti fuerunt; & in illum conſtanter & animoſe deſcendentes, Sanctorum corpora extrahatis. Tum illi cum gaudio mandata ſuſcipientes, abierunt una cum eis in puteum, in quem Sanctos præcipitandos mandaverat Tertyllus. Cumque præcurriſſent & mulieres præceſſiſſent, antequam pervenirent ad puteum, cum non longe abeſſent, magnam boni odoris fragrantiam ſenſerunt, & intra ſe dixerunt; Fortaſſe hic bonus odor eſt Sanctorum. Nec ita multo poſt reſpicientes, viderunt lumen fulgentiſſimum circa puteum: tum propius accedentes viderunt corpora Sanctorum ſuper puteum, vultus autem effulgebant, & ipſa corpora tota ſana erant, tamquam ne halitum quidem ignis ſenſiſſent.

INTERP. SIGONA. *Corpora in puteū projecta ſunt:*

ad quæ tollenda egreſſa Thecla & Juſtina cū familia,

ea cum odore & luce caleſtia

inveniunt ſuper puteū integra,

63 Quo ſpectaculo admirabili viſo, ſervi curſim ad Dominas redierunt, & eis occurrentes dixerunt: Vere, ut dixiſtis, Dominæ noſtræ, magnus eſt Deus F Chriſtianorum, & magna virtus ejus, & magnitudinis ejus non eſt finis. Ecce jam Sanctorum corpora ex puteo extracta ſunt, nec longe abſunt. Tum ipſæ reſpicientes viderunt lumen magnum fulgens circum corpora ſanctorum & glorioſorum Martyrum. Acceſſerunt Thecla & Juſtina cum ſervis & ancillis quinque, quæ eas ſecutæ fuerant: atque cum tremore ad Sanctorum pedes prociderunt, & dixerunt flentes: Benedictus Deus, qui vos elegit & duxit ex tam longinquis finibus ad correctionem & ſalutem eorum, qui per vos crediturí ſunt in unigenitum Dei Filium. Poſtea ipſæ adoraverunt & oſculatæ ſunt Sanctorum pedes; tum ſervi & ancillæ. Una vero ex ancillis Theclæ, quæ ſurda erat, nec unquam vocem ſenſerat aliquam; oſculatis tantummodo Sanctorum pedibus, auditum recepit. Id autem animadvertens & admirans, Sanctorum pedibus advoluebatur flens & dicens: Gratias ago Deo per vos, Sancti, quod apertæ ſunt aures meæ, quibus audio ut cupiebam. Thecla vero & Juſtina hoc miraculum in principio minime intellexerunt; ſed cum timore & tremore dixerunt ſervis: Injicite manus veſtras cum omni timore & tremore, atque tollamus hinc Sanctos & abſcon-

& poſt audituм ancillæ veſtigium,

INTERP. SIGONA. *auferunt atque ſepelliunt.*

abſcondamus in ſecreto quodam loco. Tum tres ſervi ſcilicet Barnabas, Julianus & Agathonicus, injectis ſolum manibus, nullo cum labore Sanctos ſuſceperunt in humeros, ita leviter ut nihil ferre viderentur; duxeruntque in domum Theclæ & Juſtinæ & *e* ibi depoſuerunt in cellula quadam, ubi locus puriſſimus erat, ſpelunca ſcilicet. Ante eam vero domuncula quædam ædificata fuerat: ita ut nihil quiſquâ ſuſpicari poſſet, nec ſcire quod ibi ſpelunca eſſet. In ea vero illæ mulieres venerandam & vivificam Crucem continebant abſconditam, quam ſingulis diebus ipſæ totaque domus adorabant. Ibidem vero Sanctis ipſis templum ædificatum fuit, poſteaquam Eccleſiæ Dei pacem receperunt, per gratiam ejus quem decet gloria & imperium, lauſque & magnitudo, cum Patre & ſancto Spiritu, nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum. Amen *f*.

e

f

ANNOTATA.

a *Neapol. in* Selinodium montem: *Cajetanus addit ſupra vetus* Murgantium, *quod trans Erycem fluvium collocat Cluverius, addens inter Leontinos & Catanam*, adhuc ſpecum viſi, & in veneratione haberi, in monte cui hodie nomen Sperone.

B

b Montem Therrium *intelligo eum, ex quo* Terias *fluvius ducitur & profluit; hodie* Catalfanum *vocari aſſerit Cluverius lib.*10 *cap.*10: Fluvius vero magnus *hic appellatur, non ipſe* Terias, *quem minorem exhibent tabulæ; ſed jam dictus* Eryces fluvius, *antiquis dictus ab urbe in jam dicto monte ſita, quem hodie* fluvium S. Pauli *nuncupant.*

c *MS. Neap.* Tegetem vel ſtoream invenerunt: in qua procumbens Alexander, Hæc inquit requies mea.

d Thalelæi *obitus infra notatur num.*71, *& recolitur* 24 *Maji: ſocii autem duo martyrium ſuum compleverunt (uti dicitur infra)* 24 *Iulii: quæ autem utroque die de illis dicenda forent, hinc peti malumus.*

e *Addunt Græca & MS. Neapolit:* quorum duo erant Theclæ; tertius vero, qui dicebatur Agathonicus, Juſtinæ.

f *Hinc ſub novo titulo*, De Epiphane uxore Alexandri, qui fuit Conſiliarius Tertuili *habebantur ſequentia: quæ, ceteraque deinceps omnia, uſque ad finem MS. Neapolitani, habebantur quidem in Græco Vaticano, deſcripta tamen nobis non ſunt ab eo, qui hic finiri credens SS. Alphii, Philadelphi, & Cyrini Acta, mandato noſtro ſe perfunctum credidit: neque putamus operæ pretium facturos nos curando reliqua adhuc deſcribi.*

C

PARS SECUNDA,

ſuſpecta tota, Auctore eodem.

CAPUT I.

Epiphanæ, exemplo Sanctorum excitatæ, Martyrium.

S. Epiphana de viro ſuo interrogata,

64 CUm receſſiſſet Alexander ex Leontinorum Meſopoli, poſt quinque dies Tertyllus vocavit Herpionem, Marullum, & Colymbionem, & dixit eis: Ite ad Alexandrum Conſiliarium noſtrum, & huc eum accerſite; quia ipſo indigemus. Abierunt tres illi Principes viri in domum Alexandri, & invenerunt ejus uxorem ſolam cum duabus tantum ancillis, & dixerunt ei: Quid factum eſt de amico noſtro Alexandro? quia eũ Dominus noſter Tertyllus ad ſe venire jubet. Reſpondit ejus uxor: Credite mihi, quod is, quem quæritis, ubi ſit non novi. His additis confeſtim ad iniquum Tertyllum redierunt, & aiunt: Aufugit Alexander à vultu tuo. Id audiens Tertyllus turbatus eſt vehementer, & paulo poſt dixit: Omnino abiit ad miſeros illos in carcerem, atque miſit interrogatum an ibi forte adeſſet. Et milites accedentes in carcerem, Alexandrum non invenerunt: ſed ipſos Sanctos ſolos. Qua re intellecta Tertyllus dixit: Fortaſſe in aliquam urbem ſe contulit, & ingreſſus aliquod navigium navigavit Romam ad *a* Valerianum aut ad Imperatorem: Dixerunt Principes Herpio, Marullus & Colymbio: Domine, non dubium eſt, quod ejus uxor omnia novit, & imprimis quonam acceſſerit. Tum rurſus miſit Herpionem, Marullum & Colymbionem cum decem militibus, qui eam comprehenderunt & duxerunt in prætorium. Adeuntem quidem cum omni promptitudine & alacritate vidit eam Tertyllus, & ejus pulchritudinem admiratus eſt: poſtea interrogavit ubinam eſſet vir ejus Alexander, Conſiliarius ſuus. Illa dixit: Quonam modo ſciam, quo vir meus abiit? num ego meo viro dominor? non pendet ab uxore vir, ſed uxor à viro. Reſpondit Tertyllus: Depone fatuas tuas & vanas excuſationes, & vera nobis refer de viro. Illa, inquit: Ego, ut dixi, non dominor viro meo, ut ſciam quo vadat. Inquit Tertyllus, An mali quidquam in eum ego demonſtravi? ob quid ergo ſe abſcondit, & à me aufugit? Ait Epiphana, Tu ipſe noſti. Vide autem, ne miſeris eum, quo ſolitus es, in Chriſtianorum perditionem. Dixit ille: Ego eum non miſi: ſed ipſe receſſit à me, propter maledictos illos Pueros, quos cuſtodiebat in carcere. Nam ipſe narravit mihi de magicis præſtigiis ipſorum, quod ſcilicet vir quidam ad eos intravit, cibumque attulit & potum, eoſque confortavit & hortatus fuit. His ergo vir tuus deceptus eſt.

D

negat ſe ſcire ubi ſit:

a

E

65 Dixit Epiphana: Quiſquis magicis uritur incantamentis perdendus eſt. At hi ſemper ope divina vincunt tuos graves & acerbos cruciatus. Tum Tertyllus dixit: Quam religionem colis? Illa reſpondit, Chriſtianorum religionem colo, Chriſtianaque ſum ego, & vir meus Alexander. Dixit Tertyllus: Chriſtianus ergo factus eſt vir tuus? Reſpondit ipſa: Ita profecto, nam ipſemet coram te ſe Chriſtianum appellavit. Hæc audiens Tertyllus juſſit ipſam cuſtodiri in prætorio. Cumque eam traherent in cuſtodiæ locum, ſequi nolebat: ſed renitens magna voce dicebat: Quid me imperas cuſtodiri, impie & inique? Sciſcitare à me quæcumque vis coram omnibus, ſed cuſtodiri ne jubeas. Ecce enim tibi dico, me Chriſtianam eſſe, ſitque tibi compertiſſimum quod ſervio Deo cæli & terræ, atque unigenito ejus Filio Domino noſtro Jeſu Chriſto. Hæc audiens iniquus Tertyllus, prope ſe vocavit Epiphanam, & dixit: Ne inſanias, ne etiam tu male moriaris acerbis cruciatibus ſubjecta. Propterea nega coram omnibus Chriſtum, quem dixiſti te confiteri; & recipiens à nobis veniam, reverteris in domum tuam. Illa reſpondit: Tu potius nega quæ colis idola, & habebis veniam à cæleſti Rege Domino noſtro Jeſu Chriſto. Tertyllus autem dixit: Ego miſericordia motus hæc tibi dico: ſi vero in hoc propoſito permanſeris, te male perdam, per maximos deos & per caput Imperatoris. Hæc audiens mulier, dixit ei: Dixi tibi, canis impudentiſſime, quia non tranſmutabis mentem meam à dilectione Chriſti, quem ſancti tres Pueri prædicant: qui ex tam longinquis locis, ut in hac Meſopoli martyrii certamen conſummarent, venerunt. Propter hoc gravius judicium ſubibis Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Hæc audiens iniquus Tertyllus, juſſit coram omnibus denudari corpus ejus: carnifexque ut juſſum fuit accurrentes, indumenta

ſequae & illum Chriſtianos coram teſtia.

F

atque in propoſito conſtans.

A indumenta circumciderunt. At illa Tertyllo dixit: O miſer & infelix canis, an non es tu quoque ejuſdem naturæ? Quomodo ergo non verecundaris & erubeſcis hæc mea membra nuda tuis impiis aſſeſſoribus demonſtrare? Similiter per animum volutans intra ſe dicebat, id quod Dominus dixit in Euangeliis: Qui me erubuerit & meos ſermones, hunc filius hominis erubeſcet cum venerit in majeſtate ſua & Patris & Sanctorum Angelorum. Verumtamen ipſe dicit hæc, qui creavit hominem & appellavit viros & mulieres: quomodo ergo propter vos ego erubeſcam, cum Creator ipſe me nudam plaſmaverit & eduxerit de ventre matris meæ? Tunc juſſit Tertyllus eam verberari boum nervis diutius, & dixit: Sacrifica diis, & removeberis à tormentis: at ſi perſeveraveris in iſta ſententia, vitâ privaberis. At illa dixit: Verberet te Angelus Dei enſe inviſibili, iniquiſſime & immundiſſime canis. Tunc juſſit in carcerem recludi, & diligenter *b* ligneis vinculis cohiberi, cuſtodirique. Hac re audita Thecla & Juſtina adiverunt ad eam, & carcerem ingreſſæ flebant, & exhortabantur ipſam, dicentes: Domina Epiphana, ſuſtineto parumper dolores tormentorum: nam brevis eſt cruciatus, ſed ſempiterna fruitio tibi erit in

B cæleſti regno: ecce jam aperuiſti viam martyrii. Poſt hæc verba eam pallio vetere induerunt, quia nuda erat: & una ibi uſque ad diluculum permanſerunt.

66 Mane autem facto in prætorium duci Tertyllus juſſit: & Alexander forte fortuna eodem die miſit ſervum ſuum in urbem, ut videret quid uxori contigiſſet. Thecla, cum de Alexandro certior facta fuiſſet, valde gaviſa fuit: ſervoque *c* mandavit ut affatim neceſſaria præberet. Servus ipſe, quare in Meſopolim miſſus eſſet, expoſuit: eum ergo expectare juſſit Thecla, & ſecum in prætorium pariter ire, ut videret quid fieret de Epiphana. Tertyllus principes accerſivit, & Epiphanam ſic eſt affatus: Quid de te ipſa conſtituiſti: Illa reſpondit? Quid potius tu de te ipſo conſtituiſti, canis miſer & infelix, qui male ſpiritum tuum ſatanæ daturus es? Concurrit autem tota Leontinorum Meſopolis, ut videret quam conſtanter coram Tertyllo ſtaret Epiphana. Tum Tertyllus ait: Ubi eſt vir tuus? quid actum eſt de eo? quo ſe contulit? Ait Epiphana: Poſt Chriſtum vadit, quo Chriſti voluntas eum ducit. Tum Tertyllus dixit: Ubi eſt Chriſtus poſt quem dicis Alexandrum abiiſſe? Reſpondit Epiphana: Inviſibilis ſtat in medio eorum, qui timent eum. Tertyllus dixit:

C Nunc igitur tecum eſt? Illa dixit: Certe mecum eſt. Tertyllus ait: Quomodo non video ipſum ego? At inquit Epiphana: Non es dignus eum videre. Tum Tertyllus dixit: Tu ergo ut dicis vides eum? Illa reſpondit: Certe video ego ipſum intimo cordis mei oculo. Tertyllus ait: Numquid ego oculos non habeo ad videndum eum? Et illa reſpondit: Si oculos haberes, vidiſſes deſideratum Chriſtum in me & in omnibus qui ab eo nomen ſumpſimus & Chriſtiani vocamur: nunc autem tu, perquam miſer & veritatis inimice, cæcus es, neque ambulans, neque videns, neque audiens. Circumſpiciens Tertyllus ut leo huc illuc, vidit populi turbam aſtantem: pertimeſcens autem ne ab Alexandro miſſa eſſet, vocavit Optimates. Ex quorum conſultatione decretum fuit, ut Epiphana ex Meſopoli educeretur, & non longe à mœnibus torqueretur: ſed dum tormenti genus in eam excogitaret, & in quo loco eſſet torquenda conſideraret, remiſit in carcerem.

67 Interea vero Herpionem, Marullum & Colymbionem ad ſe vocavit, & dixit: Quis idoneus torquendi eam locus videtur, in quo eamdem à vita depellã. Illi dixerunt exeamus, Domine, in Ceramium, ubi Theopen eſt locus ſolitarius; nec eam puniamus in Meſopoli, ne forte vir ejus vivat, veniatque cum cognatis ſuis & nos interficiat. Tertyllus autem dixit: Qui ſunt hi cognati? Illi reſponderunt: Thecla & Juſtina, primariæ hujus civitatis mulieres. Dixit Tertyllus: Injiciamus manus in eas, & morte afficiamus. Illi reſponderunt: Si hoc tentaverimus, audiet Alexander, & concitato ad ſeditionem defectione nemque populo, nos interficiet: nam tota hæc Meſopolis parata eſt pro eis animas impendere, quia hæ mulieres ſunt hoſpitales, & miſericordes, atque divitiis immenſis univerſos hic antecellunt. Tertyllus ait: An Chriſtum profitentur? Tum illi principes viri dixerunt: Non aperte Chriſtum profitentur: hoc autem faciunt; ſi quiſpiam aut Chriſtianus aut hujus religionis ſectator migraverit à vita; concurrunt ad eum, induunt & ſepeliunt, nec id agere ceſſant unquam. Tum Tertyllus dixit: An deos noſtros non blaſphemant neque Imperatorem? Si hoc ita eſt, in eas injicere manus non oportet. Reſponderunt illi: Minime Domine: ſecus etiam provinciam turbaremus, quia tota eas veneratur ut deas. Id autem illi contra reſpondebant, non ex aliquo bono more: ſed quia Deus volebat eas cuſtodiri, & ſervari uſque ad tempus revelationis ſuæ: ſumma enim benignitas ejus ſcit cuſtodire credentes in ſe quamdiu

E vult. Quibus ita peractis, ſervum gregis procuratorem Thecla non permiſit recedere, donec Epiphanæ finem videret.

68 Mane autem facto Tertyllus egreſſus eſt in locum, cui nomen Ceramio, ubi eſt Theopen: & illic ſedit cum Optimatibus, aſtabat autem exercitus; ducique juſſit Epiphanam, atque dixit ei: Nonne jam credes in deos noſtros, ô miſerrima? Illa reſpondit: Abſit ut negem quem ſemper confeſſa ſui Chriſtum, Deique unigenitum Filium. Ille dixit: Quamdiu permanebis in hoc cruciatu miſera? Illa reſpondit: Tu es miſer & infelix ac demens: ecce ego deſpuo tuam vanam prudentiam, quam ſatanas immiſit tibi, cum quo tu ſortieris ignem æternum. Hæc audiens Tertyllus, carnificibus juſſit, ut machera mamillas abſcinderent, hoc pacto, ut unius dimidiatæ partem alteram inciſam auferrent, alteram relinquerent: reliquam vero penitus *d* reciderent. Quod

d cum factum eſſet, & maxima vis ſanguinis efflueret; Epiphana dixit: O inique Tertylle, non veritus fuiſti id agere? cum ſis homo, qui ſimilium uberum lacte nutritus, vir jam grandis es factus. Utinam genitus non eſſes & lac ſuxiſſes numquam, quia te id

F agentem Deus deturbabit tandem, & ſimilem dolorem experiri coget. Non es adhuc expletus, neque exaturata eſt anima tua, omnigenis vitiis infecta, Sanctorum pœnis: quos igne combuſſiſti, & unius ex iis linguam abſciciſti ante duos dies? an etiam in debilem ſexum furor tuus eſt accenſus? & feminea membra ſcidiſti? Verumtamen integra hæc invenies in die Domini noſtri Jeſu Chriſti, & te redarguet amarè, atque in ignem conjiciet æternum. Dictis his cum pœnarum acerbitatem ferre non valeret, dixit: Domine Jeſu Chriſte, accipe ſpiritum meum, quia te confeſſa hoc patior: & ſtatim ſpiritum tradidit Deo. Tum Tertyllus juſſit per collum, fune circum ligatum, protractam in ſpeluncam tenebroſam projicere: dixitque ut nemo eam capere aut ſepelire auderet.

INTERP. SIGONA.

& ut diſſimulet cum SS. Thecla & Juſtina.

ſecunda quæſtione

ſuadetur Tertyllo ne eam in urbe torqueat,

S. Epiphana ducta Ceramium,

ſciſſis mammillis,

moritur.

ANNOTATA.

a *MS. Neap* Num Romam abiit ad Valerianum Dominum meum Imperatorem? *quaſi eum Imperatorem cenſeret, ſed poſtea ambo conjunguntur.*

b *Idem*, cippo affigi.

c *Idem* Paſtorum magiſtro.

INTERP. SIGONA. d *Deeſt hoc de altera mamilla in MS. Neapolitano, ubi videtur utraque dici ſciſſa fuiſſe.*

CAPUT II.

Martyrii deſiderium in Alexandro repreſſum, Thallalæi obitus.

69 THecla vero & Juſtina, viſa morte Epiphanæ, redierunt in domum, gaudentes & glorificantes Deum: tum ad ſe ſervum vocavere, ac dixerunt: Abi nuntiatum Alexandro quod ipſemet tuis oculis vidiſti. Servus autem, acceptis rebus neceſſariis, abivit gaudens ad Alexandrum, ubi cum aliis erat abſconditus. Quem cum vidiſſet Alexander, prior dixit? Quid eſt, fili? Ille reſpondit, & ſingula enarravit, quemadmodum Epiphana fuerat in carcerem conjecta, verberibus cæſa, extra urbem educta, avulſione mamillarum torta, demum vero munere vitæ privata. Quibus auditis S. Alexander flevit amare, ac dixit alta voce: Hei mihi! heu me! Domina Epiphana, tu muliercula in ſexu femineo, qui virili eſt certe debilior, tyranni fremitum non timuiſti: ego autem qua ratione tibi adjungar? quo
B pacto me ſuſcipiet Chriſtus, cum nihil pro ipſo laboraverim? Hi etiam qui cum eo erant fleverunt, donec nullæ in eis vires remanſerunt: & in ſervis quidem nec patientia, nec modus dolendi ullus erat: nam pectora verberabant, & conſolatione nulla ſedari poterant: non comederunt autem, & ne aquam quidem eo die guſtaverunt. Poſtea Alexander de corpore interrogavit, & cognovit ut in ſpeluncam fuerat projectum: tum petivit, an eam ſciret. Ille dixit, ſe recte noſſe: & in hora conſummationis martyrii Theclam & Juſtinam cognatas affuiſſe, & lamentatas admodum fuiſſe. Tum Alexander interrogavit, an ſuæ cognatæ dixiſſent velle ſe corpus Epiphanæ transferre, & ſepulturæ tradere, veluti corpora Sanctorum & benedictorum Martyrum, per quos via ſalutis patefacta fuit. Tum ſervus dixit; Tertyllus cuſtodes appoſuit, mandavitque ut corpus Epiphanæ cuſtodiretur: quod ſi quiſpiam illud ſepelire tentaret, igni traderetur.

Alexander audita uxoris morte,

ſolicitus de ſepultura corporis.

70 Tum Thallalæus, Stratonicus & Cleonicus acceſſerunt & dixerunt: Audi Alexander; Illa quidem per viam ſalutis inceſſit, & ad Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum pervenit: nos autem cur ſedemus hic & occultamur, nec demonſtramus fidem, & tradimus nos ipſos in martyrium. Quæ utilitas nobis erit ex hoc hoſtili bello præſenti, ſi non contendimus, dum tempus eſt, priuſquam porta clauſa ſit, & nos excludat? His verbis auditis Alexander conſuluit tres illos Sanctos viros: quorum ſententia fuit, ut poſtridie ſe ipſos traderent Tertyllo, & pro Chriſto cum omni promptitudine ac alacritate martyrium conſummarent. Placuit hoc Alexandro, & ita conſtituit agere: nam petiverat à ſanctis & benedictis Martyribus, ut dignarentur ipſum lavacro regenerationis mundare, unde conſequeretur remiſſionem peccatorum, & illi dixerunt: Frater ſi vis, ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis: ec-

cum aliis tribus conſtituit prodire ad martyrium

C

Matt. 11. 28

ce Chriſtus clamat dicens: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Quod ſi quidem placitum eſt ei, ut baptiſmum ſuſcipias, gratia ſit ei & laus: ſin minus proprio ſanguine baptizaberis. Hæc ſe à ſanctis Pueris audiviſſe retulit Alexander, & addidit: Propterea melius eſt mihi proprio ſanguine baptizari, quam baptiſmum recipere per aquam, poſt quem poterit contingere ut in multitudinem peccatorum labar. Omnes ergo cum hoc propoſito remanſerunt, ut in Meſopolim profecti ſe ipſos traderent Tertyllo.

71 Poſt paucos autem dies vocavit Alexander ſervum gregis procuratorem, & dixit: Vade, fili, ad Dominas tuas, Theclam & Juſtinam, cognatas noſtras, & dicito eis, me conſtituiſſe cum Thallalæo, Stratonico atque Cleonico ingredi urbem, ut nos ipſos Tertyllo tradamus. Ille, ut juſſum fuit, equum aſcendit, & in Meſopolim proceſſit ad Dominam ſuam. Vidit eum Thecla, & dixit: Cur tam cito ad nos rediiſti? Ille reſpondit: Dominus meus Alexander miſit me, ut nuntiarem vobis, quemadmodum & ipſe & viri, quos noſti, decreverunt ingredi Meſopolim, & tradere ſe Tertyllo, & capere martyrii coronam. Hæc audiens pia mulier illa, dixit ſervo: Abi ad Alexandrum, & illi referto, me neſcire rationem ei ullam reddere, aut conſilium dare, vel quidquam circa hoc jubere: tres enim illi Sancti & beati Pueri coram nobis hoc ei conſtituerunt, juſſeruntque ut Tertyllo abſconderetur; non tamquam non poſſet ejus tormenta ſuſtinere, ſed occultæ cujuſdam diſpenſationis cauſa id ei mandaverunt. Nam cum ipſi præſcientiam futurorum habeant, ex divini ſpiritus & gratia & illuminatione dixerunt, quod eum oporteret baptiſmum ſuſcipere à quodam magno Epiſcopo. Ipſi quoque prædixerunt quod Tertyllus poſt quinque dies eum eſſet inquiſiturus, & ſancta atque beata Epiphana martyrium ſuſceprura: quod ita factum eſt. Et ejus quidem mortem prænuntiaverunt in exemplum: ipſi autem Alexandro dixerunt ut maneret in loco, in quem eum duxiſſet Deus. Noſtro igitur conſilio tranſibit quo volet ipſe Deus. Verumtamen rogemus eum, & Sanctorum petamus auxilium, per quos ipſe Deus nobis providebit. Quod autem immitis Tertyllus juſſit Epiphanam inſepultam jacere, nos ejus inſipientiam & vanitatem deriſimus: verumtamen ſi miſericordis Dei ſanctorumque ejus & beatorum Martyrum, qui multa ſigna fecerunt in hoc loco, voluntas eſt; volumus ipſam ſurripere, & mandare ſepulturæ ubi placuerit ipſi Deo. Hæc locutæ Thecla & Juſtina ſervum remiſerunt ad Alexandrum: cui ille ſingula expoſuit. Quibus cognitis Alexander dixit: Fiat voluntas Dei.

D

ſed diſſuadent id SS. Thecla & Juſtina,

72 Sequenti autem nocte Sancti apparuerunt Alexandro in ſomnis, & dixerunt: Nos tibi ſignificavimus, quod Dominus de te indicaverat nobis: cur ergo labores affers Dominæ Theclæ circa hoc? Ecce tibi prædicimus, paulo poſt multo magis diaboli furor contra Chriſtianos invaleſcet. Tu interim permaneto in iſto loco, donec te viſitet Deus; quia, ut prænuntiavimus, tu es opus Deo. Ipſe quidem animam Epiphanæ recepit in cælum, & tuam eodem deducet. De corpore autem ipſius ſolicitus ne ſis: nos enim cras nocturno tempore abimus cum Thecla & Juſtina cognatis tuis, & eam deferemus illuc, ubi nos ſumus. Remane igitur iſtic cum Thallalæo, Stratonico & Cleonico: ex quibus Thallalæus intra paucos dies obibit mortem; Stratonicus autem & Cleonicus pro Chriſto martyrium ſubibunt. His dictis evanuerunt: Alexander autem experrectus dedit gloriam Deo, dicens: Quis ego ſum, Domine, quod mihi peccatori, qui te ſemper perſecutus ſui, & te ſuper omnes blaſphemavi, provideri voluiſti? Quam excuſationem afferam ad te? Verumtamen hoc dico & clamo: Peccavi, Domine, peccavi, & peccata mea ego cognoſco. Orabat autem aſſiudue: flenſque ſingulis diebus memoria repetebat, quæ fecerat contra Chriſtianos, maxime vero contra tres beatos Pueros, qui ex tam longinquis oris venerant in hæc loca. Paucis poſt diebus in eodem loco Thallalæus ægritudine oppreſſus obivit, confitens & adorans eum, qui nobis ſpiritum dedit & vitam: & ob cujus mortem reliqui triſtati fuerunt valde. Cumque de

E

& Sancti eidem apparentes prohibent:

F

juxta quorum prædictionem

ſepulturæ

A *mortuus Thallalæus ſepelitur.*

ſepulturæ loco conſultarent, Alexander dixit. Feramus eum in ſuburbanum Antzianorum, & ſepeliamus ubi reconditæ ſunt reliquiæ Sanctorum viginti Militum, & ita fecerunt. Cum veniſſent autem in eum locum, invenerunt unum ſepulcrum apertum: in quo aliquot ex Militibus fuerant ſepulti. Ibi ergo Thallalæum depoſuerunt, ſepulcrumque concluſerunt, Dei benignitatem glorificantes. Alexander autem currens acceſſit ad ſepulcrum matris ſuæ Neophytæ & Iſidoræ ſororis ejus, quæ Theclæ mater fuerat, & ibi flevit vehementer, dicens: Heu me! Domina mea, ſupplica Domino, pro quo tuum ſanguinem effudiſti, ut ſalvet animam meam humilem; veluti Sancta & Beata Iſidora ſoror tua ſupplicat pro Thecla filia ſua, propter quod data eſt ipſi gratia hoſpitalitatis & miſericordiæ; ſic tu quoque roga Deum, ut malis quæ feci veniam concedat, præſertim quæ perpetravi contra Sanctos & Beatos Pueros, Alphium, Philadelphum & Cyrinum: ipſis quoque, Domina mater, ſupplica, ut his, quæ in eos graviſſime admiſi, parcant. Reverſi poſtea fuerunt ab Antzianis, & venerunt in locum in quo degebant.

73 Poſt duos autem dies Thecla accerſivit Herpionem, quem pro Alexandro Tertyllus Conſiliarium ſibi conſtituerat, & dixit: Herpio, accipe pe-

B *Juſtina & Thecla egreſſæ ad ſepeliendum Corpus S. Epiphana*

cuniam à me, & redde corpus Epiphanæ. Ille reſpondit: Vereor, Domina, ne Tertyllus poſtea conquirat, & eo non invento me interficiat. Thecla reſpondit: Compertiſſimum tibi ſit, quod ſi quæreret voluerit, te mittet: cui tu reſpondebis ut voles. Herpio igitur accepta pecunia corpus nocturno tempore rapere permiſit. Quapropter cum nocturnæ tenebræ adveniſſent, vocavit Thecla ſervos decem, cum quibus & Juſtina venit in Ceramium, ubi projectum erat corpus Epiphanæ. Cum vero ſervi ad oſtium ſpeluncæ perveniſſent; omnes perterriti fuerunt, & ingredi timuerunt. Tum Thecla & Juſtina cucurrerunt, & ingreſſæ in ſpeluncam, viderunt Sanctos Epiphanæ corpus cuſtodientes, cujus facies lucebat ut ſol, lumenque magnum circum fulgebat coram Sanctis. Qua re viſa gaviſæ ſunt gaudio magno, & procidentes adoraverunt eos. Interea

vident id à Sanctis deferri ad ſuã ſepulturã:

mira boni odoris fragrantia per ſpeluncam manavit. Cum autem ſurrexiſſent, viderunt Sanctos ferentes corpus Epiphanæ: quo arrepto ſtatim evanuerunt. Servi viderunt & agnoverunt Sanctos ingredientes in ſpeluncam, & præ timore in humum prolapſi, ut

C

mortui remanſerunt. Tum egreſſæ horum Dominæ excitaverunt eos, & dixerunt: Surgite, eamus, quia Sancti acceperunt corpus & diſceſſerunt. Sequebantur autem ſanctæ mulieres lumen Sanctorum, quod videbant ipſæ, donec pervenerunt in locum ubi jacebant Sancti. Quo ingreſſæ Thecla & Juſtina, viderunt Epiphanam jacentem à latere Sanctorum. Tum cucurrerunt & ſe projecerunt ad pedes eorum, flentes & dicentes: Vere mirabilis Deus in Sanctis ſuis, & glorioſus in majeſtate ſua: magnus enim & terribilis eſt omnibus, qui in circuitu ejus ſunt. Glorificamus veſtram præſentiam, Sancti: quia per vos didicimus colere & adorare unum Deum verum, & unigenitum ejus filium Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. Et ibi mulieres remanſerunt, orantes Deum uſque ad diluculum: nullus tamen ex Leontinis id cognovit. Ignorabant autem ubinam Sancti eſſent abſconditi: erat enim locus ſolitarius extra urbem occaſum verſus, dicebaturque Strobilius. Poſtea vero quam Dei gratia permiſit, ibi ædificatum fuit ſanctum & venerandum templum ſanctorum Martyrum. Servus ab Alexandro iterum miſſus interrogavit de Epiphanæ corpore; cui dixit Thecla: Nuntiato Alexandro nos mirabilia vidiſſe circa corpus Epiphanæ: quamvis enim ejus mamillæ

quod cum gaudio intelligit Alexander,

fuerint abſciſſæ, Sancti tamen Pueri corpus ejus ſanum huc attulerunt, & mamillas in integrum reſtituerunt. Tum ſervus diſceſſit, & Alexandro retulit, quæ facta fuerunt circa corporis Epiphanæ reliquias. Quæ audiens Alexander gloriam dedit Deo, una cum his qui pariter manebant. Ibi autem menſes duos & dies decem & octo permanſerunt: ita ut diſpoſuerat Deus, quem decet gloria, honor & adoratio cum Patre increato ſanctoque & vivificante Spiritu, nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum. Amen.

INTERP. SIGONA.

PARS TERTIA

Similiter ſuſpecta, Auctore eodem *a*

a

CAPUT I.

Agathonis Epiſc. Liparitani adventus in Siciliam: Alexandri baptiſmus, & ordinatio ſub nomine Neophyti.

74 CUm pravus error inſtigante ſatana apud mortales vigeret regnaretque, & ſæviſſima perſecutio Chriſtianos infeſtaret, propterea quod Licinius & ejus Conſiliarius Valerianus, per univerſas regiones & urbes, Chriſtianorum genus, ubicumque fuiſſet inventum, igni tradi mandaverant; erat in Liparitanorum inſula quidam Epiſcopus, qui vocabatur *b* Agatho, vir religioſus, timens Deum & divinæ Scripturæ valde ſtudioſus. Cum autem impetu maximo & tumultu graviſſimo ibi impius Diomedes *c* Chriſtianos perſequeretur, atque interficeret multos; Agathonem etiam Epiſcopum inquiſivit, ut morti traderet. Deus autem, qui novit omnia antequam fiant, diſpoſuit etiam hoc myſterium. Nam beatus Agatho, videns quæ fiebant in ea inſula & in reliquis adjacentibus, ubi miniſtri dæmonum Chriſtianos perdiderunt omnes; conſultis Primoribus civitatis reliquit locum ſuum, & intravit in navigiolum cum tribus ſervulis, & navigavit in Siciliam: quod quidem divino nutu factum fuit. Illud autem navigiolum delatum eſt in fluvium defluentem ex monte Therreo, & cum primum in terram egreſſi fuerunt, vir quidam qui prope fluvium erat occurrit illis: hic autem Chriſtianus erat, & Deum timebat, vocabaturque Dometius. Qui cum vidiſſet Epiſcopum, eum in domum ſuam invitavit: habebat enim domicilium in loco, qui Cypariſſius dicebatur, ubi ſolus in ſpelunca quadam habitabat, & opulentia multa affluebat, ſed benignitate multo magis præſtabat. Beatus igitur Agatho illuc aſcendit, cum eo: à quo receptus fuit, in ſpelunca quadam, quæ ſola erat in latere montis. Dometius autem Agathonem interrogavit, quam ob cauſam illuc ſolus adveniſſet. Ille ſingula de tyrannorum perſecutione expoſuit; & quemadmodum relictus ſolus, perſuadentibus quibuſdam Chriſtianis, aufugiſſet, ut Dominus res ejus diſponeret & animam ſalvaret. Dometius reſpondit: Crede mihi, Pater, quod hic etiam multa perturbatio atroxque perſecutio eſt contra Chriſtianos, ſub Tertyllo impio & crudeli: qui hanc inſulam regit, & in Meſopoli Leontinorum ut plurimum habitat, propter loci commoditatem atque nobilitatem, & propter aquarum copiam rerumque omnium affluentiam.

E *S. Agatho Ep. Liparitanus,*

b

c

in Siciliam appulſus,

F

ab hoſpite Dometio

75 Poſtea hic Dometius omnia retulit de tribus Fratribus Alphio, Philadelpho & Cyrino, quemadmodum à fœdiſſimo Valeriano ad Diomedem miſſi fuerunt, & ab eo ad impium Tertyllum: qui apud Taurominium eorum capita derafit, vultus pice denigravit, grave lignum ipſorum collis circumpoſuit, utque id apud montem Maſchalorum Dei voluntate

docetur 3 Sanctorum geſta & miracula;

INTERP. SIGONA. sublatum, & in mare projectum fuit; vultus purgati fuerunt, capillique recreverunt; utque ipsi Sancti sani effecti milites attonitos & humi prostratos excitaverunt, fluvium Symethum imbribus auctum facile pertransiverunt, impulsu quorumdam militum: qui videntes Sanctos illæsos pertransisse, flumen ingressi demersi fuerunt, & usque ad crastinum diem non apparuerunt; Sancti autem in altera ripa reliquos milites exspectaverunt, donec fluvius decrevit. Præterea narravit Sanctos, ruptis vinculis, quibus erant manus ligatæ, & profusis precibus ad Deum, Hebræi filium à dæmone liberavisse: & ejectum dæmonem clara voce Tertyllo minatum fuisse, & apud Mesopolim Theclam paralyticam sanavisse, & Justinam altero oculo captam curavisse, multaque alia miracula feciſſe. Audiens sigillatim omnia sanctissimus Episcopus, obstupuit: & in illo die non comedit neque bibit, sed se dejecit in terram flens ejulansque. Cumque suam animam miseram existimaret, dixit: Quid faciam miser? quia martyrii certamen fugi, & me non tradidi Diomedi, ut ab eo torquerer & sanguinem effunderem pro Domino Jesu Christo. Hæc secum differens Episcopus, permansit jejunus usque ad vesperam: Dometius autem accessit, & eum hortatus est, ut ab humo surgeret & cibum caperet. Ille vero renuebat, & humi devolvebatur, largosque lacrymarum fluctus profundens, dicebat: Domine Jesu Christe, Deus ante omnia secula natus ex Patre, audi me & dirige humilitatem meam, & demonstra; Oporteat me hic remanere, an in meam insulam redire? Tu Deus horum sanctorum trium Martyrum, dirige me ut vis.

anhelansque ad martyriū,

B

à 3 Sanctis instruitur

76 Hæc precatus B. Agatho Episcopus obdormivit, in somnisque vidit tres sanctos Pueros, quorum facies erant pulchræ atque speciosæ, valdeque lucentes ut sol, & accedentes se inclinaverunt ei. Qui perterritus dixit: Quinam estis, filii, aspectu præditi peregrino, eoque admodum jucundo? Illi rursus se inclinantes dixerunt: Nos sumus Pueri peccatores, quos huc misit Licinius, Christianorum persecutor & destructor, atque ipsius Dei blasphemator: missit autem ad Tertyllum unanimem sibi, qui quamvis nostra corpora occiderit, animas tamen occidere non potuit. Nos autem cum vidimus te huc accessisse, & res nostras audivisse ab hoc viro, à quo susceptus es hospitio; animadvertentes te mœstitia premi, venimus ut tuæ Sanctitatis oratio exaudiatur. Quapropter scias Dominum Jesum Christum te misisse huc, occulta quadam ipsius Dei dispositione. Ecce igitur gaudebis & glorificabis Deum. Nam propter ejus benignitatem oportet te transire in quemdam Siciliæ locum, ubi permaneas usque ad mortem Tertylli. Tunc temporis enim per te multorum animæ salvabuntur: sed oportet quadraginta diebus te residere in his speluncis: post id tempus transmigrabis quo Deus ducet te. Quibus dictis, Sancti capite inclinato Episcopum salutarunt & discesserunt. Tum Beatus Agatho experrectus glorificavit Deum dicens: Benedictus Deus, qui non sprevit preces meas, & misericordiam suam non amovit à me, sed demonstravit mihi desideratorum Martyrum aspectus, & mihi peccatori ancipitem, incertamque mentem stabilem reddidit & firmam. Hoc opus tuum est & non humanæ naturæ. Gratias tibi ago, Domine Jesu Christe, quia effectus sum dignus videre tuos Sanctos, qui tibi bene placuerunt, & pro te passi & mortui fuere.

de rebus futuris & faciendis:

C

77 Postea vero quam illuxit permanens adhuc in eadem spelunca, Dometium vocavit & dixit: benedictus Deus, Domine Dometi, quia merui per te hujus tam boni & tam magni thesauri spectator fieri: & omnia exposuit, quæ viderat per somnium. Quæ audiens Dometius, ipse quoque Deum glorificavit, dicens: Ecce, Pater, hæc spelunca maximam dignitatem obtinuit; eo quod eam Sancti, qui accesserunt ad nos, sua præsentia dignati sunt. Tum Episcopus interrogavit & intellexit nomina Sanctorum, & dixit: Crede, frater, me vidisse homines, quos numquam spectavi. Post paucos autem dies Dometius accessit in Mesopolim necessitate ductus, & se contulit ad Theclam, cui nuntiavit quemadmodum venerat Episcopus: qui auditis mirandis Sanctorum gestis, cum lacrymis crediderat, & dormiens viderat sanctos tres Pueros, spectabiles & jucundos ipsi, qui ei miranda quædam exposuerunt. Thecla vocavit quemdam ex domesticis, & datis, quæ opus erant, dixit: Abi cum Domino Dometio in Cyparissium, & alloquere nomine meo virum, quem tibi demonstrabit Dometius, & dices: Domina mea, Pater venerande, dicit sperare se fruituram tuis sanctis precibus. Tum ille cum tribus servis & cum Dometio iter fecit, & in speluncam pervenit: in quam ingressus Episcopum adoravit, ut jusserat Thecla, & mandata exposuit. Episcopus dixit, servis: Hæc renuntiate Dominæ Theclæ: Benedicta tu, & benedicta domus tua, & benedicta omnia quæ sunt in domo tua. Audivimus jam tuam erga Deum constantem fidem, qui te confortat propter tuas eleemosynas & ministeria erga sanctos Martyres, quibus servivisti cum Justina cognata tua: & in hac quidem vita diu permanebis, & desiderata obtinebis: post hunc autem vitæ cursum particeps eris bonorum, quibus fruuntur hi Sancti, quos cum fide & caritate in domum tuam duxisti. Hæc omnia ab Episcopo dicta servi Dominæ retulerunt.

cum lata omnium notitia,

D

quæ Dometio indicat

& S. Thecla refert

E

ANNOTATA.

a *Hic iterum sub alio titulo sequebatur* De Agathone Liparitanorum Episcopo: nec non de Alexandro & de morte Tertylli.

b S. Agathonis *Acta hinc & aliunde habet Roccus Pirrus tom. 2 Siciliæ sacræ notitia* 8, *& ait obiisse* 27 *Iulii, eoque die festum celebrari à Leontinis: quo etiam die refertur à Cajetano & Ferrario.*

c *Idem verosimiliter, qui in principio num.* 10 *Puteolis Præfectus S. Erasmum sociosque dicitur occidisse.*

d Cyparissius. *inter Catanam & Leontinos, haud procul à littore. Ita Cajetanus. MS. Neapolitanum* in loco quem Lyparensium vocant: *sed postea etiam ibi* Cypareſſium *scribitur.*

F

CAPUT II.

Passio SS. Cleonici & Stratonici. Alexandri baptismus & ordinatio.

78 TUm post dies paucos *a* à Licinio & Valeriano ad Tertyllum litteræ perlatæ fuerunt, quibus jubebant ut totum penitus Christianorum genus è Sicilia tolleret, & ne nomen quidem Christi proferri permitteret. Quibus litteris acceptis Tertyllus jussit convenire omnes Mesopolis Principes, & iniqua jussa contra Christianos legi. Quibus auditis grandes natu & minores, viri & mulieres, exhorruerunt tantam Imperatoris Licinii & Valeriani insaniam, qui exercitum etiam Tertyllo miserunt; ut rutius inquireret latentes Christianos. Cum autem tam aspera procella orbem terrarum & insulam Siciliam imprimis invasisset; parens filium, filius parentem, frater fratrem, amici amicos Tertyllo deferebant. Tum Stratonicus & Cleonicus dixerunt Alexandro: Nec fas est, nec prodest nos diutius latere ac timere Tertylli minas. Discedamus jam & tradamus nos

a *Novo editio vulgato*

A nos ei juxta Dei voluntatem, qui disponet res nostras. Respondit Alexander: Discedite, fratres, in pace, & mei memores estote in consummatione martyrii vestri. Profecti ergo illinc venerunt in Mesopolim Leontinorum: & in prætorium ingressi, Tertylium invenerunt, sex peregrinos interrogantem. Accedentes autem clamaverunt; Christiani sumus, ô inique Tyranne. Tum milites eos comprehenderunt, & coram Tertyllo statuerunt. Ipse eos circumspiciens, dixit: Unde vos estis? & quæ vobis nomina? Illi responderunt: Nos hujus civitatis cives sumus. Tertyllus iterum interrogavit: Quis vobis persuasit aut vos coëgit huc intrare, & nobis injuriari? Illi dixerunt: Tu profecto dignus es omni injuria & ignominia, quia persequens Christianos expuis & contemnis tuum creatorem Deum. Hæc audiens Tertyllus, furore repletus, dentes eorum lapidibus perfringi jussit. Idque milites peregerunt, dicentes: Ne contradicatis Principibus nostris. Et paulo post Terryllus jussit eos boum nervis crudeliter verberari à quatuor viris. Et dum cæderentur Sancti, dixerunt: Domine Deus noster, indulge nobis, & recipe animas nostras in æterna tabernacula: nosque adjunge Sanctis tuis Alphio, Philadelpho & B Cyrino. Tum fœdus & crudelis Tertyllus afferri jussit uncinos, quibus Sancti Alphii linguam abciderat: & his horum duorum linguas à carnificibus extrahi & recidi præcepit. Qua re peracta, corpora extra urbem funibus protracta, in profundissimum puteum aqua scatentem præcipitari mandavit, in loco cui, nomen Heracleo: multos etiam alios & apud Leontinum & apud ejus fines & campos curavit [interfici.] Post aliquot dies profectus est cum exercitu multo in castellum quod dicitur *b* Mineum, ubi Christianos interemit qui erant ex Leontinorum Mesopoli & alios ibi existentes, atque inde Christianorum nomen penitus eradicavit, ut impius Valerianus mandaverat: datum est enim talibus tyrannis etiam hoc, propter eos qui heredes imperii futuri erant.

SS. Stratonicus & Cleonicus Martyres ultro se sistunt:

& varie cruciati

moriuntur

b *multi Martyres in Mineo.*

79 Peractis autē quadraginta diebus, cum esset B. Agatho [in speluncis,] in quibus latebat; pertransiverunt illac quidā Tertylli unanimes & fidi sectatores: & audiverunt voces psallentium in speluncis, & introgressi viderunt Episcopum cum tribus aliis. Inde reversi Tertyllū ex urbe Leontina discessisse cognoverunt, & referebant in Mesopoli, quemadmodum viderant Episcopum & alios cum eo. Sequenti vero nocte Sancti apparuerunt Theclæ valde manifeste, & dixerunt ei: Domina mater, mitte in Cyparissium servum tuum qui Alexandro ministrat; ut Episcopum adducat ad Alexandrum, ut cum eo permaneat quamdiu placebit Deo: quia viri quidam auscultantes, eum cum sociis psallentem audiverunt, viderunt-que, & Herpioni deferre decreverunt. His dictis Sancti recesserunt; & Thecla experrecta servum vocavit, qui forte quadam venerat ex grege missus ab Alexandro, & dixit ei: Fili Hermylle, cape tecum aliquos ex servis qui tecum sunt, qui singuli suos habeant equos, & tres alios præterea equos, & vade in Cyparissium, ubi est Episcopus cum Clericis suis, & eos deduces ad Alexandrum ante solis ortum. Hermyllus celeriter mandata peregit, & Cyparissii speluncas ingressus, invenit Episcopum legentem & divinas Scripturas perscrutantem: quem adoravit & dixit ei: Surge, Pater venerande, & equum celeriter ascende. Nam Domina mea, serva tua & filia spiritualis, misit nos, ut salvaremus te & deduceremus in locum omni penitus suspicione carentem. Beatus Episcopus admiratus est mulieris fidem & Sanctorum monita, qui prædixerunt quod post quadraginta dies esset inde profecturus. Illi ergo equorum ministerio ex Cyparissio ante gallicinium ad locum pervenerunt, ubi erat Alexander: cui eum præsentem exhibuerunt, & dixerunt; Hunc ad te miserunt sancti tres Pueri, Alphius, Philadelphus & Cyrinus, ut te illuminet & doceat symbola Christianæ religionis.

à Sanctis apparentibus edoctus S. Thecla

C

curat S. Agathonem migrare ad Alexandrum:

INTERP. SIGONA.

80 Alexander cum vidisset Episcopum, surrexit, & inclinavit se ad pedes ejus dicens: Benedictus Deus & Pater Domini nostri Jesu Christi, qui non reliquisti me expertem gratiæ tuæ. Et Episcopo dixit: Salve, Pater venerande, qui es pastor bonus, & animam tuam ponis pro ovibus tuis. Deus te misit quæsitum perditam ovem, ut eam inventam ponere-res in humeris misericordiæ, & adjungeres numero ceterarum, quæ sunt in grege Domini, ut fiat unum ovile & unus pastor. Hæc audiens Episcopus ab Alexandro, dedit gloriam Deo, dicens: Gratias ago tibi, Domine Jesu Christe, quod non in vanum laboravi. Nunc quidem credo, quod tua voluntate perductus sum in hanc insulam. His dictis resederunt in spelunca, & servi redierunt ad Theclam, & omnia exposuerunt ei. Quæ gratias egit Deo & ipsis servis, quia tam cito mandata peregissent. In eo autem monte sanctus Episcopus docebat Alexandrum E sanctæ matris Ecclesiæ præcepta, & ordines Ecclesiasticas institutiones. Discebat Alexander Epistolas *quem ille biennio instruit:* Pauli, Psalterium & sanctum Evangelium, omnium Scripturarum perfectissimum: factusque est divinæ Scripturæ studiosus adeo, ut intra menses octo hæc omnia perceperit, nec aliud exoptabat aut enitebatur scire, quam divinæ Scripturæ interpretationem: & in hoc studio annos duos in illo monte peregerunt. Tertyllus autem apud Mineum mansit annum unum & menses tres: inde se contulit Catanam, perdens omnes Christianos, quos inveniebat. Apud Mesopolim autem reliquerat Herpionem, Marullum & Colymbionem, viros malos, inhumanos & crudeles, quos Alexandro substituerat. Hi autem Christianos graviter cruciabant, ubicumque eos inveniebant: ex quibus multi constanter tormenta patientes, perimebantur; multi autem sustinere nequeuntes, diis sacrificare compellebantur.

Iterum à Sanctis jussi discedere:

c F

81 Post duos annos sancti Pueri apparuerunt in monte Alexandro & Agathoni, dixeruntque: Discedite hinc, quia Tertyllus iniquus revertitur: & quidam audiverunt vos cantantes Deo psalmos & hymnos, & decreverunt Tertyllo nuntiare. Quare abite hinc ad maritimas partes Græci *c*, & ibi permanebitis usque ad mortem Tertylli: illic autem revelabitur vobis à Deo quid vos oporteat facere. Tum dicta salute Sancti evanuerunt, discesseruntque. In eadem quoque nocte apparuerunt Theclæ, & dixerunt: Domina mater, mitte duos servos ad montem cum duobus equis, ut ducant Alexandrum & Episcopum in oram maritimam loci, cui nomen Græco: nam Deus non permittit Tertyllum in ea loca pergere. Thecla experrecta jussit uni ex servis suis ut viseret, quæreretque an venisset Hermyllus ex grege: hic autem stabat ante fores. Et audita hac voce respondit: Ecce adsum, Domina mea. Illa dixit: Cape septem equos & servum unum tecum, & abi celeriter ad Alexandrum: quem cum sociis deduces in oram maritimam ejus loci, qui Græcus dicitur. Ille dixit: Fiat, Domina, ut jussisti; viam tamen ignoro, quia nox est. Inquit illa: Abi sine timore, & sanctorum trium Puerorum auxilium implorato, nam ipsi tibi opem ferent. Hermyllus igitur equos septem & pari numero servos assumens, perrexit ad montem, ubi erat Alexander & Episcopus: qui juxta Sanctorum monita equos ascendentes, cum ceteris iter arripuerunt. Cumque parum processissent, princeps malorum & hominum pernicioſus

INTERP. SIGONA. *iisdem mia monſtran tibus veniunt Græ cum;*

prævaricator diabolus, voluit eos in ſtagnum delatos perdere. Sed equi cum perveniſſent in ſtagni locum periculoſum, ſe continuerunt. Hermyllus autem locum annotans, exclamavit voce magna, dicens: Advertite, Domini noſtri: nam vereor ne aberraverimus à via. Auxiliare nobis Deus trium Puerorum Alphii, Philadelphi & Cyrini, & nos deduc quo tu vis. Et extemplo Sancti accedentes, clamaverunt: Sequimini nos ſervuli. Et procedentes iterque præmonſtrantes, eos incolumes duxerunt uſque ad oras maritimas loci qui dicitur Græcus. Illuc cum perveniſſent, Sancti dixerunt: Ecce Græcum: manete hic. His dictis evanuerunt.

82 Poſtea vero quam illuxit, vir quidam valde pius & timens Deum, cui nomen Publio, venit ad eos; & currens procidit ad pedes Epiſcopi & Alexandri dicens: Cuiates eſtis? quia veſter aſpectus peregrinus mihi videtur. Et illi dixerunt: Peregrini ſumus, fili. Ille interrogavit audivitque, quod propter Tertylli metum illuc acceſſiſſent: & dedit eis cellulam, quam habebat in medio montis *d* prope fluvium Aſſiam, præbuitque victui neceſſaria. Cum Publius diligeretur ab Epiſcopo & Alexandro, numquam diſcedebat ab eis, maxime vero quia diſcebat res ſacras ab Agathone. Hic Publius ædificaverat templum valde venerandum & bene ornatum, nec aliud melius erat in partibus illis, denominabatur autem Reginæ noſtræ Deiparæ ac ſemper Virginis Mariæ: in quod accedere timebat propter metum peſtiferi Tertylli; nam ſæviſſimus Armatus, qui ante Tertyllum Siciliæ donatus fuerat, eo in loco perdiderat multos viros & mulieres, quorum aliquos igne combuſſerat. Beatus autem Agatho in illud templum ingreſſus, exultavit valde dicens: Viſne, fili mi, Publi, pingamus hoc templum in gloriam & honorem Domini. Ille reſpondit: Vellem profecto, mi Domine: ſed in præſenti nullus pictor adeſt. Reſpondit B. Agatho: Ego ipſe pingendi periculum faciam: quod ſi tibi placebo, perſequar. Tunc Publius procidens ad pedes ejus, rogabat eum dicens: Auxiliare Domine, mihi humillimo ſervo tuo. Tandem vero juſſit Epiſcopus afferri ſibi quod requiritur ad componendos colores: quibus allatis primum omnium in ligno, *e* quod in medio templi erat; depinxit S. Alphium ea forma, qua eum viderat in ſomnis: pari quoque ratione S. Philadelphum in ſecunda columna, & S. Cyrinum in tertia, ita ut ſibi apparuerunt apud Cypariſſium: quod efficere B. Agatho cupiebat valde. Poſtea baptiſmatis lavacrum novum *f* fabricatus eſt adeo bene, ut miraretur Publius ita pulchrum & artificioſum opus.

ubi excipiuntur à Publio, d

B

& in ejus eccleſia Agatho pingit 3 Sanctos, e

f C

83 His peractis per dies quadraginta in ſacris Alexandrum inſtruxit; poſtea Publio juſſit ut aqua impleret lavacrum baptiſmatis, ipſamque aquam benedixit & ſanctificavit; atque baptizavit *g* Alexandrum, & mutato nomine appellavit Neophytum *h*, & Publius fuit ejus patrinus in ſancto & ſalutari baptiſmate. Cumque oleo Sancto perunxiſſet, participem fecit eum immaculati & pretioſi ſanguinis Chriſti: ſinguliſque diebus ſanctiſſimum Chriſti corpus ſumebat Alexander. Tum poſt dies octo petivit ab Epiſcopo Neophytus (verus enim Neophytus in nova planta Eccleſiæ erat, ſicut ſancti Pueri prædixerunt) petivit autem ut Clericus fieret. Epiſcopus cognoſcens ejus fidem, detondit comam & Clericum fecit, atque Lectoris tribuit gradum: & poſt dies quadraginta in Diaconum elegit. Sed cum veniſſet quadrageſimus dies, antequam Diaconus fieret, petivit ab Agathone ut quadraginta diebus unum alium adderet, quod conceſſum eſt. Sed quia Neophytus quotidie jejunabat, & non guſtabat neque carnem neque vinum; voluit Epiſcopus *i* ut per duos dies à jejunio ſe contineret. Ibi autem permanſit annum unum & menſes decem: quotidie quidem diluculo ſurgebat, & Epiſcopo miniſtrabat, à quo ſacris litteris optime fuit inſtructus. Thecla vero ſingulis menſibus mittebat ad eos, ut de Neophyti cognati ſui ſalute certior fieret: & cum cognoviſſet quod Diaconus eſſet electus, dedit gloriam Deo.

baptizat Alexandrum, g h

ordinat Clericum,

dein Diaconum, i

D

84 Poſt hæc autem Epiſcopus dixit Alexandro: Fili Neophyte, volo tibi Presbyteratus dignitatem per meas peccatrices manus imponere. Ille ait, Grave quidem eſt hoc jugum, Pater venerande: vereor ne ipſum ſuſtinere nequeam. Reſpondit Epiſcopus: Grave quidem puſillanimis, leve autem obedientibus & ſuſtinentibus propter nomen Chriſti. Dixit Alexander. Quid quod tyranni nos oppugnant; nec habemus facultatem demonſtrandi nos Epiſcopos & ſacram doctrinam? Epiſcopus dixit: Certe in præſenti oppugnamur à tyrannis impiis & iniquis, ſed ut fœnum arebunt, & ut olera herbarum cito decident, & expugnabit Dominus oppugnantes nos. Sed adverte, Neophyte fili; quod aliud bellum interius habemus, quo in animo oppugnamur: ſed ubi bella, ibi præmia; ubi lucta, ibi corona. Præterea B. Paulus Apoſtolus clamat: Non eſt nobis colluctatio adverſus carnem & ſanguinem; ſed adverſus principes & poteſtates, adverſus mundi rectores tenebrarum harum, contra ſpiritualia nequitiæ in cæleſtibus. Hoc igitur bellum ſi poſſumus vincere, ſemper erimus cum Chriſto: Tyrannorum autem lucta contra nos non valet. Adhuc enim modicum, & non erunt peccatores: quæres locum ipſorum, & non invenies: ipſi enim igni inextinguibili tradentur, qui paratus eſt diabolo & angelis ejus. Dixit Neophytus: Quomodo poſſumus, Pater, bellum hoc extinguere? quibus opibus, quibus remediis? B. Agatho reſpondit: Audi, fili Neophyte. Hæc bella extingui poſſunt per jejunia, orationes, eleemoſynas, hoſpitalitates; longanimitatem, manſuetudinem, & pacem; non aſſentiendo cogitationibus malis, quæ nos inviſibiliter oppugnant; non ut ipſi tyranni, qui nos verberant & capita excidunt: hoc namque bellum inviſibile eſt: & in ipſo corde. Hæc audiens Neophytus dixit Epiſcopo: Crede, Pater, quod certare decrevi: & annuente Domino, meam animam in portum ſalutis adducam. Tum Epiſcopus dixit: Quid dicis de Presbyteratus honore, ad quem manibus meis te volo promovere? Ille dixit: Faciam ut jubes. Cum veniſſet autem Natalis Domini noſtri Jeſu Chriſti, poſt Miſſarum ſolennia promovit Epiſcopus Alexandrum ad Presbyteratus honorem: qui gratia Chriſti mutatus eſt in alium hominem, ita ut miraretur Epiſcopus.

ac denique poſt multâ inſtructionem,

Presbyterii.

E

F

ANNOTATA.

a *MS. Neapolit.* Vix elapſi erant dies viginti.

b *Ibidem rectius* Menæum, *ubi &* Menais *fons: de his autem aliiſque plurimis Martyribus egimus* 18 *Februarii, nulla apparente cauſa cur talis dies eorum cultui ſit adſcriptus.*

c *Hic & mox infra ſcribebatur* Crecus: *ſed dinde ſemper & in MS. Neapol. appellatur* Græcus. *Eſtque juxta Cajetanum locus prope Panthagiam, ubi ſpecus viſitur jam Deiparæ dicata.*

d *Mons hodie* Diavolopri; *& fluvius* Aſſia *dicitur* Giſira, *qui in Panthagiam influit.*

e *MS. Nepelit.* in medio columna.

f *Idem*, picturis renovavit.

g *Non apparet cauſa cur Alexander per biennium & amplius diſtulerit baptiſmum tam ardenter expetitum, niſi forte ſacri inſtrumenti locique defectu: & hic quoque difficulter eſt credibilis, cum etiam in ſaviſſimis perſecutionibus*

Epiſcopi

A *Epiſcopi Chriſtianorum portatilem, ut nunc loquimur, capellam haberent, quam ſi ex Lypara non attulit Agatho, in Sicilia tamen curare ſibi potuiſſet per S. Theclam, cujus munificentia iſtic ſuſtentabatur.*

h *Hæc ratio mutandi in baptiſmo nominis ignota videtur fuiſſe primis Eccleſiæ ſeculis, ideoque haud parum ſuſpecta mihi eſt. Adde quod num. 57 hic Alexander à Sanctis adhuc viventibus Neophyti nomine ſalutatur diu ante baptiſmum; & infra num. 115 indicatur noluiſſe à Leontinis cognoſci in vita ſua; ut hæc ei fuerit, ſi fuit aliqua, cauſa mutandi nominis ſtatim ab initio converſionis ſuæ: nam & num. 119 dicitur ideo voluiſſe latere, quia Alexandrum Chriſtiani haud levius timebant quam Tertyllum metuebant.*

i *MS. Neapolit.* Jejunabat Neophytus omnibus diebus, ac poſt etiam binos dies jejunus continuabat: *quæ verba multo commodiorem habent ſenſum, neque enim ſatis intelligitur quid ſibi velit petitio,* ut poſt quadraginta dies unum alium adderet.

CAPUT III.

Tertylli cædes, perſecutionis finis, quæſitæ fruſtra trium Fratrum Reliquiæ.

B *Tertyllus, ſpe Sanctos comprehendendi fruſtratus*

85 CUm rediiſſet Tertyllus ex civitate Catanenſium in Meſopolim, quidam viri, qui viderant Epiſcopum alioſque Chriſtianos in ſpeluncis Cypariſſii *a*, detulerunt Tertyllo: qui dedit milites ut eos comprehenderent, & ad ſe deducerent. Illi profecti, cum perveniſſent in ſpeluncas in quibus viderant Epiſcopum, ingreſſi neminem invenerunt. Tum milites delatores ipſos comprehenderunt, & eos verberare cœperunt, dicentes: Quare illuſiſtis Domino Tertyllo? demonſtrate nobis quos detuliſtis Chriſtianos? Illi timore concuſſi, & coram Tertyllo comparere non audentes, milites rogabant ut dimitterentur: ſed milites renuerunt & vinctos duxerunt ad Tertyllum, dixeruntque: Mendaces ſunt hi, Domine, nullum invenimus in eo loco, qui eſſet Chriſtianus. Iratus Tertyllus in carcerem detrudi juſſit, & poſt paucos dies pro tribunali ſedens in medium adduci mandavit, atque jam præſentibus dixit: Quomodo mihi mentiri auſi fuiſtis? Illi dixerunt: Per magnos & immortales deos, & per tuum atque Imperatoris caput, Domine, juramus, nos vidiſſe eos. Tertyllus tamen juſſit eorum capita truncari. Herpio autem, Marullus & Colymbio ac reliqui qui aderant dixerunt: Si hoc feceris, Domine, ſcias: quod Chriſtiani brevi tempore multiplicabuntur adeo, quod in nos manus injicient: nemo enim amplius eos deferre audebit. Jube igitur his parci. Tertyllus ergo paruit dictis Conſiliariorum, & eos viros incolumes abire permiſit.

a

C *vix abſtinet à nece delatorum:*

86 Tum princeps malorum diabolus, victum videre Tertyllum non ferens & graviſſima in Theclam invidia exardeſcens, aſſumpſit formam hominis, & acceſſit ad Tertyllum, dixitque: Quare vis de his hominibus ſupplicium ſumere? ego tibi demonſtrabo illos, qui abſcondunt eos, quos hi tibi detulerunt. Thecla quidem hujus civitatis primaria mulier miſit ſervos & equos in montem Selinodium: & per eos in tutum locum deducti fuerunt, ubi etiam latet Alexander. His auditis, Tertyllus dixit diabolo, qui aſſumpſerat formam hominis: Scis ne locum, dilectiſſime, ubi latent? Ille dixit: Novi profecto locum & ſpeluncam ubi ſunt abſconditi. Tertyllus igitur inveniſſe ſe Alexandrum credens, valde gaviſus fuit: & juſſit Herpioni & Marullo, ut dum ipſe iret quæſitum Alexandrum, Theclam & Juſtinam in carcerem conjicerent. At Marullus dixit: Ne injiciamus, Domine, manus noſtras in Theclam: ne propter eam Meſopolis tumultuetur contra nos; quia, ut diximus tibi, non manifeſte Chriſtum profitetur: ſed ipſum Alexandrum prius comprehendamus, & per eum omnia, quæ dicuntur, intellige. Quis novit an propter timorem tui occultetur? Quod ſi fuerit inventus, te fortaſſe placabit: & tu mutata ſententia eum reſtitues in priſtinum locum, eritque rurſus Conſiliarius bonus contra eos, qui blaſphemant deos noſtros. Placuit Tertyllo hic ſermo, & exercitum congregari juſſit, ut cum eo accederet illuc quo eum diabolus ducebat. Per mediam urbem iter facere cœperunt: & eos diabolus non duxit per viam rectam (vir enim ſtultus & iniquus ambulat viam non bonam) ſed per Hebræorum habitationes. Quapropter Principes Herpio, Marullus & Colymbio dixerunt: Via, quæ ducit in montem Selinodium, non eſt iſta: tu autem, homo, male nos duxiſti. Reſpondens diabolus dixit: Non ita eſt; nam intendimus hac, ne pulverem à nobis excitatum videant & aufugiant. Per hunc ergo locum occulte gradiemur, & per vertices montium ex improviſo eos deprehendemus; nec nos ſentient niſi pervenerimus prius ad eos, & coram eis affuerimus.

deinde ſeculus diabolum, illos tradere promittentem

87 Proceſſerunt ergo, & in quaſdam Meſopolis profundas valles inciderunt. Tunc ſatanas transformatus fuit in cervum magnum, & ſe obtulit Tertyllo. Locus autem ille profundus & tenebroſus erat atque ſaxoſus. In eo igitur cervum agitare cœperunt Herpio, Marullus & Colymbio atque alii, equos calcaribus urgentes. Et ecce ſancti tres Pueri manifeſtiſſime apparuerunt, habentes gladios in manibus, quibus Tertyllum percuſſerunt; Alphius quidem in ore, Cyrinus autem in humeris, Philadelphus vero in corde: atque ipſi optimates in loco illo obſcuro proſtrati fuerunt ad terram una cum equis *b*: & ſupervenientibus tenebris nocturnis, uſque ad diem craſtinum ibi latuerunt (Nos autem affirmamus quod ira divina eos invaſit) nullus tamen ex toto exercitu vidit quid de is factum eſſet *c*. Egreſſis autem illis ex Meſopoli, unus ex Alexandri ſervis venit ad Theclam & Juſtinam, flens lugenſque & ſuam verberans faciem. Et illæ interrogaverunt, quid eſſet? mortuus ne eſſet Dominus ejus, an in manus Tertylli veniſſet? Ille reſpondit vir quidam venit ad Tertyllum, & dixit: Thecla eripuit ex manibus tuis Epiſcopum & alios, qui erant cum eo in monte Selinodio: ubi etiã erat Alexander. Ille juſſit vos in carcerem trudi: ſed Principes conſuluerunt, ut tunc temporis id facere caveret. Reverſus autem, vobis multa eſt illaturus tormenta. Tum Thecla dixit ſervo: Quid gloriatur in malitia qui potens eſt? Iniquitatem locuta eſt lingua ejus. Quid ego dicam? Ne glorietur curvus, ut rectus.

à Sanctis apparentibus occiditur.

88 Poſtea Thecla & Juſtina ad Sanctos ingreſſæ ſunt, & procidentes in terram juxta pedes ipſorum, ipſa corpora oſculabantur flentes & dicentes: Ne permittatis, ſancti & glorioſi Martyres, tradi nos in manus impii & nefandi Tertylli: non quod tormenta ejus timeamus, ſed ut id quod deſideramus perficere poſſimus, ut vos ſcitis: ne tradatur, Domine, ſenectus ſervarum tuarum in manus ejus. Dum hæc dicerent in ſpelunca, per domum Theclæ vulgatum fuit, quod decreverat Tertyllus eas pœnis afficere: & ſtatim ſervi congregari fuerunt numero trecenti quinquaginta duo: & Alexander etiam hac re audita, libertos ducentos viginti *d* miſit, qui ſe ipſos inſtruxerunt armis, ut concurrerent cum exercitu Tertylli: & hi omnes erant domeſtici, Dominæ autem ignorabant id quod illi parabant. Jam ſparſis noctis tenebris per terram exivit Thecla & Juſtina, ex loco ubi erant corpora Sanctorum, & invenerunt ſervos congregatos atque inſtructos ad pugnam: dixeruntque

Ob rumorem de S. Thecla capienda,

in defenſionem ejus collecti ſervi,

INTERP. SIGONA.

E

F

b

c

d

INTERP. SIGONA. dixeruntque eis: Quid vobis est, filii? Illi responderunt: Audivimus quod iniquus Tertyllus vult torquere vos. Mulieres responderunt: Nos, filii, vestra ultione non indigemus, cum habeamus Deum admirabilium Sanctorum, qui erit protector & defensor noster, pro quo mortui fuerunt illi tres Pueri unanimiter & concorditer. Abite, filii, ad peragendum *ab ea dimittuntur.* vestra negotia; nolumus enim ut pro nobis hoc efficiatis, ne perdamus nos mercedem nostram: nam vos tyranno resistere non poteritis, cui à Deo datum est tempus nocendi & malefaciendi nobis, ut manifestentur electi Dei: quin potius vos ipsi effundite sanguinem vestrum pro nomine Domini nostri Jesu Christi. Servi autem dixerunt: Nos quidem audacter contendimus pro vobis effundere sanguinem eorum, qui Christum non colunt. Post multa tandem recesserunt servi, nemo tamen adhuc noverat quæ Tertyllo contigerant & principibus ejus: milites vero abjerunt ad loca sibi constituta.

89 In nocte autem Sancti per somnium hilari vultu apparuere Theclæ, dicentes: Gaude, Domina mater, ecce annuntiamus quod iniquus Tertyllus mortuus est cum tota Principum suorum potentia. Nunc mitte nuntium ad desideratissimum vobis fratrem Alexandrum, cui translatum est nomen in Neophytum Presbyterum, ut se conferat in hunc locum una cum spirituali nostro Patre Episcopo Agathone. *Leontinos veniunt Agatho, Neophytus, Publio:* His dictis recesserunt. Surgens autem Thecla vocavit Hermyllum servum suum, & dixit: Cape equos, & abi ad beatum Episcopum Agathonem & Neophytum, sanctæ Matris Ecclesiæ purum vas nuper elaboratum; & illis nuntiato, quod Tertyllus & ejus Principes iniqui mortui fuerunt per iram divinam, & satanæ spiritum male tradiderunt. Servi acceptis equis perrexerunt in Græcum. Quibus visis Episcopus & Presbyter Alexander dixerunt: Quid ad nos accessistis? Illi dixerunt: Domina nostra misit nos, ut nuntiaremus vobis, quod mortuus est Tertyllus, & ejus potentes Principes. Hac re cognita, Episcopus & Neophytus una cum Publio accesserunt Mesopolim, & vespere intraverunt in domum Theclæ. Justina & ancillæ obviam processerunt, atque inclinato capite flexisque genibus eos receperunt. Beatus Agatho dixit: Beatæ vos estis hoc in loco, quia Sancti propter vos multa signa fecerunt hic: & rogavit ut ostenderent reliquias Sanctorum, quas diu desideraverat videre. Tunc mulieres, cum Episcopo Agathone & Presbytero Neophyto ac reliquis, qui erant cum eis, intraverunt in speluncam, ubi erant corpora sanctorum Martyrum. Quo ingressi senserunt miram suavis odoris fragrantiam, lumenque viderunt refulgens circum corpora Sanctorum: & accedentes osculati sunt sanctos pedes eorum, atque fleverunt tam diu quod eos vires defecerunt; ibique per totam noctem permanserunt insomnes, legentes & cantantes psalmos & hymnos, & in eo quidem loco quotidie perstiterunt, donec Dei gratia effulsit: & Ecclesiæ reædificatæ fuerunt.

venerantur Reliquias trium Sanctorum.

90 Quatuor vero annis jam peractis post mortem sanctorum Martyrum Alphii, Philadelphi & Cyrini, crudelis & impius Tertyllus, cum pravo & iniquo Senatu suo, voluntate divina periit. Nam quamvis lento gradu divina procedat ira, solet nonnumquam & in hac vita graves sumere pœnas de his qui agunt in eum injuste. Posteaquam igitur demersus *Militibus ex urbe fugientibus,* in profundum Tertyllus, congregatus est universus exercitus, cum ejusque Principes conquirens: quibus non inventis perterriti milites à Mesopoli recesserunt: timuerunt enim valde, quia multi ex amicis, quos habebant in Mesopoli, exposuerunt, se oculata fide vidisse Sanctos, qui magnum post se exercitum ducentes, eos expellebant, dicebantque: Abite hinc, pravi viri, in ignem æternum, paratum diabolo & angelis ejus ac vobis quoque. Exite quam primum ex civitate Dei, & ite in perniciem paratam vobis. Tum populi multitudo pervenit in domum Theclæ, & universi benedicebant eam, & cognatam ejus Justinam, dicentes: Vere magnus est Deus Christianorum, quem hi sancti Pueri advenæ annuntiaverunt nobis: magna virtus ejus; & magnitudinis ejus non est finis. Ecce jam omnes Christiani & sumus & nuncupari volumus, abjicientes à nobis infidelitatis fœtorem purulentum; atque ad ipsum Christum accedimus, quem hi Sancti prædicaverunt, ut illuminemur, & facies nostræ non confundantur. Posteaquam hæc & alia multa populi turba disseruit, exposuitque Theclæ atque Justinæ; procidit ad terram, & genibus flexis eas interrogavit: quem in locum Tertyllus projecisset corpora Sanctorum? Illæ responderunt dicentes; Nos pertimuimus Tertylli minas, & ideo id ignoramus: sed vos, qui affuistis, debetis scire locum. Tunc multi ex his *avidi videndi Reliquias reliquorum Sanctorum* qui erant in aula Theclæ, dixerunt se scire, & populi turbam traxerunt post se, atque iverunt in puteum, in quem projecerat Sanctos Tertyllus. Erat quidem suavi odore redundans, sed in eum studiose delapsi nihil invenerunt: quare tristati sunt valde, & ad Theclam redierunt maxima cum mœstitia. Thecla ut eos ad se reversos consolaretur, dixit: Exspectate, fratres, parumper, & si vere creditis, propter fidem vestram demonstrabit ipsos nobis Deus. Illi vehementer clamaverunt dicentes: Credimus in Dominum, quem nobis prædicaverunt hi tres sancti Pueri. Thecla hoc audiens, bonam spem eos jussit habere, quia si vere crederent, Dominus esset demonstraturus eos ipsis: quare credentes tunc recesserunt ab ea.

Christiani adeunt S. Theclam,

91 Posteaquam illi crudeles viri, Christianæ fidei inimici, percussi fuerunt; agrestes feræ Tertyllum devoraverunt: & post triginta dies apparuit caput Tertylli in summitate speluncæ, intra quam latebant corpora Sanctorum. Quidam autem ex Optimatibus Mesopolis, qui erat vir bonus, & numquam Tertyllo consenserat, maxime vero contra sanctos Pueros, sed propter timorem nihil ausus fuerat loqui contra eum, vocabaturque Lucianus: hic ergo præteriens, vidit caput Tertylli; & reversus vocavit Theclam totumque populum, dicens: Venite mecum, & vobis demonstrabo miraculum magnum, caput scilicet Tertylli, pendens in speluncæ summitate extra urbem Oceasum versus. Nesciebat autem quod ibi intra speluncam erant corpora Sanctorum. Illuc ergo accedentes, viderunt caput Tertylli, & agnoverunt manifeste: propter quod valde mirati, dixerunt: Vere mirabiles sunt hi sancti Pueri, & mirabilis Deus quem ipsi colunt. Et pari consensu decreverunt caput illud comburere: sed Thecla & Justina vetuerunt, dicentes: Ne faciatis, fratres, sed potius relinquamus in loco, in quo apparuit: donec demonstraverit nobis Deus, cujus rei gratia ita demonstratum fuit, atque etiam dimittamus in opprobrium omnium non credentium in Christum. Infra caput ergo, ut dictum est, erat spelunca: & in ea manebant illi viri venerandi, Agatho scilicet Episcopus & Neophytus Presbyter, id autem nemo noverat.

Caput Tertylli supra speluncam Martyrum apparet populo:

92 Post paucos dies iterum convenit multitudo civitatis ad Theclam in civitate, rogans & dicens: Quid faciemus, Domina, ut absconditos thesauros, corpora scilicet Sanctorum, invenire possimus. Thecla respondit: Rogemus Deum & ipse nobis omnino indicabit. Quapropter jejunemus quadraginta dies, nihil gustantes nisi panem & aquam, atque ita exorabimus Deum & sanctos Martyres, nobisque revelabuntur

Inquirentibus corpora Sanctorum S. Thecla indicit jejunium 40 dierum

A revelabuntur omnia. Placuit univerſis hic ſermo & Theclæ conſilium probaverunt, poſtularuntque ut aliquid aliud adderet, quo facilius optata conſequerentur. Thecla vero ſecum cogitans, animadvertit non eſſe ſui juris injungere jejunium populis; ſed pertinere ad Sacerdotes: & dixit turbis; Expectate parumper. Ac ingreſſa domum ſuam, ſe projecit ad pedes Epiſcopi dicens: Mi Domine, populus petivit à me quomodo poſſent invenire corpora Sanctorum, & ego injunxi eis jejunium quadraginta dierum, idque omnes promiſerunt ſe facturos: ſed ut tua Beatitudo bene novit, te præſente id mihi facere non licet. Quapropter egredere tu ad populum, & utilibus neceſſariiſque verbis utere. Exivit ergo B. Agatho cum Neophyto Presbytero & reliquis: quos cum vidiſſent turbæ accurrerunt & prociderunt ad pedes eorum, ſuntque admirati aſpectus ipſorum venerandos. Ipſe igitur Epiſcopus dixit: Quoniam, filii mei, Spiritus ſancti gratia corda veſtra accendit, ac quæritis ſanctos & benedictos Martyres, qui propter ſalutem veſtram in Meſopolim venerunt; & Domina Thecla vobis injunxit jejunium quadraginta dierum; ego vobis dico: Jejunate tres dies, & omnia vobis indicabimus quæ placuerint Deo. Et

ab Epiſcopo ad 3 dies reſtrictum.

B turba quæ aderat, reſpondit: Fiat, Pater, ut jubes; nemo autem agnovit Alexandrum.

93 Tum diſceſſit unuſquiſque in domum ſuam, & Epiſcopus ac Neophytus cum Clericis redierunt in ſpeluncam, in qua erant Sancti: & cadentes in facies ſuas cum lacrymis, dixerunt; Domine Jeſu Chriſte, Deus propter quem hi Sancti ſanguinem ſuum fuderunt, oſtende nobis an tibi placeat horum Sanctorum corpora revelari hoc tempore. Totam autem noctem inſomnes perſtiterunt. Tum circiter gallicinium ſpeluncam egreſſi, recubuerunt in cellula quam ædificaverant ante ſpeluncam, ita ut nemo quidquam ſuſpicari poſſet, omnes enim cenſebant neceſſitatis alicujus cauſa fuiſſe conſtructam. Ibi ergo recubantibus apparuerunt Sancti, dicentes: Non in hoc tempore revelabitis nos turbis: ſed quando Dominus diſponet, per unum ex Sanctis revelabitur vobis, & corpora noſtra indicabuntur. Tu autem Pater Agatho, vocatus huc à Domino, permanebis hic, donec ipſe permittet: nam inſulam Liparam Diomedes vexat, & Sanctos adhuc perſequitur. Caput autem iniqui Tertylli, quod eſt ſuper ſpeluncam, ſuſpendite in ligno & relinquite in opprobrium amicorum ejus. Poſt tres autem dies convenit mul-

intra quos idem monetur nondum revelandos Sanctos.

C titudo Meſopolis ad Theclam, & B. Agatho egreſſus dixit: Diſcedite, Fratres, in pace: nam Dominus non vult Sanctos revelari nobis hoc tempore: credite tamen fideliter, & aliquando nobis revelabit eos Jeſus Chriſtus: cui convenit gloria cum Patre & ſancto Spiritu, nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum.

e Amen *e*.

ANNOTATA.

a *Hoc factum poſt duos annos, quibus apud Alexandrum manſerat Agatho, uti ſupra num.*80 *dicitur; & deinde num.*82 *ſubjungitur quod iidem à Cyparißii loco digreſſi Græcum, ibi manſerint annum unum & menſes decem: quorum immemor auctor hic, conjungit indignationem Tertylli contra delatores, cum ejuſdem expeditione contra Sanctos, quam comitata mors ſit.*

b *MS. Neapol.* Neque poſtea unquam viſi ſunt inter mortales.

c *An autem aliquis vidit Sanctos, Tertyllum, ſicut dicitur, percutientes? Quod ſi vidit nullus, unde id ita diſtincte potuit auctor referre?*

d *Anni, ut ex præcedentibus apparet, circiter quatuor effluxerant, quod ſervos manu miſerat Alexander, num.*56;

& pauciſſimis ex Theclæ famulitio notus latuerat: quomodo igitur tam multos ad manum habere potuit, quos Meſopolim mitteret? INTERP. SIGONA.

e *In MS. Neapolit. additur hæc clauſula.* Deo juvante ad finem pervenit liber SS. Alphii, Philadelphi & Cyrini, manu Baſilii monachi ſcriptus: *quod ſimiliter Græce haberi in MS Cryptæ-Ferratæ colligitur ex Cajetano. In MS. vaticano nihil tale legimus; ſed novus titulus, qui in Latino Neapolit. talis eſt*: De muliere hæmorrhoiſſa & de Euthalia ejus filia, & quomodo ipſam occiderit Servilianus ejus frater.

PARS QUARTA,

Auctoris recentioris, inſulſe fabuloſa.

CAPUT I.

Eutropiæ converſio, & filiæ ejus Euthaliæ; à fratre Serviliano occiſæ, martyrium.

94 VEritatis certamen, tenore locutionis ornatur. Æquum eſt autem SS. Martyrum Alphii, Philadelphi & Cyrini geſta narrare, quæ per illos Dominus edidit, in hac Leontinorum Meſopoli. Voluntatem enim, ait, timentium ſe faciet, & deprecationes exaudiet, & ſalvabit eos. Cum enim dictum ſit, plurimam turbam ex hac Meſopoli ad Dominæ Theclæ domum conveniſſe, ut ſacras prædictorum Martyrum Reliquias inveſtigarent, & reſponſum ei fuiſſe à B. Agathone Epiſcopo, ſi fiduciam haberent in Chriſto, futurum ut ab eo compotes voti fierent; agite nunc, Fratres, audite nunc ſtupendum & incredibile miraculum, quod his diebus *a* perfectum eſt. Mortuo enim divina ultione impio Tertyllo, ejus quidem corpus eſca feris obtigit, caput vero extra urbem projectum ſupra cavernam, in qua Sancti à Thecla & Juſtina conditi fuerant. Cujus rei fama cum ad vicina loca permanaſſet, caput ſcilicet Tertylli in Strobilio ad Orientem jacere; convolavit ingens undique multitudo, tum ex urbe ipſa tum ex propinquis vicis, viri, feminæ ac pueri, ut impii caput videret, à quo ſancti Martyres occiſi, & multi paſſim Chriſtiani viri tormentis fuerant excruciati: quod jacebat reciſum à corpore nefando, ludibrium præbens populo, & multis conſpiciebatur cum execratione eorũ qui ad ſpectaculum advenerant. Multi porro viri & mulieres è Meſopoli ſuum etiam virus fraudulento corde profuderunt, & accedentes propius ad ſceleratum illud caput, ejus cauſa flebant, in hunc modum exclamantes: Væ nobis, D. Tertylle, quis tam magnis & multis beneficiis nos ornabit, ac tu indies tua benignitate nos ornabas? Quis magnis & immortalibus diis noſtris victimas offeret & ſacrificia, ut tu faciebas? Quis porro deinceps pœnis eos multabit qui eorum nomen traducunt? Attamen ſcimus, quid conſilii capiamus: Alexander optimus tuus aſſeſſor, te adhuc vivente, profugit propter Epiphanes uxoris ſuæ veſaniam, & propter nefarios illos pueros advenas, qui blaſphemiæ ſuæ pœnas capite perſolverunt; hunc nos ubique perquiremus, & in locum tuum evehemus, ut univerſam Siculorum provinciam gubernet *b*, & ulciſcatur omnes qui invictos & magnos deos aſpernantur.

E *Ad caput Tertylli videndum confluentibus multis.*

a

F *aliqui deplorantes eum.*

in ejus locum optant Alexandrum.

b

95 Audiebant hæc Agatho Epiſcopus & Neophytus, & Thecla cum Juſtina non ſine gravi dolore, quæ ab impiis proferebantur. Ex quibus Neophytus, cum eos de ſe talia dictitantes audiret, pectus ſuum tundebat. Epiſcopus autem Agatho ei dixit: Ne fili, ne ita lamenteris: neque enim participes

INT. SIRMUNDO. Mat. 3, 2

sumus ejus impietatis: sed si persecuti cum sumus, ipse dixit, Pœnitentiam agite c, appropinquavit enim regnum cælorum: exinde heredes & coheredes erimus. Ad ipsum accedamus, & ejus bonitatem invocemus, & ipse ut misericors nobis veniam concedet: potest enim per pœnitentiam iis qui tentantur auxiliari. Ceterum cum audirentur etiam à plebe, quæ impii illi proferebant, intelligerentque hæc in Sanctorum contumeliam dici; arreptis lapidibus irruerunt in eos, & persecuti sunt, non permittentes ut ingrederentur Mesopolim: & quamquam pauciores erant numero, compulerunt tamen illos in montem qui ad latus erat; interemisslentque prorsus, si nullus inhibuisset. At Justina & Thecla hæc conspicientes, confestim accurrerunt cum famulis suis, & plebem magna voce compellarunt: Absistite, fratres, persequi fratres vestros; & ne male feceritis eis qui malo vos afficiunt; neque enim indigent Sancti defensione vestra aut vindicta. Nos potius eorum præsidium & protectionem imploremus, hoc certo scientes, Deum brevi pœnas repetiturum: quare obtestamur vos, eamus potius ad spiritualem patrem Episcopum nostrum, & ab eo salutaria monita audiamus. Respondit Populus: Minime, Dominæ, minime: sed quemadmodum beati illi & sancti Pueri, qui in his locis Christum vitæ ducem annuntiabant, sanguinem suum pro sua in eum caritate fuderunt; ita & nos sanguinem nostrum ipsorum causa profundamus. Egre autem illos cohibere potuerunt, quin impios persequerentur; Aiebant enim, Mali pastoris grex perversus, & mali magistri prava documenta.

alios volentes Martyrum necem ulcisci, avertunt Justina & Thecla:

B

96 Tandem ad Episcopum veniunt & ad Neophytum, alioque qui una erant. Episcopus ergo, indicens manu silentium, & propius eos advocans, sic affatus est: Audite, filii Christo dilecti. Grata quidem & accepta Domino nostro est voluntas vestra & desiderium profundendi pro ipso sanguinis vestri, sed non vult Deus ut nos ipsos hoc modo ulciscamur: scriptum enim est, Mihi vindictam & ego retribuam ait Dominus, quia mihi flectetur omne genu, cælestium, terrestrium & infernorum, & omnis lingua confitebitur. Assumamus ergo gladium spiritus, quod est verbum Dei: atque ita eos qui nos oppugnant debellantes, superabimus & visibiles & invisibiles inimicos nostros. Nonne enim audistis, quod in Regum historia gestum narratur, quando Rapsaces Dux Sennacherib Regis Assyriorũ obsidentis Hierosolymam, Deum viventem parvi fecit, atque unus ex Prophetæ Isaiæ oratione missus est ea nocte Angelus à Domino in castra inimicorum, & occidit ex eis millia centum octoginta quinque, & fugit Sennacherib, occisusq; est etiã ipse. Quid vero hi sunt, si cum illis conferantur, pulices mortui? Potius ergo, filii in Christo dilecti, unanimes Dominum oremus, ut dignos eos faciat agnitione inviolatæ & sinceræ fidei & caritatis, quam erga Jesum Christum Dominum habetis per sanctas Martyrum intercessiones, ut exstinguatur omnis impietas in hac Mesopoli vestra. Quæ cum audirent, omnes vehementi gaudio sunt perfusi ob B. Agathonis exhortationem. Qui rursum ait illis, Oro vos, fratres, quoniam messis quidem multa, operarii autem pauci: obtestamur Deum ut mittat operarios in messem suã, & impleatur fides Ecclesiæ Catholicæ. Hæc ubi audierunt, procubuerunt omnes in facies suas, & adorarunt Episcopum ac Neophytum & eos, qui cum ipsis erant, dicentes: Benedicti vos à Domino, & laudabilis doctrina vestra: ipsi enim cursum secuti estis consummationis Sanctorum, & salutis nostræ consiliatores fuistis.

quos S. Agatho instruit: Rom. 12, 19

C

97 Dum autem alloquebatur B. Agatho populũ, de pœnitentia & salute differens, ecce adfuit mulier quædam, nomine Eutropia, quæ Tertylli caput cernere non valebat. Exiens autem è turba, & stans fortuito supra speluncam, in qua Sancti jacebant, sic secũ ratiocinabatur: Vere hi Sancti Deum quempiam fortem & potentem nobis annuntiarunt: atque, ut mihi quidem videtur, dii nostri quos colimus nullius sunt momenti, qui neque sibi ipsis opem ferre possunt, neque nobis qui colimus eos. Existimo prorsus, Deum Christianorum magnum esse super omnes deos: quandoquidem Domina Thecla primaria hujus loci, cum sexannis decubuisset, & huc adventassent beati Pueri illi, oravit Alexandrum propinquum suum, & data mercede obtinuit ut mitteret ad ipsam eos noctu: qui simul ac ipsam tantum viderunt, & ab ea rogati preces fuderunt, confestim sanata est, & in carcerem profecta ministravit eis; eodem modo & Justina ejus consanguinea & ipsa in fide ministrans eis, uno ex ipsis manum admovente oculo suo intermortuo, visum recepit è vestigio. Hæc secum ita loquentem nullus vidit præter Hebræam quamdam feminam, quæ modico ab ea spatio aberat. Illa vero oculos attollens in cælum, & manus etiam aliquantulum, sic ut nemo videre posset, sic precabatur: Domine Deus cæli & terræ, conditor universæ creaturæ visibilis atque invisibilis, qui per hos Sanctos tuos, qui in hoc loco certamen peregerunt, mira fecisti; tu nunc, Domine Jesu Christe, respice me humilem per Sanctorum tuorum intercessionem; atque ut olim hæmorrhoissam, duodecim annos cum morbo luctantem, virtute tua sanasti, cum vestimenti tui fimbriam attigisset, & statim cessavit sanguinis fluxus ejus; ita me sana, Domine, propter Sanctos tuos: laborabat enim & ipsa sanguinis fluxu. Hæc cum apud se dixisset mulier & fessa esset, consedit, ut quietem aliquam caperet in eodem loco, & ad somnum se composuit. Et ecce eadem hora visi sunt ei Sancti; candida veste fulgentes, eique dicunt: Salve in Domino, soror Eutropia: [deinceps tibi credendum in nomine Domini nostri Jesu Christi. Ex hoc vero die jam sana facta es: sed & Euthaliæ filia tua, quæ Christum confitetur, post dies sex gladio consummabitur] d & deinceps apud nos commorabitur, deferente ad nos Thecla, ipsius corpus. His dictis sublati sunt è conspectu illius. Evigilans mulier sanam se reperit: & exurgens festinavit ad locum, in quo sedebat Episcopus & Presbyter & eorum socii, sed & Thecla & Justina ibi aderant, clamantes & collaudantes magnum Deum Christianorum, quem sancti Pueri annuntiarunt. Cum ergo accurrens mulier eo perveniisset, procidit ad pedes Episcopi & Presbyteri, atque Theclæ & Justinæ; narravitque coram populo universo, quæ sibi ea ipsa hora contigerant, & benignum & facilem Sanctorum adventum. Quæ audientes Episcopus & Presbyter & populus, obstupuerunt ex mulieris narratione: & exsurgentes Deo gloriam dederunt, dicentes: Benedictus, Domine Deus, qui solus mirabilia facis, & benedictum nomen gloriæ tuæ sanctum in seculum seculi. Quis poterit eloqui potentias tuas? auditas faciet omnes laudes tuas? quoniam in Siculorum insulæ loco tam manifestam exhibuisti gloriam tuam, atque ingratis hominibus hujus Mesopolis.

Interim Eutropiæ hæmorrhoissa

D

Sanctos invocans sanatur:

d

& filiam suam intra 6 dies martyrizandã intelligit:

E

quo numio Agatho & Thecla moti

F

98 Post hæc cum dimissi fuissent omnes in domos suas læti & laudantes Deum; ingressus est Episcopus cum Neophyto & reliquis domum Theclæ: & cum consedissent, accitis Thecla & Justina, Quid hoc, inquiunt, rei est, Dominæ? Quid sibi vult terribilis illa vox, quam audivimus ex muliere, quæ miraculo sanata est, quod intra dies sex consummanda sit gladio filia ejus. Quid hic cogitamus? Missuri sunt ex Urbe Roma tyranni qui Christianos insectentur

A infectentur & perimant, ſicut Tertyllus? Reſponderunt Thecla & Juſtina: ô Pater in nobis non eſt verbis tuis reſpondere: tu potius, ut ſpiritualis & qui Dei timorem præ oculis ſemper habes, tu noſſe hæc potes per revelationem Spiritus ſancti, quid ſibi vult hic formidabilis nuntius, qui mulieri revelatus eſt. Hæc itaque cum dixiſſet exurgunt omnes, & ſpeluncam petunt, in qua jacebant corpora ſanctorum Martyrum: & proni in terram multo cum gemitu vociferati ſunt, dicentes: Benedicimus Deum & Patrem Domini noſtri Jeſu Chriſti per vos Sanctos: quia futura omnia huic Meſopoli prædixiſtis. Ceterum & nobis indignis oſtendite arcanum, quod mulieri præſentia veſtra revelavit. Vos ſiquidem futura proſpicientes noluiſtis ſancta corpora veſtra hoc tempore manifeſtari. Hæc cum dixiſſent, totam noctem illam inſomnes duxerunt, perſeverantes in hymnis & orationibus uſque ad diluculum. Mane autem facto egreſſi ſunt è ſpelunca & profecti Theclæ domum: atque hoc ipſum faciebant, ſingulis noctibus euntes ad ſpeluncam, in qua erant Sancti, ibique pſallentes: nemini autem ipſorum revelavit Deus de filia Eutropiæ, quoad perfectum fuit, quod de ea prædixerunt Sancti.

ad corpora Sanctorum pernoctant orantes,

B 99 Profecta domum ſuam Eutropia invenit filiam, quæ venienti matri dixit: Quid rei eſt, mater, quod reditum tamdiu diſtuliſti? Illa vero ei reſpondit: Neſcis, filia, quid geſtum ſit? Et filia: Nihil Domina Mater. Tum Eutropia: Projectum eſt Tertylli caput extra Meſopolim in Strobilium, eoque confluxerant plurima populi multitudo, & rem miram obſtupeſcebant, quomodo nimirum & unde projectum illuc eſſet, præſertim in eum locum. Audiens hæc puella valde mirabatur: & cum ad cibum capiendum ſediſſent (jam quippe veſpera proceſſerat) ſumpto mulier pane oculoſque in cælum erigens, dixit: Gratias tibi ago, Domine Jeſu Chriſte, qui me indignam famulam tuam ad nominis tui agnitionem perduxiſti: & curando me gratis, per ſanctorum Puerorum pœnitentiam, multa ſigna & prodigia per illos populo oſtendiſti. Vere enim non vis mortem peccatoris, ſed ut convertatur à via ſua prava, & vivat ipſe in pœnitentia? quoniam tu es Deus pœnitentiam agentium. Cum hæc diceret mulier, defixa in eam filia erat, admirans quæ dicebat: numquam enim tale quid audierat ex ore matris, quin & ſolebat ipſa potius abominari & deteſtari nomen Chriſtianorum. Mox ergo ad ejus pedes ſe advoluit

Mater filiæ indicat de capite Tertylli,

C puella cum lacrymis, & plena ſimul gaudio ſic affata eſt: O Domina mater mihi deſideratiſſima, ſors etiam tibi hodierno die oblata eſt Chriſtianorum per ſanctos illos Martyres, qui tam remotis ex regionibus huc advenerunt, juxta ſcilicet Dei voluntatem ac prædeſtinationem. Fecit enim pro ut vult ipſe Dominus Rex magnus, altiſſimus ſuper omnem terram, & regni ejus non erit finis. Hæc autem dicente puella matri, mater viciſſim ob ejus verba lætabatur, & Deum collaudabat.

100 Cibo autem ſumpto, expoſuit Eutropia filiæ omnia quæ acciderant ſanctorum Martyrum beneficio, & quæ ipſi per Spiritus ſancti gratiam fuerant revelata; quemadmodum repente convaluiſſet ab infirmitate ſua, qua ſeptem annorum ſpatio detenta fuerat in ſanguinis fluxu: attamen non dixit puellæ, quæ à Sanctis indicata fuerant de ipſius morte, quam gladio ſubitura eſſet propter Chriſti fidem. Dixit autem illi: Audi, filia, ego Chriſtiana ſum ex hac die, & Chriſtianam me appello, & Chriſtum confiteor, & per ipſum adoro Dei filium Patri conſubſtantialem, & coæternum Spiritum, Trinitatem ſanctam inſeparabilem, ſicut annuntiatum nobis fuit à ſanctis Martyribus: & parata ſum vitam ponere pro

ſeque per Martyres ſanatam,

ipſius amore. Tum filia dixit: Confitèor & ego Chriſtum ſicut tu, & Chriſtiana ſum, & leges ac præcepta Chriſtianorum obſervo. Dixit ei Eutropia: Audi, filia: cum, ſicut ais, Chriſtianam te profiteri velis, & Chriſtum confiteri, potes omnino ſanguinem pro ejus amore profundere? Et illa: Certe, Domina mater, & valde cupio pati. Vide enim quanta Sancti iſti pro Domini noſtri nomine pertulerint, & quam alacri promptoque animo ſeipſos vero Deo & Patri hoſtiam immaculatam & ſanctam obtulerint, ut ab ipſo immortalitatis coronam obtinerent: ſpes enim quæ videtur non eſt ſpes: ipſi igitur ſpem habentes repoſitam in cælis, properarunt ad portum immortalis victoriæ. Quare & ipſa me indignam offero, ſperans & credens quæ ipſi nobis revelarunt myſteria: ſæpe enim te præſente ac me quoque una cum Domina Thecla & Juſtina docuerunt, quod ſicut B. Paulus Apoſtolus dixit: Non ſunt condignæ paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis; & quod præterit figura hujus mundi, & in morte non eſt qui recordetur Dei, neque in inferno qui confiteatur. Sed diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, iis qui ſecundum propoſitum vocati ſunt, & qui expectant propter nomen ejus æternorum bonorum fruitionem, & regnum Dei viventis ſortiri cum Abraham, Iſaac & Jacob omnibuſque juſtis, & in lumine vultus ejus ambulabunt. Hæc ergo cum didicerim à ſanctis illis Pueris libenter fundam pro Chriſto ſanguinem. Quibus auditis ab Euthaliâ filiâ, mater Eutropia, tum ſingula ei narravit quæ in ſomnis clare cognoverat, quod nimirum Sancti de ipſa ei ſignificaſſent, futurum ut poſt dies ſex gladio conſummaretur & cum ipſis ſemper eſſet. At puella, ſimul hæc audivit à matre, immenſo gaudio perfuſa eſt: & oculis in cælum ſublatis, Domine, inquit, Jeſu Chriſte Deus, qui nobis per ſanctos Martyres innotuiſti, fac me dignam ut certamen, quod ipſi pertulerunt, ipſa ſubeam, & eadem conſummatione defungar: & da mihi propter amorem tuum ipſis annumerari, juxta beneplacitum tuum: tu enim ſolus es miſericors & ſuſcipies preces invocantium te toto corde. Cumque hæc dixiſſet perſeverarunt die ac nocte orantes ſine cibo, humique ſtratæ flenteſque coram Deo, ut ipſarum animas ſuſcipere dignaretur, & participes reddere bonorum quæ à Sanctis audiverunt.

INT. SIRMUNDO.

& deſideranti martyrium

Rom. 8, 18

1 Cor. 7, 31

E

ipſum promiſit.

101 Habebat porro Eutropia, filium, crudelem ad modum & injuſtum, cui nomen Servilianus: huic amicus erat moribus ſimilis filius Victorini, unus ex primariis Meſopolis, nomen autem illi Virgantinus. Victorinus autem ille, impius pariter & ſævus ac ſupra modum deditus veſano cultui inanium ſimulacrorum, plurimos Chriſtianos è medio ſuſtulerat ſuis nefariis apud Tertyllum artibus & conſiliis. Per eos ergo dies mutuo inter ſe convenerant Servilianus & Virgantinus, ad quærendum miſeri Tertylli cadaver, atque omnibus modis indagandum quid ei factum eſſet: neſciebant enim ejus caput in Strobilio projectum jacere, ubi corpora erant Martyrum ſanctorum. Hoc inter ſe conſtituto, egreſſi ſunt cum familia, & fines omnes Meſopolis circumque luſtrarunt; voragines etiam & fluvios, atque ipſum etiam obſcurum locum, in quo perierant omnes: nihil tamen juvenientes, re infecta redierunt Meſopolim: domumque ingreſſus Servilianus matrem offendit & ſororem orantes, reſcivitque ab uno ex famulis, matrem cum filia Chriſtianas eſſe factas, & Chriſtianorum Deum colere. Quo nuntio valde conturbatus, foriſque ſtans & pulſans, auditus non eſt, quoniam illæ orabant. Apertis autem foribus cum intraſſet, in lectulo alliditur. Quod videns mater. Quid rei eſt, fili, inquit. Et ille: Quomodo, mater,

F

Servilianus filium, quæſito fruſtra corpore Tertylli,

e

matrem & ſororem Chriſtianas eſſe intelligit,

INT. SIRMUNDO. dolore non conficiar, & quomodo non conturber? quando Dominus meus Tertyllus, ille deorum amicus, Imperatori dilectus, peſſimorum Chriſtianorum vindex & ultor, magiis Puerorum iſtorum periit, & diſparuit una cum omnibus ſuis copiis. Mihi quidem minime dubium, quin dii, quos aſſidue coluit, advocarint eum ad ſe, cum ſint immortales & invicti: omnia enim circum loca perluſtrantes nihil invenire potuimus, ego & intimus meus Virgantinus. Non ſufficiebat hic dolor & luctus, nunc etiam audio quod ipſa cum Euthalia ſorore mea ad impurum & præſtigioſum Chriſtianorum cultum ſeducta deflexiſti.

qui propterea mœrens,

102 Tum reſpondit Eutropia: Itane, fili, multa pervagatus cum amico tuo Virgantino, nullum potuiſtis reperire ejus corporis veſtigium? Et ille, Nullum, Domina mater, ex quo valde animo angor & afflictor. Dixit ei mater: Audi, fili, & narrabo tibi. Ante paucos dies projectum fuit Tertylli caput in Strobilium extra Meſopolim, & eo confluxit plebs univerſa ſpectaculi gratia: ceteraque ſubjecit omnia, quæ acciderant. Quæ cum audiſſet Servilianus, exclamavit: Magna omnino deorum immortalium poteſtas, & virtus in eos qui ipſos amant: ideo revelavit eis caput Domini mei Tertylli. Concurramus igitur omnes, qui eum amavimus, ut caput inde auferentes collocemus in fano maximorum Deorum, colaturque ab univerſa multitudine Meſopolis: hæc enim de cauſa ipſum dii revelarunt. Rurſus autem matri dixit: Vide Domina Mater, quam magnus Apollo & Æſculapius & Hercules & Dionyſius, qui Domini Tertylli caput oſtenderunt. Reſpondit mater: Vere, fili, magnus & potens Deus Chriſtianorum, qui caput hoc eo loco oſtendit, ad vituperium & confuſionem amicorum impii Tertylli: quoniam injuſte ſæviit adverſus beatos Pueros illos, qui in Chriſtum credebant, & multa dira & acerba ſupplicia pro eo ſuſtinuerunt: divino enim freti auxilio perfregerunt audaciam impii illius tyranni, omniumque ipſius improborum conſiliariorum. Hæc audiens Servilianus, conſcidit omnia veſtimenta ſua, vociferans; Quid faciam, inquit, de delira & execranda iſta? Et his dictis impetu inſiliit in matrem ſuam, ut necaret eam. Illa vero foras evaſit, & à famulis ſuis excepta profugit.

ô capitis inventione

inſilit in matrem:

103 Tum Euthalia ſoror ejus; O miſer, inquit, & infelix! numquid te concepit? num lacte pavit? nonne Deus magnus parentes à liberis honorari juſſit, & mortem ac judicium ſempiternum in eo ſtatuit, qui patrem ac matrem malo afficiat? Tu autem quomodo auſus es talia in genitricem, ut ei manus inferre non dubitares? At ille ad ſororem converſus, ait: Numquid & tu vanam iſtam Chriſtianam ſuperſtitionem colis? Cui illa, Prorſus, inquit, Chriſtianam fidem amplector, & Chriſtum ipſum verum Deum colo, ejuſque famula ſum, & deteſtor atque abominor inanium Deorum cultores. Hæc cum dixiſſet furore ardens, iraque impatiens Servilianus, fores occluſit peſſulis, & conſidens in lectulo ſororem in conſpectu conſiſtere juſſit, Tertyllum impium imitatus, aitque ipſi: Quis te abduxit à deorum veneratione? & quare auſa es Chriſtum nominare? Neſcis quam multi hujus nominis cauſa perierint, non in hac modo Siciliarū Provincia, ſed in Romanorum Meſopoli & in Vaſconum regione *f* & in Britania, unde orti ſunt peſſimi illi qui vitā amiſerunt propter obſtinationem ſuam? Neque hoc ſolum, ſed [qua patet] Oriens omnis & Occidens, Hiſpania & Gallia, & orbis univerſus terrarum, quacumque Chriſti hujus nomen auditum eſt, gravibus ſuppliciis addicti fuerint; quicumque id confiteri audentes deos immortales contumelioſe ſpreverun At puella, virili animo ſtans coram Serviliano, reſpondit ei: Audi, fratricida, Cain execrande. Quis tibi videtur cælum hoc condidiſſe & terram & mare, hominemque finxiſſe de pulvere, & vitæ ei ſpiritū indidiſſe, ut viveret is, ex quo ſati omnes ſumus? Servilianus dixit, Dii omnino hæc fecerunt. Puella dixit: O fatue & ſenſus expers! Si hoc ignoras, qua ratione agnoſces omnium conditorem Deum? Servilianus dixit: Hoc unum age, deos venerari te confitere, & ego te germanam unanimem amabo, & loclupeti viro uxorem dabo intimo meo Virgantino, & domus partem quæ ad me ſpectat tibi concedam. Reſpondit puella: Male tibi ſit & amico ſuo Virgantino: neque enim mihi curæ ſunt iſta quæ promittis: neque ego præſentia iſta & momentanea tanti facio: Chriſtum verum Deum adoro, qui pro terrenis iſtis æterna & cæleſtia, quæ diligentibus ipſum ſervat, dare poteſt.

& ideo in ereptus à ſorore.

C

104 Cum ita dixiſſet, irruit in eam furore percitus Servilianus, ſororemq; exuens veſtimentis omnibus nudam reliquit, aitque illi: Parce formæ tuæ & ætati, ne male ſeducta à Pueris illis nefariis, male pereas, eamdemque mortem fortiare. Et ea, Deum obteſtor, inquit, & Sanctos, ut ſi divina eſt voluntas particeps fiam mortis illorum. Tum ille colligavit eam, & ex alto ſuſpendit, & virga arrepta crudeliter verberavit, dicens: Noli in deos blaſphema eſſe. Et illa: Quid me crucias, fratricida Cain? Percutiet te Angelus Dei, quia ipſum non veritus es: nec recogitaſti, quod eodem in utero fuimus olim, & eodem lacte nutriti; ſed & cum puella ſim, in hoc ſexu nudam me in oculis tuis ſtatuere non dubitaſti. Dum hæc illa & ſimilia loqueretur, audiebat foris adſtans mater filiam ſuam, orabatque in hunc modum: Domine Jeſu Chriſte patrum noſtrorum, qui affuiſti certamini & conſummationi ſanctorum trium Martyrum, quos tibi viſum eſt in hoc loco felicem mortem oppetere, in eorum gratiam qui crediturī erant in nomen Sanctum tuum: ades, nunc Domine, & opem fer famulæ tuæ Euthaliæ, & vires ſuffice, ut tormenta hæc perferat, quibus excruciatur ab impio fratre ſuo. Te enim confitens, verum Deum & Patrem Domini noſtri Jeſu Chriſti, & ſanctum ac vivificum Spiritum, hæc patitur. Poſt hæc ad Theclam abiit Eutropia, quoad videret quid tandem eveniret filiæ Euthaliæ. Cum igitur eam diu vexaſſet his flagris frater, nec adduci poſſet ut diis cultum exhiberet; ſuſtulit eam è ligno in quo ſuſpenderat illam infelix: advocatoque famulo, qui prius ipſi nuntiarat Chriſtianam eam eſſe (ſoli enim erant cum ſororem cederet) dixit ei: Vim infer illi, ut pudore affecta diſcat obſequi mihi: & videam num peſſimi illi, quos invocat, & Deus quem colit, eripere ipſam poſſint à manibus meis. Hæc cum audiret puella, ad preces converſa, Domine, inquit, Jeſu Chriſte, Deus SS. Alphii, Philadelphi & Cyrini, qui per eos in hoc loco mirabilia multa patraſti, qui & matrem meam ipſorum operâ ſanaſti ſeptem annos ſanguinis fluxu laborantem; tu nunc, Domine, per eoſdem oſtende magnam poteſtatem tuam, & noli permittere ut tantum nefas in me committatur, ne quando dicat inimicus: Prævalui adverſus eam.

nudam ſuſpenſam virga cædit:

famulo dein conſtrupandam tradit,

105 Poſtquam hæc ita precata eſt, cum attrectare illam pararet ſeleſtiſſimus ille; confeſtim affuerunt ſancti Martyres, qui puella ſpectante, veſtem in ipſam injecerunt, & nudam contexerunt, & nequam illum ab ea ſemoverunt. Qui quidem repente concidens exanimatus eſt. Converſique ad Euthaliam, Salve, inquiunt, ſoror Euthalia: modicum & adhuc vobiſcum in quiete verſaberis, deferente ad nos reliquias tuas Domina Thecla, ſpiritali matre noſtra. Confide igitur in Chriſto ſoror. Hæc locuti, ex oculis ſublati ſunt. Ceterum neſciebat Servilianus mortuum

& à Sanctis defenſam,

f ſuaſionei ejus blanditiaſque ſpernente,

A mortuum eſſe famulum, ſed putabat eum à puella repulſum concidiſſe: nam & ipſe humi jacebat metu perculſus, experientia Sanctorum, quorum vocem audierat. Rediens autem ad ſe, & accedens propius ad famulum, ut eum excitaret, mortuum eſſe comperit, gravique voce proclamans; Proh quo me vertam? Ad me quoque magica Chriſtianorum incantamenta penetrarunt, atque unanimem mihi famulum peremerunt. Et ſimul hæc dicens, iraque & furore immenſo percitus à diabolo, gladium eximens, caput abſcidit ſorori ſub diluculum: protinuſque reſeratis foribus aufugit, relicta puella in medio cubiculo, & famulo, qui in angulo exanimis jacebat. Profugus autem Servilianus delituit in ædibus Victorini. Ut ergo vidit mater obtruncatum fuiſſe caput filiæ, raptim ad Theclam profecta eſt, cujus in domo Agatho etiam erat Epiſcopus.

manu ſua occidit;

ANNOTATA.

a *Intellige* diebus, *quibus iſta apud Theclæ domum agebantur, non quibus ſcribebantur: niſi forte voluit auctor coævus videri.*

B b *Quaſi vero in populi poteſtate fuerit Provinciæ Præſidem aſſumere quem vellet.*

c *Imo hæc ſunt verba S. Ioannis Baptiſtæ, populo prædicantis.*

d *Ecgraphi Neapolitani defectum hunc ſupplemus ex Cajetano, qui aliud ecgraphum habuit, ex eoque* S. Euthaliæ *paſſionem edidit pro* 17 *Auguſti.*

e *MS. Neapolit.* conveniunt, *ſed puto Græcum textum paſſurum ut legatur* convenerant: *ſic enim concipi poterit Servilianus abfuiſſe ab urbe, tunc cum Tertylli caput omnibus ſpectaculo fuit, & mater ſanata atque converſa eſt.*

f *Quam fruſtra hæc niteretur quis excuſare, eo quod ejuſdem Galliæ provinciæ ſint* Vaſconia *&* Britannia, *ſcilicet* Armorica; *tam veroſimile eſt, ex* Vaſtorum *&* Brutiorum *nominibus, ignoranter depravatis, facta eſſe nomina, medio quidem ævo notiſſimarum, ſed primis Chriſtianiſmi ſeculis ſic nec dum nominatarum regionum.*

CAPUT II.

Euthaliæ ſepultura: Serviliani & ſociorum excæcatio. horum converſio, iſtius pertinacia.

C *à Sanctis monita S. Thecla,*

106 EA porro ipſa hora qua gladio cæſa fuerat Euthalia, viſi in ſomnis Theclæ ſunt Sancti; dicentes: Surge, Domina mater, perge in Eutropiæ domum, & cura funus Euthaliæ filiæ ejus: jamjam enim caput ei abſcidit Servilianus frater, cum perſuadere illi non poſſet ut inanes deos veneraretur. Ejus corpus ad nos defer prius quam illuceſcat. Experrecta pia & beata illa mulier, concito gradu in eam partem perrexit, in qua S. Agatho habitabat; eique viſum omnem & Sanctorum juſſa expoſuit. Ecce autem dum una loquuntur, adfuit Eutropia, quæ ingrediens narravit & ipſa ſingula, quemadmodum à fratre in eam geſta fuerunt, & quod adveniſſent Martyres, & famulum interemiſſent nefaria in Euthaliam molientem. Hæc autem audientes Agatho & Neophytus & qui ſimul erant, metu magno perculſi fuerunt die illo: ſimul vero Deum collaudabant & Sanctos. Exurgens ergo Thecla, ſimul cum Eutropia & Juſtina & famulis quinque, profecti ſunt ad Eutropiæ domum: & invenerunt gladio cæſam Euthaliam, ejuſque funus curarunt, ſicut Sanctorum funera curare mos erat. Veſtis autem quam Euthaliæ nudæ impoſuerant Sancti, ex Theclæ linteis erat, ex iis nimirum quæ ad eorum caput poſita fuerant. Vidētes igitur beatæ illæ mulieres, & agnoſcentes linteum, magno ſtupore perculſæ fuerunt, & Deo gratias egerunt. Pervaſit rei geſtæ fama totam Meſopolim, confluxioque magna virorum & mulierum, eorumque qui per Sanctorum prædicationem in Chriſtum crediderunt multitudo; lugebantque & magno ejulatu deflebant illam omnes, adeo ut ægre domo efferre illam poſſent præ turba. Juſſi autem à Thecla famuli ſuſtulerunt eam, & tulerunt uſque ad Theclæ domum, ibique corpus depoſuerunt: quia die jam lucente non potuerunt uſque ad Sanctos perducere. Ut vero vidit B. Agatho S. Euthaliæ Reliquias, flevit impenſe, & Neophytus item, & ceteri qui cum illis erant, & preces de more perſolverunt. Fingit porro Thecla, ne quis ſuſpicaretur quo loco eſſent corpora Sanctorum, ſe foſſam effodi velle ad condendam Euthaliam. Sed cum adventaſſet veſpera, detulerunt corpus ejus ad cryptam Sanctorum, & depoſuerunt extra ſpeluncam ad lævum latus domunculæ, quam extruxerat Thecla; ibique utrique pernoctarunt, pſallentes ad ſacrum ejus monumentum.

INT. SIR MUNDO.

funus curas cũ aliis,

& jubet deferri ad ædes ſuas

107 Latebat autem, ut dictum eſt, infelix Servilianus in ædibus Victorini. Cum enim audiſſet de illo populus, quod ſororem trucidaſſet, quærebant illum ad necem. Verabat autem Thecla dicens: Non ita, filii, abſit. Velox Domini ultio in eos qui non credunt ei. Nos quidem divinis literis accepimus: Non ulciſcentes ſeipſos, dilectiſſimi, ſed date locum iræ. Et paulo poſt ſubdit: Noli vinci ex malo, ſed vince in bono malum. Ne ſic agamus, Fratres: nihil enim juvabit. Induamus ergo Chriſtum Jeſum Dominum noſtrum, & carnis veſtræ curam ne feceritis ad deſideria & affectus inconſideratos: Dominus enim noſter ſeipſum humilians, tradidit ſeipſum injuſtis Judæis, & ultro propter ſalutem noſtram ſputa, flagella & alapas, contumelias atque opprobria pertulit, crucifixus denique mortem ſuſtinuit immortalis, & reſurrexit à mortuis tertia die, ſicut Scripturæ docent; immortalitatem & vitam largiens per ſanctorum Apoſtolorum prædicationem iis, qui confitentur ſanctam ejus reſurrectionem. Hi autem Sancti, quos vidiſtis, beati Pueri, qui & noſtrum omnium ſalutis auctores nobis fuerunt, hanc diſciplinam ſecuti & Dominum ſuum imitati, ſeipſos ad ſupplicia obtulerunt corruptibilia hæc contemnentes, ſperantes ſe à Deo æternam mercedem recepturos. Ipſe enim ore ſuo ſancto & veridico dixit: Venite omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos: jugum enim meum ſuave eſt & onus meum leve. Huic felici mandato parentes beati, numquam à fide deflexerunt. Quos ergo nunc videtis capite truncatos, ii in die Domini perſecutores ſuos arguent cum magna libertate, & duci eos videbunt ad ſupplicium ſempiternum. Quare, ut jam vobis dixi, fratres, ne quæramus ipſi vindictam de iis ſumere, qui ſanguinem pro Chriſto fuderunt. Hæc dicenti B. Theclæ populus univerſus reſpondit, Benedicta es, Domina mater, quæ miniſtra fuiſti ſanctorum Martyrum, eorumque diſcipula pro communi noſtra utilitate: gratias agimus Deo per te, dilecta & ſpiritualis mater noſtra, quia iterum prohibuiſti, ne manus mitteremus in impios cultores inanium ſimulacrorum. Vere enim, ut ex te audimus, Deus ultionum Dominus & ipſe ulciſcens ulciſcetur, ac judicium juſtum faciet injuriam patientibus. Ceterum Deum oramus & obteſtamur, per te & per beatum Epiſcopum & ceteros qui vobiſcum ſunt, ut manifeſtentur veneranda & ſancta corpora glorioſorum Martyrum; magno enim in metu ſumus & angimur animo, ne forte populares eorum ex regione ſua veniant, & hos ſpei noſtræ theſauros

E *Volentes Servilianũ occidere impedit:* Rom. 12, 19

F Mat. 11, 30

cui aſſentiens popu-lus

petit reve-lari corpora 3 *Martyrũ:*

INT. SIRMUNDO. nobis eripiant. Quibus auditis Thecla & Juſtina dicunt: Congregamini omnes coram Epiſcopo ſanctiſſimo, Fratres, & de hac re audietis quod expedit.

108 Poſtero itaque die coacta eſt multitudo univerſa virorum & mulierum in ædes Theclæ ad ſanctum Epiſcopum: qui egreſſus cum Neophyto ad populum dixit: Adeſte, filii, & audite, timorem Domini docebo vos. Cum ante paucos dies petieritis à nobis ut Deum oraremus pro revelatione corporum Martyrum ſanctorum, qui in hoc loco paſſi ſunt pro ſalute veſtra; & vobis reſponderimus ut modicum adhuc Dei revelationem expectaretis, futurumque omnino ut rem bene verteret pro ſuo beneplacito: nunc vero cum eodem incenſi ſtudio veneritis ad nos, ut ſacras reliquias perquiratis; vidiſtis vos quidem quemadmodum in ciſternam projecta fuerint eorum corpora ab impiis; tranſtulit autem illa Deus in locum quem ipſe novit, & vobis omnino manifeſtaturus eſt id operantibus Sanctis: neque enim poteſt abſcondi civitas in monte poſita, neque lucerna ſub modio, ſed ſuper candelabrum collocari. Sic neque Sanctos iſtos occultari decet, ſed revelari in mundo ſeu in Eccleſia, à terminis uſque ad terminos terræ, ut videant illorum bona opera homines, & credentes ſalvi fiant per illos. Ipſi enim ſicut lucernæ ardentes in mundo: illuxerunt ab intimis partibus *a* Septemtrionis, & in hac Meſopoli conſummari eos voluit Deus; quod vero B. Theclæ ſignificaſtis, ne forte veniant eorum regionis incolæ, & eripiant deſiderabiles theſauros, id ego quidem arbitror, non permittet Deus; ſed &, ſi toto corde ad ejus bonitatem convertamur, poteſt utique quod ab eo petimus præſtare. Verumtamen nolite ſoliciti eſſe, quo loco ſint eorum Reliquiæ: ubi enim ſint novit Deus, qui & poteſt revelare. Si enim creditis Chriſto, nolite curioſius inquirere, ubi jacent corpora; hoc ſolum ſcientes, quod ex quo ex corporibus evolarunt eorum animæ, lætantur, & cum juſtis converſantur. Quare hortor vos, fratres, ne ſoliciti de hoc ſitis.

ſed & hoc ne pergant urgere juadet S. Agatho;

B

2

109 Hæc cum audiſſet populus Meſopolitanus, procidens in terram reſpondit: Bona & utilis exhortatio tua, Pater ſanctiſſime: ſed enim ex hoc die credentes Deo & verbis ejus ſperamus revelandum nobis eſſe deſideratum locum, in quo ſacra corpora quieſcunt. Et quoniam de hac re latis feciſti nobis & ſalubria conſuluiſti, de fratricida Cain quid facere nos jubes? decrevimus enim Victorini domum concremare, in qua deliteſcit, ipſumque una cum Virgantino ſodali acerba morte afficere. Quæ cum ita loquerentur, valde contriſtati ſunt B. Agatho Epiſcopus & Neophytus & Thecla & Juſtina, dixitque illis Epiſcopus: Filii cariſſimi, nulla ratione vos id facere volumus, ut manus eis afferatis, & Dei virtutem contemnatis, fructum perdentes fidei, quem erga ipſum accepiſtis per ſanctos ejus Pueros Martyres. Nã ultione veſtra nec Deus indiget, nec Sancti: ſed, ſicut vos monuit Domina & ſoror Thecla, ne illos ulciſcamini hoc facite: ſcriptum enim eſt Deus ultionum Dominus, Deus ultionum libere egit. Quare obſecramus vos, fratres, dimittite illos & nolite perſequi eos ut ante faciebatis: velox enim Dei ultio adverſus eos qui ipſi non credunt. Orate igitur Dominum, ut vobis potius hoc condonet & ignoſcat. His dictis Epiſcopus, & multis præterea additis ſalutaribus exhortationibus, dimiſit omnes in pace. Perſeverabant autem cum eo fideles, & quotidie augebatur credentium numerus.

C

& pro Serviliano deprecatur.

Pſ. 93, 1

110 Poſt aliquot vero dies, cum videret Servilianus conquieviſſe populum, nec amplius proſequi ipſum; advocavit unanimem ſuum Virgantinum, eique dixit: Audi, frater unanimis, conſilium ſuggeram optimum: eamus una ad locum illum, in quo dictum eſt inventum fuiſſe caput Domini noſtri Tertylli: aiunt enim in Strobilio vilum eſſe deorum benignitate. Hoc itaque noctu clam tollentes cum famulis noſtris, reponemus in fano deorum maximorum, atque in medio collocabimus, ut adoretur ab omnibus amicis ejus. Optimum, ait Virgantinus, conſilium tuum, mi frater. Præmittamus ergo famulos, ut notato loco renuntient nobis; & nos inde auferamus, involventes veſte nitida, ſtatuamuſque in templo deorum. Poſt hæc etiam fabrum eximium quærentes, ſtatuam è ligno incorruptibili fieri curabimus, æqualem ſtatuæ Domini noſtri: in eaque caput imponentes, & auro plurimo inducentes, inter deos collocabimus, & præcipue cum magno Apolline. Placuit Serviliano Virgantini oratio, accitiſque famulis duobus; Ite, ajunt, in Strobilium, ubi apparuiſſe dicunt caput Domini noſtri Tertylli, & notate locum magno ſtudio, ubi reperire poſſimus. Renuntiate nobis deinde, ut noctu cum honore tollamus, & cum diis collocemus. Profecti ſunt in Strobilium famuli. Ceterum pueri illudebant, caput impii lapidibus petentes, & raptantes huc & illuc, ac pedibus proculcantes. Itaque hoc videntes famuli, eo die ibi manſerunt. Sub veſperam autem ſuſpenderunt è ligno caput, ſicut juſſerant Sancti, ad ignominiam amicorum ejus, atque adeo ſatanæ qui in ipſis operabatur. Quæ omnia ſpectantes famuli renuntiarunt Serviliano & Virgantino: qui hæc audientes eruperunt ambo in lacrymas; & veſpere, dum quieſcebat populus Meſopolis, ſumpta veſte munda egreſſi ex ædibus Victorini, una cum famulis duobus (neſciebat autem Victorinus conſilium eorum) venerunt ad Strobilium, quærentes locum ubi caput eſſe acceperant; neque illud invenire potuerũt, cum omnia loca vicina per duas horas luſtraſſent. Deinde adverſus Sanctos indignari cœperunt, dicentes, Fortaſſe incantamenta peſſimorum iſtorum, qui exuſti & linguis privati fuerunt, Domini noſtri caput abſconderunt.

D

qui de capite Tertylli ſolicitus

illud non reperit:

E

111 Tum Servilianus: Scio, inquit, Virgantine frater, quid nobis conſilii capiendum ſit. Novi ego locum, in quem juſſit Dominus meus conjici combuſtos illos. Tollamus itaque corpora ipſorum, ignique mandemus, & pulverem oſſium in aera ſpargamus. Hæc illis agitantibus & proficiſci parantibus, divino judicio repente correpti fuerunt ingenti tremore, & apparuerunt viri tres terribili ſpecie in eo loco, & alii cum eis miniſtrantes ipſis, omnes candida veſte induti. Dixeruntque tres viri iis qui miniſtrabant ipſis: Percutite peſſimos, & execrandos iſtos, qui in cælum poſuerunt os ſuum, & locuti ſunt contra Dominum iniquitatem, & contra Sanctos ejus blaſphemarunt. Deinde cum eos verberaſſent, dixerunt iterum tres viri illi: Excitate eos & erigite ex pavimento, & percutite eorum facies, & excæcate ipſos, ut diſcant Conditorem ſuum non blaſphemare. Excæcarunt itaque illos, & illic relictis abierunt, manſeruntque ibi cæci non valentes inde ſe movere. Mane autem illac iter faciens quidem, nomine Julianus, ut vidit quatuor illos jacentes, propiuſque accedens agnovit eos, & neſciens ipſos cæcos eſſe, dixit eis: Surgite, viri, è media via ut tranſeam. Reſpondens Virgantinus ait illi: Crede, frater, neſcimus in quo loco verſamur: & hora hæc, dieſne ſit an nox, ignoramus. Tum Julianus: Quid ergo, inquit, cæci eſtis omnes? Ait Virgantinus: Quos cernis cæci ſumus. Et quid cauſæ eſt, ait Julianus, cur cæci facti ſitis? Reſpondit Virgantinus: Puder me, frater, cauſam eloqui cur cæci ſimus. Agnovit autem Servilianum, qui propriam ſororem interfecit. Ille autem tremefactus nihil

ideoque blaſphemans contra tres Sanctos,

F

eorum juſſu verberatur & excæcatur cum famulis & ſocio Virgantino:

qui accita ad locum Theclæ

A nihil reſpondit, ne verbum quidem. Quare cernens illos Julianus in tanta ærumna, confeſtim abiit ad Theclæ domum, dixitque ei: Veni, Domina, in Strobilium, & videbis ibi rem miram à Deo factam, per Sanctos in eo loco paſſos, & à te honoratos ad gloriam Dei.

112 Feſtinavit Thecla, pervenitque ad locum ubi erat caput impii Tertylli: ſimul autem venerunt puellæ quinque & famuli quatuor: & cum propinqui jam eſſent viris illis excæcatis, agnovit eos graviterque planxit, ac tandem dixit eis, fingens ſe non noſſe qui eſſent. Quinam eſtis, inquit, ô fratres? & quid cauſæ fuit, cur huc veniſtis? Quomodo exuta vobis lumina? Cui reſpondens Virgantinus, Victorini filius (vocem enim ejus agnoverat.) Numquid tu Thecla es prima hujus Meſopolis, quæ tribus iſtis Pueris ſanctis, quos impius Tertyllus morte ſuſtulit, miniſtraſti? Nos, Domina, miſeri & infelices, nocte hac errantes huc venimus, caput impii Tertylli auferre hinc cogitantes, ut Deorum templo inferremus: cumque invenire non poſſemus, cœpimus adverſus Sanctos indignari: hic porro ſodalis meus contumeliis eos inceſſebat. Neque hic finis fuit iniquitatis noſtræ: deliberabamus enim ad

caſum ſuũ & ſocio- rum narrat,

B puteum illum ire, in quem projici corpora juſſit Tertyllus, eaque igni ſuccendere, & redacta in cinerem oſſa diſſipare. Quæ nobis omnino agitantibus, & ad deſtinatum locum pergere parantibus, repente ingens nos tremor obſedit, coramque tres viros terribiles aſpeximus, quales nuſquam vidimus, & alios ipſis miniſtrantes, candida ſimul veſte indutos, qui trium virorum juſſu nos verberibus affecerunt, & oculis privarunt, adeo ut, quo nunc loco ſimus, ignoremus plane. Hæc audiens Thecla ex Virgantino, feſtine domum rediit; ubi erat Agatho Epiſcopus cum Neophyto & aliis, quibus omnia ordine narravit. Magna omnes cœpit admiratio, ac paulo poſt ſeorſim vocatis Thecla & Neophyto, dixit eis Epiſcopus: Nonne vidiſtis linteum quod appenſum eſt oſtio ſpeluncæ, in quo quieſcunt ſancta corpora, quemadmodum nullo noſtrûm attingente,

S. Agatho poſt narra tam viſio- nem circa ſpeluncam Martyrũ,

b poſt peracta à nobis *b* poſtrænia, ſua ſponte motum ſit; rurſus etiam quomodo aperta fuerit ſpelunca, &

c tota luce referta; & deſuper ſublatus ſublimis *c* theſaurus, indeque viſum tamquam fulgur exire, &

d paulo poſt iterum eadem lux permanſerit in *d* thalamo ad horam unam atque alteram diei, tum deinde lux eadem deſcendit in ſpeluncam, & deſeruit viſum:

C neque jam amplius terribilis illa lux erat in enarrabilis, circa ſancta corpora reſplendens, & ſuavis odor inde profluens, adeo ut à fidelibus multis percipieretur. Reſpondens Neophytus ait: Vere, Pater honorande, omnia hæc vidimus, ſicut dixiſti, & extra ſenſus poſiti manſimus ut mortui, quouſque reddita fuit lux ſpeluncæ cum thalamo, & theſaurus ſuo loco reſtitutus eſt.

accidit ad cæcos;

113 Cum hæc inter ſe locuti eſſent Epiſcopus & Neophytus cum Thecla, exierunt celeriter, venerunt que ad Strobilium: inveneruntque quatuor illos ibi cæcos, Servilianum & Virgantinum ac famulos duos. Ubi ergo propius acceſſit Epiſcopus, ait Virgantino: Quid hic tu agis, fili? & quid hoc rei, quod tibi accidit & ſodali tuo? Nonne heſterno die in Urbe eras integris oculis? Et ille: Quis tu, inquit, es qui me interrogas, ut tibi reſpondeam? Dixit ei Thecla: Fili, hic eſt communis omnium Pater ſanctiſſimus Epiſcopus, ſi forte eum vidiſti domi meæ. Tum Virgantinus: Pater ſanctiſſime, peccatum meum & blaſphemia, quam in beatos Pueros illos protuli, me malo iſto multarunt. Dum enim quærimus impii Tertylli caput, & hinc illud ad inanium deorum delubrum transferre cogitamus; vehementi quodam terrore obſeſſi fuimus, & formidabiles viros vidimus, quales in terris nemo unquam adſpexit; & cum iis viros validos & robuſtos, qui nos illorum juſſu crudeliter ceciderunt, & oculis orbarunt, & in hoc loco reliquerunt, ſic affectos, ut videtis. Tum Epiſcopus dixit: Tu vero quid ais de te ipſo? quemnam putas eſſe qui hæc fecit tanta potentia? Et Virgantinus: Aliud ſcilicet dicere non poſſum, quam magnum eſſe Deum quem Chriſtiani colunt, & quem venerati ſunt ſancti Pueri, hoc loco interempti. Ejus ſola virtus hæc in nos egit propter malitiã noſtram, ejus enim terribiles copiæ una cum Sanctis inſiſtentes, nos percuſſerunt: ipſos quidẽ ſolos agnovimus, ipſi autem ceteris præcipiebant ut nos ſic tractarent, quemadmodum Dominæ Theclæ jam expoſui. At Servilianus ſedebat prope, plenus maligni ſpiritus & odii, neque verbum ullum fundebat neque reſpondebat. Pervenit autem fama in Leontinorum Meſopolim de omnibus quæ miſeris illis acciderunt: ſtatimque effuſus eſt populus univerſus ad ſpeluncam, adeo ut cunctos non caperet Strobilium, ſed invicem ſe turbæ præfocarent.

INT. SIRMUNDO. *cauſaque eorum ex Virgantino cognita,*

114 Deinde Victorinus, poſtquam audivit quæ filio contigerant (unigenitus enim erat) & mater item, pulverem injecerunt capitibus ſuis, & veſtes

E diſciderunt, profectique ſunt ad Strobilium: non poterant autem præ conferta turba propius attingere, produxerant quippe illos in eminentiorem locum, ubi erant ſimul Agatho Epiſcopus & Neophytus & Thecla & Juſtina. Ut autem viderunt Victorinus & uxor filium ſuum excæcatum, oculoſque quaſi mucrone effoſſos, magno ejulatu edito in hæc verba proruperunt: Væ nobis, fili, quid agemus aut quemadmodum hunc tuum caſum perferemus? Satius erat ut te quoque occideret fratricida iſte, quam ut tam miſerabilem caſum ſuſtineres.

lamentantes pro filio parentes,

115 Quæ cum audirent B. Agatho & Neophytus ceterique, una omnes cum eis collacrymati ſunt. Deum porro illa die timuerunt omnes, & Sanctos celebrarunt: ita ut multi ex infidelibus ad Chriſtum converterentur, & coram magna voce dicerent: Chriſtiani ſumus, & Chriſtum Dei filium colimus, quem beati hi Pueri nobis annuntiarunt. Tunc Victorinus ejuſque uxor lugentes, veſtimenta ſua conſciderunt, & capita tutuderunt; filiumque tollentes, ipſum ad Epiſcopi & Neophyti & Theclæ pedes conſtituerunt, magno cum dolore orantes: Miſeremini mei, Patres ſancti, Jeſu Chriſti famuli: orate Sanctos qui pro Chriſti nomine acerba hic

F paſſi ſunt & conſummati, qui & multos ſua virtute ſanarunt: audivi enim ex vobis Deum Chriſtianorum benignum eſſe & miſericordem & longanimem. His dictis Victorino ſubjicit Epiſcopus: Audi, frater; Revera benignus eſt Deus Chriſtianorum, & miſericors ſupra hominum malitiam: ſicut enim ſæpe dictum eſt, Non vult mortem peccatoris, ſed ut magis convertatur & vivat. Quod ſi tu quoque ex toto corde ad ipſum accedis, & pœnitentiam agis, & credis quod potens ſit ad ſanandas omnes infirmitates noſtras; tum omnino reſpondebitur tibi, ſicut & in Euangelio dictum eſt iis qui cæci fuerunt, Mat. 9, 29 Secundum fidem veſtram fiat vobis. Illi vero Dei verbum fide ſuſcipientes, ſtatim oculis apertis viderunt. Sic igitur tu, frater, ſi Chriſto credideris, ut tibi dictum eſt, difficile ei non erit facere, ut filius tuus viſum recipiat: ait enim quodam loco Scriptura, Dominus prope eſt omnibus invocantibus eum in veritate. Puer itaque cum eis clamavit, Chriſtum confiteor, & ipſum adoro, & Sanctos laudo, qui propter ipſum certamen ſuſtinuerunt, & Chriſtum ipſum invoco. Pariter idem & pueri duo clamabant cum Virgantino & parentibus ejus. Tum populus univerſus

ad fidem & pœniten- tiam inci- tat.

omneſque convertit Pſ. 144, 18

INT. SIRMUNDO. universus Leontinæ Mesopolis clamabat: Vere Mirabilis Deus in Sanctis suis, Deus Israel, ipse dabit virtutem & fortitudinem populo suo. Benedictus Deus. Vere enim terribile & stupendum miraculum quod factum est hodie. At miser Servilianus solus sedebat, nemini respondens. Accedens autem ad eum mater ejus, dixit ei: Cur & tu ad Deum non accedis, fili, sicut & socii tui: spero enim quod & te salvabit per illos. Ille vero: Discede à me, inquit, nugatrix execranda, una cum ambustis tui similibus, & Thecla omnium deceptrice ad perniciem: melius enim mihi est pro deorum amore mortem oppetere, quam ut fidei me tradam quam ignoro, & Deo qui aperte non cernitur. Quæ cum audirent Episcopus & Neophytus ceterique, dixerunt: Hic jam traditus est satanæ: sine illum ut ab eo erudiatur. Rursus vero B. Thecla flens ob verba miseri Serviliani, ipsum propius adiit & dixit: Fili Serviliane, convertere ad veram Christianorum fidem, & ego tibi sponsor ero, quod in Christum credens salvaberis. Cui ille respondit, Numquid planus ille & impostor, quem appellant Episcopum? Et Episcopus, Ego sum, fili, peccator. Tum Servilianus; Per deorum nobilitatem, numquam verbis tuis adducar ut credam; neque tu à deorum amore me sejunges, sicut nec Domini mei Tertylli. Quæ eum ab impio Serviliano dicerentur, reliquerunt eum non sine dolore.

prater Servilianum obstinatū.

B

116 Alterum porro miraculum ibidem factum est eo die. Claudus erat quidam in Mesopoli, aridam habens dexteram manum & alterum pedem quem trahebat. Hic postremus omnium in Strobilium pervenit, baculum manu tenens, ceterum & hic unicum oculum habebat: venerat autem ut videret quæ acciderant. Cum vero non posset eos qui cæcati fuerant intueri, divina voluntate factum est, ut speluncam inscenderet, qua parte os patebat. Etenim claudus hic persæpe, cum Sanctis adhuc servarentur in carcere, versabatur cum eis: quia cæcus erat: illi autem ei suppeditabant ex his quæ à Thecla adferebantur, & valde eum amabant, eo quod ad eos veniebat. Tunc igitur stetit, ut dictum est, supra locum, in quo sancta corpora quiescebant. Recedente populo, cum à turba impulsus esset, cecidit, neque enim stare poterat, & jam humi lapsus prope erat ut conculcaretur à turba. Quod sentiens cum lacrymis exclamat: Sancti & Domini mei, adeste mihi hac hora, ne à turba ista conterar & enecer. Hæc eo dicente adfuit ei S. Philadelphus & dixit: Crispe frater (hoc enim ei nomen erat) surge in nomine Domini Jesu Christi & ambula: & apprehensa ejus manu arida erexit eum, & complectens osculatus est ipsum. In ipso autem Sancti complexu statim apertus est oculus ejus, dixitque ei: Vade, frater, in pace, laudans & glorificans Deum: atque his dictis dimisit eum. Ipse autem ibat exultans & collaudans Deum magna voce ac dicens: Magnus Deus Christianorum, magna trium Puerorum virtus, magna eorum potestas, magna & stupenda quæ per ipsos nobis facta sunt miracula. Perrexitque hoc modo vociferans ad locum usque, in quo erant B. Agatho & Neophytus cum Thecla & Justina. Qui cum eum viderent agnoverunt, & interrogaverunt: Quis ergo te sanavit? Et ille singula narravit, quæ sibi fecisset S. Philadelphus, & quomodo statim ab eo sanatus esset. Cum ergo singula audivissent Episcopus & turba quæ aderat, laudem Deo dederunt dicentes: Benedictus Deus, qui nos respexit per Sanctos & glorioſos Martyres. Deinde una omnes voce sublata dixerunt: Kyrie eleison, ita ut locus ille clamoribus quateretur. Peracta oratione B. Agatho & signo benedictionis dato, dimisit omnes in pace, dicens: En, fratres & filii dilectissimi Ecclesiæ Catholicæ, quomodo Domini nostri Jesu Christi gratia per intercessionem Sanctorum suorum nos obumbravit. Ite igitur in pace, Deum glorificantes, Patrem Domini nostri Jesu Christi: quia eum decet gloria in sæcula sæculorum. Amen *e*.

Claudus cæcusque.

à S. Philadelpho sanatur.

C

D

E

ANNOTATA.

a *Pergit illudenti sibi phantasiæ obsequi auctor, & qui ex* Vastanis, *proxim a Siculis Brutiæ seu Calabriæ populo*, Vascones *fecerat, nunc Vasconiam nescio quam procul removet ad Septemtriones infra, undecim mensibus productarus iter, Roma illuc ducens.*

b *Ita egraphum Neapolit. fortasse legendum*, postrema S. Euthaliæ officia.

c Thesaurus *dici videtur, arca Sanctorum corporum.*

d Thalamum *intelligo, loculum ornatum intra speluncam, infra num.* 114 *vocatur* Pastophorium: *veteres Romani* ciborium *dixere, nos* Tabernaculum.

e *Hic novus intercurrit titulus* De Virgantino cæco, ejusque patre Victorino: & quomodo ille visum recepit: & de morte infelicis Serviliani.

CAPUT III.

Virgantinus & alii duo cæci illuminati. S. Neophyti Episcopatus: iter Romam & in Vasconiam.

117 Dictum est, quemadmodum Victorinus filium suum Virgantinum Agathoni Episcopo commiserit. Instruebat autem illum indies Neophytus. Ipse vero cum famulis suis jejunabat, & orabat, ut visum reciperent; & Victorinus item cum ipsis, in domo quam inhabitabat Episcopus, cum Neophyto. Docuit ergo illum per quadraginta dies: deinde perduxerunt ad speluncam, in qua erant corpora Sanctorum, ibique manserunt alios dies quadraginta. Tum apparuerunt in somnis S. Theclæ dicentes: Renuntia Agathoni, jam dies sunt octoginta, ex quo divino judicio cæci facti sunt isti; educ eos hinc in domum quam habitas cum Neophyto, eosque illi trade ad catechizandum diebus quadraginta. Post hæc iterum ducite, ut Dei virtutem agnoscant. Sic igitur fecerunt, docuitque eos Neophytus dies centum viginti, adduxitque eos in domunculam speluncæ Sanctorum. Una ergo nocte cum peregessent mediæ noctis officium, adstante simul Thecla, lux ingens corpora circumfulsit: apparuitque Andreas Apostolus, Episcopi habitum præferens, & adstantes ei sancti Pueri cum puero famulo uno: ibique consecravit Neophytum ex Presbytero Episcopum Mesopolis Leontinorum, Cyrino & aliis Sanctis ei ministrantibus. Et post collatum ei munus Episcopi, dixit ei: Quandoquidem elegit te Christus, populum baptizabis, & reges, sicut bonus rector. Agatho enim beatus Romam iturus est tecum, ut inde gratiam percipias à sanctis Coapostolis meis, ministrante tibi hoc B. Agathone, qui tuum ipse Thronum recepturus est. Thecla autem ædificabit ecclesiam his Sanctis, quos vides, & reliquis una pasis Epiphanæ & Euthaliæ: sicut vos vidistis divisam speluncam & Pastophorium quod vobis apparuit: similiter & venerandum templum Matris Domini. Quod vero à Christo petitis per Sanctos ut visum cæci recipiant; in saxo speluncæ, quod ad Orientem est è regione Sanctorum, invenies oleum fluens Christi gratia: inde accipiens inunge digito eorum oculos. Mane igitur ut diluxit, Neophytus Virgantinum & ceteros cæcos sacro oleo perunxit, & redditus est eis visus. Quo recepto laudibus Deum afficiebant, & Sanctos. Cum vero audisset Victorinus filium suum jam videre; procidit ad

Post 110 dies impensos catechizandis cæcis.

Neophytus à S. Andrea Apostolo consecratur Episcopus:

F

qui oleo Sanctorum cæcos illuminat:

ad pedes Agathonis, omneſque ſuas facultates Theclæ manibus commiſit.

118 Ægre ferens autem populus, quod neſcirent ubi eſſent corpora Sanctorum, dicebant Agathoni: Propterea non revelari, quod populus baptizatus non eſſet: ſed cauſam hanc negabat Agatho, id potius referens ad Dei diſpoſitionem. Ceterum, inquit, nec baptizari populus poteſt *a* ſine Epiſcopo. Cumque reſponderet populus; Tu es Epiſcopus. Nequaquam, inquit: non enim huc me miſit Dominus ad baptizandum, ſed ad euangelizandum. Ecce nunc euangelizo gaudium magnum: Neophytum hunc elegit Deus, ut præſit Meſopoli huic: ipſe paſcet vos ac baptizabit: & ſimul cum Thecla & Juſtina, reædificabit templum, quod in medio urbis ejus idolis extructum fuerat à Græcis quibuſdam Aſtronomis: in eo baptizabimini omnes. Nunc vero proficiſcimur ambo Romam: ſic enim habet Eccleſiaſtica conſtitutio, ut ſine primam Sedem obtinente ſanctiſſimo Epiſcopo & Papa, Epiſcopus non fiat. Illi vero acclamarunt dicentes: Dignus eſt vir electione: etiã hac ipſa hora videmus adſtantes ei ſanctos Pueros, eique arcana verba quædam hilari vultu ſignificantes. Porro Neophytus faciem ſuam abſcondebat, deorſum intuens, ne à quoquam agnoſceretur. Orabat enim ne in vita ſua cognoſceretur. Hic ſanctus Neophytus, ex quo baptiſmum ab Agathone ſuſceperat, vinum non attigit, nec carnem: ſed jejunabat binis diebus, interdum hebdomadam totam.

119 Poſt aliquot dies Liparitanæ inſulæ Optimates ac reliqui cũ Clero, cum divina revelatione cognoviſſent B. Agathonẽ in Leontino cũ eſſe Meſopoli, magno cum deſiderio venerunt in Theclæ domũ, eique ſignificant ceſſaſſe perſecutionem *b* adverſus Chriſtianos, ipſoſque jam abſque moleſtia vivere: hæſeruntque in ea urbe dies quindecim. Et accito Epiſcopo Neophyto, Age, inquit Thecla, diſpiciamus omnes noſtras facultates, quas in ſacroſanctum templum collocaturi ſumus, quin & idolorum fanum Jobolo *c* vicinum, quod Græci Aſtronomorum appellant, & ſub ſpelunca ſitum eſt, in quibus habitabant ipſi Græci, conſecremus nomine glorioſæ ac ſemper laudandæ Deiparæ. Neophytus autem Theclæ reſpondit: Ego *d* ..... Quod audiens Thecla ingreſſa eſt ſola ſpeluncam, & effuſa in lacrymas oravit dicens: Domine, qui dignatus hos Sanctos tuos in hunc locum ducere ex partibus Britanniæ & Vaſconiæ, da ut templi promiſſa implere poſſimus. Exactis itaque diebus quindecim, dixit Agatho Theclæ, Cras Romam proficiſcimur ad beatum Papam: fac *e* relationem. Cui Thecla: Audi, Pater; populo univerſo perſuademus, ut communi ſubſcribat relationi. Quod probans Agatho ſubſtitit alios ſeptem dies: & cum advocaſſet Thecla primum Juſtinam & Eutropiam & Victorinum, ac denique multitudinem civitatis, tanquam ore uno & lingua ſcripſerunt, & relationem B. Agathoni dederunt, cum tabulis eorum, quæ daturæ erant Eccleſiis, quas extruere parabant: dabat enim Thecla ſuburbana octodecim, Juſtina ſuburbana octo, pecorum Thecla millia novem, Juſtina millia tria, *f* itemque alia plurima. Poſt hæc aſſumpſit Neophytus aliquot pios viros, quos norat aptos ad Sacerdotium; Rhodippũ *g* fratrem Epiphanes uxoris ſuæ, Criſpum, Palumbum, Phileleemonem, Iſidorum, quemdam ex Vico cui Troila nomen, Aquilam præterea & Andronicum, & famulos ſuos ac notarios. Exieruntque ſimul è Leontinorum Meſopoli circa hordei *h* meſſem, & tranſmiſerunt in Liparim inſulam, indeq; Romam pervenerunt XVIII die Julii. Excepit eos Papa *i* cum ſingulari lætitia, & poſtridie deduxit ad ædem Apoſtoli *k* Petri, convocans vicinos Epiſcopos & primarios Cleri: legeruntque relationẽ Theclæ ipſam admirantes: tum Beatus Agatho verba fecit de Neophyto, acclamaruntque omnes dignum illum eſſe Epiſcopatu.

120 Accidit una die ut Neophytus in monachum *l* quemdam incideret, ex Vaſconum regione Britannorumque venientem: quem interrogavit, noſſetne Præfectam urbem Vaſconiæ! Et cum ille ſe noſſe affirmaret, multa adjecit de Vitali & Manducta *m* ejus conjuge (quæ ex urbe erat *n* Locuſta) & de tribus pueris & filia unica, & quod filia hæc ex viro ſuo filium habuerit *o* Smaragdum; quod è Byzantio veniens Euodus quidam, vir religioſus, in Vitalis domo habitaverit, & pueros linguam Græcam omnemque diſciplinam docuerit; quod egregii ſcribæ *p* librarii evaſerint; ſcripſeritque Alphius quidem Prophetas, Philadelphus Euangelium, Cyrinus Apoſtolum. Poſt tempus aliquod adventaſſe viros quatuordecim, quorum præfectus erat Oneſimus, omneſque Chriſtum colebant: his adhæſiſſe pueros, quorum mater jam tyrannis ſeſe objecerat, & gladio vitam conſummarat: & idem ſubjecit, *q* per eos dies veniſſe à Licinio & Valeriano miſſum [Nigellionem, & comprehendiſſe Oneſimum & ſocios cum pueris atque Eraſmo, eoſque Romam miſiſſe, ibique ab Licinio traditos eſſe Valeriano, qui omnes miſerit ad Diomedem] *r* Puteolos, atque ibi Oneſimum ejuſque locios, una cum Eraſmo, vitam finiviſſe: ex eo vero die tres pueros viſos non eſſe, ideo ipſorum patrem, ut qui reperire eos non poſſet, in gravi luctu eſſe. Hæc audiens ex ore monachi Neophytus obſtupuit, eique dixit: Placetne me ad locum, in quo Vitalis habitabat, ducere? Cumque annueret ille, confeſtim Papam adiit Neophytus, petens ut ſibi liceret vicina circum monaſteria luſtrare. Aſſenſit Papa: deinde idem quoque dixit Agathoni. Una ergo Roma egreſſi ſunt Neophytus & monachus eum Aquila die x Auguſti, & poſt menſes undecim *s* in Vaſconiam pervenerunt die Junii XXIIII ad monaſterium: exceperuntque ipſum monachi: & Vitalis accedens procidit ad ejus pedes, ejus preces implorans. Neophytus autem animadvertens eum ſimilem eſſe puerorum, lacrymatus eſt: eique ſtatim expoſuit de Martyribus.

121 Poſt ergo tres dies viſi ſunt in ſomnis filii, jubentes Neophyto dari libros, quos manu ſua ſcripſerant: biduoque tranſacto, cum in unum [conveniſſent] Monachi, legit Aquila narrationem, quam è Meſopoli attulerat, de morte Sanctorum. Deinde juſſit Neophytus proferri pallium Alphii, zonamque Philadelphi, & Cyrini capitis tegmen: quæ omnia ſimul attulerant, erantque ſtillantia ſanguine. Hæc ut agnovit Vitalis, vehementer ingemuit. Oſculati porro ea ſunt Fratres, & ex ipſo oſculo ſanatus eſt ſurdus quidam idemque mutus, qui erat in monaſterio: alter item qui in lecto decumbebat, aliique complures: & allatos Vitalis codices, quos Sancti ſcriſerant, obtulit Neophyto. Manſit Neophytus in monaſterio menſes ſeptem, & menſe Decembri abiit, relictis ibi pallio, zona, & velo capitis: Romamque regreſſi ſunt die x Octobris: ſtatimque Papam adiit. Poſt hæc accivit Papa die quodam Agathonem & ſex alios Epiſcopos, dixitque ipſis: Quoniam, ut ſcitis, Ordinis ritus aliter fieri nequit quam XXV *t* Martii, ſignificate Neophyto, ut non ægre ferat. Adventante autem Quadrageſima incluſit ſeipſum Neophytus extra Urbem in monaſterio Sancti Marci, nemine conſcio: & cum quæreret Papa non invenit. Cumque adveniſſet ſacra Pentecoſte, convocavit Papa Epiſcopos & beatum Marcum, Præpoſitum *v* monaſterii Auguſtionum, & dixit, Craſtino die volumus ordinare Neophytum. Noctu autem apparuerunt illi Apoſtoli, dicentes: Quid agis? Neſcis cum ab Andrea ordinatum? Ceterum in ſacra Myſtagogia,

revocato à ſuis Agathone

declaratur Leontini Epiſcopus:

de eccleſia conſtruenda deliberat,

& conſtituta dote ejus

cum illo Romam diſcedit.

à patre eorum accepit libros ab his ſcriptos.

& reliquias eorumdem ipſi relinquit.

Roma à Papa ordinatus Epiſcopus

INT. SIRMUNDO.

inſtructus de patria Sanctorum,

INT. SIRMUNDO.

stagogia, cum ingredieris Sancta Sanctorum, invenies super altare Apostolicam x, & Humerale, & impone ipsi. Postridie omnia executus Papa, dedit illi Apostolicam & Humerale, & vidit laminam auream [super caput ejus, & manu Apostoli scriptas] litteras in hunc modum: Divina gratia Jesu Christi dignatur virum hunc à Presbytero transferre ad Episcopatum. Ordinavit autem Papa & Palumbum Presbyterum, & Theodosium, Rhodippum, & Crispum Diaconos.

x

122 Post dies decem Roma exierunt, die XXI *y* mensis Junii. Cumque pervenissent ad portum S. Hippolyti *z*, vidit in somnis Sanctos dicentes, ac Jubentes Puteolos proficisci, ibique quærere Peregrinum, qui Erasmi fratris Sanctorum sepulcrum indicaret, atque ut ipsum transferret & Sanctis adjungeret. Ceterum cum Puteolos venissent, deprehenderunt caput deesse corpori, visique iterum in somnis Sancti puteum in Theatro demonstrarunt, ubi caput latebat, signumque addiderunt, quod capillis nigris esset, haberet in aure dextera inaurem egregiam: omniaque ut dixerant repererunt: & solverunt intra dies septem perveneruntque Liparim *aa*, ubi dies quinque constiterunt. Post in Siciliam trajecerunt ad Therreum fluvium, die Julii XVI, occurritque ipsis civitas universa cum Thecla & Justina. Circa horã ergo octavam ex fluvio progressi sunt usque ad locum qui dicitur Herculis: dixitque Presbyteris qui una erant: Scitis, fratres, Tertyllum hunc in locum projecisse sanctorum Martyrum duorum *bb* corpora. Agite ergo vigilemus hanc noctem, ut ea nobis Dominus revelet. Et cum noctem insomnes duxissent, circa diluculum effulsit lux, & adstiterunt Martyres Sancti Alphius, Philadelphus & Cyrinus; eduxeruntque Sanctos duos è puteo, quos suscipientes in Mesopolim cum cantu detulerunt. Extruxerat porro Thecla Deiparæ *cc* templum, & Martyrum item alterum, in quo jussit Episcopus deponi sanctorum Martyrum corpora: & ingressus est Episcopalem domum, quam ipsi Thecla condiderat, XVII Julii mensis. Post dies vero sex, convocato per Aquilam & Andronicum Diaconos populo universo, manifestavit se Alexandrum esse, quem ipsi quærebant. Quo audito vehementer conturbati sunt: magis enim ipsum reformidabant quam Tertyllum. Ille autem cernens eos contritos, hilari vultu eos confirmavit, & sacro fonte omnes abluit. Sed & Græci, hæc audientes & timentes, & ipsi Alexandrum accesserunt, & Christiani facti sunt, & Catechesi eos imbuens baptizavit ad millia centum quinquaginta *dd*. Id autem accidit die secunda Augusti: & die primo Septembris, consignavit multitudinem universam. Et quia erant per id tempus Principes Mesopolis Anatolicus & Strobelius & Creus, viri pii, consilio cum eis inito misit in urbem Catanensium: qui accersierunt Episcopum ejus civitatis. Iverunt cum litteris Aquila & Andronicus, & deduxerunt eum. Occurrit ei Neophytus in Ciparessio, & perduxit in Episcopium ac dixit Severo *ee* (id nomen erat ei Episcopo) quandoquidem octavo die hujus mensis Nativitas est Deiparæ *ff*, & post hanc exaltatio Venerandæ *gg* Crucis, oramus ut una consecremus Ecclesiam Deiparæ, quam Thecla ædificavit: & populum baptizemus.

Puteolis accipit corpus S. Erasmi,

y z aa B *& in loco Herculis corpora 2 Martyrũ:* bb cc C dd ee ff gg

123 Quarta autem die mensis venerunt ad Martyrum Ecclesiam, & introduxit Neophytus Severum in speluncam ubi corpora erant, & Pastophorium quod Thecla posuerat, & adoraruut, ferre non valentes fragrantiam odoris & splendorem quo facies coruscabant. Deinde adscenderunt ad Deiparæ ædem, eamque consecrarunt, & baptizarunt & viros cccexxx: quorum omnium mater fuit Thecla cum Justina & Eutropia: rediitque Severus in propriam civitatem, erat enim grandævus: Neophytus autem baptizare pergebat usque ad primum Decembris. Die autem secunda convocans populum dixit: Volo vobis ostendere sancta Corpora, quæ desideratis. Descenderuntque in Martyrum Ecclesiã: & cum viros robustos viginti ad portam basilicam constitu sset, jussit denos ac denos Ecclesiam introire, ostendens eis corpora: quæ quidem conspiciebant, & gaudentes egrediebantur usque ad diem VIII mensis. Die nona collocavit ea in thecis, quas Thecla fabricarat intra sacram mensam: posteroque die consecravit Ecclesiam, & Palumbum ibi constituit Presbyterum; Carthulariũ vero & Oeconomum omniũ, quæ Thecla donarat, Isidorum Diaconum. Post tres [annos] *hh* apparuerunt SS. [Alphius, Philadelphus & Cyrinus] Theclæ dicentes, intra dies XXX ipsam è vita migraturam; [post annos vero XXX S. Neophytum.] Qui vero, inquiunt, huic [& aliis post eum *ii* sex] succedet Episcopus, excludere nos ex loco volet, sed non poterit. Illa autem cum omnia suæ Ecclesiæ distribuisset, post dies XXX sepulta est in læva parte sanctorum Martyrum: excessit autem die XX Januarii. Neophytus ergo primus Leontinorum Episcopus sedem tenuit annos XXXIII & menses quinque conditusque est in sepulcro Theclæ consanguineæ suæ: obiit autem mense Aprili die XVII, quando & ipsius mater Neophyta obierat; vixitque annos LXXX, menses quinque.

D

cui septimus succedens Crescens.

hh ii

& obit anno Episcopatus 33.

E

124 Ordinatus est post eum Episcopus Rhodippus frater Epiphanes, & Episcopatum pie gubernavit annis XVII: post illum vero Crispus, post Crispum Theodosius cognomine Marathonites, post Theodosium *kk* Felicinatus, & post hunc Herodion, & post Herodionem Theodosius alter, & post hunc Crescens impius. Hic advocatis Presbyteris & Electis Ecclesiæ dixit: Nefas est sacrificare, quamdiu jacent ossa prope sacram mensam. Cui illi: Quid hoc est quod loqueris, & quomodo igitur Episcopi altaria sanctificantes non consecrant nisi sanctorum Reliquias in eis collocent? Impius vero ille ait: Ego hos Sanctos non appello, sed peregrinos, propter linguæ intemperantiam igne consumptos. Quodam demum die venit in templum, cum ignotis aliquot homin bus, & voluit clam tollere capsam Sanctorum, nisi prævenisset Lucianus Archidiaconus. Quod cum ad populi notitiam perveniss t, parum abfuit quin lapidarent eum. Itaque triennii spatio non sacrificavit in eo loco. Postea triginta circiter viros adduxit in templum: qui capsam tollere conati, movere non potuerunt, sed obriguerunt, & ceciderunt velut mortui. Deinde misit Architectos octo ut sepulchra demolirentur: qui ut attigerunt Sancti Alphii loculum, repente velut ab aliquibus pulsi vi magna lapsi sunt mortui. Erupitque ex spelunca splendor fulguris, & abegit diabolum, qui hominis figuram [assumens] Crescenti adstabat. Tum interjectis quasi tribus horis rediens ad se Crescens, ductus est in Episcopium: & paucis post diebus accipiens Evangelium, quod Vitalis dedit Neophyto, perfregit, & aurum gemmasque omnes sustulit, & Martyrum acta & miracula quæ Marcus Monachus conscripserat igni tradidit ac tremore correptus animam effudit. Ordinatus est in ejus locum Lucianus *ll* Archidiaconus, vir pius, qui restituit omnia Ecclesiæ, quæ Crescens abstulerat: factaque est fames, adeo ut die uno morerentur centum sexaginta. Congregavitque Episcopus populum universum in Ecclesiam Martyrum, & vigilantibus omnibus nocte apparuerunt Sancti, cum quibus erat & vir grandævus, qui dixit: Videtis Pueros quos Crescens hinc extrudere conatus est, & propterea injecta est hæc plaga, eo quod permiseritis: en Christo supplicarunt

injuriosus in Martyres

F

miserope-

kk

ll

& consecratis ecclesiis

runt ut tollatur fames; ipſe porro Lucianus, cum ſedifſet in Epiſcopatu annos XXVII: ſepultus fuit juxta fores Batilietæ, poſt eum ordinatur Alexander Archidiaconus *mm*.

ANNOTATA, ET CENSURÆ.

a *Satis quidem abſurdum eſt, ut quadriennii ſpatio converſis planibus neme fuerit baptizatus præter Alexandrum: ſed quod toto populo baptiſmum petente religioni ſibi duxerit Agatho eumdem conferre, remque differendam putarit ad annum & amplius, omnem ſuperat abſurditatem. Aſt hujuſmodi nugis ſcatet totum hoc ultimum Caput. Vbi autem tunc erant* omnes *illi* Epiſcopi & Presbyteri, *ad quos latitantes* in montibus & ſpeluncis, *num.* 18 *dimiſerant Sancti Iudæos baptiſmi cupidos? An non illi ſtatim prodiiſſent ceſſante perſecutione, & totis agris jam albis ad meſſem?*

b *Nempe, capto a Perſios Valeriano, ceſſavit perſecutio per Gallieni Cæſaris edictum, ſed hoc anno* 269 *primum contigit.*

c *Cajetanus in Vita S. Neophyti*, Tobolo; *infra autem in Appendice ſcribitur*, Zabulo.

d *Idem hic compendio utens, ſubtrahit nobis facultatem ſupplendi præſentem MS. Neapolitani hiatum: qui fortaſsis in ipſo fuit originali Græco.*

e *Nempe quod poſterioribus ſeculis uſu receptum fuit, ut præcipuæ quædam fundationes eccleſiarum aut monaſteriorum Apoſtolicæ Sedis privilegio communirentur, id primis illis ſeculis inepte ſatis applicavit hic auctor.*

f *Multum fuerit ſi in plena Eccleſiæ pace, poſt plura ſecula, tam opulenta fuiſſe credatur Eccleſia Leontina, quam hic fingitur in ipſis ſuis principiis*

g Rhodippum, *ut Epiſcopum ſecundum Leontinorum, celebrat Cajetanus* 2 *Februarii, diem ut exiſtimo legens arbitratu ſuo, nec aliunde quam ex hiſce Actis eum extitiſſe probans.*

h *Meminerat forte auctor quod legitur Iudith* 8, 3, in diebus meſſis hordeaceæ *fuiſſe* æſtum, *quo tactus Manaſſes Iudithe maritus obiit. Plinius autem lib.* 18 *ideo aſſerit* Hordeum ex omni frumento minime calamitoſum *eſſe*, quia tollitur antequam triticum rubigo occupet: *& cap.* 29 Rubigalia *dicit agit* ad VII Kal. Maji, quoniam tunc fere ſegetes rubigo occupat. *Vnde colligas Hordei meſſem in Sicilia, tanto calidiore, quam ſit Italia, fieri initio Aprilis: & tamen mox dicuntur Sancti Romam adveniſſe* 19 *Iulii, ut plus quam tres menſes modico iſti itineri inſumpti fingantur, eaque tempeſtate ventum eſſe Romam, qua id exitiale propemodum habetur.*

i S. Stephanum *hunc fuiſſe, cenſet Cajetanus, & iter hoc in annum* 258 *incidiſſe, exerrantem in Chronologia Baronium ſecutus, ſecundum quem Stephanus vixit uſque ad an.* 260. *Sed præterquam quod tum adhuc Romæ ſæviret Valerianus, nos oſtendimus jam inde ab anno* 255 *mortuo Stephano ſucceſsiſſe S. Sixtum; & huic, cum Diacono ſuo S. Laurentio ipſo anno* 258 *è vivis ſublato, ſucceſsiſſe* S. Dionyſium, *qui uſque ad* 269 *Cathedram tenuit.*

k *Fruſtra eſt, qui* Apoſtoli Petri ædem *Romæ ante Conſtantini tempora nobis proponit.*

l *Nec ante S. Athanaſii adventum in Occidentem monachos noveramus: hic vero mox infra videbis etiam* monaſteria *plura* vicina *Romæ, & monaſterium plenum Fratribus in Vaſconia.*

m *Cajetanus alicubi* Benedictam *vocat, quod magis placet.*

n *Vt* Præfectam *urbem excuſet quis dici aliquam quæ titulum haberet* Præfecturæ: *quid faciet cum hac* Locuſta?

o *Neſcio quomodo Smaragdus hic irrepſerit, pro eo qui ante & poſt vocatur* Eraſmus.

p *Monachus auctor liberaliter affingit Sanctis, quod ſuo ævo laudabatur in monachis.*

q *Ita ſenſus exigit, pro eo quod in ecgrapho Neapol. eſt,* & fidem ſuſcepit.

r *Turbatum partim hic erat ecgraphum, partim mutilum: accipimus ergo verba hæc* Miſiſſe Romam ibique à Licinio traditos fuiſſe: *quibus ante & poſt adjunximus alia, ad plenum ſenſum neceſſaria, intra* [ ].

s Valconiam *undecim menſium itinere Roma abeſſe finxit auctor: ne autem quis putet ſolum voluiſſe, tantum temporis impenſum ibeundis Italicis circa Romam monaſteriis (quo tamen non evaderet reprehenſionem, hoſpitium ſuum non recta eo ducens quo maxime opus erat) rurſum id infra confirmat; cum menſe Decembri iter remetientes, non niſi ſequenti Octobri reduxit Romam: tam parum ſcilicet urgebat cura Leontini populi, baptiſmum præſtolantis.*

t *Forte in Græco erat* mentis tertii, *itaque annum à Septembri inchoantibus notabatur* December: *quo menſe Romæ ſolitas ordinationes fieri à Pontificibus conſtat ex Vitis eorum in* 2 *Catalogo & apud Anaſtaſium Bibliothecarium. Iuvenis autem tum adhuc Sirmondus, Græcarumque rerum fortaſis nihil præter linguam ſciens cum iſta Latine reddidit, tertium menſem more noſtro interpretatus fuerit* Martium, *& loco Dominici Adventus, per quem ſe Neophytus comparavit ad ordinationem ſuſcipiendam, ſubſtituerit Quadrageſimam. Ita excuſabitur auctor ab errore, qui vix potuiſſet ſomnianti obrepere.*

v *Monaſterium tunc aliquod intra vel extra Romam fuiſſe, nemo ſapiens credet: ſed neque in iis, quæ ſequentibus ſeculis multa ſurrexerunt, ullum invenies nomine* Auguſtionum, *quorum Præpoſitus* Marcus *æque gratis hic fingitur, ac Hieroſolymitanus monachus* Marcus, *in ſimili S. Gregorii Agrigentini Vita, eidem adjunctus itinerum omnium dux ac ſocius.*

x Apoſtolicam *in Græco haberi, & apud Achmet (neſcio quem) cap.* 158 Apoſtolicium *legi, notat Cajetanus, interpretaturque* habitum Apoſtolicum, *id eſt*, Pontificalem *ſive* Epiſcopalem: *ſed antiquum nullum ſcriptorem adducit, quo ſuam firmet conjecturam. Nec enim ad rem facit, quod Romanus Pontifex vocari ſoleat* Apoſtolicus: *quod autem additur* Superhumerale, *Græce* Ὁμοφόριον; *id* Pallium *reddi potuiſſet, voce in talibus uſitata.*

y *Ergo Pentecoſte, de quo ſupra, celebratum cenſetur* 10 *Iunii, ac proinde Paſcha* 22 *Aprilis: hoc vero, ab anno communis æræ* 239 *uſque* 311 *ne ſemel quidem contigit, id eſt anno* 311; *ſemel etiam tantum eodem tempore accidit ut Paſcha celebraretur* 21 *Aprilis, id eſt anno* 291; *aut* 20 *ejuſdem, id eſt anno* 274: *quod addo propter eos qui forte effugium quererent, ordinationem Neophyti in ſecundam aut tertiam feriam Pentecoſtalem differendo.*

z *In diplomate Benedicti VIII Papæ, ad Benedictum Epiſcopum ſanctæ Portuenſis Eccleſiæ, referendo ad annum* MXVI, *quod recitat Vghellus tom.* I *col.* 136, *nominatur* civitas Portuenſis, cui vocabulum eſt S. Hippolyti, *quæ Xiphilino* Portus Auguſti, *Antonio* Portus Auguſti Urbis, *Caſſiodoro* Portus Urbis Romæ, *Paulino* Portus Romanus *dicebatur: ibidem ſub Alexandro Imperatore circa annum* 229 *die* 22 *Auguſti, paſſus* S. Hippolytus *Epiſcopus, Patronus colitur: eſtque credibile medio aliquo ſeculo, puta* 9 *aut* 10, *pulſis ex Italia Saracenis reſtaurata veteri eccleſia ſolennius elevatum corpus, ſuſcitaſſe ſopitam erga Sanctum religionem; & pro ejus ævi frequenti uſu, novæ illi appellationi occaſionem dediſſe.*

aa *Quid* Agathoni *factum, tacentibus Actis, ambigit Cajetanus, ſubſtiteritne in Lipara, an comitatus S. Neophytum ſit, in ſua illum Sede collocaturus: dubitari ſaltem non debet quin eo facto redierit Liparam, ſi vere tempore noſtrorum Martyrum Liparitana Inſula Epiſcopum habuit* Agathonem, *eaque appellatio ſumpta non ſit ab eo, pro quo juxta qualitatem exceſſuum punito ſolicitus S. Gregorius Magnus lib.* 2 *Epiſt.* 53, *humanitatis intuitu diſponi jubet quemadmodum poſſit ſuſtentari. Nominatur quidem*

INT. SIRMUNDO. Agatho Liparitanus Episcopus, *in oratione de corpore S. Bartholomæi in istam insulam advecto, eumque Rocchus Pyrrhus vult esse, cujus hic habeatur vita: sed eam translationem libentius crediderim ævo S. Gregorii quam Decii factam, adeoque adhuc requiro certius de alterius existentia testimonium: talem enim Liparitani verosimiliter inter Patronos suos colerent, si habuissent: quod tamen non facere, persuadet ipsius Pyrrhi de tali cultu silentium, solum commemorantis diem, quo eum proponit Cajetanus in Idea, ut Leominis venerabilem.*

bb Stratonicum & Cleonicum *intelligit, qui supra num. 77 dicuntur projecti in puteum,* in loco qui dicitur Heracleo.

cc *Nullo certo exemplo probari potest, ante factam Christianis à Constantino potestatem construendi ecclesias; & a S. Silvestro institutos consecrandarum earum ritus, habuisse Christinos oratoria sub Sanctorum nominibus: quæ tamen notari non debent; postea accessisse iis locis quæ ita nuncupantur. Frustra igitur Cajetanus hinc gratulatur Leontinis, quasi in Deiparæ cultu primis aut certe ex primeribus.*

dd *Enormis haud dubie hæc est hyperbole.*

ee Severum *hunc Catanensem Episcopum Cajetanus ad 21 Martii collocat in Indice sanctorum Alphabetico: sed*
B *fallente numero paginæ notato, non est facile locum reperire: deinde ut ab hoc diversum collocat* S. Severinum, *Casanæ item Episcopum, colendum 8 Iunii, ex Translatione S. Agrippinæ, quasi huic sub imperio Constantini ecclesiam dedicarit. Neutrius mentio fit in ullis S. Agathæ Actis, ante aut post mortem,*

ff *Baronius in. Notis ad hunc diem redarguit eos, qui festum hoc jam inde ab Augustini ætate celebratum putant, eo quod tunc recitetur quædam hujus sancti Homilia, quam observat sumptam ex Serm. 2 de Annuntiatione, & paucis mutatis Nativitati aptatam.*

gg Exaltatio Sanctæ Crucis *celebris esse cœpit post Crucem inventam tempore Constantini, an autem ante alteram exaltationem sub Heraclio, toti Imperio festiva fuerit, suo tempore quari poterit.*

hh *Undique imperfectum sensum varie supplere hoc loco necesse fuit ex iis quæ sequuntur.*

ii *Hi mox nominantur: sed ne unius quidem ex omnibus ulla uspiam memoria.*

kk *Ita Ecgraphum nostrum: fortasse legendum* Felicianus.

ll Lucianum, *ait Cajetanus fere vixisse anno 390, imo & 400 atque ultra; refert autem die 3 Ianuarii colendum, quod vellimus nos non fuisse secutos.*

C mm *Hic denique sequitur ultimus titulus,* De Samuele leproso Hebræo, & quomodo eum sanaverint Sancti: *quod quia additur per modum appendicis, spectantis ad res sub Neophyto Episcopo gestas, seorsim relinquimus ut invenimus.*

APPENDIX.

125 IN Leontinorum Mesopoli vir quidam erat primus inter Hebræos, Samuel nomine, hic
a tetra lepra laborabat ab anno *a* duodecimo: venit
Iudæus leprosus Susanna ejus uxor flens ad Eutropiam, persuasitque illi Eutropia, si Christianus fieret vir ejus, futurum ut eum sanarent Sancti. Dum inter se loquuntur, factum est ut Samueli apparerent ac dicerent: Vade ad Theclam, ille vero excitatus clamavit: Christianus sum. Cumque advenisset uxor ejus mirata est, & filii ejus septem, & filiæ duæ, duxeruntque eum ad Theclam, illa vero ad speluncam Sanctorum, &
miraculo curatur & cum tota familia converſus. noctu egressi sunt Sancti, & advocantes Neophytum dixerunt; Instrue & baptiza hunc, & voca Donatum, eumque Presbyterum fac in vico Antziano, ubi sanctæ Isidoræ & Neophytæ matris tuæ jacent corpora, itemque Martyrum viginti & suffla in faciem ejus. Cumque tertio insufflasset Neophytus, sanatus est ille, & baptizata *b* est familia ejus tota, b
& primus ejus filius appellatus est Gregorius, secundus, Olympius, tertius Isidorus, quartus Eustratius, quintus Charito, sextus Eustatius, septimus Meletius: & duo filii fratris ejus Beniamin, & filia major Aquilina, minor Christiana, cum his animæ in universum CCLXXXIV, famuli & famulæ. Tum temporis Romam profecti sunt Agatho & Neophytus; Donatus autem mansit in domo Theclæ, & suas omnes facultates ei dedit, ut eas distribueret. Hæc cernentes Hebræi venerunt in Mesopolim cum Susanna, & salutaria verba audierunt à Donato. Thecla *sub ruina montis servatur ille jus cum aliis* 35.
autem cœpit ædificare Ecclesias: veneruntque tres è Syria architecti, Nicolaus, Eusebius & Eusignius; ex Africa Sanctorum, qui ipsis apparuerant, monitu profecti, ibi enim tum degebant. Erat igitur juxta Theclæ domum Cancellariæ *c* locus, in quo lapides cædebant. Porro non ferens diabolus se vinci, pluvia magna exorta, cum speluncam introiissent XXX latomi, & Donatus & alii quinque ex aurigis, montem impulit super eos. At illi Sancti [Andreæ] *d* d
opem invocantes, cum caderet mons, ab eo servati sunt: spatsa autem est fama per Mesopolim eos obiisse. Quod audiens Thecla, sublatis in cælum manibus, E
dixit, Confido Domine, quod sicut servasti Elisabeth *e* cum Præcursore in sciissura montis, ita & [eos servabis. Summo autem] mane, accurrit turba cum Thecla: & ecce tres Sancti, & alii viginti adjutores *f* f
cum grandævo Apostolo, lapides removerunt, & sanos illos ostenderunt.

126 Thecla autem condidit pastophorium, in *post reditū Neophyti* loco ubi erant corpora, & ecclesiam valde elegan-
tem; & in Zabulo ecclesiam *g* Deiparæ, & lava- g
crum in ea: & simul ædificavit Episcopium. Omnibus vero peractis profecta est in suburbanum suum Antzianum, ibique condidit ecclesiam in honorem Sanctorum mulierum Isidoræ matris suæ & Neophytes sororis ejus & Sanctorum viginti Militum, quos Tertyllus occiderat. Post tres igitur annos rediit ex Urbe Neophytus, & baptizavit primum Donatum cum tota familia ejus, sed & multos Hebræos numero DCCLIII: & Donatum creavit *Presbyter ordinatur.* Presbyterum, & filios ejus Gregorium, Olimpum & Isidorum, Diaconos in Ecclesia [Leontina]; Eustratium vero & Charitonem etiam Diaconos, ut manerent cum patre suo; Eustatium denique & Meletium Subdiaconos, ut & ipsi cum patre manerent in Antzianis, XXII Octobris profectus est Neo- F
phytus ad vicum, ibique constituit Donatum & filios: & mansit ibi Donatus, abstinens à carne, vino & oleo, fulgens omni virtute: & post obiit in pace, & sepultus est in dextera parte templi intra XX Martyres, mense Novembri die *h* XII, & vi- h
xit annos LXVIII: & ordinatus Eustratius *i* filius e- i
jus, qui gregem pro eo gubernavit annis XXV: & post hunc Charitonem annis XXX. Quo vero tempore Crescens impius Sanctorum Reliquias, quæ in Antzianis sunt, projicere voluit, misit Lucianus ad Presbyterū (is tum erat Eraclius) ut observaret portas. Adveniens autem propius Crescens aperire non potuit, & rediit in Mesopolim: & cum manus Sanctis injecisset, vita excessit cum tremore.

ANNOTATA, ET CENSURÆ.

a *Cajetanus* ab annis 22: *sed credimus esse errorem cyfræ pro* 12.

b *Non statim, sed* post tres annos, *ut infra dicitur, reverso Roma Neophyto.*

c *Nec* Cancellarios *nec* Cancellarias *vetus Romanum Imperium, & qui sub eo Græce loquebantur, noverant; posteriorum*

A *steriorum longe temporum ea appellatio fuit, seculo 7 vel 8 cœpta audiri, & à Latinis ad Græcos traducta.*

d *Exciderat nomen, quod restituo ex judicio Cajetani,* Grandævum Apostolum *(sic enim mox nominatur) intelligens alibi quoque* S. Andream: *quem in Notis ad vitam S. Luciani, ait esse* Leontinæ ecclesiæ Patronum.

e *Hoc esse* ex apocryphis sumptum *etiam Cajetanus notat.*

f *Censeri hi deberent Viginti Milites Martyres esse.*

g *Rocchus Pyrrhus*, D. Mariæ de Cava *nunc vocari ait, &* matricem ecclesiam *appellat.*

h *Cajetanus legit die* XIII, *eoque ipsum adscribit Sanctis Leontinis.*

i *Ex Diacono scilicet Leontina Ecclesiæ.*

TRANSLATIO RELIQVIARVM.

127 SAtis constat, sanctissimos Christi Martyres Alphium, Philadelphum, & Cyrinum, persecutione Decii apud Leontinos pro Christo occisos fuisse, conditosque ecclesia superstructa; sed eorum corpora, quo tempore, quave caussa Leontinis sublata sunt, in obscuro manet. Traditum est dumtaxat à

B *Reliquiæ an. 1517 repertæ in monasterio Fragellatis,* scriptoribus, centum triginta fere ante annos, arcam retertam ossibus, cum historia Græce scripta, inventam in monasterio S. Philippi Fragalaris ad Tyrrhenum mare. Quamquam alii in vetere desertaque ecclesia defossam prodidere, quæ prope idem monasterium fuit, dum ejus absis ad aram maximam diueretur. Diu tamen ignoratum est quæ corpora forent, donec Abbas Græce doctus monasterio præficeretur: qui perlecta historia, cum Sanctorum Martyrum Alphii, Philadelphi, & Cyrini ea esse corpora cognovisset; solemni supplicatione insignibusque officiis honoravit: idque anno Christi Domini MD XVII factum esse commemoratur. Quod ubi Leontini per Joannem Falcum, virum religiosum, accepere; statim ad recipienda corpora animum adjecere. Magnis tum motibus Sicilia quatiebatur, instinctore Joanne Luca Squarcialupo. Eam nacti occasionem Leontini, viros aliquot præmisere, qui facinus aggrederentur. Profecti Augusto ineunte, cum eorum consilia detecta pernossent, infecta re, intra quartiduum rediere.

mittunt Leontini suos

128 Primores igitur Leontinorum, cum super eo negotio consultaretur, vi agendum esse decrevere. Statim equites centum coacti sunt armisque instructi, qui monasterium oppugnarent clam urbe digressi; dictitantes, cum ab obviis interrogarentur, milites esse Ducis Squarcialupi, adversum eos qui latrocinia exercerent. Intempesta nocte ad Fragalense monasterium perveniunt; foribusque perfractis introgressi, irrumpentium strepitus equorumque monachos somno excitavit, aspectus armatorum perterruit. Tum Præfectus agminis, venia ab Abbate petita, si quid invitò pateretur; Leontinos esse eos dixit, neque ipsis quidquam deliberatius esse quam SS. Alphii, Philadelphi, & Cyrini reliquias in patriam deportare. Consulto illuc venisse, amore pignorum suorum pertractos: proinde aperirent, qua latebra occultarentur; nam fas natales in terras deferri, quas profuso sanguine decoravissent; eoque solo condi servarique, unde in cælum commigrassent. Contraire Abbas, hisque conatibus obniti: sed nulla ejus excusatio, nullæque preces pervicere, ut Leontini absisterent. Qui ubi videre nihil blandimentis profici, minas terroresque interiecere. His coactus Abbas, quibus latebris reliquiæ occultarentur indicavit. Supra tectum ædis abditæ erant. Arca inde desumpta, sacra ossa singillatim Abbas monstravit: quibus adoratis, rursumque in arcam inclusis cum Græca historia, Leontini, ne à vicinorum oppidorum accolis im-

qui illas rapuere:

C

quod & factum.

pedirentur, transversis itineribus in patriam contendêre. INT. SIRMUNDO.

129 Festa urbs obviam effusa, Clerus, Magistratusque, ubi Martyrum suorum reliquias salutavere, magna cum pompa lætitiaque in urbem intulerunt, ad IV Nonas Septembris. In ipso Leontinorum ingressu multa miracula contigere, quæ consequentibus etiam temporibus Sanctorum Martyrum promeritis continuata sunt. Exinde magistratus, populusque Leontinus Paulum Constantinum ad Leonem X Romam destinavit, quem tota de re edoceret; precareturque, ne Leontinos antiquissima possessione Martyrum suorum moveri pateretur, quam ante annos MCCLXIV adepti fuissent, cum eorum cædé ac sanguine perfusi ornâtique sunt. Romanus Pontifex, precibus Leominorum permotus, urbem Leontinorum diris exemit, reliquiasq; ut retineret diplomate suo firmavit. Ex eo Leontini Collegium Canonicorum instituendum curavere, in ecclesia Sanctorum Alphii, Philadelphi, & Cyrini, jam inde ab antiquissimis temporibus exstructa; ut celebriore cultu majoreque religione beatissimi Martyres percolerentur. Quo loco multa ab eis beneficia præstantur, ad Dei gloriam, qui vivit in æternum. E

Leone X indulgente.

130 *Hactenus in opere de Vitis Sanctorum Siculorum tom. 1 pag 72 Octavius Cajetanus, sub annum* MDCXX *vita functus. Post ejus obitum cum opus illud variis intercurrentibus causis supprimeretur ad annos viginti (prius scilicet quam publicæ luci commendandum traderetur P. Petro Salerno, auctoris consanguineo, à quo demque anno* MDCLVII *vulgatum est) suam Siciliam sacram opere non contemnendo publicavit Rocchus Pyrrhus anno* MDC XXXVIII; *& de sacris istis pignoribus haud paulo diversam sententiam scripsit: quam hic quoque apponendam censui, ut quid utrimque verisimilius sit pesit commodius dijudicari. Sic ergo habet in Notitia Ecclesiæ Syracusanæ, de Leontinis agens pag.* 234. In sanctorum Martyrum fratrum Alphii, Philadelphi, & Cyrini, urbis Patronorum honorem, magnificum templum anno MD XVII exædificari inceptum est à Senatu Leontino, dirutis tribus antiquis fanis SS. Sebastiani, Christophori & Fratei; quod postremum fuisse sanctorum Fratrum primum locum tradunt. Id majori dignitate, Canonicorum scilicet Collegio illustrari curavit idem Senatus, obtinuitque ab Joanne Horosco de Arze Episcopo Syracusano, ut ex litteris confirmationis, datis Syracusis 1 Maji MDLXXIII Indict. 1 constat.... Diu ab iis Canonicis litigatum est cum Parocho & Beneficiato, ut vocant, nempe Parocho matricis Ecclesiæ, in curia Episcopali & Metropolitana: sed anno MD XCVIII in Metropolitana decretum est, quod Canonici Collegiatæ præcedant Beneficiatos Parochialium & Matricis ecclesiæ S. Mariæ de Cava. F

& ecclesiæ Collegiatam exstruunt Sancti:

131 Hic solennioribus festis die X Maji & II coluntur Reliquiæ præcipuæ sanctorum Fratrum... officio per Papam Paulum V, XIX Novembris MDCXI cunctis Siculis indulto. Eorum corpora, à Leontinis honorifice condita, apud eos ad annum circiter DCCC permansêrunt, quo tempore Ecclesiæ Leontinæ præerat Constantius Græcus, qui anno DCCLXXXVII adfuerat Concilio Niceno II, & sexto loco subscribit inter Sicilienses Præsules. Is erat Ordinis S. Basilii, Abbas S. Mariæ de Palatiis in antiquissima urbe Aluntio, prævidens cuncta Saracenorum direptionibus absumi, caute agens, ea corpora sacra in suum patrium monasterium Basilicnse transtulit, ibique abscondit. Cum autem post ejectos Saracenos, ex ruinis Aluntii à Lombardis, ad passus ferme quingentos superius, construeretur novum oppidum; inventa hæc sacra depositia sanctorum Martyrum Fratrum fuerunt, ibique & Græca historia res à Sanctis gestas atque illustre martyrium docet: quæ honori-

Ab aliis ea reliquiæ olim Aluntii fuisse dicuntur

INT. CIR. MUNDO. *indeque translata ad opp. S. Philadelphi,*

fice in novum oppidum, unde S. Fratello id est S. Philadelphi nomen fluxit, translata sunt: atque à cœnobitis Basilien sibus tria crania subripiuntur, dantuque magno monasterio Messanensi S. Servatoris: & ab aliis ejusdem instituti aliquot Reliquiæ cœnobio Fragallensi. Sed anno MDXVII hac fama exciti Leontini, ad sacra corpora redimenda animum adjecerunt; præmiseruntque primum Sacerdotes quosdam ad S. Fratellum (uti lego in MS. ibidem) ut modum quo recuperari possent investigarent: deinde circiter centum viri cœnobium Fragallense adeuntes, ex Abbate, precibus & pollicitationibus mitigato, eas sanctas Reliquias cum historia receperunt, vel potius subripuerunt ultima Augusti, easque 11 Septembris ad Leontinos asportaverunt. Veriti autem ne sanctorum corporum possessione ullo unquam tempore deturbarentur, à Leone Papa X absolutionem & confirmationem exoraverunt, diem festum Translationis constituerunt, & Reliquias in argentea arca inclusserunt.

ac denique ad Leontinos.

132 *Hactenus Pyrrhus, ipsis Cajetani MS. usus, quæ etiam sæpe allegat in margine: an & Animadversiones ejusdem viderit, minus certum: harum enim bonam partem Petri Salerni esse vix dubitaverim. Utriuscumque sit, quod pag. 56, de prima ablatione sanctorum corporum ab urbe Leontina legitur, hic meretur transcribi.* Rumor est apud Leontinos, corpora SS. Alphii, Philadelphi, & Cyrini, novo tyrannorum metu intumescente, à B. Thecla fuisse asportata in oppida suæ ditionis, Myrtum, & S. Philadelphi, quod sanctorum Fratrum rectius appellaveris. Distat ab hoc oppido, mille passibus ad Septemtrionem & mare, vetus Aluntium, in monte situm, in cujus edito clivo, ædes est SS. Alphio, Philadelpho, & Cyrino dicata; ea subter est concamerata, ubi fama tradit, illorum corpora occultata fuisse. Nam B. Theclam, cum Myrtum oppidum ditionis suæ peteret, hic substitisse aiunt, atque eam ædem condendis sanctorum Martyrũ corporibus exstruxisse. Hinc asportata sunt in oppidum Sanctorum-fratrum ut vocant, posteaquam conditum est. Sed multæ sunt machinæ adversus vulgare hoc commentum.

B *Idem dicit testatur Cajetanus,*

133 Primum advertantur Acta, quibus traditur B. Theclam condidisse Leontinis corpora sanctorum Martyrum, ecclesia super exstructa; illamque, octo post annos ac menses quatuor, in sinu pacis animam efflavisse, & eadem in æde sepultam, à læva SS. Alphii, Philadelphi, & Cyrini. Falso igitur fama tradit, Alphium, Philadelphum, & Cyrinum alio translatos à B. Thecla, quando Actis firmetur, Leontinis illa fuisse, cum B. Thecla supremum diem obiit. Quin ex serie Episcoporum ecclesiæ Leontinæ satis constat, corpora Alphii, Philadelphi, & Cyrini Leontinis adhuc fuisse, usque ad Episcopum Lucianum, qui ferme vixit anno CCCXC. Fac ab alio id factum. At quonam metu subigente? Vel Diocletiani & Maximiani persecutione, vel Maxentii factum oportuit: nam dein nulli Tyrannorum metus, florente Constantini principatu, sub quo pax aurea altaque; Julianum Apostatam excipio, qui nihil hac in re movit. At Leontinis fuisse corpora, annum ultra CCCXC, jam probatum est. Ad hæc quo scriptore, quave ratione, aut conjectura probet quisquam, ea oppida B. Theclæ Toparchiam exstitisse, qua tempestate Romani Cæsares Siciliã tenuere? Deinde aio; oppida Myrtum & Sanctorum-fratrum ævo Imperatorum non exstabant, erant tum sine nomine teriæ; nec condita sunt nisi Saracenorum Normannorumque Principum dominatu.

sed improbat, inhærens Actis,

C

D *qua parte magis fabulosa sunt.*

134 *De oppidis ipsis quando condita sint non disputavero: solum, in quo condita sunt, Theclæ fundos prædiave fuisse, ad quos illa sese receperit, resuscitatam à Valeriano persecutionem fugiens, nihil prohibet: uti nec ab ea translata esse Aluntium, quæ impiorum furori subducta cupiebat, sacra pignera. Nec propterea opus est ut illa extruxerit ecclesiam, in qua postea sunt reperta: hoc enim condonandum vulgo, initia rerum cum earum progressibus confundere stulto. Acta quidem repugnant: sed parte quarta, qua ea maxime falsa esse ac prorsus commentitia persuadent plurimæ ubique ineptiæ, à nobis obiter animadversa. Abest tota pars quarta ab eo MS. quod cum sacris Reliquiis inventum est, ad hoc fortasis à Leontino aliquo consarcinata, & priori qualicumque narrationi adjecta, ut Aluntinis, sanctorum Martyrum cultum apud se antiquissimum esse contendentibus, nihil cedere deberent Leontini; sed potius judicarentur prævalere. Neque enim multum fidendum credo ei quæ prætenditur Episcoporum seriei, cum ea certioribus nullis monumentis firmatur: & impius ille, qui memoratur, Crescens, Sanctorum hostis, si talia aliquando attentarit, qualia vix credo ante Iconomachorum tempora cuiquam venisse in mentem; melius differetur ad octavum seculum, Leonisque Isaurici vel filii ejus Copronymi Imperium; & sic Lucianus, qui se Crescenti opposuit eique succesit, tunc vixisset, quando, quin Aluntii pridem fuerint corpora, vix poterit dubitari.*

E

Ad Aluntinam ædẽ supplicatio annua.

135 *Et hæc pro antiqua traditionis excusatione sufficiant: ad Cajetanum redeo, qui eodem loco observat, quod* ad Aluntinam ædem ex oppido Sanctorum-fratrum, solennis supplicatio quotannis habetur, natali die SS. Alphii, Philadelphi, & Cyrini: atque in ea patrantur multa miracula, pluresque diversis è morbis curantur. *Confirmans deinde quod de partitione sanctarum Reliquiarũ ex Pyrrho diximus.* Hac inquit tempestate, pars corporum Sanctorum Alphii, Philadelphi, & Cyrini Leontinis magno cultu ac veneratione servatur, in ecclesia eorum nomini dicata: pars in oppido, ut vocant Sanctorum-fratrum: capita, haud illa quidem integra, Messanæ in monasterio Sancti Salvatoris ordinis S. Basilii. Vetus est opinio, reliquias sanctorum Martyrum, quæ in oppido Sanctorum-fratrum habentur, inventas fuisse in vetere ecclesia, illorum nomini dedicata in proximo monte, in quo antiquum Aluntium fuit; ex eaque ecclesia in oppidum delata, quod mille passibus distat. *Appellatur à Fasello de Rebus Siculis dec 1 lib. 9* S. Philadelphi oppidum, *quod* Longobardorum *esse opus* ex incolarum, *inquit*, idiomate colligitur. *Quid autem si neminis appellatio ab hoc potissimum sumpta sit, quod illius unius reliquiæ illuc Aluntio allatæ fuerint. Favet conjecturæ appellatio vulgaris, quo* San-fratello *nominatur in singulari numero, & melius* Sancti-fratris *quam* Sanctorum-fratrum *Latine redderetur. Est autem* Aluntium, *adeoque &* S. Philadelphi *oppidum, in altero id est Boreali insulæ latere procul à Leontinis: quo pronum fuit eos se recipere, qui Romanorum Præsidium, Orientale latus frequentius inhabitantium, fugiebant tyrannidem. Quæ istic & alibi, ad Sanctorum Fratrum invocationem, facta fuerunt miracula, si nobis aliquando transmittantur ab iis quorum interest, locum habebunt in Supplemento hujus mensis.*

F

DE

DE SANCTIS MARTYRIBVS ROMANIS

GORDIANO ET EPIMACHO.

ITEM PRIMULO, ET MAJORE SEU MEDONE CONFESSORE. G.H.

ANNO CCCLXII.

Acta Martyrii ex Mss.

ACta Martyrii S. Gordiani *extant paſſim in pluriſque MSS. Paſſionalibus, etiam omnium quæ videre potuimus antiquiſſimis, & talia ſunt à Claudio Puteano olim communicata, uti & deſcripta ex MSS. Trevirenſi S. Maximini, Audomarenſi Eccleſiæ Cathedralis, Monaſterienſi Bernardi Rottendorfii, aliiſque duobus codicibus noſtris, quibus potiſſimum uſi ſumus poſt quam ea contulimus cum triplici codice Reginæ Suecia numero* 13, 81 *&* 482. *Aringhus lib.* 4. *Romæ ſubterraneæ cap.* 3 *plura MSS. allegat. Typis olim vulgata ſunt eadem apud Ioninum Mombritium, item in Legenda Coloniæ & Lovanii anno* MCCCC LXXXIII *& biennio poſt excuſa: qualia etiam retulit ad hunc* x *Maji Laurentius Surius, præfatus* dictionem in gratiam lectoris nonnihil expolitam eſſe: *ſed malumus genuino ſtylo ea proferre. In quibus ne offendat lector, eum Baronius in ſuis ad Martyrologium Romanum Notis*

B

ſub Iuliano abſente.

monet, carnificinas illas, quas Romæ in Chriſtianos exerceri ſolitas temporibus Juliani ferunt, non ab ipſo Juliano, ſed ab Aproniano Præfecto Urbis inſtitutas ... & horum Martyria potius ſub Juliano quam coram Iuliano Romæ actitata. Illum enim poſt adeptum Imperium, Romæ aliquando fuiſſe, nullius probatorum antiquorum auctorum teſtimonio affirmari. *Dum igitur hic fere de Iuliano agitur tamquam Romæ præſente, cognoſcis non eſſe hæc Acta primæ auctoritatis: ſed notabili poſt rem geſtam tempore collecta ab aliquo, qui quoad verba, ultro utroque in judicio habita inter Ianuarium Presbyterum & Gordianum adhuc gentilem, ac Præfecti urbis potius quam Imperatoris Vicarium, & rurſum inter eundem jam Chriſtianum & ſucceſſorem Clementianum, ſecutus videtur Acta Notarialia; atque in his certior fides iiſdem dari poterit, etſi non certiſſima.*

2 *De* S. Epimachi *martyrio nihil alibi legitur. hic vero etiam nihil niſi in fine: poſt quam enim dictum eſſet, quod* In via, quæ Latina nuncupatur, non longe ab urbe Roma, ſed quaſi milliario plus minus uno, illic poſuerunt eum (*Gordianum ſcilicet*) in crypta ſexto Idus Majas, ubi jam pridem S. Epimachum ſepelierant, *additur*, In quo etiam loco beneficia eorum ac virtutes florent uſque in hodiernum diem. *In MS. Vltrajectino S. Salvatoris, ubi eadem Acta continentur ſed contracta, ſub finem iſta leguntur*: Tandem à familia ſua nocte rapitur Gordianus, & cum B. Epimacho, cujus eſt etiam hodie feſtum, quem dudum prædictus Julianus occidi fecerat, ſepelitur. *Græci utrumque colunt die* IX *Maji, & in Menologio Baſilii Imperatoris iſta leguntur*: Chriſti Martyres Epimachus & Gordianus erant ex magna & antiqua Roma. Cum vero Chriſtum profiterentur, comprehenſi ab idololatris ſunt, & regionis Præſidi traditi: ab hoc juſſi ſunt Chriſtum negare & idolis ſacrificare. Verum quia non conſenſerunt, atrociter ſunt cæſi: deinde lignis ſuſpenſi, & ferreis ungulis dilaniati. Poſtea vero è lignis deſcendere coacti ſunt & in carcerem detruſi, ſtatuto eis tempore, quo ſi pœniterent, poſſent vivere. Verum ipſi in carcere detenti, numquam Deo preces offerre eique gratias agere ceſſarunt. Quocirca digni habiti ſunt propter ipſum martyrium ſuſtinere: proinde poſt aliquot dies denuo è carcere educti, ac multiplicibus ſubjecti cruciatibus, enſe demum capite plexi fuerunt. *Hæc in dicto Baſilii Imperatoris Menologio: quibus ſimilia, ſed contracta, habentur in illuſtri Synaxario MS. Pariſienſi Collegii Societatis Ieſu, & in Menæis MSS. Mediolanenſibus bibliothecæ Ambroſianæ & Taurinenſibus Ducis Sabaudiæ. Ex quibus hoc elogium formavit Sirletus in ſuo Menologio*: Certamen ſanctorum Martyrum Epimachi & Gordiani, qui cum eſſent ex magna urbe Roma, detenti ſunt. Cumque cogerentur à Præſide diis immolare & idolis ſacrificare, nefarium facinus recuſarunt: ob idque plurima tormenta ſubeuntes, ſecuri percuſſi ſunt. *Hæc Græci. An ergo aliquamdiu ante* Gordianum *ſit* Epimachus *coronatus, uti videntur Acta Latina habere, relinquimus indeciſum, ob ea quæ mox dicentur.*

3 *Latini utrumque referunt ad hunc* x *Maji, & antiquiſſimum Martyrologii Hieronymiani apographum Epternacenſe ita diem auſpicatur*: VI Idus. Romæ paſſio Gordiani. Romæ Epimacis & Midonis Confeſſ Via Latina ad centum aulas Quarti & Quinti. *De his duobus ſeorſim agimus. Corbejenſe ejuſdem Martyrologii apographum ita incipit*: VI Idus Maji, Romæ via Latina, in cœmeterio ejuſdem natalis Gordiani, Iulii. In cœmeterio Prætextati Romæ natalis S. Epimachi & Majoris Confeſſoris, Quarti & Quinti. *In apographo Lucenſi iſta habentur*: VI Idus Maji Romæ via Latina in cœmeterio ejuſdem natalis S. Gordiani: & in cœmeterio Prætextati Romæ natalis S Epimaci & Majoris, Cori, Quarti & Quinti. *Quæ eadem habentur in apographo Blumiano, ſed ſub finem ſcribitur* S. Epimaci & Majoris Confeſſoris. *In MSS. Richenovienſi prope Conſtantiam & Rhinovienſi in Helvetia iſta traduntur*: Romæ Gordiani & Epimachi & Majoris: *pro quo* Midonis *legitur apud Grevenum. MSS. Auguſtanum S. Vdalrici & Pariſienſe Labbæi*; Romæ Gordiani & Epimachi. *Qui duo, omiſſa palæſtra Romæ, etiam conjunguntur in Caſinenſi MS. Verum in altero Caſinenſi MS. & Romano Ducis Altempſii, pridie ſeu* IX *Maji, quo Græci eos colunt, referuntur* Romæ Gordianus & Epimachus. *In allegatis apographis Martyrologii Hieronymiani & Vaticano S. Petri, celebratur memoria,* Romæ Gordiani & Primoli, *ſive* Primuli *aut* Promoli: *& abſque palæſtra* Gordiani & Prinoli *in MSS. Auguſtano & Pariſienſi: ſolius autem* Primuli *in Richenovienſi: Quid ergo? An loco* Epimachi *eſſet intruſum nomen* Primoli? *An vero* Gordianus & Primolus *ſint alii cenſendi, & ab his diverſi* Gordianus & Epimachus? *Nihil horum affirmare audemus: ac proinde* Primolum, *ut diſtinctum, in titulo poſuimus, cum* S. Majore *ſeu* Midone Confeſſore, *forſan in carcere extincto. Omittimus* Iuliam *in unico MS. adjectam, & forſan à ſequenti die, quando* Iulius Martyr *refertur.*

à Latinis additur Medon ſeu Major.

E

& Primolus.

F

4 *Sed redeamus ad palæſtram* SS. Gordiani & Epimachi, *quos hactenus Romæ adſcriptos reperimus: atque ita junctim Calendariis inſertos, ut ſimul ſocii martyrii paſſi fuiſſe videantur. Porro apud S. Gregorium Magnum in libro Sacramentorum tres orationes proſtant in Miſſa recitandæ, & hactenus in Miſſali & Breviario detinentur. Vſuardus hoc eos elogio exornat*: Romæ via Latina natale ſanctorum Martyrum Gordiani & Epimachi. Quorum prior pro confeſſione nominis Chriſti, tempore Iuliani, diu plumbatis cæditur & ultimo truncatur. *Rabanus plurima ex Actis deſcribit cum his verbis*, Ubi jam pridem S. Epimachum ſepelierant. *Sive, ut apud Adonem legitur*: Ubi jam pridem corpus beati Martyris Epimachi ſepultum fuerat. *An plura ab Adone adjuncta fuerint dubitari poteſt: nam*

Num Romæ paſſi?

Cultus apud Græcos 9 Maji.

C

dictis

AUCTORE G.H.

dictus verbis finit ejus elogium in antiquo MS. Eccleſiæ Meninorum, quod Ipris in Eccleſia Cathedrali adſervatur. Nihil etiam amplius habent Notkerus & Petrus de Natalibus lib.4 cap.129, qui ſolent Adonem deſcribere. Aloyſius Lipomanus tomo 4 de Vitis Sanctorum pag.167 ſcribit Vitam SS. Gordiani & Epimachi per Adonem collectam, *& cum citatis ante verbis illam finit. Verum in Martyrologio Adonis, edito à Moſandro & Roſweido, & in variis MSS. iſta ſubduntur:* Hic Epimachus apud Alexandriam, cum collega ſuo Alexandro, multo tempore & in vinculis & in cruciatibus carceris tortus, cum in frequentibus & diverſis ſuppliciis confectus perduraſſet in fide, ignibus ad poſtremum conſumitur: deinde Reliquiæ ejus Romam perlatæ. *At ſupra apud Græcos dicuntur* SS. Epimachus & Gordianus capite plexi, *τύσσεσθαι τὰς κεφαλὰς ἀπετμήθησαν. An ergo* SS. Epimachus & Alexander *alii cenſendi Martyres? Beda in genuino Martyrologio ſolum iſta habet:* VI Idus Natale SS. Gordiani & Epimachi. *Aſt in Martyrologio ſub ejus nomine ſuppoſito, eadem ex Adone citata eduntur, & reperiuntur in unico MS. codice noſtro in Vita horum Martyrum, ſed non admodum antiquo. In antiquis Breviariis Romanis, à ducentis annis & deinceps diu excuſis, elogium horum Martyrum ex Adone deſumptum finit abſque mentione Alexandriæ. Verum in Breviario, juſſu Pii V edito, Lectio una de his Martyribus præſcribitur: in qua legitur* corpus S. Gordiani ſepultum in eadem crypta, in quam Reliquiæ B. Epimachi Martyris tranſlatæ fuerant ab Alexandria, ubi is diu propter Chriſti confeſſionem conſtrictus in carcere, poſtremo combuſtus, martyrio coronatus eſt. *Quæ eadem hactenus recitantur, etiam inſerta hodierno Martyrologio Romano, idque paſſim recentiores ſequuntur. Interim non cohærent cum initio Adonis, quod tale eſt:* Romæ via Latina in cœmeterio ejuſdem SS. Gordiani & Epimachi, quos Julianus apoſtata inter multos Chriſtianos publicis cuſtodiis mancipavit. *Aringhus lib.4 Romæ ſubterraneæ cap.3 ſcribit* ſacrum S. Epimachi corpus, primum juxta Græcorum Menologium, die XI menſis Martii, Conſtantinopolim condigno honore tranſlatum fuiſſe: *hoc autem ſolum in Indice Menologii à Sirleto collecti legitur; in ipſo textu omiſſum. At Græci in Menæis excuſis celebrant dicto* XI Martii, memoriam Reliquiarum S. Epimachi Martyris Conſtantinopolim illatarum, *addito diſticho cum alluſione* ſanctæ urbis honoratæ ſancti Epimachi corpore. *Alia ſolennitas eſt Conſtantinopoli quatuor Martyrum ad diem* VI *Iulii, quando ita legitur in MS. Græco Synaxario Claromontano:* Sanctorum Martyrum Apollonii, Alexandri, Epimachi & Oneſimi, quorum celebritas agitur in Hexacionio, *ſive* ad ſex columnas. *Georgius Codinus de Originibus Conſtantinopolitanis pag.39 aſſerit;* pomerium urbis Conſtantinopolitanæ à Conſtantino magno deductum uſque ad Exacionium, *ſupra* Hexacionium *dictum. Hic ergo recurrunt* Epimachus & Alexander, *ſupra* collegæ *habiti. An autem ab hiſce non ſit diverſus* Epimachus Alexandriæ *paſſus, quis, dum Acta ulteriora deſunt, poterit certo ſtatuere? Hæc potius viris eruditis proponenda duximus, à quibus ſi certiora proferantur, cum grato animi affectu accipiemus, daturi ea die* VI *Iulii, aut ubi occaſio fuerit oblata.* Feſtum horum Martyrum Romæ celebrari in eccleſia S. Laurentii in Lucina, ubi eorum Reliquiæ aſſervantur, *aſſerit Piazza in Sanctuario Romano.*

an S. Epimachus Alexandriæ

B

an etiam colatur 11 Martii,

& 6 Iulii?

C

ACTA MARTYRII

Ex pervetuſtis variis MSS. codicibus.

1 TEmporibus Juliani impiiſſimi Imperatoris, divulgati ſunt multi Chriſtiani. Cumque hæc audiſſet impiiſſimus Julianus, iracundia plenus, juſſit eos teneri, & in cuſtodiam publicam mitti. Erat autem inter eos quidam Chriſtianus, nomine Januarius, Presbyter ſenex. Poſt tertiam vero diem impiiſſimus Julianus Imperator miſit, & vocavit ad ſe Gordianum Vicarium ſuum, juſſitque ei ut Januarium Presbyterum ſua audientia interrogaret. Tunc Gordianus Vicarius juſſit ſibi, ſicut præceperat ei Rex, Januarium Presbyterum eductum de carcere præſentari: cui ita dixit; Quis vocaris, vel ex qua natione te eſſe oſtendis, feliciſſime *b* orator, edicito nobis. Reſpondit S. Januarius Presbyter, & dixit: Si quidem civem diſcere vis, Antiochenus ſum: ſi vero nationem, ex parentibus Chriſtianis Chriſtianus ſum. Cui Gordianus Vicarius dixit: Quid nos multis verboſitatibus fallere compellis? Nunc ergo audi me, & elige tibi de duobus unum reſponſum. Aut ſacrifica diis immortalibus, & eſto amicus invictiſſimi Principis noſtri Juliani; aut certe ſuſcipe ſententiam nefandorum *c* criminum. Reſpondit autem S. Januarius Presbyter, & dixit ad Gordianum: Si mihi conſenſeris, ego quidem meipſum opto Deo meo offerre ſacrificium placationis; tamen quidquid mihi dixeris vel promittis, pro peccatis meis *d* dignus ſum recipere: verumtamen, ut dixi, pro peccatis meis, non pro juſtitia. Reſpondit Gordianus & dixit ei: Si pro peccatis tuis omnia ſupplicia mereris, funde diis libamina, ut ſic merearis à nobis pro eorum expiatione ſalvari. Reſpondit itaq; S. Januarius Presbyter & dixit: Ego quidem in nomine Domini mei Jeſu Chriſti ſemper ſalvus fui, & ut credo, ſemper ſalvus ero; inſuper & alios ſalvos *e* feci per baptiſmi ejus perceptionem *f* qui deſiderant ſalvi fieri. Tu enim ſi haberes ſapientiam, toto corde utique quæreres eum, & concupiſceres ut invenires requiem animæ tuæ poſt tantam tempeſtatem, & haberes permanentem vitam æternam.

D *S. Januarius Presb. examinat Gordianum Vicarium Iuliani Imp.*

a

b

c

B

d

e

f

2 Tunc Gordianus Vicarius juſſit eum in domo ſua ſub cuſtodia mancipatum teneri. Quem inſpirante Domino noctu convocans, aſſerebat quod eum vellet verbis ſuis oblectare. Cui S. Januarius Presbyter dixit: Fili, noli perdere tempus tuum, ſed magis age pœnitentiam pro corporibus Sanctorum quos interfeciſti; & baptizare, ut poſſis invenire requiem ſempiternam *g*, & in igne æterno non cremari. Gordianus Vicarius, his compunctus verbis, dixit: Et quomodo ſecurus ero, ſi lotus fuero, quia evado tormenta æterna. Reſpondit S. Januarius Presbyter & dixit: Ego tibi promitto in nomine Domini mei Jeſu Chriſti, quod ſi toto corde crediderit & baptizatus fueris, omnium criminum tuorum delebuntur ſordes, ita ut te immaculatum Domino Jeſu Chriſto offeras. Gordianus Vicarius dixit: Da mihi menſuram credendi. S. Januarius Presbyter dixit: Ut confiteatis in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti unam Deitatem, & pœnitentiam agens oſtendas te peccaſſe. Tunc Gordianus Vicarius cum lacrymis introivit ad uxorem ſuam, nomine Marinam, & enarravit ei omnia monita S. Januarii Presbyteri. Tunc uxor ejus in ipſa hora noctis, tenens manum viri ſui, venerunt ſimul ad S. Januarium Presbyterum: & cadentes in terram miſerunt ſe ad pedes ejus rogantes eum ut baptizarentur ab eo, clamantes ſe peccaſſe & dicentes ad eum: Redime nos à peccatis noſtris. Ad hæc reſpondit S. Januarius Presbyter, dicens ad eos: Videte ſi ex toto corde creditis, aut ne quod velamen in abſconditis teneatis, quia ſcio vos ab Imperatore honorari. Reſpondit Marina & dixit: Unam ſimilitudinem Jovis datam ab Imperatore habemus repoſitam, propter quam ſancti Martyres cruciabantur: ſed quid faciemus de ea modo? Tamen divulgabo Domino meo viam per

ab eo in fide inſtruitur

g

F

cum Marina uxore ſua,

per quam & nos mereamur adipiſci coronam vitæ, dum conflata à nobis fuerit. Eâdem autem horâ introduxit Marina B. Januarium Presbyterum in cubiculum ſuum, & oſtendit ei ſimulacrum Jovis æreum deauratum, & tripodam æream. Quod ſimulacrum cum ara apprehendens B. Januarius, accenſo igne conflavit & projecit in cloacam, & ſic cum magno gaudio catechizavit Gordianum, cum Marina uxore ejus, & familia eorum promiſcui ſexus numero quinquaginta tres; quos etiam cum *h* Dominis ſuis baptizavit.

& projecto idolo Jovis

baptizatur cum aliis 53.

h

3 Eodem quoque tempore, poſt dies quatuordecim, miſit ad Gordianum Vicarium Julianus impiiſſimus Cæſar Tribinum ſuum, nomine Clementianum, dicens ei: Vade & vide ſi declinavit ad ſacrificandum Deo magno Jovi Januarius Presbyter: aut ſi non perſuaſit ei, tunc ſub voce præconaria in foro Traiani fuſtibus cædatur. Et factum eſt hoc quod præceperat Imperator Clementiano. Reſpondens autem Gordianus, dixit ad Clementianum: O Clementiane, ſi cognoſcas eſſe Dominum Jeſum Chriſtum, & minas & terrores hominis mortalis non timebis: ſed magis videbis vitam æternam, ſicut & ego vidi jam paratam mihi. Nam Sacerdotem ſanctum ego honorabo, & jam non injuriabo: quem ego videns pedes ejus non dedignor oſculari, per quem & ſalvatus ſum. Tunc Clementianus pergens ad palatium vociferando dicebat, ſummum magum Januarium, qui Vicarium Gordianum declinavit ſuis magicis artibus. Cumque introiret ad Imperatorem Julianum, dixit ei; Januarium, quem pietas tua propter ingenium litterarum laudabat, hunc cognovimus magum eſſe: qui etiam & ſubvertit Vicarium tuum Gordianum, cum omni domo ſua & uxore, quos etiam & baptizavit, & deos Reipublicæ noſtræ conflatos igne in maſſam abſcondit. Tunc Julianus impiiſſimus Imperator, iracundia plenus, juſſit inſcriptionibus damnari S. Januarium Presbyterum & B. Gordianum: cui etiam & ſucceſſorem dedit Clementianum in loco ejus eſſe Vicarium. Ipſum vero B. Gordianum præcepit cuſtodiæ publicæ mancipari: uxorem autem ejus Marinam in quadam villa, quæ vocatur *l* Ad-Aquas Salvias, in ſervitio ruſticorum opprimi. Poſtea vero juſſit, ut Gordianus ſub judicio Clementiani eſſet audiendus.

profitetur fidem Chriſtianam:

caveæ includitur:

l

4 Eodem vero tempore præcepit Clementianus in Telludis templo ſibi tribunal præparari, & vinctum catenis B. Gordianum ante ſe præſentari. Quem Clementianus ita interrogat, dicens: Gordiane, ſic deſpexiſti præcepta Principis noſtri ſemper Auguſti, qui te honoravit & dignitatis ornavit officio, ut & tu magicis artibus contra Rempublicam & ſalutem invictiſſimi Principis noſtri deos conflares & abſconderes? Reſpondit B. Gordianus, & dixit ei: Ego magis pro ſalute Reipublicæ feci hoc. Nam ſi haberem omnia idola manu facta, confringerem ea atque conflarem. Nam quem dicis adorandum magis, an qui fecit, aut qui fingitur? Ego vero ipſum adoro qui fecit omnia. Clementianus Vicarius dixit: Et quis eſt qui fecit omnia? B. Gordianus dixit: Chriſtus filius Dei vivi. Clementianus Vicarius dixit: Si ipſe fecit omnia, quare à principe reipublicæ Domino Juliano ſemper Auguſto projectus eſt? B. Gordianus dixit ad eum: Magis Julianus à Deo projectus eſt, qui Deum non timuit, ſed adorat idola dæmonum, cum quibus periturus eſt. Tunc Clementianus Vicarius dixit ad Gordianum: Sacrifica diis immortalibus: ſin autem, faciam te capite cædi. B. Gordianus dixit: Numquam tibi bene ſit, miſer, nec Principi tuo Juliano, qui in tenebris eſt damnatus. Tunc ira commotus Clementianus juſſit eum plumbatis cædi, & cum diu cæderetur B. Gordianus, clamabat dicens: Gratias tibi ago, Domine Deus meus Jeſu Chriſte.

ſiſtitur coram Clementiano.

C

plumbatis caditur.

EX MSS.

5 Hæc audiens impius Clementianus juſſit eum capite truncari ibi, ante templum in Tellude. Cujus corpus juſſit iterum ante templum Palladis jactari, in loco ſupra dicto, ut non ſepeliretur per dies quinque, ſed canibus derelinqueretur. Aſt ubi veniebant canes, *m* latratum & magitum emittebant, & non audebant contingere, ſed magis cuſtodiebant eum. Tunc unus ex familia ejus cum aliis Chriſtianis nocturno ſilentio venerunt, & rapuerunt venerandum corpus ſancti Martyris Gordiani: & venientes in via, quæ Latina nuncupatur, non longe ab urbe Roma, ſed quaſi milliario plus minus uno, illic poſuerunt eum in crypta, ſexto Idus Majas, ubi jam pridem ſanctum Epimachum ſepelierant. In quo etiam loco beneficia eorum ac virtutes florent uſque in hodiernum diem, ad laudem & gloriam Domini noſtri Jeſu Chriſti: cui eſt honor & gloria, ſimul cum Deo Patre in unitate Spiritus ſancti, in ſecula ſeculorum. Amen.

capite plectitur,

m

ſepelitur cum S. Epimachо

ANNOTATA.

a *MS. Audomarenſe*, ſuæ audientiæ exhiberet. *Mombr.* præſentaret.

b *MS. Rottendorff.* ore tuo.

c *MSS. noſtrum & Audom.* criminatorum.

d *MS. S. Maximini*, opto dignum ſuſcipere.

e *Idem MS.* ſalvos poſſum facere omnes.

f *MS. Rottendorf.* qui deſiderat omnes ſalvos fieri. *MS. Audomar.* qui deſiderant hujus ſancti nominis participes fieri.

g *MS. Audom.* & ignem æternum, qui homicidis & peccatoribus debetur, effugere.

h *Idem MS.* Cum Domino eorum Gordiano & uxore ejus.

l *Locus* ad Aquas Salvias *prope abeſt à porta Capena, à quo haud procul S. Paulus Apoſtolus capite plexus eſt, in ejuſque honorem templum ac monaſterium à poſteris erectum, quod dein SS. Vincentii & Anaſtaſii appellatum eſt, ut ſæpius dictum eſt, & dicendum erit ad Vitam S. Pauli.*

m *In MS. noſtro ſupraſcriptum antiqua manu*, ululatum.

E

APPENDIX

F

Horum Martyrum eccleſia & cœmeterium Romæ. Sacra pignora delata ad eccleſias Campidonenſem, VVeingartenſem, Pragenſem & Prumienſem.

Cœmeterium S. Gordiani

1 GOrdianum cœmeterium foris portâ Latinam *deſcripſit Petrus Manlius, in Catalogo cœmeteriorum Vrbis apud Paulum Aringhum, lib. 4 Romæ ſubterraneæ cap. 3. Nomen illi* à S. Gordiano Martyre *inditum ſatis aperte innuunt antiqua Martyrologii Hieronymiani apographa, Corbejenſe, Lucenſe, & Blumianum his verbis:* Romæ via Latina, in cœmeterio ejuſdem, natalis Gordiani: & in cœmeterio Prætextati Romæ natalis S. Epimachi. *Verum Ado ita conjunxit:* Romæ via Latina, in cœmeterio ejuſdem, natalis SS. Gordiani & Epimachi. *Dum autem dicitur* in cœmeterio ejuſdem, *& non eorumdem, refertur ad* S. Gordianum: *quem ibidem, ut Acta habent*, à morte poluerunt, ubi jam pridem S. Epimachum ſepelierant. *Notkerus ſic loquitur*: Gordiani corpus poſuerunt in crypta in cœmeterio Prætextati, ubi jam pridem corpus beati Martyris Epimachi ſepultum fuerat. *Videtur ergo* cœmeterium Gordiani *contiguum fuiſſe* cœmeterio

AUCTORE G.H. *& eccleſia ejus ac Epimachi.*

Prætextati, *licet illud via Latina, hoc Appia tribuatur: quod optime confirmatur ad* XXV *Auguſti in Actis* S. Nemeſii Diaconi, quem capite truncari juſſerunt inter viam Appiam & Latinam. *Ibidem olim* baſilicam SS. Gordiani & Epimachi conſtructam, ab Adriano Papa primo à novo renovatam fuiſſe, *ſcribit Anaſtaſius Bibliothecarius in hujus Vita. Verba infra in Actis SS. Quarti & Quinti explicamus.*

corpora an. 774 delata ad Eccleſiam Campido menſem,

2 *Iſtius porro Pontificis anno tertio, Chriſti* DCCLXXIV, corpora SS. Gordiani & Epimachi Martyrum Roma in Alamanniam allata fuiſſe *ſcribit in Chronico Hermannus Contractus. Hæc in Vita B. Hildegardis Reginæ à nobis ad* XXX *Aprilis illuſtrata num.* 2 *clarius explicantur his verbis:* Inter ea monaſteria, quorum illa beatiſſima fundatrix fuit, Campidonenſem domũ ſpecialius dilexit, quam & divitiis cumulavit & ſublimavit honoribus.... Unde & Andegarium, primum ejuſdem cœnobii Electum ....Romam ſecum perduxit,& ... à Papa Adriano conſecrari impetravit. Dein pretiolis corporibus ſanctorũ Martyrum Gordiani & Epimachi dotata Regina,cum jucunditate rediit & gloria;eo nimirum glorioſior & jucunda devotius, quod tam glorioſum revexit onus, quodque precibus ejus Papa Adrianus dignatus venire Campidonam, noviter ab
B eo conſtructum dedicavit monaſterium, in honore utique ſanctæ Dei genitricis Mariæ, & ſanctorum Martyrum Gordiani & Epimachi, quorum corpora ibidem uſque in hodiernum diem requieſcunt, & divinis excoluntur officiis. *Hæc latius leguntur in dicta Vita, quam Auctor ex antiquo MS. renovavit anno* MCCCC LXXII. *Dedicationem Campidonenſis eccleſiæ, per Legatum Pontificum veroſimiliter factam, ipſimet Pontifici contra omnem veroſimilitudinem tribuens, ut ibi notavimus. De Reliquiis autem Bucclinus in Sacrario Benedictino ad hunc* X *Maji iſta ſcribit:* Horum ſacra corpora aſſervantur *Aliqua oſſa in eccleſia Weingartenſi,* in cœnobio Campidonenſi, & partes inſignes in Weingartenſi. *Idem Bucelinus par.* 2 *Germaniæ ſacræ, recenſens Reliquias in monaſterio Weingartenſi adſervatas, aſſerit, eſſe* inſignes portiones SS. Gordiani & Epimachi. *Carolus* IV *Imperator epiſtolâ ad univerſos regni Bohemiæ ſtatus anno* MCCCLIV *data & à Thoma Ioanne Peßina in Metropoliana Pragenſi editâ teſtatur pag.* 434 *& in Cathedrali Pragenſi:* ſe in monaſterio Campidonenſi obtinuiſſe reliquias de oſſibus Gordiani & Epimachi Martyrum. *In Diario Reliquiarum Eccleſiæ Pragenſis dicuntur eſſe* fruſta quatuor. *In MS. Martyrologio Pragenſi eadem confirmantur, & Officium Eccleſiaſticum ſub ritu ſemiduplici in tota diœceſi recitatur.*

C 3 *Eſt aliquod MS. Chronicon monaſterii Prumienſis in diœceſi Trevirenſi, auctore Servatio Ottlero ibidem cœnobita: ex quo Ioannes Gamanſius à ſe deſcripta nobis tranſmiſit ſequentia:* Abbate Gregorio in pace ſepulto, genere ac virtute illuſtris ac religione ſpectabilis Dominus Gerardus, de nobiliſſima ac vetuſtiſſima ſtirpe Comitum Viennenſium, Prælaturam ac principatu Eccleſiæ Prumienſis accepit in ordine viceſimus nonus. Hic vir frugi, cũ gloria ſimul & commodo domus Dei noſcitur præfuiſſe, pietatis cultor ac propagator principalis. Atque inter cetera ſtrenuitatis ejus opera hoc ſane maximum æſtimari debet, quod novo fundamine inferioris Prumiæ eccleſiam Dei & Chriſti famularum *& in Prumienſi in feriore* cœnobium conſtruxerit: quam certe die noctuque religioſarum feminarum Dominum collaudantium habitationem provide cum terrenis poſſeſſionibus, ad ſupplementum corporeæ neceſſitatis, de ſubſtantia & hereditate ſancti Salvatoris, augmentavit: ipſamque ſacram ædem ſanctorum Martyrum Gordiani & Epimachi ſacris corporibus honoravit, ſublimavit, ſanctificavit. Cui ſacræ & novellæ Chriſti familiæ præfecit primitus cognatam ſuam, Sophiam nomine: quæ D o ſacrata Virgo injunctum ſibi officium devotiſſimæ Matris bene implens, virtutis & ſanctitatis poſteris reliquit clariſſima veſtigia. Hujus ergo fundationis ratio quo certius exprimatur & verius creditur in ſuo tenore teſtamentum illius libet hic apponere. D

4 In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Gerardus, Divina favente miſericordia, ſanctæ Prumienſis Eccleſiæ humilis miniſter, univerſis Chriſti fidelibus, tam futuris quam præſentibus, ſalutem quæ eſt in Chriſto Jeſu. Quod ad honorem Dei & utili- *à Gerardo Ab. Prumienſi fundata* tatem Deo ſervientium pie à nobis & rationabiliter factum eſt, memoriæ litterarum commendare dignum duximus; quatenus per hoc & res geſta neceſſariæ ſibi firmitatis robur in præſenti obtineat, & omnis calumniandi occaſio in futuro conquieſcat. Cum enim certum ſit, breve eſſe ac momentaneum præſentis vitæ ſtatum, quandoquidem hic non habemus manentem civitatem; competit nobis operibus bonis vigilanter inſudare, ut ad cæleſtem patriam & civitatem æternaliter manentem pervenire valeamus. Placuit itaque noſtræ diſcretioni, Deo ſervientes, cujuſcumque ſint ordinis, in caritate non ficta diligere, & neceſſitate rerum temporalium, in quantum poſſumus, Deo auxiliante ſuſtentare. Inde eſt quod quamdam nobilem mulierem, linea conſanguinitatis nobis proximam, habitu, voto & converſatione honeſtam monialem, Sophiam nomine, Abbatiſſam E dictam & conſecratam, in partes noſtras cum paucis Sororibus eidem ſubjectis venientem, benigne ſuſcepimus. Quæ relictis cognatis terraque nationis ſuæ, in terra ſibi, ſuiſque aliquantum aliena, in pace & quiete omnibus diebus vitæ ſuæ Deo ſervire devotiſſimè deſiderans, noſtræ noſtrorumque amicorum providentiæ, tuitioni, conſilio, atque auxilio humiliter ſe ſuppoſuit. Nos vero tam devotum mentis ejus conſiderantes deſiderium, & immutabile in ſexu fragili propoſitum admirantes; ſitum ejus voluntati ſatis congruum, juxta capellam cujuſdam curiæ, quæ inferior Prumia vocatur, & eamdem capellam noſtram cum appendiciis ex integro, & beneficium atque allodium cujuſdam hominis noſtri, ab heredibus legitimis in manus noſtras voluntarie deſignatum, conſilio fidelium noſtrorum ei perpetualiter donavimus. Ipſa vero tres Virgines valde parvas, jam dicti beneficii & allodii hæredes, ſolita pietate ſibi adjunxit: quas materno dilectionis affectu, ſub regulari diſciplina ſui ordinis, ad ſerviendum Deo erudire ſtudioſe curavit. Nos igitur bonis ejuſdem ancillæ Chriſti principiis congratulentes, cum præfato loco duas Matres Eccleſias, videlicet Merinche & Romeſchem cum filiabus earum, præfatæ Abbatiſſæ & F his quæ poſt eam futuræ ſunt, perpetuo jure poſſidendas tradidimus; ſalvo per omnia & intacto jure, quod ad Præbendam Prumienſium monachorum ex antiqua conſtitutione pertinere cognoſcitur, ſimulque ſervitio, quod Abbati de utraque eccleſia debetur. De cetero quidquid Abbatiſſa ad commoditatem ſuam inde ordinare poterit, ſuis & ſui cœnobii uſibus accreſcet: nihilominus & arbuſta, quæ ſunt in colle, qui dicitur Comerworſt, ei conceſſimus, ita ut ſex denarios annuatim inde ſolvat. Locum quoque pro molendino conſtruendo idoneum ei condonavimus: quod cum ædificatum fuerit, quinque maldros ſiliginis exinde per annos ſingulos Abbati reddet. De cetero ſoror mea Adelheidis, Comitiſſa de Molbach, venerabilis vidua, de allodio quod de proavo, avo & patre legitime poſſederat, partem noſtram, videlicet villulam quæ Noverode appellatur, cum omnibus appendiciis, mancipiis, agris, pratis & ſuvis (exceptis inbeneficiatis) pro ſalute animæ ſuæ, ſuiq; mariti & natorum omniumq; ſucceſſorum ſuorum, ad ſerviendum Deo glorioſæque Virgini Mariæ & ſanctis Martyribus Gordiano & Epimacho, in perpetuum devotiſſime loco eidem donavit: & me ſuc-

aljuvante ipſa ſoro Adelheida.

ad honorem SS. Gordiani & Epimachi

A

succeſſoresque meos ſanctæ Prumienſis Eccleſiæ Abbates, Advocatos & Defenſores auctoritate & gratia omnipotentis Dei ſolenniter inſtituit. Præterea de decimis in Neukirchen quatuor modios tritici, ſex modios ſiliginis, viginti modios avenæ monialibus in eadem capella Domino ſervientibus, ſingulis annis ante diem Natalem Domini noſtri Jeſu Chriſti, ſine omni impedimento perſolvi firmiter & multum devote inſtituit. Nos igitur, cum prædicta Comitiſſa & pluribus honeſtis viris, ante altare prædictorum Martyrum venientes ſub ſtola, vinculo anathematis confirmavimus, quod nulli unquam hominum hæc mutare vel infringere liceat, ſed rata & inconvulſa in perpetuum permaneant. Si quis autem hanc noſtram inſtitutionis confirmationem violare, immutare vel infringere præſumpſerit vel attentaverit, perpetuo anathema ſit, iramque & indignationem beatiſſimæ Virginis Mariæ incurrat, & inevitabilem filii ejus Domini noſtri Jeſu Chriſti vindictam æternaliter ſentiat, niſi humiliter & tempeſtive reſipiſcat. Ex multis aſſiſtentibus quorumdam nomina in teſtimonium conſcribi fecimus. Gerardus Eccleſiæ ſancti Salvatoris Decanus, Bertramus Cuſtos, Cuno Cantor, Bertholdus Præpoſitus eccleſiæ S. Mariæ, Hermannus Decanus, Theodoricus Scholaſticus, Bertramus Cuſtos, & plures Eccleſiæ miniſteriales. Hæc acta ſunt & ſigillo ſancti Salvatoris, noſtro quoque & Comitiſſæ inſignita, anno Dominicæ Incarnationis MCXC Indictione VII, Epacta XII, regnante Domino Henrico glorioſi Imperatoris Friderici filio feliciter. Super articulis quoque ejuſdem fundationis alia conſenſus & confirmationis exemplaria habentur, nimirum Joannis Archiepiſcopi Trevirenſis, Archidiaconi, totiuſque Capituli ejuſdem Eccleſiæ; itemque Summorum Pontificum Cæleſtini atque Honorii: quæ prolixitatis vitandæ cauſa hic intermittenda duximus. *Hactenus Olerus. Meminit hujus Parthenonis ad dictum annum* MCXC *Chriſtophorus Browerus lib.* 15 *Annalium Trevirenſium, aſſeritque* pignora SS. Gordiani & Epimachi Martyrum ex baſilica Salvatoris novo Virginum templo importanda fuiſſe: *eaque huic illata ſcribit Bucelinus in Gerardi* XXIX *Abbatis Prumienſis elogio. Arbitramur autem ea à Campidonenſibus accepta, fuiſſeque aliquot horum Martyrum inſignia oſſa, & ſic dici corpora eorum Prumiæ eſſe.*

confirmatione ante horum altari facta,

AUCTORE G.H.

anno 1190.

DE SS. QVARTO ET QVINTO

MARTYRIBVS ROMANIS CAPVÆ DEPOSITIS.

G.H.

X MAII.

ANtiquam *apud Romanos extitiſſe memoriam* SS. Quarti & Quinti *Martyrum, colligimus ex illorum cœmeterio, ſeculo Chriſti octavo innovato, de quo Anaſtaſius Bibliothecarius in Vita Hadriani Papæ primi iſta ſcribit:* Simili modo & Baſilicam SS. Gordiani & Epimachi, ſeu cœmeterium ejuſdem Eccleſiæ Simplicii & Serviliani, atque Quarti & Quinti Martyrum, & B. Sophiæ, una cum cœmeterio S. Tertullini, foris portam Latinam à novo renovavit. *Hac ibi. Acta* SS. Gordiani & Epimachi, *paſſorum ſub Iuliano Apoſtata, jam hoc* X *Maji dedimus: at* SS. Simplicii, *aliis* Sulpitii, *&* Serviliani, *qui ſub Trajano coronati fuerunt, Paßionem illuſtravimus ad diem* XX *Aprilis. De* S. Tertullino, *qui ſub Valeriano Martyr obiit, agendum erit die* IV *Auguſti.* Beatam Sophiam *exiſtimat Aringhus Romæ ſubterr. lib.* 4 *cap.* 4, *non eſſe ſanctorum trium filiarum Virginum ac Martyrum matrem celebertimam, cujus corpus filiarum corporibus conſepultum dicitur, & memoria recolitur* XXX *Septembris; ſed ejuſdem nominis* Virginem ac Martyrem, *cujus poſtea corpus in Equitii titulum à Sergio II transferri contigit. In antiquiſſimo Martyrologii Hieronymiani apographo Epternacenſi, ad hunc diem, cum actum eſſet de* SS. Gordiano & Epimacho, *mox ſubditur:* Via Latina ad Centum-aulas Quarti & Quinti. *Dictum Martyrologium deſcripſerunt Vſuardus & Ado, his ambo verbis:* Item Romæ via Latina ad Centum-aulas, natalis SS. Quarti & Quinti. *Hos ſecuti ſunt reliqui Martyrologi: ex quibus colligimus hos dicto loco pro Chriſtianæ fidei confeßione fuiſſe martyrio coronatos, eorumque veneranda corpora ibidem ſepulturæ locum obtinuiſſe: qui olim* prædium *fuerit* SS. Simplicii & Serviliani, *poſtea vero nomen acceperit à nobili aliquo imperialive ædificio, ut* Centum-aulæ *vocaretur: deinde vero* SS. Quarti & Quinti ac B. Sophiæ *corpora acceperit, ut omnibus commune cœmeterium, ſupra quod, poſt Iuliani necem, nobilis* SS. Gordiani & Epimachi *ſurrexerit eccleſia, & ab omnibus communem acceperit appellationem. At quo tempore quove martyrii genere vitam finierint plane latere exiſtimamus.*

Cœmeterium.

eiuſdem antiquus.

C

2 *Alius eſt ſenſus Eccleſiæ Capuanæ, in cujus Breviario, quod habemus anno* MCCCCLXXXIX *excuſum, ad diem* IX *Martii, præſcribitur in Kalendario, rubro charactere,*

An Epiſcopi Capuani, ſeu Confeſſores

F

ſolenne feſtum, ſub ritu duplici, Quarti & Quinti, Epiſcoporum Capuanorum: *& hac præſcribitur Oratio.* Propitiare, quæſumus Domine, nobis famulis tuis, per horum ſanctorum Confeſſorum atque Pontificum Quarti & Quinti, qui in præſenti requieſcunt eccleſia, merita glorioſa, ut eorum pia interceſſione ab omnibus ſemper protegamur adverſis. *Euangelium pro Lectionibus ad Matutinum recitatur ſecundum Lucam,* Sint lumbi veſtri præcincti, *cum ordinaria homilia S. Gregorii Papæ. Interim reliqua præſcribuntur, ut in feſto SS. Tiburtii, Valeriani & Maximi Martyrum: & nominatim Capitulum* Stabunt juſti in magna conſtantia. *Hymnus in primis Veſperis & ad Matutinum,* Sanctorum meritis inclyta gaudia: *in Laudibus & ſecundis Veſperis,* Rex glorioſe Martyrum: *& ſic conſequenter ex Officio Martyrum tempore Paſchali. Michael Monachus in Sanctuario Capuano edidit quatuor Kalendaria, & in horum tertio & quarto iſta leguntur,* Sanctorum Confeſſorum Quarti & Quinti. *Idem Michaël Monachus recenſet à pagina* 213 *Epiſcopos Capuanos, inter quos ſextus & ſeptimus ab ipſo collocantur* S. Quartus Epiſcopus & Martyr, & S. Quintus Epiſcopus & Martyr: *additque:* Sequimur Cardinalem de S. Severina, qui propter auctoritatem Breviarii hos non prætermiſit. Hi vero alii cenſendi ſunt ab iis, de quibus menſe Majo Martyrologium Romanum: *in quo ad hunc diem* X *iſta leguntur:* Item Romæ via Latina ad Centum-aulas, natalis ſanctorum Martyrum Quarti & Quinti: quorum corpora Capuam tranſlata ſunt. *Ferdinandus Vghellus tomo* 6 *Italiæ ſacræ, cum de S. Ariſtæo, quinto Capuano Epiſcopo, egiſſet, iſta ſubdit:* Poſt hunc idem Monachus SS. Quartum & Quintum Martyres, quorum dies feſtus in Martyrologio Romano X Maji celebratur, Capuanos Epiſcopos fuiſſe refert ex antiquo Breviario. Sed cum Baronius Capuam corpora SS. Quarti & Quinti tranſlata aſſerat, nihilque de dignitate Epiſcopali habeat, videtur aſſerendum, non Epiſcopos ſed Martyres fuiſſe, cum & Cardinalis Bellarminus eos à ſuo Catalogo expunxerit. *Hæc Vghellus. Eoſdem refert Martyres Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ, additque eos* in novis illius Eccleſiæ Tabulis non nominari Epiſcopos. *Imo in citato ſupra Breviario, ſicuti appellantur* Confeſſores, *& tamen*

an potius Martyres non Pontificesve

AUCTORE G.H.

coluntur Officio Martyrum ; ita potuit adjectum fuiſſe nomen Epilcporum.

3 *Idem Michael Monachus pag.*35, At vero, *inquit*, Quartus & Quintus, Romano adſcripti Martyrologio, fuerunt Clerici Capuani, Martyres paſſi Romæ in via Latina : neque id gratis aſſerimus. In capella, quæ nunc dicitur S. Franciſci, erat antiquum altare, quod appellabatur SS. Quarti & Quinti. Voluit capellæ Patronus, permittente Archiepiſcopo Cæſare Coſta, illam marmoribus, marmoreiſque SS. Franciſci, Quarti & Quinti ſtatuis exornare : idcirco antiquum altare dirutum eſt, inventuſque ſub eo loculus duo condens corpora, cum inſcriptione, quæ propter antiquitatis ſitum tota non legebatur : quod autem legi potuit ita habet : CORPORA SANCTORUM CLERICORUM CAP. HIC SITA SUNT. Quæ verba Archiepiſcopus Coſta, in inferiore crepidine novi altaris ibidem erecti, ſculpi tantum voluit. Age nunc conjungamus cum traditione firma inſcriptionem, & de Clericatu SS. Quarti & Quinti non dubitabimus. Accedit quod in eccleſia S. Priſci horum imagines, inter alias multas antiquiſſimas, ex muſivo conſpiciuntur. Sunt imagines conjunctæ vultu admodum juvenili, capite tonſo, ut nunc mendicantibus tonderi mos eſt : habent in manu coronam : certe corona fuiſſe Martyres arguit. Archiepiſcopus Cæſar Coſta, cum ad eccleſiam S. Priſci animi cauſa divertiſſet, adorato ſanctiſſimo Sacramento, imagines illas viſit ; legenſque inſcripta nomina, elevata manu ad me converſus, Videte, inquit, Martyres cum coronis. Tonſura quidnam, niſi fuiſſe Clericos oſtendit ? Et vultus illi quaſi pueriles, inter alias Sanctorum Eccleſiaſticorum imagines, vel ſenum, vel virorum, vel juvenum, quin in minori ordine conſtituti fuerint dubitare num ſinet ? At ſi Capuani Clerici, qua de cauſa paſſi Romæ ? Hinc ipſe colligo, SS. Quartum & Quintum fuiſſe viros in urbe Capua primarios, & ortos ex nobili genere. Solebant Præfecti provinciarum, nobiliores genere Chriſtianos comprehenſos Romam amandare. Baronius anno 104. Ita cenſendum eſt contigiſſe SS. Quarto & Quinto : nempe comprehenſos ipſos ob fidei Chriſtianæ confeſſionem, amandatos Romam, ibique ab Imperatore (quiſquis ille fuerit) capite plexos, & corpora tandem Capuæ, eorum patriæ, reſtituta.

Eorum altare & ſub eo corpora:

ubi dicuntur Clerici:

B

4 *Hæc pro ſingulari erga Capuam patriam ſuam affectu Michael Monachus. Qui parte ſecunda Sanctuarii ſui, acturus* de Sanctis qui habent imagines in eccleſia S. Priſci *poſt pag.*132, *exhibet tholum ſeu cupulam illius eccleſiæ, ubi Sancti ſedecim repræſentantur Muſivo ſeu teſſellato opere, in actu offerentium coronas, quas tenent manu utraque ; ſic ut in medio, vultibus ad ſe invicem converſis & oculis in cælum elevatis, conſpiciantur hinc* S. Petrus *Apoſtolus, inde* S. Priſcus *Epiſcopus, ſtatura virili, vultu ſenili & barbato ; inter ipſos autem ſub protenſis eorumdem brachiis, conſiſtant pueri duo, dimidio minores illis, cum ſupra ſcriptis nominibus, hinc* S. QUARTUS, *inde* S. QUINTUS, *plane tales, quales ſupra deſcribuntur verbis Coſtæ Epiſcopi ; ſic tamen ut* S. Quintus *corpore & ætate aliquanto major videatur, quam* S. Quartus.

C

D

in æde S. Priſci.

5 *Egregium omnino antiquitatis venerandæ monumentum iſtud eſt, quodque in æs inciſum hic volui dare ſpectandum. Sed cum eum in finem dubia quædam propoſuiſſem anno* MDCLXXVII *R. P. Antonio Auriæ, Capuani tunc Collegii Rectori ; miſit is ad pagum S. Priſci Sacerdotem induſtrium, qui ipſas imagines accurate inſpiceret, & Michaelis Monachi ectypon, quam apte expreſſum ſit, conſideraret. Ex hujus autem reſponſo intellectum eſt, parum accurate formatum eſſe ectypon illud : qua propter opera ea ſuperſedendum cenſui, donec accuratior alia obtineatur delineatio, juxta formam à me ſubmiſſam, quæ uſui eſſe poterit ad diem natalem ipſius S. Priſci* 1 *Septembris.*

E

6 *Ceterum quod* SS. Quartus & Quintus *fuerint* Capua *oriundi, agre extundas ex tribus iſtis litteris* CAP. *Quid enim ſi* Capite plexos *illæ ſignificent ? Demus autem* Capuanos *indicare : an ideo conſequetur, illos Capua ad martyrium Romam miſſos fuiſſe ? Non exiſtimo. Potuerunt etiam tales fuiſſe Romano Clero adſcripti jam antea à Romanorum Pontificum aliquo, in ejuſque miniſterio familiari vixiſſe ; ut vel eo illuſtrius eorum martyrium fuerit ; referantur autem poſt* Gordianum & Epimachum *in Martyrologio SS. Hieronymi, vel quia cum illis paſſi fuerunt ſub Iuliano ; vel potius quia ipſis Titulum eccleſiæ facientibus, eoque prius nominandis, ſepulturæ locum commodarunt, diu antea paſſi eodem die, ſed in ratione popularis cultus poſteriores. Corpora* SS. Sulpitii & Serviliani *via Latina olim condita fuiſſe ſupra diximus : eaque Hadriani Pontificis gratia & auxilio tranſlata fuiſſe in Germaniam, ad* monaſterium Elwangenſe, *nunc Eccleſiam Collegiatam, ex antiqua dicti loci traditione dictum eſt ad horum diem natalem* XX *Aprilis. In eadem Elwacenſi eccleſia, ſub ritu duplici ſecundæ claſſis, hoc* X *Maji, coluntur etiam ut* Patroni SS. Quartus & Quintus : *de quibus præter Orationem propriam omnia deſumuntur ex Communi Martyrum ; idque fieri ob notabiles eorum Reliquias ibidem depoſitas conjectari, olim nobis ſcripſit Chriſtophorus Striborius Societatis noſtræ Sacerdos.*

culius Elwangi.

F

DE SANCTIS MARTYRIBVS AFRIS

PROBATA SEU PROBATO, MOECA, PETRO, DATIVO, JANUARIO, FORTUNIONE, THECLA, LUCELLA, MAXIMA, MATRONA.

G.H.

X MAII.

Tertia hæc eſt claſſis Martyrum, relata in quatuor antiquis Martyrologii Hieronymiani apographis, quæ in Epternacenſi ita memoratur : In Africa Probatæ, Mecæ, Petri, Dativi, Januarii, Fortunionis, Theclæ, Lucellæ, Maximæ, Matronæ. *In aliis apographis deeſt palæſtra martyrii* Africa : *dein in Lucenſi legitur* Probatæ, *& in aliis tribus* Mœcæ *per diphthongum. Præterea in Corbeienſi Pariſiis excuſo deſunt nomina* Dativi, Lucellæ, Maximæ *&* Matronæ. *Ex iſtis* Bucellæ *ſcribitur in MS. Blumiano. Ex his duo priores cum palæſtra Africa ita in MSS. Richenovienſi & Rhinovienſi referuntur :* In Africa Probati & Petri : *qui duo, non indicato loco martyrii, memorantur in MSS. Auguſtano S. Vdalrici, & Pariſienſi Labbæi : ſed in hoc* Probatæ *ſcribitur, uti etiam in MS. Aquiſgranenſi & in Auctario Greveni : ſed adjungitur nomen* Medii *ſeu* Midaris, *de quo in prima claſſe actum. In MSS Florario & Trevirenſi S. Martini, & in tertio ac quarto Kalendario Capuano apud Michaelem Monachum, proponitur* Petrus *cum* Cyrillo, *de quo in ſequenti claſſe agitur. Aliqui ejuſdem nominis Martyres etiam reperiuntur infra in claſſe Martyrum Tarſenſium. Verum, ut obſervat etiam Florentinius, in tanta Martyrum ſegete, non videtur creditu difficile, nuda*

& hoc probat Muſivum vetus

A *nuda nomina pluries coincidere. In MS. Tamlactenſi indicantur nomina* Probatæ, Mocæ, Petri, Diutii, *loco* Dativi, Januarii; Furionis, *loco* Fortunionis, Theclæ, Lucellæ, Maximæ, Matronæ.

DE SANCTIS MARTYRIBVS.

CYRILLO, CENDEO, DIONIO, ACACIO, CRISPIONE, ZENONE,

IN MYSIA INFERIORE SEV BVLGARIA. G.H.

Varta hæc Martyrum claſsis in antiquiſsimo Hieronymiano codice Epternaci aſſervato ita indicatur: Axiopoli, Cyrilli, Cendis, Dioni, Acaici, Cripionis, Zenonis. *Ex his aliqua nomina aliter ſcribuntur in apographo Corbeienſi Pariſiis excuſo, videlicet* Dionii, Acciſi, Criſpionii. *In Lucenſi codice leguntur hac ratione,* Cendeis, Dionis, Acaci, Criſpionis. *Huic convenit MS. Blumianum, niſi quod nomen* Acaci *deſit. In MS. Richenovienſi tribuitur* Axiopoli S. Cyrillus, *ſed ſocii quatuor adjuncti ſpectant ad ſequentem claſſem. Verum in* B *MS. Trevirenſi S. Maximini recte junguntur* Acacus, *ſuprà* Acaicus *&* Criſpio. *Prædictus* Cyrillus *memoratur in MSS. Trevirenſi S. Martini, Auguſtano S. Vdalrici, Pariſienſi Labbæi, Florario Sanctorum, & Calendario tertio & quarto Capuano apud Michaëlem Monachum. In MS. Caſinenſi dicitur* S. Cyrillus Epiſcopus. *At* Cyrillus, Acacius, *ſive* Achatius, *&* Criſpio *indicantur in MSS. Pragenſi & Colonienſi Mariæ ad Gradus.*

2 De Axiopoli, *urbe Myſiæ inferioris ad Danubium in hodierna Bulgaria, actum eſt die præcedenti* IX *Maji, quando relati ſunt tres Martyres, quorum nomina non multum differunt ab iis quæ hic referuntur, & ſunt* Quirillus, Quindeus *&* Zenon. *An ergo hi cum aliis ſociis iterum repetantur, quis certo diſcernet? Sub hac cautela eos hic ſeorſim retinemus, prout in dictis antiquis monumentis invenimus: an recte, ulteriori diſquiſitioni relinquimus definiendum, & addimus MS. Hibernicum monaſterii Tamlactenſis, in quo ſunt nomina* Quirilli, Gindei, Dionini, Achaci, Criſponis, Zenonis: *præcedenti autem die ibidem habetur nomen* Cindei, *qui videtur huc referendus.* E

DE SANCTIS MARTYRIBVS

APHRODISIO, PRIVATO, GIDDINO, SATURNINO, PETRO, DATIVO, FORTUNO, LUCELLA, MAXIMA, MATRONA, MUTTACO, CILICO, VICTURO, JANUARIO, SECUSA, VICTURINA, BONOSA, CONSTANTIA, MAXIMO, JANUARIO, GEMINO, SAMINO, PEREGRINA, SENTERO, ERULO, MAJULO, MARULLO, FELICE, INDICO, REFLENTO, TINNO, FELIONE, TAVINTO, SELEUCO, ZETULA, JANUARIA, FORTUNATA, TECLACIA, DONATO, ROGATA, PAULINA, LAVARO, NINA, JANUARIO, CANDEDIA, HONORIO, SATURNINO, SATURNO, SECUNDO, DONATO, SALUTORE, FELICE, MARE, NAPPOLO, CODDEO, DATO, NASOMOSO, VICTORE, SATULO, MASUTO, MALEO, SEVERO, MARCIANO, FORTUNO, SATURO, QUINTALO, SEVERIOLO, FIDELE, QUINTO, FAUSTO, DONATO, EXCRITATO, BIRICO, SERTIMO, LUCINO, RESTITUTO, DATIVO, JANUARIA, NINA, FELICE, SATIRA, MARCELLA, MATRONA, TUIA, LUCUSA, VICTORINA, FELICIA, JOCUNDA, GLORIOSA, ROGATINA, VICTURINA, JULIA, PRIMA, FORTUNATO, MARIA, ROGATO, MUNNO, JACOBO, SEPTIMINA, INCIDO, TUNNO, FELICIONE, SELEUCO, HONORATO, LUCINO, ZEBBERIA, VENUSTA, SATURNA, QUINTULA, CYRILLO, DIONYSIO,

TARSI IN CILICIA. G.H.

Vltima hæc eſt & maxima Martyrum claſsis Martyrologii Hieronymiani, quæ in vetuſtiſsimo apographo Epternacenſi ita memoratur: Tarſo Ciliciæ, Aphrodiſi, Privati, Giddini, Saturnini, Petri, Dativi, Furtuni, Lucellæ, Maximæ, Matronæ, Muttaci, Cicili, Victuri, Januari, Securæ, Victuriæ, Bonoſi, Conſtantiæ, Maximi, Gemini, Januarii, Samini, Perecriæ, Sinteriæ, Nuli, Majolæ, Maruli, Felicis, Indidi, Reflenti, Tinni, Filioni, Tinthiſi, Levii, Zetulæ, Januariæ, Furtunatæ, Teclaciæ, Rogatæ, Paulinæ, Lavari, Ninæ, Januari, Condeliæ, Honoriæ, Saturnini, Saturnini,

AUCTORE G.H. Saturnini, Secundi, Donati, Solutoris, Felicis, Marcinappoli, Cuddei, Dati, Naſomoſi; item Victoris, Satuli, Maſuti, Malei, Severi, Marciani, Fuituni, Saturi, Quintali, Severioli, Felicis, Quinti, Fauſti, Donati, Excritati, Septimi, Lucini, Reſtituti, Birici, Dativæ: item Januariæ, Ninæ, Felicis, Satiræ, Marcillæ, Matronæ, Tuiæ, Lueſæ, Victurinæ: item Feliciæ, Jocundæ, Glorioſæ, Rogatinæ, Victurinæ, Juliæ, Primæ: item Furtunati, Manæ, Rogati, Munni, Jacobi, Septiminæ, Maurelli, Incidi, Tunni, Felicionis, Seleuci, Honorati, Saturni, Lucini, Gebberiæ, Venuſtæ, Saturnæ, Quintubæ: item Cyrilli, Dionyſi. *Hæc in dicto codice Epternacenſi, ante mille circiter annos exarato. Quæ cum aliqua diverſitate in aliis Martyrologii Hieronymiani apographis leguntur. Ac primo in MS. Blumiano ſub initium tredecim Martyres deſunt cum palæſtra* Tarſo, *quæ etiam non eſt in aliis MSS. Lucenſi & Corbejenſi. Ut autem diverſitas nominum facilius intelligatur, ea per decades diſtinguimus. In prima decade alibi legitur* Fortuni, *& in Lucenſi* Dativæ. *In ſecunda decade loco* Cicili, *in Lucenſi legitur* Silici, *& in Blumiano* Cilicii. *At* Securæ *in Lucenſi* Secuſæ, *in aliis duobus* Sacuſæ; Victuriæ, *aliis* Victurinæ; *ſed deeſt in*
B *Blumiano. Pro* Bonoſi *&* Maximi *alibi eſt* Bonoſæ *&* Maximæ; *ſed hæc deeſt iterum in Blumiano. In tertia decade poſt* Saminum *deſunt undecim in Blumiano, & loco* Perecriæ, *alibi eſt* Peregriæ *&* Peregrinæ: *item loco* Sinteriæ, Ruli, Majolæ, *alibi ſunt nomina* Sinteri, Eruli, Majuli, *& in Lucenſi* Matuli. *Ita* Maruli *&* Indidi, *aliis* Marulli *&* Marullæ, *&* Indici. *In quarta decade* Filioni, *aliis* Felioni: *item* Tinthiſi, *aliis* Tuinti *&* Thuinti: Leuci, *alii* Seleuci; Zetulæ, *in MS. Lucenſi* Zecullæ: *&* Fortunatæ, *in Corbejenſi* Fortunati; *atque* Teclaciæ, *alii* Theclaciæ *&* Tedetiæ, *cui ſubjungitur nomen* Donati, *qui deerat in Epternacenſi. In quinta decade* Lavari *&* Saturni *nomina* D *de ſunt aliis, uti* Januarii *in Lucenſi & Blumiano. Loco* Condeliæ *&* Honoriæ *aliis eſt* Candediæ *&* Honori: *& pro* Saturnini, *in Blumiano eſt* Saturninæ. *Atque pro* Solutoris *alibi eſt* Salutaris: *ſed deeſt in Lucenſi. In ſexta decade* Cuddei *aliis eſt* Coddei, *& Lucenſi* Cotedei: *loco* Marciani *in Blumiano eſt* Marciæ, *uti loco* Furtuni *alibi eſt* Fortuni, *& in Blumiano* Fortini. *Dein loco* Quintali *&* Felicis, *alibi legitur* Quintali *&* Fidelis. *In octava decade nomen* Excritati, *in Corbejenſi MS. eſt* Excruati: Birici *vero in Blumiano* Birocii, *& in Lucenſi* Perioci. *Dein* Dativæ *nomen aliis eſt* Dativi: *&* Januariæ, *Lucenſi* Januarii: Satiræ *autem Blumiano* Saturæ, *& Corbeienſi* Saticæ: *at* Marcillæ *aliis* Marcellæ. *In nona decade* Tuiæ, *Corbeienſi* Tulæ, *Blumiano* Tinæ: *&* Lueſæ *aliis* Lucuſæ; *uti* Victorinæ, Victurinæ *&* Victoriæ: *à* Julia *porro de ſunt* XIV *Martyrum nomina in Blumiano. In decima decade* Manæ, *aliis* Mariæ: Rogati *nomen Corbeienſi eſt* Rogatæ: *&* pro Munni *alia MSS.* Menni *&* Monni *habent: & ſic pro* Septiminæ, *in Corbeienſi* Septimiæ; *&* pro Maurelli *&* Incidi, *in Lucenſi invenitur* Maurellæ *&* Indici. *In undecima & ultima decade loco* Tunni *aliis eſt* Tuni, *& qui ſupra iis defuerat, interponitur* Saturnus, *& additur nomen* Quintulæ.

2 *Ex relatis hic Sanctis inſcripta ſunt MSS. Trevirenſi S. Maximini & Pragenſis Eccleſiæ, nomina* Conſtantiæ, Gemini, Peregrinæ. *Quo etiam modo nomina* Felicis, Fauſtæ, Mariæ, *inſerta ſunt MSS. Auguſtano S. Vdalrici & Pariſienſi Labbæi. In MS. Tamlactenſi* Affrodiſii, Primitii & Jacobi. *Dubium moveri poteſt an* S. Aphrodiſius, *horum Martyrum Anteſignanus, ſingularem cultum habeat die præcedenti* IX *Maji: quod aliis diſcutiendum propono, & ab ulteriori, ſi qua poteſt aliunde haberi ſcientia, expecto reſolutionem: interim ſingula relinquo in fide antiquorum monumentorum, nihil præter nomina ſuggerentium.*

DE SS. TERTVLLINO ET CHRYSANTHO,

MARTYRIBVS ROMANIS LVXEMBVRGVM TRANSLATIS

Commentarius R. P. Alexandri VVilthemii S. I.

X MAII. C Scribo adventum ad nos ſanctorum Martyrum Tertullini & Chryſanthi, eo conſilio, ut poſteri ſciant, & Sanctis honorem ſuum gratulentur. Forma ſcribendi, ut nec prætermittam, quod ſit operæ pretium dicere, nec quidquam ſupra verum, quod in tali argumento proclive eſt, extollam. Litteras tabulaſque publicas ſubinde appoſui, quod ſciam id genus monimentorum ab iis, qui res non verba conſectantur, merito magni fieri. Et quia veri poſſima mihi cura eſt, ita ſcribo, ut rei geſtæ præſens affuiſſe intelligar. Atque hæc pro inſtituti ratione ſatis: pro rei vero brevitate, fortaſſe etiam nimis.

CAPUT I.

Corpus S. Tertullini Luxemburgum allatum, S. Chryſanthi Romæ impetratum.

2 ANNO MDCXXIII, Romæ ex cœmeterio Calliſti varia Divorum corpora eruta ſunt. Fecerat ejus rei poteſtatem Gregorius XV Pontifex maximus, ſcripto breviculo ad Innocentium de maximis, Epiſcopum Britonorienſem. Degebat tum Romæ Mathias Clenſchius, ortus Krauthemio vico Luxemburgenſi, collegii noſtri Germanici alumnus, nunc ſacræ Theologiæ Doctor & Curio Croviéſis ad Moſellam. Erat in eodem contubernio Germanico nobilis adoleſcens Theodoricus Robein à Sinsfeldt, gente Luxemburgenſis. Ii amicorum uſi opera, à Bartholomæo Ruggerio Romano corpora duo Divorum obtinuere, Divi Tertullini Martyris Clenſchius, Divæ Soterdis Virginis, Robenius. Situs fuerat Tertullinus in Catacumbis ad D. Sebaſtianum, loco cœmeterii Calliſti (quod & ipſum inter Romana cœmeteria longe nobiliſſimum eſt) celeberrimo. Fuiſſe porro D. Tertullinum præcipuum aliquem martyrum, tum locus ipſe ſepulchri & tumba cum titulo nominis Tertullini, tum lampas appoſita & palmæ ſimulacrum, ſub monogrammate Chriſti expreſſum, facile arguebant. Ex monogrammate, litteram dextram ω totam, ſiniſtram ω dimidiam, longa vetuſtas extriverat, hoc exemplo. Tantum nactus theſaurum Clenſchius, exiſtimavit, nullibi eum ſe rectius quam in patria ſua poſſe deponere. Quod autem in Ordinem noſtrum, à quo & in præſens Romæ litteris erudiebatur, & cujus nuper gymnaſia Luxemburgi & Viroduni à pueris frequentaverat, inſigni eſſet animo; tum vero etiam, quod Collegii hujus rem familiarem eo tempore adminiſtraret ejus frater Nicolaus Clenſchius Sacerdos; voluit in templo noſtro oſſa D. Tertullini, æternæ memoriæ & veneratio-

An. 1623 ducuntur corpora SS. Tertullini & Soterdis F

nis ergo collocari. Antea autem, quam id ad nos depor-

A deportandum curaret, os unum exemit, & cum Robenio ſodali permutavit, accepto in vicem Divæ Soteridis oſſe. Ceterum D. Soteridis corpus, Virginibus cœnobii D. Thomæ, ordinis D. Bernardi in finibus Trevirorum ad Gelbim fluvium, dono Robenii ceſſit. Tertullinus, cum oſſe D. Soteridis, ita ad nos pervenit.

prius anno 1621 ad Collegium S. I. Luxemburgū defertur.

3 Cum Anno MDCXXV vertente Sacerdotes duo noſtri, Ægidius Chiſairius Provinciæ Gallo-Belgicæ Procurator, & Joannes Præpoſitus Theologiæ Doctor ac Profeſſor, ex Urbe reverſuri in Provinciam eſſent; eis Clenſchius ſacra oſſa deportanda, & huic Collegio tradenda dedit. Ii Anno MDCXXVI huc delati, ſacra oſſa rite obſignata advexere. Atque ut de de fide afferentium non eſſet dubio locus, adſtantibus Antonio de Torres, Collegii rectore, & Franciſco Moragio notario Apoſtolico, à Curione Bellomontano, qui tum quoque cum noſtris ex Urbe redibat, atque Joanne Præpoſito, ciſtula, in qua D. Tertullini oſſa inerant, recluſa eſt; jurante conceptis verbis Chiſairio, ſe ſacra oſſa, ita ut Romæ afferenda acceperat, obſignata & clauſa afferre. Tum idem Chiſairius, & ceteri deinde ejus exemplo, ſacris pignoribus globulos precatorios venerabundi

B admoverunt. Litteræ etiam Franciſci Aquilani Romani, ut teſtimonio eſſent, Actuario Luxemburgenſi, qui ei rei vocatus aderat, exhibitæ. Rogavit deinde Rector Acturaium, ut ciſtulam occluderet, & cum teſtibus, reverēdis Viris Bartholomæo Merlino Decano Chriſtianitatis Luxemburgi & Curione ad D. Michaëlem, nec non Theodorico Sandtio Curione ad D. Nicolaum obſignaret; quo poſtea ſine fraude dolove malo, ſacræ reliquiæ Epiſcopo cognoſcendæ approbandæque proponi poſſent. Rogatus etiam ut in tabulas referret, quæ præſens ipſe egiſſet, vidiſſet, legiſſet, audiviſſetque, tabulas ad hoc exemplum perſcripſit.

per R P. Ægidium Chiſaire,

4 *In nomine Domini Amen. Per hoc præſens publicum inſtrumentum cunctis pateat evidenter & ſit notum, quod anno à nativitate ejuſdem Domini milleſimo ſupra ſexcenteſimum vigeſimo ſexto, indictione nona, die vero decima menſis Ianuarii, mane, intra octavam & nonam horam, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri, Domini Vrbani, divina providentia Papæ Octavi, anno quarto, in collegio Societatis Ieſu Luxemburgi, in mei Notarii publici & teſtium infra ſcriptorum, ad hoc ſpecialiter vocatorum & rogatorum, præſentia, præſens & perſonaliter conſtitutus reverendus Pater Ægidius Chiſaire, dictæ Societatis religioſus Presbyter & provinciæ Gallo-Belgicæ ejuſdem Societatis procurator, ex urbe Romana rediens, nobis exhibuit fere bipedalem quamdam ciſtulam, interius carulea byſſo & exterius rubro corio obductam, in*

C *qua continebantur oſſa quædam humani corporis, quæ prædictus Pater affirmabat & jurejurando corroborabat, eſſe illa eadē omnino oſſa, quæ ſibi jam à ſex ſeptimanis in urbe Romana à Venerabili Domino Mathia Clenſch, filio Petri Clenſch ex Krauthem; huc Luxemburgum ad reverendum Patrum Antonium de Torres, Collegii ejuſdem Societatis Rectorem, deferenda tradita fuiſſent, una cum litteris atteſtatorialibus, à Notario Apoſtolico in Vrbe confectis, quas idem Pater nobis etiam exhibuit; quæ fidem faciebant, eſſe illa de vero corpore S. Tertullini martyris, prout fuſius in prædictis atteſtatorialibus continebatur. Et in noſtra ibidem præſentia, ipſemet Pater Ægidius Chiſaire, roſarii tactione, tamquam veras ſancti Tertullini reliquias, venerari cœpit: quē ſecutus eſt Venerabilis Dominus Franciſcus Morage Notarius Apoſtolicus, & in oppido Belemontenſi Paſtor, & R. Pater Ioannes Præpoſitus, ſacræ Theologiæ Doctor ejuſdem Societatis Sacerdos, qui una cum ſæpedicto Patre ex Vrbe redibant. Sed cum abſque Ordinarii loci prævia approbatione, nullæ Sanctorum reliquiæ publicæ fidelium venerationi exponi poſſint ac debeant, rogavit nos præfatus Pater Antonius de Torres, ut ad omnem fraudem & ſuſpicionem quamcumque amovendam, ego Notarius & rogati teſtes infra nominati, prædictam ciſtulam cum ſanctis reliquiis, de manibus prædicti Patris Ægidii Chiſaire acceptaremus, & nos ipſimet illam clauderemus, ac ſigillis noſtris obſignaremus: quatenus hac ratione ſuo tempore Ordinario loci conſtare poſſit, contineri in illa ciſtula verum corpus, quod ſæpedictus Pater Ægidius Chiſaire in Vrbe à Domino Mathia Clenſch acceperat, & juxta prædictas atteſtatoriales affirmatur eſſe corpus Sancti Tertullini martyris. Cujus juſta & piæ petitioni annuentes ego Notarius & teſtes infraſcripti, ciſtulā, quæ nobis tradebatur aperta, accepimus; eamque clauſimus, & Sigillis noſtris ordinariis obſignavimus. In cujus rei confirmationem & atteſtationem ego Nicolaus Baſtgen, ſacris Apoſtolica & Imperiali auctoritatibus creatus, & in Cathelicæ Majeſtatis provinciali Luxemburgenſi Concilio admiſſus Notarius, præſens hoc inſtrumentum deſuper confeci: illudque una cum teſtibus jam nominandis, manu mea propria ſubſcripſi. Et acta ſunt hæc Luxemburgi in Collegio Societatis Ieſu ſæpedicta, ibidemque in aula ſuperiore verſus eccleſiam Patrum Franciſcanorum, præſentibus eodem in loco Reverendis & Venerabilibus Dominis, Domino Bartholomæo Merlin Decano Chriſtianitatis & Paſtore ad Divum Michaëlem Luxemburgi, & Domino Theodorico Sandt Paſtore ad Divum Nicolaum ibidem, teſtibus fide dignis, ad præmiſſa rogatis ſpecialiter & requiſitis, anno, die & hora præſcriptis.*

sicut ipſum Romæ acceperat à D. Mathiâ Clenſch.

A. ALEX. WILTEM.

N. Baſtgen Notarius.

E

5 Hæc cuncta, quamvis ſeveriſſimo cuivis judici fidem abunde facerent, corpus D. Tertullini, quod ad nos tanta cautione curaque allatum erat, verum & minime ſuppoſitum aut adulterinum eſſe; quia tamen in tabulis Actuarii Romani, Franciſci Aquilani, de quibus ante dictum, haud liquido ſatis perſcriptum erat, unde erutum id eſſet corpus: ne ea res aliquando ſcrupulum injiceret religioſis & ſuſpicacibus animis; ſcriptum eſt Romam, quæſitumque, quo loco inventa D. Tertullini ſacra oſſa fuiſſent? Abundē quæſito factum ſatis. Bartholomæus quippe Ruggerius, concepto ſolenni ſacramento, tactoque more majorum Euangelii codice, verba ejus excipiente Franciſco Bitto Actuario, edidit locum, ubi effoſſum D. Tertullini corpus; quæve ibi Martyrii ſigna, quemve ſepulchri titulum Antonius Pracca Actuarius, qui fodientibus aderat, conſpexiſſet; ratumque habuit, quod Mathiam Clenſchium ſacro D. Tertullini corpore alias donaſſet. His de rebus à Bitto Actuario XVII die Decembris tabulæ publicæ factæ hujus argumenti.

quod ſumptum fuiſſe ex cœmeterio S. Caliſti,

F

confirmatur atteſtatione Notariali.

6 *In nomine Domini Amen. Præſenti publico inſtrumento cunctis ubique pateat evidenter & ſit notum, quod anno à nativitate ejuſdem Domini milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſexto, indictione nona, die vero decima ſeptima menſis Decembris, pontificatus autem ſanctiſſimi in Chriſto patris & D. N. D. Vrbani, Divina providentia Papæ Octavi, anno ejus quarto; cum ſit, prout aſſeritur, quod alias per D. Bartholomæum Ruggerium fuerit donatum & conceſſum D. Mathiæ Clenſch, Collegii Germanici pro tempore alumno, corpus S. Tertullini Martyris, ſitque etiam quod in dicta donatione non conſtiterit, dictum corpus fuiſſe excavatum, & exhumatum ex cœmeterio Sancti Caliſti Papæ, nec de eo nulla fides apparuerit: ideo, ut veritas eluceſcat, hinc eſt, quod in mei Notarii publici & teſtium infraſcriptorum ad hæc ſpecialiter vocatorum, habitorum & rogatorum præſentia, præſens & perſonaliter conſtitutus D. Bartholomæus Ruggerius, mihi Notario bene cognitus, ſponte & omni meliori modo & medio juramento dixit, declaravit, & affirmavit, inter alia corpora ſanctorum & ſanctarum Martyrum ac Virginum in cœmeterio S. Caliſti Papæ ad Catacumbas S. Sebaſtiani, extra mœnia Vrbis excavatorum & repertorum, repertum fuit & exhumatum corpus S. Tertullini cum ſigno pro Chriſto, & palma*

A. ALEX. WILTEM. *Palma ſubtus, & Lampade ſeu lucerna, prout de dictis inſcriptione & ſignis rogatum fuit per D. Antonium Praccam Notarium publicum, qui præſens fuit in dictis excavationibus, factis cum facultatibus & licentia, per fel. record. Gregorium XV. A. 111 conceſsis Illuſtriſſ. & reverendiſſ. D. Innocentio de Maximis, Epiſcopo Britonorienſi, prout ex Brevi deſuper expedito ſub data Romæ apud S. Petrum, Kal. Aprilis, annuendo D. Bartholomæus, donationem alias per ipſum factam, fore juſtam & fide dignam, denuo dicto D. Mathiæ Clenſch, dictum corpus S. Tertullini donavit, conceſsit, & dedit, donat, concedit, & dat, & denuo medio juramento, confirmat & affirmat, eſſe de illiſmet excavatis & exhumatis in ſupradicto cœmeterio, & cum facultatibus ſupradictis; & non aſſerit aliter nec alio modo. Super quibus omnibus & ſingulis præmiſsis, petitū fuit à me Notario publico infraſcripto, ut unum vel plura, publicum ſeu publica, facerem atque conficerem inſtrumentum & inſtrumenta, prout opus fuerit & requiſitus ero. Actum Romæ præſentibus ibidem, audientibus & intelligentibus R. D. Ioſepho Interviſo de Anania, & D. Ioanne Stephano Briganti Romano, teſtibus ad prædicta vocatis atque rogatis. Ego Franciſcus Bittus Rom. pub. Dei gratia, Apoſtolica & Imperiali auctoritate, Notarios, de prædictis rogatus fui. Ideo*

B *præſens inſtrumentum ſubſcripſi & publicani requiſitus, in fidem.* Sequebatur atteſtatio conſervatorum Cameræ albæ Vrbis de legalitate Notarii Bitti & appenſa erat ex funiculo ſericeo rubro & aureo, theca rotunda ænea, in qua cera rubra, impreſſa inſignibus Senatus Romani. In plica erant imagines monogrammatis Chriſti ex parte extriti, & palmæ ad ſepulchrum D. Tertullini repertæ.

Ex corporibus ſex ſub Vrbano 8 refoſſis.

7 Allatæ ad nos tabulæ, quamquam religioſiſſimo cuique omnem ſcrupulum facile eximebant, aliæ tamen ex aliis cauſæ inciderunt, cur publice nondum coli reliquiæ D. Tertullini potuerint. Interea Urbanus VIII Pontifex Maximus, Joanni Baptiſtæ de Alteriis, Vices-gerenti Cardinalis Urbis Vicarii, poteſtatem fecit, corpora ſacra ex cœmeterio Calliſti educendi, eaque cui viſum eſſet donandi; quo publice in templis poſita, cultum venerationemque haberent. Affuit, cum eruèrentur ea corpora, Joannes Baptiſta Marus, canonicus ad D. Angeli in foro piſcario, I. V. Doctor & litium conſiſtorialium Secretarius. E corporibus autem tunc inventis, ſena ad Joannem de Annuntiatione, virum religioſum ex ordine ſanctiſſimæ Trinitatis redemptionis captivorum, pervenere, Divorum Cyrilli, Chryſanthi, Conſtantii, Flori, Creſcentii, Theodori martyrum: quorum unū providus Deus Collegio noſtro hac rerum ſerie deſtinavit. Multis ab annis miſerum huic Provinciæ viſum mihi erat, in tanta finium amplitudine, vix unum atque alterum Divum eſſe, cujus mortale corpus pro tutela patrocinioque haberetur. Cernebam adhæc, cum per proxima hujus provinciæ animo circumferrer, nullam pæne alicujus nominis eſſe urbem, cœnobium pæne nullum, ubi non ſiti è Divis unus, pluresve eſſent. Unde pia quadam ſubeunte invidia, optabam ſæpenumero, ut Urbs provinciæ noſtræ primaria, vel unum publice ſanctum corpus haberet, quo & par eſſet ejus cum ceteris vicinis urbibus felicitas & cæleſtis tutelæ æqua ſecuritas. Et forte

C *quorum quatuor donata R. P. Flor. Montmorency an. 164* etiam verebar, ne parum religioſi videremur Luxemburgenſes, quibus de comparando aliquo ſacro corpore curæ nihil eſſet. Nec me fugiebat eſſe in Collegio noſtro D. Tertullini oſſa: ſed cultum eorum publicum deſiderabam; quem ſpes erat haud dubie exſtiturum, ſi advectum ad nos aliunde ſacrum aliquod corpus, reliquiis D. Tertullini in lucem proferendis, egregiam anſam daret. Hæc cum maxime animo agitarem, Joannes le Peſſier, provinciæ Gallo-Belgicæ Præpoſitus, & Florentius Montmorencius Rector tunc Collegii Duaceni, anno milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo quinto itineri Romano ſeſe accingebant, ituri ad comitia, quæ, Mutio Vitelleſcho Præpoſito totius Ordinis noſtri mortuo, de ſucceſſore creando frequentiſſima indicta erant. Ego ratus adeſſe tempus, quo ſumma voti mei de ſacro curando corpore obtineri poſſet, quamquam ea res ad me proprie parum attineret, auſus tamen ſum Præpoſito provinciæ, & præſenti antequam proficiſceretur, & abſenti jamque Romæ agenti, datis ad eum litteris, animum meum exponere. Ipſe per ſe promptus ad cultum Divorum provehendum, ita omnia egit, ut deſiderii mei effectum propediem viderim. Ita enim anno ſequenti, vigeſima quarta Martii, ad me ex Vrbe ſcripſit: *Memor fui poſtulationis à Rev. Veſtra facta de corpore alicujus Sancti. Cum enim recenter oblata fuiſſent ab uno è Patribus noſtris R. P. Aſſiſtenti quatuor ſanctorum Corpora, & duo ex illis deſtinaſſet templo noſtro Namurcenſi, effeci ut unum concederet templo veſtro. Sunt autem hi Sancti: S. Conſtantius, S. Cyrillus, S. Chryſanthus, S. Florus.* His litteris acceptis, dici nequit, quis non meus tantum (quod parvi intererat) ſed omnium in hac urbe fuerit animi ſenſus, ad quos ejus rei fama pervenit; præſertim, cum ex noſtris hominibus intelligerent, hac opportunitate, Divi Tertullini lipſana in publicum proditura. Nec multo poſt, ſecunda die Junii, Florentius Montmorencius creatus recenter Germaniæ Aſſiſtens, ſcriptis ad me alia de cauſa litteris, Rectori & mihi, & Collegio totique urbi, donum ſuum eſt gratulatus. Ex quibus litteris cognovimus, quod hactenus ignoraveramus, Divum, cujus corpus nobis obtigiſſet, eſſe Chryſanthum Martyrem. Fecero operæ pretium, ſi, quo pacto quove Iure quatuor illa Divorum corpora, quibus duo deinde acceſsêre, ad Aſſiſtentem Germaniæ dono Thomæ Candidi, pervenerint, ſcribam. Rem omnem hæ tabulæ aperient:

impetratur mittendum Luxemburgum corpus S. Chryſanthi.

D

E

cum exemplo atteſtationis Romanæ de ſingulorum veritate.

8 *In nomine Domini. Amen. Præſenti publico Inſtrumento, cunctis ubique pateat evidenter, & ſit notum, quod anno à nativitate D. N. Ieſu Chriſti, milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo ſexto, indictione decima quarta, die vero vigeſima ſexta menſis Martii, Pontificatus autem ſanctiſſimi in Chriſto Patris & D. N. Innocentii Divina providentia Papæ X, anno ejus ſecundo, in mei Secretarii teſtiumque infraſcriptorum præſentia, præſens & perſonaliter conſtitutus D. Thomas Candidus Venetus, mihi Secretario optime cognitus, aſſerens, olim ſibi donata fuiſſe nonnulla ſanctorum Martyrum corpora à bona memoria reverendi Patris Fratris Ioannis de Annuntiatione Ordinis ſanctiſſimæ Trinitatis redemptionis captivorum, fratrum Diſcalceatorum occaſione extractionis facta ex cœmeterio Caliſti, de indulto fel. record. Vrbani Papæ VIII. ab Eminentiſſimo & Reverendiſſimo D. Ioanne Baptiſta de Alteriis, olim Eminentiſſimi & Reverendiſſimi D. Cardinalis Vrbis Vicarii Vices-gerente: cui extractioni dictorum ſanctorum Martyrum, ego Secretarius interfui, ad effectum aliis donandi, ab urbe tranſmittendi, & in eccleſiis exponendi. Hinc eſt, quod dictus D. Thomas Candidus, utendo ſupradictis facultatibus ſibi conceſsis, ſponte ac omni meliori modo, tradidit & conſignavit, Perilluſtri & ac Reverendo Patri Florentio de Memorency, Aſſiſtenti Germaniæ Societatis Ieſu, præſenti & acceptanti, infradicta ſanctorum Martyrum corpora, videlicet, corpus S. Cyrilli M. corpus S. Chryſanthi M. corpus S. Conſtantii M. corpus S. Flori M. corpus S. Creſcentii M. corpus S. Theodori M. ad effectum dicta ſacra corpora aliis donandi, ab Vrbe tranſmittendi, & in eccleſiis exponendi; aſſerens medio ejus juramento, ſupradicta ſacra corpora eſſe illamet, ut ſupra, ſibi donata à prædicto Patre Fratre Ioanne de Annuntiatione. Quæ ſupradicta ſacra corpora, idem perilluſtris & admodum reverendus Pater Florentius de Memorency, majori, qua potuit, accepit veneratione, ad effectum, ut ſupra, diſponendi. Et ut de illorum identitate nunquam dubitari poſſit, ego Secretarius, ſubito & incontinenti,*

F

A *tinenti, coram cunctis teſtibus, unumquodque ſacrum corpus repoſui in ſua capſula lignea alba, ad proportionem, & albo funiculo alligavi, & duobus in locis meo ſolito ſigno Hiſpanica cera munivi & ſigillavi, non ſolum modo & forma præmiſſis, verum etiam omni alio meliori modo. Super quibus omnibus & ſingulis &c. Actum Romæ in domo Profeſſa Societatis* Jesu, *præſentibus ibidem, audientibus, & intelligentibus, D. Iacobo de Spiex Lucerno Helvetiorum, & D. Bartholomæo Lauro Romano, filio Antonii Lauri, teſtibus ad hæc prædicta omnia & ſingula habitis, vocatis ſpecialiter atque rogatis. Ego Ioannes Bapt. Marus*, ut ſupra, pro quo fidem fecere Conſervatores Cameræ, ut ſupra.

CAPUT II.

Utriuſque corporis inductio ſolennis in urbem Luxemburgenſem.

Allato Luxemburgii corpore S. Chryſanthi.

9 CEterum, accepto Roma nuntio, de donato nobis D. Chryſanthi corpore, unum omnium deſiderium erat, ut quam maturrime ſacrum id pignus ad nos apportaretur. Sed non ante diſceſſum ex urbe Joannis Lepeſſierii, Præpoſiti Provinciæ, afferri quidquam potuit. Quin jam eo reverſo in provinciam, tum demum via maritima per Batavos, D. Chryſanthi corpus cum ceteris Divorum corporibus, Bruxellas tenuit. Inde anno exeunte, à Joanne Rutio, quondam hujus Collegii Rectore, qui tum Excellentiſſimo viro Joanni Beckio, regiæ militiæ in Belgio Præfecto & Provinciæ noſtræ Gubernatori, ad nos redeunti comes erat, in ipſa Beckii rheda, allatum eſt. Et quoniam ſub adventum Gubernatoris in provinciam, comitia Ordinum in hanc urbem, pro veteri inſtituto, indicta erant; optabant multi, ut ejus conventus celebritate ad proponenda cum majori honore ſacra corpora uteremur. Sed temporis anguſtiæ non ſinebant ea, quæ in pompam opus erant, parare. Soluto deinde Ordinum conventu, anno MDCXLVII exoriente, mittere Treviros placuit, qui ab Vicario Epiſcopo corpora de more approbanda rogarent. Miſſi à Rectore ſumus Gaſparus Nidromius & ego, Sacerdotes, cum litteris ad Otthonem Senheimium Epiſcopum Azotenſem. Petebat autem Rector, ut, ſi commodum ei non eſſet per hæc bellica tempora huc ſeſe conferre, alicui hujus urbis viro primario, aut Abbati, aut Sacerdoti, negotium daret ut ſuo nomine ſacra lipſana cognoſceret. Ipſe quidem cum eſſet inſigni animo erga hoc Collegium, negavit, ut maxime vellet, poſſe ſe inconſulto Principe Trevirenſi quidquam ſtatuere: auctorque fuit, ut ſcripto libello, rem ad Principem deferremus. Scripſi libellum, & obtuli cum litteris Romanis. Quæ ubi Princeps legit, nos cum Azotenſi Epiſcopo ad aulam evocavit. Admiſſos ad conclave, juſſoſque aſſidere, oratione bene longa accepit. Summa erat, legiſſe ſe libellum bullaſque litteras noſtras: omnia proba ſinceraque eſſe. Gratulari ſe huic Collegio tanti pretii theſaurum. Enimvero, ipſum per ſe Luxemburgum venturum, & coram ſacra lipſana approbaturum fuiſſe, ſi aut valetudo, aut tempora, itineri opportuna eſſent. Nunc miſſurum Vicarium ſuum Epiſcopum, cum primum commodum nobis gratumque futurum eſſet. Dimiſſi deinde perhumaniter profectique Treviris, quid rei à nobis geſtum eſſet Rectori expoſuimus, lætanti tam propenſo in nos animo eſſe Principem.

ab Electore Trevirenſi miſſus Vicarius ejus Ep. Azotenſis,

10 Reliqua deinde deliberatio noſtris fuit, quo maxime tempore ſacra corpora ab Azotenſi, Epiſcopo coram approbanda ſolenniterque efferenda curaremus? Erant, quibus hiems arida, & ab auræ inclementiam ingrata, minus ad lætitiam & pompam facere videretur; gratiuſque fuiſſet, ut in proximum ver, cum ridet & floret annus, triumphus produceretur. At populus moræ impatiens, & religione ſuccenſi omnium animi, rem longius differri non ſinebant. Et vero cum ferme ſub ver arma omnia conturbent, curaſque alias calamitoſis hiſce temporibus, quam de lætitia, afferre ſoleant; decretum eſt, ut primo quoque tempore, Azotenſi evocato Epiſcopo, ſacra pignora in publicum proferrentur. Dies ei rei viſa accommodatiſſima Dominica Sexageſimæ, quam vocant. Interim magno ubique ſtudio totas pæne ſex hebdomadas omnia in eam diem comparari cœpta. Tandem ſub diem decimam quartam Februarii, Miniſter Collegii Treviros ablegatur, qui Azotenſem Epiſcopum venientem per honorem deduceret. Venit Luxemburgum Epiſcopus cum eximio viro Mathia Clenſchio decima octava die Februarii. Poſtridie mane, ſacra corpora more ſolenni approbaturus, hierothecas reclusit. Aderant Rector Collegii, Franciſcus Steelius; Mathias Clenſchius; Joannes Trignierius, Prior Dominicanorum; Lucas Neunheuſerus, ſanctimonialium Mariæ Vallis haud procul Luxemburgo Præſes; Vernerus Paludanus, ex ordine D. Dominici; Chriſtophorus Wilthemius, Collegii Miniſter; & Sacerdotes noſtri quinque; clariſſimus item vir Joannes Strengius, Senatus Regii Grapheus; & vir nobilis Carolus Dalſcheidtus. Protulit Rector tabulas Romanas, ab Epiſcopoque enixe petiit, ut ex earum tabularum fide, DD. Martyribus Tertullino & Cryſantho publicos honores, pro auctoritate ſua, decerneret. Epiſcopus continuo aſſenſus, hierothecas aperuit. Tum in genua provolutus, ſacra corpora rite eſt veneratus, & prece dicta, Divos Tertullinum & Chryſanthum Martyres, cum ceteris qui aderant, invocavit. Poſtremo, honorem publicum Divis Martyribus decrevit, atque in diem proximum Dominicum elationem ſacrorum corporum indixit: quibus de rebus poſtea Joannes Strengius Grapheus tabulas condidit.

A. ALEX. WILTEM.

anno 1647 18 Febru.

ipſum & S. Tertullini corpus recognoſcit:

11 Ceterum Mathias Clenſchius, ubi hæc cuncta ita geri vidit, magno animum ſubeunte gaudio, Deo & Sanctis & huic Collegio lætiſſimis verbis gratulatus eſt; felicemque ſe prædicavit, quod eam diem attigiſſet, qua Divum Tertullinum, cujus ſacra oſſa ipſe quondam Romæ adeptus patriæ ſuæ tranſmiſerat, cujuſque publicum cultum tot jam annis ſummo deſiderio præſtolatus fuerat, meritos honores, cum Divo Chryſantho, tandem aliquando conſecutum eſſe cerneret. Secundum hæc, conſignatæ denuo hierothecæ; antea tamen craniis Divorum exemptis, & dente Divi Tertullini, ut eſſet, quo tactu & oculis pii homines religioni ſuæ ſatisfacerent. Propriæ deinde à noſtris conceptæ formulæ ſunt, quibus Sacerdotes Deo Diviſque Martyribus Tertullino & Chryſantho Sacrificium offerrent; quas formulas Epiſcopus Azotenſis ratas habuit. Excuſæ etiam plælo, diviſæque in populo precatiunculæ ad Divos noſtros. Interim incredibile dictu, quæ omnium eſſet tota urbe exſpectatio, quod omnium Ordinum ſtudium, ut Divi Martyres, quanto maximo poſſent honore, in publicum efferrentur. Pridie ejus diei, in quam indictus erat triumphus, corpora ſacra rhedæ impoſita, nec alio apparatu, quam quod duo Sacerdotes noſtri aſſederint, ad ædiculam Divæ Virginis Conſolatricis afflictorum, quam proximam mœnibus Collegium noſtrum habet, ſub veſperum evecta, unde poſtridie feſto ritu in urbem inferrentur. Sub horam deinde ſextam ejuſdem diei paſſim tota urbe in omnibus templis, æra campana ſonuere. Noctem autem in precibus pervigilem,

quod utriuſque ex ſuburbana Divæ Conſolatricis ædicula.

A. ALEX. WILTEM. ad ædem Divæ Conſolatricis, duo noſtri peregere.

12 Illuxit tandem optatus felixque huic urbi dies. Et quod Divûm benignitate factum eſſe crederes, cum pridie & aliquot ante diebus triſtis fuiſſet & nubilus cæli ſtatus, ac ſubinde etiam maximi effuſi imbres terram madefeciſſent; tunc repente leni frigore conſtrictum ſolum & nive tectum, facillimum iter ſupplicationi fecit. Reducebat in mentem mihi ea nix aureum illum pulverem, auroſam appellatum, quo Romani, ſubeuntibus primo in urbem aut triumphantibus Cæſaribus, viam inſternebant. Itaque & triumphalem viam noſtrorum Martyrum Deus, cœleſti velut argenteo pulvere, contexiſſe viſus eſt. Supplicationis autem ordo moduſque hic fuit. Sub horam ferme octavam matutinam, noſtri ex domo ad ædem Divæ Conſolatricis per urbem proceſſere. Primum agmen, cum vexillis & cereis lucentibus, tenuit juventus gymnaſii noſtri. Proxime alii adoleſcentes excipiebant laureati, in militum ſpeciem conveſtiti, altera manu gladium, altera palmam ferentes, qui cohortem Martyrum Thebæorum Trevirenſium, cum Thyrſo ſuo duce, referrent. Simulacrum id erat, Martyrum Trevirenſium, quorum
B plurima oſſa in templo noſtro ſita ſunt, novis duobus ſodalibus Martyribus, Tertullino & Chryſantho, velut obviam euntium. Secundum cohortem Thebæam, chorus gradiebatur geniorum cæleſtium, ita ut uni, vas argenteum cum foculo geſtanti, duo utrimque ex acerris itidem argenteis, gratiſſimi odoris ſuffitum, alterni ſubminiſtrarent. Tandem Sacerdotes aliquot noſtri cum Rectore claudebant agmen, linteati omnes populoque proſequente. Hoc ordine ventum ad D. Conſolatricis; ubi hierothecas, utriuſque Divi ferculis aptatas, capitaque eorumdem Divorum, menſa tapete ſericeo inſtrata, ante aram maximam ſuſtentabat. Erant hierothecæ ſericeo panno raſili purpureo undique obductæ, limbo argenteo, denſis & crebris ductibus in varias florum ſpiraturmque imagines circumeunte. In frontibus duabus utriuſque hierothecæ, ſolidis argenteis ſextantariis litteris ſcriptum erat, ad oſſa D. Tertullini: CORPUS. D. TERTULLINI. MARTYRIS. ad oſſa D. Chryſanthi: CORPUS. D. CHRYSANTHI. MARTYRIS. Superne in tecto pectinato hierothecarum, poſitæ erant ex auro coronæ, unionibus diſtinctæ. Capita Divorum, rubeo item ſericeo raſili panno, niſi qua frons ſpectari & oſculanda porrigi poſſet, veſtitæ, in purpureis ſericeis pulvinaribus jacebant. Iſtorum ornatus, adſcititius quidem & temporarius, nec is multus aut magnus, aureus tamen & gemmeus, mille nummis aureis æſtimatus eſt. Sumptum hierothecarum, & ipſum eximii pretii, religioſa piorum hominum largitio ſuppeditaverat.

calo ſereno

& inſigni pompa,

in ferculis ſpecioſe ornatis

C

13 Rector, poſtquam de genibus veneratus ſacra lipſana eſt, precationem rite adhibuit. Tum ferculis, in quibus Divorum corpora erant, quatuor Sacerdotes noſtri ſuccollarunt. Ante Divos, ſuum cuique caput prælatum. Caput Divi Tertulli, Rector; Divi Chryſanthi, Miniſter tulit; medius uterq; inter duos è noſtris, qui linteati tædas geſtãtes ibant. Dumque per confertam multitudinem pergitur, jam tum undique irruere cerneres, qui precatorios globulos, alii hierothecis, alii capitibus, per religionem admoverent. Ante limen ſacelli, geſtatoria duo ex byſſo conopea hierothecas excepere, collucentibus circum quadraginta aliquot facibus, quarum alias Sacerdotes Collegii noſtri, alias primarii quique ex Urbano Magiſtratu, ferebant. Tum juventus noſtra, quo ordine venerat, ad urbem tetendit, carmen feſtum depromens, nuſquam intermiſſo cantu. In poſtremo agmine, poſt fercula, ibat ingens hominum vis. Sic ad mœnia urbis ſucceſſum. Ad portam ſtabat in armis cohors civium: alia militum cohors intra urbem ad portam armata conſtiterat. Ubi jam mœnibus recepta fuere ſacra corpora, poſita ſunt in ſuo quodque ſuggeſtu, ad id in platea ſuſcitato. Hic Azotenſis Epiſcopus, mitra inſignis & cetero Pontificio amictu exornatus, ex templo noſtro egreſſus affuit, ſacra corpora accepturus, præeuntibus omnibus totius urbis religioſis familiis & Clero. Ubi jam Epiſcopus Divorum corpora attigit, thus eis adolevit. Tum preces precatus, uti propitii mœnibus & urbe noſtra excipi ſeſe ſinerent, ſedeſque hic volentes caperent; feretro D. Tertullini, cum eximio viro Clenſchio, humeros ſubjecit. D. Chryſanthum tulere Henricus Saynenius, Abbas Munſterienſis, Pontificio cultu inſignis & mitra velatus, cum Domino Keurcherio Decano & Curione Arlunenſi. Poſt hæc, duo, qui ſibi occurrerant ſupplicantium ordines, in unum ita conflati. Primo loco vexilla erant omnium urbis parœcialium templorum; pone ibat juventus noſtra, carmen concinens & cereos albos prælucens. Proximus erat Capucinorum locus: ſed quod omnes pæne Leodium profecti, ibi ſummum Ordinis ſui Præpoſitum ex Italia venientem adiverant, duo dumtaxat Sacerdotes,
E Cuſtos & ſodalis alter affuere, ut vel ſic communi gratulationi non deeſſent, & ſuum in nos animum teſtarentur. Ii ſe Recollectis junxere. Sequebatur ordo D. Dominici: dehinc Clerus, multo quam unquam fere alias numeroſior & frequens, ſubſequente Theodoro Sandtio, Decano Luxemburgenſi & Curione ad D. Nicolai. Succedebat Sacerdos Teutonicus in ſui moris veſte. Dehinc procedebant Benedictini: tum Martyrum Thebæorum Trevirenſium cohors. Geniorum deinde cæleſtium chorus, odoramentis exquiſitiſſimis cuncta complebat. Proxime gradiebantur tribuum Urbanarum Corporati, cereos ex pondo decem, quos in regiis funeribus & ſupplicationibus maximis accendi mos eſt, portantes. Tædigeri conferti hos excipiebant, inter quos cauſidici primariique viri, qui cum Pontifice advenerant, proceſſere.

D

exceptumq; ab alia majori obviã egreſſa pompa

14 Ibant deinde Sacerdotes aliquot noſtri linteati, hæc verba identidem clara elataque voce pronuntiantes: *Cum jucunditate exibitis, & cum gaudio deducemini. Nam & montes & colles exilient, expectantes cum gaudio. Alleluia. Surgite Sancti Dei de manſionibus veſtris: loca ſanctificate, plebem benedicite, & nos homines peccatores in pace cuſtodite. Ambulate Sancti Dei ad locum prædeſtinatum, qui vobis præparatus eſt, & nos homines peccatores in pace cuſtodite.* Commovebant ea verba mirifice animos, ita ut ex Senatu noſtro viri præcipui ea deinde ſibi deſcribi poſtulaverint. Circum ſacra corpora eorumque erania, ſecurigeri viceni latera ſtipabant, qui turbam ſubmoverent. D. Chryſantho ejuſque capiti, duo noſtri Collegæ linteati ſuffitum perpetuum, thuribulis argenteis, ſenſim per intervalla retrocedentes, libabant: perinde duo alii D. Tertullino pone ſubſequenti. Proxime à ſacris corporibus, procedebat ampliſſimus Senatus noſter, anteambulantibus de more Accenſis. Poſt eos honorati atque cauſidici ac Magiſtratus Urbanus cum Statoribus ſuis. Promiſcui deinde ſexus tanta multitudo, quantam in urbe non maxima degere poſſe, vix credereſ. Quamquam auxerant turbam multi ex vicinis tum oppidis, tum vicis, quos pompæ fama & Divorum veneratio attraxerat, longe etiam plures futuri, ſi finitimus hoſtis, numquam non per agrum prædabundus & vagus, tutum venientibus iter præbuiſſet. Itaque & ex equeſtri Ordine hujus Provinciæ multi, & Abbates Epternacenſis & Aureæ-vallis, aliique Primates, quamquam invitati,

cumpia se propria invocatione

defertur verſus urbem:

plauſuque militari

F

non

A non ſua ſponte, ſed hoſtium metu, deſiderati ſunt. Ubi primum à mœnibus receſſit pompa, tum perſtrepere urbs tota æris campani pulſu. Qua autem pompa ibat, diſpoſitus per plateas ex utroque latere miles cum Centurionibus, perpetuo ordine ſtabant. Iis omnibus arma & alius quam maxime feſtus cultus. In primo compito, duæ turmæ equitum, ſtipendiariorum altera, altera volonum, latus ſiniſtrum tenebant, quæ exploſis uno momento bombardulis, ſupplicationi applauſere. Nec multo poſt, tormentorum curulium feſtus fragor è mœnibus exaudiri, mixtim bombardarum ſonitum miles à tergo edere.

deportatur ad templum Societatis. Jamque iter pro quarta fere parte confectum erat, cum ſacra corpora in ſuggeſtu locata, Pontifex thure & prece ſolenni eſt veneratus. Tum alii, qui fercula bajularent, in locum primorum ſucceſſere. Ita ſecunda, ita tertia ſtatione factum, Pontifice interim & Abbate Munſterienſi capita Divorum ferentibus. Caput D. Tertulli latum ab Epiſcopo; D. Chryſanthi, ab Abbate. Secunda porro ſtatione ſuccollarunt D. Tertullino, Rector & Cuſtos Recollectarum; D. Chryſantho, Cuſtos Capucinorum & Prior Dominicanorum. Statione tertia, D. Tertullinum Patres duo ex ordine Divi Dominici excepere; D.
B Chryſanthum, duo ex Patribus Benedictinis. Poſtremo intulerunt in ædem noſtram Divos, Tertullinum Epiſcopus cum Clenſchio, Chryſanthum Munſterienſis Abbas cum Keurcherio. Sed priuſquam templum pompa ſubiret, in ultimo platearum divortio, haud longe à domo noſtra ſiniſtrorſum, duæ turmæ equitum, quomodo antea factum eſſe diximus, bombardulis plauſum dederunt. Dextrorſum, ante domum noſtram, cives quadrato agmine ſtabant, qui, poſtquam templi limen pompa ſubiit, exoneratis bombardis iterato fragorem maximum ediderunt.

CAPUT III.

Templi ornatus, ſacra peracta, beneficia impetrata.

Intra tabulas ex utroque templi latere diſpoſitas,

15 TEmpli autem facies interior ea erat, quæ in his bellicis temporibus apparatiſſima lætiſſimaque eſſe poſſet. Parietes alibi auratis, alibi belluatis tapetibus velati. Ad hæc, per opportuna ſpatia, tabulæ pictæ & poëmatiis inſcriptæ, gratum cernentibus ſpectaculum præbebant. Is erat à juventute gymnaſii noſtri in Divos Martyres collatus honor. Per terna intervalla ex utroque templi latere,
C tabulæ majores fixæ erant, appenſis circum unamquamque majorem tabulam quaternis aliis minoribus. Diceres ipſas ſecum certare tabulas, ars ne in pictura, an in picturæ argumento, major eſſet? Argumenta porro ſingula perſequi, longum eſſet. Præcipua quædam exponere, operæ pretium fuerit. Principio, in capaciore tabula, operis univerſi titulus honori Divorum Martyrum dicatus erat, his quadrantalibus litteris:

eminebat reliquis titulus,

DD. MARTYRIBUS.
TERTULLINO. ET CHRYSANTHO.
VICTORIBUS. TRIUMPHATORIBUS.
DEFENSORIBUS. SOSPITATORIBUS.
PACIFERIS.
JUVENTUS. GYMNASII SOCIETATIS. JESU.
LUXEMBURGI.
D. N. M. Q. E. E. L. M. P.
ANNO. DOM. MDCXLVII. VI. KAL. MARTIAS.
DIVIS. EO. DIE. URBE. RECEPTIS.

Devota nomini majeſtati. que eorũ 16 Jam in tabulis majoribus, alicubi Luxem- *luhẽs me. rito poſuit* burgum habitu Nymphæ turritæ, ſaxo quadrato, decuſſatis brachiis, inter palmas geminas tranquillo in otio reſidebat, explanatione obvia. Provinciam nempe, ſub umbra Victorum Martyrum Tertullini & Chryſanthi, ſecuram impoſterum tutamque futuram. Alibi in concitato fluctibus mari, navis jactabatur, cui in prora, pro tutela, appicta erant inſignia Luxemburgenſia, adſcriptis Divorum Tertullini & Chryſanthi nominibus. Hinc dejecti è nubibus ignes, hinc procellæ aſſilientium undarum navigio exitium minabantur. Sed Caſtor & Pollux, fauſti ignes, cornua antennæ allambentes, ſalutem & portum ſpondebant. Omen id erat, Urbem Luxemburgum, quamvis deſuper incumbentibus iris cæleſtibus, quamvis ſubter furente averno, undique miſerrimi hujus temporis calamitatibus premeretur, ope tamen Divorum Tertullini & Chryſanthi, ſalvam atque incolumen evaſuram. Atque, ut intelligeres, eoſdem Divos, Luxemburgenſibus poſt hac pro Penatibus, longe ſane quam profani illi & ſacrilegi faventioribus, futuros, referebat alia tabula duo Deorum Penatium ſimulacra, cum haſtis puris & clypeis, quibus inſigne Luxemburgicum, defendentium modo, tegebant. Eadem ferme ſecuritatis omina vario argumento minores tabulæ captabant. Alibi cadentibus è cælo Ancilibus, inſcriptum erat: TUTAMEN AB ASTRIS. Alibi manus duæ, ſtrictos vibrantes gladios, titulum habebant: QUIS CONTRA? E
Et, quod ſpes eſſet, quam in nos proni benevoliq; futuri eſſent Divi, tam in hoſtes infenſos terribileſque futuros; alia tabula referebat Ægidem Palladis cum vultu Meduſæ, & galeam, in cujus ſummo cono, Chimæra flammas vomebat, hoc appoſito titulo: HOSTIBUS ILLE PAVOR. Denique, ſi tot omina venturorum bonorum fallerent (quod vereri nefas eſſet) vel in medio belli tumultu, atque inter ipſa arma, pacem clientibus ſuis, Duumviros pacis dandæ, Martyres noſtros, procuraturos, alia tabula portendebat. Picta ibi erat Galea, in quam, velut alveare, geminæ apes ſubibant. Erat inſcriptum: VEL HIC LOCA PACIS HABEBUNT. Hæc præcipua unius laterum templi emblemata.

A. ALEX. WILTEM. *alia deinde præſidium urbi in de futurum ominabantur.*

17 Ex parte altera, & arte & ſpecie, paria omnia erant. Referebat tabula una major ſaxeos duos *alia S. Chryſanthi inventionē* apertos tumulos, quos tempus face colluſtrabat: unde repercuſſo lumine enati radii, atque in mortem evibrati, meſſorem illum fatalem humanæ vitæ fugabant. Immortalitatis Divorum Martyrū id erat argumentum. Alia major tabula, tumbam itidem ſaxeam parentem oſtentabat, germinantemq; ex tumba Chryſocomen, quam adſtans Luxemburgo decerpendam monſtrabat. Proprie ea tabula D. Chryſanthum attinebat, quod Chryſocome omnia D. Chryſanthi, & nomẽ & rem habere videatur. Chryſocome enim, F
inquit Plinius * *herba eſt, quæ alio nomine Chryſitis appellatur, Latinam appellationem non habens, palmi altitudine, comantibus fulgore auri corymbis, radice nigra, ex auſtera dulci in petroſis opaciſque naſcens*; plane, quemadmodū D. Chryſanthus, ex ignobili contemptoque apud Ethnicos Lethi genere, fulgidus Chriſti Martyr: ex tormentorum acerbitate, beatus & felix: ex tenebris & latebris ſaxeis cœmeterii Calliſti, in clarum eductus triumphum. Prope hanc tabulam, in alia minore, vas patulum, ad ſpeciem narthecii, odorem exhalabat, adſcripto hoc titulo: PATUISSE IUVAT. Symbolum id erat ſepulchri D. Chryſanthi, quod recluſum, omni odorato medicamento gratiora nobis emiſit. Alibi, ad florem aureum phyalæ cryſtallinæ impoſitum & vigentem, legebantur hæ litteræ: POST FATA SUPERSTES. Divum Chryſanthum hæc quoque tabula ſignabat, mortis victorem. *aut S. Tertullini victoriam exprimebant.* Tabula una major D. Tertullino proprie ſacra, ſtadium expreſſerat, in eoque ſtadiodromum contento curſu ad metas devolantem. Metis inſculptum erat monogramma Chriſti: in medio porro ſtadio, vas

* Lib. 21. c. 8.

A ALEX. WILTEM. (ſive id urnam, ſive diſcum, ſeu quo alio nomine appellare mavis) impoſitum menſæ, ſpadicem ſeu palmæ ramum, Vincenti præmium oſtentabat. Vaſi adſcripta vox Græca ΟΑΥΜΠΙΑ. Significabant iſta, Tertullinum pro Chriſto certantem, & verum Olympionicen, donatum cæleſti palma, cujus formam ad ejus ſepulcrum inventam, antea memoravimus. In anguſtiore alia tabula, quæ & D. Tertullino poſita erat, pictam cerneres tumbam ſaxeam, inſculpto Chriſti monogrammate, & manum ſpongia delere conantem quod inſculptum. Additus titulus: DECUS INDELEBILE. Poſtremo, ad Lucernam, quæ reperta circum D. Tertullini ſepulcrum, alludebat alia tabula è minoribus, in qua lucerna, ardens, & inſignis Chriſti monogrammate, circumfuſam undique habebat denſiſſimam caliginem, adjectamque hanc epigraphen: ANTE PERIBIT QUAM LATEAT. Nimirum Poëtæ mens erat: Tertullinum mortem potius & omnia exitialia perpeſſum, quam non eſſet Chriſti publicus Confeſſor & Martyr. Iſta, hactenus præcipua, juventus noſtra ex parietibus templi ſuſpenderat.

18 Sed ante omnia convertebat in ſe oculos arcus triumphalis, in media ferme templi regione poſitus. Forma ei erat quadrata, ad ſimilitudinem Jani. Aſſurgebat ad quinquaginta amplius pedes, opus quidem materiatum, ſed ad varii marmoris ſpeciem coloribus inductum, ita ut recenti cura verum marmor nitere diceres. Modus operis ex Dorico & Jonico mixtus, quippe qui viros fortes & invictos Martyres deceret. Quatuor ſtylobatis impoſitæ pilæ, in ſe epiſtylium & zophorum, cum abaco mutulis ſuſfulto, & coronidem excipiebant. Per coronidem diſpoſitus ex omni latere columellarum perpetuus ordo, iſque angularibus ſtylobatis minoribus clauſus, podii quadrati aſpectu. Trabs ſumma podii, cereis, columellarum numero paribus, diſtincta lucebat. Stylobatis angularibus impoſiti erant obeliſci, quantos ſymmetria imponi ſinebat. At in meditullio podii, ingens ſtylobata, obeliſcum ſphæris quatuor incumbentem fulciebat, & ipſum permagnum, & Parii marmoris candore effulgentem. Ad quatuor ſtyloſobatæ magnæ latera, palmæ duæ virentes decuſſatim affixæ; ſupra quas ſerta majora, vario flore contexta, funibus auro & byſſo intortis, appenſa erant. In ſingulis ſertis ſingula Chriſti monogrammata coloris Punicei. Perinde appenſæ erant ad unum quodque obeliſci magni latus alternæ palmæ decuſſatæ & coronæ, cum Chriſti monogrammatis, ab imo ſurſum decreſcente cum obeliſco coronarum magnitudine. Jani autem lacunar purpureum & auro ſtellatum, appenſa habebat octona vela, ex purpurea item byſſo: quorum duo, ex unoquoque latere Jani, ita in medio diſcriminabantur, ut modico ſinu utrimque recedentia & per infima ora ad pilas collecta, ibi funibus byſſinis auro intextis retinerentur, forma ſpectantibus longe jucundiſſima. Ubi vela diſcriminabantur, ibi pancarpia auro bracteata, & ſub pancarpiis argentea dependebat lampas; niſi quod in fronte Jani, qua ab introeuntibus primum cernebatur, pro pancarpiis, affixa erat egregii operis tabula, cum hiſce litteris.

B *medio in templo excitatus arcus*

C

D. D. MARTYRIBUS.
TERTULLINO. ET. CHRYSANTHO.
SACRUM.

in modum Iani quadri lateris

Ab hac tabula, lucerna dimittebatur ex ſolido auro.

ſub hoc ara temporaria,

19 Sub Jano autem ara temporaria D. Martyribus ſuſcitata, crucem argenteam, bis mille nummis floreis æſtimatam, & candelabra itidem argentea quatuor ſuſtentabat. Velum quod aræ frontem integebat, pannus erat Attalicus, peregrinus, magni pretii, circumducto per crepidinem veli limbo aureo Phrygii elegantiſſimi & ſumptuoſi operis. In eam aram, ſimul atque eo venêre ſacrorum ferculorum geſtatores, depoſuere Divorum corpora, dextrorſum Tertullini, lævorſum Chryſanthi, addito cuique ſuo cranio & cruce ſtante media. Ibi ergo Divi noſtri, more veterum Imperatorum, tamquam in conſiſtorio reſidebant: non intra vela tamen, quæ non abſque ambitioſo admiſſionum magiſterio ab iis, qui ſacros Cæſarum affatus petebant, penetrabantur; ſed velis reductis, aperti undique & patentes ad ſupplicum vota. Poſt ubi ſacra corpora in ara rite collocata ſunt, chorus muſicorum Antiphonam feſta voce orſus, ita concinuit: *Exultabunt Sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus ſuis.* Stabat inter hæc ante aram Epiſcopus, & Divis Martyribus thus libabat; quo deinde in verba præeunte, ſchola cantorum regii Vatis Pſalmum, *Cantate Domino canticum novum*, exegit, Antiphonamque antea cantatam iteravit. Inde Pontifex, prece dicta, veſtem Sacrificio aptam ſumpſit: atque in ara Divorum Martyrum, iis formulis, quas ante dictum eſt Divis Martyribus proprias eſſe conceptas, fecit. Diaconi munus obiit Keurcherius, Hypodiaconi Clenſchius. Erat autem populi vis tanta, ut templo, quamvis laxo, vix capiente multitudinem, non pauci, qui confertam condenſamque turbam ferre non poterant, ſedilia extrema templi occuparent, ibique ſtantes rei Divinæ intereſſent. Sub Sacrum medium, Sacerdos unus è noſtris ad populum dixit. Ubi finem dicendi fecit, perlitatum eſt.

cui impoſita ſacra corpora:

ante quæ fit ſolennis Miſſa

D

E

20 Poſtquam omnia juſta Divûm honori in templo perſoluta, epulum frugale præbitum eſt in triclinio noſtro Azotenſi Epiſcopo & religioſarum familiarum hujus urbis Præſidibus Senatuiq; ac primi ordinis Honoratis. Ad ultimum miſſum, juventus gymnaſii noſtri Azotenſi Epiſcopo, brevi poëmatio, Collegii nomine gratias egit. Epiſcopus ita reſpondit, ut lætari ſe diceret, datum ſibi fuiſſe in hoc publico Divorum cultu locum, quo ſpecimen aliquod ſui in nos Ordinemque noſtrum animi ederet. Nec impoſterum ſe defore, quin eumdem animum, ubi res id poſceret, multo etiam impenſius teſtari pergeret. Deinde & alterum poëmatium euchariſticum Senatui dictum. Hic vir ampliſſimus Henricus Mathelinus, Collegarum nomine, honeſtiſſimis verbis queſtus eſt, eripi officium Senatui ſuum. Enimvero à Senatu gratias Ordini noſtro Deoque multo maximas exſolui oportere, quod Urbi & Patriæ Divos Patronos dediſſemus. Sperare utique, noſtro hoc beneficio futurum, ut Divis Tertullino & Chryſantho auxiliatoribus atque defenſoribus, Senatus & Patria, pace belloque tutamen æternum haberent. Poſtremo Mathiæ Cenſchio non ineleganti carmine applauſum. Argumentum carmini acceptum erat à Divi Mathiæ Apoſtoli memoria, quam eo die annuo ritu inſtaurabamus. Quod enim Mathias Clenſchius, qui Collegio huic corpus D. Tertullini quondam donaverat, id jam ſuis ipſe humeris templo noſtro intuliſſet, hujuſque triumphi Tertulliniani pars ipſe non minima fuiſſet; quodque hæc omnia in ſacrum Divo Mathiæ diem caderent; quid eſſe aliud, quam ſortem aliquam & veluti factum quoddam divinum? Recte itaque & jam duplici titulo, hac luce, Divo Mathiæ ſacra, dici illud poſſe: SORS CECIDIT SUPER MATHIAM. Secuta repente acclamatio convivarum, omnibus Clenſchio gratulantibus. Ipſe, faſſus neſcio quod arcanum Dei conſilium in his ſe cernere, velut undique deprehenſus, omnia agere orſus eſt, jam convivas applaudentes, jam Rectorem Collegaſque noſtros, jam juvenes alloquens. Tandem Senatus apud Rectorem egit, ut juventuti noſtræ eſſet uniuſ

hanc excepit religioſi epulum, ſuo quod Epiſcopo.

Senatui

F

& Mathiæ Clenſchio, animus corporis donatori acta gratia:

diei

A dici ab ludo vacatio, idque impetratum.

deinde cœpti offerri cerei votivi, à pueris

21 Menſis deinde ſubmotis, mox reditum ad honorem Divis Martyribus in templo habendum. Antequam veſpertinæ pſalmodiæ initium fieret, cœpti jam erant cerei ante Divorum corpora ſtatui. Primos poſuit ex cera virgine, quos in ſupplicatione matutina prætulerat, juventus gymniſii noſtri; unde toto octiduo perenne lumen ante aram Martyrum fuit. Pòſt ſuos quoque cereos tulere ex ludis trivialibus puellæ, rythmum recitantes patrium. Multæ nobiliori amictu præfulgentes, quidquid pretioſum ex mundo muliebri omnium ferme totius urbis matronarum & virginum conferri potuit, in ornatum converterant. Res, in tenui quamvis ætate, magnifica profecto & ſuperba! Tum apparuit Luxemburgum plus in ſcriniis atque ciſtis, quam in externo cultu, habere luxus. Poſtquam hic puellarum

& puellis.

chorus cereos duos majores ad aram Martyrum ingenti hominum concurſu dicavit, excepere tandem Pſalmi Veſpertini. Quibus peractis, Sacerdos unus noſter ad concionem frequentiſſimam dixit. Epiſcopus deinde Azotenſis infulatus, hymnum Ambroſianum, ſtans ante aram Martyrum, præcinuit, ſchola cantorum cetera exequente, ac tandem ſacrum

B Chriſti Corpus in hierotheca more majorum præ-

& puer greſſu privatus ſanatur.

tentans, populum rite conſignavit. Ita ejus diei lætitiæ ſumma omnium gratulatione finis impoſitus. Nec defuit, quod argumento eſſet, gratos fuiſſe Deo Diviſque ejus diei tot honores. Prodigium id appellare non auſim: at certe miraculi habuiſſe ſpeciem, fidenter dixerim. Mulier honeſto loco, cum filium adoleſcentem ex gymnaſio noſtro, genuum acutiſſimus dolor, jam à fex ferme hebdomadibus increſcens, tandem ab inceſſu prohiberet; non materno magis, quam religioſo animo, apud Martyres opem, quam humana remedia negaverant, quærere inſtitit. Filium itaque ſolata, juſſit bene ſperare. Omnia ſe acturam, quo de Divis Martyribus, aliquid, quidquid id eſſet, nanciſci poſſet, cujus contactu, affecta male genua curarentur. Nix, ut ante retuli, omnia contexerat. Invenit tamen matrona quædam primaria ſub ipſa hiberna nive virorem, quo ſacræ viæ partem ante ſuas ædes conſterneret. Inde folia pauca tulit reſidenti intra domeſticos parietes filio pia mater. Ipſe interim abſente matre, cum propter ædes pompa incederet, partim ſpe valetudinis à Martyribus obtinendæ, partim deſiderio ſacra lipſana in triumpho ſuo ſpectandi, ſci-

C pione nixus, quod dudum nequiverat, ad limen uſque domus ægre prorepſerat. Nunc, poſtquam reverſa mater folia ſalutifera tibialibus ejus aſſuit, exinde imminui dolor, & ante diei veſperum penitus reſidere, & ipſe jam commode incedere poſſe.

poſtridie frequentari cœpta votiva ſacrifi. cia,

22 Hæc rerum primo die geſtarum ſeries. Poſtridie cœpta jam appendi anathemata cerea ad hierothecas Martyrum, quibus poſtea alia ſuper alia acceſſere. Sacrum eo die ad aram Martyrum ſolenni more fecit Dominicus Keurcherius Decanus & Curio Arlunenſis: Sacerdotes etiam alii ex Clero ibidem ſacrificaverunt, tum hoc tum poſteris diebus. Hoc quoque die ſacrum novendiale Conſul hujus urbis, morbo gravi decumbens, ex voto ſuſcepit. Nuncuparunt & alii Divis Martyribus novendialium vota, inter quos Senator unus. Eodem die Magiſtratus urbanus, cujus in honorandis Martyribus inſinge ſtudium eluxerat, in triclinio noſtro acceptus eſt. Sub horam quintam veſpertinam litaniæ Matris magnæ decantatæ; quod & toto octiduo ſervatum.

& hierothecæ circumiri

Ex hoc die, cœpit plebs pia, atque etiam honorati, porrigere Sacerdotibus precatorios globulos, ut ad hierothecas admoverentur. Tum quoque multi paſſim, nullo ordinis aut ſexus aut ætatis diſcrimine, circum aram Martyrum euntes; Divos veteri & à majoribus accepto ritu, luſtrarunt, quæ cæremonia exinde in multos menſes repetita. Fuere etiam primarii viri & matronæ, qui Martyrum ſacra capita oſculanda ſibi dari rogarent, quod & iis & ceteris deinde idem flagitantibus toto octiduo conceſſum. Tertio die, ſub ſacrum apparatus, Sodales Divæ Virginis in cælos aſſumptæ (ſunt in eo ſodalitio Poëtæ & Rhetores gymnaſii noſtri) cereum majorem Divis Martyribus, adhibito carmine cum titulo, poſuerunt. Eorum exemplum ſecuti Sodales ejuſdem Virginis ſine macula conceptæ (hi ſunt Grammatici) cereum ſimili ritu ſexto die accenderunt. Quotidie autem ſacrificium unum ſolennius, extra alia conſueta, ad Divorum Martyrum aram factum. Exacto die octavo, quo & ſolenniter facta res Divina, & dictum pro concione, cum ex urbe & agro nunquam deeſſent qui Divos venerarentur; placuit eorum hierothecas nequaquam loco movere, ſed publice colentibus expoſitas, in media æde relinquere.

A. ALEX. WILTEM.

conſtituta etiam ſunt Indulgētiæ illas honorantibus,

23 Epiſcopus porro Azotenſis, ut religionem populi ſemel accenſam in perpetuum aleret, data criminum venia quadragenûm dierum iis, qui ante reliquias Divorum Martyrum ter precationem Dominicam & ſalutationem Angelicam recitarent, ita ea de re in tabulas retulit: *Ottho, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Azotenſis, Eminentiſſimi ac Reverendiſſimi Trevirenſis Archiepiſcopi in Pontificalibus & ſpiritualibus Vicarius generalis, omnibus Chriſti fidelibus, præſentes litteras viſuris, ſalutem in Domino ſempiternam. Dum præcelſa merita, quibus ſancti Martyres in domo Dei effulgent, devota conſideratione nobiſcum revolvimus, dignum arbitramur, ut ſacras eorum reliquias, præcipuo ſemper honore habitas in Eccleſia Dei, gratioſis remiſſionum impendiis & indulgentiarum muneribus decoremus. Quocirca de omnipotentis Dei miſericordia ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus & ſingulis utriuſque ſexus Chriſti fidelibus, qui ante ſacra corpora Sanctorum Martyrum Tertullini & Chryſanthi, quorum tranſlationi cum Archiepiſcopali auctoritate interfuimus, & quæ jam quieſcunt in templo Collegii Societatis Ieſu oppidi Luxemburgenſis Diœceſis Trevirenſis, pro ſanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione, hæreſum extirpatione, & Chriſtianorum Principum concordia, ter orationem Dominicam & toties ſalutationem Angelicam, devote recitaverint, quocumque die id fecerint, quadraginta dierum indulgentiam, perpetuo in futurum valituram, in forma Eccleſiæ conſueta, tenore præſentium miſericorditer in Domino concedimus & impertimur. Datum Luxemburgi* VII *Martii anni* MDCXLVII.

E

F

Frater Ottho, Epiſcopus Azotenſis.

curantur, cordis dolor,

24 Iiſdem ferme diebus, quibus hæ ſcriptæ tabulæ, per religioſas omnes familias, quæ in publica ſupplicatione proceſſerant, miſſum à Rectore congiarium, quantum per rei familiaris anguſtias his egenis temporibus mitti honeſte potuit. Subinde nobilis matrona, Anna Maria Crœſia, uxor quondam nobilis & ſtrenui viri Sebaſtiani à Baur, cohortis Germanicæ Præfecti, Everlingæ Toparchæ, cum ex dolore cordis ægra ſeptem ferme ipſos dies decubuiſſet, mortique jam ſeſe apparaſet; ſimul Martyrum noſtrorum memor fuit, ſimul ſpem opis eorum concepit; moxque voto Divis nuncupato, repente convaluit. Igitur damnata voti, ſimulacra duo cordis ex cera virgine ad hierothecas Martyrum appendenda miſit. Mulier proba, & fere ſupra ſexum prudens, civis noſtra, cum ex affectis pedibus ægra ſex ipſas hebdomadas jactiſſet, & medicorum opem nequidquam experta, conſiſtere & niti pedibus nequiviſſet; Divos noſtros Martyres, quorum recenti triumpho ſe adeſſe non potuiſſe vehementer dolebat, appellavit. Exinde melius habuit, & mox ad

pedum infirmitas,

A. ALEX. WILTEM. Divos Martyres gratabunda venit. Nec illud prætermittendum, Excellentiſſimum virum Joannem Beckium, Provinciæ hujus Rectorem & militiæ Regis ſummum in Belgio Præfectum, cum nuper huc Bruxellis magnarum rerum cauſa excurreret, ad Divos Martyres veniſſe, eoſque ſuppliciter eſſe veneratum. Poſt hæc illuſtriſſimus Princeps Fortunatus Hermannus, Marchio Badenſis, cum illuſtriſſima Conjuge, Martyribus honorem habuere, & præeunte Sacerdote uno noſtro, circum hierothecas ſolenni more iere. Mulier honeſta quædam, cum filius ejus ſexennis, febre correptus, adhæc tanto crurum dolore ex triduana nervorum contractione perpetuoque ſpaſmo torqueretur, ut nec crura protendere, nec corpus erigere poſſet; Martyrum noſtrorum opem, genibus ante lectum pueri nixa, imploravit: vovitque, duo ſe cerea crura hierothecis eorum appenſuram, ſi puer convaleſceret. Vix voto nuncupato, crura protendit puer, exclamans: Iſti me Sancti, quos appellaſti, mater, curaverunt. Agedum gratiam iis, ut par eſt, habeto. Poſtridie mulier cum filiolo ſuo ſano adfuit, & anathemata, quæ voverat, Martyribus appoſuit. Cauſidici cujuſdam primarii uxor, cum doloribus matricis adeo vehementibus cruciaretur, ut moriendum ſibi putaret, ſanctos Martyres ſuppliciter invocavit. Cœpit mox doloris impetus ſenſim langueſcere: poſt quartam horæ partem, ſomnus reſpirantem à ſummis illis cruciatibus invaſit, & duodecim horas ſopitam tenuit: evigilans deinde optima matrona, perſanatam ſe ſenſit: poſtea beneficii accepti memor, Martyribus bullam argenteam cum titulo nominum eorum appendit. Quotieſcumque autem matricis doloribus, qui ſubinde leviores exſtitere, tentari ſe animadvertit, invocatis Martyribus confeſtim melius habet.

febricitans & contra. ctus,

ex matrice laborans.

B

D

25 Aderat interea dies, quo hierothecas recondi oportebat. Inſtaurabamus tum forte *Communionem generalem*, quam vocant, tertia menſis die Dominica. Parata erant ſupra ara maxima templi loculamenta duo, inſcripta ſanctorum Martyrum nominibus & Chriſti monogrammatis. Veſperi ſub horam quintam, poſtquam ad populum frequentē peroratum fuiſſet, habita eſt à noſtris ſupplicatio, proceſſumque ab ara maxima, ad aram Martyrum quæ erat in templi medio. Noſtri Sacerdotes linteati, cum facibus præibant: ſequebatur Rector in pluviali cum miniſtris. Prece dicta ante Martyrum hierothecas & thure incenſo, Sacerdotes noſtri bini, ſingulis ferculis humeros ſubdiderunt: & magna populi proſequente turba, feſto interim reſonante cantu, ducto per templi latera longiore circuitu, ad aram maximam proceſſerunt, ibique hierothecas, in ſuo quamque reconditorio locaverunt. Hæc menſe Julio anni milleſimi ſexcenteſimi quadrageſimi ſeptimi acta ſunt. Nec deſierunt ex eo die per intervalla alii cereos incendere, alii votiva ſacra ad Divos Martyres curare. Multis etiam præbita eſt aqua, invocatis ſanctis Martyribus, immerſiſque eorum Reliquiis, adverſus morbos ſacrata. Quia autem tranſlata primum ſancta corpora ſunt tunc cum hiems ſævire maxime ſolet, & cum ad ſqualloren jejunii verni res ſacræ poſt Septuageſimam vergunt; impetratum eſt ab Azotenſi Epiſcopo, ut quarto quoque Dominico die poſt Paſcha, annuum Tranſlationis ſolenne, per octiduum producta celebritate, inſtaurare liceat: cui rei vere proximo hujus anni milleſimi ſexcenteſimi duodequinquageſimi initium dabimus.

Hierotheca in paratum ſibi locum reponuntur

& Tranſlationi recolendæ deſignatur 4 Dom. poſt Paſcha.

E

DE SS. SABINO ET CERTESIO,

MARTYRIBVS ROMANIS IN CASTELLAM TRANSLATIS.

X MAII. *Eremiticorum apud Diſcalceatos conventuum*

C

forma,

diſciplina,

Ontemplatio & ſolitudo ſemper fuere finis & ſpiritus Ordinis Carmelitarū: ideoque ab illius origine, cœnobia in eremis & locis ab urbium tumultu remotis fundata fuere uſque ad Innocentii IV tempora, qui ea in ipſis civitatibus (ut eorum Religioſi una cum ceteris Mendicantibus proximorum ſaluti operam ſuam impendere poſſent) fundare benigne conceſſit. Aſt reformato à magna virągine ac Seraphica matre TERESIA Ordine, primogeniti tantæ Parentis filii, ut primitivus ſpiritus reviviſceret & foveretur in reſtituto Carmelo, ſtatuerunt, ut in unaquaque provincia unus ſit Conventus eremiticus mediis in ſilvis, rupes inter & ſpeluncas ædificatus, adinſtar Laurarum, olim à SS. Saba, Euthymio & aliis in Palæſtina conſtructarum, cujus ambitus muro concluſus ad unam aut alteram leucam & amplius extenderetur; in cujus medio conventus cum eccleſia, cellulis ab invicem hortulo diſcretis, ut in Carthuſianorum cœnobiis cernitur: at præter iſtas cellulas, conventum in Eccleſiæ circuitu, cum refectorio, coquina & aliis officinis neceſſariis formantes; aliæ ædificantur cellulæ cum ſacellis, hinc inde inter nemoris opaca, in vallibus aut rupibus inviis, intra tamen muri ambitum, ad quas tempore Quadrageſimæ, Adventus, atque aliis ſanctioribus anni temporibus aliqui è conventu ſe recipiunt, ibi ſoli Deo vacaturi, atque ſolis oleribus, aliiſque terræ fructibus crudis aut coctis, aut oleo vel aceto maceratis, toto illius receſſus tempore victuri: quo completo ad cellas conventuales redeunt. Hoc autem in conventu multo quam in aliis conventibus rigoroſius vivitur. Nullos habent ibi Religioſi actus communes, præter chori & refectorii: reliquo tempore contemplationi & pſalmodiæ in eccleſia vacant; aut manuum labori in cellulis. Perpetuum ibi ſilentium ſervatur. Ad hunc Conventum nulli mittuntur, niſi qui petierint, illudque iteratis precibus obtinuerint: nec id junioribus facile conceditur, ſed paſſim concionatoribus, confeſſariis, aliiſque in externis caritatis erga proximum operibus continuo occupatis, ut ſpiritus vires ſumant, proprioque profectui vacent; expleto ibidem anno, ad intermiſſa recollectionis hujus gratia caritatis opera redituri fortiores & ferventiores.

F

2 Horum eremiticorum conventuum in Tereſiano Carmelo inſtitutor fuit, una cum VV. PP. Alphonſo à Jeſu Maria & Bartholomæo à S. Baſilio, V. P. Thomas à JESU Hiſpanus, Carmelitarum Diſcalceatorum in Belgio fundator; ubi & conventum eremiticum S. Joſeph, in ſilva Marlaniæ juxta Namurcum, à Sereniſſimis Belgarum Principibus Auſtriacis, Alberto & Iſabella, Philippo III Hiſpaniarum Rege conſentiente & approbante, fundari curavit anno MDCXIX. Primum autem hujuſmodi eremitici inſtituti conventum fundavit in Caſtella nova ad Tagum, non longe à Civitate Paſtranenſi, in ſilva & montibus de Bolarque, à quibus hic Conventus nomen accepit, vulgoque vocatur Eremus de Bolarque: in qua eremiticæ vitæ exercitia fieri cœperunt anno MDXCII die XVI Auguſti, in oratoriolio arborum ramis conſtructo ſub invocatione S. Joannis Baptiſtæ. Vita Angelica, quæ ibi ab Eremicolis Carmelitis Diſcalceatis agebatur, adeo omnes, aut

& erigo.

Horum primo de Bolarq; dicto.

A aut qui eam coram oculis ſpectarunt, aut abſentes aliorum relatu auribus exceperunt, ad devotionem erga dictam eremum accendit, ut paſſim Reges ac Principes, tum ſeculares tum eccleſiaſtici, largiſſimas ad conſtruendum conventum ſponte eleemoſynas conferrent; ſibique gratiam & beneficium præſtari vel maximum arbitrarentur, ſi alicujus cellulæ conventualis, aut alicujus eremitorii ſeparati à con-
Card. Albornoz. ventu fundatores eſſe mererentur. Inter quos eminet Eminentiſſimus Dominus Cardinalis Albernoz, qui ab ipſa Roma multis experiit precibus, ut ſibi in hac eremo fundare liceret cellam eremiticam infra muri ambitum, ſub invocatione S. Michaelis Archangeli: quod & ipſi gratioſe conceſſum eſt. In cujus favoris gratitudinem, duo ſanctorum Martyrum corpora, à ſe ex cœmeterio S. Cyriacæ extra muros civitatis Romanæ cum ſpeciali facultate ſummi Pontificis Innocentii X extracta, huic eremitico conventui dono miſit, cum ſequenti Epiſtola, Hiſpanico ſcripta idiomate, quam hic ſubjicio Latine redditam.

mittit duo corpora Martyrum,

B 3 Quandoquidem hactenus neglexerim implere iſtam meam obligationem, nolui permittere ut abſque hac mea epiſtola abeat P. Fr. Franciſcus de S. Anaſtaſio, Procuratoris generalis munere perfunctus, qua manus deoſculer veſtræ Paternitatis, omniumq; Patrum iſtius conventus atque eremi. Profectionem hanc ego ei pæne invideo: optabam enim ipſe ad iſta ſancta loca ire, & eſſe bajulus duorum ſanctorum corporum, quæ ſuis ex ebeno thecis clauſa cum authenticis documentis mitto iſti conventui: ubi volo & cupio ut maneant ſemper: ideoque hoc ipſum ſcribo P. Generali ut fieri mandet, nec non Patern. veſtræ ſupplico ut idem curet, quemadmodum facturam credo. Nam iſta ſolum conditione ea deſtino ad iſtam ſanctam domum. Maxime gaudeo quod P. N. Generalis voluerit mihi mitti menſuram tabulæ, cujus capax eſt altare in eremitorio S. Michaelis, ut ipſam hic fieri curem ab
& quotidianam Miſſam fundat. optimo quem invenero pictore; atque intra breve tempus illuc quoque miſſurum me confido pecuniæ ſummam, ad hoc neceſſariam ut eremitorium iſtud habeat dotem centum ducatorum annue, cujus cauſa eremita qui locum incolet obligetur quotidie ſacrificare ad meam intentionem. Ut autem nomen meum, oculis intrantium expoſitum eos admoneat pro me orare non ſolum præſentes ſed etiam futuros, ideo, non vero alicujus vanitatis cauſa, ſupplicavi P. Generali idemque peto à Reverentia veſtra,

C ut ponatur ſupra portam titulus, quo intelligatur quod ego ſim qui iſtic quotidianam Miſſam fundavi, & qui miſi duorum Sanctorum corpora ſanctæ iſti domui: cujus incolis ſingulis & Paternitati veſtræ manus deoſculor, rogans omnes, ut me commendent Deo, qui vos multis annis conſervet. Romæ VIII Martii anno MDCXLVII. Addit deinde ſua manu propria Eminentiſſimus: Duo illa corpora ſunt S. Sabini & S. Certeſii Martyrum.

D Servus veſtræ Paternitatis
CARDINALIS DE ALBORNOZ.

excipiuntur illa religioſe an. 1647

4 Iſta epiſtola, & una ſanctorum Martyrum corpora feliciter Madritum pervenere, & inde ad eremum de Bolarea ſub initium Decembris ejuſdem anni MDCXLVII, deducente ea R. P. Antonio à Cruce, ejuſdem eremi Priore, & à pago de Sayatone Parocho, Baillivo, ac nonnullis aliis devotis perſonis ejuſdem loci comitantibus. Eremicolæ obviam ſacris corporibus uſque ad inferiorem portam Clauſuræ venerunt: ubi genibus flexis per aliquod ſpatium in oratione proſtrati, ſumma cum animi devotione & exultatione novis eremi incolis jam jam futuris felicem adventum apprecantes, eos religioſe, hymnum Te Deum laudamus decantantes, ad eccleſiam deduxerunt; ibique depoſuerunt uſque ad diem decimam Maji (quæ erat Dominica) anni ſequentis id eſt MDCXLVIII, qua eorum tranſlationis feſtivitas ſolenniter celebrata eſt. Quæ ut ſolennior
& tranſlatio celebratur anno 1648. fieret advenit eo R. P. Provincialis P. Gaſpar à S. Joſepho, cum nonnullis vicinorum Conventuum Prioribus. Miſſa ſolenni ab eis decantata, aliiſque divinis Officiis rite completis, repoſita fuere SS. Martyrum Sabini & Certeſii pueri corpora, hinc & inde à lateribus ſummi altaris, in urnis ex ebeno confectis & tranſparentibus (ita ut ſacra oſſa videri poſſint) vitris cryſtallinis exornatis, & ab ipſo Eminentiſſimo D. Cardinali Roma tranſmiſſis. Ardentes fuere eremicolis carbones illa SS. Martyrum oſſa; magnopere enim eorum devotionis ardorem ſuccenderunt, maxime S. Certeſii tantillæ ætatis puelli: vix enim octavum ætatis annum compleverat, ut ex capite aliiſque corporis oſſiculis, nec non & dentibus (quos numquam mutaſſe videtur) conjici poteſt.

E

ſanguis S. Sabini donatus Eremo Batuecenſi.

5 Horum Sanctorum corpora accepit ſupradictus Cardinalis Albernotius, & miſit cum duabus ampullis, eorumdem ſanguine repletis: at R. P. Joannes Baptiſta, Generalis Congregationis Hiſpanicæ, ampullam ſanguinis S. Sabini Martyris miſit ad conventum eremicum de los Batuecas in veteri Caſtella, ubi in magno pretio & honore habetur. Prædicta autem Sanctorum corporum Tranſlatio, quotannis die x Maji devote ab illis eremicolis Carmelitis Diſcalceatis recolitur. *Hactenus relatio, communicata à R. P. Ioſepho Ignatio de S. Antonio ex Toprachis de Rebec, tunc Provinciæ Gallobelgicæ Carmelitarum Diſcalceatorum Procurator Bruxellis: quibus quid additum magnopere cupiam? Nam quæ deſiderari fortaſſis hic poſſent teſtimonia ad faciendam inventionis fidem, cum omnino ſimilia aliis paulo ante prolatis & ſæpius alibi propoſitis ſint, abſque incommodo hinc abeſſe videntur.*

F

DE SS. SILVESTRO ET FROMINIO

EPISCOPIS VESONTIONENSIBVS IN BVRGVNDIA.

G.H.

SECUL. IV VEſontio, *Sequanorum Metropolis & libera Imperialis civitas intra Comitatum Burgundiæ, plurimos habuit Epiſcopos, titulo Sancti honoratos, quorum res geſtas deſcripſit Ioannes Iacobus Chifletius Veſontinus, parte ſecundæ Veſontionis. In hac capite* IX *&* X *de Epiſcopis hiſce iſta habet*: S. Silveſter I. Hunc Goluſius ſequenti Frominio poſtponit, ac utriuſque res perperam miſcet: nos eum ex certioribus monumentis & antiquiſſimis catalogis hoc loco reſtituimus. Beatus igitur Silveſter, parentum
S. Silveſter ſponſa relicta hortatu atque etiam juſſu virginem ſibi deſpondit: cujus amplexibus cum præferret illibatos toros, eo ſponſam adduxit, ut æternæ virginitatis voto uterque ſe Deo obſtrinxerint. Orantibus adfuit deſtinatus è cælo nuntius: qui gemina propoſita corona, ſponſæ ſimul & ſponſo animos ingentes attulit, quo datam Deo fidem fortiter pieque ſervarent. Puella igitur cœtui Virginum, Silveſter Clericis ſeſe adjunxit: quos inter magna laude ac præcellentis cujuſdam virtutis ſignificatione verſatus, dignus tandem judicatus eſt, qui tranſlato ad Superos Aniano, ad Epiſcopatus apicem eveheretur. Id officii cum gereret, ac

Clero adſcriptus,

ordinatur Epiſcopus:

AUCTORE G.H. *dedicat eccleſiam S. Mauritii, miraculis claret;*

ac ſeneſcente vel idolorum cultu vel Ariana impietate, magna fieret indies ad pium gregem acceſſio; S. Mauritio & ſociis baſilicam Veſontione dedicavit; quæ hodieque ſupereſt: in quam ad ſynaxes & divina officia populi pars aliqua conveniret. Fuit vero adhæc mirabilium operum patrator inſignis, ut cujus virtus in curandis paralyticis, cæcis etiam lucis uſura donandis, quin & mortuis ad vitam revocandis, non raro eniteret. Ad extremum inſtante morbi vi, cum vitæ metam divino beneficio prævideret, evocato Clericorum cœtu, thronum Pontificalem aſcendit (ita noſtræ tabulæ) & medio in grege pius Paſtor beatam Deo animam reddidit: corpus vero prope Anianum deceſſorem ſuum tumulo mandari voluit, ſed quo loco incertum.

in Cathedra Epiſcopali moritur;

colitur 10 *Maji*

2 Ejus porro feſtum ſic notatur in Martyrologio S. Joannis. VI *Idus Maji Biſontii S. Silveſtri Epiſcopi & Confeſſoris, cujus vita commendatur miraculis.* Ac deinde ſequenti menſe. *Nonis Junii Tranſlatio Sanctorum Confeſſorum Silveſtri & Aniani Archiepiſcoporum Chryſopolitanæ Eccleſiæ.* Unde, quo, quando, & à quo facta hæc tranſlatio, mihi adhuc incompertum. Suſpicor tamen, cum ampliata eſt S. Petri eccleſia, ut B. Nicetii Biſontini Archiepiſcopi corpus extra muros ſepultum concluderet; SS. Aniani & Silveſtri corpora, in aliqua veteris eccleſiæ parte condita, effoſſa fuiſſe, & rurſus ſepulta in medio choro baſilicæ in melius reſtitutæ. Eo quippe loco, in ſolo quod pſallentium pedibus quotidie teritur, cernuntur in quadrati cancelli formam diſpoſiti lapides (ſubtenſis ad humum ſecernendam muris, qui aliquot abhinc annis inter fodiendum reperti ſunt) qui amplum ſatis ſpatium concludunt. Et quidem in eo quadrati latere, quod majori altari vicinius eſt, medius lapis ſic inſcriptus legitur:

& 5 Junii

B

ob tranſlatum corpus.

Sanctorum ſepelit cancellus corpora multa,
Hac igitur cauſa non ſuſcipit alia.

In latere vero oppoſito hæc lapidibus inſculpta ſunt. *Multa Sanctorum corpora ibidem ſepulta ſunt: quorum animæ felices in cælis coronantur.*

3 Silveſtrum ſecutus eſt S. Frominius, pietatis ac religionis abſolutiſſimum exemplar: in cujus elogiis hæc maxime reliquerunt Majores noſtri, quod orationi, afflictationi corporis, atque eleemoſynarum largitioni addictiſſimus eſſet. Superiorem Cælii montis baſilicam, Stephano Protomartyri à B. Hilario excitari cœptam, & promotam à Pancratio, perfecit: atque in ea Regularium Canonicorũ collegium primus conſtituit, quod auctoritate Apoſtolica muniri curavit, multis à Damaſo & Siricio in eam rem obtẽtis privilegiis. Hinc initium Canonicorum S. Stephani, adeoq; ipſius eccleſiæ: ut vel ex eo appareat, quam nullo fundamento eam Biſontinarum antiquiſſimam fecerint nonnulli, quæ tum cum perfecta eſt, quatuor alias ante ſe haberet; nempe matrem eccleſiam S. Joannis Euangeliſtæ, S. Joannis Baptiſtæ, S. Petri, & S. Mauritii. Defuncti Frominii corpus conditum eſt ad dexteram partem altaris S. Stephani, ſuperioris eccleſiæ an inferioris, quæ S. Joannes ſimul & S. Stephanus dicebatur, non eſt uſquequaque certum: neque enim tam antiqua eſt conſuetudo illa neminem in S. Joannis eccleſia ſepeliendi, ut memini in Paulino. *Hæc Chifletius, vix alia credo antiqua quæ ſequeretur monumenta habens, quam lectiones à ſeculis paucis inſertas veteri Breviario. Neminem proinde commovere debet, quod, ex uſu longe poſterioris quam qua* Frominius *vixit ætatis,* Canonicos Regulares *nominatos legat.*

D

S. Frominio virtutibus dedicatus.

baſilicam S. Stephani perfecit:

in ea ſepultus.

E

4 *Ex ſupra nominatis Pontificibus præfuit Eccleſiæ* S. Damaſus *ab anno* CCCLXVI *uſque ad annum* CCCLXXXIII. *quo mortuus eſt & colitur* XI *Decembris: huic tunc ſucceſſit* Siricius *& vixit uſque ad annum* CCCXCVIII. *Hinc de tempore Sedis* S. Frominii *conſtat. Utrumque* Silveſtrum *&* Frominium *ad hunc diem conjungunt Aubertus Miræus in Faſtis Belgicis & Burgundicis, & Andreas Sauſſajus in Martyrologio Gallicano, adjunctis elogiis ſed ex narratione Chifletii deſumptis. Ferrarius in Catalogo ad* V *Junii iſta habet:* Veſontione in Gallia Sanctorum Epiſcoporum Silveſtri & Aniani. *Annotatur,* ex Tabulis & Catalogis Epiſcoporũ Veſuntinorum, ac ex Kalendario Eccleſiæ Veſuntinæ. *Eodem die de ſolo* S. Aniano *agunt citati Miræus & Sauſſajus.*

Memoriæ in faſtis.

DE SS. PALLADIO I ET PALLADIO II

G.H. *EPISCOPIS BITVRICENSIBVS IN AQVITANIA I.*

SECUL. IV

C

DVo fuerunt apud Bituricenſes *Epiſcopi* Palladii *dicti, ambo ad hunc diem* X *Maji Sanctis adſcripti. Primus in ſua diœceſi venerationem habet, alter in Cadurcenſi, uti infra dicetur. In Patriarchio Bituricenſi apud Philippum Labbe cap.* 9 *de primo Palladio iſta narrantur:* Nonus præfuit S. Palladius, vir utique inter præcipuos valde egregius, quippe qui numquam vaniſſimi hujus mundi ſuperflua delectatione illectus, à ſupernæ civitatis Hieruſalem felicitate deſideranda referatur potuiſſe dimoveri. Atque inter hæc dum omnes, qui ante ſe Sacerdotii principatum geſſerant, pietate & religione cuperet ſuperare; ejus pectori tantus fidei calor, tanta puritas indies augebatur, ut, licet tunc temporis plures viri, alioqui ſcientia & dignitate ſublimes, ſed, pro dolor! diverſarum hæreſum virulenta contagione polluti, Catholicam Eccleſiam gravi atque intolerabili mœſtitudine afficerent; iſte tamen verum Apoſtolicæ fidei dogma ſemper inconcuſſe ſervarit ..... Qui cum eſſet eruditionum prærogativa magnificus, & virtus animi ac vitæ ſinceritas longe in eo magnificentior appareret; ipſe tamdiu ſcutum fidei fortiter dimicando adverſus mundum, carnem, & diabolum infatigabili conſtantia tenuit, donec per gratiam Dei hoſtibus proſtratis victor exiſtens, tandem cum ineffabili gloriæ triumpho aulam paradiſi, cum Chriſto perenniter regnaturus, intravit. Sed (quo maxime dolemus) ea quæ tantus ac talis Pontifex in vita ſua geſſit, ad noſtram notitiam vetus fama minime perduxit. Sepultus fuit ſacratiſſimum corpus ejus in quadam Parochiali eccleſia, quæ ex ipſius nominis appellatione nunc uſque eſt denominata. Denique feſtus illi dies ſingulis annis celebriter agitur ſexto Idus Maji, quo die idem ſanctus Patriarcha Palladius ad Chriſtum migraſſe creditur. Sedit autem annis ſeptem, ab anno trecenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo, ad annum trecenteſimum octogeſimum quartum, temporibus Damaſi Papæ & Imperatorum Valentiani, Valentis & Gratiani. *Hactenus auctor dicti Patriarchii.*

Nonus Ep. Bituric.

contra hæreſes Catholicus,

F

Sepultus in parochia ſui nominis

an. 384.

2 *Præfata* S. Palladii parochia, *vulgo* S. Palais, *diſtat quatuor leucis Gallicis ab urbe Bituricenſi verſus Septemtrionem, & agnoſcit Patronum Abbatem Majoris-Monaſterii: cui etiam ſubjacet ibidem* Prioratus S. Palladii. *Eſt etiam alia* S. Palladii parochia *cum* Prioratu *in Archipresbyteratu Caſtrenſi: & dictus Prior eſt ſub Abbate Caſæ-Dei diœceſis Claromontanæ, atque ad ipſius præſentationem conſtituitur Parochus. Memoratur* Domus S. Palladii *in Bulla Vrbani III relata in citato Patriarchio Bituricenſi*

2 *Parochiæ & 2 Prioratus ab eo dicti.*

A *Bituricenſi pag.*95, *uti &* caſtrum S. Palladii *indicatur pag.*89 *in Bulla Eugenii Papæ. Libro etiam* 3 *Vitæ S. Auſtregiſili* 20 *Maji*, *num.* 3 *quidam* mutus, ſanatur veniens ex poteſtate S. Palladii, *ſive ejus parochia. Quæ omnia confirmant antiquam* S. Palladii *veneration*em, *quam huic* x *Maji eidem attribuit antiquum Martyrologium Abbatiæ S. Laurentii Bituricenſis his verbis*: Sexto Nonas Maji. In territorio Bituricenſi, S. Palladii Epiſcopi & Confeſſoris. *Quæ plane eadem leguntur in MS. Florario Sanctorum, in Martyrologio Ordinis Carmelitarum, quod MS. Coloniæ adſervatur, & in Martyrologio Coloniæ & Lubecæ ſub annum* MCCCCXC *excuſo, item apud Grevenum in Auctario Vſuardi & Caniſium in Martyrologio Germanico. At phraſi mutata apud Maurolycum & Molanum iſta habentur*: In agro Biturico Galliarum S. Palládii Epiſcopi & Confeſſoris. *Longiore encomio cum proſequitur Sauſſajus, ſed ex ſupra dictis hauſto. Demum inter feſta propria diœceſis Bituricenſis cenſetur ad hunc* x *diem* natalis S. Palladii Archiepiſcopi Bituricenſis.

cultus facti 10 *Maji.*

S. Palladius Epiſcopus 13

3 *Et hæc de primo Palladio dicta arbitramur de ſecundo in præfato Patriarchio Bituricenſi iſta traduntur*: Decimus tertius præfuit S. Palladius, hujus nominis ſecundus, vir equidem animi virtute ſpectabilis, ſapientia præditus, divina lege exercitus, ſana doctrina præcipuus, longo adverſus diabolum certamine probatus, experientia cautus, vitæque ſanctimonia clarus..... Poſtquam ille præfuiſſet Eccleſiæ Biturienſi tredecim annis, ab anno quadringenteſimo quadrageſimo octavo, ad annum quadringenteſimum ſexageſimum primum; vivendi finem fecit ſexto Idus Maji, in monaſterio Marciliaco Caturcenſis territorii (ut legitur in veteri Martyrologio Eccleſiæ S. Auſtregiſili de Ciſtro) Apoſtolicam Sedem tenente Leone viro ſanctiſſimo atque doctiſſimo, imperantibus Theodoſio Juniore, Marciano & Leone primo, regnantibus in Francia Meroveo & Childerico patre Chlodovei, qui primus de Regibus Franciæ Chriſti fidem ſuſcepit. *Hactenus Auctor dicti Patriarchii: cui conſentiunt Ioannes Chenu in Chronologia Archiepiſcoporum Bituricenſium*; *Claudius Robertus in Gallia Chriſtiana, & Andreas Sauſſajus, qui in Martyrologio Gallicano de eo iſta ſcribit*: In Marciliacenſi cœnobio Cadurcenſis diœceſis Sancti alterius Palladii, Bituricenſis Epiſcopi, qui ſerie Pontificali decimus tertius S. Leoni ſucceſſit, claruſque ſanctitatis teſtimoniis decimo tertio anno Epiſcopatus abiit ad præmium. *Eumdem hoc die celebrat Ghinius in Natalibus Sanctorum Canonicorum*: Bituricæ in agro S. Palladii Epiſcopi & Confeſſoris, qui decimus tertius ibidem adnumeratur Epiſcopus, & cum annis tredecim Præſulatum optime adminiſtraſſet, virtutibus illuſtris obdormivit in Domino, & in ſua Eccleſia ſepulturæ traditus circa annum Domini 460. *Ita hunc annum legendum arbitramur, errore typographico expreſſum* 250. *Eodem modo aliqua prioris Palladii videntur huic tributa.*

AUCTORE G.H.

inſcriptus Martyrologiis.

mortuus in monaſterio Marciliaco anno 461

B

4 *Eccleſia Biturienſis Cathedralis dicata eſt S. Stephano Proto-martyri, quam Gregorius Turonenſis lib.* 1 *Hiſtoriæ Francorum cap.*29 *aſſerit* primam apud Biturigas urbem, miro opere compoſitam, & primi Martyris Stephani reliquiis exornatam, *id eſt, ut idem Gregorius lib.* 1 *de Gloria Martyrum cap.*33 *explicat*, partem ſanguinis in altari Bituricæ Eccleſiæ contineri. *De hac Baſilica S. Stephani ejuſque fundatore* Palladio (*quem aliquem è duobus Sanctis relatis arbitramur*) *hoc cecinit carmen Venantius Fortunatus lib.* 1 *num.*3.

Eccleſia S. Stephani ab aliquo hortì conſtructa.

E

Gloria celſa pios Domini circumdat amicos,
Quorum diffuſum vivit in orbe decus.
Pertulit hic Martyr pro Chriſto Orientis in axe,
Ecce ſub Occaſu templa Beatus habet.
Fundatus virtute Dei, de morte triumphans,
Excepit lapides, cui petra Chriſtus erat.
Gens Judæa ferox, Stephanũ, quẽ perdere credis,
Etſi carne, tamen neſcit honore mori.
Ille tenet palmam meritis, tu crimine pœnam:
Poſſidet ille polos, tu magis ima petis.
Hæc ſacra Palladius Levitæ templa locavit,
Unde ſibi fiat non peritura domus.

DE SANCTO CATALDO

EPISCOPO TARENTINO IN ITALIA.

G.H.

X MAII.

C

Tarenti Epiſcopus olim S. Cataldus, *& Patronus*

TArentum *Salentinorum in Magna Græcia, olim, teſte Pauſania, urbium maritimarum maxima & opulentiſſima cum portu optimo, hoc etiam tempore adhuc Sede Archiepiſcopali exornata, in Provincia regni Neapolitani Hydruntina ſita eſt: de cujus Antiquitate & varia fortuna compoſuit libros octo Ioannes Iuvenis Tarentinus, anno* MDLXXXIX *Neapoli excuſos, ac dein inſertos Italiæ illuſtratæ anno* MDC *Francofurti impreſſa. Auctor hic lib.*8 *cap.*2 *&* 3 *agit de* S. Cataldo, Tarentino olim Epiſcopo, atque etiamnum civitatis & Eccleſiæ Tarentinæ Patrono: *& cap.*3 *indicat*, Inventionem & Tranſlationem corporis ejus ſollemniſſime ſexto Idus Maji celebrari, eoque die magnum fuiſſe vicinorum incolarum accurſum, ob plenariam à ſummo Pontifice Gregorio XIII conceſſam indulgentiam, deprecante hoc Lælio Brancatio tunc Archiepiſcopo. *A quo etiam tempore cœptum eſt recitari officium S. Cataldi, ad normam Romani Breviarii, ſicuti præfigitur dicto Officio his verbis.* Nos Guilielmus Sirletus, titulo S. Laurentii in Paniſ-Perna S. R. E. Presbyter Cardinalis, fidem facimus & atteſtamur, S. D. N. D. Gregorium XIII, vivæ vocis oraculo nobis facto, conceſſiſſe & licentiam dediſſe Archiepiſcopo & Clero Tarentino dicendi in choro & extra ſupraſcriptum Officium S. Cataldi Epiſcopi & Confeſſo-

ob Inventionem colitur 10 *Maji.*

ris eorum Patroni, ad formam Romani Breviarii redactum & emendatum, tam in feſto ejuſdem quam in Inventione per totam metropolim, juxta antiquam Eccleſiæ Tarentinæ conſuetudinem. Datum Romæ in palatio Apoſtolico, in loco noſtræ ſolitæ reſidentiæ v Nonas Julii MDLXXX. *Cardinalis Baronius, citato hoc Officio, inſcripſit nomen Martyrologio Romano ad hunc* x *Maji, his verbis*: Apud Tarentum S. Cataldi Epiſcopi, miraculis clari.

E

2 *Subjungimus primo loco, ut monumenta certiora, hiſtoriam Inventionis & miraculorum, deſcriptam, ut infra ex num.*24 *apparet, ex Actis quæ edidit Berlengerius Tarentinus, vir nobilis & eloquentiſſimus Iuriſperitus, qui de mandato Regis evocatus Panormum, eo ſe contulit ad quoddam volumen de Græco in Latinum transferendum. Verum num omnia quæ damus miracula fuerint à Berlengerio conſcripta, non conſtat. Ignoramus etiam quo ordine ea primum deſcripta fuerint, quæ inter Inventionis & Tranſlationis hiſtoriam habemus in duplici MS. quoad dictum ordinem diſcrepante: quare optandum foret, ut ipſius Berlengerii contextus inveniretur. Bartholomæus Moronus* Miracula S. Cataldi, ex vetuſtiſſimis exemplaribus fideliſſime deſumpta, ſtylo modice immutato *edidit Romæ anno* MDCXIV. *Verum malumus ipſa dare ſtylo primogenio exarata, & à ſenſu auctoris non aberrantia; qualia cum prædicta Inventionis & Tranſlationis hiſtoriæ accepimus*

Hiſtoria Inventionis & miraculorum datur ex Mſſ.

AUCTORE G.H.

accepimus Neapoli à P. Nicolao Beatillo. Michael Monachus in Sanctuario Capuano citat MSS. Acta Inventionis ſub hoc titulo, Tragoni Archiepiſcopo viro religioſo: *ſed legendum* Drogoni. *Dies natalis à Petro de Natalibus infra referendo aſſignatur* VIII *Maji : qui Tarenti ſollemni ritu peragitur , & variis faſtis inſcriptus invenitur. Praterea* VIII *Martii memoratur in MS. Florario, & utroq; Catalogo Ferrarii , qui aſſerit eum diem eſſe natalem. Addit Iuvenis, ab hoc Sancto multa oppida & paroecias appellari & nomen ejus Venetiis , in Vmbria & in Sicilia celebre eſſe : Coralti quoque in Apulia , ut peſtis ceſſaret , eccleſiam Divo Cataldo edificatam , & Patribus Minoritis anno* MDVI *conceſſam. Ioannes Franciſcus de Abela Vicecancellarius ſacra & eminentiſſima Religionis Hieroſolymitana , in deſcriptione Inſula Melita edita ibidem anno 1647, lib. 1 notitia 4 de Cœmeteriis pag. 47, teſtatur quod* juxta urbem , prope cryptam S. Pauli , & contigua cryptæ à S. Maria de ſpe nuncupatæ , eſt alia crypta S. Cataldo dedicata cum cœmeterio , ſupra quod hodie eſt parvula eccleſia in honorem ejuſdem Sancti conſecrata, multumque frequentata à devoto populo, propter continuas gratias quas ibidem ejus intercеſſione referunt hernioſi , qua ex cauſa ibidem quotidie fere celebratur Miſſa.

eulus variis diebus & locis

eccleſia conſtructa

HISTORIA INVENTIONIS ET TRANSLATIONIS

Auctore Berlengerio Tarentino, & forſan aliis.

ex codicibus MSS.

CAPUT I.

Corpus inventum. Aliquot miracula facta.

S. Cataldus noſtri Tarentini Patronus,

C

1 SPeciali quidem & unico devotionis affectu præſens eſt nobis celebranda ſolennitas. Cum enim aliorũ Sanctorum memoriam celebremus, non eſt dubium de ratione conſiſtere , ut ad beatiſſimi Confeſſoris Chriſti Cataldi colẽda ſollemnia virilius accingamur : quem ſuperna gratia non meritis , ſed ſola clementia dignata nobis eſt largiri Patronum. Licet enim divina potentia creaturarum omnium ſit gubernatrix & cuſtos , diverſis tamen provinciis & urbibus ſingulares deſtinavit Patronos : quibuſdam ſiquidem Apoſtolos , quibuſdam Martyres ; aliis Confeſſores , & aliis Virgines. Voluit enim Deus Sanctos ſuos inter ſe & homines quaſi quoſdam mediatores exiſtere , ut vota eorum , quæ pro mole criminum aſcendere in altum non poterant , quaſi quibuſdam alis , Sanctorum mediantibus precibus , levarentur in cælum. Ne igitur Tarentinus populus, abſque Paſtore ſolivagus , lupi faucibus ſorberetur , noluit eum expertem tanti beneficii eſſe , ſed hunc ei Patronum conſtituit : cujus interceſſionibus & declinet à noxiis , & ad ſalutaria dirigatur : quem tanto honoratius venerari debemus , quanto & pretioſiori commutatione datum nobis fuiſſe gaudemus.

loco SS. Petri & Marci data.

2 Si enim ad hiſtoriam tranſeamus,& noſtræ credulitatis primordia ſcrutari velimus , ſancto Apoſtolorum Principi & Beato Marco , ejus in baptiſmate filio,fidei noſtræ documẽta perquirere debemus: qui profecti ab Antiochia divinitus Tarentum venerunt; & populũ idolica nebula obfuſcatũ,igne divini luminis illuſtrarũt;& fidei ſemina ſeminantes,relicta multitudine non deorum ſed dæmonum , ad unius veri Dei cognitionem mutarunt. Quia vero alter duorum, Petrus ſcilicet, Magiſter & caput futuræ Eccleſiæ Romanæ , debebatur , inter reliquas Eccleſias habituræ primatum ; Marcus vero Ægypti provinciæ in Deum creditura : poſtularunt à Deo , ut , quoniam ipſos alibi præviderat ordinandos , populum acquiſitum per eos non relinqueret orphanum , ſed alium ei loco ipſorum provideret Patronum. Apoſtolorum pietatibus Deus efficaciam contulit, tum meritis precantium, tum juſtitiæ ratione : utrumque enim operatum eſt ad effectum , & quia tales fuerant qui orabant , & quia digne concedenda petebant : nec enim, ſi contra jus peterent, quamvis Apoſtoli , quod cuperent impetrarent , quare B. Pauli oratio de tollendo carnis ſtimulo non fuerat exaudita. Sancta ſortitur oratio Sanctorum effectum , & vice eorum hoc terræ noſtræ patrocinium & tutelam apponit. Quantus vero in vita fuerit hic Pontifex glorioſus , facta poſt ejus tranſitum miracula demonſtrarunt. Qualiter autem pretioſus theſaurus , videlicet venerabile Corpus ejus inventum fuerit , nonnulla etiam miracula poſt tranſitum ejus facta, Deo juvante, ſub compendio narrabuntur.

D

3 Igitur *a* Drogonus Archiepiſcopus,vir religioſus , anhelans ad Dei ſervitia toto corde , divinitus inſpiratus, majorem Tarentinam eccleſiam, vetuſtate conſumptam, diſpoſuit funditus diruere & novam fundare : quæ ornatu & magnitudine veterem ſuperaret. Hoc tam laudandum propoſitum cunctis audientibus ſatis placet : inchoatur opus : & cum reliquis foſſoribus , vir quidam vitæ optimæ fodiebat , quem Deus ad tantum detegendum theſaurum paraverat : qui dum aliquantulum fodiſſet in altum,ſentire cœpit miræ ſuavitatis odorem : inſiſtit operi , & majori ſuavitate repletur. Detegit interea tumbam marmoream ſatis pulchram: & percipit odorem procedre de ſepulcro. Clamare ad Pontificem cœpit. Vocatur Pontifex , properat : & monumentum intuitus , cœpit concipere animo , quod à Reliquiis intus habitis odor ille ſuaviſſimus procedebat. Clerus currit: populus properat, non tam vocibus quam ſuavitate invitantis odoris. Præſul accepto foſſorio tumbam aperit, ex qua omnes qui aderant miro perfunduntur odore. Vident ſanctas Reliquias , rubicundiores (ut legitur) ebore antiquo. Crucem inveniunt auream , nomen ſancti *b* Latinis litteris deſignantem. Paratur repente proceſſio , cereorum lampades accenduntur : diverſi generis cremantur aromata. Sed ſuavitas à Reliquiis prodiens longe ſuperabat odores.

a

E

Ex odore ſuavi Reliquiæ noſcuntur:

Thren. 4. 7

b

nomen deſignatur:

F

4 Ingens oritur gaudium : oſculantur Reliquias: & gratias Deo referunt pro tam inæſtimabili reperto theſauro. Pontifex manibus propriis ſanctas Reliquias colligit , & delatis funibus monumentum in altum extrahitur , & in loco optimo , ubi in præſenti cernitur , *c* ſtabilitur , in quo reverenter compoſito devotiſſime oſſa ſanctiſſima *d* reconduntur. Ad cujus merita declaranda duplicat teſtimonium Deus: quia quem prius ſuavitate manifeſtum fecit odoris , manifeſtiorem reddidit poſtea miraculorum effectu. Advolat interea per loca finitima miraculorum fama tantorum : & catervatim veniunt deferentes infirmos. De quibus qui [fideli] corde venerunt priſtinæ reſtituuntur ſaluti.

reconduntur Reliquiæ

c

d

5 Inter quos femina quædam venit,languore brachiis arefacta : quibus ſuperpoſitis monumento , ſic ſaluti fuit totaliter reſtituta,quod in ea languoris veſtigium non remanſit. Beneventanus quidam , paralyſis ægritudine toto corpore diſſolutus , præfati audiens miracula Confeſſoris , devote ejus eccleſiam viſitavit : & appoſitus monumento , orationibus vacans , adeptus eſt priſtinam ſanitatem. In cujus curatione miracula duo alia concurrerunt. Nam præter paraly-

curantur brachia arefacta,

paralyſis,

A paralyticum prælibatum, nemine exiſtente in eccleſia, ipſa obſerata, per ſe pulſari campanæ ſingulæ angelicis manibus inceperunt: ipſiuſque januæ, quæ *ſurda & muta,* clauſæ erant, ultroneæ referantur. Quædam etiam femina, longo jam tempore ſurda manens & muta, ad Sancti veniens tumulum, ibique jacens per noctem, Deum quo poterat animo precabatur. Et ſanitate recepta, lingua, quæ diu tacuerat, prædi- *contractus.* cat miracula beatiſſimi Confeſſoris. Adoleſcens quidam, membrorum potentia longa ægritudine deſtitutus, ſepulcro viri Dei per parentes ejus appoſitus, præſente inibi multitudine hominum copioſa, qui de conſuetudine annua ad Sanctum venerant viſitandum, Confeſſoris meritis ſalutem corpoream meruit impetrare.

ANNOTATA.

a Drogonus *aliis* Dragonus & Drago, *Vghello XV Archiepiſcopus, Stephani, in prælio inter Græcos & Normannos apud Melphim anno* 1041 *commiſſo occiſi, ſucceſſor.*

b *Ioannes Iuvenis*, duabus litteris Latinis C. T. ſignificantem, *ſed Moronus ait inſculptum, & forte la-* B *tius, cum ejus dignitas indicata fuit.*

c *Vghellus id peractum ait annō* 1071, *quo etiam anno Tarentinus Epiſcopus interfuiſſe dicitur conſecrationi eccleſiæ Caſinenſis apud Leonem Oſtienſem lib.* 3 *Chronici Oſtienſis cap.*30.

d In ſacello, quod à brachio ipſius Sancti nomen habuit. *Ita Iuvenis.*

CAPUT II.

Tranſlatio corporis, & varia dein miracula patrata.

a 6 PRæterea *a* Giraldus Archiepiſcopus Eccleſiæ Tarentinæ, B. Cataldo devotus, divinitus inſpiratus loco decrevit pretioſiori recondere Reliquias Confeſſoris. Expertus argentarius invenitur, qui aream argenteam perficit condecentem: in qua ſculptæ erant imagines Salvatoris, glorioſæ Virginis Mariæ, Sanctorum Angelorum & Apoſtolorum numeri duodeni. Adhibita eſt etiam operi portiuncula ſalutiferæ ligni Crucis, auro tecta & lapidibus pretioſis; ut Redemptor paſſionis ſuæ ſacramenta C conſpiciens, piis precibus hominum ea contemplatione clementius inclinetur. Itaque ad Sancti receptaculum felici loculo conſummato, idem Pontifex *Reliquiæ in aream argenteam transferuntur* diem Tranſlationis indicit: ad quam ipſa in eccleſia devotiſſime celebrandam, non ſolum infra terminos Tarentinæ diœceſis habitantes, ſed in remotis partibus exiſtentes, pariter convenerunt: indictoque jejunio per Prælatum, dies cum nocte in orationes & laudes, ac charitatis opera expenduntur. In craſtinum dies Tranſlationis ſtatuitur. Mane præfatus Pontifex cum ſuis Coëpiſcopis atque Clero, litaniis & pſalmodiis decantatis, aperiunt monumentum marmoreum ſatis pulchrum: quod ad ſancti receptaculum Corporis longo retro jam tempore *b* Raynaldus bonæ memoriæ Tarentinus Antiſtes, ſub principali ipſius eccleſiæ altari recondi fecerat reverenter: quo aperto immenſa ex Reliquiis ipſius odoris fragrantia procedebat. Quæ quidem Reliquiæ, inde per Antiſtitem reverenter extractæ, in eadem area argentea honorifice reconduntur. Ex nimio vero impetu in eccleſia populi concurrentis, multi diverſimode tenebantur: & qui quaſi mortui videbantur, Confeſſoris meritis & virtute incolumes *anno* 1151. reddebantur: Eſt autem glorioſa Tranſlatio cele- c brata anno Dominicæ Incarnationis *c* MCLI, die decimo menſis Maji, XIV Indictionē, præſidente vero Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Domino Eugenio Papa tertio, regnante quoque Sereniſſimo Domino Rogerio Rege Siciliæ, cum excellenti Domino Rege Guilielmo ſuo filio. EX MSS.

7 Primum itaque miraculum, quo tranſlationis ſuæ vigilias illuſtravit, fuit in quadam muliere pau- *Sanantur phrenetica,* peroula, de villa *d* Lellani, longo phrenetica tempore, de ſua ſalute penitus deſperata: quæ, ut audivit, Tranſlationem futuram cum aliis ſimul venit: & ad tumbam lacrymales preces fundens, ſaluti priſtinæ fuit celeriter reſtituta. d

8 Quidam de caſtello *e* Maſſafræ, habens filium puerum trienni cæcitate percuſſum, ipſum detulit ut intereſſet ſolenniis Confeſſoris. Nocte igitur præcedente diem, quo erat glorioſa Tranſlatio celebranda, cæcum puerum Sancti monumento appoſuit, fuſis precibus lacrymoſis, & poſt ſanationem phreneticæ parvo medio intervallo ſenſit miræ ſuavitatis odorem, & qui cæcus fuerat lumen oculorum recepit. Quo per eccleſiam incolumi decurrente, Paſtor & populus hæc videntes, pſalmos cantaverunt: & hymnos Deo & beato ejus Confeſſori Cataldo. e *cæcus,*

9 Eodem die quo glorioſa Tranſlatio extitit cele- *ſtrumoſus,* brata, quidam nomine Stephanus, Tarentinus coriarius, cujus corpus ita ſtruma repleverat univerſum, quod ad globorum modum carnis ſuperficies tumida videretur; veniens ad eccleſiam ut poterat claudicando, & Sancti ſepulturæ procumbens, vix oratione finita quam inceperat, recepit ſubito ſanitatem. Qui ingratus beneficii tam immenſi, voluit ſub ſilentio tegere donum Dei, ad domum propriam revertendo. Cumque perveniſſet ad eccleſiæ januas ut exiret, ſiſtitur invitus: & quanto magis egredi nitebatur, tanto magis quaſi vento impulſus, revertebatur introrſum. Sicque factum eſt, ut coactus quod contigerat publicaret: & qui unum voluit occultare, duo neceſſario poſtmodum miracula prædicavit. E

10 Sanctimonialis quædam de *f* Mutula, cujus ſoror annis decens & octo paralyſis ægritudine gra- *paralytica,* viter laborabat, Confeſſoris eccleſiam viſitavit: & tot per Sanctum facta miracula audiendo, infelicem & miſeram ſe vocabat, quod ſororem ſuam non duxiſſet ad Sanctum pro recuperanda ſalute. Tandem ſanctimoniali jam dicta revertente, & iterum redeunte cum ſorore ſua debili & languente, ambæ ipſam eccleſiam intraverunt: quæ ſolæ proſtratæ ora- F tioni vacaverunt, ſtatimque languida fuit propriæ reſtituta ſaluti. Altera quoque ſanctimonialis S. Petri *energumena,* de monte Joy, non ſponte veniens, ſed invita interfuit ſolenniis Tranſlationis ipſius, collegio coacta Sororum: malignus enim eam invaſerat ſpiritus, & acriter vexabat, quod quieſcere quodammodo non valebat. Qua cum Sororibus aliis veniente, Deum & Sanctum orantibus, pro eadem; ipſa è contrario blaſphemabat. Demum Sancti meritis penitus liberata, cum ſuis Sororibus gratias egit Deo & ſuo mirifico Confeſſori. f

11 Quædam alia monacha de *g* Gallipoli, trien- *cæca,* ni cæcitate percuſſa, diſpoſuit navigio venire Tarentum, & Sancti eccleſiam viſitare. Quæ ingreſſa navem, antequam accederet quo tendebat, recepit lumen, quod amiſerat oculorum. Sicque viſione recepta eccleſiam adiens, quæ geſta ſunt, enarravit: ex quo ab ea & aliis Dei clementia collaudatur & ſui pietas Confeſſoris. Quidam de Bullita, habens fi- *arefactæ cruribus & pedibus:* liam duodennem, cruribus & pedibus arefactam, tulit eam ad eccleſiam Confeſſoris: ubi quatriduo commorando pariter & orando, ſalutem ejus filia non recepit. Pater vero de ſalute filiæ deſperatus, remeare diſponit, eamque ante eccleſiæ januas ponit, g

EX MSS. aſello ſarcinolas ut apponat. Volvit caput pro filia, nec invenit: intrat eccleſiam, & eam quæritans, reperit incolumem ante Crucem. Quo facto laudes Deo referunt, & gratias agunt Confeſſori ipſius.

h *ſurda,* 12 Quædam monacha de finibus *h* Alexani, languore correpta, auditum perdidit aurium utrarumque, ita quod omnibus volentibus ei loqui neceſſe erat uti ſignis & nutibus digitorum. Fama mirabilium Confeſſoris (licet altius reſonaret) non valebat tamen ſurdas aures monachæ penetrare. Soror vero ejus ſubito inſpirata, ſororem ducit ad Sanctum, quo tenderet neſcientem. Ingrediuntur eccleſiam, germanaque oſtendit germanæ tumulum & imaginem Confeſſoris: cælum ſuſpicit, & aures tangit utraſque monachæ patientis: & ſic ſurda percipit indicio evidenti ad quid ducta fuerat per ſororem, cœpitque Sanctum clamoſis vocibus exorare. Credebat forte quod ad parem & ſimilem venerat auditorem. Beatus autem Confeſſor, ejus precibus condeſcendens, celeriter ſibi reddidit priſtinam ſanitatem. Cœperunt igitur ambæ ſorores, cum multitudine populi concurrentis, gratias Deo agere & ſuo Confeſſori Cataldo.

i B *hemiplecticus,* 13 Quidam *i* de Pellicorio, Urſus nomine, vir juſtus & dives, dimidium ſui corporis perdiderat, gravi infirmitate oppreſſus. Hic itaque miraculorum fama comperta, & quoſdam quos languiſſe noverat cernens incolumes remeaſſe, duci ſe ad eccleſiam Sancti fecit: quam ingreſſus ſolo proſternitur, & precibus lacrymoſis ſanitatem exorat. Nocte itaque in ipſa eccleſia dum dormiret, vidit in ſomnis Reginam mirabilem per baſilicam incedentem, miniſtro uno tantummodo præcedente: quæ veniens ad infirmum mandavit miniſtro, ægri pedes leviter ut levaret, quo ſtramenta ſubtraheret dormientis. Eo vero Dominæ mandata complente, æger aliquantulum acclamavit. Regina itaque dicente miniſtro, durius quam debueras ægri pedes levaſti; miniſter humiliter ſic reſpondit: Domina, nullam ſenſit exinde læſionem. Igitur dum à ſomno evigilaſſet ægrotus, incolumem ſe invenit: & narrans quam viderat viſionem, certiſſime recognovit beatiſſimam Virginem Dei matrem ei contuliſſe ſalutem, miniſtro ſuo Confeſſore mirifico mediante.

k *cæca,* 14 Puella quædam de *k* Brunduſio, dolore capitis diutius aggravata, lumen perdidit oculorum. Parentes vero ejus larga manu pretium exſoluentes, ad cæcitatem ſuæ filiæ extirpandam medicos invitabant: C qui ſalutem languidæ promittebant, quam tribuere neſciebant. Tandem de ſalute filiæ parentes penitus deſperati, fama miraculorum audita, proponunt venire ad eccleſiam Confeſſoris. Fiunt argentei oculi, in memoriam Confeſſoris eccleſiæ quos relinquant. Puella in nocte percipiens ſe videre, parentes evocat ut exurgant, dies quod illuxerat jam, dicendo. Dolent parentes quam plurimum, credentes cæcam filiam diem ut noctem diſcernere neſcientem, Qua apertius aſſerente, Deus mihi lumen reſtituit, certiſſime cognoſcatis; ſurgunt concite, & eam veriſſime oculorum lumen inveniunt recepiſſe. Gaudentes cum filia veniunt, & Deo & Sancto gratias referunt pro recuperata ſalute. Oculi quoque argentei Confeſſoris imagini appenduntur.

l *arefacta brachio,* 15 Cujuſdam feminæ de *l* Baſilio languor humerum ſauciaverat, ex quo brachium aruit univerſum. Hæc ſalutem quæſivit primitus per medicos temporales, deinde diverſorum Sanctorum oratoriis viſitatis ſanitatem corpoream votis & orationibus poſtulabat, ſed non valuit obtinere: medici etenim temporales, quod dare non poterant, promittebant; Spirituales vero poterant, ſed nolebant, quia noverant pro aliis eſſe reſervatum. Interea Confeſſoris D miracula languida intellexit, & adhibens fidem, germano ſuo prævio & ductore, Confeſſoris eccleſiam viſitavit. Et utroque ante tumulum deprecante, ea nocte qua venerat recepit languida ſanitatem.

16 Quidam carpentarius Tarentinus, Argentius *arefactus manu,* nomine, juſte vivens, manu cum brachio arefactis, vitæ neceſſaria perdiderat cum eiſdem: arte etenim manus vivebat & ſui. Cumque autem per diverſa oratoria quæritaret, fuit ſibi per ſomnium revelatum, alibi & ab alio ut peteret ſanitatem. Ad Sanctum itaque veniens, cum prece flebili ſic aiebat: Æſtimo, Domine, imo credo, quod ad tuam miſſus ſim ſanctitatem, tibique mea ſanitas reſervetur. Ad te venio, ad te curro: redde me integrum gregi tuo, ut Dei & tuam prædicem pietatem. Eo autem hæc & alia deprecante, non defuit pietas Confeſſoris: nam priſtinæ ſanitati manu cum brachiis reſtitutis, gregi ſuo eum incolumem aggregavit.

17 Fama miraculorum Confeſſoris non ſolum Apulis: ſed Calabris etiam excitatis, mari venire placuit octo incolis *m* de Cortono, duobus ægris a- m liis ſecum navi adhibitis & delatis, uno eorum incola & concive manibus & pedibus arefacto, altero de caſtello Perſigro itidem patiente. Cumque inter La- B tus *n* & Bradanum flumina navigarent, orta procel- n la maxima, unda addita pluviali, ſic navem undique *item procella diſſipata.* conquaſſabat, ut niſi Deus ſuccurreret naufragium expectarent, navi aqua duplici adimpleta, pluviali ſcilicet & marina. Itaque de ſalute nautæ totaliter deſperati, cœperunt Sancti auxilium invocare, ut eos à mortis periculo liberaret. Verum ineffabilis *alii duo ſanantur,* pietas Confeſſoris plus ſe liberalem tribuit quam rogatur: nam procella ſubito tranquillata, infirmis præbuit ſanitatem. Taliter itaque Confeſſoris præſidio liberati, ejus eccleſiam adeuntes, Salvatoris clementiam glorificant & collaudant, quæ fecit miracula Confeſſoris meritis enarrantes.

18 Presbytero cuidam de Pomaria, diuturnam *Curantur vertigo capitis,* capitis vertiginem patienti, beatum Confeſſorem pro ſui ſalute voto & lacrymis exoranti, ſomno arrepto intereſſe in S. Marci eccleſia videbatur, de ſuo languore cum quodam ſuo diſcipulo conferendo. Qui magiſtro conſulens ægrotanti dicebat: Vade ad Pontificem poſt altare ſedentem, qui Cataldus nomine nuncupatur: & ſicut plures languidos variis langoribus liberavit, ſic aſſueta clementia tui dignabitur miſereri. Videbatur itaque dormienti ad Sanctum gradu celeri advenire: qui patientis capiti fa- F ciens ſignum Crucis, frontiſpicium oſculando, ſanatum languidum nuntiabat: ſibi inſuper injungendo ejus eccleſiam ut adiret. Sacerdos ergo evigilans & ſentiens ſe ſanatum, venire ad eccleſiam non tardavit; in Dei laudes & gloriam Confeſſoris factum ſibi miraculum omnibus prædicando.

19 Quidam de Lombardia, renuntians huic mun- *epilepſia,* do, ſepulcro Dominico & locis ſanctis aliis, ubi noſter Dominus fuerat converſatus, devotiſſime viſitatis, domos Dei alias, ſitas per diverſas provincias, diſpoſuit viſitare. Qui tranſeundo per Monopolim *o*, o dum rediret, dies aliquot ibi manſit. Et intelligens in eodem territorio monaſterium S. Angeli ſitum eſſe, ipſum adiens certo tempore cum monachis ibi degit. Tandem antiqui hoſtis verſutia, bonis ejus actibus invidentis, languore epileptico, gutta caduca quæ vocatur, eo acriter eſt perculſus, quod non ſemel menſe quolibet ſeu die, ſed duodecies die ſingulo torqueretur. Hic auditis miraculis Confeſſoris Tarentum non diſtulit proficiſci, & ſanitate recepta ad cœnobii ſervitia incolumis remeavit.

20 Puella quædam de Meyaneo erat in cervice ſcrofularum frequentia ſic circumdata, quod in ea nullum

A nullum erat ſanitatis ſpatium derelictum: quarum a-
ſcrofulæ in collo, liquæ reſeratæ continuam ſaniem emittebant; pars vero inflata apertionem proximam & effuſionem putredinis minabatur. Parentes autem ſalutem filiæ affectantes, incantationibus uſi ſunt primitus feminarum, deinde unguentis variis & diverſis, demum ſalutem languidæ medicorum conſiliis procurabant. Quibus prædictis omnibus nullam ei præſtantibus ſanitatem, fama miraculorum Sancti audita; quod cæcis viſus, ſurdis auditus, claudis gradus redditur atque greſſus, paralytici curantur, & quiſquis debilis ejus meritis recipit ſoſpitatem; ad eum ſuam filiam detulerant, ejus ſalutem devotis precibus poſtulantes. Confeſſor itaque ſolita pietate parentum lacrymas intuendo, eorum filiam ſic ſanavit, quod in ea cicatrix vulnerum non remanſit.

P 21 Quædam mulier vidua de *p* Roſeto, bonæ converſationis & vitæ, in toto corpore, licet eſſet languoribus cruciata, dolores tamen majores in pedibus ſuſtinebat: tamquam lignum etenim aridi facti erant, nullum corpori ſervitium impendentes. Cognati languidæ, auditis miraculis Confeſſoris, cœperunt devotiſſime exorare, ut eorum cognaræ ſuccurrere dignaretur. Sanctus itaque, benignus ſupplicum exauditor, nocte apparuit ſubſequente viduæ ægrotanti, dixitque ei: Languori tuo finem
B *languor pedum,* imponet pietas Salvatoris: & pro certo ſanaberis ſine mora, ſi ad domum meam volueris proficiſci. Venienti itaque languidæ ad eccleſiam & oranti, Confeſſoris clementia integram reſtituit ſanitatem.

ducia hac armati, ut ſani, animarum; & ægri, qui [comitari] non poterant, corporum reciperent ſanitatem: ſciebant enim præſentem eſſe ubiilibet eam invocantibus potentiam divinitatis. E quibus languidis Presbyter quidam erat, vitæ laudabilis & honeſtæ, lepræ tamen biennii infirmitate percuſſus: Qui ſcabrigine carnis maculoſæ mundata, & vocis ſepoſita raucitate, Sancti meritis & virtute curatus à lepra extitit & mundatus. Feſtinus itaque Tarentum ſtuduit properare, multis ſuis civibus comitatus: & gratias Deo referens & B. Cataldo, in altari ipſius Miſſarum ſolennia celebravit. EX MSS.

23 Quædam mulier incola *b* Cuberſani, dum ad b
ſororem ſuam Poliniani manentem pergeret viſitan- *tumor ventris,*
dam, jumento cui inſidebat exterrito cecidit ab eodem: ventremque ad lapidem ſic percuſſit, quod ex ipſa percuſſione tumor in modum ollæ extra ventrem porrectus quaſi ventrem alium generavit. Hac ſiquidem duriſſima paſſione ſeptennio fatigata (licet Confeſſoris vocabulum ignoraret) cœpit tamen voce flebili Sancti, qui Tarenti moratur, ſuffragium invocare: & vix oratione completa ſana totaliter eſt effecta: & à cunctis doloribus liberata: ſtatimque turba civium ſociata venit ad eccleſiam Confeſſoris, Deo & Sancto grates debitas referendo, & E
miraculum omnibus publicando.

24 Quidam miles egregius de Tarento, Domi- *dolor lateris & corporis,*
nus Bedengerius nominatus; qui, ut eloquentiſſimus juriſque peritus, Confeſſoris geſta edidit veneranda, ad transferendum quoddam de Græco in Latinum volumen, contulit ſe Panormum, de mandato Regio evocatus. Quem dolor lateris inſolitus & ſubitus ſic invaſit, ut vitam claudere crederet cum dolore: eo prætextu maxime, ipſemet ut teſtatur, quod ſibi membrum aliquod non remanſit, quin dolores maximos pateretur. In extremo vitæ poſito (ut credebat) occurrit ei pietas Confeſſoris, quem corde cœpit cum lacrymis exorare. Sanctus itaque mirificus & benignus preces cum lacrymis eo clementius exaudivit, quo dicto ipſum celeriter reſtituit ſanitati: oſtendens veriſſimo argumento, quæ de *c* Inventio- c
ne & Miraculis ejus dixerat, grata gerere & habere.

25 Cujuſdam de loco *d* Salandræ oculos adeo d
per triennium nubes atra poſſederat, quod eum non *cæcitas triennalis*
ſolum lumine privaverat, ſed victûs neceſſaria petere aliena mendicando ſuffragia cogeretur. Hic diverſis oratoriis, potiſſime ſepulcro Dominico, cum labore maximo viſitatis, inſpiratus divinitus Confeſſoris eccleſiam voluit viſitare. Qui arrepto i- F
tinere veniendi, pruritum maximum oculis ſuis ſenſit: & dum eos cum utraque manu ſcalperet, ab ejus oculis quaſi cepæ ſpolia cæciderunt: amiſſumque viſum recuperat Sancti meritis ſic repente. Tali itaque Dei diſpenſatione ſanitate recepta, venit ad eccleſiam Confeſſoris, dupliciter lacrymando gratias Deo referens & B. Cataldo.

26 Quidam de Tarento, Dominicus nomine, *arefactio pedum & crurum,*
habens ſeptennem filium, cruribus & pedibus arefactum, propinquæ ſuæ conſilio ad Sanctum ipſum puerum deportavit. Ubi effuſis precibus cum mœrore, prima nocte qua venerat, puer ſaluti priſtinæ reſtitutus, per eccleſiam curſitavit. De quo Dei potentia collaudatur & pietas ejus Confeſſoris.

27 Nauræ quidam Tarentini, de partibus Siciliæ *tempeſtas maris ſedatur.*
redeuntes, ſinum, qui Nolpo dicitur in Calabria exiſtentem, navigio dum ſulcarent; tempeſtas oritur inſperata, & in fluctus æquore ventorum rabie commutato, maria turbabantur. Ferreum vinculum valida tempeſtas elidit, quo gubernaculum tenebatur & jactabatur in mare: ex quo nautæ penitus deſperati mortis periculum expectabant. Perpende itaque miraclum: quod ſuccedit, & factum

ANNOTATA.

a Giraldus 25 *Archiepiſcopus, Philippo anno* 1139 *depoſito ſubrogatus, vixit uſque ad annum* 1172.

b Rainaldus 21 *Archiepiſcopus præfuit, ab anno* 1106 *ad annum* 1119.

c *Perperam hæc apud Iuvenem & Moronum referuntur ad annum* 1150, *quo erat Indictio* 13.

d *Morono* Lyciana mulier, *forte* ex pago Liſciano, *qui Tarentinis eſt ad Orientem.*

e Maſſafra *oppidum Tarentinis verſus Septemtrionem.*

f Mutula *vulgo* Motula, *urbs Epiſcopalis ſub Tarentina metropoli, à qua* XII M. P. *diſtat.*

g Gallipolis *urbs Epiſcopolis ſub Hydruntina metropoli, in ipſo ſinu, diſtat Tarento* XLII M. P.

h Alexanum *urbs Epiſcopalis haud procul à ſua metropoli Hydruntina.*

C i *In Baſilicata ad Agrium flumen* Policaro *notant tabulæ, quod hic forte* Pellicorium.

k Brunduſium *urbs Archiepiſcopalis, ad mare Hadriaticum, diſtat Tarento* XXXV M. P.

l S. Baſilii *villa verſus fines Barienſes, intervallo* 20 *circiter milliarium à Tarento notatur, & alia ejuſdem nominis in Calabria loca inveniuntur.*

m Croto *ſeu* Crotonum, *urbs Epiſcopalis Calabriæ ulterioris, ad mare Ionium.*

n Latus & Bradanum *flumina Tarento verſus Occidentem haud procul diſtant.*

o Monopolis, *urbs maritima Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Barienſi, inter Barium & Brunduſium.*

p Roſetum, *in confinio Calabriæ & Apuliæ, haud procul à mari ſitum vulgo* Roſito.

CAPUT III.

Alia miracula, etiam in Scriptore patrata.

a
Curantur lepra Sacerdotis,
22 CIves *a* Gerruſii ſceleratos ſe hominum judicantes, quod in ſuorum aliquibus languidorum Confeſſoris clementia virtutem non fuerat operata; devotione maxima ejus eccleſiam adierunt, ſi-

EX MSS. diſpenſatione divina, non humana audacia. Unus de nautis, in mare ſponte proſiliens, captum gubernaculum educere conabatur: quem fluctus cum arrepto gubernaculo à navi eo longius ſeparavit, quod nequibant ſocii intueri. Socii igitur pro ſe & ſocio Sanctum deprecabantur precibus lacrymoſis, ut eos à naufragio liberaret. Et ſubito rabie ventorum ſopita, mare penitus tranquillatur, cum gubernaculo in navim ſocio ad ſocios incolumi introducto. Qui repatriantes ad eccleſiam pervenerunt, & vota quæ voverant exſoluentes, gratias referunt Redemptori & ejus mirifico Confeſſori.

28 Quadam die, ſole ad occaſum vergente, quidam ſub habitu peregrini cuidam feminæ, de villa quadam territorii *e* Cuſentini, jam biennio lumine defraudatæ, hoſpitium poſtulavit. Qui benigne ab eadem ſuſceptus, ipſam interrogavit de temporis quantitate, qua incurrerat cæcitatem. Cujus reſponſionibus informatus, ei peregrinus adjunxit, quare Tarentum non pergeret, Sancti morantis ibidem ſuffragium petitura. Mulier juſte jurat de Sancto hoc numquam aliquid audiviſſe. Cui peregrinus: Ad Sanctum tendere non morêris: & pro certo recipies ſanitatem. Mane vero non invento quodammodo peregrino, Tarentum mulier properans, in via recipit ſoſpitatem. Quæ gradu concito ejus eccleſiam viſitavit, gratiarum actura debitas actiones.

e *Sanantur cæca.*

B

29 In Baiſenti *f* vículo mulier quædam erat, quæ anni unius filium habebat, in quadam ſua palearia reſidentem: ad quam ex more venerant vicinæ quatuor mulieres, nendo & confabulando cum ea fuſos in manibus deferentes. Quibus inhiantibus operi & ſermoni, antiqui hoſtis verſutia puer ſe de medio ſubtrahens, ad ignem ſerpendo ut potuit feſtinavit, caput cum facie in medio flammarum immittens. Quo effecto ut mortuus, flereque quodammodo non valente, mulieres uſturam ſentiunt & fœtorem, & ſic percipiunt odoratu quod oculis non videbant. Exclamant ſubito lacrymando, Sancte Dei Catalde, impende auxilium pietatis; ereptus à flammis puerulus minime reſpiravit. Duabus horis itaque jam tranſactis, cœpit ſpiritus ſubtiliter commoveri. De cujus vita fidere poſt quatriduum aliquantulum cum incepiſſent, erant tamen de oculorum lumine penitus deſperatæ. Illis ergo voventibus affuit pietas Confeſſoris, vitamque cum lumine à Deo impetravit. Quare cito iter arripiunt, & ad Sancti veniunt monumentum. Avia ergo & mater pueri, flexis genibus cum manibus per terram diſtractis, à pontis introitu uſque ad eccleſiam perrexerunt, ut agant grates pro puero ſoſpite, quem greſſu quatripedi ad ignem traxerat inimicus.

f *& puerulus igne adustus:*

C

30 Quidam juvenis Galliarum, Artium liberaliú factus Magiſter, divinitus inſpiratus diſpoſuit ſepulcrum Dominicum & loca alia viſitare, quæ noſter Dominus & Salvator ſua præſentia illuſtravit. Quibus devotiſſime peragratis, per Romaniæ inſulas g eo navigio redeunte, ventorum obſtaculo quædam qua vehebatur bucina Trani moram facit. At ubi de Sancti miraculis intellexit ex tunc poſt Deum Confeſſori in omnibus ſe committit. Sopita namque tempeſtate maris mare Calábrum dum ſulcaret, poſt tergum Corono relicto, in mari procella valida eſt exorta: quæ navé adeo fortiter conquaſſabat, quod undarum fluctibus undique replebatur. Sic ergo cum peregrinis nautæ concuſſi, omnia quæ habebant in mare projecerunt, ipſius etiam navis neceſſaria armamenta. Interea navis ad litus Giratii *h* turbine agebatur: & à terra diſtare quantum jactus lapidis eſt videbatur, ubi nunc ad cælum porrigitur, dejicitur nunc ad ima. Peregrinorum corpora, marinis fluctibus involuta, fuerunt illico vitâ functa, illo tantummodo peregrino excepto, de quo ſupra mentio facta fuit. Qui in tanto periculo conſtitutus, Sanctum ſibi protectorem aſſumptum cum lacrymis exoravit, ut undis eum æquoris diem claudere non permittat. Statimque quaſi vento coactus, ad terram incolumis deportatur, ſtabatque velut amens effectus. Tandem ad ſe reverſus eccleſiam viſitavit, gratias agens Deo & Sancto, cui poſt Deum adſcribit reſiduum vitæ ſuæ.

g *Peregrinus aliis jubmerſis liberatur.*

h

D

31 Quædam mulier Oritana *i*, graviter infirmata, dolore capitis diutino torquebatur: nec magno medio intervallo dolor peperit cæcitatem. Quæ flens continue non ceſſabat Beatum deprecari Cataldum, ut viſum recuperaret amiſſum. Die quodam medio domi reſidens Deum, & Sanctum more ſolito deprecando cum lacrymis, audit ſubito ſtrepitum quaſi alicujus in domo leviter ambulantis: & quis eſſet interrogans, in capite recipit levem ictum reſponſo aliquo non accepto. Clamat ſubito ad vicinam, quod homo ſuam domum ingreſſus, eam in capite leviter percuſſiſſet, ex quo lumen oculorum recepit: itaque venienti vicinæ & aliis concurrentibus ad clamorem, ordinem recitat rei geſtæ. Omnes pæne conveniunt Oritani, Deo & Sancto laudes cum gaudio perſoluentes: in craſtinum ad eccleſiam venit femina cum magno civium comitatu, laudans Dei potentiam, qui eam per ſuum fidelem famulum à languore curavit.

i *ex dolore capitis cæci illuminatur,*

E

32 Adoleſcens quidam de *k* Hoſtunio in manus pollice doloris percutitur paſſione, cujus caro in vulnus taliter perforatur, quod putredo ex vulnere jugiter emanabat. Quæ paſſio à quibuſdam gutta fiſtula nuncupatur. Parentes ejus itaque inceperunt medicos quæritare: qui patienti minime profuerunt. Demum ſtatuunt ire Tarentum ad quemdam medicum, in infirmitatibus exploratum: & dum in craſtinum iter arripere pararent, in ſomnis pater pueri vidit quemdam honeſti vultus & honeſti habitus, aſtantem ſibi pariter & dicentem; Quare medicum quærere non laboras, qui tui filii [malo] medeatur? Ad quem pater: Domine quoſcumque medicos potui invenire, curæ adhibui noſtri nati. Unum tantummodo adhuc reſtat ire Tarentum ad medicum comprobatum, ſi forte poterit languido reddere ſanitatem. Ad quem ille: Quare, inquit, non defers illum ad medicum commorantem Tarenti, qui [non] operoſam fert languidis medicinam: & ſtatim filium reſtituet tibi ſanum? Videbatur autem tangere pollicem patientis. Excitato vero illo narrante viſionem uxori, illa credit medicum Confeſſorem: ad quem una cum puero dum venirent, puer in via adeptus eſt ſanitatem. Ad Sanctum itaque accedentes, Deum glorificant & collaudant, & prædicant mirabila Confeſſoris.

k *Curatur ulcus pollicis,*

F

33 Puella quædam de *l* Trano, parentibus unica, nobilitate, forma & moribus decorata, paralyſis infirmitate percuſſa, officium greſſus perdidit & loquelæ, cum pulchritudine univerſa. Parentes exquirunt medicos temporales, eos magno pretio conducentes: quorum antidotis approbatis nullam præſtantibus languidæ ſanitatem, diſponunt deferre ad tumulum Confeſſoris. Et incepto itinere dum equitant inter Mutulam & Maſſafram, equitatura quæ languidam deferebat cadit in terram ſubito, ad lapidem pede icto. Languida vero metuens ne caſu beſtiæ læderetur, Deus me adjuva, magna voce clamavit. Et ſtatim curſitans cum clamore, longe ab equitatura ſeceſſit: ſicque eodem momento loqui recuperavit & gradi. Illa ergo curſitante præ gaudio & loquente, parentes percipiunt Dei miſericordiam affuiſſe, & Sancti patrocinio ſaluti filiam reſtitutam: qui cum pſalmis & actionibus gratiarum

l *ſanatur ex paralyſi muta & claudа*

ad

ad Sancti veniunt monumentum, quod acciderat manifeſtant.

m 34 Dominus caſtri S. Nicandri *m*, de territorio Bari, cum ſua conjuge, morum & generis nobilitate præclari, pulchrum habebant filium & decorum, jam triennium pertingentem: quem febris graviſſima ſic invaſit, ut mutata ſpecie in pallorem ubera fugere recuſaret, nec pulſus tenuiſſimus noſceretur. *moribundus puer* Clauſis oculis vitalis calor membra relinquit, fit frigidior glacie, & infans mortuus reputatur. Dolent parentes miſeri flendo cum proximis & clamando: cumque præpararent ſudarium, & cuncta neceſſaria ſepulturæ; pater divinitus inſpiratus, ut à ſomno evigilans à lacrymis quas fundebat, cœpit dicere cum clamore, Confeſſor Chriſti ſanctiſſime, Beate Catalde, *& mater ægra,* ſicut tuis mediantibus precibus conſortem meam pæne mortuam mihi reddidit clementia Salvatoris; ſic mihi & conjugi ſit puer incolumis reſtitutus, ut eum ad ſanctas Reliquias tuas deferamus. Uxor implorat etiam auxilium Confeſſoris orans; ut ſicut ipſam ab ægritudine liberavit, ſic à morte filium liberaret. Mox infans cœpit oculos aperire, & mamillam ſugere genitricis. quem redditum ſanitati parentes ad Sancti tumulum deferentes, vota
B duplicia pro matre & puero reddiderunt.

35 Quidam de partibus Tranſalpinis, qui ſe Theutoni, fatebatur cū inaudita & graviſſima paſſione laborans; poſt exquiſitum ubique terrarum fruſtra beneficium ſanitatis, de Sancti miraculis audiens, Dominica in Palmis contulit ſe Tarentum: & peractis extra portā ſollemniis dum proceſſio remearet, cunctis apparuit homo ille plurimum monſtruoſus. *ac ſtruma monſtroſa curantur.* Quo viſo cœperunt orationes & ſinguli admirari pariter & ſtupere, & præ timore ſignantes ſe ſignaculo ſanctæ Crucis, pro ſalute ipſius precibus lacrymoſis dei miſericordiam implorant. Geſtabat enim in faucibus globum carneum, in modum manticæ ab utraque parte guƈturis longe porrectum, globi magnitudinem excedentem, quam cameli oſtentant cum glomerant longitudinem colli ſui. Adit miſer eccleſiam, tumbam amplectitur, Divinam clementiam provocat ſuſpiriis & ploratu. His inſiſtit operibus uſque ad diem Cœnæ Domini ſubſequentem. Eo vero die per Prælatum Miſſarum ſollemniis inchoatis, dum Gloria in excelſis Deo ſolenniter cantaretur; Et in terra pax hominibus & reliqua, populus reſponderet; carnoſa illa congeries, durior prius oſſe,
C in butyri mollitiem commutatur: & divino auxilio ab utroque capite perforata virus & ſanguinolentam ſaniem effundebat, tamquam uter perforatus utrimque; & pellis exhauſta, putredine remanēs vacuata, eſt inſtar tauri palearium recollecta. Et ægro ſic reddito ſanitati, omnes ſic jubilant & exultāt, Deo & Sancto hymnis & laudibus quam pluribus decantantes.

36 Plura quidem & alia miracula, ſanctus Confeſſor fecit, ſed ſunt de pluribus pauca ſcripta: quis enim omnia ſcriberet, quæ aſſiduæ in nobis operantur virtutes? Pietate itaque ſolita, Pater ſancte eſto plebi tuæ inexpugnabilis murus, impenetrabilis *Invocatur S. Cataldus.* clypeus, inviolabilis caſſis, lorica indeficiens, quotidiana munitio, patrocinium ſempiternum. Auge ſalutem precibus, pacem impetra, quæque ſalutaria ſubminiſtra: noxia remove, veniam obtine delictorum: da itaque ut purgati criminibus placeamus, cui places, Redemptori noſtro Domino Jeſu Chriſto: qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat per infinita ſecula ſeculorum.

ANNOTATA.

a Gerruſium *fortaſſis, oppidum Baſilicatæ, in tabulis* Garanſo *nominatum inter Tricaricum & Stylianum.*

b *Morono* Cupreſſani.

c *An & quatenus hujus ſcriptoris verba, in præcedentibus ac ſubſequentibus miraculis, compilator hujus Legendæ expreſſerit, neſcimus divinare.* EX MSS.

d Salandra *oppidū Baſilicatæ prope fluvium* Salandrettā.

e Cuſentia *ſeu* Conſentia, *ampliſſima & Archiepiſcopalis Metropolis, in Calabria citeriore.*

f Barſentum *in tabulis non invenio, ſed bene* Turrim Baſenti, *ad oſtium cognominis fluvii in Baſilicata circa ſinum Tarentinum.*

g *Suſpicatus* Bucinam, *navigii genus eſſe Calabrū familiare, ordinē verborum implicatum corrigere volui quadā eorū tranſpoſitione, licet in cographo noſtro eſſet,* navigio redeunte, ventorum obſtaculo, quæ vehebatur quædam Trani Bucina morā fecit. *Folio autē* 574 *jam impreſſo, animadverti in præparatis ad hoc caput Notationibus, locum iſtū à Morono ſic reddi:* Cum Peloponneſii & Jonii maris inſulas pertranſiret, vi tempeſtatis navicula Trajanopolim delata eſt: ubi cū nautæ morarentur *&c. Appellari vero à ſe* Trajanopolim *eam, quæ* Trani *vulgo dicitur, relicto ab* Atranis *antiquis nomine per ſyllabæ primæ apharesim, ipſe mox oſtendit Moronus. Quid ergo? Litterorū compendiarias notas, quibus pronomina* qui, quę, quo *ſcribuntur, & alia quædam confundens librarius, turbavit ſenſum, qui potuiſſet ſic clare reddi;* navigio redeunte, quo vehebantur quidam Trani (*vel potius* Tranitani) *ventorum obſtaculo* Bucaræ moram fecit. *Eſt autem* Bucara, *ſive* Buca *&* Buba, *Melæ ac Ptolomæo nota, juxta opinionē Celſi Cittadini apud Ferrarium, quæ nunc dicitur* Thermula, *vel juxta alios alia illi vicina urbecula* Marozzo *nomine, utraq; in Aprutii littore: ſic ut appareat ad P. M. circiter* 80 *ultra deſignatū excenſioni locū in ſinu Hadriatico provectā navim, peregrino noſtro incuſſiſſe ſolicitudinem; quæ deinde longe major fuit, quando remetiens iter* Tranū *uſq;, deinde mutato forſan navigio* Calabrū mare *repetēs, ut Tarentū veheretur, in periculum vitæ grāviſſimum incurrit.* E

h Hieracium *vulgo* Gierace, *oppidum in monte circa mare; in extrema Calabria.*

i Uria, *vulgo* Oria, *urbs Epiſcopalis ſub metropoli Tarentina, à qua verſus Orientem diſtat* XXVIII *milliaribus.*

k Hoſtunum, *urbs Epiſcopalis ſub metropoli Brundūſina, à qua verſus ditionem Barienſem diſtat circiter* XVII *M. P. at Tarento* XX.

l *Morono,* Trajanopolitana puella. Eſt autē, *inquit idē Moronus,* Trajanopolis quæ vulgo Tranū vel Tranium appellatur. *Falſō id quidem (nam* Trajanopolim, *præter mediterraneas in Thracia aut Sicilia urbes, nullam norunt antiqui; & quod hodie* Trani *dicitur, antiquis* Atrani *fuere, ſicuti jam monui) ipſo tamē ſuo errore oſtendit Moronus, quid ſupra litt.* g Trajanopolim *appellarit. Atq; hinc recto itinere per Barienſem provinciam in Tarentinam* F *tranſiens cum parentibus puella,* Mutulam & Maſſafram, *mox nominata loco, tranſire debuit ut Tarentum veniret.*

m *Apud Maſinum & alios in mappis,* S. Licandro, *diſſitum Bario* VIII *M. P.*

APPENDIX.

De inventione linguæ S. Cataldi & libri ab eo ſcripti.

37 POſt multa *a* annorum curricula, quæ fluxerunt à tranſitu Sancti hujus, ſub Præſulatu a
Domini *b* Rogerii Archiepiſcopi Tarentini, dum de b
mandato ejuſdem Pontificis, per nonnullos ipſius *Linguā inveniā* Eccleſiæ bonos Clericos & honeſtos, Reliquiæ B. Cataldi, quæ repoſitæ erant in *c* brachio argenteo, c
quærerentur, in melius & honorabilius recondendæ; ibidē caſualiter eſt inventa lingua beatiſſimi Confeſſoris (ſicut cernitur) integra & illæſa *d.* Volens oſtendere Dominus: quod lingua, quæ ipſum in vita effectualiter prædicavit, poſt mortē ejus immaculata mirabiliter permaneret; ut adimpleretur dictū Prophe- Eccl. 6, 5
ticum, Lingua eucharis in bono homine abundabit.

38 Die

EX MSS. 38 Die VIII menſis Aprilis, X Indictione anni MCCCCLXXXXII, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri D. Innocentii divina providentia Papæ octavi *e* anno octavo, qui fuit dies *f* Dominicus Paſſionis; regnante quoque inclyto & excelſo Domino noſtro D. Ferdinando, Dei gratia Rege Siciliæ, Hieruſalem &c. Sabbato ante dictam Dominicam, ad horas duas ſeu tres noctis, apparuit viſibiliter Diacono Raphaeli Cuceræ de Tarento, ſtanti in oratione in choro majoris eccleſiæ Tarentinæ, Beatus Cataldus Rachau Archiepiſcopus Tarentinus: & poſt nimium terrorem acceptum per dictum Raphaelem, allocutus fuit eumdem Raphaelem, dicens: Sæpe ac ſæpius dixi tibi, quod vadas in eccleſiam S. Petri, exiſtentem extra mœnia Tarentina per jactum lapidis, & noluiſti accedere: dico tibi quod ſtatim vadas ad Epiſcopum, qui congregato populo & Clero civitatis accedat dictam eccleſiam: in frontiſpicio cujus inveniet in columna quemdam puerum inſignem depictum: qui oſtendit cum manu & duobus digitis locum, in quo invenietis quoddam propheticum judicium, quod feci exiſtens in humanis, & illud repoſui ſubtus pedes dictæ imaginis, quam depingere feci ego. In quo quidem loco invenietis prius quamdam Crucē plumbeam fabricatā in dicta columna. Subtus dictā imaginem, in qua ſculptæ ſunt infraſcriptæ litteræ. Et poſtmodum invenies quemdam librum plumbeum ſubtus dictam Crucem, cum coopertis plumbeis: & in cujus cooperta ſunt deputæ infraſcriptæ litteræ. Mittatur liber ille clauſus ut manet ad Regem, & obſervet contenta in eo: alias væ ſuo regno, quia patietur ruinam maximam, peſtilentiam, famem & guerram infidelium. Et prædicta ſi non credet, accedas tu Raphael ad eum, & ſibi dicas viſionem hanc tibi oſtenſam. His dictis evanuit ab oculis ejus *h*.

anno 1492 *apparens Cataldus curat in quiri libri ſuum.*

B

h

Liber.

Cataldus Rachau Arbiep. Tarentinus. Hunc non aperiat niſi Rex cum uno ſolo ſibi fideli: & ſtatim mittatur Regi i.

ſic erat in cruce plumbea

Aperiatis hic: invenietis librum, in quo C. T. D. & ſtatim mittatur Regi

i

ANNOTATA.

a *Imo* ſeculorum, *ut ex dictis patet.*

b *Rogerius Capitignonus Archiepiſcopus præfuit ab anno* 1334 *uſque ad an.* 1348.

c *Ioannes Iuvenis hæc ita indicat.* Arca illa argentea, *loco brachii poſita* juſſu ipſius Rogerii, conſentiente Clero & Senatu Tarentino, immutata fuit in ſtatuam illam Pontificiam, quæ ipſum Cataldum referre videtur, Pontificiis veſtibus indutum, acſi ſacrum Miſſæ officium eſſet celebraturus, cum mitra omnibuſque aliis quæ Epiſcopum decent indumentis, argenteis laminis ad incudem extenſis.

d *Hanc tunc* linguam, *à Rogerio* ſtipatam intra cryſtallum limpidiſſimam, *addit Iuvenis.*

e Innocentius VIII *fuit electus* 29 *Auguſti anni* 1484, *& hoc anno* 1492, 25 *Iulii vita functus, cum necdum* 8 *annum expleviſſet.*

f *Dicto anno cyclo Lunæ* XI *ſolis* XVII *litteris Dominicalibus A G, Paſcha inciderat in* 22 *Aprilis.*

g *Hic eſt* Ferdinandus II *Rex Catholicus, patre Ioanne adhuc vivo inauguratus Rex Siciliæ anno* 1473, *mortuus anno* 1516, *cui tunc è filia nepos Carolus V Auſtriacus ſucceſſit; quo regnante hæc ſcripta fuiſſe indicant præfixa verba,* Domino noſtro D. Ferdinando.

h *Alexander ab Alexandro Iuriſperitus Neapolitanus, lib.* 3 *Genialium dierum cap.* 15, *inſeruit hanc hiſtoriam, & addit iſta* circa tempora ejus contigiſſe, *& ſub finem hæc adjungit:* Poſtera luce ſollemni pompa miniſtrum cum populi comitatu ad latebram, in quo longiſſimo ævo libellus latuetat, proceſſiſſe; eumque plumbeis tabellis obſignatum & clavis obſeratum inveniſſe, ſatis conſtat. D

i *Prophetiam ipſam ex libro Petri Galatini Ordinis Minorum de Eccleſia deſtructa, Romæ in bibliotheca Aracæli adſervato, edidit Morenus in Vita S. Cataldi; quam omittimus, ut rem obſcuram, & forte ſub nomine Sancti confictam.*

INQUISITIO

De ætate & geſtis S. Cataldi in vita.

1 *Difficilis quæſtio eſt aut potius conjectura de tempore quo S. Cataldus fuerit Epiſcopus Tarentinus, & ex qua orbis parte eo advenerit. Ioannes Iuvenis lib.* 8 *de Antiquitate Tarentinorum cap.* 2, *ubi de Vita S. Cataldi egit, addit iſta:* Qui Divo Cataldo ſecuti ſunt Epiſcopi, Tarentinæ Eccleſiæ Prælides, non ſatis liquet uſque ad annum DXCI, Gregorio Pontifice Maximo: vel quia ſcripturæ combuſtæ ſunt, vel quia nullæ fuerunt ante hoc tempus: quoniam qui à Paganis reperiebantur Chriſtiani, aut verberibus afficiebantur, aut gladiis variiſque tormentorum generibus occidebantur. *Mirum ergo eſt, quod de ſolo Cataldo extent ſcripturæ, eaque ultra fidem fere humanam admirandæ: & tamen eæ tamquam prima fundamenta proferuntur à dicto Ioanne Iuvene in ſua Tarentinorum antiquitate, & ex eo à Ferdinando Vghello tomo* 9 *Italiæ ſacræ in Tarentinis Archiepiſcopis. Quæ magno labore Bonaventura Moronus Tarentinus Ordinis Minorum libris ſex carmine heroico vulgavit Romæ anno* MDCXIV, *frater autem ejus Bartholomæus Moronus iis adjecit* Vitam S. Cataldi, ex Catalogo Sanctorum & vetuſtiſſimis Tarentinæ Eccleſiæ MSS. codicibus, & ex Officio per Sirletum Cardinalem reformato. *Multa incerta circa vitam S. Cataldi.* E

2 *In Hiſtoria Iuventionis & miraculorum num.* 2 *dicitur:* Quantus in vita fuerit hic Pontifex glorioſus, *à Petro de Natalibus conſcripta,* facta poſt ejus tranſitum, *imo inventionem,* miracula demonſtrarunt, *quæ mox* ſub compendio narrantur, *diu ante quam Catalogus citatus Sanctorum à Petro de Natalibus conſcriberetur circa annum* MCCCLXX, *ac daretur aliquod fabularum fundamentum. Ibi lib.* 4 *cap.* 143 *dicitur* ex oppido Hiberniæ Catando natus, matrem ex partu mortuam ſine cujuſquam auxilio amplexus ſuſcitaſſe; & lapſus in lapidem, ſignum verticis, acſi cera moliſſima fuiſſet, concavitate effeciſſe; & aqua pluvia in ipſam delapſa quaſcumque ægritudines ſanari. Poſtea Presbyter duos mortuos reſuſcitaſſet; & cum à Rege eſſet expellendus, illo ab Angelis territo, accepiſſet ditionem Ducis extincti: in qua poſt conſtructam eccleſiam Archiepiſcopus electus, duodecim ſuffraganeos Epiſcopos conſtituiſſet; omnibuſque rite diſpoſitis, in pace quieviſſet octavo Idus Maji: *Verum ubi? Num in ſua Archiepiſcopali apud Hibernos Eccleſia? At poſtea dicitur* corpus repertum & in Eccleſia Tarentina tumulatum. F

3 *Hæc ex Catalogo Petri de Natalibus, quem primo loco & ex Mss. allegavit Moronus: qui dein allegat codices MSS. Eccleſiæ Tarentinæ, quos etiam varios accepimus, & ſatis convenientes cum Vita à Morono & Iuvene edita. In his dicitur* natus *apud Hibernos in* oppido Numeniæ provinciæ. *At quæ illa?* Momoniam *intelligi arbitramur, in cujus Comitatu Waterfordienſi eſt Leſmoria, urbs olim Epiſcopalis, dein Waterfordienſi unita, prope quam fuiſſet* Catandum *oppidum.* Ortus ejus *dicitur in MSS. Actis* ſtellâ clariſſimâ deſignatus, *ipſumque* Dichas eremita prædixiſſet magnum futurum. *Verum quæcumque in ejus ortu miranda hic & ſupra notavimus, in Officio per Cardina-* *eruta, quoad genus, patriam,*

A *Cardinalem Sirletum emendato omitterentur ut fabuloſa, & à vago quodam Hiberno prætextu pietatis Tarentū delato, dictata ex iis, quæ paſſim de Hibernicis Sanctis narrantur pro genio nationis, poëtarum ſuorum fabellis facile credulæ: ſic enim jam alibi ſæpius deprehendimus accidiſſe, locorum celebrium Patronis, quorum ætas, origo & patria minus nota erat. Hoc autem de* S. Cataldo *potuit fieri confidentius, quod nomen Hibernicum eſſe videatur potius quam Græcum. Multos certe* Cathaldos *in ſuis indicibus ad Acta Sanctorum Hiberniæ* Colganus *nominat. Sed veremur ne reliqua Hiberniæ adſcripta ſint ſimilis farinæ, de mortuis reſuſcitatis, & ſede Archiepiſcopali erecta cum duodecim ſuffraganeis Epiſcopatibus, & hoc ſeculo Chriſti ſecundo, id eſt annis circiter ducentis & ſexaginta ante adventum S. Patricii, qui Chriſtianam fidem primus intulit Hiberniæ. Hinc ad MS. noſtrum in quo Tarentum veniſſe indicatur* tempore Aniceti Papæ anno CLXVI, *aliquis margini adſcripſerat* anno DLXVI: *& apud Sirletum tempus adventus illius ad urbem Tarentinam ſilentio involuitur. Præterea ſupra memoratus Alexander ab Alexandro, dum libri inventionem (quod contigit anno* MCCCCXCII*) indicat poſt mille circiter annos elapſos ab eo tempore, quo Tarentinæ Sedi præfuiſſet, ſatis innuit circa annum quingenteſimum prater propter vixiſſe.*

ſedem Epiſcopalem Rathau

B 4 *Præterea à Morono cognominatur* Caraldus Rachau, *à Sede Archiepiſcopali quam in Hibernia habuiſſet. At quis hujus metropolis meminit? Vrbem Armachanam elegit S. Patricius, ſed in Vltonia ſitam: & in Momonia fuit Caſſelia metropolis, ubi primus Epiſcopus & Rex ſimul Cormacus, dicitur à Danis circa annum* DCCCCV *aut aliquanto ſerius in prælio occiſus. Dum circumquaque per varias regiones quærimus* Rachau *provinciam ac Sedem metropolitanam, occurrit urbs in Illyrico Raguſana, quam Ioannes Lucius in ſua Dalmatia* Raguſium & Rauſium *appellat, quaſi* Ragauſium, *ut inde* Rachau *potuiſſet formari. Verum quia ex Epidauro, ſeculo Chriſti ſeptimo deſtructo. Raguſium ſeu Rauſium conſtructum conſtat, ſerius eſſet S. Cataldo illa Sedes tribuenda; & quia apud Tarentinos poſt Cæſarium* XI *Archiepiſcopum hiatus eſt trium fere ſeculorum, ſeculo octavo aut ſequentibus eſſet aſſignandus ejus ad Tarentinos adventus: quod licet haud incommodum videatur, ut reſpirantes à Saracenorum jugo Tarentinos ſub Græcorum imperio gubernandos ſuſceperit Cataldus, nolumus tamen, rimi aſſerere: ſed virorum apud Tarentinos eruditorum examini relinquimus conjecturas ejuſmodi, donec iis falciendis ſolidiora ſe offerant argumenta, quam ſit ſola affinitas nominum* Rachau & Raguſium. *Maxime cum ipſum* Cataldi *nomen Hibernis faveat; & ut* Catondi *ac* Numeniæ *nomina corrupta ſine dubio ac depravata habentur, alias in Hibernia non facile reperienda: ſic etiam credi poſſit depravatum nomen* Rachau, *cujus forte verum initium ſit* Rath, *arcem, aut munitionem ſignificans, in Hibernicarum eccleſiarum nomenclationibus à ſitu ſumptis minime infrequens. Ita in veteri notitia Epiſcopatuum Romano Patriarchatui ſubjectorum (quam ad calcem Geographiæ ſacræ ex antiquo MS. Thuano edidit Carolus à S. Paulo) ſub Archiepiſcopo Armacano cenſentur Epiſcopi* Rathbotenſis & Rathurenſis *ſeu* Rathburenſis. *Quia autem ante diœceſes, ſub Eugenio III ſeculo* XII *ordinatas, confuſa valde fuit apud Hibernos diviſio diœceſeon, Abbatumque & Epiſcoporum indiſtincta miniſteria, multique Epiſcopi ordinabantur in Hibernia, qui deinde ſimplici parochiæ vel monaſterio affigentes ſeſe, loca ea non efferebant ad numerum Sedium Epiſcopalium; haud difficulter concipi poteſt Cataldus, antequam ex Hibernia diſcederet, fuiſſe Epiſcopus ordinatus in aliquo loco, cujus nomen à* Rath *inchoetur, ſi legitima hæc correctio eſt.*

forſitan Rath....

C 5 *In altero MS. nobis ſubmiſſo poſt hiſtoriam Inventionis, Tranſlationis & Miraculorum reperimus vitam S. Cataldi poſt diſceſſum ex* Rachau *peractam in peregrinatione Hieroſolymitana, inde in reditu Tarentum, & laboribus*

quibus omiſſis vitæ ultima pars ex Ms. datur

ibidem uſque ad obitum tranſlatis: ex quibus ſaltem conſtat dictam peregrinationem inſtitutam, poſtquam iſtic ſepulcrum Dominicum juſſu Conſtantini Magni fuiſſet erectum, quod ſequentibus ſeculis ſolitum fuit magno peregrinantium accurſu viſitari. Eam igitur partem ut aliquatenus probabilem hic apponimus, in qua melius abſunt comites itineris ab aliis adjuncti, & ſunt Rupertus, *poſtmodum* Leucius *dictus. Brunduſinorum Epiſcopus, &* Bartholuphrius, *ab Vritanis inter Patronos recenſitus: de hoc egimus* XI *Aprilis, ejuſque Acta oſtendimus partim fabuloſa, partim incerta. Acta vero S. Leucii varia dedimus* XI *Ianuarii, ſed quæ circa tempora, quibus vixerunt, nihil certi conferunt. Addit Morenus, Donateum ſeu Donatum fratrem adductum, & datum Aletinis ſeu Lupienſibus Epiſcopum, quem eorum tertium Antiſtitem conſtituit Vghellus. His aliiſque omiſſis partem Vitæ aſſignatam addimus & eſt hujuſmodi.* AUCTORE G. H.

6 Beatus itaque Cataldus Chriſti devotus Cönfeſſor, poſtquam univerſam Rachau provintiam, in qua præſulatus dignitate fulgebat, ad Chriſtum ſua mirabili prædicatione convertit; divinitus inſpiratus diſpoſuit ſepulcrum ſalutiferum Domini viſitare, in quo pro redemptione mundi jacuerat; & adorare loca, ubi ſteterunt ſanctiſſimi pedes ejus. Conducta ſiquidem navi, viam aggreditur navigio ſub habitu peregrini: & poſt multum laborem perveniens ad ſanctam Hieroſolymam civitatem, ſepulcrum Dominicum introivit; illudque labiis cordis & corporis fuit devotiſſime oſculatus, immenſas gratias referens humani generis Redemptori, qui dignatus eſt ſibi concedere, ut tangeret ſuum pretioſiſſimum monumentum, de quo ſurrexerat victor mortis. Deinde ſancta oracula viſitavit illius beatiſſimæ Virginis: quibus per ipſum cum devotione nimia viſitatis, mens ejus ſpiritualibus gaudiis replebatur, dum de virtute proficeretur in virtutem. Poſt hæc vitam eremiticam ducere [elegit] in partibus memoratis: ſuum tamen propoſitum, quod Deo commendabat, ipſius diſpoſuit voluntati: qui ejus opera dirigebat. Et cum ſecundum deſiderium cordis ſui Deum ſuppliciter exoravit, quatenus ſibi dignaretur oſtendere, quid foret ſuæ placitum voluntati; cui devote oranti apparuit Dominus Jeſus Chriſtus, & inter alia colloquia ipſum ab eremitico propoſito revocavit, mandans ſibi, ut ad partem Italiæ ſe transferret in civitatem, quæ Tarentum vulgariter nominatur, & incultum olim populum & idolis deditum, per Petrum Apoſtolum & Marcum ejus diſcipulum converſum, ad Chriſtianæ fidei veritatem, & iterum erroribus priſtinis implicatum, reduceret ad Catholicæ fidei firmitatem.

converſo Rathau.

B

inviſit ſepulcrum Domini

à Deo deſtinatur Tarentum.

F

7 Fidelis revera B. Cataldus Chriſti famulus & miniſter, audiens præceptum Dominicum ſibi factum, de veniendo Tarentum, gradu concito pervenit ad littus: & invento navigio ad partes Apuliæ navigante, pepigit ut ibidem ſe & alios peregrinos, qui illic aderant transfretaret. Recedentibus ergo de partibus Tranſmarinis, diverſa locorum maria navigantibus, proſpero vento flante, vir ſanctus Spiritu prophetico pollens, prædixit nautis, quod poſt mediam fere horam maximam incurrerent tempeſtatem: cum hujus rei nullum indicium appareret. Et vix facto quaſi horæ dimidiæ intervallo, exoritur tempeſtas ſubito inſperata, quæ totam in fluctus tranquillitatē æquoris commutavit. Itaque groſſus funis, quo velum in ſublime arboris ſublevatur, rumpitur ex impetu validiſſimæ tempeſtatis. Interea unus de nautis junior & aptior ceteris, dum in navis arborem aſcendiſſet, ut annecteret funem funi, ſubito ipſum infra navem dejecit ventorum rabies procelloſa, & fractis funibus ſpiritum exalavit. Tandem omnes, qui in navi aderant de corporali vita penitus

tempeſtati maris prædicit;

AUCTORE G.H.

desperati, animas suas omnipotenti Deo lacrymosis precibus & votibus commendabant. Et inter hujusmodi anguſtias fuerunt aliqui recordati verbi, quod vir sanctus de præfata dixerat tempestate, qui ejus pedibus provoluti, ipsum humiliter rogaverunt, dicentes: Homo Dei, qui hanc tempestatem venturam divino spiritu prædixisti, precamur Deum, quem colis, ut pro nobis ipsum placeat exorare, qui tuis precibus dignetur nos de præsenti periculo misericorditer liberare. Confessor sanctus, ut erat pietate repletus, ad præsidium orationis confugit: & oratione facta subito sopitur tempestas. Serenitate nimia succedente & Deo exinde referuntur gratiarum multiplices orationes. Facta itaque placatione ventorum, iterum Confessor beatissimus in oratione se dedit, lacrymosis precibus Dominum deprecando, ut vitæ restitueret defunctum juvenem & confractum. Affuit namque clementia Salvatoris: nam juvenem mortuum vitæ restituit sanum & integrum, precibus & meritis sui mirifici Confessoris. Sopito namque ex tunc inantea impedimento ventorum relictis post tergum partibus Romaniæ, undis Apuliæ navis illabitur: & ad portum Hydrunti perveniunt flatu prospero succedente. Ubi Dei famulum deponentes ipsum suppliciter rogaverunt, ut pro eis Dominum exoraret. Quibus benedictione impensa recessit Hydrunto versus Tarentum, prosperos dirigens gressus suos.

eam oratione pellit:

mortuum resuscitat,

B

8 Et dum iter haberet ad civitatem eamdem per territorium cujusdam villulæ, quæ Fellinum dicitur, & transeundo isset, dicto loco per unum miliare propinquo, cuidam puellæ surdæ & mutæ casualiter obviavit, quæ ad pastum gregem pecudum deducebat. Cumque vir sanctus eam fuisset pluries allocutus, ei nullatenus respondentem; intellexit beatus Confessor auditus & linguæ beneficium non habere: compatiens, dixit ei: Præcipio tibi, puella, in nomine Domini nostri Jesu Christi, ut mihi respondeas absque mora. Statimque puella recepit auditum pariter & loquelam: & ducens eum in casale, cunctis miraculum divulgabat; quod vir sanctus, in ea fuerat per divinam potentiam operatus. Quapropter ejus casalis incolæ ipsum honorifice receperunt.

surdam & mutam sanat:

9 Introeunte autem beatissimo Confessore Christi Cataldo in civitatem Tarenti, introivit in eam pariter gratia Salvatoris. Nam dum transitum per portam civitatis haberet, occurrit sibi dispositione divina homo sedens inibi oculis à nativitate privatus. Quem beatus Cataldus alloquitur ita dicens: Cujus religionis vel fidei sunt istius homines civitatis? Cæcus respondit: Patres nostri fuerunt antiquitus Christiani: nunc autem pauci sunt qui teneant fidem Christi. Ad hæc beatus Cataldus. Tu, fili, es Christianus vel paganus? Cæcus respondit: Numquam me docuit aliquis fidem Christiani nominis: Nam multum temporis, quod non fuit aliquis Episcopus in hac urbe. Cui B. Cataldus dixit: Si ex toto corde credideris in sanctam Trinitatem, id est Patrem & Filium & Spiritum sanctum, & in ejus nomine in aqua fueris baptizatus, in anima & corpore recipies claritatem. Statimque cæcus respondit: Credo sicut tu Pater veraciter mihi dicis. Tunc beatus Confessor accepta aqua ipsum in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti manibus propriis baptizavit. Eadem hora ejus oculi sunt aperti, & cœpit illuminatus circumstantibus dicere cum clamore: Venite & videte hominem Dei sanctum, qui me in nomine Domini baptizando lumen mihi restituit oculorum. Ad hanc vocem factus est concursus clamantium populorum, Deum laudantium & dicentium, tale stupendum

eum baptizando illuminat:

C

miraculum à seculo non vidisse.

D

10 Tunc beatus Christi Pontifex & minister videns innumerabilem populum congregatum in Domino crediturum, cœpit illis prædicare fidem Domini nostri Jesu Christi. Tarentini autem omnes & singuli, ac populi multitudo urbium vicinarum, qui confluebant ad prædicationem ipsius, ejus doctrinam salutiferam audientes; nec non signa & prodigia, quæ per eum operabatur quotidie Dominus Jesus Christus, baptizabantur, recipientes fidem Dominicam eis expositam per venerabilem Confessorem. Erat autem idem beatus Pontifex ad gubernandam plebem nimis solicitus & intentus, in bonitate conspicuus, verus Dei cultor, in universa morum honestate præclarus; limina ecclesiæ continue frequentabat; corpus jejuniis, vigiliis & orationibus affligebat; erga oppressos & desolatos valde compatiens; quorum negotia ut propria procurabat. Lingua ejus melliflua de doctrina spirituali & salutifera docere quotidie universos & singulos non cessabat. Ordinavit interea Sacerdotes & Clericos diversi ordinis ad sacra ecclesiæ mysteria peragenda, in civitate Tarenti & villis aliis convicinis, quæ per ipsum in Domino crediderunt.

convertit Tarentinos & vicinos,

juvat omnes,

Clerum ordinat;

E

11 Post hæc & alia virtutum insignia, quæ operatus est Deus per suum Pontificem carnali adhuc sarcina prægravatum; imminebat jam tempus, quo de suo labore mercedem plenam esset à Domino percepturus. Nimia igitur corporis ægritudine prægravatus, videns dissolutionem sui corporis imminere, convocatis coram eo Clericis aliisque compluribus viris fidelibus civitatis, dixit eis: Fratres & filii mei dilectissimi, scitote contra fidem Catholicam ab hæreticis persecutionem maximam affuturam. Vos autem post mortem meam confirmate populum & docete; ut in fidem Domini nostri Jesu Christi, quam eis prædicavi, firmi maneant & constantes. Ad hanc enim provinciam non casualiter sed ex præcepto Dominico sum profectus. Nam cum essem Hierosolymis dignatus est mihi apparere Dominus noster Jesus Christus, & tribuere in mandatis, ut ad civitatem istam personaliter me conferrem, & fidem ipsius solicite prædicarem, quam B. Petrus Apostolorum Princeps & B. Marcus ejus discipulus, in baptismate filius, prædicaverunt ibidem. Præterea volo, ut corpus meum in majori ecclesia collocetis in parte orientali, in loco, qui dicitur S. Joannis in Galilæa, ipsumque sub terra cum omni diligentia reponatis. Tandem in eo completis ministeriis, quæ circa fideles consuêverunt fieri morientes, sancta illa anima carne soluta in æternæ claritatis gaudiis extitit collocata: ipsa autem hora campanæ ecclesiarum omnium civitatis Angelicis manibus pulsari cœperunt. Deducto igitur in medio majoris ecclesiæ corpore viri sancti, ut circa ipsum Clerici venerabiles exequias laudabiliter celebrarent; ad eum utriusq; sexus innumerabiles populi confluebant, cum copiosa multitudine infirmorum diversorum, & languidorum miserabiliter oppressorum. Qui ut tangebant venerabile corpus ejus, restituebantur protinus sanitati. Tandem exequiis & laudibus honorifice celebratis Clerici & cives alii civitatis habito super hoc consilio diligenti, sepulcrum marmoreum miræ pulcritudinis extruxerunt. In quo corpus illud sanctissimum devotissime collocantes, ipsum sub terra, sicut mandaverat, cum omni diligentia posuerunt, ad laudem & gloriam & honorem Domini nostri Jesu Christi, qui cum Patre & Spiritu sancto vivit & regnat per infinita seculorum secula. Amen.

disponit de sepultura:

F

obit campanis sonantibus.

clarus miraculis

sepelitur.

DE

DE SANCTO COMGALLO

ABBATE BENCHORENSI IN HIBERNIA.

G.H.

AN. DCI. *Benchor monaſte. rium,*

INter præcipua & notiora Vltoniæ regionis apud Hibernos monaſteria, extitit Benchorenſe, à S. Comgallo, *de quo hic agimus, conſtructum in hodierno Comitatu Dunenſi, haud procul à mari Orientali ad dexterum latus æſtuarii Knochfergii, unde breviſſimus trajectus eſt in Gallovidiam Scotiæ provinciam. Iocelinus in Vita S. Patricii, à nobis ad* XVII *Martii illuſtrata, num.* 86 *de hoc loco iſta interſerit:* Circuibat S. Patricius ſæpius Ultoniam, & perambulabat eam: ejuſque incolas docens attentius fidem Catholicam, divertit aliquoties quieſcendi gratia cum ſuo ſanctiſſimo comitatu ad quemdam monticulum, non longe ſitum à valle, in qua poſtea conſtructum eſt Beanchorenſe cœnobium. Conſidentes ergo conſpexerunt de colle vallem illam ætherea luce ac multitudine militiæ cæleſtis repletam: auribus nihilominus haurientes Angelicis vocibus prolatam cæleſtis celeumatis hymnodiam. Omnes igitur videntes viſionem hanc magnam, unanimi devotione rogabant S. Patricium, ut in illo loco cælitus ſacrato ædificaret eccleſiam. Sanctus vero abnuit, ſed verbo vaticico illis dixit: Annorum ſexaginta circulo completo, naſcetur quidam filius vitæ, Comgallus nomine, quod interpretatur Pulcrum-pignus: erit enim dilectus Deo & hominibus, atque ob morum meritorumque pulcritudinem proſpere procedet, & regnabit cum Chriſto, inter ipſius pignora computandus. Ipſe vero in loco luce præoſtenſo eccleſiam Sanctorum ædificabit, in qua innumera agmina filiorum lucis & vitæ Chriſti ſervitio mancipanda coadunabit. Tempore vero prophetato natus Comgallus, proceſſuque annorum & virtutum poſtea adultus, in loco præfato Beanchor nominato, nobiliſſimum cœnobium extruxit: in quo multa millia monachorum perfectorum per Euangelium Chriſto genuit & in Chriſto parturivit. Locus ille ſanctus Sanctorum fœcundus, quaſi vitis fructificans ſuavitatem odoris, extendit palmites ſuos uſque ad mare, & ultra mare propagines ſuas; quia Hiberniam, Scotiam, inſulaſque multas monaſteriis monachiſque perfectis repleverunt genimina ejus, & etiam tranſmarinas regiones. Sicut enim relatu atque ſcriptis Sanctorum didicimus, unus ex filiis Beanchorenſis cœnobii, Luanus nomine, centum cœnobiorum fundator fuit. Alter vero Columbanus dictus, vir ſanctiſſimus & omnium plenitudine chariſmatum repletus, multa monaſteria fundans & extruens, innumerabilium quaſi monachorum Pater extitit: qui prius egregio monaſterio Luxovienſi in Galliis, deinde Bobienſi ultra Alpes præfuit: ubi miraculis multimodis glorioſus ac præfulgens in pace requeſcit: ſicque prophetia S. Patricii adimpleta clareſcit. De antiqua Beanchorenſis Eccleſiæ nobilitate ſuperfluum videtur in præſenti diffuſius proſequi, cum luculenter deſcripta fuerit in Sanctorum Comgalli actibus, primi Abbatis illius loci, & Malachiæ Pontificis & Sedis Apoſtolicæ in tota Hibernia Legati.

ſeminarium multorum monaſterio. rum,

maxime per SS. Luanũ & Columbanum:

2 *Hæc Iocelinus in Vita S. Patricii, ſeculo Chriſti duodecimo conſcriptâ. Coluntur citati S. Comgalli diſcipuli,* Luanus *ſive* Molua IV *Auguſti,* Columbanus XXI *Novembris. Hujus opuſcula & Vitam edidit ſingulari tomo Thomas Sirinus Lovanii anno* MDCLXVII, *eique inſeruit Vitam* S. Moluæ *ſive* Luani *Abbatis hactenus ineditam, ſuo tempore illuſtrandam: ex quo conſtat aliquot cœnobiorum eum fuiſſe fundatorem. S. Bernardus vero in Vita S. Malachiæ aſſerit,* Luanum ferri ſolum fundatorem extitiſſe centum monaſteriorum: *& de Benchorenſi monaſterio iſta addit.* Hoc olim deſtructum à piratis, ob inſigne dignitatis antiquæ, Malachias, veluti quemdam replantaturus paradiſum, amplexus eſt: & quia multa corpora Sanctorum ibi dormirent. Nam ut taceam illa, quæ in pace ſepulta ſunt, ferunt nongentos ſimul una die à piratis occiſos..... Malachias itaque aſſumptis ſecum decem circiter Fratribus, veniens ad locum cœpit ædificare..... Porro oratorium intra paucos dies conſummatum eſt, & exinde ſervitur Deo in eo, ſicut in diebus antiquis, ſimili quidem devotione, etſi non pari numero. Præfuit Malachias illi loco tempore aliquanto, ipſe rector, ipſe regula Fratrum; *creatus dein Epiſcopus Connerthenſis haud procul à Benchorenſi monaſterio, ac poſtea Archiepiſcopus Ardmacanus, ad cujus Vitam* III *Novembris reliqua erunt dilucidanda.*

à piratis deſtructum

& à S. Malachia reſtauratum

3 *Acta* S. Comgalli *duplicia damus: priora, eaque breviora, ex triplici codice MS. uno ſcilicet nobis ab Henrico Fitzſimon Societatis Ieſu relicto, alio ex collegio Salmanticenſi tranſmiſſo, ac tertio ab Hugone Vardæo Minorita Hiberno communicato. Poſteriora Acta, eaque longiora & à Iacobo Vſſerio in Britannicarum Eccleſiarum Antiquitatibus ut ſincera laudata, habemus ex aliquo codice Hiberno tranſmiſſa & contulimus cum iis, quæ Thomas Sirinus in Commentario ad Vitam S. Columbani vulgavit. Vtraque Acta videntur ſincera & ſimplici eoque veraci ſtylo conſcripta, & in ſecundis Actis nonnulla ex prioribus repetuntur.*

Acta duplicia.

Cultus ſacer 10 *Maji.*

4 *Aliquod eorum compendium continetur in antiquo Breviario Eccleſiæ Aberdonenſis in Scotia, in tres Lectiones diſtributum, & hoc* X *Maji ſolitum recitari ad Matutinum: cui hæc adjungebatur Oratio.* Deus qui per B. Comgallum, Confeſſorem tuum atque Abbatem, Eccleſiæ tuæ Sacerdotem à cæcitate ad viſum baptizando reſtauraſti; da quæſumus ipſius meritis & interceſſione fidei tuæ verum lumen intelligere, & peccatorum cæcitatem perpetuo devitare. *Eodem die* X *Maji, Richardus Witfordus in Martyrologio Anglico ſub annum* MDXXVI *Londini excuſo, iſta leguntur:* In Hibernia feſtum S. Comgalli ſancti Abbatis, cujus natiuitas revelata eſt ſexaginta annis antequam naſceretur, atque alteri etiam ſancto Epiſcopo: qui dum baptizaretur, è terra fons erupit, & cæco Presbytero viſus eſt redditus. Ad ſummã poſtea perfectionem pervenit, & mortuos decem aut duodecim ad vitam revocavit, & multas revelationes habuit, & clarus magnis miraculis deceſſit. *Eodem* X *Maij ejuſdem memoria celebratur in MS. Florario Sanctorum, & apud Grevenum in Auctario Vſuardi excuſo annis* MDXV *&* MDXXI, *Ferrarium & alios. Idem memoratur die ſecunda Ianuarii in Menologio Scotico Camerarii, &* X *Martii in Auctario Molani primæ editionis ad Vſuardum, item à Caniſio, Dempſtero, Ferrario.*

Tempus vita & mortis.

5 *De tempore vitæ ejus ſolum habemus in priore Vita eum* octogeſimo ætatis ſuæ anno VI Idus Maji migraſſe ad Chriſtum. *In poſteriore Vita dicitur* ſenex VI Idus Maji emiſiſſe ſpiritum. *In Martyrologio Tamlachtenſi iſta primo loco ad* X *Maji leguntur:* Comgallus Benchorenſis, anno ætatis ſuæ XCI, Principatus autem anno L, menſe III, & die X. *Eumdem* annis quinquaginta præfuiſſe in Benchorenſi monaſterio *habent priora Acta. Vſſerius pagina* 956, *ex Annalibus Hibernicis edoctus, aſſerit,* circa annum DLV vel DLIX Benchorenſis mona-

AUCTORE G.H. monaſterii fundationem, & DCI Comgalli obitum contigiſſe: *& ad dictum annum* DCI *addit in Indice, eum* annos LXXXV natum mortem obiiſſe. *Cenſuimus aliquando S. Patricium ejus nativitatem prædixiſſe circa annum* CCCCLVI, *& poſt annos ſexaginta natum S. Comgallum circa annum* DXVI, *ac proinde ſi vixerit annos* LXXXV, *è vita deceſſiſſe anno* DCI, *& monaſterium Benchorenſe conſtructum fuiſſe anno* DLI, *uti in Annalibus à Quatuor Magiſtris referri aſſerit Colganus pag.* 192. *Si certiora aliquis monumenta protulerit, libenter ſequemur.*

mentio in aliis Actis. 6 *Memoratus Sirinus adjunxit aliqua Miſcellanea de* S. Comgallo, *extracta ex Actis SS. Coëmgeni, Cannici Abbatis, Carthagi ſive Mochuddæ Epiſcopi, Mannu ſeu Fintani Abbatis, Luani ſeu Moluæ Abbatis, & Mochœmogi ſeu Pulcherii Abbatis, quorum duorum ultimorum Acta integra etiam dedit. Nos Acta Mochœmogi dedimus* XIII *Martii: S. Carthagi damus* XIV *Maji, aliorum acta ſuo tempore erunt dilucidanda. Notkerus ad diem* IX *Iunii, longo encomio celebrat S. Columbam Abbatem, & ſub finem iſta habet:* Cum plurimos diſcipulos vel ſocios ſanctitatis ſuæ pares habuiſſet, unum tamen Comgallum, Latine Fauſti nomine illuſtrem (præceptorem beatiſſimi Columbani, Magiſtri Domini & Patroni noſtri Galli) virtutum ac meritorum ſuorum

B quaſi unicum, exemplo Iſaac, reliquit heredem. *Et S. Columbanus Inſtructione* 2 *S. Comgallum Magiſtrum ſuum ſub Fauſti nomine allegat, ejuſque* luculentiſſimam elegantiſſimamque doctrinam *ad dictorum ſuorum confirmationem adducit. Alia ejus ſcripta neſcimus extare.*

Regula ab eo condita. *Poſſevinus in Apparatu ſacro aſſerit* reliquiſſe Methodum vitæ regularis & plures Epiſtolas, quas Patribus cœnobiorum ſcripſerat. *Porro* Regula S. Comgalli *citatur infra in Vita majore num.* 42 *&* 51. *Et* S. Munna *ſeu* Fintanus, *uti ex hujus Actis tradit Sirinus pag.* 314, per aliquod tempus cum S. Comgallo manſit, legens apud eum & addiſcens Regulam ejus: *quam videtur aliis monachis ad nova monaſteria erigenda deſtinatis tradidiſſe: imo S. Columbanum in Galliam & Italiam miſſum eamdem promulgaviſſe merito cenſet dictus Sirinus. Interim eumdem* S. Comgallum *Ordini ſuo Benedictino adſcribit Antonius Yepez ad annum* 557.

VITA

Ex tribus codicibus MSS.

C 1 BEatus ac venerabilis Abbas Comgallus, nobiliſſimo *a* Aradenſium genere ortus, patre Sedneo, matre Briga editus eſt. De quo pridie quam naſceretur, S. *b* Macniſeus Connerenſis Epiſcopus, Spiritu ſancto ei revelante, prophetavit. Audiens namque equorum & currus tranſeuntis ſonitum, aſſiſtentibus ait: Currus iſte Regem portat. Hoc illi audito, gradu concito videre Regem exeunt; ſed cum neminem ibi præter Sedneum ejuſque uxorem Brigam, quos antea ſatis noverant, invenirent, ad virum Dei redeunt ſtupefacti, dicentes: Pater Sancte, Sedneus & ejus uxor in curru ſoli ſedent. Tunc Epiſcopus: Filii, inquit, ne me in hoc, quod dixi, mendacem exiſtimetis. Illa enim in ventre Regem portat, quem craſtina die *c* orto jam ſole pariet: qui virtutibus cor, miraculorum claritate mundum decorabit: cui non ſolum multa millia monachorum, ſed & Reges innumeraque plebium multitudo, quaſi Regi deſervient. Hoc quoque non eſt prætereundum; quod per totam noctem, antecedentem diem in qua natus eſt infans, in regione circumjacente locum nativitatis ejus, ab idoneis teſtibus, lux magna fulſiſſe perhibetur. Hunc itaque infantem divina gratia ab ipſis comitata eſt cunabulis, claroque miraculorum munere ditavit.

a Natus patre Sedneo, matre Briga.

b pridie ſui ortus, qualis futurus ſit prædicitur à Macniſeo.

c & in ortu luce cæleſti honoratur.

2 Imprimis namque cum ad Sanctum Presbyterum *d* Fedlimínum, longe jam ante caſu quodam oculorum officio privatum, ordinem tamen baptiſmi memoriter retinentem, ad baptizandum ducereD d *fonte eruum. pente baptizatur & Presbytero anie cæco tunc ſana. to;*

tur; in adventum ejus fons aquæ vivæ in loco, ubi baptizari debuiſſet, per virtutem Domini noſtri Jeſu Chriſti, ſtatim de terra ebullivit; ut in eo ſanctus infans, Angelis miniſtrantibus, baptizaretur. Presbyter autem prædictus tanto lætificatus miraculo, ejuſdem ſacri fontis aquis faciem oculoſque perfudit, atque in Domino confidens viſum illico recuperavit: ac poſtea ſanctum infantem invocato Trinitatis nomine baptizavit. Dumq; nomine Comgallus, quod *e* ſonat earum pignus (ſecundum quod à Sancto Patricio Hibernienſium Apoſtolo ante *f* LX annos de eo, quod ita vocaretur, prophetatum eſt) nominavit. Parentes vero ejus ambo in mandatis Domini ambulantes ſine querela, & in tertio gradu Catholicæ Eccleſiæ, quod eſt legitimum matrimonium conjugum, continenter ſtantes, filium ſuum hoſtiam vivam, ut quondam Anna Samuelem, omniporenti Deo obtulerunt, ipſique eum nutrierunt, & quaſi unicum dilexerunt filium. Puer autem creſcebat & confortabatur in ſpiritu, & à ſacris nativitatis ſuæ primordiis divina repletus eſt gratia.

e f *pie educatur,* E

3 Quodam die ſancto puero in proprio laborante agro, & juxta acervum quemdam lapidum poſt laborem repauſante, ſuper eum irruit ſopor. Tunc mater ejus ad eum veniens viſitandum, vidit columnam igneam à cælo uſque ad ipſum dormientem fuiſſe porrectam. Quæ tantæ viſionis honore perterrita, quid ageret neſciebat: accedere quidem propius non audebat, ipſum vero relinquere nolebat. In Domino ergo confidens immobiliter ſtetit, & quis eſſet rei finis patienter expectavit. Tandem expergefactus puer, flammigeram habens faciem, matri ait: Ne timeas, inquit, mater, quia igne cæleſti in nullo ſum læſus: ſed vide ne alicui in his diebus hanc viſionem oſtendas. Quodam alio tempore, patre ſuo in proprio agro laborante, dixiſſe fertur: Hanc modicam agelli glebam tu cole; ego vero vadam terramque ſpatioſam, ampliores & dulciores fructus afferentem, inſtanter quæram. Poſt hæc apuſt avunculos ſuos, in cella quæ dicitur Monaſterium-Comgalli hoſpitans, ad bocetum, ut lac inde aſportaret, miſſus eſt: ipſoque domum revertente, atque vas lacte plenum portante, caſu quodam ejus vaſis fundus in terram cecidit; nutu tamen Dei lac totum in vaſe ſine fundo remanſit. O quam mirabilis eſt Deus in Sanctis ſuis, cujus potentia ſervus ſuus vaſis fundum in ſinu ſuo ſecum tulit, vas vero lacte plenum ſine fundo in humeris uſque ad monaſterium portavit. Paucis poſt hæc tranſactis diebus, puer ſanctus volens vocantem occulte ſe Dominum ſequi, ſecularem habitum depoſuit, Eccleſiaſticum ſuſcipiens, relicto mundiali ū retinaculo negotiorum: domoque paterna, ad quemdam de plebe ſua peritum migravit virum, à quo pſalmos hymnoſque ceteraque ad pueros pertinentia in omni ſubjectione & patientia, virgo mente & corpore, didicit.

lac in vaſe poſt fundum avulſum portat.

F *pſalmos & hymnos addiſcit.*

4 Poſt hæc prudens juvenis ſumpſit habitum, atque *g* Fintanum Abbatem, præclariſſimum ſcilicet virum, in Lageniæ partibus habitantem, adivit; ſub quo per magnum temporis ſpatium cum omni devotione Deo ſervivit. Deinde cum ſancti Abbatis licentia ac juſſione repatriavit, atque Benchorenſe monaſterium conſtruxit: ubi monachorum millibus in ſanctitate vitæ & regulæ rigore per *h* quinquaginta annos præfuit, & multa miracula per eum Dominus fecit, de quibus pauca dicemus. Volebant quidam ex Fratribus, provide conſulentes, ut ipſe quædam

g *Benchorenſi monaſterio præfuit annis* 50.

h

A quædam loca, ad monaſteriola in eis conſtruenda ſeu ad piſcandum vel alias quaſcumque utilitates commodæ, ab offerentibus ſuſciperet. Quibus vir Dei reſpondit: Fortior eſt acies multorum, in uno loco præſente Duce concorditer pugnantium, quam per multa ſine Duce diſperſa. Quodam tempore rogabant eum, ut quoſdam ad ſtagnum, quod duorum itinere dierum à monaſterio diſtabat, ad piſcandum mitteret. Quibus ille ait: Habetis mare apud vos, & quare in eo non vultis piſcari? Illi inquiunt, numquam ſe ibi vidiſſe piſcium capturam. Miſerunt ergo Fratres ibi retia, & ſufficienter piſces cœperunt. Orta autem ibi inter quoſdam ſeculares homines de capiendis piſcibus contentione, vir ſanctus diſſenſionis cauſam amouit verbo orationis, ita ut raro ibi poſtea ſaltem unus caperetur piſcis. Factum eſt autem cum magnificaret Dominus illum, & multa monachorum ſub manu haberet monaſteria, ut unus de antiquioribus Abbatibus, vir vitæ venerabilis, in cujus monaſterio junior ipſe aliquantulum temporis fuerat commoratus, adveniret. Cum autem ad menſam recubuiſſent, & lætati ex tanta ſocietate fuiſſent; ille ſenior cœpit Abbatem Comgallum verbo increpationis probare, ut ſciret utrum illa humilitas & obedientiæ virtus, quam olim habuerat, in eo maneret. Qui ſtatim exurgens & ſuper terram ſe proſternens, lacrymarum rivulos uberrime cœpit effundere. Interrogatus autem quid fleret, tandem reſpondit: Quod tædet me hunc paſſum humilitatis dulciſſimum per multos annos non habuiſſe.

alia monaſteria adiri. git:

B

gaudet ab alio Abbate probatus:

5 Quodam alio tempore, cum ad viſitandum quoddam monaſterium ſui gregis Paſtor bonus properaret, contigit ut comitibus aliis præcedentibus ipſe uno comitatus tardius iret, viamque rectam deviantes ad domunculam quamdam prope viam declinarent; quam oratione prius facta intraverunt, ac poſtea veſpertinalem inibi horam compleverunt. Cum vero ibi eſſent, venit ad eos vir quidam Deo devotus, currenſque ad domum ſuam, aquam pedibus eorum lavandis & veſtimenta ut quieſcerent apportavit, & accenſo igne cibo prout potuit refecit. Cum autem refecti ſic eſſent, gratias Deo omnipotenti & hoſpiti, ut moris eſt, dederunt. Cumque laſſis tempus eſſet quieſcendi, Pater præcepit ut junior in lecto curioſius ſtrato repauſaret: quod cum feciſſet, bonus Paſtor vigilavit. Tranſacto aliquanto noctis ſpatio evigilans Frater, vidit immenſi luminis ſplendorem totam illuminare domum: & cum faciem ad ima deprimeret, non minori circumfundebatur luce: & hæc lucis irradiatio uſque ad diem ſequentem duravit. Deinde vir Dei Fratri dixit: Vide ut hanc viſionem me vivente nemini dixeris: quod omnino ille complevit. Die illucente ductor extitit præfatus hoſpes uſque ad monaſterium quo tendebant. Quidam religioſus, nomine Crimthanus, ſancti viri ſpiritualis miniſter, qui comitabatur eum uſque ad locum in quo de nocte pauſabat, ac oſtium deforis claudere ſolebat; quadam nocte volens explorare quid homo Dei aliis dormientibus ageret, in angulo domus illo neſciente ſe abſcondit. Moris autem erat S. Comgallo, ut indulto quieti corpore, antequam ille abiret, dormiret. Ipſo itaque dormiente, ecce prædictus Frater totam domum immenſa luce per horam fere unam repleri vidit; Sanctum etiam Comgallum tam cito expergiſcentem ac orantem, ſibique dicentem preſſa voce audivit; Quid ibi, ò Crimthane, agis? Exi, & nemini quamdiu vixero hæc indicaveris. Cras vero pro tali audacia debitum tubibis judicium. Alio vero tempore eidem viro Dei, quando Eccleſiaſticum ſuſcepit ordinem, in colle Benchorienſi tribus diebus & totidem noctibus lux divina apparuit.

celeſti lumine ſæpe illuſtratus conſpicitur.

C

Sanctus etiam Lugidius Epiſcopus in Condenſi *i* Eccleſia flammicomantes capillos capitis ejus, & ſanctos Angelos circa eum volitantes aſpexit. EX MSS. i

6 Accidit aliquando ut Comgallo abſente unus ex fratribus in monaſterio ægrotaret. Eo autem tempore nil aliud ad quotidianum victum niſi olera, & quædam alia vilia ad ſuſtentationem habebant. Commoti ergo Fratres pietate, ad aliquos ejuſdem ordinis Monachos, ubi commodius poſſet vivere, & maxime propter ſuos cognatos juxta locum illum commorantes, conſuluerunt ire. Cum ergo ad locum, ad tria vel quatuor miliaria diſtantem, æger ille mitteretur vel deportaretur; ut ad locum pervenit, mortuus eſt ibi. Celebratis autem ex conſuetudine illius vigiliis, cum factus eſſet dies, corpus ad monaſterium reportatum eſt. Venerunt ergo cognati & conſanguinei ejus cum eo, & plangentes fecerunt ſeculares exequias, quæ omnia quietem Fratrum turbabant. Sed cum paullo poſt B. Comgallus ad monaſterium rediret, & Oeconomus humiliter de negligentia erga cuſtodiam infirmi culpam ſuam confiteretur; Pater pius ad locum ubi fuit funus accedens, Deum devotiſſime oravit, & mortuus reſurrexit: qui poſtea quindecim annos in monaſterio illo ſupervixit. Idem quoque per modum collationis Fratribus enarrare ſolebat, quod cum per quamdam ſcalam ad cælum directam cum aliis ſe præcedentibus aſcendere vellet, vocem dicentem audierit, quia Abbas ſuus Comgallus eum ire tunc non permittebat. Alio quoque die Fratribus juxta morem laborantibus, unus ex eis, labore & ſiti ultra modum gravatus, concidens obiit; & à media die uſque horam nonam exanimis jacuit. Abbas autem ſanctus, ægre ferens Fratrem ſubita morte prævenitum, oravit ad Dominum, atque continuo defunctus vitæ eſt reſtitutus.

Reſuſcitantur mortui,

in quibus monachus poſtea 15 annos ſuperſtes:

E

7 Quodam alio tempore, dum *k* S. Columba ab inſula Jona ad Benchorenſe navigaret monaſterium; accidit ut unus de ſuis Fratribus gravi præoccupatus infirmitate in navi moreretur. Cum autem ad oſtium fluvii, nomine *l* Bice, pervenirent; defunctum inter ſarcinas navis in occulto ponentes loco, ad monaſterium feſtinanter abierunt, ubi cum gaudio ſuſcepti ſunt magno. Poſtquam autem ſe invicem in oſculo pacis ſancto ſalutaverunt, Comgallus pedes peregrinorum lavit; ac deinde, ſi aliquos extra numerum, quem vidit haberent, interrogavit. Sanctus Columba providâ quadam deluſione reſpondens, dixit in navi remanſiſſe unum. Tunc B. Comgallus fervore caritatis repletus ait, Mittatur, inquit, pro eo ut cum ceteris beneficio locutionis ac alternæ recreationis gaudeat. Oportet enim ut vos omnes manus & pedes poſt navigii laborem foveatis: navis quoque cum rebus ſuis ſalva erit. Sanctus Columba, ſciens quod pro ſua reverentia in omnibus eſſet Beatus Comgallus à Deo audiendus, dixit: Frater ille non veniet niſi tu ipſe pro eo vadas. Comgallus ſine mora ad navem properat, & Fratrem ſtatim non * comparentem, inter ſarcinas dormire eum putans, diligenter perquiſivit: & quem vivum eſſe putabat, mortuum invenit. Tunc homo Dei in ſe ſtupefactus, ad ſolitæ orationis ſuffragia recurrens, omnipotentem Deum pro illo ſuppliciter exoravit, dicens: In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti ſurge, ac feſtina venire ad Fratres tuos. Ille vero quaſi à ſomno excitatus ſtatim ſurrexit, nullum mortis ſignum in ſe habens. Ipſis vero ad monaſterium venientibus Abbas illum retro reſpiciens, eumque monoculum intuens, dixit: Non luſcum aut monoculum aut debilem, imo in toto corpore & omnibus membris integrum, donari mihi à Domino rogavi. Qui mox à Domino exauditus eſt; Nam eadem hora

k *tertius in comitatu S. Columbæ extinctus*

l

F

* *Mſs. R. P. Hugon. Vardai*: competiens.

ac prius luſcus,

ex MS. fons vivus in loco ubi ſteterunt, erupit : in quo Frater ille, qui mortuus fuerat & reſuſcitatus, juſſu hominis Dei faciem lavans, oculum accepit meliorem ac pulcriorem; cujus acies etiam in ſenectute non eſt diminuta.

& alii quatuor. 8 Hic idem beatus vir alios quatuor mortuos, per Dei virtutem vitæ reſtituit; aliaque miracula perplurima Deo cooperante fecit. Octuageſimo autem ætatis ſuæ anno, VI Idus Maji migravit ad Chriſtum, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat unus verus Deus, in ſecula ſeculorum. Amen.

ANNOTATA.

a Aradium primum iſtius familiæ conditorem *agnoſcit Colganus*, 18 *Februarii ad Vitam S. Molibbæ*, *prognati* patre Aradio juniore, è familia Dalaradiorum: *ſicut &* S. Comgallus *ex eadem familia ortus dicitur in ſequenti Vita.*

b S. Macniſeus, Macneſius, *aut* Macniſius *Epiſcopus Conorenſis in Dunenſi Comitatu, haud procul à Benchore, ad locum Cono coli traditur* 3 *Novembris.*

c *MS. Fitzſimon* ſole clariorem *pariet*, qui hujus
B orbis tenebras ſuo fulgore fugabit, luce, fama & doctrina; pater orphanorum, norma monachorum, baſis fidelium, pes labentium, omniumque erit ſolamen trepidantium.

d *MS. Salmant.* Fedelmidium *MS. Fitzimon* Fidelmidum, *in altera Vita* Fedlim. *Colitur aliquis* Fedlimius *in Faſtis Hibernius* 9 *Auguſti, ſed num is hic referatur, non conſtat.*

e *MS. Vardæi*, ſonat pulchrum & album. *MS. Fitzſ.* pulcrum vel carum pignus.

f *Circa annum* 456 *ut ſupra dictum: ſed numerus annorum* 60 *pleriſque aliis ejuſmodi S. Patricii vaticiniis communis ſuſpectus nobis eſt, uti & ea quæ initio vitæ narrantur prognoſtica futuræ amplitudinis & Sanctitatis, nativitatem prægreſſa & ſecuta, plane eadem qualia & de aliis jactantur: & ut in uno aut altero vera fuerint, ad ceteros licentius tranſlata videntur.*

g S. Fintanus Abbas de Clunin-Ednech *mortuus dicitur anno* 576, *die* 17 *Februarii, ad quem ejus Acta illuſtravimus, & de dicto monaſterio egimus.*

h *Ab anno* 551 *ad* 601, *juxta priores calculos.*

i Conderia *ſeu* Conneria, *ſeu* Conora *ſupra relata videtur, in ſequenti autem Vita* Conire, *ubi S. Lugidius potuit dicto Macniſco ſaltem mediate ſucceſſiſſe.*

k *Colitur* S. Columba Abbas 9 *Iunii*, *mortuus*
C *circa an.* 595 *aliis* 597. *Inſula vero Iona, ab eo* S. Columb-Kill *dicta, ſita eſt prope inſulam Scotiæ majorem Mulam.*

l *MS. Fitzſ.* fluvioli nomine Bigge. *In altera Vita portus* Invir-Beg & Imvir-Beg.

ALIA VITA

Ex MS. antiquo & editione Sirini.

CAPUT I.

Ortus, educatio, variæ habitationes, monaſterium Benchor conſtructum.

a *Natus in Ulionia patre Sethna,* 1 DE Aquilonali Hiberniæ regione nomine *a* Dailnaraide, quæ eſt contra mare, in Aquilonali plaga provinciæ Ultorum, S. Abbas Comgallus ortus fuit: cujus pater Sethna vocabatur, qui fuit miles ducis Dailnaraide, & ipſe in ſenectute ſua genuit S. Comgallum. Sanctus jam Comgallus nutritus eſt diligenter in domo parentum ſuorum, valde diligentes *b* eum parentes ſui quaſi unicum filium ſuum. Quodam tempore, cum eſſet S. Comgallus puer in domo patris ſui, Dux Dailnaraide congregavit exercitum ſuum ad bellum contra hoſtes ſuos, & Sethna pater S. Comgalli à Domino ſuo Duce ad illud bellum vocatus eſt. Sed ipſe propter nimiam ſenectutem ire non poterat ad bellum; & S. Comgallus adhuc puer vice patris ſui, licet nolebat, tamen juſſione parentum ſuorum ad Ducem volentem bellare cum ſuis perrexit. Sed omnipotens Deus, volens famulum ſuum S. Comgallum ſervare, ne vel manus vel oculi ejus effuſione ſanguinis violarentur; nutu divino hoſtes illi inter ſe fecerunt pacem, & B. Comgallus integer corpore & anima ad parentes ſuos rediit cum ſuis. D b *à bello quod patre ſuo fra vatur.*

2 Poſt hæc ſanctus puer Comgallus ſecularem habitum deſeruit, & habitum Eccleſiaſticum ſuſcepit, & litteras apud quemdam Clericum didicit, qui habitabat in quadam villa in rure: & ille Clericus natura fragilis erat in voluptatibus. Sanctus vero Comgallus ſuum Magiſtrum per parabolas docebat, de quibus una eſt: Quadam enim nocte, cum Clericus ille cum muliere dormiſſet; S. Comgallus orans & vigilans tunicam involuit ſuam in ovium ſtercore. Craſtino autem die Magiſter ſuus dixit S. Comgallo: O Comgalle, quare tunica tua ſordida eſt? Reſpondit ei S. Comgallus, Periculoſius eſt tibi, Magiſter, animam habere ſordidam quam tunicam: deterius enim vere eſt ſtercus, in quo te præterita nocte involuiſti corpore & anima, quam iſtud. Ille autem Clericus non contradicens tacuit, ſed tamen vitam ſuam noluit emendare. Jam pius juvenis Comgallus, videns quia Magiſter ſuus in errore adhuc maneret, deſeruit eum cum patria ſua, & direxit viam ſuam ad Auſtralem Hiberniæ plagam, & intravit Provinciam Laginenſium, & venit ad S. Fintanum Abbatem monaſterii nomine Cluain-ednach, regentem in plebe Luighis, poſitum in Aquilonali Laginenſium plaga, juxta radices montis Blæoma, recepitque S. Fintanus B. Comgallum in ſuam congregationem. E *Clericus factus giſtri ſi. mores mendare non vale* *ſub S. Fintano ſit monachus;*

3 Cumque ibi S. Comgallus in ſancta converſatione duraque vita eſſet, immiſit diabolus tædium magnum in corde ejus circa patriam ſuam & parentes, ſuſtinens laborem magnum & durum: confeſſuſque eſt ſuam tentationem ſancto Patri Fintano: fuditque Pater ſanctus preces & orationem ad Deum pro eo, & expulſus eſt illico diabolus à Comgallo per orationem ſui ſenioris. Nam cum S. Comgallus juxta crucem, quæ eſt in Occidentali parte monaſterii Cluain-ednach, cum lacrymis oraſſet, lux ſuperna circumfulſit eum, & repletum eſt cor ejus magna ſpirituali lætitia, & ex illa hora in omni vita ſua numquam tædium ſpiritualium in eum irruit. F *hujus precibus liberatur à tædio,* *luce circumcinctus*

4 Recapitulamus alia de nativitate & pueritia S. Comgalli. Sanctus jam Macneſius Epiſcopus, qui jacet in ſua civitate, nomine Conire, quæ eſt in regione Dailnaraide, prophetavit de nativitate S. Comgalli: nam cum quadam die Sethna pater B. Comgalli & uxor ejus nomine Brigh, in uno curru vecti, veniſſent per locum in quo erat Epiſcopus; ipſe audiens ſonitum currus dixit miniſtris ſuis: Videte qui ſunt in curru, quoniam ſub homine in quo gratia Dei abundat ſonat. Miniſtri jam aſpicientes dixerunt Epiſcopo: Domine, miles Sethna & uxor ſua devehuntur in curru. Quibus ſanctus Epiſcopus ait; Vere illa femina habet in utero ſuo filium, cujus gloria magna erit in cælo & in terra. Ipſa jam mulier Brigh craſtino die oriente ſole filium reverendiſſimum, cujus nomen dicetur Comgallus, pariet in oppido de *c* Mourne: & ipſe magnus coram Deo erit, atque in modum clariſſimi radii ſolis in Hibernia fulgebit: *à S. Macneſio prædictus ante nativitatē:* c

A fulgebit: Et illa concepit & peperit ſicut dixit Epiſcopus Macneſius.

ſonte erumpente baptizatur à Presbytero ante cæco, tum illuminato.

5 Die quodam poſtea ductus eſt ſanctus infans ad quemdam Presbyterum nomine Fedlim, ut baptizaret eum, & ille Presbyter multis annis cæcus erat, ſed tamen ordinem baptiſmi memoriter retinebat. In illo jam loco aqua antea non erat: in adventu autem ſancti infantis Comgalli fons illico lucidus de terra ſurrexit: & hoc audiens Presbyter cæcus lavit ibi faciem ſuam, & ſtatim aperti ſunt oculi ejus, & in lumine ſuo poſt longam cæcitatem ordinem baptiſmi relegit; & gratias agens Deo ſanctum infantem ſalutis ſuæ auctorem baptizavit, & in domo parentum ſuorum ipſe ſanctus puer Comgallus nutritus eſt.

dormiens apparet matri cum columna ignea.

6 Quodam die creſcente beato puero Comgallo ſolus ipſe foris operabatur aliquod opuſculum, & ecce irruit ſopor ſuper eum & dormivit; mater autem ejus viſitans eum, vidit columnam igneam à cælo porrectam uſque ad ſanctum puerum dormientem; & perterrita jam mulier neſciebat quid faceret, nam accedere ad puerum non audebat, & eum ab igne cremari putabat: tum tamen illa divino nutu patienter ſuſtinens, ſanctus evigilebat à ſomno puer, rubicundam habens faciem, oculoſque rutilos; & ait matri ſuæ: Vide mater ne alicui dicas citius quod vidiſti. Illa quoque ad tempus tacens, poſtea narravit omnibus ſecundum ordinem, quod ſibi apparuit.

B

inter nives ſervatur intactus,

7 Alio tempore erat S. Comgallus cum Duce Dailnaraide in caſtris, & nix magna ſuper caſtra quadam nocte pluit: ad ſanctum autem Comgallum cum ſuis in medio caſtrorum manentem nix nullo modo pervenit aut acceſſit, ſed in modum parvi caſtelli nix undique circa Sanctum ambiebat: & de hoc omnes admirantes. Tunc ait eis Dux: Ab hac jam die S. Comgallus cum ſuis liber erit à me & ab omni ſeculari poteſtate: Sanctus enim Dei ipſe eſt. Poſtea S. Comgallus, accepta libertate & licentia, & data ab eo viciſſim benedictione Duci, reverſus eſt cum ſuis ad domum ſuam: & ille Dux potens & gratioſus propter benedictionem S. Comgalli effectus eſt.

ideo exemptus à poteſtate ſeculari,

patre relicto,

8 S. Comgallus die quodam & Pater ſuus perambulabant agrum ſuum proprium, & ait ipſe patri ſuo: Pater, hanc terram cum ſuis curis deſerere debemus. Non conſentiens ei pater ſuus, ait ille iterum: Tu hanc modicam terram, Pater care, exerce: ego autem vadam & aliam terram meliorem & majorem diligentiſſime à Domino Deo mihi quæram. Poſtea deſeruit ipſe parentes ſuos, & didicit litteras ad tempus in patria ſua, deinde venit ad S. Fintanum in Provincia Laginenſium, in ſuo monaſterio Cluain-edneach habitantem, & receptus ibi.

C

à S. Fritano ſuſcipitur:

ſaliva cæcum illuminat:

9 Die quadam in monaſterio prædicto Cluain-edneach quidam vir cæcus ductus eſt ad S Comgallum, poſtulans ipſe cum ſuis in nomine Chriſti lumen oculorum ab eo. Tunc S. Comgallus digito ſuo ſuper oculos ejus ſalivam in Chriſti nomine poſuit, & ſtatim ſaliva Sancti, Dei gratia, ſanavit oculos cæci, lumenque recepit, & in lumine ſuo gaudens reverſus eſt.

10 Poſt multum jam tempus miſſus eſt S. Comgallus à S. Fintano, ut rediret ad patriam ſuam, cauſa ædificandi cellas ad Chriſti famulos nutriendos. Tunc jam S. Comgallus adhuc poſt multos annos ſine Ordine erat, nolebat enim gradus accipere: & acceptа benedictione & oratione Patris Fintani, S. Comgallus cum diſcipulis ſibi ordinatis cœpit pergere ad patriã ſuam, & venit ad ſanctam congregationẽ, quæ erat in monaſterio *d* S. Kiaráni in ſua civitate Cluain-Macnais, & manſit ibi aliquo tempore in magna ſanctitate, deinde ad patriam ſuam perrexit.

adit monaſterium S. Kiarani,

d

Congregantes ad eum viri Catholici de die in diem, S. Lugidus Epiſcopus ordinavit ibi S. Comgallum magna ſuaſione Diaconum: & poſt intervallum temporis Sacerdos ordinatus eſt. Poſtea S. Comgallus patriam ſuam circuibat, prædicans populis ad tempus ſemina Euangelii.

EX MS. *ordinatur Diaconus, dein Sacerdos.*

11 Volenſque S. Comgallus caduca deſpicere, deſideranſque æterna amplecti, perrexit ad ſtagnum *e* Erne, & intravit in quadam inſula, quæ dicitur Cuſtodiaria inſula; & ibi habitavit in vita dulciſſima ſine ulla ſolicitudine de terrenis: & monachi ſui poſt eũ in illam inſulam intraverunt, & non valentes rigidiſſime vivere ſicut ſuus Abbas, ſeptem ex eis fame & frigore mortui ſunt. Hoc audientes ſancti Patres venerunt ad eum, & rogaverunt eum ut pro vera caritate paulo lenius, nimium laxaret rigorem, cauſa corporis ſui Deo nutriendi & Fratrum in Chriſti ſervitio ſervandorum. Sed S. Comgallus quod pro Deo cœpit tenere, pro homine de rigore ſuo noluit relaxare; de rigore autem Fratrum pie laxavit, & conceſſit eis vivere & operari ſicut ceteri monachi.

e

in inſula Cuſtodiaria arctam vitam ducit:

12 Poſthæc Beatus Comgallus totam deſerere Hiberniam & pro Chriſto peregrinari trans mare in Britanniam voluit, & ibi manere: ſed Deo concedente, precibus & flebili rogatu S. Lugidi Epiſcopi, conſecratoris ſui & aliorum Sanctorum victus, retentus eſt in Hibernia; & eduxerunt eum foras, ut ipſe per ſuam patriam cellas & monaſteria Deo conſtrueret, conſtituitque magnum monaſterium, quod vocatur Benchor in regione, quæ dicitur Alutudo Ultorum juxta mare Orientale. Et maxima multitudo monachorum illuc venit ad S. Comgallum, ut non potuiſſent eſſe in uno loco: & inde plurimas cellas & multa monaſteria non ſolum in regione Ultorum, ſed per alias Hiberniæ Provincias, & in diverſis cellis & monaſteriis tria millia monachorum ſub cura S. Patris Comgalli erant; ſed major & nominatior ceteris locis prædictum monaſterium Benchor eſt, ubi clara civitas in honorem S. Comgalli ædificata eſt.

E

conſtruit monaſteriũ Benchor, aliaque:

ANNOTATA.

a *Sirinus*, Dail-narii *in ea infra collocatus Epiſcopatus* Conire, *ſeu* Conora, *eſt ergo in hodierno Comitatu* Doton.

b *Obſerva phraſim huic ſcripto frequentem, qua participium in nominativo caſu uſurpatur pro ablativo abſoluto.*

F

c Mourne *oppidum haud procul ab æſtivario Carlinfordo.*

d S. Kiaranus *traditur coli die 9 Septembris. De eo egimus ad Vitam S. Endei Magiſtri ſui 21 Martii cap. 4. Dicitur autem* Cluain-Macnais *in Occidentalibus finibus Mediæ eſſe.*

e *Eſt* Erne *ſive* Earne *ſtagnum & in hoc variæ inſulæ in Comitatu Vltoniæ Formanaghenſi ad confinia Connachtiæ.*

CAPUT II.

Varia miracula & mortui ſuſcitati.

13 QUadam die cum ibi eſſet S. Comgallus in quodam loco ſolus, expandebat manus ſuas ad cælum, poſt jejunium trium dierum laſſus & ſitiens, & ſalivas in pavimentum projiciebat: vir enim miræ abſtinentiæ erat S. Comgallus. Et ecce elevans ſanctus vultum ſuum ſurſum in cælum, quidam leproſus mendicus petens auxilium, venit ad eum tacite, videnſque ſalvias Sancti ſuper terram, perrexit

Lepra ſaliva ejus abſtergitur.

EX MS. perrexit paulatim, & de pavimento eas collegit, & commiſcuit eas in aqua, lavanſque ſe inde, plenus fide, ſtatim à lepra ſua ſanatus eſt, & cum gaudio mano venit ad S. Comgallum, adhuc id neſcientem, & confeſſus eſt ei quod fecerat. Cui Sanctus ait: Vade in pace, & nemini dixeris, ſed gratias Deo Salvatori tuo age. Ille autem exiens multo magis omnibus narrabat.

cella ejus cæleſti lumine fulget. 14 Nocte quoque quadam unus juvenis de Fratribus, nomine Meldanus, venit ad S. Comgallum ſolum in cella habitantem, volens aliquid indicare ei. Cumque prope acceſſiſſet, vidit totam domunculam intrinſecus flammis ardere, & plenam luce in modum ſolis: & per omnes feneſtras & foramina habitaculi radii ſolis foras erumpebant. Tunc juvenis ille prudens, non auſus propius accedere, ſignavit ſe ſigno Crucis Chriſti, & paulatim reverſus eſt. Sciens autem S. Comgallus quæ geſta erant, craſtina die vocavit ad ſe Fratrem illum, & dicit ei: Vide, fili, ne alicui dixeris in vita tua, quæ videſti, ſed ille tamen celare non potuit.

Enanus monachus à morte reſuſcitatur, B 15 Alio quoque die cum S. Comgallus de tabulis lectulum ſuis manibus feciſſet, ut moreretur ibi unuſquiſque Fratrum; dixit ei unus de Fratribus, nomine Enanus: Sancte Pater, bonum opus facis Fratribus morituris in hoc loculo, quia valde eis proderit ad veniam inveniendam. Utinam meruiſſem in hoc loculo de hoc ſeculo migrare! Cui S. Comgallus ait: Fiet tibi Frater ſicut vis: nam de iſto lectulo ad cælum ibis. Accidit autem ut Frater ille mitteretur longe à monaſterio Benchor ad quemdam locum; ibique habitans mortuus eſt, & corpus ejus jubente S. Comgallo gelidum portatum eſt ad monaſterium Benchor, quod ſanctus Pater Comgallus poſt duos dies reſuſcitavit, vixitque ipſe Frater poſtea multis annis, & in fine vitæ ſuæ de lectulo ſuo prædicto migravit ad cælum, ſicut S. Comgallus pollicitus eſt ei. Hic jam Frater, qui fuit reſuſcitatus nuntiavit frequenter Fratribus, quod vidit & audivit dicens: Ego à duobus Angelis à Deo miſſis ad cælum ductus ſum: eumque inter eos in itinere medio eſſem, ecce alii Angeli venerunt obviam nobis dicentes: Reportate iſtam animam ad ſuum corpus, quia ſervus Chriſti Comgallus eam à Deo petit ſibi donari, ideo reducite eam ad corpus ſuum, & maneat apud S. Comgallum uſque ad ſenectutem ſuam: & ſic factum eſt

animâ ab Angelis ad corpus re portatâ:

C 16 Fures & latrones quidam olera & poma Fratrum furtive tollebant. De hoc Fratres condolentes querimoniam ad S. Comgallum fecerunt dicentes: Laboramus fruſtra, Pater, quia labor noſter nec Fratribus nec hoſpitibus prodeſt, tollentibus maleficis illud à nobis. Sequenti nocte S. Comgallus ſigno ſanctæ Crucis hortum benedixit, dicens: Excæca, Domine Deus omnipotens, fures huc venientes, ut errent hic intus, donec ſuum reatum ſciant, quia tu, Domine, omnia potes. In illa itaque nocte fures pervenientes hic illic, excæcati ſunt, & circumeuntes multis vicibus hortum intrinſecus, nullum oſtium vel foramen invenerunt, ut foras exirent: ad extremum autem cum oneribus ſuis in curiam venerunt, & depoſitis ſarcinis ibi in conſpectu monachorum genua flectentes pœnitentiam egerunt, & ibi monachi à S. Comgallo facti ſunt.

fures benedictione ejus excæcati

pœnitentes fiunt monachi:

Angeli una viſi ſacrific. cium offerre: 17 Senex quidam ſanctus anachoreta & venerabilis, nomine Critanus, vocatus eſt ad S. Comgallum ad feſtum Paſchæ, & ipſe vidit in Sancto Paſchate Angelos ſplendidos juxta S. Comgallum offerentes, qui tangebant & benedicebant nunc altare, nunc calicem, nunc manus S. Comgalli, & os ejus, & verticem atque oblationem cum eo benedicebant. Hæc videns ſanctus anachoreta Critanus, poſt jejunium valde ſitiens, dixit in corde ſuo: Utinam, Domine mi, ut de quodam liquore, à S. Comgallo prius guſtato, ſitim meam extinguerem! Sciens S. Comgallus ſpiritu prophetiæ cogitationem beati anachoretæ, conſummato ordine offerendi, ingrediens domum, ſtatim guſtavit liquorem, & advocans ad ſe quemdam miniſtrum, nomine Segenum, ait ei: Hunc liquorem porta ſancto ſeniori Critano ſitienti multum, & bibat benedicens Deum, & dicces ei à me, quia fidelis vir & patiens eſt. Et ille ſenex de his omnibus gratias Chriſto egit. D

deſiderium Critani cognitum & impletum:

cella orantis luce cæleſti impleta: 18 Quadam nocte Frater, qui erat S. Comgalli miniſter, Crimacthanus nomine, poſtquam dimiſiſſet Patrem Comgallum in ſuam cellulam ad quieſcendum, & clauſiſſet oſtium deforis, abiit ipſe ad dormitorium. Volens jam ille explorare ſi dormiret Sanctus, reverſus eſt poſt medium intervallum, & tunc Sanctus quieſcebat. Cum ille Frater ante januam tigurii manſiſſet, vidit poſt intervallum claram lucem totum habitaculum implentem, & vidit S. Comgallum dicto citius expergefactum, & cum mira & pulcra facie ſurgentem, lætantem & orantem. Poſtea dixit ad Fratrem foris manentem: O Crimacthane, quid illic agis, noli ibi eſſe, ſed cito diſcede & nemini dixeris, quod vidiſti, & pro tanta audacia cras tibi pœnitentia imponetur. Et ille Frater pavidus diſceſſit, & craſtina die egit pœnitentiam. E

puer mortuus reſuſcitatur: 19 Ambulans quadam die S. Comgallus, occurrit ei quidam vir in via, nomine Borganus, portans filium ſuum parvulum mortuum in ſinu ſuo & dixit ad S. Comgallum: O Pater ſancte, rogo te in Chriſti nomine, ut unicum filium meum reſuſcites: ſcio enim quia quæcumque petieris à Deo, dabit. Tunc S. Comgallus aſpiciens in cælum oravit ad Dominum, & poſt orationem ait illi patri: Si Deus voluerit, filius tuus vivet, & expecta hic donec ſanctus Abbas *a* Cannicus ad te veniat, & da ei filium tuum, ut benedicat eum ſigno ſancto; ipſe enim hodie per hanc viam veniet. Veniens ergo S. Cannicus fere poſt unam horam, dixit ei ille homo lugens: Ecce unicus filius meus mortuus eſt, obſecro te, Domine, ut benedicas eum ſigno crucis Chriſti. Sanctus jam Cannicus converſus ad illum hominem, aſpexit in cælum orans, & ait illi: Filius tuus jam vivet; nam S. Patri Comgallo à Deo donatus eſt, & ſtatim ille revixit ſanus & validus, qui vocabatur Glaſſanus: & gratias agens receſſit cum patre ſuo. a

frumentum pro vaſe argenteo negatum, F 20 Erat quidam homo crudelis & tyrannus, durus & malignus valde de nepotibus Turtaraide, nomine Croidhe, cujus mater Luch vocabatur, quod ſonat latine Mus. Cumque Fratres S. Comgalli in anguſtia ſine fruménto eſſent, dixerunt S. Comgallo: Ecce illud argenteum vas, quod nobis miſſum eſt in eleëmoſynam, ſi placet tibi vendatur pro frumento, ut poſſint vivere Fratres. Tunc ſupra dictus tyrannus Croidhe, vocatus eſt ad S. Comgallum, & ait ei Sanctus: Ecce argenteum vas quod Deus miſit Fratribus, & da frumentum pro eo. Ille enim abundabat frumento. At ille malignus cum ſuperbia dixit: Quod veſtrum eſt, nolo, & quod meum, non habebitis, Mus jam vellem potius comederet frumentum quam vos. Hoc de matre dixit. Cui iratus S. Comgallus dixit: Sicut dixiſti, ita fiet tibi: omne enim frumentum tuum mures comedent, & nihil tibi proficiet. Quod ita factum eſt; nam duos aggeres, quos habuit ille, in quibus erant quindecim plauſtra, mures comederunt, & nihil ex eis in diem tertium remanſit præter ſtipulas & paleas, ſicut dixit ſanctus Comgallus.

à muribus abſumitur

21 Septimo quoque anno poſtquam monaſterium Benchor fundatum eſt, ſanctus Pater Comgallus in

A in *b* Britanniam navigavit, volens quoſdam, Sanctos ibi viſitare, & ibi manere ad tempus: & conſtituit ibi Monaſterium in quadam villâ in regione Heth, ibique manſit ad tempus. Quodam die cum eſſet S. Comgallus ſolus in agro foris operans, poſuit chriſmale ſuum ſupra veſtem ſuam. In illa die Gentiles latrunculi multi de Pictonibus irruerunt in villam illam, ut raperent omnia quæ ibi erant, ſive homines ſive pecora. Cum ergo veniſſent Gentiles ad S. Comgallum foris operantem, & chriſmale ſuum ſuper cappam ſuam vidiſſent; putaverunt chriſmale illud Deum S. Comgalli eſſe, & non auſi ſunt eum tangere latrunculi cauſa timoris Dei ſui. Fratres autem S. Comgalli cum omni ſubſtantia ad ſuas naves illi prædatores duxerunt. At verò S. Pater Comgallus hoc videns, commotus dixit; Dominus firmamentum & refugium meum & liberator meus: & adorans ſignavit cælum & terram, & mare: & ſtatim Gentiles cæcitate percuſſi ſunt, ac inſuper mare terribiliter intumeſcebat; ita ut navem in littus rejiceret, & corpora Gentilium acriter vulnerata ſunt. Tunc illi dimittentes omnia quæ rapuerunt, poſtulaverunt veniam magnis precibus à S. Comgallo. Sanctus jam motus miſericordia, oravit pro eis. At illi lumen ſuum receperunt, & facta tranquillitate vacui reverſi ſunt & infirmi. Poſtea S. Comgallus à multis viris Sanctis reductus eſt in Hiberniam.

b in Britanniâ monaſterium conſtruxit:

prædones cæcitate percuſſi,

& pœnitentes ſanati:

B 22 Mos erat in Monaſterio Sancti Patris Comgalli, ut ſi quis alium increparet, quamvis ille eſſet culpabilis aut inculpabilis, ſtatim qui increpabatur genua humiliter flecteret. Igitur cum ipſe Pater Comgallus in quadam inſula in Aquilonari Hiberniæ plaga eſſet, quodam die Fratres in medio ſtagni navigantes, gubernator navis unum de Fratribus increpavit. Ille Frater ſtatim, nihil curans de periculo aquæ, exilivit de navi ut genua flecteret coram illo, poſtulans veniam: (navicula enim anguſta erat) ſed illum Fratrem aqua illico deglutivit. Tunc Fratres in triſtitia magnâ venientes ad S. Comgallum, ei nuntiaverunt quæ geſta fuerant. Quibus ſanctus Pater ſive perturbatione ait: Potens eſt Deus ſervare Fratrem noſtrum vivum ſub aquis: recedite vos, & quærite eum ubi devoratus eſt. Redeuntes Fratres ad locum ubi ille merſus eſt, unus ex eis qui erat peritiſſimus ſuper aquas & ſub aquis natare, miſit ſe in profundo loci; & invenit illum juvenem jacentem vultu ad terram, & elevavit eum ſecum ſurſum vivum & ſanum; & ipſe ſub aquis erat à primâ hora diei uſque ad horam nonam: & dicebat coram ſenioribus: Nihil habui moleſtiæ ſub aquis, ſed jam eram quaſi ſuper aridam terram. Et hoc Fratres audientes confirmati ſunt in humilitate ad opprobria ſuſtinenda.

monachus humilis ſub aquis illæſus ſervatur:

C 23 Erat in Monaſterio ſancti Patris Comgalli quidam juvenis, obediens valde & humilis & mitis, quem Fratres cognominarunt obedientem, qui juſſa omnium illico faciebat, & prohibita quaſi venenum vitabat. Quodam igitur die ſanctus Pater Comgallus iter agens, ille juvenis cum ceteris erat in comitatu ejus. Cumque veniſſet trans quoddam littus, in quo inundatio veniebat maxima, unus de Fratribus increpavit prædictum juvenem obedientem. Ille autem audiens ſtatim in faciem procidit ſuam in littore, & ipſe calceamenta S. Comgalli habebat: conſueverat enim ille Frater multum obſequi ſancto Patri. Fratres autem neſcientes quod Frater ibi jacuiſſet, perrexerunt in viam ſuam. Ille jam Frater ceteris poſterior erat; cumque perveniſſent ad aridam terram de littore, interrogavit S. Comgallus ubi eſſet Frater obediens. Et cum non eſſet inventus, ſanctus Senior dixit ſuis: Numquid aliquis ex vobis Fratrem increpavit? Tunc unus confeſſus eſt, quod illum increpaſſet. Juſſitque S. Comgallus ut redirent Fratres ad illum quærendum: illis autem feſtinantibus occurrit inundatio maris, & invenerunt Fratrem in littore proſtratum, & mare replens totum littus: ad illum autem, latitudine domus inter ſe & terram, non acceſſit. Et excitantes eum Fratres, venit cum eis ad S. Comgallum. Sanctus Pater cum illo ceteriſq; Fratribus laudem Deo dederunt.

alius obediens intra marinum æſtum non madefit:

EX MSS.

24 Quadam die cum eſſet S. Comgallus in itinere; quidam puer in Monaſterio morte ſubitanea mortuus eſt, & in eadem die venit S. Comgallus ad Monaſterium. Et cum hoc nuntiatum eſſet ei, ait: Mea culpa eſt quod puerulus in meo Monaſterio ante tempus ſubito moreretur: Et hoc dicens perrexit ad locum ubi corpuſculum gelidum erat. Cumque ibi oraſſet, mortuus revixit. Et ait ei Pater Sanctus: Vis, filiole, in hac vitâ manere? Cumque pius puer mori elegiſſet, benedixit eum S. Comgallus, & ſic emiſit Spiritum in pace.

puer reſuſcitatus eligens mori, emittit ſpiritum;

25 Vir quidam ſecularis graviter rogabat S. Comgallum, ut aliquam ſuam poſſeſſionē reciperet in oblationem; ſed vir Dei noluit accipere, Noviſſime autem cum ei moleſtus eſſet, ait illi: Ut quid lepram tuam ſuper me projicere vis? Ille jam homo percuſſus hoc verbo, iratus abiit. Item Rex iniquus venit ad S. Comgallum, habens capſellam auro & argento plenam, ut offerret ei illam. Stans autem Rex ante januam loci, hoc per nuntium miſit ad S. Comgallum: ſed vir ſanctus nec quidem oculis dignatus eſt capſellam aſpicere, dicens: Ut quid vult peccator peccata ſua ſuper nos effundere? habeat ipſe iniquitates ſuas, & fructum earum. Inde Rex ita confuſus cum ſuâ capſellâ receſſit.

E *munera ab impiis oblata reſpuuntur.*

26 Venit aliquando ad Monaſterium S. Comgalli vir vitæ venerabilis S. Finbarrus Epiſcopus, qui jacet in miraculis multis in ſuâ civitate Machbile: & gaviſus eſt Pater Comgallus cum ſuis Fratribus in adventu tanti ac talis hoſpitis. Cœnantes autem Epiſcopus & Comgallus cum ſuis, quidam indicavit S. Comgallo, quod vellet Epiſcopus modicum lactis propter ſuam infirmitatem bibere. Panis jam & aqua atque olera tantum erant in illa cœna: lac enim & cetera alimenta in Monaſterio S. Comgalli viſu & guſtu antea incognita erant. Tunc S. Comgallus, ſciens lac non eſſe in Monaſterio, miſit ad cellarium; & inventum eſt ibi vas plenum lacte optimo, tam magnum quod omnibus ſufficeret; & eo poſito coram Epiſcopo ipſe juſſit omnibus dividi. Reportato jam vaſe in cellario, jam ultra non apparuit: poſtea ſuadente Epiſcopo & aliis Sanctis, per rationem caritatis lac receptum eſt ſenibus & infirmis in Monaſterio S. Comgalli.

c

pro S. Finbarro lac cælitus obtentum:

F *ſenibus & infirmis permiſſum.*

27 Puer quidam diſcebat ſcribere, ſed nemo potuit eum docere, quia quod ſcribebat vix agnoſci poterat, utrum manus hominis aut ungula avis illud depinxerat; & ita erat multis diebus. Poſtremo veniens ad S. Comgallum, vir ſanctus benedixit oculos ejus ac manus, & illico ſcriptio ejus meliorata eſt, ut ceteros ſcriptores præcelleret, & in ipſa arte auctor & doctor in vita ſua fuit.

ars ſcribendi benedictione ejus collata.

28 Quadam nocte cum Fratres ad eccleſiam conveniſſent, dixit eis S. Comgallus: Oremus, cariſſimi pro anima Patris noſtri Finnbarri Epiſcopi, quæ nunc ad cœlum ab Angelis portatur, & inventum craſtino die eſt, ſicut ſanctus Pater piiſſimus Comgallus prædicebat.

animæ S. Finnbarri viſæ in cælum deferri.

ANNOTATA.

a *Colitur S.* Cannicus XI *Octobris, etiam Martyrologio Romano inſcriptus: mortuus traditur anno* 598 *aut ſequenti* 599.

EX MSS. b *E regione* Banchor *ultra mare eſt* Gallovidia, *nunc Scotiæ regno attributa, in quam faciliores erant Pictorum excurſiones: in hac* Caſa-candidâ, *antiqua Sedes Epiſcopalis.*

c *Forſan is eſt* Finnbarrus *Epiſcopus*, 10 *Septembris relatus.*

CAPUT III.

Alii mortui ſuſcitati: varia miracula: morbus, obitus, ſepultura.

29 ALio tempore, quando S. Columba navigaſſet, unus de Fratribus in navi mortuus eſt, cumque perveniſſent ad portum, qui dicitur Inivir-Beg, feſtinaverunt de navi ad Monaſterium S. Comgalli, & cum gaudio ſuſcepti ſunt ab eo: & ipſe ſenex Comgallus lavit pedes eorum, & interrogavit eos dicens, Eſt ex vobis aliquis extra? Cui S. Columba dixit: Unus remanſit ad navem cuſtodiendam & ſarcinas. Comgallus, ait: Frater veniat ad nos, navis autem cum ſarcinis bene cuſtodietur. Sanctus jam Columba prævidens virtutem S. Comgalli, dixit: Ille frater non veniet de navi niſi tu ipſe vocaveris eum. Tunc Pater Comgallus perrexit ad navem, & inveniens Fratrem in navi mortuum, oravit ad Deum pro eo, & ait: In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti ſurge, fili, & veni ad Fratres tuos. Ad hanc vocem jam ille ſurrexit quaſi de ſomno; ipſe ſcilicet erat luſcus. Ambulantes ad Monaſterium S. Comgallus & ipſe, vidit illum luſcum fuiſſe: & ait numquid luſcum à Domino Deo meo petivi? dixitque Fratri: Lava frater faciem tuam in aqua. Aqua autem juxta eos non erat ibi, ſed nutu Dei ad verbum ſancti fons è terrâ ibi erupit, & lota inde facie oculus viſum habuit, & ille oculus pulchrior & clarior altero erat, atque acies ipſius in ſenectute diminuta non eſt. Videntes Fratres hæc miracula, mens eorum in amore Dei accenſa eſt.

mortuus reſuſcitatur:

B

& liquidem rectus oculus qui luſcus fuerat:

30 Die quadam Fratribus operantibus unus ex eis multum laborans mortuus eſt, & à media hora diei uſque ad horam nonam exanimis jacebat. Sanctus vero Comgallus ægre ferens Subitam Fratris ſui mortem, oravit ad Deum, & reſuſcitavit eum, venitque cum Fratribus ſanus ad cellam ſuam.

alius mortuus reſuſcitatur:

cibus optatus celsius accipitur:

C

31 Veniens aliquando S. Columba ad S. Comgallum intraverunt Eccleſiam, & celebraverunt ibi Horas ſuas: deinde redeuntes ad refectorium cœperunt cœnare. Tunc S. Comgallus juſſit cuidam Fratri ut afferret quoddam alimentum, quod non erat in Monaſterio. Ille autem, nec cunctatus, exivit ad cellarium, & invenit Dei gratia quod juſſit Sanctus afferri: portavitque illud ad Sanctos. Illud ſumentes ſervi Dei gratias Deo egerunt: Sanctus vero Columba intelligens illud donum Dei eſſe, dixit S. Comgallo: Alimentum, ſancte Pater, non imprudenter ſumendum eſt aut accipiendum: non enim ab homimine factum eſt, ſed ab Angelo Dei miniſtrante paratum eſt. Cereri autem hoc ſcientes dixerunt: Benedictus Deus in donis ſuis.

dæmon à coquo ejus pellitur,

32 Alio die cum Sancti Chriſti, id eſt, Comgallus & Columba ad menſam ſederent, viderunt dæmonem ſobrie ſedentem in ſede coqui ſui. Tunc S. Columba ait: Quid vides, Pater Comgalle? S. Comgallus ait: Video dæmonem ſedentem. S. Columba dixit: Nunc probabimus qualis ſit coquus veſter, in cujus ſella dæmon ſedet. Coquus jam vocatus advenit, & videns ipſe dæmonem in ſede ſuâ, eum torvis increpavit oculis, dicens: Infeliciſſime dæmon, quid hic agis? Qua dementia in ſede noſtra ſedes? certe nec novi me à juventute mea tibi acquieviſſe, alioquin tu profer modo: igitur fuge quandoque in profundum maris, ſive in deſertum ubi nemini nocere poſſis. Et ſtatim dæmon nihil dicens diſceſſit. Tunc S. Comgallus & S. Columba pœnitentiam egerunt, quod Fratrem per illuſionem dæmoniacam culpabilem tenere voluerunt. Ceteri autem in illo ædificati ſunt. D

ſupra fretum ambulatur.

33 Quadâ die pro aliqua neceſſitate S. Comgallus uni de Fratribus dixit: Citius recto tramite, Frater, trans fretum feſtina. Tunc frater obediens, nihil cunctatus, perambulabat ſiccis fretum pedibus, & incolumis redivit ad S. Comgallum. Ceteri hoc ſcientes firmati ſunt in humilitate.

ars fabrilis neſcienti infunditur:

34 Alio autem die, cum faber Monaſterii non eſſet prope, S. Comgallus uni de Fratribus dixit: Vade Frater in officina fabri, & fac nobis craticulam ad aſſandos piſces: benedixitque ſanctus Pater manus Fratris illius. Tunc Frater obediens, quaſi à pueritia hanc artem didiciſſet, fecit uno die craticulam optimam, & alia utenſilia.

cymbalum per Angelum mittitur.

35 Soror S. Comgalli ſanctos habebat filios, qui longe à S. Comgallo in ſua cella habitabant: & illi Sancti miſerunt ad S. Comgallum germanum matris ſuæ, ut donaret illis cymbalum. Tunc benignus largitor Comgallus miſit illis cymbalum, videlicet Angelo illum portante. Illi ſancti accipientes ab Angelo Dei cymbalum, gratias Salvatori ſuo Jeſu Chriſto egerunt. E

ſaliva in aureum annulum verſa:

36 Quidam pauper venit ad S. Comgallum, poſtulans ab eo aliquid in eleemoſynam. Tunc beatiſſimus Comgallus, nihil habens quod daret ei, ſalivam ſuam laſſus ab oratione in ſinum pauperis projecit, & ſtatim verſa eſt in aurum: & illud factum eſt annulus in ſinu pauperis, ſecundum velle viri Dei, in quo erant quatuor ſcrupuli & dimidium. Ille homo gaudens exivit, narravitque omnia quæ ei acciderant.

lapis ardens manu illæſa portatur:

37 Pater ſanctus Comgallus aliquando dixit Fratri obedienti, ut lapidem ardentem ab igne ad ſe portaret: & ille Frater tenens lapidem ab igne ardentem, portavit manu illæſa ad piiſſimum & ſanctiſſimum Patrem Comgallum dans gloriam altiſſimo Deo.

cygni ultro advolant:

38 Beatiſſimus Abbas Comgallus cum diſcipulis ſuis juxta littus ſtagni Feabhail viderunt cygnos natantes, & dulciter cantantes ſuper aquas. Tunc Fratres rogaverunt ſanctum ſenem, ut vice ſolaminis cibi, deduceret ad ſe cygnos, & ſuis eos manibus tangerent. Tunc enim Fratres debebãt comedere, ſed comeſtio non erat eis in promptu. Pius Pater dixit eis; Si volũtas Dei eſt, fiat. Ad hanc vocem cygni divino nutu coacti volaverunt ad ſervos Chriſti, & unus eorũ volatu ſtetit in ſinu ſancti ſenis Comgalli, & iterum acceptâ licentia redierunt ad locum ſuum. F

piſces Angelico ductu ſuppeditati,

39 Quadam die, cum S. Comgallus divinitus adventum prævidiſſet S. Columbæ cum ſuis diſcipulis, in remigio laborantibus, petivit à Domino eſcas hoſpitibus ſuis. Tunc Angelus à Deo miſſus gregem piſcium in mari congregavit, & perduxit eos ad littus ante Monaſterium S. Comgalli. Sciens vir Sanctus hoc factum, juſſit ſuis ut adducerent piſces: & multi piſces allati ſunt ad Monaſterium, de quibus ſancti hoſpites ſanctaque familia ſatiati ſunt.

Cormacus Rex Laginenſium fit monachus,

40 *a* Cormacus filius Diarmoda Rex Laginenſiũ, de gente *b* Cenſelach ortus, obtulit ſe cum tribus caſtellis in regione Laginenſium poſitis, Catharlach ſupra ripam fluminis *c* Berta poſitum, & Foibran, & Arderema Deo & S. Comgallo. Venitque ad Provinciam Ulteram, & factus eſt apud S. Comgallum in Monaſterio ſuo Benchor monachus. Poſtea inimicus antiquus in corde ejus magnum tædium erga patriam & filios, cognatos & lares immiſit. Tunc ille cum ingenti anxietate mentis ad ſanctum Patrem Comgallum venit, & confeſſus eſt ei,

a
b
c

A ei, ſe non poſſe ſuſtinere ibi, niſi patriam ſuam viſitaret & videret. Sanctus jam Comgallus, ſciens quia non poterat eum retinere, dimiſit eum & quoſdam Fratres ſecum: & cœpto itinere ſtatim ſupra eum, orante pro ea ſancto ſuo Abbate, ſopor à Deo miſſus irruit in colle imminenti, *d* Aſtilo Beunchor: & ibi dormivit à prima hora diei uſque ad nonam, taleque ſomnium vidit: Vidit enim ſe fines Laginenſium ambulaſſe, & civitates permultas & caſtella luſtraſſe, & campos floridos & amœna prata circuiſſe, & electos currus & regnum ſuum tenuiſſe, & Duces & Optimates & Præpoſitos & reliqua regni ſui inſignia circa ſe ſediſſe: & cum de his omnibus eſſet ſatiatus in magno tædio expergefactus eſt hora nona; & odivit omnia quæ viderat Dei auxilio, & ſuam voluntatem implens reverſus eſt ad ſanctum ſuum Abbatem Comgallum; narravitque ei hæc omnia, manſitque ibi deinde in vita religioſa uſque ad obitum ſuum *e*.

d *& in ſomnio contra tentationes roboratur.*

e *ignis ſemel iterumque flatu ejus excitatur:*

41 Quadam quoque die magni frigoris ambulans ſanctus Pater Comgallus cum Fratribus ſuis, invenerunt quamdam domum in via, vacuam ab hominibus: & intrantes in eam collegerunt frigidi Fratres titiones inventos ad S. Comgallum, rogantes eum, ut per Chriſti potentiam ignem haberent. Tũe ſanctus Pater titiones in Dei nomine benedicit, ſufflans ex ore ſuo ignis in titionibus exarſit, & accenſo rogo calefacti ſunt Fratres, gratias Chriſto agentes. Idem alio die S. Comgallus cum ſuis Monachis erat in quadam valle *f* nox tenebroſa & frigida cecidit in deſerto ſuper eos. Tunc Fratres nimio frigore afflicti rogaverunt Patrem Comgallum, ut ſolatium ignis per Dei gratiam haberent, non enim habebant ferrum igniferum. Illico ſanctus Dei flatu oris ſui lignum ante oculos ſitum ſufflavit, igniſque ex eo exarſit, tenebras & frigus depellens, illuminans & calefaciens Fratres. Craſtino autem die nec ignis, neque veſtigium ejus in illo ligno apparuit: ſed frondoſum ſicut cetera ligna cum ramis integris viſum eſt, nihil aduſtionis habens: & de hoc Fratres multum admirabantur, dantes Deo optimo & maximo continuas laudes.

B

Dux immittit, & emendatur:

42 Venit S. Comgallus aliquando ad arcem Trachim, & jejunavit ibi illa nocte contra Ducem ſibi immitem. In medio autem noctis conquaſſavit Dominus arcem à fundamentis, donec arma de parietibus & alia caderent. Tunc Dux Dei nutu coactus egit pœnitentiam, placens Dei ſancto Comgallo multum.

C

monachus à mentis tumore ſanatur.

43 Monachus quidam juvenis, nomine Conuath, venit ad S. Comgallum, volens videre converſationem Dei famuli. Ille quidem Frater nullum putabat fuiſſe ultra ſe plus laborantem, & rogavit S. Comgallum, ut viveret in conſpectu ejus conſueta converſatione nihil celans. Medio jam noctis S. Comgallus ſuo more in flumine exiit propinquo, & ille monachus cum eo deſcendit, & non potuit ille Frater eſſe ſupra inter S. Comgallum & flumen, præ nimio aquæ frigore; neque infra præ calore aquæ, quæ de Sancto ſene deſcendebat. Tantam ille Frater gratiam in S. Comgallo videns, egit pœnitentiam de tumore mentis ſuæ, manſitque deinceps ſub regula ſanctiſſimi Comgalli.

Rex durus flectitur ob petram ejus ſaliva in 4 partes ſciſſam.

44 Quodam tempore venit S. Comgallus ad arcem Mœ-mad, & ibi jejunavit contra Regem illic habitantem. Sed Rex ille durus & aſper noluit audire Sanctum Dei. In fine autem jejunii ſanctus ſenex ſalivam ſuam ſupra magnam petram projecit, coram filiis Regis & amicis Regis: & petra illico in quatuor partes ſciſſa eſt, præſentibus amicis & filiis Regis. Hoc audiens Rex timuit valde, & veniens humiliter egit magnam pœnitentiam, & donavit ſponte ſanctiſſimo ac piiſſimo Patri Comgallo quod quæſivit. EX MS.

45 Alio die cum ſanctus Pater Comgallus navigaſſet in quodam freto, ipſe juvenem quemdam de Fratribus increpavit, Crimacthanum nomine: & ſtatim ille exivit de navi, & proſtravit ſe ſuper mare flectens genua, & erat unda ſub eo quaſi ſtabilis terra; fuitque ibi proſtratus donec S. Comgallus vocavit eum in navim, ſuaque veſtimenta licca erant. Vento jam flante & velo extenſo, Dei magna potentia, navis ſtetit in uno loco, donec hoc totum agebatur: poſtea gratulantes multum in Deo navigaverunt.

ſupra undã monachus ſuccin veſtibus permanet:

puer deformis ejus benedictione ſit formoſus:

46 Ronanus filius Aëda, Dux gentis, Bravam habuit conjugem pulchram & caram, quæ genuit filium nigram faciem habentem. Videns ille Dux puerum indecentem, ait: Iſte indecorus non meus erit filius; nec matrem ejus habebo in conjugem: & expulit filium cum matre ſua. Quæ ſtatim perrexit ad S. Comgallum neſcia ſceleris, narravitque ei cauſam expulſionis ſuæ. Audita cauſa ex confeſſione illius feminæ pudicæ, vir Deo plenus benedixit faciem pueri & oculos: & illico toto corpore & facie, habens hyacinthinos oculos, pulcherrimus apparuit: ante enim turpior in oculis quam in ceteris membris erat: & revertentes recepti ſunt gratulanter à Duce Ronano. E

f *injurii mortem puniuntur:*

47 Cum ſanctus Pater Comgallus cellam voluiſſet ædificare in inſula, nomine *f* Reachraind, venerunt triginta milites: & tenentes manum ejus eum inde expulerunt: & in vindictam hujus ſceleris ipſi omnes ante terminum menſis mortui ſunt.

g *Rex Brudæus per miracula converſitur:*

48 Venerunt aliquando beatiſſimi tres Abbates, videlicet S. Comgallus, S. Columba, & S. Cannicus ad Regem Gentilem nomine *g* Brudæum, & ille juſſit januas caſtri contra eos claudi. Sed S. Comgallus valvas ſigno ſanctæ Crucis ſignavit, & ceciderunt fractæ in terram: ſanctus autem Columba valvas domus regalis eodem ſigno fregit. Sanctus quoque Cannicus ſignavit manum Regis, vibrantem gladium ad eos occidendos, & ſtatim arefacta eſt manus Regis: & ita erat donec ipſe in Deum credidit: & ut effectus eſt in Deo fidelis, manus ejus ſoluta eſt.

h *Regina ob venenum præbitum moritura ſanatur:* F

49 Regina Regis *h* Fiachna, qui regnavit in caſtro quod dicitur Latine Atrium-magnum, Scotice autem Rathniore, in campo Liniæ poſitum, quique erat de gente Ultorum; ſcilicet de regione Dailnaraide, venenum bibebat; & graviſſimis doloribus torquebatur: & illa cũ amicis ſuis neſciebat à quo traditum eſt ei venenum. Ipſa jam Regina Cautigera vocabatur, quæ erat fidelis & pudica femina. Congregatis undique medicis nullo potuerunt modo Reginam curare. Poſtremo poſteri conſilio vocatus eſt S. Comgallus ad Reginam pro ea cauſa: & vir ſanctus benedicens Reginam dixit ei, Gratia Dei recipies ſanitatem, & ſcies hominem tribuentem tibi venenum: & ſtatim Regina ſanata eſt. Poſt vero parvum temporis diabolus in unam de ancillis Reginæ intravit, & effecta eſt inſenſata, & confeſſa eſt ſe dediſſe venenum Dominæ ſuæ. Volentibus omnibus ancillam tradere tormentis, non permiſit Regina, donec S. Comgallus auctor ſuæ ſanitatis judicaret illam. Sanctus ſenex Comgallus mittens per nuntium liberavit illam à morte, & à ſervitute: & ipſa jam ancilla poſtea placidam Deo pœnitentiam egit. Supradictus rex Fiachna regnum in Hibernia fortiſſimum tenuit, apud quem reliquiæ multorum Hiberniæ Sanctorum elevatæ ſunt, & honorifice reconditæ.

eum calumniatus morte punitur:

50 Cum ſenex S. Comgallus aliquando ad cellam cujuſdam ſanctæ & religioſæ Virginis veniſſet, audivit magnam querimoniam, quod quidam vir crudelis

EX MS. crudelis & raptor, nomine Fergus, jumenta loci illius per vim rapuiſſet. Pergenſque S. Comgallus ad eum, ait ei: Dimitte mihi pecora, quæ ab ancillis Chriſti rapuiſti. Sed ille ſuperbus & tyrannus deſpiciens ſanctum ſenem, non ſolum jumenta non dimiſit, ſed ore peſtifero verbiſque aſperrimis famulum Dei calumniavit. In ſequenti ſcilicet nocte aſcendens ille infelix in lectum dormire cum ſua uxore, morte peſſima, in vindictam ſui ſceleris, mortuus eſt.

leproſus in balneum poſt Comgallum ingreſſus ſanatur:

51 Juvenis quidam, Aëdianus nomine, nepos Dunlainge, legens duodecim minores Prophetas apud S. Finellum, vidit in ſomnis veſtimenta ſua circa quemdam leproſum de genere ſuo: cumque evigilaſſet ille de ſomno, corpus ſuum vidit lepra percuſſum. Qui ex conſilio B. Finelli magiſtri ſui ad ſanctum feſtinavit Comgallum, poſtulans ab eo ſanitatem. Tunc beatiſſimus ſenex Comgallus in maxima infirmitate erat, & cogebatur à ſanctis Patribus ad uſus balneorum propter nimios dolores ſuos. Et juſſit S. Comgallus prædicto juveni Aëdiano, ut lavaret ſe in balneo, ex quo ipſe ſenex tunc egreſſus eſt. Cumque ille ſe lavaret ibi, mergens corpus ſuum totum ſub aquâ; mundatus eſt ab omni leprâ ſuâ: & cum gaudio magno gratias agens reverſus eſt ad ſua. Sæpe catervæ
B dæmonum viſibiliter contra S. Comgallum pugnabant, & nec valebant ſaltem mentem ejus mutare ab internâ intentione ad Dominum ſuum Jeſum Chriſtum.

Graves cruciatus & diuturni

52 Appropinquans jam tempus exitus beatiſſimi ſenis Comgalli, immenſis & variis doloribus ipſe torquebatur: nam aures ejus concluſæ ſunt ſine auditu, & quod difficilius eſt venter ejus concluſus eſt ſine effuſione urinæ; alioſque graves dolores patiebatur: fuitque in tali cruciatu famulus Chriſti Comgallus ab initio hiemis uſque ad Pentecoſten. Alii jam dicebant, quod tanti dolores ſuper eum à Deo dati ſunt, propter duritiem & aſperitatem regulæ ejus in monachis ſuis. Alii autem dicebant, quod propter nimios dolores ſuos ſine diſcretione in corpore ſuo ſponte ſua, ut in eodem corpore contra voluntatem
i ſuam pateretur. Alii aliter dicebant. Interea *i* S. Meldanus Abbas, de gente Scotorum natus, à Deo miſſus de cælis, apparuit cuidam monacho ſancto, nomine *k* Colmano, in ſomnis dicens ei: Non ideo
k propter quod dicunt homines tanti dolores in corpore S. Comgalli miſſi ſunt, quamvis cauſæ eorum veræ ſunt: ſed pro amore ejus à Chriſto ad augmentum meritorum ejus cruciatur. Sicut enim cruciatus
C coram hominibus immerito patitur, ita in conſpectu Angelorum æternis præmiis permultis coronatus lætabitur.

ob gloria ejus augmentum.

53 Monachi ſiquidem ſancti Comgalli, aliquibus diebus ante obitum ſuum, volebant quotidie divinam Euchariſtiam & alia divina ſacrificia ei dare. Quibus ſanctus Pater Comgallus aiebat: A nullo ſacrificium accipiam, donec veniat ad me à Deo miſ-
l ſus *l* S. Fiachra Abbas de provincia Laginenſium. Venitque Angelus Domini ad S. Fiachra, cujus monaſterium eſt juxta flumen Berba in fine Laginenſium, in plebe ſcilicet Huadrona, quod vocatur Airard; & miſit eum ad S. Comgallum, in doloribus multis laborãtem, ut accipiat de manibus ejus Corpus & Sanguinem Chriſti. Cum jam S. Fiachra ad monaſterium Benchor veniſſet, dedit ſtatim Communionem Dominicam beatiſſimo Patri Comgallo. Poſtea Sanctus Fiachra rogavit famulum Dei Comgallum, ut aliquid de reliquiis ejus congruo tempore acciperet: & promiſſum eſt S. Fiachra à diſcipulis Patris Com-

ſacrum viaticum à S. Fiachra præbitum.

galli quod quæſivit. Deinde præſentibus multis ſanctis Patribus, ſanctiſſimus ſenex Comgallus ſpiritu ſancto plenus, feliciſſime ſexto idus Maji, poſt curſũ admirabilis vitæ ſuæ, ſuum emiſit ſpiritum: ſepultuſque eſt cum debito honore in ſuo clariſſimo monaſterio de Benchor, ubi beneficia Dei per eum omni tempore impetrantur ab Altiſſimo. D

obitus 10 Maji.

ſepultura.

34 Tranſacto jam multo tempore poſt obitum ſanctiſſimi Patris Comgalli, ſupradictus S. Fiachra venit ad monaſterium Benchor: & elevatis de ſepulchro honorifice S. Comgalli reliquiis, elegit S. Fiachra brachium S. Comgalli, portavitq; ad fines Laginenſium, ſuam ſcilicet Provinciam. Dum autem iter ageret in regione Laginenſium, pervenit ad arcem cujuſdam Ducis ibi, qui dicebatur Aëdus. Tũc filius ipſius Ducis Aëdi ductus eſt ad S. Fiachra, ut baptizaret eum: aperienſq; jã S. Fiachra *m* ſcetam ſuam, ad ducendum inde librum Baptiſmi, brachium S. Comgalli in aëre ſurſum avolavit. Ibi viri ſancti jejunantes & genua flectentes & orantes longe, tandem venit ad eos de cœlo brachium, & ingrediens terram inter illos nuſquam apparuit inde. Per triduum itaque foderunt terram & non invenerunt. Hoc videns, Dux Aedus illam arcem cum ſuis agris obtulit reliquiis ſancti ac piiſſimi Patris Comgalli in æternum. Ibique jam ſanctus Fiachra Abbas clarum monaſterium in honore noſtri Patroni Comgalli conſtruxit, & in nomine ſanctæ Trinitatis, Patris, & Filii & Spiritus ſancti, cui eſt laus & honor in æternum. Amen.

brachium à S. Fiachra obtentum,

m

miraculo abdit ſe.

E

F

ANNOTATA.

a *Hæc* Cormaco *à S. Fintano fuiſſe prædicta, traditur in hujus Vita à nobis edita* 17 *Februarii cap.* 3.

b Cenſelach *ibidem* Kinſelach, id eſt Auſtralium Lagenenſium,

c *Serinus* Bearna.

d *Idem* aſylo Benchor.

e *Colganus ad Vitam S. Fintani dubitat, num* VII Maji colatur in Achad-Finnich in Lagenia.

f *Vſſerius pag.* 958 *hanc inſulam aſſerit nominatam Plinio* Ricneam, *Ptolemæo* Ricinam, *aliis* Rechream, Raclinam, Raclindam, Rachram, Rachrynem fundatam anno 634.

g Brudæus Rex Pictorum effectus eſt anno 557, qui ad fidem converſus mortuus eſt anno 584. *Ita Vſſerius ex Vltonienſibus Annalibus & aliis.*

h Fiehna Rex in Ultonia, filius Boudani, *dicitur Colgano, notatione* 8 *ad Vitam S. Mochuæ* 28 *Martii*, anno 622 interemptus.

i *Colitur* 7 *Februarii* S. Medanus *ſeu* Meldanus Peronæ ſepultus, *quem Colganus die* 16 *Ianuarii ad Vitam S. Furſæi notat.* 19 *arbitratur hunc eſſe: ſed plures ejuſdem nominis Sancti fuerunt. Aliquis* Middanus, Abbas *ſive* Epiſcopus in Scotia, *refertur ad* 14 *Novembris in Breviario Aberdonenſi, & indicatur annus* 503, *quo floruit aut mortuus eſt.*

k Colmanus, filius *ſeu* diſcipulus S. Comgalli, *traditur à Quatuor Magiſtris in Annalibus*, mortuus anno 620.

l *Varii* Fiachrii *Sancti referuntur in Faſtis Hibernicis* 8 *Februarii*, 2 *Martii*, 25 *Iulii*, 30 *Auguſti*, 4 & 28 *Septembris*, & 11 *Octobris.*

m Sceta, *videtur hic pro* pera *accipi*; *an recte ſcriptum non divino: ſolum video diminutivum* Scatula, *quo Itali pyxidem ſignificant nonnullam originis communitatem præferre: quid ſi à Teutonico* ſchat *id eſt theſaurus?*

DE SANCTO LAVRENTIO

APVD GRÆCOS.

G.H.

X MAII. CElleberrima eſt feſtivitas S. Laurentii Martyris ad diem x Auguſti, æque apud Græcos quam apud Latinos; ut non videatur mirum Sanctis variis variarum gentium in ejuſdem honorem fuiſſe nomẽ illius inditum. Tales duodecim ſuggeruntur in Martyrologio Romano & Catalogo generali Ferrarii; quibus nos plures alios hoc opere noſtro addendos proferimus, præſenti autem die aliquem relatum in MSS. Græcis Menæus, apud Petrum Franciſcum Chiffletium ſervatus, in quibus dolemus ſolum annotari S. Laurentium in pace requieviſſe. Requieviſſe autem à laboribus commutatione felici, indicat ſubjunctum nomini diſtichon:

Συναλλαγὴ ἡις πρὸς Θεὸν Λαυρεντίῳ,
Πόνοις Ἐδὲμ λαβόντι τὴν πορρωπόνην.

Vbi Edem, id eſt, Paradiſus novæ compoſitionis adjectivo πορρωπόνη nuncupatur, tamquam omnem laborem procul habens, compoſitione facta ex πόρρω procul, & πόνος labor: ipſum autem Latine ſic reddas licet:

Commercium eſt Deum inter & Laurentium,
Pretium ut laboris ſit ubi nullus eſt labor.

Et hæc ſuggerimus, ut qui plura de hujus aliorumque ſimilium Actis obtinuerint, ea proferant aut nobis edenda ſubmittant.

DE SANCTA SOLONGIA,

VIRGINE ET MARTYRE APVD BITVRIGES.

G.H.

CIRCA SEC. IX. SAncta Virgo & Martyr Solongia, vulgo S. Soulange, magno concurſu piaque fidelium veneratione colitur apud pagum de ſuo nomine dictum, tribus leucis à Biturica urbe diſitum in Archipresbyteratu Bituricenſi, ubi multis refulſit hactenus miraculis; quæ dictam venerationem celebriorem reddiderunt. *Cultus ſacer.* Verum quod dolendum eſt, nihil extat ab aliquo auctore coævo conſcriptum: ſed, ut ſæpius actum fuiſſe in hoc opere advertimus; ipſa, quam frequentia miraculorum excitavit, peregrinatio vicinorum ad Sanctam, nomen pago indidit: ejuſque Reliquiæ elevatæ & decentioribus fuerunt capſis incluſæ, imagineſque ſculptæ, & officium Eccleſiaſticum ad ejus honorem celebratum. *Acta ex Lectionibus,* Lectiones etiam quæ ad Matutinum recitarentur, compoſitæ fuerunt, ex antiqua incolarum traditione & dictis imaginibus: quas Philippus Labbe, ortu Biturix, inter Vitas & elogia Sanctorum Bituricenſium tomo 2 Novæ bibliothecæ librorum MSS. vulgavit, quaſque etiam deſcriptas ante ſubmiſerat Honoratus Nicquetius, æque ac alter Societatis noſtræ Sacerdos & ſtudiorum noſtrorum circa Acta Sanctorum amantiſſimus. *alia ex Gallico Latine reddita:* Hic olim Rector Collegii Bituricenſis Societatis multum promovit notitiam hujus S. Solongiæ, & acta Gallice ſcripſit, ſæpius ſeorſim Biturigibus recuſa, & Legendariis Sanctorum item Gallice Lugduni impreſſis inſerta: quæ (omiſſa priori parte ex Lectionibus prædictis ſumpta) hic etiam damus Latine reddita à Franciſco Ragenavio, etiam Societatis noſtræ viro erudito, & Biturigibus anno MDCLIX excuſa. Hic Pater ſubmiſit inſuper nobis Odas quatuor, à ſe compoſitas in honorem S. Solongiæ, Bituricum Turris & Patronæ, Virginis & Martyris, miraculis illuſtris, ſtellæ ductu perpetuo ſingularis, Biturigum denique Dominæ & Gubernatricis. Aliud poëma compoſuit Euſtachius Gallier: aliud elogium, inſtar longi epitaphii, ſcripſit Ioannes Pyron, uterque Societatis noſtræ. *confraternitates erectæ.* Verum his omiſſis damus antiquum hymnum cum Antiphona, cujus hodieque uſus eſt in propria Sanctæ eccleſia; ac diploma Alexandri VII Pontificis Maximi, quo ad ejus honorem erecta Confraternitas ſtabilitur, tam in Eccleſia Parochiali illi ſacra, quam in Eccleſia Collegiata Bituricenſi, S. Petri-Puellarum dicta, penes cujus Capitulum eſt Patronatus dictæ Eccleſiæ S. Solongiæ.

C

VITA

Ex lectionibus Eccleſiæ propriæ.

1 SAncta Solongia in Bituria, in vico vocato In-Valle de Villemond, prope civitatem Biturigam, ex honeſtis & Catholicis parentibus extitit oriunda: pulchra facie, ſed pulchrior fide; corpore juvencula, ſed animo cana: Deo timorata, & bonis moribus fœcundata: edocta cum Tobia ab infantia timere Deum, & abſtinere ab omni peccato; portare etiam jugum Domini ab adoleſcentia, cum S. Hieremia, ad ſalutem perpetuam conſiderans eſſe bonum. Dum enim eſſet ætatis ſeptem annorum, quo tempore merito computaretur juvenis, Deo tamen ipſam clementer præveniente in benedictionibus dulcedinis, videbatur in ipſa mentis ſenectus immenſa. Ipſa namque in ætate tenera quibuſdam virtutibus, & gratiæ palam florere conſpiciebatur indiciis, quæ copioſior foret ſuper eam in poſterum divinæ benedictionis gratiâ diffundenda. *In agro Bituricenſi nata,* *pie educata,*

2 Nam cum beata Solongia, infantia ſimpliciter domi fideli parentum cuſtodia jam tranſacta, ad annos pubertatis tranſiiſſet (quo videlicet tempore humani corporis proclivitas, per carnis laſciviam, ad multimoda vitiorum genera ſe ſolet diffundere) nequaquam concupiſcentiæ fræna laxavit: non enim ludebat cum ludentibus, nec cum iis qui in vanitate ambulabant aliquando participem ſe præbebat. Deo namque ſuam pudicitiam ab adoleſcentia commendavit; & ipſum ſolum verum ſponſum eligens, corruptorem ſuæ carnis etiam per conjugalem copulam cognoſcere & recipere non conſenſit. Non enim arbitrabatur conveniens, res momentaneas, tranſitorias, vanas, inutiles & caducas præponi debere veris & æternis divitiis & delectationibus ſempiternis. Propter quod mundam ſemper ſervavit animam ſuam, & non diebus neque noctibus à colloquiis divinis & orationibus ceſſabat, ſuam pudicitiam commendando. F *evitat vitia carnis:* *Deo pudicitiam ſuam commendat.*

3 Et quia Deus in Sanctis ſuis mirabiliter operatur, voluit quod ipſa, quam tantis interius in anima repleverat chariſmatibus gratiarum, exterius per miracula mundo clara colendaque divinæ virtutis teſtimoniis appareret: unde tantam gratiam eſt à Deo mirabiliter conſecuta, quod ad ipſius intuitum *agros ſanat.*

EX OFFIC. PROPRIO

curarentur infirmi. Sicut enim legimus quod ad umbram B. Petri Apoſtoli curabantur infirmi; ſic & iſta Deo dilecta virgo, ſi quemquam in infirmitate poſitum conſpiceret, conteſtim ab omni ægritudine curabatur. Accepit etiam à Jeſu Chriſto, amabili ſponſo ſuo, propter carnis & ſpiritus munditiam, ſuper immundos ſpiritus poteſtatem. Nam dæmones ab obſeſſis corporibus expellebat: & quia obediendo Chriſto ad placitum legem Euangelicam pura mente ſervabat, tamquam foret ad ſtatum primæ innocentiæ reſtituta, creaturæ irrationales eidem tamquam à Deo ſubjectæ obediebant ad nutum; ac ſi Propheta David de ipſa vaticinatione veridica prædixiſſet: Omnia ſubjeciſti ſub pedibus ejus, oves & boves univerſas inſuper [& pecora campi: volucres cæli & piſces maris, qui perambulant ſemitas maris. Quando enim ventis & fulguri imperabat, ſtatim malitiam amittebant. Aves etiam & pecora ſi quæcumque damna in parentum ſuorum & proximorum ſegetibus inferebant, continuo ad ipſius imperium recedebant.

energumenas liberat: imperat elementis & animantibus

4 Igitur virgo Solongia, ætatem moribus prætergrediens, tenebroſam dæmonis fallaciam, caliginoſamque carnis voraginem, necnon mundanarum rerum horrendum chaos ſpiritus claritate cognoſcens; ſplendorem lucis æternæ & ſpeculum ſine macula Jeſum tota mente, fide & dilectione ſecuta; ab ipſo D.N. Jeſu Chriſto, verâ luce micantis ſideris ſplendore fuit viſibiliter honorata. Nam ad ſerenitatem & claritatem animæ ipſius virginis declarandam, miſit ſibi Deus ſtellam quamdam fulgentem & claram, quæ ipſam virginem die ac nocte antecedebat; quatenuſque ad orandum vel pſallendum Domino proceederet, diſponebat. Erat revera condignum, ut Solongia, quæ ſolum Solem juſtitiæ interius gerebat in pectore, ſiderei luminis ſplendore exterius refulgeret in corpore. Audiens ſiquidem filius Principis patriæ, famam virginis Solongiæ, quæ pulchritudine ſapientia & bonitate ſimilem non haberet; cucurrit ad locum anxius animo, cogitans quatenus ipſius conjugio frueretur.

B

illuſtratur ſtella præcedente:

5 Perveniens itaque laſcivus juvenis ad locum, in quo virgo pudiciſſima reſidebat, viſa tanta pulchritudine, amplius igne ardentis libidinis bulliebat. Verum quia cautum erat legibus, ne quis virginibus inferret moleſtiam violenter, cœpit eam ad ſui amorem variis promiſſionibus necnon blandis ſermonibus protinus invitare. Patrem namque ſuum dicebat eſſe Principem patriæ, divitiis potentiſſimum, quarum ſucceſſio ad ipſum, ut dicebat, jure hereditario pertinebat; pulchritudine etiam, nobilitate, ac fortitudine præcellere ceteros ſe jactabat, nec poſſe ſibi ſimilem in provincia inveniri. Promittebat etiam, quod omnium bonorum ſuorum ipſam dominam faceret, ſi voluntati ipſius gratum præberet aſſenſum. Beata vero Solongia in Chriſto firmata, vanas promiſſiones & verba inania, necnon juvenis elatam jactantiam mente firmiſſimâ contemnebat. Ipſa vero in gratia ſancti Spiritus ſolidata & vera ſapientia illuſtrata, horrens juvenis connubia, ſic eum creditur fuiſſe affata: Illi æterno & optimo Domino meo Jeſu Chriſto, qui pulchritudine, ſapientia, virtute, potentia, & omnium bonorum abundantia præcellit omnia, fui ab infantia mea, ſum & ero perpetuo dedicata, propterea ipſi ſoli ſervo fidem, qui me per ſuam gratiam deponſavit.

oblatas nuptias præcipui juvenis ſpernit.

C

vi rapta,

6 Cumque virgo ſancta talia juveni reſpondiſſet, ipſius connubia parvipendens, in amore Chriſti conſtantiſſime radicata; juvenis flagitioſo deceptus amore, ad inferendam moleſtiam & violentiam virgini ſe convertit. Volens itaque leno ſacrilegus ſponſam Chriſti rapere, & theſaurum pretioſiſſimum virginitatis violenter auferre, virgo Chriſti fugæ quærens præſidium declinavit à loco. Tandem inſequitur prædo ſævus, captamque rapit velociter, ſuper equum aſcendit; ipſam vero ſuper collum equi antepoſuit, & curſu velociſſimo fugiens deferebat. Tunc virgo ſancta, ſe videns inter duo diſcrimina conſtitutam (velut altera ſancta Suſanna, cui vel caſtitatis diſpendium, vel mortis periculum imminebat) plus elegit per martyrium incidere in manus hominis; quam virginitatis amiſſo lilio derelinquere legem Dei ſui. Quare de manibus lupi rapacis exſiliens, juxta fontem in tranſitu rivuli equo lapſa ſponte cecidit in Gravella. Tunc inſanus ille juvenis, videns ſe à Chriſti virgine vilipenſum, amorem mutat in odium, matrimonium in homicidium; & ſævus corde, manu ſævior, arrepto gladio caput virginis amputavit.

D

ex equo deſilit.

capite amputato obit Martyr.

7 Decollata virgo ſanctiſſima terram tenebrarum & miſeriæ, pro terra remiſſionis & æternæ gloriæ martyrii titulo, felici commercio commutavit. Equidem Jeſus Chriſtus convenienter judicavit, quod illa quæ in convalle hujus miſeriæ lilio convallium reſplenduerat venuſtate pudoris, in montibus æterni luminis flore campi per palmam martyrii redoleret: & quia dilectus fidelis Jeſus Chriſtus, tamquam botrus Cypri, inter mentis ipſius ubera, per gratiæ dulcedinem invitatus, felici quiete pauſaverat; veluti myrrhæ faſciculus per mortis amaritudinem ipſam, per glorioſa miracula evidenter faceret redolere: nam & caput ipſius truncatum à corpore ter Jeſum Chriſtum meruit nominare. O vere digna anima quæ veri botri dulcedinem intra tui cordis vaſculum integro corporis dono per totam vitam ſervaveras, calcato torculari per paſſionis martyrium, ruptoque corporei vaſis ſpiraculo, odorem tanti nominis non potuiſti aliquatenus continere: Vere B. Magdalenæ ſpirituale ſecuta veſtigium, quæ fracto alabaſtro pretioſiſſimum unguentum effudit ſuper caput Domini, & domus impleta eſt ex odore unguenti. Nempe, Virgo ſanctiſſima, fracto per paſſionem tui pretioſi corporis alabaſtro, nardus tui nominis, dum eſſet Rex in accubitu ſuo, dedit ſuavitatem odoris, quo univerſa domus Eccleſiæ odoriferis gratiarum muneribus eſt impleta.

E

& ter Jeſum Chriſtum nominat:

8 Igitur felix Solongia ad laudem Dei de ſeipſa duplex in vitæ ſuæ veſpera obtulit holocauſtum, corpus videlicet per ſalutarem victimam paſſionis exterius in atrio devote ſacrificans, & animum per ferventiſſimam caritatem in templo interius per continuum orationis ſtudium offerens thymiama. Dedit enim caput corporis pro Chriſto capite fidelium animarum. Dum enim truculentus carnifex caput virginis amputaſſet, ipſa caput ſuum propriis ſumens in manibus, à loco, in quo decollata fuerat, uſque ad locum, in quo Dei providentia & ſua electione honorifice requieſcit, ductu Angelico mirabiliter deportavit; in quo loco à fidelibus perſonis Deum timentibus fuit honorifice tradita ſepulturæ. Ibidem enim proceſſu temporis, favente Chriſti clementia & fidelium devotione juvante, in ipſius nomine fabricata eſt eccleſia, quæ uſque hodie à S. Solongia per totam Bituriam nuncupatur.

F

habet ſibi eccleſiam dicatam:

9 Quam vero hæc virgo glorioſa in vita eximiæ ſanctitatis extiterit, poſt ejus tranſitum multis miraculorum prodigiis ſupernæ Bonitatis magnificentia dignanter oſtendit; dum ad ejus invocationem & merita, ſi tamen petentium fides & devotio ſuffragetur, omnipotentis Dei virtus cæcis viſum, ſurdis auditum, mutis verbum, claudis greſſum, ac paralyticis ſenſum reſtauravit & aridis, inſuper confractis & ruptis ſalutem integram reddidit; incluſos carceribus potenter eripuit, ex obſeſſis corporibus dæmo-

claret miraculis:

A dæmones effugavit. Tranſiit autem B. Solongia in pago Biturico, ab urbe Biturica milliario fere ſeptimo, truculenti homicidæ decollata gladio, propter cuſtodiam caſtitatis. Cœpit autem virgo ſanctiſſima continuo, ut dictum eſt, multis & magnis coruſcare miraculis, ut ſublimitas ſanctitatis ejus, Dominicæ faciei ſuperradiante reſpectu, quæ vivens in carne per exempla perfectæ juſtitiæ innotuerat mundo, ipſa jam regnante cum Chriſto, ad omnem fidei firmitatem per miracula Divinæ potentiæ comprobaretur in cælo. Innumera quoque in diverſis partibus ipſius meritis exuberare non ceſſant beneficia Dei, ſicut experiuntur frequenter incolæ regionis illius, qui in ſuis adverſitatibus, periculis, & neceſſitatibus, per Beatiſſimam virginem Solongiam fideliter invocatam, ſe ſentiunt exauditos, præſtante Domino noſtro Jeſu Chriſti, qui cum Patre & Spiritu ſancto regnat in ſecula. Amen.

ALIA VITA

Ex Gallico Latine reddita.

CAPUT I.

Acta in vita, martyrium, ſepultura.

Unde hæc hiſtoria hauſta.

1 HIſtoria vitæ illuſtriſque martyrii S. Solangiæ (nunc uſus obtinuit ut Solangia diceretur) eruta eſt, partim ex Lectionibus ſolennis & vetuſtiſſimi ejus Officii, quod in propria ejus Eccleſia recitatur, in oppido Biturigibus vicino, cui ſanctæ illius Virginis & Martyris nomen eſt inditum; urbe quondam, ut ex quamplurimis veteribus monumentis antiquiſque veſtigiis hodieque conſtat, unaque adeo ex urbibus viginti, quas in Bituricenſi provincia, ut Julium Cæſarem commeatu & pabulatione prohiberet, uno die Vercingentorix incendit; partim ex incolarum obſervatione, conſtantique plurimorum ſeculorum famâ ac fide rerum, quæ geſtæ ſunt, & miraculorum, quæ patrata ſunt, Virginis ac Martyris illius interventu, in illis ipſis locis, in quibus res, quas hic narrare aggredimur, contigerunt.

Nata patre vinitore

2 Nata eſt S. Solangia Villemontii oppido, ſexto ab urbe Bituricenſi, ſeptimove milliari, Chriſtianis parentibus, vinitore patre: utque erat inſigni corporis ad aſpectum ſpecie formaque liberali, ſic & eximia animi venuſtate coram Deo; eo quod curæ fuerat ejus parentibus illam Chriſtianis præceptis erudire, & ad omnem pietatem informare; odium illi immortale peccati mortalis inſpirando, alteque in intimis ejus præcordiis imprimendo, eorumque omnium caſtum timorem atque horrorem, quæ vel leviſſime, oculos Divinæ majeſtatis offenderent. Tam ſancta inſtitutio puerilis, animum ejus innocentiſſimum, à teneris unguiculis, ad gratiarum illapſus toto pectore hauriendos, mirum quantum quamque ſuaviter efficaciterque diſpoſuit, & ad cæleſtes ſatus accipiendos mirifice mollivit ac ſubegit, quos in ejus ſinum Divina bonitas ac munificentia, large ac liberaliter effudit.

C

educatur in timore Dei:

ſeptennis Chriſtum ſponſum elegit:

3 Ergo jam inde ab anno ætatis ſeptimo, tenerè Jeſum Chriſtum amare ardenterque cœpit, ejuſque nomen ſanctiſſimum crebro uſurpare, & cum pietatis ſenſu pronuntiare; ſic ut jam tum cordi inſculptum atque alte impreſſum circumferre videretur. Jeſum ſibi ſponſum id ætatis puella delegit, ſuamque illi virginitatem conſecravit, quam & eidem diu noctuque commendabat, ut Regi, ſponſoque virginum, qui puritatem ab illis Angelicam exigit ſic, tamquam nihil illis cum corpore, quo veſtiuntur, eſſet commercii. Amo Chriſtum, inquiebat, iiſdem aut proxime ſimilibus verbis, quibus olim beata Agnes, ſimili certe pietatis affectu, cujus Mater virgo eſt: cujus Pater feminam neſcit: quem cum amavero, caſta ſum; cum tetigero, munda ſum; cum accepero, virgo ſum. EXGAL-LICO.

in campo nunc S. Solangiæ dicto,

4 Ibat ſæpe ſanctiſſima puella Villemontio (ex oppido nimirum domicilii ſui, quod ubi fuit nunc pratum eſt, & Gallice dicitur, Le Pré-verdier) in locum, non longe quidem, ſed ſatis tamen ab arbitris remotum, ſilveſtrem & incultum, qui nunc quoque viſitur, & S. Solangiæ campus appellatur: in quo, ad rei ſanctæque Martyris memoriam lignea Crux erecta ſtat; cujus etiamnum aſſulas, febrium remedium, populus fidelis exportat. Campum, inquam, illum puella integerrima frequentabat, & quidquid ipſi temporis ab neceſſaria, quam numquam deponebat, gregis, quem eo ad paſtum deducebat, curâ cuſtodiaque ſupererat, id totum aſſiduis precibus & familiaribus cum Deo colloquiis conſumebat. Semita, quam terebat, cæleſtibus ſponſi lactanda & ſaginanda deliciis, lata quantum ſatis eſt carpenti rotis, hodieque in novalibus intonſis, quomodo via lactea in cælis, obſervatur: & ut iſta diſtinguitur crebris ſtipatiſque ſideribus; ſic illa ſegete denſiore, vegetiore, & dimidio pede quam in vicinis agris altiore dignoſcitur. Senſit illam locus iſte orationis ſæpiſſime, ſic ad Chriſti Jeſu in cruce expirantis contemplationem animatam, ut ſe illi totam in holocauſtum offerret, ſeque ejus amori penitus conſecraret.

ubi ſolita orare.

E

ſemita etiamnum magis fruſtra.

5 Nec ſponſæ integerrimæ ſuaviſſimus Sponſus deerat: ſed ut eam jam tum hominibus illuſtrem ſpectabilemque redderet, pretioſa illi viciſſim dona conferebat, quam noverat præter ſuam Sponſi gloriam aliud nihil aut ſpectare aut ſpirare. Quo fiebat ut ex obſeſſis poſſeſſiſque corporibus ſpurciſſimos dæmones, virgo integerrima fugaret: ut, quomodo S. Petrus umbra, ſic illa ſolo aſpectu ſanaret ægros: ut denique ventos & tempeſtates aut averteret aut ſedaret ſic, tamquam elementa ſine ſenſu vocem ejus imperiumque ſentirent. Noxias præterea volucres ab agrorum depopulatione, ſolo nutu voluntatis, arcebat: &, quæ Dei mandatis fideliter obſequendo, primorum generis humani parentum innocentiam revexerat, moribuſque caſtiſſimis repræſentabat, eorum quoque privilegiis fruebatur. Si quando ſeſe ex ejus ovibus aliqua ſegregabat, ut pro conceſſis paſcuis fruges vetitas attingeret furtimque carperet, privatorumque adeo ſegetes depaſceretur; eam, non præcipiti curſu, non immoderato clamore, non intentato pedo, non immiſſis canibus injectiſve glebis, ut paſtores ſolent, coërcebat: ſed ſine iracundia, ſine vi, ſine contumelia, ſuaviter & ſola dumtaxat ac tacita ſuæ voluntatis ſignificatione, ut mos eſt Angelis loqui, ab alieno pabulamento furtoque revocabat. Nec minus eſt illud aut admirabile aut inuſitatum, quod ad ſerenitatem & claritatem ejus animæ declarandam, ſimul & teſtificandum, quam ſibi in ea complaceret: ſtellam illi Dominus Jeſus Chriſtus fulgentem claramque conceſſerat, quæ illam viſibiliter diu noctuque præcederet, & in terras delapſa, ad cæleſtem cum ipſo converſationem familiaremque congreſſum diſponeret, ſurſumque modo ad pſalmodiam, modo ad orationem, quæ mente fit, cor ejus puriſſimum è terris evocaret: ut ſi, quæ Chriſtum juſtitiæ ſolem aſſidue meditabatur & quærebat, ancilla eadem & Regina, Regum æquans animos, humaniſque rebus amoribuſque ſuperior; ad dilectum ſuum, ut tres olim ab Oriente Reges, niſi ſtellæ ductu ambitio-

miracula facit:

illuſtratur ſtella præcedente:

EX OFFIC. PROPRIO

ambitioſoque famulatu, ſatis magnifice pervenire non poſſet.

6 Famâ pulchritudinis ejus excitus, Biturigum Comitis ſeu Dynaſtæ filius, quem Officii Lectiones Principis patriæ filium vocant, curioſitate ductus, ſeu verius amore captus, per ſpeciem venationis Villemontium devenit: invenitque in loco, quem modo dixi, orationis, paſtoritio cultu ac ſimplicitate puellam, quam quærebat, orantem. Ut vidit, ut periit. Adoleſcens ſubito virginis amore inflammatus, ſtatim ex equo exſcendere, comiter illam ac peramanter ſalutare, blandis ſermonibus alloqui, ſuum illi amorem, ægre primum, ſubvercunde ac difficulter, ſed candide tandem aperire, utroque confiteri, dominam illam appellare, ſe ſervum ejus humillimum profiteri, Quid multa? ne fraudem ab amatore ſuſpicaretur, aut vim metueret à Principe, ſerio & ex animo de legitimis nuptiis inferre ſermonem, amorem ſuum conteſtari, offerre genialis lecti conſortium, oblatam ex humili ſummam fortunam commendare; jactare pulchritudinem, nobilitatem, fortitudinem ſuam; quibus animi, corporis, naturæque dotibus ceteris omnibus totius Provinciæ præcelleret: largas opes oſtentare, quibus abundaret; paternum Principatum cum ipſa, jure conjugii communicandum proponere, quem hereditario jure ipſe ſperaret, unaque vitæ ſpondere delicias, aulæque gratiam polliceri; nihil deniq; blanditiarum omittere, nihil prætermittere officiorum, quibus virginis animum emollire, ſibi demereri, & ad ſui amorem poſſet inflectere. Ad vocem illa nuptiarum, à quibus toto pectore abhorrebat, primum ut in re inſperata expavit, tum etiam exhorruit: & ne quid ſimile aut proponeret aut ſperaret unquam, è veſtigio, vultu ad ſeveritatem compoſito, reſpondit: Ab infantiâ me totam Deo conſecravi: ſponſum mihi Chriſtum Jeſum & Dominum delegi: delegi, nec ullum unquam alium amatorem admittam: nulli ſunt mihi ceteri præ illo, qui propter me homo factus ex Virgine, ad calamitates humanas ærumnaſque noſtras deſcendere non eſt dedignatus, quas una cum naturâ noſtrâ aſſumpſit.

à nobiliore juvene

oblatas nuptias

B *generoſe rejicit.*

7 Ad haſtam ſeveras voces, tamque inexpectatam repulſam, ab humilis præſertim fortunæ puellâ, quâ ſummam hujus vitæ felicitatem, (quam aliæ negatam tam cupide ambiunt, oblatam tam avide complectuntur) hæc tam præciſe, tam conſtanter rigideque reſpueret; ſtupere primum juvenis & admirari: urgere deinde adoleſcens amens amore, tum furere Princeps, vim puellæ intentare ac velle inferre; denique fugere famula Dei, Dynaſta inſequi, & curſu vir puellam facile prævertere; ſiſtere fugientem, reluctantem comprehendere, ac tandem equi collo tranſverſam imponere. Illa vix ſexcentis, à loco ubi comprehenſa fuerat, paſſibus è manibus raptoris elabitur, atque in exigui rivi tranſitu, aut (ut modo apparet) in tranſcurſu potius perexigui ſinus æſtuantis exundantiſque fluvii, cui Gallice nomen Grauelle, ſeſe ex equo raptim impetu ſaltuque dejicit. Fremere improbus & frendere Princeps, elapſâ prædâ deluſus & contemptus, atque (ut erat præferocis ac præcipitis ingenii, crudelis indolis, præfervidæ atque impotentis iræ) amorem in odium, ſanam mentem in inſaniam, rationem in rabiem furoremque convertere; ſtringere enſem de ſubito, & puellæ innocentiſſimæ ac virgini integerrimæ caput amputare. Illa ſtans, ut erat cum vulnus accepit, & exſectum caput manibus ſuſtinens, ter clarâ voce Nomen Jeſu pronuntiavit; eoque teſtata eſt, ſe, non minus mortuam quam vivam, totam eſſe Chriſti Jeſu, in omne tempus, omnemque adeo æternitatem. Quodque mirandum eſt magis, Martyr, ſuo funeri ſuperſtes & parentans ſibi, præciſum caput ſuum in templum divi Martini, quod vulgo du Cros dicebatur, ductu Angelico mirabiliter deportavit, ſibique ipſa ſepulcrum delegit. Templum vero illud, tantæ Virginis ſepulcro, tantoque miraculo nobilitatum, reſtauratum primum ac refectum, magna deinceps acceſſione amplificatum eſt.

C *raptoriſque elapſa manibus.*

truncatur capite.

D *in templo S. Martini ſepelitur*

8 Quis jam miracula perſequatur, quæ inibi patrata ſunt? Cæci viſum, claudi inceſſum, ſurdi auditum, paralytici ſenſum, aridi ægrique ceteri ſanitatem recepere, uſumque membrorum. Auditi ſunt ibidem concentus Angelici, tantaque fuit rerum mirabilium frequentia, ut S. Martini templum, tam ſacri depoſiti cuſtodia auctum atque exornatum, tantisque miraculis illuſtratum, quin etiam oppidum Sanctæ-Solangiæ nomen acceperit, hodieque ſervet: quomodo & ob ſimilem miraculorum celebritatem, ſexcenta alia nomen item priſtinum mutavere, ut ejus ſibi nomen aſſumerent, cujus miraculorum ſplendor populos ad ſe concitaret: ut contigit Pariſiis templo S. Vincentii Martyris & templo ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli: Biturigibus, (ut cetera prætermittam) templo eorumdem Apoſtolorum & Beatæ Virginis à Navi: quorum primum jam ignotum eſt præterquam ſub nomine S. Germani à Pratis, alterum ſub nomine S. Genovefæ; tertium ſub nomine S. Ambroſii, quartum denique ſub nomine S. Sulpitii.

nunc S. Solangia dicta.

E

CAPUT II.

Reliquiarum tranſlationes etiam in ſupplicationibus. Pluvia impetrata. Cultus ſacer.

Reliquiæ includuntur capſæ lignæ.

9 POſtquam diu in vulgari ſepulcro quieviſſent ſacræ S. Solangiæ reliquiæ, capſula deinde lignea paulo honorificentius ſunt incluſæ. Verum loci incolæ, peregrinorum undequaque ad ſanctæ Virginis ſepulcrum confluentium multitudine permoti, capſam æris Corinthii deaurati fieri curarunt, & à Domino Joanne de Villiers, tum Reverendiſſimi Archiepiſcopi Bituricenſis *a* Michaëlis de Bucy Vicario generali, impetrarunt, ut in novam illam, decentioremque capſam Corpus Virginis & Martyris & oſſa pretioſa tranſferrentur: id quod ab admodum Reverendo Domino *b* Dionyſio de Bar, olim ſancti Papuli Volcarum Epiſcopo, ſolenniter perfectum eſt, ut conſtat ex litteris ad eum datis ab eodem Vicario generali; quibus etiam conceſſit quadraginta dierum Indulgentiam, tum iis qui tranſlationi intereſſent, tum iis maxime qui ſuis facultatibus tam ſanctum opus promoviſſent. Nec prætermittendum hoc loco eſt, id quod plurimum facit ad hujus hiſtoriæ illuſtrationem juxta ac confirmationem, capſam illam, ſex æris Corinthii laminis deauratis affabre elaboratis circumtectam, in quibus exprimuntur ad vivum, Dynaſtæ filius raptor Virginis, Virgo in ejus equum impoſita; eadem ex equo deſiliens; poſt truncato capite, caputque ſuum præferens, poſtremo animæ ejus apotheoſis & in cælum deportatio miniſterio Angelorum.

dein aneâ deaurata.

a

b

F *cui in ſculptum martyrium.*

Eadem à Calviniſtarum rabie præſervata.

10 Mirum eſt hanc capſam ad nos integram perveniſſe, cum hæreſis ſuperiori ſeculo, tam obfirmata improbitate tamque ſacrilega impietate, Sanctorum Reliquias impugnarit, diſperſerit, everterit, quas nobis & antiquitas tam ſtudioſe ſervaverat, & Patrum pietas tam pretioſis donariis exornarat, & fidelium veneratio tantopere commendarat. Urbes hujus regni munitiſſimæ ac celeberrimæ, nec tueri potuerunt, nec à communi incendio eripere ſanctorum Corpora, quæ illis, ut quondam Antiochiæ corpus *c* S. Simeonis Stylitæ, murus erant & propugnaculum.

c

Lugdu-

A de Lugdunum SS. Irenæum & Bonaventuram amiſit: Cæſarodunum SS. Martinum & *d* Franciſcum de Paula: Avaricum Biturigum B. *e* Joannam Reginam olim Franciæ, & B. Maſſæum, unum ex duodecim primis Sancti Franciſci Aſſiſinatis ſociis: Vienna Auſtriaca, ſpoliata eſt ſacris Sanctorum lipſanis, quibus Metropolitanæ ejus eccleſiæ chorus ſancte coronabatur. Prætermitto Genabum urbeſque conſimiles, quæ patem jacturam paſſæ ſunt: & tamen in tam generali incendio, quo res ſanctiſſimæ, tanta cuſtodia, tam diu, tam ſtudioſe aſſervatæ conflagrarunt; exiguum S. Solangiæ oppidum, indefenſum, nullo murorum circuitu, undequaque raptoribus pervium, diu noctuque patens, in campeſtri planitie, & quod caput eſt, ſub potentiſſimorum Dynaſtarum hæreticorum, qui peſtem illam Galliæ importabant, clientelari dominatu, ſuum illum theſaurum intactum hodieque, illibatumque ſervat, tam multis aliis direptis, expilatis, malleo confractis, liquatis & in monetam cuſis, projectis, combuſtis & in cineres redactis Sanctorum oſſibus, & in ventos diſſipatis.

qua tempore ſiccitatis B 11 Siccitatis tempore, Bituriges urbiumque circum vicinarum oppidorumque incolæ ad S. Solangiam recurrunt: vixque obſervatum eſt, Patronam potentiſſimam, maximeque apud Deum gratioſam, fruſtra invocatam. Apparatus autem ſupplicationis, quod ad Bituriges attinet, eſt hujuſmodi. Ruſticani duo, ex ipſo S. Solangiæ oppido delecti, capſæ humeros ſubjicientes, floreis ad brachia ſertis & coronis, nudo capite, nudis pedibus, totum iter conficiunt: quos comitantur ſeque illis ex condicto adjungunt vicini, cum ſuis vexillis ac crucibus. S. Privati Parochus primus in ipſo ſuburbio ſacras Reliquias excipit: Præfectus urbis & Conſules Quatuor-viri, magnis facibus ardentibus, extra pomœrium; S. Stephani Clerus, unaque Prætor Urbanus cum ſuo Senatu intra pomœrium occurrunt, & ad Metropolitanum S. Stephani templum honorifice ac religioſe deducunt: tum poſt aliquas inibi preces itur in ædem ſacram B. Virginis, quam vocant de Salis, ibique Miſſa ſolenniter celebratur de B. Virgine Dei Genitrice. Templum autem iſtud de Salis omnium eſt auguſtiſſimum, & religione antiquiſſimum, à Sancto nimirum Urſino extructum, in ipſo loco, in quo primus ille Biturigum Apoſtolus (quem viri doctiſſimi merito fuiſſe exiſtimant *f* Nathanaëlem, verum illum ſine dolo Iſraëlitam, C Chriſti Domini tantopere ore laudatum) in urbe tum Galliarum primaria, Euangelicæ prædicationi dedit initium. Sub ejus Miſſæ finem ruſticani duo, qui collum ſacris Reliquiis ſuppoſuerunt, Chriſti corpus accipiunt. Fuit illud tempus cum etiam jejunium triduanum præmittebant (nunc pervigilio contenti) & ſane merito: nam ſanctitatem Virgo non poſtulare modo videtur, ſed & flagitare atque omnino & ſevere exigere ab iis, à quibus ſe deferri ſinit. Paucis ab hinc annis (res eſt omnibus nota) viri duo nequam, vitæ contaminatæ & ob depravatos mores famoſi, nullis unquam viribus ſacras Virginis Reliquias ex templi atrio movere potuerunt. Anno MDCXXXI ex oppidanis duobus ſacro feretro portando deputatis, unus in reditu ſupplicationis ad pagum vicinum, cui nomen Paracy, cum ex occaſione neſcio qua, ſubito motu æſtuque efferveſcentis iracundiæ, non ſine publico ſcandalo circumſtantium, dejeraſſet; è veſtigio pœnam peccati ſenſit in omnium conſpectu, uno ex longuriis ſeu ſacri feretri brachiis depreſſo, & graviter ejus humerum premente, ſurſum in aërem ſublato altero: cum interea ſocius innoxius, qui feretro eidem ſuccollabat, nihil incommodi ſentiret. Id quod fuit om-

à ſupplicationibus circumferuntur,

pompâ ac religione ſingulari;

immobilis eſt ſi nefarii portitores.

nibus tam perſpicuum, ut Sacerdos ipſe qui vices Parochi obibat, arbitratus ruiturum feretrum niſi ſuccurreretur; in lapſum inclinanti ſe ſacro oneri ſuppoſuerit, quo illud ſuſtineret, & ruinæ, quæ proxima videbatur, occurreret. Tandem dejerator ille, miraculo admonitus, cognito peccato, & venia ex animo atque ex intimo corde à Deo petita, quod reliquum erat itineris, ea facilitate decurrit, qua cœperat innocens. Sed ut ad inſtitutum revertar; expletis omnibus, quas modo commemoravi, ceremoniis, capſa ad S. Privati refertur: inde ad S. Solangiæ reportatur unde exportata fuerat, præſente ſemper loci Parocho, & ſacram ducente pompam. EX GALLICO.

12 Ceterum iſta ſupplicatio numquam niſi porta Gordonica ingreditur, qui modo locus trivium eſt forumque percelebre, in quo porta urbis erat olim, qua iter erat Sancetram, tum Caſtrum Gordonicum, ut nunc Sancerram, *g* quaſi Sacrum-Cereris, dictam, quod Cereri dicata & conſecrata eſſet, quam terræ Deam antiqui exiſtimaverunt, unde & urbs typicum habet ſcutum; Occam auream argentea vitta conſtrictam; in campo ut vocant coccineo quondam, nunc cæruleo ſive cyaneo. In eum ergo locum, ut in trivium forumque rerum venalium, ut dixi, celeberrimum, confluit ut plurimum plebeiorum copioſa multitudo, acciditque anno MDCXXXV, VI Maji, ut in conferta populi turba, Calviniſta neſcio quis, cum frequens populus ſupplicationem proſequeretur, paſſimque more inſtitutoque majorum comprecantium vocibus compita perſonarent; S. Solangia ora pro nobis (ſiccitas erat pro tempeſtate maxima, eamque ob cauſam S. Solangiæ capſa, ſolenni ritu & uſitata pompa, deferebatur) Quorſum, inquit iſte, & cui bono capſa iſthæc deportatur? propterea, credo, cæli cataractæ patebunt, quod illa tota urbe circumferatur! Verum blaſphemi hujus brevi Deus occluſit os, impudens juxta atque impium. Statim enim à primo Miſſæ principio ad Sanguinis Chriſti conſecrationem & adorationem, effuſus imber ex nubibus, perſpicue declaravit, quàm eſſet præſens & efficax S. Solangiæ patrocinium, ad pluviam impetrandam. Anno deinde MDCXXXVII, hoc eſt duobus poſt annis, ob ſimilem neceſſitatem delatæ ſunt S. Solangiæ Reliquiæ. Proceſſerunt obviam S. Stephani Clerus urbiſque Præfectus ad S. Lazari: toto ſacrificii tempore, quod ex more oblatum eſt in templo de Salis, decidit copioſus imber; & annis deinceps conſequentibus, quoties præceſſit ſupplicatio, toties imbres ſunt ſecuti, ipſoque adeo hoc anno MDCLVIII, quo hæc ſcribo. g

an. 1635 ad Calviniſta ſubmovendam blaſphemiam R

imber effuſus decidit;

iterum an. 1637.

F *& ſæpius uſque ad an. 1658.*

13 Tot tantiſque & tam crebris beneficiis præventi provocatique Bituriges, ſuarum eſſe partium exiſtimaverunt, gratitudinis ſuæ publicum extare teſtimonium æternumque monumentum: quem ad finem, collatitia pecunia perfectam, magnificam ſane pretioſamque capſam argenteam, benefactrici ſuæ anno MDCLVII obtulerunt, qua prior æris, ut dictum eſt, Corinthii includitur: quæ ut primum Biturigas delata eſt, ſequente pompam innumerabili populi multitudine, ſtatim à ſupplicatione nubes, cæleſtium aquarum receptacula, largiſſimis effuſis imbribus, ſitientes terras, in ſumma ariditate camporum, late irrigarunt. Adeo in invocantes benefica eſt S. Solangia. Quæ quamvis non ſemper pari celeritate reſpondeat implorantium votis; perſtat nihilominus in antiqua poſſeſſione ſatisfaciendi ſerius ocius eorum piæ expectationi juſtiſque deſideriis, imbres ſuis temporibus procurando, temperandæ & emolliendæ agrorum ſiccitati. Nec his dumtaxat terminis ac cancellis patrocinium ſuum circumſcribit: exaudit generatim invocantes omnes, pro peſte

poſt argenteâ capſam factam an. 1657.

EX GALLICO.

extirpanda, morbis averruncandis, ceteriſque publicis æque ac privatis calamitatibus avertendis, ut Bituriges propriis experimentis proxime didicerunt annis ſuperioribus.

colitur 10 Maji, & feria 2 Pentecoſtes,

14 Feſtum S.Solangiæ celebratur decima Maji, die nimirum ejus martyrii; præterea feria ſecunda Pentecoſtes, die tranſlationis Reliquiarum ſimul & dedicationis templi: quibus diebus populus ad tria, quatuor, quinque nonnunquam millia ſupplicationem proſequitur, ad locum, quem olim precibus ſuis nobilitavit: qui vulgo campus S.Solangiæ, ut jam ſupra monuimus, nuncupatur, in quo erecta Crux eſt. Atque ut tantam populi multitudinem via regia capere non poteſt; ita fit ut promiſcua turba conculcet ac proterat obvias novales, pro anni tempeſtate florentes, tritico non modo in culmum adoleſcente, ſed & culmo ſe in fructum induente, granoque è vagina erumpente: mirumque omnino eſt, ſic protritas novales nihil inde capere detrimenti, culmoſque biduo ſic vegetos rectoſque relurgere, ac ſi nemo illos hominum proculcaſſet. Cujus miraculi jam omnium ore celebrati anno MDCXXXVII teſtis oculatus eſſe voluit Henricus Borbonius ſecundus, Princeps Condæus, tum Biturigibus agens. Supplicatio, quæ S.Solangiæ capſam, Biturigibus ex condicto ad S.Solangiæ oppidum ad hoc ipſum profecta, Kal. Iunii feria poſt Pentecoſten ſecunda Biturigas deportavit (incidebat eo anno feſtum Pentecoſtes in XXXI Maji) fuit quatuor aut quinque millium, ſuſcepta hortatore R. P. Andrea Builengero Auguſtiniano; cui proclive fuit populum Bituricenſem ad illud erga S.Solangiam officium pietatis impellere, cum popularem ejus eloquentiam vimque plebem concitandi incredibilem inſuper imbrium raritas adjuvaret, anno culpante ſidera agros torrentia; nec tantum nihil colligendi metus urgeret, ſed jam prope adeſſet meſſis deſperatio. Vidit ergo Illuſtriſſimus Protoprinceps, & cum admiratione vidit, effectum illum divinæ bonitatis, in gratiam generalis Biturigum Patronæ.

cum ſupplicatione publica

abſque detrimento novalium.

uti coram vidit Princeps Condæus anno 1637.

B

5 Nec hoc miraculum novum eſt, aut à paucis dumtaxat annis obſervatum. Nam in antiquis annalium monumentis reperitur, in ſimili ſupplicatione, cum S.Solangiæ capſa in locum, quem dixi, deferretur, populuſque ex more per Judæi cujuſdam campum cannabe conſitum tranſire vellet; Judæum obſtitiſſe, tranſitum pernegaſſe, ſeque ad vim, ſi inferretur, repellendam comparaſſe: Parochum populum ſubmoviſſe, aliaque via ſupplicationem deduxiſſe. Sed, Deo Judæi facinus publicum vindicante, ſtatim rorem exiguum in Judæi cannabim decidiſſe, ſoliſque radiis ſic tamquam uredine percuſſam, repente totam exaruiſſe: cum contra, novales, late circum protritæ, vegetiores lætioreſque conſurrexiſſent. Hoc miraculum, inquam, non poteſt eſſe niſi antiquiſſimum, cum Judæi ex Gallia non fuerint exacti primum, ante annum MCXC; cumque, interjectis octo annis, poſtliminio rediiſſent; non in perpetuum exularint, ante annum MCCCXXIII: ex quo efficitur, à multis retro annis S. Solangiam novalium proculcatarum, ab iis qui ſolennibus eam ſupplicationibus venerarentur, procurationem ſuſcepiſſe.

ita olim Judæi tranſitum prohibentis,

C

cannabis exemit.

ANNOTATA.

a Michael de Buey *electus anno* 1505, *mortuus* 1511.

b Dionyſius de Bar *ex nobili Bituricenſi* Epiſcopus S.Papuli *factus anno* 1468, *ſed tranſlatus anno* 1471 *ad Eccleſiam Tutellenſem*, *recepit iterum Sedem S.Papuli an.* 1495, *mortuus an.* 1517.

c *Acta hujus varia illuſtravimus ad diem 5 Ianuarii.*

d *Quomodo* S. Franciſci de Paula *corpus ab Hugonottis fuerit combuſtum*, *& Reliquiæ aliquæ ſervatæ, deduximus 2 Aprilis ad ejus Vitam pag. 221 & ſequenti. De aliis ſuo tempore agendum erit.*

e *Acta* B. Joannæ *dedimus 4 Februarii, in quibus cap. 4 refertur rabies Calviniſtarum, ejus corpus comburentium.*

f *De hac opinione agendum erit ad ejus Vitam 9 Novembris, uti etiam ad Vitam S. Bartholomæi Apoſtoli 25 Auguſti: quod alii hunc, alii S.Simonem aut alium cenſeant* Nathanaëlem *fuiſſe.*

g *Quis credat nomen loci quod abolito veteri diu poſt S. Solangiæ ætatem ſucceſſit, nomen accepiſſe à profanæ ſuperſtitionis ritu? Scuta etiam iſtiuſmodi paucis ſeculis non eſſe antiquiora ſatis conſtat: veroſimiliorem igitur nominis etymologiam Sancerrani requirant oportet.*

D

CAPUT III.

Picturarum modus. Tempus & auctor martyrii, & comparatio cum S. Genovefa.

16 PIngitur ut plurimum S. Solangia, *a* caput ſuum ſuſtinens: quomodo & S. Dionyſius *b* Galliarum Apoſtolus: S. Nicaſius Rhotomagenſis Antiſtes à S. Dionyſio deſignatus: Magnus ille Manlius Severinus Boëthius Romanus idem & Senator & Conſul, quem Theodoricus Italiæ Rex capite truncari juſſit anno DXXV: quomodo & *c* S. Deſiderius Epiſcopus Lingonenſis: Sanctus denique Juſtus, Altiſſiodorenſis, Martyr novennis, Bellovacenſium Patronus. Alias repræſentatur ut Virgo & Martyr, dextera enſem, ſiniſtra palmam præferens.

a

b

pingitur caput ſuſtinens,

c

aut cum enſe & palma,

17 Quod ad martyrii tempus attinet nullum ejus aliud nobis lumen affulget, ex ipſius vitæ hiſtoria, quam neceſſario poſt annum quadringenteſimum eſſe defunctam, cum narret, Martyrem, præciſum ſibi caput deportaſſe in templum S. Martini, quem mortuum eſſe conſtat anno CCCCXI ſub Imperio Arcadii & Honorii, Magni Theodoſii filiorum. Quod ſupereſt, eadem hiſtoria affirmat, à Dynaſtæ Biturigum filio interfectam. Videtur autem illa vox Dynaſtæ, inſinuare Avarici Biturigum, Provinciæque poſſeſſorem, quales cum ſupremo Dominii jure eſſe cœperunt Comites ſeu Gubernatores Provinciarum regni, ab adventu Regis Hugonis Capeti ad regni coronam anno DCCCC LXXXVII. Deinde vero, poſt annos circiter centum, Rege Avaricum Biturigum reſumente, geſta eſt provincia ab iis Gubernatoribus, qui jam non eſſent ejus ſupremo jure Domini: idque ad illud tempus, quo Rex Joannes à ſuo ab Anglia reditu MCCCLX, poſt carcerem annorum quatuor dierum quinque & triginta, Provinciam in Ducatum & Patriciatum erigens, Joanni à Francia filio ſuo donavit illam fiduciariam: quem & multi poſtea Reges ſunt imitati, qui eamdem fiduciario jure conceſſerunt quamplurimis è regio ſtemmate principibus viris æque ac feminis. Sed præterquam quod vox illa Principis ſeu Dynaſtæ, ex ſe indifferens eſt & indefinita ad Gubernatores omnes ſignificandos, ſive provinciam privato jure poſſiderent, ſive non; perſpicuum eſt, etſi ſumamus Dynaſtas in ſtrictiori ſenſu, niſi nobis aliunde lumen affulgeat, nos adhuc morari in vaſta nimis & vaga temporis ratione, ut ejus martyrii annum proxime definiamus.

E

quo tempore paſſa ſit, inquiritur,

F

18 Quare notatio temporis quam quærimus penitus eſſet incerta, niſi Codex manuſcriptus, qui in Bibliotheca RR.PP. Auguſtinianorum hujus urbis

A bis aſſervatur, in quo etiam continetur brevis chronologia hujus item urbis Archiepiſcoporum, nos faceret certiores, S. Solangiam martyrium conſummaſſe, ipſiſſimis manibus Bernardi provinciæ Comitis, tempore Frotarii Archiepiſcopi Bituricenſis. Frotarius autem iſte fuerat primum Archiepiſcopus Burdegalenſis, & ut talis Concilio Trecaſſino ſubſcriptus invenitur, anno DCCCLXVII. Vaſtato deinde à Normannis Burdegalenſi agro, favore Regis Caroli Calvi ipſe ſe in Pictavienſem Epiſcopatum intromiſit, poſt etiam in Bituricenſem Archiepiſcopatum intruſit, Regis ejuſdem favore, vel extremo anno DCCCLXXV vel incunte DCCCLXXVI, mortuo Vulphado. Paulo vero poſt à Legatis Apoſtolicis & à Rege, Paſchale feſtum apud S. Dionyſium celebrante, indicta in menſem Julium proximum Pontigonenſi Synodo generali, cum per adulationem aulicam Regi placentia Frotarius eſſet locutus, de Primatu Angeſigi Senonenſis Epiſcopi; pridie Idus Julii, Legatorum Apoſtolicorum auctoritate, lecta eſt in Synodo proclamatio ejuſdem Frotarii Burdegalenſis Archiepiſcopi, ut ei liceret Bituricenſem Metropolim occupare; quod & fecit, fruſtra reclamantibus unanimi conſenſu Epiſcopis. Rege

B præterea annitente, & cum Romano Pontifice Joanne VIII inſtante, ut hanc ſive introductionem ſive intruſionem approbare, & ſua auctoritate confirmare dignaretur; reſponſum Pontifex ſatis diu diſtulit; tandem legitime admonitus, factuſque certior Archiepiſcopatum Bituricenſem vacare, morte Vulphadi ſexto nonas Octobris DCCCLXXV, aut, ut alii volunt, pridie Kalendas Aprilis ſequentis anni DCCCLXXVI vita funeti; ſcripſit ad Regem anno DCCCLXXVI Octobri menſe (quæ eſt epiſtolarum ejus octava) itemque ad Frotarium (quæ eſt trigeſima ſeptima) & huic Archiepiſcopo Burdegalenſi, Bituricenſis Archiepiſcopatus adminiſtrationem indulſit, id quod vocat, facere Cardinalem & Incardinare.

videtur paſſa ſec. 9

& occiſa à Bernardo Comite.

19 Sub id tempus, Comes erat Avarici Biturigum Bernardus, Bernardi Pictavorum Comitis & Bilichildis filius, frater natu minor Ranulphi, primi ejus nuncupationis Pictavorum Comitis, primique Aquitaniæ Ducis à Carolo Calvo creati, cum regnum Aquitaniæ ſuppreſſit rurſuſque Ducatum inſtituit anno DCCCLVI. Præterea Bernardus ille Comes Biturigum, Marchio erat Nivernenſis: unde & prædictus Papa Joannes VIII, in ſua epiſtola CV,

C Marchionem & Marchionum nobiliſſimum nominat: Comes erat inſuper Arverniæ. Bernardus igitur ille, Avarici Biturigum & Arverniæ Comes Marchioque Nivernenſis, potens ut erat, omni conatu interceſſit, hoc eſt potentiſſime obſtitit huic Frotarii introductioni, bona illius omnia pignoratus eſt, ſibique vindicavit: quibus & Archiepiſcopo interdixit, ac ne liberum quidem illi Bituricenſis urbis ingreſſum reliquit. Quod cum cognoviſſet Pontifex, Comitem officii ſui admonuit: cumque nihilominus in propoſito perſiſteret, & Archiepiſcopo porro moleſtus eſſe pergeret; pertinacem denique à fidelium communione ſubmovit anno DCCCLXXVIII, ut conſtat ex ejus Epiſtola CXX: in qua illum vocat filium Bernardi & Bilichildis, & ſacrilegum bonorum Eccleſiæ invaſorem. Sed & idem Pontifex eodem anno DCCCLXXVIII, coacto apud Trecas magno Epiſcoporum conventu (cum Rege Carolo Calvo mortuo, ſub ejus filio ſucceſſore Ludovico Balbo veniſſet in Gallias) recitatis Sardicenſis & Africani Concilii ſanctionibus, quibus Epiſcopi ad alias Eccleſias, ſua relicta, tranſire prohiberentur; decrevit, ut qui ſuis Sedibus abiiſſent ad eas reverterentur. Cujus vi decreti Frotarius compulſus eſt, dimiſſa Bituricenſi Eccleſia, tranſire ad Pictavos VII Idus Septembris, poſtquam Sedem Bituricenſem occupaſſet annis tribus & diebus quatuordecim: ubi & mortuus eſt, atque in Abbatia S. Cypriani, quam ipſe exædificaverat, ſepultus. Ex his, quæ dicta ſunt hactenus, non obſcure colligi poteſt, quo circiter anno S. Solangia ad virginitatis lilium martyrii roſas adjunxerit: nempe ſub Frotario ipſiſſimiſque manibus Bernardi Comitis Biturigum, Bernardi Pictavorum Comitis & Bilichildis filii: hoc eſt, intra triennium introductionis, adminiſtrationis, & depoſitionis Frotarii, die X Maji, qui dies ejus memoriæ ſacer eſt. Quo vero præciſe trium illorum annorum; incertum. Quamquam &, quæ diximus hactenus, ex probatiſſimis licet auctoribus ſelecta, ſuos habent *e* auctores qui contra ſentiant: tanta eſt ſcriptorum illius temporis vel opinionum diverſitas vel incuria, ſuaſque adeo patiuntur difficultates. Nos in tanta ſententiarum varietate, probabilitatem & optimorum ſcriptorum auctoritatem ſecuti ſumus. Exurgat aliquis aliquando, qui certius aliquid feliciter & inveniat & proferat! quod ſi quis fecerit; nos non gravate amplectemur.

EXCAL-LICO.

e

20 Quis jam in tanta Virgine non admiretur amorem virginitatis, vim amoris erga Chriſtum, bonitatem, providentiamque Divinam erga humilem & ad hominum ſenſum abjectam ovium cuſtodem in agro Bituricenſi? Amorem quidem virginitatis: qui non ceſſit nec ullo modo inflexus eſt ad oblatas ultro Principis nuptias, puellæ humili terræque, ſi non & cœli fuiſſet, filiæ, ne theſaurum puritatis amitteret: quem nobis ut natura concedit, ſic ſola gratia ſervat & tuetur. Vim vero amoris incredibilem erga Chriſtum, qui jam inde ab anno ætatis ſeptimo ſic virgunculæ cor occuparit, ut mori maluerit, quam Sponſo diſplicere nuntiumque remittere. Divinæ denique providentiæ bonitatem, quæ famulæ ſuæ, nulla natalium claritate nobili, provinciam integram illuſtremque ſubjecit, cujus illa vivens nec pro ſua conditione ſperare poterat, & ultro à Principe oblatum reſpuerat dominatum. Nunc vero perfugium eſt & ſacra anchora calamitoſis omnibus; ad eamque tam certus eſt recurſus, ut invocaſſe, ſit ſatis, præſertim tempore ſiccitatis; quo tempore tam prompte pluviam impetrat, ac ſi cataractarum cæli claves haberet ad manum. Sanctorum plurimi dæmonibus imperant: alii morborum & valetudinis, vitæ ac necis, videntur habere poteſtatem: aliis

E *Cæleſtia dona ei collata.*

F in tempeſtates, ventos, elementa, conceſſa poteſtas eſt: nonnullis virginitas ceſſit in partem; quibuſdam martyrii palma in ſortem venit; utraque aliis conjunctim. Sed quam multi reperientur, quorum ſepulcra concentus Angelorum ſæpius exornarint? Quam pauci, qui ſuæ in terris commorationis illuſtria veſtigia, quod vix fabulæ finxerunt in cælis, ad omnem poſteritatis memoriam impreſſa reliquerint? Quam rari, qui caput ſuum præciſum manibus geſtaverint, eoque detulerint, ubi populorum concurſu ac veneratione colerentur? Multine numerabuntur, qui poſt mortem ſint locuti, quique tantum habeant in patrocinio ſuo auctoritatis, ut regionibus integris, aquarum inopia laborantibus, imbres ad voluntatem impetrent? At Deus in una S. Solangia varia illa dona collegit, & in ejus gratiam ea mente conceſſit, ut eſſet omnibus veneration: Biturigibus imprimis, quorum preces tam benigne audit, & tam humaniter juxta ac potenter exaudit. Oremus & nos ut cordi noſtro Jeſum imprimat, ejuſque amorem tam profunde inſculpat, ut ex ejus abundantia lingua ſæpe pronuntiet, quod cor amabit. Oremus, ut à Deo nobis impetret imperium in

EX GALLICO.

ventos animorum noſtrorum & turbines, hoc eſt in perturbationes tranquillitatis inimicas: ut lacrymarum imbres exoret, imbribus omnibus pretioſiores quos unquam agro Bituricenſi impetrarit, & quibus cælum nihil in terras poteſt fructuoſius effundere.

21 Ceterum, quis non deprehendit in Bituricenſi provincia *f* Genovefam alteram? Si Genovefa Pariſienſis, humili loco nata eſt, ruſticana, cuſtos ovium & virgo, eſt item Bituricenſis. Camporum planities utrique oratorium fuit, ubi cum Deo familiarius agerent: quotidianus oves paſcendi uſus & exercitatio, materiam utrique pietatis ſubminiſtravit, mentis illarum oculis repræſentando, cum tenerrimo ſenſu amoris, ſummum omnium primariumque Paſtorem, deperditam ovem quærentem, quæſitam & inventam imponentem humeris & ad ovile reportantem, cæleſtibus inde domiciliis inferendam. S. Genovefa Pariſiorum Patrona eſt Angeluſque tutelaris; S. Solangia Biturigum. Pariſiis, agris ſitientibus æſtuque laborantibus, S. Genovefa perfugium eſt: Biturigibus, S. Solangia. Quod ſi utriuſque merita comparationem patiuntur (quamquam de Sanctorum meritis judicare noſtrum
B non eſt, cum Deus ſit eorum & judex & remunerator) una re mihi videtur S. Solangia S. Genovefæ longe præcellere, quod nempe ad virginitatis gratiam, gloriam quoque martyrii adjunxit, duplicemque promeruit coronam; cum S. Genovefæ virginitatis dumtaxat aureola debeatur.

f confertur cum S. Genovefa.

ANNOTATA.

a *Hac ſpecie, omnibus fere per Gallias Martyribus capite truncatis communi, non arbitramur, ex prima ejus inſtitutione, aliud fuiſſe deſignatum, quam quo mortis genere ſuum illi certamen conſummarint: quod tamen poſteri traxerint in occaſionem traditionis, quaſi ſuum illi caput manibus ſublatum poſt mortem portarint. An autem Sanctis hic indicatis ac nominatim S. Solangiæ id ipſum vere contigerit, noſtrum non eſt definire: ſolum poſſumus hic requirere majorem antiquioremque id aſſerentium auctoritatem; de ceteris verò opinari uni aut alteri fortaſis accidiſſe, quod ad innumeros alios, exemplo ab imaginibus ſumpto, plebeia credulitas tranſtulit.*

b *Imo* Pariſienſium Apoſtolus, *ut Sirmondus & alii Galli obſervant, de quo agendum erit 9 Octobris, uti de* S. Nicaſio 11 *Octobris*, *de* Severino Boëthio 23
C *Octobris.*

c *Vitam* S. Deſiderii, *capite amputato Martyris effecti, à Warnahario excultam damus ex variis MSS.* 23 *Maji: in qua non refertur quod à morte caput ſuum tulerit. De* S. Juſto *agendum erit* 18 *Octobris.*

d *Imo* S. Martinum *mortuum eſſe Attico & Cæſario Conſulibus anno* 397 *alibi docuimus.*

e *In his Labbæus ſupra citatus opinioni iſti parvam fidem adhibens*, Principis filium, forte Vicecomitis aut alicujus Biturigum Comitis, *aſſerit intelligo poſſe.*

f *Acta* S. Genovefæ *dedimus* 3 *Ianuarii.*

HYMNUS ANTIQUUS.

IAm gratulemur hodie Chriſto, Sanctorum gloriæ,
Qui Beatæ Solongiæ, æterna dedit præmia.
Hæc Beata Solongia ſolum Chriſtum puro corde
Dilexit, ab infantia immunis ab omni ſorde.
Chriſtũ credens, Chriſtũ colens & amãs ſuper omnia,
Sathan calcans, mundũ ſpernens, & carnis frangẽs vitia.
Jeſum quem vivens detulit ſcriptum in corde jugiter,
Trino ſermone protulit, Moriendo feliciter.
In cæleſti collegio hæc Beata Solongia,
Pudicitiæ lilio coronatur cum gloria. D
Villa-montis honoratur odore ſui nominis;
Rivus fontis rubricatur ejus colore ſanguinis.
Hæc humanum conjugium amore Chriſti reſpuit:
Propter quod & martyrium virgo ſancta ſuſtinuit.
Caput abſciſſum levavit, favente Chriſti gratia:
Et ad locum deportavit, in quo nunc eſt eccleſia.
In quo ſanantur languores ipſius ſanctis precibus:
Morbi, febres & dolores à multorum corporibus.
Laudem honorem gloriam Trinitati altiſſimæ,
Per Beatam Solongiam pſallat virtus digniſſime.

ANTIPHONA.

SOlangia, Virgo veneranda, cujus feſta celebranda, redierunt annua; Caſta, prudens, & fidelis, impetrare nobis velis, gaudia perpetua.
℣. Ora pro nobis Beata Solangia.
℟. Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

ORATIO.

CLementia pietatis tuæ, quæſumus, Domine Deus noſter, univerſitatem Eccleſiæ tuæ propitio vultu reſpice, qui Beatiſſimam Solangiam, Virginem & Martyrem, lcæleſti gloria dignatus es feliciter ſublimare. Per Dominum. E

ALEXANDER PP. VII.

Indulgentia pro Confraternitate S. Solangiæ in ejus eccleſia erecta.

AD perpetuam rei memoriam. Cum, ſicut accepimus, in Parochiali eccleſia, de S. Solange vulgo nuncupata, Bituricenſis Diœceſis, una pia & devota utriuſque ſexus Chriſti fidelium Confraternitas, ſub invocatione S. Solangiæ, non tamen pro hominibus unius ſpecialis artis, canonice erecta ſive erigenda exiſtat, cujus Confratres & Conſorores quamplurima pietatis & caritatis opera exercere conſueverunt; Nos, ut Confraternitas hujuſmodi majora indies ſuſcipiat incrementa, de omnipotentis Dei miſericordia ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus utriuſque ſexus fidelibus, qui dictam Confraternitatem ingredientur, poſtquam erit canonice erecta, die primo eorum ingreſſus, ſi vere pœnitentes & confeſſi ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerint, Plenariam; nec non tam deſcriptis quam pro tempore deſcribendis in eadem Confraternitate Confratribus & Conſororibus, in cujuſlibet eorum mortis articulo, ſi vere etiam pœnitentes & confeſſi ac ſacra Communione refecti, vel quatenus id facere nequiverint ſaltem contriti, nomen Jeſu ore, ſi potuerint, ſin autem corde devote invocaverint, etiam Plenariam; ac ipſis nunc & pro tempore Confratribus & Conſororibus, vere pœnitentibus & confeſſis ac ſacra Communione refectis, qui prædictæ Confraternitatis eccleſiam vel capellam ſeu oratorium decima die menſis Maji, à primis Veſperis uſque ad occaſum ſolis, die hujuſmodi, ſingulis annis devote viſitaverint; & ibi pro Chriſtianorum Principium concordia, hæreſum extirpatione, ac ſanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, Plenariam ſimiliter omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus. Inſuper eiſdem, vere pariter pœnitentibus & confeſſis ac ſacra Communione refectis, eccleſiam vel capellam ſeu oratorium hujuſmodi in Purificationis, Annuntiationis, & Aſſumptionis B. Mariæ Virginis immaculatæ feſtis diebus, nec non in ſecundo Feſto Pentecoſtes, ut præfatur, viſitantibus & orantibus, quo die prædictorum id egerint, ſeptem annos & totidem quadragenas; quoties vero Miſſis ac F

aliis

A aliis Divinis Officiis, in dicta ecclesia vel capella seu oratorio pro tempore celebrandis & recitandis, aut congregationibus publicis vel privatis ipsius Confraternitatis ubivis faciendis interfuerint, aut pauperes hospitio susceperint, vel pacem inter inimicos composuerint seu componi fecerint vel procuraverint, ac etiam qui corpora defunctorum, tam Confratrum & Consororum hujusmodi quam aliorum, ad sepulturam associaverint; aut quascumque Processiones, de licentia Ordinarii faciendas, sanctissimumque Eucharistiæ sacramentum, tam in Processionibus quam cum ad infirmos alias ubicumque aut quomodocumque pro tempore deferetur, comitati fuerint; aut si impediti, campanæ ad id signo dato semel orationem Dominicam & salutationem Angelicam dixerint; aut etiam quinquies orationem & salutationem eamdem pro animabus defunctorum Confratrum & Consororum prædictorum recitaverint; aut demum aliquem ad viam salutis reduxerint, & ignorantes Præcepta Dei & ea quæ ad salutem sunt docuerint; aut quodcumque aliud pietatis vel caritatis opus exercuerint; toties, pro quolibet prædictorum operum, sexaginta dies de injunctis eis aut alias quomodolibet debitis

B pœnitentiis, in forma Ecclesiæ consueta, relaxamus: præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem ut si alias dictis Confratribus aut Consororibus, præmissa peragentibus, aliqua alia Indulgentia perpetuo vel ad tempus nondum elapsum duratura, concessa fuerit; præsentes nullæ sint: utque etiam, si dicta Confraternitas alicui Archiconfraternitati aggregata jam sit, aut aggregetur vel quavis alia ratione uniatur, seu etiam quomodolibet instituatur, priores & quævis aliæ litteræ Apostolicæ illis nullatenus suffragentur, sed ex tunc eo ipso prorsus nullæ sint. Datum Romæ apud Sanctam Mariam majorem sub annulo Piscatoris, die decima nona Martii, MDCLVIII, Pontificatus nostri Anno Tertio.

earumdem publicatio. Annas de Levy de Ventadour, Dei Gratia Archiepiscopus Bituricensis, Aquitaniarum Primas, Regis Christianissimi Consiliarius ordinarius in suis sanctioribus Consiliis, universis præsentes litteras inspecturis salutem in Domino. Visis præsentibus Indugentiis, atque etiam erectione Confraternitatis sub invocatione S. Solangiæ in ecclesia Parochiali dictæ Sanctæ dedicata, facta auctoritate nostra; permisimus publicationem dictarum Indulgentiarum in nostra Diœcesi. Datum Biturigibus in Palatio nostro Archiepiscopali die vigesima secunda Maji, anno MDCLVIII. EX MSS.

similes in alia intra urbem. Est & aliud ejusdem Pontificis Alexandri VII Diploma, datum Romæ VI Martii MDCLVII, & hic XXVI Aprilis approbatum, quo Confraternitati, sub ejusdem S. Solangiæ invocatione auctoritate Apostolica & Patriarchali in seculari & Collegiata S. Petri-Puellarum ecclesia erectæ, pares omnino Indulgentiæ gratiæque conceduntur. Quod quoniam superiori simillimum est, ac nominibus dumtaxat mutatis eodem fere exemplo; hic prætetmittimus, lectorem admonuisse contenti.

Joannes de Villiers, in Decretis Licentiatus, Decanus Ecclesiæ Bituricensis, Reverendissimique in Christo Patris & Domini, Domini Michaëlis, Dei & sanctæ Sedis Apostolicæ gratia Bituricensis Archiepiscopi, Aquitaniæ Primatis, in spiritualibus & temporalibus Generalis Vicarius; Reverendo in Christo Patri & Domino D. Dionysio de Bar, olim S. Papuli Episcopo, Salutem in Domino. Exposuerunt nobis Procuratores fabricæ de S. Solangia, Bituricensis diœcesis, quod ipsi ad laudem Dei & honorem dictæque S. Solangiæ nominis propalationem, & ut à Christi fidelibus ibidem in dies affluentibus congruius decoretur & veneretur, unam cupri deaurati capsam fieri fecerunt, in quam ejusdem sanctæ Corpus & pretiosa in quadam alia antiqua ligni capsa existentia ossa transferri facere singulari devotione intendunt: hinc est quod nos eorumdem Procuratorum & aliorum dictæ Parochiæ parochianorum devotæ intentioni annuentes, quatenus hujusmodi antiquam ligneam capsam aperire, & ejusdem Sanctæ corpus, caput, reliquias, & ossa pretiosa prædicta ab eadem in dictam cupri capsam, observatis in talibus requisitis solennitatibus, transferre possitis, vobis facultatem impartimur & concedimus: nec non omnibus & singulis hujusmodi Translatione assistentibus seu interessentibus Christi fidelibus, qui de bonis sibi à Deo collatis ad onera & sumptus ibidem fiendos supportandos contribuerint, aut etiam manus adjutrices porrexerint; quadraginta dies de injunctis sibi pœnitentiis in Domino misericorditer relaxamus. Datum Bituris die ultima mensis Maji, MDXI, auctoritate memorati Reverendissimi Domini, qua fungimur in hac parte. Actum ut supra. *facultas Vicarii pro translatione Reliquiarū.* E

DE S. GVILLELMO PRESBYTERO

PONTISARÆ IN GALLIA. G.H.

ANNO MCXCII. *Rigordus, Chronographus Philippi Augusti Francorum Regis, in hujus gestis ista scribit:* Anno Domini millesimo centesimo nonagesimo secundo, vicesima die mensis Novembris, fuit eclipsis Lunæ particularis post mediam noctem in sexto gradu Geminorum, & duravit per duas horas. Majo vero sequenti, sexto Idus ipsius mensis, tempore Rogationum apud Pontisaram Sacerdos quidam, Anglicus natione, Guillelmus nomine, sanctitate vitæ & moribus pollens, migravit ad Dominum. Ad cujus sepulcrum tempore mortis ipsius, Domino coperante, multa facta miracula, cæci illuminati, claudi curati, alii vero à variis morbis pristinæ sanitati plene restituti. Fama autem tanti viri per orbem diffusa, de diversis partibus causa peregrinationis ad locum sepulturæ ipsius multos venire fecit. *Hæc Rigordus. Sacra memoria hujus Thaumaturgi ad dictum* x *Maji, inscripta est variis Martyrologiis, de quo in MS. Florario Sanctorum ista traduntur:* Apud Pontisaram Guillelmi Sacerdotis. *Apud Grevenum in Auctario Vsuardi, sub annos* MDXV *&* MDXXI *excuso, ista leguntur:* Apud Pontizaram S. Guillelmi Presbyteri & Confessoris, magnæ caritatis viri. *Quæ eadem in Martyrologio Germanico Canisii traduntur: & hoc citato inscriptus est Catalogo generali Ferrarii. Richardus Witfordus in Martyrologio, quod Anglice secundum usum Ecclesiæ Sarisburiensis anno* MDXVI *Londini edidit, ista ad hanc diem habet:* Item festum S. Guillelmi in Anglia nati, viri magnæ sanctitatis & plurimorum miraculorum. *Quo die etiam Sauffajus in supplemento Martyrologii Gallicani ista scribit:* Apud Pontæsiam S. Guillelmi Presbyteri, animarum zelo & pietatis studiis artibusque præclari. *Est autem* Pontisara, *seu* Pons ad Oesiam fluvium, *non-*

dies obitus *miracula,* *peregrinationes,* *memoria in fastis.*

AUCTORE G.H. *de qua latius egimus* VIII *Aprilis*, *ad Vitam S. Galterii Abbatis.*

2 *Robertus monachus Autiſſiodorenſis, qui iſtis temporibus floruit, nonnullis aliis circumſtantiis hanc hiſtoriam deſcribit*: Eodem, *inquit*, anno, in Epiſcopatu Pariſienſi apud caſtrum Pontiſaram, Sacerdos quidam, Wilelmus nomine, dum Litanias, quæ ſunt ante Aſcenſionem Domini cum populo ageret, ſubita ægritudine tactus defungitur. De hoc ferunt quod miræ fuerit caritatis in pauperes viduaſque & orphanos, vitiorumque vehemens inſectator, ac divini officii vigilantiſſimus proſecutor; & licet in ſeculo degens, ſed ſeculum omnino poſtponens: qui quam pure, quam accepte Deo ſervierit, patet ex frequentium oſtenſione ſignorum, quibus mirificat Dominus Sanctum ſuum. *Hæc dictus Robertus, qui videtur obitum ejus referre ad annum* MCXCII, *Rigordus autẽ ad annum* MCXCIII, *dum poſt eclipſin menſis Novembris anni* MCXCII *dictum* Guillelmum *mortuum aſſerit* Majo ſequenti. *Verum legendum arbitramur*, Majo præcedenti, *& ſic à Roberto idem annus fuerit indicatur. Iſta autem conjectura præclare probatur ex diebus Rogationum ſeu Litaniarum ante Aſcenſionem Domini indicatis. Nam anno citato* MCXCII *cyclo Lunæ* XV, *Solis* XXV *litteris Dominicalibus* ED, *Paſcha eſt celebratum die quinta Aprilis, feſtum Aſcenſionis* XIV *Maji*, *& Dominica præcedens die* X *ejuſdem Maji quo dicitur obiiſſe, cum Litanias cum populo perageret: quæ ipſâ Dominicâ videntur in Eccleſiis Gallicanis peragi cœpta. Non potuerunt autem hæc referri ad annum præcedentem aut ſubſequentem; quia tunc hæc Dominica Rogationum incidit, aut in* XIX *Maji, aut in diem* XII *Maji.* D

ejus virtutes;

tempus obitus Dominica Rogationum, an. 1192

DE B. BEATRICE ATESTINA

VIRGINE SANCTIMONIALI PATAVII.

G.H.

ORDINIS S. BENEDICTI.

ANNO MCCXXVI

B. Beatrix ex familia Ateſtina,

IN *illuſtriſſima* Principum Ateſtinorum *familia multum uſitata fuerunt celebria nomina* Azonum *&* Beatricum, *iſta virorum, hæc fœminarum: & harum fuerunt duæ vitæ ſanctitate perſpicuæ, ſcilicet* Beatrix Azonis IX *(quem Azolinum ſeu Acciolinum appellant) filia, cujus aliqua Acta dedimus in Appendice tomi ſecundi Ianuarii pag.* 1138, *ſpectantia ad diem* XVIII, *plura daturi in Supplemento ejuſdem menſis, Altera* B. Beatrix, *illius amita & dicti Azonis ſoror fuit. cujus* dicta factaque copioſe litteris mandaviſſe Albertum primarium Sacerdotem in cœnobio Montis Vinearum, *teſtantur Bernardinus Scardeonius, lib.* 2 *Antiquitatum urbis Patavinæ Claſſe* 6 *pag.* 119, *& Ioannes Baptiſta Pigna, lib.* 2 *Hiſtoriæ Ateſtinæ pag.* 149. *Verum Alberti iſtius ſcriptum non amplius inveniri aſſeritur cap.* 25 *& ultimo Italicæ vitæ, quam à Iacobo Philippo Tomaſini, Civitatis novæ in Iſtria Epiſcopo, ſub annum* MDCXLI *conſecrato, editam anno* MDCLIII, *rurſum anno* MDCLXXIII *recudendam curavit, & Gregorio Cardinali Barbarigo Epiſcopo Patavino dedicavit Soror Quieta Optata, Abbatiſſa monaſterii S. Sophiæ Patavii, ubi corpus iſtius Beatæ habetur & colitur. Citatur etiam eodem loco* Manuſcriptum monaſterii S. Joannis Baptiſtæ de Jemula, lingua vulgari de Vita Beatricis; *citatur autem ut antiquitate proximum Alberti illius ſcripto, ante alios duodecim ibidem enumeratos & de Beatrice agentes ſcriptores: quare per* R. P. *Heraclium Chriſtanellum, operis hujus promovendi ſtudioſiſſimum, à quo impreſſam Vitam obtinueramus, inſtitimus, ut illius ſaltem* MS. *copia nobis fieret; ſed eo inde migrante, hic quoque conatus fruſtra fuit: neque ultra inſtandum credidimus, cum, expenſis eorum qui illo uſi fuerant ſcriptionibus Italicis, vidimus vix quidquam eos dicere, quod non inveniatur in duobus duorum auctorum elogiis hic proponendis, quibus poſterioris ſaltem monumenti defectus abunde ſuppletur.* C

cujus vita antiquitus ſcripta deſideratur.

laudatur à Monacho Patavino coævo

Primus atque coævus Sanctæ eſt Monachus Paduanus, *à cujus calamo habemus* Chronicon, *una cum Albertini Muſſati hiſtoria Venetiis anno* MDCXXXVI *excuſum. Hic lib.* 3 *pag.* 17 *ſub hoc titulo,* De venerabili Virgine Beatrice, ſorore Marchionis Eſtenſis, quæ in monte Jemulæ requieſcit, *ſubjungit hanc de ejus vita narrationem.*

2 Accedit ad laudem nobiliſſimæ domus Eſtenſis, quod non ſolum eſt illuſtrium virorum præclaris operibus decorata; ſed etiam ex ipſa proceſſit generoſa propagoin ſignium feminarum, quæ carnis concupiſcentiam ſimul cum mundo vincentes, & de mundi principe viriliter triumphantes, ad regna ſiderea, ſicut pie creditur, feliciter pervenerunt. Prima quarum extitit nobiliſſima virgo, re ac nomine Beatrix, ſoror prædicti Marchionis: quæ cum eſſet mira pulritudine corporis & virtute multipliciter decorata, mundum cum ſua pompa contemſit, mortalem ſponſum accipere recuſavit, ad caſtos amplexus æterni Sponſi, forma præ filiis hominum ſpecioſi, cupiens pervenire. Hoc itaque ſanctiſſimum propoſitum virginis devotiſſimæ, illuſtri frater ejus & amicorum turba & multitudo nobilium matronarum, amore præſentium immemores futurorum, nitebantur modis omnibus impedire: nunc mundi gloriam, nunc nobilis ſponſi connubium, & dulciſſimæ prolis felicitatem caſtæ virgini proponentes: pariterque ſuæ domus ruinam, amicorum triſtitiam & inimicorum gaudium ex tali mutatione conſequi aſſerebant. His & hujuſmodi verbis ad decipiendum compoſitis, glorioſæ virginis animum conabantur à bono propoſito revocare. Sed virgo prudentiſſima, ſeptiformis Spiritus gratia illuſtrata, quæ linguas infantium diſertas efficit, eorum verba, quamdam habentia ſpeciem veritatis, ſed exiſtentia minime, pro nihilo reputabat; & quod ſoli Deo ſerviendum eſſet, quia quidquid aliud agitur in hac vita amittitur, argumentis efficaciſſimis oſtendebat. Propoſitum itaque, quod virgo ſapiens corde conceperat, fructuoſis affectans operibus adimplere; ad montem, qui Jemula appellatur, ubi eſt oratorium ad honorem B. Joannis Baptiſtæ conſtructum, cum quibuſdam aliis honeſtis virginibus, eamdem cum ea intentionem habentibus, protinus convolavit: ibique in ſancta converſatione indeſinenter permanens, totam Italiam ſuæ ſanctitatis cauſa Dominus illuſtravit. F

ut quæ nuptias aſpernata,

vitamque monaſticè amplexa,

3 Fama igitur longe lateque de converſatione pretioſæ virginis diſcurrente, cœperunt multæ clariſſimæ virgines, ex longinquis etiam partibus, quaſi columbæ accipitrem fugientes, ad prædictum locum accedere, cupientes tantæ virginis inſtrui diſciplinis, & ejus ſanctæ converſationis exemplis & colloquiis devotiſſimis informari. De quarum ſiquidem adventu illuſtris virgo Divinæ majeſtati gratias referebat, lacrymoſis precibus deprecans Creatorem, ut qui de diverſis regionibus hujuſmodi virgines congregaverat, ad gloriam ſui nominis & honorem, eas cuſtodire in ſanctæ religionis obſervantia dignaretur. De ſalubri

plurimas ad ſe virgines congregavit,

A salubri itaquè consilio prudentissimæ virginis Beatricis, omnes prædictæ virgines decè quamdam Desideratam sororem in Abbatissam elegerunt concorditer, quæ tam sanctissimo collegio deberet viriliter providere. Sub cujus regimine cum quanta humilitate, obedientia, patientia, & caritate duxerit Angelicam vitam virgo devota in terris, nimium prolixum esset singula enarrare; sed prout nobis sanctæ virgines retulerunt, quæ hujus piissimæ virginis meruerunt habere commercium, breviter dicimus, quod tam verba quam facta virginis gloriosæ erant discretione condita, honestate plena, bonitate conspicua, & Deo & hominibus gratiosa: ita quod per mores honestos & gestus corporis ordinatos, ac per ejus utiliter & pie prolata verba, ab omnibus credebatur, quod Deus veraciter in ejus cordis thalamo habitaret. Cumque multo tempore his prædictis & aliis virtutibus refulgens virgo clarissima, in divinis obsequiis & disciplinis regularibus permansisset; Rex cælestis, qui ejus speciem concupivit, ejus sanctissimam animam de vitæ præsentis ergastulo misericorditer liberavit, ut ornaret cælestem curiam ejus beato consortio: cujus radianti exemplo præsens Ecclesia extitit mirifice illustrata. Sanctissimum autem corpus ejus in prædicto cœnobio reverendo, in arca lapidea est honorifice cum aromatibus collocatum, ubi in magna veneratione usque ad præsens tempus habetur. *Hæc Monachus Paduanus: cui subjungimus aliud elogium cum epitaphio, à supra citato Scardeonico scriptum, quod est hujusmodi.*

& omni virtutum genere instructa

post mortem in veneratione sit.

B

4 Dicendum nunc est de B. Beatrice Atestina, re & nomine sane Beata, ex Athestе municipio Patavino oriunda, & è nobilissima progenie Accii Estensis ex secunda uxore filia: quæ licet in summis deliciis molliter educata fuisset, tamen Spiritus sancti ardore succensa, ob amorem Christi spretis omnibus hujus mundi illecebris, totam sese Deo ab infantili pæne ætate dicavit: nullum sibi optans sponsum alium nominari quam Christum. Et quamvis tam ob generis nobilitatem, quam etiam propter eximiam corporis pulcritudinem, à multis Principibus nobilissimis præmature ad connubium exposceretur; illa tamen stomachata & exosa penitus nuptiarum nomen, soli Christo desponsari se velle constanti animo respondebat. Brevi tandem tempore, utroque parente orbata, multis precibus conata est exorare Acciolniú fratrem suum, ut per eum liceret sibi sine ulla impensa dotis sponsalia Christi suscipere; quem toto corde ardebat, & ad cujus nuptias mente & spiritu anhelabat. Verum cum ille pernegaret; decrevit tandem è paternis ædibus clam fratre sese surripere, & Salarolæ monasterium, quod parum inde aberat, occulto ingredi; seque cum sacris illis virginibus non indignam sociam in perpetuum Dei servitio obligare. Atque metuens, ne qua forte vis aut molestia suâ causâ illis ipsis virginibus ingrueret vel à fatre vel à militibus, qui in Cerro & Calaone vicinis castellis tunc præsidio stabant; usa est in ea re consilio Jordani Forzatéi Prioris S. Benedicti, & Alberti similiter Prioris Montis-Vinearum magnæ auctoritatis hominum, & affinitatis vinculo sibi conjunctorum. Hujus quoque conscium fecit Aloysiam Novercam, feminam prudentissimam; nec non Michaëlem, militem admodum strenuum, qui eo tempore Accello seu Montis-Silicis oppido præsidebat: ut si quid forte gravius ab Acciolino fratre vel à præsidio militari sacris virginibus immineret, una cum his Prioribus furorem fratris quovis modo mitigarent, ac etiam si opus foret vim vi repellerent.

Item à Scardeonco quod seculo contempto,

C

contra Marchionis fratris voluntatem,

5 Rebus itaque omnibus ita dispositis, Beatrix amore Christi tota ardens, mutatis vestibus, à Jordano & ab Alberto, viris religiosis, qui juxta conditum eam foris expectabant, excepta, ab Athestе ad Salarolæ monasterium noctu honestissimo comitatu deducitur: ubi incredibili alacritate à virginibus illis susceptа, & Vestalem habitum statim induta, Sponso suo, quem tantopere concupierat, arctius copulatur. Tumultus interim repentinus in domo fratris exoritur: qui præ nimio furore vix potuit retineri, quin monasterium adortus, eam inde vi raperet, & Abbatissam cum virginibus male multaret. At hinc mater Aloysia, illinc Michael amicus & consanguineus irati hominis furorem compescunt, ac tantisper astu Jordani ea res differtur, donec furor ille recens efferbuit. Verum tantum valuit Beatricis ac trepidantium Sororum humilis & assidua deprecatio, ut Acciolinus, quod tantopere prius obhorruerat, mox mutata mente probaret: & concepto sororis voto unus omnium deinceps præ ceteris faveret.

AUCTORE G.H. *Salarolam se receperit habitumq; induerit:*

6 Anno igitur cum dimidio pia virgo assuescit ibidem omnibus monasticis documentis: sed tantopere pertæsa est tympanorum strepitus tubarumque clangorem, incertosque militum clamores, qui ex nimia propinquitate locorum ibidem exaudiebantur assidue, ut non plane paternam domum prorsus sibi reliquisse videretur. Quocirca Gemmulam adire constituit, monasterium à tali prorsus tumultu alienum: quod tunc temporis, pulsis inde improbis monachis, forte habitatore vacabat. Hoc igitur ex Abbatissæ & Episcopi Patavini consensu, una cum decem aliis virginibus, magno matronarum numero comitante, ingreditur, quarum unam fuisse legimus B. Julianam Mantuanam ex nobili familia Ripæ-comitum..... Nostra ergo Beatrix vixit deinceps, quamdiu vixit, in laboribus, ærumnis, vigiliis & acerbissimis corporis castigationibus: strati autem, vestimentorumque ac omnis speciosæ supellectilis mollitiem cultumque semper detestata, ac omnes prorsus delicias & ciborum condimenta omnino contemnens, nec pluris mundum & ejus pompas faciens quam fœdissima quæque mundi stercora. Hinc humilitas, obedientia, castitas, assiduæ orationes, jejunia, divinæ meditationes, cælestes contemplationes, solæ deliciæ & unicum gaudium ei semper erant. Nulla in ea arrogantia, nulla jactantia, nulla denique mundanæ nobilitatis vel agnationis aut cognationis amplius memoria. Divitiarum vero usque adeo contemptrix & amatrix paupertatis fuerat, ut nihil potius optaret, quam interdum inopia & egestate gravari. Dicebat enim nihil magis valere ad relaxanda virginum corda, & impellenda à spirituali fervore ad terrenorum amorem, quam rerum abundantiam & superfluum abusum divitiarum. Quocirca (ut refert Albertus Prior Montis-Vinearum, qui primus, ut audio, hujus Vitam scripsisse perhibetur) cum aliquando repertus fuisset nummus argenteus super altare, & nullus alius in toto monasterio foret reliquus; præcepit eum egenis dari. Ne quæso, dicens, nummus iste splendidum nomen perfectissimæ paupertatis obnubilet, quam Deo promisimus; & is avaritiæ principium & malum propagandæ cupiditatis semen apportet nobis.

dein in monte Gemmula

E

sanctissime vixerit.

F

non permittens vel unicum nummum servari.

7 Hæc igitur tali sanctitate perfulgens, post quinquennium, ex quo Gemmulam adierat, migravit ad Dominum. De signis autem & prodigiis ac vitæ & mortis ejus, præter cetera quæ de ea referuntur, hoc omnino reticendum non censui: quod paulo ante mortem, dum inter reliquas Virgines mensæ accumberet, ut cibum caperet; columba candidissima, numquam illic ante visa, juxta manens, ubi quasi admirans eam aliquamdiu fixo oculo fuisset

tandem per speciem columbæ ad mortem prænonita,

AUCTORE G.H. fuiſſet intuita, ultro evolavit, nec amplius unquam viſa eſt. Hoc paulo ante obitum. Poſtea vero per longum temporis ſpatium obſervatum eſt: quod quoties aliquid novi Eſtenſi familiæ, ex qua orta fuerat, immineret, toties multis ante diebus in ſacello ejus exaudiebatur ſtrepitus prægrandis, & corpus ejus, quod de more ſupinum in ſepulcro jacebat, in alterum revolutum latus reperiebatur. Quod quidem quid portenderet, non eſt hic noſtrum quærere. Hujus autem rei memoria, eo tunc ſeculo obſervatæ & cognitæ monavit ad poſteros. Obiit autem annos nata tantum viginti, profeſſa quidem, ſed ob adoleſcentiam nondum de Eccleſiæ more ab Epiſcopo benedicta. Sepulta Gemmulæ in templo S. Joannis Baptiſtæ in arca marmorea, ubi hoc epitaphium.

hoc epitaphio laudatur.

8 Hoc jacet in tumulo pia nomine virgo Beatrix,
Quæ fuit ex animo divinæ legis amatrix:
Marchio quam genuit Eſtenſis & Azo vocatur,
Conjuge, patre ſata Sabaudia cui comitatur.
Iſta quidem gemma, quæ nunc ſuper aſtra relucet,
Cœnobium fecit, per quod mons Gemmula lucet:
Cum foret alta, potens, proba, nobilis, & generoſa,
Clara, diſerta, placens, præ cunctis & ſpecioſa,
Caſta, modeſta tamen, ſapiens & mente pudica,
B Se faciens humilem, cæli fit Regis amica.
Quæ quanto fuerit in mundo celſior iſto,
Tanto mente magis fuit hæc obnoxia Chriſto.
Gemmula mons gaude, qui tanta fungere laude:
Iſtius & mores ſtudeant æquare Sorores,
Ut poſt Matronam mereantur habere coronam,
Hoc quod fundamen poſuit, faciat Deus. Amen.
ANNO DOMINI MCCXXVI, SEXTO IDUS MAII.

Alii de eadē ſcriptores.

9 *Hactenus Scardeonius, apud quem plura interſerebantur de B. Iuliana Mantuana, ad Kalendas Septembris, diem ejus natalem proferenda. Ioannes Baptiſta Pigna ſupra memoratus hæc aliis relatis addit:* Hoc vitæ ſanctiſſimæ ſpecimine famaque innumeras accendens, in monte Gemmula, VI Idus Maji, ad ſuperos evolavit, poſt vicefimum ætatis annum; eo forte celerius, quo jejunio & religioſis vigiliis ſecretiſque meditationibus ſeſe magis attenuarat. Ejus memoriæ divini honores habiti & Beatæ cognomen inditum. *His adde, quem non vidimus Michaëlem Savonarollam de magnificis ornamentis civitatis Paduæ, ornamento* IV. *Et hi quidem omnes Latine ſcripſerunt. Italice eamdem Beatricem prolixe laudavit Angelus Portenarus, ex ordine Eremitanum S. Auguſtini, in opere cui titulus Felicitas Patavina lib.* 2 *cap.* 11 *& lib.* 9 *cap.* 24, 36 *&* 40: *quem auctorem tamen etiam non vidimus; ſed allegatum invenimus, primo apud eum qui anno* 1649 *edidit notis Hiſtoricis copioſis indiceque ac præfationibus auctum à ſe opuſculum de vita Beatricis, quod eatenus in monaſterio S. Sophiæ Patavii ſervabatur, ſub titulo* Triumphalis humilitatis.

Italica vita duo

C

10 *Hoc MS. etiam allegat ſuperius nominata Vita prolixioris Italicæ auctor Tamaſinius Epiſcopus, nulla facta Notarum prædictarum editioniſque mentione; adeo ut videatur nihil de iis ſciviſſe. Habebat autem illam adhuc ineditam ſed prælo paratam, quando Ferdinando Vghello, paranti tomum* V *Italiæ ſacræ, miſſus eſt* Cittanovenſium *Epiſcoporum Catalogus, quorum ſeriem claudit Thomaſinus iſte cum inſigni elogio & multiplicium ſcriptorum, qua editorum qua tunc adhuc ineditorum enumeratione. In editis autem eſt vita* B. Iordanis Forſatæi *ſupra laudati anno* MDCL *in lucem data, uno prius anno quam ederetur hæc vita. Edita autem cum prævia dedicatione ad monachas S. Sophiæ, proteſtationeque auctoris quod eam ſcriptionem aggreſſus ſit, in gratiarum actionem pro ſingulari aliquo beneficio, quod ſe credebat per Beatricem divinitus accepiſſe; uti in prævia ad ſecundam editionem anni* 1673 *Dedicatoria teſtatur curatrix iſtius novæ editionis Abbatiſſa Quieta. Porro ex utraque illa Italica vita Annotationibuſque ad primam juvat hic excerpere aliqua, quæ Monachi Paduani & Scardeonei narrationem illuſtrent, & reliquam de Beatricis corpore ac cultu narrationem abſolvant.*

ex quibus an. 1649 *&* 1651 *editis*

D *ſupplementum datur.*

SVPPLEMENTVM HISTORICVM

Ex gemina Vita Italica. D. P.

Orbata matre ſub noverca & amita cura educatur:

1 ATeſtino *in oppido, anno* MCCVI *nata* Beatrix, *patre* Azone VIII, *Obizonis filio; matre* Leonora, *Thomæ III Comitis Sabaudiæ filia; infans quidem hac orbata eſt, tranſiitque in poteſtatem & curam* Marchefellæ *filiæ Adelardi de Adelardis, quondam Ferrarienſis atque Anconitani Gubernatoris, quam ſecundis nuptiis Azo pater ſibi junxerat; &* Eliſæ, *filiæ Ludovici Comitis S. Bonifacii, quam Thomaſinus amitam Beatricis vocat, forte quia uxor fuit* Bonifacii *patrui, extra publicæ rei curas domeſticæ adminiſtrandæ intendentis Ateſtæ. Eadem autem fortaſis eſt, quam Scardeoneus* Aloyſiam *vocat, & Beatæ novercam perperam credidit. Ob quam cauſam alius quidam etiam tertias Azonis nuptias admittere cogitur, quas aliunde non probat. Ego, ſi illa Bonifacii conjux non fuit, aut* Aldobrandini *fratris uxorem dixerim* E Eliſam *vel* Aloyſiam, *aut alio aliquo conſanguinitatis vel affinitatis gradu conjunctam Beatrici, potius quam ſecundam novercam.*

ſexennis autē etiam patrem amittit,

2 *Poſtquam autem annum ætatis ſextum attigit, mortuus eidem eſt pater etiam ſuus, vir ab heroica fortitudine & Chriſtiana pietate laudatiſſimus: & in Vangaduccienſi Abbatia, inſigni marmorea tumba, qua nunc in uſum Baptiſterii eſt converſa, conditus cum epitaphio, quod Longobardicis in lapide ſculptum litteris hujuſmodi eſt.*

Annis, Chriſte, tuis bis ſex & mille ducentis
Conceſſit fatis Azo Marchio, menſe Novembris:
Flos, decus imperii, patriæ flos, gloria mundi,
Pulcher, formoſus, ſapiens, eloquens, animoſus.
Si pacem coluit, ſi triſtia bella peregit,
Semper in utroque providus fuit & gratioſus.
Quid Frederico fecit, quid fecit Othoni,
Omnibus eſt notum, non expedit hic recitari.
Mantua, Veronaque, ſimul Ferraria plangunt,
Queis fuerat Dominus tunc temporis atque Poteſtas.

virum in epitaphio laudatiſſimum.

Quid moror in verbis? Non eſt qui dicere poſſit,
Nec ſcribi potuit ſua gratia quanta fuiſſet.
Invida mors iſtum rapuit, ne viveret ultra:
Credo quod inde fuit etiam tunc luna cruenta. F
Hic talis tantuſque jacet, tumulo hoc tumulatur.
Qui videt hoc, dicat ſaltem, Deus hunc benedicat.
Quando vidiſtis Azonem, verſibus iſtis
Sit vobis notus, quamvis ſit carne remotus.
Tullius eloquio fuit hic, Pellæus in armis,
Ithacus ingenio, quem tu, cava petra, reponis.

exhinc vili ſemper uſa veſtitu.

3 *Moriens autem, inquit monachus Paduanus,* relinquit Aldobrandinum jam adoleſcentem & Azonem infantulum cum propria genitrice: *adeo ut ex primo toro ſolus ei filius fuerit cum ſorore* Beatrice: *ex ſecundo ſimiliter etiam unus, qui ſororem quoque habuit* Conſtantiam. *Tali occaſione lugubribus induta puella* Beatrix, *adeo ſibi complacuit in ea veſtis inornatæ vilitate, ut legitimo luctus tempore tranſacto, licet colorem mutare conſenſerit, non tamen formam modeſtiamque, nec pretioſioribus unquam voluerit indui. Atque hoc præludium fuit præſagiumque ejus quam deinceps ductura eſſet vitæ, faſtu ſeculari contempto: huic vero modeſtiæ addebat obſervantiam erga novercam & amicam ſeu Bonifacii Patrui uxorem, cum tenero erga res ſacras affectu, & mira erga pauperes benignitate, etiam in iſta ætatula. Anno deinde* MCCXVI *familiarium ſcelere venenum ſumpſit Aldobrandinus, quo & extinctus eſt,* & remanſit in honorabili domo

Decenni moritur germana Marchio,

A domo Eſtenſi, *ut loquitur Monachus Paduanus*, Azo frater ejus puer parvulus, *unde vulgo dictus eſt* Azolinus, *cum* Beatrix *jam ageret ætatis annum decimum. Itaque impedimenta, quæ ab eodem circa annum* MCCXX *objecta ſorori ſunt, cum illa iis quos Scardeonius nominat adjutoribus Salarolam, ſacrum S. Margaritæ monaſterium, ſe recepit, non niſi pueriliſ fuerunt fervoris, & majorum auctoritate haud difficulter amota ſunt.*

14. *anno æt. monaſterium Salarolæ ingreſſi,*

4 *Ibi illa religioſæ vitæ tirocinium poſuit, ſub* Abbatiſſa Concordia, *primarum fundatricium una, cujus mentio in publicis inſtrumentorum tabulis ab anno* MCCXIX *ultra* XXIV *invenitur: ipſius autem loci monachæ, cum eo deſerto ſub annum* MCCCCLIX *Paduam ſeſe receperunt, monialibus S. Matthiæ uniendæ, tulerunt ſecum æneas ampullas duas, quibus Salarolæ uſa* Beatrix *fuerat, eaſque in hodiernum diem cum veneratione conſervant. Annum ætatis decimum quartum agebat* Beatrix, *cum ſacrum habitum* Salarolæ *aſſumpſit: & ibi per ſeſquiannum ad vitam religioſam inſtructa fuit, priuſquam conſentientibus Abbatiſſa præeminata &* Epiſcopo Patavino

poſt ſeſquiannum cum 10 ſodalibus tranſlata Gemmulam,

B Jordano Mutinenſi, *migravit* Gemmulam; *una cum decem aliis virginibus; ſcilicet* B. Juliana, *cujus memoria* 1 *Septembris recolitur*; Imiza, *quæ ſi non eſt ipſa* Deſiderata ſoror, *adjectivo nomine ſic appellata à Monacho Paduano, prima loci Abbatiſſa, illi certe ſucceſſit ante Beatricis mortem, in publicis inſtrumentis nominata ab anno* MCCXXV; Inida, Alena, Tenca, Ermelina, Benaſſuta, Beata, Palma & Ota. *Cum hiſce ſanctiſſime vixit* Beatrix *per annos omnino quinque; & inter earum preces ac lacrymas pientiſſime obiit anno* MCCXXVI *die* X *Maji*

moritur an. æt. 21.

expleto XX *anno ætatis. Cum mortua autem, vivida facie & ſuavi quæ de corpore manabat fragrantia, ſpecimen præberet ejus quæ anima fruebatur in cælo beatitudinis; magnus ad expoſitum in eccleſia cadaver concurſus fuit accolarum, contingere & oſculari cupientium: excitaque familia Eſtenſis Principis, ſecum totum oppidi Clerum traxit ad celebrandas defunctæ exequias.*

ſuavi ex ſepulcro odore aliiſque indiciis miraculoſis honorata

5 *His peractis ſepulta fuit in eo cœmeterio, quod ceteris deinde morituris ſororibus futurum commune erat: ex quo primum cœpit ſuaviſſimus ſentiri odor, tranſeuntesque movere, ut applicitis propius naribus illius ortum cauſamque inveſtigarent. Fuerunt deinde Sororum aliquæ, quæ ſplendoris quidpiã ſupra tumulum diffundi notabant, & hoc ipſum indicarunt aliis: quæ oculos illuc convertentes, poſt Matutinas decantatas, ſimile quid videri etiam ſibi fatebantur. Cum autem vertente anno recurreret anniverſarius mortis ejus dies, eâdem qua expiraverat hora cœperunt ultro ſonare campanæ: quo ſigno excitis ad eccleſiam Sanctimonialibus, ſeque ad orationem componentibus, accenſi cælitus ſunt qui ſtabant ſuper altare cerei, & magis magiſque invaluit fragrantia promanans ex tumulo. Quare cæleſti plenus lætitia monaſterii Confeſſarius, non jam* de Requiem *ut pro defuncta; ſed* de Virgine, *ut de Beata Miſſam dixit, totumque diem illum in oratione coram ſepulcro egit.*

C

in arcam marmoream transfertur.

6 *Placuit deinde, Marchionem fratrem, Epiſcopum Patavinum Iordanum (qui tum adhuc in vivis erat, mortuus* MCCXXVIII) *& ſuperiores Ordinis moneri de iis quæ acta fuerant. Hi vero cenſuerunt corpus ſacrum elevandum de terra, & in conſpicuam ex marmore tumbam collocandum. Hac induſtrie diligenterque comparata atque exſculpta, ad honorandam beatæ ſuæ ſororis tranſlationem, duos Priores Benedictini Ordinis Iordanum & Albertum cum numeroſa Eccleſiaſticorum Nobiliumque caterva Gemmulam deduxit, ultro ſequente populi multitudine; ubi ſacris veſtibus induti Sacerdotes, ab altari majori cum cereis accenſis hymniſque & canticis proceſſerunt ad locum ſepulturæ: quæ reſerata apparuit mundiſſimo linteo involutum corpus, adeo adhuc integrum ac ſi tunc primo illuc illatum fuiſſet. In tali ergo tamque venuſto ſtatu delatum ad eccleſiam, expoſuere omnium conſpectui, admirationi, ac veneration, donec ſacer cantus finiretur: deinde depo-*

ſuerunt intra arcam, quæ nonnihil elevata ſupra terram collocata erat, in vicino eccleſiæ oratoriolo, quo vivens ipſa aſſueverat ad orationes ſecretiores uti. Inſculptum arcæ epitaphium, ſicut ejuſdem eſt ſtyli quod Azoni patri compoſitum retulimus, ita eumdem videtur habuiſſe auctorem.

AUCTORE D. P.

In eodem monaſterio adhuc ſe. pereſt alterius monachæ corpus integrum,

7 *Crevit deinde locus monacharum numero & copia rerum temporalium; adeo ut poſt annos circiter ſexaginta ab obitu Beatricis, veteri eccleſia deſtructa, nova fuerit ædificanda, cujus cœmeterium anno* MCCLXXXVIII *die* XXIII *Decembris, benedicendo conſecravit* Bonaventura Eremita Epiſcopus (*ſeu potius Chorepiſcopus, Patavina Sede per renuntiationem Principallis Comitis, in manus Nicolai IV factam, tum vacante*) *ipſam vero novam eccleſiam dedicavit* XV *ſequentis Iunii: ſub cujus choro fuit commune monacharum ſepulcrum, quod anno* MDLI *reſtauratum ornatumque fuiſſe, indicare videtur titulus ibidem etiamnum legendus*; unde annis ab hinc non multis ſolitum ſentire odorem ſuavem dicitur, *inquit Thomaſinus*, eumque procedere à corpore adhuc integro cujuſdam Monachæ. *Quæ illa fuerit divinare non libet: hoc certum, eodem loco ſepultam fuiſſe* Beatricem *alteram, hujus noſtræ Beatæ ex fratre* Aldobrandino *neptem, quæ mortuo ſub annum* MCCXXXV Andrea *Hungariæ Rege, contentiones ſuper ſucceſſione enatas fugiens, in patriam ſe receperat ad hoc monaſterium, annorumque & meritorum plena obierat, Beatæ ſuæ amitæ imitatrix ſedula.*

av. Beatricis Reg. Hungariæ

E

ipſumque ſub Patronatu Eſtenſium manſit, dum ibi moniales fuere.

8 *Varia deinde fortuna fuit totius patriæ: inter omnes tamen bellorum ibidem geſtorum procellas ſtetit* Gemmulæ monaſterium *ſub patronatu familiæ* Eſtenſis, *ut patet ex Brevi* Sixti Papæ IV *anno* MCCCCLXXII *idque die* X *Maji, quo agnoſcatur* Beatricis, *monaſterium ſuum curantis, præſentia gratioſa. Brevis ipſius dati ad Epiſcopum Patavinum (erat is* Jacobus Zenus, *collectis Pontificum Vitis, quæ apud nos manuſcriptæ extant, memorabilis) hic eſt tenor:* Venabilis Frater ſalutem &c. Deſideriis piis ac laudabilibus, dilecti filii nobilis viri Herculis Ducis Mutinæ, quantum cum Deo poſſumus, libenter annuimus, ſicut ejus in nos ſanctamque Romanam Eccleſiam ſingularis devotio promeretur. Cum itaque idem Dux, pro jure Patronatus, quod in monaſterio Monialium de Zemola, oppidi Eſtenſis Paduanæ diœceſis habere dicitur, ut nobis exponi fecit [petat] in eodem inſtitui & confirmari in Abbatiſſam, dilectam in Chriſto filiam, ejus nepotem canonicæ electam..... licet non infra tempus debitum præſentatam: Fraternitatem tuam hortamur in Domino, & in virtute ſanctæ obedientiæ mandamus tibi, ut, attento quod nullâ negligentiâ moderni Ducis præſentatio hujuſmodi, ut aſſerit, eſt dilata, ſed bonis quibuſdam reſpectibus procraſtinata; Lauram ipſam, ac ſi infra tempus debitum præſentata fuiſſet; in Abbatiſſam, ut præfertur, debeas confirmare, contrariis non obſtantibus quibuſcumque. Erit id nobis admodum gratum.

F

liber miraculorum Beatricis amiſſus hoc ſeculo.

9 *Interim dubium nullum eſt, quin multis miraculis claruerit* Beatrix, *quorum occaſione ſepulcrum votivis anathematis pluribus fuerit ornatum: ſed ut hæc deſerto poſtmodum loco fuerunt neglecta, ſic illa prorſus ab hominum notitia perierunt, una cum veteri libro cui erant inſcripta:* qui, *uti Thomaſinus ait*, circa annum MDCX commodatus P. Fr. Alberto Olzignano, Congregationis beatiſſimæ Virginis de Monte-Ortone, illo mortuo numquam potuit reperiri, quantumvis diligenter requiſitus. *Manſit autem ipſo in loco ſacrum* B. Beatricis *corpus uſque ad annum* MDLXXVIII: *quando* Fredericus Cornarus, *Epiſcopus Patavinus, in executionem decretorum Concilii Tridentini intentus, ipſas Sanctimoniales, in patenti ad quoſvis incurſus Gemmulæ monaſterio nimium expoſitas injuriis temporum, decrevit tranſferendas in urbem, comparato eum in finem veteri S.* Sophiæ Prioratu & eccleſia, *quæ in jus & commendam*

Virgines ex Gemmula Paduam tranſferêdæ

AUCTORE D. P.

transierat familiæ Bonfiorum. Fuiſſe iſtic loci Apollinis templum, quod primus Patavinorum Epiſcopus S. Proſdocimus in uſus converterit Chriſtianorum, traditio à majoribus accepta eſt: quam indicia etiam hoc ſeculo inventa confirmant. Hoc certum, quod Patavinus Clerus, eo, tamquam ad primam veteri tempore Cathedralem, quotannis Feria quarta Paſchali proceſſionaliter accedat, idque fieri putet jam inde ab anno Chriſti DCXX, *quando Tricidius Epiſcopus dicitur ad eam quæ nunc eſt S. Mariæ eccleſiam Sedem Epiſcopalem tranſtuliſſe. Eo autem ætate qua Beatrix monaſterium Gemmulenſe occupavit, putant aliqui locum, qui olim monachorum Benedictinorum fuerat,* Canonicos Regulares Lateranenſes *habuiſſe; horumque priorem fuiſſe* Gerardinum de Bononia, *cujus memoriam ſervat pars monaſterii anno* MCCXLII *abſoluta.*

ad veterem S. Sophiæ eadem anno 1578,

10 *Vt ut ſit, quæ antea occuparant locum à viris religioſis deſertum in monte; nunc quoque, cedentibus patronis Bonfiis, ſimilē obtinuerunt in urbe, jus ejus transferente & confirmante* Gregorio XIII, *anno* MDLXXVIII XV *Octobris: poſſeſſionemque adivit* Magdalena Zaccarotta II *ejuſdem nominis & familiæ,* Abbatiſſa *vero* XIX, *cum* Prioriſſa Cornelia Beccari *aliiſque Sororibus conſecratis* XXVI, *Profeſſis junioribus* VII, *Converſis* IV, *Habitum præſtolantibus* IV. *Prius tamen quam hæ migrarent præmittere in urbem voluerunt ſacrum* Beatricis corpus, *illudque die* XII *Novembris proceſſionaliter comitatæ uſque ad portam clauſtri, tradiderunt in manus quatuor bajulorum: qui totidem Sacerdotibus totidemque Sanctimonialibus & Converſis duabus comitati, ipſum detulerunt ad eccleſiam proximam rivo Paduam ducenti, Cento nuncupatam. Poſtero deinde die impoſitum navicula deduxerunt* Antonius Corona Sacellanus *monaſterii, &* Julius Vigonza Doctor *cum ſua uxore, nec non prædictæ* Matres, Joanna del ſaſſo Baſſanenſis, Leonora Plera Tudeſca, Cecilia Sala Patavina, & Blanca da Luſſo Colonienſis, cum Vincentia Angelaque Converſis: *atque ita devectum Paduam à compluribus Sacerdotibus aliiſque fidelibus, funalia accenſa præferentibus, deductum fuit in* eccleſiam S. Sophiæ, *& collocatum in ſacriſtia: ubi manſit uſque ad* XV *Martii anno* MDLXXIX. *Tum ſcilicet monachæ, quæ die* XXV *Novembris ſecutæ etiam ipſæ proceſſionaliter fuerant, ſeque cum omni ſupellectile eodem tranſtulerant; rebus utcumque compoſitis, apparatum denique habuere ſacellum ſacriſtiæ vicinum, tranſlata illuc etiam* marmorea Beatricis arca, *quæ ibi etiamnunc remanet, multis circum ardentibus cereis honorata, & per craticulam ferream conſpicua.*

illuc præmittunt corpus S. Beatricis 12 Novem.

quod 15 Martii ſequentis in proprio ſacello poſitum,

B

11 *Corporis autem ſacri hic ſtatus eſt. Exſuccum totum & rigidum ſolam videtur habere pellem ſuperinductam oſſibus, ſolide cohærentibus, ac pondere leviſſimis; longum duas ulnas Paduanas cum ſemiſſe. Caput mediocre capillis caret: oculi clauſi: naſus à ſuperincumbente olim vitro aliquantum læſus eſt & vitiatus: os conſumptis labris dentes oſtentat, ſed numero per devotionem quorumdam imminutos ab annis multis: manuum ac pedum digiti cum ſuis unguibus inter ſe adſtricti cohærent. Anni autem ſunt circiter viginti, inquit* Tomaſinus, *quod præmiſſis orationibus multis ab Abbatiſſa aliiſque ſuperioribus monaſterii indutum eſt novis veſtimentis, tenentibus ipſum inter brachia Sororibus duabus, rurſumque repoſitum in capſam cupreſſinam, quæ intra marmoream arcam eſt collocata, in qua hodie conſpicitur, capite, quod velo albo tegitur ſerto floreo redimitum, inclinato in latus dextrum, ut commodius per feneſtellam ipſius capellæ trans cratem & operculum capſæ cryſtallinum conſpici à foris accedentibus poſſit, pedes quoque nudi & integerrimi patent.*

C adhuc fere integrum ſpectatur.

ejus ibidem & alibi veneratio.

12 *Conſervantur etiam ibidem à monachis aliquæ ejus* ſoleæ, *quas ad ſe portari petunt infirmi, ſucceſſu ſæpe admirabili; prout ipſe ego, inquit Tomaſinus expertus ſum, anno proxime præterito gravi detentus ægritudine. Quod autem olim in uſu erat, ad ejus monumentum appendere* cordium ſimulacra argentea cereáve, *id etiamnum obtinet, quaſi eo demonſtratum offerentes velint, ſe* Beatricem *venerari, ut Patronam pro impetranda ſervandaque cordis munditie ſingularem. Denique colitur annue ſancta Virgo, non ſolum in eccleſia S. Sophiæ, ſed etiam in alia S. Bartholomæi propter ſingulares gratias, quas etiam iſtic invocata mortalibus præſtat: & memoria ejuſdē annua inſcripta eſt Auctario Molani ad Vſuardum, nec non monaſticis Martyrologiis Wionis, Dorganii, Menardi & Bucelini, atque Catalogo generali Ferrarii. Quid autem nunc Gemmulæ? Locus illa proſſus deſertus jam atque ſemirutus, poſt diſceſſum ſacrarum Virginum, alienatus ab eis, circa annum* MDCL *poſſidebatur à Mercatore quodam lanario Veneto* Dominico Filoſo, *cui nulla ejus conſervandi erat cura. Itaque eccleſia, omni ornatu omnique inſtrumento ſacro deſtituta, ſqualleat, diſſipatis hac illac ſedilibus chori, tribuſque altaribus ægre ſervantibus conſumptarum fere tabularum reliquias. In dormitorio vero jam majori ex parte collapſo ſupereſt* cellula, *quæ* B. Beatricis *fuiſſe videtur: & ex una parte ſupra portam quamdam hic titulus legitur:* Hoc opus fieri fecit D. S. Magdalena de Zacharctis de Padua, XV Abbatiſſa hujus loci anno Domini MDX menſe Maji: *Alibi etiam in camera quadam ſuperſunt* picturæ, *rudi ſatis penicillo expreſſæ,* repræſentantes Beatiſſimam Virginem Mariam, S. Joannem Baptiſtam, S. Benedictum & B. Beatricem.

D

Gemmulenſis monaſterii reliquiæ.

E

F

MIRACULA

Ex Italico Iacobi Philippi Thomaſini Epiſcopi Cittanovenſis.

Anno 1500 obſeſſâ Paduâ vetulæ monialis furto inſanctæ ſervatus ab igne,

13 AMiſſi, antiquis hujus Beatæ miraculis, in manus meas, venit recentior quidam libellus, pauculas aliquas gratias continens, notatas ab anno MD, id eſt à tempore fœderis Cameracenſis contra Sereniſſimam Rempublicam; quando Imperator obſedit Paduam, & totum illius territorium ceſſit in prædam licentiæ militaris. Hac occaſione compulſæ monachæ fuga conſulere vitæ atque honori, omnes ſeſe receperant Eſtam. Sed una earum ætate decrepita, cum ceteras aſſequi fugiendo non poſſet, venit in militum manus: qui volentes à rerum omnium ignara extorquere indicium latentis argenteæ ſupellectilis, cum nihil extunderent, compegerunt eam in furnum monaſterii, aggeſtiſque lignis eamdem ibi tentabant comburere. Sed diu fruſtra laborantes in opere, cum tandem concepiſſe flammulam aliquam materies videretur, receſſerunt. Hac vero ſubito reſtincta, manſit iſtic incluſa anus, exitum non reperiens totis tribus diebus ac noctibus; donec gemebundam ſanctæque Beatricis auxilium invocantem audierunt accolarum aliqui, ſubductiſque lignis eam extraxerunt. Intelligentes autem quanto tempore illic ita fuiſſet, toti perfuſi lacrymis, una cum monacha miraculoſè ſervata, iverunt ad ſepulcrum Beatæ, eidem ſimul omnes acturi gratias.

& arcula reliquiarū à manibus prædonum.

14 Ejuſdem exercitus milites Hiſpani, cum monaſterium ipſum ſpoliantes inveniſſent arculam quandam, cui nonnullæ Reliquiæ incluſæ erant ita firmiter obſeratam, ut nullo ingenio aperire eam poſſent; rati pecuniæ aut argentariæ rei aliquid in ea contineri, ipſam ſecum abſtulerunt. Interim ejus in monaſterio relictæ, monachæ recondantes orabant B. Beatricem cum lacrymis, ne illam violari & perdi pateretur. Ecce autem, dum in cymbam receptī raptores, majori cum otio iterum tentant ipſam reſerare, aut ſaltem operculum ejus effringere; lignea pueri Jeſu imago, quæ ad uſum inſtruendi per feſta Natalitia præſepis involuta faſciis intus compoſita

A compoſita erat, iiſdem diſſolutis pedem, veluti vivens, per rimam extulit: quo ſpectaculo commoti illi, mox unum è ſuis expoſuere in terram, qui d. arculam referret ad locum monaſterii. Soror Catharina Beccari de Montagnana, Prioriſſa monaſterii, affirmabat Sororibus, quod cum Epiſcopus Paduanus expectaretur viſitaturus monaſterium; is, qui tum erat ſacrarum Virginum Confeſſarius, voluit repurgare aream, in qua ſanctum Beatæ corpus jacebat. Cum autem illud non auderet contingere præ reverentia, ipſum ultro & viſibiliter ſe retraxit in latus, ita ut venerabilis ille Sacerdos potuerit mundare aream à pulveribus, ipſum non contingendo; cum ſtupore omnium quotquot præſentes aderant; ac deinde in priorem ſe locum reduxit.

Beata corpus Presbytero cedit.

manus paralytica ſanatur.

15 Soror Lucretia Beccari, prænominatæ conſanguinea, cum ipſa quoque Prioriſſæ fungeretur munere, narrabat, quod cum juvencula degeret in monaſterio Gemmulæ, venerint illuc monachi quidam ex monaſterio S. Juſtinæ conſanguinearum ſuarum viſitandarum gratia; habentes in comitatu ſuo Patrem quemdam, Juſtinum nomine, cui manus diſſolutis nervis ad omnem uſum facta erat inutilis. Hic autem mox atque ei aperta fuit à Confeſſario arca, eamque præmiſſa oratione attigit, eamdem manum tam ſanam recepit quam fuit unquam: omneſque gratiis actis cum lætitia Paduam redivere. Anno MDLXXXIV in Vigilia S. Joannis Baptiſtæ horribilis excitata tempeſtas fulmen unum detorſit in cellam Sororis Genevræ Parmenſis, quod magno cum fragore tectum tegulaſque & materiam ceteram ſecum traxit ſupra conſternatam monacham: quæ in ejuſmodi articulo nihil ſalubrius habuit quam Deo atque B. Beatrici commendare ſe. Sedata autem tempeſtate accurrentes Sorores, ipſam quidem ruinis coopertam, genibus tamen flexam, nullaque in parte læſam, ſed læto vultu agentem ſuæ Servatrici gratias, invenerunt.

B

anno 1584 ruinis obrutæ monachæ permanet illæſa.

convaleſcit depoſitus ad mortem,

16 D. Joannes Petorinus, publicus ac celebris fidicen, fluxu atque maligna febri infirmatus ad mortem, triduo jacuerat depoſitus à medicis. Hujus cognata Soror Maria, Sanctimonialis ſæpe dicti monaſterii, votum pro eo fecit B. Beatrici, & Reliquiarum ejus aliquid in pyxide miſit ad ægrotantem. Qui licet ignoraret quid ea pyxide contineretur, ſtatim tamen ut ipſam in manus ſumpſit, ſubitæ lætitiæ ſenſu diſtendi pectus, lacrymis oculos ſuffundi ſenſit: ac brevi adpriſtinā rediit ſanitatem. Sorori Leonoræ Tudeſcæ, in apoplexiam lapſæ, os verſus aurem dexteram contortum fuerat: quæ magna cum devotione jubens ſe deferri ad aream Beatæ eamdemque complexa, reſtituta mox fuit priſtino ſtatui, Sororum multis rem intuentibus non ſine ſtupore. Franciſca etiam Marchina Converſa in S. Sophiæ, amiſſo unius oculi uſu, votum fecit Beatæ eumdemque recepit.

AUCTORE D. P.

os cōtortum reſtituitur

& oculus obſcuratus.

17 Soror Michaela Faturini, gravem cordis dolorem ſentiens, qui die noctuque requiem ei non dabat, propterea quod ei ſemper obverſaretur formido ut ſua ſibi Deus condonaſſet peccata; plena amarore atque faſtidio in ſymptoma incidit periculoſum. Ad hanc auxilii cauſa accurrentes ceteræ, ſuggeſſerunt ut ſe Beatæ commendaret. Paruit illa & cor argenteum vovit Miſſamque curandam. Quæ cum facta eſſent & à prædicto malo & à cogitationibus importunis illis liberatam ſeſe eſt experta, ac deinde læta & B. Beatrici devotiſſima vixit. D. Dominicus Pizzatus, Rector eccleſiæ S. Bartholomæi Patavii, cum incurabili quadam infirmitate preſſus jaceret, Medicis ſalutem ejus deſperatam pronuntiantibus eo die qui Vigiliam Sanctæ præcedit, ſcilicet octava Maji; nuntiatum de ejus periculoſo ſtatu eſt germanæ ejus Sorori Archangelæ: quæ aſſumptis ſecum ſodalibus ad aream Beatæ ſupplicabunda acceſſit, vovitque Vigiliam inſtantem in pane & aqua tranſigere certaſque preces addere: quod ubi fecit; ſubito relevatum fuiſſe ægrum intellexit, qui ſtatuam pro ſe argenteam obtulit, exindeque Beatæ devotiſſimus vixit.

diſpellitur dolor cordis,

ſanatur Rector S. Bartholomæi,

E

18 Soror Marina Fracanzana, tibiam dolens, mox ut ei velum Beatæ admovit, votumque fecit, ſanata fuit. Soror Livia Martinenga, oculum acu læſum dolebat & viſu privatum: voto autem Beatæ facto, convaluit illico, & utroque oculo ſicut antea vidit. Obſervatum inſuper eſt quod, quotieſcumque arca illius exſudat humorem quemdam (qui collectus delatuſque ad infirmos plurimis ſalutem affert) publicum aliquod incommodum immineat civitati aut monaſterio. Atque ita Sanctimoniales narrant, graſſante peſtilentia annis MDCXXX & XXXI, continuo ſudore arcam illam maduiſſe.

tibia male affecta & oculus læſus.

liquor ſalutaris ab arca exſudat.

DE B. MIRO EREMITA

SVRICI AD LACVM COMENSEM IN INSVBRIA.

D. P.

SECUNDA FERIA VI MAII.

Feſtum ejus in eccleſia S. Michaelis

LEgarium lacum *antiquitas dixit, quem nunc* Comenſem *vulgo nuncupant. Ad hujus Boreale caput, ubi Inſubriæ fines Helvetiam attingunt,* Suricum *jacet oppidum, vulgariter* Sorigo: *cujus eccleſia Parochialis S. Stephano ſacra, cum eſſet ad Collegiatæ dignitatem evecta, cautum inter alia eſt anno* MCCCCLVI, *ſub Pontificatu Callixti III, per inſtrumentum à Franciſco Ripa Notario & Cancellario Epiſcopali rogatum, die* IX *Novembris, ut* in feſtis S. Miri & S. Antonii, & in feſto & conſecratione S. Michaelis, Miſſæ cantentur in ipſa eccleſia S. Michaelis. *Sita eſt illa in proximo colle: ubi cum* X *Septembris anno* MCCCCLII *ſub proprio altari repertum eſſet prædicti* S. Miri *corpus*, jam multo tempore elapſo *ibi depoſitum, novo calore ſuccenſa Suricenſium pietas, eamdem eccleſiam augendam ampliandamque decrevit, uti conſtat ex bulla Indulgentiarum ea occaſione obtentarum ab Antonio Comenſi Epiſcopo, quam una cum inſtrumento inventionis ac MS. Vitæ Italicæ exemplo aliiſque notitiis, humaniſſime nobiſcum communicavit R. P. Paulus Sfondrati, Comenſis noſtri Collegii Rector anno* MDCLXXIII.

ubi anno 1452 inventum corpus

2 *Exinde, quæ alibi ſæpe in ſimili caſu, iſtic quoque paulatim invaluit conſuetudo, ut veteri nomenclatura abolita, quæ* S. Michaelis eccleſia *nuncupabatur, diceretur* eccleſia S. Miri: *ibique ejus feſtum, ex uſu antiquo celebratur,* ſecunda Feria ſexta Maji: *ſive quod tali die Sanctus obierit, ſive quod illa anniverſaria ſit elevati vel tranſlati ante tempora jam notata corporis. De quibus dum nihil certi conſtat, ut feſtum per ſe mobile alicui determinatæ diei affigeret auctor Martyrologii Novocomenſis, Primus Aloyſius de Tattis, Congregationis Somaſchæ Theologus,* X Maji *diem elegit; quem in hoc libenter ſequimur. Vtinam etiam haberemus quæ daremus antiquæ illius Sancti Latina Acta: hæc enim aliquando extitiſſe videntur, ab iiſque ſumpta quæ ex Italico circa annum* MDC *compoſito rurſum Latinitati donamus: addentes inſtrumenta prædictæ inventionis Indulgentiarumque, ac denique tranſlationem noviſſime factam, cujus hoc extat monumentum Surici, in charta pergamena incluſum arcæ:*

nunc S. Miri dicta,

Vita Italice ſcripta circa an. 1601,

AUCTORE D. P. *translatio anno 1637*

Ossa corporis B. Miri Confessoris, per Reverendiss. Gregorium de Carsinego Ordinis S. Benedicti Trebesundarum Episcopum, Reverendiss. Antistitis Antonii Pusterlæ Comensis Episcopi Suffraganeum, de anno MCCCCLII die X mensis Septembris inventa, cum prope medium hujus sacræ ædis à sinistro latere sub humili nimis loco jacerent, Lazarus Carasinus sanctæ Novocomensis Ecclesiæ Antistes, solenni celebritate, maximo populorum undequaque concurrentium cœtu atque frequentia, non minori pietate ac religione, in hac marmorea arca reclusit die Dominico XXV mensis Octob. anni MDCXXXVII.

3 *Idem Lazarus Carasinus, de hoc Sancto requisitus,* Eruditissimo viro adm. Rev. Patri Silvestro à Petrasancta Societatis Jesu, *libris editis claro nostrique Bollandi amantissimo, scripsit epistolam, qua vitæ translationisque historia breviter eleganterque explicatur: quam Latine ut accepit, imprimendam curavit anno* MDCLIII *adm. R. P. Andreas Ferrarius, Tertii Ordinis S. Francisci & Prior S. Donati Comensis, ad calcem Italicæ vitæ, multo eloquentiæ verbosioris apparatu à se in formam libelli extensæ, eidemque Episcopo Lazaro dedicatæ: qui in prædicta Epistola de translatione à se facta locutus, ita eam concludit:* Pleraque alia Sanctorum corpora aliis in locis efferenda curavi solenni ritu, & detuli ipse: at nullibi frequentia populi major, nullibi par cultus & veneratio. *Initio Epistolæ agit de nomine, quod ex* Æmilio *fluxisse credit Benedicto Iovio, Pauli Episcopi fratri*, qui de Donato, Lugutione, & Æmilio, Divis (ut ipse inquit) montanis, elegans ornatumque carmen conscripsit superiori seculo. *Esse etiam qui* Imminum *vocent, scripsit nobis Laureto noster Christophorus Grinus, cum exemplar impresse vitæ mitteret: & in libello de Sanctis diœcesis Comensis, per ipsum Episcopum Lazarum imprimi curato, sic legitur:* B. Iminus, Eremita, in ecclesia ejus nomini dicata, in plebe Surici in Lario, ad cujus sepulcrum civitas Mediolanensis, tempore siccitatis, ad pluviam petendam numquam frustratis votis, nuntiis destinatis, opem implorat: *&* Æmilianæ *nomen, vulgi usu in* Humilianam *versum invenimus; non tamen ab eo quod solum ex antiquo notum est nomine recedendum nobis esse putamus.*

nomen integrum an Æmiliua?

B

4 *Quærenti mihi, quis ille* S. Donatus, *quis* Lugutio *esset; respondit interrogatus Martyrologus Novocomensis, hunc quidem* haud alium esse à S. Lucio Martyre, cujus meminit Ferrarius ad diem XII Julii in Catalogo Sanctorum Italiæ; *istum* Aretinum Episcopum & Martyrem, cujus natalis dies celebratur ab ecclesia VII Augusti; *quos* montanos Divos *appellet Iovius*, quia eorum ecclesiæ in montibus tolluntur. *Ex Silva autem ejusdem Iovii MS. qua tres jam dictos Sanctos laudat, post priores duos celebratos, misit eam partem quæ* S. Mirum *spectat. Nempe ab hoc jussus, ut fingit, Poeta antequam cœpta pertexat, scribere quæ ipsi patriæ, & hujus quæ origo ac nomenclatura antiquitus fuerit; ea re explicata, poëtica magis inventione quam historica certitudine (Dicuntur enim Hetrusci usque ad Alpes promovisse imperium, ex iisque* Volaterrani *ad Larium lacum condidisse urbem ab antiquæ patriæ nomine* Volturrenam *dictam, quam Longobardi destruxerint, unde & nomen exoleverit) de ipso S. Miro hæc prosequens canit:*

patrocinium tempore siccitatis pro pluvia.

C

Benedicti carmine celebratur

Nunc ad te redeo, nunc ad miranda revertor,
Imbrifer alme, tua, ac totum memoranda per orbē.
Tu Marci poteras Aureli Cæsaris altam
Exsatiare sitim, siccis Legionibus imbres
Mittere, & impulsu propellere fulminis hostem.
Alter ut Elias, nebulis obducere cælum
Nempe vales, affers & opem morientibus herbis.
Et Phaëthontæum terras invadere casum
Vix potuisse reor, si te tunc illa tulissent
Tempora: nec totum flammis involvier orbem
Posse puto, nisi tunc tua numina Rector olympi
Arceat, & placidis tangat tua pectora dictis,
Ne mundi incipias immoto obsistere fato.
Ergo tuum numen nebulis pluviæque negatæ
Præsidet, & subito permutat murmure cælum.
Sole sub ardenti si læva incubuit æstas,
Rusticus & rivos bibula diducit arena;
Insubri populo semper, sitientibus agris,
Religio vetus est tibi cerea mittere dona.

D

5 Solstitio quondam fervebant omnia latè
Rura, simul lætis squallebant gramina campis;
Quæque suâ languens vitis pallebat in ulmo.
Non pepo, non cucumis, non longa cucurbita dudum
Insubriæ terræ cultis crescebat in hortis.
Ipse siti moriens olitor tendebat inanes
Ad cælum palmas, superosque in vota vocabat.
Non decocta palam farrago lebetibus amplis
Profuit, aut subito madefactus rore Sacerdos.
Adstitit insomnis olitori mitis imago
Æmilii: mandata dedit: pluviamque salubrem
Pollicitus Deus est, cælo & caput intulit alto.
Haud mora: narrantur populo cælestia visa,
Incessitque animis pietas, donisque paratis
Cerea præmissa est, insignis & arte columna.
Tum fano infertur, latas ubi contrahit undas
Larius: & solito peragunt solennia ritu.
Vix prece finita, glomerantur in æthere nubes;
Nec potuere domum redeuntes, agmine facto,
Accelerare gradus. Imbri subitaque procella
Correpti, ad frondes properant, magalia latis
In campis subeunt, & Divi munus adorant.
Insubricæ gentes, Divum celebrate quotannis
Æmilium; vestro qui lactifero Mameti
Munera sæpe datis, quibus annuit ille vocatus.
Matribus ut vestris, arent si forte papillæ,
Lactifer est Mames; sic & sitientibus agris
Imbrifer Æmilius veniet velocibus alis.

E

& probatur exemplo.

Colitur S. Mames, *sive* Mamas XVII *Augusti; ideo verosimiliter solitus à puerperis rusticis pro lacte obtinendo invocari, quod matre propter fidem cum marito captiva, absque materni lactis usu fuerit educatus: ut quo caruit ipse Dei causa, id aliis conferat.* Veterem *autem illam pro impetranda pluvia* religionem *erga* S. Mirum, *quam laudat Poëta, pluribus argumentis probat Vita; in qua nulla usquam mentio tertiæ Regulæ S. Francisci, cui se Mirus adstrinxisset, nulla item in epigraphis tabellarum septem, quæ circum altare vetus depictæ cernebantur, quando illud dirutum nuper fuit prædictæ Translationis causa. Et tamen Italica phrasis, qua scriptæ illæ erant, non superabat ætatem unius seculi. Ipsas Latine redditas, & in his vitæ compendium accipe.*

F

Vitæ epitome ex tabellis circa vetus altare.

6 1 Hic pater & mater S. Miri annorum sexaginta, prolem optantes, humiliter oraverunt Majestatem Divinam, ut suum impleret desiderium, ipsam illis gratiose concedendo, devoventes eam ad religionem vel peregrinationem. II. Hic pater & mater S. Miri, in suis precibus communiter fusis exauditi à Deo, obtinuerunt desideratam gratiam; iisque per expressum miraculum natus est filius, unde ei obtigit nomen Miri. III. Hic S. Mirus, ad complendum votum patris ac matris, peregrinus Romam abiit, faciens maximam de suis peccatis pœnitentiam. IV. Hic S. Mirus, à divina bonitate inspiratus, ivit Cantium ad eremum, faciens de peccatis suis admirabilem pœnitentiam. V. Hic S. Mirus, post gratias actas suis hominibus Cantii, iisdem valedicit, promittens quod succurreret iis quantum posset in omni eorum necessitate. VI. Hic anima S. Miri, divina providentia sic disponente, Soriei dissolvitur à suo corpore: dumque fabricaretur arca ad sepulturam, aves portarunt in hunc locum assulas miraculose.

miraculoſe. VII. Hic Pratenſes oppidani, omni niſu conati transferre corpus S. Miri, quem ſuum eſſe ſibi perſuadebant, per Dei voluntatem, in memoriam rei perpetuam noſtrumque exemplum, manſerunt manibus comprehenſis.

gratis dicitur fuiſſe 3 Ordinis S. Franciſci,

7 Supra ipſum etiam vetus altare pictus in fornice S. Mirus conſpiciebatur radiato capite: *in habitu procul dubio coloris rufi aut cinerei, ut paſſim eremitæ & peregrini ſolent: & hinc ſumpſiſſe Andream Ferrarium credo, quod eumdem Tertii ſui Ordinis Profeſſis tam aſſeveranter adſcripſerit, uti de aliis ſimilibus multis fecit Franciſcani Martyrologii auctor Arturus, qui pro conſueta ſibi in hoc genere levitate, non omiſiſſet B. Mirum, ſi Ferrarii libellus veniſſet in ejus notitiam. Ego vero non tantum exiſtimo nulli certo Ordini adſcribendum Beatum illum, ſed vehementer etiam ſuſpicor, ſeniorem eſſe quam ut noſſe potuerit tertium Ordinem, quem anno* MCCXXI *inſtituit S. Franciſcus, habitum donans B. Lucheſio, cujus Vitam dedimus die* XXVIII *Aprilis. Etenim conſidero, quod inſtrumentum inventionis, conditum anno* MCCCCLII *& ab Epiſcopo Caraſino anno* MDCLIII *protractum in lucem, dicat quod* jam multo tempore elapſo corpus beatiſſimi Miri in tumulo requivevit, unde multiſſimis claruit miraculis & claret in partibus iſtis; nunc vero Deus ſua pietate & miſericordia oſtendere theſaurum abſconditum dignatus eſt. *Sane hic loquendi modus non exiguum temporis ſpatium, & plus quam unius alteriuſve ſeculi videtur requirere, quod à morte Sancti uſque ad elevationem corporis repoſitionemque ſub altari, & ab hac ad inventionem interceſſerit: cum indicetur, non tantum à conſpectu hominum fuiſſe remotum Sancti corpus (ſic enim fuit etiam deinceps uſque ad noſtram ætatem) ſed etiam à memoria notitiaque Suricenſium; qui licet ea in eccleſia & altari S. Mirum venerarentur, neſciebant tamen quo loco ejus corpus humatum conderetur.*

non anno 1436 natus,

8 *Interim Italicæ vitæ auctor (neſcio quam ſecutus conjecturam) anno* MCCCCXXXVI *natum eſſe Mirum ſcripſit. Franciſcus Ballarinus, in Chronico Comenſi, eodem anno ejuſdem Natalem, ſed cælo, non terra conſignavit. Caraſinus Epiſcopus, in epiſtola ad Petra-ſanctam, ſatis ſe feciſſe credidit ſeculum unum detrahendo ex eo numero; dicendoque parentibus ſenibus ac ſterilibus conceſſum fuiſſe Mirum anno* MCCCXXXVI; *à quo principio reliquos vitæ annos computans Ferrarius, mortem ejus confert in annum aut 1536.* MCCCCVIII, *quod ut probabile recipit Aloyſius de Tattis, ſed ex ſuppoſita veritate anni à Caraſino aſſignati. Atqui hac ratione annis dumtaxat quatuor & quadraginta abſconditus fuiſſet in tumulo* Mirus, *quando retectus fuit, plurimis pridem miraculis celebris: quod non apparet prudenter credibile. Conſequens proinde eſt, quod de eo quo vixit ſeculo ſtatui nihil certi poſſit; eaque veroſimilior ſit futura conjectura, quæ decimo aut undecimo ſeculo eum propius admoverit. Et forte factum eſt, ut annus* DCCCXXXVI *in antiquiori aliquo monumento notatus, evanidis jam propemodum characteribus alicui impoſuerit, ſuaſeritque* M *pro* D *legere ac reſcribere: neque enim antiquitus in uſu erant cyfræ, quibus aliquis factum ſuſpicaretur, at pro 1036, ſimili ex erratione irrepſerit 1436.*

ipſo veriſimiliter antiquior.

VITA

Ex MS. Italico ipſius eccleſiæ.

Sterilibus & ſenibus parentibus natus ex voto

1 NAtus eſt B. Mirus in oppido Cantii *a* Status Mediolanenſis, & parochia Incini: cujus pater Eraſmus, mater nuncupabatur Druſiana. Hi cum eſſent annorum ſexaginta, metuentes Deum & B. Mariæ virgini devotiſſimi, ac liberis carerent, moti cupidine ſucceſſionis, ad divinæ Majeſtatis obſequium applicandæ, oraverunt Dominum, promittendo quod filium, ſi quis eis ex divina voluntate naſceretur, dedicarent famulatui ejus in aliqua religione aut peregrinatione perpetua. Eaſdem preces etiam ad Deiparam dirigebant. Placuit igitur Domino humiles horum devotorum ſuorum exaudire ſupplicationes, eiſque concedere exoptatam gratiam: atque ita cum infinita admiratione notorum omnium, propter grandem Druſianæ jam ſexagenariæ ætatem, natus eis *b* eſt tantopere deſideratus filius: cui in baptiſmo poſuere nomen Miri, utpote per miraculum edito in lucem ex annoſa muliere, & inſigni vultus ſpecie nihilo minus admirando. Datus porro eſt puer lactandus nutrici, & paucos poſt menſes obiit Druſiana mater. Cum autem ad *c* duodecimum ætatis annum perveniſſet puer & factus jam diſciplinæ capax, datus eſt à patre cuidam ſanctioris vitæ Eremitæ inſtruendus, qui iis in partibus habitabat. Sub hoc magiſtro puer docilis profecit egregie, non minus in virtutibus ac moribus Chriſtianis, quam litteris, cum magno boni Eremitæ ſtupore & gaudio, ſperantis ex ejus inſtitutione haud mediocris conſolationis fructus ſe percepturum: quidquid enim ſibi præcipiebatur à ſene diligentiſſime exequebatur puer, promptaque ac filiali obedientia magiſtri amorem ſibi conciliaverat, etiam in orandi ſtudio, quamvis ætate tenera, ipſum imitans.

traditur eremitæ cuidam erudiendus.

2 Ad annum deinde ætatis vigeſimum *d* ſecundum progreſſo mortuus eſt pater Eraſmus, & ipſe paternarum facultatum omnium relictus heres, per manus magiſtri (fortaſſis ex ſuprema defuncti voluntate, ſuam omnem ſubſtantiam pauperibus diviſam cupientis) ita de iis diſpoſuit, ut abdicatis omnibus quæ divino famulatui & bonorum ſpiritualium acquiſitioni poſſent objicere impedimentum, liber manſerit & ſolutus. Perſeveravit autem in illa tam religioſa vita cum ſuo caro patre ac magiſtro uſque ad annum ætatis trigeſimum ſecundum, quando mortuus eſt ille Eremita, & in oppido Cantii ſepultus. Poſt cujus exequias, videns ſe Mirus privatum corporali ac ſpirituali conſortio, inſuper etiam dimittere voluit modicum illud quod ex paternis facultatibus ad ſuſtentationem utriuſque frugalem reſervaverat. Cumque non ceſſaret orare Deum, ut ſibi largiretur gratiam cognoſcendi quæ eſſet ejus de ſe voluntas beneplacens & perfecta; oblatum eſt dormienti ſomnium, quo videbatur ſibi loco Salvatoris conſpicere magiſtrum ſuum Eremitam, & hæc aut ſimilia verba ab eo audire. Fili mi, ne tardes exſequi voluntatem divinam: quamvis enim Deo hactenus ex animo ſervieris, omnes pro ejus amore abdicans facultates; nihilominus oportet te peregre ire ad viſitanda loca & reliquias Sanctorum, ac nominatim Beatorum Petri ac Pauli Romæ; modicum enim eſt quidquid obſequii tuo huc uſque feciſti Creatori, & omnino convenit ad ulteriora extendi pro acquirenda illius gratia. Surge igitur confeſtim, & noli morari, quia hæc eſt voluntas Dei.

patre orbatus

& magiſtro

jubetur Romam proficiſci

3 Experrectus Mirus, totus lætus & conſolatione divina plenus propter viſionem, in orationem ſe dedit, gratias agens Domino, qui ſuam ei voluntatem gratioſe dignatus fuerat revelare. Tum valefaciens amicis & conſanguineis, cum ſcipione in manu in viam ſe dedit peregrinaturus: & quod ab eleemoſyna per iter corrogata ſuæ neceſſariæ ſuſtentationi abundabat diſtribuere cœpit pauperibus, quorum proinde aliqui conſectabantur eum, præſertim pueruli tres, qui eidem tamquam patri adhæſerunt quocumque iret; quos etiam teneriori ac vere paterno proſequebatur affectu, erudiens eos

ubi viſitatis liminibus Apoſtolorum

EX MS. ITALICO. cum omni caritate ad obſervantiam divinorum mandatorum. Ut autem Romam venit, & ſacra ibi loca reliquiaſque Sanctorum viſitavit, intellexit in vicinis Urbi montanis degere Eremitam quemdam, ad quem ſeſe decrevit conferre conſilii & auxilii petendi cauſa: quod etiam de genibus ab eo petiit, quatenus ex illius ore diſcere mereretur, qua porro ratione placere Deo poſſet. Nomen eremitæ erat
e Brigidus de *e* Colomna, quem multa & diuturna
ex Brigido Eremita intelligit abſtinentia pallidum fecerat ac macilentum. Hic nomen hoſpitis ſui interrogans, & quantos in Dei ſervitio numeraret annos, tale ab eo reſponſum accepit: Mirus ex baptiſmo vocor, Pater, quia ex annoſis parentibus mirabiliter natus ſum: deinde totam vitæ à ſe actæ ſeriem ex ordine narravit. Viciſſim eidem retulit Brigidus, quod annum jam quinquageſimum vivebat in eo loco, iis ſolis quæ iſtic poterat colligere victitans: addidit etiam quas ibi tentationes & inſidias diaboli perpeſſus per Dei gratiam ſuperaſſet, orationis & abſtinentiæ præſidio; multum lætus quod in ea ſolitudine ſibi datum eſſet vivere, procul à mundi vanitatibus, animæ perniciem adferentibus: patientia enim & precatione aſſidua opus eſſe ad conſequendam ſalutem.
B Denique invitabat Mirum ad ſecum manendum, interim dum Dei explorarent perſeveranti oratione voluntatem.

redeundum ſibi eſſe in patriam. 4 Ita manente iſtic Miro, cum pro more ſuo ad Matutinas preces evigilaſſet Brigidus, adſtitit ei Angelus Domini & dixit: Mirus hic, quem hoſpitem ſuſcepiſti, vir Dei eſt, cui mea vice dices; Domino noſtro placere, ut in patriam ſuam revertatur mendicans, quemadmodum huc venit, ipſo in itinere certificandus de ſuo fine: atque ut læto & hilari animo cœptæ formæ vivendi inſiſtat. His dictis diſparuit Angelus: Brigidus autem repletus gaudio & ſolatio, cum poſt orationem completam revertiſſit in cellam, & ſopitum Mirum inveniſſet, expergefacere eum noluit: ſed auroram præſtolatus, poſt fuſas communiter preces & bonam diei partem in ſacris exercitiis peractam, ad ſumendam aliquantuli cibi, qualis eo loci ſuppetebat, refectionem invitavit Mirum. Deinde actis bonorum omnium Largitori gratiis, ita eum affatus eſt: Habeo, Mire, quod tibi ex parte Dei mandem, ab Angelo ejus mihi commiſſum. Veniſti in has partes longinquas à patria, quam Deo inſpirante dimiſiſti, ad viſitandas Romanæ Urbis reliquias: nunc eodem tibi eſt redeun-
C dum: ipſaque in via diſces quid porro faciendum
cui mandato parens tibi reſtet. Contritus igitur coſeſſuſque de peccatis, indulgentiam ſumes atque diſcedes. Paruit continuo præceptis Mirus, & Brigidum amanter complexus, cum ejus benedictione Romam rediit: ubi tres puerulos prædictos invenit, qui ut eo abſente multum doluerant, ſic eodem recepto exhilarati, ipſi ſe cum omni ſubjectione commendarunt. Inſequenti nocte per viſionem ei imperatum eſt cælitus, ut regrederetur quamprimum: quare viſitatis iterum locis iis in quibus lucrari Indulgentiam debebat, ſummi Pontificis benedictionem expetiit; qui ſimiliter eidem in virtute ſanctæ obedientiæ & pro remiſſione peccatorum injunxit, ut perſeverando in illo pœnitentiæ habitu patriam repeteret.

5 Poſtera die in viam ſe dedit cum tribus iſtis ſuis pauperculis, itinera faciens modica, ne de conſuetis orationibus exercitiiſque ſpiritualibus cogeretur quidpiam intermittere: cumque veniſſet in
f locum Lombardiæ, qui dicitur S. Georgii *f* in Lume-
oppidanis S. Georgii pluviam impetrat: lina, eo tempore quo maxima ficcitas ſpem futuræ meſſis extinxerat; eaque ex cauſa mœrentem videret ejus, ad quem diverterat, oppidani honeſtam ſed numero gravem familiam; quæ de mutandis brevi ſedibus, ſi calamitas iſta non ſito finiretur, conſi- D
lium cœperat; Mirus re intellecta: Adducite ad me, inquit, oppidanos omnes, majores & minores in Chriſti nomine: qui ſi pro ejus amore mecum voluerint jejunare & orare devote, ſpondeo non prius hinc diſceſſurum me, quam ſint optatam aquæ copiã conſecuti. Fecerunt autem omnes quidquid juſſit Mirus: cui nocte ſequenti apparuit homo, longam veſtem indutus & crucem geſtans; qui corporis ſui oſtentans plagas, dixit ei: Propter orationes quas fudiſti, ſcito concedendam tibi expetitam gratiam. Hac viſione ſtupefactus Mirus, cum ſe ſubmitteret in genua, pedes ei qui ſibi apparuerat deoſculaturus, diſparuit ille, locumque cæleſti odore plenum reliquit. Mirus autem noctem reliquam in oratione tranſigens, & gratias Domino Jeſu Chriſto agens pro tantæ bonitatis favore, juſſit ut proximo mane ſua omnes peccata confiterentur, collectique intra eccleſiam, depoſitis ſiqua eſſent odiis, mutuo ſeſe amanter complecterentur. Ipſa vero Dominica die ſub veſperam, ſervi ſui in orando efficaciam demonſtravit Deus, largiens pluviam: quæ per totos quinque dies arentem terram ſuaviter irrigans, ſementem languidam ac pœne aduſtam reſuſcitavit, adeo ut copioſam deinde meſſem colonis ſuis dederit. E
Quo beneficio populus ille obligatiſſimum ſeſe Miro agnoſcens, cum viderent eum ejuſque tres comites male ſartis tectos veſtimentis, nova eiſdem facienda decreverunt.

6 Hæc parantibus illis, ſubduxit ſeſe ab eorum oculis cum ſuo *g* comitatu Mirus, Cantiumque g
perveniens, ubi jam nemini noſcebatur, peregrina- *Cantio quoq; juſſus diſcedere,* tionis ærumnis jejuniiſque emaciatus, hoſpitium petiit & impetravit apud Parochum loci, ſibi ac tribus ſuis parvulis victum tempore aliquanto mendicans. Donec ſub noctem ei apparuit matrona, brachiis puerulum geſtans, & dixit: Fili mi, non eſt hic locus tibi deſignatus: itaque hinc alacriter diſcede. Quem vides, filius meus eſt, pro tua totiuſque generis humani redemptione mortuus in cruce: bene ei ſerviviſti, & ideo venimus viſitare te: appropinquat enim tempus exitus tui. Vade ſecundum ripam lacus, vitam mendicato inter peregrinandum ſuſtentans, ſicut hactenus feciſti, uſque dum ad alterũ lacus caput pervenias in deſtinatum tibi locum, ubi gravi preſſus dolore infirmaberis, & anima tua diſſolvetur à corpore, quod ibi in tui memoriam ſervabitur. Peregrinabundus igitur Mirus, per terras *Suricã mo-* lacui Comenſi adſitas pervenit Suricum, oppidum *ritur:* F
in capite lacus fundatum: ubi paulo poſt infirmatus *h* ac mortuus eſt. Defuncto autem Miro nata eſt h
controverſia inter Suricenſes de loco in quo eſſet ſepeliendus. Dum autem fabricaretur ſandapila, intra quam erat collocandum corpus, ecce tibi ad fabrum dolantem aſſeres deſcendere corvi, reſectaque fruſtilla roſtris corripere, comportareque in vicinum monticulum *i* ad eccleſiam in honorem S. i
Michaelis Archangeli dedicatam. Qua re ab adſtan- *ſepelitur in S. Michaelis.* tibus animadverſa, judicarunt ex Dei voluntate facturos ſe, ſi iſtic ſepeliendum defunctum curarent. Quod & factum eſt cum maximo populorum concurſu, propter ejus eximiam ſanctitatẽ; multis etiam poſtea frequenti viſitatione eodem recurrentibus, & optatas gratias conſequentibus.

7 Quod autem ibi voluerit Deus illum ſepeliri, confirmarunt ſubſecuti effectus, nominatim circa homines Communitatis Pradenſis *k*, quod eſt oppi- k
dum in valle Clavenna: qui ſuum eſſe corpus illud *Pradenſes prohibiti auferre corpus,* prætendebant, eo quod ipſius S. Miri mater Druſiana indidem eſſet oriunda. Cum igitur ad illud rapiendum armati veniſſent, jamque operculum arcæ, in qua ſacra oſſa cendebantur ſuſtuliſſent; manus eorum

A eorum intra patentem rimam deprehenſæ per miraculum hæſerunt, ita ut movere eas inde non poſ-
1 ſent *l*: creditурque quod liberationis impetrandæ cauſa voto ſe obligarint, mittendi quotannis è ſingulis familiis unum aliquem ad ſanctas iſtas Reliquias viſitandas, & cereum votivum deferendum: quem-
quotannis eo ſupplicabundi veniunt admodum hodieque obſervant ad ipſius Sancti feſtum, quod ſecunda ſexta feria Maji celebratur, venientes proceſſionaliter cum ſuo Parocho: quod idem etiam faciunt nimiæ ſiccitatis tempore, referentes fructum precationis ſuæ cum confuſione hæreticorum, regiones illas incolentium. Eodem die, cum ſimili proceſſionis pompa, illuc accedit Communitas Soricenſis viri feminæque cum D. Archipresbytero ſuo & Canonicis; ibique Miſſam canunt ſuper altari, ſub quo repoſitum eſt corpus beati atque glorioſi Miri. Similiter huc veniunt Buranen-
m ſes *m* ſeu Monte-Mezzani, & Commmunitas Bu-
uti & alii pro pluvia. gialenſis. Ex antiquo etiam uſu annis ſingulis venire proceſſionaliter ſolent lectæ ſaltem ex ſingulis familiis perſonæ ex Communitatibus S. Gregorii
n *n*, Brentii, Stazonæ, Germaſeni atque Garzeni cum ſuis Parochis; item ex oppido Dori &
B Communi Novatenſi: ex quo tam grandi populorum concurſu data eſt occaſio annuarum nundinarum eo loci celebrandarum.

8 Sed imprimis civitas Mediolanenſis erga hanc ſanctam Reliquiam pie afficitur: & tempore ſicci-
o tatis Illuſtriſſ. D. Vicarius *o* ac rei annonariæ curan-
imprimis Mediolanenſes optimo ſemper ſucceſſu dæ præpoſiti Duodecem-viri mittunt unum ex ſtipatoribus ſuis, dictis Albo-rubris, ſimul cum aliquo Religioſo: qui ſtatim atque appellunt Suricum indicant ſui adventus cauſam Rev. D. Archipresbytero aut Vicario ejus: qui ſimul cum ipſis ex eccleſia Collegiata S. Stephani procedunt ad eccleſiam S. Michaëlis, nunc S. Miri dictam; ibique cantatur Miſſa & Albo-ruber Communionem ſacram ſuſcipit, orans etiam ipſe pro obtinenda ea quæ deſideratur gratia: vix autem umquam accidit, quin dum legatus Suricum venit vel inde Mediolanum revertitur, recipiat fructum devotionis ſuæ, id eſt, pluviam tantopere deſideratam. In ſignum autem impetrati beneficii aliquot ab hinc annis miſit illuc civitas Mediolanenſis paramentum ex panno Damaſceno viridi, aureis fimbriis ornatum, cum Pallio Caliceque & alio inſtrumento neceſſario ad uſum Sacrificii. Aliis etiam vicibus varia donaria eodem deſtinavit.

C 9 Neque ſolum ab urbe Mediolanenſi, ſed etiam
vicinaque diœceſes ex aliis ejuſdem Provinciæ oppidis veniunt deputati in ſimili neceſſitate ad pluviam impetrandam, puta ex Tortonenſi, Ticinenſi, & Alexandrina diœceſibus. Accidit inſuper anno MDXCVIII menſe Auguſto, tantam eſſet ariditatem terræ, ut rimas ageret, viteſque uſtulatæ viderentur, nec fructus ex iis iſto anno ſperaretur. Hac autem in neceſſitate Catholici
p Communitatis Caſpanenſis *p* in Valle Tellina pro-
cum hæreticorum confuſione. poſuerunt mittere proceſſionaliter unam ſaltem perſonam ex quaque domo cum Parocho Suricum, ad aquam per S. Miri interceſſiones impetrandam. Qui mox ac domum reverterunt gratiſſima pluvia, qua triduum integrum durante, quęcumque aduſta & arida velut in hieme videbantur cœperunt verni temporis amœnitatem novo virore referre: ad maximam hæreticorum Caſpani commorantium confuſionē, qui Catholicos Suricum abeuntes ſibilis & riſu ſuerant proſecuti; adeo ut per dies multos non auderent prodire domo, ne cogerentur audire improperia Catholicorum, ſuam ipſis incredulitatem exprobrantiū. Non tamen ideo convertebantur, ſed acceptam gratiam in alias cauſas referebant, quemadmodum & Judæi miracula, quæ faciebat D. N. Jeſus Chriſtus.

ANNOTATA.

a *Carafinus in epiſtola*, Cantium, agri Mediolanenſis pagus, apud Aſſinam vallem. *MS. Italicum*, nella pieve d'Incino: *pagus ipſe vulgo* Canzo *dicitur, recto inter Mediolanum & Comum itinere, ſed Como vix* 6 p. m. *diſtans.*

b *Addebatur natum eſſe B. Mirum anno* MCCCCXXXVI, *pro quo rectius ſubſtitui poſſe* DCCCCXXXVI, *jam monuimus.*

c *MS. Italicum*, eſſendo il fanciullo d'etá d'anni duoi, *in quo errorem eſſe, & in Actis antiquis latinis veroſimiliter notatam annorum* XII *ætatem, plane mihi perſuadeo, cum hæc incipiat primum eſſe diſciplinarum capax.*

d *Ita correxi ſimilem priori errorem, quo* 12 *anni ſolum notabantur pro* 22: *paterna enim hereditatis abdicatio, & bonorum in pauperes diſtributio ætatem duodenaria majorem requirit: ex ætatis autem anno* 32, *mox indicato, ſatis apparet, intentionem primi auctoris fuiſſe diſtribuere vitam per decennia, fortaſſe quidem per ſolam conjecturam, veroſimiliorem tamen quam ſi bimulum è patria domo dimiſſum & magiſtro traditum tenere velis.*

e Columna, *media inter Romam & Paleſtrinam via,* 10 p. m. *utrimque fere diſtans, oppidum haud ignobile eſt in colle, ubi* Gabios *antiquos fuiſſe cenſet* Kircherus *noſter in ſuo Latio. Id hujus eremitæ patriam fuiſſe potius credam, quam ipſum Columnenſium familiæ adſcribendū. Porro tam diſtincta hujus nomini notitia facit, ut longe antiquiora Acta extitiſſe putem, unde & nomina parentum habeantur & cetera poſtea Italice traducta.* E

f *Quæ inter Seßiam & Teſinam fluvios clauditur regio, admodum irrigua, nomen habet à* Lumello *oppidulo, ab hoc autem* 4 p. m. *diſtat vicus* S. Georgii, *ſive* (*ut Ferrarius dubitanter ſcribit*) S. Gregorii. *Mediolano vero* p. m. *circiter* 20 *Pedemontium verſus: de ea Carafinus:* felix admodum ea gleba proventu, nec alia forte apud Inſubres frumenti feracitate felicior.

g *Notat Ferrarius, trium iſtorum puerorum nullam deinceps in vita fieri mentionem: quare haud immerito credit eos Cantii, unde ſecuti peregrinantem erant, fuiſſe parentibus ſuis redditos, nec ultra Sanctum comitatos.*

h Anno ætatis, *inquit Ferrarius,* 72, *quod neſcio unde hauſerit, veteribus monumentis de ea ætate tacentibus, & vita dicente, quod anno* 32 *peregrinari cœperit, nec niſi unicam Romanam peregrinationem, abſque longiori uſpiam mora, commemorante. Surici fortaßis vixit diutius; idque Ferrario ex traditione innotuit.* F

i *Idem Ferrarius ait, in eodem monticulo ſpeluncam fuiſſe quam Sanctus inhabitarit: Carafinus,* Aſſervantur, *inquit,* ejus exuviæ apud Suricenſes in æde D. Michaelis, verticem clivi editioris inſidente, unde proſpectus in Vulturenam vallem, & ſubjecta Abduæ limoſa, quem ibi placido ſe lapſu volventem Larius lacus hauſtu perpetuo ſorbet.

k Oppidulum Pradæ, *inquit Carafinus*, inter cetera ſuæ ditionis numerat in hanc uſque diem Comitatus Clavenenſis, meæ Diœceſis: *eſt autem apud Rhætos ſive Griſones* 3 *aut* 4 p. m. *Clavenna, Surico autem circiter* 15 *diſtans.*

l *Factum hoc crediderim multis poſt Sancti obitum annis, corpore aut oßibus jam elevatis in tumbam lapideam: fortaßis etiam hoc miraculum occaſionem dedit extruendi ſuper illam altaris, ne alias ſimile quid ſperari tentarique poſſet.*

m *Ferrarius* Monte-rezzo, *ſed nec hunc nec alia hic nominata loca tabulæ topographicæ nobis notant.*

n S. Gregorii *oppidum ad meridionalem Abduæ ripam,* 15 p. m. *Surico diſtans: porro vero ad eamdem ripam* Stazona *eſt, diſtans à lacu altero tantum.* Brentium *videtur eſſe* Branzi, *ſub Dominio Veneto Bergomenſis diœceſis,*

Ex MS. Italico. *diœceſis, circiter* 25 p. m. *remotum Surico ad Orientem:* Garzanum *vero ad Occidentem ſolum diſtat* p.m. 8, *eſtque diœceſis Comenſis, fortaſſis &* Germazenum, *quod non reperio in tabulis, uti nec* Dorum, *quod ſupra lacum Comenſem eſſe dicit Ferrarius: ibi ſaltem invenio* Novatum, *vix* 4 m. p. *Surico procul.*

o *Caraſinus:* Accedentibus Mediolani frumentariis proxenetis ad Annonæ tribunal, ingentique cum fiducia poſcentibus ut imbres mittat rogatum, Præſes & duodecim Ordo legare ſolent ad Divi ſepulcrum oratores. *Deinde addit,* Decimus nonus hic eſt annus (*Chriſti* 1645, *quando data epiſtola*) ex quo me ab eccleſia Melphienſi tranſtulit ad hanc Novocomenſem Urbanus VIII Pont. Max. nec unquam fruſtrata hac in re populorum audivi vota.

p Vallis Tellina *ſeu* Vulturena *dicitur ea Rhætiæ pars, quam Abdua rigat: ibi* Caſpanum *eſt*, Surico diſtans, *inquit Ferrarius*, p. m. 12, difficili per rupes & ſaxa itinere: *addit autem veniſſe ſupplicabundos* 150, *qui mane egreſſi, Miſſæ ex voto Surici dictæ adfuerint, & poſtea refectis corporibus redierint ad ſonum Ave-Maria, tum vero benedictione accepta à Parocho, in ſuas quique dimiſſi domos, pluviam habuerint prius quam illas intrarent.*

INSTRUMENTUM INVENTIONIS.

Epiſcopus Trapezuntinus Pſ. 67, 36

10 AD æternam rei memoriam & ut veritas luceat & clareſcat, univerſis & ſingulis hoc publicum inſtrumentum inſpecturis [notum ſit] quod Deus viſitavit nos hodie oriens ex alto, juxta illud dictum, Mirabilis Deus in Sanctis ſuis, & excelſus ſuper omnia opera ſua. Cum igitur jam multo tempore elapſo corpus Beatiſſimi Miri migraſſet, in eccleſia S. Michaelis in tumulo requievit, unde multiſſimis miraculis claruit & claret in partibus iſtis & alibi: Nunc vero Deus ſua pietate & miſericordia nobis oſtendere theſaurum abſconditum dignatus eſt. Igitur ex licentia Reverendiſſ. in Chriſto Patris ac Domini, D. Antonii de Puſterla, miſeratione divina Epiſcopi Cumani & Comitis. Rev. in Chriſto Pater D. Gregorius de Corſanego, monachus Ordinis S. Benedicti, Epiſcopus Trebeſundarum, una cum infraſcriptis venerabilibus Patribus & Dominis, Presbytero Donato de Caligariis, Archipresbytero eccleſiæ S. Stephani de Surico; Presbytero Joanne de Pelitariis, Canonico ejuſdem Eccleſiæ; Fr. Joanne de Claro, Præpoſito Domus
C Humiliatorum S. Urſulæ de Surico; Fr. Bonaventura, Guardiano Sanctæ Crucis Cumarum; Fr. Thadæo, Fr. Cypriano, & Fr. Jacobo de Menaſio, omnibus Ordinis Minorum; ac etiam Nobilibus & Egregiis Dominis, Antonio de Reato, Poteſtate terræ Surici, per Illuſtriſſ. & Excelſum Dominum noſtrum Ducem Mediolani; Petrino de Ripa, Antonio de Ripa, Melchiore de Peliciariis, Franciſco de S. Juliano, Thomaſio de Garſone, Gaudentio de Ferariis, omnibus Communis Surici; Thadæo de Bioca & Zanne de Sertolia, Communis de Bugiallo; Danielo de Sarbalupiis & Cenzolo de Caratio, Communis de Monte-Medio; & Gerardo de Bolziis, Communis de Trezono; & me Benedicto de Ripa, Notario infraſcripto, & compluribus aliis utriuſque ſexus; idem Rev. D. Epiſcopus ſupraſcriptus, una cum aliis ſupraſcriptis, die Dominico, x menſis Septembris præſentis, hora meridiei, in d. eccleſia S. Michaelis, in capella S. Antonii latere ſiniſtro, aperuerunt tumulum B. Miri, ſuper quo tumulo ædificatum erat altare ad honorem B. Miri: & invenerunt theſaurum abſconditum, videlicet corpus B. Miri, miro odore & ſuavitate fragantiæ: quo dimiſſo & ſigillato, manet in d. eccleſia ad laudem & gloriam omnipotentis Dei, Patris & Filii & Spiritus ſancti, & B. Stephani Patroni noſtri, & ad conſolationem omnium habitantium in partibus iſtis, cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum, amen, juxta illud Apoſtoli dictum, Benedictus Deus & Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, Pater miſericordiarum & Deus totius conſolationis, qui conſolatur nos in tribulatione noſtra ac Beatiſſimi Miri. Amen. D 2 Cor. 1, 3

eorâ multis teſtibus,

10 Septembris anno 1452 corpus S. Miri recognoſcit.

11 Actum Surici in eccleſia S. Stephani Patronalis eccleſiæ, præſentibus teſtibus ad præmiſſa vocatis & rogatis, Simone de Ghezziis f. q. Ser. Baldaſſaris, Mag. Paulo de la Porta f.q. Ser-Melchioris, ambolus de Domaſio, Ser-Antonio de Crotis de Elzinate f. q. Ser-Stephani, Sanctino de Benacciatis f. D. Joannis, Mediolanenſis diœceſis, & Fr. Jacobo de Spatiariis, Ordinis S. Angeli Mediolanenſis diœceſis, omnibus teſtibus ad prædicta vocatis & rogatis. Datum & regiſtratum in eccleſia præfata S. Stephani anno MCCCCLII, I Indictione, die XI menſis Septembris. *eaque de recondi inſtrumentū jubet.*

✠ Ego Benedictus de Ripa de Surico, publicus Imperiali auctoritate Notarius Cumanus f. Ser-Joannis hoc inſtrumentum inventionis præmiſſorumque omnium & ſingulorum, mandato & juſſu præfati D. Epiſcopi ac rogatu ſubſcriptorum ſupra nominatorum, tradidi & ſcripſi meque ſubſcripſi, & prædictis præſens fui & vidi. E

BULLA INDULGENTIARUM.

Epiſcopus Comenſis

12 ANtonius, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Cumanus & Comes, dilectis nobis in Chriſto univerſis & ſingulis eccleſiarum civitatis & diœceſis Cumarum Prælatis, Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Archipresbyteris, Presbyteris, Rectoribus, Beneficialibus, Canonicis, Capellanis & Miniſtris, quibus præſentes noſtræ litteræ fuerint præſentatæ, omnibusque Chriſti fidelibus præſentes litteras inſpecturis ſalutem in Domino ſempiternam.

Ineffabilibus divinis operibus Omnipotens Sanctos ſuos ex eorum meritis quotidie ad Chriſti fideles non definit clareſcere, ut per eorum exempla, per bona temporalia, quæ ipſo inſpirante fecerimus, æterna gaudia poſſidere valeamus, firmam ſpem fiduciamque tenentes, quod qui parce ſeminat parce & metet, & qui ſeminat in benedictionibus de benedictionibus & metet vitam æternum. Hinc eſt quod altiſſimus Jeſus, & inexplicabilis & potens in cælo & in terra, intendens ſua ſumma juſtitia ſervos ſuos ex eorum præmiis exaltare & præmiare, die Dominico x menſis Septembris anni curſi MCCCCLII, mediantibus proceſſionum ſolenniis, in hymnis & canticis atque laudibus, ad honorem ipſius altiſſimi & omnipotentis Dei per ſanctam matricem Eccleſiam ordinatis, corpus B. Miri jam dudum recluſum in quodam ſepulcro, exiſtenti in eccleſia S. Michaelis Communis ſeu Plebis Surici noſtræ Cumanæ diœceſis, in præſentia Reverendiſſ. Patris & D. Gregorii Trabeſundarum Epiſcopi, Suffraganei & Coadjutoris noſtri..... ac ſecularium cauſa devotionis ibidem adſtantium. Quod quidem corpus ut fama..... & ad ipſum B. Mirum devote..... manifeſte claruit, miſericorditer demonſtravit. F *ve intellecta*

& deſiderio Suricenſiū pro reſtauranda S. Michaelis eccleſia

13 Cumque incolæ illius Communitatis Surici ſummo affectu permaximoque deſiderio, nolentes tanti beneficii accepti immemores eſſe, affectantes ipſam eccleſiam S. Michaelis, in qua eſt prædictum corpus beatiſſimum S. Miri ſepultum ut ſupra, quę.... eſt, tum ob reverentiam Jeſu Chriſti, tum etiam præd. S. Michaelis Archangeli, & tum præd. B. Miri, qui

A qui ſe miraculoſe demonſtravit ut ſupra, ampliare & augere, adeo quod perſonæ, quæ ad ipſam eccleſiam cauſa devotionis præfati Beatiſſimi Miri confluxerint, commode in ipſa eccleſia reſidere poſſint: Noſque ad conſequenda prædicta gaudia cauſam fidelibus [præbere] cupientes, precibus & ſupplicationibus Communitatis hominum ipſius loci de Surico, Plebis Surici noſtræ Cumanæ diœceſis, inclinati, de manſuetudine conſueta, volenteſque & cupientes eccleſiam ipſam privilegio & dono ſpiritualis gratiæ confortare; auctoritate ordinaria qua fungimur in hac parte, omnibuſque modo, jure, via, cauſa, & forma, quibus melius poſſumus & potuimus, de omnipotentis Dei miſericordia, ac BB. Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate, atque B. Abundii Confeſſoris egregii Patroni noſtri, cui licet immeritò ſucceſſimus in officio Paſtorali, meritis confidentes; omnibus & ſingulis hominibus & perſonis Chriſti fidelibus, qui ipſam eccleſiam S. Michaelis & corpus Beatiſſimi Miri devote viſitaverint in diebus Dominicis, & in Feſtivitatibus Nativitatis & Reſurrectionis & per ipſarum Octavas, & ſimiliter in feſtivitatibus beatiſſimæ Genetricis Virginis Mariæ & omnium Apoſtolorum, nec non

cum in fine largitur indulgentias

B prædictorum Sancti & Beati Michaelis Archangeli, ſub cujus vocabulo d. eccleſia fuit & eſt fundata; & Miri, cujus corpus in ipſa eccleſia jam longo tempore extitit ſepultum, nuperrimeque divina providentia fuit propalatum ut ſupra; ac diebus Quadrageſimæ, toties quoties eccleſiam ut præfertur viſitaverint, ac ad reparationes ipſius eccleſiæ & ad augmenta ejuſdem caritativè manus adjutrices porrexerint; quadraginta dies de injunctis pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus.

& pium opus vult ubiq; commendari.

14 Voſque Prælatos & omnes ſupraſcriptos in Domino admonemus, ut in eccleſiis vobis commiſſis & in Miſſarum celebrationibus, cum major aderit populi multitudo, noſtri vice & auctoritate, verbo pariter & exemplo inducatis & exhortetis populos vobis commiſſos, ad benefaciendum miſſis & nuntiis & procuratoribus ipſius eccleſiæ; ut per hæc & alia bona, quæ Domino inſpirante fecerint, poſſint ad æterna felicitatis gaudia pervenire. Has autem noſtræ conceſſionis litteras, per Joannem de Zobiis Notarium & Scribam noſtrum ſcribi & regiſtrari mandavimus, ſigillique noſtri appenſione muniri. Datæ in Epiſcopali Domo Cumana MCCCCLIII, Indictione I ſecundum conſuetudinem civitatis & diœceſis Cumarum, die vero lunæ, quintodecimo menſis Januarii.

C

TRANSLATIO CORPORIS

Ex Italico Andreæ Ferrarii.

Anno 1637 Carafinus Ep. Suricum viſitans,

15 MAnſerunt ſacra B. Miri oſſa immota per annos centum octoginta quinque, donec hoc noſtro ſeculo, quo major quam antehac venerandis Sanctorum Reliquiis honor habetur, Illuſtriſſ. ac Reverendiſſ. D. Lazarus Carafini Cremonenſis, Dei gratia Comenſis Epiſcopus, anno MDCXXXVII die XX Octobris Suricum venit, Paſtorali ſuo muneri, illius parochiæ viſitatione, facturus ſatis, cum adm. Illuſtriſſ. ac Reverendiſſ. Dominis Alexandro Lucino & Jacobo Minontio. I. V. Doctoribus, & Rev. adm. D. Archipresbytero Suricenſi, cum aliis familiaribus ſuis multiſque oppidanis, aſcendit ad eccleſiam S. Michaelis, per medium milliare, non ſolum ejus inſpiciendæ cauſa, ſed eo præcipue quia intendebat facere tranſlationem corporis S. Miri. Facta igitur ante aram principem oratione, juſſit tolli ornamenta lignea tabulaſque, quæ Sancti vitam circum ejus ſepulcrum repræſentabant: quo facto apparuit capſa, cui includebatur corpus ſanctum. Hanc autem cum ſimiliter diffringi juſſiſſet, apparuit in parte ejus poſteriori depictus Beatus, porrectus in longum, cum imagine adgeniculati Presbyteri duorumque Angelorum faces cereas tenentium.

EX MS. ITALICO. *monumentum aperit*

16 Poſtmodum, ſublata grandi petra, quæ interiorem arcam operiebat, conſpecta ſunt oſſa S. Miri, ſupra tabulam extenſa in formam cadaveris, & candidiſſimo ac ſubtiliſſimo velo operta, quæ ab ipſomet Illuſtriſſimo repoſita fuerunt in capſellam elegantiſſime adornatam, atque ſub ejus ſigillo clauſa munitaque. Hinc digreſſo illo aliiſque ad hoc vocatis, privatim quidem, non tamen ſine multorum cereorum lumine, deportatæ ſacræ Reliquiæ ſunt Suricum in eccleſiam Collegiatam S. Stephani, ibique intra capſam, ſimili Illuſtriſſimi ſigillo obſignatam, depoſitæ in ſacriſtia cum fideli cuſtodia, uſque dum fieret apparatus decretæ tranſlationi neceſſarius. Hæc autem decreta eſt facienda Dominico proximo, die XXV Octobris. Nocte igitur dictam diem præcedente Illuſtriſſimus idem cum Dominis Viſitatoribus & Archipresbytero venit in eccleſiam, arcamque & ſigillum ſuum recognovit: capſulam vero deferri juſſit ad aram principem: ubi aliam capſellam ad hoc paratam, & ſerico flavo intus, deforis villoſo cremeſino opertam, benedixit; ſingulaque ſeorſim oſſa lineo panno extergens, in eam tranſtulit, exceptis paucis quas ſuæ devotioni ſervavit Reliquiis: eamdemque capſellam, bene obſeratam ſigillataque, incluſit alteri capſæ etiam ligneæ, cum atteſtatione rei geſtæ in pergameno deſcripta. Poſtea juſſit omnia denuo recludi intrà ſacriſtiam uſque ad proximum mane.

& oſſa tantiſper ſeponit.

E

25 Octobris paratis ſolenniter ſacris,

17 Tum vero ſupra altare temporaneum ante chorum eccleſiæ, ut commodius poſſent ab omnibus honorari, ſacræ Reliquiæ expoſitæ circumlucentibus cereis pluribus; hora autem condicta Illuſtriſſimus cum ſuo comitatu ad eccleſiam venit, aſſiſtentibus ſibi Alexandro Lucino & Hyacintho Georgii Canonicis Comenſibus, tunicellas indutis, Archipresbyteriſque Soricenſi & Dongenſi cum Præpoſito Domaſeno pluvialia portantibus, Curatis item parochiarum Sorici ac vicinarum Plebium albas planetas ferentibus, ac reliquo Clero in ſuperpelliceis: atque ita cantata eſt Miſſa ad majus altare, infra quam adm. Rev. D. Joannes Donatus Ferrarius Dongenſis Archipresbyter aſcendit in pulpitum, brevemque ſed elegantem de vita, morte, & miraculis Beati habuit orationem. Sub finem de manibus Prælati ſui communicavit populus, non ſolum Soricenſis, ſed etiam ex tribus circum parochiis, vallibuſque Clavena & Tellina congregatus maximo numero, potiſſimum ex oppido Prada.

F

retulit in locū ſuum ad novatæ arcam

18 Interim diſponebatur proceſſio ad ædem S. Michaelis, in qua primi gradiebantur Confratres ex Giera, Tercione & Burano aliiſque vicinis locis, induti ſaccis & cereos ferentes: ſequebatur Clerus ſuos quoque cereos accenſos geſtans: ac denique prædicti Domini Canonici ex parte anteriori ferentes arculam, quam ſolus ex poſteriori parte geſtabat Illuſtriſſimus ſub baldachino: & poſt hunc gradiebantur ad ſena circiter hominum millia, maxima cum devotione & modeſtia. Ubi ventum eſt ad portam oppidi, alii aliique Sacerdotes ſucceſſerunt oneri, donec ventum eſt ad prædictam S. Michaelis eccleſiam, applaudente trans lacum arce, de Turentes dicta, pertormentorum bellicorum exploſionem. Illuc ingreſſus cum reliquiis Epiſcopus, poſtpræſcriptas in Romano Pontificali preces, capſam depoſuit

EX MS. ITALICO. *ſerenato quod pluviæ fuerat calo.*

intra arcam marmoream ad hoc paratam, ingentique tabula lapidea beneque ferruminata & ſigillata contexit; populumque cum ſua benedictione dimiſit. Hoc porro in actu notatu digniſſimum fuit, quod cum illo ipſo tempore pluviæ, non jam expetitæ precibus, ſed nimia copia nocitumæ, non deſinérent ſe infundere terris; ipſo quo arca elata eſt momento ceſſaverunt, & recedentes è cælo nubes locum dedere ſoli, tam devotam ſupplicationem ſpectaturo. D

DIE VNDECIMA MAII.

SANCTI QVI V IDVS MAII COLVNTVR.

Sanctus Evellius, Conſiliarius Neronis Imperatoris Martyr.

S. Anaſtaſius Cornicularius, S. Theopiſta uxor, S. Eſodes, S. Aradius, S. Caliſtus, S. Felix, S. Euphemia, S. Primitiva, Tres famuli. — Filii, Filiæ. — Martyres Camerini in Umbria.

S. Anthimus Presb., S. Maximus, S. Baſſus, S. Fabius. — Martyres via Salaria in Sabinis.

S. Siſinnius Diaconus, S. Diocletianus ſeu Diocletius, S. Florentius. — Martyres Auximi in Piceno.

S. Faltonus Pinianus, S. Anicia Lucina. — Conjuges, an Martyres Romæ?

S. Cyrillus, S. Eleutherius, S. Marianus, S. Dorothea. — Martyres Romani in Syria.

S. Mocius ſeu Mucius Presbyter, Martyr Conſtantinopoli.

S. Dioſcorides Martyr, Smyrnæ in Jonia.

S. Montanus ſeu Montanianus, Martyr Sirmii in Pannonia.

S. Majulus, S. Victorinus, S. Fortunatus, S. Septimus, S. Cominus, S. Julius, S. Criſpus, S. Januaria, — Martyres in

S. Primulus, S. Nereus, S. Manilus I, S. Manilus II, S. Victoria, S. Fortunata, S. Januarius, S. Jocundus. — Africa.

S. Achilles, S. Sipponius, S. Epimenus, S. Nereus. — Martyres Romæ.

S. Demetrius, S. Atticus, S. Taddeus. — Martyres in Aſia.

S. Liceria, Virgo Martyr, Senonibus in Gallia.

S. Nepotianus Presbyter, Altini in Italia.

S. Mamertus Epiſcopus Viennenſis in Gallia.

S. Agatumbrus Epiſcopus Metenſis.

SS. Walbertus, & Bertilia parentes SS. Waldetrudis & Aldegundis in Belgio.

S. Eudaldus, Martyr in Novempopulania, tranſlatus in Catalonıam.

S. Gengulphus, Martyr Varennis in Burgundia.

S. Fremundus Rex, Martyr in Anglia.

S. Majolus, Abbas Cluniacenſis in Gallia.

S. Gualterius ſeu Gauterius, Abbas & Canonicus Stirpenſis in Gallia.

S. Illuminatus, Septempedæ in Piceno.

B. Nicolaus eremita, Martyr Neapoli.

B. Aloyſius Rabatá, Carmelita Randatii in Sicilia.

A

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REIECTI.

Sancta Tharsita Virgo, soror S. Arnulphi credita, *memoratur ab Arturo in Gynæceo sacro. Est* S. Tarsitia Virgo, quam apud Rutenos coli *testatur Saussajus ad diem* 15 *Ianuarii, ubi & Genealogiam ejus dedimus, quam modo ut non sinceram mallemus à nostro Opere abesse. Reliqua videri possunt dicto* xv Januarii.

S. Antonii Magni Translatio corporis Constantinopoli ad archicœnobium Antonianum in diœcesi Viennensi Galliarum, anno MLXXXIX, *inscripta est Martyrologio Gallicano Saussaji. De eâ late egimus post* S. Antonii *Vitam* xvii Januarii.

S. Gildæ Abbatis inventio corporis, in Armorica in tractu Venetensi, *memoratur à Saussajo in Martyrologio Gallicano, & indicatur in Vita, quam illustravimus ad diem* xxix Januarii,

S. Anastasius, S. Asterius, S. Calianus, S. Domnio, S. Maurus, S. Paulianus, S. Septimius, S. Terlius, Martyres coluntur in ecclesia S. Venantii prope basilicam Lateranam S. Joannis, ubi illorum corpora requiescunt. *Ita Piazza in Santuario Romano. Sunt illa corpora è Dalmatia translata; & loco* Caliani & Terlii, *sunt nomina* Caiani & Thelii. *Et de his egimus* xi Aprilis.

B

S. Stanislaus, Episcopus Cracoviensis & Martyr, *celebratur in Martyrologio Ordinis Prædicatorum. Vitam ejus illustravimus* vii Maji.

S. Beatus, Episcopus Confessor, *insertus est scriptis additionibus Carthusiæ Bruxellensis ad Grevenum. De variis ejusdem nominis Sanctis egimus* ix Maji.

Job Propheta *memoratur primo loco in MS. Tamlactensi: in aliis* x Maji.

S. Gordianus Martyr *inscriptus est primo Kalendario Capuano, apud Michaëlem Monachum. Vitam ejus dedimus* x Maji.

S. Palladius Confessor *indicatur in MS. Romano Ducis Altempsii. Coluntur* SS. Palladius I & II Episcopi Bituricenses, *quorum aliquis hic videtur indicari,* x Maji.

S. Primus Presbyter, S. Marcus Diaconus, S. Jason, S. Celianus, Martyres Tergestini *memorantur ad hunc diem à Petro de Natalibus & in variis fastis. Acta martyrii dedimus* x Maji.

C

S. Cataldus Episcopus Confessor, *inscriptus est tertio Kalendario Capuano apud Michaëlem Monachum. De eo egimus* x Maji.

Constantinopolitanæ urbis natalis dies: quam Constantinus Magnus, cum construendo absolvisset, Deiparæ Virgini Mariæ dicavit: eamque festivitatem ex recepta consuetudine hoc die celebrari, *legitur in Menologio Basilii Imperatoris, & aliis Menæis.*

S. Euphebii Martyris pars magna corporis Roma delata est Monachium urbem Bavariæ ad ecclesiam Societatis Jesu, *ubi ejus festum hoc die sub titulo Translationis celebratur. Testimonium Romanum non est nobis transmissum.*

S. Fabius Martyr habet venerationem sacram Bononiæ, apud Patres Cappucinos extra portam S. Mamoli, ob sacrum ejus corpus eo delatum Roma anno 1622. *Ita Masinus in Bononia perlustrata.*

SS. Majus & Imertius *indicantur in MS. Tamlactensi, alibi ignoti.*

SS. Mercurii et socii, Locrinæ et sociæ Martyrum sacra corpora, extracta è cœmeterio S. Calisti & Mantuam delata fuerunt anno MDCXIV die xi Maji, atque ex Cathedrali ecclesia solenniter translata ad ecclesiam S. Ursulæ, in duabus arcis splendide exornatis. *Historiam rei gestæ & instrumentum publicum exhibet Hippolytus Donesmundus par. 2 historiæ Ecclesiasticæ Mantuanæ lib. 10 pag. 507 & seqq.*

Læta, nobilissima matrona Romana, quæ à B. Hieronymo in scientia Sanctorum apprime edocta maxime profecit: *ut* Sancta *inscripta est ab Arturo Gynæceo sacro. Inscripsit illi S. Hieronymus epistolam* vii, *& laudatur à Baronio ad annum* 410 *num.* 8, *ubi solum* clarissimam feminam *appellat.*

Apollinaris, Episcopus Alexandriæ, *ut* Sanctus *inscriptus est MS. Florario Sanctorum. Videtur auctor respexisse ad ejus laudes, à Ioanne Moschо in Prato spirituali relatas cap.* 193, *ubi appellatur* sanctus Abbas Apollinaris, Alexandrinus Patriarcha, beatus Apollinaris, sanctus Apollinaris, summus Apollinaris: *Et refertur* mirabilis ejus caritas erga juvenem divitem ad inopiam redactum. *Aliis Martyrologiis antiquioribus necdum inscriptum legimus. Consule Baronium ad an.* 553 *num.* 14. *De eo sepius egimus.*

E

Finulugus, Moeldodius, Æilgnæus, Columba Cain, *indicantur in MS. Tamlachtensi, de quibus alibi nihil legimus, nisi forte nomina sint corrupta.*

Cormacus, Presbyter de Acadh-Finnigh, juxta fluvium Dothra in Lagenia, quiescit in quadam Tirconalliæ insula, Inis-caoil nuncupata. *Ita ex Kalendario Casselensi Colganus* 17 *Februarii in Appendice ad Vitam S. Cormaci Episcopi Athrumensis. In MS. Tamlachtensi hoc die citatur* Cormacus in Achadh-Findmaghi.

Critanus filius Illudionis, qui & Mochritocus, *adfertur in eodem MS. Tamlachtensi, Colganus ad diem* xii *Martii in Vita S. Dagani cap.* 4, Credanum sive Cridanum *statuit discipulum Petroci Britanni, in Hibernia viginti annis commorantis, & in Notis num.* 11 *asserit* Cridanum coli xi Maji, in Lagenia in ecclesia de Achad-Einnich.

Fintanus de Cluain-Caoin *seu* Chaoin *memoratur in in MS. Tamlachtensi, & à Colgano ad* 17 *Februarii ad Vitam S. Fintani Abbatis de Cluain-Ednech & dicitur hic* Fintanus Presbyter *coli* 7 *Februarii, quando ejus non meminit; & hoc* 11 *Maji.*

F

Lugarius in Fir, & Leogarius Lovar seu leprosus, *referuntur ut distincti in MS. Tamlachtensi. A Colgano* 16 *Martii, ad Vitam S. Finani leprosi notatione* 2 *indicatur* Lugarius Lobhar *id est* leprosus, *& coli dicitur hoc* xi *Maji, unde forte dicti* Lugarius *&* Leogarius *pro eodem sunt sumendi.*

Lassara Virgo *indicatur in MS. Tamlachtensi. Colganus* 23 *Februarii, ad Vitam S. Finniani notat.* 26 *varias hujus nominis Virgines indicat, & aliquam hoc* xi *Maji referri, sed nequit distinguere.*

Eulalia Virgo *laudatur in MS. libro Alnensis monasterii Ordinis Cisterciensis, & cum titulo* Beatæ *memoratur ab Henriquez, Bucelino, & Arturo: omittitur à Chalemeto & aliis.*

S. Willebudis Martyris *memoria celebratur in MS. Lugdunensi S. Stephani. Reliqua latent.*

Eleonora de Vanegas, sanctimonialis Cordubæ Ordinis S. Dominici, hoc die anno MDLVI mortua est, magnis virtutibus & miraculis clara. *Ea late describunt Ioannes Lopez par.* 3 *lib.* 1 *cap.* 5, *Ioannes Rechate de Sancta Maria tomo* 2 *lib.* 1 *cap.* 3, *& alii cum Anno sancto ejusdem Ordinis.*

A Duo Fratres in Walachia occiſi, } Ordinis
Angelicus Pariſiis anno 1378, } Minorum
Hugolinus, } Fabriani in Piceno, } *cum titulo*
Jacobus, } Beatorum
Jacobus à Monte Mexici, } 16 ſeculo, } *referuntur*
Benedictus Guadalupæ, } *in Martyrol. Franciſcano: Arturi à Monaſterio, uti &* Maria Gomezia *in ejus Gynæceo.*
Franciſcus à Zamorra Petrochii,
Joannes Clemens Manilæ,
Maria Gomezia in Hiſpania,

Joachimus Tabernicius Cellæ-Mariæ in Auſtria inferiore anno 1617 interemptus, *memoratur in Menologio Bucelini.*

S. Pancratius *inſcribitur Kalendario, adjuncto Martyrologii Hieronymiani Epternacenſi apographo: & officio duplici colebatur olim in Eccleſia Brugenſi. Vitam illius damus* XII Maji.

S. Pontius, Senator Romanus Cimellæ paſſus, *refertur hoc die in MS. Adonc Reginæ Sueciæ & in MS. Florario, & cultum habet in aliquibus eccleſiis. Vitam ejus damus* XIV Maji.

S. Montanus monachus *memoratur in MS. Florario & aliis, uti infra dicimus in elogio* S. Montani Martyris in Sirmia, *& colitur* XVII Maji.

B SS. Siſinnius, Martyrius, & Alexander, Martyres in agro Tridentino, *referuntur in Breviario anno* 1490 *excuſo, Actis martyrii in ſex lectiones diſtributis, & fere pro Ordine Eremitarum S. Auguſtini. Dies illorum natalis eſt* XXIX Maji.

Coëmgenus, Abbas de Gleann-da-loch, *primo loco indicatur in MS. Tamlachtenſi. Verum obiit, quo ab aliis refertur,* III Junii.

Virgneus eremita in Murebulckmar *adfertur à Dempſtero in Menologio Scotico: citatur Adamnanus in Vita S. Columbæ Abbatis, danda ad diem* IX Junii.

B. Joannes de S. Facando, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, Salmanticæ in Hiſpania, *refertur à Ferrario. Verum mortuus eſt non* XI *Maji, ſed* XI *Iunii feſto S. Barnabæ, ob quod ſolennis hujus apud Auguſtinianos cultus dilatus eſt in ſequentem diem* XII Junii.

S. Martinus, III Epiſcopus Viennenſis in Gallia, *memoratur in apographis Martyrologii Hieronymiani, apud Notkerum & in variis MSS.* una cum S. Mamerto Epiſcopo, *de quo hoc die agimus: aſt ille colitur* I Julii.

S. Spinulus, Confeſſor Treviris, *indicatur à Ferrario, citante Caniſium & Molanum: verum hi non* XI

C *Maji, ſed* XI *Iunii eumdem poſt Grevenum celebrant. In Epitome ſeu Medulla Geſtorum Trevirenſium, ex Germanico Ioannis Enen, Latine à Ioanne Scheckmanno anno* 1517 *edita, ſub finem in Indice dicitur,* Spinulus monachus coli Kalendis Auguſti. *Cetera omnia ejus geſta continentur in Vitâ S. Hildulphi Epiſcopi, illuſtrandâ* XI Julii.

Guido, frater S. Bernardi, cui illius mors & gloria dicitur revelata, *cum titulo* Beati *celebratur ab Henriquez, Chalemoto, Bucelino; Piis annumeratur à Sauſſajo. De eo agi poterit ad Vitam S. Bernardi* XX Auguſti. D

S. Pamphilus Epiſcopus *inſcriptus eſt Vaticano MS. numero* 5949 *ſignato. Cujus Eccleſiæ fuerit, non additur. Sed cum dictum MS. fuerit Eccleſiæ Beneventanæ, forſan eſſet Capuanus Epiſcopus relatus* VII Septembris.

Guarinus, è diſcipulo S. Norberti Prior cœnobii Laudunenſis S. Martini, tum primus Abbas Viconienſis, poſtea in Abbatem dicti cœnobii Laudunenſis aſſumptus, *laudatur ut* Venerabilis Abbas *ab Adriano David de Reliquiis Viconienſis cœnobii cap.* 17. *At cum titulo* Beati *memoratur à Chryſoſtomo Vander Sterren in Natalibus Sanctorum Ordinis Præmonſtratenſis, & à Ioanne le Paige lib.* 2 *Bibliothecæ Præmonſtratenſis pag.* 507, *ſed hic aſſerit obiiſſe die (quando, ſi contingat aliquid de cultu indicari) de eo agi poterit* X Septembris.

S. Amatus, Epiſcopus Senonenſis, *indicatur in MS. Florario. Verum ab aliis* XIII Septembris.

S. Fauſtus, Epiſcopus Regienſis, *indicatur à Camerario in Monologio Scotico. Colitur in propria Eccleſia* XXVIII Septembris.

S. Pelagiæ pœnitentis tranſlatio ad Jotrum monaſterium, diœceſis Meldenſis in Gallia, *indicatur in Gynæceo ſacro Arturi. Colitur in Martyrol. Romano* VIII Octobris. E

S. Antoninæ & ſex aliarum Virginum & Martyrum, ſodalium S. Urſulæ Tranſlatio, Coloniæ in eccleſia Parochiali S. Joannis Baptiſtæ, *ſolenniſſime celebratur Feria ſecunda Pentecoſtes, ſupplicatione publica & proprio Officio, cum Commemoratione Feriæ, quod hic indicandum eſt. Reliqua communia illis ſunt cum hiſtoria Vrſulana referenda ad diem* XXI Octobris.

SS. Mariæ Jacobi & Salomes feſtum Remis celebratur *ſub ritu duplici, & memoratur à Sauſſajo in Martyrologio Gallicano: & ab Arturo in Gynæceo ſacro. De utraque egimus, quando* Maria Jacobi *colitur,* IX Aprilis: *at* Salome, *quæ etiam* Maria Salome *dicitur, ſeorſim colitur* XXII Octobris.

SS. Vincentii, Sabinæ & Chriſtetæ, Martyrum Abulenſium, tranſlatio *refertur in Martyrologio Hiſpanico Tamaji Salazar, circa quam variæ ab hoc proponuntur controverſiæ, diſcutienda ad diem natalem* XXVII Octobris.

S. Rufus, Epiſcopus Metenſis, cum S. Agatimbro, *qui hoc die colitur, refertur in Martyrologio Metenſi, item à Greveno, Caniſio, Sauſſajo. At feſtum ejus potiſſimum celebratur, etiam in Martyrologio Romano,* VII Novembris. F

S. Catharina, Virgo & Martyr, *indicatur in MS. Lugdunenſi S. Stephanis: forſan ob aliquas iſtic ſervatas Reliquias. Natalis ejus celebratur in tota Eccleſia Occidentali & Orientali* XXV Novembris.

S. Nicolai Epiſcopi Tranſlatio *celebratur in Eccleſia Namnetenſi, uti &* IX *hujus in variis aliis. De ea agendum erit ad diem natalem* VI Decembris.

DE S. EVELLIO MARTYRE

CONSILIARIO NERONIS IMPERATORIS.

G.H.

SUB NERONE.

Cultus facer.

RAbanus Archiepiſcopus Moguntinus, *in ſuo Martyrologio, hunc unicum Martyrem celebrat his verbis*: v Idus Maji. Paſſio S. Evellii Martyris, qui videns paſſionem S. Torpetis Martyris, & mirabilia quæ fecit, credidit Chriſto: qui antea Conſiliarius Neronis fuerat, qualiter Chriſtiani martyrizarentur. *Similia, ſed multo correctius, habet primo loco Notkerus*, Paſſio S. Evellii Martyris, qui ante Conſiliarius Neronis Imperatoris fuit: ſed videns conſtantiam Chriſtianorum quomodo Martyrizarentur, & præcipue patientiam S. Torpetis & mirabilia quæ per eum facta ſunt, credidit Chriſto, ita ut etiam pateretur pro illo. *Sequuntur Auctor Bedæ ſuppoſititii, Molanus, Galeſinius, Caniſius, Ferrarius, cũ hodierno Martyrologio Romano, in quo referuntur iſta*: Eodem die S. Evellii Martyris, qui cum eſſet de familia Neronis, ad paſſionem S. Torpetis in Chriſtum credidit,
B pro quo & decollatus eſt. *Damus ex variis MSS. & Mombritio Acta martyrii* S. Torpetis *ad diem* XVII *Maji: in quibus num.* 7 *cum poſt alia miracula narratum fuiſſet, de leone, ſignaculo Chriſti interempto, & leopardo, manſueto reddito & pedes ejus lingente, iſta ſubduntur*: Tunc Evellius Conſiliarius Imperatoris, videns mirabilia Dei, credidit in Chriſtum, fugiens Romam: & ibidem decollatus eſt. Sub die quinto Kalendas Maji complevit martyrium ſuum in pace. *Martyrium*

Ita plane omnia MSS. cum Mombritio & antiquo Legendario: cum tamẽ colatur v Idus Maji. *Arbitratur Ferrarius* hunc eſſe diem tranſlationis, ejuſque corpus in Eccleſia Piſana, ubi is colitur, aſſervari. *Crediderim potius aliquod extitiſſe MS. in quo librario mendo* Kalendæ *pro* Idibus *ſcriptori obrepſerint, idque veniſſe in manus Rabani aut alterius vetuſtioris Martyrologi, quem ipſe & alii ſecuti ſint. Interim quod jam receptum quomodocumque eſt, id ut mutetur non videtur magnopere laborandum: potius optandum foret, ut de martyrii iſtius veritate, aliunde certius nobis conſtaret, quam ex prædictis Actis S. Torpetis, utpote fabuloſis. Ferrarii autem aſſertionem de corpore Piſas tranſlato petimus nobis confirmari, indicarique eccleſia in qua ipſum colatur: tunc enim non dubitabimus, quin vere talis Martyr exſtiterit in rerũ natura.* *Corpus Piſa.*
E

DE S. ANASTASIO CORNICVLARIO

THEOPISTA UXORE, ESODE, ARADIO, CALISTO ET FELICE FLIIS, EUPHEMIA, ET PRIMITIVA FILIABUS, ET TRIBUS EX FAMILIA

MARTYRIBVS CAMERINI IN VMBRIA.

G.H.

XI MAII.

Memoria in Martyrol. Romano,

Acta horũ Martyrum memoria in hodiernis Martyrologii Romani Tabulis ad XI *Maji, celebratur his verbis*: Camerini ſanctorũ Martyrum Anaſtaſii & ſociorum, qui in perſecutione Decii ſub Antiocho Præſide cæſi ſunt. *Addit Baronius*, horum Acta legi in rebus geſtis S. Venantii Martyris, *quæ nos infra* XVIII *Maji examinamus. Ex illis aliquod Vitæ compendium excerpſit Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ, ediditque ad hunc* XI *Maji.* Anaſtaſius, *inquit*, Cornicularius (id nomen erat officii in Prætorio: Cornicularius namque ſententiis damnatorum exequendis præerat) Camerini agebat, quo tempore S. Venantius martyrio affectus eſt. Qui miraculis illius permotus, in Chriſtum credidit, ac cum tota ejus familia à S. Porphyrio Presbytero baptizatus eſt. Quod cum Antiochus Præſes accepiſſet, illum cum ſuis tentum & ad ſe adductum, cum in acceptæ fidei confeſſione immobiles perſiſterent, capite truncari juſſit v Idus Maji Decio Imperatore. *Hæc ibi. Regnavit Decius ab anno* CCXLIX *uſque ad finem anni* CCLI. *Sub quo* S. Porphyrium *Presbyterum martyrio coronatum diximus* IV *Maji, die ejus natali.*

catalogo Ferrarii,

C

2 *Ludovicus Iacobillus tomo* I *de Vitis Sanctorum & Beatorum Vmbriæ, ex Hiſtoria MS. Camerinenſi Angeli Benigni & Lectionibus MSS. aliqua prioribus addit, ſcilicet*, à S. Porphyrio Presbytero fuiſſe in ſancta fide inſtructos Anaſtaſium, ejus uxorem, quatuor filios, & tres alios ex horum familia, eoſque ſimul novem ab eo ſancto baptiſmatis fonte renatos. Anaſtaſium jam factum cum univerſa familia Chriſtianum, ſæpius ad S. Porphyrium acceſſiſſe, ab eoque fuiſſe animatum ad ſanctum martyrium generoſe obeundum, ad contemptum rerum caducarum hujus mundi, & deſiderium rerum cæleſtium: adfuiſſe præſentem cum S. Porphyrius Magiſter ſuus pro Chriſto Martyr occumberet; vidiſſe multa miracula, quæ Deus per S. Venantium eſt operatus. Demum glorioſo martyrio hos omnes vitam finiviſſe mortalem XI Maji, eorumque corpora fuiſſe poſtmodum ſepulta in eccleſia S. Venantio dedicata.

& Iacobilli in Vitis SS. Vmbriæ.

3 *Hæc ibi. Verum in Actis S. Venantii dicuntur ante S. Porphyrium martyrio coronati* S. Anaſtaſius Cornicularius *cum ſuis: ex quibus uxor appellatur* Theopiſta, *quatuor filii* Eſodes, Aradius, Caliſtus, Felix, *filiæ duæ* Euphemia *&* Primitiva. *In iiſdem Actis nulla fit mentio Decii: ſed dicuntur ſub* Antiocho Rege, *qui aliis dicitur* Regulus *&* Præſes Decii, *coronam martyrii adepti. Vtinam placuiſſet Deo eorum corpora fidelium populorum devotioni reſervare! horum enim ex populari traditione credita veritas, magis nos confirmaret in fide martyrii ab ipſis tolerati, quam id poſſint facere Acta prædicta, tam ſero & cum tam exigua accuratione conſcripta, ſicut infra videbimus. Nunc cum illa ſola fundamentum ſint prædictorum omnium, non poſſumus ab animo prorſus excutere formidinem, ne hac quoque in parte, qua de* S. Anaſtaſio *& ſociis agunt, furfuris multum habeant admixtum, quod defectu meliorum notitiarum difficile ſit ſegregare ab eo quod forſitan verum eſt. Quare ipſorum nomina hic reticenda non putavimus, licet ſub nota magnæ incertitudinis de vera eorumdem exiſtentia.*
F

DE SS. ANTHIMO PRESBYTERO, MAXIMO, BASSO ET FABIO,

MARTYRIBVS VIA SALARIA IN SABINIS.

ITEM SISINNIO DIACONO, DIOCLETIANO SEU DIOCLETIO ET FLORENTIO,

G.H. *MARTYRIBVS AVXIMI IN PICENO.*

ITEM FALTONO PINIANO, ET ANICIA LUCINA CONJUGE.

SUB DIOCLETIANO. B

ACta glorioſi certaminis, quod S. Anthimus & ſocii ſex pro Chriſtianæ fidei confeſſione generoſe perfecerunt, incipiunt à converſione SS. Faltoni Piniani atque Aniciæ Lucinæ conjugum, & finiunt cum horum felici obitu. Ea Acta habuit Surius ex antiquis monumentis, ſed præfatur à ſe ſtylum hinc inde nonnihil caſtigatum eſſe, & quæ parum ad hiſtoriam facere videbantur, fuiſſe omiſſa. *Acta ex Mss. variis dantur:* *Nos ea damus primogenia phraſi ex variis MSS. comparata: aliqua ipſi deſcripſimus Neapoli in bibliotheca Patrum Olivetanorum: aliqua etiam inde tranſmiſit Antonius Beatillus noſter: alia etiam invenimus Romæ in bibliotheca Eminentiſſimi Cardinalis Barberini: alia habuimus in MSS. codicibus Trevirenſi S. Maximini, Vltrajectino S. Martini: alia denique deſcripſerunt nobis è codice Bodecenſis cœnobii Canonicorum Regularium in diœceſi Paderbornenſi, Ioannes Gamanſius noſter; & ex vetuſto exemplari monaſterii Andainenſis S. Huberti, D. Romualdus Hancartius ibidem monachus: quædam etiam habemus in MS. codice nobis Monaſterio Weſtphaliæ miſſo, Bernardi Rottendorfii beneficio: neque ſolicitii fuimus ut plura exemplaria nanciſceremur. Acta hæc arbitramur eſſe valde antiqua, & quæ ut talia allegat B. Petrus Damianus in ſermone* XIX. *quem de* S. Anthimo *ſcripſit, editum etiam à Surio ſed nonnullis reſectis. Nos eum, quod nihil novi ad hiſtoriam conferat, & alibi ſatis extet, omittimus. Galeſinius in Notationibus ad hunc* XI *Maij, ſcribit* Acta S. Anthimi & ſociorum putari à S. R. E. Notariis conſcripta. *an à Notariis deſcripta,* C *Nulla eſt in morte horum obſervata legitimi judicii forma: ſed videntur fortuito occurſu Præſidis, aut ſubitaneo tumultu plebis trucidati eſſe. Potuerunt interim quæ in vicina Sabinorum regione, quæque in Piceno geſta erant, in commentarios relata fuiſſe: eaque ſint quæ capite primo & ſecundo de hiſce Martyribus referuntur. At quæ capite tertio per modum Appendicis de virtutibus & obitu* Piniani & Lucinæ *adjunguntur, & in præcipuis MSS. codicibus deſunt, arbitramur poſtea ex aliis Sanctorum Actis, uti ibidem ſubnotamus, fuiſſe deſcripta. In MSS. Bodecenſi & Hubertino præpenebatur Prologus, in quo dicebantur,* ex opere Euſebii Cæſarienſis de Martyribus & in duodecim decades partito, hæc Acta decerpta & Latine reddita: *qui Prologus nobis minus placet, quod ei varia inſerantur non ſatis veritati congrua; ideoque omittendum duximus. Alius Prologus eſt in MS. Barberiniano hoc exordio,* O frater, egregie cœnobii Pater, compuliſti me ut Anthimi Martyris, caduca calcantis mundi, ſicut eruditiſſimi tradiderunt more priſcorum, meo texerem ſtylo, *& poſt multa tergiverſantis animi turgentia verba, Acta antiqua fere immutata relinquuntur. Quod vel indicaſſe ſufficit.*

eorum Appendix. *Omittitur duplex Prologus.*

2 *Memoria ſacra horum Sanctorum inſcripta eſt variis antiquis Faſtis. Ac primo Epternacenſe Martyrologii Hieronymiani apographum ita hunc diem auſpicatur,* V Idus Maji Romæ S. Anthimi. *Aſt apographa Corbeienſe, Lucenſe & Blumianum iſta habent:* Via Salaria milliario vigeſimo ſecundo natalis S. Anthimi. *MS. Vaticanum Eccleſiæ S. Petri, in additamento genuini Bedæ, & MS. Trevirenſe S. Maximini; Ado etiam & Notkerus, iſta habent:* Romæ via Salaria milliario vigeſimo ſecundo natale S. Anthimi. *Vſuardus ex Actis iſta contraxit:* Romæ via Salaria natalis B. Anthimi Presbyteri, qui poſt virtutum & prædicationis inſignia in Tiberim præcipitatus, & ab Angelo exinde ereptus, oratorio reſtitutus eſt proprio, dehinc capite punitus victor migravit ad cælos. *Eadem habent MSS. Leodienſe S. Laurentii, & Teroanenſe nunc Ipris adſervatum in Martyrologio Adonis, ſub cujus nomine eadem tradit Petrus de Natalibus lib.* 4 *cap.* 154, *& ſecuti ſunt recentiores, Bellinus, Maurolycus, Galeſinius, aliique cum hodierno Martyrologio Romano, in quo additur* perſecutio Diocletiani. *In MSS. Actis Neapolitanis* S. Anthimus Epiſcopus *perperam dicitur, nec forte melius in quodam MS. apud Aretinos* Diaconam *dici legit Ferrarius: qui propterea in Catalogo Sanctorum Italiæ, in Annotatione* ad S. Anthimum, *ſcribit diverſum ab hoc videri eum, cujus* hac die Aretii memoria celebratur. *Cauſa enim* S. Anthimum *in Aretina viciniſque diœceſibus olim celebrandi, fuit inſigne illud & opulentiſſimum* monaſterium Beatorum Martyrum Chriſti Anthimi & Sebaſtiani, quod à bonæ memoriæ Carolo Imperatore conſtructum eſt in comitatu Cluſino, loco qui dicitur Vallis Starcia, *uti teſtatur Henricus III in diplomate anni* MLI, *quo rogatus à Teuzone Abbate, eidem confirmavit ſuas omnes poſſeſſiones, ſecundum exhibita ſibi ab eo* Prædeceſſorum præcepta, Regum videlicet & Imperatorum, Caroli, Ludovici, & Lotharii, & trium Ottonum. *Extat diploma apud Vghellum in Appendice ad tomum* I *col.* 434: *deinde autem col.* 436 *habes Breve Anaſtaſii Papæ, anno* MCLIII *Guidoni Abbati confirmantis privilegia ejuſdem monaſterii,* quemadmodum Joannis XIII, Joannis XV, Benedicti, Stephani VII, Sergii, Hadriani & aliorum Romanorum Pontificum ſanctionibus noſcitur inſtitutum.

Memoria ſacra in Faſtis S. Anthimi, E *& vetus ac celebre monaſterium,* F

3 *Ex his Hadrianus Carolum Magnum, Regem Francorum & Longobardorum atque Patricium Romanorum tunc adhuc dictum, anno* DCCLXXIV *&* LXXXI *Romæ excepit: alterutra autem vice omnino exiſtimo eidem donatam partem aliquam ex corpore* S. Sebaſtiani, *cum integro corpore* S. Anthimi, *quibus monaſterium prædictum erexerit: quod tamen à potiori notiorique patrocinio ſub nomine ſolius* Anthimi *fere innotuit, & multas tota Hetruria eccleſias habuit à ſe dependentes, unde* S. Anthimi *cultus*

ſub Carolo Magno & Hadriano Papa fundatum.

A *cultus debuit usque quaque diffundi per Senensem, Clusinam & Aretinam præsertim diœceses: Nec dubitandum videtur, quin ad hujus monasterii Abbatem aliquem dirigatur supra indicatus Prologus. Nunc Abbatis titulus translatus est in Montilcinensem Episcopum, in cujus diœcesi situm illud est, ad pedem* Castelli novi-Abbatialis, *possessionibusque ejus omnibus & juribus dictus Episcopus fruitur. Vnionis hujus auctor Pius II fuit, sub annum* MCCCCLXII, *idem qui istius & Pientini Episcopatus institutor: quæ duæ diœceses anno* MDC *indissociabiliter unitæ fuerunt, uti scribit Vghellus tom.* I *Italiæ sacræ col.* 1068. *Est autem* S. Anthimus *ipsius Ilcinensis Cathedralis Patronus titularis, & ex decreto Synodali anni* MDCLXVI *diem ejus natalem à servili opere feriatum agit civitas & diœcesis tota. Ad ipsam vero ejus ecclesiam in dicto monasterio maximus est eodem die concursus, quamvis unicum illius os ibidem nunc ostendatur, reliquis (ut putant) furtim ablatis, nec quantavis adhibita diligentia repertis: Quia tamen sub majori altari oratorium est, in quo plurima ossa ut Sanctorum asservantur, nullis distincta nominibus; credibile est ea omnia in hunc locum congesta, post aliquam sacrorum vasorum direptionem, militari licentia distractorum, in quibus fuerit ipsa corporis sacri custos arca; adeoque Reliquias ejus ceteris adhuc permixtas haberi,*

B *cum hactenus nullus inventus sit locus, qui eas ad se quocumque casu delatas glorietur.*

nunc uni. tum Ilcinēsi Episcopatui.

ità memoria SS. Maximi, Basſi & Fabii.

4 *S. Anthimo tres, in Actis memorati, adjunguntur hoc die in Martyrologio Romano his verbis:* Item Romæ sanctorum Martyrum Maximi, Basſi & Fabii, qui sub Diocletiano via Salaria cæsi sunt. *Eorumdem meminerunt Felicius, Ghinius & Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ. Communi autem loquendi usu tribuuntur Romæ, quod in aliqua via Romana cæsi sint, licet procul ab ipsa urbe, uti hi omnes sunt,* via Salaria Romana, *quod acceperunt quidam, ac si diceretur* Romæ via Salaria. *Et* S. Anthimus *quidem milliario* XXII *certamen subiit,* Maximus XXX, Basſus *ad Forum-novum, de quo ad Vitam agimus,* Fabius *ibidem aut non procul inde. De tribus aliis Martyribus ista leguntur in Martyrologio Romano ad hunc* XI *Maji:* Auximi in Piceno sanctorum Martyrum Sisinii Diaconi, Diocletii & Florentii discipulorum S. Anthimi Presbyteri, qui sub Diocletiano lapidibus obruti martyrium compleverunt. *Referunt eosdem illo etiam die Felicius, Ghinius, Ferrarius. At qui in hisce Martyrologiis appellatur* Diocletius, *in Actis vocatur* Diocletianus, *uti etiam in antiquioribus Martyrologiis, & apud S. Hieronymum ista leguntur ad diem* XVI *Maji:* Civitate Piceno Ausimi, Florenti,

C Diocletiani. *Quæ nitidius exprimuntur in MS. Vaticano Ecclesiæ S. Petri, in additamento ad Martyrologium genuinum Bedæ,* In civitate Piceni Auximo, Florentii, Diocletiani. *Eosdem etiam refert Rabanus, uti & Grevenus & Molanus in Auctario Vsuardi. Galesinius perperam adjungit Sanctis Sardiniæ, citato Bedæ, scilicet in Martyrologio suppositio: in quo ista habentur.* In Sardinia natale Simplicii Presbyteri & S. Rosulæ (*de quibus agemus* XV *Maji*) Et SS. Diocletiani & Florentii, *loco non indicato. At qui ultimo loco in titulo referuntur,* Faltonus Pinianus ejusque conjux Anicia Lucina, *præcedenti die cultum habent apud Notkerum Balbulum his verbis:* VI. Idus Maji depositio B. Job Prophetæ. Romæ Faltonis Pinianæ (*ubi legendum* Piniani) & Aniciæ Lucinæ conjugis ejus, cum aliis Martyribus, *iis scilicet quos cum illis retulimus. Rabanus vero eumdem diem sic auspicatur:* VI Idus Sanctorum Faltoni Piliani (*imo* Piniani) & aliorum Martyrum. *Horum omnium Acta hoc die illustramus.*

Sisinii, Diocletii & Florentii.

Faltonis Piniani atque Anicia Lucinæ.

5 *Vbi nunc* SS. Basſi & Fabii, *asseruentur Reliquiæ haud comperimus. Masinus in Bononia perlustrata tradit ad hunc* XI *Maji,* Corpus S. Fabii Martyris depositum esse in ecclesia Patrum Capuccinorum extra portam S. Mamoli, ex locis sacris Romanis cum sa-

Bononiæ Reliquiæ SS. Fabii

cultate Gregorii XV anno MDCXXII extractum, & mediante Lavinia Albergati Ludovisi, Ducissa Fanensi, impetratum; & rogatu Pauli Mortarii Notarii anno MDCXXXVIII die XVIII Februarii à Francisco Maria Sinibaldo Vicario generali Cardinalis Ludovici Ludovisi Archiepiscopi Bononiensis recognitum. *Idem Masinus scribit* insignes Reliquias S. Basſi Martyris, Romæ anno MDCLII die XIII Maji acceptas, & dein Bononiæ depositas in ecclesia S. Joannis in Monte. *Verum eas esse horum* SS. Basſi & Fabii *Reliquias, quis poterit certo affirmare? Ioannes Baldius, in libro de Sanctis Auximatibus scripto, arbitratur* corpora SS. Sisinii Diaconi, Diocletii, *seu* Diocletiani & Florentii *jacuisse eo, quo primum sepulta fuere loco, donec S. Leopardus Auximanus Episcopus (de quo* VII *Novembris agendum) isthic templum construxit: cui dein additum monasterium est, utrumque amplis dotatum possessionibus. His autem temporis decursu, ut fit, distractis, ingentem vim pecuniæ legavit Nicolaus de Romanis Auximas, is qui Gregorio XI Pontifici Romano à secretis fuit, templi monasteriique restaurationi impendendam. Fuit postmodum Episcopus Auximas Andreas è Castello-Monticulo oriundus, quem ibidem sedisse ab anno* MCCCCXXXIV *usque ad annum* MCCCCLIV *scribit Vghellus tomo* I *Italiæ sacræ in Episcopis Auximatibus.* Hujus, *inquit,* tempore jussuque corpora sanctorum Martyrum Florentii, Sisinii, Diocletii & Maximi, è monasterio S. Florentii, in Cathedrale templum honorifice translata sunt. *Quod factum fuisse hoc* XI Maji anno MCCCCXXXVII *addit Baldius; & horum festum (quod eorum ibi sint condita corpora) celebrandum sub ritu duplici præscribit in Sanctorum festivitatibus, quæ ex antiqua Ecclesiæ Auximanæ consuetudine duplici Officio celebrantur, anno* MDCLVI *jussu Eminentissimi Cardinalis Antonii Bichi Episcopi Auximani editis.*

AUCTORE G.H.

& Basſi, an horum Martyrum?

corpora SS. Sisinii Diocletii & Florentii ex propria ecclesia & monasterio

E *uti & S. Maximi delata Auximum:*

6 *Nos à dicto Cardinale Auximi anno* MDCLX, V *Decembris humanissime excepti, sacras Reliquias sumus venerati. Est crypta sub choro totius templi latitudinem æquans, & duplici octo columnarum serie sustentatur: ad dextram ingredientibus occurrit primo* S. Benevenuti *corpus in marmorea tumba cum ejus altari: una deinde series tria altaria habet, quorum medium, ante hemicyclum cryptæ sub vetustæ celaturæ marmorea arca, corpora habet* SS. Florentii, Sisinii, Diocletii & Maximi: *in dextro, similiter sub arca, quiescit* S. Leopardi *primi Auximatium Episcopi corpus. De his aliisque Sanctis ibi quiescentibus actum est* XXII *Martii in Vita* S. Benevenuti Episcopi *num.* 13. *Locus martyrii, ubi dictum* S. Florentii *monasterium fuerat constructum, modo nihil præter aliqua rudera ostentat; atque ex iis structam aediculam, in qua Crucifixi effigies visitur miraculis celebris: quippe è qua sanguinis guttæ, qua parte capiti illius spinæ impressæ, olim defluxere, imminentis calamitatis augurium: eæque crystallo inclusæ Auximi asservantur. Hæc pluribus Baldius. Videtur autem nomen* Diocletii *assumptum, ne videatur impiissimus tyrannus* Diocletianus *inter Martyres recenseri. Bucelinus in Sacrario Benedictino asserit, horum* sacra corpora quiescere in monasterio S. Simpliciani Mediolani. *Verum nomine* Sisinii *deceptus Bucelinus, eis adjunxit* Diocletianum & Florentium, *omnes* discipulos S. Anthimi, Auximi coronatos: *nam* corpora SS. Sisinii, Martyrii & Alexandri, Martyrum in agro Tridentino, *esse Mediolani in dicta S. Simpliciani ecclesia, dicemus ad illorum Acta die* XXIX *Maji.*

F

hactenus in crypta adservantur.

ACTA

Ex octo antiquis codicibus MS.

CAPUT I.

SS. Pinianus Proconſul & Lucina converſi, ac baptizati per SS. Anthimum & Siſinium. Beneficia captivis præſtita.

1 SErgius Terentianus illuſtris vir, ſecundo Urbis Præfectus, *a* Protinam neptem Gallieni
a b Auguſti, natam ex *b* Gallia filia ejus, eſt ſortitus uxorem: ex qua nati ſunt Claudius, Pompeianus, &
c d *c* Lucina: quam tradidit in conjugium *d* Faltonio
Pinianus, Chæremone punito, ægrotat. Piniano, qui miſſus eſt cum hanc haberet uxorem
e Proconſul Aſiæ, acceptis codicillis à Diocletiano & Maximiano Auguſtis; cujus Conſiliarius, *e* Chæremon nomine, ſacrilega mente perverſus, vario pœnarum genere dum interimeret Chriſtianos, à dæmonio obſeſſus de carruca corruit, publiceque per multa horarum ſpatia vexatus à diabolo, & in-
B vocans Sanctos quos interfecerat, exſpiravit. Videns hæc Pinianus, nimio pavore correptus, incidit in ægritudinem, ita ut aſſereretur, quod penitus non poſſet ab ipſa ægritudine liberari.

Lucina uxor SS. Anthimum & Siſiniũ, 2 Videns autem Lucina uxor ejus, prudentiſſima femina, hunc ei languorem per illud incurriſſe, quod Chriſtianorum nece pollutus, aditum in ſe aperuerat inimico, requiſivit Confeſſores Chriſti qui
f tenebantur in vinculis, & fecit eos ad ſe occulte adduci: inter quos erat Anthimus *f* Presbyter & Siſinius Diaconus, ceteri vero religioſi viri, Maximus,
g h Baſſus *g*, Fabius *h*, Diocletianus & Florentius: quibus dixit: Facite virum meum liberari de infirmitate hac, & honorabo vos cenſu digniſſimo, & faciam vos ire liberos quocumque volueritis. Cui Anthimus dixit: Si vis virum tuum evadere, hortare eum fieri Chriſtianum, & ſtatim eum ſanum recipies. Quæ cum audiſſet, gaudio repleta non modico, pergens ad virum ſuum, dixit: Quanti quotque medici & archiatri & diaſophiſtæ ad te venerunt, & nulla te ratione curare potuerunt? Ego inveni viros, qui nihil ſe aſſerunt accepturos; ſed hoc affirmant, quod ſi volueris Chriſtianus eſſe, ſtatim poteris de recuperata ſalute gaudere. Audiens hoc vir
C ejus dixit: Grandis ſtultus eſt qui non credit hunc
ad eum ad. ducit: verum Deum eſſe, qui deſperatam ſalutem reſtituit, & ad vitam revocat eos quibus jam præparata eſt ſepultura. Tune Lucina egreſſa introduxit ad eum Anthimum Presbyterum & Siſinium Diaconum.

hi eum docens 3 Cumque ingreſſi fuiſſent cubiculum, ubi jacebat ipſe ſemivivus Pinianus, & ille eos ſedere rogaſſet, illi dixerunt: Nos non venimus ſedere, ſed aliquid agere, ut cureris. Dixit eis Pinianus: Agite ergo aliquid ut poſſim ab his febribus liberari. Dixit ei Anthimus: Ceſſent hic artes medicorum, ubi ſola virtus Chriſti ſuccurrit. Pinianus dixit: Succurrat mihi per vos, ut poſſim credere, quod & ipſe ſolus ſit omnipotens Deus. Dixit ei Anthimus: Præpara pectus tuum ut credas ea quæ dixero tibi, & dum credideris ſaluus eris. Dixit ei Pinianus: Ego niſi credidiſſem toto corde, non feciſſem vos in-
Verum Trinitatis, gredi ad me. Dixit ei Anthimus: Audi ergo quod credas: Quem colimus, unus eſt Deus, qui fecit cælum & terram, mare & omnia quæ in eis ſunt. Hic Deus Verbum ex ore ſuo virtutis plenum protulit; quo Verbo firmati ſunt cælum & ſpiritu oris ejus omnis virtus eorum: à quo congregatæ ſunt velut in utre aquæ maris, & poſitæ in theſauris abyſſi. Deus autem quem oportet nos credere, cum ſit D
trinus, tamen unus eſt: Pater, qui ex corde eructavit Verbum bonum, à quo omnia; Filius, qui eſt ſermo, quem eructavit Pater, per quem facta ſunt omnia quæ facta ſunt; ſanctus quoque Spiritus, in quo univerſa animantur, quæcumque à Patre per Filium creantur. Deus autem hominem ſimilem ſibi fecit, cui legem impoſuit; quam ſi ſervaſſet, vitam conſequeretur æternam. *i* Sed invi- i
dus angelus perſuaſione ſua fecit ut legem impoſi- *Incarnationis,*
tam rumperet: unde factum eſt ut deveniret in mortem. Idcirco Verbum per quod facta ſunt omnia, quod eſt filius Dei, dignatus eſt hominem aſſumere, naſcendo ex virginali utero: qui homo factus, habens in ſe virtutem integram Patris omnipotentis, omnia tentamenta diaboli exſuperans, pervenit ad lignum crucis; ut lignum prævaricationis mortiferæ ligno paſſionis ſuæ excluderet; & vitam, quam homo perdiderat, moriendo pro peccatoribus repararet. Hic ergo tertia die reſurrexit à mortuis, & *Crucis,*
cunctis videndum ſuis diſcipulis per quadraginta dies ſe manifeſtans, dedit eis poteſtatem hanc, ut in ejus nomine expellerent dæmonia ab hominibus, & languentibus manum imponentes ſalutem eis reſtituerent; omnes etiam dolores infirmitateſque cu- E
rarent, ſed & ipſos mortuos ſuſcitarent. Poſt hæc *datam gratiam curationum;*
illo progreſſo cum eis ad montem, aperti ſunt cæli ſuper eum, & videntibus illis aſcendit in cælum. Diſcipulis vero ſtupentibus apparuerunt Angeli, qui eis dixerunt: Viri Galilæi, quid ſtatis aſpicientes in cælum? Hic Jeſus Chriſtus filius Dei ſic venturus eſt, ſicut vidiſtis eum euntem in cælum. In ipſius ergo nomine manus tibi imponimus, credentes quod impleat promiſſum ſuum.

4 Tunc Pinianus, expandens manus ſuas in le- *eumque divina luce circumfuſũ ſanant,*
ctulo, dixit: Chriſte, quem numquam ſcivi quod eſſes Deus, niſi modo ex ore iſtorum qui te ſciunt; antequam fiam Chriſtianus, confiteor & credo quia tu mihi reſtitues ſanitatem, quam dicunt omnes medici me recuperare non poſſe. Tunc proſtraverunt ſe in facies ſuas Anthimus Presbyter & Siſinius Diaconus, orantes unanimes. Dum Deo funderent preces, ſubito fulgor ſplendens apparuit, qui per dimidiam fere horam permanens, paulatim abceſſit. Surgentes autem ab oratione dicunt ad Pinianum: Exurge, quia viſitavit te Chriſtus filius Dei, cui credidiſti. Et ſtatim erigens ſe ſedit ſuper lectum ſuum, in quo jacuerat: & quaſi pedetentim gyrans
F ſe, deſcendit de eo, & ſtans ſuper pedes ſuos mo-
vere ſe cœpit totus incolumis, & voce clariſſima dicere: Verus Deus tu es, Chriſte, qui me deſperatum ſaluti integræ reſtituiſti. Tunc vocaverunt etiam *& baptizãt cũ familia.*
eos qui cum ipſis fuerant in carcere, id eſt Maximum, Baſſum, Fabium, Diocletianum, Florentium: & ſimul orantes docuerunt Pinianum & Lucinam ejus conjugem ſermonem veritatis & perfectionis, & per ſeptem dies inſtruxerunt eos omnem juſtitiæ legem, & docentes myſterium Chriſti, baptizaverunt ipſum Pinianum, & Lucinam conjugem ejus, & omnes qui pertinebant ad *k* familiam & he- k
reditatem eorum.

5 Poſt recuperatam ſanitatem, per unum annum *l* Pinianus in domo ſua manſit: in quo ſpatio omnes l
Chriſtianos fecit de metallis & de ergaſtulis, ſed & *Pinianus captivos dimittit:*
de cuſtodiis tolli, & ad ſe adduci præcepit. Quibus omnibus ſecundum doctrinam B. Anthimi & Siſinii pedes lavans, oſculabatur manus eorum, & conferens ſumptus datiſque vehiculis ad propria remeare fecit gaudentes. Poſt hæc plurimos ſecum ducens Chriſtianos venit ad Urbem Pinianus, famaque pervulgante dicebatur: Pinianus hic ſecum Chriſtianos adduxit. Et quia multi erant & ſimul in unum

A unum eſſe non poterant, diviſit eis manſiones per
m prædia ſua in *m* Piceni provincia, quæ poſſidebat
n juxta *n* Auximum civitatem. Deditque prædium Si-
Sanctos per diverſa prædia ablegat. ſinio, Diocletiano & Florentio: qui habebant ſecum alios plurimos, cum quibus vacabant Deo & Chriſti laudibus: in quo ſine moleſtia aliqua converſantes per tres annos, hoc ordine ad martyrii palmam pervenerunt.

ANNOTATA.

a *MSS. Neapol.* Plautinam, *quod magis placeret.*

b *Triſtanus tomo* 3 *Commentariorum hiſtoriæ antiquorum Imperatorum, arbitratur hanc dictam* Juliam Gallam, *& ſub nomine* Juliæ *exhibet antiquam inſcriptionem, ſed quidni plures Gallieno fuerint filiæ? Aſſerit etiam Triſtanus hanc filiam* Gallieni *à dæmone obſeſſam, & à* S. Zenone *fuiſſe liberatam: dedimus hujus Vitam* 12 *Aprilis, & diximus* S. Zenonem *vixiſſe ſeculo* 4, *& hanc filiam potius fuiſſe alicujus* Gallieni *Principis in Alpibus vicinis. Imperavit autem* Gallienus *ab anno* 253 *cum Valeriano patre, uſque ad annum* 260, *& dein ſolus uſque ad an.* 268.

c *Notkero ad diem* x *Maji* Anicia Lucina *dicitur.*

B d *Rabanus ad dictum diem Maji; celebrat memoriam* SS. Faltoni Piliani, & *aliorum Martyrum: quibus adjunxit Notkerus* Aniciam Lucinam conjugem.

e Chæremon, *aliis* Ceremon, Cerimon *MS. Barberin:* cum Cerimone Conſiliario contra Sanctos perrexit: qui dum pergerent ad laniandos Chriſtianos, ſicut ſoliti cum ſuis Dominis fuerant, ſubito Cerimon ſacrilega &c.

f *MSS. Neapol. ſemper* Epiſcopum *appellant.*

g *MS. Barberin.* Favius. *MSS. Neapol.* Fabianus.

h *Eadem MSS.* Diocletianus. *In Martyrol. Rom.* Diocletius.

i *MSS. Barberin.* Sed cum Lucifer, ſuperbiendo è cælo lapſus, ſuaſionem poſuit, ut per ligni vetiti guſtum, ſcientiam haberet boni malique: unde factum *&c.*

k *MS. Bodec.* familiam & clientelam. *MSS. Vltr. Rottendorf & Hubert.* familiaritatem. *Surius*, omnes eis familiaritate conjunctos. *MSS. Barberin.* familiam hereditatis eorum, in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti.

l *Alia MSS.* Adminiſtratio ejus, *addit MS. Budec.* præfecturæ, *Hubert.* in proconſulatu. *Sur.* in
C functione ſua.

m *MSS. alia:* per provincias vicinas, quas latiſſime poſſidebat.

n *MSS. eadem:* Auximatium. *MSS. Barber. & Rottendorf.* Auximatiam.

CAPUT II.

Septem Martyrum cædes vario modo patrata.

Ex his Siſinius, Dioclatianus, Florentius lapidibus interficiuntur

6 ERat ibi conventus eorum, qui ſacrificantes, ſemel in triennio dicebant ſibi dari reſponſa. Hi dum conveniſſent, & ſolitas impietates ſceleratis ſacrificiis exercerent, dicunt ſe talia accepiſſe reſponſa: quod niſi ſacrificare voluerint Siſinius, Diocletianus & Florentius, illis dare amplius ſolita reſponſa non poſſent. Tunc tracti à populo violenter, cum ſacrificare contemnerent, lapidibus interfecti ſunt, & ſub ipſo monte lapidum derelicti. In quo loco, poſt abſceſſum populi maligni, Chriſtiani mundaverunt locum, & ibidem ſanctos Dei Martyres ſepelierunt: in quo etiam loco orationes eorum exuberant beneficiis, uſque in hodiernum diem in civitate Auximo.

7 Anthimus autem Presbyter non longe ab urbe Roma *a*, milliario viceſimo ſecundo in via Salaria, circa Piniani prædia latitabat. Contigit autem ut dum Silvano ſuo ruſtici ſacrificarent, ipſo qui *b* auctor erat *c* ſacrificantium, diaboli arreptus furore, omnes qui ei occurriſſent gladio tranſverberaret. Cumque omnes fugerent, annuntiatum eſt Anthimo quod jam multos occidiſſet, & furens à diabolo percuteret omnes qui ei occurrere potuiſſent. Qui orans & commendans ſe Deo, occurrit ei, & dixit: In nomine Domini Dei mei Jeſu Chriſti, ſta vinctus catenis ſpiritualibus; & projice gladium, quem ad interfectionem hominum aſſumpſiſti. Ad hanc vocem ſteterit, fecit: ſtatimque tenuit eum Anthimus Presbyter, & ducit eum ad habitaculum ſuum, jejuniis & orationibus vacans infra tres dies, ita ut eum menti ſuæ reſtitueret, & etiam Chriſtianum efficeret: qui cum uxore & filiis ſuis Domino Jeſu Chriſto credidit, quin etiam multos converti fecit & credere, ita ut lucum ipſum Silvani *d* igne combureret, reddens ei hanc vicem quod ei tale dæmonium immiſiſſet, per quod homines innoxios jugularet.

EX MSS.
a
b
c
S. Anthimus liberat energumenum,
d

8 Tunc tranſeuntem Priſcum Proconſulem increduli tenuerunt, dicentes ei: Per Anthimum everſa ſunt omnia ſimulacra, & omnis lucus incenſus eſt. Tunc Priſcus Conſularis juſſit eum teneri à populo, & ad ſacrificandum impelli. Sed cum contemneret minas & ſeditiones eorum, ligaverunt in collo ſaxum, & in Tiberis medio eum jactaverunt. Sed Angelus Domini apparuit ei in Tiberi, & rupit vincula ejus, & revocavit eum in cellulam orationis ſuæ. Cum autem mane facto viderent Gentiles, Chriſtianos more ſolito venientes ad eum, cœperunt inſultantes dicere: Ite ad Anthimum veſtrum in fundum Tiberis, ubi demerſus jacet. Chriſtiani autem dicebant: Nos Anthimum Dei ſervum vidimus ſanum, & benedixit nos more ſolito: incolumis eſt, & nulla macula in eo. Tunc dicere inter ſe cœperunt: Nos eum per pedem traximus, & nullum membrum ejus ſanum dereliquimus, ac manibus noſtris ſaxo collo ejus ligato præcipitem in mediam Tiberis undam jactavimus: quomodo hæc iſti affirmant? Tunc ingreſſi ſingulatim, attendebant eum ſanum populo prædicantem. Tunc pœne omnes, qui jactaverunt eum in Tiberim, advoluti genibus ejus, pœnitentiam agentes, baptizati ſunt.

E
in Tiberim conjectus, ab Angelo eripitur,
& perſecutores convertit,

9 Requirente deinde Priſco Conſulari, facta eſt de eo accuſatio talis; quod non ſolum non potuiſſet occidi, ſed & omnes qui eum occidere conati ſunt ad fidem Chriſti convertiſſet. Tunc Priſcus juſſit eum adduci ad ſe, quem per triduum in vinculis & in torturis agens, cum nulla poſſet ratione ad hoc perducere ut idolis immolaret, fecit eum capite cædi. Cujus corpus tulerunt populi, qui per eum fuerant converſi, & in ſuo oratorio ubi orare conſueverat poſuerunt *e*: in quo loco præſtantur beneficia orationibus ejus, ad laudem Domini noſtri Jeſu Chriſti, cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum.

F
ac capite plectitur.
e

10 Maximus autem *f* cœperunt venerati, qui fuerat amicus Anthimi individuus. Tunc Priſco Proconſulari dixerunt inimici fidei Chriſtianæ: Quid prodeſt quod Anthimum occidiſti? Ecce Maximus amicus ejus ampliorem populum ad ſe invitat *g*. Miſſis itaque apparitoribus ut comprehenderent eum, populi prohibere cœperunt. Dixit eis Maximus: Nolite, filioli mei, profectionem meam impedire. Et conſtanter intrepidus abiit. Cui Priſcus Proconſularis dixit: Tu es qui avertis ceremonias Principum, & facis Provinciales omnes à Deorum cultura recedere? Dixit ei Maximus *h*: Utinam & teipſum

f
Maximus prohibet defenſionem ſui:

EX MSS. *fuſtibus cæſus decollatur:*

ab eorum cultura divellere & tuo reſtituere Creatori poſſemus! Tunc indignatus Priſcus juſſit eum fuſtibus cædi & ad ſacrificandum impelli. Sed in Dei nomine fixus permanens, & ipſe capite cæſus eſt: & à Chriſtianis raptus eſt, & poſitus in via Salaria milliario ab Urbe Roma triceſimo, in eodē loco ubi
i orare conſueverat *i*: & celebratur dies ejus natalis *i* quarto decimo Kalend. Novembrium: regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto in ſecula ſeculorum. Amen.

S. *Baſſus ſtatuidola diſſipat,*

10 Baſſus autem in eodem loco permanens, ubi poſitus erat Maximus Martyr, hortabatur populum credentium, ut in Sanctorum paſſione gauderent potius quam lugerent. Factum eſt autem ut convenirent ad mercatum populi, in locum qui appel-
k latur *k* Forum-novum, ubi fiebant ſacrificia Libero Patri & Cereri. Tunc tenuerunt Baſſum & duxerunt eum dicentes: Sacrifica Deo Libero, qui dat nobis vineas plenas; & Deæ Cereri, quæ dat fertiles meſſes. Tunc Baſſus dixit ad eos: Deus in cælo eſt, qui dat pluviam matutinam & ſerotinam, ipſe dat nobis omnia quæ vitæ ſunt neceſſaria: veſtra autem ſimulacra mortua ſunt & ſine voce & anima, nec ſibi poſſunt nec aliis ſubvenire. Hæc di-
eciditur: cens exſufflavit ſuper ea, & eeciderunt, & omnia
B confracta ſunt. Tunc populi irruentes ſuper eum, alii pugnis, alii calcibus & fuſtibus tamdiu eum ceciderunt, quamdiu ſpiritum exhalaret. Fabium de-
uti & S. Fabius. inde tradiderunt Conſulari. Qui diuturna cuſtodia maceratus, cum nollet penitus dęmoniis immolare, & ipſe capite truncatus eſt. Ita autem factum eſt, ut omnes hi, id eſt Anthimus, Maximus, Baſſus, & Fabius in his locis ponerentur, ubi orare conſueverant, juxta viam Salariam, quæ mittit ad Picenum. Siſinnius autem & Diocletianus & Florentius in eodem loco, ubi lapidibus obruti ſunt juxta civitatem, nomine Auximum, quæ eſt in montano culmine conſtituta. De quorum martyrio habet civitas ipſa gratulationem magnam, & de meritis eorum apud Deum interceſſionis auxilium.

ANNOTATA.

a *Hæc ſunt in MSS. Neapolit. & ex iis in Martyrologiis: at deſunt in aliis MSS.*

b *MSS. Neapol.* advocatus.

c *MSS. aliqua*, ſacrificiorum.

d *Aliqua MSS.* ſecuribus cæderet, & aram ejus
C ſubverteret.

e *MSS. Bodec. & Barberin. addunt:* via Salaria Milliario ab urbe Roma vigeſimo, territorio Savinienſi, *ſeu* Sabinenſi, *ut ſupra dictum.*

f *MS. Bodec addit* Levitam tuam.

g *MS. Hubert. addit*: & Deo ſuo, quod ille minus implevit, iſte eadem devotionis inſtantia ſupplens conſummabit.

h *Bodec. & Rottend. MSS.* Deſidero omnes à diabolo eripere, & ſuo Creatori reſtituere. *Dein cum MS. Barb.* Utinam & tu ipſe à deorum cultu recederes, & tuo te reſtitueres Creatori.

i *MS. Bodec.* tertio decimo. *Verum ea omnia deſunt in MS. Rotrendorf.*

k *Hujus loci Plinius lib. 3 cap 12 ita meminit*: Sabinorum Amiternini, Curenſes, Forum-Decii, Forum-novum, Fidenates, Interamnates, Nurſini, Nomentani, Reatini. *Videtur in Itinerario Antonini* Vicus-novus *dici*, *ubi iſta leguntur*: *Ab* Urbe Ereto XVIII, Vico-novo XIV, Reate XVI. *In Tabulis loco* Vici-novi *legitur ad* Novas.

l *MSS. pleraque ita concludunt*: De quorum martyrio habens gratulationem magnam Pinianus vir illuſtriſſimus, cum fide perrexit ad Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum. Amen. D

CAPUT III.

Appendix de SS. Piniani & Lucinæ, & aliorum Sanctorum cæde.

S. *Pinianus pie obit.*

11 PInianus vero vir illuſtriſſimus atque Chriſtianiſſimus, poſt multa beneficia fidelibus Chriſtianis impenſa, poſt plurima prædia Eccleſiis contradita, poſt multa tentamenta pro Chriſto perpeſſa, cum bona fide & confeſſione migravit ad Dominum, ſuſcipiens de his omnibus æternæ retributionis præmium, & cum ſanctis Martyribus ſempiternæ gloriæ triumphum, cum quibus ſplendidiſſime atque feliciſſime laureatus eſt in æternum. Lucina autem, relicta ejus uxor, die noctuque in oratione & lectione perdurans, caſtiſſimum Deo exhibebat obſequium. Erat quidem elegans corpore, ſed elegantior ſanctitate.

12 Hæc cum ſupra vires niteretur, & triduana exerceret jejunia; apparuit ei *a* S. Sebaſtianus Martyr Domini; & indicavit ei locum, in quo ejus cor- *S. Lucina ſepelit S. Sebaſtianū.*
pus à ſacrilegis miſſum fuerat. Quod cum levaſſet E
& ſepeliſſet, referebat ipſa venerabilis Lucina, quod ipſe S. Sebaſtianus eam monuiſſet, ut & vino uteretur modico, ſecundum præceptum Apoſtoli Pau- 1 Tim. 5
li, & quotidiano eſſet contenta jejunio. Et quo- *ab eo præcepta vivendi accipit:*
niam omnes Domini Sacerdotes, latentes perſecutionis cauſa, ad te, inquit venire non poſſunt, ut ipſis facientibus Miſſas, accepta benedictione, reficiaris; qua hora veniet ad te cornicula, & deferet tibi nucem, hanc in Chriſti nomine accipere ne recuſes; & cum hanc acceperis, ſume cibum qui tibi fuerit more ſolito præparatus. Cui cum reſpondiſſet Sancta Lucina, quare nucem, & non aliud aliquid? reſpondiſſe ſibi aſſeruit Sanctum Sebaſtianum: eo quod duo teſtamenta Legis quatuor contineant Euangelia; quæ ipſa duo teſtamenta, corticem, indicem amaritudinis, unde tecta fuerant, derelinquant.

13 Nunc ad miraculum hoc deſcribendum convertamur. Cum dies Dominicus, aut Martyrum paſſione, aut anniverſaria ſolennitate colendus eſſet, circa horam quintam adveniens cornicula deferebat nucem in ore, miræ magnitudinis mirique ſaporis. Ceteris vero diebus omni tempore veniebat ad Nonam. Contigit autem eo tempore, ut eſſet F
quædam virgo *b* Beatrix nomine, ſoror Simplicii & b
Fauſtini, qui pro nomine Domini Jeſu Chriſti jux- *cohabitat S. Beatrici*
ta Sextum Philippi, via Portuenſi, decollati ſunt quarto Kal. Auguſti. Hæc ut diximus Beatrix eorum germana, poſtquam ſepulturam ſuis fratribus Chriſti Martyribus fecit, venit ad venerabilem Lucinam, & apud eam morata eſt per menſes ſeptem, in quo omni ſpatio ſemper duæ corniculæ prædictis temporibus cum ſingulis nucibus advenerunt. Factum eſt autem, ut prædium quoddam, quod fuerat Beatrici commune cum fratribus, vicinus poſſeſſor, nomine Lucretius, ambiret. Fecit itaque teneri Beatricem, & duci ad ſacrificandum. Cumque *quã occiſam ſepelit:*
in Dei nomine ſtetiſſet, fecit eam ambitioſus Lucretius præfocari noctu à ſervis ſuis; quam Sancta Lucina cum ſuis fratribus ibidem in Sexto Philippi ſepelivit. Ingreſſus autem prædium Sanctorum, fe- *occiſore mox divinitus punito.*
cit convivium Lucretius amicis ſuis: in quo inſultans ſanctis Domini, dum epularetur, eſſetque ibi mulier filium ſuum lactans, ille infantulus pannis involutus, vocem emiſit in convivio dicens; Audi, Lucreti, quia occidiſti, & invaſiſti, datus es in poſſeſſionem inimico. Ad hanc vocem expalluit Lucretius,

A Lucretius, & tremor invaſit eum: ſtatimque etiam ſatanas in eum ingreſſus, ibi in convivio per tres horas vexavit eum, quouſque tolleret ſpiritum ejus. Tantus autem timor invaſit omnes qui aderant in convivio, ut ſimul omnes ad Chriſtianos confugerent, & Chriſtiani facti omnibus narrarent, paſſionem S. Beatricis Virginis in convivio vindicatam.

patem aliquam damdam intelligit

14 Lucina autem cum fugeret, aſperitate paſſionis territa, apparuit ei ipſa S. Beatrix dicens; Noli abſcedere, quia in hoc menſe pax dabitur Eccleſiis Chriſti; quod & factum eſt. *c* Artemiam enim filiâ Diocletiani Imperatoris invaſit diabolus; & cum ei nullus poſſet approximare, dictum eſt Cyriacum Chriſtianum ei poſſe ſuccurrere. Qui cum fuiſſet adductus, cœpit ei confiteri diabolus quo tranſmigraret, & quod in ſua tranſmigratione etiam ipſum Cyriacum fatigaret, dicens: Si me de filia Imperatoris Romani ejeceris, in filiam Regis Perſarum intrabo, ibi te faciam venire ad me, vexatum longi itineris fatigatione. Cui Cyriacus dixit. Tu exi in nomine Domini mei Jeſu Chriſti, mihi enim non deerit auxilium Dei, ubicumque ad te expellendum perrexero. Statimque egreſſus eſt ab illa ſatanas, & facta eſt ſana. Et data eſt domus Cyriaco juxta thermas Diocletianas, quo conveniebat multitudo Chriſtianorum. Orta eſt autem in populo ſeditio, ita ut clamarent; Tolle Cyriacum. Tunc Diocletianus Imperator allocutus eſt Romanos, dicens: Adhuc vos non eſtis ſatiati de Chriſtianis? unus Chriſtianus remanſit, & hunc vultis occidere? Intelligentes autem animum Principis, ſiluerunt, & ultra nullam de hac re apud illum habuerunt ſuggeſtionem. Peſſimus autem dæmon in filiam Saporis Regis Perſarum ingreſſus, cœpit clamare, Non exeo hinc, niſi venerit Cyriacus ex urbe Roma ad me. Unde factum eſt, ut legatione miſſa ad Regem Romanorum à Rege Perſarum, pergeret ad Perſidem homo Dei Cyriacus. Quo cum veniſſet, cœpit dicere ei dæmon; Ego tibi non dixi, quia huc te fatigarem? Dicit ei Cyriacus; Et ego tibi non dixi, quia me non derelinqueret Deus meus? Ecce veni ſanus, ſine laſſitudine; ecce & hinc te ejicio in nomine Domini mei Jeſu Chriſti, & omnes collegas tuos ex obſeſſis corporibus ejiciam. Dicit ei dæmon, da mihi capſam in quam intrem: & exeo. Dicit ei Cyriacus; Ego alterius capſam tibi non dabo, ſed ecce meam capſam, ſi potes ingredere. Tunc ululatum teterrimum diræ vocis emittens, abceſſit. EX MSS.

occaſione Artemiæ filiæ Diocletiani.

& Iobia filiæ Saporis à dæmonibus liberatarum:

15 Poſt hæc reverſum Romam Cyriacum Lucina ſuſcepit; cum Largo & Smaragdo eunuchis, qui cum duabus virginibus dominabus ſuis Memmia & Juliana converſi fuerant: quæ virgines cum ſingulos haberent ſponſos, Tarpeium & Perſium, explicuerunt eis talia ſacra, quo dicerentur debere puniri, niſi diis libamina ponerent. Sed cum nec ad conjugium, nec ad ſacrificium conſenſiſſent, in ſuo agro in via Oſtienſi occiſæ ſunt. Dictumque eſt Tarpeio & Perſio, Cyriacus amicus eſt Imperatoris, ſi non eum tuleritis, faciet de vobis querimoniam & peribitis. Tunc inſidiati ſunt ei; & invenientes eum in loco ubi martyres ſepelierat orantem, ibi tamdiu ceciderunt, quo ad uſque de corpore exiret. Et hunc beata Lucina ſepelivit, cum Largo & Smaragdo, & Memmia, & Juliana. Ipſa autem Lucina complevit ætatem annorum nonaginta quinque, in quo omni ſpatio non ceſſavit ab opere eleemoſynarum *d*, ab oratione, à jejunio, in hymnis & canticis, in perfectione fidei & caſtitatis: & cum omni bono & ſancto, ipſa etiam bona & ſancta, perrexit ad Dominum, cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen. *ſepelit* SS. *Memmiam & Julianã*

Cyriacum Largum & Smaragdũ.

annorum 95 obit.

d

B

ANNOTATA.

a *Hæc latius indicantur* 20 *Ianuarii in Vita* S. Sebaſtiani *ſub finem num.* 88 *&* 89: *hinc videntur ante relati Martyres ante annum* 287, *quo S. Sebaſtianus obiit, fuiſſe coronati.*

b *Coluntur* SS. Beatrix & fratres 29 *Iulii, in quorum Actis MSS. & apud Mombritium hæc fuſius indicantur, etiam quæ de cornicibus hic leguntur.*

c *Hæc ex Actis* S. Marcelli *Papæ, à nobis ad* 16 *Ianuarii editis, extracta videntur, & ſunt à Surio omiſſa. Omnia explicantur dicto* 16 *Ianuarii.*

d *In dicta* S. Marcelli *Vita num.* 22 *dicitur* B. Lucina feciſſe donationem de facultate ſua, omnibus ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ.

DE SANCTIS MARTYRIBVS ROMANIS

CYRILLO, ELEUTHERIO, MARIANO, DOROTHEA,

IN MONASTERIO S. LAMBERTI IN STYRIA.

D. P.

XI MAII.

Monaſterii illius nunc regens Abbas,

TAm illuſtris ubique terrarum fuit S. Lamberti *Epiſcopi Trajectenſis & Martyris fama, ut ad extimos quoque Imperii Germanici populos propagata, nomen dederit inſigni monaſterio, quod in Styriæ Carinthiæque confiniis, incertum quo tempore primitus fundatum, ſub Otthone III refloreſcere cœpit, inductis eo Benedictinæ profeſſionis monachis; qui, dum antiquiora principia in obſcuro latent ſatis habent primos Carinthiorum Duces, ab Otthone prædicto conſtitutos, agnoſcere fundatores. Abbatum & Principum, ſub quibus illorum ſinguli floruere, ſeriem, accurato commentario, ſeculi hujus* XVII *initio, Salisburgi vulgavit Georgius Vlricus Chemnicenſis. Ei monaſterio qui nunc præeſt Abbas, Reverendiſſ. D. Franciſcus, cum operis noſtri tres priores menſes nactus, etiam accepiſſet Notitias breves, ex trimeſtri iſto acceptas & anno* MDCLXVIII *vulgatas, in quarum calce apponitur aliqua operis etiamnum reliqui & auxilii ad illud deſiderati notitia; dedit ad nos humaniſſimas litteras, per Adm. Rev. Dom. Chriſtophorum Iager, monaſterii ſui Subpriorem, in hæc verba.*

2 Tardius ad me pervenerunt breves Notitiæ, poſt vulgatum Martium veſtrum exculæ, quibus ad locupletanda Sanctorum Acta, ſummâ diligentiâ & præſtanti eruditione jam aliquouſque producta, ulteriores informationes ſuppeditari vobis deſideratis. Sentio me ad conferendam hac in parte qualemcumque ſymbolam vehementer exſtimulari, tum ſtudio pias id genus lucubrationes adjuvandi quo flagro, tum voluptate qua perfundor eorumdem Actorum primo trimeſtri pervolvendo. Excuſſis itaque mei monaſterii monumentis, injuria temporum ex magna parte pridem deperditis, tria reperio tranſcriboque, quæ in rem præſentem fore cenſui. *Primum eſt de* S. Candidi *Martyris Romani Reliquiis, anno* MCXXVI *repertis, de quibus agendum nobis erit* III *Octobris. Secundum de panis fruſtis, quas* Beatrix, *Henrici Carinthiorum Principis ſoror, ſinu ferebat, converſis*

zeloſus ad promovendum hoc opus

inter alias notitias,

AUCTORE D. P.

converſis in roſas: quod uſui eſſe poterit XXIX *Iunii ad vitam B. Hemmæ, quam operoſiſſime collectam illuſtratamque beneficio prædicti Domini Supprioris poſtea accepimus. Vltimum ipſius Abbatis verbis hic addo, eſtque ipſum cujus cauſa hæc attigimus. Sic ergo ſcribit:*

communicat tranſlationē horum Sanctorum;

3 Anteceſſor meus Abbas Benedictus p. m. Roma quatuor integra Sanctorum corpora dono accepit: nempe S. Cyrilli, S. Mariani, S. Eleutherii, & S. Dorotheæ. Num genuina ſint hæc nomina, vel potius aſcititia, non conſtat, nec exprimitur ab Alexandro Victricio Epiſcopo Aletrino in litteris patentibus, datis Romæ VII Septembris anno MDCL, quibus de cetero publicam fidem facit, dicta ſancta corpora de mandato Innocentii Papæ X ex cœmeterio Calepodii fuiſſe extracta, cum facultate illa in eccleſiis publicæ fidelium veneration exponendi. Verum morte præventus idem Anteceſſor meus, integram mihi horum ſacrorum cinerum exornandorum ſpartam reliquit: quam equidem in S. Cyrillo & S. Eleutherio jam exſolvi; Reliquiis eorum auro, argento, gemmis & unionibus, qua fieri potuit magnificentia & artificio, magno ſumptu adornatis, & in ſacrario eccleſiæ miraculoſæ Beatæ Mariæ Virginis in Cella Styriæ, pariter ad meum monaſterium ſpectantis & per meos Religioſos adminiſtratæ, cum pluribus aliis Sanctorum lipſanis, in medio theſauri ſacrorum anathematum & donariorum, tam pretio quam numero famoſiſſimi, repoſitis: ubi à peregrinis, incredibili frequentia quotannis eo confluentibus, non minori pietatis ſenſu quam admiratione ſpectantur. Et his ipſis diebus, cum Auguſtiſſimi Imperator & Imperatrix Kalendis Maji, in Cella voti cauſa eſſent, tum ipſæ Cæſareæ Majeſtates, tum omnes Magnates & Aulicus comitatus atque nobilitas eodem accurrens, ſpectantes Sanctorum dictorum corpora ſic exornata, extulerunt ea laudando & devenerati ſunt. Si vita mihi ſuperſtes fuerit, animus eſt duo reliqua S. Mariani & S. Dorotheæ corpora, paribus ornamentis exculta, ad publicam venerationem exponere. Ceterum in præfata Cellenſi eccleſia ſolennis & anniverſaria eorumdem Sanctorum Cyrilli & Eleutherii Martyrum memoria, die XI hujus menſis celebratur.

ex quibus duos pretioſis arcis inclusos

B

in Cella B. M. venerantur Cæſar cum uxore Claudia,

4 Hæc ſunt, Reverendi Patres, quæ veſtro deſiderio ſatisfacturus in præſentiarum communicanda habui, Deum interea rogans, ut præclaros labores ſecundet, ipſo Cælitum quorum honori deſudatis præſtante patrocinio, quatenus optatam coronidem operi feliciter imponentes, ſeminatorum à vobis fructuum uberrimos manipulos aliquando vos reportare aſpiciatis exultantes. *Amplectimur optima Præſulis amantiſſimi vota, ejus affectui magis quam operis reſidui magnitudini commenſa; noſtra ſe tam procul non porrigunt, quorum ſumma eſt, ut idem qui nos indignos huic admovit labori, ſufficiat alios cœpta promoturos abſoluturoſque. Scribebat ille anno* MDCLXXV IX *Maji, cum adhuc viveret, ſed valetudine adverſa uteretur, Auguſtiſſima Claudia Tyrolenſis, Leopoldi Cæſaris tunc uxor dignißima: cujus pro Auſtriaca Domus perennitate præcipuum votum apud Cellenſem Virginem, ipſa nunc impletum intuetur è cælo, dum hoc quo ſcribimus anno* MDCLXXVIII *menſe Auguſto, Auguſtiſſimo Cæſari ex tertio bene ominato cum Neoburgica Principe conjugio, maſcula proles in lucem venit, quam perennare incolumem & poſt multos demum annos ſuccedere Imperio, idque diu tenere, eadem quæ dedit faciat divina Clementia, totius pœne Chriſtiani orbis exoranda precibus.* D anno 167

aliis duobus deſignatur idem dies cultus.

E

5 *Quod ad Sanctos* Marianum & Dorotheam *attinet, iis quoque, cum fuerint exornata ipſorum corpora & collocata vel in S. Lamberti eccleſia, vel in alia ſubjecta, diem* XI *Maji ſacrum habendum decrevit idem Reverendiſſimus Abbas; ut quorum communia ſunt cetera omnia, communis quoque, diverſis quamvis in locis, ſit dies venerationis & communis in Faſtis monaſterii commemoratio. Ita mihi ſcripſit anno* MDCLXXVI, XX *Februarii Supprior prænominatus: iiſdem litteris etiam indicans* S. Lamberti Martyris *cultum iis in partibus non in ſolo illo monaſterio conſiſtere, ſed aliis præterea tribus locis non adeo longe diſtantibus ejuſdem honori erectas eſſe totidem eccleſias cœnobiales; videlicet* S. Lamberti in Altenbergh, *in Auſtria inferiori, Ordinis S. Benedicti;* S. Lamberti in Seon, *in Bavaria ejuſdem ordinis;* & S. Lamberti in Suben, *Ordinis Canonicorum Regularium, in eadem Bavaria; ſuum autem monaſterium ab illis diſtingui, addito epitheto* S. Lamberti in Silva, *extructamque eccleſiam credi ad expiationem ſacrilegæ cædis, ab eorum, qui ipſam patravere, poſteris, ſub imperio Francorum in Carinthia potentibus.*

DE S. MOCIO SEV MVCIO

G.H. PRESBYTERO MARTYRE CONSTANTINOPOLI.

XI ET XIII MAI.

Sanctum hunc Presbyterum & Hieromartyrem *celebrant & Græci & Latini; illi die* XI *Maji &* Mocium *appellant; iſti vero die* XIII *ejuſdem menſis Maji, &* Mucium *ſcribunt. Paſſus eſt varia tormenta ſub Diocletiano, ac tandem Conſtantinopoli capite plexus eſt: ibidemque annuam ſolennitatem celebrari ſolitam fuiſſe in proprio illi dicato Martyrio ſive templo, legitur in MS. Synaxario Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, aſſervato in Collegio Claromontano Societatis Ieſu Pariſiis, & aliis Menæis tam excuſis quam manu exaratis. Illud autem Martyrium illi conſtituiſſe Conſtantinum Magnum, ejuſque ſacras Reliquias ibidem collocaſſe, additur in ciſdem Menæis & Synaxario. Georgius Codinus de Originibus Conſtantinopolitanis pag.* 37, *ubi de ejuſdem urbis ædificiis agit, iſta habet:* Templa SS. Mocii & Menæ dicavit Conſtantinus Magnus, cum prius eſſent fana idolorum. *Et quæ mox de* S. Mena *adjiciuntur, referenda erunt die ejus natali* XI *Novembris. At de* S. Mocio *iſta dein leguntur:* Templum S. Mocii duplo tunc majus, quam nunc eſt, media parte contraxit Conſtantinus Magnus, & altare ibidem erexit. Quoniam vero ibi olim S. Mocius interemptus fuerat, ea re templum hoc ipſius nomini dicavit, ejuſque corpus illuc tranſtulit. Tempore Theodoſii Magni ejiciebantur Ariani Eccleſia magna: poſteaque reverſi, permiſſu Imperatoris occuparunt templum S. Mocii. Septimo autem anno, poſtquam hoc templum ab Arianis poſſideri cœptum fuerat, corruit dum ſacra fierent, plurimoſque illorum oppreſſit. Tempore autem Juſtiniani Magni, denuo templum illud extructum, & huc uſque ſalvum manſit. *Hæc Codinus. At Procopius lib.* I *de Ædificiis Iuſtiniani Imperatoris cap.* 4 *iſta ſcribit:* Parum abfuit, quin Martyrium S. Platoni ſacrum prætermitterem, ſplendidum ſane atque auguſtum ac vicinum foro Conſtantini: templum item Mocii Martyris omnium maximum, nec non Thyrſi itidem Martyris, Theodori, Theclæ, Theodotæ..... Nam illa omnia Princeps hic noſter, quo tempore Juſtinus avunculus imperabat, à fundamentis ædificavit: quæ nec facile quis deſcribere, nec pro merito mirari ſpectator poſſit. *Hæc Procopius. Verum,*

Cultus ſacer Conſtantinopoli 11 *Maji,*

in templo ei à Conſtantino Magno conſtituto,

quod collapſum reſtituit Iuſtinianus,

uti

A *uti aſſerit Georgius Cedrenus in Hiſtoriarum Compendio*, Baſilius Imperator templum magnum Mocii Martyris, ejuſque penetrale ſolo æquatum, fractam etiam ſacram menſam, è parietinis excitavit. *Et hæc de cura Imperatorum in excitando reſtaurandoque templo* S. Mocii. *Præterea in Actis Concilii Oecumenici Epheſini anno* CCCCXXXI *habiti, tomo* 2 *juxta Tranſlationem Theodori Peltani cap.* 19, *jubentur* Archimandritæ mandato Theodoſii Imperatoris ad S. Mocii baſilicam concedere. Omnes itaque.... ad S. Mocii Martyrium abſceſſerunt. Tandem ubi omnes in B. Mocii baſilicam ingreſſi eſſent, publice recitata eſt epiſtola *Concilii de Neſtorii condemnatione.*

uti poſtea Baſilius Imperator.

in eo lecta epiſtola contra Neſtorium.

2 Certamen S. Mocii Martyris *hoc elogio exornatur in Menologio Baſilii Porphyrogeniti Imperatoris*: Mocius Chriſti Hieromartyr, ex urbe Byzantio prognatus, filius Euphrati & Euſtathiæ parentum Chriſtianorum, qui ex vetere Roma originem ducebant. Cum vero Mocius Presbyter eſſet Eccleſiæ Chriſti, cunctos hortabatur, ut ab idolorum cultu recederent, ac Chriſtum venerarentur, eumque Deum ac Dominum univerſorum adorarent. Quadam autem die, cum à Præſide & populo ſacrificante victimæ diis immolarentur; zelo divino motus,

Elogium ex Menologio Baſilii Imp.

B accurrens & aram ſubvertit & victimas diſperſit. Comprehenſus itaque tormentis ſubjectus fuit, atque in ignem conjectus. Verum in medio flammæ viſus eſt una cum tribus viris pſallentibus: ex quibus uni præ ceteris facies ſole ſplendidior emicabat. Ac ipſe quidem ex igne incolumis evaſit: flamma vero eos qui circum aderant ac ſimul Præſidem conſumpſit. Deinde miſſus eſt Heracleam urbem Thraciæ, ubi capite truncatus eſt & ſepultus. Poſtremo autem cum Conſtantinus Magnus templum ei ædificaſſet, ſacras ejus Reliquias tulit, atque ibidem honorifice depoſuit. *Hactenus Menologium illud Baſilii Imperatoris, in quo dum Acta martyrii contrahuntur, omiſſum fuit S. Mocii Presbyterium in Amphipolitana Eccleſia, & ex urbe Heraclea traductio Byzantium, ubi eum capite plexum atque ſepultum fuiſſe reliqua Acta habent:*

& Ms. Synaxario.

inter quæ eminent quæ ex laudato ſupra Synaxario MS. Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ hic addimus, & ſunt ejuſmodi:

Presbyter Amphipoli

3 Hic S. Hieromartyr Mocius imperante Diocletiano, & Proconſule Europæ Laodicio, florebat Presbyter ſanctæ Amphipolitanæ Eccleſiæ. Parentes habuit Euphratium & Euſtathiam, illuſtres valde & locupletes, ex veteri Roma oriundos. San-

C ctus vero Mocius ſeſe impendebat in docendo alios, & Chriſtum prædicando, & ab errore idolorum

ara Bacchi evertit:

cunctos revocare ſatagendo. Cum vero Bacchi feriæ eſſent & ſacrificia à Laodicio Proconſule pararentur, præſentibus plurimis idolorum cultoribus, acceſſit & Mocius aramque ſubvertit. Comprehenſus ideo eſt, & quia Chriſtum confitebatur ſuſpenſus: ejuſque capitis tempora, maxillæ & latera raſa fuere. Deinde ex pice, ſtuppa & ſarmentis tam ve-

ſuſpenſus & ab igni illæſus,

hementer incenſa eſt fornax, ut ejus flamma ad ſeptem cubitos attolleretur: ac tum in medium incendium conjectus eſt ſanctus Martyr. Sed rogus acceptum ſine ulla noxa incolumem conſervavit: videbaturque in medio flammarum obambulare cum aliis tribus viris valde glorioſis, quorum unius vultus

* *Menæa* ſolis

ſplendore ipſos * ignis radios ſuperabat. Exivit vero Sanctus adeo intactus & ſanus, ut ne pilum aliquem ejus flamma attigerit: quæ tamen effuſa & Proconſulem ipſum & novem ex ejus comitatu viros penitus combuſſit, ut ne minima corporum pars rogo extincto reperiretur. Tunc beatus Martyr à Principe Thalaſſio in carcerem conjectus eſt: deinde Maximo Proconſulatum ineunte rurſus ad quæſtionem revocatur Sanctus: cumque ei perſuaderi non poſſet ut Chriſtum negaret, ſed potius eum illuſtri encomio publice prædicaret; duabus rotis alligatur, à quibus contereretur & diſcerperetur: ſed miro modo ex his ereptus, feris objicitur, & ab his quoque illæſus permanſit. Cum univerſus dein populus conclamaret eum dimittendum eſſe, amandatus eſt ad Philippeſiũ in Perinthon urbem Thraciæ, quæ nunc Heraclea dicitur; atque inde Byzantium, ubi accepta mortis gladio inferendæ ſententia, capite plectitur. Et tunc quidem uno ab urbe milliario ſepultus eſt, Poſtea extructa illi à Conſtantino Magno magnificentiſſima, ſumptuoſiſſima, ſplendidiſſimaque æde, in illam tranſlatus eſt. Synaxis ejus ſive feſtiva ſolennitas in ſanctiſſimo illius martyrio ſive templo peragitur.

AUCTORE G.H.

fruſtra rotis alligatur & feris objicitur.

Byzantii capite plectitur.

4 *Hactenus MS. Synaxarium. Quæ fere eadem leguntur in Menæis Græcis excuſis & manu exaratis Mazarinicis, Chifletianis, & aliis, item apud Maximum Cytherorum Epiſcopum ἐν βίοις ἁγίων. Verum in novo Anthologio Antonii Arcudii, typis Vaticanis ſub auſpiciis Clementis Papæ VIII vulgato, idem elogium habetur, quod ex MS. Menologio Baſilii Imperatoris dedimus. Sirletus etiam inde in ſuo Menologio aliqua contraxit, interſerens ex jam dictis Menæis, eum* ablegatum ad Philippeſium in Perinthum urbem Thraciæ, quæ nunc Heraclea dicitur. *Sunt interim apud Sirletum aliquot σφάλματα, dum omiſſo die* XI *Maji, hæc aliaque referuntur ad diem* X *Maji: atque ad illud non reflectens Baronius, aſſerit in Notis ad diem* XIII *Maji*, à Græcis in Menologio ad VI Idus Maji *eum referri. Præterea in ipſo elogio Sirleti inſeritur* Genethliacus dies urbis Conſtantinopolitanæ, *qui ſeorſim à reliquis Græcorum libris primo loco collocatur. Demum ille* Mochius *dicitur, qui itidem ubique à Græcis* Μώχιος *appellatur, ad quod nomen, à voce* μῶχος irriſor *non longe recedendo, in Menæis hoc diſtichο alluditur.*

In Sirleti Menologio aliquot mẽda ſunt:

E

Μωκώμενόν σε δυσευδαίμονα πλάνην,
Οἱ δυσσηβεῖς κτείνυσι μώκιε, ξίφει.
Riſu arguentem erroris infauſti nefas,
Beate Moci, te necant gladio impii.

Præterea ex Ephemeride metrica additur iſte verſus:

Μώκιος ἑνδεκάτῃ κεφαλὴν τμήθη ἀγαθόφρων
Mocius undecima ſapiens dat colla ſecuri.

5 *Demum multiplices odæ & cantica in Menæis de eo ab Hymnographis compoſita exhibentur: è quibus omnibus colligimus, Acta Martyrii* S. Mocii *fuiſſe olim à Græcis compoſita, licet ea hactenus non potuerimus obtinere. Sed hunc defectum ſupplent Acta martyrii, Latine olim tranſlata, plane conformia iis, quæ in dictis Odis & hymnis Græcis continentur. Ea nacti ſumus ex pervetuſtis MSS. codicibus, Hamburgenſi è bibliotheca Friderici Lindebrogii ſubmiſſo; Trevirenſi monaſterii S. Maximini, & alio Reginæ Sueciæ num.* 569; *qui codex indicabatur fuiſſe cœnobii S. Dionyſii. In his non* Mocius *ſed* Mucius *appellatur. Eſt autem veroſimile eum qui origine Romanus fuit, nomen* Mutii *ex antiquis Romanis accepiſſe, quod Thraces ſua dialecto corruperint. Dicitur etiam* conſummaſſe agonem ſuum tertio Idus Maji, *additurque* eadem die Conſtantinum venerari eum & conſecraſſe natalem Conſtantinopoleos civitatis. *Verum, quia Græci ejus Natalem & illam Dedicationem ſolenniter celebrarunt ſemper* die XI Maji *ſive* quinto Idus Maji, *colligimus aliquem errorem irrepſiſſe* olim *in dictum numerum* tertii Idus Maij, *& reponendum eſſe* quintum Idus Maji. *Ex hiſce interim Actis Vſuardus, & forte Florus, retulerunt* S. Mucium *ad diem* XIII *Maji: hos autem ſecuti ſunt paſſim poſteriores Martyrologi, cum hodierno Martyrologio Romano, in quo iſta leguntur*: Conſtantinopoli B. Mucii Presbyteri & Martyris, qui ſub Dioeletiano Imperatore & Laodicio Proconſule, primo Amphipoli multis pœnis atque cruciatibus ob Chriſti confeſſionem afflictus,

Acta Græca deſunt,

Latine olim reddita ex Mss. dantur.

F

cultus apud Latinos in Maji.

AUCTORE G.H.

postea Byzantium usque perductus, capitali sententia occubuit. *Est autem* Amphipolis *urbs Macedoniæ, ad Strymonem fluvium, qui in gyrum ibi decurrens locum urbis utrimque cingebat, ut vel ideo* Amphipolis *videatur appellata; urbs ipsa magnitudine populique frequentia olim clarissima, in Hedonum regione ab Athenientibus condita, haud procul à confiniis Thraciæ, in qua eam Suidas & Herodotus collocant. Inde abductus est* S. Mocius Perinthum *sive* Heracleam, *metropolim Europæ, provinciæ primæ in Thracia. Est hæc urbs sita in ora Propontidis cum portu, distatque* LX *M. P. ab urbe Byzantio, sive Constantinopoli, in quo sanctus Martyr coronatus est & colebatur* XI *Maji.*

Situs urbis Amphipolis

& Perinthi seu Heraclea.

ACTA MARTYRII.

Ex pervetustis codicibus MSS.

CAPUT I.

Zelus fidei. Tormenta sub Laodicio Proconsule illata. Protectio ab exungulatione & igne. Simulacrum Bacchi dejectum.

2 1 SUb Laodicio & Maximo *a*, annis quatuor vicissim Proconsulatum tenentibus Europæ, fuit insania multa Gentilium in eadem provincia: multa enim convocatio & pompa fuit omnium idolorum in Amphipoli civitate. Sacrificabant quippe Dionysio, dæmoniacum errorem perficientes. Mucius autem, pudicitiæ & sapientiæ doctor, & Presbyter Amphipoli sanctæ Dei Ecclesiæ, proponens se omnibus exemplum, multis annis docebat salutarem sermonem, dicens: Videte & audite, execramini & abhorrete idolorum insanias, & idololatriæ seductionem: & revertimini & cognoscite Dominum Deum, qui per unigenitum suum Jesum Christum Dominum nostrum emicuit, & per lucem justitiæ illuminavit tenebras ignorantiæ. Et per singulos dies faciebat hoc opus in civitate.

S. Mucius Presbyter Amphipoli.

avocat cives ab idololatria.

2 Commoti igitur insania cives, tripudiabant in festis Dionysii. Quinto autem mense Laodicius Proconsul *b* Apolloniæ civitatis venit in Amphipolim, & sacrificavit Dionysio. Et alia die nuntiatum est ei de forti milite Christi Mucio, quia multos revocasset de solennitate Deorum; docens novas seductiones, quibus reverti suaderet ad crucifixum & mortuum hominem: & ista credentes multi, reversi sunt à deorum cultura. Si hoc indulseris, omnes credentes iis, quæ docet, vana reputabunt nostra sacrificia. Furore autem accensus Proconsul, & sedens pro tribunali in loco excelso, jussit adduci militem Christi, & dicit ad eum Proconsul: Dic mihi, quis es tu, qui non sacrificas; sed etiam illos qui sacrificant revertere facis, & solus eos seducis? Mucius respondit: Incognitus veritatis, cur interrogas quæ non potes scire? Sed compone prius mentis tuæ cognitionem, & intelliges veritatem. Nam & ego *c* discens sacras litteras, cognovi simulacra Gentium esse dæmonia: & eorum patrocinium doceo esse vanum. Laodicius dixit: Ut video, multiloquium didicisti. Mucius dixit: Multiloquium nostrum verum est: & ut veritatem agnoscas, audi quæ dico. Dii quos colitis dæmonia sunt surda & muta. Laodicius dixit: Lucrare vitam tuam, & sacrifica. Mutius respondit: Tantum lucrum, Proconsul, mors in Christo est.

b *accusatus apud Laodicium Proc.*

C

sistitur illi.

c

3 Laodicius dixit: Sùspendatur & exunguletur à summo capite, quo usque denudentur omnia ossa ejus, ut per istum doceantur omnes non blasphemare Deos, sed sacrificare illis *d* reverenter. Exungulato eo fortiter, in Christo refectus clamabat voce magna, dicens: Qui regnas in æternum, Domine, & radiis justitiæ emicas, ostende servis tuis Deitatem tuam, & da mihi sine impedimento certare pro tuis præceptis. Et hæc eo dicente, exungulabant eum, ita ut descenderent pœnæ usque ad ossa ejus. Cessantibus autem carnificibus, & jam non valentibus præ lassitudine pœnas inferre, Laodicius execrabilis jussit eos quasi delides & imbecilles projici & foras mitti, & ut plebeios ac molles reputari. Post hæc introductus est S. Mucius ante Præsidem glorificans Deum; & robustior apparuit & potentior in testificatione veritatis. Et dicit ei Laodicius: Sacrifica Deo Dionysio, ut liberet te de multis malis. Mucius dixit: Deum putat esse in arte hominis sculptile, factum immobile sine voce? *e* Persuasor omnis erroris, inventor diaboli, non vides quia non est debilitatum corpus meum tuis pœnis, & non sensi dolores earum? Difficilis quippe & inanis est virtus tua.

D

Suspensus & exungulatus,

d

robustior apparet:

e

4 Audiens hæc Laodicius dixit: Non est hæc virtus ex Deo tuo, sed magica arte omnes seducis. Jubeo nempe te igni consumi, ut omnis compago de ossibus tuis cinis efficiatur, & ventis rapientibus dispergatur. Jubet interea Laodicius fornacem accendi ex pice & stuppa & sarmentis, ita ut videretur in altum flamma ascendere usque ad cubitos sexaginta, & fumosa nube aerem obscurare: videnſque Laodicius flammam validam, jussit Sanctum Dei adduci, & interrogavit eum dicens: Sacrifica Deo Dionysio. Ille autem tacebat. Et iterum dicit ei: In ea qua cœpisti pertinacia mentis tuæ perduras? *f* Perspice tibi paratam pœnam, & vide magnam Dei Dionysii excellentissimam protectionem: conversusque ab insania, sacrifica Deo Dionysio. Mucius respondit: Dixi ego jam, Proconsul; Non sacrifico surdo, cæco & muto, qui perdit animas *g*, quibus ex divino præcepto omnis homo inspiratur. Vis autem scire, quia quem dicis esse Deum non est Deus, sed manufactum sculptile? Laodicius dixit: Maledicte, numquid idolum est quod virtute Dei compositum est? Virtus enim quæ in isto habitat, à nobis sacrificia suscipit, salvationemque nobis attribuit.

ostenso igne fornacis accensi non terretur:

E

f

g

5 Mucius respondit: Vis tamen ut appropinquans sacrificem: ut per meum sacrificium omnes cognoscant virtutem Dionysii. Laodicius dixit: Adora & sacrifica, & cognosce magnam virtutem ejus. Ingrediens autem B. Mucius, & faciens signum Christi in fronte sua, Crucem, Domini trophæum contra diabolum armatus *h* arripiens, introivit in templum: & stans, ubi firmatum erat idolum Dionysii, sic dixit: Deus, qui omnia tenes, & omnia per gloriam Christi tui fecisti; qui diabolum alienum à tua veritate ad verecundiam detraxisti, & beatitudinem pudicitiæ timentibus nomen tuum dedisti; qui muta & immobilia & surda idola de Babylonia confregisti, & cum justitia & fide justi tui Danielis veritatem ostendisti; qui thronum execrabilem per tres pueros perdidisti, & *k* exundantem flammam fornacis extinxisti; qui fluctuantem & obcæcatum furorem Pharaonis in profundum maris demersisti; qui Moysen servum tuum in oratione exaudisti, & per virgam fontem aquæ ex petra produxisti, & vitam populo te cognoscenti dedisti; tu qui es, & qui eras, & qui venturus es Rex æternus, te deprecor: jam veni invocatus in adjutorium meum, & ostende illis, qui veritatem in mendacio detinent, ut veritatem tuam cognoscant: quia tu es qui in æternum vivis & semper manes, & per te lux tua æternas caligines erroresque idolorum absterget. Et hæc dicens, cum voce magna ait: Infructuose & inanis, surde

ingressus templum,

F

h

signo Crucis simulacrum Bacchi comminuit

k

A ſurde & immobilis Dionyſi, jubeo tibi per magnum & glorioſum nomen Chriſti, qui in altis habitat, ut corruas de firmamento tuo, & proſternaris in terram, quia error occultus in te habitat. Statimque factus eſt terræmotus, & cecidit Dionyſius, & factus eſt ſicut pulvis, ita ut omnes, qui prope ſtabant, fugientes ac territi admirarentur quod factum fuerat. Et dixit B. Mucius ad Laodicium: Ecce error, qui homines in *l* ſecuritate mentis ſuæ viventes demergebat ad mortem, corruit: ſed deſcende nunc, & collige pulverem ejus, & cognoſce in quantis malis ſtas.

6 Tunc contriſtatus Laodicius pro ſtatua Dionyſii, juſſit eum projici in fornacem ignis ardentis. Stans ibi quaſi in amœnis unius horti, admirantibus cunctis *m* [viſus eſt cum tribus viris pſallentibus] unius tamen vultus erat emicans ut ſol, ſuperans omnem ſplendorem & candorem ignis, ita ut illius fulgore ignis obſcuraretur. Et aperiens Juſtus os ſuum, dixit: Gratias tibi ago, Domine Deus Patrum noſtrorum, cujus verbo omnia ſubdita ſunt. Benedictus es Domine Deus omnis militiæ Angelorum, qui laudaris in *n* ore Archangelorum, qui tribus pueris in flammam miſſis quartus adfuiſti, diſperge flammã ignis camini ardentis hujus, & combure Proconſulem hunc. Da in eum importabilem furorem tuum, ut omnes tuam ſcientiam accipientes cognoſcant, quia tu es verus Deus in cælis. Et ſtatim exivit flamma ex fornace ad Proconſulem, & ſic ex integro conſumpſit eum cum adſtantibus ſibi novem ſatellitibus, ut nullus penitus valeret corpora eorum colligere, quia ira Dei conſumpſit eos. Cumque factum fuiſſet hoc, contremuerunt omnes & tabuerunt: & exivit Sanctus de fornace, illæſus ab igne.

m projicitur in ignem ſed illæſus:

B *Proconſul eã ſatellitibus comburitur.*

ANNOTATA.

a *MS. Hamburgenſe:* In anno quarto Proconſulatum Ladicio tenente: *quod nomen ita in dicto MS. ſcribitur pro* Laodicio.

b Apollonia *etiam urbs Macedoniæ ad fluvium Echedoram, 25 M. P. à Theſſalonica verſus Circium, at 70 ab Amphiboli ad Occaſum.*

c *MS. Hamburg.* docens.

d *Idem*, patienter.

e *Idem.* Non perſuades omnes errores diabole.

f *MS. Reg. Suecia* percipe.

C g *MS. Hamb.* quæ ex præcepto diurno omnibus ſunt datæ.

h *MS. S. Maximini*, proferens.

i *MS. Hamb.* conſtituiſti.

k *Idem* emicantem flammam ignis diſperſiſti.

l *Idem* ſinceritate.

m *Hic hiatus erat; ſuppletus ex Græcis.*

n *MS. Hamb.* honore.

CAPUT II.

Tormenta ſub Maximo Proconſule illata in rota. A feris illæſus capite plectitur.

7 THalaſius igitur Princeps, furore accenſus contra eum, juſſit in carcerem recludi. Poſt dies vero viginti & ſex venit Proconſul, nomine Maximus; & audiens de militia ſenioris quæ geſta fuerant per beatum virum, atque cognoſcens perditionem Proconſulis, indignatus eſt valde contra eum. Die autem primo fecit conſilium cum ſuis militibus, ut Sanctum Dei perderet. Erat autem S. Mucius in carcere, laudans & magnificans Deum. Poſt tres denique dies venit Proconſul ut perderet eum: & ſedens in loco excelſo, qui vocatur *a* Sarus, adducitur B. Mucius, & dicit ad eum Proconſul: Dic mihi, quis vocaris? B. Mucius reſpondit: Si ſcire vis nomen meum: Magnus pater meus *b* Euphrates & ſincera mater mea *c* Euſtachia, purificantes me ſacro baptiſmate vocaverunt Mucium. Sic crevi nutritus ab eis ſicut cariſſimus filius, & ſub eis creſcens adolevi, & adultus acceſſu temporis in virilem ætatem perveni, & vir factus modo maturitate ſenili incipio curvari. Audiens Proconſul dixit. Quali genere in vita? S. Mucius reſpondit: Pater meus *d* civis Romanus militavit, & militiæ dignitate militantibus dominatus clariſſime viguit, & ex multa largitate omnium pœne Romanorum affectum ſibi conciliavit. Mater autem mea de patre Lampadio, Clari filio, Proconſule clariſſima. Proconſul dixit: Quomodo autem cum ſis tali genere, comminuiſti magnum deum Dionyſium, & amicum Imperatoris Proconſulem igni tradidiſti, & conſuetudinem ſacrificiorum diſperdidiſti? Mucius ſanctus reſpondit: Ego, Proconſul, ſic exiſtimo, quia neque aliquid comminui, neque amicum Imperatoris igni tradidi: ſed timore magno uni cælorum adhærens Regi, idolum ſculptile habitaculum inimici contrivi, & amicum diaboli *e* effugavi; execrabiles autem ſolennitates diſperſi, & per pudicitiam & orationem Deum obſecrans, Dionyſium ad nihilum deduxi, ſtans firmus in orationibus ex toto corde meo ad confeſſionem teſtimonii Chriſti. Maximus dixit: Fortem te & beatum exiſtimaſti, dum ſis malis moribus implicatus. S. Mucius reſpondit: Propter timorem Domini mei fortis ſum ad tolerantiam paſſionis in perditionem idolorum. Maximus dixit: Obliviſcere tuam ſtultitiam, & accedens ſacrifica Apollini, ut non male moriaris. Mutius ſanctus reſpondit: Male moriar, ſi obliviſcar benignitatis & protectionis veri Dei mei, & adhæream illis qui non ſunt dii. Proconſul dixit: Ne inſanias, & non memoreris res antiquarum tuarum cogitationum, quarum impudicitia magnum Deum Dionyſium evertiſti, ſtulte agens, & non intelligens illius & virorum prudentium patientiam. Ergo ſacrifica Apollini. S. Mucius reſpondit: Nonne tu inſanis, Proconſul, per artem diaboli? nec memor eris incircumciſæ mentis Laodicii, perditi & à Deo alienati per exacerbationem mentis ſuæ? *f* Rememora & attende ad protectionem Dei, quæ in me facta eſt: & effuge illorum pœnam, ut non male puniaris de hac vita exiens.

EX MSS.

a

b

c

Siſtitur Maximo Proconſuli: eique genus ſuum illuſtre indicat:

d

E

e

explicat factum in everſione idoli:

f

F

8 Maximus vero hæc audiens, juſſit eum ſub duas rotas mitti, ut volventes ſe dividerent membra ejus. Ille autem talem pœnam non timens, dicebat: Quam dulcis dilectio ad Deum! Prorſus ad maligna mentem expoſitionis artis tuæ, ſic namque per verba pœnarum tuarum mihi ad ſanitatem animæ meæ merces ante Deum repoſita. Feſtina autem, & mihi, deſideranti ad veritatem, fac voluntatem patris tui diaboli. Nam mihi vivere Chriſtus eſt, & mori in confeſſione iſta lucrum. Volventes autem rotas, & membris Juſti contritis, non prævaluerunt dolores in membris ejus uſque ad animi defectionem: ſed magnanimus dicebat: Pudicæ mentis dator & adjutor, protector & liberator, gratias ago tibi, Domine, quia indignum me dignatus es ſuſcipere, & certantem contra diabolum adjuvare: quia tu es Deus, qui *g* continens mentem meam, ut non prævaleat in me mens impudica; quoniam nomen tuum magnum eſt timentibus te. Et ſtatim diſſolutæ ſunt rotæ, & exiit Juſtus viſus, ac ſi ex omni corpore contritus, animo autem ſine dolore in Domino confirmatus.

alligatus 2 rotis laniatur:

g

rotis diſſolutis liberatus,

9 Mirantibus autem hominibus ipſius paſſionem, Maximus

EX MSS. *poſt triduũ ſanus objicitur leænæ eum venerantí,*

Maximus Proconſul contriſtabatur pro eo quod vincebatur: & juſſit eum retrudi in carcerem, & poſt dies tres adduci, ut à beſtiis conſumeretur. Cumque veniſſet B. Mucius, juſſit eum Maximus in amphitheatrum adduci. Sedente autem eo pro tribunali, coram omni populo civitatis, magnus Athleta Chriſti introivit in amphitheatrum, ſanus corpore, adeo ut omnes mirarentur, dicentes: Quam hilarem vultum habet advocatus ad pœnam vir iſte! Silentio itaque facto, dimiſſa eſt leæna magna, rugiens vehementer: & currens cecidit ad pedes ejus, & lingebat, & oſculabatur veſtigia Sancti. Una autem hora facta ſtans leæna amplexabatur eum & ſudores ejus. Et exeuntes duo venatores advocabant eam introire in caveam ſuam. Illa autem currens & adorans Sanctum, introivit in caveam ſuam. Poſt hæc dimiſſus eſt leo, qui per duos dies abſtentus fuerat à cibo: & currens amplexabatur Sanctum Dei, lingens ſudorem ejus. Videnſque omnis cœtus clamabat, dicens: Dimittatur Juſtus, quem & feræ *h* reverentur, & Deus miſericors & miſerator diligit. Acclamantibus autem eis, introivit leo in caveam ſuam.

& leoni lingenti ſudorem ejus:

h

B *direBus Heracleam & Byzantium,*

10 Maximus autem direxit S. Mucium ad Philippiſium Præfectum Heracliæ civitatis, ſcribens omnia quæ contra eum geſta fuerant. Et abiens fecit in carcere dies octo: poſt hos vero dies juſſit eum duci in Byzantium, uti ibi decollaretur. Incipiens autem martyrium ſuſcipere, dixit: Benedictus es, Domine, qui ſecula feciſti, qui glorioſa Sanctorum certamina feliciter inchoata, felicius conſummas: ſuſcipe me in pace. Et ſtatim vox ad eum facta eſt: Gaude, bonè victor Muci & athleta, publice vincens tyrannum & virtutem ejus comminuens: fiducialiter in regno cælorum lætare cum patribus: laborasti in mundo, lætare in cælis. Et facta iſta voce decollaverunt eum. Conſummavit autem S. Mucius agonem ſuum *i* III Idus Maji: in quo die B. Conſtantinus Imperator venerabatur Martyrem Chriſti, *k* & in hac die conſecravit natalem Conſtantinopoleos civitatis. Si quis autem memor fuerit ſanctæ memoriæ ejus, certiſſime credat ſe habere partem ſortis martyrii, cum gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti: cui eſt honor & gloria, virtus & poteſtas in ſecula ſeculorum Amen.

capite plectitur.

D

i

k

ANNOTATA.

a *MS. Hamburgenſe* Forus.

b *Græci* Euphratius.

c *MS. S. Maximini* Euſtochia; *Græci* Euſtathia.

d *MS. Hamb.* candidatus de ſacrata & magna civitate Roma; & peragens militiæ dignitatem dedit multa.

e *Idem*, conſumpſi.

f *MS. Reg. Sueci.* Dememora. *MS. S. Maxim.* Memorate.

g *MS. Hamb.* volvis mentes magnas.

E

h *MS. Reg. Sueciæ*, dilexerunt.

i *Græci omnia iſta referunt ad* V *Idus, ſeu diem* XI *Maji.*

k *Addunt Græci*, extruxiſſe illi magnificentiſſimam ædem, in eamque tranſtuliſſe corpus. *Maſinus in Bolonia perluſtrata ad* 13 *Maji, ait* Reliquias S. Mutii aſſervari in eccleſia Sanctorum omnium in Braina, & in æde Deiparæ de libertate. *Sed quod hujus Martyris ea ſint, non facile probare poterit.*

DE SANCTO DIOSCORIDE

MARTYRE SMYRNÆ IN IONIA.

G.H.

XI MAII.

Elogium ex Menol. Baſilii Imp.

HUnc ſanctum Martyrem celebrant Græci hoc die XI *Maji, & de eo tale elogium in MS. Græco Menologio Baſilii Porphyrogeniti legitur.* Hic Chriſti Martyr erat ex urbe Smyrna. Cum vero Chriſtianus eſſet, Chriſtum ſumma fiducia prædicabat, atque omnes, qui ad eum accedebant, in nomine ejus edocebat: multoſque ex infidelibus ab ingenito errore, quem à majoribus acceperant, avocans baptizabat. Comprehenſus igitur ab idololatris, qui Chriſti fidem tam libere promulgatam audire non ſuſtinebant, flagris cæſus fuit. Deinde vinctus Præſidi eſt traditus; atque ab hoc interrogatus, ac ſeſe Chriſtianum profeſſus, pluribus tortus cruciatibus, detruſus fuit in carcerem, ubi per plures dies graves perpeſſus eſt ærumnas. Poſtea è carcere eductus, iterum juſſus eſt Chriſtum abnegare: quod cum recuſaſſet, ſuſpenſus eſt & dire cæſus. Cum denique in Chriſti confeſſione conſtans perſiſteret, Præſidis juſſu fuit interemptus. *Hæc in dicti Baſilii Imperatoris Menologio. Aliud aliquanto brevius elogium continetur in MS. Synaxario Pariſienſi Societatis Ieſu, & in Menæis excuſis & aliis MSS. Mediolanenſibus bibliothecæ Ambroſianæ, & Pariſienſibus Cardinalis Mazarini, quod eſt hujuſmodi.* Hic fuit ex Smyrna illuſtri urbe; qui cum ad hujus urbis Præſidem fuiſſet adductus, ac ſe Chriſtianum eſſe annuntiaſſet, vinctus in carcere includitur: & iterum interrogatus atque in Chriſti fide conſtans permanens, mandante Præſide interficitur. *In MS. Divionenſi apud Chiffletium adſervato*, Dioſcorus junior *appellatur*, & gladio conſummatus *dicitur adjecto hoc diſticho:*

C

& aliis Menæis,

Παῤ ἡμέραν ζῆν μῦθος ἦν Διοσκόρῳ,
Διόσκορος δὲ ζῆν ἀεὶ τιμηθεὶς ἔχει.

Vivere viciſſim fabula erat Dioſcoro:
Perenne vivit ſectus eſt Dioſcorus.

an & ſub Dioſcori junioris nomine?

alluditur nempe ad id quod de Caſtore *ac* Polluce, *Iovis filiis, Helenæ ex Leda fratribus, fabulantur Poëtæ, in quibus Virgilius:*

F

Si fratrem Pollux alterna morte redemit.

Et Martialis

Pro Polluce moves Caſtora ne redeat.

Ceterum valde ſuſpicor, diverſos eſſe Dioſcoridem, *de quo ſupra*, & Juniorem *iſtum* Dioſcorum: *omnia enim in eum quadrant, qui apud* Scenopolitas *in Ægypto vel Arabia natus, ſub Diocletiano martyrium fecit capite plexus, & ad* XIII *diem Octobris in Menæis relatus: quando licebit quærere in alium* Seniorem Dioſcorum, *reſpectu cujus alter dicatur* Junior. *Qui autem hodie colitur, rectius in Menologio Sirleti* Dioſcorides *ſcribitur, abbreviato nonnihil ex Menæis elogio. Verum omiſſo* XI *Maji per errorem, cum Genethliaco die urbis Conſtantinopolitanæ, & elogio S. Mocii Martyris refertur ad diem* X *Maji. Quo errore, ut jam dictum, abductus Baronius, eumdem* Dioſcoridem *ad dictum* X *Maji inſcripſit Martyrologio Romano.*

DE

DE S. MONTANO SEV MONTANIANO,

MARTYRE SIRMII IN PANNONIA. G.H.

XI MAII.

S Montanus an alius à S. Montano Presbyt.

Gimus XXVI *Martii de* Sirmio, *antiqua Romanorum colonia ac totius Pannoniæ metropoli; occasione* SS. Montani Presbyteri, Maximæ conjugis, & aliorum quadraginta: *ibidem in fluvio aut lacu profundo mersorum. Quod hic voluimus indicatum, quia videtur posse controverti, num forte ille idem posset dici habere hoc die venerationem, ob aliquam corporis aut reliquiarum translationem. Interim quia hic nec* Presbyter *dicitur, neque adjunctam habet* S. Maximam *uxorem aut alios socios, neque cum iis submersus traditur, potius alium arbitramur, & indicamus in quatuor Martyrologii Hieronymiani antiquis apographis ista referri: In* Sirmi, *seu* Sirmia natalis S. Montani. *Quæ eadem in MSS. Trevirensi S. Maximini, & alio Corbeiensi valde antiquo leguntur, & loco non indicato in MSS. Pragensi, Romanis Vallicellensi Patrum Congregationis Oratorii, alteroque Ducis Altempsii. In MSS. Richevoniensi & Rhinoviensi ista habentur:* In Sirmia natalis S. Montaniani: *itemque, sed palæstra omissa, in MSS. Augustano S. Vdalrici & Parisiensi Labbæi, & Romano monasterii S. Cyriaci, quo plurimum usus est Baronius. In MS. Hibernico monasterii Tamlactensis habetur nomen* Montaniani & Montani: *quasi diversi essent.*

2 *At* S. Montanus Confessor *memoratur in MS. Carmelitano quod Coloniæ asservatur: item in Martyrologio Coloniæ & Lubecæ anno* MCCCCXC *excuso, & in Auctario Greveni ad Vsuardum. Hic* monachus *dicitur in MS. Florario: de quo in MS. Vsuardo in Alsatia aucto ista leguntur:* Item Remis S. Montani monachi, prius cæci, per lac Elymæ matris S. Benigni restituti. *Sed hic à priore plane alius est, de quo latius agimus* XVII *Maji.*

plane alius à S. Montano monacho Gallo.

DE SANCTIS MARTYRIBVS AFRIS,

MAJULO, VICTORINO, FORTUNATO, SEPTIMO, COMINO, JULIO, CRISPO, JANUARIA, PRIMULO, NEREO, MANILO, ITEM MANILO, VICTORIA, FORTUNATA, JANUARIO, ET JOCVNDO. G.H.

XI MAII.

Referuntur hi Athletæ Afri *in quatuor antiquis Martyrologii Hieronymiani apographis: cum aliqua in scribendo varietate. Nam* Majulus *etiam* Majolus *scribitur:* Victorinus *&* Fortunatus, *in Lucensi* Victorina *&* Fortunata: Septimus *&* Cominus *in MS. Blumiano* Semtimus *&* Comminus: *& deest hic in Corbeiensi, uti* Crispus *in Epternacensi, sed sunt in aliis. Loco* Victoriæ *in Epternacensi est* Victoris, *& huic* Fortunata, *aliis est* Fortunatus, *quibus* Jocundus *additur ex MS. Corbeiensi Parisiis excuso. Ex his sex memorantur in MS. Richenoviensi hoc modo:* In Africa Mauvili, Septimi, Julii, Januariæ, Victurii, Fortunati. Majulus in Africa *est in MS. Rhinoviensi.* C *Notkerus ista habet:* In Africa Majoli, Victorini, Fortunati, & aliorum multorum. *At MSS. Leodiensia ecclesiæ Cathedralis S. Lamberti & cœnobii S. Laurentii, cum MS. Florario, duos ex iisdem ita proponunt:* In Africa Victorini & Fortunati. *Palæstra martyrii non indicata, in MS. Tamlactensi in Hibernia, referuntur sola nomina* Julii, Victorini, Fortunati, Commini, Septimi, Primuli, Nerei, Marnili *&* Martini Martyris *loco secundi* Manili: *nisi sit* Martinus Episcopus Viennensis *etiam hoc die relatus, sed is non fuit* Martyr. *At MSS. Augustanum S. Vdalrici & Parisiense Labbæi suggerunt* SS. Septimum & Majulum. *Inter Romanos mox referendos collocatur* Januarius: *sed is videtur inter* Afros Martyres *hoscе censendus. De* Mavilo Martyre Adrumeti in Africa *egimus* IV *Ianuarii, & ab hoc* Majulo *diversum æstimamus.* F

DE SANCTIS MARTYRIBVS ROMANIS

ACHILLE, SIPPONIO, EPIMENO, ET NEREO. G.H.

XI MAII.

Rogredimur cum antiquis Martyrologii Hieronymiani apographis. Ex his Codex Lucensis hos quatuor ita proponit: Romæ Achelli, Sipponi, Epimini, Nerei. *Eosdem quatuor refert MS. Blumianum hoc modo:* Romæ Achilli, Sipponiæ, Pimini, Nerei. *Eorum tres in MS. Epternacensi ita indicantur:* Romæ Achilis, Epimeni, Nerei. *In MS. Corbeiensi Parisiis excuso, non indicata Roma palæstra martyrii, sit mentio* Syppiani, Apimini. *In MS. Tornacensi S. Martini ista habentur:* Romæ via Salaria passio SS. Achillis, Sepionis, Januarii. *Quæ eadem habentur in MS. Latiensis cœnobii: sed loco* Sepionis, *legitur* Serapionis, *qui supra* Sipponus, *&* Sipponia *dicitur. At* Januarius *videtur referendus ad præcedentem classem Martyrum Aforum. Est* S. Epimenus *inscriptus MSS. Augustano S. Vdalrici, & Parisiensi Labbæi. Forsan Romani ulteriorem notitiam horum Martyrum aliquando suggerent.*

DE SS. DEMETRIO, ATTICO, TADDÆO,

G.H. *MARTYRIBVS IN ASIA.*

XI. MAII. EPternacenſe Martyrologii Hieronymiani ecgraphum hos tres Martyres ſupra relatis addit: In Aſia Sanctorum Dimetri, Attici, Tadhæi. *Aſt alia tria apographa ejuſdem Martyrologii, omiſſo* Attico, *ita habent:* In Aſia natalis Sanctorum Demetrii, Taddæi. *Quæ fere eadem leguntur in MS. duplici Trevirenſi S. Maximini: item in MS. Florario & in MS. Leodienſi monaſterii Laurentini, nec non apud Notkerum. In MSS. Richenovienſi & Rhinovienſi memoratur* in Aſia Demetrius: *qui, non indicata palaſtra, nominatur in MSS. Caſinenſi & Pariſienſi Labbæi, notus etiam ſub nomine* Trimetri *in Auguſtano S. Vdalrici: at* Demetrius magnus *appellatur in MS. Vſuardo, quo epitheto ſignificaretur is qui Græcis Latiniſque celeberrimus, Proconſul Theſſalonicæ ab his* VIII, *ab illis* XXVI *Octobris colitur. In Auctario Greveni ad Vſuardum vocatur* Demetriaticus: *quod nomen ex* Demetrio & Attico, *male conjunctis, emerſiſſe arbitramur. In MS. Hibernico monaſterii Tamlactenſis indicantur nomina* Dimetri & Attici: *& hujus nomen altera vice repetitur. Carolus à Baſilica Petri, Epiſcopus Novarienſis, lib.* I *Hiſtoriæ Novarienſis pag.* 184, *tradit* in eccleſia S. Julii coli XI Maji, Demetrium Martyrem, eique fuiſſe in ea altare dicatum; *de cujus tamen tranſlatione quod referret, non habuit. Credibile eſt ex Romanis cryptis adductum aliquem, cui hic dies mere arbitrarie ſit dicatus.* De S. Julio Presbytero, *à cujus nomine dicta eccleſia in diœceſi Novarienſi ad locum Verbanum fuit appellata, egimus* XXXI *Ianuarii.*

Memoria in faſtis.

Cultus S. Demetrii in diœc. Novarienſi.

DE S. LICERIA VIRGINE MARTYRE

D.P. *SENONIBVS IN GALLIA.*

XI MAII. SEnonenſem *urbem Archiepiſcopalem transeuntibus nobis anno* MDCLXI, *non libuit licuitve Reliquiarum ibidem multarum & inſignium theſauros ſcrutari accuratius, propterea quod eam tunc Sedem obtineret vir, in fide non ſatis Catholice ſentiens, præ Ianſenianæ factionis ſtudio; noſtræ autem Societati eo affectus animo, quo poſſet maximis ab ea affectus injuriis, cum tamen publice notum eſſet, quanto ea beneficio ipſum ſibi haberet obligatum. Ne tamen nihil inde efferremus in rem noſtram, datus ibidem nobis indiculus eſt, per Kalendarii ordinem digeſtus, de præcipuis ea in urbe ac diœceſi Sanctis, quorum vel corpora vel partes corporum inſignes habebantur: ubi inter alia ſic notatur pro die* XI *Maji,* S. Liciera Senonenſis, Virgo & Martyr, cujus corpus eſt in Abbatia S. Petri-vivi poſitum. *Cum ergo poſt annos ab eo tempore ſedecim, in manu nobis eſſet hic dies prælo parandus, neque vel antiquiora Martyrologia ab Vſuardo & Adone confecta in Gallia, vel medii temporis ecgrapha plura, ibidem ad variarum eccleſiarum uſus aucta; neque noviſſimus omnium Andreas Sauſſajus, ullam ejus facerent mentionem; datis ad noſtri iſtic collegii Rectorem litteris, petiimus de illa diſtinctius informari, an & quomodo coleretur.*

Colitur in eccleſia S. Petri-vivi corpus,

C

2 *Erat is R. P. Nicolaus Rogerius, nobis familiariter Romæ notus, quo miſſus à ſua Provincia venerat cum jure ſuffragii ad Congregationem Societatis* XI. *Hic oblata de opere noſtro bene merendi occaſione latus, egit cum R. D. Priore Abbatiæ prænonimatæ: qui totis fere tribus hebdomadis accurate ſcrutatus omnia, de vita, martyrio, ſepultura & tranſlationibus antiquis nihil omnino reperit; ſive propter ſcriptorum incuriam, ſeu verius propter temporum præteritorum calamitates; niſi hæc, quæ ſubjicimus, pauca. Primo extitiſſe olim in antiquo civitatis ipſius ſuburbio vetuſtiſſimum ſub nomine S. Remigii monaſterium, de cujus reſtauratione ab Hieremia Archiepiſcopo curata, apud Sammarthanos tomo* 4 *legitur diploma Ludovici Pii Imperatoris, ſignatum Aquiſgrani anno Imperii* XIV, XV *Kalendas Iunii, quod fuit anno Chriſti* DCCCXXVII: *ipſum deinde tranſlatum à Wenilone Archiepiſcopo fuiſſe in locum Vallilias dictum, octavo ab urbe milliario, cum conſenſu Caroli Regis, in villa Cariſiaco ſignantis ea de re privilegium anno regni ſui* XII, *Nonis Maji, quod fuit anno Chriſti* DCCCLI; *ibique ſtetiſſe ad annum uſque* MDLXVII, *quando Senonenſes cives ipſum deſtruxerunt metu Calviniſtarum, monachis qui ſupererant ad S. Columbæ Virginis ac Martyris eccleſiam traductis. Ita ille. Mabillon vero in notis ad Vitam S. Romani, ipſorummet Calviniſtarum furore, ſolo tenus everſum fuiſſe ſcribit, & circa annum* MDCXL *Abbatiæ S. Petri-vivi unitum. Vt ut ſit, credimus quod additur, in vetuſtioribus illius monaſterii Kalendariis, Breviariis atque Miſſalibus notari geminum feſtum* S. Liceriæ Virginis ac Martyris (*quæ vulgo* S. Liciere *ſeu* Liſſiere *dici conſuevit*) *alterum* XI *Maji, alterum* XII *Octobris. In dicta autem tranſmigratione, traductas pariter fuiſſe arcas, quibus continebantur* corpora S. Valeriani Martyris, S. Romani Confeſſoris, & S. Liceriæ Virginis ac Martyris.

ex Monaſterio S. Remigii, ubi geminum ejus feſtum ſervabatur,

an. 1567 *tranſlatum*

3 *Secundo ipſam S. Columbæ eccleſiam, à prædicto Wenilone, juxta jam citatos Sammarthanos dedicatam, monaſterialem quoque ipſam fuiſſe: quam Gerardus Abbas à fundamentis renovarit, & ab Alexandro Papa* III *magna celebritate dedicandam curarit anno* MCLXIII: *in hujus autem eccleſiæ altaribus cenſeri unum, ſupra quod cernatur etiam hodie antiqua pictura,* SS. Valerianum, Romanum, & Liceriam *repræſentans; ac* Liceriam *quidem cum palma in manibus, martyrii ſigno. Verum hæc ipſa trium Sanctorum conjunctio veroſimile mihi facit, tabulam illam, ſi ſeculo uno antiquior eſt, ſimul cum ſanctis corporibus ceteraque eccleſiæ Remigianæ ſupellectile, ad hanc S. Columbæ baſilicam fuiſſe traductam: in qua tamen S. Valeriani corpus dumtaxat retentum fuit, duobus aliis ad parochialem eccleſiam S. Romani deportatis, haud diu poſt monachorum migrationem: nam* anno MDLXXI die XX menſis Julii, Pontificatus Sanctiſſimi Domini Pii Papæ quinti anno VI, Sereniſſimi Francorum Regis Caroli noni XI, per Illuſtriſſimum Dominum Nicolaum de Pellevé Archiepiſcopum Senonenſem, anno VIII ſui Archiepiſcopatus, viſitatæ & probatæ fuerunt Reliquiæ SS. Romani & Liceriæ, quæ ibi ſub depoſito erant, ut patet ex proceſſu verbali deſuper tunc confecto.

ad aliud S. Columbæ ubi ejus pictura in altari:

F

deinde ad parochiam S Romani an. 1571

4 *Tertio, inquit idem Prior,* Juſſu & auctoritate Illuſtriſſ. D. Octavii Bellegarde Senonenſis Archiepiſcopi, die Dominica XIX poſt Pentecoſten, anno Domini MDCXLV, coram magno populi concurſu, ſolenniter rituque proceſſionali tranſlata ſunt S. Romani caput, & capſa S. Liceriæ Virginis & Martyris, cum aliis Sanctorum reliquiis, è parochiali eccleſia S. Romani ad noſtram S. Petri-vivi, juxta proceſſum verbalem hac de re confectum, per nobilem virum Joannem Baptiſtam Driot, & à Joanne Cornús

ac denique in urbem an. 1645.

A Cornús Senonensi Notario & Ludovico Benoist etiam Notario exceptum. *Dicta Dominica* XIX *anno isto cadebat in* XV *Octobris, quia Cyclo lunæ* 12 *solis* 2 *litt. Dominicali* A, *Pascha celebratum fuerat* XVI *Aprilis & Pentecoste* IV *Iunii. Colitur autem* S. Romanus Abbas, *qui hic intelligitur*, XXII *hujus*: Sanctus *vero* Valerianus *&* S. Columba *Martyres, quorum supra facta mentio, coluntur. hæc* XXVIII *Iulii, iste* XV *Septembris. Nec plura suppetunt quæ certo affirmari circa hoc argumentum possint, nisi ipsi Processus verbales pracitati; verbotenus attexendi, mittantur.*

An forte soror S. Ebbonis anno 750 defuncti

5 *Saussajus de S. Ebbone Archiepiscopo Senonensi (quem Sammarthani dicunt anno* DCCL *die* XIX *Augusti ad Superos abiisse) in suo Gallicano Martyrologio, ad* XXVII *Augusti agens, longumque ex Actis ei texens elogium, sic illud concludit:* Duas sorores habuit Ygoaram & Letheriam, quæ fratris pietatem æmulatæ, cœlibes in Christi famulatu consenuerunt, distributis ecclesiis & pauperibus facultatibus suis, ex quarum fœnore sibi aditum ad æterna tabernacula aperuerunt; vitaque functæ, juxta fratrem, quem in cælo comitantur, sepultæ fuerunt debito cum honore, *scilicet in ecclesia S. Petri-vivi. Rursumque in Catalogo Beatorum & Piorum, qui proprias historias vel natales non habent, ponuntur* Ygoaria & Letheria Virgines, caritate in pauperes succensæ, *tamquam* in natali S. Ebbonis earum fratris *commemorandæ. Habemus nos quamdam S. Ebbonis Vitam, ex tomo* 5 *Senonici MS. Legendarii transcriptam, sed absque ulla de sororibus mentione, nedum de earum apud fratrem sepultura. Libenter itaque disceremus, unde ista sumpserit Saussajus, prius quam vel suspicari audeamus, eam quam ipse* Letheriam *vocat, fortasis esse* Liceriam *sive* Lissieram, *quam non solum ut* Virginem, *sed etiam ut* Sanctam Martyrem *esse colendam, indiciis fortasis nimium levibus, posteriora secula crediderint; aut etiam mors violenta, virtutis alicujus causa illata, vere Martyrem fecerit. Hoc leve tamen, quod affinitas nominum suggerit, fundamentum ad tale quid suspicandum, Senonensis historiæ curiosis volui indicare; occasionem forsitan hinc sumpturis plusculum circa sanctas istas Virgines quærendi, inveniendique saltem temporis, quo Sancta superius memorata vixerit, si posset ad Ebbonis ætatem referri.*

AUCTORE D. P.

DE SANCTO NEPOTIANO
PRESBYTERO ALTINI IN ITALIA.

G.H.

VITA SIVE EPITAPHIVM
Auctore S. Hieronymo.

SEC. V.

Refertur à S. Hieronymo in Martyrologio,

in epistola illi inscripta,

& epitaphio ejus,

C

& Notkero,

Vam hactenus ad singulos dies referimus memoriam Sanctorum, ex quatuor Martyrologii vetustissimi apographis deductam, D Hieronymi nomine haud male referri, colligi potest ex depositione Nepotiani *ad diem* XI *Maji ubique sub finem adjuncta & ab ipso ex certa scientia notata. Huic namque* Nepotiano S. Hieronymus *inscripsit* epistolam secundam de vita Clericorum & Sacerdotum, *in qua, uti ille petierat, plurima, ad eorum vitam recte instituendam pertinentia, luculenter exponit hoc exordio:* Petis à me, Nepotiane carissime, litteris transmarinis, & crebro petis, ut tibi brevi volumine digeram præcepta vivendi, & qua ratione is, qui seculi militia derelicta, vel monachus cœperit esse vel Clericus, rectum Christi tramitem teneat, ne ad diversa vitiorum diverticula rapiatur. *Quomodo autem* Nepotianus Presbyter *illius monita observarit, indicat idem* Hieronymus epistola tertia ad Heliodorum Episcopum Altinensem illius avunculum. *Hujus à se scriptæ* epistolæ *sive* Epitaphii Nepotiani *idem* Hieronymus *in Vita sive Epitaphio Fabiolæ sive epistola* XXX *ad Oceanum, ita meminit ipso exordio:* Plures anni sunt, quod super dormitione Blesillæ, Paulam venerabilem feminam recenti adhuc vulnere consolatus sum. Quartæ æstatis circulus volvitur, ex quo ad Heliodorum Episcopum Nepotiani scribens epitaphium, quidquid habere potui virium, in illo tunc dolore consumpsi. *B. Notkerus Balbulus, in suo Martyrologio, ante annos circiter octingentos scripto, ad hunc etiam* XI *Maji, secutus Martyrologium S. Hieronymi, tali eum exornat elogio:* Item depositio Nepotiani Presbyteri, nepotis Heliodori Episcopi de sorore. In cujus Epitaphii consolatione S. Hieronymus totum mundum, pro eis quæ in eo fiunt malis & accidunt calamitaribus, in luctum & lamentationem convertit, *scilicet dum humana miseria, Imperatorum aliorumque Procerum exemplo, docte atque ingeniose exponitur. Nos istis superfluis omissis, qua apud S. Hieronymum legi possunt, solum ea, quæ ad Nepotianum spectant, excerpimus.*

1 GRandes materias ingenia parva non sustinent, & in ipso conatu ultra vires ausa succumbunt: quantoque majus fuerit, quod dicendum est, tanto magis obruitur, qui magnitudinem rerum verbis non potest explicare. Nepotianus meus, tuus, noster, imo Christi, & quia Christi idcirco plus noster, reliquit senes, & desiderii sui jaculo vulneratos & intolerabili dolore confectos. Quem heredem putavimus, funus tenemus. Cui jam meum sudabit ingenium? Cui litterulæ placere gestient? Ubi est ille ἐργοδιώτης noster, & cygnæo canore vox dulcior? Stupet animus, manus tremit, lingua balbutit. Quidquid dixero, quia ille non audit, mutum videtur. Stylus ipse quasi sentiens, & cera subtristior, vel rubigine vel situ obducitur. Quotiescumque nitor in verba prorumpere, & super tumulum ejus Epitaphii hujus flores spargere; toties lacrymis implentur oculi, & renovato dolore totus in funere sum..... Quidquid de Scripturis super lamentatione dici potest, in eo libro, quo Paulam Romæ consolati sumus, breviter explicavimus. Nunc nobis per aliam semitam ad eumdem locum perveniendum est, ne videamur præterita & abolita quondam calcare vestigia. Scimus quidem Nepotianum nostrum esse cum Christo & Sanctorum mixtum choris; quod hic nobiscum eminus rimabatur in terris & æstimatione quærebat, ibi videntem cominus dicere; Sicut audivimus sic & vidimus in civitate Domini virtutum, in civitate Dei nostri. Sed desiderium absentiæ ejus ferre non possumus, non illius sed nostram vicem dolentes. Quanto ille felicior, tanto amplius nos in dolore, quod tali caremus bono..... Quanto magis tu & avunculus & Episcopus, hoc est, & in carne & in spiritu pater, doles abesse viscera tua, & quasi à te divulsa suspiras? Sed obsecro ut modum adhibeas in dolore, memor illius sententiæ, Ne quid nimis; obligatoque parumper vulnere, audias laudes ejus, cujus semper virtute lætatus es. Nec doleas quod talem amiseris,

Singulari affectu amatur à S. Hieronymo,

F

translatus ad Christum & Sanctos;

EX EP. III S. HIER. amiſeris, ſed gaudeas quod talem habueris.....

avunculo Heliodoro dilectus à pueritia

2 Igitur & Nepotianus noſter, quaſi infantulus vagiens & rudis puer, ſubito nobis quaſi de Jordane naſcatur. Alius forſan ſcriberet, quod ob ſalutem ejus Orientem eremumque dimiſeris, & me cariſſimum ſodalem tuum redeundi ſpe lactaveris, ut primum, ſi fieri poſſet, ſororem cum parvulo viduam; deinde, ſi conſilium illa reſpueret, ſaltem nepotem dulciſſimum conſervares. Hic eſt enim ille, de quo tibi quondam vaticinatus ſum; Licet parvulus ex collo pendeat nepos. Referet, inquam, alius, quod in palatii militia, ſub chlamyde & candenti lino, corpus ejus cilicio tritum ſit; quod ſtans ante ſeculi poteſtates lurida jejuniis ora portaverit; quod adhuc ſub alterius indumentis alteri militaverit, & ad hoc habuerit cingulum, ut viduis, pupillis, orphanis, oppreſſis, miſeriſque ſubveniret. Mihi non placent dilationes iſtæ imperfectæ ſervitutis Dei, & Centurionem Cornelium, ut lego juſtum, ſtatim audio baptizatum. Verumtamen velut incunabula quædam naſcentis fidei comprobemus, ut qui ſub alienis ſignis devotus miles fuit, donandus laurea ſit, poſtquam ſuo Regi cœperit militare. Baltheo poſito habituque mutato, quidquid caſtrenſis peculii fuit, in pauperes erogavit: legerat enim: Qui vult perfectus eſſe, vendat omnia quæ habet, & det pauperibus & ſequatur me. Et iterum: Non poteſtis duobus Dominis ſervire, Deo & mammonæ. Excepta vili tunica & operimento pari, quo tecto tantum corpore frigus excluderet, nihil ſibi amplius reſervavit. Cultus ipſe, provinciæ morem ſequens, nec munditiis nec ſordibus notabilis erat. Cumque arderet quotidie aut ad Ægypti monaſteria pergere, aut Meſopotamiæ inviſere choros, vel certe inſularum Dalmatiæ, quæ Altino tantum freto diſtant, ſolitudines occupare, avunculum Pontificem deſerere non audebat, tot in illo cernens exempla virtutum: domique habens unde diſceret, in uno atque eodem & imitabatur monachum & Epiſcopum venerabatur: nec, ut in pleriſque accidere ſolet, aſſiduitas familiaritatem, familiaritas contemptum illius fecerat; ſed ita eum colebat quaſi parentem, ita admirabatur quaſi quotidie novum cerneret.

miles ſanctè vivit:

Act. 10

& ſuis in pauperes diſtributis,

B

Matt. 19, 6

Matt. 6, 24

3 Quid multa? Fit Clericus, & per ſolitos gradus Presbyter ordinatur. Jeſu bone! qui gemitus, qui ejulatus, quæ cibi interdictio, quæ fuga oculorum omnium! Tum primum & ſolum avunculo iratus eſt: querebatur ſe ferre non poſſe, & juvenilem ætatem incongruam Sacerdotio cauſabatur. Sed quanto magis repugnabat, tanto magis in ſe ſtudia omnium concitabat; & merebatur negando, quod eſſe nolebat; eoque dignior erat, quo ſe clamabat indignum. Vidimus Timotheum noſtri temporis, & canos in ſapientia, electumque à Moyſe Presbyterum, quem ipſe ſciret eſſe Presbyterum. Igitur Clericatum, non honorem intelligens, ſed onus; primam curam habuit, ut humilitate ſuperaret invidiam: deinde ut nullam obſcœni in ſe rumoris fabulam daret; ut qui mordebantur ad ætatem ejus, ſtuperent ad continentiam. Subvenire pauperibus, viſitare languentes, provocare hoſpitio, lenire blanditiis, gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus: cæcorum baculus, eſurientium cibus, ſpes miſerorum, ſolamen lugentium fuit. Ita in ſingulis virtutibus eminebat, quaſi ceteras non haberet. Inter Presbyteros & coæquales primus in opere, extremus in ordine, quidquid boni fecerat, ad avunculum referebat: ſi quid forte aliter evenerat, quam pararat; illum neſcire, ſe erraſſe dicebat. In publico Epiſcopum, domi patrem noverat; gravitatem morum hilaritate frontis temperabat, gaudium in riſu, non cachinum intelligeres. Viduas & virginis Chriſti honorare ut matres, hortari ut ſorores, cum omni caſtitate. Jam vero poſtquam domum ſe contulerat, & relicto foris Clerico, duritiæ ſe tradiderat monachorum. Creber in orationibus, vigilans in precando, lacrymas Deo non hominibus offerebat: jejunia in aurigæ modum pro laſſitudine & viribus corporis attemperabat. Menſæ avunculi intererat, & ſic appoſita quæque libabat, ut & ſuperſtitionem fugeret & continentiam ſervaret.

Presbyter ordinatur:

C

excellit in omni virtute tã foris,

D

quam domè apud Epiſcopum.

4 Sermo ejus per omne convivium de Scripturis aliquid proponere, libenter audire, reſpondere verecunde, recta ſuſcipere, prava non acriter confutare, diſputantem contra ſe magis docere quam vincere; & ingenuo pudore, qui ornabat ætatem, quid cujus eſſet ſimpliciter confiteri, atque in hunc modum, eruditionis gloriam declinando, eruditiſſimus habebatur. Illud, aiebat, Tertulliani, iſtud Cypriani, hoc Lactantii, illud Hilarii eſt: ſic Minucius Felix, ita Victorinus, in hunc modum locutus eſt Arnobius. Me quoque, quia pro ſodalitate avunculi diligebat, interdum proferebat in medium: lectioneque aſſidua & meditatione diuturna pectus ſuum bibliotheca fecerat Chriſti. Quoties ille tranſmarinis epiſtolis deprecatus eſt, ut aliquid ad ſe ſcriberem? Quoties nocturnum de Euangelio petitorem, & interpellatricem duri judicis mihi viduam exhibuit? Cumque ego ſilentio magis quam litteris denegarem, & pudore reticentis pudorem ſuffunderem poſtulantis; avunculum mihi oppoſuit precatorem, qui & liberius pro alio peteret, & pro reverentia Sacerdotii facilius impetraret. Feci ergo quod voluit, & brevi libello amicitias noſtras æternæ memoriæ conſecravi. Quo ſuſcepto, Cræſi opes & Darii divitias ſe viciſſe jactabat: illum oculis, illum manibus, illum ſinu, illum ore tenebat. Cumque in ſtratu frequenter evolveret; ſuper pectus ſoporati dulcis pagina decidebat. Si vero peregrinorum, ſi amicorum quiſpiam venerat, lætabatur noſtro ſuper ſe teſtimonio, & quidquid minus in opuſculo erat, diſtinctione moderata & pronuntiationis varietate penſabat: ut in recitando illo, ipſe vel placere quotidie vel diſplicere videretur. Unde hic fervor, niſi ex amore Dei? Unde legis Chriſti indefeſſa meditatio, niſi ex deſiderio ejus qui legem dedit? Alii nummum addant nummo, & in marſupium ſuffocantes, matronarum opes venentur obſequiis: ſint ditiores monachi, quam fuerant ſeculares: poſſideant opes ſub Chriſto paupere, quas ſub locuplete diabolo non habuerant; & ſuſpiret eos Eccleſia divites, quos tenuit mundus ante mendicos. Nepotianus noſter aurum calcans, ſchedulas conſectatur: & ſicut ſui in carne contemptor eſt, & paupertate incedit ornatior, ita totum animæ inveſtigat ornatum.

profert ſententias auctorum,

& S. Hieronymi,

E

cujus ad ſe epiſtolam magni æſtimat.

fervet amore Dei & deſiderio Chriſti:

F

5 Ad comparationem quidem ſuperiorum modica ſunt quæ dicturi ſumus: ſed & in parvis idem animus oſtenditur. Ut enim Creatorem non in cælo tantum miramur & terra, ſole & oceano, elephantis, camelis, equis, bubus, pardis, urſis, leonibus; ſed & in minutis quoque animalibus, formica, culice, muſcis, vermiculis & iſtiuſmodi genere, quorum magis ſcimus corpora, quam nomina, eamdemque in cunctis veneramur ſolertiam; ita mens Chriſto dedita, æque & in majoribus & minoribus intenta eſt, ſciens etiam pro otioſo verbo reddendam eſſe rationem. Ergo ſolicitus ſi niteret altare, ſi parietes abſque fuligine, ſi pavimenta terſa, ſi janitor creber in porta, vela ſemper in oſtiis, ſi ſacrarium mundum, ſi vaſa luculenta & in omnes ceremonias pia ſolicitudo diſpoſita, non minus, non majus negligebat officium: ubicumque eum quæreres, in eccleſia reperires..... Baſilicas eccleſiæ & Martyrum conciliabula

ſolicitus in ornatu eccleſiæ,

A conciliabula diverſis floribus, & arborum comis, vitiumque pampinis adumbrabat; ut quidquid placebat in eccleſia, tam diſpoſitione quam viſu, Preſbyteri laborem & ſtudium teſtaretur. Macte virtute! cujus talia principia, qualis finis erit?

6 O miſerabilis conditio humana, & ſine Chriſto vanum omne quod vivimus. Quid te ſubtrahis, quid tergiverſaris oratio? quaſi enim mortem illius differre poſſimus, & vitam facere longiorem, ſic timemus ad ultimum pervenire. Omnis caro fœnum, & omnis gloria ejus quaſi flos fœni. Ubi nunc decora illa facies, ubi totius corporis dignitas, qua veluti pulcro indumento pulcritudo animæ veſtiebatur? Marceſcebat, pro dolor! flante Auſtro lilium, & purpura violæ in pallorem ſenſim migrabat. Cumque febribus æſtuaret, & venarum fontes hauriret calor, laſſo anhelitu triſtem avunculum conſolabatur. Lætus erat vultus, & univerſis circa plorantibus, ſolus ipſe ridebat: projicere pallium, manus extendere, videre quod alii non videbant: & quaſi in occurſum ſe erigens, ſalutare venientes. Intelligeres illum non emori, ſed emigrare; & mutare amicos, non relinquere. Volvùntur per ora lacrymæ, & obfirmato animo, non queo dolorem diſſimulare quem patior. Quis crederet in tali illum tempore noſtræ neceſſitudinis recordari, & luctante anima ſtudiorum ſcire dulcedinem? Apprehenſa avunculi manu, Hanc, inquit tunicam, qua utebar in miniſterio Chriſti, mitte dilectiſſimo mihi, ætate patri, fratri collegio: & quidquid à te nepoti debebatur affectus, in illum transfer, quem mecum pariter diligebas. Atqui in talia verba defecit, avunculi manum mei recordatione contrectans. Scio quod nolueris amorem in te civium ſic probare, & affectum patriæ magis quæſiſſe in proſperis: ſed hujuſcemodi officium in bonis jucundius eſt, in malis gratius. Tota hunc civitas, tota planxit Italia: corpus terra ſuſcepit, anima Chriſto reddita eſt. Tu nepotem quærebas, Eccleſia Sacerdotem. Præceſſit te ſucceſſor tuus. Quod tu eras, ille poſt te judicio omnium merebatur: atque ita ex una domo duplex Pontificatus egreſſa eſt dignitas, dum in altero gratulatio eſt, quod tenuerit: in altero mœror, quod raptus ne teneret. Platonis ſententia eſt, omnem ſapientium vitam, meditationem eſſe mortis. Laudant hoc philoſophi & in cælum uſque ferunt. Sed multo fortius Apoſtolus: Quotidie, inquit, morior per gloriam veſtram. Aliud eſt enim conari, aliud agere; aliud vivere moriturum, aliud mori victurum. Ille moriturus eſt ex gloria, iſte moritur ſemper ad gloriam..... ſolum habemus lucri, quod Chriſti nobis amore ſociamur. Caritas patiens eſt, benigna eſt: caritas non zelatur, non agit perperã, non inflatur: omnia ſuſtinet, omnia credit, omnia ſperat, omnia patitur: caritas numquam excidit: hæc ſemper vivit in pectore: ob hanc Nepotianus noſter abſens præſens eſt, & per tanta terrarũ ſpatia diviſos utraque complectitur manu. Habemus mutuæ obſidem caritatis. Jungamur ſpiritu, ſtringamur affectu: & fortitudinem mentis, quam beatus Papa Chromatius oſtendit in dormitione germani, nos imitemur in filio: illum noſtra pagella decantet, illum noſtræ litteræ ſonent: quem corpore non valemus, recordatione teneamus: & cum quo loqui non poſſumus, de eo loqui numquam deſinamus.

in morbo ultimo lætus,

qui avunculum ſolatur.

1 Cor. 15

& defuncti commendat memoriam.

B

moritur S. Hieronymi memor.

E

DE SANCTO MAMERTO

EPISCOPO VIENNENSI IN GALLIA.

G.H.

POST AN. CCCCLXXV

INter ſanctos Epiſcopos, *qui Gallias ſeculo Chriſti quinto & virtutis & doctrinæ eximio ſplendore illuſtrarunt, merito cenſendus eſt* S. Mamertus: *per quem agnoſcit Eccleſia,* dies Rogationum, *quæ ante feſtum Aſcenſionis per triduum celebrantur, ſumpſiſſe exordium. Quid egerit ante Epiſcopatum, aut quo tempore ad illum promotus fuerit, plane latet. Habuit in Sede ſua deceſſores* SS. Nicetium & Simplicium: *quorum prior floruit ſub finem ſeculi quarti, ejuſque Acta retulimus die* V *hujus menſis Maji; uti* S. Simplicii *die* III *Februarii, quem diximus vixiſſe uſque ad Zoſimi Pontificis Romani tempora, id eſt uſque ad annum* CCCCXVII *& ſequentem, quibus ſolis præfuit Eccleſiæ Zoſimus. At prima memoria* S. Mamerti *invenitur in duplici epiſtola S. Hilari Papæ, cujus prior data eſt* VI Idus Octobris Baſilio V. C. Conſule, *id eſt anno* CCCCLXIII. *In hac committitur Leontio Epiſcopo Arelatenſi examinanda in Synodo cauſa* Mamerti Epiſcopi Viennenſis, *qui extra fines ſuos indebite Dienſibus Epiſcopum ordinaverat. Altera epiſtola data eſt anno ſequente* VI Kalendas Martias, poſt Conſulatum Baſilii V.C. *ad viginti Epiſcopos, ut per Veranum Epiſcopum moneatur* Mamertus, *ut ab ordinationibus indebitis, ordinis ſui & privilegiorum periculo in poſterum abſtineat, utque qui Dienſibus à Mamerto conſecratus fuerat, Leontii Arelatenſis Epiſcopi, à quo conſecrari debuit, arbitrio confirmetur. Quod debita cum animi ſubmiſſione feciſſe* S. Mamertum, *& acquieviſſe decreto ſummi Pontificis, plane arbitramur. Memoria ejuſdem* Mamerti *inter triginta Epiſcopos, quibus Lucidus Presbyter errorem emendans libellum miſit, in quo fidei ſuæ profeſſionem ſecundum Synodi Arelatenſis ſtatuta & Fauſti Rejenſis Epiſcopi epiſtolam ad ſe miſſam depromit. Exhibet iſta Sirmondus tomo I Conciliorum Galliæ, & circa annum* CCCCLXXV *geſta arbitratur. Habuit autem* S. Mamertus *ſucceſſores* S. Iſichium, *cujus Acta dedimus* XXI *Martii, & vixiſſe diximus uſque ad annum* CCCCXC; *quando huic ſucceſſit* S. Avitus, *Iſichii filius, qui ſpiritualem à baptiſmo patrem habuit* S. Mamertum, *uti latius in ejus Vita quinta Februarii diximus. Et hæc de tempore quo ſedit.*

C

Deceſſores SS. Nicetius & Simplicius:

Memoria S. Mamerti in epiſtolis S. Hilari Papæ an. 463 & ſeq.

& libello Lucidi Presb. circa an. 475.

Succeſſores SS. Iſichius & Avitus.

2 *Vixit eodem tempore S. Sidonius Apollinaris Epiſcopus Arvernorum, qui ſcripſit* S. Mamerto *epiſtolam primam libri ſeptimi de irruptione Gothorum & aliis rebus, & libro* 5 *cap.* 14 *invitat Aprum, ut in urbem redeat* Rogationum contemplatione. Quarum, *inquit*, nobis ſolennitatem primus Mamercus, Pater & Pontifex reverentiſſimus, exemplo & utiliſſimo experimento, invenit, inſtituit, invexit. Erant quidem prius (quod ſalva fidei pace ſit dictum) vagæ, tepentes, infrequenteſque, utque ſic dixerim, oſcitabundæ ſupplicationes: quæ ſæpe interpellantium prandiorum obicibus hebetabantur, maxime aut imbres aut ſerenitatem deprecaturæ, ad quas (ut nihil amplius dicam) figulo pariter atque hortulano non oportuit convenire. In his autem, quas ſuprafatus ſummus Sacerdos nobis & protulit pariter & contulit, jejunatur, oratur, pſallitur, fletur. Ad hæc te feſta, cervicum humiliatarum & ſternacium civium ſuſpitioſa contubernia, peto: & ſi ſpiritalem animum tuum bene metior, modo citius venies, quod non ad epulas, ſed ad lacrymas evocaris. *Hæc S. Sidonius Apollinaris, cujus feſtum celebratur* XXIII *Auguſti.*

F

Zelus ejus in Rogationum diebus, inſtituendis laudatur à S. Sidonio Apollinari.

3 *Proximus his temporibus eſt S. Avitus, filius* S. Mamerti *à baptiſmo ſpiritualis, qui reliquit Homiliam de Rogationibus: in qua etiam deſcribit, quomodo ea conſuetudo*

à S. Avito in Homilia infra dãda.

AUCTORE G.H.

consuetudo Rogationum processerit à S. Mamerto, *cujus laudes prosequitur. Hanc nos Homiliam loco Actorum infra damus. Ex Aviti Homilia citata Gregorius Turonensis, seculo sexto sequenti, hoc* S. Mamerti *factum lib.* 2 *Historiæ Francorum cap.* 34 *describit in hac verba:* Magnæ facundiæ beatus Avitus refert in quadam Homilia, quam de Rogationibus scripsit, has ipsas Rogationes, quas ante Ascensionis Dominicæ triumphum celebramus, à Mamerto, ipsius Viennensis urbis Episcopo, cui & hic eo tempore præerat, institutas fuisse, dum urbs illa multis terreretur prodigiis. Nam terræmotu frequenti quatiebatur; sed & cervorum atque luporum feritas portas ingressa, totam, ut scripsit, urbem nihil metuens obtabat. Cumque hæc per anni circulum gererentur, advenientibus Paschalis solennitatis diebus, expectabat misericordiam Dei plebs tota devote, ut vel hic magnæ solennitatis dies huic terrori terminum daret. Sed in ipsa gloriosæ noctis vigilia, dum Missarum celebratentur solennia, subito palatium regale intramuraneum divino igne succenditur. Pavore omnibus perterritis & ecclesiam egressis, credentibus ne aut hoc incendio urbs tota consumeretur, aut certe disrupta tellure dehisceret, sanctus Sacerdos prostratus ante altare, cum gemitu & lacrymis Domini misericordiam imprecatur. Quid plura? Penetravit excelsa poli oratio Pontificis inclyti, restinxitque domus incendium flumen profluentium lacrymarum. Cumque hæc ágerentur, appropinquante Ascensione, ut jam diximus, majestatis Dominicæ, indixit populis jejunium, ostendit orandi modum, edendi seriem, erogandi hilarem dispensationem. Cessantibus quoque exinde terroribus, per cunctas provincias dispersa facti fama, cunctos Sacerdotes imitari commonuit, quod Sacerdos fecit in fide. Quæ usque nunc in Christi nomine per omnes Ecclesias, in compunctione cordis & contritione spiritus, celebrantur. *Ita Gregorius Turonensis.*

à S. Gregorio Turonensi.

à S. Adone

4 *Meminit harum Rogationum etiam Ado Episcopus Viennensis seculo Christi nono, sed aberrat in tempore assignando, quasi Chlodoveus* I *Francorum Rex; post obtentam de Alamannis victoriam, ante illud tempus anno decimo quinto regni sui credens, fuisset baptizatus; cum &* S. Mamertus *& S. Sidonius Apollinaris jam pridem è vita decessissent, &* S. *Avitus (inter quem &* S. Mamertum *præfuerat Ecclesiæ Viennensi* S. *Isichius) jam tum Episcopus Viennensis in ea ubique dignitate fulgeret, ut potuerit Chlodoveo de suscepto baptismo missis ad eum litteris gratulari. Consule Acta* S. *Aviti ad diem* V *Februarii edita. Habemus aliquam* S. Mamerti *Vitam, ex MS. Bodecensi diœcesis Paderbornensis in Westphalia descriptam, in qua dicuntur inter Episcopatum* S. Mamerti *& obitum* S. *Martini Episcopi Turonensis intercessisse anni septuaginta. Verum constat quod* S. *Martinus hanc vitam reliquit Attico & Cæsario Consulibus anno* CCCXCVII: *cui si addantur anni septuaginta, assurgeret annus* CCCCLXVII, *ante hunc autem diu fuerat* Mamertus *Episcopus, & aliquamdiu postea supersuit. Reliqua in dicta Vita absque ullo examine ex Adonis Chronico & Aviti homilia desumpta sunt: & similia etiam leguntur in Breviario Viennensi anno* MDXXII *excuso, ibidemque in novem lectiones ad Matutinum recitari solitas, distributa: quæ omnia judicamus in hoc opere locum non mereri. Fuit* S. Mamerti *frater* Claudianus Mamertus, *Sacerdos, & illius strenuus adjutor, vir singularis doctrinæ, qui edidit libros tres de Statu animæ adversus Faustum Reiensem Episcopum; item Carmen contra varios errores seu vanos Poëtas. Hæc opera ut perperam* S. Mamerto *Episcopo adscribuntur in Martyrologio Viennensi, operâ & studio Ioannes le Lievre renovato; ita proprie ad eum spectat* S. Ferreoli Martyris *translatio.*

& Breviario Viennensi.

Frater ejus Claudianus Mamertus.

5 *Fuerant sub Diocletiano passi* S. Julianus Brivate apud Arvernos *die* XXVIII *Augusti, &* Ferreolus in territorio Viennensi XVIII *Septembris: eratque* basilica S. Ferreoli *super ipsum Rhodani littus ab antiquis collocata, in qua corpus* S. Ferreoli *erat conditum cum capite* S. Juliani: *ut narrat Gregorius Turonensis lib.* 2 *Miraculorum de Gloria Martyrum cap.* 2, *& ista huc spectantia adjungit:* Cum impulsante violentia amnis, porticus, quæ ab ea parte erat locata, corrueret; providens Sacerdos, Mamertus nomine, qui tunc Viennensem regebat Ecclesiam, futuram ruinam, præveniens, aliam basilicam eleganti opere & in ipsa mensura sagaci intentione construxit, illuc sancti Martyris transferre cupiens corpus. Advenit autem ad hoc opus Abbatum atque monachorum magnus numerus, vigilataque nocte accepto sarculo fodere cœperunt..... Et invento sepulcro Antistes gaudio magno repletus, ait: Hoc esse cadaver Ferreoli, hoc esse caput Juliani Martyris; dubium non habetur. Tunc cum magno psallentio, plaudente populo, in loco ubi nunc adoratur, Domino annuente, perducitur. *Hæc Gregorius, qui conspexit versiculos ibidem hoc modo conscriptos:*

Ecclesia S. *Ferreoli ab illo struita:*

qui illuc infert ejus corpus cum capite S. *Juliani.*

Heroas Christi geminos hæc continet aula;
Julianum capite, corpore Ferreolum.

Agitur porro dies Translationis istius in ecclesia Viennensi die XIII *Decembris, & meminit harum Reliquiarum Sidonius Apollinaris epistola* 1 *lib.* 7 *ad ipsum* S. Mamertum *scripta, & ex ipsa Gregorius Turonensis loco citato his verbis:* Tibi soli concessa est, in partibus Orbis Occidui, Martyris Ferreoli solida translatio, adjecto nostri capite Juliani: unde pro compensatione deposcimus, ut nobis inde veniat pars patrocinii, quia vobis hinc rediit pars Patroni.

Memoria in fastis SS. *Mamerti & Martini.*

6 *Memoria sacra* S. Mamerti *est inscripta antiquissimis Fastis sacris, & primo quatuor Martyrologii Hieronymiani apographis sub finem his verbis:* Viennæ depositio Mamerti & Martini Episcoporum. *Eodem modo uterque memoratur in Martyrologio Notkeri, & in MSS. Trevirensi* S. *Maximini, Augustano* S. *Vdalrici, Parisiensi Labbæi. Verum* S. Martini III *Episcopi Viennensis festum celebratur in Ecclesia Viennensi & Martyrologio Romano Kalendis Iulii. In supra citata Vita MS.* à translitu S. Martini Viennensis Episcopi usq; ad translitũ B. Mamerti colliguntur anni trecenti triginta octo. *Sed quia annus mortis* S. Martini *isti auctori non certo constat, hinc etiam nihil certi inde concludi potest. Florus Lugdunensis Ecclesiæ Subdiaconus, in MSS. Atrebatensi, Tornacensi & Laticnsi, de* S. Mamerto *ad Martyrologium Bedæ ista adjunxit.* Viennæ depositio S. Mamerti Episcopi & Confessoris, cujus Præsulatu in Vienna urbe terremotus permaximus fuit: sed & bestiæ in homines irruentes devorabant. Unde isdem Antistes multorum consultu, triduanum jejunium, quod ante Ascensionem Domini Galliarum populus celebrat, instituens, iram Dei in misericordiam convertere promeruit. *Secuti dein sunt Vsuardus, Ado, Bellinus & alii recentiores cum hodierno Martyrologio Romano.*

& solius Mamerti.

Corporis prima sepultura.

7 Jacuit corpus ipsius primum in Basilica Apostolorum, extra muros Viennæ, ad dexteram altaris partem: ad cujus sepulcri ostium adhuc hi versus visuntur:

Mole sub hac lapidum sanctissima membra teguntur
Hujus Pontificis urbis, sacrique Mamerti.

translatio in Ecclesiam Aurelian.

Postea vero ad Basilicam Constantinianã S. Crucis Aurelianensis translatum, novissime circa annum MDLXIII à Calvinistis incendio deletum est. Ipsa vero Aurelianensis Ecclesia inter sui Cleri Ordines sacrificos, Mamerti nomine insignitos, qui ante ejus corpus, dum illic habebatur, pulsarent, quique Mamertini dicuntur, ei attribuit, ac festum ipsius quotannis tertio adhuc celebrat. *Ita Ioannes Chenu in Archiepiscopis Viennensibus. Festa autem tria sub ritu duplici*

A *duplici celebrantur in diœceſi Aurelianenſi ; Natalis ejus cum triplici hoc* XI *Maji , Tranſlatio corporis* XIII *Octobris , & Tranſfeſto, latio capitis* XIV *Novembris : & invocatur* S. Mamertus *in Litaniis ejuſdem Eccleſiæ Aurelianenſis. Aſt in vicino Floriacenſi monaſterio hoc* XI *Maji , celebratur feſtum* SS. Mamerti & Majoli *officio Eccleſiaſtico trium Lectionum: Carolus Sauſſajus , in Notitia Beneficiorum diœceſis Aurelianenſis cum Annalibus Aurelianenſibus excuſa, indicat* & altari. duos Canonicos conſtitutos ad altare S. Mamerti , ſeu duos Mamertinos & Matricularios Clericos ejuſdem Eccleſiæ, cum annexa S. Joannis de Ruella , ad diſpoſitionem Capituli Aurelianenſis. *Addit idem* Inventarium Reliquiarum Eccleſiæ ſanctæ Crucis , factum 11 Maji anno MDLXII, in Turrim novam illatarum , *ubi nominantur* Capſa corporis S. Mamerti ex parte argento incruſtata , & Caput S. Mamerti argenteum auro obrizo deauratum. *Maſinus in Bononiâ perluſtrata ait , aliquas* reliquias eſſe in ecclesia Confraternitatis Reginæ-Cæli in platea Noſadella.

HOMILIA S. AVITI

B

De Rogationibus & S. Mamerto inſtitutore.

Rogationũ apud Viennenſes 1 CUrrit quidem tramite vitali, non per Gallias tantummodo, ſed pæne per orbem totũ, Rogationalis obſervantiæ flumen irriguum; & infectam vitiis terram , uberi fluxu annuæ ſatisfactionis expurgat. Peculiarior tamen nobis in hac ipſa inſtitutione feſtivitatis & gaudii cauſa eſt : quia quod hoc modo ad utilitatem cunctorum defluit , ex noſtro primitus fonte manavit : & forte nunc pertinet ad cujuſcumque privilegii ornatum , ſumptæ primitus inſtitutionis exordium.

inſtituendarum cauſa terrores varii, 2 Ceterum cum ad hujuſmodi humilitatem, ineffabilis neceſſitas rigida Viennienſium corda perdomuit , ſentiens Eccleſia noſtra cauſam ægritudinis ſuæ, non ſibi , quaſi maxime præ omnibus , ſed quaſi ſoli ex omnibus , exiſtimans eſſe opus inſtituenda obſervatione præſenti , ſolicitius captavit remedium quam primatum. Et quidem terrorũ temporis illius cauſas, multos noſtrûm adhuc recolere ſcio: ſiquidem incendia crebra , terræmotus aſſidui , nocturni ſonitus, cuidam totius urbis funeri prodigioſum quoddam buſtuale minitabantur: nam populoſis hominum conventibus domeſtica ſilveſtrium ferarum ſpecies obverſabatur ; Deus viderit , an ludificans oculis , an adducta portentis. Quidquid tamen ex iis duobus foret , perinde monſtroſum intelligebatur : ſeu ſic veraciter immania beſtiarum corda manſuefieri , ſeu tam horribiliter conſpectibus territorum falſæ viſionis phantaſmata poſſe confingi. Inter hæc, diverſa vulgi ſententia , diſpariumque ordinum variæ opiniones : alii quod ſentiebant diſſimulando , quæ fletui nolebant dare , caſui dabant : alii ſpiritu ſalubriore abominabilia nova , congruis malorum proprietatis ſignificationibus interpretabantur. Quis enim in crebris ignibus, imbres Sodomiticos non timeret ? Quis, trementibus elementis , aut decidua culminum, aut diſrupta terrarum imminere non crederet ? Quis videns (certe videre ſe putans) pavidos naturaliter cervos , per anguſta portarum , uſque ad fori lata penetrantes , non imminentem ſolitudinis ſententiam formidaret ?

C

in Paſchate aucti per incendium. 3 Quid multis ? Tracta ſunt hæc , inter timores publicos & rumores privatos , uſque ad imminentem Vigiliarum ſolennium noctem , qua celebrari feſtum Dominicæ Reſurrectionis annua conſuetudo poſcebat : ſiquidem hanc omnes laborum opem, malorum finem , metuentium ſecuritatem , animis communibus operiebantur. Affuit igitur nox illa venerabilis , quæ ad ſpem publicæ abſolutionis votivum ſolenne patefecerat ; ſed mox illic multo vehementior ſtrepitus , ictu flagelli gravius ferientis , intonuit : utpote quem jam ementis gradibus ſuperlativum , nihil ſequi aliud quam chaos intelligeretur. Ædes namque publica , quam præcelſo civitatis Viennenſium vertici ſublimitas in immenſum faſtigiata protulerat , flammis terribilibus conflagrare crepuſculo cœpit. Interpellatur itaque, nuntio diſcriminis , jucunditas ſolennitatis : pleno timoribus populo eccleſia vacuatur : omnes namque ſimilem facultatibus vel domibus propriis caſum, de quadam præminentis incendii arce , metuebant. Perſtitit tamen coram feſtivis altaribus invictus Antiſtes S. Mamertus ; & calorem fidei ſuæ accendens , flumine lacrymarum permiſſam ignibus poteſtatem, incendio abſcedente, compeſcuit.

D

reliquis ſuggeſtionibus

S. Mamertus perſiſtit in altari :

4 Igitur deſperatione depoſita , reditur ad eccleſiam ; & reſtincta flammarum luce , clareſcit luminum pulchritudo. Nec ſane ulterius trahitur arripiendo compunctionis medicamine mora ; prædeceſſor namque meus , & ſpiritualis mihi à baptiſmo pater , S. Mamertus Sacerdos , cui ante paucos annos pater carnis meæ, accepto (ſicut Deo viſum eſt) Sacerdotio , in tempore ſucceſſit ; totas in ea (quam ſupra diximus) vigiliarum nocte ſancti Paſchæ , concepit animo Rogationes , atque ibi cum Deo tacitus definivit , quidquid hodie pſalmis ac precibus mundus inclamat. Revoluta ergo ſolennitate Paſchali , non jam quid , ſed quando, aut quomodo fieri debeat , ſecreta prius collatione tractatur. Putabatur à quibuſdam Viennenſis Senatus , cujus tunc numeroſis Illuſtribus Curia florebat , inventis non poſſe adduci , cum vix acquieſceret legitimis inclinari. Sed pius ac ſolicitus Paſtor , ſapientiæ ſalibus largus, manſuefaciendarum ovium prius orando animum, quã perorando mollivit auditum. Pandit igitur diſpoſitionem, indicit ordinem , exponit ſalubritatẽ: viro tam religioſi quam ſolertis ingenii parum fuit , ſi obedientibus propoſitum tantummodo inſtitutionis promeret , niſi inter initia etiam vinculum conſuetudinis aſſignaret. Inſpirante igitur compunctorum cordibus Deo, auditur à cunctis , confirmatur, attollitur : eligitur tempori triduum præſens , quod inter Aſcenſionis ſacræ cultum diemque Dominicum , quaſi quodam opportunitatis propriæ limbo, circumpoſitis ſolennitatibus marginaretur.

Rogationes concipit,

E

& tempora tridui ante Aſcenſionẽ

F

5 Explorante autem Epiſcopo fervorem inchoationis, & maxime verente , ne ob tardam populi ſequacitatem, paucioribus eductis obſervatio ipſa confeſtim in ſui novitate revileſceret ; ad baſilicam , quæ tunc mœnibus vicinior erat civitatis , orationem primæ proceſſionis indicit. Itur celebri alacritate , copioſa multitudine , maxima compunctione ; & revera populi lacrymis laboribuſque brevis atque anguſta proceſſio videbatur. Ubi vero ſanctus Sacerdos de minorum effectu majorum indicia collegit, ſequenti die inſtitutum eſt, quod nunc primo, id eſt craſtino (ſi Dominus annuit) die laboraturi ſumus. Secutæ ſunt , ſuccidno tempore , quædam Eccleſiæ Galliarum rem tam probabilis exempli ; ſic tamen , quod hoc ipſum non apud omnes iiſdem diebus , quibus penes nos inſtitutum fuerat , celebraretur. Nec porro magni intererat, quod triduum eligeretur , dummodo pſalmorum officia lacrymarum functionibus annuis perſolverentur: tamen cum dilectione Rogationum etiam Sacerdotum creſcente concordia , ad unum tempus , id eſt , ad præſentes dies univerſalis obſervantiæ cura conceſſit. Porro autem eo attinuit iſta præfari, ut ſeu recolentibus

felici progreſſu eas incipit,

aliis Eccleſiis Galliarũ ſecutis,

hæc

A hæc ſeu ignorantibus forte retulimus; omnes tamen attendant, quod Eccleſia, quæ mitit aliis formam inſtitutionis, multipliciter debitrix eſt oſtendendæ alacritatis; & prima debet eſſe compunctionis officio, quæ in re tam neceſſaria omnibus facta eſt mater exemplo.

6 Unde nunc imminere (ſi Deus annuit) Rogationum noſtrarum operoſiſſimam feſtivitatem, non quaſi neſcientibus indicimus, ſed quaſi expectantibus commendamus. Quia licet non abſque labore conſtet ſervanda profeſſionis ipſius conſuetudo, delectat tamen aſperitas medicaminis, in quo frequenter inveniri probata eſt ſpes ſalutis. Si dixerimus, inquit Apoſtolus, quia peccatum non ha- 1 Joan. 18
bemus, nos ipſos ſeducimus. Et, ſi confiteri debemus, aſſidue nos peccare; opus eſt confitendi
Rogationũ utilitas, officio, & humilitate pœnitendi; præſertim cum plebis adunatæ compunctio, ſic ad incitamentum boni operis poſſit aptari, ut rebelles convenientius erubeſcant, ſi cunctæ multitudini propriæ mentis ſolitudine contradicentes, peccata ſua vel vitia cum populo flente non defleant. Neceſſaria eſt igitur boni operis conſpiratio: ſumit alter ex altero, aut de humilitate exemplum, aut in confeſſio-
B ne ſolatium. Periculoſius agitur ſingulare certamen, in quo vires altrinſecus experiri poſſe paucorum eſt. At vero, cum contra hoſtem communem multitudinis pugnat aſſenſus, trahit etiam timidum militem virtus aliena. Robuſtis bellantibus, infirmitas deliteſcit; & quodam unitatis ſuffragio, laus fit invalidis, in exercitu fortium computari. Denique cum victoria contigerit, omnibus acquiritur: & cum paucorum dextræ pugnaverint, omnium gloria triumphat.

7 Hoc dico de infirmitate communi; quæ ſi ſe rogantibus non ſubtrahat, etiam cum ipſa per ſe minus fecerit, non tamen ad integrum fructu carebit. In illa glorioſa & admodum ſingulari hiſtoria Ninivitarum, contra exertum commotæ divinitatis gladium, juncta ſeniorum viribus etiam ætas infantilis pugnare compulſa eſt: humani quoque mercedem & gratiam jejunii pecorum fames adauxit. Quin & ipſa irrationalis creatura, quæ offenſam timere non potuit, quodammodo veniam poſtulavit: & quia homines, in morem animalium vivendo, peccaverant; rurſus animalia ſua quaſi homi- Matth. 7, 7
nes jejunare cogebant. Propter hanc ergo diſcretionem in Euangelio Dominus ait: Petite, & accipie-
C tis: quærite, & invenietis; pulſate, & aperietur vobis: petere enim docti eſt, quærere religioſi; petit ſciens, quærit neſciens. Cum petis, vis accipere quod intelligis: cum quæris, adhuc conaris invenire quod petas. Ideo qui jam ſuperiores ſunt, orando petant; qui infimi, laborando quærant. Porro autem pulſare, commune eſt; nullus quippe obſtructum aditum vocibus pulſat: ad manus iſtud pertinet, & corporis actus eſt. Petat ergo ſcientia, quærat amor, pulſet operatio, maxime in obſervatione præſenti. Feſtivitas ſiquidem eſt, cujus jucunditas, tota eſt ſeria gravitas: cujus epulæ, lacry- D
mæ ſunt; cujus paſtus, eſuries eſt; cujus principium ex neceſſitate, perſeverantia in dilectione, *& neceſſitas.*
actus in requie, requies in labore: cum enim tota iſta obſervantia, confeſſio pœnitendi pro culpa ſit, & rogandi pro venia. Enimvero Euangelica lectio utilitatem ſupplicationis expoſuit, dum in navi dominum dormientem chorus diſcipulorum, ſub tempeſtatis ſtrepitu, trepidus ſuſcitaret. Neque porro aliud fuit, in tanto repugnantium ſibi invicem fluctuum ventorumque conflictu, ſopitum profundius Dominum noſtrum interrita quiete iacuiſſe; niſi ut ad eum, inter diſcrimina quæ patimur, timoris noſtri cauſa confugeret. Aſſiduo nos ictu tempeſtas iſta fatigat, impulſu terribili contra nos tonitruum ſeculi clamat; ſcintillantibus ad punctum radiis mundana commotio non illuminat, ſed coruſcat. Eccleſia eſt navis, quæ nos per varios caſus, velut inter marinos gurgites ducit: aures quidem noſtras obtrectationum & blaſphemiarum ſtridor, quaſi laxata laterum compage, reverberat: ſed puppim veritatis ſoliditate conſtructam, penetrare non poteſt, quod fatigat. Et quia promiſit noſter Dominus Eccleſiæ; Ecce e- Mat. 28, 20
go vobiſcum ſum omnibus diebus, uſque ad con- E
ſummationem ſeculi; in navi quidem eſt, in qua ſumus; ſed metuere jam ipſe non poteſt, quod nos timemus. Poſt reſurrectionem enim aſcenſionemque ſuam, totus inter pericula noſtra requieſcit: alienæ magis formidini opus eſt, ut qui ſecurus jacebat, evigilet.

8 Clametur ergo vocibus ſupplicationis, & ſi ingravante periculo necdum audit, pulſetur manibus largitatis, & dicatur ei: Exſurge, quare obdormis, Domine, oblitus inopiæ & tribulationis noſtræ? Dicturus eſt quidem expergefactus; Cur timidi eſtis, modicæ fidei? Reddat ſalutem, & increpet infirmitatem: & ſi parva fides eſt, quia timemus ſeculum; tamen eſt aliquantula, ſi recurramus ad Dominum. Non autem time- *Peroratio.*
retur coram ipſo, ſi ipſe timeretur: ſed minima conſcientia recti, maxima cauſa trepidandi eſt, in noſtra præcipue vita, cui criminum continuatio fit diſcriminum multitudo. Quocirca ſi non diximus Chriſto, Vigila nobiſcum; ſaltem dicamus, Evigila propter nos. Non rogavimus, ne diſcederet: obtineamus, ut redeat, nec deſerat curſum navigationis infirmæ, donec vento & mari ſilentium jubeat, & furorem inſanientis ſeculi fine ce- F
lerrimo compeſcat: & fiat in retributione judicii tranquillitas magna, quæ in hoc mundo eſſe non poteſt (quia ſi de mundo eſſetis, mundus quod ſuum erat, diligeret) ſed devicto mundo, perveniatur ad ſupernam quietem; ubi quoniam poſſibilitas pereundi aberit, nec periculi cauſa renaſcetur; ubi ſemper nobiſcum Dominus, ſemper cum illo, ſi dederit, nos erimus; & qui hic aliquoties negligentibus dormit, illic perpetuo fruentibus ſine fine vigilabit.

DE SANCTO AGATVMBRO

G.H. *EPISCOPO METENSI.*

CIRCA AN. DXXX

Memoria in Martyrologiis

Martyrologium antiquum Eccleſiæ Metenſis, à Meurißio in Hiſtoria Epiſcoporum Metenſium allegatum, duos proponit Epiſcopos XI *Maji his verbis:* Metis ſanctorum Confeſſorum pariterque Pontificum Ruffi & Agatumbri. *Ambos referunt etiam Grevenus in Auctario Vſuardi excuſo anno* XV *&* XXI *ſeculi præcedentis, & Caniſius in Martyrologio Germanico. At* S. Ruffus *colitur præcipue die* VII *Novembris, etiam Martyrologio Romano inſcritus. Hinc Ferrarius in Catalogo generali ad hunc* XI *Maji, iſta ſolum habet:* Metis S. Agathymberi, Epiſcopi ejuſdem urbis: *ad quem diem Sammarthani ejus obitum quoque aſſignant. Paulo Warnefrido in Epiſcopis Metenſibus appellatur* Agathander. *Sauſſajus majore elogio*

A *elogio utrumque exornat*: Metis, *inquit*, ſanctorum Confeſſorum pariterque Pontificum Ruffi & Agatimbri. Quorum ille nonus, iſte viceſimus ſecundus ſerie Epiſcopi ſedentes, etſi tempore diſpares, æquales tamen ut dignitate ſic meritis, Eccleſiam illam magna cum religionis gloria gubernarunt. *Relato dein elogio* Ruffi, *iſta de* Agatimbro *proſequitur idem Sauſſajus.*

elogium ex Sauſſajo.

2 At vero Agatimbrus, Græcus natione, cum in Italiam pietatis ergo tranſmeaſſet; hinc, Theodorico Wiſigothorum Rege Ariano fidei orthodoxæ cultores exagitante, in Galliam pulſus, Metas conceſſit, ſubque Gramacii Præſulis gentilis ſui præſidio, eximios edidit cum pietatis tum doctrinæ præcellentis ſplendores. Mortuo igitur Gramacio, omnium votis ejus in locum ſublectus, Apoſtolicæ virtutis ſeſe virum actibus glorioſis, quibus Cathedram ornavit, & direxit gregem, exhibuit: demumque in omni ſanctitate expleto munere Epiſcopali, fine beato defunctus, cum ipſo S. Rufo in crypta S. Clementis ſepultus fuit. Unde cum ipſo ad venerationem eductus, communem obtinuit meritorum celebritatem. *Hæc Sauſſajus. Quorum nonnulla, maxime de adventu ob perſecutionem Theodorici, refert etiam Meurißius: qui hujus Sancti mortem aßignat ad annum Chriſti* DXXXI. *Memoratus* S. Clemens *fuit primus Epiſcopus Metenſis, & colitur* XXIII *Novembris.*

AUCTORE G.H.

Tempus obitus.

DE SS. VVALBERTO ET BERTILIA

PARENTIBUS SS. WALDERTRUDIS ET ALDEGUNDIS,

CVRTISSOLRÆ IN HANNONIA.

D.P.

CIRCA DCLX.

B *Habet Lector* XXX *Ianuarii &* IX *Aprilis vitas nominatarum in titulo Sanctorum, illuſtratas Commentario & Annotationibus Bollandi, quem hujus initiatorem operis veneramur. Idem de earum parentibus, eſſentne ut Sancti aut Beati colendi, interrogatus ab aliquo Prælatorum Hannoniorum, reſpondit*, ſalvo meliori judicio videri Walbertum & Bertiliam Sanctos eſſe, ac tales ab immemorabili tempore habitos, & coli publice poſſe, nec fas eſſe Prælatis ejuſmodi cultum interdicere aut ſupprimere. *Pergit deinde hoc ſuum judicium ſequentibus argumentis ſtabilire & munire, quæ ut in ejus ſchedis reperta ſunt, pro tanti auctoris memoria ipſis ejus verbis hic dare placet.*

Cultum iis ab immemorabili delatum

2 Anno MDXLV denuo conſecrata ſunt omnia altaria eccleſiæ S. Aldegundis Malbodii à Reverendiſſ. D. Martino Cupero, Epiſcopo Chalcedonenſi: atque inter cetera XXVII Aprilis in veteri eccleſia, quam vocant, minus altare in honorem S. Aldegundis, S. Bertiliæ, S. Ableberti & Walberti. Patet id ex libro manu exarato anni MDLXI, qui extat apud Domicellam d'Yve, Canoniſſam Malbodienſem, in nigro corio compactus. Confirmatur autem hujus libri auctoritas, quia apud eamdem Rev. & Nobilem Domicellam exſtat authenticum teſtimonium, in membrana pergamena exaratum, ſubſcriptumque manu ejuſdem Reverendiſſ. D. Cuperi, repertum intra altare SS. Dionyſii, Antonii de Padua, Leonardi, Marculphi, Gertrudis: quo teſtatur ſe illud ſacellum & altare XXVI Aprilis ejuſdem anni conſecraſſe. Unde veroſimile fit ceteris quoque altaribus ejuſmodi membranas incluſas fuiſſe, & reperiri adhuc poſſe, niſi humore & ſitu conſumptę ſunt; præſumi vero poteſt, in ea quę in ſupradicto altari reperiretur membrana, ſimiliter cum aliis Sanctis invenienda nomina SS. Bertiliæ & Walberti. Magna eſt porro D. Cuperi auctoritas; qui cum eſſet Abbas Criſpinienſis, in rebus & Sanctis patriæ verſatus, non debet præſumi ab eo conſecratum eſſe altare, niſi iis qui jam ab antiquo habiti ſunt Sancti, aut de ſpeciali Sedis Apoſtolicæ indulto habentur.

probant altaria ſub eorum nomine conſecrata,

C

3 Probatur II *ejuſdem cultus legitima obſervatio*, quia Montibus in æde S. Waldetrudis fertur conſecratum altare in honorem S. Walberti ab Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. D. Franciſco vander Burcht, Archiepiſcopo Cameracenſi: neque apparet cur, quæ olim communem cum viro honorem conſecuta eſt Bertilia, eo nunc privetur, cum plura de ejus quam de viri virtute prædicentur in vita filiæ Aldegundis. Probatur III. Oſſa utriuſque à longiſſimo tempore cancellis concluſa expoſitaque fidelium veneration[i] ſunt: & noſtra memoria auctoritate Archiepiſcopi Cameracenſis intra thecam novam elegantemque repoſita. Unde negari non poteſt ea eſſe elevata. Nihil enim eſt elevatio, quam oſſium è terra ſublatio ſecretioque ab aliis ut honorentur, ubicumque demum area, cui incluſa ſunt, recondatur. Probatur IV. Quotannis illa theca in ſupplicatione circumfertur, cum utriuſque Walberti & Bertiliæ Reliquiis: quod certe virorum graviũ complurium teſtimonio probatum habeo, uti & tertium argumentum.

& honor publicus reliquiarum.

E

4 *De utriſque in prima & antiquiori S. Aldegundis Vita dicitur, quod*, quamvis ſuperbi faſtu ſanguinis ditati, Chriſtianitatis nomine titulo præmuniti fuerint. *Tertiæ vitæ auctor, Giſlenopolitanus Abbas vel monachus, cum de Dagoberti, Francorum Regis hoc nomine* I, *conſiliariis Eccleſiaſticis præmiſiſſet aliquid*: Huic tanto collegio, *inquit*, non deerat militaris frequentia, cultui quidem Chriſtiano ſatis admodum ſubjecta: quam decorabat Major-domus, Princeps præcipuus, Miles egregius, nomine Walbertus. Hunc venerabantur Palatini Proceres ut Principem, Principes ut Majorem, Regia majeſtas ut fidelem. Erat quippe Chriſtianæ religionis cultor, pauperum Chriſti largus amator, omnium mœrentium pius conſolator. Affluebat divitiis & honoribus, videlicet cui ſuppeditabat multimoda & pœne incredibilis hereditas à parentibus. His ita præpollens, Regali ſtemmate claram accepit uxorem, nomine Bertiliam. *Fuiſſe Majorem-domus* Walbertum *alibi non legimus, nec credibile videtur. In Auſtraſia certe rerum ſub Dagoberto jam inde ab ejus initio potiebatur B. Pippinus, & titulum Majoris-domus etiam ad poſteros dimiſit: apud Neuſtrios ſucceßive præfuiſſe ſciuntur Erchanualdus, Ebroinus, & Warado. Eadem quidem ætate ſub Clothario* II *Rege, Dagoberti patre, floruit* Dux *aliquis & Regis* Domeſticus Waldebertus, *qui anno illius* XLIII, *Chriſti* DCXXVII *ſuper Godinum, Warnacharii Majoris-domus filium ac ſucceſſorem, cum exercitu irruens, eumdem interfecit teſte Fredegario: qui ejuſdem iterum meminit ad Chlodovæi* II *annum* IV, DCXLVIII *Chriſti, cum aliis tribus Neuſtraſiorum Ducibus pugnantis pro Erchanualdo contra Willebadum Patricium. Et hac ratione* Domeſtici *titulus dediſſe occaſionem potuit* Majorem-domus *ſcribendi. Sed quis prudenter aſſeruerit, hunc Fredegario commemoratum, eumdẽ eſſe cum hoc noſtro, uxorẽ, liberos, poſſeßiones, ſepulturam in Auſtraſia ſortito; etſi id prorſus impoßibile non ſit?*

commendatio virtutis ex Vita S. Aldegundis,

AUCTORE D. P.

5 *Hoc igitur ut incertum eſt, ſic certus titulus egregia inter Francos Proceres nobilitatis, & longe certiſſima laus ex vera Chriſtianitatis cultu utrique conjugi ab antiquiori auctore tributa. Priorem obiiſſe* Walbertum *apparet ex 2 Vita, quam Hucbaldus monachus Elnonenſis compoſuit. Poſtquam enim narraſſet Aldegundu fugam ex Curtiſſolra, ubi parentes habitabant, & omnia parabant ad mox futuras filiæ nuptias, ultima eorum acta circa eamdem filiam ſic proſequitur:*

probat Pater; Percipit inde pater rem geſtam claraque mater,
Atque ſimul natam deplorat uterque beatam . . .

Sed pater pius, in animo reputans, hanc eſſe in filia dexteræ Excelſi mutationem; divina id operante gratia non minimam doloris percepit relevationem, Domino commendans propoſiti filiæ principium & finem: mater vero, filiam ac ſi mortuam lugens, tanto dolore afficiebatur, ut uſque ad diviſionem corporis & animæ periclitaretur. Videns autem ſupernæ bonitatis Clementia, matrem abſentiam filiæ ultra modum graviter ferre; ipſius immiſit pectori deſiderium viſendi filiam, cujus non leviter pati poterat abſentiam. Aſſumptis igitur comitibus nonnullis, properat filiam inviſere. Cujus adventu filia quanto exultarit gaudio, non eſt noſtræ poſſibilitatis evolvere. Suſcipiens itaque matrem filia, poſt ſalutationes & oſcula cum dilectione caritatis exhibita, monet hortaturque piam matrem, ut penitus terreſtria ſpernat, appetat cæleſtia, amicoſque ſibi faciat ex iniquitatis mammona, à quibus in æterna recipi poſſet tabernacula.

at deinde etiam mater,

B

6 Videns igitur felix mater meliorem ſibi viam elegiſſe filiam, quæ jure hereditario ipſi debita propoſuerat conferre ad virginitatis corruptelam, ad incorruptionis gloriam properat concedere, centuplum receptura, vitamque æternam inſuper in æterna beatitudine. Igitur utriuſque ſexus familiæ à pia matre filiæ fit abſque mora traditio, prædiorum ſilvarumque traditur non minima poſſeſſio, cujus rei teſtamento fit coram omnibus confirmatio. Gaudet filia, matrem ſua Domino tradidiſſe; lætatur mater, filiam in maritali copula non ſibi paruiſſe: ſicque utrimque lætatur mater de filia, & filia de matre. Cumque mater ejus ægrotaret, & jam de vita deſperaret, vocat virginem filiam ſuam, dat ei aurum & argentum, veſtimenta pretioſa, prædia, villas, ſervos & ancillas, & omnia quæ habebat, præter illa quæ pauperibus in præſenti pro remedio animæ ſuæ diſtribuit, & quæ in uſus ſervorum & ancillarum Dei, in cœnobiis Domino famulantium delegavit.

exemplo filiæ averſa à ſeculo.

& viro conſepulta Curtiſſolra

C

Defuncta vero mater in prædicta villa Curtiſſolra, & in eccleſia ſanctæ Dei genitricis juxta virum ſepulta eſt.

7 *Poſt hæc, in fundatum à ſe Malbodienſe monaſterium receptura ſe S. Aldegundis, eluſis proci prioris conatibus, à Sanctis Epiſcopis Autberto & Amando, in Altimontenſi monaſterio per S. Waldetrudis maritum exſtructo congreſſu, ſacrum velum ſuſcipit. Factum id circa annum* DCLXI *diximus ad Vitam S. Amandi* VI *Februarii num. 98: Si tunc autem Aldegundis annorum fuerit viginti quatuor, in lucem venerit regnante adhuc Dagoberto primo, qui anno* DCXXXVIII *vivere deſiit; Rex autem in Auſtraſia fuit jam inde ab anno* DCXXII *; ut ſub hujus regno commode potuerit & gratia in aula floruiſſe* Walbertus, *& uxorem duxiſſe* Bertiliam; *& ex hac inter primos liberos genuiſſe Waldetrudem, quatuor liberorum matrem cum adhuc juvencula eſſet Aldegundis, & de ea in matrimonium collocanda parentes utriuſque agerent, circa annum* DCLV: *intra quem annum, & jam dictum* DCLXI *mortuum primo* Walbertum, *deinde etiam* Bertiliam *ejus uxorem, annorum non multorum viduam, concipiamus oportet.*

circa an. num. 660,

8 *Annis haud multo pluribus quam duodecim matri ſupervixit Aldegundis: in cujus Vita antiquiori legitur, quod* ſepulta eſt in villa ſuæ quondam ditionis vocabulo Curtiſſolra, ubi uterque ſuus parens tumulati dicuntur. *Eſt ea inter Malbodium & Laubacum, vulgo* Courtſore: *unde* ab inclyto Rege Sigeberto tranſlatum corpus *fuiſſe* Malbodium, *eadem Vita aſſerit. Quod primo nobis de falſitate ſuſpectum, non alium tunc Sigebertum intelligentibus quam Dagoberti* I *filium, quem ante S. Aldegundem obiiſſe conſtabat; poſtea viſum eſt nobis poſſe verificari in Dagoberti* II *filio, ſimiliter Sigiberto, qui cum patre regnavit in Auſtraſia poſt annum* DCLXXV *uſque ad* DCLXXX. *Quid autem ſi eadem occaſione elevata etiam de terra fuerint Beatorum ejus parentum* Walberti *& Bertiliæ corpora? Sin minus, ipſa eorum ſepulcra, quæ aut ipſi ſibi viventes, tamquam in proprio Dominio & fundo, conſtruxerat; vel S. Aldegundis mortuis erexerat, quæ addito poſtmodum etiam altari fuerunt honorata; dotataque ibidem Capellania eſt, hodiedum appellata* Capellania S. Walberti. *Ita certe & ſepulcra & altare & capellania fuerunt in eccleſia veteri Curtiſſolrenſi, priuſquam ea innovata & amplificata eſt, in eam quæ nunc videtur formam. Teſtis ad hoc fide digniſſimus offertur nobis, Eximius D. Thomas Gozæus, Bellomonti prope Curtiſſolram natus, Sabaudici in Academia Lovanienſi Collegii Præſes ac ſacræ Theologiæ doctor, nec non Sereniſſimis Belgii Principibus Alberto & Iſabellæ inſignis prudentiæ titulo carus, mortuus anno* MDLXXI. *Hic vir talis & tantus, de cultu* SS. Walberti & Bertiliæ *interrogatus anno* MDLXIII, *poſt alia ſic ſcripſit:* Locus ſepulturæ S. Walberti & Bertiliæ & S. Aldegundis non fuit is in quo nunc eſt veſtra eccleſia: ſed alius locus, qui nobis digito monſtrabatur, in quo aliquando eccleſia fuit, uti apud vos notiſſimum eſt.

ea ſepulcra fuerunt in eccleſia veteri,

D

Cum iis collocata S. Aldegundis

tranſfertur Malbodiæ circa 678.

E

9 *Hunc autem locum invenio ab incolis vocatum* vetus monaſterium. *Quomodo autem inde tranſlata ſint omnia, fuit olim ſcriptum: quod utinam nunc extaret! Extat interim illius ſcripti hæc memoria, nobis inde miſſa, quam ex Gallico ſic Latine reddo.* Ego Anſelmus Martin, civis & Major terræ de Courſſolre, certum facio, quod optime meminerim me, inter ſcripta & ſchedas meorum quondam parentum, reperiſſe chartam, ſignatam à pluribus Doctoribus in Theologia & Licentiatis, continentem tranſlationem Reliquiarum S. Walberti & Bertiliæ, ex loco qui vocatur monaſterium vetus, in hodiernam eccleſiam Courſſolrenſem: ibique legiſſe hæc aut ſimilia verba in ſubſtantia. Certificatio & ſcriptura de tranſlatione ex veteri monaſterio in novam eccleſiam, intra capellam D. Virginis ex latere altaris intra parietem dictæ cappellæ. Quod cum legiſſem, dixi adſtantibus: Vide, quæſo, qualis charta. Ecce, ecce tranſlatio corporum S. Walberti & Bertiliæ, quando fuerunt tranſlata ex veteri monaſterio in hanc eccleſiam. In fidem quorum hæc ſignavi anno MDXIII. *Anſelmo Majori Curtiſſolrenſi adſtipulatur verbis ſimiliter Gallicis ejus frater in hunc ſenſum:* Angelus Martin, Major Dominii de la Glyſelle Courſſolræ, certifico omnibus quorum intereſt, quod ante annos aliquot, frater meus Anſelmus Martin, d. loci Major, pervolvens ſcripta matris noſtræ defunctæ, monſtravit mihi, & poſt quam legiſſet dixit: Ecce quomodo facta eſt tranſlatio corporum SS. Walberti & Bertiliæ, ex veteri monaſterio in hanc eccleſiam. Videbantur autem infra eam ſcripturam ſubſignationes tres aut quatuor perſonarum honoratarum, Doctorum & Licentiatorum. In cujus veritatis approbationem conſueto meo ſigillo hæc ſubſignavi.

loco qui hodie vetus monaſterium dicitur;

F

unde in novam eccleſiam tranſlata ſunt,

10 Et hoc eſt, *inquit Thomas Gozæus prælaudatus*, quod nobis coram narrabant illi probi ſenes; antè annos ſexaginta, *id eſt ante annum* MDIII, priuſquam videlicet eccleſia veſtra in majorem capacitatem redigeretur; vidiſſe ſe duos loculos & ſepulcra aliquan-

cum altari S. Walberti, ubi manſerunt uſque ad 1503.

A aliquantulum elevata, eo loco poſita, ubi nunc eſt columna ſacello D. Virginis proxima: quibus ſepulcris commune erat altare, ad quod celebrant Capellani S. Walberti. Poſtea vero in unum loculum repoſita ſunt viri & uxoris oſſa, ſine aliqua ab invicem diſcretione, & in murali crypta apud altare D. Virginis recondita, prout nunc ibi viſuntur. *Lapſu deinde temporis cum loculus ille, qui ex ligno non valde durabili confectus fuiſſe videtur, pœne inveniretur conſumptus;* Archiepiſcopus Cameracenſis mandavit D. Decano du Bois, ut viſitaret illum, ad videndum an poſſent diſcerni oſſa S. Walberti ab oſſibus Bertiliæ. Itaque ipſe in die S. Eligii, aſſumpto Doctore medico & Guardiano Capuccinorum, ſecreto volebat facere illam viſitationem. Sed cum non poſſet celare Abbatiſſam, ipſa voluit adeſſe & aliquot Canoniſſæ. Sicque fuere præſentes forte triginta vel quadraginta perſonæ. Nihilominus occaſione hujus viſitationis mundavit oſſa, & repoſuit involuta byſſo in novum feretrum; quia vix apparebat veſtigium alterius feretri. Hæc autem omnia facta ſunt abſque aliqua ſolennitate vel ceremoniis aliis, oſtiis eccleſiæ clauſis, *anno* MDCXIX, *uti indicat Miræus in faſtis Belgicis ad* XXX *Aprilis: in hoc tamen errans, quod dicat tunc* corpora è terra elevata, *idque* per Franciſcum vander Burchium, Archiepiſcopum & Ducem Cameracenſem: *quorum neutrum, ſic ut verba ſonant, intelligendum, patet ex prædictis.*

quando illa ampliata fuit & oſſa in unum collata,

rurſumque in novum loculum tranſlata 1619:

B 11 *Decanus autem, qui ea non elevavit, ſed ex veteri in novam arcam, auro & coloribus variegatam, tranſtulit, nimia certe abſtinentia uſus eſt; eaque ſcrupulum injecit poſteris, ne ſi ex majorũ inſtituto ipſa pergerent honorare, contra ſacrorum Canonum forte præſcripta peccarent; maxime poſt Vrbani* VIII *decreta anni* MDCXXV. *Et hic ſcrupulus augeri etiam potuit, cum allegatum fuit, quod* liber *Canoniſſarum Malbodienſium,* quem vocant Capitulare, inter preces quæ fiunt in die Paraſceves; ſic habebat ſcriptum, *teſte Thoma Gozæo,* Oremus pro Domino Walberto & Domina Bertilia, & generatione eorum ſancta. *Sed ut ſcrupulum auferre potuit ipſius Thomæ Gozæi ſententia, quod hoc ita ab antiquo & proxime à morte SS. Aldegundis & Waldetrudis inſtitutum, non ſine aliqua nimiæ ſimplicitatis nota, & à ſacris Virginibus abſque ulteriori diſcuſſione continuatum, nihil derogaret certitudini antiquæ de illorum ſanctitate cultuque populari; ita huic non derogant Vrbaniana decreta, quæ ipſe anno* MDC XXXV *declaravit* non præjudicare in aliquo iis, qui aut per communem Eccleſiæ conſenſum vel immemorabilem temporis centum annorum metas excedentis

ſed nimis timide ſobrieque,

C curſum, aut per Patrum virorumque ſanctorum ſcripta, vel longiſſimi temporis ſcientia ac tolerantia Romanæ Sedis vel Ordinarii, celebrantur.

ſuppoſita antiquitate cultus tum alias tum ſer 2 Penteceſtes

12 *Sic autem celebrantur hi de quibus agimus. Nam* in antiquis Litaniis eccleſiæ S. Waldetrudis Montenſis olim dicebatur; Sancte Walberte ora pro nobis: S. Bertilia ora pro nobis: & paſſim ab immemorabili vocantur Sancti à populis circum vicinis, qui quotannis feria ſecunda Pentecoſtes Curtiſſolram, cum Paſtoribus ſuis Crucibuſque & vexillis accurrunt, tam numeroſi, ut credi vix poſſit. Sacellum autem, in quo condita ſunt oſſa utriuſque vocatur Sacellum S. Walberti, propter capellaniam ſub ejuſdem Sancti nomine cum onere trium Miſſarum ibi fundatam: cujus etiam imago in principali ſacelli vitrea feneſtra ſpectatur, & de ipſo ibidem paſſim dicitur Sacrum. *Prout hæc omnia ex ore præfati D. Decani du Bois ad Bollandum ſcripta invenio, circa prima operis noſtri initia: ad quem etiam miſſa duplex collectio gratiarum, ſub annum* MDCXIX *uſque ad* MDCXXIX *invocatione SS. Walberti & Bertiliæ obtentarum, quarum* aliquas deſcripſit is, *qui ſub annum* MDCXXXIV *erat* loci Paſtor; alias ejus prædeceſſor, ante annos *tunc* duode-

miraculis confirmati:

cim defunctus, uterque teſtimonio D. Decani, bonus, non male doctus, & ſatis judicioſus: *in quorum fidem ipſas collectiones hic ex Gallico Latinas dabo.* AUCTORE D. P.

13 *De die alterutrius conjugis in cælis natali, nihil uſpiam reperio: haud tamen ſine cauſa fecit Bollandus, quod omnes quas de iis habebat memorias ad hunc* XI *Maji repoſuerit: quia hic primus anni dies eſt, in quem cadere poteſt Feria* II *Pentecoſtalis, quando littera Dominicali* D *Epacta* XXIII, *Paſcha cadit in* XXII *Martii, quamvis id ſit rariſſimum. Arturus du Monſtier in Gynæceo ſacro ad ad* VIII *Novembris notat,* Curſorii in Hannonia diœceſis Cameracenſis *memoriam* B. Bertiliæ, genere miroque religionis fervore, eleemoſynarum liberalitate, & rebus ſancte mirabilitetque geſtis præclaræ. *Sed quos in Annotationibus allegat Molanus, Miræus atque Malbrancus, nuſquam aut talis diei meminerunt aut* Beatæ *titulum adjungunt: quod merito potuiſſet ſaltem Molanus, qui ad* IX *Aprilis in S. Waldetrude dixit, ejus parentes, ſororem, ac liberos omnes in Litaniis Montenſis Eccleſiæ invocari. Sed quod illi omiſere, fecit ipſis omnibus ſenior, & ante annum* MCCCC *ſcriptis Hannoniæ Annalibus, poſtea in compendium editis clarus Guiſius: qui lib.* II *cap.* 4 *ita loquitur.* S. Walbertus Dux fuit Lotharingiæ (*ideſt in ea regni Auſtraſii parte; quæ poſtea nomen iſtud obtinuit*) cujus uxor fuit S. Bertilia. Inter cetera autem quæ habuit; allodiis multis propriis tam in Hannonia quam in Brabantia ditatus fuit. *Fuit vero Guiſius ex ordine D. Franciſci ſacræ Theologiæ Doctor, & ejus Chronica extat Ms. Montibus apud Franciſcanos: cujus verba nobis inde deſcripta ſic ſunt, ut in margine addatur* ex Ghilberto: *fuit autem Ghilbertus Balduini* IV *Flandriæ & Hannoniæ Comitis Cancellarius, & ad S. Germanum in urbe Montenſi Præpoſitus, ſcripſitque ac floruit ſeculo* XII.

& titulo vetuſto ſanctitatis.

E

I. SYLLOGE GRATIARUM,

anno MDCXIX *deſcripta Gallice à Parocho loci R. D. Ioanne le Clercq.*

ſanatur dolor primo unius,

1 BArbara Baſtien, filia legitima Joannis Baſtien laboratoris, habitans Barbenzonii, à nativitate ſua clauda, & ad decimum quartum ætatis jam provecta, adeo debilis erat crure dextero, ut quantulumcumque ambularet, oppido inde laſſaretur; ſentiebatque in eo dolorem fere continuum, nec niſi cum maxima difficultate uſque ad eccleſiam d. loci progredi valebat. Hæc intelligens, multos eſſe qui viſitatis SS. Walberti & Bertiliæ reliquiis levamen experirentur in ſuis neceſſitatibus, in eccleſia Courſſolrenſi quieſcentibus, ex conſilio conſanguineorum ſuorum die XV Octobris anni MDCXVIII illuc ſe tranſtulit; indeque revertens Barbenzonium aſſeruit, non amplius ſe priores dolores ſentire. Sed hi eidem rurſum renovati ſunt circa diem XXI, XXII & XXIII Aprilis anni MDCXIX, idque in ambobus cruribus, adeo ut gradum promovere omnino nullum poſſet. Quare mater ejus, filiæ compatiens, vovit aliquam eleemoſynam ad Dei & S. Walberti honorem. Quo completo, ſtatim melius habuit puella, & cito dolore omni liberata fuit. Itaque ejus parentes rurſus eam ad d. locum miſere, gratiarum referendarum cauſa: ipſaque venit & redivit abſque ulla prorſus laſſitudine: clauda tamen remanſit. Atque hæc ſerio & ſub ſignaturæ ſuæ confirmatione aſſeveravit pater puellæ hac II Maji MDCXIX.

F

deinde utriuſque curis.

puella ex febri fere paralytica,

2 Ægidius Gravet, mercator habitans Berchilleyæ natã filiam habuit circiter octodecim annos, nomine Mariam: quæ anno MDCXVIII continua febri proſtrata, adeo ſui impotens reddita eſt ut à cingulo deorſum nullum omnino uſum corporis haberet; adeo

EX MS. GALLICO

ut inſtar paralyticæ neque attollere ſeſe neque movere poſſet, toto quo malum durabat tempore, unde domeſtici ejus multum ei compatiebantur. Quamvis autem ejus pater ex devotione miſiſſet pro ea aliquam eleemoſynam ad S. Giſlenum; imo filiam aſſumptum in dorſum tuliſſet ipſemet ad eremitorium prope Montiniacum, ubi eſt ſacellum Deo & S. Annæ dicatum: nihilo tamen levius habuit infirma; donec poſt octavum aut decimum morbi illius menſem, ex conſilio Parochi Bercheleyenſis, miſit eam oraturam ad eccleſiam Courſſolrenſem ante Reliquias S. Walberti: unde rediit libera à febri, & ſub exitum novemdialis orationis tunc factæ prorſus firmam habuit valetudinem, qualem habet etiam nunc.

ejuſque ſoror à ter. tiana.

3 Idem Gravét habuit alteram filiam ſedecim aut ſeptemdecim annos natam, nomine Joannam: quæ circa novembrem ultimo præteritum anni MDCXVIII ſimiliter in febrim tertianam incidit: quam cum duodecim aut quindecim diebus ſuſtinuiſſet, viſitavit eam Paſtor ſuus, ſuaſitque ut prædictas ſanctas Reliquias viſitaret. Illa autem hoc ſe facturam vovit, ipſo pũcto temporis, quo ſolebat febris recurrere: & die poſtero ultimoq; Novembris Courſſolram ſe tranſtulit orationis cauſa: exindeq; rediit, affirmans ſe ab hora facti voti uſque in præſentem frui perfecta ſanitate: quod & pater ejus ſubſignando affirmavit. Et ego præfati loci de Berchiley Paſtor indignus, tamquam oculatus teſtis, fidem facio, omnia in præfata narratione contenta ſincerâ veritate niti. Joannes Mariſchál MDCXIX.

B

liberantur puer & puella à febri continua,

4 Joannes Pochiét, pannorum laneorum mercator, Bellomontii habitans, liberos habet duos, Joannem annorum novem, & Annam annorum decem, qui menſe Novembri anno MDCXVIII ſimul ambo inciderunt in febrim continuam, eumque paſſi ſunt per hebdomades novem aut decem. Poſt quas cum eorum pater juſiſſet fieri novenam ante reliquias S. Walberti, animadvertit prædictos liberos ſuos recipere vires, & in fine ſecundæ novenæ prorſus à febri abſolutos invenit. Certificat autem d. Pochiét diſtincte obſervatum à ſe eſſe, quod unus eorum citius receperit ſanitatem quam alius, is ſcilicet pro quo prior novena fuerat inchoata. Ambo autem exinde uſq; nunc integra fruuntur valetudine, idque coram Parocho & aliis duobus teſtibus ſerio affirmavit pater, III Maji anni MDCXIX.

C

item alius puer.

5 Vincentius Martin, filius legitimus Anſelmi Martin Majoris Courſſolrenſis, annorum decem, menſe Majo anno MDCXVIII, tactus fuit febri continua, quæ vitalem prorſus colorem ei abſtulit, pallidumque & marcidum prorſus fecit. Qua ejus mutatione conſpecta parentes pueri ſtatim curarunt ante Reliquias S. Walberti novenam faciendam: ſtatimque multo melius habere cœpit æger, & octavo die prorſus liber fuit à febribus: exindeque ſanus atque alacer vivit, rem in omni ſinceritate atteſtante patre, ſimiliter III die Maji anno MDCXIX.

tertius gradiendi facultatem impetrat.

6 Joannes Gobert operarius, Courſſolræ habitans, filium habet parvulum annorum duorum & decem vel undecim menſium: qui ad anni ſui tertii dimidium nullatenus potuit inſiſtere pedibus. Quod cum docere eum vellent parentes ſui, fruſtra dabant operam, puero ſemper in terram cadente, quamvis de dolore in eruribus aliquo non quereretur. Videntes ergo illi ita compoſitum, ut numquam in ſua vita poſſet ambulare; curaverunt novenam in d. loco, excitati fama quæ vulgabatur, quod plures ea ratione morborum ſuorum medelam acceperint. Illâ autem cœptâ, cœpit etiam puer corroborari, greſſumque ipſe moliri per ſe; & circa finem ejuſdem novenæ aſſumpſit colorem prorſus vividum cum plena ſanitate potentiaque gradiendi, quâ & nunc utitur, ſecundum atteſtationem patris ſignatam eodem III Maji anni MDCXIX, coram quinque teſtibus. D

curatur puella à febri continua,

7 Catharina, filia Balthaſaris de Preux annorum octodecim, menſe Aprili anni MDCXVIII invaſam ſe ſenſit febri vehementi atque continua: qua cum vehementer debilitaretur, de ſuorum parentum conſilio petiit novenam fieri: qua durante duravit etiam continua febris uſque ad diem octavam, quando advocans matrem ſuam affirmat quod ſe bene haberet, plene atque integre ſana, prout etiam nunc; affirmante id ipſum coram duobus teſtibus prædicto ejus patre, hac III Maji MDCXIX.

& puerulus:

8 Joanne Sponlét, mercator lanarius, habitans Courſſolræ, habet parvulum filium annorum quatuor nomine Nicolaum, qui menſe Majo anni MDCXVIII acuta & continua febri oppreſſus fuit. Quo periculo animadverſo continuo parentes ejus fieri juſſerunt novenam: eaque facta ſanatus eſt puer, uti coram tribus teſtibus aſſeruit præd. pater ejus hac III Maji MDCXIX.

item adoleſcens

9 Stephanus Goblét, adoleſcens annorum quatuordecim aut quindecim, anno MDCXVIII circa menſem Januarium continuam accepit febrem, quæ ei per tres menſes jugiter adhæſit. Quare pater ejus Adrianus, naturali compaſſionis affectu motus, decrevit novenam curandam ante reliquias S. Walberti: & quarta die pæne in inſtanti ſanatus integerrime fuit qui ægrotabat, neque ullum exinde malum aut febrem ſenſit: prout XXI Maji anno MDCXIX prædictus ejus pater ſerio atteſtatus eſt. E

& mulier vidua.

10 Joanna Rondeau, uxor Nicolai Thiery, habitans Courſſolræ, annos nata quadraginta, anno MDXVII circa menſem Auguſtum febrim incurrit, quæ eam uſque ad Martium ſequentis anni MDCXVIII exercuit: quando ab aliquibus ſibi notis perſuaſa fuit novenam curare: qua durante melius habere cœpit, & finem accipiente totaliter convaluit, quemadmodum ſubſignando teſtatur XXVII menſis Aprilis.

puella ille. rica.

11 Petrus de Remis, manu operans & in d. loco commorans, filiolam habebat triennem, quæ anno MDCXVII peregrino ſatis morbo vexata, tota colore flavo tincta ac debilis erat, neq; conſueta ratione digerens quem ſumebat cibum: quo in ſtatu cum fuiſſet octodecim menſibus, ſecunda curatæ à parentibus novenæ die, prorſus alia videri cœpit, uti teſtantur vicini, & perfectam deinde obtinuit, quali nunc utitur ſanitatem, hac XXVII Aprilis MDCXIX. F

puer toto corpore paralyticus ſanantur

12 Circa finem Maji anni MDCXVIII Joannes Bertau, laborator Courſſolræ habitans, habebat filium ſeptennem Jacobum nomine, languore & morbo graviſſimo ſic affectum, ut omni appetitu cibi deſtitutus, membrorumque ſenſu atque uſu privatus, eo maneret ſitu in quo fuerat collocatus, nec tantillum quidem commovere ſe valens, ac ne conqueri quidem ſi diutius ita relinqueretur; neque jam aliud expectabant parentes quam pueri mortem, poſtquam eadem morbi violentia, per quatuor aut quinque hebdomadas continuata, nullam eis vitæ ſpem reliquerat. Interim audiverunt famam vulgatam de iis, qui multi à Deo curati dicebantur per invocationem SS. Walberti & Bertiliæ, curantes novenam ad honorem eorum faciendam. Quare cum idem etiam ipſi feciſſent, quinto d. novenæ die puer cibum petiit: exindeque paulatim valentior, brevi totus convaluit: quemadmodum ſerio atteſtatur illius mater Barbara Gravis, die III Maji MDCXIX coram Rectore capellæ & aliis teſtibus.

curatur mercator febricitans,

13 Nicolaus Minón, mercator Courſſolræ habitans, menſe Aprilis anno MDCXIX aliquamdiu fatigatus inflam-

A inflammatione quadam, & ab ea pæne liberatus, incidit in febrem vehementem, quæ vires ejus omnino proſtravit. Cum igitur bis terve ea recurriſſet, audiſſetque ſolatium quod multi antehac receperant in ſimili morbo recurrendo ad Deum per interceſſionem S. Walberti, curavit novenam fieri: ſub qua liberum ſeſe ſenſit à febribus, nihil ultra incommodi patiens, prout teſtatus fuit in præſentia Paſtoris & aliorum teſtium, III Maji anni MDCXIX.

& mulier cruribus tumefactis;

14 Joanna Hellin, vidua quondam Jacobi Jacquey, annorum triginta quinque Courſſolræ habitans, anno MDCXIX menſe Majo paſſa eſt magnam tumefactionem utriuſq; cruris: quæ toto uno menſe & amplius durans magnos ei patiebat dolores punctioneſque acutiſſimas, eamque ſic debilitavit, ut caveæ ſuæ gradus non poſſet abſque alieno ſubſidio aſcendere, nec ad unius leucæ quadrantem poſſet ambulare. Tandem decrevit orando ad Deum recurrere, & poſtulare interceſſionem S. Walberti. Cumque eum in finem promiſiſſet anathema ex cera, in figuram crurum tam male affectorum, in viam ſe dedit Bellomontium verſus, oppidum leuca una diſſitum, emptura ceram: & hoc iter peregit nullo adhibito fulcro aut alio adjumento. Ex eoque die inflatio ipſa ſucceſſive detumuit, & intra paucos dies de perfecta ſanitate recepta ſibi eſt gratulata: quemadmodum aſſeverando depoſuit coram Paſtore, Rectore & aliis tribus teſtibus.

B

illuminatus cæcus octogenarius,

15 Robertus quidam, habitans Solræ ad Sambram, annorum circiter octoginta, cum cæcus fuiſſet ab annis quindecim, die XXVIII Maji anno MDCXVIII ad eccleſiam noſtram Courſſolrenſem venit, deductus ab uxore; ubi proſtratus in genua ante reliquias SS. Walberti & Bertiliæ, rogavit Deum ut per eorum interceſſionem, dignaretur ſibi viſum reddere, ſi quidem ſibi id expediret. Idemque porro per novem dies facere inſtituens, ſeptimo die cum reverteretur ab eccleſia in ſuum hoſpitium ſub veſperam, dixit hoſpiti ſuæ, conſpicere ſe quæ numquam viderat, videlicet paleam ſtrati ſui & uxorem quam tempore cæcitatis certæ & confirmatæ ſibi deſponderat. Quare cœpit iterum orare & agere Deo ac S. Walberto gratias. Sequenti autem mane, ſtatim atque in eccleſiam venit, & candelas, & vitream feneſtram, & altare ipſius capellæ conſpexit; viſumque ſuæ ætati proportionatum recipiens, deinceps viæ ductore non eguit. Quod cum publice cognitum teſtatumque eſſet, inſtituta celebris proceſſio circum vicum, qualis in ſolennioribus feſtis ſolet; quam comitatus eſt ipſe Robertus, cereum præferens, cum aliiſque cantans Hymnum; Te Deum laudamus, ac Deo de tam inſigni miraculo gratias agens. Poſtea vero coram omni populo ſub jurejurando teſtatus eſt quæ ſibi acciderant. Laus Deo.

C

item alius.

16 Alius cæcus ex Francia Courſſolram venit ad eccleſiam noſtram, circa annum MDCXIX: qui ſimiliter integram recepit videndi facultatem, quarto die inchoatæ eum in finem novenæ. Dixitque oblationum curatrici, in capella S. Walberti conſtitutus, ſe clare intueri omnia quæ intra eccleſiam erant. Ivit illa, & Paſtori ſignificavit quod acciderat miraculum. Interrogavit autem eum Paſtor, num auderet juramento confirmare quod dixerat: quod ille mox præſtitit coram omnibus.

vir à multis annis privatus greſſu,

17 Petrus Carlier, civis Landeriacenſis, annorum circiter quinquaginta, audiens miracula quæ fiebant per interceſſionem SS. Walberti & Bertiliæ in eccleſia Courſſolrenſi, ubi eorum quieſcunt reliquiæ; ſeque membrorum omnium uſu ac figillatim crurum deſtitutum dolens, quibus jam à multis annis nequiverat inſiſtere; erectus eſt in ſpem recuperandæ ſanitatis. Quare in carruecam ſe fecit imponi, venitque ad viſitandas prædictas Reliquias. Cum autem inde reveheretur domum melius ſibi eſſe ſenſit: atque poſt tres hebdomadas miſit qui nuntiaret Paſtori, ſe plene ſanatum eſſe. Modico deinde tempore evoluto venit ipſemet in capellam, ubi ſanctæ reliquiæ ſervantur, adferens ipſe ſubaxillaria ſua fulcra: Deoque gratias agens pro miraculo die XXIX Junii anno MDCXIX, cuncta juratus affirmavit, coram Paſtore & aliis teſtibus ſubſcribentibus. EX MSS. GALLICO.

item alius eumdem recipiens.

18 Quidam ex Winhiza venit ad prædictam eccleſiam, duobus fulcris ſubaxillaribus greſſum promovens, cum abſque iis nequiret inſiſtere pedibus, die VII Junii anno MDCXIX. Ita cum eccleſiam circuiret, ſenſit motum atque tremorem per omnia ſua membra diffuſum, plane ac ſi fuiſſet ebrius: cumque regreſſus in eccleſiam eſſet, unuſquiſque interrogabat eum quid morbi pateretur. Ille vero reſpondit, nunquam ita ſe conſtitutum fuiſſe; quodque neceſſe haberet magnas gratias agere Deo & S. Walberto: omnino enim confidere ſe, quod per hujus interceſſionem liberandus eſſet à ſuis malis. Quo dicto, relictis ibi fulcris ſuis, cœpit iterum circumire eccleſiam, totus ſanus ac valens. Quapropter poſtea redivit, gratias acturus de beneficio, & juratus affirmavit veritatem rei geſtæ conſueta ſubſignatione ſua.

E

curantur pueri herniosi duo.

19 Eodem anno & menſe, feminæ duæ ex Caſtro Solrenſi attulerunt duos pueros hernioſos: qui cum eſſent intra eccleſiam, cœperunt ejulare tam enormiter, ut cogerentur matres eos foras efferre. Accurrit ad tumultum inſolitum Paſtor; interrogat quid pueris illis deſit. Reſpondent illæ; Eheu! Domine, filii noſtri rupti ſunt. Quod ille intelligens & compaſſione motus, donavit ſingulis particulam lintei, cui ſacræ reliquiæ fuerant involutæ; mandavitque ut ipſi rupturæ eam imponerent, cum illa erumperet. Quod illæ facientes poſt tres hebdomades redierunt, acturæ gratias pro miraculo, facto per interceſſionem S. Walberti, atteſtando pueros ſuos integros modo eſſe.

& vir honoratus.

20 Cornelius ex Caſtro Solrenſi, vir honoratus, cum nemini fuiſſet unquam auſus monſtrare rupturam, quæ graves ei quotidie inferebat cruciatus, ſic ut quandoque nec ambulare poſſet, niſi forte nixus fulcris duobus; cum audiſſet miracula quæ fiebant indies Courtiſſolræ, per interceſſionem SS. Walberti & Bertiliæ, ut potuit melius ad eccleſiam venit; ibique non parum relevatum ſeſe ſentiens, unum fulcrorum ſuorum dimiſit. Non multo autem poſt tempore rediit pro agendis Deo ac S. Walberto gratiis, adferens fulcrorum alterum, quoniam perfecte ſanatus eo non egebat amplius, uti teſtatus eſt coram Paſtore & aliis teſtibus, ſub conſueta juramenti formula.

E

II SYLLOGE GRATIARUM

uſque ad annum MDCXXIX *notatarum Gallice, ſub eodem & ſucceſſore Parocho.*

ſanantur pedibus debilis.

1 IOannes Coupin, opilio in obſequio Anſelmi Martin Majoris Courtiſſolrenſis, annorum quinquaginta; cum junior, annorum circiter viginti duorum, eſſet in famulatu magiſtri cujuſdam fuſoriæ fornacis præfecti, Gaucherii Polchet; noctu ſenſit puſtulam quamdam ſeu tumorem in inguine: qui ſe diffundens per crus dextrum brevi adeo impotentem reddidit, ut non niſi adhibitis ſubaxillaribus gradum potuerit promovere totis tribus menſibus, ac ne ſic quidem tibiam dexteram poſſet

EX MS. GALLICO

attollere ultra limen cujuſcumque domus, quam vellet ingredi; ſed neceſſe haberet alterius eam ſublevantis auxilio. Cum autem in adeo miſerabili ſtatu conſtitutus audiviſſet à ſenioribus loci, valde frequentatam olim fuiſſe viſitationem Reliquiarum S. Walberti, novenam faciendam curavit: ſub cujus finem melius ſe habere ſentiens, fulcrorum unum ibi reliquit; & poſt duos menſes miſit etiam alterum; atque ex eo tempore numquam ſe illis eguiſſe, licet una tibiarum brevior remanſerit altera, teſtatus eſt ſubſcriptione nominis ſui die III Maji anni MDCXIX, coram Joanne le Clerque Paſtore loci, Adriano Gollet & Baltazare de Preux.

periculoſe ipſius in humerum,

2 Petrus le Clercq, civis & aurifaber Bellomontenſis, annorum nunc XLV, cum eſſet puer citer novennis; Curtiſſolram venit ad viſitandos conſanguineos, in præcipuo loci prædio, quod vulgo dicitur Curia Curtiſſolrenſis, habitantes, ubi cum coætaneis luctans, temere cecidit pronus in humerum ſiniſtrum, eoque caſu ita graviter affectus fuit, ut plerique aſſiſtentium judicarent, coſtarum unam eidem verosimiliter ruptam eſſe. Qui equo impoſitus & Bellomontem reductus, non ceſſabat die noctuque ejulare propter doloris vehementiam. In
B tam miſero ſtatu perſeverans notabili tempore, adductus per matrem ſuam fuit Curtiſſolram, & ante Reliquias SS. Walberti & Bertiliæ devote præſentatus. Precibus autem finitis reductus domum, indies melius ac melius habuit; adeo ut tandem totus convaluerit, nullas deinde cruciatus prioris reliquias ſentiens: quē admodū in omni ſinceritate teſtatus eſt IV Maji anno MDCXIX, nomen ſuum ſubſcribens coram Joanne le Clercq Parocho & I. Mareſchal Sacellano ipſius loci. Parentes autem prædicti Petri nominabantur Guilielmus le Clercq & Margarita Pigeon.

facie & inferiore parte corporis enormiter tumefactus,

3 Philippus Boſquéz, filius legitimus qu. Joannis Boſquéz Mercatoris Curtiſſolrenſis, ætate vicennis, anno MDCXIX menſe Aprilis, afflictus fuit maximo tumore tum faciei totius tum reliqui infra cingulum corporis uſque ad plantam pedum: adeo ut ad omne officium ineptus, cogeretur dimittere magiſtrum, ſub quo eatenus exercebatur. Cumque in tam miſero ſtatu tranſegiſſet integras tres hebdomadas, in domo viduæ matris ſuæ, nec ullum inveniret remedium; decrevit dicta mater ejus preces quaſdam pro eo ſecreto ad Deum facere, per interceſſionem SS. Walberti & Bertiliæ. Ipſumque decretum ſuum executura die VI Maji, venit ad eccleſiam,
C cœpitque preces ferventes fundere, cum intentione eaſdem ita ſecreto continuandi per dies novem. Ipſa autem veſpera melius cœpit habere juvenis, tumorque ille valde diminui: poſtridie vero tibias ſuas conſiderans, omnino detumuiſſe miratus eſt. Advenerat illi ſimul cum tumore quædam veluti ſcabies, pruritum continuum ciens; quam ſimiliter ſibi evanuiſſe eſt gaviſus. Quin etiam, qui eodem tempore in reddenda urina maximam paſſus fuerat difficultatem, quam vix curabilem eſſe judicabant qui conſulebantur medici; ipſo die quo novemdialē devotionē auſpicata eſt mater, relevatum ſe ſentiēs, citra moleſtiam exoneravit veſicam, implens menſuram unius loti, idque deinceps uno die pluries; cum antea vix ſemel, idque parciſſime mingere diatim poſſet. Exindeque, ut modo eſt, manſit in optima ſanitate; quemadmodum, ut oculati teſtes prædictarum infirmitatum, confirmaverunt Petrus Teillier, Joannes Regnaut, & Franciſcus Bruſſart; ſubſcribendo autem aſſeruerunt Margarita de Gozée Philippi mater, Joannes Renault, & Philippus ipſe, coram Parocho & teſtibus tribus.

ſimulque ſcabie & diſuria laborans,

4 Joannes Grevault civis & tegularius Bellomontenſis, annorum quadraginta, XVI Maji anni MDCXIX accepit gravem in crure dextro cruciatum, D qui plane impotentem reddebat, cogebatque domi ſe continere ſe ubi non niſi baculo ſuſtentatus formare greſſum poterat. Duravit cruciatus ille octo aut novem diebus, intra quos nullam noctu potuit quietem capere. Itaque ex quorumdam ſuorum conſilio decrevit; ut melius poterat, Curtiſſolram adire; ad viſitandas SS. Walberti & Bertiliæ reliquias. Hunc in finem die XXIV Maji circa ſextam matutinam diſceſſit Bellomonte, ſubaxillari fulcro ex una & baculo ex altera parte nixus; non ſine moleſtia maxima. Cum autem unum circiter leucæ quadrantem ſic eſſet emenſus, acutiſſimas in eodem crure punctiones perſenſit, quantas antea nunquam. Sed his paulatim ſe remittentibus, cœptam viā proſecutus eſt uſque Curtiſſolram, una ſolum leuca Bellomonte diſtantem, quatuor integras tamen horas impendens itineri. Mox autem ut eccleſiam eſt ingreſſus, valde relevatum ſe ſenſit: atque in genua procidens, ipſo ubi ſanctæ Reliquiæ ſervantur loco, nullum deinceps dolorem percepit. Facta igitur oratione, rurſus in viam ſe dedit rediturus, ſuoque ſe fulcro axillari juvans: quando iterum eoſdem pati cœpit cruciatus; ſed poſt primum leucæ prædictæ quadrantem denuo eos remitti expertus eſt, plaE neque evaneſcere ipſo inſtanti quo domus ſuæ limen attigit. In cujus beneficii gratam agnitionem, ultimo die menſis præfati, totus ſanus & expeditus Curtiſſolram redivit pro agendis gratiis, ſuoque fulcro ibi ad rei memoriam relinquendo, quo poſt diem primæ peregrinationis ſuæ uſus non fuerat: itáque rem actam manus ſuæ ſubſcriptione teſtatus eſt, coram quatuor pariter ſubſcribentibus teſtibus.

ex gravi cruris dolore gradi abſque fulcro non valens,

Renū cruciatus validos patiens,

5 Franciſcus de Moriammé, vir conjugatus, Bellomonte habitans, annorum XXIII aut XXIV, famulatui cujuſdam Joannis Sauveur civis Bellomontenſis adſtrictus, die XXVI Maji anni MDCXIX graviſſimo renum dolore oppreſſus ſic fuit, ut ad omnem ineptus laborem cœptum opus cogeretur dimittere, nec cibi vel ſomni appetentia moveretur. Ex aliorum proinde conſilio in viam ſe dedit ad viſitandas Reliquias SS. Walberti & Bertiliæ: treſque horas uni quæ interjacet leucæ emetiendæ impendens, tandem venit Curtiſſolram. Inde poſt fuſas preces, rediit levior aliquantum, ipſa cruciatuum cauſa è renibus ad genitalia deſcendente, quæ mox ad pugnorum duorum ſimilitudinem intumuerunt: quare timere cœpit ne herniam incurriſſet. Ergo jam magis
F anxius quam antea, nec minus cruciatus, VII die Junii iterum Curtiſſolram revertit; fuſiſque ibi precibus curavit Salve Regina cantandum: eodemque inſtanti detumeſcere partes inflatas ſenſit, plena ſanitate ſubſequente. Quapropter differre nolens debitam tanto beneficio gratiarum actionem, nono mox die ejuſdem menſis adfuit denuo Curtiſſolræ, & ſolennē Miſſam ſibi cantari petiit, credens ſe meritis SS. Walberti & Bertiliæ ſanatum: quemadmodum & ſubſignando profeſſus eſt, coram Parocho, Majore, & inquilinis ejuſdem loci duobus.

puer hernioſus,

6 Jacobus Hermàn villicus, habitans in Maudréz prope Binchium oppidum, ex uxore genuit filiolum, nomine Guilielmum, qui modo eſt annorum quinque. Cum autem expleviſſet primum annū ætatis, inventus hernioſus eſt in inguine dextro: viſitatus autem ab ejuſmodi morborum peritis, judicatus eſt vere ruptus eſſe: creſcebatque malum uſque in Auguſtum anni MDCXXI, quando ipſius parentes agnoverunt totum diſparuiſſe. Quia igitur ante menſes quatuor viſitaverant reliquias S. Walberti, Curtiſſolræ aſſervatas, eodem rediverunt hac XVI Maji anni MDCXXII, una cum filiolo ſuo jam integérrimo, ad reddendas Deo gratias pro beneficio, prout teſtatus eſt pater.

7 Gille-

A 7 Giſlenus Pareolerz, Lætienſis incola, annorum LV, ab annis quatuor male affectus erat tibiis cruribuſque, potiſſimum autem tibia ſiniſtra, ita ut ab eo tempore cœperit uti ſubaxillaribus: maxime ab annis duobus, quando etiam per intervalla cœpit ſentire acres dolorum puncturas, quæ denique omnem progrediendi abſq; fulcris aut quidquam operis agendi facultarem ſuſtulere. Hoc in ſtatu contigit eum fortuito tranſire Curtiſſolra, atque eccleſiam ingreſſum viſitare Reliquias S. Walberti, ibidem requieſcentes. Quo loco mox ſenſit vehementer alterari totum ſuum corpus, & dolores tibiarum evaneſcere: quod ei fiduciam ingeſſit, dimiſſis ibidem fulcris, experiendi num abſque illis poſſet ambulare. Itaque ab oratione ſurgens ter quaterve circuivit eccleſiam, totus iut ſibi videbatur ſanatus: in cujus rei teſtimonium fulcra ſua hic reliquit, & hæc omnia ſigillatim profeſſus eſt, coram ſubſcriptis teſtibus tribus, XXII Maji MDCXXII.

pedibus & cruribus debilitatus,

8 Petrus du Mont, modo habitans in Beaufort prope Malbodium, Abencurtii prope Cameracum natus, annorum LXII, ab annis viginti & amplius gravi ſtomachi torquebatur dolore, qui ſæpius ei ſyncopen & reciprocandi ſpiritus difficultatem pariebat: erat autem adeo difficile malum, ut cum eo B tenebatur, cogeretur ſe non movere loco, in quo ipſum id apprehenderat. Quamvis autem varias medicinas adhibuerit, numquam tamen melius habuit uſque ad annum MDCXXI, quando cæleſtem propoſuit medicinam quærere atque recurrere ad S. Walbertum, viſitando Reliquias ejus Curtiſſolræ: quo facto, integre conſanatum ſe, atque à malo liberatum invénit. Quamobrem eodem rediit hac XXIX Septembris anni MDCXXII, ad gratias pro recepto beneficio agendas Deo, ſincereque profitendum, quod ſibi contigerat; prout fecit nomen ſubſcribens, coram Joanne le Clercq, Nicolao Planart & Gollet. *Hactenus ſub Parocho Ioanne, aliena manu deſcripta ſeu tranſcripta: ſequentia tria eadem manus deſcripſit, ſua vero manus, addito proprio ac teſtium nomine, confirmavit ſingula Ioannis ſucceſſor*, M. Brunebarbe: *reliqua integre ab ejuſdem manu ſunt, anno* MDCXXIX *exarata.*

ſtomacho diu cruciatus,

9 Die XXII Junii MDCXXIV, Fredericus Sainᵭe, Medicus, habitans in Bellievre prope Chimacum, ejuſque uxor Maria Huart, venerunt Curtiſſolram quarta vice, in gratiarum actionem pro beneficio, quod acceperant in perſona filii ſui Gilberti ſeptennis, à gravi hernia ſanati: qui ſingulis etiam vicibus parentes comitatus eſt ad ſerviendum bono maximique meriti Sancto Walberto: atque C coram me Paſtore loci, Joanne Renard, Petro Boſquéz aliiſque proteſtati ſunt, pro ea gratia alium nullum Sanctum à ſe invocatum: & addebat pater, ſe nullum artis experimentum in eo feciſſe: ſed prima vice qua venerunt ad ſerviendum Deo & S. VValberto, levamen mali aliquod apparuiſſe; majus autem vice ſecunda: plenam integritatem conſecutam eſſe vice tertia, quando diſparuit omne indicium herniæ, nec quidquam amplius moleſtiæ intulit. Ex quo parvulus ille, veluti divinitus inſpiratus, vehementer affici cœpit erga bonum hunc Sanctum; & puerilis devotionis affectum teſtatur continuum deſiderium veniendi Curtiſſolram ad S. VValbertum: quod etiam coram me oſtendit, recitans particularem orationem, qua S. VValbertum inter alios ſuos ſanctos Patronos nominabat & invocabat.

filius medici hernioſus,

10 Die XIV Septembris anni MDCXXIV, Marcus Pouillart & Maria Manteau ejus uxor, Curtiſſolram venerunt, ad agendas gratias pro curata gravi hernia, qua affligebatur eorum filius novennis Ægidius, qui etiam pro ſecunda vice venerat. Prima autem vice in die dedicationis Bercellenſis huc veniens cum ſua ſorore, adeo male afficiebatur per viam ut incédere vix poſſet, identidemque rogaret ſororem ut ſe vellet geſtare: intrans autem eccleſiam perfectæ redditus eſt integritati, unde & exclamavit, Ecce me ſanatum. Poſtea curarunt ibi faciendam novenam, ipſique fecerunt in vico ſuo: ubi nonnullum adhuc dolorem per biduum ſenſit: iterumque hodie Curtiſſolram veniens, in ipſo territorii Curtiſſolrenſis ingreſſu, quæſtus eſt ubi ventrem dolere, per ſpatium quo tertio recitaretur Pater & Ave: atque exinde nihil ſenſit amplius: unde gratiæ ſint Deo & S. Walberto. EX MSS. GALLICOS

& tertiæ.

11 Hac X Novembris anni MDCXXVI, Ioannes Salhadin & Aldegundis Bertrand, Marulli commorantes, venerunt Curtiſſolram, gratias acturi Deo Sanctiſque VValberto & Bertiliæ pro ſanata hernia filii ſui Antonii. Quem ita affectum videntes, voverunt peregrinationem ad S. Trudonem & Marpinum, quam etiam utroque loco viſitato impleverunt. Cumque nihil inde auxilii retuliſſent, poſt quindecim dies attulerunt puerum Curtiſſolram, ibique curarunt novenam fieri. Qua durante, cum ceſſaret ex more plorare infans, deprehenderunt evanuiſſe malum: rurſum tamen poſt duos annos aliquod ejus indicium inveniunt. Timentes igitur ne propter negligentiam & ingratitudinem ſuam id E eveniſſet, quia non venerant ad gratias agendas ſicut promiſerant: iterum voverunt venire huc, atque etiam ad viſitandam Dominam noſtram de Bona-voluntate prope Havrèt ſe conferre: ex eoque tempore etiam illud ipſum diſparuit.

aliique plures.

12 Anno MDCXXIII, die II Novembris, Romanus Minón, habitans in Geſtrú, atteſtatur, quod filius ſuus Marthæus, graviter ruptus, viſitatis S. Walberti reliquiis ſanatus ſit. Teſtor etiam alias duas perſonas mihi retuliſſe, quod ſui quoque filii ſimiliter rupti, ſimili modo ſanati ſint, quarum atteſtationem authenticam invenire non potui. Anno MDCXXIII die X Auguſti, Iſabella Remy, vidua quondam Ioannis Forgois, coram me & D. Anſelmo Martin Majore, atque Ioanne Bertaut retulit, quod filius ſuus Ioannes ab anno ruptus, voto ad S. VValbertum facto & impleto ſanatus fuit: cumque poſtea in altero inguine ſimilis hernia apparuiſſet, ſimili obſequio erga Sanctum, perfectam filo meruit ſanitatem. Eodem anno & menſe ipſe ego ſubſcriptus, graviter & periculoſe ſecundum judicium medicorum, ægrotavi: curans autem novenam S. VValberto faciendam, quarto quintoque ejus die valde relevatum me ſenſi, atque in fine ſanatum. Cumque recidivam deinde paſſus eſſem, aliamque novenam inſtituiſſem; circa nonum diem convaleſcere cœpi, atque exinde recte valeo, idque attribuo meritis S. VValberti, hac II Maji MDCXXIX. M. Brunebarbe Paſtor. *curantur, Paſtor ipſe periculoſe ager,* F

fabricitantes duo.

12 Anno MDCXXV die VI Iunii, revertens à dicenda Miſſa in Bono-ſuccurſu, aſſecutus ſum juvenem venientem ad S. VValbertum vice jam tertia; annis utique diverſis & propter diverſas infirmitates febrium: qui dicebat, quod bis veniens, bis ſperatam ſanitatem retuliſſet, & hac etiam vice eamdem ſperaret. Addebat autem, alteri cuidam amico ſuo, febrim patienti, idem ſuaſiſſe ſe; & illum quoque, poſt impletum votivæ peregrinationis officium, convaluiſſe.

item alius puer,

13 Anno MDCXXVII die XVIII Novembris, Adriana Maſſart, uxor Iacobi de Gelluy junioris, ex Dauſoit prope VValcurtium, venit Curtiſſolram cum ſuo marito, male affectum crus habente, ſic ut ad ambulandum opus ei ſit ſuſtentaculo baculi, eo quod pedem elevans illud ſentiat quaſi loco motum. Venerunt autem, eo quod ipſa Adriana ante biennium. *duæ femine cruribus male affectæ.*

EX MS. GALLICO

biennium, idem malum paſſa, cum huc peregrinabunda veniſſet Miſſamque curaſſet, perfectam obtinuiſſet ſanitatem. Tunc autem venerat, perſuaſa ab alia ejuſdem vici femina, Magdalena Wautier, quæ idem patiens parem gratiam fuerat eadem ratione conſecuta: nunc autem mandarat prædictæ Adrianæ, ut gratiam ſibi factam mihi pro ſe teſtaretur, ſub juramento: quod fecit, duobus inſuper teſtibus præſentibus.

puer eadem diſtorta habens,

14 Anno MDCXX Anna Meuris, vidua qu. Adriani Brunebarbe, habitans Solræ ad Sambram, cum haberet filium Balthaſarem, utroque crure difformiter tortum, eoque difficilius gradientem, venit ad S. Walbertum, adducens ipſum puerum ſeptennem vel octennem: & perfectam ei obtinuit corporis rectitudinem. Anno MDCXXII Antonius del Rue agricola, habitans Buſſeniaci, filium habet Jacobum, quatuor aut quinque annos natum: qui cum in cineres foci lapſus eſſet, nihil timebatur minus quam cæcitatis malum, eo quod per mediam horam, remediis quibuſcumque adhibitis nullum omnino lumen poſſet percipere. Itaque mater ejus Catharina, domo egreſſa extra tumultum populi, qui ad clamores & ejulatus copioſus confluxerat, vovit viſitare S. Walbertum: iterumque regrediens invenit filium habentem ſanos & expeditos oculos: eique rei præter parentes magnus præſentium numerus teſtes fuerunt.

& alius lapſu in cineres cæcatus:

B

tertius natus mortuus

15 Anno MDCXXVI die III Junii, Nicolaus Colſon, in Geſtrú habitans, comitantibus eum Joanna Parén & Sebaſtiana Wautier, attulit filium ſuum, quem ſibi mortuum uxor pepererat, confidens meritis S. Walberti. Cumque eum tenuiſſet bono ſpatio temporis ante ſanctas Reliquias, ſuaque vota & preces feciſſet; rediens inde, & non longius remotus ab eccleſia quam arcus ſagittam jaceret, vidit copioſum ſanguinem fluere ex naribus, & lacrymas ſtillare ab oculis. Omnis itaque moræ impatiens, quia nullam habebat aquam ad manum, proprii oris ſaliva baptizavit infantem, rediitque ad eccleſiam gratias acturus pro beneficio. Ibi cum narraret quid egiſſet, ſanguinemque monſtraret; docui eum errorem ſuum; & quoniam baptiſmus talis nullus fuit, exhortari eum cœpi, ut ante S. Walbertum preces renovaret ſuas, novenam faciendam voveret, aut quidquid aliud ſuggereret affectus. Quibus expletis, cum iterum reverterentur, diſtarentque ab eccleſia ſagittæ jactibus tribus aut quatuor, circa piſcinam quamdam; inſpicientes puerum, viderunt denuo lacrymantem, mox vero immutari totum, rubeſcere, incaleſcere, quaſi recens à ventre matris prodiret. Quo viſo hilares omnes revertuntur ad pagum ſuum Geſtrú, moxque accedunt ad eccleſiam pro gratiis Deo agendis. Hic vero rurſum ex oculis ſtillarunt lacrymæ, motuſque in venis ac pluribus corporis membris ſentiri cœpit, uti experti ſunt varii: aliquantum deinde poſt ſanguis bene vivus rurſus profluxit ex naribus, lineam ducens uſque ad medium pectus, clauſo interim ore. Quibus viſis, Paſtor Geſtrucenſis ſub conditione baptizavit puerum (baptizaverat enim eum pater ſuus ad piſcinam prædictam) atque de nomine ſuo vocavit Stephanum, & die poſtero in cœmeterio ſepelivit. Deinde huc rediens pater cum duabus mulieribus prænominatis, teſtimonium rei geſtæ daturus, attulit varia linteamina, pueri ſanguine tincta, quæ ego & populus omnis vidimus. *Hactenus MSS. Gallica, quibus libenter addemus ſi quæ adhuc mittantur.*

ad baptiſmum revi-viſcit.

D

E

DE SANCTO EVDALDO

G.H. MARTYRE IN NOVEMPOPVLANIA, ET IN CATALONIAM TRANSLATO.

SEC. VIII. *Loca paſſionis*

AQuenſium civitas Epiſcopalis Novempopulaniæ *in Vaſconia, vulgo* d'Ax *ſive* d'Acqs *dicta, inter diœceſes Bajonenſem & Ayrenſem ad Aturum fluvium, ſub Archiepiſcopo Auxitano & Parlamento Burdegalenſi, eſt caput totius Præfecturæ ſeu Seneſcalliæ Landarum, ubi Curia præſidialis tribunal quoque eſt conſtitutum. Huic urbi attribuit Martyrem hoc die Ferrarius in Catalogo generali his verbis:* Aquis in Aquitania S. Eudaldi Martyris. *At pluribus cum celebrat Sauſſajus in Martyrologii Gallicani Supplemento.* Aquis, *inquit,* in Aquitania natalis S. Eudaldi Martyris, qui natione Italus, natus in Longobardia, cum gloriæ Dei incrementa quæreret, ſe in Gallias transferens, à barbaris irruentibus impie trucidatus, animam in ſua innocentia effudit. Corpus ejus deinde ſignis divinis illuſtratum, hinc ad cœnobium Rinipollenſe, inter Gerundam & Vicum, in ipſa Vicenſi diœceſi tranſlatum eſt, ubi condigna in veneratione habetur. *Alii* Rivipollenſe oppidum *ſcribunt, ob fluviorum Ther & Breſer confluentiam, incolis* Ripol *dictum, ubi peculiarem* S. Eudaldo *conſecratam eſſe eccleſiam ſcribit Antonius Vincentius Domeneccus, in Hiſtoria generali Sanctorum Cataloniæ; ubi Vitam Hiſpanice edidit, deſumptam ex Legenda antiqua lectionum ad Matutinum recitari olim ſolitarum, quam Latine redditam ad hunc diem dedit Tamajus-Salazar in Martyrologio Hiſpanico. Verum quia hæc Vita, poſt tranſlatum in Cataloniam corpus, ex vulgi traditione parum fundata, videtur conſcripta; eam nolumus huic operi inſerere, cum & Latine & Hiſpanice apud dictos auctores poſſit legi. De tempore Martyrii hoc ſolum dixerim. Si ex* Longobardis *parentibus in Italia natus Sanctus, tranſivit in Galliam (barbaram autem originem ſatis probat barbarum* Eudaldi *nomen) fieri non poſſe ut ante annum* DLXX, *circa quem Longobardorum regnum in Italia cœpit, natus ille fuerit: adeoque impoſſibile eſt ut ſub* Walamiro Gotthо, *qui una cum Attila irrupit in Galliam, anno* CCCCLI *pro fide ſit occiſus, ante* à Rege Hunnorum Wilhielmo *in urbe* Faſte *multos cruciatus perpeſſus. Monſtroſa nimium ſunt hæc omnia: nullam in Gallia urbem* Faſten, *nullum inter Hunnorum Reges* Wilhielmum *hiſtoria norunt. Si autem quæramus barbaros, à quibus poſt ſeculum* VI *irrumpentibus in Gallias occiſus* Eudaldus *fuerit, haud facile invenias alios, huic argumento opportuniores, quam Saracenos: qui ſub Carolo Martello Rege Franciæ anno* DCCXXV *Aquitaniam occupaverunt, ab Eudone Francorum Duce vocati, & tenuerunt per annos duodecim ſæpe quidem à Rege victi, numquam tamen non moleſti & formidati, donec anno* DCCXXXVI *penitus pellerentur. Et ſecundum hanc conjecturam ad ſeculum* VIII *pertineret paßio* S. Eudaldi.

& cultus.

C

verosimilius ſub Saracenis peracti, ſeculo 8.

F

Fabuloſa Acta martyrii,

2 *Tamajus Salazar ad diem* XIV *Maji, feſtum tranſlationis ex Aquitania in Cataloniam celebrari aſſerit, ejuſque Acta ex dicto antiquo Legendario excudit, quæ ſunt hujuſmodi.* Anno Domini noſtri Jeſu Chriſti Servatoris currente DCCCLXXVIII, æra MVI, pridie Idus Maji, regnante Barcinone Borrello Barcinonenſium Comite, Idiſclus Abbas Rivipollenſis, auſpiciis memorati Comitis, adduxit ex urbe Aquenſi Galliæ corpus S. Eudaldi Martyris ad iſtud ſuum Rivipollenſe cœnobium, ubi per iſtius Beati merita Deus quotidie plurima ægrotis impertitur auxilia. *facta:* Quæ ne in totum è memoria hominum dilaberētur, breviter

Tranſlatio

anno 978 14 Maji

A breviter in compendium obedientiæ vigore perductus, & devotionis fervore protractus, deducere ſum aggreſſus. Igitur eodem die XIV Maji anni memorati, quo ſanctæ Reliquiæ in eccleſiam cœnobii pervenerunt, beatiſſimus Abbas Idiſclus juſſit œconomo monaſterii, ut capſam peragi faceret elegantem, in qua reponerentur ſanctæ Reliquiæ, ut honorificentius conderentur. Cui cum reſponderet

detrahentes puniti: œconomus inconſulte, ſe non poſſe tot expendere ſine fructu nummos; illico à Domino correptus, in lethalem incidit ægritudinem: à qua liber evaſit, voto coram Reliquiis emiſſo, ſe capſam elegantiorem facturum, ſi à periculo S. Eudaldi interceſſione liberaretur. Alius cœnobii famulus temere dicere cœpit, quod oſſa, quæ in ara beatæ Virginis Mariæ, nomine S. Eudaldi, populo exponebantur, nec alicujus erant Sancti nec deberent ibidem honorari, ne forte fuiſſent alicujus hominis malefactoris. Quo dicto, ſtatim dæmones ſunt ingreſſi in corpus famuli, quem ſeveriſſime vexabant. At vero ad S.

14 obſeſſi liberati: Eudaldi reliquias illatus, iidem maligni ſpiritus confeſſi ſunt ſancti Martyris beatitudinem, & verum ibidem conſiſtere illius corpus. Quo & orationibus Fratrum, famulus à dæmonum moleſtia ſanus exſurgit. Poſtmodum alios quatuordecim obſeſſos liberavit S. Eudaldus.

B

3 Poſt nonnulla temporum curricula, frigeſcente accolarum fervore, feſtivitas S. Eudaldi ceſſavit

publica plaga repreſſa: in totum, ſic ut nulla jam videretur ſupereſſe memoria, imo nec devotio cognoſceretur. Tantam ergo Deus civium ingratitudinem punire conſtituens, maximam in regionem illam ſiccitatem, famem & mortalitatem immiſit. Quam ut à populo Deus avertere dignaretur, Prior & monachi hujus cœnobii corpus S. Eudaldi, de loco ubi erat repoſitum, in publicum proceſſionaliter extrahentes, populis innumeris intereſſentibus oſtenderunt. Qui devote à Deo propter ſancti ſui Martyris merita auxilium expetentes, voverunt, ſe impoſterum ejus diem culturos, feſtum celebraturos devote, ſi pluviam agris, ſalutem ægris, & panem famelicis miſericorditer tribueret. Annuit votis Dei miſeratio: & protinus cæli cataractæ apertæ ſunt, & pluviam dederunt ſalutarem: innumeri cæci, claudi, & infirmi ſanati ſunt, mortalitas ceſſavit, & fames ſaturata eſt. Cum quidam homo lumine captus, ad

alia plura miracula. viſiranda limina Corporis S. Eudaldi è [longingua] regione veniſſet, & ad ſancti tumulum Martyris pro

C adipiſcendo viſu pernoctaſſet aſſidue, in propria abſque curatione commeans, ad uſque populi ſui terminos lacrymabundus acceſſit: qui lacrymas ab oculis abſtergere feſtinans, continuo & viſum recepit, & Deo & ſancto Martyri gratias flexo utroque poplite peregit. Ad S. Eudaldi tumulum fuit quadam die delatus puerulus, graviſſimo paralyſis morbo laborans: nam manus ad cubitum adhærentes declinabant, diſtortis genibus & capite valde luxato: pro cujus ſalute preces ad Martyrem quam plurimæ ſunt factæ donec ſanitatem integram recepit. Quidam homo nomen S. Eudaldi juramento interpoſuit falſo: quem ſic Deus inopinate punivit, ut illico exanimis in terram collapſus occumberet.

4 *Hactenus Acta Tranſlationis & miraculorum. Eſt autem dictum cœnobium* Rivipolleuſe *ſeu* Ripollenſe *conditum à Wifredo cognomento Piloſo, Barcinonenſi Comite, circa annum* DCCCLXXXVIII, *ſub invocatione Deiparæ Virginis Mariæ, ob ſacram hujus imaginem in profundo ſpelæi vicini inventam; uti tradunt Franciſcus Diago, lib.* 2 *Hiſtoriæ Comitum Barcinonenſium cap.* 11; *& Antonius de Yepes, tomo* 4 *Chronici Benedictini fol.* 216: *qui fol.* 220 *recenſet dicti monaſterii Abbates, quorum quintus traditur ſupra memoratus* Idiſclus, *apud Yepes*

Ripollenſe cœnobium conditum.

Guidiſolo, *à quo idem dicit* corpus S. Eudaldi tranſlatum anno DCCCCLXXXIII, locuples dicti monaſterii theſaurus. *Fuit vero* Borellus Barcinonenſium Comes *ab anno* DCCCCLXIV *uſque ad annum* DCCCXCIII, *cujus virtutes & bella cum Saracenis late deſcribit Diagus. Succeſſit illi filius* Raymundus Borellus, *& ſuperfuit uſque ad annum* MXVII, *cujus tempore fuit ſacrum Corpus* S. Eudaldi *ad novam Eccleſiam tranſlatum die* IX *Auguſti: ad quem Acta hujus quoque Tranſlationis, ut dixi, apud Tamajum Salazar leguntur.* AUCTORE G.H.

5 Poſtquam anno Domini DCCCLXXVIII, regnante in Catalonia Borello Barcinonenſium Comite, fuit venerabile corpus B. Eudaldi Martyris tranſlatum ad cœnobium Benedictinorum Vallis Ripollenſis, quo inſignia Deus ſancti Martyris interceſſione miracula patrarat; evenit quod ſanctus Martyr in ſomniis apparuit Abbati & aliis monachis præfati cœnobii; exhortans eos, quatenus illi capellam ſeu baſilicam peculiarem erigerent, & ad illam ex eo loco ubi ejus pignora requieſcebant transferrent. Tum inter monachos habito conſilio & deliberatione præcedente, actum fuit & unanimiter decretum, quod Corpus ſancti Martyris deduceretur ad locum ubi baſilica erigenda eſſet, & eſto quod ibidem collocatum recentiora patraret miracula, tunc ejus voluntatem firmam de novo erigendo templo cognoſcerent & crederent. Igitur ſacra pignora, ad locum delata magnifico proceſſionis apparatu, vix ſitum tetigere, cum Deo diſponente frequens miraculorum viſebatur inſtantia. Nam quædam femina, quæ vix propter febrium continuarum gravedinem ſacras exuvias inſequi valebat, confeſtim in ipſo itinere, ſancti Martyris precibus ſanata eſt. Eadem ægritudine aliæ duæ feminæ laborantes, concurſum ſequebantur in proceſſione devote, quarum Deus pietatem intuitus, ſancti Martyris precibus liberæ in domum reverſæ ſunt. Quidam adoleſcens pedibus & tibiis emortuis ad ferculum Reliquiarum adductus, cum tangeret illud, extemplo ſanus deambulavit & credidit. Quinimo & alius paralyticus manu, deoſculans thecam, in qua ſancti Martyris exuviæ recondebantur, protinus ſanitatem recepit. Quibus miraculis ad oculum conſpectis, omnis po-

Delato ad locum commendæ eccleſiæ corpore,

ipſumque in eam tranſfertur an. 1004.

populus continuo neceſſaria ad ædificium colligere cœpit: cujus fabrica ſic crevit, ut die IX Auguſti, anno Domini milleſimo quarto, regnante in principatu Cataloniæ Raymundo Borello Barcinonenſium Comite, ſacra lipſana ad novam baſilicam tranſlata, ibidem honorifice collocarentur. Quæ ſic

F venerantur oppidani, ut quotannis in ejus anniverſario natalis die undecumque integri populi circumjacentes ad celebrationem feſtivitatis hujuſmodi confluant, devotionis & voti cauſa. Sed per hoc tempus evenit quod accolæ territorii Val-Fogonæ inſuperabilem & inexorabilem plagam paterentur: nam medio diei termino Angelus in forma equitis ſtricto enſe apparebat, quo incolas obvios crudeliter percutiebat, ita ut nullus ex cæſis eum vita remaneret. Cui malo ceteri ut occurrerent, ad eccleſiam S. Eudaldi continuo humili contritione devoti proceſſionaliter devenere. Tunc ſacrificium Miſſæ cœpit celebrari, in cujus exordio unus ex incolis prædictæ vallis ſaucius in medio eccleſiæ cecidit: ſed Abbas cœnobii dixit ſuperſtitibus, quod in oratione permanerent, & ſanctum Martyrem in ſui auxilium invocarent. Ita factum: & homo percuſſus abſque læſione conſurgens, gratias Deo & Martyri offerens; concivibus devotionem commendavit, & eos à periculo præterito liberos fore nuntiavit, ita ut in poſterum nihil tale videretur in Valle: cujus

incolæ Vallis Fogonæ à plaga divina liberati.

multa denuo miracula fiunt:

fabricam promovent.

præcipui homopoli, ob favorem acceptum, in gratiarum actionem ſancto Martyri obtulerunt cædere & trahere

AUCTORE G.H.

trahere omnem lignorum ſtruem, ad calcem coquendam ad ædificium neceſſariam. Hinc illud ſplendide perfectum eſt.

ſpecialis S. Eudaldi cultus.

6 *Hactenus illa Acta; poſt quæ Domeneccus indicat,* feſtum S. Eudaldi in monaſterio Ripollenſi, & in propria illi dicata eccleſia, nec non in ejuſdem oppidi eccleſia parochiali S. Petro ſacra, celebrari hoc XI Maji; ejuſque nomen in Orationibus tam in ſacrificio Miſſæ quam reliquo Officio Eccleſiaſtico nominari, idque per totam Octavam fieri, ac præterea menſe Novembri feſtum Tranſlationis peragi, idque æque ab Eccleſiaſticis Clericis quã monachis. Quando vero apud hoſce monachos fiunt Commemorationes in Veſperis & Laudibus de Sanctis ſuæ Religionis, addi & S. Eudaldi Commemorationem: idemque fieri in eccleſia parochiali, & alia S. Eudaldi; eumque in dicto oppido ejuſque diſtrictu ut præcipuum & magnum Patronum haberi.

D

DE SANCTO GENGVLPHO

MARTYRE VARENNIS IN BVRGVNDIA.

G.H.

CIRCA DCCLX.

Floruit octavo Chriſti ſeculo, ſub Pippino Francorum Rege, Caroli Magni Imperatoris parente, eximia vir pietate S. Gengulphus, *uxoris ſuæ machinatione ab hujus adultero perfide occiſus, & inter Martyres habitus: qui mox eodem & ſequenti ſeculo in cultum & venerationem ſuam attraxit non ſolum Burgundiam, ſed vicinas ad Moſam, Moſellam & Rhenum regiones.*

In Burgundia Varennæ poſſeſſio S. Gengulphi

B

Præcipua ejus poſſeſſio & habitatio majorumque ejus fuit Varennarum locus, *in hodierno Burgundiæ Ducatu & diœceſi Lingonenſi, à qua urbe (teſte Claudio Roberto Lingonenſi in Gallia Chriſtiana & Erlulpho XXXI Epiſcopo Lingonenſi) quatuor leucis diſtat; ſcilicet haud procul à Beſuenſi monaſterio, cujus monaſterii Advocatum fuiſſe electum aliquem è majoribus ejus, etiam nomine* Gengulphum, *addiſcimus ex Chronico Beſuenſi edito ab Acherio tomo* I *Spicilegii, in quo pag.* 499 *ſub finem iſta leguntur.* Chlotharius Rex Francorum, *ſcilicet tertius, Chlodovei* II *filius,* Defenſorem & Advocatum Gengulfum, virum illuſtriſſimum conſtituit, quod ejus litteræ indicabunt, *iſtic editæ,* datæ XV Kalend. Septembris anno X regni Domni Chlotharii Regis, *id eſt anno Chriſti* DCLXVI *aut ſequente. Ab hoc monaſterio Beſuenſi haud procul diſtant* Varennæ, *in quo loco erat baſilica S. Petri Apoſtoli, quam ſumma dilectione* S. Gengulphum *excoluiſſe, utque neceſſarios reditus haberent, qui inibi deſerviebant, prædiorum ſuorum poſſeſſiones delegaviſſe, teſtantur Acta num.* 11; *ubi & in eadem baſilica ſepultus & miraculis claruiſſe dicitur.*

& majorũ ſub Chlothario 3.

Eccleſia illi dicata exſtabat anno 870.

2 *Fuiſſe ibidem, aut potius verſus Germaniam, illuſtre aliquod monaſterium aut eccleſiam ſub nomine & veneratione* S. Gengulphi *conſtructam, colligimus ex diviſione ditionum Lotharii Regis anno* DCCCLXX *facta inter patruos ejus, Ludovicum Regem Germaniæ, & Carolum Calvum Franciæ Occidentalis: ubi in portione, quam Ludovicus accepit, nominantur primo quinque urbes Epiſcopales, dein illuſtriora monaſteria, & inter hæc* Inda *prope Aquiſgranum,* S. Maximini *prope Treviros,* Epternacum *Trevirim inter & Luxemburgum, tum* S. Gengulphi, *dein* Faverniacum, Polemniacum, Luxovium *in Comitatu Burgundiæ. At ſupra citatus Claudius Robertus dicit;* In diœceſi Lingonenſi multas S. Gengulpho Martyri dicatas Eccleſias, interque eas eminere Prioratum nomine inſignem Varennis, dependentẽ à Moliſmo Ordinis Benedictini monaſterio: cui confirmavit Raynardus donationem de eccleſia S. Gengulphi, & de multis rebus ſitis in Varennis, anno MLXXXIV. Eſſe etiam apud Lingones Prioratum S. Gengulphi ſub Patronatu Abbatis Beſuenſis, *indicatur in Regiſtro generali diœceſis Lingonenſis pag.* 5, *ubi & pag.* 7 *dicitur* Chalindræ in Decanatu Mogenſi eſſe Eccleſiam Parochialem S. Gengulfi.

C

Prioratus

memoria in Faſtis

3 *Conſentiunt antiqua Martyrologia, inter quæ MS. Leodienſe S. Lamberti iſta habet ad hunc* XI *Aprilis.* Burgundia, civitate Lingonis, S. Gengulphi Martyris. *Additur,* longe lateque miraculis glorioſi, *in MSS. Pragenſi, Albergenſi, Vltrajectino & aliis multis, ſub nomine Vſuardi auctis. MS. Divionenſe S. Benigni, & Florentinum Conſiliarii Strozzii iſta habent:* Varennas S. Gengulphi Martyris. *Ita eumdem* Varennis *adſcribunt Bellinus, Molanus aliique cum Martyrologio Romano. In Appendice ad Adonem apud Moſandrum & Roſweidum iſta leguntur:* Eodem die S. Gangulphi Martyris, cujus geſta habentur: *ex quibus etiam quam plurima referuntur in MS. Florario, & MS. Leodienſi S. Laurentii, uti* XIII *Maji in Martyrologio Coloniæ & Lubecæ anno* MCCCCXC *excuſo: item apud Grevenum in Additionibus Vſuardi. Quo item die inſcriptus eſt Martyrologio ſub nomine Bedæ excuſo, ſed uti poſt eum vixit* S. Gengulphus, *ita & Martyrologium illud poſtea concinnatum eſt. Præterea die* IX *Maji coli eumdem. conſuevisſe ab Eccleſia Vltrajectina patet ex veteri ejuſdem Eccleſiæ Breviario. Quo etiam die MSS Martyrologia, Vltrajectinum S. Mariæ, Trevirenſe S. Martini, aliaque Kalendaria ejus meminerunt. Demum* XII *Octobris alia Eccleſiæ illum colunt, uti indicant Bruxellenſe & Brugenſe Breviaria, ac Tornacenſe Miſſale, in quo propriam Miſſam habet.*

E

& 9 Maſſi.

& 12 Octobris.

4 *Hanc S Gengulphi antiquam venerationem augent plurimæ illi extra diœceſim Lingonenſem dicatæ Eccleſiæ, ut eſt,* In urbe Moguntina templum S. Gangolphi, excitatum temporibus Ruperti XVI Archiepiſcopi, *qui ſedit ab anno* LXIX *ad* LXXVII *poſt nongenteſimum.* Nunc vero à laudatiſſimæ memoriæ Reverendiſſimo & Illuſtriſſimo Daniele inſigniter conſtructum, novo cœpit appellari nomine, Templum arcis. *Ita Serarius lib.* I *Rerum Moguntiacarum cap.* 31. *Dictus autẽ Daniel* LVII *Archiepiſcopus præfuit ab anno* MDLV, *uſque ad annum* MDLXXXII. Embricius, *Eremi Deiparæ in Helvetia Abbas quintus,* S. Gangolpho nobili Martyri ædem in vicino campo Bruelenſi poſuit, quam anno MXLI Eberhardus Conſtantienſis Epiſcopus conſecravit, *uti in ejuſdem monaſterii Annalibus ſcribit Chriſtophorus Hartmannus, idemque ad annum* MCCLXXXVIII *profert Indulgentias quadraginta dierum, ſub Nicolao Papa IV conceſſas à duodecim Epiſcopis, fere titularibus in dicti Papæ Curia exiſtentibus Reate,* omnibus qui *ad feſta iſtic nominata* acceſſerint ad capellam SS. Galgolfi & Laurentii Martyrum, apud locum Eremitarum Abbatis & conventus Ordinis S. Benedicti Conſtantienſis diœceſis, aut manus porrexerint adjutrices, ſeu in extremis quidquam legarint. *Eſt etiam antiqua Parochialis in urbe Metropolitana Trevirenſi, & ei ſubjecta Cathedrali Tullenſi, quam ferunt à S. Gerardo Epiſcopo ſeculo* X *conſtructam: item Parochialis in urbe Leodienſi, de cujus antiquitate nihil certi reperiri indicat Fiſen lib.* 5 *Hiſtoriæ Leodienſis ad an.* 814 *num.* 32. *Eſſe in Franconiæ primaria urbe Bambergenſi eccleſiam collegiatam* S. Gengulphi *coram vidimus, & inde rogati fuimus antiqua monumenta de vita & cæde ejus ſubmittere, ut inde Eccleſiaſticæ Lectiones efformarentur. Philippus præterea Scouville, Societatis Ieſu Miſſionarius per agrum Luxemburgenſem, indicavit nobis cultum* S. Gengulphi *celebrem eſſe in pagis* Lichterbom, Halpelt, Schreidwiler, Oſperen, Sonle, Wellonſtein, & *potiſſimum*

F

Varia dicata Eccleſia.

A potißmum in Santgolffen, *nomine, ut videtur, uſu vulgi corrupto pro* Gangulphi. *Denique eamdem S. Gengulphi venerationem confirmant plurimæ Eccleſiarum traditiones, quarum vice (ut de Eccleſia & diœceſi Lingonenſi, quæ ſolennem cultum præcipit, ſileamus) loquuntur antiqua Breviaria, qualia ſunt Eccleſiæ Metropolitanæ Veſontionenſis tam manuſcripta quam typis excuſa; Eccleſiarum Metropolitanarum Senonenſis, Moguntinæ, & Vltrajectinæ, item Antverpienſis, Leodienſis, Spirenſis, Bambergenſis; & monaſteriorum Epternacenſis, S. Maximini & S. Naboris, aliaque ſupra indicata, quæ piget plura nominare ne id ſit moleſtum lectori. Ad quam autem eccleſiam ſpectet* dedicatio oratorii *indicata* XVI *Aprilis, in Martyrologio Adonis auctо atque poſt opera Surii excuſo, neſcimus divinare.*

cultus in aliis.

Acta dantur ex multis Mss.

5 *Vtinam æque ac ſumus de antiquo cultu* S. Gengulphi *confirmati, ita eſſemus de Actis vitæ & necis ab aliquo coævo auctore bona fidei ſecuri! Quæ hic damus, accepimus ex antiquis MSS. codicibus Trevirenſibus monaſteriorum S. Maximini & S. Martini, Wingartenſi in Franconia, Florinenſi in diœceſi Leodienſi, de quo mox agemus, item ex codice Reginæ Suecia ſignato numero* 81, *& alio illuſtri codice noſtro. Extant eadem in Carthuſia Confluentina, in Rubea-valle prope Bruxellas, & variis aliis, quæ ne quidem annotare operæ pretium judicavimus. Extant etiam, ſed abſque Prologo & parte ultima à numero* 13 *in Legenda Lovanii anno* MCCCCLXXXIII, *& Coloniæ poſt duos annos excuſa. Quæ ultima etiam deſunt apud Surium, qui præfatur,* ſtylum à ſe paſſim nonnihil mutatum & pleraque comprehenſius redita. *Alia compendia extant in pluribus variarum Eccleſiarum Breviariis; etiam in Reſponſoriis, Antiphonis & Hymnis relata, item in MS. Vltrajectino S. Salvatoris, & apud Vincentium Bellovacenſem in Speculo hiſtoriali libro* 23 *cap.* 159, *& paſſim apud recentiores. Auctor horum Actorum in Præfatione conqueritur, Vitam priorem* S. Gengulphi *in immaniſſima Paganorum perſecutione deperditam fuiſſe; ſed ſe aliqua, quæ per ſuccedentium relationem fideli contigit narratione manaſſe, conatum ſuiſſe colligere & explicare. Quibus ſimilia iterum ſub finem indicantur. Auctor Chronici Beſuenſis late deſtructiones ſui monaſterii deſcribit, & aliquam indicat contigiſſe anno* DCCCXXXI, *quando Saraceni auguſtodunum civitatem deſtruxerunt: ſed immaniſſimam æſtimat quando anno* DCCCLXXXVIII *Normanni, quos repererant in monaſterio Beſuenſi monachos alioſque relictos, crudeliter mactarunt. Quam eamdem perſecutionem ab auctore Vitæ S. Gengulphi indicari arbitramur. Ceſſavit autem ea perſecutio, quando Dux Rollo impetravit in uxorem Giſlam, filiam Caroli ſimplicis Regis, accepta pro dote parte Neuſtriæ, quæ ab illo tempore, ſcilicet anno* DCCCCXII *cœpta eſt Normannia appellari. Tempore hujus Rollonis, aut potius filii ejus Guilielmi, videtur hæc Vita ſcripta: & mox late diſperſa per vicinas regiones, devenit in Saxoniam, ubi degebat* Roſwitha, *illuſtris pietate & doctrina ſanctimonialis in Gandersheimienſi agri Brunſwicenſis monaſterio: quæ inter alias ſuas lucubrationes* Vitam S. Gengulphi *Martyris carmine elegiaco conſcripſit, ducentis & nonaginta diſtichis pro uſu iſtius temporis non ineleganter deductam. Hanc ex reliquis operibus, procurante Conrado Celte (qui ſui temporis habebatur Poëta laureatus) Norimbergæ anno* MDI *excuſis, curavimus deſcribi, ut priori Vitæ ſubnecteretur. Verum quia tota ſeries hiſtorica ex priore illa Vita deſumpta eſt, ne moles operis nimium excreſcat, curioſum lectorem ad jam indicatam impreſſionem remittimus, eumdemque monemus dictam Roſwitham temporibus ſecundi & tertii Ottonum Imperatorum floruiſſe, & ſui ingenii opuſcula dicaviſſe Gerbergæ Abbatiſſæ tempore Ochewini Epiſcopi Hildeſiani conſtitutæ, adeoque ante annum* DCCCCLXXXVI, *quo hic Epiſcopus traditur à Bruſchio obiiſſe, cum ſuæ Eccleſiæ annos omnino triginta præfuiſſet.*

B

ſcripta poſt irruptionem Normannorum.

C

& à Roſwitha 10 *ſeculo carmine ornata.*

6 *Sacræ* Martyris Gengulphi *Reliquiæ videntur, in jam dicta Normannica devaſtatione, delatæ ad urbem Lingonenſem, & inde per varias Eccleſias diſtributæ. Harum aliquæ pervenerunt ad pagum ditionis Arduennæ* Geldinam, *ubi* S. Gengulpho *fuit eccleſia conſtructa. Hinc deinde ad* Florinenſis *oppidi eccleſiam deportatæ fuerunt: ubi Arnulphus Toparcha eidem* S. Gengulpho *eccleſiam conſtruxit, adjecto Canonicorum collegio. Eſt locus hic ſitus in finibus agri Leodienſis, duabus leucis à Philippopoli ſeu Philippivilla. Dicti Arnulphi filius fuit Gerardus, circa annum* MXII *primus iſtius nominis Epiſcopus Cameracenſis, de quo Baldricus lib.* 3 *Chronici Cameracenſis cap.* 18 *iſta habet:* Domnus Epiſcopus apud Florinas (pro reverentia ſiquidem loci quo natus fuerat, imo & pro ſalute animæ patris) & illud monaſterium S. Gengulphi, quod pater imperfectum reliquerat ad finem perduxit; & alterum S. Joannis, ex rebus ſuis & fratrum ſuorum, non tam pulchra ædificiorum, quam forti operoſitate fundavit. Sed hoc *S. Gengulphi* Clericorum, illud vero *S. Ioannis* Monachorum; utrumque annuente Baldrico Leodienſium Epiſcopo, in cujus parochia ſunt, conſecravit. *Hæc ibi. Huic* monaſterio S. Joannis quartus Abbas præfuit Gonzo, religione doctrinaque adeo clarus, ut ſummus Pontifex Leo IX de eo ſic ſcribere non dubitaverit: In quo quia ſuum pleniter honorem monaſtica obtinet religio, mihi complacui. At Gonzo in æde S. Gengulphi ſeptem Sacerdotia ſive Canonicatus inſtituit. Ejuſdem Sancti miracula, monaſteriique originem ſcriptis ad poſteritatem reliquit, ac tandem magna geſtæ dignitatis laude inſignis mortuus eſt. Certum eſt illum vixiſſe anno MXXIX, videturque etiam vixiſſe anno MXLIX. *Ita Bartholomæus Siſen in Floribus Eccleſiæ Leodienſis, parte* 2 *Paralipomenon pag.* 561 *citatis antiquis Florinenſis monaſterii monumentis, ſibi à R. D. Guilielmo de Hamaide ibidem Religioſo communicatis: cui etiam debemus Vitam* S. Gengulphi *ſupra citatam, ac potißimum quam ſubjungimus hiſtoriam monaſterii fundati, & miraculorum, ejuſdem Sancti meritis ibidem patratorum.*

AUCTORE G.H.

Reliquiæ in Eccleſia Florinenſi.

D

7 *Obſervat Molanus in Natalibus Sanctorum Belgii ad hunc* XI *Maji*, natalem S. Gengulphi ibidem hac die celebrari, adventum vero Reliquiarum ſexta Auguſti. Quas tamen dolent, *inquit*, ſibi anno quinquageſimo quarto *præcedentis ſeculi* aut incendio aut direptione periiſſe in bello Henrici Regis Galliarum. *Edidit Molanus Natales prædictos anno* MDXCV: *poſt quem annum oportet credere reſtitutas fuiſſe priſtino loco & cultui Reliquias jam laudatas. Siquidem Georgius Cardoſus in Hagiologio Luſitano, præſentem diem ab his verbis exorſus,* In capella Ducali Villæ-vitioſæ Tranſlatio inæſtimabilium Reliquiarum S. Gangulphi, *prolixam vitæ paßioniſque epitomen his verbis concludit:* Sacrum ejus corpus è Germania in hoc Regnum tranſtulit D. Eduardus, *Princeps ſcilicet Brigantinus,* anno MDCXXXVIII. Cum enim oppidum Florinenſe, in quo ſub ejus nomine ſtabat eccleſia Collegiata, violentia armorum ad deditionem coëgiſſent Cæſarei milites, & extorſionibus depeculārentur; videns pientiſſimus Princeps ſacrum iſtud pignus expoſitum inſolentiæ & ludibrio hæreticorum, qui ipſum nulla cum reverentia ſervabant in angulo abjectum, pretioſis illud pannis involvit tranſtulitque in Luſitaniam, magnifico cum cultu à Catholicis venerandum. *Atque hæc Florinenſium Reliquiarum fortuna fuit. Alias ex ejuſdem Sancti corpore partes notabiles obtinuiſſe & cultum in diœceſi Colonienſi vehementer auxiſſe jam olim, dicitur Philippus de Heinsberg, Archiepiſcopus Colonienſis electus anno* MCLXVII, *mortuus anno* MCXCI. *Hunc enim* ex ſingulari erga S. Gengulphum pietate præter alios honores dedicaſſe illi eccleſias in oppidis Bonnēſi, Heinsbergenſi, & Radenſi

anno 1638 tranſlata in Luſitaniā.

E

F

alia in diœceſi Colonienſi.

AUCTORE G.H.

ante ſilvam appellato, *ſcribit Gelenius in Faſtis Agrippinenſibus ad hunc* XI *Maji*; *ad quem diem Theodorus Rhay, in Animabus illuſtribus Iuliæ, Cliviæ & vicinarum provinciarum ex chartis Canonicorum Heinsbergenſium iſta tradit*: Heinsberga, Juliæ non ignobile monumentum, magnum Chriſti athletam Gengulphum celebrem habet, & Varennis majorum pietate iſtuc tranſlatum, ægris inquilinis frequens ſanitatis aſylon. *Coloniæ vero in Eccleſia collegiata S. Gereonis, & Eccleſia S. Catharinæ Ordinis militaris Teutonicorum, aliquas etiamnum* S. Gengulphi *reliquias eſſe in veneratione teſtatur dictus Gelenius lib.* 3 *Syntagmate* 2 *&* 35.

8 *At ſacrum caput* S. Gengulphi *à Ferdinando, Maximiliani nunc Sedem Colonienſem tenentis patruo & deceſſore, donatum & depoſitum Eyſtadii, & aliquam ejus partem tranſlatam Bambergam, hoc quod ſubjungo teſtimonium, inde nobis tranſmiſſum, teſtatur*: Ego F. Ferdinandus Bulſanenſis, Ordinis Fratrum Minorum Capucinorum per Tyrolim, Bavariam & Franconiam Miniſter Provincialis, immeritus licet, his publicis litteris pro me & reliquis Reverendis Definitionis Patribus in Capitulo noſtro, celebrato ante annum Brunovii in Bavaria, rite & canonice congregatis, fidem facio & ſancte atteſtor, Reliquias
B illas, quas admodum Reverendis, Prænobilibus & Magnificis Dominis, Præpoſito, Decano, & reliquis Canonicis Eccleſiæ Collegiatæ S. Gengulphi Martyris Bambergæ, poſt multiplicem eorum requiſitionem & inſtantiam gratioſiſſime dono dedimus, veriſſimas & à Reverendo Patre F. Simone Brixinenſi, ejuſdem Ordinis noſtri Sacerdote & tunc Provinciæ Definitore, nec non Guardiano & Concionatore ad S. Martinum, Bambergæ à nobis ad hoc ſingulariter deputato, deſumptas ſeu abſciſſas eſſe de ipſo venerabili ſancti & glorioſiſſimi Chriſti Martyris Gengulphi capite, quod integrum novo noſtro monaſterio Eyſtadii, una cum aliis quibuſdam Reliquiis, quæ adhuc ibi magna cum veneratione aſſervantur, ex gratia ſingulariſſima liberaliſſime obtulit & donavit anno milleſimo ſexenteſimo vigeſimo ſeptimo Reverendiſſimus & Sereniſſimus Ferdinandus, utriuſque Bavariæ Dux, S. R. Imperii Elector & Archiepiſcopus Colonienſis. In quorum majorem fidem has propria manu ſubſcripſi, & ordinario Provinciæ ſigillo communivi. Bambergæ, in Vigilia Corporis Chriſti, quæ erat VI dies menſis Junii, anno milleſimo ſexenteſimo quadrageſimo. Fr. Ferdinandus Bulſanenſis, Miniſter
C provincialis Minorum Capuccinorum per Tyrolim, Bavariam, Franconiam. *Præter cultum & venerationem, in Eccleſia* S. Gengulphi *apud Trevirenſes exhiberi ſolitam, aſſerit Scheckmannus in Epitome ſeu Medulla Geſtorum Trevirenſium anno* MDXVII *excuſa, folio* LXII, *dictam Eccleſiam Reliquiis ſacris & ornamentis, quæ ad cultum divinum pertinent, ſufficienter ornatam eſſe. Addit fol.* LIX *aliquas* S. Gengulphi *reliquias eſſe in eccleſia Prædicatorum. Alias præterea eſſe in Eccleſia S. Mathiæ Apoſtoli in altari majori, & in altari S. Stephani, diximus* XXIV *Februarii, ubi de Reliquiis agitur num.* 19 *&* 23. *Pragæ quoque eſſe partem inferiorem de humero & de lorica ejus, aſſerit Peßina, in Diario Reliquiarum Pragenſium.*

9 *Molanus in citatis Natalibus Belgii teſtatur*, in vernaculis Hollandiæ Chronicis legi, S. Wulfranno Friſiis Chriſtum annuntiante, S. Gengulphum Equitem & Burgundiæ Comitem, auctoritate & mandato Regis Pippini, potentia ſeculari cooperatum fuiſſe, eumque ob id toto anno reſediſſe in Medenblic, & Epiſcopo petente prima jeciſſe fundamenta Eccleſiæ in Oſtwoude. *Hæc Molanus.* Eſt Medenblica *Borealis Hollandiæ oppidum, ad mare quod Auſtrale vocant, duabus leucis ac dimidia ab Enchuſa, & haud procul inde eſt dictus pagus* Ooſtwoudè *vel* Ooſterwoudt. *Dedimus Acta* S. Vulfranni *ad diem* XX *Martii abſque ulla S. Gengulphi aut dictæ Eccleſiæ mentione. Præterea ſi vera eſſet hæc relatio, non ſub Pippino Rege, ſed ſub Pippino Herſtallio anno* DCCCIV *vita functo, vixiſſet* S. Gengulphus. *Sed potius alius ejus nominis S. Wulfranno cooperatus fuiſſe, aut loco Wulfranni alius ex ſociis S. Willibrordi ſubſtituendus eſſe videtur. Eodem modo* S. Gengulphum *fuiſſe fratrem S. Gudilæ & S. Emeberti Epiſcopi Camerancenſis tradunt nonnulli. Verum ut diximus* XV *Ianuarii ad Vitam S. Emeberti num.* 10, *videtur error ex vulgi ſermone natus, quod* Gengulphum *Belgæ* Gengoal, *&* Gudilam Sainɛte Goule *vocent*: *& eſt hæc parentibus Belgis nata, ille Burgundionibus. Non etiam merentur refutari Sauſſajus, Ferrarius, aliique, dum* Varennas *in Belgio, aut in Burbonienſi Ducatu aut in Lotharingia collocant.*

Capitis partes Eyſtadii & Bambergæ.

Reliquiæ alibi.

an jecerit fundamēta eccleſiæ in Oſtwoude?

perperam traditur frater S. Gudilæ.

D

VITA

Ex pluribus codicibus MSS.

PROLOGUS.

1 VEneranda commemoratio beatiſſimi Gengulphi, egregii Confeſſoris Chriſti, adeſt litteris intimanda: quæ licet omnibus pie viventibus ſit venerabilis & colenda, illis tamen eſt præcipua devotione amplectenda, quos promptiores in ejus veneratione digniſſima reddit affectio. Hic enim eorum eſt ſpecialis Patronus & certa proviſio, quos protegit meritis, virtutibus illuſtrat: qui poſt priorum ſanctorum virtutes & exempla, in ultimis ævi temporibus ipſorum imitator exiſtens, veluti jubar ſplendidiſſimum in orbe refulſit; & in ſeculari habitu conſtitutus, ad ſpiritualis agonis tirocinium ſe præparans, contra antiqui hoſtis tentamenta viriliter decertavit; cum prius, tamquam miles emeritus & diutina exercitatione inſtructiſſimus prælia-
F tor, cum triumpho bonæ operationis, cæleſtis patriæ ſenatum poſſediſſet laureatus. Vere felix, vere glorioſus! cui conceſſum eſt ut, mundo jam ad exteriora lapſo & plurimis à via veritatis exorbitantibus, per ſemitam juſtitiæ indefeſſe incederet, & arcem fidei ſuper Chriſtum fundatam merito ſuæ actionis nobiliter extolleret, proveheret, ſublimaret. Jure ergo eum æqualem ceteris Sanctis poſſidet cælum, quibus adhuc in terris poſitus mente inſeparabiliter ſociatus extitit. Sed de iſto nobis ſpecialiter ſermo agitur, cujus tota converſatio bonorum ſpeculum Philip. 1 operum facta eſt mundo: cui juxta Apoſtolum vivere Chriſtus fuit, & mori lucrum; & carne, ut diximus, minus detentus, animo ſemper in cæleſtibus verſabatur, diſſolvi cupiens & eſſe cum Chriſto; Pſal. 97. quique, ſecundum quod Vates divinus præcepit, ſpirituale canticum in tuba ductili & voce tubæ corneæ Deo jugiter modulatus eſt. Tuba quippe *comparatur tuba ductili & tuba cornea.* ductilis, quæ crebris percuſſionibus ex metalli maſſa producitur, mortificationem carnis deſignat: & ille in tuba ductili Deo canit, qui carnem ſuam cum vitiis & concupiſcentiis crucifigit, qui caſtigat corpus ſuum & in ſervitutem redigit, ut productum extenuatumque diſciplinis cæleſtibus ſupernam poſſit concinere melodiam. Tuba vero cornea cæleſtem converſationem exprimit figuraliter: cornu quippe ex carne naſcitur; ſed carnem excedens, carneam mollitiem deſerit, & in oſſeam perficit firmitatem. In tuba ergo cornea Deo pſallit, qui in carne ambulans non ſecundum carnem militat. Talis hujus Sancti converſatio, talis ejus tota vita fuit; ſancta, innocua, cæleſtibus gratioſa, fide integra, ſpe

Antiquis Sanctis æqualis creditur.

A ſpe robuſta, caritate diffuſa, omni poſtremo bonitate conſpicua. De quo quia nihil eſt quod digne ſatis valeat dici, idcirco hæc breviter perſtringimus, & veluti quaſdam converſationis ejus lineas ducimus: quia, quod non ſine magno cordis dolore dicimus, nuſquam eam ſcriptam reperire valemus.

Ejus Acta in Paganorum invaſione pereunt.

Equidem tanti viri actus & miracula non dubitamus fuiſſe ſcripta: eſſet quippe inhumaniſſimum, imo impium, ſupprimi ſilentio, quæ per famulum ſuum ad profectum multorum Deus dignatus eſt operari. Sed candeſcente contra Eccleſiam Paganorum immaniſſima perſecutione, adeo ut, pleriſque vel fugientibus, vel in necem occumbentibus, maxima raritas ſupereſſet Chriſtianorum: & (ut noſter Poëta dicit) vacabat tunc temporis potentibus opprimere, prioribus rapere, privatis perdere, miſeris flere. Et hoc modo, ſicut & aliorum juſtorum Sanctorum, ſic etiam vitam Beati hujus, de quo loquimur, Gengulphi perditum iri contigit; dum unuſquiſque cogitabat magis qualiter vitam morti jam jamque imminenti eximeret, quam in cuſtodiendis proferendiſque libris operam daret. Atque ideo, quæ in primæva ætate geſſerit, vel quas diaboli tentationes pertulerit, haud pleniter ſcimus: ſed quæ

B clam ad nos per ſuccedentium relationem fideli contigit narratione manaſſe. De quibus omnibus quoddam breve corpuſculum colligentes, quæ de Sancto nobis comperta ſunt, ipſius adjuti precibus conabimur explicare.

CAPUT I.

Ortus, educatio, conjugium, venationes, militia, fontis miraculoſa tranſlatio.

a *Ortu Burgundus,*

2 VIr itaque Domini Gengulphus, alto *a* parentum germine & ſuperbi ſanguinis nobilitate in Burgundia extitit oriundus, & diſciplinis Chriſtiani dogmatis à parentibus apprime eruditus eſt. *pie educatus,* Qui puerulus adhuc & præclaræ indolis forma ornatus, aſſueſcebat crebris intereſſe piorum conventibus; & favos divini eloquii ab eorum ore ſuſcipiens, Catholicas ruminare ſententias, & in ventrem memoriæ trajicere, non deſiſtebat: adeo ut in *ſtudiis ſacris imbuitur:* tenero ipſius pectore impreſſam cerneres imaginem ſanctitatis: & licet ſeculari eſſet toga prætextus, *b*

b ſcripturas tamen normæ eccleſiaſticæ ſitienti indeſinenter epotabat pectore. Erudiebatur profecto divinitatis occulto judicio, ne quid minus perfectionis poſtmodum ineſſet beatiſſimo viro. Erat enim reverendus vultu, affabilis alloquio, prudens in opere, facundus ore, univerſa morum præclarus honeſtate. Ludicra nihilominus irreligioſorum ſpe-

C *vitat colloquia prava:* ctacula veluti baratri profunda reſpuens, obſcœnas vitare ſtudebat juvenum confabulationes, quæ animi puritatem ſolent ſuis illecebris deturpare: atque Euangelicæ admonitionis non ſurdus auditor, ſerpentinæ prudentiæ aſturiam retinens, columbinæ ſimplicitatis manſuetudinem non amittebat. Moxque ut prædiorum amplitudo, qua nimium pollebat, & patrimonii cenſus ditioni ejus ceſſit; quantum circa egenos dapſilis diſpenſator extiterit non eſt noſtræ facultatis enarrare. Nam juxta exemplum

Job 29 B. Job, oculus fuit cæco & pes claudo, oſtiumque ejus viatori patuit.

ducit uxorē

3 Dehinc decurſis adoleſcentiæ metis, cum in robur virilis evaſiſſet ætatis, genere conſimilem ſortitur uxorem. Quæ licet nobiliſſimis afforet orta natalibus, diſſimilis tamen extitit moribus; ut poſtmodum noſtræ narrationis monſtrabit textus. Quam idcirco occultus Arbiter permiſit, ut remur, degenerem eſſe, ut illa beati viri patientiæ experiretur præconium, & innocentis probaretur ſimplicitas: qua ita virtutum ſuarum merita ſtuduit occulere, ut ab illis, qui bonis parati ſunt invidere, inertia quadam animi diceretur torpere. Venationi præterea ſolitus erat operam dare, quia prædia illius, quibus immorari præ ceteris conſueverat, ſilvis denſata erant, diverſoque ferarum genere exuberabant: quod hodieque demonſtrat locus, quo ſacri ejus *c* ſomatis exuviæ habentur *d* reconditæ, ſilvis nemoroſus. Si quem igitur movet, cur tantus ac talis vir impendium laboris ſui in his ſæpiſſime voluiſſet occupationibus expendere; ſciat pro certo, quia ſunt quædam negotia, quæ ſi animo ſimplici exerceat aliquis, nulli exinde detrimento bonæ converſationis ſubjacebit. Sunt etiam & quæ vix aut nullatenus ſine peccato exerceri poſſunt, ſicut legimus in Euangelio beatum Petrum Apoſtolum, poſt ſui vocationē, paſſionemque Salvatoris ac reſurrectionem, ſpretis jam ſeculi actibus abjurataque mundi gloria, piſcationi inſudaſſe; Matthæum vero, poſt electionem ſuam, numquam in telonii negotiis reſediſſe. Aliud eſt enim (ſicut B. Gregorius dicit) victum per piſcationem quærere, aliud telonii lucris pecunias augere. Ita & hic beatus à Deo dilectus Gengulphus, ceteris virtutum inſigniis ornatus; ne otioſitate torperet (quia otium virtutes eneruat & vitiis alimenta miniſtrat, & otioſitas inimica eſt animæ) ne deſidiâ ſegnis redderetur, cauſâ exercitationis luſtra ferarum circuire, & eas aut earum ſagacitate capere aut caſſium nodis nitebatur irretire.

EX MSS. *cum magnæ patientiæ exercitio:*

c

d *Venationi operam navat:*

Hom. 24 in Euang.

E

4 Ea tempeſtate regnum Francorum Pippinus ſtrenue gubernabat: cui hic ſanctus vir militari officio conjunctus inſerviebat. Qui Pippinus, antequam regalibus inſigniretur faſcibus, *e* Major-domus ideo cognominabatur, quia qui palatio adhærebant & per provincias jura dabant, cum ejus conſilio quæ agenda erant regni gubernacula adminiſtrabant. Hic beatiſſimum hunc, de quo loquimur, Gengulphum, inter fortiſſimos exercitus ſui deputabat: quia erat acer animo, fortis viribus, ſtrenuus in armis, & omni militari exercitio inſtructiſſimus. Cujus rei indicium patefacit inſignis ejus armatura, quæ hodieque conſervatur in eccleſia, ejus in honore & nomine dedicata, quam ſacratiſſima ejus illuſtrat præſentia: ubi habentur repoſita galea, lorica, gladius, ejus & brachialia. Qui licet exterius talium videretur armorum habere munimina, interius tamen in pectore ejus refulgebant invictiſſima arma, fidei ſcilicet galea, juſtitiæ thorax inexpugnabilis, æquitatis clypeus, gladiuſque verbi Dei, qui mentis illius ſecreta mirâ ac penetrabili acie acuendo illuſtraverat *f*.

ſub Pippino militiam exercet:

e

F

f

5 Quodam itaque tempore, peracta expeditione in Regali ſervitio, cum in patriam regredi tentaret; accidit ei iter agere per loca, quæ Francig Campaniam vocant; quia ſunt ibi prolixa telluris interſtitia, frondibus minime denſata nec ſaltibus nemoroſa. Cumque quodam die ab itinere diverticulum cum ſuis peteret, ut *h* jentaculum ſumeret, & equorum famem paſtione ſolita relevaret, devenit ad quemdam fontem, qui puras atque perſpicuas emanabat aquas. Qui locus optatæ refectioni habilis viſus eſt tam ſibi quam animalibus ſuis, quia inerant etiam ibi herbarum gramina. Cumque ut cibos caperent una conſediſſent, homuncio in cujus hæc gerebantur prædiolo advenit: eumque beatus vir, ut erat plenus caritate, ad conveſcendum invitavit. Dehinc intra prandendum athleta Dei Gengulphus novum hoſpitem alloquitur, quarenus fontem, ſuper cujus inſederant marginem, taxato pretio ſibimet venderet. Hæc ille audiens, cœpit eum tacite irridere; non conſiderans puritatem innocentiæ ejus,

g *Domum revertens*

h

fontem in via repertum emit.

EX MSS. i

ſed præ ſtoliditate ab eo dicta arbitrabatur. Cœpitque intra ſe *i* comminiſci utrumque ſibi cedere, & quantitatem pretii poſſe retinere, & (quia tranſmutari de loco ad locum non poterat) fontem de reliquo poſſidere. Non enim animo advertebat ille cupidus poſſeſſor fontis, in famulo Dei virtutem illam refulgere, quam Dominus Apoſtolis, imo per Matth. 21 Apoſtolos fidelibus ceteris promiſit, inquiens; Amen dico vobis, quia quicumque dixerit huic monti tollere & mittere in mare, & non hæſitaverit in corde ſuo, ſed crediderit; quodcumque dixerit, fiet ei. Quid plura? Centum ſolidorum quantitatem venditori fontis beatiſſimus dari juſſit. Peractis interim omnibus quæ ad reficiendum neceſſaria erant, aſcenſis equis cœptum iter cum ſuis carpere ſtuduit. Tranſmiſſaque viarum intercapedine ad ſuæ proprietatis habitacula devenit, conſtituta in loco qui Varennas dicitur, ubi etiam ipſius Sancti nunc Eccleſia habetur. Tunc uxori, quæ jam ſociati connubii copulam illicite ipſo ignorante fœdaverat, cuncta quæ egerat retulit, & pretii ſummam quam pro ſuperius fato fonte dederat eidem indicavit. Tum illa, ut erat animo lubrica, quæque ſiniſtra interpretatione pervertere laborabat quidquid ab eo geſtum fuiſſet; clam eumdem virum ſuum hebetudine preſſum, & ſua prodige diſpenſantem cauſando conqueri cœpit, nihilque utilitatis percipere poſſe ex hoc quod tanti emerat.

eumdemque uxori, quæ factum riſerat,

B

6 In illis diebus viſendi gratia loca domui ſuæ contigua circuiens, baculum, quod manu ferebat, ſolo infixit, eoque relicto rediit. Poſtera die cum ſurrexiſſet mane, aqua abluendis manibus & facie defuit. Tunc Sanctus ille, plenus fide, uni miniſtrorum juſſit, ut celeriter pergeret, & denominatum baculum humo defixum abſtraheret, & lympham quæ ſubſequeretur quantocius ad lavandum deportaret. Moxque famulus, præcipientis obſecundans imperiis, ut lignum à terra ſuſtulit, maxima ſtatim aquarum abundantia ab imis telluris viſceribus profluxit; coloremque priſtinum, quem [habuerat] in loco unde divina virtute tranſmutata fuerat, quaſi repræſentando oſtendit: ſiquidem naturale eſt fontibus regionis illius, ut ſubalbidum retineant colorem, ſecundum qualitatem humi unde videntur oriri. Sic avara ſpes cupidi venditoris *k* fonte privata eſt, quem poſſidendum æſtimavit: nam numquam poſtea in loco, quo prius fuit, aqua viſa eſt manare. Tua ſunt, ô Domine Jeſu Chriſte, hæc opera, qui quondam per eremi vaſta, de ſaxi duritia, larga feciſti profluere fluenta, unde ſatiaſti ſitibunda Iſraëliticæ plebis pectora. Qui fons hodieque ſaluberrime exundat, per B. Gengulphi ſuffragia; divinaque virtus exinde maxima languentibus præbet ſanitatis beneficia.

Varennis exhibet,

k

C

ægris ſalubrem.

ANNOTATA.

a *Inter majores S. Gengulphi videtur fuiſſe*, illuſter vir Gengulfus, qui juſſu Chlotharii III Regis Francorum omnes cauſas monaſterii S. Petri Fontis-Beſuæ ad perſequendum & redintegrandum deberet recipere, *uti diploma Regis habet, relatum in Chronico Beſuenſi, edito ab Acherio tomo* I *Spicilegii pag.* 500. *Eſt autem monaſterium Burgundiæ,* 4 *leucis à Divione diſtans, in Lingonenſi diœceſi, a quo monaſterio non niſi leuca diſtat Varenna, ubi videtur iſte Gengulphus habitaſſe.*

b *MS. Windberg.* Scripturarum tamen normam eccleſiaſticam. *MS. noſtrum:* Scripturæ tamen normam Eccleſiaſticæ.

c Σώματος, *id eſt*, corporis. *Ita ſæpe medii auctores, licet ſatis abſone, Græcas voces elegantiæ cauſa interſerunt.*

d *Corpus* Varennis *conditum fuiſſe infra dicitur.*

D

e *Scilicet ab obitu Caroli Martelli anno* 741, *at Rex creatus eſt an.* 751, *mortuus an.* 768.

f *In MS. Florinenſi & Legenda Coloniæ & Lovanii olim excuſa ſequentia inſeruntur in MSS. S. Maximini & S. Martini inferius relata.* Cum quadam nocte coram Rege pro more ſolito requieſceret, accidit ei, propius ubi Senior quietem habuerat, protinus lucernam extinguere. Quam deinde, haud quolibet accendente, luminis ſui obſequio reparatam Rex à ſomno expergefactus obſtupuit: & quantocius à lecto conſurgens, præſtolaturus quid rurſus accideret; lucernam propria manu reſtinxit, & ſe tandem quieti reddidit. Quam ubi iterum ac tertio extinctam divinitatis nutu videret reclareſcere, ſe in laudem Dei cum gratiarum actione erigens, ſanctum virum devotiſſimæ excitavit, ſibique eum juſtiſſime præferens, ait: Oportet, virorum inclite, me tibi, utpote Sancto Dei, potius deſervire, & famulatu congruo tuis ſuppliciter obſequiis intereſſe *&c. Deſunt iſta in aliis MSS. & in Poëmate Hroſwittæ & aliis compendiis, & apud Surium: erant autem in MS. Florinenſi recentiore manu ad marginem adſcripta.*

g *Apud Gregorium Turonenſem in Hiſtoria Francorum memoratur cum adjuncto, ut* Campania Remenſis, *& ſæpius* Campania Catalaunenſis, *cui adjungitur* Baſſiniacus ager *cum urbe primaria Lingonenſi.*

E

h *MSS. Montis S. Mariæ & Accinti*, cibum.

i *MS. noſtrum*, conjicere.

k *Molanus dubitat num hæc fideli relatione comperta habeantur. Extant in omnibus MSS. & eorum compendiis & Breviariis quam plurimis, & apud Hroſwitham, cujus poëma late in hujus fontis laudem excurrit. Cetera judicio lectoris relinquimus.*

CAPUT II.

Vxor ob adulterium relicta. Mors ab adultero illata. Horum vindicta. Sancti miracula.

7 His ita decurſis mulier præfata, beati viri connubio rejuncta, antiqui ſerpentis ſuaſu, qui in paradiſo Evam ſeduxit fraude maligna, amore cujuſdam Clerici illecta, nefaria commixtione ſe maculare non eſt reverita. Hic autem Clericus non eſt cognominandus, ſed apoſtata perfidus, qui à via juſtitiæ & à ſorte Dei aberrando deviaverat, & in Sanctum Dei talia committere pro nihilo duxit mente obſtinata. Et primo hoc clanculo eſt geſtum: dehinc per multorum ora vulgatum, ad hujus, de quo loquimur, Sancti poſtremo pervenit auditum. At ubi ad aures ſanctitatis ejus hujuſcemodi iniquitatis perlatum eſt elogium, diverſos cœpit cogitatus ancipiti verſare in animo. Sæpius enim cordi inhærebat, ne eam diutius vivere ſineret; ne crebro in hujus volutabri cœno devoluta, decus nobilitatis ejus gravi dehoneſtaret infamiæ turpitudine. Sin autem morti addiceret, homicidii reus effectus, præteritæ vitæ ſuæ innocentiam alieni ſceleris nævo commacularet; non immemor Scripturæ, quæ ait: Deut. 32 Mihi vindictam, ego retribuam, dicit Dominus. His atque hujuſmodi cogitationum tumultibus defatigatus, judicio Dei hoc reſervandum eſſe cenſuit, qui nihil inultum relinquit, niſi quod pœnitentiæ remedio deletum fuerit.

uxorem adulterio fœdari intelligens,

F

8 Quadam igitur die, fidelibus ſuis diverſis obſequiorum functionibus implicitis, cum ſola conjuge cujuſdam prædii ſui fines luſtrando aggreſſus eſt circuire. At ubi ad quemdam perventum fontem aquæ, eamdem mulierem talibus ſtuduit vocibus compellare; Multa, inquiens, ô conjux, de te noxia atque dictu horrida circumquaque per cuncta vulgantur compita,

A compita, quæ tuis ſunt natalibus contraria, & ignoratur utrum vera ſint an falſa. Tunc illa more muliebri cœpit ſacramentis multimodis aſſeverare, ſe à cunctis detrahi injuſte, & numquam infectam eſſe contagio pollutionis injectæ. Tunc ille; Dei, inquit, providentia, quam nulla latent occulta, certa dabit denegatæ rei oſtentationis ſigna. Ecce fons in propatulo poſitus, quem non ultra modum algidum reddit algor frigidus, nec ferventem nimium facit calor fervidus: immitte igitur manum, & lapillum ſine cunctatione abſtrahe in imo ejus poſitum: Deus vero, qui abſconditorum eſt cognitor, qui ſcit omnia antequam fiant; ſi ita eſt ut aſſeris, nullam patietur ut ſufferas calumniam: ſin autem falſitatis nebulâ tua manet obvelata ſententia, diu tuam non permittet latere indicio nequitiam. Illa, viri Dei verba inertiæ deputans ſicut & cetera, ſine ambiguitate manum injicere in aquam non eſt reverita: moxque ut lapillum tangens manum ad ſe retraxit, ſtatim manifeſta Dei virtute videres omne tergus manûs, & brachii, quantum de eo unda tetigit, retrocedere, ita ut in ſummitate digitorum pendentem carnem cerneres nudata cute.

ad Dei judicium in aqua provocat:

eoque convictam

B 9 O quicumque iſta miraris, attende quantum humana à ſupernis diſtent judiciis. Ille fide plenus cuncta Dei judicio poteſtatique commiſit; illa vanitati ſubjacens, & ſpem in Deo minime ponens, qui cuncta conſpicit, pœnas præſumptionis & mendacii ſui luit. Cerneres illam præ ſtupore quodammodo omnibus membris obriguiſſe, & manifeſtâ Dei oſtentatione deprehenſa, nihil aliud quam imminentem ſibi interitum adeſſe ſuſpicabatur. Tum ille; Optaveram, inquit, ſi fidem debitam ſervaſſes, & in lege Dei ambulaſſes, omnia tecum ſeculi diſcrimina perferre: quæcumque proſpera, quæcumque adverſa contigiſſent, collato tecum robore ſuſtinere, ſimul patienter vivere ſimul delectabiliter mori. Ergo quia his te ſceleribus involuere non timuiſti, morte quidem eſſes digna, ſed nullo modo meis interimeris manibus. Et quia non eſt in hominis manu vita ejus, ſed in illius qui cum tranquillitate judicat omnia; illius te reſervandam judicio cenſeo. Et ſiquidem fructus dignos pœnitentiæ egeris, indulgentiam ab illo conſequi poteris: ſin autem his negotiis terminum non impoſueris, cum auctore tuæ perverſitatis diabolo gehennalibus cremaberis incendiis. Illud denique quod tibi in ſponſalitio jure dotis dedi, ut vivere poſſis habero: nam de cetero numquam meo frueris aſpectu. Dictorum itaque finem faciens, convocatis ſuis, aſcenſiſque vehiculis ſuis, prædia procul poſita in *a* Avalenſi territorio petiit; pietatis & miſericordiæ operibus vacans, nullumque à ſolita bonitate tempus vacuum prætermittens.

hortatur ad pœnitentiâ,

eadēq; relicta diſcedit

C

a

10 Mulier interim illa infelix, ſibi conceſſam à beato viro poſſeſſionem adiens, jam quaſi libera utens poteſtate, cum illo deteſtando Clerico neſanda perpetrare luxuriæ ſcelera non omiſit. Verentes itaque, ne forte zelo iracundiæ ſuccenſus B. Gengulphus repertino ambos interitu necaret, omni conamine cœperunt comminiſci, ut quoquo modo ei necem inferrent. Tunc ille Clericus, furia mentis agitatus, à Deo alienus & diaboli vas effectus, loca quibus idem famulus Dei immorabatur, omnis moræ impatiens, efferata mente aggredi nititur. Et quia optime ſecreta illius domicilia noverat, nullumque erat aditum quod cognitioni ejus non pateret; latenter ſtuduit operiri tempus, quo famulorum deeſſent obſequia, & horam qua ſtrato jacentem ſomnoque preſſum invenire quiviſſet, ut ei clanculo mortem inferens liber aufugeret. Quod & ita contigit; nam ut tempus aptum ſacrilegii atque facinoris ſui vidit, cubiculum ejus ingreſſus, gladium qui capiti illius contiguus erat *b* arripuit, eoque evaginato ut caput dormentis amputaret, dum manum in alto libravit, Athleta Dei expergefactus de lecto proſilire voluit. Et licet cervicem Sancti appetere maluiſſet, tamen aliud contigit: quia dum vir beatus ictum ferientis in parte declinare ſtuduit, mucronis ſummitas in coxam ejus delapſa grave vulnus inflixit. At ille profanus nihil moratus, perpetrato facinore gladium manu projiciens, concitus ne deprehenderetur exiit; & præpeti curſu ſonipedem aſcendens perniciter aufugit. Gengulphus itaque ſanctus Dei famulus aliquot diebus ſupervixit: moxque ut ultimum ſibi jam jamque imminere vitæ terminum ſenſit, exitum ſuum Dominici Corporis & Sanguinis ſacramentis munivit: conſummatiſque viriliter ævi præſentis curriculis, felici etiam dudum exoptato tranſitu, S. Gengulphus migravit ad Dominum: tuncque; ut vere fatear, mori deſiit & vivere cœpit; exutuſque mundi tenebris, cæleſti eſt claritate veſtitus. Nunc vero aſſiſtit vultui Dei omnipotentis, accipiens de manu ejus ſtolam primam, animæ dico incorruptionem & indefectivam beatitudinem; præſtolatur autem ſtolam duplicem, cum reſumpto in finem mundi corpore, carnis ſimul & animæ gaudebit immortalitate.

EX MSS. b

& ſacro viatico munitus obit:

E

ab adultero atrociter vulneratur,

c 11 Duæ vero amitæ ejus *c* Willetrudis & Willegiſa, quæ conſtitutæ in loco poſſeſſionis ejus ſuperius nominato Varennas, ſanctimoniæ atque caſtitatis ſtudiis inſerviebant, comperto beati viri obitu, ſumptis Clericorum ordinibus atque adunata religioſi apparatus frequentia, comitante nihilominus non modica plebis caterua, ubi poſitum erat ejus corpus exanime properare maturaverunt: ſicque inde elevatum cum ſtaurophoria ac cereis, cum divinorum hymnorum melodia, ad præfatum locum miraculis coruſcantibus eſt deportatum: ſepultuſque eſt ab ipſis ancillis Dei in ſua ipſius baſilica, in honore principis Apoſtolorum Petri dedicata, quas gemina in diverſum diſpertiebat affectio; quoniam illi lætandum eſſe noverant, ſibi dolendum; illius congaudendum glorificationi, ſuæ ingemiſcendum deſolationi. Circa quem locum Sanctus Dei, antequam vita decederet, tanta ſe benevolentia & largitate profudit, ut eum ſumma dilectione ſemper incoleret, & omnem prædiorum ſuorum poſſeſſionem inibi delegaret, ut neceſſarios redditus habere poſſent qui inibi deſervirēt. Et quia nefas erat mundanis tenebris lucernam obnubi fideream, & ipſa Veritas civitatem ſuper montem poſitam non poſſe abſcondi proteſtata eſt; ad communem omnium utilitatem atque profectum, placuit Divinæ potentiæ hunc Sanctum ſuum virtutum exhibitione cunctis innoteſcere ac divulgari: ut quem apud ſe glorificaverat in cælo, apud homines magnificaret in mundo.

curam amitarum ſepelitur Varennis:

miraculis claret.

F

12 Qualis interea Sancti perſecutores ultio ſubſecuta ſit, non eſt incogruum huic narrationi inſerere. Præfatus namque Clericus, quem diximus, poſt perpetratum facimus fugam arripuiſſe, ad illam Deo odibilem mulierem concito pervolavit diſcurſu, quaſi maximum nuntiaturus gaudium de admiſſi ſceleris contagione, neſciens ſibi repentinum interitum imminere. Nam poſtquam tripudio ineptæ lætitiæ ſibimet applauſerunt, ut ventrem purgaret feceſſum petiit latrinarum: moxque ut diverſorium petiit naturæ debitum perſolvere, ad inſtar Judæ proditoris & Arii hæreſiarchæ (quorum alter humanitatem Chriſti extinguere, alter inſeparabilem Trinitatis unitatem niſus eſt dividere) diffuſa ſunt viſcera ejus: & ſicut erat vacuus ſenſu, ſic vacuus quoque ventre remanſit: ſicque infelix, negato ſibi ſpatio pœnitendi, in cloacam deſcendit inferni. Illa vero

Punitur adulter fœda & repentina morte

EX MSS. vero impudens muller, cui ſubjacuerit pœnæ, non eſt ineptum, licet horrendum dictu, huic paginæ inſerere. Nam Dei famulo viam univerſæ carnis ingreſſo, per loca, quibus corporis ſacri vehebatur gleba, multa ineffabilis Dei pietas largiebatur per meritum ejus populis beneficia. Cumque ad hujus exoptati muneris largiflua dona capienda non parvæ plebis conveniret copioſa frequentia, circumquaque diffundebantur prodigiorum ejus inſignia. Tunc una ex illis, quæ prædictæ mulieri videbantur ancillari puellis, pernix currens ad Dominam, hæc intulit: Domni Gengulphi corpus in antro defertur tumulandum ſepulcri, quod maxima impertitur gaudia ſanitatis. At illa furiali amentia debacchata ait: *adultera probro perpetuo.* Sic operatur virtutes Gengulphus quomodo anus meus. Statim ut hæc vox nefanda à gutture illius exiit, à parte abſtruſa corporis obſcœnus prodiit ſonus. Illum diem quo hæc acta ſunt Chriſtianus populus feriam ſextam vocare conſuevit. Tali quippe poſtea ſubjacuit opprobrio, ut per omne vitæ ſuæ tempus, quot eo die protulit verba, quaſi tot prodierunt probra ab illa parte corporis, cui viri Dei miracula æquiparare non eſt reverita. Cujus rei fama adeo per totius regni divulgata eſt confinia,
B ut præfatus Rex Pippinus, per eadem loca tranſitum faciens, aliquos ſciſcitandi cauſa direxerit, qui omnia hæc percunctarentur, utrum vera eſſent: quod veritate ſubnixum comprobantes, Regi & Proceribus, quæ auditu & viſu compererant, intimare fi-
d deliter ſtuderunt *d*.

13 Nec otioſe prætermittendum eſt, quibus ſigna & miracula in tantum grata ſunt, ut nihil putent Deo placere niſi quod eorum exhibitio commendaverit, cum ille potius vitæ meritum quam ſignorum corporalium requirat effectum. Ut enim ait Euangelicus Poëta:

Merito ceſſante bono, miracula nil ſunt,
Quæ faciunt plerumque mali.

Et ipſe Dominus Apoſtolos docuit, ut à ſe non ſigna & miracula; ſed manſuetudinem diſcerent & humilitatem: inquiens, Diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde. Quapropter & ſi B. Gengulphi mi- *Licet Miracula in vita non ſuperſint,* racula, quæ in corpore geſſerit poſitus, non legimus; non ideo impar ceteris Sanctis habendus eſt, quibus parem fide & ſanctitate eum fuiſſe non dubitamus. Sed & hoc dicendum, quia ſi & miracula quæ per ſe fecerit parum ignoramus, tamen quia Sanctorum exempla ad ſpiritualis exercitii ſtudia i-
C mitanda ſecutus ſit, novimus. Et quidem non dubitamus, eum multas dum adviveret feciſſe virtutes: ſed vel ſegni ſcriptorum negligentia non ſunt litteris traditæ (quæ res non minimum Sanctorum præconiis perſæpe intulit detrimentum) vel certe, ſi qua operum ejus certa fuerunt, aut ſitu diutinæ vetuſtatis conſenuerunt, aut tempore infelicitatis, monaſteriis & eccleſiis depopulatis, rebuſque omnibus profligatis & perditis, illa nihil ominus ad nihilum devenerunt: quippe hominibus quaqua verſum fugientibus, & ſibi tantum ſuæque vitæ conſulentibus, nullamque de cuſtodiendis archivis curam habentibus. Dicat itaque qui volet nulla ejus in vita *à morte innumera ſunt facta,* extitiſſe miracula, dum ſciat eum jam mortuum innumera feciſſe & facere quotidie miraculorum ſigna. Deus enim, qui ab æterno ſua ſapientia cuncta præordinavit, eaque ex arcano divini conſilii locis temporibuſque prolata viſibiliter manifeſtat; acceptiſſimum ſibi famulum eo potiſſimum tempore miraculis voluit illuſtrare, quando ſuperato omnium tentationum luctamine fas eſſet juſtum exultare in Domino, & rectum ſecura deceret laudatio, nec jam exinde laudis ſemper timeretur elatio. Hæc breviter ſcripſimus pro memoria ſanctiſſimi Confeſſoris Domini Gengulphi, indignum arbitrantes D tantum ac talem virum ſilentii nodo arceri, & non ad ſummæ lucis & viæ & veritatis & vitæ ſocietatem efferri, Dei ac Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui cum Deo Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat & benedicitur, in omni genere, loco & tempore, nunc & per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

ANNOTATA.

a *Videtur* Avala, *in mappa* Avau *dici, 2 leucis Varennis diſſitum verſus Boream.*

b *Aliqua MSS. iſta habent*: arripuit, eumque libravit. Atleta vero Dei: *reliquis omiſſis.*

c *MS. S. Maxim.* Wildetrudis atque Willegoſa.

d *In Legenda Coloniæ & Lovanii olim excuſa loco ſequentium, quæ deſunt, iſta ſubjunguntur*: Anno autem Domini DCLXVII, beatus vir Gangulfus in caſtro Avalenſi ſpiritum feliciter efflavit, cum Chriſto in perpetuum regnaturus. *Interim Pippini Regis ejuſque regni ante fuerat mentio facta: nec tamen ullus dicto anno Pippinus aut Major-domus aut Rex vixit, ſed Clotharius III, ſub quo Gengulphum aliquem ex Majoribus S. Gengulphi vixiſſe, ſupra diximus.*

HISTORIA MIRACULORUM

Florinis factorum.

Auctore Gonzone Abbate Florinenſi
Ex MS. Florinenſi.

PROLOGUS.

1 GEngulphi meritis, ô Doctor Spiritus, adſis;
Aſpirans menti, da linguam currere laudi,
Et mea polluta tibi munda, Sancte, labella;
Ut reſones per me, Gengulphe, quæ facis ipſe.
Dic cordi, Sic, ſic; elingui ſuggere, Die, die.
Sunt à te, reſonant per te, te cuncta redundant,
Te quoque poſco,* Sacra, mihi Gengulphum ro- * id eſt, Deipara
go placa.
Et tu Sancte Dei, quem paucis ſcribere ſumpſi,
Spiritui ſancto ſceleroſum conciliato,
Et tibi, vel cunctis, offendi quos male, Sanctis:
Nec indigneris, quod à tantillo refereris:
Fiſtula nam latices emanat plumbea dulces. F
Nec depravantur bona, ſi à nequam referantur.
Nam tempus Chriſti fatur Sybilla futuri.
Non videat quis dixero, ſed quid dixero, quiſquã.
Verborum phaleris ſimplex cum ſyrmate victis,
Prænoto ruſticulus, quæ dictet ſcriba futurus.
O miſeris care Martyr, mihi jam miſereſce,
Verbo, corde, manu, peccanti ſemper, & actu,
Veſte cucullanti, heu! mundo morigeranti.
Valde infirmatus per te ſum ſpero levandus,
Te, qualiſcumque confidens, ordior ecce.

CAPUT I.

S. Gengulphi Reliquiæ Florinas delatæ. Ejus ibi veneratio & miracula.

2 MAtribus ubique terrarum Eccleſiis minimã earum Eccleſia Florinenſis gratiam & pacem divinæ Majeſtatis. Vita excellentiori reverendiſſimæ Eccleſiæ Matres, fide compari dilectiſſimæ Sorores, quæſo, magnificate Dominum mecum, & exaltemus nomen ejus in idipſum: immenſe magnum Dominum, Beatum apud nos Gengulphum magnifi-

A magnificantem, magnificate mecum: ejus mirabile nomen, quod aſſidua miraculorum jocunditate exaltat Sanctum ſuum, tripudiatim exaltemus cum gratulatione laudum. Hujus B. Gengulphi quotidiana miraculorum apud nos inſignia, quæ ſi adhuc viveret, ille velociſſimus Theſpis Poëta adſcribere non ſufficeret per ſingula; pauca tamen ex pluribus principia multorum ſummatim referimus. In pago a Ardennenſi villa *a* Geldina S. Gengulphi habebatur eccleſia: in qua ejus Sancti, ſicut & ubique, mirificabantur liplana: cui eccleſiæ Sacerdos, nomine Reinoldus, deſerviebat: Comes vero Godefridus de Griſo-Monte, hereditarii territorii jure eam poſſidebat. Exorta autem inter eos diſſenſione vehementi, Presbyter illius abiens, ſuſtulit ſecum Reliquias b Sancti; devenienſque in villam nomine *b* Villeriacum, retro altare eccleſiæ in ſcrinio ſuo, nullo ſciente, incluſit eas. Ibi anus quædam erat, quæ in offerendis oblationibus Sacerdoti miniſtrabat. Huic tunc ſenex quidam, viſione perſæpe aſſiſtens, importunabatur, dicens: Vade, die Reinoldo, ut tollat me de illo in quo repoſuit loculo. Quæ neſciens quid eſſet, cum jam creberrima admonitio ei tædio fieret, Presbyterum adorſa, inquit ei joculabunda: Quem B quæſo habes repoſitum, neſcio ubi, qui tam importune ſe inde rogat tolli?

Ex eccleſia Geldina Reliquias efferuntur:

c 3 Eo tempore *c* Arnulphus, Alpaidis & Godefridi Hainoënſis pagi Comitis filius, Florinis dominabatur: qui tam præ militari ſeveritate, quam pro ſibi dilecta religione, ab omnibus reverenter formidabatur, & fomidoloſe reverebatur. Erant ſecum commanentes tres filii, non degeneres, ſed jam tunc ut poſſe erat patriſſantes, & poſt ejus obitum intentione mentis cœlibes. Horum patri, quem diximus, Arnulpho, de Reliquiis S. Gengulphi Reinoldus intimavit: quas Florinas deferens, in eccleſia S. Matthæi intra caſtrum ejus rogatu repoſuit. Quæ dum eſſent ibi menſibus Martio & Aprili, & circa viciniam debiles & infirmi haberentur multi; quidam faciei ignotæ ad ſingulos eorum in viſione veniebat, & ut Florinas ad recuperandam ſanitatem irent monebat: qui & credulo confluebant, & ſani redeuntes hoc mirabile propalabant. Tunc Sacerdos memoratus, aperire cœpit omnibus, quod S. Gengulphi meritis hæc fierent & precibus: cujus ibi habebat ipſe pignus. Appropinquante interea ejus martyrii die, cœpit idem Sacerdos præfato Arnulpho ſupplicare, ut ſibi liceret eam diem, deportatis C extra caſtrum Reliquiis, ſolennizare. Cujus petitioni à viro religioſo ut annuitur, papilio in campi medio protenditur, duæque altrinſecus ſcenæ componuntur, ubi mirificum pignus componi diſponitur.

Florinis depoſita clarem miracula,

d 4 Erat tunc in villa *d* Rolceas homo, nomine Boſo, multo tempore paralytico ita contractus morbo, ut defunctis vivens membris ad uſum vitæ torperet inutilis. Huic nocte ante vigiliam ſolennitatis ſoporanti quidam aſtitit, & ſic proloquens: Vade Florinas ad diem feſtum S. Gengulphi: ibi minorabitur tædium tui languoris. Qua auditione bona mane excitatus, & jam jamque credula ſpe levigatus, aſinum ſibi bajulum ſterni poſtulavit: ſcabellula, quibus aſinum adiret, ſibi dari rogavit. Sed quia miniſtro tardante ea minime habuit, è ſtratu ſeſe corripuit, baculotentim aſinum aſcenſurus adiit, ſuper quem ſe levari petiit. Sed in ſe protinus reverſus, ait: Quia S. Gengulphi meritis à lectulo ad aſinum uſque pervenire potui gradiendo, ejuſdem fiducia modo tentabo, ſi hoc iter ſine aſino perficere potuero. Quid plura? Iter arripit pedibus, & baculo Florinas pervenit: Clericis Reliquias Sancti cum laudibus ad præſcriptam manſiunculam deportanti-

paralyticus ſanatur:

bus obviat: quid ſit interrogat, interrogans docetur, doctus lætatur, lætus proſequitur, proſequens tentorium ingreditur, ingreſſus candelam gerit, gerens accendere quærit, accenſam Sancto offerre intendit. Sed nondum illic ignis, nondum erat lucerna obſequialis. Quid pluribus? A populo circumſtante qui advenerat dum cernitur, dum attenditur, abſque ignis adminiculo in manus ejus candela ſuccenditur, ſuccenſa candelabro affigitur, affixa Martyris honori famulatur. Tunc in Sancto ſuo mirabilis Deus laudatur: à Deo ſuo mirificatus Sanctus attollitur. Quam pulchre ibi initiantur miracula! Quam manifeſte majeſtas declarat divina, quod ſibi acceptabuntur votorum munuſcula, quæ Sancto ſuo ibi devoverit adventatio populica! Sunt & alia jocunda eo die ibi geſta miracula: quæ quia ſunt multa, ceteris dicendis reſervantur interſerenda.

PERGUNZON. AB. EX MSS.

candela ultro accendi-tur:

5 Videns autem religionis cultor Arnulphus, quod Sanctum ſuum ibi honorari vellet Dominus, peracta ejus glorifica in tentorio celebritate, ſtatim eccleſiam ejus honori ipſo in loco conſtruxit: à *e* Nothero Pontifice conſecrari fecit: quam poſtea Dominus Abbas *f* Werricus amplificavit. Audiens vero prædictus Godefridus tot tantaque ibi miracula fieri, dolenſque eccleſiam ſuam ſeſeque tanto honore privari, accerſito blande & pellaciter Reinoldo Sacerdote, gratiam interruptam feſtinat reſarcire. Cui dans multa, promittens ampliora, hanc ab eo promiſſionis exegit fidem, ut Reliquiarum ſibi ſublatum reſtitueret honorem. Qui Sacerdos hac intentione dum Florinas tenderet, ut furtim Reliquias eaſdem reciperet; in articulo hujus inceptionis repentina correptus moleſtia corporis, morte non clauda in medio præventus eſt itineris.

eccleſia conſtruitur.

e

f

E

6 Intererat tunc Gerardus, præfati Arnulphi filius, Remienſis Eccleſiæ Clericus reverendus, poſtea Cameracenſium à Deo inſtitutus *g* Epiſcopus: cujus ſalutari monitu omnia agebat pater ſuus. Hic à Remis multorum Reliquias Sanctorum deferens patri, ut eis eccleſiam conſtrueret ſuggeſſit illi: cujus hortatu id facere deliberavit, ſed vitæ clauſura præventus obiit: quique Deo diſponente à filiis intra veterem eccleſiam S. Martini ſepelitur. Ejus quam deliberaverat devotio de conſtruenda eccleſia à filiis perfici quæritur: ſed cujus nominative Sancti ad honorem fiat, ambigitur. Sciebat Gerardus beatum Joannem Baptiſtam apparuiſſe devoto viro, conquerentem quod non fiebat ſibi eccleſia, ſicut multis aliis Sanctis in Epiſcopatu Leodienſi. Subiit quadam die abſque ulla occaſione Remenſibus Clericis intentio, ut Sanctorum ſuorum Reliquias in eo, in quo diu erant, reſpicerent loculo. Ad hoc opus tremendum Ricardus, ejuſdem eccleſiæ religioſus tunc Canonicus, poſtea multorum monachorum Pater effectus, quæritur: quæſitus contra eaſdem Reliquias in crypta orans invenitur: inventus accerſitur, arceſſitus hoc opus aggreditur, aggrediens ſingula oculis perſcrutatur, perſcrutans junctures pollicum S. Joannis Baptiſtæ cum breviculo inveniens, contemplatur: contemplans tam inſperatum pignus miratur, mirans congratulatur; quod regreſſo à Florinis venerabili Gerardo, ſibi in amicitia ſpirituali unico, intimavit: iſque ei inpræmeditatus ſtatim ſic ait: Date mihi è juncturis unam, & ego Congregationem eccleſiaſticam ejus honori faciam: quam mox ab eo ut impetravit, Florinas cum tanto theſauro tetendit.

g

dein eodem deferuntur Reliquiæ S. Ioannis Baptiſtæ.

F

honorata miraculo candelæ inextinctæ

7 Quadam nocte in ipſo itinere in quodam prato eum jacere contigit: qui tenebris ingruentibus Clericorum uni ſuorum præcipiens, dixit: Vade & lumen accenſum ante Reliquias pone. Incipiebat jam ventorum flatus ſuboriri, & cælum ad pluendum obnubilari.

PER GUNZON. AB. EX MSS.

obnubilari. Cui Clericus cum demirans reſponderet, quod incaſſum inter ventos lumen poneret, ſicut ab ejus ore ego didici, hæc verba intulit Clerico miranti: Ille, cujus hæc ſunt Reliquiæ, quia lucerna eſt mundi ardens & lucens, faciamus ei obſequium condecens: quod ſi ei placuerit, ad contuendam hanc lucernam non erit impotens. Quid plura? Candelam Clericus accendit, ſub nudo aëre ante lucernam mundi ſtatuit. Tanta vis ventorum & imbrium tunc ingruit, & toram uſque mane noctem tenuit, ut ſcutorum protectione nullus ſe valeret defendere. Sed lumen illud nec ventis vacillatum, nec imbre complutum extinguitur. Tunc diluculo ſurgentes, & lucernam illam admirantes, proſperato itinere Florinas pervenere. At religioſus Gerardus eccleſiam quam devoverat ædificare maturavit: in qua nativitatem Domini ſupervenientem cum
h Clericis ſuis celebravit *h*. Et quia opus adhuc erat imperfectum & incultum, Reliquias ſacras recondit intra murum.

& monachi ibidem conſtituuntur.

8 Erat tunc ibi homo quidam ſimplex, nec ſeculo deditus, nomine Amalricus, S. Gengulphi ſervitio intentus, qui quadam nocte poſt Matutinas vigilans, & contra eccleſiam S. Joannis aſpectans,
B videt columnam igneam à loco, quo ſanctæ erant Reliquiæ, in cælum uſque protenſam. Quod mane facto Domino Gerardo fideliter retulit; iſque mihi poſtea Epiſcopus narravit. Necui autem illud videatur incredibile, quod de S. Joanne nullæ præter
i Caput habeantur Reliquiæ; *i* Eccleſiaſtica refert hiſtoria, quod ejus ſanctiſſima oſſa cum igni imponeret Julianus Apoſtata, duo monachi interfuerunt, qui furto laudabili articulos & minora quæ poterant rapuerunt. Venerabilis vero Gerardus intelligens tam Sancto Sanctorumque ſummo ſummam Eccleſiaſtici ordinis convenire religionem, canonicam quam ibi prius ſtatuerat eliminavit converſationem, monaſticum ſubſtituens ordinem.

miracula ex certa ſcientia ſcribuntur.

9 Sic in Florinis S. Gengulphus Præcurſoris Domini præcurſor eſt factus: ſic locus ille, cum eſſet antea aridus & Cleri pauperculus, per Sanctorum merita ad ubertatem terræ & monaſteriales habitus eſt incrementatus. Hic itaque innumera S. Gengulphi per merita facta ſunt & fiunt miracula, quæ tam præ ſui ineſtimabili frequentia quam præ ſcriptorum inopia magna ex parte excidunt à memoria: quorum ea quæ ſcribo vel ipſe vidi, vel ab his à quibus ſunt viſa, vel ab eis in quibus ſunt facta, veraciter
C audivi. Quæ quoniam ſunt plura & quotidie augmentantur & augmentabuntur, plurima ſuccinctâ facilitate ſunt tranſcurrenda, pro quibus factis vel fiendis ſit Deo, glorioſo in Sanctis ſuis, laus honorabilis, & honor laudabilis.

ANNOTATA.

a Geldina *forſan ob Reliquias dicta* Santgolfen, *ut ſupra indicavimus.*

b Villeriacum *(ſic enim legere videor in apographo noſtro) intepretor vicum, in tabula Hannoniæ notatum ad latus occidentale Philippopolis, intervallo unius leucæ,* Villery l'egliſe.

c *Baldrico lib.*3 *Chronici Cameracenſis cap.*1 Gerardus Epiſcopus Cameracenſis, *dicitur* non infimis parentibus Lotharienſium atque Karlenſium editus apud Arvitam, *aliis* Arintam, villam Saxoniæ. *Vbi annotat Colvenerius*; Pater ejus Arnulfus Florinenſis, ex præcipua nobilitate Leodienſium, mater Ermentrudis: *at quibus parentibus natus ſit dictus Arnulphus hic indicatur, dum dicitur, quod ſit* filius Alpaidis & Godefridi Hainoënſis pagi Comitis. *In* Comitatu *tamen* Hainoënſi *eſt difficultas, quod is proprie ſit* Comitatus Hannoniæ *ſeu* Montenſis, *uti vocat Fiſen lib.*7 *Hiſtoriæ Leodienſis ad annum* 1000. *Nam iſtis temporibus fuerunt* Raginerii, *nullus* Godefridus cum Alpaide uxore. *Quid ſi loco* Hainoënſis, *poſit ſubſtitui* Ardennenſis, *ubi fuerunt* Comites Godefridi? *Nam Sigebertus ad annum* 1005 *iſta ſcribit:* Mortuo Othone Duce, Ducatus Lotharingiæ datur Comiti Godefrido, filio Godefridi Ardennenſis. *Quid autem ſi hic nominatus* Godefridus Ardennenſis *ſit filius alterius* Godefridi & Alpaidis, *ex quibus fuerit dictus* Arnulphus Florinenſis *etiam prognatus*? *Quid ſi etiam loco* Hainoënſis *legatur* Hugardenſis? *Nam ut Fiſen lib.*7 *Hiſtoriæ Leodienſis ad annum* 980 *ſcribit: In* eccleſia S. Pauli, Collegii vectigalia incremento non levi fertur auxiſſe Hugardiæ Comes nomine Alpais, femina religione præſtans. *Hæc illa ex archivo S Pauli: & tempora optime congruunt. Sed hæc omnia viris eruditis ulterius diſcutienda proponimus.*

d *Vereor ut recte ſcriptum* Rolceas, *& ſuſpicor eſſe vicum, Philippopoli leuca una diſtantem ad auſtrum, vulgo* Reully.

e Notgerus *Epiſcopus Leodienſis creatus anno* 971, *vita functus anno* 1007.

f Wenricus, *ſeu* Wericus *Abbas Florinenſis, ac deceſſor Gunzonis ſcriptoris.*

g Gerardus *creatus Epiſcopus anno* 1014, *mortuus* 1049, *cujus fratres fuerunt Arnulphus & Godefridus, nomine patris & avi appellati.*

h *Fiſen refert hæc ad annum* 1000.

i *Præclariſſime totam hanc controverſiam deduxit Carolus du Freſne, Dominus du Change ac Conſiliarius Regius, in Tractatu Hiſtorico Capitis S. Ioannis Baptiſtæ, quem pro ſua humanitate dono ad nos miſit. In eo tractatu cap.*13 *deſcribit Reliquias Corporis S. Ioannis Baptiſtæ; & quænam partes non ſint juſſu Iuliani Apoſtatæ combuſtæ, ubi ſub finem agit de digitis ejuſdem Sancti.*

CAPUT II.

Cæci, paralytici, & alii ægri curati. Injurii puniti.

curatur dolor dentiii.

10 PVerulus quidam, Geruinus nomine, dentium dolore ita torquebatur, ut de vita ejus omnimodis deſperaretur: cui mater duas ad menſuram capitis candelas fecit: cum quibus puerum in ulnis deferens, ad Reliquias Sancti, dum adhuc eſſent in papilione, venit. Cumque ante altare adſtaret pro nati anxietate anxia; in manu ejus ſuccenſa eſt divinitus candelarum altera, ſicque ex tunc & poſtea ejuſmodi paſſionem nullam pueruli ſenſit mandibula.

reconciliatur ſomnus:

11 Idem puer jam factus adoleſcens, monachus, gravi infirmitate lectulo compreſſus, inſomnes ducebat noctes & dies tribus hebdomadibus. Cumque jam oculorum acies hebeſceret, totumque corpus hac diutina vigilantia crudeſceret; à quodam, qui ſe viſitare venerat, duas ceræ *a* deneratas petiit, a
quas ab eodem pro ea qua laborabat anguſtia ſuper altare S. Gengulphi deferri fecit. Quod ut factum eſt, ſtatim ſopore gratiſſimo confovetur, humoreſque corporis ſuo igni recoquuntur; &, ut dicere adhuc ſolet, ex tunc & poſtea ita dormitare valet, ac ſi quotidie Styge, *b* dormitationis, ut dicunt, fluvio b
inebriatus, vel ſoporifero papavere ſaturatus.

à longo gutturis malo non valens comedere, convaleſcit.

12 Hujuſce mortis laqueo hic idem extricatus, acrius morticinii genus incurrit rurſus. Per tres nimirum hebdomadas infirmitatis lectum tenuit, nec cibi aliquod genus omnino deglutire valuit: totius enim corporis dolor quaſi in unum conveniens, gutturis locum obſidebat, ſumendiſque alimentis aditum denegabat. Et cum jam maciali defectu, conſumptis carnibus, cohærerent oſſa pellibus; petivit

Reliquiis

A Reliquiis Sancti aqua perlutis, inde ſibi daretur potus. Quo facto cum nondum levigaretur, ſed morte tenus extenuaretur; ceteris de ejus deſperantibus vita, ipſe fiducia de meritis & pietate S. Gengulphi reſumpta, Reliquias ejus ſibi poſtulavit afferri, & invaleſcenti morbo ſuperponi. Quibus allatis cum gyraretur locus pertinaciſſimæ peſtis, ſicut iſdem Frater referre ſolitus eſt nobis, quaſi graviſſimum ſaxum diſruptum cadere de loco ſenſit gutturis. Qui mox ſe circumſtantibus & graviter patienti pie ſibi compatientibus; Currite, inquit, pro Dei nomine, currite citiſſime: quod manducem comportate: quia mihi eſuries tanta tantum incumbit, quod niſi ſtatim reficiar mihi mortem rurſum inculcabit. Interea Fratribus coquinæ accelerantibus, inſiſtentibus, & cuſtodibus ad eccleſiam Reliquias reportantibus, ſibi aſſiſtentibus repente clamat moribundus: Currite, currite poſt pignus ſacrum: referte precor medicamentum meum. Mors enim aufugiens de gutture, ecce reverſa prævalet in ventre. Tunc ſacræ Reliquiæ curſim referuntur, eiſque venter morbidus gyratur: quarum tactu ſalutifero languor emortuus, à toto corpore evaneſcit penitus: ſtatimque cibos illatos Frater ille impetit, tam eſuriens
B & avidus ac ſi graviſſimo & longo labore fatigatus. Toties impetu mortis ſic ereptus iſte, tandem parvo convaleſcit tempore.

13 Euangelicum nobis miraculum iteratur, antiquatum itidem novellatur, & ſicut illud tunc mirabatur, ita iſtud modo admirabile veneratur. Native cæcus ibi à Domino illuminatur, à nativitate cæca B. Gengulphi meritis hic quomodo ſit illuminata, audiatur. Puellula quædam in quodam
e erat viculo, nomine *c* Ivio, Florinenſi viciniæ contiCæca illumi- guo: hanc matris uterus fœtu opportuno gravidatus, natur. in mundi lucem ſine luce & inanibus perfudit orbibus. Cujus naturali imperfectui annos per plures parentes cum vicinis condolentes, de ejus recuperatu jam nec cogitabant, diffidentes: ſicque unius cæcitate capitis, oculi fidei cæcabantur in multis. Orbitatur interim gratus temporis recurſus, quo annuatim amabillimi Martyris Gengulphi dies venerat natalitius, ægrotis & debilibus expectabiliter deſideratus, & deſiderabiliter expectatus. Fit tunc occurſus & concurſus è longinquo & proximo; votiva dona ubertim congeruntur Sancto, tribulatis in ſua vota ſemper vocato, ſemper ſuccurrere parato. Præfati quoque viculi manſoribus ejus ad feſta
C ſe præparantibus, parentibus puellæ ſpes cœpit ſuccreſcere, ut eam ad Sancti clementiam deberent conducere. Illa itaque nocte, quæ præcedebat vigiliam Sancti irruente, fide & ſpe comitibus ſopori ſe ſuoſque dedunt artus. Jam noctis peplo craſtina luce diſcuſſo, cum rareſcunt ſidera, cum polum ſurgens purpurat aurora; puella evigilans ſuſcipit mane coævæ noctis, videt mane mundanæ lucis; ſtatimque diutina caligine oculuſis, impetu luminario patentibus feneſtris, color ater exulat, lux peregrina reſultat. Quæ puella per parietem, cui adjacebat, novello lumine rimata: Quid, inquit, clamans matri, jacentes tardamus, cum jam vicinus vadat populus? Cui, quomodo noſſet, cum mater ſuclamaret; Non ſomno, inquit, id fallaci, ſed viſu video pupillari. Mox parens uterque conſurgens celerrime, ſtata præ oculis prole de rei hujus certificantur veritate: factoque invicem feſtivo congratulamine, Florinas properant pro gratiarum reddenda actione. Quod non famæ opinione, ſed rei geſtæ præſentatione, à Clero & populo in die feſto ſancti Martyris agnoſcitur, & in laudibus divinis celebriter attollitur.

14 Puellus quidam, nomine Arnulphus, in monaſterio S. Joannis, quod eſt Florinis, modo monochus, vermium comeſtione ita erat debilitatus, ut tam ſibi quam cereris videretur moribundus. Nam genarum & gulæ ita vermes vivi invaſerant loca, ut ſcatendo denſim eorum viſibiliter ebullirent capita. Nec mora erat, nec requies: ſed oſſa etiam mordicus perforantes, carnem quoque putrefacientes fœtide, officinas edendi ſuo eſu intolerabili præripiebant eſuribundo illi. Quid ageret? & quod refugium expetereret? Jam S. Gengulphus ſuper hoc ſæpe erat expetitus, nec adhuc gravis deferbuerat morbus. Sed credere eſt S. Gengulphum peſtem illam gravius invaleſcendo expectaſſe, ut tandem mirabilius dignaretur ſanare. Nam puerulus ille mortetenus jam afflictus, & mortali angore conſtrictus, petiit Sancti Reliquias curſim deferri, locumque mortis incubantis congyrari. Quo facto cerneres ſtatim putridam carnem cum ſuis vermibus ita emori ac divelli; ac ſi novaculam acutiſſimam profunde impreſſam contigiſſet imponi. Quibus coram omnibus mortuis & cadentibus, ſtatim & tunc & poſtea puer convaluit, ſed ſigna hujus rei in carne ſua adhuc oſtendit. PERGUNZON. AB, EX MSS. *morbus vermium auferitur.*

15 Radbodus *d* Namurcenſium Comes, audiens d
E quotidie innumerabiles populos undique Florinas confluere, & quæſtus ſolatia reportare; cœpit illos ſtoliditatis arguere, quod tanto ſtudio hominem talem certarent requirere. Dicebat enim, illum Paganum fuiſſe, nec poſſe omnino quemquam juvare. Cumque pro hac falſiſſima ſua opinione ſuos ſibique vicinos, ne ad eum irent, minis cœpiſſet deterrere, nec poſſet eos ita compeſcere; juſſit vias diligenter obſervare, & venientes diris flagris impoſitis, quæ portarent diripere. Ab hujuſmodi malis operibus cum non revocaret animum Comes incredulus, repente in ejus ſano corpore omnigena febris furibunde graſſatur, & uſque ad ejus medullas penetrans bacchatur. Tum cerneres illum tali hoſte proſtratum, ardoribus excoqui, frigoribus congelari, dentibus ſtridere, manus contorquere, brachia cruraque huc illucque jactare, eſcas faſtidire & rejicere, noctes & dies inſomnes ducere, & omnia milleformis illius mortis genera importune ſuſtinere. Sic jam morti vicinus, ita ſe incuſare cœpit gemebundus. Merito, inquiens, hæc patior, juſte ſic cædor, qui S. Gengulphum blaſphemavi, qui ejus homines flagellavi. Sed ecce toto corde credo, plena fide prædico, magni eum meriti eſſe: horrendum eſſe, ejus iram incurrere, ſaluberrimum venerari illum & quæF rere, unde meam culpam quia eum offendi profiteor. Si eo juvante mortem evaſero, emendaturum me polliceor: & qui ceteros ab ejus veneratione compeſcebam, ipſe cum donis meis, ſi ea acceptare dignetur, ad eum, ut ſervus ad Dominum, veniam. Quam ejus miſerandam humillimamque pœnitudinem tam perfecta ſubſecuta eſt celeriter ſanitas, ac ſi nulla eum attigiſſet infirmitas. Qui priſtino incolumitatis ſtatu revigoratus, Florinis ad Sancti eccleſiam, cum ſui corporis penſa *e* & aliis donariis, é quæ illuc devoverat venit: & palam omnibus ſe *uti & ſi.* culpabilem reddidit, & pro recepta ſanitate gratias *lius.* egit; S. Gengulphum pronuntians terribilem ſe ſpernentibus, pium & facilem pœnitentibus. Poſtea *f* filio ſuo morte gravato & penſa corpuſculi ad f eamdem eccleſiam tranſmiſſa, de ejus celerrima lætatus eſt recuperatione, & in omnibus adverſis ſuis ſancto Gengulpho ſemper ſolebat ſe commendare. *Radbodus Comes ob blaſphemiæ punitur, pœnitens ſanatur,*

16 Herimannum *g* Comitem Comes Lantbertus *h* inſequebatur: quo Florinis recepto, furialiter in ſeipſo bacchabatur: & quia dolebat ipſas Florinas tunc & ſemper ſuorum inimicorum aptas eſſe refugio, aggreſſus eſt omnia delere incendio. Unde g h

PER GUNZON. AB EX MSS.

nec S. Gengulphi eccleſia ab eo eſt reverita: ſed omnia atrii tecta ſunt incenſa, propinqua & muro cohærentia. Res mira, & tribus pueris in camini medio poſitis ſimillima. Eccleſia in medio ſtabat: flamma furens circumquaque ardentium domorum, circa ipſam & ſupra incumbebat: plumbum & ſtannum, & quæ intra eccleſiam erat cera, nimio calore liqueſcebat; nec tamen ipſam eccleſiam ignis, alias inſatiabilis, denigrare poterat. Tunc hoſtes, qui ad tam nefarium incendii opus adſtabant, hoc videntes ſtupefiebant: qui revertentes necdum à finibus illis exierant, & ecce equi ipſorum inſanire cœperant, & ſibi infidentes laniando excutiebant. Ipſorum quoque hominum plurimi, inſania & membrorum dolore contorti, fœde ad propria ſunt reverſi: qui intolerabili pœna gemiſcentes, & Dominium Florinenſe ſibi inimicum pertimeſcentes, per amica ſilentia noctis Florinas furtim adibant, & S. Gengulpho ſe peccaſſe fatentes, meliorati redibant. Quod factum laudabile fidelis cuſtos eccleſiæ, ſicut dum gerebatur conſentiendo ſciebat, ita geſtum fideliter referebat.

Eccleſia ab incendio liberatur:

17 Parvo poſt elapſo tempore contigit eumdem Lantbertum contra Ducem Godefridum *i* in Florinis ad bellum venire: & quoniam plures, quam Dux, tunc bellatores habebat, procul dubio ſe victurum fore jactabat. En, inquit, hodie, ſicut in meis viribus confido, ſi vicero, Florinis exitialem funditus interitum poſt victoriam parabo, nec etiam eccleſias excipere volo. Unde & vias ſi vicerimus præcipio anticipari, ne quiſquam fugientium ibi poſſit recipi, & contra nos illud munimen tueri. His dictis in bello congreditur, & totis viribus præliatur: nec credimus S. Gengulphum tunc dormitaſſe, cujus eccleſiam non timuit prius exhonorare, & modo minabatur omnino evertere. Sed ſicut cito à facie venti deficit fumus, ſic illo mortuo omnis ejus moriendo & fugiendo evanuit exercitus.

i B *Lantbertus auctor incurius perit.*

18 Puella quædam, Rotſendis nomine, cæca facta eſt meridiano tempore, non aliqua percuſſionis vel offenſionis læſione, ſed ſubitanea viſus extinctione: cujus cæcitatem parentes inconſolabiliter quotidie lugebant, nec tanti luctus remedium excogitare poterant: ſed omnino humanitus inſolatiati, cælitus quærunt ſubvenimen. Recordantes S. Gengulphum laborantium omnium preſto eſſe refugium, faciunt ei præcordiale votum, corpuſculi ſcilicet illius appenſum, & de cera circumpoſitum pileum. Quo facto, die ſubſequente altero, puellula ſubito meruit viſum recipere: & acum unam in terra conſpicata jacere, Cur inquit, ô mater, acus iſta perditur, quæ à me hic jacere conſpicitur? Quam vocem genitrix lætabunda raptim excepit, &, ſi vere videret, interrogavit. Quæ cum vero didiciſſet experimento, gratias reddidit Deo & Sancto ejus Gengulpho, & hoc omni notificavit populo.

cæcus viſum recipit.

C

19 Puer quidam, Tietſelinus nomine, brachii dextri otio torpebat, quia illud graviſſima paralyſis jam diu invaſerat: quem pater ſuus ante Dominum ſuum, nomine Godefridum, cujus erat ſervus, deduxit, & tale infortunium coram eo deflere cœpit. Cui cum Dominus reſponderet, ſe neſcire quomodo ei ſubveniret; à quodam ſibi adſtante Clerico hoc audit continuo: Sancto, ait, Gengulpho detur, à quo, ut credo, curabitur. Vos inquit Dominus ille, ex manu mea ecce illum apprehendite, & Sancto habendum deducite. Quem is Clericus ſtatim ſuſcipiens, & brachium ejus debile ſuper altare Sancti imponens; Hunc, inquit, audi, S. Gengulphe, Dominus ſuus tibi dat ſervum: quomodo tibi placet habeas illum. Mox ille brachium ad ſe ſanum retraxit, ac deinceps nullum in eo dolorem ſenſit. Quod factum omnibus mirabile pererebuit: & ad laudes Dei & venerationem S. Gengulphi multorum corda excitavit.

curatur paralyſis brachii,

D

20 Clericulus quidam, nomine Tiedboldus, trans eccleſiam S. Gengulphi quædam jacula jocu- lando jaculabatur: qui ab adſtantibus, ſub commina- tione S. Gengulphi, ne id faceret, compeſcebatur. Qui comminantium parvi pendens monita, addebat jaculis jacula, nec aliqua in hoc dicebat eſſe offendicula. Cumque irreverenter petras jaceret trans eccleſiam, etiam contra Sancti altare; ſubito cœpit omnibus membris contrahi & deficere, & in eodem quo ſtabat loco laxis nervis contractim accubare. Quod videntes qui aderant, juſte hoc ei acciditſſe dicebant, quia eum caſtigando à jactionibus compeſcere nequiverant. Quo comperto pater ejus, dolore graviſſimo mœſtificatus, ante Sancti altare filium deportavit: & culpa lugubriter defleta, & clementia B. Gengulphi præcordialiter implorata, voto facto ſtatim ſanum erectumque recepit, & laudibus Dominum ejuſque Sanctum magnificavit.

ob culpam contractus.

21 Erat quidam, nomine Amalricus, per tem- porum ſubitaneos accenſus paralyſi ita reſolutus, ut omnium membrorum officio repente deſtitueretur, nec fandi copia potiretur. Cujus rei timore anxius, auxilium Sancti efflagitans ſuſpiriis, gemitibus ſeipſum illi ſub cenſu annuo devovit: & ſic peſte illa caruit. Poſtea autem ſecurus de ſanitate factus, cenſum cœpit negligere, & annis undecim non timuit retinere. Cum autem pœne jam oblitus eſſet ſuæ devotionis, præ ſecuritate incolumitatis; recidiva infirmitas illa, quaſi ultrix tantæ negligentiæ, cœpit recurrere, & eum ſicut à principio ex tunc & poſtea vexare.

paralyticus.

E

ANNOTATA.

a Denerata ceræ *videtur mihi eſſe, quantum pro* denario *emebatur.*

b *Non* Styx, *ſed* Lethe, *æque infernalis fluvius, ſoporem ſeu potius priorum curarum oblivionem conciliare dicitur apud Poëtas.*

c Ivium, *in mappis* Yvé, *inter Florinas & Walcurtium.*

d Radbodus, *Baldrico lib.* 3 *cap* 5 Rotbodus, *ubi dicitur* cum Lansberto Comite Lovanienſi aggreſſus Baldricum Epiſcopum Leodienſem, *quod factum eſſe anno* 1013 *aſſerit Sigebertus.*

e Penſa, *ideſt menſura tritici, juxta pondus corporis: quod oblationis votivæ genus uſitatiſſimum eſt in Belgio, & rurſum infra indicatur num.* 18; *& num.* 28 appenſa *dicitur.*

f *Hic videtur eſſe* Albertus, *primus iſtius nominis Comes Namurcenſis, cujus mater Regelindis, filia Gothilonis Magni Ducis utriuſque Lotharingiæ, fuiſſet Radbodi uxor. Tempora huic conjecturæ congruunt.*

g Herimannus *Comes Dagisburgenſis in inferiore Alſatia, haud procul à confiniis Lotharingiæ hodiernæ.*

h Lantbertus II *Comes Lovanienſis ſucceſſit B. Aufrido, dein Epiſcopo Vltrajectino, patrueli ſuo. Eodem enim avo paterno Raginero primo Comite Hannoniæ nati ſunt,* Lambertus *patre Raginero* II, Aufridus *Lamberto* I *Comite Lovanienſi. B. Aufridi Acta damus* 3 *Maji.*

i Godefridus *Dux Lotharingiæ inferioris factus anno* 1005, *frater jam relati Herimanni Comitis, paſſim* Improlis *dictus, quia abſque liberis mortuus anno* 1023, *habuit fratrem Gothilonem Magnum ſucceſſorem.*

F

CAPUT III.

Varii ægri ſanati, & injurii puniti.

a *ob injuriã nequit ſurgere Comes,*

22 ARnulphus *a*, Arnulphi ſenioris filius, venatum ire debebat; nec in quem aſcenderet equum tunc præſto habebat. Sacerdos autem S. Gengulphi unum domi in atrio habebat: quem ab illo ut ſibi commodaret poſtulatus, præſtare nolebat. Unde ille iratior ſtabulum ejus intravit, & caballum Presbytero invito eduxit. Tunc Sacerdos imprecando ei talia: Tibi, inquit, & S. Gengulpho conveniat de hac mihi à te facta injuria. Arnulphus vero præcepit, ut ſibi ille equus interea pararetur, dum eccleſiam Sancti oraturus ingrederetur. Ingrediens igitur proſtratus oravit, ſed oratione facta reſurgere omnino non potuit: iterum iterumque ſurgere nitebatur, ſed quaſi occultis vinculis ligatus detinebatur. Tandem reminiſcens factæ à ſe Sacerdoti injuriæ, & imprecationis ab eo illatæ, pectus tundendo, terram oſculando, culpam fatendo, corde & voce pœnitendo, ſic Sancto Dei ſatisfecit: & ejus juſſu, imo precatu, equo reddito, ſtatim ſurrexit, & libere ad cœptum negotium exivit.

B

b *uti neque mercator*

23 Mercatores, Huyi *b* ſuper flumen Moſam manentes, ad forum quoddã erant tendentes. Tranſeuntibus autem eis per viam, quæ erat prope eccleſiam S. Gengulphi, alter alterum hortatus; Oratum, inquit, ad S. Gengulphum eamus. Cui alter; A via mea, ait, propter hoc non divertam, ne tardius ad negotium meum perveniam. Tunc ille prior, cui erat fides & fidei cultus major; Saltem, inquit, ſedens ſerva noſtram ſupellectilem, donec pro me & te quam citius orem. Ille igitur abiit, oravit, reverſus ſurgere & abire rogavit: qui ſurgere cito volebat, ſed nequaquam poterat. Tunc manus ſocio dabat: ut valenter traheret, rogabat: ſed per ſe niſus, per ſocium tractus, quaſi vinculo terræ vinctus adhuc hærebat. Juſte, ait alter, hoc contigit tibi, qui ad eccleſiam Sancti ire deſpexiſti: ſed modo culpam tuam confitere, aliquid ei devove ad miſericordiam, & adhuc te iturum promitte. Quod ille ut fecit, ſtatim per ſe potenter ſurrexit: & quod ſponte prius noluit, poſtmodum coactus ad Sancti eccleſiam properavit.

Curantur gena diſtorta unius,

C

24 Erat in Florinis quædam femina, nomine Wlferada, quæ à viro ſuo ſibi irato graviter fuerat percuſſa: qua percuſſione nimia, ejus mandibula, à loco ſuo diſtorta & avulſa, laxabatur à genis pendula. Hæc ſtratu infirmitatis multis diebus reclinata, nulla poterat ſubveniri medicina. Quadam die unus vicinorum ejus illam viſitavit: cui & increpans dixit: Quare oblita es ſemper præſto medici, Sancti ſcilicet Gengulphi noſtri Patroni? Surgens ire ad illum enitere, & quod potes defer ei devote, & curam tui doloris miſericordiæ ejus committe. Mox ad illius exhortationem, ſperans illa ſuæ recuperationis certitudinem, lectulo doloris ſe excuſſit, & cum hortatore ſuo ad eccleſiam Sancti munuſcula comportans acceſſit. Cujus infirmitatem homo ille manibus apprehendens, Sancto curandam obtulit, dicens: Ecce S. Gengulphe, paupercula hæc adſtat, ſanari ſe à tua miſericordia efflagitat. Quam vocem tam perfecta mox ſubſecura eſt ſanitas, ac ſi in ea hujuſmodi non fuiſſet infirmitas.

c *& alterius mulieris,*

25 In pago *c* Laudunenſi alia mulier fuit, quam ſimilis ægritudo diu detinuit. Nam ejus ita à genis divaricaverant mandibulæ, ut deformiter penderent in pectore. Ibi tunc de Florinis aderat Sacerdos, nomine Stephanus, qui his verbis eam, ut vidit, eſt conſolatus. Si ires, ait, Florinas ad S. Gengulphum, vere ſcias, quod curaret dolorem tuum. Sed modo fac illi votum, promittens dum potueris te ituram ad eum. Fecit igitur mulier, ut ille ſuaſerat: & miſericordiam S. Gengulphi fiducialiter expetebat. Nocte autem inſecuta, languoris ſui lectulo ſoporata, videt per ſomnium virum ſibi pulcherrimum aſſiſtere, & manibus ſuis leniſſime infirmitatem ſuam attrectare, ſuoque loco recomponendo reſtituere. Quæ mox à ſomno expergefacta, manibus palpare cœpit genarum loca, probare volens verumne eſſet quod viderat: quas tam firmiter reperit ac ſenſit ſanatas, ac ſi numquam habuiſſet à loco ſuo dimotas. Læta itaque de ſoſpitate, ſolicita de reddenda gratiarum actione, vota ſua celeriter præparavit, Florinis Curatori ſuo ſe præſentavit, gratias & laudes reddidit, omnibus hoc gratulabunda notificavit, ad propria exultabunda repedavit.

PER GUNZON. AB. EX MSS.

d *brachium contractũ.*

26 In villa, quæ Curcellis *d* dicitur, mulier quædam habitabat, quæ dextrum brachium ita contractum habebat; ut nullum opus ex eo faceret, nec etiam ſe ſignare poſſet. Quæ adveniente ſæpe memorati Sancti ſolennitate, Florinas adiit pro ſui recuperatione. Sed feſtivitatis nocte & ſubſequente craſtina die nullum ſenſit effectum j petitionis ſuæ. Jam autem dies feſtiva finiebatur, jam omnes ad ſua revertebantur; cum illa, quaſi pro licentia abeundi petenda, pavimento humiliter proſtrata, lacrymoſa à triſti pectore trahebat ſuſpiria, quia ſibi quam quærebat non aderat clementia. Surgens vero ab oratione, ſenſit ſibi pietatem divinam adeſſe, & brachium ad caput extendens, cœpit ſe, quod ante non ſolebat, ſignare. Quod videns filius ſibi aſſiſtens è proximo; Quid, inquit, ô mater video? dextram tuam ad ſignandum levas, quod tandiu facere non conſueveras. Hæc eſt, ait mater, miſericordia Dei: hæc eſt, quam ſperabam, medicina, S. Gengulphi. Nam ecce talem brachii mei virtutem ſentio, qualem numquam me habuiſſe recolo. Sic gratias Deo reddens mulier illa, incolumis rediit ad propria, nec ulterius aliqua illius infirmitatis ſenſit incommoda.

E

Sanantur cæca,

27 In Florinis quædam erat puellula, per triennium omnino cæca: pro cujus longa cæcitate pater ejus etiam cæcabatur tenebris triſtitiæ. Quadam vero die præſumpta ſperandi fiducia, cum oblationibus ſuis & filia eccleſiam Sancti intravit cum mente humillima. Tunc altari ſuppoſita oblatione, & ſtatuta cominus prole, attentiſſima cordis & vocis ſupplicatione pro ejus inſtabat recuperatione. Cujus reſpiciens fidem S. Gengulphus & devotionem, non diu ſuam protraxit pietatem. Nam necdum paternis finitis gemitibus, nox atra ab orbibus filiæ evanuit, & dies lucis inclaruit. Quod genitor videns, & gratias Deo ejuſque Sancto perſoluens, domum lætiſſime reverſus, ut geſtum erat oſtendit omnibus.

F

clauda,

28 In Florinenſi vicinia alia puella fuerat, quæ multo tempore graviſſime claudicabat. Hanc parentes ad ſolennitatem Sancti memorati portarunt, & pro ea munera preceſque obtulerunt: ſed nullum petitionis ſuæ tunc conſequentes effectum, non ſine magno mœrore regrediuntur domum. Evoluta autem hebdomada dies erat feſtivitatis octava, cum pater puellæ deambulans in atrio domus ſuæ, ſic orſus cœpit orare: Domine mi, S. Gengulphe, omnibus aliis ſemper præſto es & præſtabilis, me ſolum ſcio propter peccata mea aſpernaris: ad tua feſta meam ſobolem conduxi, nec tibi eam ibi placuit medicari. Sed ecce adſunt tuæ Octavæ: credo, ſi vis, tam potes modo quam tunc ſuccurrere: mirabilius etiam ſanabis hic abſentem, quam in tua eccleſia præſentem. Ejus appenſam tibi ſi placet devoveo: & ne differas amplius oro, quod te poſſe credulus confido.

PERGUNZON. AB. EX MSS.

confido. Necdum pater talia credulus finivit, cum ecce filia à domo exilivit, & hac voce inclamavit: Pater, pater: ecce, vide: firmiter vado, nec aliquam debilitatem in pedibus meis ſentio. Mox pater plantas ejus circumſpiciens, & ſe exauditum eſſe vere comperiens, cum filia & oblatione votiva ad præſentiam Sancti venit: gratiarumque actione reddita, hoc omnibus retulit, nec ulterius filiam claudicare doluit.

contracta ob avaritia patris relapſum.

29 Quidam homo habebat filium à prima ætate contractum, cujus magis gaudebat contractione quam paterna condoleret pietate. Eum ſcilicet ad Sanctorum feſta & ad populi conventus deportabat, & ejus debilitatem oſtentans multas à multis eleemoſynas accipiebat. Quem cum ad S. Gengulphi ſolennitatem Florinis detuliſſet, ut ſibi quas ſolebat pro eo elecmoſynas acquireret, ſine ejus deprecatione, ſola ſancti Gengulphi larga miſeratione, erigitur ſolutus ab omni contractione. Extolluntur in Dei laudes populi hoc videntis voces; ſed Pater male cupidus, arrepto in brachiis puero, deliteſcendo declinans à populo, negat hoc eſſe factum, dolens ſibi ſubtractum iri ſolitum quæſtum. Durus pater, ſiquidem pater: pater quidem ſola generatione, non pater affectu dilectionis paternæ: plus quippe triſtatur de ſibi ſubtrahenda acquiſitione, quam gaudeat de filii optanda ſoſpitate: huic patri non patris ineſt affectus, ſed mendici avariſſimi rapax animus; qui ideo infirmum mavult quam ſanum, non ut ejus infirmitati ex caritate concurrat, ſed ut inſatiabili ſuæ cupiditati aliquid congerat. Igitur hic talis pater furtim aufugiens, & filium raptim ſubducens, dum erectum & ſanum deplorat, contractum ſubito & debilem reſpectat: ſicque contigit ut ejus malitia eum iterato contraheret, pro cujus acontractione Deo ſupplicare debuiſſet.

phreneticus.

30 In Cameracenſi pago quidam erat homo, quem phreneſiaca paſſio impatienti & horrendo lacerabat morbo. Hunc cognati fortiſſimis fortiter conſtrinxerant vinculis, ne animo manibuſque efferatus rabiei ſuæ exerceret impetus: ſicque conſtrictum pro ejus remedio Sancto curandum deducebant Remaclo *e*. Qui iter per Florinas habentes, à quibuſdam hujuſmodi perceperunt adhortatione, ut S. Gengulphum adeuntes, ei pro illo effunderent preces. Intrant itaque eccleſiam Sancti, orantes intentiſſima devotione animi, condolentes patienti; expletaque oratione, cum vincto ſuo tendunt cœptum iter peragere: parvoque intervallo confecto, ægrotus ut ſolveretur petebat ex voto, non capite inſano. Illis autem putantibus illum inſanire, cœpit ipſe ingeminando ſubjungere: Solvite, ſolvite me citius, quæſo, quia Dei miſeratione & S. Gengulphi ab omni inſania me abſolutum ſentio. Qui ſtatim ſolutus, tranquilla mente & quieto corpore permanſit ſanus.

contracta brachio & digitu.

31 De vico, cui nomen Bovinia *f*, quædam in præſenti adeſt puella, nomine Grida, cui brachium ita adhærebat lateri, & digiti ejuſdem partis ſic erant contracti, ut omnino omni vacarent opere. Quæ à matre nuper Sancto deducta Gengulpho, dato oblationis ſuæ voto ante ejus altare pernoctabat, infirmitatem ſuam ei deplangebat. Jam autem appropinquante die, & cuſtode eccleſiæ, noſtro ſcilicet monacho, Oſmaro nomine, Matutinorum laudes decantante; cœpit illa ſudando, gemendo, anguſtiando, voces emittere. Cui mater cum diceret quidem, Quid ſic doles filias? O mater, inquit, cariſſima, præ nimia ſic clamo anguſtia. Quia ecce S. Gengulphi per meritum, à latere meum disjungitur brachiũ. Hæc dicens cœpit brachium extra ſinum paulatim extendendo extrahere, & extrahendo pleniter extendere: & palmam extenſis digitis in terra porrigere. Erat tunc Pentecoſtes celebritas ſacra: in qua ex diverſis partibus plebs confluens multimoda, ſicut ſemper erat ſolita, S. Gengulphi requirebat ſuffragia. Quæ mane facto, audiens ab ipſa puella rei geſtæ ordinem, in Dei & ejus Sancti laudem cum devoto corde extollit vocem. Sic itaque ſanata, pluribus ibidem diebus morata, videntibus cunctis potens erat filare & conſuere quæque neceſſaria.

ob lites dominorum relapſa & cæca, iterũ ſanatur.

32 Audita eſt res mira, ſed modo audiatur mirabilior & jucunda. Hæc eadem muliercula, poſtquam domum rediit ſana, & ab univerſis vicinis ſatis eſt admirata; duo fratres, quibus illa ancillabatur, inter ſe cœperunt de ea litigare: dum familiam ſuam partientes, illam, quia utilior erat, alter alteri vellet ſubripere. Dum vero lis illa protenditur, puella ut prius contrahitur, & inſuper obmutescens ad omne opus inutilis redditur. Stupenda hæc circumquaque vulgantur, ab univerſa vicinia catervatim curritur, & quia poſt S. Gengulphi curationem à Dominis ſuis mancipata ſit, blaſphematur. Quid plura? Cogente neceſſitate tantæ infirmitatis & perſuaſu populi confluentis, S. Gengulpho ancilla traditur à ſenioribus ſuis. Tunc à parentibus & vicinis ſuſcipitur, S. Gengulpho perpetualiter habenda repræſentatur, ejus præſtabili miſericordiæ commendatur, & confeſtim brachium, manus, loquela reduntur. Quam ecce ſanam quotidiano operi inſiſtere videmus, & de ejus iterata curatione Deum ejuſque Sanctum tam propinqui quam ſonginqui laudamus.

Ipſe ſcriptor obtenta ſanitate negligens,

33 Ecce dum Sancti hujus beneficia aliis impenſa refero, de memet ipſo, quod mihi contulit, de pluribus unum ſubſcribo. Juſſus *g* fueram miracula ejus denotare, ſed ingenii mei paupertate vel ruſticitate tam nobilia & urbana timebam deteriorare. Sed ſcriptorum inopia permanente, & miraculorum frequentia quotidie ſuccreſcente, aggreſſus ſum hoc opus utcumque. Verum me forenſibus injunctæ obedientiæ rebus occupato, & negligentiæ torpore teporato, omiſeram illud tempore non modico. Præſenti autem anno à Pentecoſte uſque ante menſem Auguſtum graviter langui; & cogente infirmitate, quod intermiſeram iterum incipiens, ſcripturum me promiſi: convaleſcenſque ab illo languore, præpeditus rurſum cura forenſi, & quod verius fateor tædioſus, & tardioris (ut ſemper ſum) ſtudii ad omne opus utile, quod promiſeram præſumpſi negligere, quaſi jam ſecurus de redeunte ſoſpitate.

febri vehementi quaſſatur:

Vix penitus morbus ille meritis illius à me noviter diffugerat, cum ecce, qua adhuc laboro, hujuſmodi me peſtis invaſerat. Repete cum alio graviſſimo morbo febres omnes, cum ſuis omnibus viribus, me vallant; & interiora quæque & exteriora occupantes, ſuis frigoribus & caloribus confricando, & conquaſſando, & conterendo, me graviter coanguſtant: cibum & potum & omnia corporis alimenta intercipiunt, & ut gravius ſæviant tertianis reditibus dolores mortis infligunt. Quid plura? Hac tranſacta Dominica, præ oculis erat mors ſola: jam deſperaveram vivere. Ultra rogabam Fratres aſſiſtentes perquirere viaticæ unctionis Oleum, & reliquum talis exitus providere obſequium. Hoc ſolum votum, fateor, erat animi, & petitio declamantis ad Sanctos Domini, ut in futura ſaltem Dominica, in qua deberet eſſe Nativitas Genitricis Dei, pro tantæ diei patrocinio, in quo multum confidebam, timor protenderetur exitus mei. Inter morticinos angores ſuggerunt mihi Fratres aſſiſtentes; Adhuc S. Gengulpho, quod jam voviſtis, firmius vovete, & aquam in Sanctis ejus Reliquiis perlutam bibite: nec impotens erit adhuc vobis ſuccurrere. Quæ ſalubris aqua,

facta promiſſione ſcribendi miracula, convaleſcit.

ut

A ut eſt citius noſtra petitione allata, manibus illam ſumens, culpabilem & voti reum me reddidi; & ante dies octo, ſi convaleſcerem, inceptuum me quod omiſeram devotiſſime promiſi. Qua ſitibunde hauſta, cum hoc voto cœpi meliuſcule habere continuo. Cœpit enim ſalutaris illa potio igneum in me furorem debellando colores ejus refrigerare, & per ſudorem extra medullas & oſſa diffluxim propellere. Sic ex illa nocte, Deo gratias, per Sancti ejus meritum evaſiſſe me gaudeo mortis periculum. Inde eſt quod ecce promiſſionem meam infra dies octo reddo, quod in lectulo infirmitatis, hebenti animo, tremula manu, ſcribo: & hoc cogor velim nolim, quia tanto Diſtrictori toties mentiri non auſim. Caveo enim illum offendere, quem expertus ſum ſic diſtricte poſſe vindicare.

h *cæca illuminatur.*

34 Mulier quædam in pago, qui Condrotium *h* dicitur, erat: quæ per multum tempus cæca manebat. Hanc præſenti anno maritus ſuus ad ſolennitatem S. Gengulphi conduxerat: quæ uſque ad altare ejus per manum viri tracta, palpando & offendendo pervenerat. Tunc cuſtos ejuſdem eccleſiæ, monachus noſter, Oſmarus nomine, ſicut ipſe mihi retulit, altari adſtabat: qui & eidem petenti caput

B cereum, ſuper altare ſtatim ponendum vendiderat. Quæ hac oblatione data, ibidem die illa eſt commorata: & in craſtinum Matutinis ſonantibus eccleſiam ingreſſa, auxiliumque Sancti profuſius adorſa eſt petere. Finitis autem laudibus Dei cœpit frigeſcere: unde neceſſe habuit ab eccleſia exire. Exiens vero ita clare cœpit videre, ut ad hoſpitium rediret nullo ducente. Cui ſe calefacienti ad ignem complangebat ſuus hoſpes, quod graviter domum reverteretur, non videns lucem. Reſpondenſque, inquit, O hoſpes gratiſſime, noli mihi condolere ſuper hoc, ſed congratulare: quia Dei miſericordia Sanctique Gengulphi modo repente cœpi videre. Unde tam hoſpes quam maritus ſatis admirati, poſt quam gratias retulerunt tali Curatori, mulier illa, quæ prius marito manipulante advenit, libero & inoffenſo greſſu domum rediit, & clare videns vivit.

ſanatur contractus unus,

35 Hoc eodem anno de vico Bovinia, homo quidam ſervulum, duodecim fere annorum, contractum habebat: quem cunabulo conſtrictum, aſinoque impoſitum, ad natalem ejus adduxerat. Hunc brachiis accipiens, altarique imponens, Sancte, inquit, Gengulphe iſtum tibi ſub annuali cenſu trado: nec unquam, ſi ei ſubveneris, contra voluntatem ſuam meo coactus erit ſervitio. Hoc dicens manui ejus denarium immiſit, & pro cenſu ſuper altare

C jactare fecit. Quo facto domum revertens, ſecum revexit, & poſt tertium diem contractione diſſoluta puer ambulare cœpit. Qui poſtquam plenius convaluit, cum Domino ſuo ad S. Gengulphum pedibus ſuis rediit, & gratiarum actione reddita, à Domino ſuo reductus eſt ad propria.

i *alter etiam mutus.*

36 In pago Faimenna *i* puerulus quidam quinque annorum, à nativitate numquam ambulare nec loqui poterat: qui poſt nativitatem ſuam orphanus utroque parente relictus, pauperem fratrem habebat. Hunc ille frater ſuus, ut potuit, enutrivit: & operando manibus ſuis victum quæritans, illum ſuſtentavit. Quem quia ſecum circumferens paſcebat, multis, quorum opera faciebat, oneri erat: plurimi etiam illum de opere ſuo repellebant, quia duos pro uno ſe non poſſe paſcere dicebant. Qui poſtquam illum per plurima Sanctorum loca deportavit, nec ſanari vidit, ad S. Gengulphum attulit: & duabus hebdomadibus ante feſtivitatem ejus inibi demoratus, ipſo feſto adveniente ante altare poſuit, dieque tranſacto ad hoſpitium ſuum reportavit. Die autem tertia poſt feſtum ſubito cœpit contractulus ille per domum, quaſi puer unius anni, greſſum conari, & ſic paulatim de die in diem firmius eniti. Et pro S. Gengulphi amore Advocatrix noſtra, Gilla nomine, illum poſtea de ſuo paſcit & veſtit, & quaſi mater fovet & enutrit: quem ecce pleniter ſicut puerum ambulare cernimus, & loqui audimus, & pro magna ejus ſimplicitate aliquando & congaudemus. Sic S. Gengulphus utrumque fratrem gemina pietate eſt conſolatus, minorem de corporis alimento & membrorum erectione, majorem de minoris compatſione & bajulationis impeditione.

PER GUNZON. AB. EX MSS.

cæca illuminatur.

37 Quædam etiam Nonna, nomine Bertrada, Cameracenſium urbis incolebat mœnia: cujus oculorum aciem per quatuor annos ita penitus obduxerat cæcitas, ut vix quidem minimam illi reliquerit viſus ſcintillam. Hæc circumquaque ducitur, ubi ſiquidem ſanitatum remedia inſignius per Sanctorum merita frequentabantur. Sed incuratam revertentem ſpes voti truſtrabatur. Quadam vero cum ſopori commiſiſſet artus nocte, cernit in *k* o- k
romate S. Gengulphum ſibi aſſiſtere, orbes oculorum leniter humectantem benedictæ aquæ conſperſione. Quod cuidam retulit Clerico, qui hoc quo- E
que annuntiavit Domino noſtro Gerardo, ejuſdem urbis Antiſtiti venerando.

ANNOTATA.

a Arnulphus, *frater Gerardi Epiſcopi Cameracenſis.*

b Hoyum *oppidum ad Moſam 10 circiter Leucis diſtat Florinis.*

c Laudunum *vulgo* Laón, *urbs Epiſcopalis Picardiæ ſuperioris, ſat procul à Florinis abeſt.*

d Curſellæ: *forſan is locus qui juxta Dionantum notatur* Caſtrum Sellæ, *aut ipſe vicus* Selle, *ſupra illud caſtrum, diſtinctionis cauſa,* Curia-Sellæ *dictus.*

e S. Remaclus, *Epiſcopus Trajectenſis, colitur 3 Septembris* Stabulai, *ubi mortuus fuit, in confinio Ducatus Limburgenſis.*

f Bovinia *ſeu* Boviniacum *oppidum ad Moſam in Comitatu Namurcenſi, haud procul ab oppido Dionanto.*

g *Hinc apparet ſcripſiſſe antequam eſſet Abbas, fortaſſis an.* 1017 *vel* 1028, *quando litt. Domin.* F *Nativitas Deiparæ cadebat in Dominicam, ut infra dicitur.*

h Condrotium *vulgo* Condrotz, *ubi antiqui* Condruſii *habitarunt, in agro Leodienſi circa Hoyum oppidum.* F

i Faimenna, *Condruſiis proxima, in finibus Comitatus Luxemburgenſis. Hos eſſe quos Cæſar lib.* 2 *de bello Gall.* Condruſis, Eburonibus Cæræſis *junctos,* uno nomine Germanos *appellari dixit; neque* Pæmanos, *ſed* Fæmanos *legendum eſſe ex ipſo locorum ſitu accurate docet in ſuis San-Maximianis Annalibus, hactenus ineditis, noſter Alexander Wilthemius: proindeque errare Ortelium, qui in noſtra Brabantia collocavit, eoſque putavit, quos* Pelandos *nunc dicimus. Hubertus Thomæ Leodii, in Commentariolo de Germaniæ inferioris populis, idem quod Wilthemius ſenſit de* Pæmanis *Cæſaris, quoad ſitum; ſed quia ibi vicum* Pemont *dictum reperit, quaſi id ſignificaret* Pæmanorum montem, *nihil ultra quærendum ſibi cenſuit, nec de* Faimenna, *in qua vicus is eſt, cogitavit; uti neque Ioannes Rhellicanus Tigurinus, neque Ioannes Glandorpius Monaſterienſis in dictum Cæſaris locum; Hubertum coævum ſuum ſecuti, tamquam in locis ſuæ patriæ diſtinguendis certiorem ducem.*

k Orama, *rectius* horama, ὅραμα *ſpectaculum, viſio.*

DE SANCTO FREMVNDO REGE

G.H. *MARTYRE IN ANGLIA.*

XI MAII. *Notitia* S. Fremundi *recolitur in variis Martyrologiis ad hunc diem* XI *Maji: ac primo in MS. Romano Ducis Altempſii, quod eſt Vſuardi, ſed Sanctus Anglis in Britannia auctum, in quo iſta leguntur:*

Cultus ſa-cer In Britannia majore S. Freſmundi Regis & Martyris. *In MS. Florario etiam refertur:* In Anglia Fremedi Regis & Martyris. *Grevenus in Vſuardi Auctario anno* 1515 *&* 1521 *excuſo*, Fremedi Regis Angliæ & Martyris. *Eumdem referunt Molanus, Caniſius & alii recentiores. Cambdenus in ſua Britannia, agens de Comitatu Warwicenſi, inter alia loca deſcribit* Vehindon, nunc Ichingdon & Harbury. Nec alio, *inquit*, ſane nomine hæc duo memoranda ſunt, quam quod inter ea Fremundus, Offæ Regis filius, ex inſidiis nefarie olim occiſus fuerit: vir magni nominis & *Martyrium* ſingularis in Deum pietatis: cui nihil aliud invidiam conflavit, quam quod infelici tempore felicibus auſpiciis hoſtium audaciam contudiſſet. Quod tamen
B ejus fatum in majorem illi gloriam ceſſit. Nam ſepultus ad Offæ patris palatium (Off-Church nunc dicitur) poſteritati adhuc ſuperſtes eſt, utpote qui inter Indigetes relatus, divinos honores apud multitudinem meruit. *Melius & magis Catholice ſcripſiſſet*, qui in Sanctorum Album relatus, ſacros Sanctis debitos honores in Eccleſia Catholica meruit. *Sed pergit Cambdenus:* Vita ejus carmine ſatis eleganti ab antiquo auctore deſcripta: è qua non ſit piaculum hos pauculos verſus ſubjungere de homicida, qui regnandi libidine percitus, illum ſuſtulit:

Non ſperans vivo Fremundo, Regis honore
Optato ſe poſſe frui, molitur in ejus
Immeritam tacite mortem, gladioque profanus
Iruit exerto ſervus, Dominique jacentis
Tale nihil veritum, ſævo caput amputat ictu.
Talis apud Wydford Fremundum palma coronat,
Dum ſimul & fontes occidit & occidit inſons.

in Warwi-cenſi Co-mitatu: *Hæc Cambdenus. Ex locis aſſignatis in Comitatu Warwicenſi* Lang-Ichingdon *in mappis ejuſdem Cambdeni* Long-Itchingdon, *&* Harbury *ibidem* Harberbury *ſita ſunt in Hundreda ſeu diſtrictu Knichtlowenſi, prope oppidum Southamum, nec procul inde diſtat verſus Lamum fluvium locus* Off-Church. *At qui in poëmate citatur* Wydford, *in mappa* Wichfort *videtur eſſe, qui in Hundreda Kynetona & confiniis Oxonienſis Comitatus collocatur. Verum utinam poëma illud antiqui auctoris integrum haberi poſſet: inde forſan reliqua ejus geſta & miracula cognoſcerentur.*

Filius Regis cenſetur, 2 *Extat aliqua ejus Vita in Legenda Ioannis Capgravii: verum in ea pleraque adeo dubia, incerta, & ἀσύστατα referuntur, ut indignam cenſeamus, quam velimus huic operi inſerere.* Annus Martyrii *aſſignatur* octingenteſimus ſexageſimus ſextus. *At quis tunc* Rex *in iſtis partibus* uſque ad decrepitam ætatem Paganicis detentus ritibus vixit? *Dicitur is* Offa, *à Cambdeno & aliis. Videtur autem innui* Offa Rex Merciorum: *ſed hic Chriſti fidem à pueritia amplexus, monaſteria Bathonienſe & Albanenſe conſtruxit, anno* DCCXCV *vita functus, à quo in agro Warwicenſi eccleſia condita traditur, unde poſtea emerſit oppidum ab eo* Off-Church *dictum, quo corpus S. Fremundi tranſlatum fuit, unde potuit* Offæ filius *habitus eſſe. Huic ſucceſſit* Egfridus *filius; ejuſque, poſt annum &* 140 *dies, mortui ſuffragio* Kenulfus Rex *eſt conſtitutus, virtutum fama illuſtris. Fruſtra igitur ad hujus Offæ tempora confugeretur. Nec poteſt intelligi* Offa Rex Orientalium Saxonum, *ob loco-rum & temporum nimiam diſtantiam, utpote qui cum Coenredo Rege Merciorum, relicto regno, anno* DCCIX *Romam ad limina Apoſtolorum profectus, Selderum pacificum ſucceſſorem habuit. Harpsfeldius ſeculo* 9 *cap.* 12, *citato ad marginem Ioanne Capgravio, aſſerit* S. Fremundum, Algari Orientalium Saxonum Ducis filium, *aliquibus Comitis Algari:* à perdito quodam cælum anno DCCCLXVI quinto Idus Maji. *Annum & diem Martyrii habet Capgravius. At cum Rege Offa patre Fremundi tradit extitiſſe* eadem tempeſtate in eadem provincia Algarum, qui ex conjuge ſua Thova filium procreavit, qui tertia die nativitatis de Rege Offa prophetavit, quod filium procrearet Fremundum, qui leproſos mundaret, cæcos illuminaret, & patriam ab hoſtium irruptione ſimul & ſtrage liberaret. Et ſic puer baptizatus ſpiritum emiſit. *Quidni potius dictus Algarus in provincia Warwicenſi vixerit, quam ita procul ablegetur ad Eſſexiam? Fuit etiam aliquis* Comes Merciorum Algarus, *qui teſte Simeone Dunelmenſi anno* MLVIII à Rege Eduardo ſecundo ex legatus. *Sed tempora ad ducentos fere annos diſtant. Interim Harpsfeldio aſſentiuntur Alfordus ad annum* DCCCLXVI, *& Bucelinus in Melonogio: quod minus probamus, niſi alia nobis argumenta aſſignentur.*

3 *In antiquo poëmate & antiquioribus Martyrologiis* Freſmundus, Fremundus, *aut* Fremedus Rex & Martyr *habetur. Deſunt antiqui hiſtorici, qui poſt Bedam proximis duobus ſeculis ſcripſerint, & inter poſteriores laudatur Malmesburienſis, qui plures Reges Northumbriæ omiſit: quidni ita omiſſus etiam ab eo ſit aliquis Rex, qui in Comitatu Warwicenſi & vicinis locis aliquamdiu regnarit? Dum Wulfherus maritus S. Ermenildæ Rex, Merciorum imperaret,* Peada frater *fuit* Rex Middelenglorum, *ſive* Mediterraneorum Anglorum, *& alter frater* Merwalus *erat* Rex Weſton-hecanorum, *ſcilicet qui teſte Wigornienſi* in Occidentali plaga Merciorum regnum obtinuit: *uti latius diximus* XXIII *Februarii ad Vitam S. Milburgæ, Virginis & filiæ dicti Merwali; &* XIII *Februarii, ad Vitam præfatæ S. Ermenildæ Reginæ. Quidni ſimiliter cenſeatur* S. Fremundus Rex, *aut Regis (ſive is* Offa *ſive alio nomine appellatus) filius, cui regnum debebatur: qui ne illud obtineret, occiſus fuerit? Dicitur dein apud Capgravium* Fremundus, *victoriam nactus de Inguar & Hubbe, Danorum Ducibus, à quibus S. Edmundus Rex Orientalium Anglorum anno* DCCCLXX *die* XX *Novembris occiſus fuit: & ita dicitur* Fremundus *in citato poemate ſontes occidiſſe, dum plura millia hoſtium* (Capgravius quadraginta *ſcribit*) *Chriſti virtute proſtravit: dein à quodam Oſwio, qui Dux exercitus ſub patre ejus fuerat, latenter crudeli ictu gladii amputato capite interemptus; ſed ab eodem, ob miraculum fontis enati, in loculo plumbeo depoſitus, & in* Off-Church *ſepultura traditus. Narrantur etiam apud Capgravium illuſtria quædam miracula, ac tandem dicitur* corpus cum hymnis & laudibus de ſepulcro veteri elevatum v Kalendas Aprilis, *auctoritate Epiſcopi Dorceſtrienſis: ubi primus fuit S. Birinus, anno* DCXXX *die* III *Decembris vita functus, cujus propterea nomen, loco alterius Epiſcopi, perperam eo loco intruſum legitur. Reliqua apud Capgravium videri poſſunt, ſed magno cum judicio diſcernenda: in quo ne laborandum nobis nunc putemus, facit ſpes per D. Dugdallum obtinendi antiqui poëmatis, cujus ſupra ſpecimen ex Cambdeno dedimus, totum, ſi obtinuerimus, daturi in hujus tomi Appendice. Iuvat enim ſperare, quod tot illuſtrium, ex noſtra præſertim Ieſu Societate, Martyrum ſanguis, hoc quo imprimimus*

an Regiuli in Comitatu Warwicenſi?

E

F

corporis depoſitio & elevatio.

anno

A *anno* MDCLXXIX *effusus in Anglia (sub pratextu quidem chimerica cujusdam conspirationis contra Regem, revera autem respectu solius Catholicæ Religionis, nobisque propria in Ecclesia Romana professionis) pariturus cito sit turbatissimis ibidem rebus pacem pietatemque veram, per quam juvare hoc opus volentibus expedita prius sint omnia, quam ad hujus Mensis Appendices, post alios quatuor tomos impressos, procedatur.* D

DE SANCTO MAIOLO

ABBATE CLVNIACENSI IN GALLIA. G.H.

ANNO DCCCC-XCIV. TRaconia cœnobii Cluniacensis *sæpius protulimus, maxime ad diem* XIII *Ianuarii, quo colitur* B. Berno *primus Abbas, & ad diem* XXIX *Aprilis, qui sacer est* S. Hugoni *sexto ejusdem Abbati, inter quos medius floruit* S. Majolus *quartus Abbas. Varia ejus Acta damus ad hunc* XI *Maji, quo die ad Christum migravit postridie Ascensionis ejusdem, anno* DCCCCXCIV, *quando cyclo Lunæ* VII, *solis* XXIII *littera Dominicali* G, *Pascha celebratum fuit ipsis Kalendis Aprilis, & festum Ascensionis die* X *Maji. Antiquam* S. Majoli *venerationem indicant quam plurima antiqua MSS. Martyrologia sub nomine Vsuardi, sed aucta, cum MSS. Centulensi S. Richarii, Florario Sanctorum & aliis: item Martyrologia* B *Coloniæ & Lubecæ anno* 1490 *excusa, nec non id quod biennio citius Venetiis prodierat à Bellino secundum morem Romanæ curiæ compositum. Successerunt passim alii Martyrologi, Maurolycus, Felicius, Molanus, Galesinius, Canisius, Saussajus, uti & Wion, Dorganius, Menardus, Bucelinus cum hodierno Romano, in quo ista leguntur:* Apud Silviniacum depositio S. Majoli Ab- *& 4 Maji ac 17 April.* batis Cluniacensis, cujus vita sanctis meritis fuit præclara. *Festum etiam aliquod* Translationis S. Majoli Abbatis *celebratur ad diem* IV *Maji in MS. Leodiensi S. Lamberti. Quo item die nomen* S. Majoli *insertum est Auctario Greveni ad Vsuardum. In Martyrologiis quibusdam Florentinis, impressis ac manuscriptis, ad diem* XVII *Aprilis refertur* S. Majolus Abbas, pater multorum monachorum, qui requievit in loco Silviniaco: *quod cur ibi potius quam alibi sic scriptum sit, nequeo divinare.*

Vita scripta à Nalgodo discipulo

2 *Cum vita* S. Majoli *esset meritis præclara, & miraculis divinitus patratis confirmaretur; à variis varia de iis collecta fuerunt, sed quæ fuisse* confusa diffusione potius dispersa quam digesta, *testatur* Nalgodus, *aliquibus* Nagoldus, monachus Cluniacensis & S. Majoli discipulus, *qui primus ordinate Vitam Magistri composuit: quam hactenus ineditam, ipsi anno* MDCLXII C *in monasterio Cluniacensi repertam descripsimus, & nostris Notationibus illustratam primo loco damus. Ab hac Auctor Chronici Cluniacensis in Haymardo sive Aimardo decessore & in S. Majolo, plurima iisdem verbis servatis descripsit, uti commodius ad ipsa Acta observamus. Interim in S. Odone Abbate secundo videtur aberrare, dum inter hujus discipulos numeratur* Nalgodus monachus, vitæ simplicis & honestæ, qui post decessum ipsius S. Odonis vitam ejus & miracula luculenter descripsit. *Quæ de S. Majolo plane intelligenda arbitramur.* S. Odilo *Abbas &* S. Majoli *successor infra in hujus Vita num.* 10 *remittit Lectorem*, ut discat ab eis, qui eum visu & auditu noverant, qualiter vixit, qualiter docuit, & qualiter plenus dierum adornatus virtutibus ab hac luce discessit. *Vbi hanc Nalgodi historiam vitæ ejus intelligi non dubitamus. Addit ibidem S. Odilo*, volumina à doctissimis viris ordinata, sensu catholico, *alia à Syro & Aldebaldo,* calamo conscripta rhetorico, & in nonnullis locis metro variata dactylico. *Vt ea volumina nanciscerentur, fuimus soliciti: ac primo ea in bibliotheca Reginæ Succiæ reperimus, sed acephala, & quæ habebantur in codice numero 696 signato, inde à num. 22 descripta damus. Postea eamdem Vitam tribus libris seu voluminibus distinctam reperimus Florentiæ apud Illustrissimum Sena-*

3 *Tertio loco damus Vitam quam dictus* S. Odilo, *S. Majoli successor, postmodum scripsit: cujus sermonem* Laurentius Surius nonnihil expolivit, *quædam etiam aut comprehensius reddidit, aut plane omisit. Habemus eamdem integram in illustri codice nostro MS. eamque, sed omisso initio & fine, uti infra observamus, ex MS. Fiscanensi transmisit nobis Fredericus Flouet noster: ipsam vero contulimus cum eadem Vita in Bibliotheca Cluniacensi pag.* 279 *excusa: in cujus Bibliotheca Additamentis extat adhuc alia, ab* Auctore, ut videtur, monacho Silviniacensi *composita: quam quia in ea fere nihil habetur, quod in prænominatis Actis non accuratius traditur, hic omittimus, cum curiosus Lector ipsam ibi legere possit: ejus autem loco damus libros duos Miraculorum, quæ dictis Actis ibidem subnectebantur, post aliud Vitæ compendium interpositum. In supra citato MS. Cisterciensi habetur* sermo in Natali S. Majoli, *hoc exordio:* Diei hujus sacrosancta solennitas solennem desiderat tanta expectatione sermonem, ergo adjuvante Domino ministramus vobis quod dedit à quo omne bonum procedit: cum quo totum, & in quo totum, & sine quo nihil. *Aderat & Admonitio ad Fratres hoc exordio:* Athletæ Dei estis, in stadio spirituali decertatis: legitime certandum est ut ad bravium pertingatur. *Quæ ibi videri possunt.*

tertiâ à S. Odilone successore.

quarta omissa.

libri 2 Miraculorum dantur.

4 *Majus operæ pretium esse videtur, neque hic prætermittendum instrumentum, quo cessio Haymardi Abbatis & Majoli substitutio continetur ex tomo* 6 *Spicilegii Acheriani desumptum ut sequitur.* Ordine divinæ dispensationis, cum primum sacris legibus à Patriarchis & Prophetis, tum etiam humanis à Consulibus & Regibus motus populorum comprimeretur; post, tempore incarnati Verbi, ignea romphæa in ostio paradisi fonte lateris Christi extincta, ut regnum Dei violentius raperetur, cœpit status Ecclesiarum ab Apostolicis viris piis moribus informari, & demum à sacris viris & Abbatibus in subditorum mentibus Regularis ordo disponi, ut per eum currentibus facilis cælestis patriæ videretur ascensus. Sicque fit ut quanto quis per exempla pietatis, paterno cultu se ad celsa erigens, processerit, & subditis ad cælestia sequendi ducatum præbuerit, tanto à remuneratore Domino multiplex mercedis & filiationis fœnus percipiet. Et quoniam ad Prælatos respicit, quidquid à subditis delinquitur, exemplum pravæ vitæ negligentiam subditorum, sententia divini examinis, ignis gehennæ inexhaustus vindicat. Quapropter ego Haymardus, S. Petri Cluniacensis cœnobii Abbas indignus, præsentibus atque futuris omnibus generatim notum esse volo, quia hæc & hujuscemodi mente pertractans, ætate defatigatus, officiis F

Instrumentum, quo Haymardus Abbas Officio cedens,

AUCTORE G.H. officiis quoque corporis imminutus, dum minus me Paſtorali curæ idoneum perſentiſco, B. Benedicti capitulatim de conſtituendo Abbate ſolicitudine præmonitus, cum omnibus Fratribus meis, filiis & conſervis, Beati quidem Petri pridem Clericum, Fratrem ac Filium, monachum Majolum religioſum, eligimus & Abbatem eſſe decernimus, ne inſolentia noſtræ infirmitatis ordo detereſcat, & repulſam in aliquo patiatur, Domino propitio ſemper ad meliora provehendus. Et ne technam alicujus excuſationis prætendat (nam, ſicut qui indignus ad regimen incautus aſpirat, [repellendus]; ita ſi quis dignus refugit, merito conſtringendus habetur) conſilium Epiſcoporum & Abbatum adhibuimus. Et ſicut Cluniacenſe monaſterium Domino auctore à Guilielmo Duce fundatum, nomine Principis Apoſtolorum ſacratum, Privilegiis Romanæ Sedis inſignitum, Regalibus præceptis confirmatum, à Reverendis quoque Abbatibus Domno Bernone & Odone ordinatum conſtat; ita cum omnibus Abbatibus, locis & cellis, ubique eorum vel noſtro nomine acquiſitis, prædicto Fratri ordinandum tradimus: atque tam ad ordinem ſervandum, ſecundum B. Benedictum & inſtituta Patrum noſtrorum, quam
B ad res diſponendas, ſub omni integritate, propitia Divinitate, vinculis obedientiæ adſtringimus, & Abbatem unanimiter omnes proclamamus. Hujus vero electionis & ordinationis ejus ſeriem, per conſultum, ut diximus, Primatum Comitis & etiam noſtri, & Advocati Leotoldi litteris ſanciri præcepimus, atque regulariter celebratam ordinationem in Chriſti nomine confirmavimus, & à Patribus & Fratribus noſtris ſcriptis confirmari precati ſumus. Acta Cluniacenſi cœnobio, feliciter. Amen. *Et ſequebantur ſubſcriptiones primo ipſius Haymardi Abbatis, tum Maguboldi Matiſcenſis Epiſcopi, duorumque Epiſcoporum aliorum & totidem Abbatum, ac denique monachorum triginta duorum.*

Majolum legitime electum inſtituit.

5 *De* Silviniaco, *ubi ſacrum S. Majoli corpus aſſervatur*, in Catalogo Abbatiarum & Prioratuum, monaſterio Cluniacenſi ſubditorum, *qui ſunt* de Provincia Arverniæ, *iſta traduntur*: Prioratus S. Majoli de Silviniaco Arvernenſis diœceſis, ubi debent eſſe quadraginta monachi ſecundum definitionem anni MCCCXXXVII. Et reperitur in pluribus locis, quod fuerunt quinquaginta temporibus retroactis. Et debent ibi celebrari quotidie quatuor Miſſæ cum nota, & quatuor ſine nota..... Sunt ibi Sacriſta, Infirmarius, Eleemoſynarius & Camerarius Officiarii
C perpetui. *Et dein numerantur immediate ſubditi Prioratui de Silviniaco, alii Prioratus undecim, & Domus quinque, quorum nomina cum perſonarum numero, quæ in hiſce degere ſolebant, ibidem Lector reperiet. Infra lib. 1 Miraculorum num. 9 cum corpus eſſet depoſitum*, ad ſanctiſſimum ejus caput *dicitur* altare quoddam eſſe conſtructum, quod Domnus Beggo, Arvernenſis Sedis Epiſcopus, in cujus diœceſi iſdem erat locus, magna cum reverentia conſecravit. *Hinc correxi Catalogum, in quo erat excuſum Æduenſis diœceſis, loco Arvernenſis. Dictus autem* Beggo *traditur Arvernenſis ſine Claromontanus Epiſcopus fuiſſe, cum* S. Majolus *ad æternam felicitatem migraret.*

Prioratus Silviniacus,

in diœceſi Arvernēſi.

VITA

Auctore Nalgodo S. Majoli diſcipulo.

Ex codice MS. Cluniacenſi

PROLOGUS.

1 VItam Beatiſſimi Patris Majoli, confuſa diffuſione diſperſam potius quam digeſtam, ut ſimplici brevitate colligerem & expedirem, Fratrum ſtudioſa caritas imperavit: caritas injunxit ut ſcriberem, & ut præſumerem tantum opus, piæ ſecuritatis audaciam inſpiravit: ipſa quoque, quæ numquam excidit, felicem exitum pietatis propoſito non negabit. In hoc ergo ſpiritu libertatis atque fiduciæ dilucida veritate breviter defloravo, quos per B. Majolum ſol juſtitiæ radios ſuæ virtutis infuderit huic mundo; & propoſitis auctoribus qui de illo ſcripſerunt, ſicut ex eorum tractatibus deprehendere potero, ſenſum veritatis eorum meo loquendi genere palliabo: nec opus erit compendia virtutum ejus rhetoricis coloribus inveſtire, ne gloriam tanti viri non meritorum radiis illuſtraſſe, ſed verborum nebulis videar obruiſſe. Ipſa per ſe ſobria nuditas geſtorum ejus habet plurimum claritatis & luminis, cui certe ſi alienos colores induxeris, non amplificas gratiæ dignitatem, ſed obumbras & minuis gloriæ majeſtatem. Auro quippe ſuus ſplendor omnino detrahitur, ſi argenti claritas inducatur; & argenteæ puritati non mediocrem injuriam irrogas, ſi ei vilitatem plumbeam ſuperducas. Non indiget vita Majoli ut urbanæ facundiæ titulis coloretur, quæ variis & feſtivis cæleſtium ſignorum ſplendoribus mirabiliter inſignitur. Sed nunc ad ipſam pietatis hiſtoriam maturetur acceſſus: faveat huic operi ſimplex Spiritus veritatis, qui voluntaria oris mei ſic bene diſponat & ordinet, ut me & à vitio ſuperſtitionis immunem, & à culpa mendacii faciat innocentem.

Auctor ſimplici ſe uſum ſtylo aſſerit.

ut virtus tanti viri melius appareat.

CAPUT I.

Ortus. Studia. Archidiaconatus. Eleemoſynæ. Vita monaſtica.

2 BEatus itaque Pater Majolus, major meriti dignitate quam generis, tranſcendit ſuorum
E natalium claritatem nobili privilegio ſanctitatis. Provinciæ regionis indigena *a*, uſque ad ipſos Galliæ Proceres affinitatis ſuæ terminos dilatavit, & à linea ſanguinis Gallicani magnum ſibi nobilitatis apicem comparavit: illuſtrior tamen fide & religionis honore nobilior, quidquid ſibi ad luxum & ſuperbiam vitæ contulerat gratia carnis & ſanguinis, prudenter tranſtulit in argumenta virtutis. Nutritus tenere parentum cura, litteratoriis artibus traditur informandus: proceſſu temporis cum ætas in eo adoleſceret & facultas, liberalibus ſtudiis liberaliter imbuendus: cui etiam in ſcholaribus diſciplinis gratia præſto fuit, quæ vivacitatem ingenio, tenacitatem memoriæ ſubminiſtrans, vas electionis ſuæ theſauris cæleſtibus cumulabat. Mira facilitate animi combibebat omnia, aſſignabat memoriæ univerſa, ut quidquid ſemel in pectoris armarium trajeciſſet, perennis memoriæ laqueis irretiret. Coætaneis & & conſcholaribus exemplo erat: eis vero, qui in illo cæleſtis gratiæ præludia noverant auſpicari, miraculo habebatur.

in Provincia natus.

liberalibus ſtudiis imbutus.

3 Cumque adhuc ſub annis puerilibus, ætatis impo-

A impotentia teneretur, & ipſa debilitas pupillaris virtutis ſtudium propulſaret; concepto ſpiritu fortitudinis cœpit pueriles ineptias declinare, & lenocinia verborum manu ſanctæ gravitatis abigere. Jam tunc Spiritus adoptionis eum in filium lucis adoptans, cœperat apud eum familiariter converſari; & ponens in ejus pectore thronum ſuum, in illius conſcientiæ tabula amoris ſui rudimenta ſculpebat. *perpetuam caſtitatem vovet:* Innatus eſt ei amor perpetuæ caſtitatis: devovit Domino primitias carnis ſuæ; & ſeipſo melius nihil habens, ſeipſum obtulit, præparans Deo virgineam in ſuo corpore manſionem. Horrebat divinitus informata voluntas blanditias carnis; votis puerilibus blandientes ſatellites voluptatum delicias, quaſi venena mortifera fugiebat: quidquid immunditiæ vicinum fuerat & cohærens, amicus munditiæ reſpuebat: verecundus pudor faciem nobilis pueri venuſtabat, & pudicus oculus pudicæ conſcientiæ nuntium ſe præbebat & teſtem. Videres in virgine puero laſcivam pueritiæ levitatem cenſoriæ gravitatis acrimonia condemnari: videres inſolentiam puerilem & motus incompoſitos ætatis illius matura morum canitie caſtigari. Hæc in eo, mater gratia, ſeminaria virtutum ſpargens, ſuis eum artibus imbuebat, B ſuis diſciplinis & legibus informabat: præſignans qualis poſtmodum futurus eſſet, cujus infantiam tanta compoſitionis arte Spiritus ſanctus informaſſet.

4 Jam pueritiæ metas evaſerat, & in florem adoleſcentiæ ferebatur; cum parentes illius mortis publicum iter ingreſſi, eum ſibi reliquerunt ſuperſtitem & heredem. Sed cum violenta Saracenorum b manus, à *b* finibus ſuis ebulliens, Provinciam occuparet, vaſtaret, dirueret atque diriperet; relictis fundis, qui ſibi ex paterno jure numeroſiores obvenerant, *c* Matiſconam Burgundiæ civitatem advenit: ubi à quodam ſuorum affinium, qui inter urbis Proceres nobilitate & opibus eminebat, grataner c exceptus, & illo medio apud *d* Epiſcopum conciliatus in gratia, divinis deinceps miniſteriis manci- d pandus, ordinatur in Clericum & in Canonicum majoris eccleſiæ promovetur. In quo dum Pontifex pietatis auſpicio primitias bonæ ſpei ex ipſa honeſtatis claritate colligeret, ſæpius inculcans & repetens miſcebat cum eo de ſervanda integritate ſermonem: hortabatur eum familiari colloquio, ut nitorem munditiæ & ſanctimoniæ candidatum integro corpore cuſtodiret & corde: decere puerum, qui C puritatis Auctori ſacramento Clericatus fuerat dedicatus, virgineam carnem & mentem integram retinere; primogenitum caſtitatis, ne à contrario ſpiritu ſuffocetur, ſigillo fidei muniendum. Quod libenter audiens devotus puer, in cuſtodiam caſtitatis tanta ambitione concaluit, ut minus honeſtas confabulationes & ſuſpecta conſortia fugiens, honeſtis & gravibus perſonis adhæreret, & ſuos quoque contubernales honeſtos faceret & pudicos; terram quoque cordis ſui & agrum conſcientiæ ſpiritalium virorum doctrinis ſpiritalibus compluebat: & mentem ſuam, ne otiantem & oſcitantem ſpiritus malignus irrumperet, honeſtis occupationibus exercebat.

Lugduni Philoſophiæ ſtudet: 5 Qui etiam ſapientiæ zelo ductus, amore & deſiderio litterarum, Lugdunum, Galliæ primam Sedem, expetiit; & ſub Antonio quodam, ſub quo Philoſophiæ ſtudia præcipue tunc florebant; diſciplinis liberalibus operam dedit: multumque in brevi proficiens, diſcipulum exuit, & in Magiſtri vocabulum & honorem felici tranſitu convolavit. Inde quoque rediens Matiſconam, cum celebris odor virtutum ejus circumjacentium aures & animos ſolenni opinione compleret, imponitur lucerna candelabro: & juvenis totus ex merito ſubſiſtens &

gratia, invitus & nolens ſubit Archidiaconii perſonatum. Diaconii ſuſcepto gradu, legibus Apoſtolicis ſe totum collineans & conformans, talem ſe vita & moribus exhibere curabat: qualem eſſe debere Diaconum Paulus in ſuis Epiſtolis præſigurat. Fit Majolus, juxta nominis ſui alluſum, major oculus Epiſcopo Matiſconenſi: qui non tantum privatis actionibus exequendis, ſed toti Eccleſiæ diſpenſando, curam proviſionis impendebat; & acceptæ adminiſtrationis officium viva diligentia proſecutus, ſtudio prædicationis inſudabat; cumque plura ageret quam doceret, ſeipſum illis, cujus imitatores deberent fieri, proponebat. PERNALGODUM EX MS. *fit Matiſconæ Archidiaconus:* 1 Tim. 3. 8

6 Caritas, quæ ſibi in illo ſummum vendicaverat principatum, ſua negligens, aliena curabat, magis eligens communis fieri quam privata. Tam verâ condeſcenſione affluebat in pauperes, ut compaſſionis igne ſuper afflictorum miſeriis ureretur. Nihil illi gratiæ cum turpi lucro; ſed quod ſibi refundebat perſonalis officii ratio, in uſus pauperum miſericordi providentia diffundebat. Si vocem pauperis ad oſtium clamantis audiſſet, ipſum Jeſum in illius miſeria peregrinari cognoſcens, ad tantam miſericordiam flectebatur, ut non requieſceret ſpiritus ejus, donec ex ſua copia illius inopia ſuppleretur. Multa E eum frequentia pauperum diverſi ſexus & generis ſequebatur; ut ſi benignitatis ejus affectum aſpiceres in egenos, virum eum miſericordiæ non negares. Gaudebat ſe contingere vir beatus fimbriam veſtimenti Jeſu, & extrema in corpore Eccleſiæ Chriſti membra humilibus obſequiis excolebat; non ad libidinem, ſed prout cuique expediebat; totus ad ſingulos, totus ad omnes, ſingulorum opportunitatibus totus accurrens, ſtudebat omnibus prodeſſe pariter & adeſſe. *miſericors erga pauperes*

7 Eo tempore quo vir Domini Majolus his invigilabat miſericordiæ diſciplinis, corrupti aëris intemperies agros regionis illius infœcunda ſterilitate damnaverat. Exhauſerat in uſus & ſubſidia pauperum, quidquid in horreo & promptuario potuit inveniri: nilque fere ſupererat, quod non in operam pietatis adoleſcentis pietas inſumpſiſſet. Acceſſit œconomus, cui domus diſpenſatio credebatur, anxius & conteſtans omnem in pauperes ſubſtantiam diſtributam; pauca in horreis reſediſſe, quæ in ſtipendia quotidiana familiæ partirentur. Quem vir Domini, qui ſibi nec de craſtino cogitabat, blande conſolatum dimiſit, aſſerens, nihil Deum timentibus defuturum, ſed ipſum diligentibus omnia cooperari F in bonum. Inſtabant vocibus pauperes; viduæ & pupilli lacrymoſis vocibus inclamabant; pietatis ardorem, qui numquam tepuerat in viro Dei, ſuis clamoribus ſuſcitantes. Quid faceret? Quo ſe conferret? Liberalis animus, qui ſe dudum offerebat, etiam non petenti, toties & tot vocibus imprecatus, quod porrigeret non habebat. Contulit ſe ad Deum miſericordiæ fontem, ut quod ſibi in ſeipſo defecerat, in illo qui numquam evacuatur hauriret. Ingreditur oratorium, quod in honore S. Michaëlis trans Ararim ipſe conſtruxerat, in quo à ſeculi tumultibus ſe conferre & privatæ orationis ſtudio conſueverat incubare. Accumbit precibus, ſuſpiriis *Deū orans* Dominum interpellat, & ſolutus in lacrymas pau- *7 ſolidos* peribus, quibus victualia non miniſtrat, oratio- *reperit.* num ſuffragia devotior elargitur. Adeſt Divina pietas famulo deprecanti, & ſeptem ſolidos, Majoli ſuſpiriis & ſingultibus fabricatos, oculis jacentis ſuppoſuit. Caput ab oratione ſuſtollens, videt ſolidos, miratur & refugit; & ne illuſio fieret inimici, aut eos aliquis perdidiſſet, æſtuans cogitatio reveretur. Avertit oculos tertio, & tertio reflectit in ſolidos: procumbit tertio ut oratione ſolveret phantaſiã. *in publicâ fame,*

PERNAL-GODUM EX MS. Erat quaſi miraculum, ante faciem ejus ſolidos, à nemine deportatos, à nullo depoſitos, poſt orationem inibi perdurare: quæſitum eſt, & inventum neminem perdidiſſe. Lætus igitur donum ſupernæ benedictionis accepit: & per manum Grimaldi, qui hujus facti fuerat occultus & familiaris inſpector, quod diei ſufficeret reſervato, reliquum in pauperes præcipit diſpartiri. *& in pauperes diſtribuit:* Cumque domeſtici ſuaderent ut totum in uſus proprios detorqueret, ac futuræ provideret inopiæ; Deus, inquit, noſter amplius conſuevit tribuere quam rogatur: qui circa nos hodie ſolicitudinis curam exhibuit, craſtino quoque providentiam adhibebit. Quæramus primo ſtudio regnum Dei, & ſecundo ordine neceſſaria tempori ſubſequentur. Gratias agamus Domino de impenſis, & neceſſario impendenda bonæ illius fidei committamus: non deerit ipſe nobis, non deerit, qui ſe in veritate poſcentibus aſſiſtere conſuevit. His verborum blanditiis vir manſuetudinis atque modeſtiæ, querulosæ familiæ ſatisfecit. *plauſtra vini accipit.* Sequenti die plauſtra vino onuſta deducuntur ad virum Dei, quæ ſibi & domui ejus ſufficerent in multos dies: quæ ipſe cum gratiarum actione ſuſcipiens, largitori bonorum omnium Deo laudis ſacrificium obtulit; qui
B benedictioni primæ donum ſecundæ benedictionis appoſuit. O bonitas nullis temporum anguſtiis coarctanda! Nudis & ſimplicibus Majoli verbis condeſcenſio divina ſubſervit, parique diligentia nec diſſimili ſtudio tam verba quam preces ipſius provehit ad effectum. Ne videretur forſitan minus dignum & quaſi minus conveniens Majeſtati, ſolidos præſtitiſſe, adjecit & vinum. Rem magnam majore miraculo cumulavit, ut utroque conjuncto famulum ſuum in facie totius Eccleſiæ faceret clariorem. Hoc vero probabili argumento probavit ſe Dominus, & oſtendit Majoli devotionem & ſtudium approbaſſe.

e *Archiepiſcopatum Veſontion. recuſat,* 8 Per idem tempus civitas *e* Veſontionenſis, ſuo viduata Paſtore, cum de ſubſtituendo Epiſcopo diverſa inter ſe ſtudia partium conflictarent, in hanc ſententiam tota conſenſit, ut ſibi Dominum Majolum præficeret Sacerdotem: felicem ſe fore, ſi juvenem ſpectabilem genere, prædicabilem meritis, litteris eruditum, in Pontificem ſortiretur, cujus ope & induſtria ſciret ſibi vitæ victualia miniſtrari. Quod ubi comperit vir beatus, ſe imparem tanto oneri, ſe indignum tanto honore conclamans, tota
C vocis & animi libertate, linguaque & manu ne fieret obviabat: bonus diſcipulus bonum imitatus Magiſtrum, qui omnem hominum gloriam fugiens, ne à turbis Rex conſtitueretur aufugit. Numquam potuit libera voluntas ejus ad conſenſum provectionis inflecti, ut Sacerdotio fungeretur; qui ipſo quoque Diaconii gradu ſe penitus fatebatur indignum. Nolebat vir Deo dignus ſurgere ante lucem, ſed ſedere & humiliari cum Chriſto; ut ei in convivio locum ultimum occupanti cæleſte oraculum intonaret; Amice aſcende ſuperius.

alios docet Philoſophiam: 9 Toto hoc tempore honeſtus juvenis ſcholas rexit, liberalibuſque diſciplinis & artibus ſuos imbuens & informans; ut calicem Philoſophiæ, quo ipſe ab ineunte ætate fuerat debriatus, caritative in alios docendo transfunderet. Nec illud faciens, ut avaritiæ ſuæ conſuleret, qui præſentia prorſus aſpernans, futura votis ſolennibus ambiebat; ſed ut providus diſpenſator, talentum quod acceperat diſtribuens ad uſuram, ut traditam aliis pecuniam cum multo fœnore reportaret. Nec humani gloriam favoris aucupari, aut ſui nominis terminos dilatare quærebat: ſed eorum utilia magis affectans, theſaurum deſiderabilem, qui ejus requieſcebat in ore, diſpenſative in alios dividebat.

10 Hinc jam Majolus in oculis ſuis minor, ſed D
in oculis hominum major apparens, puritate vitæ & gravitate operum ab ipſis æmulis & invitis magnæ ſibi reverentiæ gratiam exigebat. *caducæ reſpuens* Cœpit ardua ſequi, majora tentare, & currens in odorem cæleſtium unguentorum toto ad æterna deſiderio contendebat. Præguſtabat jam, quam bonus ſit Deus Iſraël rectis corde: & vitæ dulcedinem naribus pietatis odorans, totus in Deum virtutis amore & gratia ferebatur. Magnus quippe conſilii Angelus hunc ſpiritum infuderat cordi ejus, ut Ægyptum mundi hujus mente & corpore deſerens, ad vicina cœnobialis Ordinis deſerta migraret: hoc ſibi utile apud ſe judicabat: hæc pia deliberatio mentem juvenis occupaverat, ut ſpreta libertate carnis in monachi puritatem tranſieret, & ab Hierico in Jeruſalem, à terra miſeriæ & tenebrarum in regionem quietis ac lucis, felicem ſibi præpararet aſcenſum.
f *Erat locus in territorio Matiſconenſis, in valle, quæ* f
dicitur Cluniaca, privatus quidem ſitu, ſed opinio- *& Cluniacenſe monaſterium ingreſſus,* ne & fama toto jam orbe celeberrimus & ſolennis. Qui longe ab humana communione ſemotus, tantum habebat ſolitariæ quietis & pacis, ut cæleſtem quodammodo videretur ſolitudinem imitari: ubi etiam ab antiquo monaſterium fundatum fuit, in E
quo ſub viro vitæ venerabilis Aymardo numeroſior conventus Fratrum, cura morituræ carnis abjecta, victuro in æternum ſpiritui militabat: apud quos religio & honeſtas tanto fervore & ſtudio colebatur, ut vivere homines more divino, & in corporibus poſitos præter corpora fieri mirum eſſet. Virtus quippe monaſticæ profeſſionis, quæ in negligentiam tota deciderat, & in Eccleſiis Gallicanis præcipue frigeſcebat, ſic per eos eſt ad ſuum reformata principium, ut fere totus orbis religionis inde & ordinis veritatem ſe gaudeat conſecutum. Hinc in Eccleſias Galliæ rivi ſanctitatis & gratiæ defluxerunt: hinc in Occiduas mundi partes regularium præceptorum & rigoris monaſtici fluenta manarunt. Hue bonæ indolis adoleſcens Majolus, non animum deponens ſed habitum, inter ſcholares tirocinii cæleſtis alas Domino militaturus intravit *g*. Videres ju- g
venem more aquilæ renovatum, pennarum depoſita vetuſtate plumeſcere, & ad virtutum gratiarumque refloreſcere novitatem. Videres adoleſcentiam meritis pubeſcentem, pallio vetuſtatis exui, & ad cæleſtis ſponſi ſuſpirantem amplexus, in veram Chriſti plenitudinem reformari. Pannis infantiæ Jeſu & veſtibus humilitatis indutus, ſacramenta ordinis, F
humilitatem ſcilicet & obedientiam, miro fervore *in virum perfectum evadit:* animi ſequebatur; & in his viriliter exequendis nullum ſibi patiebatur æqualem. Puritati cordis & corporis ordinatæ ſcientiam caritatis annectens, funem, qui difficile rumperetur, intextor ſubtiliſſimus triplicabat; totus in monachum tranſiens, totus monachum redolebat; & monachi lege vivens, ad ſummum monaſticæ religionis culmen evaſit.

11 Reſponſa Cluniacenſis Eccleſiæ ad Sedem A- *in itinere Romano* poſtolicam delaturus Majolus, vere monachus, Romam dirigitur ab Abbate: qui negotio fideliter & proſpere terminato maturans reditum, *h* Yporediam Italiæ civitatem devenit, ubi unus ex ejus ſociis monachus ſubito languore correptus, acri cœpit ardore febrium fatigari. Indignata febris invaſerat omnia membra jacentis, ut fere jam moriturus in proximo videretur. Anxiabatur ſpiritus viri Dei, & morienti pœne commoriens dolore ſuum lacry- *ſocium ægrum ſacra Unctione ſanat:* mis & ſingultibus ſolabatur. Suſtinuit per tres dies: & ægrotus in nullo melius ſe habebat. Inſecuta nocte, cum defatigatis artubus ſoporis gratiam indulſiſſet, quidam ei reverentiæ perſonalis apparens, hortatur ut Oleo ſancto perungat ægrotum, & ſicut

Jacobus

A Jac. 5, 14 Jacobus atteſtatur, oratio fidei ſalvaret infirmum. Surgit congratulans viſioni, & infirmum perungens Oleo, totum homi nem qui tota deſperaverat de ſalute, in ſpatio unius diei reformat integræ ſoſpitati. Multum quidem valuit Unctionis ſacramentum: ſed non minus Majoli lacrymæ meruerunt, quibus datum eſt ut tam veloci remedio infirmitati corporeæ corporalis unctio mederetur. Quibus reverſis Cluniacum, cum Fratribus innotuiſſet hoc factum; qui prius ſervum Domini pro vitæ meritis honorabant, nunc per manifeſtam gratiam invitati, majori cum reverentia & miraculo habere cœperunt.

ANNOTATA.

a *In Chronico Cluniacenſi inter hæc verba ibi inſerta interponitur* in oppido, quod dicitur Valentiola, *vulgo* Valenſola, *in diœceſi Reienſi, anno* 990 *donata ordini Cluniacenſi. Conſule Bouchæi Chorographiam Provinciæ pag.* 232.

b *Degebant* Saraceni *tunc in Alpibus vicinis, maxime maritimus, & habebant* Fraxinetum *oppidum refugii in Comitatu & diœceſi Foro-Iulienſi, de quo latius agetur* XXII *Maji; ad Vitam S. Bobonis, qui Saracenos expulit.*

c Matiſco *ſeu* Matiſcona, *ad Ararim urbs Epiſcopalis, inter Lugdunum & Cabilonem quaſi media.*

d *Forſan* Berno, *is fuit aut qui illi ſucceſſit* Maymbodus *anno* 937 *ordinatus, mortuus an.* 962.

e *Videtur id factum poſt obitum* Guifredi *ſeu* Goffridi 45 *Archiepiſcopi, qui traditur fuiſſe in ea dignitate anno* 932, *& adhuc anno* 947 *vixiſſe. Quod vero apud Sanmarthanos dicitur præfuiſſe adhuc anno* 951 *&* 953 *nullo modo conſiſtere poteſt, eo quod tum inter Cluniacenſes monachus vixerit Majolus.*

f *Sequentia verba, auctore Nalgodo, citantur in Cluniacenſi Chronico, in Geſtis S. Majoli.*

g *Circa annum.* 948.

h Eporedia *vulgo* Yurea, *hinc etiam* Yporedia, *urbs Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Taurinenſi, ſub titulo Marchionatus Pedemontio addita.*

CAPUT II.

Abbatis munus impoſitum. Illuſtres virtutes. Cæci illuminati. Alia miracula. Monaſteria reformata.

12 Interea venerabilis Aymardus, attendens in ſe naturalem occaſum ætatis pariter & virtutis; C *ab Aymardo Abbate deſiderante liberari,* ne defectus ruina fieret ordini, & ipſius debilitas remiſſionem pareret diſciplinæ, pia formidine verebatur. Advocat in Capitulum virtutis & ſanctimoniæ legionem, cunctiſque in unum corpore & animo congregatis, in ſuſpenſas circumſedentium aures hujus orationis formam depoſuit. a Ex magnanimi Regis audacia novimus, ait, in milites ſpiritum fortitudinis derivari; ſicut ab oppoſito negligentia remiſſi Ducis b collateralibus animum diſſolutionis inſpirat: adverſa capitis valetudo toto redundat in corpore, ſicut eo incolumi permanente membra cetera ſoſpitate & gaudio penitus hilareſcunt. Rex etenim formidoloſus & pavidus, ſi terga vertat, ſi fuerit elapſus in fugam, numquid non ſtatim quiſque fortiſſimus & virilis femineo pavore ſolvetur? Quis in capite moleſtiam ſuſtinens & in membro patiens principali, non illico totis animi & corporis viribus elangueſcat? Quorſum evadat oratio perſpicuum eſt. Ego enim vobis in cæleſti militia ducatum præſtans, & more capitis c toti Cluniacenſis Eccleſiæ corpori providentiam exhibens generalem, ſenio & debilitate confectus, officio meo reſponſum operis exhibere non poſſum. Proceſſi in dies multos, & jam grandævus & ſenex totius virtutis in me defectum ſentio naturalem. Facilis excurſus annorum me ignorante deprædatus eſt vires meas; caligant oculi, luminum acies tota retunditur, & ſenſuum veritas imminuta ſentit *d* dejectionis ſuæ injuriam. Licet ſit animus perſeverans & ſpiritus victor annorum, totius corporis tamen ruinam paſſus excubias ordinis celebrare non poſſum. Provideat ſibi diſcretio veſtra Paſtorem, qui præcedat vos in via Dei, & veluti columna luminis in nocte offenſionis dirigat greſſus veſtros. Navis ſine remige commiſſa ventis, non enavigare ad portum, ſed illidi ſcopulis & mediis inſepeliri fluctibus conſuevit: caſtrenſis militiæ multitudo, niſi Ducis legibus informetur, præſentia muniatur, firmetur auxilio, ſævas circum frementium hoſtium manus incurrit: Eccleſia viduata Rectore, dum non habet oculum providentiæ quo regatur, foveam præcipitationis offendit. PER NALGODUM EX MS. d

13 Cum hæc & his ſimilia venerabilis Senex in virtute ſpiritus loqueretur, & ad ejus vultum & verba circumſedentium mentes & oculi raperentur; adjecit: Vobis quidem Abbatis incumbit electio, & veſtrum erat communi providentia præfeciſſe Paſtorem. Sed quoniam in noſtræ diſcretionis judicio veſtri quoque poſuiſtis arbitrii libertatem, de Domini miſericordia pie præſumens, hortor atque commoneo, ut Fratrem Majolum in cuſtodiam gregis Domini ſubſtituatis vigilem & rectorem; cujus honeſtas & gratia, frequentibus virtutum indiciis approbata, totius ei auctoritatis exigit perſonatum. Hunc nobis amor conciliat, commendat prudentia, ſanctitas reconſignat; ut qui in Domino eſt adeptus gratiæ plenitudinem, conſequatur etiam dignioris officii claritatem. Ad hanc Senioris vocem omnium qui aderant pectora Spiritus unitatis implevit, & pariter concurrentes in unum, ſimili voluntate & animo, Domnum Majolum protinus in Abbatem elegerunt. Nulla ibi diverſitas partium, nulla diſſonantia voluntatum: ſed pari devotionis affectu renitentem & invitum ad officium pietatis impellunt. Vir autem Domini, tanto violentius, quanto humilius ſe excuſans, ſuam verbis aperit indignitatem, & curæ Paſtoralis attollit & prædicat dignitatem. Cumque in hac repudii voluntate humilitas obſtinata duraret, & Conventus pro eo triduanæ orationis ad Dominum vota fudiſſet; vidit perſonam in viſione noctis, quæ libellum Regulæ manibus præferens hortabatur, ut Fratribus conſentiret, & in teſtimonium virtutis ſuæ eamdem ſibi Regulam perenni matrimonio deſponſaret. Evigilans poſt quietem timore concutitur, & de inobedientia ſatisfaciens fraternæ ſe ſubjicit voluntati. Aſcendit invitus locum *e* Abbatis; & in Domino vitam ducens, menſuram impoſitæ dignitatis meritorum floribus exornavit. *propoſitus in ſucceſſorē,* E *viſione confortatus admittit;* F e

14 Promotus igitur, & gratiæ privilegiis cathedram Abbatis implens, Deo placuit innocentia cordis & operis, & hominibus profuit doctrina & magiſterio pietatis. Speculum fuerat humanæ vitæ converſatio & vita ejus, in quam ſi diligentius vultum intenderes, omnium deformitatem & formam pleniſſime pervideres. Nihil illi commune cum ſeculo, ſed totum ſe ab illo exhibens alienum, Chriſtum vita & moribus loquebatur: in terra corpore poſitus cælum meritis poſſidebat, cæleſtis illius munditiæ quemdam in carne præferens candidatum: Chriſtum ſapere, Chriſtum loqui, terrena poſtponere, ad æterna ſuſpirare, lectioni inſiſtere, doctrinæ ſtudiis inſudare, familiare illi fuerat & amicum. In vultu ejus matura jucunditas, in inceſſu honeſta gravitas apparebat. Jugis abſtinentia illi, *concordem omnium electionem,* *omnibus virtutibus eminet;*

PER NALGODUM EX MS.

crebræ vigiliæ, in precibus frequens & pœne aſſiduus, orationis ſuæ ſobriam ſiccitatem lacrymarum medullis ſæpius irrigabat. Sic in edendo ſobrius & parcus erat, ut, guſtando de ſingulis, vitium ſuperſtitionis effugeret, & de omnibus parum delibans numquam periculum ſatietatis incurreret. Totus caritate redundans & gratia, & in Angelicam imitationem aſpirans, virtute ſuper hominem ferebatur.

15 Cum jam fere ſummos gradus attingeret ſanctitatis, & in virtutum plenitudinem erupiſſet orationis gratia, Velaunorum civitatem, quæ *f* Podium S. Mariæ vel Anicium nuncupatur, expetiit: communi occurrentium favore ſuſceptus, ſolennem eccleſiam Beatæ ſemper Virginis Mariæ populorum frequentia ſtipatus ingreditur: procumbit in terram, in orationem proſternitur, & per gemitus & ſuſpiria ſui deſiderii coram Domino puritatem effundit. Ruit obviam pauperum turba, & ſtipem neceſſariam deprecatur. Aliis ſtipendia vitæ depoſcentibus, unus qui aderat, oculorum privatus officio, lucis remedium mendicabat: revelatum ſibi per B. Petrum Apoſtolum confitetur, ex aqua illa, qua vir Domini manus ablueret, poſſe ſibi videndi gratiam reformari: preces accumulat, & Majoli ſæpius nomen inculcans, Præceptorem ſuum Apoſtolum Petrum medium interponit. Poterat jam afflicti miſeranda miſeria viri Dei viſcera commoviſſe; ſed pietas pie diſſimulans, miſericorditer avertebat auditum: in circuitu & intus plenum oculis cæleſte animal ſollicite providebat, ne fundamentum propoſiti ſui, quod in petra humilitatis erexerat, vanæ gloriæ turbine quateretur. Denuntiat aſſiſtentibus ſibi, ut oranti cæco manuum ſuarum aquam nullatenus largiantur. Plebat in pectore mendicantis rixa mirabilis: hinc etenim repulſam paſſus, deſperationis tædio frangebatur; illinc ſalutis deſiderio & amore ſuſpenſus, pietatem hominis Dei ſuis inclamationibus commonebat. Interim ex circumloquentium teſtimonio cognovit beati viri celerem à civitate digreſſum: procedit illico & viam regiam non incautus explorator ingrediens, in loco, qui Mons-gaudii dicitur, finem ſui deſiderii præſtolatur. Erigit aures, ſuſpendit auditum; & ſe totum intra ſe colligens, totum ſe impendit ut audiat. Tandem violentus viarum obſeſſor ex frequentia viatorum exoptatam viri Dei præſentiam deprehendit: proſilit in medium, & habenas equitantis invadit: flectit genu, preces ingeminat, & Apoſtoli replicans viſionem, ut ſuæ paſſioni compatiatur adjurat. Victus igitur tam prece quam miſeria deprecantis, & totum ſe ad miſericordiam inflectens deſcendit, & aquam quam cæcus attulerat exorcizans, cæco abluit oculos, ita dicens: B. Petrus Apoſtolus, quem tibi hoc ipſum aſſeris revelaſſe, in nomine Domini Jeſu Chriſti oret pro vobis. Ad hanc vocem divina gratia præſto fuit, & oculis, qui videndi officio diu caruerant, deſideratæ lucis ſolatia reinfudit. Mirati qui aderant, & ne publicum facerent quod quaſi ſecreto contigerat adjurati, Deo gratias ſub ſilentio referebant: ei quoque cui beneficium curationis impenderat, ſub teſtificatione præcepit ne cui diceret; ſed Dominum glorificans in corde ſuo, ſemetipſum donis cæleſtibus idoneum præpararet.

f Podium S. Mariæ vel Anicium

cæcum illuminat

B

aqua benedicta;

alium cæci aqua lotionis manuũ;

16 Proceſſu temporis in Viennenſi pago, villâ quæ juris fuerat Cluniacenſis, Dominus per B. Majolum non impar ſuæ virtutis exhibuit judicium. Ruſticus habens filium, cujus oculos caligo cæcitatis obduxerat, triſtis & auxius adverſa filii valetudine torquebatur: acceſſit latenter ad cubicularios beati viri, & aquam ablutionis manuum ejus humiliter expetens, tandem obtinuit. Qui de merito Sancti viri & Domini virtute præſumens, acceptam aquam ſtupentibus oculis filii ſuperfudit: & quod dictu quoque inſolitum eſt, ſtatim cæcitate deterſa, temporalis ei lucis gaudia reparavit. Quod factum cum innotuiſſet Abbati, non in tumorem elationis evanuit, ſed magis in cumulum humilitatis excrevit: illos autẽ, qui fuerant quaſi occaſio virtutis ejus, verbis auſterioribus increpavit, præcipiens, ut lavacrum manuum ſuarum omni die funderetur in terra, & in nullos uſus deinceps ſervaretur. Non autem ad invidiam vel contemptum cæleſtis beneficii hoc præcepit, ſed miniſter humilitatis Chriſti, totius vanitatis occaſiones circumſpectionis clypeo repellebat. Miniſtri tamen non ideo deſtiterunt: ſed aquam manuum ejus ægrotis petentibus occulte dantes, multis debilibus cooperati ſunt in ſalutem.

D

17 Quodam tempore cum iter faceret, unus ex Fratribus, qui ejus lateri aſſiſtebant, cœpit ſubita febrium indignatione vexari; tantaque intemperie caloris & frigoris urgebatur, ut calorem nimium nulla diligentia temperaret, & frigus interveniens nullo veſtium pondere ſolveretur. Nimio frigori calor intemperans ſuccedebat; nulliuſque ſentiens infirmus Frater quietis remedium, aut frigidus totus ſemper, aut calidus, gravi ad mortem incommodo laborabat. Nulla ei fuerat ſpes vivendi, ſed totus exanguis & aridus ſola præferebat indicia morituri. Abbatis pietas compatitur ægrotanti, & ex animo ei condeſcendens, obſequium conſolationis impendit. Exuens tunicam, induit frigoreticum; fomentum orationis adhibuit, & fugitivum naturæ calorem membris repeſcentibus reinfudit. Ad precem ſancti viri debilitate ſoluto Fratri repentinus ſopor illabitur, ſudor effluit ſalutaris, & in momento ſemimortuus revocatus ad vitam, conſueta ſoſpitatis gratia refloreſcit: in quo ſatis aperte claruit quantum ſit meritum Sancti hujus, cujus dum ſentit tunicam infirmitas, evaneſcit: cujus orationis gratiam languor fugiens expaveſcit.

febri laboranti,

indutum ſua tunica ſanat;

18 Sanctorum loca devotionis ſtudio viſitans, Apoſtolorum limina ſæpius orandi gratia frequentabat. In eundo nulli præcedenti vocalis, nulli prærereunti moleſtus, totum iter illud eleemoſynis & operibus miſericordiæ reſpergebat. Sciens ſe peregrinum eſſe & hoſpitem ſuper terram, peregrinandi laborem frequentius ſubibat, in hoc totis viribus elaborans, ut peregrinus obiens, terrenæ hujus peregrinationis evaderet incolatum. Aliquando Romam devotione ſolita proficiſcens, tranſcenſis Alpibus, *g* Coriam civitatem ingreditur. Pontifex ejuſdem urbis, Alpertus nomine, impatientiſſimis doloribus æſtuans ægrotabat. Invitatus vir Domini Majolus viſitat infirmatum, animum conſolatur, & ne ſub virga correctionis deficiat inhortatur. Confitetur Epiſcopus occulta ſua, & coram medico pietatis ſuorum vulnerum cicatrices exponens revelat, & aperit Domino viam ſuam; eumque illicita multa commiſerit, præcipue tamen vanitati operam ſe dediſſe contribulato ſpiritu loquebatur. Vir autem Domini ſingulis quæ audierat conſilii medicinam apponens, id ad ſummam exhortationis adjecit, ut in camino purgatorii doloris poſitus, virilis patientiæ præſidio muniretur. Ac quoniam Paſchalis dies propinquior imminebat, & Pontifex virtute corporis viduatus conficere Chriſma non poterat; rogat ſibi per B. Majolum, ad executionem ſui ſaltem officii, exhauſtam virtutem divinitus innovari. Accumbit precibus filius caritatis, & pro ſalute Epiſcopi Domino ſupplicans, ad thronum miſericordiæ affectus ſui porrigit devotionem. Nec mora virtus & oratio beati viri virtutem Epiſcopo reformavit, ut Chriſma conficeret, quod Canonicus ordo poſcebat. Ita Majoli meritis ſoſpitatis gaudio reſtitutus, à

g Coriam civitatem

F

Epiſcopi ægri confeſſione audita

ei ſanitatem impetrat;

ſe

A se ipso vanæ gloriæ vitium prorsus exclusit, & pro subsecuta hominis utriusque salute gratiarum Domino vota persolvit.

famulitenacitate mediatam fuisse eleemosynam suam,

19 Emenso labore itineris, Romam deveniens, B. Pauli ecclesiam visitavit. Fratres allocutus ad custodiam religionis & ordinis, suspensa in ejus verba monachos invitabat: infundebat eis gratiæ divinæ dulcedinem, & ex sua commonitione pendentes ad amorem cælestium, verborum stimulis excitabat. Loquendi finem fecerat, & proprio dispensatore vocato, in procuratione Fratrum integram argenti libram præcipit elargiri. Oeconomus, prudens sibi & quasi præcavens in futurum, fideliter ut sibi videbatur & caute dimidiam retinens, dimidiam Fratribus erogavit. Quo facto cum ad ecclesiam B. Petri reditum maturaret, obvius ei quidam decem solidos pro benedictione porrexit: quos benigne suscipiens œconomo tradidit, eique dixit: Accipe libram dimidiam quæ offertur; libram integram recepturus, si eam integram, sicut tibi injunctum fuerat, expendisses. Amplissimus retributor est Deus, & in cælestes usus fideliter distributam substantiam eodem pondere reconsignat. Cave tibi de cetero, ne fraudator existas, ne in pauperes erogandam benedictionem imminuas. Quo audito dispensator erubuit, suumque reatum agnoscens, occulta viro Dei manifesta fieri per spiritum intellexit.

recepta similiter media libra agnoscit & arguit.

B

pauperi largitus tunicã, accipit meliorem:

20 Aliquando iter agens media hieme, quæ solito acrior intemperanter urgebat, pauperem quemdam rebus & habitu nudum invenit: cujus miserabili nuditate compunctus, qua indutus fuerat tunica pauperem investivit. Confecto diei illius itinere successit hospitio. Cum ecce Episcopus civitatis illius, in qua mansionem acceperat, vestem novam, ei quam dederat pauperi colore & habitu similem, sed aliquanto meliorem, per manus suorum pro benedictione transmisit. Oblatum munus quasi cælitus mitteretur grataner accepit, asserens Deum bonum depositi custodem esse, qui pro simplici tunica quam dederat mendicanti, meliorem sibi vestem multiplicato fœnore reddidisset.

fama sanctitatis vulgata

21 Cœpit interim beatissimi Majoli fama dilatari & crescere, & angustias finium suorum excedens, in ultimos fines orbis processu mirabili tendebatur: opinio virtutum ejus augmentabatur in dies, & odor sanctitatis ejus ebulliens, in mundi terminos fundebatur, & omnium corda replebat. Cluniacense nomen in publicam cognitionem se erigens, operante

C Domino per Majolum in aures Regum & usque ad Principum solia magnifice decucurrit: multi etiam magni & abundantes in seculo, virtutem sancti hominis audientes, corde mutabantur & habitu, atque in cœnobio Cluniacensi sub signis Dominicis militaturi, cingulum sibi cælestis militiæ imponebant.

h *h* Florebat egregie ordo atque religio sub imperio tanti viri: & verbum frequens in ore omnium volvebatur, non esse domum religionis sub cælo, apud quam posset via saluti vicinior inveniri. Otto igitur reipublicæ Imperator & *i* Adelaides uxor ejus,

i

ab Ottone I Imperatore advocatus,

qui justitiam atque fidem virilibus studiis excolebant, per Heldricum jam monachum, olim inter aulæ regiæ Palatinos præcipuum, sancti viri notitiam se attigisse gavisi sunt. Missa legatione ad eum litteras quoque invitatorias destinarunt, desiderabilem Majoli præsentiam devotis supplicationibus ambientes. Qui à Burgundia tandem egressus, & præsentem se offerens Imperatoriæ majestati, solenni reverentia qua decebat exceptus est. Cumque diu

præficitur reformationi monasteriorum:

inter se familari jungerentur colloquio, precibus apud eum Imperator obtinuit, ut Ecclesias Imperii, in quibus Ordinis fervor tepuerat, reordinans in melius susciteret. Acquievit honesta petenti, & in ecclesia B. Apollinaris Ravennatis posuit religionis Abbatem: juxta Ticinum, id est Papiam, in honore S. Salvatoris construxit ecclesiam: monasterium, quod vulgo *k* Cella aurea dicitur & collapsum pœne fuerat in ruinam, restauravit ad unguem.

PER NALGODUM EX MS.

k

ANNOTATA.

a *Sequentia verba leguntur in Chronico Cluniacensi in Gestis Aymardi usque ad ultima hujus verba. Ipsum electionis instrumentum supra dedimus ex tomo 6 Spicilegii Acheriani pag.* 419.

b *Chronicon*, commilitonibus.

c *Idem* toti humano Ecclesiæ corpori.

d *Idem*, directionis.

e *Additur in eodem Chronico.* Quo facto ipsum ab Episcopo Cabilonensi, nomine Holdebado ordinari rogavit *Aymarus. Appellatur is Sanmarthanis* Hildebodus *seu* Hildebadus 23 *Episcopus, ubi etiam hoc Chronici testimonium adfertur. Instrumento ordinationis ante vitam dato, post* Maguboldum sanctæ Matiscensis Ecclesiæ *Episcopum, subscribunt* Childebodus peccator ipso jubente, *&* Eilbadus Episcopus & monachus ipso jubente: *quorum alterutrum hic notari opinamur. Contigit autem res anno* 954. E

f *Odo Gissejus, Societatis Iesu vir eruditus, Historiam Deiparæ Virginis Podiensis edidit anno* 1620, *& lib.* 2 *cap.* 15 *hanc S. Majoli peregrinationem describit, cum miraculo cæci illuminati; addens, festum* S. Majoli *ideo in Ecclesia Podiensi celebrari. Sed corrigendus annus hujus perigrinationis ab eo indicatus* 950, *qui forsan fuit* 960.

g Coria, *aliis* Curia, *Gallice* Coire, *urbs præcipua Rhætiæ & Episcopalis. Qui hic* Alpertus *Episcopus nominatur, in sequenti Vita* Arpertus, *Bruschio in Episcopis Curiensibus* Hardobertus, *dicitur que sedisse ab anno* 948 *usque ad* 969.

h *Hæc sententia hinc in Chronicon Cluniacense est translata.*

i Adelaides *aliis* Adelheidis *colitur* 16 *Decembris. Ejus vitam & miracula scripsit S. Odilo.*

k *Ab aliis* Cælum aureum *dicitur à Luitprando Rege Longobardorum extructum, in quo corpus S. Augustini è Sardinia delatum quiescit. De eo egimus* 4 *Martii, ad Vitam S. Apiani, ibidem seculo* 8 *monachi.*

CAPUT III.

Captivitas sub Saracenis tolerata. Pontificatus Romanus non admissus. Varia prædicta. Alia miracula. F

22 TAntorum operum studiis continuatim B. Majolus insudans, moram fecerat redeundi: pulsabatque ejus animum dulcis filiorum memoria, quos instinctu publicæ caritatis diu sua præsentia viduaverat. Movebatur ad eos toto pietatis affectu, & cogitationis æstum ultra non patiens, optato disponit de reditu: expensisque & evectionibus præparatis, maturus regredi festinabat. Transcensis igitur Alpibus cum *a* Jovini montis declivia sequerentur, Saracenorum indomitam crudelitatem incurrit: a

à Saracenis capitur:

qui ex præruptis scopulorum latibulis erumpentes, servum Dei cum sociis in fugam cogunt, & in villam quæ dicitur *b* Pons-Ursariæ violenter abducunt: consecuti capiunt fugitivos, diripiunt, deprædantur, & raptos miserabiliter homines cum rapina in abditas cavernas & diversoria montis inducunt. Distractis rebus & toto illo agmine perturbato, vir sanctus obtinuit apud Deum, ut nullus suorum in illo periculo deperiret. Cumque unus ex infanda illa

b

numerositate

PER NALGODUM EX MS. *ut ſocium ſervet, vulneratur:*

numeroſitate prædonum gladium in cujuſdam famuli caput vibraret; Majolus mediam manum opponens, ictum dextræ ferientis excepit: qui graviter ſauciatus famulum ſuum ſævi vulneris exceptione ſervavit incolumem. Invicta quidem caritas in Majolo pro fratre animam poſuit, ſed caritas otioſa non fuit: quæ totum dolorem evacuans, manum ejus plenariæ ſanitati reſtituit. Signum tamen vulneris reſedit in manu, & quaſi in teſtimonium reſervata cicatrix apparuit.

23 Ex ea quæ acciderat ſibi victoria plurimum læta barbaries, ſervum Domini ſuper lapidem ſedentem invenit: qui ſuam ſolitudinem pſalmis & orationibus conſolans & refovens, noluit ſibi ſoli præſidio fugæ conſulere: ne conviatores & ſocios *in carcere* relinqueret inconſultos: poterat autem, ſi vellet, facile periculum imminens evaſiſſe. Invadit eum circumſtans barbara multitudo, & innectens duris compedibus pedes ejus, ad remotiora deductum, carceralem ſervandum deponit in foveam. Vir autem venerabilis, à divinis operibus numquam vacans, penſum canonicæ ſervitutis ſuis temporibus perſoluebat. Incarceratus etiam à doctrinæ ſtudio non quieſcens, ad conſtantiam ſocios hortabatur,

B *ſuos ſolatur ſpe liberatis* dicens, ſibi à Domino auxilium proxime affuturum. Nocte, inquit, præterita, cum tædio & anxietate confectus, ſomno torpentia membra laxaſſem, viſus ſum mihi videre Romanum Pontificem, ſolenni veſte & habitu aſtantem, protenſoque thuribulo bonum odorem thymiamatis offerentem: unde fiduciam habeamus in Domini Apoſtolorum merito, quod Deus omni incenſo gratioſius odoratur, ab inſtanti preſſura nos omnes in proximo liberandos. Cumque ablatis ſibi aliis libris ſuis, libellum

c B. Hieronymi *c* de Aſſumptione perpetuæ Virgi- *ante Aſſumptionem B. Mariæ.* nis, quem in ſinu ſuo familiari reverentia circumferre ſolebat, ſub amictu ſuo repoſitum inveniſſet; toto illum gaudio mentis amplectitur, quod ſane librum invenerit quaſi miraculo deputans. Quod ſupererat temporis uſque ad Aſſumptionem B. Virginis computavit, & ut illam diem apud Chriſtianos ſolutus & liber celeberrimam ducere poſſet, ab eadem Regina pietatis expetiit. Oratione completa caput inclinavit ad rupem, & graves oculos clauſit *interim ſolvuntur ejus compedes* in ſomnum. Mane facto inventus eſt emancipatus & liber, qui heſterno compeditus carceri fuerat mancipatus. Tentat eum iterato ſæva barbaries compedire, ſed ad ſignum Crucis Chriſti ſeris excuſſis

C compedes ſolvebantur. Animadverſum eſt à Gentilibus illud miraculum in ſervo Dei, & completis omnino compedibus, ſola contenti cuſtodia, remiſſius illum habere & honeſtius tractare cœperunt.

24 Obtinuit tandem vir Domini apud illam crudam & crudelem barbariem, ut pro redemptionis ſuæ æſtimatione & pretio Cluniacum ſub celeritate tranſmitteret. Miſſi nuntii litteras amaritudinis & doloris Capitulo intulerunt: quibus perlectis, in communi præſentia, compuncti ſunt univerſi uſque ad lacrymas. Ingens tamen ſolatii genus erat, quod eum poſſe redimi admiſſæ in publicum litteræ teſtabantur. Vincula beati viri gemitus filiis extorquebant: ſubſecuta redemptionis occaſio dulcem conſo- *& lytro allato liberatus* lationis inſpirabat affectum. Corrogata undequaque pecunia iter accelerant, & inventis prædonibus pretium redemptionis annumerant. Extrahitur de lacu, educitur de fovea carcerali, recipit ſocios vinculorum ſuorum, & ſic unus evinculatus & liber, ſociam multitudinem captivorum reſtituit libertati: diem Beatæ Virginis inter Chriſtianos celebrem ac lætum duxit, & emenſo totius itineris ſpatio, deſideriis filiorum finem jocunditatis & lætitiæ reportavit. Ruit obviam potius quam procedit, gaudens occurren-

D *cum lætitia excipitur:*

tiū multitudo: cui ſola viſio ſancti viri ſatietatis plenitudinem ingerebat. Inducitur ſolenniter in conventum, & videns in ſe pariter omnium vota concurrere, dum ſeipſum ad omnes dividere & partiri non ſufficit, totum effundit ad ſingulos paternitatis affectum: incumbit ſingulis, collacrymatur omnibus & congaudet, & inter paternos amplexus & oſcula dulcia filiorum, ubertim lacrymæ prorumpentes, ignem amoris ſuſcitant, non extinguunt.

25 Nec impune tulit ſæva barbaries quod impu- *puniti ſæviunt,* denter commiſerat in ſervum Dei. Tanta cæleſtis animadverſio & vindicta incubuit ſuper eos, tanta populi Chriſtiani conſpiratio inſurrexit adverſus eos, ut partim nimia clade ſubacti, partim gladiis obtruncati, omnes fere qui manus ſacrilegas extenderant in virum Dei deleti, pariter de medio tollerentur. Via quoque illa, quam diu ſæviſſima latronum manus occupaverat & in ſolitudinem pœne redegerat; communis facta eſt & quieta. Pauci vero reſidui, qui ex illa perverſa multitudine ſupereſſe potuerunt, confitentes ſe juſte puniri, quia injuſte vexaverant virum Dei, ad baptiſmi gratiam convo- *aſſerunt Angelos cū S. Majolo cecinisſe.* E larunt. Qui etiam vivis vocibus poſtmodum aſſerebant, quod cùm ſolus Majolus in carcere teneretur, & exceptis cuſtodibus nullus adeſſet; noctis medio voces concinentium ſæpius ſunt auditæ, quæ præcinente viro Dei ſuccinebant: quas voces fuiſſe Angelicas, ipſi quoque barbari, Angelos neſcientes, publice teſtabantur.

26 Cum deſerti viam aliquando vir beatus incederet, famuli qui in ejus obſequiis inſiſtebant *d* bo- d leros, id eſt moruclas, quæ ſe offerebant viantibus, *pro fungis corruptis* collectas Abbatis conſpectibus intulerunt. Vir autem venerabilis, qui ſemper minoris pretii delectabatur edulio, moruclas illas, coquorum diligentia præparatas, ſibi craſtino præcipit exhiberi. Dies illuxerat & miniſter de pulmento ſolicitus, invenit moruclas *e* defructatas penitus & imminutas, ita ut e omnino parari non poſſent. Sibrardus famulus, cui præparationis hujus incumbebat officium, turbatus expavit: non quia in talibus viro Dei cura eſſet, ſed ne in moruclis negligentius diſſipatis ejus incuria notaretur. Audiens Sanctus famulum perturbatum, *alios inveniri fecit,* clementer advocat hæſitantem, metuentem blande alloquitur, & his omiſſis alias jubet cura diligentiore perquiri. Qui ad præceptum ſancti viri egrediens, ſufficientes invenit, cum prius diligenter quæſitas minime reperiſſet: quod pro miraculo habitum & mirabiliter contigiſſe certiſſimum fuit. F

27 Provinciæ Princeps *f* Willermus laborabat f moleſtia corporali, qui ad ſe Domini ſervum pre- *Principem Provinciæ ſanat,* cibus accerſivit, ut ejus interventu incommodum quo urgebatur evaderet: cujus viſitatione atque conſilio de infirmitate convaluit, & ſoluto militiæ cingulo cæleſti militiæ ſe devovit. Ad Avennorum declinaverat oppidum, & ad eum audiendum tumultuoſa multitudo convenerat. Ut autem liberius Deo vacaret, ſtrepitum multitudinis fugiens in inſula, quam ſub ipſo caſtello Rhodanus ambit, manſionem ſibi præcipit exhiberi. Nomen ejus, quod ubique *ſubmerſa cymba pervi, clitanies* latiſſime fundebatur, populos innumeros ibi fecerat congregari, videndi Sanctum cupidos, ſed tranſmeare Rhodanum non valentes. Cymbula fragilis & totis fere compagibus diſſoluta, deducitur: ingrediuntur incauti promiſcui ſexus pariter & ætatis, attendentes ſolummodo quod ipſi vellent, non quod inſtrumentum debile pati poſſet. Oneratam plus nimio cymbam in Rhodanum furentem impellunt, & præcipiti effrænes audacia non efferri ad portum, ſed mediis ſtudent fluctibus abſorberi. Quid plura? Cymba fragilis & rimoſa, pondus aquæ & undarum molem non ſuſtinens, circumfertur, invo-

A involvitur & amne rapidiſſimo inſepulta univerſis timentibus & acclamantibus abſorbetur. Virum Dei, quem honeſta legendi occupatio detinebat, circumſtrepentium vociferatio perturbavit : erigit oculos, intendit in Rhodanum, & audiens abſorptam naviculam, confugit ad familiare remedium : ingreditur oratorium B. Martini,& in oratione curvatus aures Domini ſuſpiriis lacrymoſis everberat. *& ſigno Crucis liberat :* Exſurgit à prece, in amnem porrigit oculos, & invocato nomine Domini ſignum noſtræ redemptionis emittit : ſedat violentiam gurgitis, undarum cumulos diſpergit ac dividit, & abſorptam in imo naviculam precum efficacia deducit ad ſummum. Nullus ex his qui navem aſcenderunt periit, ſed integra tota cum ſuis transfertur in portum. Stupentes hinc inde homines facti hujus novitate, gratias agunt Deo, & in viro Dei majeſtatis inſignia venerantur. Quidam etiam, qui à prædicto Willermo Comite directus, Abbati ſex panes pro benedictione portabat, cum turbis illæſus exivit : qui tribus amiſſis è panibus, tres reſiduos illæſos & integros viro Venerabili reconſignavit.

Cereum extinctum B 28 Ex honeſta conſuetudine monachorum, id apud virum Domini præcipue ſervabatur, ut quocumque noctu quieſceret, cereus accenſus in medio uſque in mane lucem jacentibus miniſtraret. Nocte quadam ex itinere fatigatus membra laxaverat in quietem : & lucerna deficiens cubiculo viri Dei nocturnæ caliginis horrorem induxerat. Excitati ſubito ſocii, & lucernam defeciſſe videntes, lectis deſiliunt ; & ſero ſubcineratum negligentius ignem *benedictione accendit:* ſtudioſe volventes, extinctum inveniunt. Famuli longius aberant, incompetens noctis hora foras exire monachos non ſinebat. Majolus ad orationem recurrit, & quietis impatiens nocturnum Officium ſeriatim exequitur : cum unus è Fratribus, ex

g corde *g* lectionem dicturus, benedictionem expetiit. Sub eodem momento, quo vir Domini benedictionem dabat, divinus cereum ignis invaſit, acſi ex ore Abbatis ignis pro benedictione fluxiſſet. Admirati ſocii Deo gratias referunt, & expletis Matutinis, adjurati & admoniti ut ſilerent, mirabilem in Sancto illo virtutum efficaciam reverentur.

h 29 Sub eodem fere tempore *h* Romanus Pontifex clauſerat extremum diem, & navis Eccleſiæ Rectoris præſidio deſtituta, in hujus vitæ fluctuantis

i incerto diverſis moleſtiis pulſabatur. Otto *i* juvenis cum matre ſuâ ſceptra publici moderabantur Im-

C perii : fit in eorum præſentia matura diſcuſſio, quis *Pontificatû Romanum oblatum* in locum Petri regiminis gratia debeat ſubrogari : fit diſtricta examinatio perſonarum, quæ ſcilicet ad tantum honorem & gradum dignior & magis idonea valeat exhiberi. Per innumeros evagata ſententia, dum non invenit quo recurrat, in Majolo tandem ut Papa fieret requievit ; dignum eſſe atque conveniens, ut vir ſpectabilis & vitæ merito reverendus, ſingularem juſtitiæ Cathedram ſortiatur. Mittuntur epiſtolæ matris & filii, nuntii regiæ majeſtatis accedunt, & Majolum precum violentia de finik bus *k* ſuis eductum, tribunaliis Imperatoriis induxerunt. Magna totius Imperii benevolentia & amore ſuſceptus, magnæ apud omnes habetur reverentiæ & honoris : eventilanda quæſtio de ſubſtitutione Romani Pontificis exponitur ante eum. Quid multis morer? Viris perſonalibus & famoſis in communi illa præſentia nominatis, cum in eos generalis ſententia non ſediſſet, dirigitur conſenſus omnium in Majolum. Juvenis Imperator cum devota matre ſua inſiſtunt viriliter, humiliter deprecantur ; & procellis Eccleſiæ replicatis, quæ per eum facile ſedarentur, ut tanto oneri ſeſe ſubjiciat violenter exorant. Majolus, cui magis abjecta humilitas quam

ſublimitas honorata placebat, abnuit precibus, vota repellit, & propoſitas rationes, quibus ad Pontificium urgebatur, ſuis rationibus adductis evacuat. Suam promotionem in Papam nocivam eſſe Cluniacenſi Eccleſiæ, Romanæ Sedi prorſus inutilem, afferebat. Abſurdum potiùs & omnino incompetens matris cauſa filiam deſolari, & ipſi matri nihil ſolatii, nihil conſilii miniſtrari. Cumque matris & filii pie obdurata voluntas nullis rationibus ſolveretur, ne Majolus in ſuperbiam notaretur, quia nollet acquieſcere dignitati, petit inducias uſque mane, ut ſibi quæ ſit Domini voluntas appareat. Accepto ſpatio quod popoſcit, precibus vacat & lacrymis ; & totus in oratione ſuſpenſus ad Deum, expeditum ad filios reditum totis medullis & deſideriis imprecatur. Facto mane cum decretum conſilii ſui proferre urgeretur, in medium librum, qui ei fortuito fuerat oblatus, aperiens hoc Capitulum Apoſtoli primum invenit : Videte nequis vos deci- Col 2, 8
piat per vanam philoſophiam & inanem fallaciam. Quo perlecto : Ecce, inquit, Apoſtolus conſonat votis meis ; & in eadem ſententia ejuſdem intelligentiæ ſenſum habentes ego & Apoſtolus pariter invenimur. Providete vobis alium ſecundum cor veſtrum, me deinceps in Paſtorem nullatenus habi- E
turi. Sub tam gravi enim pondere negotiorum ſecularium & cauſarum debilitatem meam non ſtare, ſed ruere ; nõ proficere, ſed deficere poſſe prævideo : electionem quoque in me factam caſſat Apoſtolus, & ego divinam ſentio voluntatem ex Apoſtoli pendere judicio. O virum per omnia devotum & humilem ! qui dum ſemper humilia ſectatur & infima, ſummos gradus obtinuit ſanctitatis : vere magnifice prædicandus, qui univerſali decreto in ſummum Eccleſiæ Paſtorem electus, toto ſtudio ne Papa fieret obviavit.

30 Cum tam admirabili ſplendore virtutum Ma- *Ottoni II* joli vita clareſceret, tanta quoque lucebat gratia in *reconciliat matrem:* verbis ejus, tanta majeſtas & reverentia in vultu ejus, ut ad conſentiendum ſibi cujuſlibet etiam obſtinati raperet voluntatem. Nam cum Adelaides Imperatrix apud Ottonem filium ſuum adulantium delationibus accuſata fuiſſet, & apertis criminationibus filius matrem impeteret ; Majolus medium ſe objecit : qui utrumque conveniens, & odii ſeminarium de filii corde delevit, & matrem apud filium conciliavit in gratiam. Multis etiam qui dominorum ſuorum faciem fugiebant, verborum ejus ſplendor & gratia quietis & pacis plenitudinem impe- F
travit.

31 Hunc autem virum Domini prophetiæ Spiritu claruiſſe, patentibus indiciis novimus declaratum. Aliquando ſiquidem eum ab Urbe rediret, in ipſo itinere ſuſpirans ingemuit. Percunctati ſunt, quid cauſæ eſſet : quibus cum gemitu reſponſum dedit, ſe in ſomnis vidiſſe leonem immaniſſimum, catenis ferreis in cavea colligari. Noveritis ergo, *præſcit obitũ Ottonis I:* Ottonem Imperatorem humanis rebus in proximo exceſſurum. Ipſe enim eſt magnus Leo, qui cavea ſepulturæ catena mortis ferrea vincietur. Cumque peracto itinere ad propria commeaſſent, nuntius ex Alemannia veniens Imperatorem nuntiavit obiiſſe.

32 Similem Spiritum prophetiæ erga Ottonem juvenem, præfati Ottonis filium, conſtat virum venerabilem habuiſſe. Viennæ namque poſitus vir beatus, ad Imperatoris colloquium evocatus, intravit. Cumque inter loquendum vultum ejus attenderet, & utramque manum juvenis ſtringeret manu *& prædicit obitum Ottonis II.* ſua, lacrymis ſuffuſus ait : Optime fili, ſi mihi aurem placidam admoveres, conſilii mei eſſet ut ab incepto itinere animum revocares. Nam ſi in præſentiarum Romam adire volueris, natale ſolum

PER NAL-GODUM EX MS.

ulterius non videbis. Alemannia tibi cunas exhibuit, Roma tibi ſepulturæ exequias miniſtrabit. Quod totum evidenti exitu claruit: quia Romæ poſtmodum idem juvenis Imperator *l* occubuit.

ANNOTATA.

a Mons-Jovis, *Italis* Monte Jove, *Gallis* Mont-Jov *idem eſt, qui Germanis aliiſque* Mons S. Bernardi major *dicitur, ſitus in Alpibus Penninis, uti infra aſſerit S. Odilo. Regino etiam, Luitprandus & Viterbienſis conſentiunt, relati à Cluverio lib. 1 Italiæ antiquæ cap. 32.*

b Pons-Urſariæ, *in ſequenti Vita*, Pons-Urſarii, prope decurſum Dranci fluminis *in dicti montis confinio exorti, vulgo* Draſa.

c *Inter Epiſtolas B. Hieronymi duæ inveniuntur de Aſſumptione, ſcilicet* 10 *&* 11, *ſimiliter adſcribitur eidem libellus, de ortu & nativitate Virginis: ſed hæc omnia aliorum & multo recentiorum eſſe auctorum concors eſt criticorum ſententia.*

d Boletus *eſt ſpecies fungi, & Anonymus in Vita altera cap.* 14 moruclas *aſſerit* ſpecies eſſe cujuſdam boleti: *quæ fortaſſis à nigricante colore ſic dictæ ſunt.*

B e Defructatus, *inutilis, marcidus, quod fungis citiſſime accidit: invenitur etiam* defructare *pro* uſufructu privare. *Vide Voſſium de Vitiis ſermonis pag.* 764.

f *Regnante Conrado in Alemannia, Burgundia & Provincia, fuit ibidem* Guillelmus Comes anno 977, *&* Guillelmus totius Provinciæ Princeps anno 991 *in antiquis chartis apud Bouchæum lib. 6 Hiſtoriæ Provinciæ pag.* 804, *de quo hic agi videtur. Hic idem ab Odilone habitum S. Benedicti ſuſcepiſſe dicitur.*

g Ex corde, *id eſt*, de memoria, *phraſi Gallica*, par cœur.

h *Intelligitur tempus*, procellis Eccleſiæ (*ut infra dicitur*) *perturbatum, & videtur eſſe quando Benedictus Papa VI, anno* 974 *conjectus in carcerem, ibique ſtrangulatus eſt à Francone quodam impio homine, qui tyrannice Sedem invaſit, & Bonifacius VII, ſed Antipapa, eſt appellatus. Nam licet eo pulſo, & Conſtantinopolim ſe recipiente cum theſauris expilatæ à ſe eccleſiæ, legitime inſtitutus eſſet Donus, Benedicti VI, non deceſſor, ſed ſucceſſor, ut alibi demonſtrabimus; eodem tamen circa finem Octobris anni* 975 *mortuo, cum Bonifaciani factionarii rurſus pararent eum reducere, neceſſe habuerunt Romani pro libertate Electionis manu tenenda, recurrere ad Imperatorem: qui hac occaſione uſus, videtur ad ſe evocaſſe Majolum in Germaniam, quaſi cum eo ſuper tanti momenti negotio conſultaturus, prius quam Legatos ſuos Romam mitteret interfuturos electioni.*

C i Otto ſecundus, *ſolitus* Junior *appellari, qui cum patre, qui* Otto ſenior *dicebatur, imperavit. At hoc Nonis Maji anni* 973 *vita functo, filius à matre* Adelheide *plurimum uſque ad mortem adjutus fuit.*

k *Fines illos intellige* Cluniacum in Burgundia.

l *Anno* 983, *die* 7 *Decembris.*

CAPUT IV.

Alia miracula. Morbus. Obitus.

a *candelam precibus accendit:*

33 PApiæ vir Domini aliquando morabatur, ubi conſuetudinis illi erat Eccleſiam *a* B. Syri orandi ſtudio frequentare. Nocte quadam præveniens Matutinos, comitibus duobus aſſumptis, procedit ad eccleſiam oraturus. Candela, quam unus è ſociis manibus præferebat, ſubita venti impulſione extincta eſt: ubi ad eccleſiæ januam pervenitur, vir ſanctus orationi pronus accumbit; dumque prolixius precem fundit, candela ſubito reaccenſa, lucis gratiam, quam extincta negaverat, divinitus miniſtravit. Converſi ſocii ad candelam, & ultra ſpiritum non habentes, in Majolo Dei magnalia mirabantur. In eadem Papienſi civitate locus erat luteus & paluſtris, qui inter majorem eccleſiam & Cluniacenſem cellam, in qua vir ſanctus tunc temporis morabatur, medie poſitus, dividebat quaſi quoddam chaos magnum, [quod] ex nimiæ collectione paludis difficultatis moleſtiam tranſeuntibus ingerebat. Vir autem Domini, cui moris erat ad majorem eccleſiam ſæpius devotionis gratia proficiſci, eamdem quam & ceteri viatores tranſeundi patiebatur injuriam. Cumque ad imperium ſancti viri locus idem lignis & lapidibus ſæpius impleretur, imbrium inundatio ſuperveniens opus illud manuum hominum deſtruebat. Jam ſudor laborantium cum expenſis nihil proficiens inutiliter fuſus erat, cum vir Domini locum viſitaturus advenit: qui videns hominum labores & ſumptus in vacuum cecidiſſe, familiare ſubſidium orationis expetiit: incumbens diutiſſime precibus, limoſam loci illius & paluſtrem moleſtiam ſubito complanavit, & in ſolidam redegit planitiem: & uſque hodie meritis beati viri liberum ſine difficultate tranſeuntibus exhibet commeatum. *paluſtrem locũ oratione ſolidum reddit.*

D

34 Civis quidam Papienſis, magni nominis & homo pecuniæ Hildebrannus, qui monetariis præerat, gravi tactus carnis moleſtia decumbebat. Is in medicos multa expenderat, ſed eorum diligentia nullum ſibi ſalutis remedium ſenſerat proveniſſe. Jam omnino deſperatus à medicis, non parum de ea quæ ſibi ſuperfuit facultate, pro ſalute animæ ſuæ in uſus pauperum & eccleſiarum diſtribuit. Adventus interea beati viri ſuſpenſæ urbi ſubito nuntiatur: qui cum civitatem intraret, per internuntios humiliter advocatus, ægroto decumbenti præſentiæ ſuæ gratiam libenter exhibuit. Primo ingreſſu ſalutat infirmum; & eum porrecta manu tactu leviore contrectans, affectu compatientis alloquitur. Ad tactum & colloquium viri Dei dolor evanuit, & natura recipiens vires ſuas languore depulſo vivam induit ſoſpitatem. Quo cognito civitas Papienſis erupit in laudem, & attollens magnifice præconia ſancti viri, opera virtutum ejus digna reverentia cœpit excolere. *ægrũ ſanat ſua præſentia & tactu:*

E

35 Matrona quædam nobilis, in *b* Vivarienſi pago inedia longiore torpeſcens, variis dolorum aculeis pungebatur: quæ audiens ſanctum virum ad *c* B. Saturnini eccleſiam declinaſſe, cum indignam ſe ejus præſentia ſive colloquio judicaſſet, miſſis ad eum nuntiis ſalutavit; multiſque eum in Domino verbis conteſtans, propenſius obſecrabat, ut vel ſalutare ſe miſeram dignaretur. Vir ſanctus mulieris precibus auditum applicavit, & ei oleum unctionis cum aqua benedicta per nuntios remiſit: quorum alterum devota mulier in potum hauriens, alterum membris dolentibus ſuperducens, in ipſa funditus hora convaluit. Quod miraculum ſatis factum eſt ſolenne & publicum, quoniam famoſa & nobilis erat matrona illa, in qua ſignum illud contigerat ſanitatis. b c *matronam oleo & aqua benedicta.*

F

36 In Alemanniæ partibus Comes quidam nimio languore corporis premebatur: gravi quippe tabeſcens incommodo, oblatos ſibi cibos, quacumque fuerant arte curati, letali faſtidio reſpuebat. Virtus in eo penitus exhauſta defecerat, & continuo palleſcens jejunio, cum per ſe latus immutare non poſſet, totus inedia ſolvebatur. Adventu cognito viri Dei, nuntios dirigit, ſupplicat & exorat, ut aliquid de reliquiis menſæ ejus in ſpem ſalutis & remedii mereretur. Majolus caritatis affectu compatiens, panem quo veſcebatur cum paucis amygdalis ei tranſmiſit: ex aliis quoque cibariis quidquam admiſcuit, plus caritate conditum, quam coquinæ artificio præparatum. Quo facto Fratres ad orationis inſtantiam *Comitem ſubmiſſis eduliis*

A instantiam cohortatur. Finis orationis intulit finem languori. Oblatos etenim sibi cibos tanta Comes aviditate consumpsit, ut sopito fastidio totius incolumitatis gratia lætaretur. Interpositis paucis diebus advolutus vestigiis sancti viri, de percepta sanitate gratias egit, & ipsius suffragiis se muniri humili devotione poposcit.

37 Cum in omnem fere terram Majoli gloriam Dominus dilataſſet, ipſam quoque Franciam, quæ quasi regina est regionum, claritate virtutum ejus illustrem reddidit & jucundam. Apud ecclesiam B. Dionysii juxta Parisium vir Domini fuerat hospitatus: distributa in monachos substantia verbi Dei, & sermone ad eos habito, Dionysium de cælesti hierarchia secreto lecturus accepit. Diei partem expenderat in legendo, & noctis spatium eodem studio decreverat occupandum. Defesso jejuniis viro Dei, & sacris actionum exercitiis fatigato, repentinus sopor irrepsit. Candela, quæ sibi famulabatur ad lumen, manu dormientis elapsa, super libri paginam cecidit: ignis tamen vim virtutis suæ oblitus, candelam omnino consumpsit, librum suppositum servavit incolumem. Ad declarandum igitur meritum beati viri, ignis naturæ cursum tenuit, dum candelam redegit in favillam; nec totam vim virtutis obtinuit, qui nec folium quidem libri violare prævaluit. Somno excitatus, dum secum quod contigerat admiratur, signo Crucis edito favillam exsufflavit, & paginam illæsam invenit: nihil tamen suis meritis tribuens, sed totum quod contigerat potentiæ Divinitatis adscribens, hoc virtutis insigne B. Dionysii meritis imputabat.

Candela super libram consumitur innoxie,

B

38 A Pictavensi pago rediens aliquando vir beatus, apud quemdam nobilem, Gaufridum nomine, præmissis cursoribus mandavit sibi hospitium præparari. Verbum illud de adventu Sancti viri grataṅti animo Miles devotus accepit: quæ tanto hospiti fuerant necessaria, se ad manum habere respondit; solis piscibus, qui in illis regionibus aridis difficile inveniebantur, exceptis. Equum itaque promptus ascendit, & conductis piscatoribus ad lacunas, laxat retia in capturam: sed siccatis æstivo sole torrentibus nihil penitus apprehendit. Cumque ipsi piscatores capturam piscium desperarent, recurrit Miles anxius ad suffragia beati viri: invocat sæpius & iterato repetit nomen Majoli, & ad retia iterum distrahenda per aquam socios cohortatur. Cumque vocabulum beati viri frequenter & vivis vocibus implorarent, corpulentissimum *d* esocem, id est salmonem, qualis in ipsa aqua numquam fuisset inventus, fidei nexibus magis quam retibus apprehendunt: gratias agentes Deo & viri Dei meritum prædicantes, nobilem prædam illam domi cum gaudio retulerunt: susceptoque illo magno hospite, reverentia qua decebat, clarissimum ex ejus præsentia diem celebriter exegerunt.

Invocato ejus nomine piscis capitur:

C d

39 Quadam die per silvam iter faciens, præmissis comitibus suis posterior omnibus equitabat: solitarie quippe secum habitans, secum loquens, nolebat vagis & inutilibus fabulis occupari; & hanc sibi semper solitudinem præpararat, ut præcurrentibus ceteris solus sequeretur in itinere præeuntes. Cumque totus meditationi & precibus incubaret, inter lacrymas & alta suspiria subitaneus ei somnus obrepsit. Arbor acclivis mediam viam occupabat, læsura durius transeuntem, nisi præscius cavens sibi discrimen illud per viam aliam declinasset. Dormitans igitur super equum vir beatus advenerat, & sese contrastanti periculo nescius ingerebat. Nutu divino substitit equus, & quasi sessoris sui periculum formidaret, stetit immobilis. Longius sociorum turba processerat, & nullus erat qui meliorem præpararet exitum dormienti. Evigilans tandem à somno, arborem vidit, periculum quod evaserat intellexit, & salutis suæ provisori Deo dignam gratiarum obtulit actionem. Aiebat sane se in somnis quemdam puerulum vultus egregii conspexisse, qui habenas equi ejus manu tenens, subjugale mutum, ne periculum illud incurreret, gubernabat: quem Angelum ejus fuisse, nemo sani capitis prorsus ignorat.

subsistente ne lederetur equo,

PER NAEGODUM EX MS.

liberatum se experrectus cognoscit.

40 Cæcus ab utero, mendicans eleemosynam ostiatim, de longinqua regione suffragante præambulo pervenerat ad virum Dei: eleemosynam petiit & accepit. Latenter accessit ad famulos, asserens sibi divinitus revelatum, per aquam ablutionis manuum beati viri, videndi beneficium sibi debere conferri. Multotiens repulsam passus, fructum laboris sui, propitio sibi famulo quodam Sibrardo, tandem obtinuit. Acceptam aquam perpetua nocte damnatis oculis superfudit: & statim caliginis horrore depulso, lucis gratiam consecutus est. Evidens illud miraculum tanto magis notum factum est & in publicum decurrit, quantum persona pauperis apud benefactores suos nominatior habebatur.

sanat cæcum aquâ lotionis manuum,

41 Quidam Theobaldus monachus sancti viri, gravissimis atque continuis ventris torsionibus angebatur. Medici ad eum sæpius introducti dispendia potius moriendi quam vivendi solatia promittebant. Omnis in eum medicina defecerat, & artis illius periti apud eum amiserant vires suas. Visitat Abbas duris passionum molestiis aggravatum, blande alloquitur, & dulcium verborum copia consolatum admonet, ut quiescat: misericordiam Domini sibi in proximo nuntiat affuturam, & melius solito se habebit. Devotus Frater, credulus verbis Abbatis, ex quiescit, spectans quam ex ore viri Dei acceperat sponsionem. Vir autem Domini pro infirmo Fratre diutius orationi incubuit: ad cujus precem Frater ille totus convaluit, ac si in eum transfusa Majoli supplicatio ægrotanti fuerit efficacissima potio.

monachum ventris torsionibus agitum,

E

42 Idem Frater, alio tempore gravi ulcere percussus sub humero, gravissimæ passionis injuria frangebatur. Alterno denique vexabatur incommodo, quod in tantum exasperaverat naturam ejus, ut modo quasi exanimis fieret caloris intemperie, modo ex frigoris intemperantia quasi furere videretur: nullum sentiens passionis defectum, vicina jam morte vivendi quoque subsidium desperabat. Successit ei cogitatio salutaris: & pileum, quem ad obtegendum caput Abbas ei dederat, ulceri lævienti opposuit. Invocat humiliter Majoli nomen, & sedatis omnino doloribus è vestigio plene convaluit: qui percepta lætitia plenariæ sanitatis, virtutis signum, quod in eo contigerat, Fratribus intimavit: quod ipsi quoque non mediocriter admirantes, intellexerunt, quantæ esset potentiæ vir beatissimus apud Deum, cujus nominis invocatio ita celerrime in periculis subveniret.

& gravi ulcere percussum.

F

43 Magnificus ita apud Deum & apud homines reverendus Majolus, multis & aliis operum & signorum splendoribus longitudinem dierum suorum illustrem exhibuit & coruscam: quos huic operi sigillatim apponere, ne fastidium pariant audienti, succincta brevitas eluctatur. Cum autem beatissimus Pater vitæ longioris excursum usque ad maturam canitiem protraxisset, juvenili fervore & studio in sanctitate & justitia Domino serviebat. Florebat cano jam vertice caput Abbatis, & reverentiam vultus ejus veneranda canities ampliabat. Jam provectior ætas vergebat in senium: jam eum ad otium & quietem ipsa carnis debilitas hortabatur; spiritus tamen ejus, victor ætatis, sequebatur tirocinii sui legem; & quasi recenter assumptus in militem,

In senio vegetus.

PER NALGODUM EX MS.

viribus innovatus, in agone juſtitiæ deſudabat. Eadem illi erat orandi frequentia, eadem fere diligentia jejunandi, quæ & primam illius ornaverat juventutem. Licet fractior ætas videretur in illo fortitudinem minuiſſe; ſenſus tamen corporei mira in eo integritate vigebant. Non caligavit oculus ejus, non auditus obſurduit, non manuum vigor evanuit; ſed totus integer ſenſu & animo, reſiduum vitæ ſuæ diſciplinis cæleſtibus occupabat; nihil de conſuetudine prorſus imminuens, totus lectioni vacabat aut lacrymis: volens quippe diſſolvi & eſſe cum Chriſto, emeritæ militiæ donativum ſuſpenſo ad cælum deſiderio ſequebatur.

more ſolito omnia peragit:

44 Jam ſibi obitum ſuum imminere, jam terminum ſuæ vocationis adeſſe certis indiciis declaraverat. Movebantur pleno compaſſionis affectu devoti filii erga patrem, qui ſuæ deſolationis periculum formidantes, ægre illius patiebantur exceſſum. Movebatur etiam pater ad filios, quos inter hoſtium tela, inter tentatorum incerta, ſine Paſtoris cura, ſine Proviſoris diligentia relinquebat. Deſiderium quidem habebat in victoriæ gloria mortis ſtimulos abſorbere, ſed magnis quoque ad conſolandos filios deſideriorum aculeis urgebatur. In eo

B

igitur vivendi ſpatio, quod ſibi poterat ſupereſſe, proponit viſitare cellas, filios conſolari, ut veniens Dominus non eum remiſſioni vacantem & otio, ſed honeſtis intentum occupationibus inveniret. Egreſſus Burgundiam, & Avernicam regionem ingreſſus, villam quæ dicitur Silviniacus, longævus viator advenit: qui locus peroptimus, & ſuarum meritis copiarum toto orbe notiſſimus, Cluniacenſis cœnobii cellam habet; quam vir Domini Majolus ingrediens, ſeminaria divini verbi ſpargebat in filios. Cumque expeditus ad omne bonum, cœptum iter maturaret ad alios, ſubita corporis tactus moleſtia, exire non potuit. Advocat electam multitudinem filiorum, & conſolatoria verba præmittens, ſuæ diſceſſionis ad Dominum tempus inſtare pronuntiat. Turbantur omnes, erumpunt in lacrymas, & impatientes totius ſolatii, animum beati viri ſuſpiriosis ſingultibus vulnerabant. Communis quippe affectus filiorum in patrem, communem omnibus gemitum extorquebat. Ipſe tamen viriliter agens in Domino, amaritudinem & dolorem eorum verborum blanditiis deliniebat; ſe à Domino vocari ad requiem, & expleto curſu certaminis ad repoſitam ſibi coronam aſſerit invitari; nullum ſupereſſe locum triſtitiæ, ubi doloribus gaudia, momentaneis ſempiterna felici commutatione ſuccedunt: dolorem compaſſionis humanæ, reſpectu conſequentis præmii temperandum; dum ille, qui diligitur, à miſeria transfertur ad gloriam. Paſtor & Epiſcopus animarum devotos ſibi non patietur diutius inconſultos: totum fiduciæ ſuæ robur ad Dominum referant, & ipſe qui ſuis ſupplicibus pius adjutor aſſiſtit, melioribus optima ſubrogabit. Interrogatus igitur an doleret, nihil ſe pati moleſtiæ, nihil ſentire doloris, ſed totis medullis ad Deum fontem virum ſitire & anhelare reſpondit. Confitebatur Domino virtute qua poterat, & medullitus ſuſpirans ad Dominum, Pſalmiſtæ verſiculos lingua & ſpiritu loquebatur: Domine, dilexi decorem domus tuæ & locum habitationis gloriæ tuæ: Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum! concupiſcit & deficit anima mea in atria Domini. Expetitus igitur ut paternam benedictionem in filios ſuos emitteret, porrecta manu abſolutionis gratiam cum voce benedictionis effudit, exitum ſuum cæleſtis Viatici perceptione munivit, & frontem iterata Crucis impreſſione conſignans, fatigatum divinis operibus cælo ſpiritum expiravit. Ad cujus triumphales exſequias infinita diverſi ſexus & ordinis hominum multitudo convenit, Ruebat paſſim in obſequium funeris monachorum caterva, laicorum numeroſa congeries, & in apparatum defuncti tota aviditate animi confluebant. Videres ibi diſcretam confuſæ multitudinis devotionem, dum alios hymnis cæleſtibus reſultantes, alios ſingultire & in lacrymas effluere mirareris. Majoli quidem gloria dolorem & gemitum compeſcebat, ſed affectus pietatis exuberans eliciebat lacrymas, etiam ab invitis. Officioſa igitur caritate ſuorum, ſolenni apparatu ſepultus eſt in eccleſia B. Petri Silviniacenſis, retro altare Crucis: ubi tantis uſque hodie floret miraculis, coruſcat virtutibus, ut etiam poſt mortem carnis cælo ſe vere vivere manifeſter. Ibi ſiquidem per orationes ejus fugantur immundi ſpiritus ab obſeſſis, cœcorū oculi viſum recipiunt, gravis intemperies febrium temperatur, paralytici convaleſcunt, peccatorum venia condonatur, & omnis inquietudo ſine moleſtia conſopitur. Ibi etiam, quod ipſi hodie oculorum teſtimonio comprobamus, viſibili miraculo inviſibilis ignis extinguitur, & ardentium undique conveniens multitudo meritis beati viri ad ſoſpitatis plenitudinem reformatur, Plenus itaque dierum & vitæ glorioſus Pater Majolus, in ſenectute bona deficiens, dormivit in pace; & corporis mole depoſita, quinto Idus Maji, VI feria, quæ Aſſcenſionem Domini ſequebatur, appoſitus eſt ad Patres ſuos, anno Dominicæ Incarnationis DCCCCXCIV, ordinationis autem ſuæ XLI, ſtola incorruptionis & gloriæ veſtiendus à Domino: cujus eſt honor & imperium in ſecula ſeculorum. Amen.

D

claret miraculis

E

mortuus est Maji anno 994.

Silviniaci ager

ſuos ſolatur:

& facto ſigno Crucis obit.

Pſal. 25, 8 & 83, 2

C

ANNOTATA.

a S. Syrus *primus Papienſium Epiſcopus eorumque Apoſtolus colitur 9 Decembris.*

b Vivarium, *ſeu* Vivario, *urbs Epiſcopalis Languedociæ ſive Occitaniæ, ad dexteram ripam Rhodani, eſtque ei ſubjectum magnum territorium.*

c *Eſt eccleſia ſeu parochia* S. Saturnini *ad Ardecam infra Albenacum urbem. Eſt autem* S. Saturninus *Epiſcopus Arelatenſis, & colitur 29 Novembris.*

d Eſox *Plinio, qui aliis* Exos *dicitur: an inde* Eſo *formatus?*

ALIA VITA

Auctoribus Syro & Aldebaldo coævis.

Ex variis MSS.

VERSUS REIMBALDI

De vitæ hujus ſcriptoribus.

Vitam S. Majoli in exemplum virtutis

INclyta Sanctorum cum ſint tot geſta priorum
Nobilibus ſcriptis & pluribus edita libris,
Lucis ut exemplum ferat inde fides populorum;
Patrem Majolum, merito cunctis imitandum,
Auctrix cunctorum pietas Divina bonorum
Exemplar vitæ dedit admirabile noſtræ:
Quo, tam præclara nobis ſplendente lucerna,
Lumen inacceſſum digne laudemus in ævum:
Per donum cujus perlucens ille Patronus,
Vivendi normam nobis dedit omnibus æquam:
Quam ſi ſervemus, dubio ſine perveniemus,
Hunc ubi gaviſum fore credimus Archimagiſtrū;
Cujus in hoc parvo retinentur geſta libello
Pauca, velut pratis flores carpuntur amœnis.

Ad

A *petente Warennerio ſcripſere Syrus,*

Ad Chriſti laudem quæ Warennerius autem,
In cunctis vitæ monachus nimium reverendæ,
Perſuaſit Domno ſupplex multa prece Syro
Scribere, communi cunctorum commoditati:
Ne Patris tanti poſſent pia facta recondi.
Qui tandem precibus & amore ſui ſuperatus,
Diſcere quæ potuit narrantibus edere cœpit.
Tegmina ſed carnis ſoluens per debita mortis,
& eo mortuo Aldebaldus, Hoc opus exiguum dimiſit ſemiperactum:
Mox Aldebaldus quod ſupplevit ſtudioſus,
Congrua ſubnectens, &, ut aſpicis, ordine jungēs,
Certus in hac operâ meruit ſibi præmia digna.
Poſtulo, commendes huic Sancto, lector, ut hos tres,
Qui vitam cunctis ejus pandêre futuris
Gentibus exemplo, creſcente favore ſuperno;
Sitque ſui memorum memor ipſe quiete polorū.

PROLOGUS.

1 SUperna Chriſti rorante dextera atque opitulante gratia, quotieſcumque Sanctorum actus vitamque deſcribere litteriſque mandare ſatagimus, eo valde eſt metuenda temeritas, quò eorum nequaquam pleniter actuum vel meritorum valet comprehendi ſublimitas. Caute enim ac veraciter diſcutere debet humana fragilitas, quod in eis benigne diſponit Divina majeſtas. Nequaquam tamen debet virtus eorum ſilentio obtegi, cum debeat etiam poſteris, juxta quod divina tribuerit largitas, imitanda propalari; gaudeat etiam augmentatione fidelitas, quoties Sanctorum annua recurrit ſolennitas, & cum virtutum eorum per Dei famulos declaratur ubertas: quia liquido apparet quod nonnulli qui per deſidiam torpebant ad pœnam, auditis eorum virtutibus excitentur ad palmam. Quod ſi aliquis in hoc opere me reprehendendo, quaſi artis ignarum dijudicare nititur, eo quod non per omnia ordo conſtructæ locutionis mihi ſervetur; ideo illud ita quam maxime abſque faceta urbanitate relictum noverit, ne forte aut penitus à more ſacræ Scripturæ diſcrepare viderer, aut certe ſi aliorum verba deſcripta, quorum ſtudia in hoc opuſculo jam pridem videntur detrita, mutare vellem, aut aliud meum ex toto, quaſi proprio ex ſenſu, adſcribere conarer; ab aliis velut temerarius judicarer. Conſtat ſcilicet Sanctorum quorumque præclariſſimorum vitam ideo plerumque ſilentio ſuppreſſam, dum per ſucceſſus temporum juniores quique, ſimplici ſeniorum relatione contempta, numquam hæc arbitrabantur à memoria poſſe obſoleſcere. Quandoquidem vulgaris inurbanitas tum ſe optime credit diuturnitati proſpicere, cum illuſtria quæque & maxima ſuccidua ſolùm narratione ad poſteros fecerit emanare. Res iſta non inſana minus quam improvida, pernicioſa Sanctorum præconiis interdum peperit detrimenta: quod qui imperitæ ruſticitati fidem adſtruat, raro quemquam reperias; dum ea quæ afferret partim fabuloſa, inepta partim & ridicula perque hoc litterarum ſacrariis æſtimantur indigna. Ita factum eſt quod quædam ignorata penitus, alia ad ſucceſſorum judicium inſincere manantia, multorum & magnorum Sanctorum præcelſas memorias inofficioſiſſime obſcurant. Quod ſi cuiquam forte curioſo rerum ea quæ de tanto feruntur Patre minus plena, minus deniq; virtute ſubnixa videantur, quod prius quam hæc ederentur aliquot temporum dicuntur interfluxiſſe curricula; hunc inſpecta ratione diligentius, quod non probe ſentiat, ſeniorum noſtrorum venerabilium revincet auctoritas. Accipite ergo & hoc opuſculum, eumque erga B. Majoli reverentiam concipite animum, qui veſtram ſanc deceat ſanctitatem. Et quamquam aſtuti ſit omnia ad ſuam utilitatem referre, in hoc tamen & pro hoc quantus eſt labore [non tam] B. Majoli laudem, quam perſonæ propriæ requiro favorem: quem quanti faciam facile pernoſcere poteſtis, ſi mei rationem animi diligenter inſpicitis. Longi itaque ſudoris uſuram eam captare percupio, ut glorificetur Deus in miraculis, qui voluit admirandus eſſe in Sanctis: ut ſanctiſſimo Majolo in terris veneratio creſcat & gloria, qui hanc in cæleſtibus obtinuit per bonorum operum incrementa: ut acquiratur ædificatio legentibus, pax credentibus, ſalus imitantibus, immortalitas in fide perſeverantibus.

AA. SYRO ET ALD. EX MSS.

deſiderat Deum in Sanctis honorare,

2 Chriſtus Jeſus, unica Dei virtus, lux & ſalus noſtra, fons & principium decuſque rerum, qui eſt verus Redemptor noſter; in quo eſt omne deſiderium noſtrum; qui per gratiam ſuam ad hoc opus me impulit, cui omnia bona placent; quia ipſe omnium largitor eſt bonorum; ô utinam ipſe laboris hujus initium & finis, ipſeque mihi ſit principium operis! Fortiſſimum plane ſolatium in illo retinemus, qui confugimus ad detinendam propoſitam ſpem; quam ſicut anchoram animæ habemus tutam ac firmam & incedentem uſque ad interiora velaminis: ubi præcurſor pro nobis introiit ipſe Chriſtus, ſecundum ordinem Melchiſedech Pontifex factus in æternum. Hic ergo hortatur, invitans omnes ad dona cæleſtia; ſpondetque hæc facile impetrari poſſe, ſi ſpretis cunctis cupiditatibus hujus mundi, per fidem, ſpem & caritatem, quis ea digne quæſiverit. Hæc quidem donec ipſe in hunc mundum veniens, carnalemque amorem gladio ſeparationis interficiens, per Euangelii ſui prædicatores ſeminaverat, & fructum pacatiſſimum in agro ſuo conquiſiverat. Hoc quidem ſemper optimus magiſter docuit, ut intellecto Euangelio ſuo inolitam ſævitiam morum deponerent, & mites ac manſueti diſcerent; quatenus in ſecundo ſuo adventu, cum advenerit in gloria Patris ſui cum Angelis ſuis, tales inveniat, quibus propter bona merita æterna reddat & præmia. His interim prælibatis, nunc jam ad ordinem textus redeam; ne forte, cum ruſticitate tum etiam ſimplicitate, pagina inculta diſpliceat.

& Chriſtū invocat.

LIBER I.

Acta S. Majoli privata tam ante quam poſt ingreſſum in monaſterium Cluniacenſe.

3 IGitur *a* in partibus Galliarum, ex ingentibus cauſis, cum diſponeret Dominus affligi genus hominum per ſævitiam Paganorum; nefandæ gentis exercitus Saracenorum, vaginam ſuæ habitationis egrediens, ac maritima quæq; ultra citraque peragrans & peragrando demoliens, in Provinciam venit, nominis Chriſtiani impugnandi gratia, & ſuo eam Dominio ſubjugandi: cujus incolas occulte Deus judicio ejus mucroni tradidit feriendos. Quæ gens longe lateque ſuæ cædis extendens crudelitatem, ita in ſolitudinem pœne totam redegit regionem, ut in eremi vaſtitatem, loca prius deſiderabilia verſa viderentur. Urbes enim nobiliſſimas terræ adæquans, villaſque depopulans, caſtella ſubruens, ovilia Domini evertens, non minimas Chriſtianorum ſtrages edidit. Unde inter cetera facinora ſua, *b* Lirinenſem inſulam, religione pollentem, depopulans, rebus omnibus inhabitabilem reddidit; ſervos Dei, qui inibi inter reliquos & præ ceteris ſanctitatis ac vigiliarum primas tenebant, millies ſeipſos immolantes, gladio tracidans fere quingentos & eo amplius.

a

A Saracenis irruentibus in Provinciam

b

Lirinenſes 500 occiſi.

AA. SYRO ET ALD. EX MSS.

Fertur enim (quod minime reor prætermittendum) quod, antequam claſſis Saracenorum illo adventaret, Angelus Domini S. Porcario Abbati per viſum apparens, evidenter prædixerit, & tempus, & diem, & horam, certumque omnibus imminere exitium die ab hinc ſeptimo illuceſcente. Qua de re maturato conſilio commonet, ut unum è duobus eligant, aut fugæ conſulant aut palmam martyrii incunctanter rapiant. In eorum arbitrio & poteſtate poſuiſſe Dominum hoc donum tam bonum, tam optimum tamque præcipuum, utrum velint aut nolint brevi ſanguinis commercio hoc immortale acquirere compendium. Facto itaque mane, B. Porcarius convocatis Fratribus cuncta, quæ viderat & audierat, refert. Ex quibus quidam paventes; quidam non credentes, univerſi tamen re inopinata, & ancipiti ſunt turbati periculo. Hoc accepto oraculo, [videres] alios ad inſulas tutiores velle recedere, alios locum ipſum nolle relinquere.

juxta prædictionem Porcarii:

4 His ita inter ſe varie diſſidentibus, exſpectata dies advenerat, noctis tantum intercapedine diviſa. Jamque inſtante vigilia, matutina clara luce, è ſpeculis in longum dirigentes obtutus, vident hoſtile agmen adventare, oppanſis velis, æquata fronte; in obliquum deductis cornibus; totumque adlabi claſſibus æquor. Extemplo turbati animis disjectique à propoſito. Cumque cuperent malum evadere, non patebat uſquam locus effugii: jam enim & hoc per ſpiritum prævidens B. Porcarius naves omnes à portu clam longius abduxerat, interdicens nautis, ne intra præfinitum ſibi tempus ullo modo redirent. Ergo cum vidiſſet athletas Dei immenſo certaminis pondere fatigari, ingemuit tam triſte neſas fortiſſimus heros, dextro ſocios decedere cornu, invictamque manum quondam ſine cæde perire.

B

qui expoſita Cruce

ſuos adhortatus,

Tunc vexillum ſanctæ Crucis, quod in agmine primo dux bonus præferre conſueverat, defixa cuſpide ponens, inſtaurat animos dictis mordacibus. O, inquit, fortiſſimi milites! ô inſtructiſſimi divini prælii bellatores! quo ruitis? cui colla datis? Quis furor inſanas agitat caligine mentes? State precor, ſtate; neve velitis manu ſtivam tenentes retroſpicere. Pro pudor! Vincimur heu! ſegnes, nec noſtra potentia profert vim ſolitam. Quin potius, ô nimium dilecta juventus, hortor & moneo, reſides attollere animos, ne nos tamquam imparatos præoccupent. Olim devotas animas, ultro properantes, ſubdamus pretioſiſſimæ paſſioni. Experimento jam cognoſcetis quantus illis ex noſtra conſtantia timor, quanta nobis proveniat gloria. Talia Senior perorabat, nomine quemque vocans; ſimulque acrimoniam, quam geſtabat corde, frontis præferens dignitate. Quibus verbis incaluit virtus: paulatimque timore depulſo maduerunt corda tepentia, repentino Spiritus ſancti rore perfuſa. Suda redit facies, veluti ſi videas purpuream clareſcere lucem ſine nube diei. Agmina ſancta ſuper vultum ſenſere Tonantis, gaudentque hilares Chriſtum ſuis victoribus arces ætheris ac patrium famulis aperire profundum. Itaque alacres & de victoria ſecuri procedunt caſtris, portis patentibus, omnes ornati, omnes albis induti, tamquam agni immaculati & incontaminati Jeſu Chriſti, præcogniti ante conſtitutionem mundi. O quali gaudio tunc ille tripudiavit Angelicus cœtus, tantis beatorum Martyrum occurrens agminibus! Nulli dubium omnem cæleſtem Hieruſalem tunc exultaſſe ineffabili lætitia, tunc jucundatam eſſe inæſtimabili caritate, tuncque cum omni gratulatione obviam proceſſiſſe, eoſque ingenti lumine circumfulſiſſe, & uſque ad thronum, olim ſibi etiam ante conſtitutionem mundi paratum, cum laudibus & canticis ſpiritualibus perduxiſſe.

C

cum illis martyrium jubit:

5 Hac igitur cæde patrata, ſimulque vaſtitate ſubſecuta, & multis effluentibus annorum curriculis, ex *c* Avennicorum venerabilis vitæ Majolus ſplendidiſſimis parentibus eſt procreatus; Provincialis quidem genere, nobilium Gallorum clarus generoſitate. Hic ab ipſis infantiæ rudimentis ſtudiis litterarum traditus, ſupdtna providente clementia, quæ ſibi eum prædeſtinaverat vas electionis futurum, gemina ſcientia efficaciſſime claruit. Cujus Jeſus jam tunc ſua poſſidens dignatione corpuſculum, non hoc fœtidis ab antiquo permiſit pollui hoſte luſibus, obſcœniſque actibus: quippe qui ſuam; antequam naſceretur, in eo præſcierat conſecrare ſedem. Dumque adhuc eſſet parvulus, Apoſtolum non legerat; & tamen jam ejus imitator exiſtens, aniles fabulas & verborum obſcœnitates devitabat, actuque & voce illud Pſalmographi reſonabat: Cogitavi vias meas & converti pedes meos in teſtimonia tua.

D

c

S. Majolus in Provincia natus,

excolitur ſtudiis & honeſtis moribus;

1 Tim. 4, 7.

Pſal. 118, 59

Haud multis opus eſt in illo nobilitatis
Egregiæ memorare decus, quæ dote gemella,
Splēdidaq; & locuples, opibuſq; & germine fulſit:
Indicium documenque rei numeroſa retentant
Prædia, ſucciduis olim notiſſima chartis.

6 Proceſſu vero temporis decurſa pueritia, cum eum jam ſibi vindicaret adoleſcentia, parentibus humana ſorte præventis, prædiiſque barbarica invaſione in ſolitudinem redactis; divina diſponente providentia, naturale ſolum coactus eſt deſerere, ac Burgundiæ partes expetere: venienſque in urbem Matiſcenſem, ſuſceptus eſt ibi in hoſpitio à quodam ſuo propinquo, qui inter reliquos ejuſdem urbis Proceres nobilitatis gerebat decus. Cumque aliquamdiù in ejus moraretur diverſorio, ejus fultus adminiculo; uti cœpit ejuſdem civitatis Epiſcopo: qui eum liberali cernens ingenio valere, Canonicorum ſtuduit collegio copulare: qui etiam eum ſecretius ſumma hortabatur inſtantia, ut ſe virginem conſervaret, & velut vas electionis in Eccleſia dignus fieret. Sed Virginis filius jam olim caſtitatis amore pectus ejus afflaverat, ut ne puncto quidem temporis ab ejus intuitu pateretur divelli. Dulcorem Domini hic à tenero imbiberat, & ideo pudicitiæ nitor in eo incanduerat, auxeratque largitrix gratia pectus infantis

E

Matiſconem migrat:

Epiſcopo carus

virginitatē ſervat.

Muneribus geminis: quodque aſſolet eſſe duobus
Gratum & ſufficiens, hoc præcumulaverat uni.
Namque ut ſeptenis ſapientia nixa columnis
Aptificare domum dilecto in pectore poſſet;
Ingenium vivax conamen juvit ad omne:
Inque vices animo genialiter exſpatiante,
Sedulitas prætendit opem ſtudioſa magiſtri.
Utraque res; moderante Deo, felicia cœptu
Tempora gliſcentis jam tunc provexit ephebi.

F

7 Per idem tempus Lugduni Antonius quidam bonis pollebat moribus, in Philoſophia ſatis eruditus, quem virtus & religio *d* Inſulæ Barbarenſis præfecerat cœnobio. Hoc vir Dei quorumdam relatu comperto, quia nimio diſcendi fervebat deſiderio, Lugdunum perrexit, ejuſque magiſterio ſe ad erudiendum commiſit: cujus multum convaluit, non modo doctrina, verum moribus & vita. Prædicta quidem tunc civitas omnes excellebat ſibi propinquas, tam religione virtutum quam ſtudio liberalium artium. Offenſa namque ſapientia, quæ propter ſe tantum appetenda eſt, quorumdam lucris turpibus, multorum indiſciplinata vita, omnium poſtremo tepide ſeſe appetentium inhoneſta deſidia; præceptorum inopia intercedente, priorumque ſtudiis pœne collapſis, hujus noſtræ exitialiter peroſa regionis, Lugduni ſibi aliquamdiu familiare conſiſtorium collocavit. Ibi, quas dicunt, diſciplinarū liberae

ſtudet Philoſophiæ Lugduni ſub Antonio inſulæ Barbaræ Præfecto.

A liberalium peritia, quaſque ordine currere hoc tempore fabula tantum eſt, eo uſque convaluit, ut quantum ad ſcholas, publicum appellaretur citramarini orbis gymnaſium. Et ut aliquid rationis afferre videar, eo id argumento colligimus, quod quiſquis artium profitendarum afficeretur ſtudio, non ante profeſſis adſcribi merebatur, quam hac explorata diligentia examinatus abiret. Cui rei Satyricus quoque adſtipulatur, qui (ut exempli circumſtantia res eluceat) primo operis ſui libro acriter diuque in impudicos invectus, fert eos conſcientia frequentati ſceleris perinde palleſcere.

e Ut Lugdunenſem Rhetor dicturus ad *e* aram. Ita claret hanc ſapientibus & palmas & nomina fuiſſe largitam. In ea itaque urbe, ut jam diximus, cum Philoſophos viroſque audiret eccleſiaſticos, divina inſpirante gratia, omnes ſuos præceſſit æmulos ſapientia. Facunditas eloquentiæ, gravitati tunc componebatur ſapientiæ: ex materia hujuſce compoſitionis vas eſſe cœpit electionis.

Cumque foret vehemens animique ad cuncta capacis,
Nil intentatum, nil denique liquit inhauſtum.

B Quidquid ab indigenis potuit manare magiſtris,
Cuncta brevi, nam pœne puer citraque juventam
Omnia combiberat: furit intimus omnibus ardor
Ulteriora ſequi: & ſtudiis ne copia deſit
Otia conterere
Inque mori ſtudiis. Perparva & vilia ſcitu,
Si qua patent [credit,] cara & prægrandia cenſet,
Si qua latent. Erat ingenuis tunc artibus uſque
Certus honor, ſtudiiſque addebat gloria calcar.

8 Cumque jam veſtiri cœpiſſet vernantibus juventutis floribus; ita ſuam adoleſcentiam bonis inſtruxit moribus, ut eo tempore jam putaretur monachus. Integrum ſe & ſincerum omni cuſtodia ab his obſervabat vitiis, quibus contaminari ſolent homines hujus ætatis. His enim imbui timebat, ne tenera in ætate iis infectus eſſet, quibus cum vellet carere non poſſet, juxta illud quod ſcriptum eſt:
Prov.22,6 Adoleſcens juxta viam ſuam, etiam cum ſenuerit, non recedet ab ea. Bonorum virorum & maxime prudentum contubernio potitus, turpitudininis ſectatores exoſus. Jam vero per cunctos, ut moris
Diaconus ordinatur: eſt, gradus conſcendens Eccleſiaſticos, cum Levitarum potiretur officio, ad ejuſdem uſque arcem; doctrina id exigente juſtitiæ, ab eodem eſt ſublimatus jam prædicto Pontifice. Officio igitur miniſtrationis acceptæ cum cultui vineæ manciparetur Dominicæ, ut hujus ſe aſſignaret colonum, commune utile multorum magis quærebat quam proprium. Cunctis benignus, omnibus æquus, nemini nocebat, quibus poterat prodeſſe ſtudebat. Sana quippe ei doctrina inerat, quia ſuæ conditioni quod competebat illud ſolerter agebat, propter illud A-
C 2 Cor.6,3 poſtoli: Nemini dantes ullam offenſionem, ut non vituperetur miniſterium noſtrum, ſed in omnibus exhibeamus noſmetipſos ſicut Dei miniſtros.

Creſcebat meritis natus ſucceſſibus heros,
Perfectique ſequax primam tendebat ad arcem
Curſibus impigris, ne non perfectus ab omni
Parte foret, Sacer & Paſtor jam jamque futurus;
Utque ad letiferas animum contendere peſtes
Emerſaſque hereſes unde unde extrudere poſſet,
Armabat doctam vivax facundia lingnum.

accuratus cuſtos ſenſuum & linguæ:

9 Legerat mortem per feneſtras ingredientem, & per eaſdem domum interius penetrantem; ideoque ſuas ſic ſtuduit aures oppilare prudentiæ peſſulo, ne penetral cordis illideretur cruentæ mortis jaculo. Nam unaquæque ſui potiens officii, expers fieri cogebatur alieni. Taliter ejus intuitus à concupiſcentia deductus, ſincerus reddebatur & purus. A lingua vero carente mendacio procul diſtabant adulatio & detractio: opportunitas tamen ſi exegiſſet, ſevera non deerat correctio, quoniam quidem ſi hic eſt vir perfectus qui in lingua non offendit; nullatenus habetur deterior, qui quemdam fratrem videns peccantem, admonendo, exhortando, increpando juxta Apoſtolum ad viam veritatis reducit. Et quia nec lingua nec oculis facile delinquere volebat, recte illud ei congruere videtur, quod dicitur, Quoniam aſpectu & auditu juſtus erat; ſanctis etiam & modeſtis ſermonibus inditus, obſcœnis & turpibus omnino intercludebatur auditus, propter illud quod ſcriptum eſt: Sepi aures tuas ſpinis, & noli audi- Eccl.28,28
re linguam nequam. Jam pedes à ſpatioſo mundi itinere retrahebantur, & arduum callem cæleſtis patriæ jam proficiſci nitebantur. Doctrina quidem Act 20,35
qua fovebatur juſtitiæ ſibi prudenter ingerente, beatius fore dare quam accipere, ſuas ipſius manus ſæpe contractio capacitati, ſæpius tamen & facilius extenſio habebat largitati.

Scire erat haud magnum, ſi non & poſſe ſubiret:
Et ſtulto ſapiens minimum differre putatur,
Si non & poſſis: melius duo juncta feruntur,
Quæ ſi diſpeſcas perit alterum: ita alterius res E
Altera poſcit opem rei & conjurat amice.

10 Caritatis equidem affluens viſceribus, pro pauperibus ſemper erat ſolicitus: Chriſtum vero to- *munificus in pauperes;*
tis diligens viſceribus, dum ſicut Martha corporaliter non valebat, in egenis illum quotidie reficiebat, ſuo ipſius teſtimonio, qui ait in Euangelio: Pauperes ſemper habetis vobiſcum, me autem non ſemper Joan.12,8
habebitis. Unde idem ipſe ſuis dicturus eſt in fine: Quod uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Sic igitur in pauperum ſuſceptione Chriſto ſuo læ- Mat.25,40
tabatur manſore. Sed ad opus exercendæ miſericordiæ, illa quamvis impelleretur beatitudine, quæ inter ceteras in Euangelio Domini denuntiatur voce; Beati miſericordes quoniam ipſi miſericordiam Matt.5,7
conſequentur; ordinatæ tamen caritatis qua ſtringebatur vinculo, non ad luxuriam, ſed ad neceſſitatem, prout cuique opus erat, ſingulis egentibus ſubveniebat.

Omnibus hoſpitii perlargum præbuit uſum:
Nemo eſt exceptus, perpeſſus nemo repulſam:
Collegit cunctos, ſtruxit convivia cunctis,
Intulit ipſe dapes, cunctiſque exinde refectis
Eſuriit ſolus ———

11 Quodam igitur tempore, cum rerum victua- F
lium fertilitas more ſolito non proveniret, totam- *in publica fame,*
que regionem alimentorum indigentia fames acerrima conſtringeret; ad virum Dei plus ſolito venire cœpit pauperum multitudo. Quorum importuna precatio dum quotidie miſerabiliter inſiſteret, ut ſuæ inopiæ viri Dei pietas ſubveniret; caritatis perfoſſus cuſpide, nimia cœpit cogitatione æſtuare. Larga enim habendi copia in magna penu jam defecerat, *cum deeſſet facultas ſubveniendi omnibus,*
in ſimilia diſpertita opera: hinc eis, qui tuendi cura ſibi domeſtica fuerant alendi, neceſſitas; iſtinc omnibus egentibus ſubveniendi, ſolicitabat voluntas. Cuncta quibus humanæ vitæ continetur actio abeſſe videbantur; cellario ſuæque domus præpoſito proteſtante, ſibi ſuiſque parva quæ ſuperfuerant non ſuppeditare, nedum tot petentium quiviſſet penuriam ſublevare. Tunc vir Dei oratoriolum (quod in honorem S. Michaëlis ipſe trans Ararim reædificarat, & ad quod propter popularem tumultum ſeſe à civitate contulerat, quo ſecreta quiete pervigil in orationibus, divino famulamini manciparetur attentius) ingreſſus, pauperum miſeratione commotus, cœpit Dominum enixius exorare. Cumque pronus in terram ſeſe cum lacrymis pro-

AA. SYNO NY ALD. EX MSS.

prosterneret, ac largiter flens diu in oratione persisteret; ut oculos à terra subduxit, ante se septem solidos aspexit: quos quidem tangere noluit, quia sibi metuit; ne aut sphantastica illusio, aut alienum damnum esset, & culpam velut ex actione pietatis perpetraret. Egressus ab oratorio solidos, quos reperit, per omnes huc adventare solitos direxit, eosque qui perdidisset percunctari præcepit. Omnibus se denarios non perdidisse, suosque qui reperti fuerant afferentibus non fuisse, non ad usus proprios, sed eos ad alimenta deputavit pauperum.

Deum o. rans, 7 solidos reperios in pauperes distribuit:

12 Porro divinorum præceptorum, sicut avidus erat indagator, ita studiosus operator semetipsum ad pietatem exercebat, & quos poterat ad eamdem trahere procurabat. Adolescentiam suam, ut contemni posset à nemine, sic in bonam quam assecutus fuerat doctrinam satagebat informare, ut ceteris esset exemplum bonæ vitæ, in verbo sanctaque conversatione.

Hic cæcis oculus, pes idem denique claudis,
Pauperibusque pater, sic omnibus omnia factus,
Offecit nullis, certavit profore cunctis.

Apostolum quippe legerat promittentem, quod illi, qui bene ministraverint, gratiam sibi acquirent & multam fiduciam, quæ est in Christo Jesu. Sic ministerio sibi credito attendebat, ut suis omnibus profectus esset manifestus, omnibusque prodesset se audientibus. Doctrinam, quam secundum sibi concessam gratiam fuerat assecutus, ut ad usuram commodaret pluribus, ne de talento sibi credito, torpente damnaretur cum servo, de diversis ad se partibus Clericos convocabat: & quos dociles cernebat, eos gratis libenterque docebat. Hoc autem studebat cupiens facere, propter illud Danielis Prophetæ: Qui docti fuerint, splendebunt sicut stellæ firmamenti; & qui ad justitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Et hoc ideo, ut non solus, sed suis ipse cum auditoribus inseri fidereis dignus inveniretur splendoribus.

1 Tim. 3, 13

B

gratis alios Clericos docet:

Dan. 12, 3

——— Numquam sermonibus ille
Rem gessit tantum: poterat sic denique sperni
Si non & faceret; contemnendusque putatur,
Doctor in eloquiis, nisi fert suffragia factis,
Cumque ipso tantum videas hoc tempore, multos
Secretos à plebe loco, nulloque pudore,
Affectare animis itidem popularia laxis.
Hic vice conversa (raro quod contigit ulli)
In populis nitidam secreti munere vitam
C Obtinuit: quodque est mirum, mundalia tractans
Fallacis minime traxit contagia mundi.
O mirum! piceas quemquam contingere sordes
Nec pice fœdari. Mirum quod conditus imis
Ignis erat sinubus, vestesque ferantur inustæ.

Archiepiscopatum Vesontionē. sem non admittit.

13 Vir igitur Dei cum talibus & ejuscemodi polleret moribus, ejusque nomen fama celebri divulgaretur; Vesontiensi Archiepiscopo viam universæ carnis ingresso, tam ipsius terræ Principis quam totius Cleri consensu & populi, ad ejus culmen suscipiendum Pontificatus B. Majolus impellebatur. Sed ejus animus, robore licet firmatus auctoritatis, ac erectus foret culmine virtutis; sub hujus tamen specie, ne mundi lucrum cogeretur expetere, & ad mundi gloriam, quam mente jam spreverat, per seculare negotium delectabiliter tendere; grave pondus procelloſi culminis per custodiam refugit humilitatis; Creatoris omnium sequens exemplum, qui cum ante seculum regnaret in cælis, regnum percipere vitavit in terris. Scriptum quippe est: Jesus, cum sciret, quia venturi essent ut raperent eum & constituerent sibi Regem, ascendit iterum in montem solus orare. Quocirca B. Majolus, æterni Regis magisterio edoctus, qui oblatam gloriam fugit culminis, & postea sponte venit ad patibulum crucis, quatenus ejus membrum fieret, omnem spem suam in eo collocans, hoc studuit opere adimplere, quod ille præcepit sermone. Hoc enim præceptum est in Euangelio: Qui vult post me venire; abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Ita vir Dei per cælestis studii disciplinam, mundi labilem contempsit gloriam; & supernæ vitæ tactus dulcedine, quæ à mundi amatoribus concupiscuntur, omnia à se funditus tentavit abscindere. Igitur cœnobium in collis valle, quod Cluniaca dicitur, cui vir vitæ Venerabilis Heimardus præerat, pro morum honestate & virtutum studiis appetiit; ibique secundum B. Benedicti Regulam, ab eodem viro jam præfato conversationis habitum petens, ut reciperetur rogavit.

Joan. 6, 15

D

Luc. 9, 23

Cluniacum petit:

14 Spretis itaque omnibus terrenæ possessionis stipendiis, ob spem futuræ repromissionis, habitum sanctæ conversationis sumpsit: sicque deinceps alieno vixit imperio ut in nullo deviaret à sanctæ conversationis proposito. Hic enim procul à se remotis hebitudine & murmure, singularis præ ceteris obedientiæ prominebat virtute; implens illud in Fratribus, quod præcipit B. Benedictus: Obedientiæ bonum non solum Abbati exhibendum est, sed etiam sibi invicem obediant Fratres. De Abbate vero Apostolico instruebatur exemplo: Obedite, inquit, Præpositis vestris. Enimvero B. Benedicti, cujus subjacebat disciplinatui, imitator existens, induta parvuli humilitate, stulto Philosophorum neglecto dogmate, sapientem Dei stultitiam est adortus, juxta quod præcipit Apostolus: Si quis vult inter vos sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat ut sit sapiens. Unde qui prius doctor Grammaticorum, discipulus esse cœpit simplicium virorum. Haud secus enim ac Philosophi ad syllogismorum argumenta totâ se conferunt mentis instantiâ, ita se contulit ad ea discenda, quæ quotidianum per usum in monasterio sunt explenda. Quibus omnibus solerti sibi cura cognitis, & experimento memoriæ commissis, videri jam cœpit doctior cunctis. Hunc ergo ut in monachico ordine ita prudentem jam dictus Pater intellexit, bibliothecæ præficiens, apocrisariatus officium eidem injunxit: quod ministerium tanta auctoritate tantaque adimplevit solicitudine, ut omnibus secum versantibus exemplo fuerit & terrori. Legerat idem vir Domini libros olim auriquorum Philosophorum, Virgiliique mendacia, quæ nolebat nec ipse jam audire, nec alios legere. Sufficiunt, inquit, divini Poëtæ vobis, nec egetis luxuriosa Virgilii vos pollui facundia. Regulari quidem contentus conversatione, sic studebat parcimoniæ, ut differre nullatenus videretur à societate communis vitæ. Quorum vitia dum conspiceret reprehendenda, hoc exquisito, quod unicuique competebat, initio, prius in unoquoque laudanda canebat, dehinc velut ignarus reprehendenda carpebat; cunctos tamen sæpius admonebat, ut tales se Deo exhiberent interius, qualis humana opinio pro religionis habitu ferebat exterius. O! virum cui semper summa debentur: qui amore vitæ æternæ voluntariam amplexus pauperiatem, Christo dedit quod in ara cordis invenit, nihil suis meritis tribuens.

Hebr. 13, 17

E

præfectus bibliothecæ

libros profanos spernit:

F

in conversatione circumspecte se gerit:

15 Quodam tempore pro monasterii utilitate B. Majolum, cum altero Fratre, Romam dirigi contigit ab Abbate. Qui expleta legatione dum redirent, ut Yporediam ad hospitium venirent; Frater, qui eum comitabatur, nomine Heldricus, febrium correptus languore, fatigari cœpit acri ardore. Verumtamen ægritudine invalescente, cum toto jam pateretur corpore, de vita desperatus, circa mortem

Yporediæ socium a. grum

1 Cor. 3, 18

A mortem tendebatur ſolicitus. Vir autem Dei, qui nihilominus quam qui patiebatur de fraterno cruciatu triſtabatur, duplicato tunc afficiebatur infortunio: quia hinc eum Fratris manifeſta vexabat ægritudo, inde paterna quæ incepta pendebat legatio. Sed quid ageret neſcius, divinam clementiam exorare cœpit attentius. Tribus tandem diebus peractis, poſt Matutinas laudes, cum ſe ſopori dediſſet; quidam vir canicie reverendus ei viſus eſt, dicens: Quid ignavo mœrore deprimeris? Quid à
Jac.5.14 memoria excidit, quod frater meus Jacobus de infirmitatibus præcepit: Triſtatur aliquis veſtrûm, oret; æquo animo eſt, pſallat; infirmatur quis ex vobis, inducat Presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eũ, ungentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei ſalvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus. Hac viſione aliquantulum ſublevatus animo, ſtatim ut ſurrexit è ſomno, celeri actione deduxit ad effectum, quod Apoſtolica fuerat revelatione compertum. Res mira & vehementer ſtupenda! Eadem
ſacro oleo ſanat: quippe die, qua ſanctificationis oleo qui patiebatur eſt delibutus, ita ſanitati priſtinæ reſtitutus convaluit, acſi nullam moleſtiam corporis pertuliſſet. Altera die Domini gratulantes virtute, conati ſunt
B iter cœptum perducere ad effectum. Quoniam quidem B. Jacobi voce ſanari teſtabatur infirmus fidei oratione, ideo luce clarius patet beatum virum hoc ſuis obtinuiſſe precibus, quod iſte tam citæ ſanitati eſt redditus. Hoc plane miraculum Fratribus fideli relatione cum fuiſſet agnitum, deinceps in magna veneratione habere cœperunt B. Majolum, quem jam ita Deo proximum noverant effectibus per ſigna virtutum.

16 Sed vir ſanctus gloria laudis abjecta, plus deſpici quam venerari in hac cupiens vita, quo Fratrum devotione attentius honorabatur, eo magis omni ſe vilitate & extremitate dignabatur. Omnium licet caritate diligeretur; munditiam tamen cordis, ne jactantia fœdaret, à nemine laudari volebat. Et ideo hominibus fugiens eſſe in pretio, ſua ſe con-
humilis in oculis ſuis ſcientia carum exhibebat Deo. Chriſtique etiam indutus tunica, cujus ſequebatur veſtigia, miraque ornatus patientia, meliora ſecundum Apoſtolum
1 Cor.12, 31 ſemper ſectari ſtudebat chariſmata: ideoque vitia averſando, de virtute in virtutem proficiendo, per obedientiæ quadrivium ad humilitatis uſque ſupremum conſcendit faſtigium. Sed quia obedientiam
in omni virtute proficit. nemo bene valet imperare ſubjectis, niſi qui hanc
C ipſe dedicerit prius exhibere prælatis; ideo hunc longo tempore Dei diſpenſatio ſtatuit ſubeſſe, ut ſub alterius magiſterio diſceret, quomodo ſine errore aliis prodeſſe poſſet.

O meritum ſublime viri, quem gratia ſummi
Hactenus evexit virtutum culmine Chriſti!
Omnia cum parent, reſpondent omnia votis.

At ego hic à defloratione opere paululum reſpirabo, ut debitum finem hic liber accipiat,

Indigna quamquam cogi brevitate queratur.

ANNOTATA.

a Saraceni *ſeculo 9, præter Hiſpaniam & Africam, quas diu obtinuerant, etiam Cretam, Siciliam, Calabriam & Apuliam occuparant, ſicuti circa annum* 890 *partem Provinciæ, navibus ex dictis regionibus accedentes. Conſule Hiſtoriam Provinciæ Bouchæi lib.6 pag.772.*

b *Hæc de cæde monachorum Lerinenſium refert eiſdem verbis Vincentius Barralis in ſua Chronologia Lerinenſi pag.223 ex antiquo MS. Lerinenſi; & adfert aliam relationem, in qua dicuntur hi* 500 *monachi occiſi tempore Caroli Martelli: quod & Mabillon fecit ſeculo 3 Benedictino, par.1 pag.525. Verum id non poteſt cum hac re-*

latione ſubſiſtere: ſecundum quam videntur occiſi circa annum 990. *Sed hæc accuratius erunt diſcutienda* 12, *aut* 19 *aut* 23 *Auguſti, quibus diebus aſſerunt Mabillon & alii eos referri. Interim conferantur cum iis, quæ ſupra ad Vitam primam de hac irruptione annotavimus.* AA. SYRO ET ALD. EX MSS.

c *Natum eſſe* S. Majolum Valentiolæ, *vulgo* Valenſola, *tradi in Chronico Cluniacenſi ſupra diximus, ſed videtur proſopia nobilis trahi* ex urbe Avenionenſi.

d Inſula Barbara *prope Lugdunum, alveum Araris medium ſcindit, in qua illuſtris Abbatia extitit, quam ſuo Commentario illuſtravit Ioſephus Chanonerius Societatis Ieſu, & cap.13 recenſens Abbates hujus temporis, fatetur Catalogos eſſe imperfectos: in quibus nulla Antonii mentio. Sed forſan ſolum fuit ſtudiis præfectus.*

e *Strabo lib.4 Geographiæ, poſtquam templi meminit, ibidem ab univerſis Gallis Auguſto erecti:* aderat, *inquit*, & ara cum titulo gentium ſexaginta. *Ad hanc autem videtur Caligula inſtituiſſe* certamen Græcæ Latinæque facundiæ, quo ferunt (*ut ſcribit Suetonius*) victoribus præmia victos contuliſſe, eorumdem & laudes componere coactos: eos autem qui maxime diſplicuiſſent, ſcripta ſua ſpongia linguave delere juſſos, niſi objurgari aut flumine proximo mergi maluiſſent. *Reliqua in hac Vita obſervanda, ſunt ad præcedentem Vitam notata.* E

PROLOGUS LIBRI II.

17 GYranti cuneos Chriſticolarum, quos humus extulit, occurrit ratio tum vehemens tũ moderatior, lector, pace tua quam liceat prodere prius; nulli deterit hæc officii magnificentiam. Inſpecto, alium muneribus dogmatis melliti præpollere, alium pro meritis ſcandere ſidera, [quodque] hunc ſilvis celebrem clarificat fama beatior; vix unum invenias cui ſimul hæc omnia confluunt. Sic donis homines munificus Spiritus imbuit, qui cum ſimpliciter ſimplificus ſubſtet & unus, ob fœcunda tamen multiplici dote chariſmata, cæleſtis potius ſeptifluum pagina prędicat; ſeu potius quod ſic per omne currat, ut numquam tamen extra ſe feratur. Θεὸς [enim], quod eſt Latine DEUS, aut à verbo quod eſt θεοῤῥῶ, id eſt VIDEO derivatur, aut ex verbo θέω id-eſt CURRO; aut quod probabilius eſt (quia unus idemque intellectus ineſt) ab utroque recte accipitur derivari. Nã cum à verbo θεοῤῥῶ deducitur Θεὸς, VIDENS interpretatur; cum vero à verbo θέω Θεὸς, CURRENS recte intelligitur. Ipſe enim in omnia currit, & nullo modo ſtat, ſed omnia currendo implet, juxta
Pſ.147, 15 illud, Velociter currit ſermo ejus. Attamen nullo modo movetur: de Deo ſiquidem veriſſime dicitur, motus ſtabilis & ſtatus mobilis. Stat enim in ſeipſo incommutabiliter, numquam naturalem ſui ſtabilitatem deſerens: movet autem ſeipſum per omnia, ut ſint ea quæ à ſe eſſentialiter ſubſiſtant. Motu enim ipſius omnia fiunt, cum ſit motus; & idem ipſe ſtatus & motus ſtabilis, F

Hoc non eſt, nec hoc eſt: ſed extat omne:
Non hic, non ibi; ſed per omne totus.
Sic parvis, mediis, adeſtque magnis,
Ipſe individuus manenſque totus:
Ex ipſo quoniam, per ipſum, atque in ipſo
Sunt quæcumque vigent: ad ipſum æque
Tendunt omnia, tamquam ad quietem.

Itaque

Cum ſe ſic habeat: fluenta veri
Ultro concipias ſubeſt neceſſe eſt,
Nullis nos animis, lepore nullo,
De Deo proprium bonoque nomen
Profinire Deo: nec eſſe promptum
Qualis, quantus, item quis eſſe poſſit,
Ortu melius propinquiuſque
Legabis animo, ſi quid ſubornas

AA. SYRO ET ALD. EX MSS.

Orari placidis vult ille verbis,
Largiri facilis, dediſſe promptus.
His ergo modulis adito Patrem,
Patrem cum Genito piumque Pneuma,
Lux hæc noſtra, ſalus, redemptioque,
Lumen glaucumeas agens in umbras,
Cæcis empyreos reclude cælos.
Quærentes valida juvato dextra,
Quando non potis eſt adire tete
Quiſquam, des niſi tu venire per te.
Oſtendas faciem Deus tremende,
His qui nil aliud petunt niſi te.
Nubes rumpe malas phantaſiaſque,
Queis mentis acies reverberata,
Pure non ſinitur Deum tueri.
Ceu te inviſibilem videre præſtat,
His qui luciſluum ſitire fontem
Noverunt, requiem, ſuumque finem.
Quod reſtat ſiquidem, quod inſtat, inquam,
Præſentes operas tui indigentes,
Componas petimus; favenſque voto
Et ſenſus cumules, & ora ſoluas,
Ut mutis liquidæ fluant loquelæ.

Excurſis igitur principio moribus optimis, huc nos
B auſpiciis ire bonis, luminis fons idemque Pater
qui merito diceris, annue.

LIBER II.

Abbatis munus impoſitum. Illuſtres virtutes. Cæci illuminati. Alia miracula. Monaſteria reformata.

Ab Heimardo Abbate caco

18 CErnens interea vir Domini Heimardus, B. Majolum virtutum pennis ad alta ſubvehi, terrena cuncta deſpicere, mundi gloriam declinare, verbis pollere, miraculis coruſcare, & toto conamine de virtute in virtutem velle proficere; at contra ſe infirmum, lumine privatum, ſenio feſſum, atque emeritæ militiæ jam veteranum; convocatis in unum Fratribus, his eos compellare cœpit affatibus. Me privatum lumine vobis utiliter præeſſe cernitis minime poſſe: ideoque talem ex vobis ipſis eligite, qui tutor & cuſtos ſit vobis in Dei famulamine. Illis autem hæſitantibus & nihil ad hæc reſpondentibus, quod mens conceperat divina inſpiratione, allegavit ſermone; B. Majolum ut eligerent adhortans, ſolum hunc eſſe ad id officii idoneum affirmans. Unus omnium conſenſus nec diſpar fuit aſſenſus.

proponitur ſucceſſor eligendus:
C

Cernere erat omnes in conſona vota ruentes:
Namque greges monachorum nec non agmina Clericorum,
Nobilibus conſerta viris; plebs ruſtica, plebi
Concurrit urbanæ: par eſt ſententia cunctis,
Vox eadem, ſtudiiſq; ardent communibus omnes,
Majolo titulum decernere [jam] paſtoris.
Hunc claris meritis, hunc nobilitate legendum,
Dogmate præcipuum, generoſo pectore primum,
Principibus notum, & non nulla parte verendum;
Cautum conſiliis divo de fonte petitis.
Multa viri caſtam cumulant præconia laudem:
Materiem merita alta dabant, perq; ora volentum
Libera, ſponte fluunt ſermonis famina veri:
Cuique aliud non eſt, nec præſtat copia fandi,
Majolum ingeminat, Majolum ad ſidera jactat.
Quaque foras oculos, quaque aures ducere tentes,
[Omnia Majolum reſonant, iterumque remittunt]
Omnia Majolum, tanta eſt concordia vocum.

19 Sed aſſenſum ut præberet cum nullis flecteretur precibus, Abbas bono uſus conſilio, quod ſibi denegabat poſſibile, ei qui omnia poteſt ſtuduit committere. Quocirca poſt ſingularum determinationem Horarum, ſuper hac petitione proſtratis in terram Fratribus, octogeſimus ſextus decantabatur Pſalmus. Hocque dum fieret per triduum, tale Dei pietas intulit indicium. Vir namque Dei nimia ſolicitus cura, cum ſequentem noctem mediam duxiſſet inſomnem; longa tandem cogitatione feſſo cum ſopor irrueret, ut adhuc quaſi vigilantem ſe putaret; quidam religionis habitu coopertus, venuſta facie decorus, viſus eſt ſibi adſtare & dicere: Securus eſto, Frater, ne timeas in ſuſcipiendo re- *in viſione monetur, à S. Benedicto*
giminis honore: quia ad hoc peragendum officium, divinum tibi non deerit auxilium. Tunc libellum, quem forte manu geſtabat, protendens; Hunc, inquit, tu comitem habeto, ejuſque teſtimonio quæ agenda ſunt agito. Hoc autem qui fabatur, non alius ſibi quam D. Benedictus videbatur. Itaque hac viſione aliquantum recreatus, titubare nequivit, ſe ad hoc opus divina cogi diſpenſatione. Jactans ergo in Dominum curam ſuam, totumque ſuum poſſe in ejus ponens velle, facto mane in conventu Fratrum, corpore in terram proſtrato, tum Abbati tum Fratribus ſatis fecit in Capitulo, arguens ſe culpæ, talique eos conveniens ſermocinatione:
E O Patres & Fratres, hoc contumaciæ imputare nolite, quod obſtinato animo veſtræ juſſioni diſtuli obedire. Animarum enim regiminis dum vim & *onus admittere.* magnitudinem mente pertracto, meæ imbecillitatis conſcius ad hoc ſuſcipiendum minime me fore idoneum ſentio: & ideo fuit obedientiæ dilatio, quia tanti ponderis ſub mole ruinam perpeti formido. Nemo enim alter alteri ſic eſt notus ut ſibi: unde ſi me ut ego cognoſceretis, ad id officium nullatenus cogeretis. Sed quia veſtra urget juſſio, cui contradicere non audeo; nunc in eo qui lenire aſpera, relevare valet gravia, ſuperare valet adverſa, omni ſpe poſita, veſtrâ mutor ab immutata ſententia. Hoc Fratres audito, omnes gratulabantur Deo, cujus benigniſſima miſeratione exaudiri meruerunt in ſua petitione.

ab Epiſcopis & Abbatibus convocatis,

20 Tunc Domnus Abbas multitudinem convocans nobilium, Pontificum & Abbatum, adhibuit conſilium: in quorum præſentia hæc prorupit in verba: Veſtram minime latet prudentiam, quod ad Prælatos reſpicit quidquid à ſubditis delinquitur: quapropter exemplum pravæ vitæ & negligentiam ſubditorum ignis gehennæ inexhauſtus vindicat. Idcirco ego Heimardus, Cluniacenſis cœnobii Abba
F indignus, præſentibus atque futuris omnibus gene- *habita ab Heimardo oratione,*
rationibus notum eſſe volo, quod hæc & hujuſmodi mente pertractans, ætate defatigatus, officiis quoque corporis imminutus, dum minus me paſtorali cura idoneum perſentiſco, B. Benedicti capitulatim de conſtituendo Abbate ſolicitudine præmonitus, cum omnibus Fratribus meis filiis & conſervis Beati quidem Petri, pridem electum Fratrem ac filium Majolum reeligimus & Abbatem eſſe decernimus; ne, inſolentia noſtræ infirmitatis, ordo deteretcat & repulſam aliquam patiatur, Deo propitio ſemper ad meliora provehendus. Nam ſicut qui ad regimen incautus aſpirat [repellendus]; ita ſi quis dignus refugit, merito conſtringendus habetur. Et ſicut Cluniacenſe monaſterium Deo auctore à Guillelmo Duce fundatum, nomine principis Apoſtolorum ſacratum, privilegiis Romanæ Sedis inſignitum, Regalibus præceptis confirmatum, & reverendis quoque Abbatibus, Dominis Bernone & Odone, ordinatum conſtat; ita cum omnibus abbatiis, locis & cellis, ubi ubi eorum vel noſtro tempore acquiſitis; prædicto Fratri ordinandum tradimus, atq; tam ad ordinem ſervandum ſecundum B. Benedictum & in-

A *benedicitur & Abbas conſtituitur.*

& inſtituta Patrum noſtrorum, quam ad res diſpo-
nendas ſub omni integritate, propitia Divinitate, vin-
culis obedientiæ adſtringimus, & Abbatem unanimiter proclamamus. Poſt hæc denique verba electione conſcripta & univerſitatis conſenſu roborata, impoſitaque Antiphona, ducitur in eccleſiam, benedicitur, & in ſua ſede omnibus gratulantibus levatur.

Diſcite Doctores, decretorumque datores,
Paſtoreſque gregis, ſed multi nomine tantum,
Myſtica qui rudibus committi poſſe negatis
Sacramenta Dei (verum nec eſſe negamus)
Diſcite Spiritui ſed vos ſubmittere ſancto:
Cujus opus lex eſt, & diſpenſatio norma,
Atque ubi vult ſpirat, quoniam Natoque Patriq;
Majeſtate pari communicat. Inde docendo,
Non eget ille mora: quoniam tetigiſſe, docere eſt,
Et voluiſſe agere, & mutat cum denique luſtrat.
Factus (ergo) Apoſtolici compos & compar honoris,
Duxit Apoſtolicam factis & nomine vitam:
Indixitque ſuæ mox ardua prælia carni,
Æternaſque cruces, animi commenta ferocis.
Siquid erat luteum prudens convertit in aurum,
Augmentoque gradus virtutum copia fluxit.

B *ſe aliis ex. emplum præbet:*

21 Eadem virtus manſit humilitatis, opere multiplicato caritatis. Omnia quæ agebat virtutum ſapore condiebat. Ut ſpeculi fieri ſolet inſpectione, ita ſe interius divina conſiderabat lectione, & ex hac mentis ornatus componebatur, deformitatis vero ſi quid deprehendebatur, virtutis moderamine corrigebatur. Ideo divinorum præceptorum plus delectabatur eloquiis, quam dapium ditiſſimis ferculis: quia ex his & ſuos mores componere, & ſibi commiſſos inſtruebatur docere & corrigere. Cunctis tamen ſeipſum bene vivendi præbebat exemplum: & ideo ſicut in ordine, ita primus ſtudebat ut eſſet in opere, juxta illud Euangeliſtæ: Cœpit Jeſus facere & docere. Adeo lectioni ſemper erat deditus, ut in itinere poſitus libellum ſuperius geſtaret in manibus, ita quod in equitando reficiebatur animus legendo. Philoſophos vero ſeculariſque ſapientiæ libros quando legebat, illud ſagaci ſectabatur induſtria, quod ad Legiſlatorem divina vox in Legis ſecundatione præcepit de captiva, quæ ſumpto calvitio, unguibus præſectis, capillis abraſis, omnibus purgata ſordibus, ejus à quo capta fuerat tranſibat in amplexus. Hac quippe ſimilitudine, quæ in Philoſophorum libris reperiebantur utilia, hæc ſua dignabatur memoria: quæ vero ſuperflua, de amore ſcilicet rerumque ſecularium cura, hæc quaſi venenata radebat & mortifera: his calvitium inducebat, hæc unguium more ferro acutiſſimo defecabat. Ergo ex aſſiduitate lectionis Scripturarum informatus auctoritate, ita in canonicis ac monaſticis valebat inſtitutis: ut nulli videretur cedere in legum decretis ac Philoſophicis argumentis. Tum virtute & ſapientia prædirus, fandi quoque honeſtiſſime copia ditatus, ita ſe coaptabat ſingulis, ut omnibus eſſet diligibilis; implens illud Apoſtoli, Omnibus omnia factus, ut omnes lucrifacerem. Quidquid loquebatur ſapientiæ gravitate componebatur. Sermo ejus ſale conditus, quo virtutis pondere brevis & rarus, eo prudenti ſuavitate habebatur pretioſus: ideoque quotieſcumque ad ædificationem moralem faciebat ſermonem, ut diſertiſſimus, ita habebatur gratiſſimus. Gregem ſibi commiſſum provida regens pietate, adverſus peſſimum ſanctis omnibus inimicum, concordi ſanctoque certamine, admonebat certare; ut eorum quilibet quod poſſet operari bonum non deſiſteret, ne tunc vellet, quando non liceret. Illis etiam B. Joannis

Act. 1, 1

ex libris profanis utilia ſeligit:

C *in ſacris libris optime verſatus.*

1 Cor. 9, 22

ſuos in virtute roborat;

ſeipſum conformabat monitis, qui in ſua ait epiſtola, Pacem ſequimini cum omnibus, & ſanctimoniam, ſine qua nemo videbit Deum. AA. SYRO ET ALD. EX MSS.

22 Vetus proverbium eſt, parem pari facile congregari. Ideo perpetuæ virginitatis cuſtos, nullius ignominia maculari patiebatur ſibi ſubditos; peccantes vero zelo pii amoris coram omnibus arguebat, ut ceteri timorem haberent. Sed & verba quæ ſub increpatione proferebat, ut reprehendenda reprehenderet, quaſi ſtimuli dura videbantur & aſpera; ut pœnæ timerentur, juxta illud; Verba ſapientis quaſi ſtimuli, & quaſi clavi in altum defixi. Quin etiam paterno more, quos aſpera redarguebat invectione, mirum eſt referre, quam ſancte, quam pie eos poſtmodum demulcebat, pro ut cuique expedire videbat, proferens de theſauro cordis ſui nova & vetera; alios quidem blandimentis, alios autem monitionibus, alios terroribus [flectebat]; ita omnibus omnia factus, juxta Apoſtolum, prædicans verbum, inſtans opportune, importune, arguens, obſecrans, increpans in omni patientia & doctrina: Verum, quia caritate replebatur Chriſti, qui omnes homines vult ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, omnium bonorum, ut propriis, gratulabatur provectibus, malorum ingemiſcebat iniquitatibus, miſerorum vero, haud ſecus, ac ſi ipſe pateretur, afficiebatur calamitatibus.

delinquentes paterne monet.

Eccl. 12.

2 Tim. 4, 2

miſeris compatitur,

E

Hoſtia viva, placens, rationis acumine fulta,
Sic ſe virtutum caſta mactavit in ara.
Poſt Chriſtum portare crucem, ſeſeque negato
Gnarus ad aſtrigeri contendere culmina cæli.
Confixus cui mundus erat, qui denique mundo.
Prudentes aſſunto viri, ſenſuque coacto
Expendant hujus cauſas ſenſuſque negotî;
Conſultiſque animis tulerit quod maxime dignũ
Quiſque ferant: mihi certe eadẽ ſententia perſtat,
Inque dies animo eſt magis illapſura tenaci;
Majolum, quantis hac vixit forte diebus,
Nobile martyrium totidem traxiſſe diebus.
Nemo moleſtus eat; ferat iſta ſuperflua nemo.
Quod ſatis emineat non eſt hinc dicere multa.
Inferior nulli, multis præſtantior extans,
Id ſibi privatum Chriſti fert munere munus,
Dogmate quod rutilus ſigniſque frequentibus ingens,
Et verbo & claris confecerit omnia geſtis.

23 Auguſtorum vero ſeu Regum palatia, cum per diverſas partes frequenter adiit, in eis non quæ ſua ſunt, ſed quæ Domini Chriſti, quæſivit; ut ex eorum ſcilicet familiari oblocutione, ſubveniret oppreſſis ſua interventione; aut certe ex ſeculari & clericali habitu Deo lucrifaceret; ut juxta Domini præceptum, propria relinquerent, & ſecularibus rebus ſemotis, Deo in tranquillitate ſtuderent ſervire. Itaque licet in terreno ſæpius converſaretur palatio, animus tamẽ in nullo ſe flectebat à cæleſtis vitæ propoſito: quoniam humanis cæleſtia præponens, ideo à cæleſti Rege ſeparari non poterat, cui tota mente adhærebat. Deinde, ut obſcœni rumoris nulla de ſe fabula, ſed bene vivendi exemplum ex ſua procederet continentia; in inceſſu, in omni corporis motu, tali ſe perornabat habitu, ut omnis ejus actio, omnis locutio, doctrina eſſet Apoſtolorum & inſtitutio. Os ejus ita replebatur ex cordis abundantia, ut in eodem ore pene nihil aliud, niſi lex reſonaret divina. Et quia Scriptura jubet, Qui audit dicat veni; ideo quoſcumque poterat, à ſeculi nequitia ſuadendo ſubtrahebat; & ſicut cæleſte per deſiderium totis ipſe viribus ſad ſupernum regnum anhelabat, ita ſecum pergere omnes homines, ſi fieri poſſet, exoptabat. Sed nullatenus eſt fraudatus deſiderio, quod in ſe conceperat vera dilectio: illæ

F *Anglas Regũ ob majorem utilitatem accedit*

magna eum ædificatione:

Ap. 22, 17

AA. SYRO ET ALD. EX MSS.

ille enim, qui caritas est, qui se timentium complet voluntatem, viri Dei ferventem affectum perduxit ad effectum. Ad ejus quippe monita, multi quæ possederant relinquentes, regulari se disciplinæ subdiderunt; & B. Benedicti sequentes vestigia, semet ipsos abnegantes, vero Regi totis viribus militaverunt. Partibus namque ex diversis ad ejus cœnobium multitudo confluxit innumerabilis; sed nationibus licet diversi, mente tamen ita erant uniti, ut illud ad litteram in eis impletum esse videretur, quod de initio nascentis Ecclesiæ dicitur, Erat illis cor unum & anima una. Lætabatur pastor in sui gregis augmento, magisque gaudebat quod omnes instabant operi proposito. Verum quia super gregem suum sibi commissum solerti vigilavit cura; divina promeruit gratia de fructu laborum suorum in hac gaudere vita. Nam regularis vitæ disciplinam, quæ jam pene deciderat per veterum negligentiam, prout B. Benedictus eam composuit, in pristinum statum corrigendo restituit: ac per diversas mundi partes, per plura monasteria à regulari tramite devia, tam per se quam per suos, quos Abbates ordinaverat, monastico ordini subdidit. In hoc vero gaudens gratulabatur Deo, quod eorum quos sua sub cura educaverat, ad monasticum regendum ordinem fore multos idoneos videbat.

multos ad vitam monasticam attrahit:

Act. 4, 32

in varia monasteria ordinat Abbates:

B

24 Siquidem, ut discretus Pater, simul omnibus quæ agebat discretionem præferebat; & tali discretione communis vitæ utebatur sermone, ut & abstinentiæ supra ceteros studeret, & ex eadem abstinentia se laudandi materiam nemini præberet: regulari enim præcepto concessis ita utebatur & licitis, non ut voluptas adderetur, sed ut corporis necessitas brevi sumptu aleretur; Apostolique obtemperans præcepto, vino utebatur modico. Sic sanctis & moderatis jejuniis corpus semper attenuabatur, sic adulantium lingua vitabatur, sic à mente jactantia pellebatur. Nobilium mensis, quotiens coactus intererat, sic appositis libabat, ut & superstitionem fugeret, & continentiam reservaret: quoniam quidem mensura ubique est laudabilis: rebus enim in omnibus, etiam in bonis, est vitium, quidquid excesserit modum. Ita sibi competens & moderatus erat habitus; ut nec nimium speciosus, nec plurimum videretur abjectus. Ex his enim sæpius se solent homines vel insolenter jactare, vel indiscrete abjicere: quocirca discretione usus, inter utrumque incessit medius, ut nec jactantiæ argui possit de pretiosis vestibus, nec simulatæ sanctitatis de nimium abjectis & vilibus.

magna utēs discretione,

1 Tim. 5, 23

in refectione,

C

25 Disertis quoq; viris quotiens jungebatur, & de Scripturis, ut fieri adsolet, aliquid proponebatur; prudenter & verecunde respondebat: [bona] libenter ac laudabiliter suscipiebat; prava vero, si qua proponebantur, non acriter, sed ingenuo pudore confutabat; non callida argumentatione disputantem contra se superando, sed per venerabilium Doctorum exempla benigne docendo. Tunc dicta orthodoxorum trahebat ad medium cum Euangelicis & Apostolicis tonitribus; atque in hunc modum & eruditissimus declarabatur, & eruditionis jactantiam fugere videbatur. In diversorio vel in itinere, per singulos dies ubicumque esset, secretum sibi adhibebat locum, mœroris amicum; ut remotus ab hominibus, Deo jungeretur propius. Sed dicere non possum, quantis tunc gemitibus, quantis afficiebatur fletibus. Plerumque terra ante oculos ita lacrymis videbatur irrigata, ac si foret unda perfusa. Si qua levia contingerent, quæ pro humana fragilitate solent evenire in cogitatione; tali hæc eadem plorabat mœrore, ut gravissimorum criminum eum crederes reum. Porro quia justus in principio est accusator sui, ipse sæpius se accusabat, se reum esse clamabat, illud beati Job frequenti memoria replicans; Nonne cognoscit Deus vias meas, & cunctos gressus meos dinumerat? In itinere positus, sæpius iter carpebat ab aliis semotus. Orationi dum insistebat, aut lectioni dum incumbebat, suorum nullus eum aggredi præsumebat; quia juxta illud Beati Job; Subditis erat tremendus, & lux vultus ejus non cadebat in terram. Omnem intentionem suam ideo fore volebat in occulto, ne qua laudandi daretur occasio, ex qua mentis subrepere potuisset elatio. Sed quo minus petebat gloriam, eo magis illum sequebatur: quoniam (ut Augustinus ait) melior est virtus, quæ humano testimonio contenta non est, nisi conscientiæ suæ. Vera etenim virtus est, quæ ad eum finem tendit, ubi est bonum hominis, quo melius non est. Ideo virtutes habenti, magna virtus est contemnere gloriam: quia contemptus ejus in conspectu Dei est, & non aperitur judicio humano.

D

Job 31, 4

fugit laudē humanam:

Job 29, 24

& disputationibus:

26 Diversi namque fideles viri diversis laudantur virtutibus; beatus tamen Majolus, non in una, sed in omnibus est laudandus. Verum nos eas in eo laudare debemus, quas tota novit Italia, non ignorat Germania, in quibus tota exultat Gallia, restaurationem scilicet cœnobiorum, pacem Ecclesiis redditam, Regum & Principum concordiam, intemeratam regulæ observantiam, lucrum animarum, quas (ut quondam David) manu fortis à sævissimis ursorum brachiis abstraxit, & à cruentis leonum faucibus eripuit, easque ita Domino restituit, ut cum justo viro dicere posset; Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam. Toties enim ex molis iniqui, id est diaboli, prædam tulit, quoties ex erroris morsu animam prædicando diripuit. A multis quippe dæmonia expulit, quos præripiens diabolo, Christi servitio subjugavit: pluribus quoque veneno serpentis tumidis, per antidotum subvenit suæ exhortationis: infirmos in bono opere, per manus impositionem perplures sanavit, dum suæ operationis exemplo, illorum vitam roboravit. Leguntur plurimi miræ sanctitatis viri, qui suorum obtinuerunt precibus, ut ad corpora redirent hi, qui olim suppliciis erant deputati infernalibus; sed si hoc est mirabile, cum anima post dissolutionem ad hanc vitam resuscitatur corruptibilem; illud mirabilius & gloriosius, cum ad suum revocatur Auctorem; eique à quo alienabatur perverse agendo, ita postea ut unus cum eo sit spiritus, adhæret bene vivendo. Multos enim mortuos mente beatus resuscitavit Majolus ad gaudia æternæ vitæ, & submersos in fluctibus magni maris retibus suæ prædicationis ad littus traxit firmæ soliditatis. Mortuorum igitur suscitatoribus nullatenus inferior beatus decernitur Majolus; sed sagaci mente, si quis vult indagare, quis unquam valet enarrare, quot in tenebris & umbra mortis sedentibus, viam rectam ostendit, & ad civitatem habitationis, cælestem scilicet Jerusalem, ut irent, edocuit; quique in bono claudicabant opere, eos salutare iter docuit currere? Verum sicut nonnulli, qui eos tantum efferunt, quos signa feciſſe visibilia audiunt; operatores vero invisibilium, quia perpendere nesciunt, minoris fore meriti contendunt; quo circa exteriora perpetrandi beatum Majolum ut compotem fuisse monstremus, pauca de multis, quæ mirabiliter gessit, dicemus.

E

patrat miracula.

Job 29, 17

in diversoriis secretū quarit,

F

27 Quodam tempore, ut supplici devotione misericordiæ deposceret Matrem, Dei scilicet genetricem, aggredi studuit Velaunorum civitatem. Tota tunc civitas tripudiabat ejus visione, utriusque sexus indiscreta ætas gaudebat: omnes petunt benedictionē, audire

Peregrinatur ad S. Mariam Podiensem:

A audire exoptant ejus ſanctum ſermonem :
Occurrunt Proceres, properat promiſcua plebes.
Tunc ſacer Eccleſiæ denſo ruit agmine Clerus,
Laudibus hi plaudunt, perſultant plauſibus illi,
Et commune decus pari pietate ſalutant.
Ex in multi ſlua comitante turba iter dirigit ad ſanctam eccleſiam
Sternitur & Chriſtum ſolito proſtratus adorat.
Rigat lacrymis ſolum, vocat planctibus Chriſtum,
Cui lacrymæ fecere viam ſuper aſtra volanti.

28 Poſtquam itaque ſpiritali ſuavitate in Chriſto debriatus, locum ditiſſime virtutum dapibus explevit; diverſorium repetens,

Ibi cæcus quidam
Occurrit mendica manus ſtipemque petebat,
Docta & ſufficiens aliena vivere quadra.

Inter quos accurrit unus, qui multos jam per annos lumine fuerat privatus. Dum ceteri corporeum ſublevamen, ipſe ſolus petebat lumen: Apoſtolorum à Principe ſcilicet ſibi teſtabatur revelatum fuiſſe, ut ſi ex unda, qua vir Dei manus abluerat, oculos lavaret; expulſis tenebris oculorum lumen ipſe recuperaret. Cumque ab eodem aſpera fuiſſet increpatione repulſus, expetere id tamen non deſtitit à ſibi famulantibus. Hoc idem comperto, eis interdixit
B ſub interminatione, hoc facere caverent temeraria
ſæpius re. puiſam paſſus, præſumptione. Sed lumine qui carebat, eadem quin peteret quieſcere neſciebat. Denique ſua ſæpius fruſtratus petitione, cum quod quærebat in civitate non poſſet impetrare; virum Dei, ſuæ egreſſionis in itinere, ſua tentat improbitate laceſſere, illi per omnia ſimilis in petendo, de quo Dominus ait in
Luc. 11, 8 Euangelio, Et ille ſi perſeveraverit pulſans, dico vobis, & ſi non dabit illi ſurgens eo quod amicus ejus ſit, propter improbitatem tamen ejus ſurget, & dabit illi quotquot habet neceſſarios. In locum quidem qui Mons-Gaudii dicitur, quod hinc Matris Chriſti eccleſia ſpectatur, tunc virum Dei præceſſit, ejus operiens adventum: & equum advenientis per frænum arripiens tenuit, atque cum juramento dixit: Hunc equum non dimittam, etiamſi vapulavero, niſi prius quod deprecor impetavero. Aquam
aqua per eum benedicta illuminatur. quoque, ne exinde aliqua excuſandi ſubriperetur occaſio, ſecum ille deferebat in vaſculo, ſibi pendente à collo. Tunc vir Dei in multa ſolicitudine conſtitutus, tandem flectitur ad miſericordiam, petentis pietate compaſſus. Deſcendens itaque, aquam more eccleſiaſtico exorcizavit, ac ipſi ſalutare lignum Crucis infudit, & ſuper cæci oculos eadem
C de aqua ſalutare ſignum impoſuit; de ſua nihil virtute præſumens, nec tamen in fide hæſitans, dum eum, cujus nomen ſuper aquam invocavit, & ex hac ſalutare lignum lavit, lumen poſſe cæco reddere non dubitavit. Et quia hoc fideliter credidit, effectu ſuæ fidei minime caruit: nam flexis dehinc in terram genibus, cum his qui ſecum tunc aderant Fratribus, Matrem miſericordiæ, fuſis cœpit lacrymis poſtulare. Mira res! Ille qui privatus fuerat lumine, antequam vir Dei ſurgeret ab oratione, tenebris evacuatis lumen recepit veritatis: & qui greſſum figere ſolebat, dirigente altero; lætus rediit ad ſua, nullo ductus auxilio. Cujus vocem à clamore vir Domini compeſcens, hoc in mandatis dedit: Vade, inquit, in pace ad domum tuam, & narra quanta tibi fecerit virtus B. Mariæ Virginis. Hoc miraculum non aliunde commendatum, verum ex eorum qui interfuerunt ſincera relatione inſertum eſt.

29 Aliud quoque haud diſſimile virtutis indicium, per eumdem novimus operatum opificem omnium Dominum. In Viennenſi pago, quadam in villa, quidam ruſticus, filium quem habebat lumine privatum, flebat. Ad eamdem, quia ſui juris erat, Dominus Pater Majolus ad hoſpitium venerat. Ruſticus ergo ſumpta fiducia, lumen filium poſſe conſequi, ſi aqua, qua vir Domini manus abluerat, ejus abluerentur oculi; quia virum Dei ſuper hoc convenire timuit, hoc ab ejus miniſtro clam petere ſtuduit. Accepta ergo latenter aqua, mox ut filii oculos abluit, lumen quod amiſerat, recipere meruit. Hoc vir Dei ut comperit, quia humanæ laudis gloriam fugiebat, aquam, qua manus abluerat, deinceps ante ſe ſpargere faciebat: ſed ex hac furtum ſæpius factum laudabile, multos longa debilitatis infirmitate, lætos optata reddidit ſoſpitate.

AA. SYRO ET ALD. EX MSS. *Alius cæcus aqua lotionis manuum ſanatur.*

30 Quodam vero tempore cum iter ageret, Frater qui ſecum comitabatur, immenſis cœpit agitari febribus: qui ita nimio irriguerat algore, ac ſi funditus vitali careret calore. Fratres qui aderant, ſuis eum veſtimentis tegebant: ipſe tamen calere nullo modo valebat. Tunc vir Domini, ſua ſe tunica exuit, qua eum induens ſic collocari præcepit: ipſe vero *& laborans febri, ejus tunica,* ad ſolitum orationis confugit auxilium. Sed quid Chriſtus non operatur in Sanctis? Extemplo enim ſancti viri tunica frigoritici corpus ut obtexit, illico per ejus qui patiebatur membra placidus ſe ſopor infudit, & ſudoris inundatio totum corpus, quod nimio prius inhorruerat algore, reſumpto operuit optato calore. Poſt modicum intervallum, ut ſurrexit à ſomno, ira priſtina uſus eſt ſoſpitate, acſi nulla prius opprimeretur infirmitate. Ex qua re poteſt animadverti, ejus anima quid virtutis intus, quidve haberet meriti, cujus veſtis exterius ſanitatem reſtituit infirmanti.
E

31 Illud vero quis explicet digne, quoties ad Apoſtolorum limina iter dirigeret, qua devotione iter illud explebat? Cuncta Sanctorum loca, ſuo itineri contigua, ſpiritali viſitabat ſtudio; ibique fundens lacrymarum flumina, ſibi eos quo ſuccurrerent orationis depoſcebat inſtantia. Pauperũ quos in via reperiebat, neminem ſine conſolatione tranſire ſinebat: fidelemque per miniſtrum, cui hæc cura commiſſa fuerat, ſingulis ſubveniebat; & quidquid in eos contulerat, in Chriſtum ſe contuliſſe gaudebat. Apoſtolorum ad ſepulcra cum perveniret, dici non poteſt quid lacrymarum, quantumve gemituum, quid ibi doloris effunderet; corporis ejus ut hic eſſet diſſolutio, illic vili quo tegeretur mauſeolo, omni expoſcens deſiderio. Romæ dum erat, cordis in lætitia plus ſolito erat, & nimio præ gaudio, ſicut ipſe fatebatur, ſibi ſæpius glorioſos Principes quaſi in præſenti cernere intuitu videbatur. F dies feſtiva & celeberrima, dies ducebatur acceſſionis; expers vero gaudii & plena mœroris, deputabatur receſſionis.

magna devotione limina Apoſtolorum inviſit:

32 Aliquando vero iter illud cum ageret, & Curiam per Penninas Alpes tranſiret, prædictæ civitatis Epiſcopus, vir vitæ venerabilis Arpertus, gravi peſte percuſſus, acerrimis indeſinenter cruciabatur doloribus: qui viri Dei adventum rumore populi ut comperit, ut ad ſe viſitandum pergeret precibus obtinuit: & morbo ingraveſcente jam deſperans, ſua ei ſtuduit confiteri delicta, in multis ſe confitens offendiſſe, maxime in elatione; & quod boni egerat, per inanem gloriam ſe perdidiſſe timebat. Dum hæc & alia eidem confiteretur maximo cum mœrore; ab immenſo quo torquebatur dolore aliquantulum ſublevari ſe ſenſit beati viri viſitatione, & ſe ideo per ejus meritum credidit ſanitati reddendum. Et quoniam Paſchalis dies jam appropinquaverat, & dies qua ſanctum Chriſma conficitur jam imminebat; cum ad altare non poſſet accedere & debitũ obſequium exſolvere, ideo Dei famulus [ejus] clementiam obnixius cœpit depoſcere, quatenus tantum ſibi virtutis ab omnipotente Domino ſua ipſius depoſce-

Ep. Curienſis ager,

S. Majolo confeſſus,

AA. SYRO ET ALD. EX MSS. *liberatur morbo corporis & animæ:*

depoſceret oratio, quantum ea die ſufficeret, qua more eccleſiaſtico ſanctum Chriſma conficeret; ſed totus qui poſſidebatur à pietate, quod juſte petebatur, neſcivit negare. Oratorium mox petiit, ſeſeque cum lacrymis in orationem dedit; & oratione in brevi completa ut exiit, Antiſtitem ægritudo deſerere cœpit; præfata nimirum die pro qua petebatur, ſe lætatus tantam virtutis ſumpſiſſe conſtantiam, ut ægritudinis in ſe nullam ſentiret moleſtiam. Gaudere denique cœpit, quod Majoli precibus ex infirmitate convaluit; ſed ex hoc plus, quod præſcripto vitio, ſicut ipſe fatebatur, magna ex parte caruit: unde datur intelligi, non tam pro corporis ſoſpitate, quam pro ſalute animæ beatum virum libentius Dominum exoraſſe.

33 Romæ quondam dum moraretur, ad B. Pauli limina placuit ut orationis cauſa proficiſceretur. Ad egregii Doctoris ædem ut pervenit, ante ſepulcrum ſeſe cum lacrymis in orationem ſolotenus ſtravit. Surgens verò ab oratione, ejuſdem loci monachos fraterno viſitavit amore; quibus verbum dum faceret, & eorum mores ut pius pater inſtrueret, ſuis quo ſubveniret neceſſitatibus, agere ipſi cœperunt cum precibus. Tunc ille, ut ſemper miſericordiæ viſceribus affluebat, diſpenſatori præcepit, ut eis argenti libram tribueret. Sed diſpenſator, parvam quantitatem quia fore ſciebat in ſumptibus, medietatem tantum libræ conceſſit improvidus. Mox vero, ut ad beati Petri baſilicam repedavit; vir quidam ei adfuit, qui ei decem ſolidos obtulit. At ille ſuſcipens. Hæc cape, miniſtro dixit.

Oeconomi eleemoſynã præſcriptam mediantis,

B

tenacitatem novit & arguit,

——— Ac te ſuccumbere noxæ
Diſce, quod in fratribus fraudē meditatus egenis,
Malueris eſſe tenax: nam ſi quod tradere juſſi
Ceſſiſſes, ſolitò, Chriſto tribuente, refuſos,
Viginti caperes hodierno fœnore ſoldos.
Invadit formido hominem ſecreta reatus
Majolo patuiſſe ſui, non ſane putato.
Hoc mirum bone vir, tanto quod clauſa prophetæ
Intima cordis hiant: plenus qui numine Flatus,
Jam Deus eſt, jam divinos ſortitur honores.

veſtem pauperilar. gitus, melio. rem accipit

34 Alio quoque tempore cum iter carperet, pauper in itinere eſt repertus, pede nudus, eucullo vacuus; ſuper quem vir Domini miſericordia motus, eum induit, veſte qua tegebatur exutus. Ad hoſpitium quo tendebat, ut venit; ejuſdem compoſitionis & ſimilitudinis, ſed meliorem, ejuſdem civitatis Epiſcopus obtulit. Hanc vir beatiſſimus ut

C

ſumpſit, ſuos affari taliter cœpit: Non debemus hæſitare illi noſtra impendere, qui abundantius tam cito quæ tribuimus, valet reſtituere.

35 Hujus igitur ſanctitatis opinio, mira per eumdem patrante omnipotente Deo, cum apud hominum notitiam magis ac magis inoleſceret, ejuſque nominis fama longe lateque ſe ſpargeret; Magnus Otto, qui tunc temporis rempublicam gubernabat, tanti viri virtute plurimorum relatione comperta, ejus præſentiam ardentius cupiebat. Hic enim vir, licet Imperiali potiretur faſtigio, magna tamen erat illi circa monaſteria devotio: quia nequaquam ſe feliciter Imperium ſperabat tenere, niſi ſummo Regi ſtuderet non diſplicere. Et ideo ſæpius ingemiſcebat, dum qui per religionis habitum Deo ſe devoverant; ſeculari intentos negotio ire per abrupta cernebat. Nam reginminis ad cultum ita videbatur idoneus, quatenus nulli non modo ſecundus, ſed ut planius dicatur, primis & ſummis videretur præferendus. Nihil leve moliebatur, quia gravitatis eum modeſtia comitabatur: verum quidquid incipiebat, efficacia nullo modo Deo auctore carebat. Huic conjunx Adeleidis inhærebat, quæ Deo amabilis & omnibus diligibilis, ita Regali copulabatur

ab Ottone I Imperatore religioſiſſimo,

thoro, ut mentem caſtam omni cuſtodia Regi ſervaret ſuperno: pauperibus ſubveniebat, ægrotos & debiles ſine intermiſſione fovebat, gaudebat cum gaudentibus, flebat cum flentibus, ſpes miſerorum, ſolamen lugentium; quo regali nobilis ſtemmate, eo per omnia pollebat nobilior ſanctitate. Virtutum in culmine poſita, cum ſuperbiendi non defuiſſet materia, ita ſe humilitatis protexit cuſtodia, quatenus nullius jactantiæ exemplum ex ſua deprehenderetur continentia; illud mente pertractans, quod ait Salomon, Rectorem te conſtituerunt, noli extolli; ſed eſto quaſi unus ex illis. Si enim, juxta Apoſtolum, vir infidelis per mulierem fidelem, & mulier infidelis per virum fidelem, alternato fidei bono, ſalvabuntur; multo magis hi in Chriſto copulati, qui ſunt per fidem juſtitiam operati, ipſius teſtimonio repromiſſiones, quas repromiſit qui non mentitur Deus, ſunt ſine dubio adepti: ambo enim Euangelii auditores, & quia auditores ideo operatores; quoniam quidem ex Euangelio didicerant, Qui recipit juſtum in nomine juſti, mercedem juſti accipiet; ideo quos in Dei famulamine cernebant devotiores, eos ſibi habebant cariores; ſed illi præ ceteris diligebantur, qui falſa mundi abrenuntiantes gaudia B. Benedicti ſectabantur veſtigia devotione promptiſſima. Itaque, ut prælibatum eſt, B. Majoli fama plurimorum relatione comperta, haud ſecus ac perfrui vita ejus, potiri delectabantur notitia: quorum adimplere non diſtulit deſiderium, qui fide pulſantibus beatæ vitæ pandit ingreſſum. Enimvero Heldricus, cujus ſupra meminimus, in laicali potentia præcipuus, qui quondam in Italia inter ceteros Palatinos extitit honorabilis; uxori cum magna rerum temporali copia abrenuntians, depoſito cingulo, Cluniaco ſe conferens, B. Benedicti ſe ſubdidit propoſito. Hujus quippe familiaritas gignere diffamatur cauſam, qua Romanus Princeps habuit ſancti viri notitiam. Tunc enim eum ſibi accerſivit: quem adeo pro ſalutari dilexit doctrina, ut quæ in Italia ſibi ſubdebantur & Germania, ejus ordinationi vellet committere monaſteria. Imperatrix vero, aeſi ancillarum ultima, impendere cupiebat ei devotionis obſequia; quoniam B. Majoli per preces abundantiori ſe viſitari divinæ præſentiæ ſperabat gratia. Cuncti venerabantur eum Optimates, cunctique diligebant Principes. Hunc Imperator habebat auricularium, hunc à ſecretis fidum internuntium: ſi quis apud Imperatorem aliquod haberet negotium, mediatorem beatum quærebat Majolum.

D

& Adeleidæ conjugis pientiſſimæ,

Eccl. 32, 1

1 Cor. 7, 14

Mat. 10, 41

E

F

36 Per idem tempus B. Apollinaris cœnobium, quod per viginti quatuor ſtadiorum ſpatium à Ravennate urbe fertur ſepoſitum, ad B. Benedicti inſtituit tramitem, ibique ſuum ordinavit Abbatem. Præterea Imperatricis non contemnendæ petitionis tunc exoratus inſtantia, juxta Ticinenſem urbem ſancti Salvatoris deſudare cœpit in fabrica. Interim vero jam debitum finem ſecundus hic liber poſtulat, ea quæ reſtant, tertius, ſignis evidentibus, ad finem uſque perducat.

duo monaſteria ordinat.

PROLOGUS LIBRI III.

37 O Lux terrigenum mentibus addita!
O mirande nimis Spiritus artifex!
O largitor bonorum! ô facundia fertilis!
Olim formifluos qui latices ſuper
Portabare, fovens, formificans quoque
(Cuncta informia nam ſine te) Conditor,
Aſpira placido flamine curſibus.
At non ſufficiunt verba fluentia,
Ni ſit materies ſplendida. Approbat

Uſus

A Uſus utrumque & nos utraque poſcimus:
Quamquam tanta ſit hæc, tamque perefflua,
Ut ſenſus merito menſque perhorreat,
Ut molis rupeæ intacta cacumina.
Nam multas operas poſtulat, explicat
Cum per aperta ſe latius; attamen
Urget materies, amor coarctat
Majolo titulum parare laudis:
Cui fas non fuerit negare quidquam?
Non os, non animam, nec illa certe
Quæ ſunt officiis amica pulchris.
Id quo congrue, quo fiat decenter,
Et ſpes omnimodas ſpeique ſummam
In te conferimus repertor artis,
Qua pectus hominis præominatum
Scandit ſidereos honore campos,
Diſtinctum placidæ nitore mentis.
Hæc non ob meriti beatitatem,
Majoli peto ſed ob almitatem:
Si quid lucifluum peregit ille,
Quod laudi fuerit Patri ſuperno;
Si vexilla Dei ſecutus heros
Oppreſſit rigidum ſeverus hoſtem;
Si jejunia, ſi cruces iniquas,
B Si noctes tulit idem inquietas;
Si quidquid gladius poteſtque flamma
Contempſit, patiens amore Chriſti;
Nec bis nec ſemel ille.....

LIBRI III PARS I.

Captivitas ſub Saracenis tolerata. Pontificatus Romanus oblatus. Acta circa Ottonem I & Ottonem II Imperatores.

38 HUc pede difficili quamquam decurrimus uſque,
At nunc ulterius tentans intendere greſſum,
Materiæ novitate premor: tum pondere preſſus,
Ire quidem nequeo: pudor eſt deponere faſcem.
Atque utinam rebus cælum creſcentibus uſque
Creſcere verba dares, naſci qui verba dediſti!
Eligerem ſub faſce mori, quam cedere cœptis.
Sed quid agam? priſcumne ſinam periiſſe laborem?
Cuique datum pelagi pœne contingere littus,
Unius objectu & trepida formidine ſaxi,
C Lintea retro dare & patiar ſuccumbere noxæ?
Huc, Pater, aſpires votis ingentibus oro:
Speſque procul fuſas, in pectoris antra refundas:
Vitalem functis animam cui reddere membris
Quondam poſſe fuit cœnoſa mole gravato.
Argumenta tui capiam tamen inde favoris,
Si modo quod memini rite percurrere dones.

Rediturus Cluniacum Vir itaque Domini, ut ſupra diximus, Imperatricis animis ſatisfaciendo, longo temporis ſpatio jam evoluto, cum Cluniacenſi deeſſet monaſterio, acceſſit libitum, quo Fratres pergeret viſitatum. Cunctis igitur in via neceſſariis præparatis, laborem aggreditur itineris. Magna tandem cum difficultate laborioſi itineris, cum jam cacumina Alpinæ præteriſſent altitudinis, ad villam uſque deſcendunt, quæ prope Dranci fluvii decurſum poſita Pons-Urſarii *ultra Alpes* quondam vocitari erat ſolita. Nam rivulus qui decidit è montibus, cum flexuoſos revolvendo per globos inter Alpes decurrit, ſua ibi revolutione tantum planitiei porrigit, quantum prædictæ villæ poſitio occupare poſſit. Multi autem ex diverſis regionibus, B. Majolum tunc comitabantur, quia ſanctitate ejus ſe liberari poſſe arbitrabantur. Ad hunc igitur locum cum ſine diſcrimine veniſſent, eumdemque rivulum tranſiſſent; mox inter ipſos arctæ viæ difficiles reflexus, qui parvo intervallo ſe præbent deſcendentibus, ſubito eos invaſit perfidæ gentis Sarracenorum exercitus. Subita itaque incurſione turbati & conantes plurima fruſtra, omnique ſpe meliori depoſita, fugæ conſulunt: ſed ne quidquam. Veſana enim impiorum turba calle citato hos perſequens, omnes quos comprehendere potuit, in vinculis conjecit. Cumque unus ex illa impiorum turba, ab alta rupe, unum ex viri Dei famulis telo appeteret; ut famulus eriperetur, vir Dei venienti jaculo caritativam manum oppoſuit: in qua quamdiu poſtea vixit, inflicti vulneris cicatrix apparuit. Nil vero de ſua morte formidans, pro reliquis tamen exæſtuans, altius tunc ingemiſcebat; dum his quos impiorum crudelitas turbabat, ſubvenire nequibat. Evadendi itaque cum non deeſſet facultas, hunc tamen immobilem mentis tenebat caritas: quia eos pro quorum dilectione animam optabat ponere, etſi non poterat ab impiorum manibus eripere, magno tamen dolore convictus, nolebat relinquere. Apoſtoli interim reverſus ad exemplum, qui dum pateretur naufragium oratione ſalvavit animas omnium ſecum navigantium, cum eos humano auxilio ab imminente nequiret liberare periculo; hoc ſuis E apud Deum promeruit precibus, ut ex illa miſerabili turba nemo moreretur inter hoſtium tela.

AA. STO. ET ALD. EX MSS.
à Saracenis cingitur.
pro ſuis exponit ſe & vulneratur.

39 Feroces itaque barbari, peracto ſcelere, ad *& cum illis captivus abducitur.* ſuas latebras dum redirent cum captivorum multitudine; beatum Majolum cernunt à longe, ſolum ſedentem in lapide. Celeres ad eum tunc pedites acceſſerunt, & ſceleratas manus in Sanctum injecerunt, eumque tenentes cum ceteris captivis duxerunt. Tunc B. Majolum qui ceteris habebantur præſtantiores, honorare; qui vero leviores, illudere, Chriſtianæque fidei cœperunt detrahere. Protinus *fidem Chriſti profeſſus.* ergo B. Majolus, belligerator optimus, ſcutum fidei arripiens, cuſpide verbi Dei perfodiebat inimicos Chriſti, Chriſtianæ religionis cultum approbans; & eum quem Deum colebant, nec ſe à ſupplicio liberare, nec ſe in aliquo poſſe adjuvare, certis & evidentiſſimis aggreſſus eſt rationibus demonſtrare. Quo audito barbarorum jactantia, furore inflammata veſano, ſanctos pedes compede conſtringentes ferreo, abſciſſo rupis ſub antro, horrendo claudunt exgaſtulo. Sanctus itaque Domini, ut eos *ergaſtulo includitur.* in ſui perniciem conſpicit dira frementes;

Martyr ut emeritam certamine ſumere palmam,
Utque ſui poſſet perfundi fonte cruoris F
Optat, & intrepido profundit talia vultu:
Quod ſatis eſt, ſupraque ſatis, huc viximus uſque.
Nunc faciem penetrare cupit cum ſpiritus ardens,
Chriſte, tuam, tædetque viæ, tædetque laboris;
Qua breviora patent recti compendia callis,
Ire juvat; via ſit trepidis nimis ardua quamquam,
Sidereos propere dabitur contingere campos.
Sanguinis effuſi ſi nos veſtigia ducant,
Martyrii titulum tenſis complectimur ulnis,
Et ſponte expetimus pulchram per vulnera mortē.
Tu modo nos dignare tuo pro nomine teſtes.
Hæc dicens, animumque neci collumque parabat
Carnifici: ſtat fixa viro ſententia mortis
Intrepido. Sed, Chriſte, tuis mundiſſima caſtris
Lilia cum roſis pariter candentia vernant:
Nec te martyrii conſtantia ſola meretur,
Nec fuſo tantum quiſquam fit ſanguine Martyr:
Sæpe etiam multis peperit pia vita coronam,
Eſtque Sacerdotum confeſſio munda tuorum
Grata tibi, quos juſtitiæ perfectio veſtit.

40 Ergo, ut prælibavimus, vir Domini ferreis aſtrictus vinculis, horrendo in antro tenebroſi carceris, pro confitendo nomine Deitatis, ſuffragia

eſt

AA. SYRO ET ALD. EX MSS.

est expertus divinæ pietatis. Nocte igitur subsecuta, cum sopori dedisset membra, nimio mœrore confecta, talis sibi visio divinitus est ostensa. Apostolicis insignitus vestibus Romanus Antistes videbatur adstare juxta se, cum odore thymiamatis thuribulum deferens. Hac denique visione certior redditus, per Apostolorum interventum ab impiorum manibus se intellexit liberandum. Ad hoc itaque quod vidit per somnium, aliud accessit magis evidens indicium. Pro dilectione Matris misericordiæ, libellum, quem de ejus Assumptione Beatus edidit Hieronymus, sæpius gestare sanctis solebat manibus. Hunc, dum ceteros sacros codices cum ompibus quæ hic habebat perdidit, Virginis, ut fatebatur, tuitione sibi salvari meruit. Quem vestis sub tegmine dum se sentiret habere, quot dies superessent ab hinc ad eamdem Assumptionem Matris misericordiæ, solicita nisus est mente discutere: qui numero supputato viginti quatuor sunt inventi. Tunc eam sua interventione hoc apud suum filium orat obtinere, ut ipse eripiatur ab hac licebit captivitate; quatenus divina sibi pietas inter Christianos concedat, cum suis concaptivis, tantæ solennitatis potiri celebritate. Hac finita oratione, ut ad rupem caput convexit, è vestigio præ mœrore sopor irrepsit: post paululum vero expergefactus, se ferreis reperit solutum compedibus. Mane autem facto hoc barbari stupentes miraculo, quod eum cernebant compede divino solutum Numine, ulterius ut vinciretur ausi sunt nullo modo præsumere; sed ferocitate paulisper mitigata, venerari deinceps cœperunt, quem prius in derisum habuerunt.

recreatus visione nocturna

& libello de Assumptione S. Mariæ

B *compedibus solutum se reperit.*

41 Tunc vir Domini, annuentibus sibi barbaris, per monachum, qui secum captus fuerat, epistolam manu propria conscriptam direxit Fratribus: textus autem epistolæ hæc continebat. Dominis & Fratribus Cluniacensibus Majolus, miser captus & catenatus. Torrentes Belial circumdederunt me, præoccupaverunt me laquei mortes. Redemptionis pretium, si placet, mittite pro me & his qui una mecum capti tenentur. Hæc epistola Cluniacensi prælecta in Capitulo, omnem illam stirpem, quæ ejus doctrina & exemplo hactenus læta fructificaverat in Christo, mœstitia extemplo suo confecit auditorio. Exprimere non valet ullus, quantus tunc ibi omnium gemitus. Ubique inter eos luctus, una vox omnium plangentium, unus audiebatur clamor mœrentium & dicentium. Versa est in luctum cithara nostra, & gaudium nostrum in mœrorem; C Thr. 4, 20 quia juxta illud Jeremiæ lamentum, Christus Dominus captus est in peccatis nostris, cui diximus: In lumine tuo vivemus. Ecce enim profanæ gentis irretitus est laqueo, cujus in Deo gloriabamur documento. Cujus interea isti afficiebantur de vinculis, hunc Dei dignatio magnificabat miraculis. Eorum namque, quos ad Dei cultum viri Dei persuasit disputatio, postquam Christianæ professioni à ritu se contulerunt barbarico, sicut jurejurando protestabatur assertio; dum quiescerent immites nocturno tempore milites, & vir Dei Regi regum debitas redderet laudes; multorum secum canentium audiebant voces: quas quidem, quia nemo sibi hominum familiare tunc præstabat contubernium, ipsi procul dubio Angelorum fore asserebant cum eo psallentium. Itaque ut erat statutum, infiniti ponderis pecunia, vel ex his quæ ad usum necessaria, vel quæ monasterii hactenus servabantur ad decorem insignia, sive bonorum virorum largitate in unum congesta, ceteris qui præstantiores videbantur Fratres, cum multorum thesaurorum copia, die accurrerunt statuta; qui prædonibus omnia, quæ solerti congesserant indagine, præbuerunt; omnes-

missa Cluniacum epistola petit lytrum:

interimque concentu honoratur Angelico.

que prius vinculis qui trudebantur, novissimè verò hunc quem diligebant, ab impiorum manibus traxerunt: factumque est, superna gratia disponente, ut unius captivitate multi donarentur libertate: & sicut superni Regis à piissima Matre petiit, ita inter fidei domesticos ipsius Virginis interventu Assumptionis festivitatem celebrare promeruit. D *liberatus circa festū Assumpt.*

Prævia fama ruens totum conciverat orbem;
Mille trahens secum rumores, mille susurros;
Obscuris vera involuens ———

Majolum redemptum, Majolum pristinæ libertati redditum, Galliam certa celerem ratione subire.

Urbibus & vicis, per compita, perque plateas,
Hoc vir, hoc mulier, hoc tunc infansq; senexque,
Hoc juvenis, medium & si quid juvenemque senemque
Despicit, validæ quatiebant omnia voces.
Omnia fervebant, instabant omnia votis.
Majolum dives, Majolum denique pauper
Venturum, resono passim clamore fremebant.
Tantus amor Sancto, tanta est instantia vulgo
Visere doctorem, certamque referre salutem.

42 Tandem suscipitur à Fratribus, cum cereis & thymiamatibus sibi obviantibus, in hymnis & confessionibus Deo exultantibus. It clamor cælo omnium, gratulantium Deo. Cum vero quia nihil sit in terra, Scriptura teste, divinæ providentiæ [expers; eidem] non abs re credimus placuisse, quatenus vir sanctitate præcipuus ideo volveretur tot casibus, ut exinde & vir Dei pressura proficeret, & mortalibus beneficium divino munere concessum proveniret. Vitæ namque hujus in conversatione, licet humanis contraheret ex affectibus unde diceret, Dimitte nobis debita nostra (Si enim dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus) ab hoc tamen seculo, prout potuit, immaculatum se custodire studuit. Sed totus quamlibet videretur mundus, juxta Dominicam tamen sententiam illud fateri cogimur, quod negare non audemus, quia adhuc indigebat, quo summus magister sibi pedes lavaret; ut in eo impleretur quod dicitur, Qui sanctus est sanctificetur adhuc: propterea hæc viri Dei tribulatio, patientiæ fuit probatio; quoniam, ut ait Augustinus, Nullus hominum tanta justitia est præditus, cui non sit necessaria tribulatio tentationis, vel ad perficiendam, vel ad confirmandam, vel ad comprobandam virtutem. Sed justo Dei judicio, unde venerabilem [virum] probatio, inde se tribulantes justa consecuta est damnatio. Angustos namque inter Alpes obsidentes aditus, insperato insidiabantur Apostolorum limina petentibus; sed ab eisdem dum capitur, qui ab Omnipotente plurimum diligebatur, ejus sanctitatis ex merito cominus super eos divina se contulit ultio. Pro ulciscenda siquidem injuria viri Dei, clade intersurgente, paulatim viribus cœperunt deficere; adeo ut divino se puniri verbere ore proprio faterentur intelligere. Verum nobilissimis viri Dei ditati spoliis, magis ac magis quotidie dum laborarent incommodis, ad Fraxinetum, per consueta devia, expetere propria adgressi sunt cubilia. Tum vero à Christianis itinere eorum explorato, iter securi dum per Alpes more tererent solito; super se cum impetu venientium auribus à longe exceperunt sonitum. A clamoribus venientium & clangore tubarum, consonat omne nemus strepitu, callesque resultant. Ex templo barbaris gelidus per dura cucurrit ossa tremor: qui divina perculsi formidine, nullum sibi senserunt auxilium præter fugæ præsidium. Certamen tunc magnum erat Christianis, cum barbaris fugientibus, & ideo resistendi mente divinitus absente secedentibus, post principia [pugnæ] certabant nuda prætendere terga.

E *magno gaudio à suis excipitur.*

quæquidem tribulatio ipsi ad probationem

Joa. 13, 10 Ap. 22, 11

F

Saracenis profecit ad ultionem,

aut occisis in discessu

Fugam

A Fugam tamen dum facerent multi, perplures ſunt neci dati: hi vero qui effugerunt ad tempus dilatam mortem, cujuſdam promontorii ſupercilium tutaminis ſibi eligerunt præſidium. Sed decentius occumberent, ſi hoſtium inter tela ruerent. Illud promontorium ita vaſtis rupibus circumcirca videtur ſubductum, ut præter unam partem devexi lateris facultatem undique deneget commeandi. Hanc itaque partem Chriſtianis obſidentibus, cum nullus eis adeſſet fugiendi aditus, nulloque noſtrates munere à ſui obſidione quiviſſent avertere, humilem locum explorant, quo ad ima ſe ſaltibus deponant: conſequens enim erat ut ipſi peterent ima, ſuper quos ſuperna incubuerat ira.

Vertitur interea cælum & ruit oceano nox,
Involuens umbra magna terramque polumque.

Conticuere omnes: ſed nulla miſeris quies. Ocius accelerare cupiunt negotium; denique impediente ſe fathana, locum ſibi exploratum minime adierunt; *aut ſub-* ſed ab eminentis rupis vertice in imum ſe profun- *merſis.* dum tota nocte præcipitaverunt. Noſtrates autem jam die illuceſcente, cæleſtis victoriæ ſtupentes magnitudine, ei gratias libuit referre, cujus forti numine proſtratum cernebant agmen hoſtile. Quoſdam B tamen eorum qui demerſioni ſe ſubtraxerant, in remotiori quodam montis latere offendentes comprehenderunt: qui ſalutari ſe ablui depoſcentes lavacro, (hos enim, ſicut diximus, vir Dei verbis edocuit ſalutaribus de Chriſto) corpori matris uniti Eccleſiæ, quanta inter barbaras gratia ſervum ſuum Omnipo- *Majolus ex* tens illuſtravit, ſoliti erant referre. Opima tunc ſpolia *præda libros* colliguntur, æquaſq; per partes inter Chriſticolas diſ- *ſacros reci-* tribuuntur. Aſt B. Majolum, corpore licet abſentem, *pit.* meritis tamen in fugandis hoſtibus præſentem, hujus diſtributionis cuncti qui aderant expertem fore, dignum nullatenus judicant. Hujus namque pro ulciſcenda injuria hoſtes peſſundatum iri, cæleſti teſtabantur in victoria; propterea ſacros codices, quos barbari rapuerant, beato viro ſua pro parte miſerunt. Sic Omnipotens, ſui famuli meritis præcipitatis impiis, eliberavit cunctis viam Romani itineris.

45 Non longa vero poſt tempora, Romana ſede proprio viduata Paſtore, idem Dei famulus, Ottonis *ab Ottone* ſecundi juncta cum matris prece, Italiam repetere à *II Romam* partibus eſt coactus Galliæ. A matre tunc & filio ho- *ad Pontif* nore ſuſceptus digniſſimo, ad culmen Apoſtolicæ di- *catum in-* gnitatis precibus impelli cœpit continuatis: ſed cui *vitatus,* magis abjectio quam expeteretur exaltatio, nullate- C dus ad ſe promovere potuit ſublimitatis ambitio. Puſillum gregem nolebat dimittere, quem Chriſto placuit ſibi committere: & cum ipſo volebat in paupertate vivere, qui in paupertatem deſcendit à cæleſti culmine: ſed ab utraque cum cogeretur poteſtate, excogitandi dilationem ſtuduit poſtulare. Tunc ad orationis ſe contulit præſidium, quo ſibi concederetur divinitus, quid agendum, quidve tantæ poteſtati eſſet reſpondendum. Ab oratione ut ſurrexit, Apoſtolicæ lectionis codex caſu ſub oculis tunc adfuit; quo aperto, illa ſe in prima marginis fronte obtulit lectio, cujus ſe inſtrui divinitus credidit documento. Inſertum quoque quod reperit, ſibi adhærentibus legere cœpit: Videte ne quis vos decipiat per inanem Philoſophiam, ſecundum traditionem hominum, ſecundum elementa mundi, & non ſecundũ Chriſtum. Agere ſe oportere fatetur ſuis, omni ſtudio, quod divina ſuggerit lectio. Imperatoris & ſanctæ matris iterum precibus, alternis id ipſum flagitatur ſucceſſibus: cum nobilibus qui aderant Antiſtites inſiſtebant, & *ſe excuſat.* imperialis quo fieret petitio ſupplicabãt. Aſt ille divina illuſtratus gratia, ſolerti ſtuduit ſe excuſare prudentia. Ea, inquit mihi abeſſe cognoſco, quæ viro conveniunt Apoſtolico: nec videor idoneus, ferre qui

Col. 2, 8

poſſim tantæ magnitudinis pondus: nec decet quemquam hanc præſumere ſarcinam, cujus non poteſt vitare ruinam. Poſtremo, ego & Romani, ſicut diver- *AA. SYR⊗* timus regionibus, ita minime convenimus moribus; & *ET ALD.* ſi ipſis morigerabor, monaſtica profeſſione privabor; *EX MSS.* ideoq; alium vos acquirite, quia indubitanter poteſtis ſcire me ad culmen Apoſtolicum hac in vita non acceſſurum, gregemq; mihi commiſſum numquam dimiſſurum. Hac quidem ex reliquido poſſumus colligere, hunc Dei famulum multæ humilitatis fuiſſe, qui rogatus à ſummo terrenorum Principe, ad culmen Apoſtolicum diſtulit aſcendere. Sed quod ille diſtulit rogatus, multi longe inferiores, quos nec litteratoria profeſſio, nec honeſtę vitæ provehebat converſatio, ſe, ſi poſſent, ultro ingererent, omni ſe deſpectui multiplicatis precibus ſubderent; poſtremo tantæ dignitatis quo ſublimarentur culmine, magno promiſſo munere, ſe damnari ſua ſponte ſimoniaca non ſpernerent peſte. Aſt vir Dei, quem interius virtutum magiſtra docebat humilitas, in cujus ſpiritu Euangelica regnabat paupertas; quamquam polleret eximiæ virtutis præconio, ideo tamen ſublimari refugit temporali faſtigio, quo ſeculari remotus negotio, firmius inſiſteret Omnipotentis obſequio; & longius mundo, proximus ſemper fieret Deo. E

Secreti cupidus, ſancto vir numine plenus,
Non magis externos doctus vitare favores,
Quamque miniſtrorum ſolatia crebra ſuorum:
Voto detulerat latebramque fovere perennem,
Immunemque aulæ quam longa eſt ducere vitam.
Inconvulſa manet magni ſed ſponſio Jeſu,
Montibus impoſitam non abdi viſibus urbem:
Quemque tegit meritis adſiſtens gloria pulcris,
Indicat egregiis illuſtrans gratia ſignis:
Et quaqua tulerat facilem per compita greſſum,
Urbibus & vicis raptim promiſcua ſeſe
Obvia turba dabat, præclaris excita factis,
Et quamquam longi facile ſecura laboris.

46 Sub eodẽ tempore prædictus Imperator ma- *Gliſcente* trẽ zelabatur, quia apud ſe falſo crimine deferebatur: *diſcordia* in eamq; tunc, quaſi in reipublicæ dilapidatricem, & *inter Otto-* ſui ab ea expulſatricem, per falſos delatores tali ſti- *nem II & matrem,* mulabatur jurgio, ut eam verſa vice pellere minaretur regno. Suorum Principum nullus eum convenire, falſumque crimen à ſancta matre tentabat avertere: ipſi eam defendere negligebant à crimine falſitatis, quos illa ſuſtulerat ad ſummos gradus dignitatis: hanc omnes excuſationem prætendebant, quod Imperiali majeſtati contradicere non audebant. F

Ecce ferebantur precibus mandata coactis
Cunctorum, quiqui fuerant ex parte piorum;
iret quantocius, ac dilectiſſimæ ſibi Imperatrici ſuccurreret: nullam jam illi reſtare ſalutem, niſi ut rebus amiſſis etiam regno diſcederet.

Periculo vitæ in dubio his vocibus iras
Excitat, impatienſque moræ mox arma repoſcit,
Arma celer: notis artus inducitur armis.
Voverat ille, ſuum fidei pro nomine pectus,
In quamcumque daret caſus, incumbere mortem.

Aſt ubi venit, mox Imperatori in faciem reſtitit, & *illũ arguit,* eum publice corã omnibus increpavit. Apice, inquit, ſublimatus tranſitoriæ dignitatis, cur præcepta aſpernaris Veritatis? Potens eſt te redigere ad minima, qui ad mortaliũ te ſublimavit faſtigia. Tunc Imperator hac audita comminatione, ſubito contremuit: eique ſupplici voce reſpondit, & in quo præcepta Veritatis contemneret inquiſivit. Cui vir Dei. Parẽtes, inquit, honorare illius eſt juſſio, qui cũ Deus eſſet virgineo editus utero, matri ſe ſubdere dignatur in Euangelio. Luc. 2, 51
Sic enim ait Euangeliſta, Deſcẽdit cũ illis Nazareth, & erat ſubditus illis. Sic matri ſe ſubjecit, qui per potẽtiam divinitatis omnia fecit. Te ab illo formatũ vili

AA. SYRO ET ALD. EX MSS.

ex luto, ſuperbire in matrem eur elata perſuaſit præſumptio. Ad hanc Imperator vocem irarum flammas temperans, immaniſſimum furorem depoſuit, Patriſq; Majoli per omnia ſe obtemperaturũ juſſis perhibuit.

eique matrẽ conciliat:

Promiſſione tandem ſanctiſſimi Patris ante matrem ut venit, ſuis ſe veſtigiis projecit, & ei obſequens, ut matri filius, in nullo eam offendiſſe deinceps eſt inventus. Hunc itaque, qui inter mortales ſummus Princeps eminebat, quem ad matris concordiam nullus convenire audebat, ab hoc ſcelere, quod facile potuit, compeſcere, matrique ſatisfacere, & ei ut conſequebatur obedire ſolo juſſu coëgit; liquido claret hunc magnæ mentis culmine poteſtati inhærere ſupernæ, qua præditus illud facere potuit ſola juſſione, quod nullus aggredi auſus eſt ſupplicatione. Quod enim illi inhæſerat cui nihil eſt impoſſibile, ideo meruit ab eo accipere, ut huic ſua dominaretur juſſio, cujus terrarum Principes ſubjiciebantur Dominio.

47 Inter cetera ſiquidem miracula, quæ Dominus operabatur ad oſtendenda ſervi ſui merita, ſpiritu prophetiæ dignatus eſt eum erudire, ut vẽtura ſæpius prædiceret, & abſentia præſentibus quaſi præſentia denuntiaret. Quodam tempore, dum Roma rediret,

B

Fratribus, cum quibus iter carpebat, ſuſpirans cum lacrymis dixit: Hac nocte per ſomnium leonẽ videbam immaniſſimum, qui clauſus in cavea, catena conſtringebatur ferrea; & ideo indubitanter ſciatis, quia

prædicit obitum Ottonis I

Otto Imperator hoc anno rebus excedet humanis: quod ita rei probavit eventus. In proximo enim Provinciam reverſus, ibique paucis diebus in ſua cellula commorans, legatus ex Alemaniæ partibus advenit, qui præfatum Imperatorem ab hac vita migraſſe detulit. Sed ſicut vir Dei abſentem rem tamquam præſentem Fratribus retulit, quoniam Imperatoris magni, licet longe poſiti, mortem innotuit; ita poſtea ipſius filio, cujus ſupra retulimus, ſicut contigit Veronæ, de ſuo obitu prædixit. Nam manus Imperatoris utraſque ſuis complectens manibus tenuit, ejuſque vultum contemplans ait: Fratris Majoli conſilio ſi aures præberes, hinc unde venis retro redires: pro certo enim ſcias, quia ſi Romam perrexeris, quo ire diſponis, nativitatis regnum numquam amplius videbis; ſed Romæ, quo pergis, ſepulcrum habebis. Hoc quod Dei prædixit famulus, rei poſtea probavit eventus.

& dein II

PARS II.

Varia S. Majoli miracula: pius obitus.

48 IN Alemaniæ partibus quodam tempore dum moraretur, ejus adventu rumore diffamato, ad eum cujuſdam Comitis concita pervenit legatio. Ex longo namque tempore prædictus Comes nimia deprimebatur ægritudine, quæ quotidie per augmenta ſuccreſcens noxia, ita totum infecerat, ut nec de lecto ſurgere, nec ex uno in aliud ſe latus potuiſſet verte-

Sanat Comitem ægrũ

re. Cibus ei & potus ita erant faſtidio, quod corpus nimio ſimulacrum videretur jejunio; ideoque ad beatum virum directa legatione, ejus pietatem ſupplici poſtulavit devotione; quatenus ex his quæ ad victum proprium parabantur Dei famulo, ſuæ imbecillitatis ſubveniretur incommodo. Hac itaque legatione, ab

ſuſmiſſis cibis ſuis,

eo qui viſceribus affluebat miſericordiæ, panem quo veſcebatur cum amygdalis & odoriferis ſuſcepit pigmentis. Tunc Dei famulus ad ſuos converſus: Familiaritate, inquit, noſtra fiſus, hoc iſte ſuis depoſcit precibus, quatenus omnipotens Medicus noſtris ei ſubveniat orationibus; ideo flagitanda eſt Dei clementia, quo ſublevari mereatur corporis moleſtia: potens eſt enim Deus ille, qui Reguli filium ſermone ſanavit imperiali, hunc nobis abſentibus priſtinæ reſtituere ſoſpitati. Mox itaque ut vir Dei cum Fratribus ſe orationi dedit, extemplo qui aberat meliorari cœpit. Reverſi vero qui fuerant directi, ea hora qua à viro Dei receſſerunt, meliorari cœpiſſe ſuum Dominum cognoverunt. Poſthac viri Dei munere ſe cibavit, & adeo integra ſoſpitate convaluit, ut paucis interpoſitis diebus ipſe ad Beatum pergens, ejus veſtigiis advolutus, immenſas pro beneficio gratias retulerit.

D

49 Vivarienſi in climate quædam nobilis matrona longâ afficiebatur infirmitate. Hæc S. Saturnini celebris virum Dei morari ut comperit, mox eum ſua legatione [movere] ſtuduit, aquam ſibi ut benediceret, ad hauriendum; & ad ungendum, olei liquorem, ſuæ dexteræ ſigno ſanctificatum, dirigeret. Hæc quæ petiit à viro Dei, percipere ut meruit, illico recedere corporis moleſtia, & ad priſtinum officium ita reparari cœperunt membra languentia, ut depulſa ægritudine ſic proximo tempore toto valeret corpore, acſi antea nullius ægritudinis inficeretur peſte.

Matronam nobilem aqua & oleo benedictis:

50 Sed & illud ſupprimi non decet ſilentio, quod ejus quem ſoſpitate donavit beati viri viſitatio, hactenus celebri diffamatur teſtimonio. Vocatur hic nomine proprio Hildebrannus, & ab officii agnomine Monetarius; officium namqne quod agebat, plus ſuis ſodalibus, ne deterioraretur, cuſtodiebat: & quoniam bonis pollebat moribus, ideo beato viro cœpit eſſe cognitus. Hic languore correptus corporeo, laborare cœpit multo incommodo: qui dum cerneret ſe à languore non ſublevari, ſed creſcente corporis moleſtia magis ac magis ſe ſentiret prægravari (ut ſolent divites facere, qui ſuo ſe munere arbitrantur redimere) multa per medicos & ſacerdotes, multa per monaſteria erogavit & pauperes: ſed his licet offenſorum ſublevaretur pondere, nimia tamen deprimebatur ægritudine. Jam morte ſolicitari cœperat, cui languor nimius vitæ deſperationem ingeſſerat. Ultima ſe interea prævenire dum cogitaret ſorte, beatum ſibi Majolum fama præcurrens Papiam denuntiat advenire. Cujus adventum prævenire ſtudens ſua legatione, eum popoſcit ſua ſe dignari viſitatione. Ad hæc vir beatiſſimus, miſericordia repletus, petenti non denegavit deſideratum adventum. Mox æger ita gaudio repletus eſt beati viri præſentia, acſi manifeſta fuiſſet ſanitas ingreſſa. Statimque vir Dei ad ægrum acceſſit, & corpus ægritudine debilitatum nimia, tangere non deſpexit medicabili dextera; cujus ſalubrem tactum longa ſentiens infirmitas, aufugit: & ſanitas ita mox feſtina cucurrit; ut qui diu æger lectulo decubuerat, die tertia quocumque vellet ſoſpes effectus pergere potuiſſet.

E

monetariũ ſua viſitationes & tactus:

F

51 Illud quoque nunc placet inſeri, quod conſtat relatum fama vulgãtum celebri. Quidam Domini proprii præſentiam fugiebat, quem graviter offenderat; ſuum namque comparem ex induſtria neci addixerat, & ideo in ſenioris ſui gratiam revocare nemo hominum poterat. Multifarie igitur quærebatur à Domino, ut dignum & ipſe perſolveret emolumentum ſocio. Qui mortis periculum ut evaderet, nullo fiſus in loco, dum diverſa percurreret, ad locum, quo vir Dei forte degebat, accidit ut veniret. Quem Dei famulus, cum petentem ſtipendium, militiæ cerneret idoneum; tunc ab eo cur errabundus pergeret percunctatur: ſuus ipſius Dominus cognoſcitur: cauſa, cur diverſa percurreret, detegitur. Cui vir Dei compaſſus, & hoſpitalitatis conſolationem impendit, & ſui Domini gratiam ſe adepturum promiſit. Erat autem ſuus ipſius Dominus vir in armis ſtrenuus, & temporalibus præpotens in rebus, & à ſententia quam

Domini ſui gravem offenſam meritum,

& ideo errabundum

animo

A animo disponebat, nequaquam se amovere præter difficultatem quemquam sinebat; ideoque difficile placabatur, quotiescumque irascebatur. Proximo post hoc in tempore eum vir Dei convenit, & suo famulo quo indulgeret eum blande rogare cœpit. Qui ad vocem viri Dei ita extremuit perterritus, & vox ita hæsit faucibus, ut quid responderet
reconciliat. non haberet. Mox autem prostrato corpore se in terram dedit, ejusque vestigiis advolutus suis se commendavit orationibus. Hunc siquidem ante commilitones rogaverant; majores & inferiores ad eum preces copulaverant; atque omnes, ad parcendum famulo, flectere non potuerant: sed pro B. Majoli merito, ita eum coram omnibus prostravit Dei dignatio; ut haud secus indulgeret famulo, quam servi Dei decreverat jussio. Hoc ergo quotidie in suis fidelibus Dominus operatur, quod sacræ auctoritatis pagina testatur, dum prudentiam prudentium reprobat, & se glorificantes glorificat. Ad beati viri miser quia confugit auxilium, duplicatum ab eo promeruit beneficium, quo & Domini donatus est gratia, & reatum delevit pœnitentia.

52 Quodam tempore iter per quamdam silvam dum carperet, & cereris more solito præmissis solus
B incederet; sopor illi inter lacrymas & crebra irrepsit
ne laderetur ab arbore suspiria. Eadem proinde via, qua pergebat, cujusdam arboris ita impediebatur ruina, ut ejus sub robore equitans facilius læsionem incurreret, nisi humiliato vertice se caute protegeret. Ad hanc itaque equus cui insederat ut venit, sic hæsit immobilis, acsi stipiti fuisset vinculis impeditus. Egregio tunc vultu
equum agnovit ab Angelo detentum, puerum per somnium contemplabatur, qui equum, ne pergeret, tenebat per frænum. Evigilans vero, ut arborem sensit præ oculis, clementiam veneratus est Omnipotentis, cujus per Angelum, mortis gaudebat evasisse periculum; sed separatus ab aliis, quia hostiam se exhibebat in lacrymis, ab hoc ideo ne læderetur protegi meruit Angelo, à quo ante Deum lacrymosa deferebatur oratio.

53 Illud etiam quod contigit dum Papiæ moraretur, prætereundum silentio pessimum videretur.
properanti ad ecclesiã S. Syri. Multitudinis intuitũ quo declinaret, & per hoc mentis oculum jactantiâ purgaret; in nocturno silentio horas Canonicas præveniebat, atque beatissimi Syri adiens ecclesiam, profusis lacrymis ante januam, orationis sibi studio postulabat indulgentiam. Quadam itaque nocte, dum ad consuetum opus surgeret, &
C more solito ad ecclesiam proficisci disponeret; eum, si posset, fraudulenta conatus est infestatione terrere, qui bonorum actibus solet invidere. Inundatio quippe pluviæ, ut solet fieri in hieme, totum tunc reddebat iter difficile; nube insuper oppositâ micantia tegebantur sidera. Tunc tentator ante mentis aciem, & tenebrarum densitatem, & itineris reducere cœpit difficultatem. At vir Dei maligni spiritus suggestiones protinus agnovit, & iter dispositum sine dilatione arripuit. Malorum tamen auctor viro Dei in ipso
extinctum lumen itinere multis modis insidiari studuit: sed quia hunc in nullo lædere potuit, lumen, quod ante ipsum ferebatur, extinxit. Turbati cum viro Dei, qui aderant, lumen quo peterent nesciebant. Sed vir Dei bonorum invisorem, hujus facti fuisse non dubitavit auctorem: qui suos à timore signo repressit, certus ac
precibus accenditur. fidens, quod ille, cujus adsistebat ante januam, illuminare extinctam sibi posset lucernam. Verum quia plus de beatissimi Syri quam de sua virtute confidit; quod fide credidit, effectu mox consequi meruit. Mox enim ubi ab oratione surrexit cum Fratribus, igne divino candelam viderunt ardere, quam ad suam perniciem diabolus est ausus extinguere. Hoc vero miraculum multum Fratribus [contulit] ad profectum: quoniam justi deprecationem dum multum valere intellexerunt, ad orationis studium majoricum devotione semet ipsos dederunt. AA. SYRO ET ALD. EX MSS.

54 Hierarchias quoque beati Dionysii Ariopagitæ quodam tempore cum legeret, & more solito, quæ die legerat, sui pectoris bibliothecæ nocturna meditatione eadem deponeret; subrepente somno contigit, ut candela, quæ lumen suggerebat legenti, supra paginam rueret quam legebat. Sed quid non operetur Christus in Sanctis? Edax flamma candelã consumpsit, sed folium super quod ardebat torrida damna non sensit: virtutem flamma habuit ad candelam comburendam, quam ad paginam perdidit lædendam. Protinus excusso somno vir Dei, consternatus est animo, quod librum, qui vix alicubi inveniri possit, consumptum incendio esse putavit. Sed excussa favilla, cum in superficie nullius læsionis appareret macula, immensas ei gratias retulit, cujus potentiâ [ignis] vim suæ naturæ amisit; dum arida nutrimenta, super quæ candelam consumpsit, in nullo lædere potuit. *Candela super libr illæsum cons sumitur.*

55 Cum Willelmus Provincialium Princeps prægravari se sentiret ultima sorte, Majoli meritis salvari posse ab animæ credidit morte: qui sibi ad Avennorum accersitus oppidum, ut multitudinis visitaret conventum, in insula quæ Rodanum sub præfato castro scindit fluvium, sibi ponere jussit tentorium. Sed ejus adventus rumore circum circa diffuso, undique ad eum concurrere cœpit innumerabilis multitudo. Quisque tunc alios præcedere, & prior quisque ad virum Dei certabat transire. Adfuit tunc navis adeo vetusta, quæ rimis patentibus submergi facile irruenti posset sentina. Hanc, utriusque sexus oneratam multitudine, ut ad virum Dei navigandi gnari tentant dirigere, inundans decurrentis fluminis impetus eamdem submersit in mediis fluctibus. Res visu mirabilis, quod hi periclitabantur naufragio, qui Majoli se tutari petebant orationum suffragio. Viros cum mulieribus & mulieres cum parvulis, quos adhuc alebant uberibus, in profundum jam voluebat fluvius; cum ad viri Dei aures tale pervenit facinus. Sed Christus, qui clamantes ad se exaudit, sibi dilectum Majolum magnificare non distulit. In ipsius præscripti Rodani ripa, ab antiquis beati Martini constructa fuerat ecclesia; ad eam namque vir Dei, aqua submersos tegente cum eorum neminem conspiceret, oculos cum lacrymis levavit, & tristem ad terram vultum deinceps inclinavit: sed licet adstantibus tunc ignotum fuisset, quid ille tacitus paulisper oravisset; efficaciter tamen adipisci meruit, quod mente pia quæsivit. Crucis enim signum ut edidit, & cernuo vultu paulisper, ut diximus, oravit; diversi sexus & ætatis mox nantes apparuerunt in gurgite, quos unda difficilis contorsit sub flumine. Undarum pueri deferebantur summitate, mulieres in flumine diffusa rotabantur veste, & viri natatu ripam conabantur appetere: ad quos periti nautæ currentes cum carabis, omnes traxerunt ex voragine fluminis. Sed & illud videtur mirabile, quod ad virum Dei sex panes à Comite, dum suus deferret famulus, eodem licet cum ceteris captus naufragio; sic tamen directi muneris eum defendit delatio, ut ipse non modo illæsus exiret, verum ex panibus tres intactos ab aqua abstraheret. *videns navem cum hominibus submergi,* *oratione & Crucis signo omnes liberat:* *& panes ad se missos ab aqua intactos accipit.*

E F

Plausus ubiq; sonat, pulchræ & modulatio laudis,
Christum cuncta boant, Majolũ cuncta resultant:
Gloria sic Domino, sic crescit opinio servo.
Innatus subiit cunctorum pectora fervor,
Nosse virum, mira meritorum luce coruscum.
Multa quidem suberant clarum gignentia nomẽ,
Dogma, labor, comitas, mores, constantia, fervor,
Quodque est præcipuum, dilectio plurima fratrũ.

AA. SIRO ET ALD. EX MSS.

Qua grave quidquid erat patienſque libenſque ferebat.
Quid tu, quid greſſum raptas per devia ſodes?
Quid cancellato flectis compendia ductu?
Ire brevi poteras, qua te per longa fatigas.
Arvernis certe melius via regia ducit.
Non abs re tulerim quod diverticula quæris.
Immo ego ſic, animus ſic denique ferre videtur:
Arvernum triſte aliquid portendere credo,
Quod vel exitio, vel poſſit cedere damno,
Contiguis quod tam ſuccedere mœnibus horres.
Quidquid id eſt, ſubſiſte parum: flatuque recepto,
Obnixis animis, ſuper eſt quodcumque, ſubibis.

in ſenio fervens

56 Igitur Majolus ſenectutis tempore, quo ſolent ceteri remiſſius vivere, acri ſe labore in Domini ſtuduit ſervitutem redigere: & quaſi tunc novus accederet, ac juvenilis fervor in toto corpore ferveret, ita incredibili mentis fervore divino famulamini inſiſtebat. Corpus namque defatigatum ſenio, nullo modo quieſcere ſinebat ab opere conſueto. Bienni itaque priuſquam obiret, corpus plus ſolito viribus deſtitui, & ex hoc vocationis ſuæ tempus appropinquare deprehendit: ideoque ad publicum jam procedere nolebat, ſed aut in monaſterio aut in quadam cellula, ſuorum Fratrum utilitati immorari cupiebat, ut ibi aut Fratres ſolerti ſtudio corrigeret, & ad meliora paternâ admonitione proveheret; aut ſæpius remotis omnibus ſolus ſoli Deo inhæreret; atq; frequenti attentius alternatione aut lectioni aut orationi vacaret, quod ei quoque in omni vita ſua ſpeciale fuerat ſtudium: præſertim tamen adhoc deſudavit præcipuum circa mortis confinium. Sæpius lugebat, dum ſpiritales viros ad memoriam reducebat, quos in divina religione florere, ac pro defenſione Eccleſiæ ſanctæ viderat viriliter decertare: eorum quidem recordatione, omni ſe in hoc mundo fore deſtitutum deflebat ſolatio; & ideo ſolamen ſibi ſola divina lectio; ideoque modis omnibus diſſolvi & eſſe optabat cum Chriſto. Eâdem ſiquidem tempeſtateRegis Francorum impellebatur nimia importunitate, ut ſecundum beati Patris Benedicti magiſterium, B. Dionyſii diſponeret monaſterium. Qui ut opus bonum ad finem vitæ uſque perduceret, licet finem dierum ſuorum jamjamque adfore non ignoraret, proficiſci tamen ob iſtiuſmodi cauſam minime recuſavit: bonam hanc virtutum ſuarum conſummationem exiſtimans, ſi ordinis monaſtici profeſſores in juſtitia & ſanctitate ſibi ſocians, caritatis unitos vinculo dimitteret. Arrepto itaque itinere territorium Arvernenſe expetiit, ibique in quadam ſua cella, Silviniaco ſcilicet, nunc loco celeberrimo, ultima ægritudine exerceri cœpit. Senſit illico prudentiſſimus virorum, ſuæ reſolutionis tempus ſummum. Tum vero mœror & luctus omnium, vox una plangentium. Cumque à Fratribus fuiſſet percunctatus, gregem ſibi commiſſum cui committeret, taliter eos fuiſſe dicitur affatus: Jeſum ſummum Paſtorem, hunc habebitis protectorem. Peregrinationis ergo quia deſerebat exilium, & ad proprium lætus pergebat domicilium, ideo gaudens, hos frequentabat verſiculos: Domine dilexi decorem domus tuæ & locum habitationis gloriæ tuæ: &, Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum, concupiſcit & deficit anima mea in atria Domini: &, Elegi abjectus eſſe in domo Dei mei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum. Ita Deo protegente, omnibus ſui corporis membris integris atque illibatis, præclaro ſcilicet viſu, puroque auditu, & ſana memoria, ſicut fuit integer à corruptione carnis, neſciens labem nivei pudoris, pervenit ad exitum, immortale adepturus compendium. A Fratribus an aliquid doleret interrogatus, reſpondit: nihil ſe habere moleſtiæ, ſed omnia tranquilla & proſpera videre: & perſpicere bona Domini in terra viventium. Tunc ante ipſum proſtrati in terram, eum taliter cœperunt deprecari: Nos tibi commiſſos, Pater beatiſſime, paterno more abſolve, & ſanctiſſimis tuis orationibus tuere: fides enim tua & opera tua te Chriſto ſociant; & ideo quidquid ab eo poſtulabis, præſens facilius impetrabis. Quos ut abſolvit, & ſanctiſſimis orationibus confirmavit, à communi locutione ceſſavit. Jam humana deſpiciebat, & ſurſum oculos ad cælum erigebat; eos denique verſiculos uſque ad expirationem animæ repetebat, ut aure appoſita vix audiri poſſet, quod dicebat. Signum vero ſanctæ Crucis ſæpius dextera ſancta ſibi depingebat.

ad referendum S. Dionyſii monaſterium evocatus,

Silviniaci ager,

anhelat ad cælum:

Pſal. 25, 8

& 83, 2

& 83, 11

ſuos abſolvit:

Nec patitur Chriſtus clarum per ſecla clientem
Vel torpere diu partove abſiſtere regno,
Martyrium cui vita fuit: quin mole laborum
Defeſſum invitat ſuperas Moderator in arces.
Spiritus arctatis ardens emergere vinclis
Emicat, & liquidas liber transfertur in auras,
Hymnizante polo lætumque alalagma canente,
Sepſerunt comites miro ſplendore ſuperni:
Victoremque ferunt trans ignea ſidera lætum,
Et ſiſtunt ſolio ſummi per ſecula Regis.

mortuus claret miraculis.

Dormivit vero cum patribus ſuis v Iduum Majarum, ſepultuſque eſt in baſilica ſancti Petri: ubi ſanctiſſimis ejus meritis, multa præſtantur beneficia, regnante in perpetuum Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui eſt cum Patre & Spiritu ſancto, honor, virtus & gloria, per immortalia ſeculorum ſecula. Amen.

VITA III

Auctore S. Odilone Abbate & S. Majoli ſucceſſore.

PROLOGUS.

1 HUgoni *a* & cariſſimo Fratri Almanno, Odilo Presbyter, in Domino ſalutem. Cum reſiderem præterito tempore Paſchali *b* in Clauſtro Romani monaſterii, pridie quam Patris noſtri Majoli ſuperveniret ſolennitas; unus è Fratribus, nomine Joannes (qui ſecundum ſui nominis congruam interpretationem, Domini gratiæ ditatus eſt munere) incepit inquirere, in quo volumine eâdem nocte lectiones deberet annotare. Ad quem ego: Conſequens eſt ut in hujus Patris memoria beatiſſimi Patris Gregorii recitentur eloquia: quippe quia idem Pater dum advixit, eadem ſtudioſiſſime frequenter & audivit & legit, & cum libuit de eiſdem facundo ſermone diſſeruit. Exempto poſt modicum Veſpertinali officio, ac præfinito diurnæ ſervitutis tempore, tam ordo quam neceſſitas invitabat nos ad ſtratum accedere. Eram tunc temporis lugens & deflens, non modo damnum rei familiaris, ſed & inſolitæ calamitatis & inauditæ miſeriæ ingens *c* periculum, & quod magis urgebat, totius patriæ & omnium pauperum grande lamentabileque diſpendium. Tanti vero diſcriminis tantique mœroris anxia cogitatio, per plures jam me noctes inſomnem reddiderat. Sed eadem denique nocte, cum ſolito more mordax cogitatio ſenſibus noſtris importune ſe vellet ingerere, ut mihi à Domino depoſceret conſolationis auxilium, Beatum cœpi exorare Majolum. Poſt paululum vero mihi ſuggerere cœpit tanti Patris dulcis memoria, & quodammodo promittendo dicere, ut ſi animum in ejus laudibus occupare

Ad vitam ſcribendam memoria Sancti excitavit.

occupare ſatagerem, cæleſtis conſolationis præſidium quantocius procul dubio invenire poſſem. Idcirco, dilectiſſimi Seniores & Fratres, etſi non ſecundum magnitudinem ſui, tamen ſecundum parvitatem intellectus noſtri, opus ſubjectum ſcribere curavi. Qualecumque etenim iſtud opus ſit, ignis ſpiritualis ſenſus veſtri ut examinet, diſcernat & corrigat, noſtra fraternitas optat & orat.

ANNOTATA.

a *Videtur eſſe* S. Hugo, *Odilonis ſucceſſor, factus Abbas anno ætatis ſuæ* 25.

b Romanum monaſterium *à B. Petro Damiano in Vita S. Odilonis* 1 *Ianuarii num.* 25 *&* 26 *appellatur* monaſterium Jurenſe, *ſive* in territorio Jurenſi conſtitutum, *olim à S. Romano conſtructum, cujus Acta dedimus* 28 *Februarii. Illud monaſterium à Rodulpho Rege Burgundiæ conceſſum fuit Adalheidi ſorori ſuæ, à qua creditur S. Odiloni traditum. Conſule Notas Andreæ Quercetani ad Bibliothecam Cluniacenſem pag.* 72.

c *An illud forſitan, quod anno* 1032 *ſecum traxit mors Rodulphi prædicti, Conradum Imperatorem ſibi ſubſtituentis, quod Eudoni Carnutenſium Bleſenſium & Campaniæ Comiti, ex Berta ejuſdem Regis ſorore altera nato, occaſionem dedit belli per annos aliquot contra Imperium continuandi? An vero ad annum* 1019 *melius hæc referentur quo idem Rodulfus, inſolentiæ ſubditorum pertæſus, cum S. Henrico Imperatore egit de regno in ipſum transferendo, quando intra metum res ſtetit?*

CAPUT I.

Introductio ad S. Majoli ætatem. Hujus virtutes in ſeculo, Monaſterio, & cura Abbatiali.

Poſt Apoſtolos & Martyres,

2 POſt Apoſtolorum & Euangeliſtarum ſacroſancta, divina, & ſalutaria documenta, ac victorioſiſſima & invictiſſima beatorum Martyrum glorioſa certamina, tertio (ut ita dicam) loco, præſtitit divina dignatio Eccleſiæ ſuæ nova ſolatia, luminaria videlicet amore ardentia, ſermone lucentia: *viri Apoſtolici;* Apoſtolicos dico Sacerdotes & illuſtriſſimos viros, humana ſcientia, non vane, ſed ſalubriter præditos, divina ſapientia refertos: per quorum ſpiritalem intelligentiam, & in divinis litteris perſpicaciſſimam indagationem, Legis umbra luceſceret; ſermo Propheticus, ſui profunditate altiſſimus, ſuique altitudine profundiſſimus, ſpiritaliter intellectus ad lucem procederet; Euangelici quoque luminis gloria, virtus ac majeſtas totius mundi denſiſſimas effugaret tenebras. Per horum etenim ſinceriſſimam induſtriam, Apoſtolici actus exponuntur & commendantur fidelibus. Per horum devotiſſimum ſtudium, beatorum Martyrum triumphus Eccleſiæ ſanctæ commendatur & meritum. Iſtorum namque fide, ſapientia, & prædicationis inſtantia, ſuſurrantium & oblatrantium contra fidem Catholicam murmur compeſcitur & opprimitur, ſchiſmaticorum ſtrepitus ſedatur, & os vana loquentium obſtruitur, idolorum poteſtas deſtruitur, gentilium crudelitas ſuperatur, Philoſophorum inſania contemnitur, conſpuitur & annullatur; omnium hæreticorum falſitas, perfidia, infidelitas, error & rabies, veluti fœtor fumoſus & fumus fœtidiſſimus, ut numquam & nuſquam poſſit apparere, exſufflatur, & in nihilum reſolvitur & exhalatur.

3 Poſtquam tales & tantos viros, ut pote cives ſuos & Regis ſui domeſticos, aula cæleſtis lætabunda ſuſcepit; ex ipſa ſuprema cæleſtique republica, Divina cenſura quarto loco ordine congruo parvulis Eccleſiæ conſulere voluit, ita ut gratiam quam præſtare dignabatur per ſublimes & fortes, poſtmodum præſtaret per humiles & innocentes & ſimplices. Deinde cœpit monaſticus Ordo pullulare, &, ut verius dicamus, reviviſcere; quem à beato Helia & Joanne Baptiſta novimus *a* proceſſiſſe, & ita per Apoſtolicam & converſationem & vitam, & incrementa virtutum & exercitia ſanctorum ſpiritualium Patrum, ad nos uſque gaudemus perveniſſe. Per ipſos etenim & ab ipſis perfectiſſime adimpleta eſt perfectio illius unius ac ſpecialis Euangelici, immo Dominici præcepti: quod deerat illi adoleſcenti, de poſſeſſione vitæ æternæ apud Salvatorem conquirenti; reſpondente ſibi eodem Domino Chriſto ac dicente; Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo, & veni ſequere me. Inter hujus vero ſalutiferi præcepti intentiſſimos auditores, & ſtrenuiſſimos executores, beatiſſimus Pater, merito Benedictus & nomine, quaſi quoddam ſidus cæleſte præclarus enituit: qui tantus ac talis, vita, moribus, & miraculis extitit, ut ejus ortum, vitam, & obitum deſcribendo, ſanctiſſimus Papa Gregorius, per omnia vir Apoſtolicus & Apoſtolicæ Sedis Epiſcopus, teſtimonium ei præberet, qui inter principales Primates Eccleſiæ inſigne quoddam & principale privilegium, & vita & doctrina, dignoſcitur obtinere. Proceſſu vero temporis, poſt tranſitum videlicet ſupradicti piiſſimi Patris, per B. Maurum *b* ejus diſcipulum, omnis pene Gallia ejus inſtitutionis & religionis ſuſcepit exordium: deinde per eum, & eos quos ipſe ad juſtitiam erudivit, per plurima temporum ſpatia, eadem religio ad cumulum perfectionis excrevit.

4 Eis ab hac vita decedentibus, juſtitia rareſcente, nequitia crebreſcente, & matre omnium bonarum virtutum diſciplina tepeſcente, cœperunt ſtudia Patrum piorum deficere: & ſicut per religioſos & fervore ſancti Spiritus plenos, ſanctæ inſtitutionis norma gradatim perfectionis accepit augmentum; ita per negligentes & deſidioſos, paulatim decidit in defectum. Salutaris igitur propoſiti pernicioſa defectio uſque ad tempus illud irrepſerat latitando, quo favente Wilelmo, Chriſtianiſſimo Aquitanorum Principe, beatæ memoriæ Abbas *d* Berno nomine, in partibus Burgundiæ, ceſpite Matiſcenſi, pago qui vocatur Cluniacus, monaſterium cœpit conſtruere; & in quantum potuit, in eadem conſtructione elaborare ſtuduit, & piæ devotionis affectum laborioſo certamine ad laudabilem perduxit effectum. Hujus enim merito & exemplo, plures tranquillum portum monaſterii requirentes convertuntur de ſeculo: ex quibus omnibus unum excipiendo recolimus, & recolendo excipimus, quem ad ſalutem multorum proveniſſe comperimus. Fuit vir ille *e* Odo nomine, vir per cuncta laudabilis, beatiſſimi Martini Eccleſiæ Turonenſis Pontificis fidelis devotiſſimus, & ejuſdem Eccleſiæ Clericus & Canonicus. Hic etenim vir honeſtus & humilis, admodum in regulari exercitatione edoctus, poſtquam ſupradictus Pater ab hac luce diſceſſit, ad regimen Abbatiæ multorum fidelium electione ſucceſſit. Deinde qualiter ad culmen virtutum pervenit, ſtudiis ejus narrantibus, Romanus orbis edidicit. Huic ſucceſſit felicis memoriæ Heymardus nomine, beatæ ſimplicitatis & innocentiæ filius. Hic in augmentatione prædiorum & acquiſitione temporalis commodi adeo ſtudioſus fuit, & in obſervatione ſatis devotus: hic & amiſſionem temporalis luminis, & quidquid ſibi adverſitatis accidere potuit, abſque omni murmuratione & indignatione patientiſſime tulit. Hic etenim vir, ob meritum patientiæ, ſimplicis & innocentis vitæ, tanto talique à

A. S. ODILONE AB. dein viri monaſtici, floruerunt:

tum Cluniacenſes B. Berno,

Heymardus,

A. S. ODILONE AB.

Chriſto ditatus eſt munera, ut ejus tempore ad amorem monaſtici ordinis auctor noſtræ ſalutis B. Majolum dignatus ſit accerſere. In hujus vero converſionis obſequio, multum valuit venerabilis viri *f* Hildebranni dulcis collocutio & ſpiritalis ſuggeſtio. Hic cum eſſet ex prioribus Cluniacenſibus monachis, & ejuſdem monaſterii Præpoſitus *g*, bis invitatus eſt ut officium Abbatiæ ſuſciperet; ſed noluit, quia ſemper plus obedire quam præcipere, & magis ſubeſſe quam præeſſe voluit. Putat me aliquis fortitan deſipuiſſe, idcirco quia, cum de B. Majolo diſponerem ſcribere, de ſuperioribus me tanta contigit edixiſſe: non tamen quis credat fortuitu acciditſſe, ſed de induſtria provide factum eſſe. Quidquid enim in ſuperioribus de juſtis & ſanctis hominibus diximus, totum in iſto de quo loqui volumus, vel pleniter, vel ex magna parte redolere cognovimus.

f

g *Hildebrannus,*

h *ac denique S. Majolus.*

5 *h* Fuit vir iſte beatiſſimus Pater noſter Majolus, præclaro ſtemmate ortus, & à nobilibus parentibus pervigili cura ab ipſa infantia nobiliter enutritus. Procedente pueritiæ tempore, addictus eſt Eccleſiaſticis ſtudiis, ut imbueretur litteris ſpiritalibus. Superno igitur nutu & divina providentia actum eſt, ut tam bonæ ſpei puer tunc in divinis actibus arctius intentus eſſet, ut totum adoleſcentiæ tempus ſine periculo caſtitatis tranſigeret; & ita factum eſt, ut per totum vitæ ſuæ ſpatium, decus in corpore ſuo retineret virgineum. Juvenili jam imminente ætate, altiora & potiora in divinis, acriora in humanis ſtudiis & graviora non diſtulit attentare; & ideo per utramque exercitatus doctrinam, non timuit accedere Lugdunenſem ad aram. Deinde apud hanc urbem, philoſophiæ nutricem & matrem, & quæ totius Galliæ ex antiquo more & Eccleſiaſtico jure non immerito retineret arcem, Antonium, virum eruditum & prudentem, in liberalibus ſtudiis habere voluit præceptorem. Poſtea vero multo magis exempla ſecutus Antonii, illius magni & ſolius Chriſti diſcipuli, quam ſtudia iſtius Antonii ſeculari profeſſione Philoſophi; à ſupradicta urbe ad civitatem Matiſcenſem, à proceribus patriæ & civibus ſuis, videlicet cognatis & amicis, invitatus veniens, ut erat vir religioſus, religioſe aliquantulum apud illos manſit: cujus vita laudabilis & admirabile ſtudium, non potuit latere ſupradictæ civitatis Epiſcopum: à quo humiliter invitatur, conſultu Clericorum & civium, ut in eadem Eccleſia non dedignaretur adminiſtrare Archidiaconatus officium. Vir quippe ut erat humilitatis gratia præditus, parere non diſtulit, quod ſibi divinitus per miniſterium Pontificis imperari cognovit. Et ut res poſtmodum late patuit, totum illud negotium ad majoris utilitatis dirigebatur cumulum. Suſcepto denique tantæ dignitatis officio, talem ſe exhibuit, ut Deo placeret & mundo: non mundo in maligno poſito, ſed mundo per ſanguinem Chriſti reconciliato Deo Patri.

B

Hic poſt ſtudia Lugduni,

factus Archidiaconus Matiſconenſis:

C

6 Habet enim prædicta civitas vicinum monaſterium, quod multis videtur ſpiritalibus ſtudiis decentiſſime adornatum, ad quod jam dictus Senior à Patre monaſterii & Fratribus frequenter accerſitur; cum quibus & frequens habebat colloquium & ſpiritale contubernium. Inter ipſa denique dulciſſima colloquia & mutua ſinceriſſimæ caritatis obſequia, videntes Fratres ſupradicti cœnobii mentis intuitu ejus Angelicam faciem, audientes cordis auditu mellifluam facundiam, deſiderabant ut eum poſſent ſibi acquirere Fratrem, quem poſtmodum habere mererentur & Patrem. Erat ad hoc intentus grex omnis Dominicus, ſed ille ſenior Hildebrannus, de quo ſupra diximus, ut evenire poſſet elaborabat ardentius. Generabat jam in eo gratia Domini contemptum ſeculi, ſecundum & votum Fratrum ſupradicti cœnobii. Quid plura? Depoſito Eccleſiaſticæ dignitatis officio, ſpreto mundanæ nobilitatis ſupercilio, relicto ſeculari & amicorum & parentum conſortio, ut libere poſſet ſervire vero Regi Chriſto, totum ſe ſubdidit cœleſti magiſterio. Nec multo poſt condicto tempore, certo die ad monaſteriū veniens, officioſiſſime ſuſcipitur, regulariter introducitur, & (ut moris eſt) honorabiliter & caritative tractatur. Quam grande fuerit gaudiū inter Fratres de ejus adventu, quam ingens lætitia, quam celebris exultatio, non poteſt ad plenum noſter edicere ſermo. Deinceps adfuit ei ad contemptum mundi prompta voluntas, ad amorem Dei firmiſſima caritas, ad dilectionem proximi cara fraternitas, ad perdiſcendum regularis obſervantiæ ordinem nulla difficultas, & ad exhibendum non ſolum Abbati ſed etiam Fratribus obedientiæ bonum celeris alacritas, & ad dandum omnibus exemplum regnabat in eo pura ſimplicitas.

D

habitu ſuſcepto

ſancte vivit,

amice attrahitur à Cluniacenſibus,

7 Qualis fuit ejus converſatio inter Fratres in initio ſuæ converſationis, apparuit ex affectu eorumdem Fratrum tempore celeberrimæ ſuæ electionis. Non erat jam neceſſe, ut aliquis eum ad obſervantiam regularem inſtrueret, quem, ut ſanctus Euangeliſta dicit, unctio gratiæ cæleſtis de omnibus erudiebat. Cœpit interea vita & doctrina tam perfecte elareſcere, ut in domo Dei, laude fidelium, omnium primum & præcipuum locum meruerit obtinere. Sic enim placuit Divinitati, ut per diverſos gradus humilitatis aſcenderet ad culmen monaſticæ perfectionis; ut non jam ex aliis unus, ſed inter ceteros & ſuper omnes videretur præcipuus. Sexto namque anno (ut fertur) converſionis ſuæ à ſeculo, ſupra nominatus Abbas felicis memoriæ, Domnus videlicet & pius Pater Haymardus nomine (cujus monachus beatus erat Majolus, cujuſque monitis & juſſionibus tota mentis intentione & corporis poſſibilitate parebat, ſemperque parere decreverat) cœpit deſtitui interea tota valetudine corporis, & (quod ſibi gravius erat, licet patienter ferret) amiſſione temporalis luminis. Et cum jam ſe ad occaſum vergere præſciret, & cognoſceret ſe non poſſe diu tanti cœnobii tantarumque ſpiritualium ovium curam gerere; de ordinatione cœpit monaſterii, ſuique ſucceſſoris electione, cum ſpiritalibus & religioſis Fratribus ſpiritaliter tractare, & cum tranquillitate animi patienter diſponere. Facta eſt autem ab omnibus inquiſitio; & ad quem omnium Fratrum tendebat, ad Domnum ſcilicet Majolum, pervenit electio: de cujus etenim electionis negotio, ſecundum grandi-tatem ſui dicere non ſufficio; ſed, ut eloquio utar breviſſimo, nec ibi nec alibi ad illud officium, B. Majolo nec potuit nec poterit præſtantior inveniri.

E

1 Joan. 2

In locum Haymardi cæci

F

creatur Abbas:

8 Quid plura? Electus advocatur, invitatus reſiſtit, rogatus contradicit, adjuratus tremiſcit, interdictus quieſcit: proinde laudes Deo referimus, quoniam ſuperavit contradictionis decretum obedientiæ prædicabile documentum. Poſtremo à Fratribus eligitur, à populo acclamatur, à Pontificibus benedicitur, & à ſupradicto Patre monaſterii in loco ſublimi celeberrime collocatur, & à Fratribus officioſiſſime ſalutatur, & ab omnibus Domnus & Abba honoratur & colitur. Et non ſolum à ſuis, ſed etiam ab omnibus, qui eum videre & cognoſcere potuerunt, ultra omnes ſui temporis homines, omni honore & veneratione eſt habitus: de cujus ortu vita & moribus, miraculis & obitu, majorum noſtrorum dicta præclaro famine prolata ſufficiant. Illi vero qui de magnis maxima dicere potuerunt, clariſſimos ejus actus & merita à Domino ſibi collata magnifice deſcripſerunt. Ego vero ultimus ſervorum illius ſervulus, non

ab omnibus honoratur:

A non alia, ſed ea quæ ipſi præfati ſunt, ſtylo paupere ac breviſſimis diſtinctionibus capitulatim quoquomodo auſus ſum adnotare, ſecutus Alcuinum *i*, majoris Caroli Imperatoris Magiſtrum: ſic & impar eo, quantum peccator juſto, illitteratus perito, fari neſciens facundiſſimo. Ille ſummi & incomparabilis viri & ſanctiſſimi Sacerdotis Martini vitam, à Severo Sulpitio altiſſimo ſtylo deſcriptam, dictis plenioribus elucidatam, ad noſtram noſtrorumque ſimilium deſtinavit notitiam: ſicut autem nemo poſt Apoſtolos beatiſſimo æquatur Martino, ita & ego multum me imparem profiteor Alcuino. Dixit ille, utpote magnus, magna de magno: dicam ego parvus, parva de magno. Dixit ille de ſuo Martino, ſicut de ſummo Sacerdote & incomparabili viro: dicam ego de Majolo, ſicut de piiſſimo Patre & Abbate ſanctiſſimo, præſtantiſſimo viro, & vere Catholico.

comparatur S. Martino:

9 Fuit igitur ille clariſſimis natalibus ortus, & ex utroque parente gemina nobilitate coruſcus. Hic ad illuminationem multorum, ab ipſo æterno Lumine luminum, velut aſtrum perſplendidum, humanæ conditionis deſtinatur ad ortum. Fuit enim ipſe nobilis ut erat, & nobiliter nutritus, & ſolerter eruditus. Et ut ab inferioribus ad altiora conſcendere valeamus, erat vir jam dictus, ſæpe dicendus, ſæpeque recolendus, ingreſſu gravis, voce ſublimis, ore facundus, viſu jucundus, vultu Angelicus, aſpectu ſerenus, in omni motu, geſtu vel actu corporis honeſtatem præſentans. Omnium membrorum convenienti poſitione decentiſſime comptus: omnium mortalium mihi videbatur pulcherrimus. Erat enim fide firmus, ſpe certus, gemina caritate refertus, ſapientia clarus, intellectu mirabilis, conſilio providus, robuſtus fortitudine, ſpiritualis ſcientiæ aſſiduus cultor, & caritativę pietatis verus amator. Replevit eum ſpiritus timoris Domini: qui ut David Propheta teſtatur, initium ſapientiæ eſſe dignoſcitur: illius videlicet ſapientiæ, cujus claritate B. Majolus perfuſus, cælestium beatitudinum meruit percipere munus. Hujus muneris lumine noſter Majolus accenſus, cum pauperibus ſpiritu pauper voluit fieri, ut à Rege cælorum regno cęleſti mereretur ditari. Cum beatis mitibus ſtuduit miteſcere, ut cum ipſis poſſet terram viventium poſſidere. Cum beatis lugentibus deſiderabat, filiorum ſuorum negligentias & totius mundi diſcrimina plangere, ut ad æternam conſolationem cum ſuis omnibus poſſet pervenire. Eſurientibus & ſitientibus juſtitiam, eamdem juſtitiam eſuriendo & ſitiendo ſtuduit ſociare, & cum ipſis in cæleſti convivio epulari, ſemper & ſpiritualibus deliciis ſatiari. Studuit ut miſeris miſericors eſſet, ut cum beatis miſericordibus miſericordiam à Domino conſequi poſſet. In quantum homo intentus aſſidue cæleſti deſiderio, divinam contemplationem juſtis meritis & jugi deprecatione meruit obtinere, ut cum beatis cor mundum habentibus dignus meretur Domini viſione. Et ut veriſſime mereretur Dei filius vocari & eſſe, perfecte didicit eſſe pacificus, ut non tantummodo ad poſſidendam animam ſuam haberet patientiam, ſed ut omnes diſcordantes (ut potuit) ad concordiam revocaret & pacem. Propter juſtitiam perſecutiones & paſſiones ab antiquo hoſte & malis hominibus patienter didicit ſuſtinere, ut beatus propter juſtitiam patientibus & ſpiritu pauperibus, ad percipiendum & poſſidendum regnum cælorum, poſſet fieri ſociatus. Tribus ſupradictis adornatus virtutibus beatiſſimus Pater Majolus, & octo ex Euangelio benedictionibus circumfultus undique, etiam quatuor Cardinales diſciplinas ferventi deſiderio ſtuduit acquirere, & acquiſitas operibus juſtis incolere, ut per prudentiam ſuam ſuorumque in antea provideret ſalutem; per temperantiam, quæ alio nomine vocatur modeſtia, temperamento juſtæ diſcretionis modeſte diſponeret ſpiritalia injuncta ſibi negotia; per fortitudinem, diabolo vitiiſque ejus valeret reſiſtere, & reſiſtendo ipſum auctorem malitiæ, decertando legitime, viriliter ſuperare; per juſtitiam vero, quæ per omnia genera virtutum diffunditur, & earumdem virtutum condimentum eſſe videtur, ſobrie & pie & juſte vivendo, bonum certamen certando, curſum conſummando, fidem ſervando, repoſitam ſibi coronam juſtitiæ ab ipſo mereretur percipere, qui eſt omnium virtutum largitor & auctor, & ante omnia & ſuper omnia Deus benedictus in ſecula: cujus benedictionis largitas & clemens benignitas contulit nobis in munere, quo tali tantoque frueremur Paſtore. In quo habemus exemplum quod ſequamur, & in quo nobis appoſita eſt forma cui imprimamur: ſicut B. Gregorius de capite noſtro Jeſu Chriſto Domino noſtro dicit, in cujus corporis propagatione B. Majolus, veluti ſanctiſſimum membrum, optimum locum meruit obtinere.

illuſtriù dotibus corporis & animi:

Pſal. 110

Matth. 5

inſtructus 8 beatitudinibus,

& 4 Cardinalibus virtutibus.

A. S. ODILONE ABBATE.

B

C

E

F

ANNOTATA.

a *Hanc proceſſionem monaſtici Ordinis ab* Elia & Joanne Baptiſta, *à diverſis antiquis ſcriptoribus commodo ſenſu aſſertam, dum in ſenſu eodem accipiunt aliqui, quo à S. Benedicto dicitur proceſſiſſe Ordo Benedictinus; ſibi aliiſque negotium creant, quod in alterutram partem tractari vix poſſit integra veritate & caritate, propter affirmantium zelum ex una, & negantium fundatiſſimas rationes ex altera parte. Nobis ab eo licet adhuc abſtinere, donec in Iulio agendum ſit de S. Elia, niſi tunc quoque concilibilius eſſe ſilentium judicemus.*

b *Acta* S. Benedicti, *illuſtravimus ad 21 Martii, &* S. Mauri 15 *Ianuarii: cœpiſſe autem hic dicitur in Glannofolienſi monaſterio, & ibidem mortuus eſſe.*

c *Scilicet tribus ſequentibus ſeculis, uti conſtat ex Actis Sanctorum Ordinis Benedictini ad Acherio & Mabillono editis.*

d B. Bernonis *Acta latè deduximus ad diem* 13 *Ianuarii, ubi Originem* Cluniaci, *diploma Willelmis Ducis, & ſimilia Lector reperiet.*

e *Colitur* S. Odo 18 *Novembris, cui anno* 944 *defuncto ſucceſſit* Haymarus, *qui hic dicitur* Haymardus.

f Hillebrannum *tempore S. Odonis Præpoſitum fuiſſe, indicatur in hujus Vita.*

g *Scilicet poſt obitum S. Odonis, & in depoſitione Haymari.*

h *Hinc incipiunt Acta in Ms. Fiſcanenſi.*

i *Colitur* B. Alcuinus 19 *Maji, cujus tractatum de Vita S. Martini habes in* 3 *parte operum editionis Pariſinæ, ſtudio Andreæ Quercetani ex Mss. Codicibus emendatum.*

CAPUT II.

Miracula. Converſio multorum. Obitus.

Claret miraculis ab aliis antè conſcriptis:

10 DE cujus vita & virtutibus animæ cum quis audierit præſcripta prædicamenta retexere, curabit forſitan de miraculis viſibilibus & corporalibus ſignis inquirere, quibus aſtipulatur & corroboratur fides illorum, qui ſolent dubitare de meritis & præmiis electorum: quibus B. Gregorii verbis reſpondendum eſt: Fides non habet meritum, ubi humana ratio præbet experimentum. Et ne quis dubitet de ſanctitate ejus & gloria, diſcat ab eis, qui eum viſu & auditu noverunt, qualiter vixit, qualiter docuit, & qualiter plenus dierum, adornatus virtutibus, ab hac luce diſceſſit: & cum cognoverit eum fidelium atteſtatione ſancte vixiſſe, recte docuiſſe, credat eum proculdubio ad Sanctorum omnium gloriam

A.S.ODILONE AB.

gloriam Chriſto duce perveniſſe. Quanta per eum Dominus & ante & poſt tranſitum ejus oſtendere dignatus eſt miracula, teſtantur volumina à doctiſſimis viris ordinata, ſenſu Catholico, calamo conſcripta rhetorico, & in quibuſdam locis metro variata dactylico. Et quia Deus omnipotens nullum tempus patitur tranſire ſine teſtimonio ſuæ benignitatis, ad corrigendas negligentias noſtræ fragilitatis, frequenter renovat evempla ſanctitatis. Sed & iſto tempore frequentius ſolito contigit eveniſſe. Inter omnes titulum ſanctitatis præferentes, qui noſtris temporibus effulſerunt, B. Majolus præcipuus apparuit: de cujus honeſtis moribus, & vitæ honeſtæ virtutibus, à nobis pro tempore pauca dicenda ſunt. Ut vere fatear, fuit ad omnia utilis, & per cuncta laudabilis. Erat enim honeſtas in actione, ſobrietas in conſuetudine, humilitas in proſperitate, patientia in adverſitate. Manſuetis erat affabilis, ſuperbis terribilis, parcus cum debuit, diffuſus ut decuit: non diverſus in habitu, non confuſus in actu; quantum ad hominem, unus ſemper & idem. Devotus imitator Sanctorum, & eorum maxime intentus auditor eſſe ſtuduit, quorum ſervituti & diſciplinis ad obediendum & ſerviendum ſe ſubdidit.

præ reliquis Sanctis i. ſtius ſæculi eminet:

B Illam ſeptenariam copulam, ab Apoſtolo Petro in ternario & quaternario numero, ordine mirifico luculenter diſpoſitam, non aure ſurda audiens, audiendo addidicit, & ut alii diſcerent, lingua ac manu perdocuit; miniſtrans in fide virtutem, in virtute autem ſcientiam, in ſcientia autem abſtinentiam, in abſtinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis caritatem. Præferebat etiam dialecticis ſyllogiſmis, & rhetoricis argumentis, & omnibus ingeniis philoſophorum omnium, Apoſtolicæ ſimplicitatis prædicabile documentum, dicens cum Paulo: Ego enim didici, in quibus ſum ſufficiens: ſcio & humiliari, ſcio & abundare: ubique & in omnibus inſtitutus ſum, & ſatiari & eſurire, & abundare & penuriam pati. Omnia poſſum in eo qui me confortat.

2 Pet. 1, 6

Phil. 4.

placet Deo & homini. bus:

11 Tantorum doctorum & divinorum philoſophorum ſapientia perdoctus, & totius eccleſiaſticæ diſciplinæ eruditionibus & virtutibus illuſtratus, ut de Moyſe Eccleſiaſticus ſermo loquitur, Factus eſt Deo dilectus & hominibus, & ideo memoria ejus in benedictione eſt. Vere dilectus Deo & hominibus extitit Pater Majolus, quia per dilectionem

Eccli. 45.

C Dei & proximi (quam firmiter tenuit) Deo placuit & hominibus: ita ſtuduit placere hominibus, ut Deo non diſpliceret; ita Deo, ut hominibus prodeſſet. Placuit Deo, bene vivendo, & recte docendo: placuit hominibus, pro poſſe ſpiritalia & temporalia eis beneficia exhibendo. Vere enim memoriam ejus in benedictione cognoſcimus exiſtere, dum recolimus & adhuc perſpicue cernimus, per eum & eos quos in Chriſto genuit, ædificia fabricæ cæleſtis excreviſſe, creviſſe, & creſcere. Et ut pace ſpiritualiũ artificum, in eadem fabrica laborantium, dicam, unus præcipue refulſit, qui nuper rebus humanis exceſſit, & qui plus omnibus nobis laboravit,

a Dominus videlicet & Abba *a* Willelmus: de cujus clariſſimis actibus, & vita laudabili, & mirabili converſatione, parvitas noſtra non ſufficit, quod ſentit, ad plenum referre. Quam perſpicue beatiſſimi Majoli ejuſq; diſcipulorum in benedictione exiſtat memoria, reſpondeant monaſteria ab ipſis, alia à fundamentis conſtructa, alia de corruptione cum incremento virtutum ad meliorem ſtatum reducta. Quantum vir iſte, de quo loquimur, Deo placuit, per ſigna & miracula, quæ per meritum ejus Dominus operatus eſt, hominibus manifeſte dignatus eſt demonſtrare; dum, multorum fidelium ut fideliſſima teſtatur relatio, multi diverſis infirmitatibus conſtricti, etiam de vita deſperantes, ab eo viſitati, per gratiam Domini priſtinæ ſanitati ſunt redditi. Plures, oculorum deterſa caligine, per meritum ejus clarius cœperunt videre. Multi, diverſi generis febribus affecti, præſtante Domini gratia, ejus orationibus ſunt liberati. Multi, ut ferunt, à veneno ſerpentium, morſibus luporum & canum, incurſione & illuſione dæmonum, per Dominicæ Crucis ſignaculum dextera ejus expreſſum, meruerunt recipere ſalutare remedium. Multi in periculis fluminum, ab ictibus fulgurum, & ceteris incommoditatibus, ejus ſunt liberati interceſſionibus. Aliquando candelæ, vel negligentia cubicularii, vel occaſione alicujus eventus, in noctibus ante lectum ejus extinctæ, ut teſtati ſunt qui adfuerunt, divinitus ſunt lumini reſtitutæ.

D

varia patrat miracula:

12 Cum eſſet aliquando in monaſterio ſanctiſſimi Martyris Dionyſii, & nocturno tempore legeret (ut ſui moris erat) ejuſdem Martyris & admirabilis utraque lingua, utraque conditione philoſophi, librum de Principatu cæleſti; gravi ſomno ſuperveniente, candela de manu ejus ſuper libri paginam defluit. Accidit tunc quiddam mirabile inſolitum. Ignis naturæ ſuæ officium proſequens, linum conſumpſit & ceram; paginam dimiſit illæſam. Si non reſuſcitavit mortuorum corpora, ſunt alia potiora & clariora, quæ per eum Dominus patravit, miracula. Si anima plus eſt quàm corpus, multo major & excellentior eſt animarum ad vitam æternam reparatio, quam reſuſcitatio corporum, ad vitæ hujus ærumnas & pericula redeuntium. Quantos de morte animæ & vitiorum voragine ſuſcitavit, & in vias vitæ ſuo exemplo introduxit, eorum numeroſitas ſoli Deo cognita, dinumerare non ſinit. His & ejuſcemodi virtutibus clarus, Deo & hominibus extitit carus. Multi Catholici & honorabiles Clerici, religioſi monachi & reverendi Abbates venerabantur illum, ut ſanctiſſimum Patrem. Sancti & ſapientes Epiſcopi tractabant illum, ut cariſſimum Fratrem. Ab Imperatoribus & Imperatricibus, Regibus & mundi Principibus, Senior appellabatur & Dominus. Honorabatur à Pontificibus Apoſtolicæ Sedis, & vere erat eo tempore Princeps religionis monaſticæ. Ille Divus Cæſar & Maximus Otto, eum diligebat pectore toto: diligebat eum ejuſdem Cæſaris conjux Diva Adaleida, Imperatrix Auguſta, caritate ſinceriſſima & devotione cariſſima. Diligebat eum eorum filius humili devotione Imperator Otto; affectu & non diſſimili voto *b* Conradus, ſupradictæ Imperatricis frater nobilis & pacificus, ejuſque *c* Mathildis nobiliſſima conjux, quanto frequentius faciem ejus cernebant, tanto amplius in ejus amore creſcebant. Quid dicam, de nobiliſſimo *d* Henrico, Burgundionum Duce? quid de *e* Lamberto, illuſtriſſimo viro & nobiliſſimo Comite? quid de *f* Willelmo? quid de *g* Richardo, Aquitanorum & Normannorum fortiſſimis Ducibus? quid de Italicis Principibus & Marchionibus? Quantum illum *h* Willelmus Rector Provinciæ coluit, vita illius & finis oſtendit: per ejus quippe meritum & fidele obſequium, B. Benedicti percipere meruit habitum. *i* Archenbaldus etiam, Silviniacenſis loci Proviſor fideliſſimus, inter ſuos clariſſimus, & adjacentis patriæ pater, & pauperum tutor fortiſſimus, quantum & qualiter extitit B. Majolo devotus, ſupradictus multimode prædicat locus; ab eo, & ante & poſt tranſitum ſemper dicendi Patris, ædificiis & divitiis, & diverſorum ornamentorum ſpeciebus ornatus & nobilitatus, ita ut deceret ſi tale quid feciſſet aliquis ex Regibus. Iſte vero qui nunc ſupereſt, honoris ejus

E

plurimos ad Chriſtum convertit:

F

b c d e f g h i

carus Principibus eccleſiaſticis & ſecularibus.

A ejus herès & nominis, bene tractat locum illum, nullum etiam infert habitatoribus damnum.

ab Hugone Capeto

13 Adeo magnificatus & glorificatus est B. Majolus Domini præveniente gratia, in conspectu Regum & Principum, coram omni populo, ut possimus dicere de eo sine dubio, quod de Moysè Dei famulo Ecclesiasticus replicat sermo; Glorificavit illum in conspectu Regum, & ostendit illi gloriam suam. Hugo Rex Francorum quotiens illum vidit, humili devotione susceptit, & cum magno honore tractavit: tempore vero suæ vocationis ad se venire rogavit, ea intentione ut monasterium S. Dionysii ejus consilio & adjutorio, melius quam tunc erat, ordinari posset. Ille, sciens dictum à Domino; Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. Et illud Apostoli præceptum; Deum timete, Regem honorificate. Ad illud negotium peragendum, gaudens iter suscepit, usque ad locum Silviniacum pervenit, ubi, se Deo vocante *k*, plenus dierum & sanctitatis ex hac vita obiit quinto Idus Maji, illucescente feria sexta post celebrationem ipsius sacratissimæ solennitatis, qua Christus Jesus Dominus noster, subacto mortis principe, ad dexteram Patris ascendit, & fideli suo Majolo ascendendi post se iter ostendit. Post cujus transitum supradictus Rex Hugo, adventus sui præsentia & regalibus donis, exequias ejus honoravit & tumulum: ubi præstante Domino multa patrata sunt & patrantur miracula, & plurimis plurima præstita sunt & præstantur beneficia. Quorum numerositatem & magnitudinem non sufficit per ordinem omnium nostrorum enarrare memoria: sed, ut brevissima utar conclusione, ad sepulcrum istius sanctissimi viri de quo loquimur, & cujus vitam & merita caritati fidelium commendare nitimur, gratia & misericordia Christi à quacumque infirmitate detenti, multi sanati sunt & sanantur infirmi. Ibi paralytici eriguntur & claudi, ibi febricitantes sanantur & cæci, ibi à dæmonibus possessi mundantur, & nescimus cujus generis igne terribiliter & miserabiliter adusti liberantur: & quisquis ibi devotus adveniens de quacumque necessitate fideliter auxilium expetit, voti sui compos effectus redit ad propria sospes & lætus *l*, præstante Domino nostro Jesu Christo, qui vivit & regnat in unitate spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum. Amen.

Eccli. 45

Luc 20,24
1 Pet. 2,4
etiam post obitum honoratus,

k

B

claret miraculis.

l

ANNOTATA.

C a *Hic est* S. Guilielmus Abbas Divionensis, *à S. Majolo ad cœnobium Cluniacense adductus, & reformationi plurimorum monasteriorum præpositus: à quo ipse S. Odilo ad Religionem conversus est: uti deducit Glaber Rodulphus in ejus Vita, à nobis edita ad Kalendas Ianuarii.*

b Conradus *seu* Chuonradus, Rex Burgundiæ *Transjuranæ* Alamanniæ & Provinciæ, *cujus aliqua donatio facta monasterio Cluniacensi anno* 943 *continetur in Bibliotheca pag.* 267, *& traditur vixisse usque ad an.* 994.

c Mathildis *filia Ludovici Transmarini & Soror Lotharii, Regum Francorum.*

d Henricus *Dux & Marchio Burgundiæ, frater Hugonis Capeti Regis, tradidit S. Majolo monasterium Autissiodorense S. Germani reformandum, & Heldricum Abbatem confirmavit circa an.* 983.

e Lambertus, *Comes V Cabilonensis, monasterium Cabilonense, à S. Gunthramno fundatum, subjecit Cluniacensi reformationi, ad id evocato S. Majolo. Consule Historiam Cabilonensem.*

f Willelmus est Dux Aquitanorum, *sive is fuerit* Willelmus, Caput-Stuppæ *cognominatus, filius Eboli Ducis, ei anno* 963 *monacho effecto apud S. Cyprianum*

succesit filius, etiam Willelmus *dictus; qui &* Abbatem S. Hilarii *se ipse scribit. De his consule à nobis relata ad Vitam S. Guilielmi eremitæ* 10 *Februarii* §. 2.

A. S. ODILONE AB.

g *Hic est* Richardus I Dux Normannorum, *habitus* monachorum auctor, provisor Clericorum, & personarum Ecclesiasticarum propagator, *ut Epitaphium ejus loquitur. Successit Guilielmo patri anno* 943 *occiso, & superfuit usque ad annum* 1013. *Consule* 9 *Ianuarii Fragmentum* 3 *Vitæ S. Waningi.*

h *De hoc* Willelmo *supra actum est ad caput* 3 *Vitæ primæ, littera* d.

i Archembaldus *aliquis, forte pater hujus, fuit fundator Silviniacensis monasterii. Consule Quercetani Notas.*

k *Curarat* S. Majolus *jam ante eligi in successorem* S. Odilonem: *cujus electio extat apud Acherium tomo* 6 *Spicilegii pag.* 425.

l *Hic finit Ms. Fiscanense.*

CAPUT III.

Præsagium de Saracenis è Provincia ejiciendis.

14 CUm enim huic sententiæ vellem finem imponere, in qua de B. Majoli vita & moribus fideli temeritate & humili presumptione nisus sum aliquid dicere; venit in [mente] memorabile quoddam presagium, quod in genitore illius quorumdam fidelium relatione audiveram gestum; quod, ut quidã referunt, isdem pater frequenter jucundo sermone solitus erat referre; sed ego huic operi timebam inserere, ne alicui videretur incredibile. [Sed] postquã accidentia quædam, quæ temporibus illius evenire contigit, quibus præsagium illud apertissima ratione favebat, recolere cœpi; indubitanter inde aliquid dicere disposui: sed insolitæ rei nova materies contradicebat incipere, quod ob granditatem sui timebam, me non posse perficere. Et cum hæc cogitarem, dicebat ipsa mea cogitatio mihi: Tam idonee poterit quis referre ingenio alicujus viri boni delusam crudelissimam rabiem lupi, sicut ille retulit mansuetudinem & obedientiam leonis, qui scripsit vitam *a* B. Hieronymi divinę Legis interpretis, doctissimi, eruditissimi & Catholici viri. Imminente itaque tempore illo, quo ab Hispaniæ finibus ebulliens crudelissima Saracenorum ingens multitudo, per iter navale ad terminos usque Italiæ atque Provinciæ pervenit, & in utroque regno utriusque ordinis sexus & ætatis hominum strages dedit; deinde monasteria destruens, urbes, vicos, villasque depopulans, & sic per Alpes Julias, usque ad Juga Penninarum Alpium rapido cursu pervenit: ibique impietatis suæ fræna relaxans, per multorum temporum spatia Christiani nominis populos diversis infestationibus & calamitatibus afflixit; & alios occidendo, alios capiendo, alios bonis suis omnibus expoliando, impietatis suæ vota taliter tyrannica exercitatione complevit. Inter cetera mala, quæ populus ille nefandissimus gessit, beatissimum Patrem Majolum, à liminibus Apostolorum redeuntem, fraude & insidiis cepit, rebus omnibus expoliatum vinculis alligavit, fame & siti afflixit. Ille vero divinitus absolutus, ad postremum pecuniis monasterii sui redemptus, de manibus illorum Domino protegente evasit illæsus; & ejus injusta captio, expulsionis illorum & perpetuæ perditionis fuit occasio. Sicut vero post passionem Christi, Judæi sunt à suis exulati; ita post captionem servi illius & fidelissimi ejus famuli Majoli, Saraceni à finibus Christianorum sunt expulsi. Et sicut per Titum & Vespasianum Romanorum Principes Dominus de Judæis vindictã exercuit, ita per Wilelmum illustrissimum virum & Christianissimum

E

a

S. Majolus à Saracenis captus

F

& liberatus.

A. S. ODILONE AB.

simum Principem; meritis beati Majoli, jugum Saracenorum ab humeris Christianorum deposuit; & multa terrarum spatia, ab eis injuste possessa, ab eorum tyrannica dominatione, potenti virtute eripuit. Sed his dictis, necesse est ut ad proposita redeamus.

15 Quæ sunt quæ proposuimus? Præsagium quoddam memorabile, favens accidentiis, temporibus B. Majoli supervenientibus. Quæ sunt illa accidentia? Saracenorum improvisus adventus, Christianorum afflictio, monasteriorum & urbium destructio, ipsius B. Majoli captio, redemptio & liberatio, & ejusdem ferocissimæ gentis, à Christianorum finibus, Christo auxiliante, dejectio. Quod vel quale est illud præsagium memorabile? Præcessit enim crudelissimam infestationem Saracenorum rabies inaudita luporum, in illis maxime partibus, in quibus post transitum maris totus Saracenorum efferbuit impetus. Diximus pro modulo, qualiter liberata est fidelium multitudo à Saracenorum persecutione: dicamus pro posse, quo ordine liberata est patria à luporum infestatione. Fuit eodem tempore quidam miles in illis partibus, nomine Folcherius, in armis strenuus, jure hereditario ceterisque bonis & divitiis ditissimus, & ut de nobilissima ejus prole diximus, ex utroque parente gemina nobilitate coruscus; vir magni consilii, prudentis sagacisque ingenii; pater videlicet istius sanctissimi Patris nostri, de quo loquimur, Majoli: in cujus possessione & affinitate, supradicta rabies luporum excrevit quam maxime. In quorum, horum videlicet luporum multitudine, unus videbatur ceteris corpore validior, cursu velocior, ad dilacerandum crudelior, ad devorandum elatior, in tantum ut humanorum corporum membra sua ferocitate deglutiret integra.

Pater S. Majoli patriam à lupis liberat

16 Tunc vir ille audiens & videns quotidie talem pestem tantamque calamitatem excrescere, non modo suam, sed etiam aliorum necessitatem cœpit intra se tractare, & intensissime cogitare qualiter se suosque cives de tanto talique periculo potuisset liberare. Tunc demum divino nutu admonitus, cælesti consilio confortatus, præcepit sepes erigere, caulas componere, arietes, oves, & agnos in eas introducere, quod nullus eo tempore, propter luporum rabiem, ausus erat facere. Deinde armis militaribus, lorica videlicet & galea indutus, desuper totus ovinis pellibus tectus, cœpit nocturno tempore juxta caulas residere ovium. Facta est autem in una noctium, super easdem caulas ovium, incursio luporum. Nutu Dei accidit ut lupus, qui crudelior erat, super virum præstolantem se irrueret; super dorsum ejus saltum dedit, utrosque pedes super humeros ejus posuit, cœpit circumquaque exquirere unde facilius arietem, qui non aderat, posset extinguere. Guttur & collum inveniebat lorica munitum, caput galea tectum, corpus regio septum munimine: nulla parte potuit illum nocere. Vir ille statim utrasque manus extendens, lupi pedes ambos arripiens, fortis, ut erat, fortiter lupi membra suis membris adstringens, concito cursu ad socios redivit: quibus diu expectantibus, & de tali agone dubitantibus, offertur eorum obtutibus magnus pro magno munere lupus. Servatur vivus in crastinum, præsentatur hominibus, quibus fuerat semper infestus: occiditur, dilaceratur, & inter ejus viscera humanorum corporum inveniuntur integra membra. Occisus trunco suspenditur, & dum unus occiditur, omnes alii ab illis finibus effugantur.

B

C

capto præcipuo uno.

17 Si quis hæc prudenter intelligi voluerit, aliquid spiritale inde conjicere poterit. Per luporum rabiem, ego credo denuntiatam Saracenorum sævitiam. Per illum virum, in laico habitu in multis laudabilem, qui lupum delusit, & deludendo occidit; filium ei intelligo præmonstratum, qui lupo invisibili, antiquo videlicet hoste, Christi virtute superato, cum suis omnibus vitiis & illusionibus spreto, cælesti virtute & spiritualibus armis subacto, multorum fidelium animas, de potestate ejus, exemplo, doctrina, & meritis suis eripuit, & in viam salutis, vitæ, & veritatis, & justitiæ introduxit, ipso præcedente, comitante, & subsequente, qui est via, veritas, & vita, Dominus videlicet Jesus Christus, qui vivit & regnat Deus, per omnia secula seculorum. Amen.

D

ANNOTATA.

a *Vitam* S. Gerasimi *Anachoretæ, cui Palæstina leo servivit, dedimus* v *Maji, docuimusque populari errore, in nominis celebrioris affinitate fundato, factum videri, ut ea res tribuatur S. Hieronymo, maxime à pictoribus: eumdemque errorem potuit aliquis intexuisse ejus vitæ, nescio quando factæ, nec enim antiquitus scripta ulla fuit.*

LIBRI DUO MIRACULORUM

Auctore, ut videtur, monacho Silviniacensi.

PROLOGUS.

S. Majolus, quæ vivus fecit, occultare studuit:

GLorioſa virtutum opera, quæ omnipotentis Dei providentia per beatum ſuique dilectorem Majolum dignata eſt operari, dum fragile ſui ipſius corporis indumentum vivificaretur vitalis ſpiritus additamento, compendioſa, prout ſcire potuimus, deſcripſimus ratione, ne diffuſa verborum ſeries legentibus faſtidium generaret. Unde excerptio virtutum abbreviata ex innumerabilibus inſignibus geſtorum, ô utinam placeat legentibus cunctis! non perpenſantibus interim nec reſpicientibus vile meritum & pauperculum ſcire exaratoris. Quis etenim tantæ fuerit perſpicacitatis animi, ut omnia laudabilia geſta, quæ pro ſuis fidelibus Chriſti Domini noſtri dignatio peragit, ſcriptis vel verbis in toto comprehendere poſſit? Ipſi denique per Dei miſericordiam patratores virtutum, quædam per eos divinitus geſta, magiſtraliter occultare procurant: & quamvis admoneamur, ut videant opera noſtra bona, & glorificent Patrem noſtrum, qui in cælis eſt; tamen hoc præceptionis admonitum expolire debemus quodam ſalubri artificio, ne humanæ laudis favor illud obnubilet in aliquo. Nam magni meriti apud Deum eſſe cognoſcitur, qui in terra adhuc peregrinans, pro bono fidei ſuæ elaborato opere, aliquibus præmonſtratis miraculis honeſtatur: ſed & inter diverſorum meritorum ſpeciale prærogativum alicui nil eſſe poterit ſanctius & utiliuſ, quam ut per inhabitantem fidei, ſpei, & caritatis ſpiritum, præparet in cordis ſui hoſpitio Domini templum: ut de eo ſanctæ & individuæ Trinitati, per Spiritum Paracletum dicere complaceat, Veniemus, & manſionem apud eum faciemus. Venit etenim ille ſeptiformis ſpiritus, ſeptemplicibuſque virtutibus illud purificatum beati Patris Majoli replevit domicilium, dum eum exornavit ſpiritu ſapientiæ & intellectus, adimplevit eum ſpiritu conſilii & fortitudinis, adornavit Spiritu ſcientiæ & pietatis, & igneſcere fecit in ſpiritu timoris Domini. His etenim virtutum chariſmatibus, illas innumerabiles legiones monaſtici nominis, ipſe ſignifer prævius, coaptavit ad unanimitatem eximiæ pro-

F

Joa. 14, 23 præ quibus revera æſtimandus fructus

probabilitatis. Et ſic unus cum Deo ſpiritus factus, 1 Cor. 6, 17 ſicut dicitur, Qui adhæret Deo, unus ſpiritus eſt, in quadrifidis terrarum ſpatiis plurimos quoſque fideles in Chriſti Domini noſtri ſervitio reddidit unanimes. *quem fecit in formandis monaſteriis.* Quam enim inviolabiliter magiſtrali cenſura & dulcedine paterna decus cœnobitalis normæ cuſtodire fecerit, quam non ſuo, ſed alieno imperio viventium amator fuerit, teſtatur illud Cluniacenſe nobile collegium. Hoc Alamannia & Longobardia, Burgundia & Provincia, Francia intonat cum Pictavenſi patria. Plurima namque antiqui decoris monaſteria, ſuo exhortatu deifico, meliorationis recaptaverunt commoda, ſalutis, & honoris: multa ab eo incrementi & profectus habuere Iſ. 35, 7 principia: & ex omnibus, ut in Propheta legitur, in cubilibus, in quibus prius dracones habitabant, orietur viror calami & junci, [poſt] reſecata venenati vitii venena, exortum deinceps granum honoris ad incrementum ſuccrevit æternæ benedictionis. *poſt mortē facta hic ſcribuntur juſſu S. O. dilonis.* Attamen inter multarum virtutum inſignia, in illo laudum fundamento, quod apud Deum ſpeciale & copioſum eſt, ſe ſemper exercuit, ut multos ſcilicet heredes Dei, coheredes autem Chriſti inſtitueret, vel pro demonſtrata in anterioribus via, vel pro inſinuatæ recompenſationis dono. In tali cooperationis ſtudio ſe coaptavit aſſiduò, & horum ſtudiorum in vita ſua conſecutor & cooperator fuit præpotens: & nunc depoſito carnis onere, in cælis lucidum & ſanctiſſimum ſidus renitens, ampliatarum virtutum eructat cumulos. Hos ex parte aliqua, pro paterno imperio Domni ac reverentiſſimi Odilonis Abbatis, obedimus mandare ſcriptis. Quoniam & ejuſdem Patris noſtri Majoli, ad Deum ſpecialis Advocati, armatus confidentia, fide, ſpe, præſtolor, ut quantum diſtat Ortus ab Occidente, tantum longe faciat à me commiſſarum negligentiarum iniquitates proprias. Nam plenus bonitatis & miſericordiæ iſdem B. Majolus, jucundum ſeculi memoriale, poſt multa in vita ſua patrata miracula, poſt, ſecundo depoſitionis ſuæ die, prærogativa miraculorum reſumpſit geſta: quæ indeficientiſſime ad laudem Dei, & ad memoriam ejuſdem Patris perſeverant: quoniam dum adviveret, ut id promereretur, fide & rebus obtinuit.

LIBER I.

C *Sanantur dæmoniaca,*

1 AD tumulationem igitur pretioſi corporis Domni ac Dei dilectoris Majoli, quædam perditæ mentis mulier, dum diu multumque vexaretur graviſſimo incommodo, tandem ſimilis mortuæ ad terram corruit, & poſt parviſſimum ſana & incolumis, recepto mentis ſenſu, ſurrexit: nobiſque ſe ſanatam eſſe innotuit, dum rationis non ignaram ſe, verbis & factis, demonſtravit. Pro cujus ſanitatis commercio læti & alacres Fratres Silviniacenſis *a* cœnobii, & quia tam honeſto initio ſeriem ſuarum virtutum beatus Pater Majolus decorabat, Deum cum circumadſtanti populo benedicunt, eique laudationis vota perſolvunt.

a

2 Quidam vero aſſociatus magni conventui populi, oculorum viſuſque aggravatus diſpendio, ipſo eodemque die, quia fidem habuit, dum ſancti *cæcus,* Patris Majoli gratiam invocat, & meritum ipſius corde & voce petit; cum lumine mentis, lumen promeruit recipere capitis, Deum benedicendo. Cujus virtutis agnoſcentes præconium, cum illuminato homine reddunt ejuſdem loci Fratres Illuminatori cordium laudes, pulſatis campanis & collaudato Deo.

3 Altera dehinc die, dum monaſterii Silviniacenſis familia, cum ceteris operariis, exhortatu Fratris Malguini, qui ſuper id opus ſedulus invigilator aderat, ſuper beati viri Majoli tumulum aliquid lapidei operis perageret; unicuique ſatis quid facere parum videbatur, quamvis unuſquiſque quantum poſſet laboraret. Unde inter ceteros cæmentariorum artifices, extitit quidam, nomine Conſtantius, *habens manum læſam,* qui dum ſolicitius operi inſiſteret, magnumque quadrum ſuper cœptum opus vellet volvere, repente ſuper manum ejus volvitur, & inde graviter affligitur. Sed ad demonſtrandum beati viri meritum, & ad confirmandam famuli fidem, dum ſancti Patris Majoli nomen invocat, leni tractu oneratam manum ad ſe revocat ſanam & incolumem, & ſic tantummodo ſolum digitale *b* guanti perdidit, & in reliquo corpore ſanus remanſit. b

EX BIBL. CLUNIA.

4 Quædam igitur mulier, Stephana nomine, de S. Juliano *c*, prolongatæ cæcitatis tenebras miſerabiliter patiebatur; & per multa Sanctorum pignora auxilium deprecatura progrediens, ſuper cæcitatis ſuæ moras remanebat gemens. Tandem laſſabunda diffiſaque de ſuæ ſoſpitatis incolumitate, domi remanet, & detrimentum ſui viſus tantummodo condolet. Sed tandem beati Patris Majoli famam virtutum per multos veridicos audiens, reſumpſit vires, & recaptat orationis dies. Ad beati viri tumulum ſe pertrahi fecit à ductore prævio: dumque orationis verba inibi multiplicat, & fide Deum invocat; adeſt B. Majoli generale auxilium, quo depellitur ab oculis orbatæ mulieris cæcitas, quia filius lucis, & non filius tenebrarum, fuit. Reſumpto denique claritatis die, revertitur ad propria ſine ductore. Et læti & alacres, pro miraculorum frequenti replicatione, ejuſdem loci remanent Fratres: & pro viſo miraculo, ſicut & pro quam plurimis, decantant Hymnum, Te Deum laudamus, in excelſis. c *illuminatur cæca una,* E

5 Altera mulier, ejuſdem infirmitatis elaborans incommodo, nomine Heldeardis de Mauziaco *d*, ducere ſe fecit ad beati Patris Majoli tumulum, & ne ſola privaretur antidoto ſanitatis multis collato, ſumpſit lumen oculorum ſubito. Unde ſatis ruſtica, & intellectu ſcientiarum neſcia, dum ſine gratiarum actione redire ad propria voluit, lumen receptum perdidit illico, & replicatus eſt ei dolor cum lucis diſpendio. Sed tamen omnipotens Deus, qui humilia reſpicit, & alta à longe cognoſcit, huic noluit tollere ſpem ſanitatis recuperandæ. Nam & in animo illius poſuit, ut ad expetendum iterum beati Patris Majoli remedium reverteretur, ſi quoquomodo poſſet gaudere, ut ſui ipſius miſereretur amplius. Unde rediens & cum fide Deum invocans, poſt prolongatas nimiæ importunitatis querelas, ſicut dicitur, quia regnum cælorum vim patitur, & Mat. 11, 12 violenti rapiunt illud; rapuit & extorſit precibus lumen oculorum, quod perdiderat neglectu reddendarum [gratiæ] actionum. Hoc replicatum miraculum cognoſcens congregatio monachorum, inibi manens, æternum Patrem vocibus collaudat, & pro viſo miraculo campanas aliquandiu ſonare commendat. d *alia cæca,* F

6 Hildeburgis & altera mulier ab Arvernenſi patria, ejuſdem infirmitatis non diſpariliter orbitate damnata, dum beati Patris Majoli interventum replicat, apportatam cæcitatem ab oculis abdicat. Hæc *& tertia:* ante ſancti viri ſepulcrum ſolo tenus proſtrata, dum pugnis pectus lacerum verberat, diſrumpitur oculorum cæcitas, & redit ejus corpori alacritas, & tenebroſo quondam capiti claritas. Sic lætificata præoptatæ benedictionis munere, ad ſuæ ſtationis locum revertitur ſine terreno ductore; & viam & veritatem & vitam, quæ Chriſtus eſt, collaudat, propter in ſe factam virtutem, quam ubique annuntiat.

EX BIBL. CLUNIA.

7 Quam libenter ſervientium ſibi, beatus idem Pater Majolus obedientiam ſuſcipiat, multis virtutibus demonſtrat. Unde enarretur unum miraculum, ſatis abundeque in vita ſua frequentatum: ut ſervientes ſibi ad fidem veritatis excitet, & ad meliora de die in diem tendere ſubmoneat. Paucis enim elapſis diebus, poſtquam beatus Pater Majolus ad cæli curiam tranſiit lætus, quidam Frater Odo ad beati viri tumulum inter alios ſervitutis obſequium adhibebat. Dum autem uno dierum candela, quæ ante ſancti viri tumulum ardebat, fuiſſet extincta; expavit negligentiam, & pro inertia ſui, veritus eſt aliorum Fratrum & circum adſtantis populi verecundiam. Sic extinctam arripiens candelam, & ad eam accendendam aliubi portans, in medio itineris reſumpſit candela lumen claritatis: ſicque admirans prædictus Frater lumen cælitus datum, revertitur lætus ad beati Majoli nobile mauſolæum; & laudibus Deum intonat pro viſo miraculo, alioſque Fratres pariter non modico lætificavit gaudio.

candela extincta ultro accenditur:

8 Herbertus quidam vocabulo extitit, qui ſancti ac Dei dilectoris Majoli gratiam & meritum miſericorditer invenit. Hic per multa dierum ſpatia, manuum ac pedum perdens ſupplementa, vivebat cum dolore, edebat panem ſuum cum fletu ſine intermiſſione. Cujus miſeriæ importunitas accreſcebat illi quotidie, quia nec aderat quæ eum lætificaret ſanitas, nec communis eum à mundo ſubtrahebat mortalitas. Sic diebus ac noctibus continuans plorationis ſingultus, tandem reſumpſit ſpem conſolationis, & ad requirendum Patris Majoli adjutorium, ſe in carrucam imponere, & ad ſancti Patris limina ſe adducere fecit. Ubi aliquamdiu commoratus, dum multos & innumerabiles videret & audiret redire ſanos, quamvis pro Sancti virtutibus gauderet, creſcebat ei tamen dolor, quia ſolus ſupererat, cui non præſtabatur ſalutis & ſanitatis honor. Sed tandem excoctus in camino paupertatis, vicit fide infirmitatem grandem corporis. Nam per B. Majolum data eſt illi cælitus perfecta corporis ſanitas, ante ejuſdem eccleſiæ forenſes januas. Unde de carruca, ubi poſitus fuerat, deſiliens, in eccleſiam intrat, Deum ac Dominum benedicens; & gratiarum vota obtulit medico ſuo ſuæque ſalutis [auctori] beato Patri Majolo; & Fratres ejuſdem loci reddunt Deo vota ſolennia laudationis frequentata, pro his & ſimilibus quotidianis miraculis.

Sanantur, contractus

ante fores eccleſiæ,

9 Poſtquam igitur primo B. Majoli corpus, cum maximo honoris & reverentiæ cultu, eſt ſepultum; & ad ſanctiſſimum ejus caput, altare quoddam eſt conſtructum; Fratres, Deo inibi ſervientes, commune ac ſalubre tale invenerunt conſilium. Ad Epiſcopum namque, in cujus diœceſi iſdem erat locus, tranſmittunt, ut altare illud conſecraret. Unde veniens Domnus Beggo, Arvernenſis Sedis Epiſcopus, altare illud cum magna conſecravit reverentia. Quod audientes circumquaque diviſi populi, convenerunt innumerabiles inibi. Inter quos quidam homo, nomine Conſtantius, contractus nullique uſui aptus, dum in eccleſia poſitus premeretur à circumſtanti populo, & volveretur in terram velut ligatus à vinculo, ſubitam invenit ſalutis & ſanitatis viam: ſanus & incolumis ſurrexit pro meritis S. Majoli, & ſic Deum collaudans ad propria rediit.

& alius in conſecratione altaris,

amētes duæ

10 In ipſo enim eodemque die, duæ quædam feminæ, quæ occulto Dei judicio ſenſum mentis perdiderant, rationis & ſanitatis recipiunt remedium, & ſic annuntiantes omnibus S. Majoli meritum, amicis & parentibus ſuis, magnum contulerunt pariter gaudium.

e 11 Altero die puer quidam de Cavannis *e* villa advenit, qui virtutem unius manus totam perdiderat: nam ea velut lignum aridum ad corpus illius dependebat, & nec caloris nec frigoris ullum ſentiebat temperamentum, nec erat valida ad faciendum alicujus utilitatis artificium. Cum creſcente ætate corporis, creſcebat quotidie in illa parte augmentum infirmitatis: & quamvis non haberet iſdem puer ætatem, ad perfecti ſenſus retinendam gratiam, invenit ſibi tamen ſalubris conſilii ſemitam. Hic ad commune ſalutis remedium, Patrem ſcilicet Majolum, appropiat, eumque ſuper neceſſitatis ſuæ ſummam, adjutorem invocat. Cujus pueri preces ſuſcipiens Dominus meritis S. Majoli, ad priſtinam ſanitatem manum illius reduxit, & ſic perfecte melioratam reportavit.

D

habens manum aridã,

12 Alio etenim die advenit alter, puerilis ætatis non tranſcendens terminum, nomine Heldinus, qui cæcitatis erat aggravatus turbine: qui licet exterioris perdidiſſet officium luminis, interioris tamen non perdidit bonam voluntatem mentis. Hic parentum ſuorum adjutorio ad S. Majolum adductus eſt, & in eccleſia poſitus attendebat illuminationis ſuæ horam. Illius autem miſeriæ condolentes amici & parentes, vota precum ſolenniter replicant pro eo, & miſericordiam omnipotentis Dei invocant aſſiduo. Dum itaque diebus & noctibus ſancti viri expetunt ſuffragium, cordis ſui in fine adimpletum congaudent deſiderium. Nam una dierum dum iſdem puerulus in eccleſia reſideret, ſubito ſe videre candelas ardentes proclamat, & quæ in eccleſia agebantur ſe videre manifeſtat. Super quod negotium ſanitatis certi facti parentes pueri, magnæ laudationis jubilos ſecundum ſuum ſcire decantant: ſic læti & alacres revertentes ad propria, ſuo exhortatu multos venire faciunt ad S. Majoli limina.

puer cæcus,

E

13 Brioderenſis *f* dicitur vicus in pago Biturico, de quo quidam contractus & omni membrorum officio perditus, à parentibus ſuis apportatus fuerat ad S. Majoli eccleſiam, ſi quoquomodo illius interceſſionis promereretur invenire gratiam. Hic in decrepitæ ætatis ſenio, tali laborans incommodo, pro adipiſcendæ ſalutis & ſanitatis utilitate inſtabat attentius in ipſo ætatis jam fine. Qui clauſus pugnis, recurvatus ad ventrem genibus, in ſolo capite formata videbatur hominis effigies, cetero autem corpore deformis materies. Hunc parentes & amici deſperabant poſſe amplius aliquid ſanitatis conſequi: ſed, ut in antiquis eſt ſapientia, vicit tandem veternoſum debilitatis & contractionis nodum importunitas ejus orationum. Nam celebrantibus Fratribus in eccleſia Miſſarum ſolennia, venit ſuper miſerum B. Majoli interventu viſitatio Angelica, quæ ad priſtinam ſanitatem manus debiles reducit, & genua quondam titubantia viam carpere fiducialiter permiſit: & reformatur tota perdita corporis virtus, quoniam non dubitavit hanc ſeſe poſſe aſſequi veteranus B. Majoli intercеſſionibus. Hoc adjutorium conſecutus in fine dierum, revertens benedicit Deum, & Sanctum ejus collaudat Majolum.

f

ſenex contractus,

F

14 Dira paralyſis quidam aggravatus erat nodoſitate, qui ſe fatebatur eſſe de Egliſmonte *g*: cujus juvenile corpus fœdaverat gravis contractio manuum ac pedum; ita ut manus illius chiragra, pedes autem ejus vexarentur infeſta podagra. Hic in vehiculo quo recumbere ſolitus erat, circumligatus faſciolis, adducitur à parentibus ſuis ad S. Majoli perquirendum adjutorium. Deportatus autem hic in eccleſiam, ſuper negotium ſuæ ſalutis, invigilat precibus, & ſuper hoc invigilare ſuos parentes admoneт inſtantius: invitat precaturos adeſſe, quorum ductu inibi videbatur adductus fuiſſe. Tandem uno dierum advenit languenti hora miſerendi ejus, pro dilectoris Dei Majoli precibus. Nam ejus inter-

g

paralyticus manus,

A interventu recepit rectitudinem manuum & convenientem motionem digitorum, pedibuſque ejus, ambulandi non defuit fortitudo: quæ beneficia adduxit S. Majoli meritorum magnitudo. Poſt reſumptam corporis ſanitatem, diu multumque expectatam, ad propria rediit, & gratiarum actiones Deo Sanctoque Majolo reddidit.

h 15 Ejuſdem *h* infirmitatis afficiebatur damno quidam de Nevernenſi pago. Hic ſimilior deformi materiæ, præ nimia condemnatione corporis, magis videbatur ad devolvendum habilis, quam ſervaretur ad honorem ſtandi vel ambulandi. Qui ſimul opere manuum perditus, ob hoc magis videbatur eſſe deformis, quod mentum ejus conglutinabatur genibus ambobus. Hic audiens multos populos ad- *item contractus,*
venire S. Majoli ad auxilium, hoc opus ſe debere experiri deliberat; confidens quia ejuſdem Sancti apud Deum tanta eſſet gratia meritorum, ut per eam ſanari poſſet à diſtortuoſa contractione membrorum ſuorum; & poſſe ſe aſſequi ejus interventionibus ſanitatem, ſi adductus fuiſſet ad ejus ſanctiſſimam ædem. Hanc voluntatem parentibus & amicis ſuis indicat: quibus ſanior mens fuit, illius voluntatem
B laudant; minus creduli, hoc inaniter ſe facere penſant. Sed Deus, qui alta à longe cognoſcit, ſalubriori conſilio hunc confortavit. In quodam comportatorio loculo tranſpoſitus, ad Silviniacenſe monaſterium adducitur; ubi paucis diebus ſalutis & ſanitatis attendens remedium, non remanſit fruſtratus ſpe, quia illius itineris voluit ſubire laborem devote. Nam poſt Matutinale obſequium, ante S. Majoli tumulum hic reſidens, cælitus ſubitaneam recepit corporis alacritatem. Manuum ac pedum ejus conſolidantur nervi: mentum à genibus ipſius diſrumpitur, gratia Chriſti: & qui antea, ut pronum animal, terram reſpiciebat ſolummodo; erectus in ſtatu naturali, proclamat S. Majoli virtutes in publico.

16 Ejuſdem diei Veſpertinali jam hora, poſt multa patrata miracula, quædam mulier adducitur muta. Quæ poſt receptum loquendi officium, ſe dixit eſſe de pago Autiſſiodorenſi, Helenamque ſe *muta,*
vocari innotuit. Hæc præ nimia infirmitate totius corporis, perdidit modulos promptæ locutionis, quos reformavit B. Majoli interventus, quoniam & hanc adjuvare volebat placatus. Nam dum reſideret ad januas præfatæ eccleſiæ, ſubito obdormivit: poſt evigilationem vero, levi motu linguam
C deducere intra fauces cœpit. Poſthinc horrificum quoddam ſcreans & ſanguinolentum ſputum, ſuavius agere cœpit. Balbutiendi initium inchoat, & poſtmodum formatos ſermonum diſcurſus enarrat. Sic Deum collaudans Sanctumque Majolum prædicans, repedavit ad propria, hilaris & jucunda.

17 Unius manus virtutem perdiderat quædam mulier, cui & ad multiplicandum doloris numerum, accrevit locutionis diſpendium. His tantis & tam gravibus afflicta doloribus, ſimilis videbatur mortuæ, quia operationis & locutionis miſerabiliter privabatur munere. Vicit tandem mulieris infirmitatem expetita B. Majoli miſericordia, quę multis pro- *alia muta, etiam manu manca,*
fuit, nobiſque in perpetuum proſit. Hæc in eccleſiam, ubi ejus ſancta condita ſunt membra, intrat gemens & plorans; & quamvis non poſſet neceſſaria ſui corporis verborum officio dicere, ea tamen revolvebat fide; & in ſeipſam comprobavit, quia ad cor contritum & humiliatum Dominus Deus reſpicit. Nam uno dierum recepit prius ſanitatem condemnatæ manus, remanſit tamen interim perditæ locutionis ploratus. Super quo adjutorium S. Majoli corde, non voce invocat, ut clare poſt innotuit, quoniam ſanitatem linguæ tali modo recipere meruit. Reſidens namque hæc in eccleſia, ante S. Majoli tumulum, recepit oris & linguæ prius perditum officium. EX BIBL. CLUNIAC.

18 Quidam pauperum pauperrimus filiam unicam habebat, quam horrifica contractio totius corporis, monſtro ſimillimam reddiderat. Hæc manibus & genibus, cubitis & pedibus condemnata gra- *contracta,*
viter, eo loci tantum ubi ponebatur, remanebat, ſuique cruciatus dolorem lamentando & plorando replicabat: huic quippe reſervata erat vita ad amaritudinem animæ, quia nec ad ſanitatem revertebatur, nec ad optatam mortem perveniebat. Remanſerat interim illi ſola vocis & linguæ poteſtas: cujus horrendæ vociferationis ſingularitas, heu! nimium tædebat circumſtantes audire, & commovebat dicere ad eam venientes, Domine Deus miſerere. Vocem hujus orationis audivit Dominus, & eam meritis & interventu S. Majoli, priſtinæ ſanitati reſtituit propitius. Nam tranſpoſita hæc in quadam parte præfatæ eccleſiæ, divinitus recepit corporis integerrimam ſanitatem. Quod pater ejus aſpiciens, lætus cum ea ad propria eſt reverſus, quam quondam apportaverat laſſabundus.

19 Uno dierum, Veſpertinali jam hora peracta, E
quidam homo, nomine Bernardus, ante fores eccleſiæ prædictæ remanſit graviter contractus: ubi per totam noctem invigilans, attendebat conſolationis locum orans. Dum autem ejuſdem loci cu- *alius contractus,*
ſtodes Matutinalem ſonaſſent horam, apertis oſtiis cum reliquo populo hic introivit, adhuc reptando, eoque plus accendebatur ad orationis & deprecationis replicationem, quia plurimos videbat & audiebat attentos ad reddendas gratias, propter receptæ ſanitatis divitias. Tali animatus fiducia, & de Dei non deſperans miſericordia, & ut dicitur, Ad ali- Job 5, 1.
quem Sanctorum convertere, in adjutorium ſuum Sanctum invocat Majolum: idcirco recepit pro fide ſua, & pro interceſſoris ſui gratia integerrimam ſanitatem, & amicis & parentibus ſuis apportavit magnam jucunditatem.

20 Quidam in jam perfecta ætate corporis, mutus manebat ab utero ſuæ matris, qui nec linguam ad loquendum movere poterat, nec bene buccam ad tale officium aperiebat. Tali laborans incommodo, exquirebat medicorum medicamina; quæ ſibi nihil proficiebant, ſed ad incrementum laboris ſemper illi veniebant. Vivebat mutus cum dolore, neceſſita- *mutus*
tis ſuæ diverſitates perquirens manuum demonſtratione. Hic audiens & videns multos infirmos ad ſa- F
nitatem redire, B. Majoli interventione; arripuit baculum, & ad Sancti feſtinat venire ſepulcrum. Ubi dum uno dierum divinum auxilium ſibi adeſſe deprecatur corde, vocem locutionis meruit recipere; & in tali eſt redditus loquendi virtute, ac ſi numquam tali laboraſſet infirmitate.

21 Omnipotens Dei miſericordia, ad glorificandum fidelem ſuum Majolum, redire fecit ad ſuæ mentis ſtatum quamdam mulierem. Hæc, cum amiſ- *cæca & impos mentis,*
ſione mentis & rationis, patiebatur pœnas ſuperimpoſitæ cæcitatis. Et quamvis teneret oculos apertos, nullos tamen videndi recipiebat radios. Quæ ad S. Majoli tumulum adducta, in proximo & rationis & videndi recepit officia.

22 Inter reliquum populum aderat & quædam miſerrimarum mulierum miſerrima: quæ nec poterat coaptare digitos ad lanificium, nec perfecte retinebat aliorum membrorum officium. In tam gravi *contracta,*
nodoſitate contractionis vincta, à parentibus ad S. Majoli ſepulcrum eſt adducta. Ubi dum deplorat doloris ſui multitudinem, divinitus recepit integerrimam corporis ſanitatem; & ſine ulla titubatione corporis, ad propria rediit; quia pium

EX BIBL. CLUNIA. adjutorem dolentium S. Majolum devota requisivit.

23 Quædam incendiosa pestis per multa terrarum loca excreverat, quæ multorum corpora exanimata reddiderat. Hujus tremendæ afflictionis horrore, quidam homo afficiebatur à pedum parte. *laborans igne sacro,* Qui dies & noctes deducens cum gemitibus & lacrymis, veteranam barbam & cygnæum caput detrahebat manibus; nec edebat cum requie panem, nec poterat donare corpori ullam pausationem. Hunc talem quasi infernalem cruciatum, non solum ab illo uno, sed etiam à pluribus extinxit S. Majoli meritum. Hic ad expetendam ejusdem Sancti misericordiam vovit, & non remansit frustratus prece, quia in S. Majolo magnus inveniebatur fons misericordiæ. Extinctum est ab eo ipsius meritis infernale detrimentum corporis, nec amplius depastus est ignis vestigia pauperis. Stillicidium misericordiæ ad hoc propellendum incendium, hic adinvenit; & dum in se factam misericordiam aliis indicat, ad eumdem Sanctum Dei venire multos confortat.

24 Advenit alter ejusdem calamitatis afflictus miseria, qui jam pene, simili adustione cælestis vindictæ, *item alius,* manus perdiderat. Nam plurimorum unguium, B digitorum scilicet, numero jam carebat, & decurtatos digitos aliis intuentibus demonstrabat. Sed dum hic in S. Majoli ecclesiam introivit, & orationis vota quam frequenter replicavit, finem ardentis infirmitatis, initium lætus suscipere meruit sanitatis.

25 Quædam rusticarum mulierum inscia, acris ardoribus solis quodam die perusta, inscienter maledixisse radios ejusdem solis se imposterum pœnituit: nam post finitum ejusdem stultitiæ maledictum, & ipsa lumen perdidit oculorum. In cujus *cæca:* cæcitatis caligine permanens per longum tempus miserrime, licebat ei satis deplorare tam grandem negligentiam. Sed confidens posse se reilluminari per B. Majoli meritum, ad ejusdem Sancti se fecit adduci sepulcrum: ubi deplorans cæcitatis suæ tenebras, eradebat paulatim commissæ negligentiæ causas. Tandem Dominus de cælo prospiciens, abstulit peccatum illius; & pro meritis S. Majoli, reddidit illi pristinum lumen oculorum.

26 Altera extitit, cui Deus demonstravit quantum fides illorum valeat, qui eum in veritate diligunt. Hæc in domo sua quamdam particulam ceræ *cera S Majolo oblata* posuerat, de qua in honore Dei & amore S. Majoli facere candelas disposuerat: sed una nocte eamdem C domum mulieris vorax flamma consumpsit. Facto autem mane, consumptis omnibus rebus quæ introrsus erant, in quodam vase quod dependebat ad medium stipitem domus, ceram illam integram invenit. *ab incendio servatur:* Super quam rem admirata, intellexit hoc accidisse pro B. Majoli merito, cui prius promiserat illud donum ex bono animo. Sic eam assumens, & candelas exinde faciens; ad sepulcrum Sancti venit, & promissionis suæ dona reddidit.

i 27 De monasterio *i* Cuciaco quidam adductus *curatur cæcitas,* est, privatus lumine oculorum claro. Qui per multa dierum spatia tali laborans cæcitate anxia, victum quærebat mendicans cum suo ductore. Unde adductum eum ad ecclesiam S. Majoli reliquit ductor suus: & exinde accrevit ei doloris locus. Sed in eadem ecclesia remanens, precibus & fide extorsit & recepit lumen oculorum, advocato S. Majoli adjutorio: & resumpsit sine ductore viam gaudens, qui prius venerat cæcus & gemens.

k 28 Quædam mulier Nivernensis *k* patriæ, gravi febrium cruciabatur languore, pro quo similis jam videbatur mortuæ, quia illum sustinebat cum magno dolore. Super illius infirmitatis curationem, multorum medicorum jam requisierat medicamen: sed illud nullomodo adjuvabat eam, nec tollebat ab D illa tantam miseriam. Unde divina dispositione con- *febrū,* tigit, ut hæc candelam quamdam ad mensuram suam faceret, eamque si posset apportaret, vel si non posset, per aliquem hominem transmitteret. In hac bona voluntate permanens, & factam candelam in domo sua ponens, in anteriori nocte, quando eam in crastino debebat apportare ad S. Majoli ecclesiam, obdormivit. Horam autem veniendi, quam deliberaverat, prævenit adjutorium S. Majoli: nam surgens ilia diluculo, sensit se sanatam medicamine divino: & factam candelam alacrior accipiens, ad prædictum locum venit, & gratias Deo & Sancto reddidit Majolo.

29 Gravi infirmitate canceri quidam homo, nomine Christianus, affligebatur; qui brachia & cubitos habebat jam pœne consumptos. Hic ad S. Ma- *infirmitas cancri.* joli venit sepulcrum, & super infirmitatis suæ querimoniam, ejusdem Sancti requirebat misericordiam: & custodes ejusdem loci multa prece submonuit, ut ei aliquid vini darent, unde corpus S. Majoli ablutum esse ferent. Quod accipiens, & ex eo membra infirma perfundens, pristina sanitas venit, & cancri acerba depastio recessit. Sic medicatus divino medicamine, suffragante S. Majoli pia interventione, lætus rediit, & lætos suos amatores fecit. E

30 Sicut omnia credere, mentis est præcipitatæ; ita nihil credere, est mentis pertinacissimæ. Cui- *nolens filiū* dam namque mulieri habenti unicum filium, quæ- *S. Majolo* dam honestatis persona dormienti apparuit, eamque *manicipare,* admonuit, ut suum illum unicum filium S. Majolo ad serviendum traderet. Huic visioni non apponens animum, inane credidit & vanum, ut ad mulierem tantæ pauperratis, commendatio illa veniret cælestis. Hoc primum mandatum tradens oblivioni, secundo admonetur, ut huic det studium operi, si remanere velit in sanitatis suæ loco. Sed brutum animal, nec primum cælestis visionis, nec secundæ comminationis recepit arcanum. Non paucis po- *punitur,* stea evolutis diebus admonetur tertio, ut suum illum filium reddat ad denominatum officium; sed in inchoatæ incredulitatis permanens adhuc nodo, perdidit virtutem corporis pro neglecto interim mandato. Ea ad ultimum devicta molestiâ corporis, reddidit demandatum infantem ad serviendum *sanatur.* S. Majolo: & sic post nimios cruciatus corporis, rediit ad sanitatem hilaris: eumdemque ipsum puerum tradiderunt ejusdem loci Fratres litteris erudiendum. F

31 De Theothisca *l* terra, quidam advenit pri- l vatus claritate luminis perspicua. Hic in longissimæ cæcitatis remanens tenebrositate, non requirebat die illa jam tunc aliquod medicamentum: nam super hoc quondam instantissime invigilaverat, sed omni adjutorio caruerat. Sed & hunc B. Majolus, quam- *cæcus illu-* vis in longissimis terrarum esset positus locis, mise- *minatur.* ricorditer adjuvit. Is etenim cæcus, assumpto longi itineris ductore, ad limina ejusdem Sancti se adduci faciebat, magna inquisitione. Ubi per aliquantos dies remanens, recepit visum oculorum, per S. Majoli adjutorium.

ANNOTATA.

a Silviniacum, *de quo pluribus in prævio Commentario, videtur in tabula topographica Arverniæ nota um sub vulgari nomine* Sauvagnac, *leucis non nisi* 5 *versus Occidentem Claromonte distans.*

b Guantum *chirotheca*, *Francis* gant, *Teutonibus* want *pro quo perperam impressum* quanti.

c S. Juliani *oppidum, haud longe a rip: Dordonnæ in Lemovicibus, leucis circiter* 10 *distat Silviniaco.*

d Mausiacum

A

d Mauſiacum *in dicta tabula videtur dici* Maſſiac, *oppidum Alagnoni rivo adjacens, in confinio ſuperioris inferioriſque Arverniæ, 12 leucis à Claromonte verſus Auſtrum.*

e Cavannas *nullas habent tabulæ.*

f Brioderæ, *vulgo* Bridiers, *ad fluvium Anglimum in Marchia Lemovicina, ipſique Lemovicum Metropoli duplo vicinior quam Biturigibus, unde ſolum 20 circiter leucis diſtat, uti etiam à Claromonte Arverniæ.*

g Egliſmontem *non invenio in tabulis, ſed* Gliſeneuſe, *quod ad Ruam amnem intra 10 leucas à Claromonte verſus Meridiem ſitum eſt: & poſſumus ſuſpicari eum locum, cum addito novitatis, ab altero cognomine, per deſignationem montani ſitus diſtingui.*

h *Videtur* paralyſis *intelligi: in hoc tamen diſſimilis fuit utriuſque morbus, quod prior cum paralyſi chiragram podagramque, poſterior contractionem corporis pateretur.*

i Cuciacum, *vulgo* Couſſy *aut* Cuiſſy, *in Laudunenſi diœceſi, 80 minimum leucis Silviniaco diſtans, anno 1117 ceſſit Ordini Præmonſtratenſi.*

k Nivernenſis *Comitatus, ab Arvernenſi diſpeſcitur, Borbonienſis ditionis interjectu.*

l Theothiſcus, *alias* Teutonicus, *fortaſſis ex Suevia, ceteris Germaniæ partibus viciniore Arvernis.*

LIBER II.

DIgne etenim Dominus Deus omnipotens, æquiſſimus retributor meritorum & operum, B. Majolum tantis & innumerabilibus miraculis coruſcare facit in terris: quoniam quidem illud promeruit ſemper bene vivendo, & in ſtadium præſentis vitæ juſtè currendo. Nam quinos ſenſus corporis ſui, coërcitos ſemper cenſura magiſtrali, aptos & idoneos exhibuit donativo cæleſtis bravii: unde ſemper ſe exhibendo hoſtiam vivam, ſanctam, Deo placentem, glorificavit & portavit Dominum Deum in corpore ſuo. Igitur digne & laudabiliter illum clarificat miraculis, complens in eo illud ſignaculum benedictæ promiſſionis; Qui me, inquit, glorificat, glorificabo eum. Nam hujus promiſſionis eſt immemor, qui ſuper B. Majoli, cui vivere Chriſtus fuit & mori lucrum, audita vel viſa miracula aliquod incredulitatis poſuerit aſperum, vel malæ infectionis ruminaverit inventum. Is etenim quantus fuerit in ſalute aliorum, teſtatur illud quadrivium virtutum, in quo ſemper invigilavit, & pro recipiendæ beatitudinis præmio, & pro aliorum ſalutis exemplo. Ab ipſo namque prudentiam conſtantis vitæ, temperantiam diſcretionis maternæ, fortitudinem victricis palmæ, & juſtitiam æquiſſimi libraminis ſumpſit, quicumque ſancto ejus comitatui veraci fide adhæſit. In his virtutibus ſe ſemper exercuit, non autem per ſpeculum & in ænigmate, & his repletus eſt in ſuo tempore. Pro his virtutibus, ſe ſemper comitantibus, peregit in vita ſua miraculorum innumerabilia ſigna, & nunc poſt felicis vitæ ſuæ curſum, illud centuplicatum redditur gaudium *a*.

S. Majolus glorificatur per miracula

qui Deo placuit per virtutum opera.

C

a

b

1 In villa Briceolis *b* extitit quidam, attingens annos puerilis ætatis, quos deducebat cum dolore & miſeria, quia manuum & pedum perdiderat officia, propter contractionem nimiam. Creſcebat illi miſero numeroſitas dierum, & decreſcebat moriens officium prædictorum membrorum. Sed hunc divinæ pietatis incomprehenſibilitas adjuvit, & S. Majoli pietas: nam quia per ſe non poterat vadere, hinc parentum, hinc aliorum hominum apportatur manibus, ad S. Majoli ſepulcrum: ubi plurimis diebus attendens ſanationis fructus, non remanſit privatus adjutorio, quamvis dimiſſus eſſet à ſuis in eodem loco. Poſt aliquos autem dies, reapportatus à parentibus ad propria loca, replicabat doloris & plorationis infortunia. Sic multipliciter decoctus igne tribulationis, reapportatur iterum ad S. Majoli ſepulcrum: ubi Deum invocans fide plena, deſiderati voti ſui compos efficitur, & divinæ pietatis fons ei aperitur. Secundo igitur die, quo iterum ibi reapportatus fuerat, illud prius à ſe elongatum S. Majoli adjutorium valde ſibi ſenſit eſſe approximatum: manuum namque & pedum recepit integerrimam ſanitatem, & ad propria ſanus rediit benedicens Deum.

Sanantur contractus,

EX BIBL. CLUNIA.

2 Quidam advenit mutus, nomine Heinricus, ad S. Majoli ſepulcrum. Hic ad tempus perdito oris alloquio vivebat mutus, & afficiebatur magno doloris incurſu. Si quid neceſſitatis propriæ aliquando voluiſſet petere, hoc tremulo capite, hoc requirebat digito indice. At uno dierum arripiens baculum, ad Sancti venit ſepulcrum: ubi expectans ſanitatis votum, quia ore non poterat, corde Deum Sanctumque invocat Majolum: & dum pulſat cælum precibus, aperitur ejus oris locus. Sic damnatione linguæ perdita, & ſanitate adepta, lætus ad ſua revertitur, & inde Deus magnificatur.

mutus,

3 Quoddam etiam miraculum adjungimus, de quo non ſolummodo vulgarem populum teſtem deducimus, ſed etiam ipſum Regem Hugonem, Comitemque Burchardum *c*, filiumque ejus Domnum *d* Rainaldum Pariſienſem Epiſcopum. Hic igitur Rex, ad S. Majoli experendum auxilium veniens, ſuper infirmitatis ſuæ gravitudinem invenire promeruit aliquantulam levigabilitatem. Qui uno dierum, poſt peracta orationum ſolennia ab eccleſia progrediens, quemdam cæcum in eodem loco illuminatum audivit. Quem ad ſe adduci jubet, ut ab eo veritatem retineret. Dum namque in pauperem talem virtutem factam eſſe, pro certo cognovit; præ gaudio, ſicut vir magnæ dulcedinis, cum ſupradictis perſonis profluos lacrymarum rivulos effudit: ſicque cum multa turba populorum collaudans Deum, Sanctumque venerans Majolum, & cæcus illuminatus ad propria rediit, & Rex magnificus lætior in Franciam viam aſſumpſit.

E

c

d

cæcus coram Hugone Rege:

4 In Euguilinenſi *e* ſilva in quodam loco eſt S. Arnulphi eccleſia, ubi quidam cæcus per multos dies attendebat ut mereretur illuminari. Sed quia nec ibi ſanabatur, & nondum venerat hora miſerendi ejus, ut ad S. Majoli ſepulcrum adduceretur orabat inſtantius. Adductus autem, nec diutius ibi demoratus, lumen recepit oculorum lætus.

e

alius cæcus,

F

5 Victricis palmæ beatitudo, acquiſita pro laudabili meritorum donativo, heredem ſuum in cælis Sanctorum conſortio glorificat, & in terris aſſidua miraculorum frequentatione honorificat. Curſus enim hujus ancipitis & incerti laboris tunc ad plenitudinem pervenit jucunditatis, quando bravium comprehenderit demonſtratæ remunerationis. Illud namque bravium beatitudinis æternæ conſecutus eſt jam in cælis beatus Pater Majolus, pro fidei fortitudine, pro ſpei magnanimitate, pro caritatis incomparabili dilectione. Qui in mortificationem ſuæ carnis ſedule invigilans, pro vivificatione ſui ſpiritus recepit de manu Domini æternæ retributionis vitale munus. Qui pro frequentata virtutum & miraculorum ſuorum congerie, in cælis ſe demonſtrat perenniter vivere; & temporalis adjutorii prætendens dexteram miſeris, incitat quam plurimos & innumerabiles, ad requirendum cæleſte donativum ſalutis & ſanitatis. Ad hoc conſequendum dum quidam è Fratribus Cluniacenſis monaſterii, nomine Vivianus, aſſumpſit pennas fidei, tranſvolavit ad effectum præſtolati & deſiderati ſui voti. Hic graviſſimo amborum majorum articulorum pedum afflictus

EX BIBL. CLUNIA. *monachus laborans gravissimo dolore in digitis pedum,*

afflictus dolore, attendebat cum quotidiano mœrore, ut ungues ipsorum articulorum suppositam transforarent carnem: ipsos quoque ungues eradebat solito, in tantum ut ab ipsis articulis profluueret stillicidium sanguinis. Et dum labor superpositus labori, totum excruciaret corpus Fratris Viviani, acri experimento idem Frater in semetipso comprobabat, quod de alterutræ fraternitatis unanimitate

1 Cor. 12, 16

Apostolus in tonat, dicens: Quia si compatitur unum membrum, compatiuntur omnia membra. Super ipsos iterum articulos pedum superponebat varium sanationis emplastrum, sed illud nec adjuvabat nec effugabat doloris stimulos, qui multiplicabantur per dies singulos. Ipsius denique infirmitatis jugiter perseverans inserta acerbitas, nec caloris nec frigoris aliquantis vicibus consentiebat perquisitas horas. Si etenim alicujus lenitatis suave superponeretur velamen, asperum isdem Frater sentiebat gravamen: quod si & oneri adjungeretur caloris locus, accrescebat doloris & infirmitatis planctus. Si relevatum fuisset velamen ab infirmis pedibus, vel in modico accessisset frigoris sibilus, illico pertransibat doloris gladius ad vitalia: qui nec in calore nec in frigore minuebatur, sed in quotidianæ infirmitatis cute acuebatur. Sic nec adjutus temporali medicamine, nec valens sufferre caloris vel frigoris variabile, jam in animo proposuerat solam sufferentiam laboris, nullum attendens medicamentum curationis. Tandem ille internus inspector cordium & consolator singularis dolentium, prædicto Fratri Viviano salubres vias inveniendæ salutis aperit. Quas dum fide & opere suscipit, melioratus corpore rediit: & propter misericordiæ opera in se facta, collaudans Deum, fortem Dei esse amicum Sanctum cognovit Majolum. Is etenim Frater, non ignorans quia ubi humanum deest consilium, divinum expetendum est auxilium; ad Silviniacense monasterium, quo Patris Majoli recondita sunt membra, nunc equestris, nunc pedestris utcumque potest assumit vias. Fessus & lassabundus corpore, & fervidus fidei calore, tandem ad locum prædictum accessit: & quos interni precatus obtulerit sumptus, testis & demonstratrix est consecuta sanitas sui corporis. Nam dum occultos cordis effundit precatus, super impositæ infirmitatis manifestos cruciatus, illique Patri Majolo necessaria cordis & corporis commendat; paulatim meliorari inchoat, & usque eo progreditur sanitas corporis, ut isdem Frater,

C nec anterioris doloris acres stimulos sentiret in pedum articulis, & in parvis officiis membrorum magnam Patris Majoli cognosceret gratiam meritorum. Hunc denique nec fastidit credere apud Deum plurimum posse, vel pro innumerabilibus auditis sanitatum miraculis, vel pro comprobato in se beneficio sanitatis: qui quorumdam frivolæ garrulitati, nolentium credere multiplicitati miraculorum sancti Patris Majoli, constanti fide responsionis obviat, & imprudentium hominum incredulitati, vel in se facta misericordiæ opera debere credere, demonstrat.

6 Langobardensis quidam erat hydropicus, pectore & ventre nimium inflatus, qui instar utris impleti obduruerat, & instar vitri pelle relucebat. Hoc anxietatum afflictus genere, satis & nimium habebat ubi se posset attendere: nam jacens resupinus, buccam nec audebat claudere, anhelans indeficienti continuatione: nec in aliud latus se vertere

f *hydropicus in Longobardia absens:*

poterat ullo modo, nisi tornatus *f* fuisset alterius adjutorio. Ligabat, super præmonstratum tumorem ventris & pectoris, herbarum & specierum diversa medicamina singulis horis: sed induratæ infirmitatis inflatio, non poterat emolliri aliquo lenitatis antidoto. Gargarismus nec proderat capitis, nec D solutio aliquid commodi afferebat ventris: vel sola disruptio cutis attendebatur, vel vicina mors in extinctione anhelitus sperabatur. Sed collocatus miser in doloris angustia, velut mortuus in perdita nominis memoria, sola ei ruminatio remanserat doloris, anxiatus & turbatus pro extuberata inflatione hydropicæ aquositatis. Sed miseriarum & dolentium promptus inspector beatus Pater Majolus, fortem suæ consolationis dexteram ei repræsentat, in memoriam reductus. Nam idem miser, ejusdem longitudinis faciens candelam, quò ipse intumuerat; eamque, quò grossior erat, circum se ponens, vicinæ ecclesiæ transmisit eam ardere, invocato Christi nomine, non obliviscens tamen sancti Patris Majoli dignum memoriale. Unde dum initiat eadem candela producere flammivomos radios luminis, tunc & inibi misero advenit sancti Patris Majoli initium consolationis. Et dum paulatim deficit oblatæ obedientiæ & fidei cera, paulatim & deficit gravis hydropici sarcina; & consumpta mensuratæ infirmitatis candela, resumpta est miserante Deo præoptatæ sanitatis hora. Tale beneficium in se factum narrat ipse Langobardus cuidam homini Roma regredienti, & per eum ejusdem longitudinis, qua fuerat E candela, retransmittit filum argenteum ad beati Patris Majoli sepulcrum, pro commemoratione sanitatis, & pro gratia non oblitæ visitationis: illudque donativum recognitionis suspenditur super tumulum ejusdem Patris, pro demonstratione virtutum suarum, de quibus honorat frequenter quadrifida spatia terrarum.

7 Quidam Carnotensis Ecclesiæ Clericus, nomine Bernardus, pro sanitatis in se facto beneficio, illi adscribitur non dispariliter numero, quo adjunguntur multiplices & varii, curati & sanati interventu piissimi Patris Majoli. Cui unius pedis & tibiæ in tantum aruerant nervi & venæ, ut dum moveretur loco, & sustentaretur baculo, illa pars reptando potius sequeretur miserum; quam præberet ad ambu- *miserrima contractus,*
landum aliquod adjutorium: ligneusque baculus assumebatur pro parte perditi corporis, qui pro sui deportatione in manibus, & sub ascella gestatoris quoddam jam quasi innatum callum adduxerat. Illud quoque damnatitium membrum potius dependebat ad numerum oneris, quam ad exhibitionem propriæ naturæ vel honoris: quod nec adustio ignis cum dolore rimabat, nec importuna frigoris glacies penetrare poterat: unde multotiens jam deliberaverat, ut fastiditum illud membrum corporis, à se F aliquo ferri instrumento abscindere debeat. Sed ille qui non dormit neque dormitat, qui custodit Israel, divina sui providentia deliberationem illam disturbat: ne desperatus salute se mortificet in resecatione pedis & tibiæ, quem ad insperatæ salutis viam beatus Pater Majolus in posterum revocare misericorditer volet. Cui post diversos æstuationum cogitatus, illud salutare tandem suus disgregat animus, ut ad illud incomprehensibilis pietatis Patris Majoli veniat corporale margaritum, ubi & multiplex venire festinat conventus fidelium hominum. Transponitur post hæc à suis in præparati itineris caballo, & post aliquos dies adest dulci Silviniaco monasterio: ubi jam post tertium adventus sui diem, multis antea expectatam annis, tali modo recepit sanitatem integerrimam. Post Matutinale officium remanens ante sancti Patris Majoli sepulcrum, insperate emortui nervi reviviscunt, desiccatus humor revertitur venarum. Jam paulatim pedum articuli incipiunt posse commoveri, jam sentit pes & tibia manuum superimpositarum lineamenta. Extenditur & retrahitur vetus pars corporis, quæ incipit ut

infans

A infans titubando carpere viam itineris. Hoc uno & altero die, ſi certum ſit, attendit. Jam tertio die, per gratiam Dei, & interventu Patris Majoli, firmatur, & lætus & pedeſtris rectus ad ſua revertitur.

8 Cujuſdam mulieris pauperculæ perſona, à ſurditate ſua ſanata eſt; per beati Patris Majoli merita. Hæc in Morinniaca *g* villa conſiſtens, dabat quidem verborum ſonos loquens, ſed nec recipiebat aliquos intelligentiæ auditu, quoniam patebant aures ſolo hiatu. Si quis autem amicorum eidem aliquid utilitatis facere voluiſſet, manibus hoc efferebat: ſi autem ab ea aliquid neceſſarium expetebat, ſignorum aliquorum hoc indicio demonſtrabat. Sed his aliquoties fallebatur, quia non omnium poterat eſſe ſciens: unde & accreſcebat illi quotidie doloris ſtatus, vel pro perdito aurium auditu, vel pro aliorum demonſtrato exprobrationis deriſu. Sed ille veritatis internus judex & magiſter, hanc adjuvit miſeram miſericorditer. Quæ uno dierum ſe adjungens pluribus, qui feſtinabant venire ad beati Patris Majoli ſolennes recurſus, augebat numerum venientium, neſciens interim, quos & quare tenerent illos anfractus viarum. Tandem cum illis ſubintrat in illo amplæ ſpatioſitatis Silviniaco monaſterio, ubi multorum ibi conſiſtentium populorum ſolos videt primo die euntium & redeuntium curſus. Sed & nec campanarum, quibus ſatis bene idem ditatur monaſterium, nec aliquorum audit ſublimes fragores. Defigitur uno eodemque in loco ille ſurdus auditus, ante ſancti Patris Majoli ſepulcrum velut quidam aliquis palus. Quam dum aliquis crebro hanc propulſat neſciens; velut in tam copioſa turba populorum, huc illucque minutatim reſpicit, quid agere debeat neſcit. Jam defatigata, vel pro dolore nimio, vel pro pulſatu aliorum aſſiduo & graviſſimo; altero die quo advenerat, in uno ejuſdem eccleſiæ angulo ſe collocat. Et jam miſerante Deo, tertio die per quaſdam rimas aurium, aliqua allabitur ſonoritas vocum. Hæc accreſcit, & jam bene ſonat in pauperculæ mulieris capite, & jam incipit aliorum dicta plane intelligere: aliorum interrogationibus rationabilia reddit reſponſa; & per Dei gratiam, & interventu ſancti Patris Majoli, ſe recepiſſe integerrimæ ſanitatis inſinuat dona. Suo quoque ſolo contenta comitatu, arripit viam proprii pagi, & jam non utitur aliorum indicio ſignorum, nec ſuarum naturalium privatur ſonitu aurium.

g & *ſurda.*

9 Beatus Pater Majolus, in omnibus afflictorum

C miſeriis, quantæ fuerit pietatis, nec dinumerari unquam poterit: & illud genus hominum, in quibus illud miſericordiarum levamen poſuerit, numquam inſimul in terris coadunatum manebit. In ſola etenim illa incomprehenſibilis ſpecioſitatis regione, de qua dicitur; Quia in domo patris mei manſiones multæ ſunt, tantum prædeſtinati ad vitam pariter invenientur, qui ejuſdem Patris & temporalis & ſpiritalis fruiti ſunt benedictionis fructu: quo ſe ditatum multipliciter quidam peregrinus ſenſit, dum in ſui anguſtia eumdem Dei virum adeſſe monuit. Hic aſſumens quodam die, ſecundum ſuæ paupertatis modum, quædam neceſſaria ſumptuum, ad ſancti Patris Majoli tumulum venire feſtinat, ut inibi ſuæ neceſſitudinis & orationis deſideria compleat: ſed in medio itineris inchoati perſenſit caſum talis diſturbationis. Nam quidam Vaſallus *h* pauper rebus, ſuperbia tumidus, eumdem peregrinum obviat & *i* aſſaillit, & ſua ei omnia quæ ſecum portabat tollit. Quaſi lætus & alacer, onuſtus ſpoliis peregrini, domum ſuam ſubintrat. Miles feſtinanter: dividit hoc & illud per coætaneos lætus, quod poſt adjungit cum maximo ſuorum ploratu. Sed ille bonæ fidei peregrinus, non relinquit propter hoc aſſumptæ viæ ſtratus: ſed ante B. Majoli præſentiam deplorat, & antiquarum ſuarum neceſſitudinum miſeriam, & perpeſſæ in præſenti injuriæ prædam. Adjurat non ſe diſceſſurum à loco illo orationis, donec videat in quanti amoris modo idem ſanctus Domini Majolus apud Deum maneat, & ſuæ ei paupertatis ſpolia reſtituat. In craſtino denique, illuceſcente jam diei hora, prædictus prædator adducitur dæmoniaeus à ſua familia, vinctus & catenatus; & apportatur paupertas peregrini, adhuc attendentis adjutorium piiſſimi Patris Majoli. Deponitur ante ſepulcrum ſancti viri ſumptus deprædati pauperis, & revertitur antea perditus ſenſus caſtigati Militis. Sic utrique miſeri, reverteruntur ad propria conſolati: hic recipiens ſuorum ſumptuum ſpolia perdita, hic autem per Dei miſericordiam ad rationabilis intellectus & ſenſus repatriat loca. Proprio quoque experimento diſcunt, quod qui beati Patris Majoli ex fide colunt meritum, non remanent diſconſolati in fine dierum.

ſurdo à dæmone obſeſſo.

10 Sicut diverſæ & innumerabiles patriæ, ſancti viri Majoli jucundum apud Deum & apud homines retinent memoriale, ita meritum & gratiam ejuſdem ſancti Patris collaudant utriuſq; ſexus, ordinis, & ætatis. Nam quia ſecundum Apoſtoli præceptum, in præſenti vita indutus eſt ſemper novum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt in juſtitia & ſanctitate veritatis; ita & novum in cælis poſitus ſemper peragit, & nova fidelibus Dei ſemper recolere facit *k* mirabilia: qui quoſdam in matris utero, quoſdam jam & vegetos, commendat tamen illos omnes unanimi & diverſo miraculorum modo: illoque ſubventionis medicamine unicuique ſubvenit, quo expedire ſibi ſecundum ſalutis viam intelligit. Hanc ſalutis viam quidam infans invenit, qui ab ipſo matris utero jam pœne ſeptennium annorum tranſiens tempora, mutus interim remanebat: qui in ipſo ætatis ſpatio vivebat ſanus & incolumis reliquo corpore, ſed tantum oris alloquio privabatur miſerrime; nec valebat lingua reddere reſponſum, quamvis ad hoc paulatim repercuteretur ſuperius & inferius labium. In antedicto igitur annorum ſpatio, in hoc permanens continuationis ſilentio, nec ad ſibi placita valebat reſpondere audita, nec objicere aliquod improperium ſibi illatis adverſis poterat. Hic quodam die inter utroſque parentes patrem ſcilicet & matrem reſidens, eoſque, ut aſſolet, confabulari audiens, ſecreta parentum celabat ſolo auditu, quia & illud non poterat aperire linguæ impulſu. Sed uno dierum eoſdem parentes conqueri audiens ſuper linguæ filii ſui damnationem, eoſque velle deliberare ut adducant eum ad ſancti Patris Majoli ſepulcrum venerabile; mox inſperato inventum illud verbis proprii oris laudat, & ter nomen S. Majoli aperta voce proclamat. Expaveſcit uterque parens, pater ſcilicet & mater, inauditum & inſolitum filii ſonum, & ut eadem replicet, hortantur; ſed tamen revertitur filius ad illud anterius continuationis ſilentium. Dehinc poſt aliquot dierum ſpatia adducunt filium, quo ſancti viri ſpecioſe pretioſa tumulata ſunt membra. Ibi quoque puer antedictus nomen ſancti viri frequenter replicat, & inibi rationabilis linguæ officium divinitus comparat: & per Dei noſtri miſericordiam & per ſancti Patris Majoli meritum, reſervat idem puer conſecutam gratiam locutionis in poſterum.

Joa. 14, 2

Peregrinus res ablatas recuperat

h

i

11 Cundunenſis *l* villæ quidam Durannus agricola, occulto Dei judicio judicantis omnia, à renibus perdiderat omnium vim membrorum; unde ſi adjuvatus non fuiſſet alicujus alterius adjutorio, vel alicujus ſuſtentationis baculo, remanebat velut aridus truncus in omni loco. Hic etiam nec genibus

E

Eph. 4, 24

ſanatur puer per 7 annos mutus:

k

F

l

EX BIBL. CLUNIA.

EX BIBL. CLUNIA. *contractus & quasi medio corpore præmortuus,*

poterat repere, nec genibus nec pedibus poterat ſuperiorem partem corporis ſuſtinere. Hic licet ſemi corpore remaneret mortuus, vivebat tamen cum gravi dolore totus: & trahens longa ſuſpiria doloris à ſuperiori parte corporis, non ſentiebat interim à renibus vel cohærentibus membris inferioribus aliquod adjumentum ambulationis. Sed poſt deſperationem terreni adjutorii, præmeditari cœpit intra ſe, veluti quidam ſapiens, ut diſquireret medicamentum præoptabile piiſſimi Patris Majoli. Interim vel ex paupertate ſua, vel partim ex aliorum adjutorio, comparat quemdam aſinum; ſupra quem circumligatur faſciolis, ne caderet in terram, & aſſumit vias tendentes ad Silviniacenſe monaſterium. Ubi dum poſtquam venit, & in domum illam orationis tranſpoſitus fuit, quo Patris Majoli requieſcunt membra; ſtatim meliorari miſer cœpit, & ſe relevare & reſidere aliquoties jam potuit. Vadendi tamen & ambulandi deſiderium tantum manebat, ſed ipſius deſiderii fructus adhuc deerat. Sed illa dulcedo pietatis, Patris ſcilicet Majoli, ad perfectum *curatur:* votum adducit miſerum. Poſt ſeptimum namque diem, quo inibi advenerat, ambulandi perfectum poſſe recepit: nec attendit ut pertranſeat octavus

B dies, ſed reddens ſecundum ſuum ſcire Chriſto Domino & ſanatori ſuo Majolo curſus laudationis ſolennis, apprehendit regreſſionis ſuæ vias; & poſt ſe aſinum, geſtatorem ſuum antiquum, aliquoties trahit; varios quoque viarum anfractus ſalit, collaudans Deum, Sanctumque benedicens indeſinenter Majolum.

12 Quidam revertentes ad propria, poſt orationis vota ante S. Majoli ſepulcrum peracta, mirabilem & jucundam in ſuo itinere viderunt ejuſdem Sancti *navis ultro* virtutem. Nam quodam die Dominico, perveniunt *ad alteram* ad quemdam Ligeris portum: ubi diu multumque *ripam appellit,* expectantes manſerunt, ut adducerent eis nautæ navim ad tranſnavigandum. Sed obſtinati nautæ, petionem non curant audire eorum: unde dum nomen S. Majoli invocant, & ut eos ſuper illud negotiũ audiat, orant; divino nutu navis à loco ſuo ſubmovetur, & ad ripam, quo confidebant, pervenit. Quod videntes Deo gratias reddiderunt, & in navi intrantes, ad optatum littus pervenerunt, ſine terreno remige & ſine terreno ductore.

m 13 De Baugiaco *m* vico quidam contractus adducitur, ad S. Majoli requirendum auxilium ſanationis. Hic per aliquantos dies deplorans contra-

C ctionis ſuæ miſerias, expectabat ſanationis ſuæ horam, ante prædictæ eccleſiæ januas: & inter replicatæ orationis verba devovit, quia ſi ſanitas ei con- *ſanatur contractus voto candela.* cederetur, omni anno ad eamdem veniret eccleſiam, & ſecundum paupertatis ſuæ modum apportaret candelam. Poſt hujus promiſſionis votum, ſanitatem meritis S. Majoli obtinuit, & ſanus & incolumis ad ſua loca eſt reverſus.

14 Quidam in decrepita ætate perdiderat virtutem totius pœne corporis, propter nimiam contractionem pedum & manuum; qui per plurima Sanctorum deportatus loca fuerat à muliere ſua, & ab *ſenex contractus,* unico filio ſuo. Sed ei illud laboris iter nihil profecerat; vel quia nondum venerat tempus miſerendi ejus, vel quia hunc volebat omnipotens Deus adjuvari per B. Majolum, novis diebus tunc clarificatum, ut accreſceret ejus laudis fama per multa terrarum loca. Unde quodam die admonuit ſuam mulierem, ut eum ad ſepulcrum S. Majoli adduceret: ſed valde ſuper illud opus contradicentem invenit. Nam ſuperventuræ ſanationis voto incredula, exprobrabat frequenter, quod inaniter perquireret jam veterano corpore robur juvenile; addens inſuper, quod ad hoc inveſtigandum, deeſſet tota opportunitas ſumptuum, quoniam ſiquidem pro his ſimilibus rebus diſpenſatum erat omne ſupellectile ſuæ domus. Sed tandem devicit querelositas aſſidua *à querulosa uxore asino alligatus,* mariti duritiam contradicentis conjugis; nam aſſumit debilem & contractum maritum, & eum ligat ſuper *n* præſtitum aſinum, & arripit cum unico filio n vias inſinuatas ad S. Majoli januas. Sed & quoddam difficile accidit eis in itinere. Pervèniens namque ad aquam, nomine Creſam *o*, pluribus in locis ni- o mium infeſtam, deponitur ab aſino ſuper quem circumligatus erat; & itidem animal, cum ceteris animalibus quæ tunc ibi advenerant, ſuper quemdam pontem prædictæ aquæ cogitur aſcendere. Dum autem in medio veniſſet ponte, cecidit ubi fortior erat unda rivi. Quod conſiderans mulier, allidens utraſque manus, exprobrabat miſero marito, qui remanſerat ad ripam cum unico filio. Prædictum autem animal ab aqua abſtractum accipit mulier, & per aliam viam revertitur ſola ad domum ſuam. Re- *& miſero in via relictus,* lictus autem pater ſolus cum filio multiplicat doloris aculeos, vel quia mulier illum non adjuvatum dimiſerat, vel quia filius qui cum eo remanſerat, eum adjuvare non poterat, vel pro ætatis teneritudine, vel pro parvo illius intellectu. Anguſtiatus igitur tali miſeria, & attenuatus fame prævalida, E tranſmiſit tamen quodam die filium ſuum ultra illam aquam, ut ſi poſſet apportaret ei quam manducaret eleemoſynam. Sed miſericordiâ miſerentis Dei, *ſubito ſanatur:* dum revertitur filius, obviat in medio ponte patrem, qui ſanatus fuerat interventione B. Majoli. Unde pariter læti & alacres veniunt ad ſepulcrum S. Majoli, ibique laudationis vota perſolvunt, & ſic poſtea ad ſua loca redeunt.

15 In Autiſſiodorenſi pago, quidam extitit cæcus, qui omnia paupertatis ſuæ ſupellectilia habebat expenſa, quærens illuminationis ſuæ dona. In caligine enim manens cæcitatis diurnæ, ambulando palpabat in meridie. Nam hic recipere meruit & tali modo videndi officium. Quoddam pratum proprii ſui juris ipſe habuit venale cuidam vicino ſuo, volens ſcilicet ex pretio illo habere ſumptus, dum veniret S. Majoli auxilium perquiſiturus. Unde dum ini- *cæcus viſum* tum pretium, qui comparabat pratum, inter manus *recipit:* ſuas numerando revolveret; qui prius cæcus fuerat unam minutam cecidiſſe ei videt & indicat. Quod audientes qui circumadſtabant, admirati ſunt, qualiter hoc veteranus cæcus cognoſceret. Super hoc autem certos reddidit, & clare ſe videre per Dei miſericordiam, & per interventum S. Majoli, prædixit. Sic F igitur eamdem pecuniam accipiens, & clare videns, ad Sancti venit ſepulcrum, collaudaturus omnipotentem Deum,

16 Ex pago Auguſtidunenſi quidam fuit homo, nomine Goſzaldus, contracta habens genua & pedes; in ipſaque contractione multis remanens diebus victum quærebat mendicans, ſe ſemper duobus baculis ambulando ſuſtentans. Hic refrigerium ſa- *ſanatur* nitatis expectans per multos dies, frequentius ve- *contractus.* niebat ad ſepulcrum S. Majoli oraturus: nam inibi quondam adductus remanſerat. Ob hoc autem indeficientiſſime profundebat ab oculis lacrymas, quia & circumpagenſes, & ex alienis terrarum locis venientes, videbat redire ſanos; ſe vero ſolum remanere qui non mereretur ſanitatem recipere. Tandem una nocte admonetur in ſomnis, ut ad S. Majoli ſepulcrum veniret, eique promitteret ſe omni anno unam candelam reddere. Surgens igitur mane, ſuſtentatus baculis, venit ad inſinuatum locum; ibique donum inſinuatum promittens in anterioribus, & reddens in præſenti, integerrimam recepit ſanitatem membrorum.

17 Armanus dicebatur quidam, non de ignobili genere,

A genere, de pago p Siciaco, de Villa petra: qui nec
p ad ambulandum erat idoneus, nec ad ſtandum, quoniam graviter erat contractus. Hic per B. Majoli meritum audiens multas fieri virtutes, anxiabatur corde, quia ſciebat longe à ſe eſſe locum, ubi tanta faciebat ſigna miraculorum. Sed tamen afflictus quotidiano detrimento corporis, jubet præparari ſibi quoddam loculum, ubi tranſponeretur: ad quod deducendum præparantur duo boves, & caballus unus. Præparato itaque itinere, & denominato die motionis, commendat neceſſitatis ſuæ cauſas: ſed præveniente miſericordia Chriſti, die quo debebat movere, talem promeruit ſanitatem recipere, ut ih equo ab aliis potuiſſet levari. Super quem levatus, tenentibus interim ſuis ne ad terram corrueret, carrucam, quam ad deducendum ſe præparaverat, caballum & boves ante ſe ducere jubet, ut ſi ingraveſceret, in ea deponeretur, & ad deſtinatum locum deduceretur. Sed miſericordia Chriſti præeunte, & merito S. Majoli ſubſequente, nec accreſcebat ejus infirmitas, ſed tamen non pleniter recedebat ab
B eo. Confecto jam ex magna parte itinere, pro Dei amore & S. Majoli, ad quamdam eccleſiam, quæ diruta erat, ſed tunc reædificabatur; equum & carrucam ad comportanda neceſſaria eccleſiæ dedit, & pro ſigno ſuæ devotionis boves ante ſe adducere juſſit. Tandem perveniens ad locum deſtinatum, precatur S. Majoli miſericordiam, ne inaniter tantam ſuſcepiſſet viam: inibi autem per Dei miſericordiam, omnium membrorum recepit integerrimam ſanitatem. Pro qua recompenſatione, tradidit Deo & S. Majolo boves qui remanſerunt, & tradidit quemdam ſui juris ſervum, nomine Guidricum.

aliis contractis,

inter varias oblationes.

18 Idem namque S. Majolus, ſicut eſt mitis & propitius ſuave jugum Domini portantibus, ſic caſtigator manet diſtrictus in incredulitatis duritia permanentibus. Hoc quædam mulier de Magniaco q villa per ſemetipſam apprehendit, hoc modo. Veſpertinali namque hora, vigilias S. Majoli aliis celebrantibus, hæc à textrino ſuo opere nolebat recedere. Cujus præſumptionem digna ſubſecuta eſt caſtigatio: nam inſtrumentum quoddam ferreum, operi illius aptum, ſic manui illius adhæſit, incurvatis & infixis digitis in palma, ut videretur inibi eſſe quaſi natum. Quod voluntarie acceptum, præſumptuoſe retentum, voluntarie reliquiſſet, ſi illi poſt pœnam licuiſſet, & cum vicinis feſtivitatem S.
C Majoli cuſtodiſſet. Unde ipſa mulier, recognita ſuæ nequitiæ culpa, in craſtino S. Majoli venit adjutorium requiſitura: quam innumerabilis multitudo populi, ſicut ad feſtivitatem ejuſdem Sancti convenerat, illud correptionis ſignum manu ferentem admirando conſpexit. Hæc in eccleſia & ante S. Majoli ſepulcrum, & inter multam populorum turbam, negligentiæ ſuæ narrat eventum, pro quo talem in præſenti pœnam ſuſtinebat. Sed quidam, malæ curioſitatis infecti vitio, hoc eam fingere penſantes portento aliquo, manum arripiunt; digitos ipſius omni conamine omnique artificioſo ſtudio aperire volunt; ſed humanum ingenium aperire non potuit, quod clauſit illud Davidicum ſceptrum, de quo dicitur, Qui aperis, & nemo claudit; claudis, & nemo aperit. His itaque circumuallata adverſitatibus, hinc verecundia, hinc divina ultione, & populorum deriſa exprobratione, ſalutare illud conſilii capit, ut invocet Deum, Sanctumque Majolum deprecetur eſſe ſui adjutorem. Dum itaque in hoc ſedula permanet, divina ei pietas adeſt: quæ illico manum illius aperuit, ſicque illud demonſtrativum negligentiæ ferrum ad terram cecidit. Et ad comprobandum veræ virtutis indicium, pœnè tota videbatur manus eo loco eſſe rimata & arſa, ubi illud

incredula negligens cultum S. Majoli,

punitur ferro manui adhærente,

Is. 22, 22

invocans Sanctum ſanatur.

ferrum jacuerat; & ſingulorum digitorum numerus in ipſa palma videbatur profundius impreſſus; & ea loca repleta erant ſanguine, ubi infixus fuerat unuſquiſque. Hoc admirabili ſanata ſigno, hilaris redit ad propria, non incredula amplius miraculorum & virtutum S. Majoli. EX BIBL. CLUNIAC.

19 Sicut namque idem beatiſſimus Majolus deduxit vitæ ſuæ gradus per ſanctitatis incrementum quotidianum, ita ſuum commendat memoriale omnibus, pro multiplicatis ſuis ſemper virtutibus, bonum exemplar commendans ceteris, ut Deum Deorum poſſint in Sion videre. Ut hoc nempe conſequeretur in fine, in vita ſua laboravit intente, & ad hoc pro certo ſe perveniſſe manifeſtant per eum facta quotidiana miraculorum ſigna; quæ tanto amabiliora ſunt noſtro Ordini & noſtro tempori, quanto, per virum noſtri Ordinis & noſtri temporis, nos voluit Dominus excitare ad incrementa melioris. Eum fortiſſimum ſuum adjutorem invenit quædam mulier, nomine Ermengardis, de Longa-
r Exardis-villa r: quæ pro divino judicio damnata paralyſis vinculo, ſibi prodeſſe non poterat, amicis autem & parentibus augmentum doloris faciebat. Vivebat qualitercumque poterat; ſuper damnatilia membra non requirebat jam alicujus ſanitatis emplaſtra. Sed ille ſupernæ pietatis oculus, cui cura eſt de omnibus, & qui miſeretur omnium quæ fecit, diſſimulans peccata hominum propter pœnitentiam; poſuit in animo parentum eam diligentium, ut illam ad ſepulcrum S. Majoli apportarent, & ibi ſanitatis ejus cauſas requirerent. Ad hoc faciendum, arripiunt viam. Ante autem quàm intrarent eccleſiam, ad honorem Dei & pro amore S. Majoli, aliquantas faciunt pro ea candelas. Inſiſtentes autem illi operi, cœpit aliquantulum paralytica meliorari: & quæ adducebatur aliorum vehiculo, cum illis ſtat in eccleſia, ſuſtentata interim baculo. Factas autem candelas reddens, & non minoratas omni anno promittens, integerrimam ſanitatem recepit, & cum illis qui eam apportaverant pedeſtris eſt reverſa.

paralytica liberatur.

E

20 Sanctus autem Pater Majolus, pro fidei ſuæ merito, ſanctitatis & reverentiæ cultu maximo adnumeratus eſt in vita ſua. Modo autem ille adſcriptus Sanctorum numero viventium cum Chriſto, coruſcat in terris miraculorum ſignis, fiduciale ſolamen noſtræ invocationis. Hoc numquam obliviſcetur noſter animus: hoc valde ampliatum erga ſe ſenſit quidam homo, nomine Aſcellinus, qui erat de pago Senonico, qui per multos dies in quadam
F ſilva laborabat, ut exinde aliquas fruges annonæ colligeret. Unde veſpertinali hora Sabbati, in illud opus nimium extra horam intentus, cæcitatis perpeſſus eſt caſus; & per totam noctem illam incaſſas vadens vias, tandem laſſabundus & defatigatus uno in loco remanſit. In craſtino autem, die ſcilicet Dominico, parentes ipſius ad ejus venerunt domum, ut cum eo venirent ad eccleſiam, audituri Miſſas & divinum Officium. Sed familiam ipſius valde invenerunt turbatam, quia eorum Dominus antecedenti nocte non venerat; unde pariter in ſilvam abierunt, quo recurrere ſolitus erat. Inventus autem demonſtrat apertos & ſplendidos oculos, ſed nihil ſe ex eis videre. Educitur aliorum manibus cæcus de ſilva, ejuſdem cæcitatis per aliquos dies ſuſtinens moras. Adductus autem ad S. Majoli ſepulcrum, per Dei gratiam integerrimum recepit lumen oculorum. Recepto autem beneficio videndi, lætus ad ſuos repatriavit, & feſtivi diei Dominici reverentiam ſic ulterius caſtigatus cuſtodivit.

cæcus illuminatur.

21 Pietatis & miſericordiæ viſcera ſanctus Majolus ſemper tenuit ſolicitudine maxima. Illud in ſe ſpecialiter comprobavit quædam paupercula, quæ erat

AA. STRO ET ALD. EX MSS. *ſanatur paralytica,*

erat non ſolummodo vicinis & parentibus, ſed etiam ipſi ſuo marito, pro inveterata infirmitate paralyſis deſpecta. In hac diutiſſime permanens, ut lapis immobilis permanebat, videndi tamen & audiendi officium non perdiderat: ſed manuum tamen & pedum ita perdiderat fortitudinem, quaſi numquam illam habuiſſet benedictionem. Hæc quoddam comportalitium inſtrui ſibi facit inſtrumentum, in quo aliorum manibus ponitur in eleemoſyna, non faciente tamen illi marito ſuo aliquod caritatis officium. Hanc altera quædam bonæ voluntatis mulier ſuſcipit, & in carruca ſua cum ipſo inſtrumento eam levari fecit, & adjunctis bobus, ad S. Majoli ſepulcrum adducere commendavit. Et jam apportata in proximo de carruca illa, de artificioſo illo ingenio tranſportatorio ſe deponi oravit; & non incedendo, ſed etiam reptando, ante S. Majoli ſepulcrum acceſſit. Ubi expectans ſanationis & curationis ſuæ medelam, deſideratam invenit viam, nam prius manuum recepit ſanitatem. Die autem alio, dum pro illo beneficio reddit gratias Deo, oratque S. Majolum, ut reſtituat ei ſanitatem pedum; orationis fructum recipit; nam redintegratur ei ſanitas pedum, & ambulationis recipit aptiſſimum uſum.

B Conſecuta itaque totius corporis ſanitate, per aliquos dies inibi remanet, laudans Sancti interventionem Majoli. Unde maritus ejus ſanatam ſuam audiens mulierem, poſtea pro ea venit: & reprehenſus quia nullam ei in infirmitate impenderat humanitatem, ad propria tamen eam ſecum reduxit, lætus & gaudens.

& contrarium. 22 Gaudentibus & iucundantibus ſuper S. Majoli virtutes, digna laudationis accreſcit ſemper materia. Nam idem Sanctus crebris ſibi ſubditos exhilarans miraculorum ſignis, illud ſpecialiter in ſua ſancta ſolennitate multiplicat, unde ſanctæ ſuæ acquiſitionis filii gaudeant. Nam ſacroſanctæ præceptionis monemur monitu, quo dicitur: Non poſſunt

Luc. 5, 34 filii ſponſi lugere, quamdiu cum illis eſt ſponſus. Gaudii & exultationis certæ accrevit cumulus in ſolennitate ejus, quibus videre illud ſanationis ſignum donatum eſt, quo quidam homo nomine Iterius ſanari meruit. Hic enim per multos dies genuum contractione damnatus, reptabat ſemper incurvus, & nimiæ ſpiſſitudinis callum portabat in genibus & in manibus. Ante ejuſdem autem loci monaſterium quoddam habebat tuguriolum poſitum, quo ſuffe-rebat miſer & inops, vel nimios gelu & imbrium fluctus, vel incendentes caloris & æſtus ignes. Inibi expectabat pertranſeuntium eleemoſynam, inibi ſuſcipiebat maximam caritatem Fratrum Silviniacenſis monaſterii; quorum, ut credimus, merito, ſuper talem miſerum ſe ſanctus Pater Majolus hoc voluit demonſtrari ſigno. Nam ad vigilias feſtivitatis ejuſdem S. Majoli, hic idem Iterius, cum cetero populo in eccleſia reſidens, ſuper ſanandi donum replicabat verba orationis. At in craſtino, quo feſtiva ſolennitas ejuſdem S. Majoli illuceſcebat, advenientium populorum adjunctus numero venit, redintegratis & ſanatis membris. Appertans autem elevatis manibus, quibus ire ſolitus erat, ſcamellos, D ante ſepulcrum Sancti depoſuit; & integerrimam & perfectiſſimam ſanitatem ſe interventu ſancti Patris Majoli ſuſcepiſſe, gaudendo, omnibus qui ibidem convenerant, demonſtravit.

ANNOTATA.

a *Impreſſum erat*, illud centuplicatum reddit gaudium, *quod, aliaque leviora plura menda, correxi; tamquam librariis imputanda, non auctori.*

b Briceolæ, *an vulgo* Brezolles, *prope Montalbanum? Leucis circiter 40 ad Auſtrum à Silviniaco id diſtat.*

c Burchardus *primus Comes Vindocinenſis, Melodinenſis & Pariſienſis, ſub Hugone Capeto.*

d Rainaldus, *Pariſienſis Epiſcopus, anno 988 ejuſdem Regis Cancellarius, ut videre eſt apud Sammarthanos.*

e Aiguillonenſis *Ducatus, ad Lothum Garumnæ incurrentem ſitus, ſilvas aliquot habet, ut dubitari poſſit an huc ſpectet nomen* Euguilinenſis ſilvæ, *haud recte forſan ſcriptum.*

f Tornare, *Francis* tourner, *id eſt, vertere.*

g Morinniaca villa, *veroſimiliter* Marriniaca: *ut* E *vel intelligatur* Maringues, *ad occidentalem Allerii ripam oppidum, vel ad alteram orientalem vicus* Morrignac; *uterque enim locus, unius ſolum diei itinere diſtat Silviniaco, nec majorem diſtantiam hæc hiſtoria patitur.*

h Vaſallus *dicitur, cliens fiduciarius, reſpectu Principis ſuperioris: quales cum plerumque ad militiam Domini ſui obſtringantur, ideo nomen iſtud hic ſumitur pro Milite.*

i Aſſaillire *idiotiſimus Gallicus, pro* aſſilire.

k *Impreſſum hoc modo*, & ea nova fidelibus Dei ſemper colere facit ſicut ammirabilia.

l *Puto legendum* Cundumenſis, *ut intelligatur* Condomum, *civitas Epiſcopalis in Aquitania*, 80 *circiter leucis Claromonte diſtans.*

m Bangiacum, *vulgo* Bangy, *in Biturigibus prope Montem-falconum, ab Occidentali ripa Ligeris ipſaque Biturigum metropoli pari fere leucarum 5 intervallo diſtans.*

n Præſtitus, *idiotiſmo Gallico*, preſte, *commodato ſumptus.*

o Creuzam *appellat Papinus Maſſonius, qui in Lemovicibus oriens Ligerim verſus procurrit.*

p Siciacus pagus, *forſan eſt Comitatus* Seiſſac *vulgo dictus, in Occitania ſub Epiſcopatu Carcaſſonenſi, abeſt autem à Claromonte ad leucas circiter 60 in meridiem.*

q *In finibus Marchiæ Lemovicinæ verſus Pictavos, haud procul à Dorato,* Maignac *oppidum notat Alphabetum Franciæ Petri du Val: ſed ad 40 leucas Silvainiaco diſſitum: veroſimile autem eſt proximum aliquem locum fuiſſe, in quo tam feſtive S. Majolus coleretur, aut certe monaſterio ſubjectum.*

r *Hanc* Longam-Exardis-villam *extra Arverniam, longeq; à Silviniaco quærendam eſſe non exiſtimo.*

DE

DE S. GVALTERIO SEV GAVTERIO

ABBATE ET CANONICO STIRPENSI G.H.

IN DIOECESI GALLIARVM LEMOVICENSI.

ANNO MLXX

Aufredus, cœnobita monaſterii S.Martialis Lemovicenſis ac Prior Voſienſis cœnobii, libro I *Chronici cap.* 12, *deſcribit regnum Anglicanum ad Guilielmum Conqueſtorem delatum, anno ſcilicet* MLXVII: *additque eo ſeculo floruiſſe tres viros ſanctitate illuſtres, quorum primus nominatur* S. Odilo Cluniacenſis, *anno* MXLIX *vita functus, cujus Acta dedimus ipſis Kalendis Ianuarii. Dein ſubjungitur* Gauterius Stirpenſis, cui ægrotanti per hiemem deſiderata fraga præter morem Divina præparavit clementia. *Poſtea tertius additur* Robertus, qui Caſam-dei ædificavit: *cujus Acta illuſtravimus ad diem* XXIV *Aprilis. Idem Gaufredus cap.* 15 *agit de Sanctis in Epiſcopatu Lemovicenſi præclarioribus: ubi inter alia refert iſta huc ſpectantia:* Gauterium Stirpenſes honorant, qui moderno tempore actu & miraculis glorioſus apparuit, *id eſt ſequenti poſt obitum* S. Gualterii, *quo florebat Gaufredus ſcriptor. Alia in Chronico S.Maxentii ſive Malleacenſi de* S.Gualterio *leguntur: ac primo de ejus obitu iſta traduntur:* Anno MLXX Domnus Gauterius, Abba & Canonicus Eccleſiæ S.Petri Stirpenſis, dormivit in pace æterna, quinto Idus Maji. *Dein ad annum* MXCI *iſta habet:* Eodem anno benedictio fuit cœnobii S.Petri Stirpenſis, & feſtivitas B.Gauterii inſtituta eſt celebrari de tranſitu. *In Vita B.Iſraëlis, Canonici Doratenſis in Marchia, à Philippo Labbe inter Vitas Sanctorum ad Aquitaniam ſpectantium edita, hæc inſeruntur:* Hujus ſanctiſſimi viri diſcipulus extitit Sanctus Gauterius, vir pietatis & miſericordiæ operibus redundans: qui cum Doratenſis Eccleſiæ eſſet Canonicus, Stirpenſis Abbas à Deo inſtitutus eſt. *Mortuus eſt* B.Iſraël XI Kalendas Januarii anno Domini milleſimo decimo quarto.

Sanctus habitus.

& feſtum ejus celebratum:

Temitus vitæ & mortis.

2 *Ex hactenus relatis liquet primo tempus vitæ ac mortis. Videtur natus circa annum nongenteſimum nonageſimum, & circa obitum B. Iſraëlis perveniſſe ad annos* XXIV *ætatis ſuæ; & dein adhuc aliquamdiu vixiſſe in dicta Doratenſi Eccleſia, ac poſtea in Stirpenſi collegio ſeu cœnobio floruiſſe; ibidemque creatum Abbatem ſive Rectorem aut Præpoſitum anno* MXXXIV: *in qua dignitate vixit annos octo & triginta: ac tandem, cum ſeptennio cæcus fuiſſet, plenus dierum & meritorum ſenex, mortuus eſt anno Chriſti milleſimo ſeptuageſimo, annos natus circiter octoginta. Secundo conſtat ex Chronico S.Maxentii,* S.Gualterium *mortuum eſſe* quinto Idus Maji, *eodemque die* celebrari feſtivitatem de tranſitu ejuſdem: *quod ex Chronico Lemovicenſi confirmant Sammarthani tomo* 4 *Galliæ Chriſtianæ pag.* 850, *ubi agunt de monaſterio* Stirpe, *in diœceſi & ditione Lemovicenſi ſito; eumdemque diem venerationis nobis indicavit Ioannes Collinus in Catalogo ſubmiſſo. Sauſſajus in Supplemento Martyrologii Gallicani, videtur valde tenuem hujus Sancti habuiſſe notitiam, dum ad diem tertium Idus Maji iſta ſolum habet:* In Aquitania S.Galtheri Abbatis. *Præterea* S.Galtherus, Abbas Stirpenſis in diœceſi Lemovicenſi, eximiæ ſanctitatis vir, *inſcriptus eſt ad* XIII *Aprilis Ms. Kalendario Ordinis S.Benedicti apud Præmonſtratenſes Antverpiæ in cœnobio S. Michaëlis adſervato. Sed illud neque antiquum eſt, neque cum magna prudentia ſcientiaque collectum. Gabriel Pennottus in Hiſtoria Ordinis Clericorum Canonicorum lib.* 2 *cap.* 23 *num.* 14 *ex unico cœnobio duo facit, dum aſſerit* in Lemovicenſi Epiſcopatu eſſe monaſteria Canonicorum, primum S.Galterii ſive de Stupeno, ſecundum S.Petri Stirpenſe, *quod unum idemque eſt, atque etiamnum eſſe Ordinis S.Auguſtini Abbatiam aſſerunt Claudius Robertus & Sammarthani ſupra citati: vulgo* Leſterp *in Marchia Lemovicina, ſex leucis Dorato, Lemovicibus octo. Eſt præterea in finibus diœceſis Bituricenſis, ſupra Creuſam fluvium prope Argentonium,* S.Gualterii *nomine parochia & oppidum, ubi illum Patronum coli exiſtimo.*

hæc accidit an. 1070 *11 Maji.*

relata 13 Maji & 13 Apr.

3 *Et hæc ſunt quæ hactenus edita in lucem de hoc Sancto reperimus, quibus adjungimus alium hactenus abſconditum theſaurum. Habemus nos codicem membranaceum in quo continentur Vitæ aliquot Sanctorum, à Marbodo Archidiacono Andegavenſi conſcriptæ; ergo ante annum* MXCVI, *quo is creatus eſt Epiſcopus Redonenſis, & hoc Ordine recenſentur,* S.Florentii Martyris, *danda* XXII *Septembris;* S.Licinii Epiſcopi Andegavenſis, *illuſtrata ad diem* XIII *Februarii;* S.Magnobodi, *etiam* Epiſcopi Andegavenſis, *edenda ad* XVI *Octobris,* S.Gualterii Stirpenſis, *quam modo damus;* S.Roberti Abbatis Caſæ-Dei, *ad diem* XXIV *Aprilis excuſa.* Paſſio SS.Felicis & Adaucti, *danda* XXX *Auguſti; & dein adduntur varia ejuſdem poëmata, quorum aliqua indicantur à Sigeberto de ſcriptoribus Eccleſiaſticis cap.* 158. *Eſt hic codex valde antiquus, ut videatur aut tempore Marbodi & forſan ejus cura diligenter exaratus, aut ſaltem non diu poſt ejus obitum. Allegat in Prologo* priorem Vitæ S.Gualterii ſcriptorem, *ex quo ſeligit* quæ ei ad rei pertinere viſa ſunt dignitatem: *quomodo etiam Vitas S.Licinii & S.Roberti jam editas expolivit. Forſan erit qui priorem Vitam nanciſcetur, &, ſi viderit operæ pretium, edet. Appellatur in hoc ſcripto* Gualterius, *ab aliis* Gauterius, Galterus, *&* Galterius.

Vita ex Marbodo.

ex antiquiore ſcripto edita.

VITA

Auctore Marbodo Andegavenſi Archidiacono, poſtea Epiſcopo Redonenſi in Britannia Armorica.

PROLOGUS.

Vita ob fructum poſterorum.

1 BEati Gualterii vitam ſcribendam ſuſcepi, non quidem facultatis meæ quæ parva eſt, vel meritorum quæ nulla ſunt, confidentia; ſed obedientiæ potius & caritatis intuitu: quo & religioſorum Fratrum petitioni non deſim & plurimorum utilitati deſerviam. In quo & mihi ſub ope Chriſti fore non dubito partem mercedis, ſi ex meo labore & honor Deo & legentibus aliquid emolumenti provenerit. Neque enim fieri poteſt, ut ex frequenti bonorum auditu nemo ædificetur: fieri autem poteſt ut vel præſentibus vel futuris generationibus ex hac relatione ad multos ſanctæ imitationis fructus perveniat. Siquidem & in hoc ſe debet fraternæ dilectionis ſinus extendere, ut prodeſſe velimus & ignotis, prodeſſe velimus etiam nondum natis. Hae igitur intentione oblatum ſuſcepi negotium, ad quod explendum neceſſe mihi eſt ejuſdem Sancti precibus adjuvari, quatenus quæ dicenda ſunt breviter & dilucide, nec inornate omnino, valeam explicare. Nam ſi etiam in fictis vel nugacibus dicendi commoditas obtinere ſolet animos auditorum; multo

S. MARBOLO EX MS. *dilucido ſtylo ſcripta,*

amplius in veris ac neceſſariis ſtudendum, ne vitioſæ orationis improbitas ſuſceptæ cauſæ (quod abſit) minuat dignitatem. Quis enim placere contendat ruſticitate ſermonis? Enitar ergo pro viribus hanc in dicendo mediocritatem ſervare, ut nec abjecta, nec nimis elaborata videatur oratio; quoniam æquam utrumque habet offenſionem. Præterea ne ſit ſuperflua vel obſcura, quorum altero tædium, altero odium ſolet comparari. Volo autem à lectoris indulgentia precibus impetrare, ut bono animo hue accedat, id eſt, non ut calumnioſus aut venator verborum; ſed defenſor potius veritatis, & dictionum amicus interpres. Quod ſi etiam mihi, vel ex imperitia vel ex infirmitate, minus implere promiſſa contigerit, non difficulter ignoſcat: quoniam & infirmitatem meam humana conditio, & imperitiam excuſat obedientiæ ſupradicta devotio. Neque vero cuncta, quæ apud priorem Vitæ hujus ſcriptorem reperiuntur, exequenda judicavi: ſed ea tantum, quæ ad rei pertinere viſa ſunt dignitatem. Quiſquis enim circa viles ſarcinulas occupatur, videtur id facere penuria meliorum; præſertim cum & bona quædam prætereunda ſint, ubi meliorum abundat electio. Quædam vero ſtrictius & quædam latius explicabo, prout quodque plus minuſve ponderis habere viſum eſt. In quorum ultimo me contra brevitatis rationem facturum nullus exiſtimet: neque enim neceſſaria, ſed ea tantum quæ vacant, lex brevitatis excludit. Jam ſi hæc ſatis ſunt, ad narrationem properemus.

veſciſſis ſuperfluis ſuperioris Vitæ.

B

CAPUT I.

Ortus, ſtudia virtutum & ſcientiarum. Migratio Stirpum.

2 GUalterius igitur, natione Aquitanus, genere Conſularis, ortus eſt ex parentibus honoratis, patre Raimundo, matre Gualburge: cujus maternus proavus, de Francorum nobilitate deſcendens, tribus non infimis Aquitaniæ urbibus imperavit. Quæ tantæ fuiſſe traditur abſtinentiæ, ut in ſorte poſita conjugali, à ſanctæ viduitatis propoſito ſolo habitu videretur diſtare. Sumptus & ornatus & delicias matronarum ad cultum potius interioris hominis transferre curabat; prudenter attendens, nil prodeſſe temporalem gloriam perituris. De bonis ergo temporalibus hoc tantum ſibi parcēs, quod naturæ ſufficeret, cetera cuncta in uſus pauperum libentius expendebat. Quæ quoties ad debitum conjugale ſolvendum, ſolo ſcilicet prolis deſiderio, traheretur; ingenitæ voluptatis offenſam, ſequentibus è veſtigio lacrymis & orationibus expiabat. Unde factum, ut à Deo in ſomnis per Angelum viſitata, ſecundum animi ſui votum, non tam poſſeſſionum, quam ſanctitatis hæredem conciperet: cujus ad cuſtodiam, ab ipſo matris utero, eumdem Angelum deputatum, evidenti poſtmodum miraculo claruit: quod non alienum videtur breviter recitare.

Aquitanus, Conſulari patre,

C

matri pia ab Angelo predictus:

3 Nam dum eam vir ſuus, ad locum quem idoneum parituræ delegerat, cum equitatu deduceret; jamque vel itineris longitudo, vel tarditas profectionis noctis tenebras viantibus induxiſſet; equus, cui matrona inſederat, alacri gradu quam noverat viam carpens, obvium Taurionis *a* fluvii pontem, primus aſcendit. Cumque aliquam partem longiſſimi pontis emenſus, ad ignotum præcipitium perveniſſet, quod ſcilicet exundātis fluvii rapidus vortex, divulſis ac disjectis tabulatis, recens effecerat; mirum dictu, tanta facilitate pertranſit, ut nullā prægnantis feminæ mens ignara ſaltem ex metu moleſtiam pateretur. Incolæ quidem loci, tabula ſemipedali ruptas partes commiſerant: ſed quæ nulli pervia quadrupedi, ſolos pedites non abſque cautela & periculi metu tranſponeret. Secutus poſt modicum comitatus, dum ſingula explorat, diſcrimen agnovit: Dominamque abſorptam credentes, mœſtis ululatibus inclamarunt. Sed cum ſe illa incolumem mutuis clamoribus indicaſſet, gaudio ſunt ſimul & ſtupore repleti: deinde expeditos equos præcipitantes in gurgitem, ipſi per anguſtum tranſitum vix repentes, natatu difficili traduxerunt.

a

cum ea à periculo ſubmerſionis ſervatur:

D

4 Hoc itaque ſigno pueri ſancti præcommendata nativitas gaudium multis invexit, ac futuri cujuſdam magni boni præſagium. Quod ſiquis ad prægnantis meritum referre maluerit, ſic quoque clauſi pignoris gratiam credimus commendari: nam quorum fuiſſet commune periculum, horum etiam liberationis miraculum fit commune: cauſa tamen apparet major in altero, quoniam matri nil tale contigit antè conceptum. Sed & ſequentis vitæ illius provectio, quia ſuperavit & matrem, videtur ſibi præcedens miraculum vindicare. Nam ut à primis ejus annis exordiar, pueritiam ipſam ac juventutis tempora ſic peregit, ut jā tunc fieri poſſet ſenibus in exemplū. Cum enim poſt teneræ educationem infantiæ, ſicut pleriq; nobilium liberi ſolent, in ſtudium litterarū miſſus eſſet; ibi ſtatim ingenii ſingularis vivacitas, & elegans ſuavitas morū latere non potuit. Obſcura ſententiarum intellectu facili comprehendens, tenaci memoriæ commendabat: nec ſola docentis auctoritate contentus, rationis conſulebat examen de ſingulis; breviq; poſt tempore tam rudimenti quam & ætatis menſuram excedens, cum ad auditorum exemplar ſimilia multa conquireret, ut ita dixerim, plus quam docebatur diſcebat. Neque vero, ſicut fieri ſolet, indiguit aliquando verbere coërceri: cum ei ſpontaneus amor ſcientiæ ſtudii plus augeret. Non illum avocavit ludus aut nugacitas puerilis, quo minus libris aut pugillaribus vellet incumbere. Interea ſub profeſſione diſcipuli, morum quoddam magiſterium exercebat; turpe nimi exiſtimans, ſi verborum leges addiſcens, utiliores multo vivendi regulas ignoraret. Cavebat ego tutpia, non ſolum operum, ſed & verborum: nec quidquam facile proferebat, in quo non aliquid utilitatis attenderet. Iram & invidiam, ac matrem utriuſque ſuperbiā jam noverat abhorrere, & vel levi cujuſlibet detractioni aurem negabat & linguam. Subdebatur inferioribus & genere & ſcientia, omniumque etiam in ſe æmulorum provocabat affectum. Satis omnibus jam patebat, hanc puero converſationem, non à natura, ſed gratia ſic diſponi. Senſit Turonenſis *b* Hervæus, cujus tunc fama ſanctitatis vigebat, cum forte tranſiret per locum; indicavitque adſtantibus, quid in illa jam ætatula imitandæ perfectionis lateret. Nam ut majora conjiciamus ex minimis, ſub ſcamno, cui ſe idem Hervæus preces facturus acclinaverat, puer delituit, laudabili furto cupiens ex ore tanti viri ſanctæ deprecationis formam ſubripere. Sed, ſicut poſtea ipſo indicante compertum eſt, abſque ullo verborum ſtrepitu, Sanctus ille multo efficacius lacrymis & gemitibus exorabat: quam formam & iſtum poſtmodum ſecutum fuiſſe accepimus. In hoc ergo parvuli jam tunc non parvi pendenda videtur intentio, quod dum aliorum licentia puerorum occaſione venerandi hoſpitis abuteretur ad ludum; hic ſolus maturitate conſilii religioſi viri, brevem licet præſentiam, ſibi præterire non eſt paſſus inutilem. Gaudebat Scotorenſis *c* eccleſia tanto felix alumno; & quem erudiendum ſuſceperat, egregium ſibi fore præſumebat Doctorem.

E

adoleſcens imbuitur ſtudiis litterarum & morum.

abhorret à vitiis:

F

b

æſtimatur ab Hervæo Turonenſi.

c

5 In hoc ergo ſtudio decurſâ pueritia, robuſtiores juventutis annos ingreſſus, majora cœpit virtutum

A tum exercitu meditari; nec, ſicut pleriqué ſolent, proclivem in deteriora ætatem otio dedit aut luxui. Sed idonea jam militiæ Chriſtianæ laboribus membra, armis juſtitiæ, contra ſpirituales nequitias, fortiter pugnaturus, inſtruxit. Et, ne qua forte ſibi nocere poſſet callidi hoſtis ſubreptio, fortitudini junxit prudentiam; qua non ſolum actus caveret illicitos, verum etiam cauſas omnes opportunitateſque peccandi ſibi penitus amputaret; ſapienter intelligens, tironibus caſtrorum ſpiritualium tutiorem expetendam eſſe, quam gloriоſiorem victoriam. Aliud eſt enim pro vita, aliud pro gloria dimicare: nam cum ſit egregium, in promptu poſitum peccatum declinare, & tranſgredi nolle cum poſſis; eſt tamen ſecurius ipſam peccandi fugere poteſtatem; hæc etenim cautela neminem umquam fefellit, in illa autem experientia plurimi corruerunt. Hac igitur ratione, peſſima vitiorum germina facile debellavit. Ardorem quippe libidinis (quo maxime periclitatur adoleſcentia, quando inexpertus antè corporis motus incautis mentibus blandæ ſuggeſtionis infigit aculeos, jejuniorum caſtigatione & orationis inſtantia ac perpetuæ caſtitatis amore) in ipſo, ut ita dicam, conceptu, antequam oriretur, extinxit.

juvenis germina libidinis extirpat:

B Beatus plane, qui tenuit & alliſit parvulos iniquitatis ad petram. Pecuniæ cupiditatem ac turpis avaritiæ ſordes, quo vitio pœne nullum eſt ab hominis dignitate remotius, non ſolum ipſe numquam eſt dignatus admittere, verum etiam in aliis propriæ liberalitatis exemplo aut extirpavit penitus aut detrivit. Fratribus cum quibus vivebat omnibus puram exhibebat dilectionem, & eorum nihil à ſe alienum putabat. Studebat imitari ſpeciales ſingulorum virtutes, ut in ſe unum bona omnium convaſaret. Nec ſolum ex aliorum virtutibus, ſed, quod mirum videatur, etiam proficiebat ex vitiis; cum has ſibi ad imitationem, illa vero proponeret ad cautelam.

avaritiæ ſordes declinat:

ex omnibus virtutem addiſcit:

6 Impatientiæ ſtimulis agitatos ac ſpiritu furoris effrænes, tranquillitate animi & verborum ſuavitate vel mitigavit, vel toleravit. Unde factum eſt, ut d Abbatem loci, beſtiali feritate in Fratres immoderatius ſævientem, dum blande placare tentat, magis accenderet, adeo ut nimium pertinax miſeri ſenis furor, ſimplicem ſancti juvenis correptionem ad ſui contemptum interpretans, moliri ei inſidias non ceſſaret, & de inſonte, tamquam de rebelli, quæreret ultionem. Cedendum itaque tempori arbitratus, locum dimiſit, demigravitque in caſtrum, quod Confluentium e nominatur, ubi eo tempore generis ſui nobilitas plurimum excellebat: in quo demoratus ad tempus, non ſolum domeſticis ac municipibus, verum etiam finitimis pleriſque, vitæ ſanctitate & prærogativa ſcientiæ brevi innotuit. Unde & Stirpenſis Eccleſiæ Clerus, quæ ſupradicto caſtro vicina eſt, cui & divinitus debebatur, frequenti ejus colloquio delectati, multis eum precibus in ſuæ communitatis collegium aſciverunt; ſpem ſcilicet hanc foventes, ut, ſi quid Abbati ſuo humana ſorte contingeret, hunc ſibi Patrem ac Doctorem unanimiter poſtularent. In quorum aſſcriptus Collegio, tanta erga ſingulos diſcretione ſe geſſit, ut cum omnes eum communi amore diligerent, quiſque tamen optime de ſe meritum æſtimaret.

d

C e

migrat ad caſtrum Confluentium:

in Collegio Stirpenſi aſſumitur:

ANNOTATA.

a Taurio *fluviolus, in Lemovicibus ortus, Vigennæ ibidem æque adhuc tenui, ſeſqui leuca ſupra ipſam urbem Lemovicenſem jungitur. Hunc quatuor pontibus inſtratum tabulæ exhibent: videant autem regionis periti, qua parte ſic ſtagnet ut longiſſimo ponte opus habeat, qualis hic deſcribitur.*

b *Hic videtur eſſe* Hervæus Theſaurarius S. Martini, qui eccleſiam S. Martini, quam S. Perpetuus ædificaverat, anno DCCCCIII combuſtam reædificavit, *uti diximus ad Vitam S. Perpetui Epiſcopi Turonenſis* 8 *Aprilis num.* 4. A. MARB. EX MS.

c *Videtur* Doratenſis eccleſia *dici in ſupra allegata Vita B. Iſraelis, cujus ibi dicitur* diſcipulus fuiſſe & Canonicus Doratenſis. *Notatur in Mappis Geographicis locus* Dorat, *haud procul à dextra ripa Vartampæ, ubi hic Sevam amnem ſuſcipit. Fortaſſe antiquitatis affectatione quadam, exoletum pridem nomen, neſcio unde, aſſumpſit auctor.*

d *Scilicet à ſucceſſore aliquo dicti B. Iſraelis.*

e *Habetur accuratiſſima Regiminis Aurelianenſis tabula: ubi ad rivi cujuſdam confluxum in Vigennam notatur* Confoulens *vulgo dictus locus, ex Latino* Confluentii *nomine, una dumtaxat leuca remotus à Stirpenſi Abbatia ad Occaſum.*

CAPUT II.

Peregrinatio Hieroſolymam. Miracula in itinere patrata.

7 INterea, cum proceſſu ætatis, virtutum ſibi ſuccedentibus incrementis, quamvis etiam inter ſuos advenam ſe & peregrinum, ſicut omnes Patres antiqui, reputaret; peregrinari tamen Jeroſolymam, ſanctorum locorum deſiderio ductus, decrevit; ut quod ſpiritualiter de Chriſto ſæpe cantaverat, etiam corporaliter adimpleret; Adorabimus in loco ubi ſteterunt pedes ejus: ſimul etiam, ut quoniam ſibi pro fide Chriſti pœnas & mortem à manu carnificis ratio temporum denegabat, ex itineris neceſſitate per tribulationes & anguſtias quoddam ſibi martyrium inveniret; unde contigit, ut qui pro Domino, pati graviora decreverat, majorem à Domino gratiam mereretur. Teſtantur hoc non parva nec pauca miracula, quæ pro ipſo vel per ipſum in eadem peregrinatione Chriſtus oſtendit. Quorum aliqua recitabimus, ex quibus cetera poterunt æſtimari. Navigante eo cum ſociis itineris per Adriaticum ſinum, qua Jeroſolymam tendentibus tranſitus patet, tanta repente tempeſtas incubuit, ut in deſperatione vitæ triduo continuo ventis ac fluctibus jactarentur. Sed cum imminens periculum orationis inſtantia depuliſſet, apprehenſo vix littore, circumquaque diſperſi, qualiſcumque victus neceſſaria diſquirebant: quippe qui diuturno mortis metu confecti, tempeſtatis etiam vexati violentia, inedia quoque longa tabuerant. Sed tanta regionis contigerat ſolitudo, ac ſterilitas arenarum, ut nec labor humanus, nec naturæ fœcunditas illis in locis guſtabile aliquid protuliſſet. Fruſtrato ergo ceterorum labore, atque iterum omnibus de famis tempeſtate perterritis, ſoli beato viro fidei ſuæ conſtantia mirabili virtute reſpondit. Ecce etenim ignotæ formæ volucris, ubi Sanctus in parte ſolus ſubſtiterat, placido volatu allapſa, ante pedes ipſius immanem piſcem depoſuit; quem cum ſolus levare non poſſet, adhibito ſecum uno qui propius ſtabat ex ſociis, divinæ largitatis obſonium, gratias Domino referens, deportavit ad navem. Mirati ſunt ſocii piſcis magnitudinem: ſed cognito quid eveniſſet, majori eos admiratione perculit inſoliti ordinis magnitudo: vere enim mirandis meritis contigerat extra morem, ut recens maris præda eſurienti per alitem plueretur è cælo. Sed qui quondam ſub lege poſitis mirabiliter pluerat alitem, nunc quoque ſub gratia poſito ſervo ſuo mirabilius pluit piſcem: minus quippe videtur inſolitum, ſi avis, quam ſi piſcis labatur ex æëre. Stupentes ergo qui aderant ad tantæ virtutis

E *Amore Chriſti Hieroſolymam proficiſcens*

Pſ. 131, 7

in ſinu Adriatico gravi tempeſtate & inedia vexatus,

F

accipit grandem piſcem à volucre ſibi delatum:

A. MARMODO EXMS.

virtutis aſpectum, & ex miro eventu mirandi hominis merita perpendentes, flexis humo genibus adorarunt: & quem eatenus Sanctum habuerant, amodo quoque clarum ac magnificum habuere; nec immerito antiquis eum Patribus comparabant, in quo viderent antiqui miraculi ſpeciem relucere. Pavit olim Dominus Eliam per corvum, nunc quoque & iſtum & ſocios iterato exemplo per alitem pavit: & licet iſte multo inferior ſit Elia, in uno tamen hoc facto utriuſque ſibi reſpondet æqualitas.

8 Item alias, dum per inaquoſa campeſtria graderentur, & tam fervore diei quam & itineris labore confecti, intolerabilem ſitis paterentur anguſtiam, vir ſanctus, ſui ſecurus periculi, cœpit ſaluti comitum plus timere. Mox fuſâ cum lacrymis oratione, totâ fiduciâ converſus ad Dominum, baculo quem tenebat, terram percuſſit. Secutæ ſunt aquæ continuo ſalubres & lucidæ, quæ non ſolum ſitientibus ſufficerent recreandis, ſed etiam novi fontis venam perpetuam ebullirent. Nam ne facti memoriam delere poſſet oblivio, eidem fonti Gualterii nomen impoſitum, uſque hodie manere perhibent, qui viderunt. O quanta eſt fidei virtus, cui vel ipſa naturæ impoſſibilitas non reſiſtit! Iam ſi, antiquum percuſſionis per Moyſem in eremo factæ reſpiciamus miraculum, ſalva majeſtate myſterii, non longe impar videre poteſt ſimilium rerum collatio: nimirum diverſis temporibus, ſub duobus ac diſſimilibus Teſtamentis, operatur ſimilia idem Dominus utriuſque. Conferamus aquam aquæ, baculum virgæ, petram aridæ; reſpondeat ſitiens ſitienti, ictus ictui ſocietur, invicem ſibi alludat cauſarum & locorum æqualitas.

in ſiti magna fontem elicit, Gualterii cognominatum.

B

9 Nec multis interpoſitis diebus, cum forte ſocii contra morem ſexta feria carnibus veſcerentur; (quippe quibus quotidiani laboris intentio ratione dierum excuſſerat) repente ſuperveniens negligentiam eorum corripuit, cur exterioribus tantum neceſſitatibus occupati ſacræ diei reverentiam non caviſſent. Sed cum omnes confuſos videret, & cordis pœnitentiam lacrymis proteſtantes; fraternâ motus compaſſione, Nolite, inquit, nimium contriſtari, veniale eſt enim quod neſcientes egiſtis. Clemens Dominus ignorantiæ veſtræ providit, dum, ſi quid culpæ fuit, præſens excuſat ſolennitas. Nam hodie beatiſſimi Confeſſoris Martini feſtum noveritis celebrari. Quapropter in ſanctæ caritatis fiducia vos adhortor, ut cœptas epulas ſumatis intrepidi. His dictis ipſe carnes appoſitas prælibavit, ut eorum metum facti ſui auctoritate firmaret. Omnibus ergo cereris incunctanter obtemperantibus, unus tantum extitit: qui non tam religionis amore, quam obſtinatia ſuperſtitionis reſiſteret, & ad conſentiendum nulla poſſet ratione adduci. Sed hæc ejus conſequenter eſt notata rebellio, ut evidenter omnibus, quanti eſſet caritas, appareret. Ipſa etenim die aurum totum, quod ſecum pro viatico deferebat, amiſit. Quod juſto Dei factum conſtat judicio, ut qui caritatis cibum ſolus reſpuerat, neceſſarii victus pretio privaretur & ſolus. Sed, poſtquam damni admonitione correptus, culpam agnovit, & ſe peccaſſe confeſſus eſt; vir ſanctus verbis mitibus ejus conſolatus triſtitiam, ſecurum viam carpere cum ſociis jubet, cuncta ſe ei perdita cito reformaturum promittens. Denique ſolus ipſe per aliquantum reverſus itineris, reperram ſine mora Dei voluntate pecuniam reddidit poſſeſſori.

feria 6 comedentes carnes excuſat propter feſtum S. Martini.

C

amiſſam alterius pecuniam reperit.

10 Quartum quoque recitare placet miraculum, quod ſupra memoratis non longe videatur inferius. Cum forte juxta mare viantibus ſedem in arena ponere nox ingruens ſuaſiſſet, turbato repente cælo, nimborum tempeſtas inhorruit, ut vel ſi domibus tegerentur vix tegulæ poſſent defluentium pluviarum injuriam propulſare. Hic vir patientiſſimus, cum ceteri prout poſſent ſibi quiſque conſuleret, eodem quo manſerat loco perſiſtens, ſolito ſe orationis ſcuto protexit. Ad cujus petitionem, miſſo cælitus inauditæ magnitudinis & ignotæ ſpeciei folio, herbæ incertum an arboris, an forte neutrius, mirantibus omnibus, non ſolum à pluvia ſe defendit, verum etiam ex eodem ſtratum ſibi molliſſimum præparavit. Nec vero poterat aliqua ſubeſſe fortuiti eventus ſuſpicio, in tanta præſertim divini muneris novitate; cum nec parvis quidem vel herbis vel arboribus arenoſi illius ſoli ſterilitas nutrimenta præſtaret. Hæc ergo & alia; poſtquam reverſi qui viderant, divulgarunt, brevi per totam Aquitaniam celebre ſanctiſſimi viri nomen enituit.

D

ab imbre protegitur folio prægrandi cœlitus lapſo.

CAPUT III.

Stirpenſis Rectoratus & reliqua geſta cum pia morte.

B

Eligitur Rector Eccleſiæ Stirpenſis.

11 SUb idem fere tempus Stirpenſis Eccleſiæ Rector deceſſerat, unde factum eſt, ut à Clero ac Principe regionis Amardo, ſummæ virtutis viro, ejuſdem Eccleſiæ curam ſuſcipere multis precibus rogaretur. Sed cum obnixe reſiſteret, nec illi tamen ceſſarent à precibus, ne confuſos omnino remitteret, diem ſtatuit, ad quam eis ex conſilio reſponderet. Die ſtaturâ dum ſe humiliter excuſaturus reverritur, diſſentientibus tamen Clericis quibuſdam ac Militibus, qui ſecum ibant, quibus magis ut conſentiret placebat; ſubito avicula quædam, quam rapax qui dicitur Niſus urgebat, ad ipſum mortem evaſura confugit; quam ipſe libenter colligens ab inſtanti periculo liberavit. Tum vero illi raptâ occaſione inſtare vehementius, affirmantes Deum manifeſto ſigno de ipſorum ſententia judicaſſe: quo videlicet ſigno palam eſſet probatum, quod deeſſe periclitantibus non deberet. Sic à Stirpenſibus Clericis ac ſupradicto Principe paulo minus compulſus, ne divinæ voluntati contraire videretur, gaudentibus cunctis, curam quam rogabatur *a* ſuſcepit.

a

in veſtitu & victu moderatus.

F

12 Jam vero in regimine poſitus, qualem ſe geſſerit, vix exequi verbis quiſquam poteſt. Neque enim verſa eſt illi, ut quibuſdam ſolet, prælatio in elationem; nec ſibi pro dignitatis loco in veſtitu aut victu amplius aliquid aut melius uſurpavit: imo vero multo nunc parcior ac modeſtior, quo majorem adeptus eſſet licentiam, eo ſibi minus licere intelligebat: propterea quod in eminenti poſitorum, ſicuti pluribus proſunt virtutes, ita vitia plurimum nocent. Non igitur quaſi dominans in Clero, ſed ſecundum Apoſtolum forma factus gregi ex animo, amore magis ac benignitate, quam terrore vel ſuppliciis ad bene agendum ſubditos incitabat; gratiorem Domino judicans voluntariam devotionem, quam coactitiam ſervitutem: illa enim ex libera caritate procedit, hanc vero timor ſervilis extorquet. Neque tamen ubi opus eſſet zelus illi deerat, aut competens in rebelles diſtrictio: ſed tandem hæc & neceſſario velut ferrum & ignem adhibebat, ne forte pars neglectâ putredinis, ſerpendo latius, partes integras vitiaret. Sed quænam hominis perverſitas ſub tanto duce invita Domino militaret, cujus & doctrina pelleret ignorantiam, & vita præberet exemplum, & oratio præſtaret auxilium? Hæc etenim tria commiſſo gregi Pater optimus providebat, ut inſtructi prædicatione, exemplo

1 Pet. 5, 3.

ſubditos juvat doctrina, exemplo, & oratione.

A *omnibus omnia factus,*

plo animati, oratione adiuti, contra hoſtem antiquũ pugnare & ſcirent & vellent & poſſent. Præterea tanta circa ſingulos ſolicitudine vigilabat, ut pro cujuſque vel natura vel ætate vel conditione competentem cuique curam adhiberet: more optimi cujuſdam medici, qui, unde alius adjuvetur, alium noverit lædi; & unde iſte ſanetur, illum periclitari non neſciat. Omnibus ergo & ſingulis congrua providebat, omnibus omnia factus erat, & tot de ſe, ut ita dicam, homines faciebat, quot diverſitates exhibebat hominibus. Inter vitium & naturam tam ſubtiliter diſcernebat, & in eadem perſona ſic alterum ſegregabat ab altero, ut nec iſti parcendo illud foveret, nec illud proſequendo iſtam contereret. Nullius vel infimi neceſſitatem neglexit, nulli opem poſtulanti non adfuit. Omnium incommoda per compaſſionem ſua fecit: proſpera omnium per caritatem ſuis lucris annumeravit.

corpus caſtigat cilicio & verberibus,

B

13 Inter hæc abſtinentiæ ſectator fortiſſimus, eleemoſynarum diſtributor largiſſimus, famelicos jejunus reficiebat, nudos algens operiebat, tecto carentibus conducebat hoſpitia, ſtipendiariis pretia conferebat. In alios omnes propitius, in ſe unum difficilis, quod omnibus aliis impendebat, ſibi ſoli negabat obſequium. Immo vero, quaſi non eſſet magnus jam dudum corporis triumphator, carnem ſuam cilicio terebat aſſidue; & quod magis videatur inſolitum, intempeſta nocte conſurgens, nudatum in eccleſia corpus verberibus exponebat: non quod aliqua ſentiretur, ſed ne qua ſentiri poſſet afflictæ carnis rebellio: quod ut occulte fieri poſſet ac crebro, fidum ſibi tortorem pretio conducebat. Nec ſola egentibus, ut dictum eſt, corporis neceſſaria miniſtrabat: ſed multo magis de animarum ſalute ſolicitus, quoſcumque poſſet, lucrari Domino ſatagebat. Corripiebat juſtus in miſericordia peccatores, ſuſcipiebat in indulgentia pœnitentes: ſiquidem, pro ſuæ merito ſanctitatis, à Romanæ Sedis Epiſcopo *b* Victore *c*, poteſtatem acceperat, etiam de criminibus judicare, & pœnitentibus eccleſiam pro ſuæ diſcretionis arbitrio vel claudere vel aperire. Hac ergo licentia in multorum utebatur ſalutem: hac licentia plurimos, ſub gravi jam criminum onere deſperantes, injunctione portabili ad veniæ ſpem erexit, & extraxit quaſi mortuos de ſepulcris. Nonnullos torpentes negligentia, & nimium de venia præſumentes, hac eadem poteſtate velut ſequeſtrandos conterruit, & excitavit quaſi dormientes de ſomno. Fidelis ſervus & prudens, quem conſtituerat Dominus ſupra familiam ſuam: fidelis plane, qui non ſua, ſed Domini ſui lucra quærebat; nec ſuam laudem, ſed Domini ſui cogitabat honorem. Plane fidelis, qui Dominicæ veritatis pecuniam non abſcondens, libere omnibus præcepta Domini prædicabat; nec quemlibet potentem & divitem, timore pœnæ vel amore præmii, in ſuis palpabat iniquitatibus. Præterea fidei Catholicæ aſſertor invictus, hæreticis ac Judæis, auctoritate loquentis in ſe ſpiritus, cito ſilentium imponebat. Erat etiam prudens: quoniam in doctrina non ſolum perſonam, ſed & tempus conſiderabat & locum.

b c *à Pontifice accipit poteſtatẽ claviũm,*

C

inter adverſa fortis,

14 Quantæ autem longanimitatis, quantæ fuerit inter adverſa conſtantiæ, hoſtiles clades & bellorum incendia probant, quibus per Principum diſſenſionem, non ſolum eccleſia ipſa ſacrilegâ combuſtione deleta eſt, verum etiam magna pars populi cum toto pœne Clero eodem igne conſumpta. Siquidem Princeps terræ, nomine Gordianus, renitente ac reclamante beato Viro, auſu nefario, ipſa eccleſiæ ſepta communierat, impoſitoque armatorum præſidio crebris incurſionibus finitimos devaſtabat. Hæc cauſa fuit, ut iniquorum merito locus immeritus ab hoſtibus cremaretur. Sed cum nec ſic memoratus Princeps pravam intentionem deponeret, refectiſque munitionibus, inter ſacros quondam parietes priora ſacrilegia exerceret, divinis tandem terroribus, per horrendas noctium viſiones, expulſus eſt: accitoque Sancto, qui non longe inde cum paucis diſcipulorum, qui incendio ſuperfuerant, latitans divinam clementiam expectabat, jurat ſe nihil tale deinceps præſumpturum, purgatoſque parietes beato Viro reſtituit. Qui acceptæ calamitatis ærumnam, non ad cauſam deſperationis, ſed ad meritum probationis convertens; reſtaurationis opus ſummo ſtudio aggreſſus eſt, obnitentibus quibuſdam Epiſcopis, qui locum, ſanguine & cæde pollutum, ſacrari ultra non poſſe contenderent. Sed obtinuit tandem beati viri ſana ſententia, non ſolum ſynodali Epiſcoporum approbata decreto, verum etiam litteris Apoſtolicis confirmata. Opus ergo cœptum ſtrenue conſummavit, invitatiſque vicinarum urbium Epiſcopis Dedicationis feſtum cum ſumma gloria celebravit. Deinde in locum abſumptorum Clericis ſubſtitutis, priorem eccleſiæ ſtatum & numero auxit & merito; de tribulatione virtutis ſumens materiam, ut merito fortunatum infortunium putaretur, quod ad majorem loci gloriam contigiſſet.

A. MARB. EX MS. *combuſtam eccleſiam*

meliori modo reſtaurat:

E

eidem 38 annos præeſt, ex his 7 cæcus.

15 In adverſis ergo probatus & proſperis, in his cautus & humilis, in illis vero fortis & conſtans, in utriſque merito ſanctitatis imitabilem ſe oſtendit. Cedrus erat Libani, firmis hærens radicibus. Domus erat Domini, ſupra firmam petram bene fundata. Inundavit fluctus, irruit ventus, & permanſit immobilis. In hoc itaque tenore Domino auctore commiſſam ſibi triginta octo annis rexit eccleſiam, ut nulla tardaretur eventuum varietate, ſed ſemper bonis meliora, melioribus adjungeret optima. Non illi aut ſenectus imbecillitas, aut plaga nocuit cæcitatis, qua ejus patientia ſeptem ante obitum annis probata eſt, quo minus prioris abſtinentiæ legibus inſerviret. Sed neque diuturnæ curſus proſperitatis, nec ſignorum frequens oſtenſio, quibus in mundo late diuque claruit, aliqua ejus animum vanitate tentavit; ſed ſemper inter miracula humilior, inter ſecunda timidior, inimici laqueos duce Chriſto contrivit.

miraculis corporalibus clarus,

F

d

16 Et exteriora ejus miracula, partim attigi, partim prudens prætereo. Ut de muliere dæmoniaca, quam Vercelliaco *d*, in eccleſia Mariæ Magdalenæ, præſente populo, die ſancto Paſchæ purgavit. De alia item nobili ac religioſa matrona, cujus obitum longe poſitus per revelationem cognovit. Hæc ergo prætereo, ne in talibus ſummam videar poſuiſſe. Illa vero quæ ſpiritualiter eſt operatus miracula, nec præteriri debent, quia digniſſima, nec explicari poſſunt, quia innumera. Si enim quemadmodum in corpore morbi, ſic vitia eſſe noſcuntur in anima; qui innumerabiles vitioſos correxit, utique innumerabiles morbos fugavit. Et, ſi periculoſior ægritudo glorioſiorem facit curationem, tanto utique majorem meretur laudem vitiorum ſanatio, quanto gravius animæ periculum, quam corporis eſſe dignoſcitur. Itaque Pater ſanctus ſpirituales maxime fugare ſtuduit ægritudines, & ſpirituales maxime tribuit ſanitates: ſuperbis humilitatem, laſcivis caſtitatem, prodigis contulit parcitatem, largitatem avaris, manſuetudine iracundis, luxurioſis abſtinentiam tradidit, invidis caritatem reſtituit. Sed in ſingulis quid moramur? Enumeret remedia, qui numerare poteſt incommoda, vel qui

magis laudatur ob ſpirituales curationes.

A. MARBODO EXMS.

qui non poteſt ægritudines, nec numerare cogitet ſanitates.

17 Nunc ad ejus tranſitum veniamus. Jam bonus miles in tabernaculo Domini uſque ad ſenectutem habitaverat, ingreſſuſque ſine macula, & operatus juſtitiam, dignus erat accipere miſſionem, & requieſcere in monte ſancto ejus. Correptus ergo febribus exoptatis, ſenſit Domini eum pulſantis adventum; convocatiſque diſcipulis, imminentem eis ſui obitus diem lætus prædixit. Conſolatuſque mœrentes & ad meliora cohortans, ut & moriendi ordinem demonſtraret, quibus vivendi formam tradiderat; induci primum Preſbyteros ac ſacram ſibi Unctionem fieri poſtulavit. Deinde percepta cum ſumma cordis & corporis humilitate Euchariſtia, exutus linea, cilicium, quo ſemper ad carnem utebatur, aperuit; cujus facti ratio, cum à circumſtantibus quæreretur: Nudus, inquit, cum nudo debet luctari, ne habeat unde poſſit teneri. Sic in eccleſiam à Fratribus deportatus, & ante altare matris Domini depoſitus, exitum ſuum in cinere & cilicio, erectis ad Dominum mentis oculis, expectabat. Flebant cum ſilentio qui aderant, & orabant, & in auribus ejus, ut juſſerat, ſacra lectio reſonabat. Cumque lector ad extremam libri clauſulam perveniſſet, qua dicitur; Finem loquendi omnes pariter audiamus, Dominum time & mandata ejus obſerva, hoc eſt enim omnis homo; congruo ſatis eventu, cum fine loquendi, vir ſanctus finem fecit vivendi: *e* perrexitque ad Dominum, quem vere timuerat, cujuſque mandata obſervaverat, ad quod procul dubio omnem hominem conſtat eſſe creatum. Sed quanto putamus lectionis & orationis ſtudio vivens inhæſerat, à quo nec moriens potuit abſtinere? aut quando à prædicatione ceſſavit, qui & in exitu ædificatorias ſententias proferebat? Corpus ejus cum magna populorum frequentia in eadem eccleſia honorifice ſepultum eſt, ubi uſque hodie requieſcit: ad cujus ſepulcrum multa fiunt miracula, multa fideliter petentes accipiunt beneficia: præſtante Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat per omnia ſecula ſeculorum.

ſacramentis munitus:

in eccleſia, cinere & cilicio tectus, moritur,

B Eccl. 12, 13

c

D *ibidemque ſepelitur.*

ANNOTATA.

a *Anno* 1038, *ut ex obitu & annis regiminis conſtat.*

b *Hic eſt* Victor *ſecundus, qui ſedit ab anno* 1054 *uſque ad an.* 1057.

c *Hæc poteſtas excommunicatos abſolvendi aut pertinaces excommunicandi videtur extraordinaria ac plane perſonalis fuiſſe: non ſolum autem hæc non tranſivit ad poſteros; ſed etiam pro ordinaria ipſis mota eſt quæſtio, cujus meminit Ivo Carnotenſis epiſtola* 69 *inſcripta* Galterio, Stirpenſis Eccleſiæ Præpoſito: qui graviter ferebat, quod Lemovicenſis Epiſcopus interdixerit omnibus Regularibus Clericis & regimen parochiarum & confeſſionem pœnitentium. *Scripſit iſta Ivo jam Epiſcopus Carnotenſis, conſecratus ab Vrbano anno* 1091, *id eſt* 21 *annis poſt mortem* S. Gualterii, *qui occaſione dicti* Galterii, *perperam* Galterus *&* Galterius *ſcribitur.*

E

d Verzelliacum, *alias* Vezeliacum *in Burgundia: quomodo autem Eudo primus loci Abbas illuc dicatur ab Aquenſi territorio attuliſſe corpus Sanctæ, pio furto ſublatum, anno* 849, *dicetur ad ejus diem* 22 *Iulii.*

e *Anno* 1070, 11 *Maji, ut ſupra probatum.*

DE SANCTO ILLVMINATO

G.H.

SEPTEMPEDÆ IN PICENO.

XI MAII

Abulæ Martyrologii Romani concludunt hunc diem XI *Maji his verbis:* In Piceno apud Septempedanos S. Illuminati Confeſſoris: *ubi Baronius annotat,* ejus ſacrum corpus religioſe ſervari, & coli apud Sancto-ſeverinates, qui olim Septempedani dicebantur, in monaſterio S. Mariani. *Quæ inde deſcribit Philippus Cluverius lib.* 2 *Italiæ antiquæ cap.* 11, *& confirmat antiquam* Septempedam *nunc dici* San-Severinum, *quod conſtructum fuit ex ruinis Septempedæ, quam Gothi aut Longobardi evertiſſe dicuntur. Dictum autem* monaſterium S. Mariani, *quod olim ſpectabat ad monachos Benedictinos, nunc appellatur* monaſterium S. Catharinæ, *& inſervit ſanctimonialibus etiam Ordinis S. Benedicti, ubi dictum* corpus S. Illuminati ſub altari majore adhuc integrum ſervari religioſe in arca lignea, partim deaurata partim variis coloribus exornata; ejus pallium ſæpiſſime deportari ad ægros, ad cujus contactum multæ pelluntur infirmitates & ejus feſtum ibidem ſolenniter coli v Idus Maji; *tradit Lucas Wadinghus in Additionibus ad tomum primum Annalium Minorum num.* 3. *At Ioannes Baptiſta Cancellottus, San-Severinas ipſe, lib.* 4 *Vitæ S. Severini Epiſcopi Septempadani cap.* 11, *agit de* S. Illuminato, *aſſeritque* in corpore S. Illuminati æſtimari rem miraculo ac myſterio dignam, quod ſcilicet corpus ſupra altare majus ſitum caput ſuum verterit verſus dextrum latus, ut aſpiceret verſus chorum ſanctimonialium, neque potuerit ullo modo in alium ſitum transferri: unde colligunt ſignum affectus, quo anima ejus glorioſa è cælo aſpiciat monachas ibi degentes, eo prorſus modo, quo corpus quamvis inanime benigne eis adverterit faciem. *Hæc Cancellottus. Ceterum nulla extat Vita illius, & ut certum affirmant illum ibidem obiiſſe, ita multi contendunt etiam natum fuiſſe, ſed de hoc nihil certi ſcitur. Traditio aliqua eſt eum ibidem monachis inſerviſſe, & ut monachus Benedictinus antiquitus oſtenditur pictus fuiſſe: atq; hæc à Cancelloto ex MSS. profertur inſcriptio,* Illuminatus, D. Benedicti monachus, vir fuit celebris ſanctitatis, & ſepultus in eccleſia S. Mariani, quæ erat ejus cœnobium. *Interim, quod miramur, non celebratur ejus memoria in faſtis Benedictinis.*

Cultus ſacer,

C *Corpus in altari,*

an Ord. S. Benedicti?

F

2 *Philippus Ferrarius aliquod ejus elogium ſcripſit, ſed non abſque errore, dum tradit hunc* S. Illuminatum, S. Franciſci Aſſiſinatis ſocium & alumnum fuiſſe: cui ille jam moriturus non modo ſtigmata, nulli adhuc mortalium detecta, ſed & alia arcana quam plura revelavit. *Ferrarium ſecutus eſt Brautius in Martyrologio Poëtico. Verum hunc Aſſiſii obiiſſe ac ſepultum fuiſſe eſt antiqua Minoritarum traditio: ipſumque ad* v *Maji refert in Martyrologio Franciſcano Arturus. Similis controverſia mota fuit Romæ anno* MDCXLIII, *inter cives S. Severini & Iacobum Laurum: quod hic in Hiſtoria urbis Interamnenſis ſcripſerit* S. Illuminatum fuiſſe Interamenſem, & ex familia de Caſtellis, & quod illius corpus requieſcat in eccleſia S. Franciſci Minorum Conventualium dictæ civitatis S. Severini. *At* facta inſuper relatione prædictæ hiſtoriæ, & mature diſcuſſa, Eminentiſſimi & Reverendiſſimi DD. Cardinales decrevere eamdem hiſtoriam ſuſpendendam, donec corrigatur. *Quæ latius à dicto Cancellotto exponuntur.*

alius ab eo ſocius S. Franciſci.

DE

DE BEATO NICOLAO G.H.

EREMITA NEAPOLI OCCISO.

ANNO MCCCX. *Ferrario in apud Ferrarium.*

PHilippus Ferrarius *in Catalogo generali Sanctorum, qui in Martyrologio Romano non sunt, ad hunc* XI *Maji ista scribit:* Neapoli B. Nicolai Eremitæ Martyris. De quo, *inquit in Notis*, Paulus Regius Episcopus Equensis, in libro primo de Sanctis regni Neapolitani, ex antiquo codice Ms. ecclesiæ S. Restitutæ, ubi ejus corpus jacet: Occisus est anno MCCCX noctu in ecclesia, cui inserviebat, à quodam, qui optionem ei proposuit, dicens: Vel occidas, vel occidaris. Solitus erat occisor eleemosynas Mariæ Reginæ, cujus erat servus, Eremitæ deferre. Homicidio patrato aufugere numquam potuit, licet à nullo visibiliter detineretur. *Hæc Ferrarius.* Regina Maria, *uti observat Paulus Regius*, erat filia Stephani V Regis Ungariæ, & uxor Caroli secundi tunc regnantis in urbe & ditione Neapolitana. At locus, in quo erat ecclesia S. Mariæ Ad circulum, ubi degebat B. Nicolaus, & hoc tempore vocatur Ecchia, tunc temporis desertus & absque habitatoribus, modo conspicitur adornatus nobilissimis ædificiis, & excultus illustrissimis habitatoribus. *Sic Paulus Regius, qui vitam hujus Eremitæ edidit, extractam* ex antiquo codice Ms. Latino, asservato in ecclesia seu capella S. Restitutæ Virginis & Martyris, *in qua asservatur* corpus B. Nicolai Eremitæ. *Idem observat Henricus Baccus in descriptione regni Neapolitani, à Cæsare Engenio aucta & Neapoli anno* MDCXIII *excusa: ubi post enarrata undecim corpora Sanctorum, quæ in ecclesia Cathedrali asservantur, duodecimum addit*, corpus B. Nicolai Eremitæ. Annus, *quo occisus est, accurate indicatur*, millesimus trecentesimus decimus *cum* Indictione octava, *quæ in illum annum conveniebat. Acta citata Latina, ab auctore ut videtur coævo scripta, nobis transmisit Neapoli Antonius Beatillus Barensis, Societatis Iesu Sacerdos, & studiorum nostrorum circa Sanctos Neapolitanos singularis fautor. Qui in ea Vita sepulturæ tempore dicitur absens fuisse Neapolitanus Episcopus*, Humbertus *erat*, divini cultus augendi studiosissimus, *uti eum Vghellus laudat & patet ex Actis: inter quæ numeratur ipso anno* MCCCX *mense Martio facta translatio S. Severi, sicut diximus ad hujus Vitam* XXX *Aprilis. Talis igitur cum fuerit, non est dubium quin reversus in urbem, voluerit etiam partem suam habere in honorando eo, quem Deus tantopere voluit honorare.*

Vita Italica apud Regium.

B Ecclesia S. Mariæ Ad circulum,

C Corpus in Capella S. Restitutæ,

Vita Latina.

VITA

Ex antiquo Ms. Neapolitano.

Prope Neapolim solitarius,

1 HOmo quidam pœnitentialis, natione Lombardus, Nicolaus nomine, gestans habitum Eremitæ, ab olim Neapolitanam civitatem peregre petiit: adinventaque parva basilica, vocabulo gloriosæ Virginis insignita, cui cognomen Ad circulum, ab ipsa civitate distante fere spatio milliaris unius, solitarius quidem & ab humani consortii vicinitate remotus, super exesam altamque rupem, mari conterminam positus; sed solum Deo vivo & Domino nostro Jesu Christo, cui servire regnare est, dedicavit se in illa perpetuo serviturum. In hac ergo ecclesia, quam operatione devota reparavit & auxit mundatamque tenuit & ornatam, nec carere fecit pro suæ modulo facultatis divini celebritate mysterii; dies peregit & noctes in sanctitate, à se penitus mundialium solicitudinum curas & strepitum abdicans, jugiter orans, & afferentem servitio divino præpedium frequentiam nimiam humanæ conversationis evitans. Huic, Deo semper intento, semel in die cibus potusque fuit panis & aqua: quibus interdum fabas & crudas herbas admiscuit.

dedituscelerationi, jejunio

2 Vestis in carne nuda circulus ferreus, ventrem lateraque cum renibus perstringens & comprimens, geminas continens ferri corrigias, dextra lævaque parte ab alto sursum demissas ad spatulas, atque posterius descendentes ad renes; quæ connexæ dicto circulo jungebantur. Alii quoque orbiculares parvi circuli brachia gemina constringebant, & ambibat corpus tenuis catena ferrea, instar balthei inferiora prementis, quam ne caderet sera firmabat. His deinde ferrea superjecta lorica est, quam operiebat ursi corium pilis hirsutum, idque sub alba staminea latuit. Sed & lectulus fuit erecta muro scala lignea, cui dormiens inhærebat indutus: cervical autem erat lapis asper. Talem quippe vitam in supradicta ecclesia [ducens] felicissimus Eremita, & annorum fere viginti recollectioni continuæ vacans, pro cælestibus terrena despexit, pro stabilibus caduca renuit, transitoria pro mansuris effugit.

& pœnitentia rigida,

annis 20.

3 Sed invidentis spiritus operibus bonis plerumque valida tentatione non caruit. Quod utique divinitus permissum creditur, ut suorum actuum perfectio probaretur. Habetur enim à viris religiosis vitæ cælestis & conversationis honestæ, qui cum eo in vita versati sunt, & quorum aliquibus ipse confessus est, adjuratus ab eis & solerter exactus; quod ipse pervigil humani generis inimicus semel in specie formosæ mulieris, occidente sole advenit ad eum, clamando: & fugiens querebatur, quod quidam viri, in illius loci solitudine insequentes ejus insidiose vestigia, se illi commiscere turpiter satagebant: sicque petebat instantius, se intra dictam ecclesiam recipi, ut conatus improborum effugeret persequentium. Ipse vero pius ac misericors Eremita, ab ea cui tunc vacabat oratione suspensus, ad exteriorem januam non segnis occurrit, & clausam januam confestim aperuit, & simulatam feminam intromisit. Qua dimissa, post illam manibus eremitæ reclusam, in medio spatio ante fores ecclesiæ, cum eam ingredi immundus spiritus non auderet, ad orationis intermissæ suffragia, rei hujus ignarus, Eremita revertitur: dumq; paulisper moratus intueretur quid illa perageret, ostio reclusо, quam introduxerat, non invenit. Tunc Eremita cognovit, quod de vitio carnis astutia satanæ solicitatus extiterat & tentatus. Propter quod magis se in orationem dedit, eum qui secum misericorditer egerat benedicens. Alias autem nocte quadam, non simulatus, sed horrificus dæmon, ecclesiæ tecto insidens, & orantem Eremitam nominatim alta voce vocans, discooperiebat ecclesiam, deorsum mittens, quod de tecto violenter excerpserat, offendere satagens virum Dei. At ille suæ præsidiis orationis adiutus, furentem è tecto expulit incolumisque mansit, & iterum omnipotenti Deo benedixit.

A dæmone tentatur objecta specie mulieris,

& aliis terroribus.

4 Verum nec his contentus hostis insidians, quod per se non potuit facere, tandem oppportune per alium procuravit. Ecce namque adinventus est ministerio ejus quidam nomine Perottinus, de civitate

EX MSS. vitate Aquenſi de Provincia, diu converſatus & obſequens in domo inclitæ & Catholicæ Princi-
à Perottino eleemoſynaria Regina accipere ſolitus; piſſæ Dominæ Mariæ, Hieruſalem & Siciliæ Ungariæque Reginæ: per quem eadem Domina præfato Eremitæ eleemoſynaliter cibos ſæpe miſerat, cum ad eum pium haberet animum & integræ devotionis affectum. At is etſi cibos ipſos devotus exciperet, non tamen edebat, ſed occulte pauperibus erogabat. Hinc Perottinus idem, qui & devotus apparebat exterius, & eleemoſynarius Chriſtianus, in tantam notitiam & familiaritatem ipſius ſancti viri devenerat, quod admiſſus per eum noctu quandoque eſt ad dormiendum in eadem eccleſia: *ab eodem apud ſe per noctem,* quod utique permiſſum alii non invenitur, præter virum hunc ſolitudini deditum, ut ſuum quietius præberet Domino famulatum.

5 Sane prænominatus Perottinus, qui ſicut loquelæ ejus teſtificatione perceptum eſt, annis continue quatuor ſtimulatus maligno ſpiritu fuerat, ut dictum perimeret innocentem; nocte undecima *11 Maji anno 1310,* menſis Maji, indictione octava, ſub anno Domini milleſimo trecenteſimo decimo, armatus & ſolus acceſſit ad locum; accienſque memoratum Eremitam, vigilem & orantem, ſe admitti in dicta eccleſia
B poſtulavit. Ipſe vero Eremita, perſona cognita, poſtulantis affectui ſatisfecit. Verumtamen apertis eccleſiæ foribus, prodente lampadum lumine, armatus comparuit, qui venire conſueverat inermis. Eremita ſubridens ſciſcitatus eſt ab eo, cur veniſſet armatus. At ille: Ut te, inquit occiderem. Quo audito Eremita contremuit, intuens pavidus opportunum locum, & tempus habile, ac male diſpoſiti armatique hominis inſolitam voluntatem. *cum illum occidere nollet,* Dum ipſum ab hoc ſceleſto removere propoſito verbis & exemplis ſanctis Eremita ſatageret; ait ille: Fruſtra niteris & laboras in vanum. Eligendum eſt tibi alterum de duobus, vel tu me perimas, vel ego te perdam. Videns autem Eremita præfatam electionem iniquam, neceſſario ſibi datam, in tutiorem partem ſanctum declinavit affectum, occidere renuens, & ſe occidi patientia devota permittens. *occiditur ipſe.* Confeſtim ergo vir ille nequam, enſem vagina exerens, percuſſit & perdidit jam mortuum mundo, ſparſitque eccleſiam pretioſo ſanguine viri juſti. Qui antequam animam, interempti corporis ergaſtulum deſerentem, ut meruit, exhalaret in cælum; repetitis vicibus ſuum hortatus eſt & monuit occiſorem, ut ſtatim fugeret, & evadere conaretur: quantum in ſe fuit remittens illi, quod egerat, oranſque devote ad Dominum pro eodem.
C

Percuſſor vi divina detentus, 6 Sed, ô mira Dei virtus! & inſcrutabilis ejus altitudo conſilii, quam humanæ conſiderationis intuitus non attingit! Vir juſtus ferro perimitur, & cauſalis inde ratio humanitus non habetur. Apud eum tamen rectus ordo creditur: qui in altis habitans, noſtras æque deſpicit actiones & cogitationes cordis. Stat proinde homicida in eccleſia ſolus ante illum, cujus hortatum monitaque receperat obeuntis, ut, ne reperiretur, effugeret; nequiens à prima fere noctis hora uſque ad mane, orto jam ſole, de loco ſecedere, ubi tam dirum nefas flagitiumque admiſerat, veluti ejus confeſſione compertum eſt, & fide dignorum plurium aſſertione virorum. *à redeuntibus ad opus latomis* Quidam namque viri prope dictam eccleſiam lapides incidentes, diu ſoliti fuerant, pro ſuorum alleviatione laborum, cum noctis appropinquante crepuſculo ſuas dimittebant operas, in eadem eccleſia penes eumdem Eremitam miniſterii ſui ferramenta deponere: quæ per ſingulos dies diluculo recipientes, ibant hujuſmodi ſuo miniſterio deſervire. Illo autem mane, quod jam dicta nox tenebroſa præceſſerat, dum eorum aliqui eccleſiam peterent, intra illam recepturi depoſita ferramenta; mirati ſunt, quod ea hora præter ſolitum apertis utriſque januis patuiſſet eccleſia; inveneruntque juvenem erectum & vigilem, ſanguine irrigatum, enſem dextra manu geſtantem: deflexoque ad terram lumine, occiſus Eremita conſpicitur. Conſpicientium mentes mirantur dum innocens videbatur extinctus; & qui perdiderat eum, non abierat fugiens, cum fugam tempus indulſerat ſpatioſam. Alloquuntur hunc, nec ille reſpondet. Sæpius monent, conſulunt, & impellendo provocant ut recedat, antequam præſumptæ temeritatis auſus horribilis ad communem notitiam deducatur. Tandem reſponſo dato ait, ſe non potuiſſe nec poſſe recedere. Videbatur enim ſibi quod pedes ejus maxima videlicet mole lapidum premerentur. Statim autem per unum virum, ex illic ſtantibus & ſtupentibus, Capitaneo Regio dictæ civitatis in templo facti tenor aperitur. Miſit ille celerrime vicarium *ducitur que ad judicem.* ſuum, & cum eo ſatellites nonnullos armatos, ut ſtatim caperent homicidam, & ad curiam ducerent, meritæ pœnæ judicium habiturum. Venitur ad locum, homicida capitur, ſed vix inde divellitur, ut E duceretur, cum pæne ſaxeo inviſibili pondere videretur affectus. Nec inficiebatur ipſe quod fecerat, neque ex hoc etiam, quod dictu mirabile cernitur, timidus apparebat. Difficulter itaque ligatis poſt tergum manibus ducitur, & tota illa die ante domum præfati Capitanei vinctus & cuſtoditus proprio conſpectui præſentatur.

deprehenditur in veſtigio fixus,

7 Interea, fama divulgante negotium, fit Cleri populique concurſus ad eccleſiam ſupradictam, in qua jacebat humi beatiſſimum corpus. Prævenientibus paucis aditus patet, ceteris janua clauditur, & creſcens continuo illic convenit hominum multitudo, videre hunc ſanctum virum, piis affectibus anxiorum. Venit & poſt paululum Capitaneus memoratus ad locum ſanctum, qui devote illum reveritus, juſſit eum adduci foras. Adductus odore ſuaviſſimo redolebat: cuncti oſculabantur: ab omnibus evulluntur præ devotione nimia pili barbæ, capitiſque capilli, & quidquid de his, quibus reperiebatur indutus, haberi poterat, laceratur. Hujus ſanguine madefacta tellus abſtergitur & deſiccatur: hinc patuerunt multis antè abdita intra veſtimentum ejus, quæ ſuperius deſcribuntur. Portatur corpus ejus, pœne Martyris, per Clerum Neapolitani F Capituli, quem innumera plebs ſequitur de civita- *& in capella S. Reſtitutæ ſepelitur:* te Neapolis, Antiſtite tunc abſente, ad majorem Neapolitanam eccleſiam: & inibi in capella ſeu eccleſia S. Reſtitutæ, divino ſolenniter celebrato myſterio, in quadam tumba marmorea reconditur & ſepelitur: in qua utique clauſa, parvulo ſpiramine derelicto, ei commiſſũ corpus diebus aliquibus non redolebat ut mortuum, ſed ſuaviſſimum ſpirabat odorem. De qua tumba tranſlatum eſt ad quamdam tumbam aliam, in eadem eccleſia ſeu capella decenti loco poſitam, in qua præſentialiter manet, & multa propter ejus meritum in virtute Altiſſimi certa variaque miracula quotidie demonſtrantur.

Corpus B. Nicolai magno cum concurſu viſitur,

8 Sed redeamus ad iniquitatis ac nequitiæ virum, tanti facinoris intrepidum commiſſorem, deſcribendo quem fructum de patratis acceperit. Sequenti namque die poſt captionem ejus, ſententialiter condemnatus ad mortem, per totam civitatem Neapolim vinctus, ut erat, trahitur, patibuloque ſuſpenditur, finiens in amaritudine merita dies ſuos.

homicida ſuſpenditur.

DE

DE BEATO ALOYSIO RABATA

ORDINIS S. MARIÆ DE MONTE CARMELO

RANDATII IN SICILIA.

COMMENTARIUS APOLOGETICUS PRÆVIUS

Ad querelas quorumdam RR. PP. Carmelitarum de noſtro Martio & Aprili.

D. P.

CIRCA ANNUM MCCCCXC. Ex Proceſſibus formatis anno 1533 & 73

ALterum hìc argumentum habes, Lector, religioſiſſimæ amicitiæ, inter me ac R. P. Danielem à Virgine Maria obſequiis reciprocis cultæ, quamdiu licuit per ſatorem diſcordiæ. Vix ille viderat probaveratque commentarium de miraculis & cultu S. Angeli Martyris, ex Leocatenſium Proceſſibus à me concinnatum; quin pro aliis iſtiuſmodi monumentis conquirendis nobiſque communicandis cœpit laborare, iis præſertim, quæ S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis, recens canonizatæ, ſupremum honorem promoverant apud Apoſtolicam Sedem. Hæc vero dum longo molimine deſcribuntur Romæ, placuit communicare quod erat ad manum, & citius uſui eſſe debebat, exemplar ſcilicet authenticum eorum Proceſſuum, qui Randatii in Sicilia facti ſunt anno MDXXXIII & LXXIII, ad informandum de vita, fama, bonis moribus, ſignis tam tempore vitæ quam poſt mortem quondam Venerabilis Fratris (*ut in primo*) ſeu (*ut in ſecundo Proceſſu appellatur*) Beati Aloyſii Rabatà... Ordinis S. Mariæ de monte Carmelo; *cujus in eccleſia S. Michaëlis ſub ara Principe conditum corpus, frequenti incolarum accolarumque concurſu honoratur, modico extra oppidum ſpatio; ubi jam inde ab anno* MCCCLXXX *fundari cœpiſſe conventum, ejuſdem cum eccleſia nominis, ſcribit Lezana in Annalibus.*

B

Randatii, intelligitur, Aloyſium

2 *Eſt* Randatium, *vulgo* Randazzo, *in valle Nemorenſi ſeu Demonæ*, oppidum novum ſed ingens, nobile, locuples & muris eximiis cinctum, *inquit Brietius noſter in Parallelis geographicis parte 2 pag. 993, Ætnam montem à* Meridie reſpiciens, *intervallo circiter milliarium* X; *Catana quidem duplo minus quam Meſſana diſitum, huic tamen ſubjectum in ſpiritualibus; ſimplici autem* Terræ *titulo contentum, cum primus Proceſſus conderetur; auguſtiori vero* Civitatis *appellatione glorians, prius quam conderetur ſecundus. Utrumque Proceſſum habuit, ex eoque B. Aloyſii vitam Italico ſermone contexuit, ac ſuo Carmelitano Horto inſeruit Ægidius Leoindelicatus de Sciacca parte 3 cap. 10: ſed, quod mireris, tam parum ſcivit characteres temporum in iis notatos obſervare, ut eum (de quo tamquam familiariter ſibi cognito loquitur anno* MDXXXIII *Teſtis quartus, dicens ſe agere ætatis annum* LXIII) *ſcribat obiiſſe anno Chriſti* MCCCCXLIII, *annis utique* XXVII *citius quam naſceretur Teſtis prædictus. Similis error deprehenditur ex ætate aliorum, beato viro coætaneorum Teſtium, quorum primus ac ſenior annorum fuit nonaginta, adeoque ipſo primum anno natus, quo mortuum Aloyſium Ægidius aſſerit. In eumdem cum Ægidio errorem, dum præeuntem temere ſequitur, Rocchus Pirrus impingit, de Beatis Drepanenſibus agens in parte 2 Siciliæ ſacræ pag. 554.*

C

nec anno 1443,

nec 1503 obiiſſe:

3 *Vidit hoc & cavere voluit Biſcarretus, in Palmitibus Vineæ Carmeli, & cum eo Munozius, in Propugnaculo Eliæ apud Lezanam in Annalibus: qui utrumque laudat ſequiturque ad annum* MDIII; *aſſignatum ab Ægidio* annum, nativitatis potius quam mortis, *dicendum arbitratus. Sed & hi deflectunt ab eadem chronologiæ ſtabilendæ regula, quam ab aliis non obſervatam queruntur; à characteribus, inquam, temporum expreſsis in primo Proceſſu: quos ſi conſiderare ſigillatim voluiſſent, legiſſent in teſtimonio* IX *miraculum factum ab annis* XXXVI, *id eſt anno* MCCCCXCVII, *ante defuncti reliquias, jam ſubtus altari locatas, adeoque annis aliquot poſt Aloyſii mortem. Ita ſcilicet auctores (dum alteri, ex inſcitia vel negligentia erranti, malunt credere, quam per ſe ſcribendarum rerum ſcrutari fundamenta) abducuntur in præcipitia; aut unum forte animadverſum cavente, incurrunt in aliud; ignoſcendâ humanis ingeniis imbecillitate, niſi nonnulli horum aliquando tam cæco pro ſuis ſcriptoribus abriperentur zelo, ut alii quidem meliora docentibus aut docere paratis indignentur, tamquam ſuæ gloriæ obtrectatoribus, ex ipſorum depreſsione creſcere ſperantibus; alii, tamquam exemplo iſtorum cautiores, vetuſta quæ habent monumenta tineis malint blattiſque rodenda relinquere; quam ex iis, per nos more noſtro expenſis, aliquid forſan diſcere, quod præjudicatis jam apud ſe opinionibus adverſetur.*

ſed aliquamdiu ante 1497.

E

4 *Viderint utrique quomodo ſeſe excuſent Deo, qui prima eſt veritas; & Sanctis, ad ſuæ ſanctitatis prototypon in veritate colendis Gratulor ego minimæ noſtræ Societati, in qua diverſum longe ſpiritum vigere tum alias patuit, tum nuper quando deprehenſum in Actis S. Franciſci Xaverii hactenus vulgatis chronologicum errorem, qui detexerat, noſtris Superioribus prolixe faventibus, vulgavit; viris illis graviſſimis modeſtiſſimiſque ita æquitate animi & veritatis amore paratis, ut pariter acquieturi fuiſſe viderentur, ſi Externus eos quilibet illius inveterati monuiſſet erroris. Nos certe in hoc quod proſequimur opere, veritatem ex puteo quocumque emergentem, quamvis alicui priori noſtro aſſerto contrariam, cupidiſſime amplectimur; eamque vel reſervamus poſteris lucubrationes noſtras recognituris; vel aliqua opportunitate oblata proferimus ultro, non magis docere parati quam diſcere; neque pudet in quæſtionibus facti, quarum deciſio ex allegatis probatiſque deducitur, mutare ſententiam, ſi quando contingat certiores prioribus offerri notitias.*

Quia non omnibus æque gratum eſt errores ſuos dedoceri,

F

6 *Non tamen veritati cuilibet, mox atque ſe aperuerit nobis, in lucem protrahendæ tam indiſcreto fervore intendimus, ut eam non judicemus quandoque celandam ad tempus, reſpectu caritatis, periclitaturæ inter infirmos fratres & animos obfirmatos ad tuenda præjudicia, ſpecioſo traditionis nomine fallentia. Nam (ut alia taceam) de Primo & Tertio Carmelitarum Prioribus, Sanctis Bertholdo atque Cyrillo, acturus in Martio magiſter meus Henſchenius, licet locus is poſcere videretur, ut de prætenſa Ordinis proceſsione ab Elia, ſucceſsioneque in Carmelo uſque ad Bertholdum, ſuam diceret ſententiam; & de ea quæſtione, deque illo quem ſub dictis Prioribus cœpit Ordo tenere ſtatu, multa haberet dicere: quia tamen non poterant portare modo, quos conturbandos ſciebat, amici; ex ipſorum met arbitrio ſic ordinavit perbrevem de Sanctis illis tractationem, ut omiſsis iis quorum confutatio ingrata erat futura, certiora dumtaxat aliqua efferret, eo ſolum fine, ut docerctur lector, quo tempore ambo floruerint in Carmelo, & quo jure potuerint in opere noſtro locum habere cum aliis Sanctis. Placuit aliquamdiu moderatio iſta tum prælaudato P. Danieli, qui & imprimenda & impreſſa bis terve legerat probaveratque, tum aliis moderationis zeli Patribus; eodemque pede procedebamus ad Aprilem, intactam relicturi controverſiam, nec neceſſariam nobis, nec*

ſenſum noſtrum de origine Ordinis Carmelitani

palam exponere nolebamus:

AUC ORE D. P. *nec ipſis placituram. Cum ſubito prodiit extemporalis è veterano Theologo hiſtoricus, & ſuorum pleroſque traxit in partes, ut judicarent publico nos ſcripto provocandos, atque cogendos ad reddendam ſilentii prioris rationem; ſive, ut ille appellabat,* brevitatis obſcuritatiſque affectatæ, *quam cum ſui Ordinis incredibili præjudicio conjunctam eſſe arbitrabatur. Quid non egi? Deus bone! quo me non demiſi? ſuadendo, orando, verbis & ſcriptis apud P. Danielem, ut ab iſto conſilio abduceret hominem, nihil moderate factum, perſuaſumque poſt tam diuturnam exercitationem inter ſcholarum cathedras, nulli diſputationi ſe imparem eſſe, quacumque in materia; cum tamen Theologus, quantumvis profundus, ſi ſtudium hiſtoricum tractare non didicerit cura ſpeciali, non magis ad aliquid in hoc genere ſapienter definiendum idoneus eſſe videatur, quam ad inſtruendos diſcipulos in arte poëtica.*

Sed invitos coëgit Auctor Armamentarii

6 *Monebam igitur & orabam P. Danielem, ſuaderet ei ut à nobis nominatim laceſſendis deſiſteret: ſed ſurdo fabula canebatur. Nam etiam hic, quem ſperabam mediatorem, cœperat adverſari palam, & priora de ſcriptis in Martio retractare judicia, neſcio qua ratione ſe deceptum cauſatus. Prodiit ergo juſtæ magnitudinis liber, contra Æmulos, ſive (ut poſtea placuit mitiori vocabulo appellare)* Amicos diſſidentes, *pleroſque è noſtra Societate acceptos, quaſi hac fere ſola, aut certe præcipua, Carmelitarum prætenſæ antiquitati ſe opponeret. Inter illos vero nos quoque protracti ad judicium ſumus, ob* quinque argumenta, dubia ſaltem & obſcura, *quæ ſibi à nobis oppoſita in Martio ex ibi dictis elicuiſſe videbatur Auctor; non minori cum injuria noſtra, qui dicebamur tam futilibus niti; quam Fratrum ſuorum pernicioſa deceptione, quibus de adverſariis tam leviter armatis facillima promittebatur victoria. Hic auctor per numeros ſexaginta duos aliud nihil agit, quam ut noſtro nos officio defuiſſe oſtendat:* Nam, *inquit num.* 818, dum aliqua ſpectans ad materiam, quæ tangitur, notoria eſt controverſia; qui materiam tangit & controverſiæ reſolutionem prætermittit, non illuſtrat; ſed aperte, contra omnium expectationem, quaſi oneri ſuccumbens, ex controverſia indeciſa, in appendentibus obſcuritatem & confuſionem, illuſtrationi à ſe pretenſæ contrariam, relinquit. *Enimvero cur non relinqueremus, licet oneri pares? Cur alias contenti Carmelitanæ hiſtoriæ partes illuſtrare, in ea non parceremus labori, ubi lucem inferre erat odium incurrere? Non igitur imbecillitas ea fuit, ſed diſcreta caritas, ab infirmis oculis lucem ſubtrahens nocituram.*

provocatione publica;

vel exorari ſe ſivit

C

7 *Sed nihil tale Armamentarii Auctor cogitare de iis voluit, quorum in Prologo Paragraphi tertii laudaverat beneficia, ut* æterna totius Ordinis gratitudine digna; *cū* agnitione debiti erga Societatem noſtram, numquam ad æqualitatem perſolvendi. *Interim, gratioſe ſuppoſuit in eodem Prologo, quod* omni ſcriptorum & librorum theſauro abundantiſſimi, forte fortiores & convincentes haberemus auctoritates: quas *tamen, inquit,* dum non producunt, nec nos *Carmelitæ,* cum notabili totius Ordinis & noſtræ antiquitatis præjudicio, ſupponere debemus. *Hactenus id ab eis non exegerat P. Henſchenius, nec ego eram exacturus: abundaſſent illi in ſenſu ſuo, & fundamentorum ſuorum præſumpta ſolidate nixi, pleno ore dixiſſent, quod* TRIUMPHATOR Henſchenii ac Papebrochii Jeſuitarum, noviſſimorum Ordinis hoſtium *(ſic enim publice ac privatim à ſuis appellatur diſcipulis) in Partis primæ Præfatione ſcripſit; dixiſſent, inquam, non obloquentibus nobis,* Carmelitanam hiſtoriam tot & tantis communitam eſſe ſcutis, ut ipſa ſubſiſtere debeat, aut nulla. *Si aliquando apud P. Danielem, tanquam amicum unanimem, privatim faſſus ſum, illa omnia fundamenta, quantumcumq; ipſis videantur immobilia, mihi æq; ac pluribus eruditis viris eſſe ſuſpecta; id feci vel verbo vel per epiſtolam, tamque familiariter, ut nihil inde metuens incommodi, nequidem retinuerim ejus apud me copiam, qua poſtea ad mei purgationem uterer ſi opus foret. Ea autem epiſtola vel non debuerat ad publicæ litis conteſtationem adduci, vel adduci integra: & tunc conſtitiſſet lectoribus omnibus, etiam Carmelitis, quam ſincere candideque in hac cauſa proceſſerim; & quam ex animo voluerim declinare certamen, rebus, ut tunc erant, meis ſtudiiſque perquam incommodum.*

D

ut abſiſteret cœpiū.

8 *Pergebat ille nihilominus provocare: & num.* 804 *aliquam nobis, ex multis quibus nititur, auctoritatem adducens,* aut illam, *inquit,* debent admittere *(quod vero de illa dicit, etiam de ceteris intelligi voluit)* aut fortiorem opponere: aut, ſi illam contra totius Ordinis indubitatam acceptationem habeant ſuſpectam, ſuſpectationis efficacem reddere rationem; ne ipſorum nuda ſtet pro ratione voluntas: quę ſi ſufficeret, actum eſſet de Vitis & Actis Sanctorum, quibus operoſe & laudabiliſſime incumbunt. *Talibus provocationibus per paginas triginta duas late deductis, cōſtricti, & veluti tormentis eculei ad intima cordis arcana patefacienda adacti. quid faceremus? Impetraverant illi quidem ab omnium prædictorum inſcio Reverendiſſ. P. N. Ioanne Paulo Oliva commendatitias ad nos litteras, quibus moneremur,* ne fundatorem Eliam vellemus ereptum Carmelitis, *id ſe timere ſignificantibus:* eorum enim ſententiam, ſi confirmare non poſſemus *(quod imprimis optaſſet)* haud tamen eſſe oppugnandam, *ſcilicet propter bonum pacis inter Ordines ſervandæ. Verum ubi Iudex ille æquiſſimus, viſo libro, deceptum ſeſe, noſque non aggreſſores ſed defenſores fore intellexit, reſponſum, tanta cum importunitate ac violentia extortum, reddere permiſit; eo etiam libentius, quod promitterem, pluſquam dimidiam eorum, quæ præparata habebam, partem reſecandam (quod & feci) nihilque hac vice definiendum à me circa Eliam, fueritne veri nominis monachus ſeu religioſus, eſſentialibus tribus votis religioſorum adſtrictus, id enim poſſe differri in Iulium: ſed ſolum rationes reddendas noſtri ſilentii, de Ordinis, ab eodem ut prætenditur, inſtituti, ſucceſſione uſque ad Bertholdum; quam ſi reciperemus, omnes fere totius Orientis monachos & magnam partem Occidentalium teneremur Ordini iſti expreſſe adſcribere in Opere noſtro. Facere autem iſtud intendebamus, non illam originem ſucceſſionemque negando, ſed ſolum demonſtrando, quanto jure ſuſpectæ nobis ſint auctoritates, quibus illa hactenus probata fuit; animo videlicet ſic comparati, ut ſi certiora iſtis & meliora producerent, continuo in eorum ſententiam manibus pedibuſque iremus.*

E

Quare, accepta reſpondendi facultate,

F

per occaſionem illuſtrandi Acta B. Alberti Patriar.

9 *Interim occaſione* Alberti Legiſlatoris, *quem Ordo colit* VIII *Aprilis, putavimus nos agere poſſe de Ordine, qualis ab optimo minimeque ſuſpectabili MS. codice (quem, propter erutam ex eo S. Petri Thomaſii Vitam, numquam ſine oſculo contingere ſolebat P. Daniel) dicitur ſeculo* XII cœpiſſe; *& quidem ſecundum Auctorem Græcum, Bertholdo coævum,* ex revelatione Prophetæ; *adeo ut ſaltem hoc titulo poſſent eum Carmelitæ ſuum appellare Fundatorem; ſicuti Ordo Servorum S. Mariæ, ob ſimilem revelationem, illam nuncupat Fundatricem ſuam. Auctor ille, & eorum quæ ſcribit pro parte teſtis oculatus,* Joannes *eſt* Phocæ, *inter Symmicta Allatiana editus: qui viſitatis anno* MCLXXV *locis ſanctis, eadem ut invenerat peculiari libello deſcripſit; in quo denique veniens ad* Carmelum *& ad* Prophetæ Eliæ ſpeluncam; *cum dixiſſet,* tempore, quod omnia in ſenium impellit, & gentium incurſionibus variis, penitus abolitum monaſterium magnum, quod eo loci antiquitus fuiſſe monſtrabant ſtructurarum veſtigia adhuc reſidua: Ante aliquot, *inquit,* annos quidam Monachus, dignitate Sacerdos, capillitio albus, è Calabria oriundus, ex Prophetæ revelatione in montem appellens, ea loca..... vallo perparvo cinxit, & turri æ ſtificata, temploque non ingenti extructo, Fratribuſque ferme decem collectis, etiamnum ſanctum illum ambitum

Ordinis originem ex teſte oculato elicuit,

A ambitum colit. *Cum ergo ex S. Hieronymi & ceterorum, quicumque poſt illum ſacra loca deſcripſiſſe noſcuntur, conſtanti ſilentio, conſiderem me perſuaſurum minime pertinacibus, locum, Eliana Anachoreſi olim nobilitatum, ſaltem per ſeptem ſecula non fuiſſe inter illa numeratum, quæ pietatis cauſa frequentabantur à fidelibus peregrinis; &, ſi quod antea ibi fuerit monaſterium, deſertum jacuiſſe ac deſolatum uſque ad Bertholdum (qui licet non nominabatur à Ioanne, certo tamen ab illo deſignabatur) conſultius longe facturus mihi videbar, ſi Ordinis, quatenus Europæ eſt notus, hiſtoriam à Bertholdo auſpicandam ſuaderem. Deindè ex certius jam cognita ejuſdem Bertholdi patria, ætate, ac numero primorum ſociorum, pro comperto habere me credidi, contrarias eis recentiorum longe ſcriptorum relationes, ſimiles eſſe* portentoſæ (*ut Vghellus in Vercellenſibus Epiſcopis loquitur*) narrationi, *quam de Alberto (æque ac de aliis antiquis nonnullis Ordinis ſui Sanctis) inſtituunt ſcriptores Carmelitæ, Saracenus ſcilicet & alii: licet prior profiteatur ſe* Sanctorum originaria, è genuinis fontibus, robuſtâ & conſtanti fide, proprio recudere ſtylo, apocryphis omnino exulare juſſis.

qualem G. Tyrii Continuator deſcripſerat,

B 10 *His autem ſemel ſtatutis, & exinde per neceſſariam conſequentiam educto, quam levis momenti eſſet prætenſa traditio de Ordinis eo tempore amplitudine per univerſam Palæſtinam; cujus amplitudinis neque Regula, ei ab Alberto data, ullum præferebat indicium, nec prima ab Honorio III pro eodem expedita Apoſtolica bulla; cum multa docere poſſem præterea circa modum orginemq; Breviarii tum primum aſſumpti, ex uſu eccleſiæ ſacri ſepulchri, & formam Carpitæ ſeu Barratæ cappæ, quod eſſe ſuæ* Religionis ſignum *definivit Capitulum Ordinis generale, ſex annis prius quam id mutaretur, Londini in Anglia celebratum; magnam obſcuriſſimis illis initiis credebam me lucem allaturum, ordinando primorum Priorum chronologiam, errores plurimos corrigendo, ablegando ſuppoſititios quoſdam auctores, ac ſic demum ad notiora ipſis, expeditiora nobis, hiſtoriæ Carmelitanæ tempora tranſeundo. Poſtea vero admirabundus comperi, me, quod neſcieram, in iſtis omnibus ſecutum Wilhelmi Tyrii Continuationem inſignem, ab annis centum ac triginta circiter typis datam, cura & diligentia Philiperti Poyſſenoti, ad Fanum D. Morandi ſacris Præpoſiti, Philippo autem Pio Baſileenſium Epiſcopo ab auctore ſuo Ioanne Herold Hochſtetenſi circa annum* MDXL *dedicatam: cujus hæc ſunt formalia verba lib. 5 cap. 3*, Eſt Carmelus mons in Syria, mora tam aliorum Prophetarum quam Eliæ ac Heliſæi nobilis. Hunc locum ſub Almerico Hie-

C roſolymitano Patriarcha inſederant Anachoretæ; ac cum ſparſim circa montem agitarent, ☞ tandem coivere ad fontem qui Eliæ dicitur, uni qui honeſta præcipiebat humiliter parendo, ſine tamen certo inſtituto, ſive peculiari cultu, ☞ ſine cerimoniis. Albertus poſtea Hieroſolymitanus, ſub Innocentio III Patriarcha & Legatus, certas obſervationum regulas iis præſcripſit; addidit & veſtitui normam, pallium ſcilicet verſicolorem ex albo & canuſino ☞ circulatum, Eliam ejuſmodi cultu ornatum inceſſiſſe, Baſilium ea vivendi forma uſum fuiſſe aſſerens. Erat tam gratus Propheticus Pallii habitus, non ſolùm Chriſtianis ſed etiam barbaris, ut magnis Sultani eleemoſynis familia tota ſuſtentaretur locupletareturque: ſed Pontifici Romano Honorio IV non admodum probabatur, vel quod non Romano ingenio excogitatus aut confirmatus, vel quod Religioni circulatus verſicolorque habitus convenire non videretur. Igitur album illis pallium datum, ita ut dum ſub eo canuſinati eſſent, uterque color illis retineretur. Quod ubi factum reſciit Melechſaites, tanta ira exarſit, ut congregatis copiis cœnobium invaderet, expulſiſque omnibus incendio & fanum & cœnobium deſtrueret.

11 *Rebus ad defenſionem noſtri ſilentii in Martio, & ad ſupplementum affectatæ ibidem brevitatis circa Bertholdum atque Cyrillum, in eum modum comparatis; collectis etiam ſummatim rationibus, ob quas ſuppoſitionis ſuſpecta habere poſſemus ſcripta quædam, edita ſub nominibus Ioſephi Antiocheni, Sanctorum Dorotheï atque Epiphanii, Ioannis Hieroſolymitani Patriarchæ, Luitprandi aliorumque in Hiſpania Pſeudo-Dexterò ſuccenturiatorum, Leonis Papæ IV, & aliorum ſex antiquiorum Bertholdo Pontificum, ipſius Bertholdi atque Cyrilli, Enochi quoque Hieroſolymitani, à quo S. Angeli vita eſſet edita, Patriarchæ: his, inquam, ſic collectis, inſpectis etiam accurate expenſiſque indubitatis aliis ac certis Ordinis ipſius monumentis antiquis; compoſui prolixum ſatis de B. Alberto, tamquam Ordinis Legiſlatore, Commentarium, & Partem 2 Propylæi antiquarii, ad amoliendas aliquas inventiones noviſſimas de conventuum quorumdum Europæorum antiquitate, contrarias ipſi Breviario, Pontificum aſſertis, ſcriptoris coævi Ioannis de Samwico expreſſiſſimæ aſſertioni, docentium, quod, ante Latinorum regnum in Syria collapſum*, Profeſſores hujus Religionis numquam propoſuerunt extra Terram-ſanctam habere ad habitandum aliquam manſionem ſuæ Religionis; *quod* ſub Honorio III in Europa Ordo eſſet ignotus; *& quod ſub Innocentio IV* ad ciſmarinas partes ſe conferre coactorum, propter incurſus barbarorum, eo aſpirabat affectio, ut per Apoſtolicæ B pietatis auxilium ſtatum conſequi valerent &c. *Ita prodiit Aprilis noſter: in quo an ſcopum intentum attigerim, meum non eſt judicare: ſicut nec ipſorum quid effecerint, compilando ſecundum Armamentarii Carmelitici partem, eique addendo Indicem præ ipſo libro injuriosum, ne dicam falſum, dum multa veluti probata deſignat, quæ auctor vix auſus erat verbo tangere, ſaltem non ut ſibi certa aſſeverare.*

AUCTORE D. P. *& examinavi fidem alia tradentium:*

12 *Pro me interim iudicavit, prius quam pars illa 2 componeretur, communis utrimque amicus & cenſor, tunc Archidiaconus Antverpienſis, & Epiſcopalis Generalis Vicarius, poſtea etiam Epiſcopus noſter, ſed tempore, eheu! nimium brevi,* Aubertus vanden Eeden. *Qui non contentus approbatione illa generali, quam dederat Aprili toti præfigendam; de meo iſto tractatu rogatus ferre nominatim ſententiam, in hæc verba eam manu propria deſcripſit, poſtquam non ſemel, ſed bis ac ter conſideraſſet ſingula.* Legi attente Vitam S. Alberti, ex Canonico Regulari Epiſcopi Vercellenſis ac demum Patriarchæ Hieroſolymitani, per R. P. Danielem Papebrochium ex variis auctoribus concinnatam: in quâ Regula Patribus Eremiticis, in monte Carmelo degentibus, præſcribitur; & alia continentur, F quæ ad fidem hiſtoricam conducunt. Eamdem ergo typis evulgari poſſe cenſeo, non obſtante quod antea approbaverim Armamentarium Hiſtorico-Theologicum Carmeli, à R. P. Franciſco Bonæſpei, Ordinis Carmelitani nuper Provinciali, compoſitum. Etſi enim Traditiones S. R. Eccleſia admittat: non tamen omnes tamquam de fide credendas præcipit; nec rejicit ſi quæ contra prodeunt à veritate non aliena, prout hæc Vita continet: & amica hæc concertatio tantum deſervit ad obliterandas cicatrices ex Armamentarii tractatione, veritatis tuendæ cauſa. In quorum fidem hiſce ſubſcripſi. Datum Antverpiæ, XII Septembris MDCLXXIV. *Sed forte viſâ & lectâ parte ſecunda Armamentarii aliter cenſuiſſet. Vidit & legit; atque non modo non aliter cenſuit; ſed jam Epiſcopus & ætatis plus quam ſeptuagenariæ ſenex, ultro ad noſtrum acceſſit Muſæum, teſtaturus animi ſui ſenſum gravem,* propter pædanticum, *ut aiebat*, ac minime liberalem ſcriptionis, nihil ſolide concludentis, ſtylum. *Vnde colligas, minime permiſſurum fuiſſe, ſi vixiſſet, ut illa hic Antverpiæ recuderetur, attexereturque Speculo Carmelitano R. P. Danielis à Virgine Maria, ſicut nunc factum, contra expreſſam*

approbante Auberto vanden Eeden,

AUCTORE D.P.

expreſſam mentem auctoris defuncti, communi Typographo Cnobbaro ſæpe dum viveret proteſtati, ſuo in opere apparaturum nihil, quo nobis videretur eſſe infenſus.

qui poſtea Epiſcopus noſtris contraria reprobavit.

13 *Quid autem ſecundam illam partem recudi permiſiſſet ſapientiſſimus Præſul? qui prius quam tale quid eſſet decretum, aut forte etiam cogitatum; admittere noluit oblatam ſibi Dedicationẽ* Speculi *prænominati, quamvis hoc apud eum laudaremus, noſtroque conſilio diceremus ab Auctore compilatum, ſicut ex Præfatione, ante plures annos impreſſa, nobiſque ab ipſomet auctore oſtenſa, apparaturum affirmabamus. Cauſa vero, cur Dedicationem iſtam repudiaret, non erat alia, quàm quod primo in aditu præferebat auctoritatem eruditiſſimi viri avunculi ſui, Auberti Myræi, τῦ Μιραείτε; quaſi is hiſtoriæ totius Carmelitanæ deſignaſſet Ideam, quando inter ſcribendorum librorum initia, minus ad veri falſique diſcrimen exercitatus, quam fuit poſtea Belgicas Antiquitates tractando factus, permiſit ſuo illi libello (cui ad aliorum ſimilium normam ſimplex titulus erat* Origo Tereſianarum) *alium titulum præfigi, à ſua conſuetudine & ab ipſo ſuæ ſcriptionis argumento alieniſſimum; nec non alloquium ad Lectorem ſibi obtruſum, conforme titulo, quo promittuntur* Ordinis Carmelitani, ab Elia Propheta primum inchoati, ab Alberto Patriarcha Hieroſolymitano vitæ Regula temperati, à B.Tereſia Virgine Hiſpana ad primævam diſciplinam revocati, origo atque incrementa. *Quæ omnia, ex nota ſibi avunculi mente, omitti volebat Illuſtriſſimus Dominus; & libellum prædictum genuinæ ſuæ ſimplicitati reſtitui, quando Myræi operum omnium coordinatorum editio nova, quæ parabatur, procederet.*

B

Eadem nobiſcum ſentit Carmelitæ eruditiſſimi,

14 *Sed quare probationem Operis noſtri, improbationes adverſi aforis quæro? Vltro ſe mihi ipſo ex Ordine Carmelitano obtulit approbator, natione Gallus, genere perquam illuſtri nobilis, officio non parvo inter ſuos ſpectabilis, & (quod caput eſt) animi ſinceritate & rerum hiſtoricarum tractatione inſignis: cujus epiſtolam, tacito loci ac perſonæ nomine, juvat hic attexere.* Quid ſentiam de iis, quæ in Aprili ſuo ſcripſit Rever. veſtra de noſtro Ordine, latius aperiam occaſione commodiori. Dicam interim, quod in plurimis non recedo à veſtris aſſertis, eoque minus quo plus ſtudii & laboris per multos jam annos inſumpſi in iis ad fundum diſquirendis. Veritatem amo, non commenta, quibus undique repleta eſt hiſtoria Ordinis: à quibus utinam ſemel bene repurgetur! Sarraceni in Menologio abſurditates ſæpius demiratus ſum: tentavi aliqua conciliare: ſed fruſtra, præſertim in Alberto Legiſlatore. De aliis nunc taceo. Meam mentem circa illas materias ſæpe diſcretioribus quibuſdam è noſtris aperui: & plura, de quibus agit Rev. V. antequam illa vidiſſem, jam olim judicavi: unde non difficile erit excuſare Rev. V. (quod etiam præſtiti, & quantum prudentia patietur præſtare pergam) quaſi ad hæc ſcribenda alienâ aggreſſione impulſam. Utinam ille Armamentarii Auctor tacuiſſet, nec vobis occaſionem dediſſet diſcedendi à propoſito olim facto! Utinam & impoſterum taceat! quod vix crediderim. Sed de his modo ſatis: alias data opportunitate pluribus. Interim maxime laudo tractatum de diplomatis diſcernendis, qui ſuper omnia placet. Apprecor felicia Rev. veſtræ feſta Pentecoſtalia, rogoque Dominum, ut ipſam divinis ſancti Spiritus charismatibus replere dignetur, ut Eccleſiam doctiſſimis ſuis lucubrationibus ditare feſtinet. Hoc voveo: hoc opto.

C

nec pauci forte aſſentiuntur in animo.

15 *Quiſquis hæc leget, ſine dubio cogitabit, in eodem Ordine plures ejuſmodi Nicodemos eſſe, qui gaudeant à me prolatam veritatem; quam ne ipſi palam profiteantur ac tueantur, prohibet juſtus metus ab indiſcretiori ſibique noto Fratrum quorumdam circa hanc partem zelo. Nec ſane eis ſuaſerim ut ſe prodant, nihil proſuturi mihi, ſibi vero plurimum nocituri, in hac præſertim Flandrobelgica Provincia. Si nunc, quemadmodum ſeculis præcedentibus, plures ex religioſis Ordinibus ad Prælaturas Eccleſiaſticas aſſumerentur, plures forte haberet ex ipſo Carmelitano Ordine approbatores labor noſter, etiam manifeſtos. Sic enim paſſim videmus fieri, ut qui factione potius quam ratione præoccupati meliora vel cognoſcere nequeunt vel profiteri non audent; poſtquam occaſione aliqua fuerint emancipati, incipiant mente ac judicio ſereniori uti, ac minus probare aut plane etiam improbare quaſdam opiniones, quas antea cum aliis defendere conabantur, aut ſaltem nolebant ſciri apud ſe dubias eſſe. Lubet hujus rei teſtem ſuſcitare mortuum (mortui enim jam non amplius habent quod timeant) nec tamen quia mortuus, rejiciendum, quia de eo nihil ſcripturus ſum, quod ad Patrum Danielis atque Franciſci prænominatorum notitiam, & per ipſos ad plurium adhuc ſuperſtitum conſcientiam non pervenerit eo vivente, nec parum forſitan ob id paſſo; longe autem prius quam nos de Aprili noſtro cogitaremus, toti poſt Romanum iter intenti Martio. Eſt is* R.P.F.Ludovicus Jacob à S.Carolo, Ordinis Carmelitarum alumnus, *variis libris editis clarus, quos omnes Pariſiis in ſuorum conſpectu compoſuit & imperimendos curavit.*

D

P.Ludovicus Iacob Carm. Pariſiis.

16 *Hic anno* MDCLXII *menſe Septembri, viſitanti ſeſe P.Henſchenio dixit,* ſcio quod Rev. V. perquam amica ſit P.Danieli, id enim apparet ex ejus Proloquio ad Vineam Carmeli, cujus ecce hoc anno editæ exemplar: noveris autem omnes A. & L. ſordes in eo libro reſuſcitari. *Nollem ego ſic loqui: ſed verba defuncti non debui alterare. Nam quod* A. *ſpectat, humanum non eſt addere afflictionem afflicto, & graviora forſan quam commeruit paſſo. De* L. *vero ſic ſentio, ut me ipſumque magna injuria affectum putem ab eo, qui verba mea in ejus contumeliam interpretatus eſt: credulitas enim nimia, à qua eum optarem immunem fuiſſe, ipſi cum tam multis communis eſt, ut veniam facillime mereatur; alioqui laudatur à me propter ſinceritatem, qua verbotenus produxit verba allegatorum à ſe textuum, & hoc ſuo facto commoditatem reliquit aliis, de tota re per ſe ipſos judicandi. Vtinam ſic feciſſet Saracenus! Nec ipſum* L., *nec tam multos alios traxiſſet in labyrinthos inextricabiles. Cœpit id agnoſcere, mecum agendo,* R.P. *Daniel à Virgine Maria, non ſemel mihi proteſtatus, ſe Saraceno, manifeſto mendaci, jam nihil amplius credere: in quo propoſito utrum perſtiterit, erit ex operis, tunc ultra medietatem impreſſi, poſteriori parte æſtimandum. Atque hæc per parentheſim dicta ſunto. Pater ergo Ludovicus Iacob, cœptum proſequens ſermonem;* Ut intelligas, *inquiebat,* quam longe alterius mentis ſim, en Bibliothecam Carmelitanam opus jam ferme paratum prælo, quod ab Alberto Legiſlatore noſtro exordior: quæcumque enim illo & Bertholdo primo Priore antiquiora eſſe prætenduntur, non ſunt niſi ſomnia noſtrorum. *Vtinam præſtantiſſimum opus in ſua origine non fuiſſet ſuppreſſum! Quod ſi abolitum penitus non eſt poſt mortem auctoris, libenter ipſe prælo darem, ne pereat, aut in alicujus manus deveniat, qui alienos ſibi labores ſupponens, ea omnia adjiciat, quæ penitus noluit alter attingere. Vtinam & ſuperſtes adhuc foret* R. P. *Philippus Labbe; (dum egò tunc pejuſcule habens domi attinebar) comitatus P.Henſchenium illa die, & totius colloquii fideliſſimus teſtis! Hunc tamen defectum utcumque ſupplet* R.P. *Fr.Iacobus Quetif, eruditiſſimi viri Franciſci Combefiſii apud Prædicatores in conventu Annuntiationis digniſſimus ſucceſſor, nuperrime mihi per litteras pridie Kalen. Octobres datas teſtatus, quod nonnulla ſtudiorum conſuetudine conjunctus cum* P.Carolo, *præſertim dum apud optimum Harlæi Senatoris Ampliſſimi parentem degeret,* ſæpe ex eo audivit idem quod nos, nimirum ab Alberto tantum ductum ſibi eſſe Bibliothecæ Carmelitanæ exordium, ex eo quod anteriora nutarent. *Vix dubitem, quin Pariſiis alii plurimi ſimilia ab ore ejus acceperint, quos*

E

contempta majori antiquitate.

F

ab Alberto orditur bibliothecam Carmelitã.

A quos requirere non eſt opera pretium: puto enim quod Patres Carmelitæ fidem habebunt etiam ſoli Henſchenio, jam octogenario, & de reddenda Deo factorum dictorumque omnium ratione quotidie cogitanti.

17 Credidit certe jam olim P. Franciſcus Bonæ-ſpei, eaque occaſione in P. Ludovicum quidem, tunc adhuc viventem, evomuit convitia, qualia minimè decebant à Fratre in Fratrem jaci: contra nos autem concepit bilem, quam poſt annos ſeptem patefecit; iterumque recoctam deinceps fovit, in ſecunda parte Armamentarii promendam. Ceterum quod initio vehementer reluctantem Fratres ſui diſcipulique coëgerint iterum admovere ſcriptioni infelici manum, id quocumque animo ac ſtylo ſit factum, non modo non indigne fero; ſed etiam agnoſco, nonnullas ei me debere gratias pro notatione duorum vel trium ex aliena informatione erratorum, & mendorum aliquot typographicorum, tam ſuo loco ac tempore ea paratus corrigere, quam alia recte conſtituta tueri contra interpretationes impertinentes verborum meorum, imo & cogitationum accuſationes, comparationes diſparatas, querelas intempeſtivas, paralogiſmos continuos, tautologias inſulſas, quibus librum iſtum, non cauſam impleri cenſent plurimi, qui noſtra cum iſtis ſic contulerunt, ut ea in proprio fonte ſuoque nativo contextu legerint; non vero diſtracta inter alienos diſcurſus: ex quo capite vellem non mererentur argui illi qui oblatam ſibi Armamentarii partem ſecundam videntur approbaviſſe.

Ego, ſi porro cogar, ad ulteriorem apologiam,

B

18 Cum autem adverſus iſta tueri me meaq; ſcripta cogar, non id faciã, uti hactenus, velut aliud agendo; ſed plana ac facili ratione. Primo enim docere conabor, ubi, quando, & quantam vim habeat argumentum negativum, quod uti nullum aut ſtramineum paſſim à TRIUMPHATORE exploditur. 11. Sigillatim percurram ſcripta ſub auctorum prænominatorum titulis obiici ſolita; oſtendamque argumenta, ex quibus ſuſtinui ea alienis & temporibus & nominibus ſupponi, hactenus manere inconcuſſa; proinde neque S. Cyrillo, nec alii cujuſcumque & quantæcumque æſtimationis viro, ullam fieri injuriam quando auctor alicujus ſcripti, ſub nomine Cyrilli v. g. perperam obtruſi & vulgati, cauſa brevitatis & phraſi in talibus uſitatæ, vocatur Pſeudo-Cyrillus &c. 111. Demonſtrabo quam exigua & quot erroribus atq; gratuitis conjecturis implicata uſque in noſtram ætatem fuerit penes Ordinem ſcientia, de vita & actis antiquiorum ſuorum Sanctorum, puta Bertholdi, Alberti, Cyrilli, Angeli, Simonis, Avertani, Petri Thomaſii &c. evincentibus id monumentis coævorum teſtium: & eum qui hæc ex profeſſo & longa experientia tractat, non impingere in id quod dicitur vulgato adagio, ſtultum plus videre domi propriæ quam ſapientem alienæ. 1v. Velut conſequens ex priori educetur, quantum interſit inter eum credibilitatis gradum, in quo Societatis aliarumque hujus ævi hiſtoriarum ſcriptores conſiſtunt; & eum, qui dari poteſt ſcriptoribus Carmelitis, poſt tot ſecula, circa res maximas; & ſi veræ fuiſſent, apud antiquos ſcriptores nequaquam prætereundas, aſſeverantiſſime loquentibus aliena ab iis, quorum indicia nunc habemus in eorumdem, ad quæ res iſtæ pertinent, temporum ſcriptoribus; ut ſunt Ioannes Phocæ, Albertus in Regula, Pontifices in primis Bullis Ordini datis, Sanctus &c. v. Expendam æquiparationes ex ediciis per nos Sanctorum Actis deſumptas, nihil ad rem facere; noſque eorum aliqua reprobando, aut examinando ſeverius quam antea factum erat, non ſolvere ſed adimplere legem, ab initio fixam, de veritate paulatim eruderanda, & libere proferenda. v1. Denique aliud nihil concludam, quàm prætenſas Carmelitani Ordinis antiquitates ejuſmodi eſſe, ut de iis poſſit non imprudenter dubitari; atque ipſos dubitantes nullam facere injuriam Ordini, ſive cum de illis agere ſubterfugiunt majoris boni reſpectu; ſive cum loqui coacti tandem ingenue confitentur, quid ſentiant; quorum primum in Martio, ſecundum fecimus in Aprili. Atque hac ratione, credo, abunde ſatisfacturum me intrica-

ſex capitibus breviter concludam,

hactenus nihil ſolide reſponſum eſſe

C

tiſſimo obſcuriſſimoque auctori Armamentarii, etiamſi non ſequar veſtigia ipſius, conferendo Caput Capiti, Paragraphum Paragrapho. D. P.

19 In tali porro diſputatione non potero non dolenter ferre, quod totius Ordinis, tamquam magis idoneum non habentis, vice, in eam ſeſe ingeſſerit homo, Scholaſticis diſceptationibus nomen quidem aliquod non immerito adeptus; ſed principiorum Hiſtorico tenendorum omnino rudis, & nihil non negare paratus, quod effatis ſuis viderit adverſari. Exemplum vis? Lege quæ congeſſit pro aſſerendis Florentinæ fundationis tabulis, tamquam ſeculo v111 confectis, & imprimis vide deducta num. 641 acſeqq. ubi de zyfris diſputat, quarum uſum ante bella ſacra minime notum fuiſſe Europæis dixeram; rem utique vel mediocriter eruditis tam notam, quam vulgo conſtat typographicam artem non eſſe apud nos multo antiquiorem duobus ſeculis. Si veritatem aſſerti mei explorare volenti erant ignoti ſcriptores Arabes, Græci, Latini quos conſuleret; ſi nec ad manum erat Athanaſii Kircheri Arithmologia, ubi parte 1 cap. 4 fuſe tractatur de zyframum ſive numerorum hodierna die uſitatorum origine & fabrica; non deerant mille locis videnda MSS. volumina, originalia Regum Principumque diplomata, authentica emptionum venditionumque inſtrumenta, indubitabilia ſepulcrorum vetuſtorum epitaphia, ex quibus, ſi fieri potuiſſet, majoris antiquitatis pro dictis zyfris peterentur exempla: erant etiam Notarii grandævi Florentiæ atque Coloniæ, (ubi originaliter extare dicuntur quæ nos falſi arguimus documenta) qui, ſi zyfrarum uſus tam antiquus iſtis in urbibus fuit, ſicut prætenditur, plurima ad eum confirmandum monſtrarent exempla.

à ſcriptore tam inerudito,

ut zyfrarũ originem ignorans,

E

F

20 Aſt talia quærere operoſũ nimis nullaq; ratione neceſſariũ viſum eſt homini, habenti Italiæ ſacræ novem tomos, & Conciliorum generalium longe plures, in quibus Regiarum chartarum & Pontificalium epiſtolarum aliquæ inveniuntur cum zyfris iſtis hoc ſeculo impreſſæ, quæ perſuadeant non Arabes ab Indis ſeculo x, non Hiſpanos ab Arabibus ſeculo x111 zyfras ipſas accepiſſe, ſed eas diu ante ſic fuiſſe cognitas Europæis, ut à plurimis ſeculis, & veroſimiliter à primitiva Eccleſia, earum vel numeralium litterarum uſus fuerit arbitrarius. *Io! Ter io! Io Triumphe!* Veteranus, atque in iſto argumento optime exercitatus pugil (*utor verbis R. A. P. M. Iacobi Emans S. T. D. Profeſſoris Colon. approbantis partem 2 Armamentarii*) novitia Henſchenii & Papebrochii tela, in argumentis mere negativis aut conjecturis, in ſolo vaniloquio fundatis.... conſiſtentia..... per antiquiſſima & indubitata monumenta... adeo fortiter atque viriliter conſtrinxit, eliſit, atque enervavit, ut vere de iis illud Davidicum dici poſſit; Sagittæ parvulorum factæ ſunt plagæ eorum, id eſt, veluti quæ à pueris evibrari ſolent, ludicræ.

ab initio Eccleſia uſitatas fuiſſe ſuſtineat,

21 Sed heus, bone vir, prius quam triumphum canas eruditiſſimâ iſtâ reſponſione relatum, necdum bene viſo hoſte, nedum victo; interrogabo ego te verbum unum. Seriône credis, quod tuus iſte exercitatiſſimus Pugil, reſolutiones ſuas hiſtoricas fere ex tempore ſolitus in chartam conjicere, ſicut Theologicas fundebat ex cathedra, in illis ſcholarum exercitationibus, quas Diſputationes de Theſibus certis propoſitas appellatis, ubi laus omnis eſt habere in promptu quod ſtatim reſpondeatur arguenti, & ambiguum vel conjectaneum reſponſum potius dare quam nullum (hunc enim ſtylum totum opus ubique ſapit, & maxime hoc loco) crediſne inquam, ſolicitum fuiſſe illum, aut tantam ſibi indulſiſſe moram, ut ipſorum diplomatum ab Vghello citatorum & ex eo mihi objectorum originalia, iis ubi aſſervantur locis inſpicienda curaret, atque ita ex certa ſcientia diceret, vere ea notata eſſe per zyfras? Ipſe quidem parvam mihi fidem habet, ſimpliciter aſſereni aliquid à me compertum, viſum, aut factum; ſed ſatis liberaliter mendacii inſimulat: tamen nec in hoc

non conſultis ad probationem originalibus MSS.

AUCTORE D. P. *auſim eum de me mentitum dicere, ſed opinione ſua falſum: ſua autem fide aſſerenti quidpiam viſu, auditu, aut fama cognitum, ſine hæſitatione credam. Nunc cum in hoc de quo agitur caſu, diligentia, quam requirimus in iſtis adhibitæ, non modo non adhibeat fidei ſuæ vel alienæ aſſertores Notarios publicos, ſicut maximo cum ſtrepitu facit uno alterove loco, in cauſa facti nihil ad principalem quæſtionem pertinentis; ſed ne quidem privata ſua, quæ mihi ſufficeret, fide aſſerat, eo ſe conniſum; præſumere non debeo hanc ei curam fuiſſe in præſenti de litteris numeralibus & zyfris quæſtione. Atqui, ſi de inſtrumentorum ab eo, ut dixi, allegatorum tenore eſt quæſtio, ſufficit fideliter deſcripta copia, & talem apud Vghellum aut alium quemcumque inveniri, par eſt credere. Aſt ubi de characteribus agitur, Romanine an Longobardici? veteres aut novi ſint? per zyfras an per litteras numerales ſignentur anni? quis niſi præſens oculus arbitrari poterit? Hinc in meo Propylæo antiquario ipſas etiam characterum formas ſpectandas exhibui; & inter alias unam hanc quoque eſſe viam oſtendi, qua verum à falſo poſſit diſcerni.*

ſed impreſſis dumtaxat allegatis.

B 22 *Scire ergo nunc vis, quam vitreum ac fragile ſcutum iſtud fuerit, quo* TRIUMPHATOR *telũ excepit iſtud quale-cumque à me intortum?* Copiſtas, *uti nunc barbare appellant, atque* Typothetas *(ſi cum illis Tibi negotium aliquando fuit, uti eſt nobis quotidie) conſulas ſuadeo; & ſtatim habebis confitentes; primos quidem, ſe, quia vel omnino neſciunt vel nõ aſſueverunt Romanas ſeu numerales litteras, quales in originalibus reperiũtur, exarare, ad ſignandos numeros ſæpius uti zyfris; ſecundos vero idem crebro facere, vel quia majuſculis* M, D, C, L, X, V, I, *toties uno in folio replicandis, quoties opus foret, deſunt in typographiis non inſtructiſſimis inſtrumenta, vel quia ſic ante ipſos fecerunt alii, vel quia linearum conformandarum ſymmetria id poſtulat, aut ex ſimili aliquo neceſſitatis commodive reſpectu. Porro ſicut iſti, ob illas, quas dixi & alias cauſas, pro numerabilibus litteris zyfras ſubſtituendi licentiam ſibi liberaliter arrogant: ſic è converſo cultioris Latinitatis aut venerandæ antiquitatis profeſſores, non minus quam barbariſmos in ſermone, barbaricas in ſcriptione notas cavent; neque hodiedum, quando communiſſimus eſt uſus zyfrarum, egregias quas ea habent commoditates præponi patiuntur uſui Romano, Europæ toti per tot ſecula communi. Nos in noſtro opere eam moderationis viam inimus, ut in ipſo antiquorum auctorum contextu noſtriſq; in Commentariis fere utamur litteris numeralibus; etiam cum ex originalibus, hac noſtra ætate primum confectis zyfraſque habentibus, referimus quidpiam; in Annotationibus vero ac marginali contextus plenioris epitome, adhibeamus zyfras compendii cauſa. Apud Vghellum & Compilatores Conciliorum nullam certam invenio regulam quam ſecuti ſint: hoc ſolum video, neque illis neque nobis veniſſe in mentem, ut credi vellemus ea quæ ex codicibus chartiſque vel novis vel antiquis edimus, ſic edere, ut nec punctum, nec litteræ forma mutata ſit arbitrio noſtro; adeoque ex libris ſic editis ſciri non poteſt, utro modo numeri ſint originaliter ſcripti, niſi cum ad rem facit hoc ipſum cura ſingulari notare.*

Difficile eſt ſine diſputare cum iis,

23 *Non eſſet difficile, pari modo, quo circa zyfrarum antiquitatem uſumque repreſſa eſt jactantia temere exultantis, ad ceteras æque eruditas* TRIUMPHATORIS *reſolutiones progredi, quibus ille ſecundam partem Armamentarii ſui inſtruxit, ſtudium & operam conferentibus fortiſſimis ſeptem bellatoribus, è toto numero diſcipulorum lectis, ſicuti Antverpiæ jactabatur in principio ſuſcepti operis: ſed iſtud neque locus hic, neque propoſitus nunc mihi ſcopus patitur. Quin imo diu multumque dubitavi, nec adhuc certo poſſum ſtatuere apud me, an inventoſæ illias machinæ armamenta contemnere debeam, ac ſi nuſquam extarent, juxta conſilium plurium eruditorum virorum, atque ita laboris, chartæ & temporis compendium facere; an vero peculiari Commentario proſequi cavillationes evaſiones que ſingulas. Si enim Magiſtro ſimiles diſcipuli ſunt, oleum profecto & operam perdam diſputando cum iis, quos quidem facile ſit convincere, efficere tamen ut ſe convictos fateantur aut etiam intelligant, difficillimum, excæcante hinc ſua paßione, inde fundamentalium ad res hiſtoricas cognitionum imperitia. Ex his namque duobus capitibus factum eſt, ut quocumque modo cum iis egerim, convitia retulerim.* D

qui certant: non rationibus, ſed convitiis,

24 *Dixi candide, quod reſpondere coacto neceſſe eſſet convellere figmenta quædam, alieno ſub nomine fallentia?* Sathanico furore, odio, ira *dicebar*, vindictam, quam unus forte commeruit, expetere ab Ordine univerſo, *qui iſta pro veris Ioannis, Cyrilli &c. ſcriptis recipiebat. Simulavi aliquid, & negavi me velle prætenſam Ordinis ab Elia proceſſionem oppugnare? (ſicuti revera nec volui, nec volo, modo ipſa mihi aliunde quam ex prædictis probetur) Ipſe P. Daniel, quem virum eſſe manſuetiſſimum credideram, ex ſuo & Prioris utriuſque, regentis, atque officio functi ſenſu, reſcribit, quod utar* politica non religiola, ſed nec humana: *quo lecto Epiſcopus noſter Aubertus*, Reſtat ergo, *inquit*, ut te diabolica uſum voluerit dicere. *Diſputanti excidit animoſius aliquid?* Non rationibus pugnare *cenſeor*, ſed ſarcaſmis, ſatyris, atque convitiis. *Veritatis cruditatem condivi ſuavitate aliqua verborum? Continuo audio*, Molliti ſermones ejus ſuper oleum & ipſa ſunt jacula. *Docui quid* Barra, *quid* Carpita, *quid* Melotes *ſint, atque unde ſeu ex qua lingua ſumptæ voces? Rideor ut* Grammaticus, *quaſi iſta ſcilicet debeant à Theologis diſci. Cum vero propoſitum mihi eſſet, non texere apologiam manifeſtam, ſed hiſtoriam, in qua variæ utilitatis eruditio admixta, mihi Lectorique meo faſtidium illud tolleret, quod ſolet reciprocas altercationes comitari; incredibile eſt, quomodo etiam innocentiſſime dicta, nec ulli invidiæ contradictionique obnoxia, conatus ſit* TRIUMPHATOR *commutare in ſagittas; quibus negotio facili auferens acumen quod ipſe dederat, infinitis ſui ſcripti locis de imaginario hoſte proſtrato ſibi plaudens,* tela, *vere* ſtraminea, *ſed ſua*, comminuta, contrita, diſſipata *jactat, meque in ſingulis hallucinatum, hallucinatus ipſe, arguit. Similiter, quia aſſueto nobis ſtylo & propria Hiſtorico veraci modeſtia ſæpe dixi*, dubitari poſſe, mihi videri, aliquem forte opinaturum *&c. aliter prorſus quam ſit in ſcholaſtico pulvere, in quo vix videas dubitantem quemquam, ſed pleroſque de pulpito velut ex tripode pronuntiare definitivas ſententias; explodit mirabiliter illam procedendi rationem; non attendens quanto facilius ſit efficaciter demonſtrare falſum eſſe quidpiam, quam circa id, de quo forte nullus idoneus auctor extat, certum aliquid ſubſtituere: quo caſu prudenti conjecturæ, & lectori curioſo fortaſsis placituræ, locum eſſe, nemo negaverit, donec aliunde major meliorque lux affulgeat.*

C F

etiam in Societatem totam jaciendis;

25 *De ceteris quid dicam? Solus Deus renes & corda ſcrutatur; ſit tamen aliquando ut evidenter ſe prodat paßio, & hæc in Armamentario cognoſci poterit. Nũc Synopſim eorum quamdam accipe ex Epigrammatis, quæ mihi unus ex triumphalium pugilum numero, olim forte meus aut diſcipulorum meorũ diſcipulus, ad Ordinem conſilio noſtro directus vel commendatione receptus, nomine ac loco diſſimulatis, miſit Mechliniam, quo divertiſſe me inaudiverat, non multis poſt editum Aprilem menſibus, ad reparandas vires, quas prolixus letaliſque morbus penitus exhauſerat. Quatuor Epigrammata erant, indigna omnia, quæ lucem viderant; itaque ſufficiet ſpecimen prædominantis paßionis vidiſſe in uno.*

Ejicere è cunctis ſatagis mendacia libris.
Optime: at à veſtris incipe, quæſo, libris.
Figmentis ſcateant quod plura volumina, dicis.
Vellem, ne ſeeli prima & imago tui.
Te caſtigatas jactas emittere Vitas.
O primum Patris fac ſit ut ipſa tui!
Eripiunt Socii cœnobia, nomina, Sanctos.

Ergone

Ergone jam patitur mundus, ut ante polus ?

A *Omitto ſequentia diſticha tria, ubi furioſus Poëta rabiei ſuæ exundantem ſpumam conjicit in Societatem noſtram ejuſque inſtitutorem* Ignatium, *calumniam ſæpe refutatam arripiens ex famoſo quodam libello, de locis nonnullis quæ olim Benedictini Ordinis fuere ad nos tranſlatis, accuſante Pontifices Summos & Auguſtiſſimos Imperatores, quorum diſpoſitione & publici majoris boni cauſa id factum eſſe dignoſcitur; exemplo tam noto uſitatoque, & vel in ipſis Carmelitarum Annalibus reperiendo, ut mirum ſit inveniri potuiſſe homines adeo obcæcatos invidia, qui culpæ verterint Societati, quod alii ſibi ducunt honori Iſtis ergo omiſſis, ſolum legatur quid in me ille, ſuum epigramma ſic proſequens:*

Jactas, in magnis ſcribi tua ſcommata libris;
Quam tibi magna nihil ſcommata laudis erunt?
Jactas, in magnis ſcribi tua ſcommata libris;
Quî magna exiguum ſcommata ferret opus?
Jactas, in magnis te libris ſcribere. Quam tu
An magnos poterit ſcribere nemo libros?

Tam contra veritatē hic mihi impingitur, quod iſta jactem; quam ab alio, quod dixerim, Peribit libellus iſte, (*Armamentarium intelligens*) noſtra autem Opera permanebunt. *Non noſtra iſta jactatio fuit, ſed ipſorummet*

B *Carmelitarum querela, quam etiam ante editionem Aprilis ex ore* RR. PP. Danielis & Gerardi *audivi aliquoties, dolentium refutationem Armamentarii perennaturam*, in magno noſtro, *ut loquebantur*, & ſolenni Opere.

quorum congreſſum jure potui horruiſſe;

26 *Finis nullus eſſet perſequi volenti ſingula. Vnum dico, quod in quamcumque Commentarii mei oppoſitique eidem Armamentarii partem convertam oculos, cauſam video, cur talia ſubſecutura proſpicienti potuerit debueritque* refugere animus (*ſicut Baronio ad an. 664. num. 24. multo levioris momenti quæſtionem inter Italos Galloſque Benedictinos agitatiſſimam tractaturo*) tam denſum controverſiæ, *non unius ſed multiplicis*, ſpinetum adire, quod horrebat vel è longe ſpectare. *Apparet certe ex adverſariorum dictis factiſque, editionem Aprilis ſecutis, juſtum fuiſſe iſtum animi futura præſagientis horrorem; & tamen Reverendiſſimis ſuorum Ordinum Generalibus perſuaſere, ut inter capita accuſationis, contra me ad Societatis noſtræ Generalem Præpoſitum deferendæ, numeraretur, quod Baroniana phraſi, eodem quo ipſe ſenſu eodemque reſpectu, iſtud quo provocabar ſtadium appellavi* aſperum aculeis ſenticetum. *In hoc aliiſque ſimilibus nonnullis ſi ego forſitan exceſſi ſepties, retribuit* TRIUMPHATOR *ultra ſeptuagies ſepties; quod ſicut ei ego condono*

C *libens, ita mihi viciſſim à diſcipulis ejus condonari peto; ſucceſſoribus Aprilem recognituris mandans, ut quæcumque acerbius reſponſa vel dicta cenſuerint, molliant, mutent, expungant liberrime. Abſit enim ut pro hoc illove verbo, gravius quam ipſe intendi accepto, litigium mihi ſit cum viris religioſis.*

ut ſatis probat hac ſimplex narratio.

27 *Interim congruum duxi ſimplici hac rei inter nos geſtæ narratione muniri lectorem; ne pauci illi qui nos & Ordinem ſuum conturbant, apud doctos indoctoſque infimulare me pergant læſæ caritatis; quaſi quietos ipſos, & ſalvam nobiſcum amicitiam modis omnibus cupientes, ad iſta contra nos Opuſque noſtrum ſcribenda vulgandaque provocaverimus; ob unius hominis factum, improbatum ceteris*, infamando (*ut aiunt*) totum Ordinem, *per iſtam, quam Actis Sanctorum, haud ſane ad talem finem mihi creditis, inſerui* farraginem mendaciorum ac ſcommatum: *ſic enim, pro ſua religioſa modeſtia caritateque, loquuntur & ſcribunt. Equidem melioribus longe ſtudiis intentus parum ad iſtæc dicteria commoverer; niſi eâdem occaſione paſſim ſuaderent, & multis etiam perſuaderent, in Ieſuitas (quorum tamen hactenus nemo in noſtram defenſionem ſe commovere permiſſus eſt, neque ut ſpero permittetur) recidere culpam ſcandalorum, quæ hic Antverpiæ (ut de aliis locis taceam) patiuntur fideles.*

Diverſum de re quavis ſentire duobus
Incolumi licuit ſemper amicitia.

AUCTORE D.P.

Hac lege ſi mecum agere vultis, Patres Fratreſque etiamnunc cariſſimi, non deerit in Opere noſtro occaſio frequens ſatisfaciendi objectionibus toties iteratis, fortaſſis & iterandis. Sin culpas veſtras in me meoſque ſocios conjicere pergitis, & eo quo cœpiſtis modo rem agere, habetote vobis ambas contentioſæ illius nimiumque ſtridulæ ſerræ anſas.

28 *Vercor tamen, ne cum nos & Societas pacis amans tacebit, loquantur alii, majores ac plures quam forte vellemus; quemadmodum anno* MDCLXXVII *ad finem vergente, Illuſtriſſ. ac Reverendiſſ. noſter Epiſcopus ſupra laudatus fecit, & fecit* motu proprio, *ſicuti poſtea in os dixit iis, qui ad eum miſſi erant, querelas delaturi contra nos, tanquam conſilii talis auctores. Quid autem fecit? Sacræ Rituum Congregationi Præſidentibus Cardinalibus libellum ſupplicem offerendum dedit, in hac verba dictatum, cujus nobis poſtea exemplum tradidit:*

Quare Epiſcopus conſulens S. Congreg. Rituum,

EMINENTISSIMI DOMINI.

Cum in totis Hiſpaniarum & Indiarum regnis, Belgicisque Provinciis, Catholico Regi, Domino noſtro, ſubjectis, nulla imprimi aut venum exponi poſſint Breviaria aut Officia, quam quæ juxta Romanum exemplar, cum licentia Ordinarii, in & ex Typographia Plantiniana Balthaſaris Moreti hic Antverpiæ proſtant & prodeunt; atque adeo pro futuris deinceps impreſſionibus mea, ut Ordinarii, licentia requirenda ſæpius ſit: ad munus meum credidi pertinere, exponere Sacræ, cui præſidetis, Rituum Congregationi, quod in hiſce partibus, & forſan etiam alibi, ubi magna eſt fidelium erga Deiparam devotio, & Catholici hæreticis aut vicini aut permixti vivunt, haud levis exiſtat difficultas circa Lectiones pro ſecundo Nocturno, die XVI Julii recitandas in ſolenni Commemoratione B. Virg. Mariæ de monte Carmelo, juxta exemplar Officii his adjuncti, & ſæpius recuſi, poſtquam illud, rogante Sereniſſima Hiſpaniarum Regina, cum S. P. N. Clementis X præcepto, extenſum fuit ad omnes, qui in prædictis Catholici Regis ditionibus ad Horas Canonicas tenentur. Patres enim Carmelitæ dicunt, ſcribunt, & prædicant, per hujuſmodi Officii Lectiones proprias ſic affirmari traditiones ſuas circa Proceſſionem Ordinis ſui ab Elia Prophe-

queritur, occaſione Lectionum B. M. de Carm. inſolentius agi.

ta, & nomen Fratrum B. Mariæ Virg de monte Carmelo, jam inde à temporibus Apoſtolorum eidem inditum, ut de earum veritate amplius nequeat dubitari, abſque injuria Sacræ Congregationis ipſiuſque Apoſtolicæ Sedis. Econtra eruditi viri paſſim in Clero, tam ſeculari quam regulari, exiſtimant, ſanctorum Patrum ſententiis conformius credi, quod ipſa B. V. Maria prima fuerit, quæ vexillum caſtitatis extulit, ſuam Deo Virginitatem vovendo; contrarias autem dictorum Patrum Carmelitarum traditiones nulla antiquarum hiſtoriarum ſuffragatione fulciri: adeoque ſe cum Em. Card. Baronio ad annum 1181 num. 13 poſſe ſentire, quod Ordo Carmelitarum, qui in Palæſtina in ipſo monte Carmelo fixere ſedem, ſub Alexandro III Rom. Pont. ſumpſit originem. Non fuiſſe autem, nec eſſe putant mentem Sacræ Congregationis aut Apoſtolicæ Sedis, ſive cum dictum Officium in Ordine recitari poſſe primo conceſſit, ſive cum illud nuper ad omnes Catholici Regis ſubditos extendit, ejuſmodi aſſertis ex ſe dare pondus irrefragabilis auctoritatis; ſed in his aliiſque monaſticorum Ordinum lectionibus, quas illis per ſua privilegia componere & imprimere licet, ſolum permiſſive ſe habere. Queruntur itaque lædi ſe ejuſmodi Patrum Carmelitarum dictis, ſcriptis, & prædicationibus; ſcandalizari

AUCTORE D.P.

lizari imperitam plebem; hæreticis, ritus Catholicos ridere ſolitis, materiam obloquendi præberi: & ideo optant, ut in remedium prædictorum, ſacra Congregatio ſuam circa hoc mentem declarare dignetur: Quin etiam utile fore cenſent, ſi liberum cuique relinqueretur, pro Lectionibus 11 Nocturni in feſto Commemorationis prędictæ, uſurpare Lectiones præſcriptas in ſimili Solennitate ſanctiſſimi Roſarii de Homilia quapiam, quandoquidem ad inſtar hujus facta ſit illius Officii extenſio. Super his ſacræ Congregationis reſponſionem & reſolutionem humiliter præſtolabor, ut in poſt futuris dicti Officii impreſſionibus juxta eam procedere poſſim, abſque ullius gravamine aut præjudicio. Deus Eminentias veſtras incolumes ſervet, 17 Decembris 1677.

AUBERTUS Epiſcopus Antverpienſis.

Reſpondent Carmelitæ Romani,

29 *Seſquimenſe circiter poſt haſce litteras Illuſtriſſ. D. Bernardino Caſalio, Congregationis iſtius Secretario, traditas; is qui Illuſtriſſimi Antverpienſis nomine ipſas obtulerat, convenit die* XXVI *Februarii* MDCLXXVIII *prædictum Illuſtriſſ. D. Secretarium petens ab eo reſponſum quod remitteret: Reſpondit autem Dominus iſte*: Sacram Congregationē

B cenſuiſſe, communicandas Carmelitanis Patribus utriuſque Ordinis querelas & petitiones Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. Antverpienſis: Patres autem illos iis viſis reſpondiſſe per Memoriale, cujus & originale tranſcribendum exhibebat, ac pro expectato reſponſo remittendum. Sacram enim Congregationem, judicantem, benignè acquieſcendum iis quæ proponebant & petebant dicti Patres Carmelitani utriuſque Ordinis, ſtatuiſſe abſtinere à novo ſuper his Decreto condendo, conſidereque, incommodis, quæ Illuſtriſſ. ac Reverendiſſ. Antverpienſis propoſuerat, ſufficienter occurri per ea quæ allegabant & promittebant dicti Patres in ſuo Memoriali. Si tamen idem Illuſtriſſ. ac Reverendiſſ. Dominus imposterum deprehenderet iſtic quiddam ejus generis inconveniens, coërceret ipſe ac corrigeret auctoritate qua pollet: aut ſi quid ulterius deſiderabit, iterum ad ſacram Congregationem ſcribat, opportune ſuper delatis proviſuram.

30 *Eramus tum forte, cum reſponſum iſtud reddebatur, apud Illuſtriſſ. Dominum: qui opportunitate illa utens, non tantum ipſum nobis legendum exhibuit, ſed etiam cum adjuncto Memoriali conceſſit tranſcribendum; Memoriale vero, poſt cauſæ expoſitionem hic erat tenor.* Dicunt, ſe ubique & ſemper ex intimis viſceribus tenere Beatiſſ. Virginem fuiſſe primævam cauſam, finalem, motivam, ac exemplarem ſolennis caſtitatis votæ: ad cujus exemplum, ſi quid unquam fuit, eſt, ac erit, veram religionem ſapiens in Ordine Carmelitano, prorſus totaliter emanavit: ipſique Immaculatæ Virgini unice acceptum referunt, quin unquam oppoſitum dixerint. Deinde mirantur, quod ex præfatis Lectionibus aliquis inferat proceſſionem Carmelitarum, cum voto ſolenni caſtitatis, ab Elia Prophera, contra ſtabilitam prærogativam Beatiſſ. Virginis; quandoquidem nec minimum verbum ibi legitur de Religione inſtituta, aut Caſtitate ab Elia conſtituta. Ad hæc non dicitur ibidem, quod à temporibus Apoſtolorum titulum Fratrum Ordinis Beatiſſ. Virginis obtinuerint Carmelitæ: ſed dumtaxat, quod ſic appellari cœperint propter cultum Beatiſſ. Virgini ubique exhibitum. *Facile video quo ſpectet bis inculcata mentio* voti ſolennis, *nuſquam ab Illuſtriſſimo nominati: ſed volo id tantiſper diſſi-*

C *agnoſcere ſe, quod B. V. prima ſolenniter caſtitatem vovit*

* Gregor. 13 in B. Aſcendente Dño, poſt Bonif. 8.

mulare. An autem & qua ratione poſſit votum, quo ſe obſtrinxit Virgo dici Solenne, quærant Theologi, cum diſputant de voti religioſi ſolennitate; quam eſſe poſitivi juris, & ab Eccleſia diu poſt Apoſtolorum tempora inſtituti, Romani Pontifices publicis Conſtitutionibus * *docuerunt. Sed redeo ad Memoriale, quoad principale punctum loquens, ut ſequitur:*

D

31 Quantum ad auctoritatem memorati Officii ſpectat, nihil in eo occurrit præ aliis, continentibus hiſtorias antiquas, de quibus exacta illa certaque haberi modo notitia non poteſt, quæ circa vitas & res geſtas Sanctorum, his ultimis temporibus canonizatorum, ut plurimum ſuppetit: adeoque in eodem loco & gradu eſt à ſacra Congregatione repoſitum, quem, ſecundum Catholicorum Doctorum ſententiam, poſſident quam plurima conſimilia Officia, in Romano Breviario ſine ulla jam controverſia exiſtentia ..... Quod ſi nonnulli prædicatores & ſcriptores indiſcrete ſe gerant, ex nimio ac imprudenti zelo ſua dilatantes phylacteria, imponenteſque ſacræ Congregationi, quod in liberali conceſſione præcitati Officii nunquam aſſeruit; opportunum ac efficax non eſt tale Officium derogare, vel in aliqua ſui parte corrigere .... verum Pater Generalis Ordinis Carmelitarum ſtatim ſub regularibus comminationibus præmonebit ſuos alumnos, præſertim Belgas, ut deinceps ſine cujuſquam offenſione in prædicationibus ad populum ſe gerant: ſiquidem in aliis punctis non accuſantur, nec præfatus D. Epiſcopus de aliqua injuria vel irreverentia ſibi ab illis irrogata conqueritur.

& lectionibus tantum hiſtorica fides requiratur.

E

Reſponſo acquieſcit Epiſcopus ſuaſoribus nobis,

32 *Videbatur non ſatis acquieſcere Epiſcopus; tum quia petebant Patres, ſuum illud Officium* in eodem loco & gradu repoſitum haberi, quem poſſident conſimilia Officia in Romano Breviario exiſtentia: *tum quia in aliis, quæ attigerat, punctis multo minus ſatisfacere reſponſiones ſentiebat; ſe quoque nonnihil uno loco perſtringi. Sed nos religioſæ caritatis memores, volenteſque de prædictis Patribus, utcumque meritis, bene mereri, omnino ſuaſimus ut acquieſceret. Nam ſiquidem agatur de præteritis ſcandalis, ad inſperatæ lætitiæ novitatem cauſatis per eos, quibus per dicti Officii extenſionem omnis ſuæ opinio velut canonizata videbatur; ea deferveſcentibus animis haud modice imminuta eſſe, atque à religioſiſſimo Antverpienſium Patrum conventu, qui potiſſimum taxari videbatur, omnino ſperari debere, quod plurium moderatiorum atque prudentiorum cura contineret indiſcretum paucorum zelum, maxime quando illuc accederent etiam promiſſa à Reverendiſſ. Ordinis Generali* commina-

F

quibus ſatis eſt dubitandi libertatem concedi,

tiones.

33 *Ad fidem autem quod ſpectat adhibendam hiſtoriæ, in Lectionibus* 11 *Nocturni comprehenſæ; licet forſitan multum interſit inter modum, quo Romani Breviarii Officia fuerunt approbata, & quo approbari dicuntur monaſtica quædam; id tamen non videri examinandum curioſius: nobis ipſis, quos ea res propius ſpectare poſſet, nedum aliis omnibus abunde ſatis eſſe, ſi Patres Carmelitæ patiantur eadem cum libertate examinari & diſputari ſuæ hiſtoriæ veritatem; qua patitur Eccleſia eruditos viros verſari circa S. Dionyſium Pariſienſium Patronum, dum quærunt an idem ſit, qui Areopagita, an alius; an à S. Clemente primo ſeculo miſſus, an primum ſub Decio ſeculo* III: *item circa hiſtoriam, quæ* XXIX *Iulii in feſto S. Marthæ recitatur: ac demum ſicut nos in Opere noſtro de Sanctorum Romualdi ac Franciſci Paulani annis vitæ, multo quam Lectiones habent pauciores, diſſeruimus; & fere quotidie obſervamus complures Romani Martyrologii errores: quos tamen, jam ſemel poſitos, non expedit continuo facileque mutari; conſultius vero expectari Operis noſtri de Sanctis, non abſolutionem tantum, ſed & recognitionem illius maturam ac ſeriam; ne quid mutatum præpropere ex ſententia nunc noſtra, poſtea vel à nobis ipſis vel ab aliis certiora documenta nactis, judicetur fuiſſe retinendum. Interim ex prædicta reſolutione hoc commodi nunc haberi, quod ſufficienter refutatus maneat Armamentarii Auctor, ſua Præludia concludens num.* 69. *recitatione Brevis Clementini, Officiiq; per illud ad omnes Hiſpanicæ monarchiæ provin-*

provincias extenſi, quaſi omnia *mea* in ipſum non obſcure impingant, & fere unicum ad ea enervanda ſufficiat.

vel de hiſtoria Carmel. ſilentium permitti:

34 *Atque hæc mihi videntur poſſe ſufficere ad probandam noſtrorum ſcriptorum innocentiam, quamvis ad prolixum librum prolixior nulla ſequeretur apologia; ceſſaturis forte eam poſtulare ulterius Patribus Carmelitis, aut prælis non ferentibus moram temporis, quæ illi operoſe parando, & operoſius recognoſcendo, deberet impendi: maxime cum ſua ſex tomorum mole gravis Majus, bona ſui parte adhuc componendus, majori imprimendus reſtat, propter crebras meas diuturnaſque infirmitates; ſocii unius mortem importunam; & alterius, quem pro magiſtro univerſæque machinæ directore veneror, grande ſenium. Sanctorum Camelitani Ordinis indubitatorum Vitas (tales enim non paucos & valde illuſtres Ordo ſacerrimus habet) ſi patiantur, eodem quo aliorum Sanctorum Acta modo ac ſtylo examinari & illuſtrari (ſicut in hoc Majo nunc facio, & porro facere ſum paratus) haud difficulter abſtergetur omnis illa, quam ingeſſit Aprilis, amaritudo; palamque fiet, quam fideli conſtantique amore eos ſemper fuerimus proſecuti, quos tanto tenerius diligendos nobis exiſtimamus, quanto arctior inter* Jesum & Mariam *conjunctio eſt; & in Theologica ac Morali doctrina adverſus Antimonachos Novatores conſenſus perfectior inter Ordines; utroque nomine appellatos. Sin autem vel hiſtoriis ſuis vel noſtræ diffidentes ſinceritati, malint Sanctos ſuos à nobis deinceps omnino prætermitti; fiet id non minori fortaſsis cum commodo noſtro, quam diminutione gloriæ, ex noſtro labore Ordini ejuſque Sanctis alias proventuræ; fiet autem abſque ullo diſplicentiæ indicio ex parte noſtra; taliumque nomina cum breviſſimo elogio ad ſuos quæque dies referentur inter* Prætermiſſos, *quia ſic Ordo uterq; vel alteruter voluit. Nam quod prætenderunt aliquando nonnulli, ut quidquid de iſtis edere vellemus inter Acta Sanctorum, id noſtra Societas, quaſi propriæ ſibique conſuetæ cenſuræ diffidens, examinandum præberet Cenſoribus ab utroque Carmelitarum Ordine deligendis; id quam non rationabile nec tolerabile, atque cum infinito ad res alias multas præjudicio conjunctum ſit, facile videt, quicumque oculos habet ut videre poſsit.*

quod facile ſperamus à PP. Diſcalceatis,

35 *Ceterum non ideo* quia uterque Ordo *hic nominatur, exiſtimet aliquis æqualiter in hac cauſa commoveri* Carmelitas, *tam* Antiquos, *qui nobis primi litem moverunt; quam* Diſcalceatos, *qui nullam in ipſorum conſilio partem habuerunt; libenter addiderim, poſteriores colere amicitiam nobiſcum Antverpiæ & alibi in Flandrobelgica, non minus quam antea; nec deeſſe inter eos, qui fateantur, noſtros illos Commentarios, adverſus quos tantopere inſurgunt alii, non magnopere improbari ſibi, multa etiam ex iis probari, ſaltem ut valde veroſimilia. Quod ſi in Capitulo Ordinis Generali, Romæ per æſtatem anni* MDC LXXVII *celebrato, perſuaſu Patribus iſtis fuit, ut Memoriale quoddã, contra nos ab Antiquis quibuſdã ex hac provincia, Romæ tunc agentibus, compoſitũ, communi nomine exhiberi facerent Reverendiſſ. noſtro P. Generali: factum id eſt ad importunas ſolicitationes Provincialis Gallo-belgæ: quẽ talis conſilii fuiſſe auctorem is ſolum mirabitur, qui hominem ignorat, ejuſq; averſum à tota noſtra Societate animum, ex cauſa doctrinæ, quam noſtra Societas reprobat, ab Eccleſia damnatæ; cujus tamẽ ſe propugnatorem ferre ille auſus eſt, non prorſus impune. Nam (ut quædam alia taceam) quemdam à ſe ſcriptum ejus argumenti librum, graviſſimo Patrum ſui Ordinis judicio, juſſus propriis manibus publice exurere & ab omni deinceps ſcriptione ceſſare. Hoc autem impulſore oblatum Memoriale cum Pater noſter recepiſſet; miſſuſque ad reſponſum referendum, Societatis noſtræ Procurator Generalis eſſet;* multis hinc inde allegatis, *uti ad me perſcriptum deinde eſt,* non omiſit Noſter; mirum videri poſſe, quod lis eodem tempore & vis intentetur; poſcatur ſatisfactio quaſi legitimo judicio, & hujuſmodi actores ſimul armatum aculeis librum publicent, quo quam expectare ab Arbitro videntur expiationem, præcipiant ultro ſibique largiter indulgeant. Ad eaque reſponſum à Thereſianis eſt; dolere ſibi quod Carmelitæ Veteres alteram Armamentarii partem ediderint; ſe enim maluiſſe, ut re integrâ Generalis Præpoliti Societatis auctoritas appellaretur. Unde obiter intellectum, conſpirationem geminæ Familiæ, in libello jactatam, haud revera ſubſiſtere: *quod deinde magis confirmatum eſt, ſecuto eorumdem Thereſianorum ad cetera tunc propoſita ſilentio, quaſi ulterius non curantium cauſam ad ſe proprie non pertinentem; & relinquentium telam pertexendam Antiquis, quam fuerant ſine ipſis exorſi.*

B Aloyſius circa an. 1490 vi. detur obiiſſe,

36 *Revertor ad* Venerabilem *ac* Beatum Aloyſium; *quem qui anno Chriſti* MCCCCXLIII, *& qui* MDIII *mortuum ſcripſerunt, erraverunt ambo, ab ipſa quam tractabant manibus ſtatuendæ chronologiæ regula, publicarum, inquam, teſtificationum Actis; ex quibus hoc unum ſatis certo conficitur, circa annum* MCCCCXC *eam mortem accidiſſe. Nam cujus corpus, uti dictum eſt, reſolutum in oſſa, ex eo ubi ſteterat loco ac loculo tranſlatum in aliam arcã, ſub altari majori colebatur anno ſeculi iſtius nonageſimo ſexto, non poteſt multo ſerius obiiſſe: & quem teſtis* IV, *anno* MCCCCLXX *natus,* adibat frequenter ac familiariter, ſolitus ſanctis illius verbis atque exemplis haud raro ad lacrymas commoveri, *non eſt credibile multo citius hac mortali vita exiviſſe. Sicuti autem in toto primo Proceſſu, cui interfuere ii qui viventem ſe noviſſe meminerant, nemo annum mortis notavit, ita nec diem; niſi quod unus dixerit, Sabbatinum fuiſſe. Vnde indicium nobis fit (accedente præſertim teſtium utroq; Proceſſu auditorum ſilentio) ad nullum certum diem, quaſi qui mortis aut tranſlationis eſſet, reſtrictam fuiſſe populi venerationem; ſed per omnes anni dies pari jure ſolitam exerceri. Imo exiſtimo, in S. Michaelis conventu, qui vivente Aloyſio vix adhuc aliquam formam habebat cœnobii regularis, ſicut infra apparebit, nihil omnino ſcripto vel memoria fuiſſe conſervatum, de anno & die mortis atque tranſlationis prædictæ.*

incertum quo die:

refertur tamen ad 8 vel 11 Maji.

37 *Vnde igitur Octavius* Cajetanus *noſter, in Idea operis de Vitis Siculorum Sanctorum, famavæ ſanctitatis illuſtrium, edita Panormi anno* MDCXVII, *in indice alphabetico* II *Claſsis pag.* 32 *poſuit* Aloyſium Priorem Carmelitam VIII Maji? *Quod ſine ulteriori examine ſecutus Rocchus Pirrus, ſcripſit quod* obdormivit in Domino die VIII Maji. *Et unde pag.* 116 *in Martyrologio, ad marginem* Acta jurata *allegans, ponit die* XI Maji *hæc verba:* In Randatio Aloyſius, Prior Ordinis Carmelitarum, pro virtute occiſus, miraculis refulſit? *Nolo ego divinare. Si tam diu vixiſſet* Cajetanus, *ut ſcribere potuiſſet Vitam, operi de Actis Sanctorum Siculorum, quod poſtumum denique in publicum prodiit, inſerendam, una cum conſuetis Annotationibus; ſciremus forſitan qua cauſa eum moverit ad Aloyſii memoriam uno vel altero die notandam. Elegimus tamen hanc* XI *Maji præ die* VIII, *quod ſperaremus, prius ſaltem quam iſte dies abſolveretur à prælo, opus, tot jam annis expectatum, R. P. Danielis à Virgine Maria venturum in lucem, unde adhuc aliquid poſſemus diſcere: ſed hoc etiam commodum invidit nobis atque typographo eorum importunitas, qui contra expreſſam Auctoris voluntatem, voluerunt ei, tamquam inſigne complementum, addi ad calcem, quã nunc recudi eum in finem dixi partem ſecundam Armamentarii.*

ejus Relicæ quia Drepani.

38 *Concludo igitur hunc prævium Commentarium, indicio quarumdam Reliquiarum B. Aloyſii, invento apud Rocchum Pirrum: qui ſub titulo* Mons Drepani, *ubi agit de Conventu Annuntiatæ ibidem;* Decoratur, *inquit,* maxime Reliquiis .... decrure B. Aloyſii Rabatà, opera V. I. D. Leonardi Palazolo, anno MDCXX, XXVI Auguſti, Randazzo huc tranſlatis. *Sub titulo autem* Drepanum Urbs, *laudans* Carmelitarum

lices eorum unus adverſetur.

EX PROCESSIBUS

tarum celeberrimum &magnificum cœnobium ejusque illustriſſimum templum Annuntiatæ, *inter Reliquias ibidem aſſervatas recenſet*, Mandibulam B. Aloyſii Carmelitani; item ejuſdem brachium, quod à Fratribus Randazii recepit Mag. Baſilius Cavaretta, anno MDCXL, dum Præſidem in Provincia S. Alberti ageret.

VIRTUTES ET MIRACULA

ex Proceſſibus anno 1533 & 1573 formatis.

CAPUT I.

Vita, obitus, & cultus B. Aloyſii.

Vir ſanctæ vitæ,

1 HOnorabilis Joannes de Junta de terra Randatii, ætatis annorum nonaginta & ultra, Teſtis juratus & interrogatus ſupra infraſcriptis, die v Maji VI Indictionis MDXXXIII, dixit ſe ſcire, quod in conventu S. Michaëlis Ordinis Carmelitarum morabatur quondam Venerabilis Fr. Aloyſius
B Rabatà: quem ipſe teſtis ſuo tempore cognovit: & ſcit quod præfatus Venerabilis habuerit tunc ætatem inter annos quinquaginta & ſexaginta mediam: & erat venerabiliſſima perſona, ordinatus Preſbyter, Miſſam dicens *a*, pacifice ac patientiſſime vivens in omni ſanctitate. *Teſtis* II *annorum* LXX, *qui præd. Aloyſium juvenis cognoverat, addit* quod dicebatur natus *b* Drepani, & erat Conventus jam nominati Prior. *Teſtis* III *annorũ* LXXVI *vel* IX, cognitum *ſibi* Aloyſium *dixit*, cum hic, quantùm ipſe teſtis meminerat, conſiſteret intra ſexageſimum & ſeptuageſimum annum; *& addit quod* publica erat per terram Randatii fama de illo, vitam ejus virtuoſiſſimam, & ad normam atque exemplar Sanctorum exactam eſſe. *Teſtis* IV *annorum* LXIII *affirmat, quod* ſolitus erat in pane & aqua jejunare: & cum die quodam Paſchæ conventus Fratrum manducaret carnes; ipſe ſolitum abſtinentiæ ſuæ tenorem ſecutus eſt, ſicut ipſi teſti revelavit Fr. Petrus Capuani, ſocius Fr. Aloyſii. Atque ob hanc vitæ auſteritatem corpore erat exucco, & facie decenter pallida atque oculis introrſum actis, & bono exemplo omnibus qui illum viſitabant: quorum unus ipſe teſtis, adire eum frequenter ac familiariter ſolitus, nec raro ad
C lacrymas commoveri ſanctis illius verbis atque exemplis. *Denique vidua quædam annorum* LXXX, *Teſtis* VII *aſſerit, quod* Fr. Aloyſius, quavis hebdomada ſolitus bis accedere ad ſui quondam mariti domum, exemplis & verbis optimis familiam ædificabat; nihil vanæ gloriæ præferendo, ſed ad ſingula pœne dicendo, Ad Dei laudem, hoc ſit.

& ſolo pane veſci ſolitus,

excellit patientia injuriarum,

2 *Humilitatem porro & patientiam ejus diſtinctius probaturus Teſtis* IV, *ait, quod* propter magnam virtutem ac bonitatem ſuam Fratribus non paucis exoſus fuerit; à quibus licet male tractabatur, vitia tamen eorum multâ cum tolerantiâ ſuſtinebat, unice intentus omnium commodo & utilitati: quo fiebat ut Prioratum adminiſtraret tamquam unus eorum, nihil ex eo ſibi arrogans, ſed hebdomadatim circuibat per terram Randatii eleemoſynam petens ad ſublevandam conuentus illius paupertatem: quia autem erat erga pauperes miſericors valde, conſueverãt eorum aliqui eũ aſſectari, ut participes fierent panum, qui ei offerebantur. *Neque his ſolum* largiebatur *vir beatus, ſed* obvio cuivis pauperi & neceſſitatem habenti, *inquit Teſtis* I, beneficium bonis verbis cumulans, maximo cum amore ac benevolentia; & dicebat: Ite, & pro Dei amore vos ſuſtentate.
Imo contigit aliquando, *inquit Teſtis* II, ut transacto die nihil ad proprium ſuum victum reportaret in conventum, panibus ad unum omnibus in pauperes diſtributis. Cum autem etiam Confeſſarii munere fungeretur, *inquit idem Teſtis* II, confeſſus ei quidam eſt damnum illatum cuidam Magiſtro Amico Picchiuni Cimaturi; qui cum reſarcire damnum illud non poſſet, paupertate impeditus, ipſe Venerabilis vir acceſſit ad d. Mag. Amicum ſupplicans ut rem injuſte ablatam condonare illi ſuo pœnitenti vellet. Quod cum facere recuſaret Amicus, redivit Aloyſius per quindecim continuos dies, pluvio quamvis ac nivoſo tempore, ad officinam Mag. Amici, identidem ſupplicans, ut ad honorem Dei remitteret pauperi iſti ablatum, & lacrymantibus oculis dicens: Mag. Amice, ſi pauper iſte non habet unde reſarciat damnum, viſne tu eſſe cauſa cur moriens æternum damnetur? Hæc obſervantes vicinorum aliqui, in quibus etiam ipſe teſtis fuit, Mag. Amicum interrogaverunt, quid cauſæ eſſet ob quam pluvio atque nivoſo tempore toties ad ipſum veniret Prior Carmelitarum, tremens præ frigore contracto per viam, quæ erat mille paſſuum. Reſpondit vero Mag. Amicus ipſi Teſti & aliis interrogantibus, Dixit mihi Prior, quod aliquis ſibi confeſſus
E ſit de furto mihi facto, & quia reſtituere id non poteſt, vult & obſecrat pro Dei amore, ut ei remittam debitum; fuitque adeo moleſtus quotidie coram me plorando, ut fuerim coactus ei parere.

D *liberalitate in pauperes,*

caritate ex-ga pœnitentes,

manſuetudine erga convitiantes.

3 *Sed redeamus ad primum Teſtem, qui depoſitionem ſuam ſic proſequitur, inſignem Aloyſii manſuetudinem declarans.* Die quodam Randatium circumiens Fr. Aloyſius, eleemoſynæ pro cereo Paſchali quærendæ cauſa, impegit in hominem Yeſſi nomine, qui ſtomachabundus ac jubens ut ad diabolum iret, multa convitia accumulavit: ad quæ aliud nihil reſpondit vir patientiſſimus, quam; Pacem, pacem habeto, fili; ne litiga, ne jurgare obſecro: vin' tibi ex his quas corrogavi pecuniis donem aliquid? Noli iraſci, fili, noli clamare per Dei amorem. Aliàs cum Sorores quædam ipſius Ordinis eidem convitiando, vecordem *c*, otioſum, gallinaceum appellitarent; maxima cum humilitate ac patientia reſpondens dicebat, Talis eſſe volo: & omnia pro Dei amore ſufferens parvi, faciebat verba quantumcumq; injurioſa. *Idem, ſed paucioribus verbis affirmavit Teſtis* III.

c

d

viam ad conventum ſternit manu ſua,

4 Porro cum per viam *d* Lautarelli ab oppido ad conventum iter eſſet, obliquum ſane & incommodum; eaque occaſione æque ac in aliis ſimilibus viis crebra ſcandala offerrentur mulieribus illac commeantibus; aliam ſibi à porta Xarottæ uſque ad conventum, largam rectamque, ſic ut à termino ad terminum liber pateret proſpectus, faciendam ſuſcepit Fr. Aloyſius; multum laborans æſtate atque hieme in convehenda materia, ac lapidibus dorſo apportandis, nullam aliam indulgens ſibi requiem, quam quæ ad Miſſam Officiumque ſacrum opus eſſet. *De eadẽ viâ ſic ſtricta prælaudati omnes Teſtes loquuntur: ſed Teſtis* II *expreſsius dicit, viam hanc novam, ductam fuiſſe inter veteres duas, quarum una, ut ſupra dictum,* Lautarelli *vocabatur, altera procedebat* à porta S. Juliani: *neque hoc ſolum ab eo factum ait.* fundis ad id neceſſariis precario obtentis, *partim etiam (ut loquitur Teſtis* VII) ære emendicato coemptis: ſed etiam ampliatam planitiem ante eccleſiam conventumque: *quod etiam Teſtis* VII *aſſeruit. Teſtis vero* IV, *exaggerans* querelas mulierum, per viam Lautarelli patientium multa, quæ pudori honeſtatique adverſabantur; de quibus deinde nihil auditum ſit: non ipſum ſolum Fr. Aloyſium in hoc laboraſſe dixit, ſed etiam exorare ſolitum alios ad operam conferendam: tantamque fuiſſe ejus æſtimationem in po-

F

alienæ etiam operæ & eleemoſynis.

pu-

A pulso, ut quiscumque sive hac sive alia de causa ab eo rogaretur ad beneficium aliquod conventui conferendum, nemo esset à quo repulsam pateretur, sed unusquisque contenderet ejusdem obsequi desiderio.

5 Opus *insuper* ad fabricam promovendam pecunia erat, quam ille, *inquit Testis* I, per villas pagosque circumeundo dum quæritat, atque per
e viam Bronti *e* appellatam revertitur, incurrens in eum quidam, ira succensus, quia aliquorum vitia
f libere castigabat, plagam *f* capiti ejus impegit, unde diebus multis æger decubuit: deinde à strato
graviter lesus in fronte, surgere utcumque valens, ministravit ecclesiæ aliquamdiu. Cum autem nonnulli obtestarentur eum ut plagæ auctorem indicaret, magna cum patientia negabat quemquam à se posse nominari: sed; Cecidi, inquit, quod ad Dei gloriam sit. Medicus autem dicebat, vulnus illud non à lapsu, sed à percussione esse. Quin imo nominabatur quidam Joannes Antonius Catalucchi, qui habebat fratrem in conventu monachum, ad cujus persuasionem id ille fecisset; utpote nequissimi hominis ac pessimi monachi: sed pernegebat hoc Aloysius, dicebatque; Ad pro Dei gloriam hoc sit: quia vulnus hoc
B Dei amore accepi cum caderem; nec aliud habeo
venuit indicare auctorem, quod respondeam. *Testis* II fronti impactam plagam *dixit*, eâque ex mula qua vehebatur dejectum virum sanctum: *& huic attestatur Testis* III, *& addit, sicut & Testis* IV, *quod* percussoris nomen silentio constanti premens aliquando dicebat; Fuerit quiscumque voluit, indulgeat ei peccatum Deus, idque in laudem suam convertat. *Denique Vidua illa, quæ septimo loco testimonium dixit*, marito suo idem interroganti expressius etiam respondisse Aloysium *asserit*; Nescio quis fuerit: non novi eum: condonet ei Deus. Cumque ipsa eum lecto decumbentem cum sua socru bis visitasset, *dicit* semper invenisse patientissime sustinentem dolores inde sibi provenientes.

g 6 Uno *g* post hæc circiter anno, *inquit Testis* I,
& anno post moritur recruduit vulnus in carcinoma, atq; iterũ coactus vir
h sanctus fuit lecto decumbere. Quo in statu cum eum visitarent mulieres aliquæ *h* tortulasque & alia ægrorum solatia adferrent, Non hæc nobis, ait, necessaria sunt; non sane: unũ vos pro Dei amore obsecro, ut quoniã cras est dies sabbatinus, adesse velitis, tunc enim moriar. Illæ vero fidem verbis ejus adhibentes, postero die ad ægrum visendum redierunt: quando hic eis rursum dixit, quod vellet hanc vitam finire atque transire ad aliam meliorem. *Hæ mulieres*
C *fuerunt prædicta vidua cum socru sua, quarum prior*
die sabbato. *idem asseruit, distinctius addens*, dictum sibi fuisse:
i Parate mihi candelam accensam *i* spongiamque, quia cras, eras mane, vitam finiam; & eadem qua dixerat hora obiisse. Cum vero tanta vulgo esset de sanctitate defuncti opinio, *inquit depositionem suam prosequens Testis* I, Fratres aliique devoti seculares
k judicaverunt eum non esse sepeliendum in communi Fratrum monumento: sed corpus *k* sandapilæ inclusum posuerunt in quodam ipsius ecclesiæ loco;
l ubi quamdiu *l* stetit nullum de se emittebat fœtorem: *quod* seipsum experientia propria verum comperisse *ait*. Cœperunt autem, didita miraculi hujus fama, ad ipsum sanctum corpus visitandum devote accurrere multi, qui *m* catarrhis aut quartanis
m febribus laborabant, qui tacto sarcophago sanabantur à suis infirmitatibus.

7 Inter hos advenit etiam Nobilis quondam Rogerius Romæus, ex quadam (ut dicebatur) percussione ambobus oculis graviter laborans: qui cum ad primum loculi contactum sensisset, unius
n oculi usum sibi redditum; eo aliisque quæ videbat

Clarescens miraculis corpus

miraculis motus, arcam *n* fabricari jussit, in qua ipsum sanctum corpus decentius servaretur; eamque honorifice coopertam subtus aram principem *o* collocari, prætensa crate ferrea; quemadmodum videre est usque in præsentem diem; venientibus ad locum ipsum visendum quotidie infirmis, & speratæ valetudinis gratiam crebro obtinentibus à Deo per interces sionem dicti Fr. Aloysii. De causa scientiæ interrogatus; dixit scire præmissa, per modum ut supra dicta sunt, quia interfuit, vidit, & audivit, ut supra: de loco & tempore, ut supra. *In margine autem authentici ipsius Instrumenti additur*; Lecta sibi confirmavit. *Atque hac tum clausula, tum marginali affirmatione, roborantur omnium aliorum Testium asserta, quæ duobus deinceps Capitibus prosequar, eo quo prolata sunt ordine, præmissis singulorum nominibus; & iis solum punctis præteritis, quæ hic miscuimus depositioni primi Testis, ne eadem sæpius iterare oporteret,*

EX PROCESSIBUS

C *sub altari locatur.*

8 *Hæc tamen & ad generalem notitiam miraculorum* *multi aquæ ejus sumpta sanantur.*
facit, quod, ut ait Testis III, solent infirmi opem postulantes collocari ante prædictum altare, & potari aqua, ablutione ossium Fr. Aloysii sanctificata, unde tam frequentes recipiunt gratias, ut nemo ab hora mortis illius usque in præsentem dubitare præsumpserit, quin homo vere sanctus fuerit, & E
corpus ejus ut Sancti honorandum existimarit. Et iterum dixit, quod conventus, qui ipso vivente minimissimus erat & quasi nullus, post mortem ejusdem in eam, quæ modo cernitur, excreverit amplitudinem, concurrentibus ad ecclesiam quovis matutino tempore, imo quavis hora, viris feminisque omnis conditionis atque ætatis. *Neque leve, eo-* *imago miraculose picta invenitur.*
dem Teste III *affirmante, testimonium obtenta ab Aloysio beatitudinis æternæ testimonium fuit, quod* iterum dixit, scire ex dicto & fama publica per oppidum Randatii, quod cum depingeretur in pariete imago S. Mariæ de monte Carmelo, eo ubi nunc est loco, una cum imaginibus aliorum Sanctorum p
p ibidem expressis, finito opere, miraculose apparuit caput Fr. Aloysii, à tam longo tempore mortui, inter easdem imagines: quæ omnes sic erant collocatæ, ut faciem conversam haberent versus imaginem Deiparæ: facies vero illa quæ dicebatur esse Fr. Aloysii, manu digitoque demonstrantis frontem in qua plagam exceperat, obversa erat supradictæ imagini. Eo autem tempore, quo visa est res tam prodigiosa, multus erat de eadem inter oppidanos sermo, multique accedebant ad videndum.

F

ANNOTATA.

a *Augustinus Biscarrettus apud Lezaniam addit, quod* maxima cum caritate, plurima sacrarum Scripturarum argumenta & loca adducens & dilucidans [tamquam insignis aliquis Theologus, licet majora non attigerit studia] suos spirituales filios & alios ad pœnitentiam provocabat. *Atque hæc fere ex Italicis Leo indelicati verbis transtulit Latine, parenthesim vero de suo sumpsisse ingenio videtur.*

b *In titulo ipsius Processus, quem ad finem capitis* 2 *rejicimus, dicitur* de civitate montis S. Juliani seu Drepani. *Est mons iste, olim* Erycinus, *alias etiam* Mons Drepani *dictus, ab ipsa urbe distans passibus* 1500. *Utrobique Carmelitæ ecclesiam habent, Annuntiatæ sacram: & utrobique certatur de natalibus tam hujus* Aloysii *quam* B. Alberti *ex eodem Ordine Carmelitano. Antonius Cordici in sua (ut ait Rocchus Pirrus) MS. historia asserit*, Natum fuisse in domibus juxta templum Montis majus; *& ipse Rocchus de suo addit*, Quod in hoc Annuntiatæ *conventu* & habitum sumpserit & Carmelitanam emiserit professionem, liquet clarissime: *sed unde hoc ei liqueat non exprimit.*

c Cayordo, succhidiusi, gallinaro, *quæ debui per conjecturam explicare.*

d Ita

EX PROCESSIBUS

d *Ita viam iſtam appellant Teſtes* II, III, IV, & VII; *ſoli Primo eſt* via di lo altarello, *id eſt* Via Altarioli: *ut illud quo ceteri utuntur nomen, uſu vulgi contractum eſſe videatur ex articulo & nomine.*

e Brontes, recens oppidulum, *inquit Brietius noſter*, ad radices Æthnæ 15 P. M. *Randatio diſtans.*

f *Vulgari lingua*, Fu inſultato per camino, & datali una buzunata in teſta. *Hanc vocem* Buzunata *(qua etiam utuntur teſtes quatuor jam nominati, ſoli de hac re locuti ut primus) idem eſſe quod* baſtonata, *ſcilicet*, plaga facta baſtone *id eſt* baculo, *ſignificavit P. Seraphinus, qui collatam cum originali copiam miſſurus in Belgium, vocabula quædam Sicula in ipſa eſt interpretatus, explicatione ſuperadditâ: eſſetque ea hic veroſimillima, & cum ſequentibus apte cohærens, niſi Teſtis* III, *&* VII *dicerent, quæſitum ab eo fuiſſe*, cui ſi avia tiratu ditta buzunata, *ubi verbum* tirare *in propriiſſimo ſenſu eſt* jaculari. *Iaculo igitur factum eſt vulnus; ſed quali? Rocchus Pirrus*, In fronte tagitta transfigitur, *inquit. Verum hujuſmodi vulnus; præterquam quod ipſo in loco mortem adferre debuiſſet, aut ſaltem alterius plane modi curationem aperto per terebram capite faciendam requiſiviſſet; dici non potuiſſet fuiſſe ex lapſu. Leoindelicatus melioris explicationis viam ſuggerit, cum id quod*

B *teſtes* Buzunatam *vocant, ipſe anno* 1600 *ſcribens, appellat* Bolzonatam. *Dicitur autem* Bolzonata, *à* Bolzone *ſeu* Bolcione; *quod Acadecimi della Cruſca in Vocabulario Thuſco anni* 1623 *dicunt antiquioribus quidem ſcriptoribus ſignificare arietem murarium; ſuo autem tempore eſſe genus ſagittæ, loco ferratæ cuſpidis obtuſum capitellum præfixum habentis; quo ſane teli genere apparet frontem graviſſime ladi, non tamen transfigi potuiſſe, atque ita ambiguum manere, ex lapſune proprio, an ex percuſſione aliena vulnus eſſet.*

g *Idem Leoindelicatus ſolum dicit, quod* accepto vulneri, cum ageret ætatis annum circiter ſeptuageſimum, ſupervixit *Aloyſius* aliquibus menſibus ac diebus; *ſicut ejus verba Italice ſonant, & Latine reddunturà Biſcarretto: cum Teſtis primus deſignet in ſua vulgari Sicula*, lo ſpatio di un anno, poco chivi o manco, *id eſt* paulo plus vel minus.

h *Hinc ſequi videtur, quod Conventus ille non ſolum tunc adhuc* minimiſſimus *fuerit (uti loquitur infra num.* 8 *Teſtis* III) *ſed etiam abſque clauſura, feminis ipſum tam familiariter ingredientibus.*

i *Ad quid* ſpongiam? *Ad abluendum, credo, eorpus: qui tam exiguæ rei defectus magnam ſane Conventus ipſius paupertatem atque adeo egregiam Aloyſii virtutem indicat.*

C k *Vulgariter* intro una caxa ſeu tabuto.

l *Teſtis* IV, *omnium, qui Aloyſium noviſſe ſe dicunt, natu minimus, utpote ſolum natus annos* 63, *ſi moriente illo egerit ætatis annum* 17, *potuit ibi jacuiſſe corpus fere decennio, non autem amplius: quia cum anno* 1497 *curaretur mater Teſtis nonæ, jam ſub altari erat corpus; & quidem conſumptis carnibus diſſolutum, uti colligitur ex eo quod Teſtis* VI *narret miraculum* multis abhinc (*id eſt à Proceſſu condito*) annis *in ſe patratum, allatis ad ſe* coſta atque maxilla, quæ dicebantur eſſe Fr. Aloyſii.

m *Vulgariter* acaxunati di mali di fredda, *quos in hujuſmodi hiſtoricis Latine ſcriptis ſæpe* frigoreticos *dici inveniens, etiam ipſe infra eadem voce aliquoties uſus ſum, ad diſtinctius explicandum morbi, ex frigido aëre procedentis, genus: quod* Verkoutheyt *Belgis, Græcis* Rheumatiſmus, *Latinis* Diſtillatio *dicitur: & cujus tres ſpecies diſtinguens Theodorus Priſcianus, libris Græco-latine editis clarus medicus:* fit in naribus, *inquit*, cui nomen eſt Coryza; fit in faucibus, qui dicitur Bronchos, fit etiam in thorace, qui ſi diu permanſerit & pulmones invaſerit, Phthiſis illum inſanabilem facit. *Et de hac catarrhi ſpecie cenſemus po-*

tiſſimum agi in hoc Proceſſu, cum hujus fere ſolius curatio tam lenta & difficilis ſit, ut miraculis mereatur accenſeri quando ſit derepente. D

n *Hac quoque vulgari voce* Tabuto *appellatur; an contracte pro* Tabulato, *quia ex tabulis conſicitur?*

o *Credibile non eſt id factum eſſe inconſulto Ordinario loci: privata tamen devotione potius, quam publica pompa celebratam tranſlationem, & ſic ſeparationem oſſium aliquot à ceteris eſſe factam, ad benedictionem aquæ & alios pios uſus, eo perſuadeor, quod nemo Teſtium auditorum ſingulariter ejus rei meminerit: quæ tamen imprimis commemoranda fuiſſet.*

p *Rocchus Pirrus:* Manu Angelicâ depicta inter imagines B. Mariæ de monte Carmelo & alios Sanctos Religionis reſpicitur, *ut videatur ſignificare, ipſam ibidem ſic adhuc extare; quod mallem hujus Teſtis verbis confirmatum invenire pro anno* 1533. *Si enim miraculum illud perduraſſet tam diu, videtur à pluribus fuiſſe commemorandum: nunc autem loquens ipſe Teſtis* de eo tempore quo res viſa eſt, *videtur innuere quod videri illa pridem deſierit: & idem confirmat Leoindelicati, eadem anno* 1600 *narrantis, ſilentium: qui tamen alterius imaginis alibi pictæ meminit, ut à ſe viſæ.*

CAPUT II. E

Miraculoſæ curationes primo Proceſſu teſtatæ.

9 VEnerabilis Preſbyter Matthæus Ivitta, Judex Curiæ R. D. Archipreſbyteri de civitate Randatii, Teſtis II juratus & interrogatus, ... ſe quoque à febri tertiana per Fr. Aloyſium, poſtquam hic ſepultus erat, curatum fuiſſe *affirmavit, eodem qua* I *Teſtis die.* Magiſter Salimbenius Ruffo, terræ Randatii, Teſtis III die XIX Maji, *de curatis febribus aliiſque morbis, eo quem ſupra diximus modo locutus, in commune, nullum in particulari exemplum attulit.* Hon. Mag. Matthæus Manueli de terra Randatii, Teſtis IV, eodem die *ſimiliter contentus fuit, ad articulum de miraculis, in genere reſpondiſſe, ea* uſque in diem præſentem *continuari.* *Poſt 4 primos in genere locutos*

10 Hon. Leonora de Miſtretta terræ Randatii, Teſtis V, jurata & interrogata, die XXIII Maji, VI Indictionis, MDXXXIII, dixit ſcire, quod adhuc in puellari ætate matri cohabitans, incidit in quartanam adeo gravem, ut in hydropiſim declinatura crederetur; cumque eo proceſſiſſet malum, ut indies putaretur moritura, deſperantibus de vita ei ſervanda medicis; mater ejus, quæ maxima devotione ferebatur erga corpus Ven. Fr. Aloyſii, detulit ipſam teſtem in eccleſiam Carmelitarum terræ Randatii, ibique collocavit ante princeps altare: ubi Fratres ei dederunt bibendam aquam, qua laverant oſſa ſancti corporis: & continuo teſtis ipſa ab omni convaluit infirmitate. Iterum dixit, quod cum quidam adoleſcentulus, commiſſus diſciplinæ Ven. Preſbyteri Simonis de Palermo, laboraret catarrho, & filium ita male habentem deploraret mater, dixit ei ipſa Teſtis: Quid ſi eamus, illumque portemus ad eccleſiam S. Michaelis, ubi eſt corpus Fr. Aloyſii, erga quem magnam habemus devotionem? Nec mora: delatum eum ante altare majus d. eccleſiæ, ubi eſt præd. corpus, potaverunt aqua oblata à Fratribus: ille vero modico tempore ibi remanens, prorſus liber à morbo fuit: uti & alii plures pueri, quos ipſa Teſtis novit à catarrho & quartana fuiſſe curatos. *indicatur ſanata quartana periculoſa, & catarrhus:* F

11 Eodem die Hon. Manſueta lo Maligno, relicta qu. Mag. Thomæ lo Maligno, de terra Randatii, Teſtis VI, dixit tantum ſe ſcire, quod cum filia ſua quædam ex febri decumberet, ſuſceptis Confeſſionis, Communionis, extremæque Unctionis Sacramentis deſperata à medicis, fractoſque *item f[illa] le al[ia]*

ut

A ut in morte oculos verſus parietem torqueret; ipſa Teſtis erga corpus d. Fr. Aloyſii pie affecta rogavit Ven. Fr. Michaelem Paxumi & Fr. Hieronymum Miliatum iſtic præſentes, ut moribundæ opitularentur allatis Fr. Aloyſii reliquiis. Attulerunt illi coſtam atque maxillam, quas dicebant eſſe Fr. Aloyſii: eaſque intingentes aquæ, ipſam aquam bibendam porrexerunt d. puellæ: quæ mox ut guſtavit, aperuit oculos, & paulatim ſibi reſtituta eſt, atque à d. infirmitate ſoluta. Iterum dixit, quod habens filium quartana afflictum, eum portavit ad eccleſiam S. Mariæ de Carmelo, atque ante altare majus collocato ſimilem aquam porrexit, ſecuto qui optabatur effectu curationis. Interrogata de tempore, dixit: Sunt multi anni elapſi.

& quartana:

renum dolor:

12 Die v Junii Magnifica Joanna Zimbali, relicta qu. Magnif. Thomæi Zimbali, de terra Randatii, Teſtis VII, annorum LXXX parum plus vel minus, optime cognitum habens qu. Fr. Aloyſium, dixit .... quod eo mortuo, Ven. Sorori Seraphinæ, Sanctimoniali Ven. monaſterii S. Bartholomæi Ordinis S. Benedicti, ipſius Teſtis filiæ, gravis renum dolor accidit, unde in iiſdem excreverunt tubera duo, velut duo panes, cum tanta corporis debilitate, ut ſe non B poſſet levare de lecto, neque medici quidquam curando proficerent. Itaque Magnif. qu. Thomęus ipſaque Teſtis, pater ac mater d. Sor. Seraphinæ, ſub axillis ſumptam detulerunt ad eccleſiam Carmelitanam, ante altare majus d. eccleſiæ, ſub quo erat & etiam nunc eſt corpus d. Fr. Aloyſii, propter magnam devotionem qua erga ipſum afficiebantur, eo quod publice ac generaliter tunc diceretur, quod faceret miracula maxima, & plurimas diverſaſque infirmitates curaret. Ibi ergo curarunt Miſſam dicendam ipſo mane, & d. Sor. Seraphinam collocarunt ante præd. altare. Cumque eo in loco ſimul omnes tota die manſiſſent uſque ad horam XXII, cœpit melius habere Sor. Seraphina: & quam ægre ſub axillis prehenſam in jam d. eccleſiam detulerant, domum redeuntes duxerunt ad manum, aſſeverante Seraphina ſanitatem ſibi reſtaurari. Ita in ſuum reducta monaſterium, proximo mane juſſit ad ſe vocari ipſam Teſtem matrem ſuam, metuentem ne Sor. Seraphina pejus haberet ex violento diei præcedentis motu verſus d. eccleſiam. Cum ergo ad filiæ cellam ſe contuliſſet, interroganti quomodo valeret, reſpondit Sor. Seraphina: Domina, ſana ſum & optime valeo. Ex quibus verbis maximam conſolationem hauriens ipſa Teſtis, Deo & d. C Fr. Aloyſio egit gratias: Soror autem Seraphina ex eo die talem infirmitatem amplius non eſt experta. Iterum dixit, quod multis ab hinc annis, poſt mortem d. Fr. Aloyſii, audivit per terram Randatii publice dici, quod omni genere morborum laborantes ſanarentur ante d. altare & corpus d. Fr. Aloyſii.

plaga tibiæ inveterata:

13 Eodem die Hon. Petrus Garagoczo terræ Randatii, Teſtis VIII, qui ipſum Ven. Fr. Aloyſium in vivis novit, dixit ſcire, quod cum Ven. Presbyter Nicolaus de Paterno, tibiam grandi ſciſſura vulneraſſet; ipſaq; plaga procreaſſet apoſtema cum frequentibus ſpaſmis, d. Presbyter magna motus devotione, & ſciens quod ad corpus d. Fr. Aloyſii multi ſanitatem recuperaverant, contulit ſe ad eccleſiam Carmelitarum; atque ante altare ſe collocans, ibi permanſit aliquanto temporis ſpatio: exinde vero ab omni plaga perſanatum ſe ſenſit, quapropter habitum Ordinis petiit atque impetravit: in eoque perſeveravit longo tempore, quo ſæpius auditus eſt Randatii incolis univerſim narrare miraculum in ſe factum. De cauſa ſcientiæ interrogatus, dixit ſcire præmiſſa vera eſſe, quia vidit & cognovit d. Ven. Fr. Aloyſium eo vivente, & poſt ejus mortem dixit ſcire ex dicto & ore proprio d. Ven. Presbyteri Nicolai.

14 Eodem die Becta Saytta de terra Randatii, Teſtis IX, dixit tantum ſcire, quod cum mater ſua adhuc viveret & ipſa Teſtis parvula eſſet, acciderit d. matri ſuæ infirmitas in renibus tanta, ut nec quieſcere poſſet decumbens, nec ſtare erecta; ſed noctu diuque lamentaretur. Intelligens ergo quod corpus Fr. Aloyſii, exiſtens ſub altari majori eccleſiæ S. Mariæ de Carmelo, multos à multis infirmitatibus curaret; egreſſa eſt domo, una cum ipſa Teſte; & pedetentim prorepſit ad d. eccleſiam, ſeque collocavit ante altare, & ibi manſit certo temporis ſpatio: deinde vero regreſſa domum habebat bene; neque deinceps tale quid paſſa eſt, prout ſolebat ipſa ipſius teſtis mater paſſim gratanterque narrare Randatii incolis, miraculo factum adſcribens. Teſtis vero, interrogata de tempore, ab annis triginta ſex parum plus vel minus rem peractam dixit.

Item dolor renum

15 Eodem die Hon. Thadæa de Palermo de terra Randatii, Teſtis X, dixit tantum ſcire, quod ab annis viginti aut viginti uno filiolus quidam ſuus Franciſcus, intra tertium ac quartum ætatis ſuæ annum conſtitutus, paſſus ſit infirmitatem in nervis, renibus, eruribuſque, talem qua prohibebatur ſeſe de lecto ſublevare. Cum autem ipſa Teſtis intellexiſſet corpus Fr. Aloyſii facere miracula, & multorum multos morbos ſanare, ex devotione erga d. corpus, quod fuit & eſt in capſa ſub altari majori eccleſiæ S. Mariæ de Carmelo; ſumptum inter brachia parvulum detulit illuc, & ante d. altare compoſuit: ubi ille mox obdormiſcens, ſomnum protraxit ad unam aut duas circiter horas; ac deinde experrectus, erexit ſe in pedes, manuque deducendum præbuit jam prorſus validus; ac ſanus perſeveravit in eadem, qua etiam nunc gaudet, corporis habitudine. *Hactenus* Teſtes *anno* MDXXXIII *Indictionis* VI, *à die* V *Maji uſque ad* V *Junii inclusive*, recepti & examinati per Curiam Rev. D. Archipresbyteri terræ Randatii, ad litteras Reverendiſſ. D. Archiepiſcopi Meſſanenſis *(erat hic Antonius à Lignamine)* ad petitionem Rev. Prioris S. Michaelis Ordinis Carmelitarum terræ Randatii, ad informandum de vita, fama, bonis moribus, ſignis, tam tempore vitæ quam poſt mortem qu. Vener. Fr. Aloyſii Rabatá, de civitate Montis S. Juliani ſeu Drepani, Fratris præd. Conventus & Ordinis S. Marię de Monte Carmelo: & hoc de mandato D. Judicis Curiæ Rev. D. Archipresbyteri terræ Randatii: *quorum Teſtium dicta* ex ſcripturis devoti Conventus præfati, exiſtentibus penes Notarium Joſeph Pandolfo, magiſtrum Notarium dicti conventus *tranſcripta*, collationavit *cum originali jam nominatus Notarius, quem* prædictum Officium exercere, Univerſitas civitatis Randatii fidem fecit omnibus ad quos ſpectat *per Inſtrumentum*, datum in præd. civitate Randatii die viginti quatuor Januarii, III Indictionis, MDCV; *ſubſcribentibus*

atque paralyſis.

E

F

✠ Don Franciſco Romano I.
✠ Paulo Oliveri I.

Exempli de iſtis tranſcripti fides authentica.

CAPUT III.

Miracula in ſecundo Proceſſu notata.

16 *Primo illo Proceſſu formato, non ita ceſſavit negotium ſolicitandæ apud Apoſtolicam Sedem canonizationis, ut ſimul etiam ſopitus fuerit Fr. Aloyſii cultus; quin potius cœperit incrementum apud Randatienſes. Nam qui anno* MDXXXIII *non alio quam* Fr. Aloyſii, *vel ut ſummum* Venerabilis Fratris *titulo appellabatur, cœptus eſt pleno ore* Beatus *nuncupari: ſicut apparet ex ſecundo Proceſſu, cui* die XX Auguſti, I Indictionis MDLXXIII *datum eſt initium, per libellum ſupplicem oblatum* Illuſtriſſ.

An. 1573. ſupplicantibus

EX PROCESSIBUS. & Reverendiſſ. D. Archiepiſcopo Meſſanenſi (*qui teſte Roccho Pirro ab anno* MDLXIX *ad* MDLXXII *fuit* Joannes de Retana *Cantaber*) *libelli autem, Sicula lingua ſcripti, hic erat tenor*: Ex parte Ven. Prioris & Fratrum conventus Carmelitani hujus civitatis, humiliter ſupplicando ſignificatur ſuæ Illuſtriſſ. Dominationi, quod in d. Conventu inveniatur quoddam venerabile corpus, nuncupatum B. Aloyſii, ad quod quia multa miraculoſa ſigna ſunt facta, à multis retro annis moti fuerunt Superiores d. Conventus, ut de iis ſumendas informationes curarent. Nunc autem cum ipſis à ſuo Provinciali imperetur, ut iterum aliæ novæ ſumantur per quas conſtet de veritate miraculorum; recurrunt ad Illuſtriſſ. Dominationem veſtram, ut cum ejus licentia & interventu religioſarum prudentiumque perſonarum poſſint excipere dictas informationes, juxta mandatum ſui jam dicti Provincialis: quatenus, poſtquam probatum fuerit vera eſſe miracula, poſſint recurrere ad ſuam Majeſtatem, ad debite venerandum prædictas Reliquias. Hoc autem (præterquam quod redundet in honorem Dei Domini noſtri, qui eſt mirabilis in Sanctis ſuis, & ad hujus civitatis decus) æſtimabunt pro ſingulariſſima gratia. *Ita illi, non quaſi cauſam hanc, quæ pure eccleſiaſtica eſt, ſubjecturi arbitrio Regiæ Majeſtatis, prout ſonare videntur verba; ſed ejus interventionem poſtulaturi, ut ab Apoſtolica Sede ejuſmodi veneratio impetretur; ſeu potius venerationis antiquo uſu jam receptæ confirmatio & amplificatio. Mox autem* fuit provilum quod capiantur informationes: & die XIX Novembris, II Indictionis (*cœptæ ſcilicet Septembri præcedenti*) MDLXXIII recepti *ſunt* Randatii & examinati Teſtes per Curiam Archiepiſcopalem civitatis Randatii, de mandato Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. D. Archiepiſcopi Meſſanenſis (ut eſt videre in dorſo Supplicationis decretatæ die XX Auguſti I Indictionis MDLXXIII) & de mandato Magnifici & Rev. D. Archipresbyteri civitatis Randatii, ad inſtantiam R. P. Fr. Seraphini Mancuſo, Vicarii Ven. conventus S. Mariæ montis Carmeli, nec non & R. Fr. Hieronymi Stancamplano, ad informandum ad quem ſpectat.

permittitur novas informationes curare.

ex quibus cœptis 19 Novemb.

B

17 R. Fr. Hieronymus Stancamplano, de civitate Randatii, cognitus Teſtis, juratus tacto pectore more Sacerdotali, & interrogatus ſuper toto facto & infra ſcriptis, dixit tantum ſcire, qualiter cum ipſe Teſtis eſſet Prior ven. Conventus S. Mariæ de Carmelo d. civitatis, Joannes Antonius lo Vigneri & alii quidam juvenes adduxerunt Raymundam lo Vigneri, matrem ipſius Joannis Antonii, quæ erat energumena; neque potuerunt ipſam, ore ſpumantem, & vociferatione diabolica cuncta turbantem, ac viribus plus quam humanis contra nitentem, inducere in eccleſiam, niſi maxima cum violentia. Dum autem ſic eſſet inducta intra ſacellum ipſius B. Mariæ de Carmelo; ipſe Teſtis, tamquam Prior, cœpit coram d. Raymunda legere quatuor Euangelia. Recitante autem ipſo Euangelium S. Marci, ubi dicitur; Recumbentibus undecim diſcipulis; & frontem Raymundæ ſignante cum reliquiis B. Aloyſii; cecidit ea, & ut mortua per morulam aliquam jacuit: deinde ſurrexit ſana, Deo gratias & B. Aloyſio agens; ac domum ſuam rediit, tam ſerena mente, ac ſi numquam à dæmone poſſeſſa fuiſſet. Huic autem miraculo præſentes adfuerunt R. Fr. Philippus de Giglia, Spectabilis Don Franciſcus Riolus, & alii multi, de quibus ipſe Teſtis non amplius recordatur: *qui etiam Teſtis, æque ac priores omnes & hic ſequentes, ſecundum quod notatur in margine*, lecta ſibi confirmavit, *& addidit finiens, quod* multi frigoretici quartanariique aut aliter infirmi, ad d. eccleſiam venientes, fuerunt liberati.

conſtitit de liberata energumena,

C

18 Eodem die Rev. Presbyter Joſeph Malaponti de civitate Randatii .... dixit tantum ſcire, qualiter ante annos circiter triginta quinque laborans catarrho, ivit ad eccleſiam S. Mariæ de Carmelo, ibique ſe collocavit ante capſam, in qua repoſitum erat corpus B. Aloyſii, multa cum devotione. Fratres autem ipſius Conventus benedixerunt aquam, intingendo ei reliquiam B. Aloyſii: quam cum bibiſſet, liberum ſeſe experiens, domum rediit, neque incommodum iſtud amplius ſenſit. Ex fama autem publica novit plures infirmos eodem ſic acceſſiſſe, & ſanitatem retuliſſe. Hon. Mag. Auguſtinus Forti Acanuxiri, de civitate Randatii .... dixit ſcire tantum, qualiter ab annis circiter quindecim *eodem morbo correptus, eodem modo quo prior ſanatus fuit, ſicut & de aliis multis fama indice cognovit. Sic etiam* Hon. Mag. Gilius Malaponti de civitate Randatii.... dixit tantum ſcire qualiter anno proxime præterito, *idem quod priores duo fecit & expertus eſt*: & aliquantum de ipſa aqua ſecum ſumens, dedit cuidam nepoti ſuo; qui eamdem ſimili cum devotione accipiens ab eodem malo curatus eſt. *Denique* Hon. Mag. Albertus Caldararus, de civitate Randatii, annorum LXV, dixit tantum ſcire, qualiter ab anteceſſoribus ſuis intellexit, qualiter B. Aloyſius fuit homo ſanctæ vitæ: & quod ab annis circiter quadraginta frigoretico correptus malo, *eâdem prorſus qua alii medicina ſanatus eſt, nec tale quidquam poſtea paſſus.*

D

ſanato catarrho in variis eodem die hoc teſtatis;

E

19 Die XX Novembris II Indictionis MDLXXIII Hon. Mag. Michael Ficarra, de civitate Randatii .... dixit ſcire qualiter affixus lecto, in menſe Septembri proxime præterito, & jam ſemimortuus, viſitatus fuit à Fratribus conventus S. Mariæ de Carmelo hujus civitatis, deferentibus ad ſe Reliquias B. Aloyſii; quarum ablutione cum conſecraſſent aquam, hanc ipſi Teſti devote bibendam dederunt: & quod ab ea guſtata melius mox habens ſurrexit de lecto. *Eamdem gratiam in ipſa Carmelitana eccleſia, ad ejuſdem aquæ ſimiliter benedictæ hauſtum, in continenti percepiſſe ſe dixit* Hon. Mag. Antonius Meſſana de civitate Randatii, ante annos tredecim quartanam tam gravem paſſus, ut mortem ſibi ab ea timeret. *Item* Hon. Urſula de Palermo de civitate Randatii, proxime tranſactis diebus febrim tertianam ſuſtinens. *Ac tandem* Hon. Mag. Aloyſius la Porta, habitans civitatis Randatii, hoc ipſo anno cum febribus tertianis conflictatus.

ſicut alii 20 Nov. dixerunt de morbo letali,

febribuſque curatus.

20 Die XXII Novembris Hon. Joannes Antonius Burdunaro, alias lo Vigneri, de civitate Randatii: & XXIII Novembris Johanella Ruſſo ſoror *ejus teſtati ſunt*, qualiter ante annos circiter ſeptem mater ſua, à ſpiritu maligno poſſeſſa, *ſit liberata, quemadmodum exorciſta ejus R. P. Hieronymus Stancamplanus ſuperius narravit num.* 17. Eodem *die* XXIII *Novembris* Hon. Mag. Franciſcus Domenedo, *& die* XXIV Magnificus Joſeph Manueli, *ambo* de civitate Randatii, *dixerunt* tantum ſcire, qualiter anno proxime præcedenti, *prior* tertiana; menſe *vero* Auguſto recens tranſacto, *poſterior* quartana *laborantes, liberati ſint* veniendo ad eccleſiam S. Mariæ de Carmelo, & bibendo aquam, iſtic ſibi cum Reliquiis B. Aloyſii benedictam. *Atque hæc etiã omnia, ex Scripturis Conventus Randatienſis tranſcripta, idem qui ſupra* Notarius Joſeph Pandolfus collationavit, *fidem Notariatus ejus faciente Vniverſitate Civitatis ut ſupra*, die XXVI Januarii, III Indictionis MDCV. *Extat hæc utriuſque Proceſſus copia in Archivio Romano conventus Patrum Carmelitarum S. Mariæ Tranſpontinæ; unde novum exemplum tranſumptum, & cum authentica copia prædicta collatum*, ei per omnia conſonum *eſſe atteſtans*, Romæ die XXI Octobris MDCLXXIII Fr. Seraphinus à Jeſu Maria Notarius Apoſtolicus, *ipſum tranſmiſit Antverpiam ad R. P. Danielem à Virgine Maria, edendis Sanctorum ſui Ordinis Actis tunc quoque intentum.*

similiter 23 Nov.

F

ΒΙΟΣ ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΔΑΜΑΣΚΗΝΟΥ

ΣΥΓΓΡΑΦΕΙΣ ΠΑΡΑ ΙΩΑΝΝΟΥ

ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ ΙΕΡΟΣΟΛΥΜΩΝ.

Ex Ms. Medicæo Regis Chriſtianiſſimi, collato cum editione Baſileenſi anni 1575.

Si Sancti pretioſis honorantur ſtatuis

Τοῖς τελῃκόσι τὸ κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἀρρύπωλον καὶ ἀδιαλώβητον διηρθρωμένον τε καὶ ὡς ἀρχῆθεν εὖ ἔχον, ἢ καὶ διαχυθὲν πολλάκις ἢ ῥυπωθὲν ἀνακαλεσαμένοις εἰς τιμὴν ποιεῖσθαι εἰώθασιν ἄνθρωποι [τὰ θεῖα τύπων μορφώματα] a καὶ διατυπώματα· ὅσοις δὴ φιλοτιμότερον τὸ Σέβας ἐνδείκνυται, καὶ ἡ χεὶρ αὐτοῖς Σωτῆρι πλυτεῖν μεγαλοπρεπῶς περιφανεστέραις τῆς ὕλαις κέχρηται καὶ λαμπρᾶις, καὶ ταύταις τὰς τύπων χαρακτῆρας ἐκλυπῶσι, μᾶλλον τὴν τιμὴν ἐκλεῦθεν ἀφοσιοῦσθαι τοῖς Ἁγίοις ὁμόλογοι. Εἰ οὖν περὶ τὴν ἐκείνων μορφὴν οὕτω τὸ λαμπρὸν ὑποσπεύδυσι, τί ἄρα δέον περὶ τὰς ἱστορίας τῶν πράξεων, ἠμελημένως ἑαυτὸς λόγως καὶ ἀκαλλεῖς; Οὐμοῦν· τοῖς γὰρ ἀκριβολέστεροις Συγγνώμη, ὡς ἔχουσι, σχεδιάζουσι λόγοις, τὰς πράξεις ἐξισοροῦντας τῷ εὐαρεστησάντων Χριστῷ· οἷς δὴ λόγος τὸ σπουδαζόμενον γέγονεν, οὐ Συγγνωστέον, βίως Ἁγίων παρεωραμένοις ἐσχεδιασμένως ὡς ἔτυχε, καὶ μᾶλλον ἀνδρῶν τοιούτων, οἷς νοερὰ καὶ ζωὴ τὸ λόγοις ἐπαχθυπνεῖν ἐχρημάτισε, καὶ λόγῳ καθηραμένοις τὸν νοῦν μὴ δι' ἀγνοίας καὶ λήθης, τῷ δὲ ψυχῷ δι' ἐμπαθοῦς ἀπάσης κινήσεως, καὶ παρ' ὧν κατακεκόσμηται τὸ περίγλυον, καὶ ἅπας διαπεφώτισται νοῦς λόγοις, εἰς οὓς ἐκεῖνοι ἐπόνησαν, ὁ τῆθεν Θφίας τῷ χάριν μόνῳ ἔχουσιν, ἀλλὰ καὶ τὸ τοῦ παρακλήτου φῶς δαψιλὲς ἀποπέμπουσι.

in primis Ioannis Damaſceni,

2 Τούτων εἷς καὶ τῶν ἐν τοῖς πρώτοις τελαμμένων ἐστὶν ὁ πολὺς Ἰωάννης, ᾧ τὸ ἐπώνυμον ἐκ τῆς ἰδίας πατρίδος τῆς Δαμασκοῦ πόλεως ὑπεσωπήσατο περιφανῶς· οὗτος γὰρ οὐκ ἐλάττων φωστὴρ ἐκκλησιαστικοῦ στερεώματος ἐχρημάτισεν, ἀλλὰ καὶ πάμμεγας καὶ λαμπρότατος· οὐκ ἐν νυκτιφάνων μόνον αἱρέσεως διεσκεδασμένης ἀπαυλαχοῦ, ἀλλὰ καὶ λύων πᾶσαν αἵρεσεως κακόδοξον τάξις τῶν λόγων ἐπισολᾶς. Νὺξ μὴν γὰρ διεσκέδασε παυλαχοῦ τῆς οἰκουμένης, ἀμαυρώσα τοὺς λαμπροὺς χαρακτῆρας τῶν σεβασμίων εἰκόνων. Καὶ βαθεῖα ἰὼ ἡ b Σκοτόμαινα, ὁ δὴ ταύτῃ διαχέων τε καὶ ποιούμενος, οὐχ ὁ τυχὸν ἐτύγχανεν ἄνθρωπος, ἵνα καὶ παρὰ μέρος τῆς οἰκουμένης διασπείρῃ τὸ κακόν· ἀλλ' ἀνὴρ ἐκεῖνος εὐχειρὶ κατέχων, ἵν' οὕτως εἴπω τῆς οἰκουμένης τὰ πέρατα, διὰ τὸ τῇ Σκηπτρυχίαν ἐπέχειν τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς, ἐκλεῦθεν καὶ πολὺς ἰὼ ὁ πανέων ἀπαυλαχοῦ, καὶ βίᾳ πολλῇ τὰ Σεβάσμια καθαιρόμενα ἐκλυπώματα καὶ τοὺς Σεβομένους αὐτά, οὓς μὴ κατάβρωμα ἐποιήσατο, ὁ λεοντόνυμός τε καὶ λεοντόγνωμος, ὡς λέων ἁρπάζων καὶ ὠμόμυος οὓς δὲ τῶν ὀρθοδόξων, ἄλλον ἀλλαχόσε διέσπειρε τῷ βροχήματι, καὶ ὑπογαίοις μυχοῖς ἀνέπεισε κρύπτεσθαι, καὶ πολλοὶ λέυσι Σωοικεῖν καὶ δράκυσιν ἡρετίσαντο, ἢ τῷ Σωαυλίαν ποιεῖσθαι ἐκείνου καὶ τῶν ἐκείνῳ θεραπευτῶν· ἄλλοι τῷ φόβῳ εἰς τὰ μακρὰν τῆς οἰκουμένης ἀπέτρεχον τέρματα (λέων γὰρ σὺ εὔξεται, καὶ τίς ὁ φοβηθήσεται;) καὶ αὐτῷ ἀπέφευγον ὡς ἐκ προσώπου ὄφεως.

qui hareſeon noctē ſcriptorum luce diſpulit,

ſub Leone iconomacho orthodoxos perſequente:

3 Ὁ δὲ χαριτώνυμος οὗτος ἀνὴρ καὶ πλήρης πνευματικῆς χάριτος, τῷ θυμῷ ζέσας κατὰ μόνας τῆς ὄφεως (ἵνα καὶ ζῆλος εἴη καὶ ἀρετὴ ὁ θυμὸς) ὁ τῷ Φράκιλλ τότε οἰκῶν εἰς Σαυρομάτας ἀπέτρεχεν, ὅθ' ἐκ τοῦ Βύζαντος εἰς Ἡρακλείας πύλας ἀπέφευγεν, οὔτε μὴν ἐξ ἀνακλίτων εἰς ἐρήμους διέβαινε, διὰ τὸν τοῦ λέοντος βρυχηθμόν· ἀλλ' ἐν Δαμασκῷ τὸ πρότερον, ἐν Παλαισίνῃ τὸ δεύτερον ποιούμενος τὰς διατριβάς, καὶ ἐν ἐρήμῳ τόπῳ ἀσκούμενος, ἀνέπαλαμᾶτο πρὸς τὸν Λέοντα γενναιότατα, καὶ τῷ καρδίαν ἐκείνου ἐκ τηλικούτου διαστήματος λόγοις χαλκευθεῖσι τῷ τοῦ παρακλήτου πυρὶ, καὶ σωματωθεῖσι τῷ ζωηρῷ ὕδατι, ὡς τριλόγχοις δόρασιν, ὁ ἐμὸς διέπφρε τρισαριστεύς. Ἀλλὰ ταῦτα μὴν, ἐν τῷ καθήκοντι τόπῳ λαμπρότερον ὁ λόγος ἐμπλατυνεῖ· τούτου τοίνυν τὸν βίον, ὡς ἔτυχεν ἐσχεδιασμένον ἀκριβοῖσι, παροραστέον· μᾶλλον μόνον διαλέκτῳ καὶ γράμμασι τοῖς ἀρραβικοῖς; οὐμοῦν· Διὸ διηγητέον οἷας ῥίζης εὐγενοῦς ὁ εὐθαλέστατος βλαστὸς ἀνατέθηλε, καὶ οἱ ἀπατρὶς τοῦτον ἀναδοῦναι αὐχεῖ.

Hic Damaſci ad ſummam urbis gloriam natus,

4 Δαμασκὸς πόλις αὕτη ἐστίν· ὡς γὰρ ἐπὶ Παύλῳ μέγα φρονεῖ, πρώτη τὸν ὑρανοδρόμον ἰδοῦσα μεσαθέμενον τῷ δυσεβῆσαι, καὶ ἀντὶ μισοχρίστου γεγονότα φιλόχριστον· οὕτω καὶ πρὸ τῷ ἀνδρὶ τούτῳ ἀγερωχεῖ κόσμιόν τι καὶ Σέμνον, οὐκ ἐξ ἑτέρωθεν ἥκοντι οὐδ' ἐξ ἑτέρας θρησκείας μεταθεμένῳ εἰς τὸν ὀρθότομον· ἀλλ' ὡς αὐτὴ τοῦτον προσενεγκοῦσα ῥιζόθεν· καὶ μαιεύσασα πλέον τὰ πρὸς εὐσέβειαν ἢ τῷ Σωμαλικῷ ὕπαρξιν, καὶ τοῖς λόγοις ἐκθρέψασα, μέγα κομπάζει ἐπὶ τῷ οἰκείῳ βλαστῷ· βρενθύεταί τε καὶ γέγηθε πλέον ἐπ' αὐτῷ, ἢ ἐφ' οἷς ἄλλοις ἔχει λαμπροῖς πρὸς περιφάνειαν, κἂν ὡρῶν εὐκρασίας ἐρεῖς, κἂν ὑδάτων γλυκέων διεδῶν καὶ ἐπιῤῥοίας, οἷς πολλοῖς καλακλύζεται. Οὐ καρπῶν εὐγενῶν δαψίλια τῷ πόλιν ταύτῃ ἐπαίρει καὶ ἀνυψοῖ, ὡς τὸ ἐκ ταύτης ἀναθηλῆσαι τὸ καλὸν τοῦτο δένδρον καὶ εὐγενές, τὸ παρὰ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων ἐκτραφὲν, καὶ τοὺς καρποὺς ἀποδεδωκὸς δι' πνεύματος κατὰ χρόνον, οὗ οἱ καρποὶ διὰ παντὸς νεαροί τινες εἰσι παρ' ἡμῖν· καὶ ὡραῖοι τῇ ἰδεῖν, καὶ γλυκεῖς εἰς τὸ γεύσασθαι· καὶ τοὺς ἀπομύους καὶ γευομένους οὐκ εὐφραίνουσι μόνον, ἀλλὰ δὴ καὶ θιαίνουσί τε, καὶ αὔξουσι τὸν ἐσθίοντα, καὶ εἰς ἄνδρα τέλειον τὸν ἐν πνεύματι ἀνάγουσί τε καὶ τεκνοῦσιν. Οὕτω δεδόξασε καὶ ἡ πόλις Δαμασκὸς ἐπὶ τούτῳ αὐτῆς τῷ γεννήματι, ἢ ἐπὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν οἷς πεπλούτηκεν ἀγαθοῖς καὶ τερπνοῖς.

ex parentibus Chriſtianis & inter ipſos barbaros retum potientibus:

5 Αὕτη μὴν ἡ ἐνεγκαμένη τὸν ἄνδρα τοῦτον· πρόγονοι δὴ εὐσεβεῖς καὶ μόνοι τετηκότες τῷ τῆς εὐσεβείας ἄνθει, καὶ τῷ ὁμοῦ τῆς ἐν Χριστοῦ γνώσεως ἐν μέσῳ τῶν ἀκανθῶν· ὅτοι γὰρ καὶ μόνοι διεσώσαντο τῷ χριστεπώνυμον κλῆσιν, ὡς κλῆρον λαμπρόν τε καὶ ἀναφάρετον, μηδὲν λυμωνάμενοι τὸ ὀρθόδοξον, ἀφ' οὗπερ οἱ τῆς Ἄγαρ τῆς πόλεως κατεκράτησαν ἔνθεν τοι καὶ ἀρετὴ αὐτοὺς ὑπεσήμους πεποίηκαν ἐν μέσοις τοῖς

AUCT. IO. PATR. IER. EX MS.

ἀσεβέσιν, ὡς ἀδυμῶν ταύτῳ καὶ τῷ πολεμίων αὐτῷ· ἢ μᾶλλον ὡς Δανιὴλ ἐδόξαζε Θεὸς παρὰ τοῖς Ἀσυρίοις δι' ὧν εὐσέβειαν ἐνεδείξατο, καὶ Ἰωσὴφ ἐν Αἰγύπτῳ, ἐπιτρόπους καὶ κυρίους ἐν ἀλλοτρίοις καὶ ἐχθροῖς τοὺς ἀχμαλώτους κατασκήσαμεν· οὕτω κἀνταῦθα τοὺς τῷ Ἰωάννῃ προπάτορας πραγμάτων καθίσησιν ἐπιτρόπους ἐν αὐτοῖς τοῖς Σαρακηνοῖς, καὶ κρατοῦσι κἀνταῦθα οἱ εὐσεβοῦντες ἀχμάλωτοι τῶν ἀχμαλωτησάντων αὐτοὺς ἀσεβῶν. Ὦ θαυμασίων Θεοῦ μεγάλων καὶ τερασίων τῶν ἔργων! Οὐδὲν ἀρετῆς ὑψηλότερον· οὐδὲν εὐσεβείας ἐστὶ τιμιώτερον, ἢ μελεωρότερον. Ὡς γὰρ σημαῖα ἐπὶ βυνοῦ, μᾶλλον δὲ ὡς λύχνος ἐν νυκτὶ, καὶ ὥσπερ σπέρμα τῷ Ἰσραὴλ, καὶ οἷον σπινθὴρ ἐν Σποδιᾷ, τὸ τῶν προπατόρων γένος Ἰωάννου ἐν Δαμασκῷ καλαλέλαμπεν, ἵνα τὸν λαμπρὸν τοῦτον προενέγκῃ πυρσὸν, ὁ ὃν φωτίσῃ πάντα τὰ πέρατα.

patre præceteris virtute dedito

6 Τοιοῦτοι μὲν τῷ εὐφημουμένῳ ὑπῆρξαν οἱ προπάτορες· ὁ πατὴρ δὲ, ὡς ῥίζης ἀγαθῆς τοιαύτης ἀναδοθεὶς, ἐπ' εὐσεβείᾳ καὶ ταῖς ἄλλαις ἀρεταῖς τοὺς τεκόντας ὑπερβαλέσθαι φιλονεικῶν, μείζω καὶ τοῦ θεοφίλειαν ὑπεδείξατο. Ἐδεδέγμεθα γὰρ τῷ ὕτω λαμπρῷ καὶ εἰς ἄκραν ἀρετῆς περιωτὼ πεφθακέναι μέλοντι, τὸν προσεχέστερον τοῦ γενέσεως αἴτιον περιφανέστερον τοῦ πρὸ τοῦ γενέσθαι· ἵν' ὥσπερ ἐκ τοῦ καθ' ἑρμὸν προβάσεως ἡ πρὸς τὸ ὕψος ἀναδρομὴ γένηται κατὰ λόγον εὔτακτον· ὡς δόξαι παρὰ τῆς θείας προνοίας ἄνωθεν οἰκονομεῖσθαι τὰ κατὰ τὸν μέγα τοῦτον καὶ μεγαλώνυμον, οἷον συμβέβηκε κἀπὶ τοῦ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου. Ἐπεὶ γὰρ μείζων τοῦ πρὸ τούτου προφήτου ἀναλάμψαι ἔμελε, καὶ πάσης ἱεροσύνης ἀπέκεινα ἐνεργῆσαι μυστήριον, τὸ τοῦ Δεσπότου Βάπτισμα· ὑπὸ τοῦ προνοίας προῳκονόμητο, οὐκ ἐκ τῶν τυχόντων προβήσεσθαι, ἀλλ' ἐξ ἱερατικῆς δὲ φυλῆς καὶ προφήτου εἶναι τὸν φύσαντα· οὕτω κἀνταῦθα ὁ τοῦ Ἰωάννου πατὴρ, ἀνὴρ ὑπὸ τοῦ προνοίας τάττεται τὰ μάλιστα εὐσεβὴς καὶ φιλάνθρωπος. Διοικητὴς γὰρ τῶν δημοσίων πραγμάτων τῶν ἀνὰ τὴν χώραν πᾶσαν καλεῖται, διὰ τὸ περιὸν αὐτῷ τῆς τε ἀρετῆς καὶ τοῦ ἄλλης δὲ βίου περιφανείας, καὶ ἐφ' οἷς ἐκόμα πλούτῳ συχνῷ, οὐκ εἰς κόμας καὶ μέθας καὶ δαπάνας ἀκαίρους ἐχρᾶτο τοῖς χρήμασιν· ἀλλ' ὅσον ἐν χρυσῷ καὶ αὐτῷ καὶ ὕλαις ἑτέραις ῥᾴστα κινουμέναις, ὤνιον ἐποιεῖτο τῷ εἰς ἀχμαλωσίαν ἀγομένων Χριστιανῶν· καὶ δὴ ἄλλην κτῆσιν εἶχεν ἀκίνητον (πλείστη δὲ τούτῳ ἐτύγχανεν ἀνὰ τὴν Ἰουδαίαν καὶ Παλαιστίνην) εἰς ἀνάπαυσιν ἐδίδου καὶ τοῦ βίου αὐτάρκειαν τοῖς ὅσοι τῶν ξενιτευομένων Χριστιανῶν, τοῦ ἐκείνοις τοῖς τόποις προήρητο καλοίκησιν, τοὺς δὲ ἄλλους ἐλευθέρῳ φωτὶ καὶ τοῦ ὅπη βούλοιντο σωεχῶς πορεύεσθαι. Τοιαύτη τοῦ ἀνδρὸς ἐκείνου ἡ φιλάνθρωπος ἀρετή. Πολλὰ γὰρ ἔχων, ὡς μηδὲν ἐνδεὴς ἐνυγχάνων εἶχε, νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν τὰ προσόντα Θεῷ ἀποκλώμενος.

& magna erga redimendos captivos caritate:

qui filium istum in premium accipiens à Deo,

7 Οὕτως ἔχων, οὐ φιλοξενίας ὡς Ἀβραὰμ, ἀλλὰ φιλανθρωπίας λαμβάνει μισθὸν, τόκον θαυμαστὸν, εἰ καὶ μὴ ἐξ ἐπαγγελίας, ἀλλὰ θείας, προγνώσεώς τε καὶ προορίσεως· προέγνω γὰρ ὁ Θεὸς τὸν Ἰωάννου ὁποῖος ἔσεται, καὶ προώρισε τοῦτον ἐκ τοῦδε γενήσεσθαι τοῦ ἀνδρὸς, εἰς μισθὸν αὐτῷ τῆς φιλανθρωπίας ἧς ποιεῖν ἐνέθισο, εἰς τοὺς ἐλευθερίους ἀνίκλησαμένους ἀχμαλωσίαν δεινήν. Τίκτεται οὖν αὐτῷ παῖς οὕτως ὁ λαμπρὸς· καὶ ἅπαλῷ τῷ Σώματι ἔτι τῇ διὰ τοῦ πνευματικῆς μητρὸς ἀναγεννήσει τέκνον φωτὸς ὁ πατὴρ τὸν υἱὸν ἀπεργάζεται, πρᾶγμα ποιῶν, καὶ τότε ῥᾷον, ὅτε ἐν μέσοις ἐκείνοις ἔθνεσιν εὐκαλάτολμητον τοῖς πολλοῖς. Εἶτα φρονητὶς τῷ πατρὶ περὶ τοῦ παιδὸς, ὅτι ἐλπίζειν αὐτὸν μαθεῖν, οὐ δόρυ κινεῖν δεξιῶς, οὐκ ἐκ τόξου βάλλειν ὀϊστὸν εὐστοχώτατα, οὐ θηρίοις μάχεσθαι, καὶ Σωαμείβειν τῷ φυσικῷ ἡμερότητα εἰς θηριώδη ὠμότητα, οἷα γίνεται τοῖς πολλοῖς τὸν θυμὸν παραπομφοῖς συχνῶς, καὶ μανιῶδες ἄτοπα καὶ παράπλοκον· ἐφ' οἷς οὐκ ἐζητεῖτο τῷ τοῦ Ἰωάννου παιδὶ χείρων ἄλλος τις ὀρεσίτροφος, μυελοῖς ἐλάφων ἐκτρέφων τὸν διδασκόμενον· ἀλλ' ἀνὴρ ἀνηρεῖτο πᾶσαν παιδείαν ἐξησκημένος, ἐν ὀλίγῃ τυγχάνων λόγου παιδιᾷ, καὶ λόγους ἀγαθοὺς τῆς ψυχικῆς καρδίας ἐξερευγόμενος, ἵνα καὶ τὸν αὐτοῦ παῖδα τοιούτοις ἐκθρέψῃ τοῖς ἐδωδίμοις καὶ καρυκεύμασι. Καὶ τῶν ἱερῶν ὀλιγωρίαν ὁ Θεὸς ἀποπληροῖ τῷ ἀνδρὶ, καὶ τῷ ζητοῦντι εὕρηται ὁ ζητούμενος· ὁ δὲ τρόπος τῆς τοῦ ζητουμένου εὑρήσεως, τοῖος δέ.

eidem instruendo quærit idoneum magistrum.

8 Οἱ ἐκ Δαμασκοῦ βάρβαροι, τῶν καλὰ τῶν θαλαττὰν ποιούμενοι ἔφοδον, ὡς αὐτοῖς εἴθισο, πολλῆς πολὲ χρισιανοὺς ἐλπίσαντο, καὶ καταβάντες εἰς θάλασσαν ἐν πλοίοις ἠχμαλώτευσαν ἀχμαλωσίαν πολλὴν, καὶ εἰς τὴν πόλιν αὐτῶν ἀγαγόμενοι, οὓς μὲν τοῖς ὠνουμένοις προέθεντο, οὓς δὲ μαχαίρας εἶλκον ποιήσασθαι παρανάλωμα. Τούτοις καί τις Σωαπεκληρώθη ἀνὴρ, σχῆμα ἡμφιεσμένος μοναδικὸν, ἐξ Ἰταλίας ὁρμώμενος, κόσμιος τὸν ὄψιν, κοσμιώτερος τὸν ψυχὴν, καὶ τὸν κλῆσιν Κοσμᾶς, καί τις Σεμνότης αὐτῷ τῷ προσώπῳ ἐπέπρεπε καλαμίνθου σα τὸν σῶλος καλάσασιν. Τούτου προσέπιπτον τοῖς ποσὶν οἱ ἑλκόμενοι πρὸς Σφαγὴν καὶ ἐλιπάρουν ἵλεων αὐτοῖς τὸν Θεὸν ποιήσασθαι, καὶ ὑπὲρ ὧν ἡμαρτήκασιν ἄφεσιν εὐρεῖν τῷ φιλανθρώπῳ ἐπεύχεσθαι. Οἱ οὖν βάρβαροι, τῶν τοῦ τεθνηξομένων ἐκείνων δυσωπίαν ὁρῶντες ὡς ἐποιοῦντο πρὸς τὸν Σεμνότητα ἐκεῖνον, προσιόντες ἐπιθανάτιον τοῦ ἀνδρὸς, τίς τε εἴη τῶν ἐν τῷ κόσμῳ ἀξίαν, καὶ ποῖον τῶν περιφάνειαν ἐν Χριστιανοῖς; Ὁ δὲ ἀπεκρίνατο εἰπών· Οὐδενὸς ἀξιώματος ἱεραλικοῦ χρίσμα περικείμενον κέκτημαι· ἀχρεῖος δὲ τίς εἰμι μονότροπος, καὶ φιλοσοφίαν ἐξησκηκὼς, ὃ μόνον τῶν καθ' ἡμᾶς καὶ φιλόθεον, ἀλλ' ὦ καὶ οἱ δύραθεν Θροῖ Σωελάξαντο· ὡς δὲ ταῦτα ἔφησε, δακρύων ὑπεπλήθη τοὺς ὀφθαλμούς.

Captum à Saracenis Cosmam monachum inter mortis addictos consolatus pater, quod necdum illi eas communicasset

9 Οὐ μακρὰν δὲ ὁ τοῦ Ἰωάννου παῖδης ἐξηκὼς, καὶ ὕτως ἐνδακρυῶν d τὸν ἄνδρα ἐωρακὼς, προσείπε παρακαλέσων τὸ Συμφορᾶς καί φησιν· Ἵνα τί, ὦ ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ, τῷ τοῦ κόσμου στέρησιν ἀποκλαίεις, ὁ πάλαι & omni τοῦτο ἀπολαξάμενος καὶ νεκρωθείς, ὡς ὁρῶ ἐκ τοῦ scientiaσχήματος; Καὶ ὁ μοναχὸς ἀπεκρίνατο· Οὐ ταύτης rumgenere τῆς ζωῆς τῷ στέρησιν ἀποδύρομαι· ἐγὼ γὰρ, ὡς εἴρηκας, instructũ, τῷ κόσμῳ νενέκρωμαι· τοῦτο δέ με ἀνιᾷ, ὅτι πᾶσαν μελέτην ἀνθρωπίνην σοφίαν, τῷ ἐγκύκλιον παιδεύσεως ὥσπερ θεμέλιον· τὴν ῥητορικὴν τῷ γλῶτταν ἐξήσκημαι, ταῖς διαλεκτικαῖς μεθόδοις καὶ ἀποδείξεσι τὸν λόγον πεπαίδευμαι, τῷ ἠθικῷ μελέτῃ ὅσην ὁ Σταγειρίτης, καὶ ὅσην ὁ Ἀρίστων παραδέδωκε, τὰ περὶ τῷ φυσικῷ θεωρίαν ἅπασαν ὡς ἱκανὸν ἀνθρώπῳ ἐνεθεώρηκα, ἀριθμητικῆς δὲ τοὺς λόγους μεμάθηκα, γεωμετρίαν εἰς ἄκρον ἐξήσκημαι, ἁρμονίας ἢ μουσικῆς ἢ ἀναλογίας εὐτάκτως Σεμνοπρεπῶς καλῶρθωκα, ὅσα τε περὶ τῷ ὑράνιον κίνησιν καὶ τῷ τῶν ἀστέρων περιφορὰν ὃ παρέλιπον, ἵν' ἐκ μεγέθους καὶ καλλονῆς τῶν κλισμάτων ἀναλόγως τῇ περὶ τούτων μου γνώσει καὶ τῷ περὶ τοῦ κλίσεως θεωρίαν ἀνάλογον ἔξοιμι (ὁ γὰρ τρανοτέραν τῷ τῶν κλισμάτων ἐσχηκὼς γνῶσιν, τρανοτέρου τε καλάνου, καὶ διὰ θαύματος ποιεῖται πλείονος τὸν ταῦτα δημιουργήσαντα) ἐπιβλέψειν εἰς τὰ τοῦ θεολα-

A Θεολογίας μελέβλω μυσήρια, ὧν τε πᾶδεν ἑλλήνων
παρέδοσαν, καὶ ὧν οἱ καθ' ἡμᾶς θεολόγοι διεσάφησαν
ἁπλανέσαλα· τούτων οὖν μεσὸς γεγονὼς, ὕπω καὶ
ἄλλῳ μεδαδοῦναι τὰ ἐξ αὐτῶν ὠφελείας πέφθακα,
ὑδὲ πᾶδα τεχνῶν διὰ φιλοσοφίας παιδρόμοιον· φιλοῦσι
γὰρ ὥσπερ οἱ πολλοὶ φυσικὸς πᾶδας τεκεῖν, σὺν εὖθεν
τῷ τῦ γένους διαδοχῷ διαμένειν οἰόμενοι· οὕτω καὶ
οἱ φιλοσοφίαν ἐκμελετήσαντες τέκνα τεκεῖν διὰ φιλο-
σοφίας τὲ καὶ μυήσεως ποθοῦσιν, ἵνα τὸ καλὰ φιλοσο-
φίαν γένος χρυσοῦν ἐν βίῳ μέχρι πανὸς διασώζη-
ται· οἱ δὲ τόκῳ τούτῳ τῦ θαυμασίου παραίτιοι,
ἀβάναλον κληροῦνται τῷ εὐκλειαν· ἄλλως τε τῦτο
τὸ ἀγαθότηλος ἴδιον τὲ μεδαδιδόναι καὶ ἄλλοις, ὥν-
περ πεπλύτηκε χρησῶν· ὃ γὰρ οὖν μὴ ὕτως ἔχων μήδ'
ἐθέλων, οὐκ ἐν τῷ ἀγαθῷ κεῖται, ἀλλ' ἐν τῷ πονη-
ρῷ, ὡς ὑπερφανίας καὶ φθόνε μεσὸς, ἐφ' οἷς ἂν ἄλλοις
μεδαδοῦναι ἔτινος εὐμοίρησεν ἀγαθῦ μὴ προδυ-
μηθείς. Διὸ καὶ ὃ δοκῶ ἔχειν, αἱρεῖται ἀπ' αὐτῦ, ὡς ἐπὶ
τῷ δύλε ἐκείνε, τῷ μὴ καλαβαλλόντος τοῖς τραπεζί-
ταις τὸ τάλαντον. Ἐγὼ δὲ τῷ ἀγαθῷ μερίδα ἐκλέ-
λεγμαι· καὶ Σφόδρα ἠρέμει τὰ προσηκόντα μοι Θ-
B φίας ἄλλοις γενέδαι μεδαδοτικὸς, ἐπειδὴ σὺκ ἔτυχον
τῷ ποθεμένῳ, ἵνα τοῖς πιστοῖς ἐκείνοις δύλοις Συ-
ταχθῶ τοῖς τάλαντα ποιησαμένοις ἐν διπλῷ διὰ τὸ
προς ἑτέρας χρήσεως, ὅτε μᾶλλον τέκνον διὰ φιλοσοφίας
ἀπέτεκον, καὶ ἄπειμι ὡς ἄν τις εἴποι ἅπαξ καὶ ἄθλιος,
ὡς ὁρᾷς δάκρυσι κατονύσμαι τὸ προσωπον καὶ Σκυθρω-
πάζω δῆνῶς.

eumdem à Principe impetrat

10 Τύτων ἀκηκοὼς τῶν ῥημάτων ὁ ἐρῶν τοιῦδε
θησαυρῦ, ἀπεκρίναλο· Ἔα, ὦ μακάριε ἄνθρωπε, καὶ
τῷ ψυχῷ παρηγόρησον· ἴσως γὰρ δοίη Θεὸς τὰ αἰτήματα τὸ καρδίας σῦ. Ταῦτα εἰπὼν ὁ δ' Ἰωάννης
πατὴρ, ὡς εἶχε ποδῶν εἰς τὸν τῶν Σαρακηνῶν ἀπέτρε-
χεν Ἄρχοντα, καὶ ποσὶν ἐκείνε προσέπιπτε, τὸν κόσ-
μιον Κοσμᾶν ἑαυτούμενος. Καὶ τὸ αἰτήσεως σὺκ
ἐκπέπωκε, λαμβάνει δὲ δῶρον τὸν πολλῦ ὄντως
ἄξιον· καὶ ἀπαγαγὼν εἰς τὸν ἴδιον οἶκον, παρηγόρει τὸν
ἄνδρα, καὶ τὸ μακρᾶς κακοπαθείας ἀνέψυχε, καὶ τοιαῦτα
λέγων προσέθετο· Οὐκ ἐμὸν μόνον ἐλεύθερον τῦ λοιπῦ,
ἀλλὰ καὶ κοινωνόν σε τῦ οἴκε μου τίθημι, καὶ Συνδε-
σπότην καθ' ἐμέ, Συμμέτοχόν μοι πάσης χαρᾶς
τε καὶ θλίψεως· τῦτο δὲ μόνον πρὸς τὸ Σῆς αὐτῶ τι-
μιότητος, ἵνα τῦτον δήμοι τὸν ἐκ φύσεως υἱὸν Ἰωάν-
νην, καὶ τῦτον δῆτα τὸν ἕτερον τὸν ὁμωνυμοῦντά σοι,
ὃν καὶ υἱὸν εἰσεποιησάμην πνευματικὸν ἐκ Ἱεροσολύ-
μων ὁρμώμενον, καὶ ἐφ' ἁπαλῷ ἀπορφανισθέντα τῷ
Σώματι, πᾶσαν ὧν οἶδας παιδείαν καὶ φιλοσοφίαν,
τῷ θύραθεν καὶ ὧν ἡ τῦ πνεύματος χάρις τὰς ἀξίας
ἐμυσαγώγησεν, ἐκπαιδεύσης καὶ διδάξης ὅπ μελέσατα.
C Ὁ δὲ φιλόσοφος πρὸ ἅπερ ἀκήκοεν, ἵππος ὧν εὐθὺς
δεσμὸν ἀποῤῥήξας καὶ κρεάγνων καλὰ πεδίων, ἢ ἔλα-
φός τις διψῶσα καὶ πρὸς πηγὰς ὑδάτων ἐκπεμπομένη·
εἶπες ἂν αὐτὸν οἷόν τινα Μίδαν μεγάλοις σὺ λετυχη-
κέναι τοῖς θησαυροῖς τῦ χρυσῦ. Τοιῦτον ἔχων πρὸς
τὸ πρᾶγμα τὸ πρόθυμον, τὰς νέας ἀναλαμβάνεται, καὶ
καθίσαται τύτοιν διδάσκαλος.

qui cunctas ab eo disciplinas edocti

11 Ὁ δὲ Ἰωάννης ἀετὸς ὧν ἀέρα διαπελώμενος,
ὡς πλέξει χρώμενος εὐφυία φύσεως καὶ σωφρὸς προ-
αιρέσεως· ὁ δὲ καλὰ πνεῦμα τύτε ἀδελφὸς καὶ Συμ-
μύσης αὐτῦ Κοσμᾶς, ναῦς ὧν ἰσίοις περοσομένη καθ'
ὑδάτων· τῷ πνεύματι, ἐξυρίας αὐτῷ πνέοντι, καὶ
ζεφυρῶδεν ἀπὸ πρύμνης φυσῶντι· ὕτως τάχει φύσεως
καὶ σπυδῆς Σωλονία, διὰ βραχέων Σωελέγη τύτοις
ἅπαν Σπυδαιόταλον μάθημα, ὅσον γραμματικῆς,
ὅσον διαλεκτικῆς τε καὶ ἀποδεικτικῆς· τῇ δὲ ἠθικῇ φιλο-
σοφίᾳ δ' τὸν νοῦν μόνον ἐκόσμουν διὰ τ καλὰ ταύ- AUCT IC.
τῶν μαθήσεως, ἀλλὰ καὶ τ τ ψυχῆς παραχῶδεν καλέ- PATR. IER.
σελον· καὶ ὡς ἀετὸς δὲ βλέπον ὀξὺ, ὕτως ἦσαν ἐκεῖνοι EX MS.
πρὸς τὰς τ φύσεων λόγυς ἀσκαρδαμυκὶ ἀτενίζοντες.
Ἀναλογίας δὲ καὶ ἀριθμητικὰς ὕτως ἐξησκήκασιν εὐ-
φυῶς, ὡς Πυθαγόραν ἢ Διοφάνταν· γεωμετρίας δὲ τῶν
ἀπόδειξιν ὕτως ἐξεπαιδεύθησαν, ὡς Εὐκλείδας τινὰς
τύτο δοκεῖν καὶ οἵτινες ἄλλοι παρόμοιοι. Περὶ δὲ τῶν *in singulis evadunt eximii,*
ἁρμονικῶν τοιῦτοι γεγόνασιν, ὁποῖοι ἄρα ἐξ ὧν ἐμυ-
σύργησαν θείων μελισμάτων τοῖς Σωετοῖς καλαφαί-
νονται. Περὶ δὲ ἀστρονομίας, ὅσον σὺν διασήμασι καὶ
σχηματισμοῖς καὶ ἀναλογίαις τῶν ἀποσάσεων, κἂν
μικρὰ διεξέλθε περὶ αὐτῶν εἰς βραχεῖαν τῶν ἰδιωτῶν
ἔδοξιν, οἷς ὁ Ἰωάννης ἐξ ὧν γέγραφε καλαφαίνεται.
Τοιῦτος δὴ πάντως καὶ ὁ Κοσμᾶς· ἀλλ' ὁ περὶ τύτε
λογος ἑτέροις κείσθω· ὁ Ἰωάννης γὰρ ἡμῖν τῶν ἐγκω-
μίων ὑπόθεσις.

12 Τῶν δὲ ἐν θεολογίαις αὐτῦ καὶ ἀκριβείας δογ- *& specialiter in Theologicis Ioannes,*
μάτων τίς σὺκ ἂν ἐπιγνώσεται καὶ θαυμάσεται ἐκ τ σοι-
χειωλικῆς αὐτῦ βίβλε, μᾶλλον δὲ παιδελείε ἐν δόγμα-
σιν ὧν ἄν τις παιδὸς λόγυ ὀρθῦ νομοθεσίαν ἐρεῖ καὶ
πλάκας Μωσαϊκὰς, ὃς ἁμαρτήσει τῦ ἀληθῦς. Ἀλλ' E
οἶδα ὡς ἐν τοῖς ἐ ὀπίσω ἔδει μετὰ τ βίβλε ἐκείνης e
ποιεῖσθαι ἐγκώμια, καὶ σὺκ ἐν τοῖς νῦν· ἀλλ' εἰρή-
καμεν ταῦτα πρὸς ἀπόδειξιν ἧς ἐπαιδεύθησαν παι-
δείας, καὶ ὅπως ταύτῃ μείζη ἄπασαν μεῖ' ὅπ σήμης
καὶ ἀκριβείας, καὶ τὸ θαυμάσιον, ὅτι σὺκ ἐφυσιώθη τῇ
γνώσει, ἀλλ' ὥσπερ τὰ τῶν φυτῶν εὐγενῆ βλασήματα,
ἐπὶ πλεῖόν τε πλεθυόντα, κάτω νεύει πρὸς *nihil tamen inde elatior;*
τὴν γῆν, ὕτω δὴ καὶ ὁ πολὺς Ἰωάννης, ὅπ πλεῖον ἐ-
μῆς αὐτῷ τ τῶν λόγων ὅπ καρπίας, κάτω νεύων
ἐτύγχανεν, ἢ πρὸς γῆν δε, ἀλλὰ πρὸς τὸ βυθιώτερον
τῦ κατὰ φιλοσοφίαν πελάγυς ἀποσκοπῶν· ἔτι ἐπὶ
πλεόν αὐτῷ ὡς μέλα τινὸς πλοίε τ κοσμικῆς πρυσ-
παθείας, ἐπόθει δὲ καὶ τὸ πλοῖον τῦτο δ' κόσμε ἀπο-
σκευάσασθαι, καὶ τὰ ἱμάτια τ Σωματικῆς προσπα-
θείας τέλεον ἀπεκδύσασθαι, καὶ ὕτω γυμνῷ τῷ νοῖ τὸ
πέλαγος διανήξασθαι καὶ εἰσδύσαι καλὰ βυθὸν ἵνα
εὑρήσῃ τὸν ἀποκείμενον ἐκεῖ μαργαρίτην τὸν πολύ-
τιμον. Τῦτο τοίνυν ποθῶν καὶ πρὸς τῦτο ἀποσκο-
πέμενος, πρὸς τὸν πυθμένα δ' βάθυς ἀποκλινό-
μενος ὡς, καὶ σὺκ ἐμφυσῃ τῇ γνώσει, ἀλλ' ἐταπει-
νῦτο τῷ ἔρωτι τ μυσηκωλέρας Σφίας. Οὕτως οὖν
πλήρης ὡς αὐτῷ ἡ νοητὴ λαμπὰς τ ψυχῆς τῦ τ κοσ-
μικῆς ἐλαίυ, ἵνα καὶ τὸ τ ἀΰλε φῶς ἄνωθεν καταπλὰν F
ἐπὶ τὴν λαμπάδα ταύτην ὑφάψῃ, καὶ πυρσοειδὴς ὁ
Ἰωάννης ἀναφανῇ.

13 Ἐπὶ τύτοις ὁ τύτε διδάσκαλος ἐκ δ' μαθητῦ *patrique restituuntur à magistro,*
ὡς ἔοικεν ὁδηγηθεὶς πρὸς τυτονὶ τὸν ἔρωτα, πρόσεισι
τῷ πατρὶ τῦ παιδὸς, καί φησιν· Ἰδὲ Θεὸς τὰ τ ὅπ-
θυμίας τελέλεσαι, καὶ οἱ παῖδες ἐμοῦ καλὰ Σφίαν ὑπέρ-
πειναι· ἦ γὰρ ἤρκεσαν αὐτοῖς γενέδαι ὡς ὁ διδάσκαλος,
ἀλλὰ μεγέθει φύσεως καὶ ἀνεκδότοις τοῖς πόνοις, ἴσως
καὶ τῦ Θεῦ ἐπαυξήσαντος τύτοις τὸ τ Σφίας χά-
ρισμα, ὑψιπετέσεροί μου πρὸς ὕψος φιλοσοφίας γεγό-
νασιν. Οὐ χρεῶδεν τοίνυν αὐτοῖς εἰμι τῦ λοιπῦ·
εἶτω δὲ τῦ ποθιδός, τὸ παρά σου ἐκθλῶσά με, καὶ εἰς
μοναχῶν ἀσκητήριον ἀπελθεῖν, κἀκεῖ ὅπ σημόνως
ζητῆσαί με τὸν ἀνωλάτω Σφίαν. Ἡ γὰρ φιλοσοφία
ὑπερ προπεπαίδευμαι πρὸς ἐκείνου με παραπέμ-
πειαι· καὶ δυοῖν κάλλιον καλαπλυτιδῶσά με τοῖν
καλοῖν καὶ προσεπικλήσασθαι τῇ πρότερον Σφίᾳ καὶ *ad S. Sabæ lauram sa recipiente.*
τῷ ἀϋλοτάτῳ καὶ ὑπὲρ ἔννοιαν, καὶ ὧν ὁ γυμνὸς νῦς
ὁ πάντη ἀπλαγμῷ τῦ Σώματος μυεῖσθαι δε-
δώκηται. Ἤλγησεν ἐπὶ τῷ λόγῳ τῦ φιλοσόφυ ὁ τῦ

AUCT. IO. PATR. IER. EX MS.

Ἰωάννᾳ πατὴρ · πλὴν οὐκ εἶχε καλασχεῖν, ἵνα μὴ δόξῃ φαῦλα τὰ μιαιφόνα, τῶν λόγων διδασκαλίας αὐτῷ ἀποδίδοσθαι · ἐφοδιασάμενον δὲ αὐτὸν δαψιλεσάτοις ἐφοδίοις τοῖς πρὸς τὴν χρείαν, εἰρήνῃ ἀπέλυσεν. Ὁ δὲ πρὸς τὴν ἐν ἐρήμῳ τοῦ ἁγίου Σάβα λαύραν ἀπιὼν, καὶ καθ' ἕως τελευτῆς προσμεμενηκὼς, πρὸς τὴν αὐτοῦ Θεοῦ μελαχεχώρηκε. Σωσεξεδήμησε δὲ διὰ θανάτου καὶ ὁ Ἰωάννης πατήρ · ὁ δὲ μοῦ Σαρακηνῶν Ἀρχηγὸς τὸν Ἰωάννην εἰσκαλεσάμενος, πρωτοσύμβουλον. Ὁ δὲ ἀνένευε, ἀλλαχόσε προνενευκὼς ἔχων τὴν ἔφεσιν · ὅμως ἱκανῶν βιασθεὶς ἀνθιτείνειν ἔτι οὐκ ἴσχυσε, καὶ καθίσταται οὗτος, ἐν μείζονι ἀρχῇ παρὰ τὸν γεννήσαντα.

& Ioannes creatur Protosymbolus.

CAP. III

14 Ἦν δὲ τὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς διαθύων τότε Λέων ὁ Ἴσαυρος, ὃς κατὰ τοῦ Σεβασμίων εἰκόνων καὶ τῆς ὀρθοδόξου τῆς ἐκκλησίας πληρώματος ὡς λέων ἁρπάζων καὶ ὠρυόμενος ἐπὶ τῷ πυρὶ κατακαίων τὰ θεοφιλῶς μανίας, τοὺς δὲ αὐτοῦ προσκυνητὰς ἁρπάζων καὶ ἀπολλύων, καὶ ὁδοῦσι τυραννικῆς δυσεβείας διασπαράσσων ἐλεεινῶς · ταῦτα εἰς ἀκοὰς τοῦ Ἰωάννου ἐνέπεσε, καὶ τὸν ζῆλον μιμεῖται τοῦ Ἠλίου καὶ τοῦ ὁμωνυμοῦτος τὸν ἔλεγχον, οἷα τοῦ πνεύματος χρίσαντος αὐτὸν ἀοράτως, καὶ πρὸ τῆς χρίσεως, τῆς δυσεβείας ἀντίπαλον · καὶ τὸν λόγον προβάλλεται, οἷα τοῦ πνεύματος μάχαιραν, ὅπλον τιμητικὸν ἀνελεῖν τὸ θηριογνώμονος δόγμα ὡς κεφαλήν. Ἐπιστολημάσας τοίνυν λόγους ὑπὲρ τῆς τῶν Σεβασμίων εἰκόνων τιμῆς τοῖς εἰδόσιν αὐτὸν ὀρθοδόξοις διέπεμπεν, ἄγαν δῆκνὺς ἐμφιλοσοφώτατα, ἀναγκαίαν εἶναι τὴν τῶν ἐκτυπωμάτων προσκύνησιν, καὶ κἀκείνους παρήγγειλε πρὸς ἄλλους λέγειν τὰ ὅμοια καὶ τὰς αὐτοῦ δεικνύειν πᾶσιν ὑποσολάς · καὶ διὰ πάντων ἐσπευδεν ὁ τῆς ἀληθείας νέος ἀθλητὴς, ὡς διὰ κύκλου τινὸς τὰς οἰκείας ὑποσολὰς ἀπὸ χειρῶν εἰς χεῖρας διαβαίνειν τοῖς πιστοῖς, καὶ κρατυνέσθαι τὸ ὀρθόδοξον · καὶ καθὰ Παῦλον ἐπέγετο κύκλῳ διαλαβεῖν τὸ περίγειον, εἰ καὶ μὴ τῷ ποδί, ἀλλὰ δι' ὑποσολῶν τῷ τῆς ἀληθείας κηρύγματι.

Infaniens contra cultum imaginum Leo Isaurus,

& zelum Ioannis pro iis non ferens,

15 Ἤκουσαν ταῦτα τῷ Βασιλεῖ Λέοντι, καί τινας τῶν ὁμογνωμόνων εἰσκαλεσάμενος, ἐπεὶ μὴ ἔφερε τὴν τῆς ἀσεβείας αὐτοῦ σκλήρευσιν, ὡς τρανῶς διεκήρυττον τὰ τοῦ Ἰωάννου γράμματα, παρήγγειλεν αὐτοῖς τὸ τῆς εὐσεβείας πρόσωπον περιθεμένοις διὰ Σπυδῆς ποιήσασθαι, καὶ διὰ λαλιᾶν θέσθαι, οἰκειόγραφον εὑρεθῆναι τοῦ Ἰωάννου ὑποσολέως. Οἱ δὲ τὴν κακίας ἐπασπισαὶ, οὐκ ἀνῆκαν πάντα κάλων κινοῦντες, τὸν δόλον ὑποκρυψάμενοι, καὶ ἀναζητοῦντες ὃ προζετάγησαν, ἕως εὑρόντες τῷ Βασιλεῖ ἐνεχείρησαν. Καὶ ἕτος δὲ προσκεκληκώς τινας τῶν ὑπογραφέων αὐτοῦ, τῶν δὲ Ἰωάννου γραμμάτων προετίθει τοὺς τύπους εἰς μίμησιν, τόν τε τῆς γραφῆς χαρακτῆρα, ὅσον ἐν διανοίᾳ καὶ ὅσον ἐν λέξεσιν. Εὗρεν οὖν τοὺς εἰς τοῦτο ὑπηρετήσαντας ἱκανοὺς, καὶ δὴ κελεύει ὡς ἐκ τοῦ Ἰωάννου πρὸς αὐτὸν δὴ τὸν δυσώνυμον Βασιλέα ἐγχαράξαι γραμμάτιον, τοιῶδε τοῦ Σκοποῦ ἐχόμενον.

quaesita diligenter aliqua ejus epistola

fingit similem proditoriam ut sibi ab eo missam,

16 Χαῖρε ὦ Βασιλεῦ · κἀγὼ συγχαίρω τῷ κράτει Σου διὰ τὴν ταυτότητα τῆς ἡμῶν πίστεως, εὐγνωμοσυνῶν τε καὶ Σέβας τὸ προσῆκον ἀπονέμων τῇ βασιλικῇ Σου ὑπεροχῇ · δι' ὧν καὶ ταῦτα ποιῶ πρὸς γνῶσίν Σου, ὡς ἡ καθ' ἡμᾶς πόλις αὕτη περὶ τὴν φυλακὴν ἠμελημένη πάντη τυγχάνει · τὸ δὲ ἐνταῦθά τε στρατιωτικὸν τῶν Ἀγαρηνῶν ἀθενές τε καὶ εὐαρίθμητον. Φεῖσαι οὖν πρὸς Θεοῦ καὶ τῆς πόλεως ταύτης · καὶ παρ' ἐλπίδα πᾶσαν χεῖρα γενναίαν καὶ πολυπληθῆ πεπομφὼς, ἀλλαχῇ προσποιημένῳ πορεύεσθαι, ἕξεις τὴν πόλιν ἀπονητί · μᾶλλον γὰρ κἀγὼ πρὸς τοῦτον Σωκαρδίμαν τὸν Σκοπόν, ὅτι καὶ ὑπὸ χεῖρα σχεδὸν ἐμοὶ πᾶσα ἡ χώρα καὶ ἡ πόλις ὑπάρχει. Τούτου γενομένου τοῦ γράμματος, γράμμα ἕτερον διαχαράττει ἐκ τοῦ αὐτοῦ δυσμενείας ὁ δυσσεβὴς, πρὸς τὸν Ἄρχοντα τῶν ἐν Δαμασκῷ Σαρακηνῶν ὕστερος ἔχων τὸν Σκοπόν · Ὡς οὐδὲν οἶδα τοῦ εἰρήνης μακαριώτερον, οὐδὲ τῆς φιλίας εὐδαιμονέστερον, καὶ τὸ τηρεῖν τὰς εἰρηνικὰς Σωθήκας, ἐπαινετὸν δὲ καὶ φιλόθεον · Διὰ ταῦτα πανὸς ἄλλου προτίθεμαι, ἀδιαλύτους φυλάττειν ἃς διεθέμην εἰρηνικὰς φιλίας πρὸς τὴν σὴν εὐγένειαν. Καί τοι πρὸς τὸ ταύτας διαλύσαι χρυφίως καὶ παρασπονδῆσαι δολερῶς, ὑπό τινος τῶν ὑπό σε τελούντων Χριστιανῶν, πολλάκις ἐκαλούμην διὰ γραμμάτων αὐτοῦ πολλῶν, διαβεβαιουμένων ἀσφαλῶς πείσαί μοι Συλλαβέσθαι πρὸς τὴν ὑπό σε χῴρωσάσθαι πόλιν, ἂν πολυπληθὴς ἀφήσω κατ' αὐτοῦ στράτευμα. Ἔνθεν τοι καὶ μίαν τῶν ὑπ' ἐκείνου μοι πεμπομένων ὑποσολῶν, ἀντεξαπέστειλά σοι, βέβαια παρισῶν σοι ἅπερ σοὶ ἔγραψα · ἵνα γνῶς, οἷος ἐγὼ περὶ τὰς φιλίας ἀληθής τε καὶ ἀπαράσπονδος · ὑπογνοίης δὲ καὶ τὸ δύσνουν καὶ δολερὸν τοῦ ταῦτα γράψαι πρός με τολμήσαντος.

eamque mittit ad Principem Damasci:

qui amputari dexteram Ioannis jubet.

17 Ταῦτα οὖν ἅμφω τὰ γράμματα ὁ λεοντώνυμος καὶ ὀφιογνώμων τὸν δόλον, διά τινος ἐξεπέστειλε πρὸς τὸ βάρβαρον. Ὁ δὲ, ταῦτα δεξάμενος, εἰσκαλεῖται τὸν Ἰωάννην, καὶ τὸ δολερὸν ἐκεῖνο γραμμάτιον αὐτῷ ὑποδείκνυσιν. Ὁ δὲ Ἰωάννης τοῦτο διεξιὼν, τοὺς τῶν γραμμάτων τύπους τοῖς ἑαυτοῦ παρεικάζεσθαι συγκατέθετο, τὰ δὲ ἐν αὐτοῖς ἐμφερόμενα μὴ τὸ παράπαν εἰδέναι, μή δὲ εἰς νοῦν βάλλεσθαί τοι προσέθετο. Οὐκ ἠγνόησε δὲ τὸν δόλον καὶ τὴν ὑποβολὴν ἀναγνούς · ἀλλ' ὁ μισόχριστος ἐκεῖνος Ἄρχων πρὸς τὰ ὑπὸ τοῦ Ἰωάννου λεγόμενα ὄνος λύρας ἀκούων (τοῦτο δὴ φάναι τὸ τῆς παροιμίας) καὶ ἐκωφώθη μὲν ἐξ ἀγαθῶν ῥημάτων καὶ ἀληθῶν · οὐκ ἐσίγησε δὲ μὴ ἄδικον ἀποφθέγξασθαι πρόσαγμα, ἀλλ' εὐθὺς κελεύει τὴν δεξιὰν κοπῆναι τοῦ Ἰωάννου, καὶ δεομένου βραχὺ χρόνον δοθῆναι οἱ, πρὸς ἀπολογίαν τε καὶ ἀφήγησιν τῆς κατ' αὐτοῦ μανίας τοῦ δυσσεβοῦς, οὐκ ἀνῆκεν ὑδὲ ὠνέσχετο, ὅλως ὑπὸ τῆς μανίας ἐκστὰς ὁ βάρβαρος. Καὶ δὴ ἐκκοπεῖσα δεξιὰ, ἣ ποιήσασα δυνάμιν τοῖς ὀρθοδόξοις ἐν Θεῷ δι' ὧν γέγραφεν · ἐκκεκοπῆσθαι δεξιὰ, ἣ ἐλέγχουσα τοὺς μισοῦντας τὸν Κύριον · καὶ ἀντὶ μέλανος, ᾧ ἐβάπτετο πρότερον λογογραφοῦσα τοῦ τῶν εἰκόνων προσκυνήσιν, οἰκείῳ αἵματι βάπτεται. Ἐκκοπεῖσαν τοίνυν ἐκείνου τοῦ δεξιὰν, ἵν' ὕστερος εἴπω, ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς ἐμετεώρησαν.

petit sibi à Deipara restitui: præfa-

18 Ἑσπέρας οὖν καταλαβούσης καὶ εἰς πέρας λήξαι τοὺς θυμοὺς τοῦ τυράννου ὑπολοπάσας ὁ Ἰωάννης, πρεσβείαν πρὸς ἐκεῖνον ἐξέλατο, δυσωπῶν καὶ τοιαῦτα φθεγγόμενος. Τὰ τῆς ὀδυνῆς μοι ὑπερτείνεται, καὶ ὃ φορητά μοι καθέστηκε, καὶ οὐκ ἂν ἀνεθῇ μοι ἡ τῆς ἀλγηδόνος ἀκὶς, ἕως ἐπ' ἀέρος ἡ χεὶρ μου ἐκκοπεῖσα ἐκκρέμαται. Κέλευσον αὐτοῦ χαριεῖσάμοι, ὡς ἂν ὑπὸ γῆν καταχρύψω, καὶ παρακμάσῃ τὸ πολυώδυνον. Εἶξεν οὖν εὐθὺς ὁ τύραννος πρὸς τὴν δέησιν · καὶ δίδοται τῷ δικαίῳ ἡ χεὶρ. Ὁ δὲ ταύτην εἰληφὼς, εἰς τὸ καθ' οἶκον αὐτοῦ εὐκτήριον εἴσεισι · καὶ ὅλος πρὸς τὴν θείαν εἰκόνα τὸν θεῖον χαρακτῆρα φερούσης τῆς Θεομήτορος, καὶ τὴν ἐκκοπεῖσαν δεξιὰν τῇ πρὸ ἁρμονίᾳ παραθεὶς, ἐκ βάθους καρδίας τῆς φιλευσπλάγχνου ἐδέετο, σεναγμοῖς καὶ δάκρυσιν ἐκβοώμενος · Δέσποινα, πάναγνε μῆτερ, ἡ τὸν Θεὸν μου τεκοῦσα, διὰ τὰς θείας εἰκόνας ἡ δεξιά μοι ἐκόπη · οὐκ ἀγνοεῖς τὴν αἰτίαν ὡς ἐμάνη ὁ λεών · *ces restitui:* πρόφθα-

A πρόφθασον τοίνυν ὡς τάχος, καὶ ἴασαί μου τὴν χεῖρα· ἡ δεξιὰ τοῦ ὑψίστου, ἡ ἀπό σου Σαρκωθεῖσα, πολλὰς ποιεῖ τὰς δυνάμεις διὰ τῆς μεσιτείας, τὴν δεξιάν μου καὶ ταύτην νῦν ἴασάτω λιτὰς Θεοῦ· ὡς ἂν ζοὺς ὕμνους ὁδοίης, καὶ τοῦ ἐκ σου Σαρκωθέντος εὐρυθμικαῖς ἁρμονίαις Συγγράψηται, Θεοτόκε, καὶ Σωτῆρος χρηματίσῃ τῆς ὀρθοδόξου λατρείας· Δώσασα γὰρ ὅσα θέλεις, ὃς δ' Θεοῦ μήτηρ ὅσα.

quo per visum impetrato,

19 Ταῦτα λέγων ὁ Ἰωάννης Σὺν δάκρυσιν, εἰς ὕπνον ἐτράπετο, καὶ ὥρᾳ τὴν τοῦ Θεομήτορος ἁγίαν εἰκόνα, ὄμμασιν εὐσπλάγχνοις καὶ ἱλαροῖς πρὸς αὐτὸν ἀποβλέπουσάν τε καὶ λέγουσαν· Ἴδε ὑγιὴς γέγονέ σου ἡ χείρ· μὴ μέλλε λοιπόν, ἀλλὰ κάλαμον ταύτῃ γραμματέως ποίησον ὀξυγράφου, ὡς ἐπαγγείλω σοι νῦν. Ἀφυπνισθεὶς οὖν ὁ ἰαθείς, εἶτα περιεργασάμενος τὴν κεκομμένην, καὶ ἰαθεῖσαν ταύτῃ ἰδών, ἠγαλλιάσατο τῷ πνεύματι ἐπὶ τῷ Θεῷ τῷ Σωτῆρι αὐτοῦ, καὶ τῇ τούτου μητρὶ, ὅτι ἐποίησεν αὐτῷ μεγαλεῖα ὁ δυνατός. Καὶ σὰς ἐπὶ τοὺς πόδας, τὰς χεῖρας αὐτοῦ εἰς ὕψος ἀνέτεινε, καὶ μέλος ἦσε τῷ χαρᾷ προσφορώτατον· καὶ οἴ δὲ ὅλης νυκτὸς πανοικὶ εὐφραινόμενος καὶ ᾄδων ᾆσμα χαρᾶς Θεῷ εὐχαριστήριον. Ἡ δεξιά σου χείρ, λέγων, Κύριε, δεδόξασαι ἐν ἰσχύϊ, ἡ δεξιά σου χεὶρ τὸν θραυσθεῖσάν μου δεξιὰν ἴασατο· καὶ διὰ ταύτης θραύσῃ ἐχθροὺς τοὺς μὴ τιμῶντας τὸν σὸν Σεβασμίαν εἰκόνα καὶ τὸ τεκούσης σε, καὶ τῷ πλήθει τῆς δόξης σου τοὺς ὑπεναντίους εἰκονοθραύσας, Σωτῆρίους διὰ τῆς ἐμῆς χειρός. Ἦν οὖν ἡ νὺξ ἐκείνη ἐκείνῳ ἡμέρᾳ, καὶ ὑχὶ νύξ· καὶ φῶς, καὶ ὐχὶ Σκότος· καὶ ἵν' ὕτως ἐρῶ τὸ προφητικὸν μεθ' ὑπαλλαγῆς, ἦχος ὡς ἐκεῖ καθαρὸς ἑορταζόντων, καὶ φωνὴ ἀγαλλιάσεως ἐν Σκηνῇ δικαίου ἀνδρός.

B eucharisticos hymnos cum familia concinit.

innocensq; declaratus,

20 Ταῦτα οὐκ ἐν κρυπτῷ δὲ ἡσυχῇ ἐτετέλεσο, ἀλλὰ διέβαινεν ὁ θαυμασὸς ἐκεῖνος φθόγγος καὶ ἐναρμόνιος ἀλαλαγμὸς εἰς τοὺς ἐγγιτόνων καὶ κύκλῳ σε· καὶ εὐθὺς ἀπήεσάν τινες τῶν μισοχρίστων Σαρακηνῶν παρὰ τὸν οἰκεῖον Ἄρχοντα, Μὴ ἐκκεχόφθαι τῷ Ἰωάννῃ τὴν δεξιὰν λέγοντες, ἄλλος δέ τινος δόλος τυχὸν, ἢ ἄλλως ὑπηρετεῖται αὐτῷ, καὶ δι' εὔνοιαν προσδεδοκότος ἑαυτὸν ἀντὶ τοῦ δεσπότου αὐτοῦ· τοὺς δὲ τὴν ἐκκοπὴν προσαχθέντας χρήμασιν ἀνταλλάξαθαι τὸν ποιητήν· ὁ γὰρ Ἰωάννης οἵοι καθήμενος ὕτως ἁδῇ καὶ τέρπεται, ὡς γαμήλια ἅπτοις πανηγυρίζειν αὐτὸν, καὶ ὑπερθαλαμίων ποιεῖσθαι τῶν ὑμεναίων ἠχήν, μᾶλλον δὲ ὑπὲρ ἐκεῖνα ἡ τούτου ἔοικεν ἀγαλλίασις. Τούτων ὕτω προσαγγελθέντων, προσεκαλεῖτο καὶ ὁ Ἰωάννης. Ὁ δὲ ἀφικόμενος, ἐκελεύετο δεικνύειν τὴν ἐκκοπεῖσαν δεξιάν· ἧς ἐμφανισθείσης, ὑπεφαίνετο καί τις γραμμὴ τῆς διακοπῆς, τοῦτο οἰκονομήσασης τὸ Θεομήτορος, τὴν ἐκκοπὴν ἀψευδεστάτην καταμηνύουσα. Ἐφ' οἷς ὁ βάρβαρος ἔφησε· Τίς ὁ ἐξιασάμενός σε ἰατρὸς Ἰωάννη; καὶ τίνα τὰ δοθέντα σοι φάρμακα. Ὁ δὲ λαμπρᾷ τῇ φωνῇ καὶ μεγάλῃ κήρυξ τοῦ θαύματος γίνεται· καὶ Ὁ Κύριός μου φήσιν ὁ παντοδυνάμος ἰατρὸς, ὃς ὐκ ὑσερίζουσαν ἔχει τὴν δυνάμιν πρὸς τὴν δέησιν.

21 Καὶ ὁ βάρβαρος ἀπεκρίνατο· Ὡς ἔικασμαι, ἄνθρωπε, ἐπ' ἀνευθόνοις, ὃ πέπονθας, πέπονθας· καὶ λοιπὸν ἡμῖν Σύγγνωθι, ἐφ' οἷς ἀπερισκέπτοις καὶ ἀλογίστοις τοῖς ἀποφάσεσιν ἀπλώγκα μου σοι τὴν τιμωρίαν· ἴδαι τοίνυν τὴν πρωτέραν ἐφέπων ἀρχὴν, καὶ πρῶτος ἔσῃ ἐν τοῖς ἡμετέροις Συμβούλοις· οὐδὲν γὰρ πράξαιμι πώποτε τοῦ λοιποῦ ἄνευ σῆς παραινέσεώς τε καὶ Συμβουλῆς. Ὁ δὲ πεσὼν χαμαὶ προσεκύνησε, καὶ πρώτης κεφαλῆς ἐδέετο ἐκείνου ἐφ' ὥραν ἱκανὴν Συγχωρηθῆναι οἱ καὶ ἄλλως ἔασαι τοῦτον ὁδὸν τὴν ἐρασμιωτέραν ὁδεῦσαι, καὶ ἀκολουθῆσαι τῷ λέγοντι, Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός. Ὁ δὲ βάρβαρος οὐκ ἐδίδου τὴν παραχώρησιν· καὶ ἰδεῖν μονομάχους, ὡς ἄν τις εἴπῃ, τὸν βάρβαρον καὶ τὸν δίκαιον, ὁ μὲν πολλοῖς ἠγωνίζετο ἐπέχειν τὸν Ἰωάννην τοῖς τοῦ κόσμου δεσμοῖς, ὁ δὲ βιαίός τις ἰδεῖν ταῦτα ἀποῤῥῆξαι μέλα σπουδῆς, καὶ ἀγγελικῆς πτερώσαι τοῖς πτερυξι. Καὶ τάδιον τότε ἰδεῖν γυμνούμενον μέγα ἐτύγχανεν, ἀγωνοθέτης δὲ Χριστὸς προεκάθητο, καὶ τὸ θέατρον ἄγγελοι· ἐρεῖ δέ τις εἰ ἴσως δικαίως, καὶ τοὺς πονηροὺς οὐκ ἀρίστερων παρὰ θαῤῥοῦντα τὸν βάρβαρον καὶ ἐπαλείφειν πρὸς πιθανότητας. Νικᾷ δὲ μέλα πολλῆς τὴν ἀναῤῥήσεως ὁ ἐμὸς μονομάχος, καὶ τὰ πιθανὰ πάντα τοῦ ἀντιπάλου ὡς βέλη νηπίων λελόγισαι, καὶ νικητὴς ἄπεισιν, ἀναδεδεμένος τῷ κεφαλῷ ταινίᾳ περιφανεῖ· καὶ τὸν οἶκον ἔσεισι φαιδρωπὸς, ὁ πρὶν ἐξιὼν αὐτοῦ Σκυθρωπός.

quare ad Principem accersitus.

22 Καὶ δύο προκειμένων αὐτῷ τῶν δεσποτικῶν ἀποφάσεων, τὴν μὲν πωλεῖν τὰ ὑπάρχοντα καὶ πένησι διανέμειν ὁριζομένην, τῆς δὲ καταλιμπάνειν οἰκίας καὶ ἀγρούς καὶ τάλλα πάντα, ἕνεκα τοῦ ὀνόματος Δεσπότου· ὅτε περὶ τοῦ προτέραν ποιεῖται τοῦ σχολῆς, ἵνα ἴσως μὴ ἐμβραδύνῃ· ὅτε κατὰ τὸν δευτέραν ποιεῖ, ἵνα μὴ, ὡς ἔτυχε ταῦτα ἔασαι, ἔριδες προβαῖεν καὶ διαμάχαι πολλαὶ τῶν καθ' ἅμα ὠκειωμένων αὐτῷ, ἄλλων ἄλλο προβεβλημένων τοῦ κληρονομεῖν δίκαιον· ἀλλὰ μέσος ἀμφοτέρων χωρεῖ, καὶ ὡς εἶχε τὰ ὑπάρχοντα διανεμάμενος πένησιν, αἰχμαλώτοις, δούλοις τοῖς ἑαυτοῦ (ὡς δὴ καὶ ἐλευθερίας ἠξίωσε) Συγγενέσι, καὶ θείοις [τὸ μέρος] καθιερώσας ναοῖς. Ὡς δὲ ἐξῆλθε γυμνὸς ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτοῦ, οὕτω γυμνὸς ἐξῆλθε τὸν κόσμον, πλὴν τῶν ἀναγκαίων ἐμποδισμάτων, καὶ ἀπιὼν εἰς Ἱεροσολυμα, καὶ τὴν προσήκουσαν προσκύνησιν ποιησάμενος ἐν τόποις τούτοις τοῖς Σεβασμίοις, ὡς ἔλαφος διψῶσα τὸν Θεὸν εἰς τὴν ἔρημον ἔξεισι, καὶ τὴν τοῦ θεοφόρου Σάβα λαύραν καταλαμβάνει, ἔχων ἑταῖρον οὐ τὴν ὁδὸν μόνον ἀλλὰ καὶ τοῦ Σκοποῦ κοινωνὸν Κοσμᾶν, τὸν αὐτῷ Συμμετασχόντα καὶ ἀναγωγῆς καὶ παιδεύσεως· εἶπεν ἂν αὐτοὺς ζεῦγος ἱερὸν εἶναι, καὶ ὑπὸ τὸν ζυγὸν τρέχειν τοῦ Χριστοῦ, ὡς ἂν ἀρούσωσι αὐτὸν ἐπαυχένιον.

facultatem impetrat secedendi in monasterium:

S. Sabæ Lauram cum Cosma ingreditur.

23 Ὁ γοῦν Ἰωάννης, ὃς τῷ λόγῳ ἐστὶν ὑπόθεσις, τὴν θείαν ἐκείνην μάνδραν εἰσίων, ὃ ποιμὴν πέπεται παρὰ τὰς πόδας, λιπαρῶς ἐξαιτούμενος ὡς ἓν τῶν ἐκεῖ προβάτων ταγῆναι, ἀπολωλὸς ἑαυτὸν καλῶν καὶ ὄρη ἐρήμων ὀρέων ἄρτι ἐπιστρέφων πρὸς τὸν ποιμένα Χριστόν. Ἤδη τοίνυν ὁ τῶν ποιμνῶν προεστὼς ἐπ' αὐτῷ, καὶ τὴν προαιρέσεως ἐμακάρισε· καὶ δόξαν αὐτῷ, διὰ τὸ τοῦ βίου περιφανὲς καὶ τὸ τῆς γνώσεως περιὸν, ἐνὶ τῶν μεγάλων παραδοῦναι γερόντων τὸν νέηλυν, ὡς ἂν ὑπ' ἐκείνῳ καθηγεμόνι ταπόμενος ἀπλανῶς ἐμπορεύηται τὴν ὁδὸν τοῦ Θεοῦ· ὃν ὤφελε ἐκ τῶν τῆς μονῆς ἐν πᾶσι καλοῖς ἐπίσημον εἰσκαλεῖται πρῶτον, καὶ ἐγχειρίζειν αὐτῷ τὸν Ἰωάννου ἐπιχείρει. Ὁ δὲ ἀπαναινόμενος οὐ, οὐκ ἱκανὸν εἶναι ἑαυτὸν φάσκων εἰς ποιμαντικοῦ ἀνδρὸς τοιούτου, μέγα τὸ κλέος ἀραμένου ἐπὶ Σοφίᾳ. Παρῆκε τοιγοῦν τὸν γέροντα ὁ Ποιμενάρχης, καὶ μετὰ αὐτὸν ἕτερον εἰσκαλεῖται· καὶ ὁ δεύτερος τὰ ὅμοια τῷ πρωτέρῳ ἔλεγε. Τρίτος μεθ' ἑκείνους ἄλλος εἰσήγετο· μεθ' οὓς τούτους οὐκ ὀλίγοι ἕτεροι· καὶ ἤρξαντο ἀπὸ μιᾶς παραιτεῖσθαι ἅπαντες τοῦ προσασίαν τοῦ Ἰωάννου.

CAP. IV

F Ceteris ejus instituendi curam recusantibus,

24 Μεθ' οὓς τοὺς πολλοὺς, ἄλλος εἰσήγετο γέρων, τὸ ἦθος ἁπλοῦς, τοῦ γνώσιν πολύς, καὶ προθύμως προθυ-

AUCT. 10. PATR. IER. EX MS.

πρόθυμον τὸν Ἰωάννην δεξάμενος, εἰς τὸ κελλίον τὸ ἴδιον ἀπῆσι σὺν αὐτῷ· καὶ τὸ καλὸν θεμέλιον πρῶτον αὐτῷ ὑπολίθησι, τὸ μηδὲν πράττειν ἰδίᾳ θελήματι, θύειν δὲ τῷ Θεῷ ἱδρῶτας ἐν προσευχαῖς, διὰ τούτων ἐκλενὲς καὶ ἐπίπονον· καὶ δὴ ὀφθαλμοῦ δακρύειν, ἐριέμμον τὸ ἐπὶ τῷ προτέρῳ βίῳ καθάρσεως, ἃ θυσία καθαρὰ λελόγισται τῷ Θεῷ ὑπὲρ πᾶν ἄλλο θυμίαμα. Καὶ τοῦτο μὲν πρῶτον, εἰς τὰ διὰ δι' σώματος ἐνεργούμενα· εἰς τὰ καλὰ ψυχὴν δὲ, μηδεμίαν ζωγραφεῖν κοσμικὴν φαντασίαν, μὴ εἰκονίζειν ἐν αὐτῇ μορφὰς πραγμάτων καθηκόντων· τὸν νοῦν δὲ ἀπὸ παντὸς φυσήματος διακένου διατηρεῖν, μήτε μὲν τῷ πλήθει ἐπαίρεσθαι, καὶ ἐν οἷς μεμάθηκε τὰ πάντα καλαλαβεῖν οἴεσθαι, μήτ' ἐν ἐφέσει [ἐλθεῖν] ὀπασιῶν τινων καὶ ἀποκρύφων ἀποκαλύψεων, μήτε πεθήσεσθαι οἷ τὸν νοῦν ἑαυτῷ τεθαρρηκέναι ποτὲ ἢ δόξαι σχεῖν γνῶσιν ἀνεπισφαλῆ ἕως ἂν διχάζηται, ἀλλ' εἰδέναι δειλὸς τὰς οἰκείας λογισμὰς καὶ τὰς αὐτοῦ ὀπινοίας ὀπισφαλεῖς· Σπεύδειν δὲ μὴ ἐᾷν Σκεδάννυσθαι τῷ διάνοιαν ἀλλ' ἐπάγεσθαι ταύτῃ Σωάγειν ὀπιμελέσθαι, ἵν' ὕτω δὴ μὴ νῦς αὐτοῦ φωτισθείη πρὸς Θεῦ, καθαρθῇ δὲ ἡ ψυχὴ καὶ τὸ Σῶμα καθαγνισθείη, καὶ τέλος τὸ Σῶμα Σωῒ τῇ ψυχῇ ὀπισωαφθείη τῷ νοΐ, καὶ τὸ τριπλοῦν ἁπλοῦν γένηται διὰ τὸν πρὸς τὸν ἀπυσάτῳ τριάδα ἕνωσιν, καὶ γένηται ἄνθρωπος ὁ Σαρκικὸς οὐδὲ ψυχικὸς, ἀλλὰ τὸ ὅλον πνευματικὸς, μεθασοιχειθέντων τῶν δύο γνωμικῇ προαιρέσει, εἰς τὸ τρίτον καὶ πρῶτον, λέγω δῆτα τὸν νοῦν.

qui ei praecepta spiritualia

B

25 Οὕτω δὴ ὁ πατὴρ τῷ παιδὶ, τῷ μαθητῇ ὁ διδάσκαλος ὑποθέμενος προσεπέθετο αὐτῷ, καὶ τοῦτο εἰπών· μὴ πρός τινας ὀπισείλῃς ὀπισολίν· μὴ τὸ παράπαν φθέγξῃ τι τῶν ἔξω παιδείας· Σιωπὴν δὲ ἄσκει μετὰ Σωτέρας, οἶδας γὰρ τοῦτο μὴ μόνον τῶν καθ' ἡμᾶς φιλοσόφων εἶναι παράγγελμα, ἀλλὰ καὶ Πυθαγόρας ἐκεῖνος ὁ Σάμιος τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς ἄρτι μυουμένοις αὐτῷ τὰ τῆς φιλοσοφίας μυστήρια πολυετῆ παρήγγελε τὴν Σιγήν· καὶ μὴ δόξῃς καλὸν εἶναι τὰ καλὰ παρὰ χαμηλὸν φθέγγεσθαι, εἰς τοῦτο γὰρ ὁ Δαβὶδ ὁδηγείτω σε, ὅς φησιν, ὅτι Ἐσίγησα καὶ ἀγαθῶν· εἶτα τί σὺ λεῦθεν αὐτῷ Συμβέβηκε; λέγοντος ἄκουσον, Ἐθερμάνθη ἡ καρδία μου ἐντός μου, τῷ πυρὶ πάντως τοῦ προς Θεὸν ἐρῶντος, ἐν τῇ κατὰ διάνοιαν δὲ μελέτῃ τὸ πῦρ ἐκεῖνο τῷ Προφήτῃ ἐξήφθη. Ταῦτα τῷ Ἰωάννῃ ὁ γέρων παρήγγειλε· καὶ οὐκ ἐπὶ ξηρῶν καὶ ὑδάτων γράφων, οὐδὲ καλὰ πετρῶν Σπείρων, ἀλλ' εἰς γῆν ἀγαθήν.

& silentii servandi tradit:

C

26 Χρόνος οὖν παρῆλθεν ἱκανὸς, καὶ ὁ Ἰωάννης ἐπὶ διὰ πάσας πείρας τῷ γέροντι παιδοτριβουμένῳ καὶ καλὰ πάντα τῷ ὑπακοῇ ἀνεπισφαλῆ ἐνδεικνύμενος. Οὐκ ἐπὶ ἀντιλογία τῷ Ἰωάννῃ ἐν οἷς προσετάττετο, οὐκ ἐπὶ γογγυσμὸς ἐν γλώσσῃ, οὐδὲ διαλογισμὸς ἐν καρδίᾳ, ὅλως ἀναχρίνων ἐπὶς ἅπερ ὁ ὀπισάτης αὐτῷ διωρίζετο· ἀλλὰ τοῦτο μόνον ἐν μέσῃ διανοίᾳ ἐνκεχολαμμένον εἶχεν, ὡς ἐν πλαξὶν ἕως βάθυς, ἐπὶ παντὸς ἔργου καὶ ὀπιλάγματος τὸ ποιεῖν, ὡς ὁ Παῦλος παρακελεύεται τὸ ὀπιλανθάνεσθαι, χωρὶς γογγισμοῦ καὶ διαλογισμοῖν· τί γὰρ κέρδος τῷ ποισωῦτι χρηστὸν, εἰ οἷον δήποτε ἂν ὀπιχάθηται οἱ τοῖς χείλεσι γογγυσμὸς, ἢ τῇ καρδίᾳ ἐμφωλεύῃ ὡς ὄφις διαλογισμὸς πονηρός; πότε βελτιωθήσεται ἡ ψυχὴ τῷ ὕτως διακονοῦντι; πότε τὸν ἐπὶ τὸ πρόσω σχοίη προκοπήν; διὰ τοῦτο πονοῦσιν εἰκῇ, πρὸς τὰ ἔμπροσθεν ὀπισθοχόποντες.

illi obedienti per omnia,

27 Εἶτα τοῖς μείζοσι τὴν ὑπακοῆς ἀγωνίσμασιν ἐγγυμνάζων ὁ γέρων τὸν ἀθλητὴν, τί μηχανᾶται; Σπυρίδας, ἃς εἶχον ἐργόχειρον, πολλὰς Σωάγκοχὼς πρόφασιν προβάλλεται τοιαυδὶ, εἰρηκὼς τῷ Ἰωάννῃ ὑτωσίν· Ὡς ἥκουσά μοι, τέκνον, ἐν Δαμασκῷ πολλοῦ πωλεῖσθαι τὰς Σπυρίδας, εἴπερ ἐν τοῖς ἁλαισίνης μέρεσιν· καὶ χρειῶν ὡς οἶδας πολλῶν ἡμῖν δεῖ. Ἀνελόμενος οὖν ἀπάσας, ἐκεῖ ὡς τάχος ἔχεις πορεύου, καὶ μὴ ὅλως ταύτας πωλήσῃς μηδὲ παρὰ μικρὸν, εἰ μὴ ὥσπερ σοι ἐνέλομαι, ὑπὲρ τὸ διπλάσιον τοῦ ἀξίου τὸ τίμημα ὁρισάμενος. Οὐκ ἀντεῖπε δὲ, οὐδὲ τὸν τοῦ ὀπτάξαντος λόγον ἀνέκρινεν ὁ μέχρι θανάτου ὑπήκοος· ἐπωμίζεται δὲ τὸν φόρτον ὁ περιπόλος τοῦ ὑπακοῦ, καὶ εἰς Δαμασκὸν ἄφεισιν ὁ πρὶν περίοπτος ἐν αὐτῇ, ῥακενδύτης, αὐχμηρὸς, καὶ ῥυπῶν· καὶ περιήει τοὺς ἀγορὰν τοῦ Σπυρίδων ποιούμενος διαπώλησιν. Ὡς οὖν πολλοῦ ταῦτα ἐποιεῖτο τιμήματος, γέλωτα παρεῖχε, καὶ δι' ὀνείδυς καὶ ὕβρεων τοῖς πᾶσιν ἐγίνετο. Εἰ τοίνυν τῷ δὲ ὑπηρετούντων αὐτῷ, ὅτε περιφανὴς ἐν τῇ πόλει διέπρεπε, καλὰ πρόσωπον σὰς, καὶ τοῦ ὄψιν ἐκείνου εἰς διάνοιαν ἐμβαλόμενος, ἐγνώρισε τὸν ὕτω ταπεινὸν, τὸν ὕτω δυσείμονα, ὅσις εἴη, καὶ οἵου ἐτύγχανε· καὶ σωτριβεὶς τοῦ καρδίαν πρόσφυσιν ὡς μηδὲ εἰδὼς ὁ εἰδώς, καὶ τοῦ τῶν Σπυρίδων ἀξώνησιν ἐποιήσατο, δὺς αὐτῷ ὅσον ἐπεζητήθη τὸ τίμημα. Ὁ δὲ τοῦτο λαβὼν παλινοδίαν ποιεῖται πρὸς τὸν σειλάμενον, καὶ οἷά τις νικηφόρος ἐπάνεισι γεννάδως, εἰς τοῦδαφος καλαβαλὼν τὸν ἀνίπαλον, ὃς δὴ ὁ τῆς κενῆς δόξης καὶ ὑπερηφανίας γεννήτωρ.

humiliter paret.

D

etiam Damasci venales sportas jussus proponere pretio nimio

E

28 Ἐκ γειτόνων δὲ τοῦ Ἰωάννου μοναχός τις ἐτύγχανεν, ὃς τοῦ ἐπὶ γῆς παροικίαν πρὸς τοῦ ὑράνιον μονοῦ μεληλάκατο, καὶ πρὸς Θεὸν ἐξεδήμησεν· ᾧ δὲ ἐκείνῳ ἀδελφὸς καὶ Σάρκα. Οὗτος ἠξιωθεὶς τῆς συμφορᾶς, ὑδρὶ ὅλως εἶχε στέγειν τὸν ἀδελφικὸν θάνατον. Ὁ γοῦν Ἰωάννης παρηγόρει τὸν ἀδελφὸν, καὶ ὡς εἶχε λόγοις τοῦ πάθυς ἀνεκαλεῖτο· δυσωπεῖ δὲ τοῦτον ὁ πενθῶν, καί τι αὐτῷ μελυργήσαι τροπάριον ἐκλιπαρεῖ, παρηγορουῦ τὸ πένθος καὶ τοῦ ψυχοῦ καταψῶν. Ἐδεδοίκει δὲ ὁ Ἰωάννης τοῦ δὲ γέροντος σὺν ὀλολυῖ, καὶ πρὸς τοῦ αἴτησιν ὑ καλένευεν. Ὁ δὲ αἰτούμενος οὐκ ἀφίσαλο δυσωπῶν· καὶ, Ἵνα τί, ἔλεγε, ψυχοῦ ὀδυωμένου οὐκ ἐλεᾷς; καὶ μικρὸν ὀπιπάσεις αὐτῇ φάρμακον ἀκεσώδυνον; Ἂν ἰατρὸς ἦθα Σωματικὸς, ὀδυνῶν δέ με Σωματικὴ περιέπειρεν, εἰ μὴ τὸ καλὰ δυνάμιν προσῆξάς μοι φάρμακον, κἀγὼ δεινῶς ὀπασχον, καὶ ἔσω τοῦ ἐπὶ θάνατον, οὐκ ἐμελες δίκας ὑφέξειν παρὰ Θεῷ ταύτης τὰ παροράσεως; καὶ νῦν ἐν μείζονι παροραῖς με πάσχουσαν, ὑ μείζυς ὑφέξεις τὰς δίκας. Εἰ δὲ καὶ δεδίῃ τοῦ δὲ γέροντος σὺν ὀλολυῖ, ἴδι ἀποῤῥήτῳ μοι κεῖσθαι τὸ πρᾶγμα καὶ ἀνεξάκουστον. Κάμπτεται τοῖς λόγοις τούτοις ὁ Ἰωάννης, καὶ τροπάριον αὐτῷ ἐπὶ νεκρῷ Σωλίθησιν εὐαρμόνιον, ὃ καὶ μέχρι δὲ νῦν παρὰ τοῖς πάντων σόμασιν ἄδεται, τὰ Πάντα ματαιότης τὰ ἀνθρώπινα.

Epitaphii carmen regius componere

F

contra Senis praecipium cum annuisset,

29 Ἁπλοῦν δὲ πολὺ τοῦ κελλίου ὁ τοῦ Ἰωάννου καθηγούμενος, ὁ δὲ σὺν τὸ κέλλης ἀνάρμονίως ὑπῆδε τὸ εἰρημένον τροπάριον. Καὶ ὁ γέρων ἐκὸς ὡφθακὼς τοῦ μελυργικοῦ ἐκείνου φθογγοῦ ἀνωλίζεται, καὶ μεῖ' ὀργῆς ὅτι πολλῆς τῷ Ἰωάννῃ φησὶν, Οὕτως ὀπιλέλησαι τὰ ἀρχῆθέν σου ὑποσχέσεων; καὶ ἀνὶ πενθοῦντος καὶ Σκυθρωπάζοντος, διακεχυμένου κάθη καὶ θροπτόμενος τοῖς μελίσμασιν; Ὁ δὲ τοῦ αἰτίαν ἐξέπε τοῦ γέροντι, καὶ τὸ τοῦ βιασαμένου πένθος παραβάλλει, καὶ πρωὶ πρωὶ πεσὼν ἐξητεῖτο Συγγνώμου. Καὶ ὁ γέρων οἷα λίθος καὶ ὡς ἄχμων ἵστατο, μηδὲ ὅλως τῷ ἱκετεύοντι ἐνδιδούς· καὶ ἐξέβαλλεν αὐτὸν τὸ κέλλης εὐθύς.

& prosa pterea esset ab eo expulsus,

Ὁ δὲ

A Ὁ δὲ θαυμασὸς ἐκεῖνος ἀνὴρ, εἰς μνήμην εὐθὺς τῆς προγονικῆς παρακοῆς γίνεται, καὶ τὰ ἐκ τοῦ παραδείσου διὰ ταύτην ἐκπώσεως· καὶ οὐκ εἶχεν ὅποι καὶ γένηται, ἢ ποῖ τράπηται· καὶ πλέον ἢ παῖδων ὑπὲρ τὸν ἀποβάλλοντα τὸν ἀδελφόν, τοῖα δὴ ἔλεγε καθ' ἑαυτόν, Ὡς ἐκεῖνος μὲν ἀδελφὸν ἀπεβάλλετο, ἐγὼ δὲ τὴν ἐμὴν ψυχὴν διὰ τὴν παρακοῆς ἀπολώλεκα. Τέλως ἑτέροις γέρουσι προσέσεισιν, ὡς τῶν ἄλλων ἥδη ἀφαιρέτους πρὸς ἀρετὴν, καὶ πρέσβεις προβάλλεται πρὸς τὸ τὸν γέροντα δυσωπῆσαι καὶ δεηθῆναι, ὡς ἂν παρακληθείη καὶ συγγνοίη τῷ Ἰωάννῃ τὸ ἔγκλημα. Ἀπῆλθον οὖν ἐκεῖνοι καὶ δυσώπησαν· ὁ δὲ οὐκ ἐνεδίδου ὡς ἀνδριὰς, οὐ παρεχώρει τῷ μαθητῇ τῆς εἰς τὴν κέλλαν εἰσόδου.

jubetur pro impetrando reditu latrinas repurgare:

30 Καί τις τῶν μοναχῶν ἐκείνων ἀποκρινάμενος εἶπεν· Ἔξὸν ἄλλην σὺ πολλὴν δοθῆναι τῷ ἁμαρτήσαντι καὶ μὴ ἐκπεσεῖν τῆς Συαυλίας τῆς μετὰ σοῦ. Καὶ ὁ δυσωπούμενος, ἔφησε· Ταύτην τὴν Ἰωάννην σὺ πολλὴν ὁρίζομαι, εἴγε βούλεται συγγνωμονηθῆναι αὐτῷ τὴν παρακοήν, πᾶσαν διελθεῖν τὴν τῆς λαύρας περιοχήν, καὶ δι' ἑαυτοῦ ἐκκαθάραι τὰ ἐν ταῖς κέλλαις τῶν μοναχῶν τῶν ῥυπασμάτων οἰκίδια. Οἱ δὲ ἀκούσαντες, ἐπὶ τῷ λόγῳ

B ἐγκαλυφάμενοι, καλήσεις ἀπῆσαν, καὶ τὸ τοῦ γέροντος ἀνένδοτον ἐκπληττόμενοι. Οὓς προσυπατήσας ὁ Ἰωάννης, καὶ τὴν σωτήριον βαλὼν μελάνοιαν, ἤρετο περὶ τῆς πατρικῆς αὐτῷ ἀποφάσεως. Οἱ δὲ τὴν αὐστηρίαν τοῦ γέροντος ἐκπλήττεσθαι ἀπεκρίναντο, καὶ τὴν ἀπόφασιν δι' ἀδοῦς εἶχον ἐξειπεῖν. Ὁ δὲ καὶ λίαν αὐτοὺς ἀναπαλύψεσθαι προσδυσωπῶν λοιπόν. Πεισθέντες οὖν τὴν ἀσχήμονα ἐκείνην ἀνακάθαρσιν λέγουσιν. Ὁ δὲ ἀκηκοὼς ἤδη μᾶλλον παρ' ἐλπίδα πᾶσαν αὐτῶν, καὶ ῥᾷον εἶναί μοι τοῦτό φησι, καὶ πρὸς ἡδονὴν μάλιστα. Εὐθὺς οὖν ἅπασι κατὰ τὴν καθάρσεως ἐργαλεῖα ἐζητηκὼς, καὶ λαβὼν πρόσεισι τῇ κέλλῃ τοῦ ἐκεῖ γεγονοῦτος τῷ γέροντι· καὶ εἰσιὼν ἐν αὐτῇ, χεῖρας μολύνειν ἐκείνας, ἤρξατο, ἃς πολλοῖς πρότερον εὐωδίαζε τοῖς ἀρώμασι, καὶ τὴν χρυσοθεράπευτον δεξιὰν, ὦ τῆς πολλῆς δὴ ἀνδρὸς ταπεινώσεως! κοπροπλόφυρτον ἔθελε.

quod facere incipiens ideoque laudatus

31 Πυθόμενος δὲ ὁ γέρων τὴν εἰς τὸν ὑπακοὴν τοῦ Ἰωάννου προθυμίαν πολλὴν, καὶ τὸ τῆς ἀληθοῦς καὶ πολλῆς ἐκείνης ταπεινώσεως βάθος, μᾶλλον δὲ ὕψωμα, ὑπεδραμὼν περιέβαλλεν αὐτόν καὶ περιεπλέκετο τῷ τραχήλῳ, τὰς δὲ χεῖρας περιεπύνθετο, τὰ ὄμματα καθησπάζετο, κατεφίλει τοὺς ὤμους. Ὢ οἷον, ἔλεγεν,

C *magis se humiliat.* ἀθλητὴν τῆς μακαρίας ὑπακοῆς ἐγὼ ἀπέτεκον ἐν Χριστῷ! Ὁ δὲ Ἰωάννης πλέον ᾠδύρετο τοὺς λόγους τοῦ γέροντος, πολλὴν ἔπιπτε, καὶ τὸ ἔδαφος τοῖς δάκρυσιν ἔβρεχεν, ὡς Θεοῦ προσπίπτων ἐνώπιον· οὐ γὰρ ἐφυσιοῦτο τοῖς λόγοις τοῖς παλαιοῖς, οὐδὲ ἐξογκοῦτο τοῖς ἐγκωμίοις τοῦ γέροντος· ἀλλ' ἐταπεινοῦτο πλέον, καὶ ὁ νοῦς αὐτοῦ μάλιστα σωτηρίβετο. Οὕτως οἶδα τοὺς σωτοὺς τοῖς ἐπαίνοις ταπεινουμένους, καὶ σωτηριβομένους τοῖς ἐγκωμίοις, καὶ ἀνυψουμένους πρὸς τὸν Θεόν. Ἐπὶ τούτοις ἀνίσησιν ὁ πατὴρ τὸν υἱὸν, καὶ λαβόμενος τῆς χειρὸς, εἰς τὸ κέλλιον αὐτοῦ μετὰ χαρᾶς εἴσεισι· εἶπεν ἄν, τὸν Ἰωάννην ἰδὼν, ὡς εἰς τὸν ἐν Ἐδὲμ παράδεισον πάλιν ἀποκαθίσατον νῦν· ἐν ἑαυτῷ γὰρ τὸν παλαιὸν Ἀδὰμ διὰ τῆς παρακοῆς τυπώσας τὸ πρότερον, τὸν νέον ἐτύπου Χριστὸν καὶ αὖθις ἐν ἑαυτῷ διὰ τῆς ἄκρας ἐκείνης ὑπακοῆς.

CAP. V

32 Μετ' ὀλίγον δὲ ὄναρ τῷ γέροντι ἐπιφαίνεται ἡ πανύμνητος καὶ πανάμωμος, καί φησιν· Ἵνα τί *Monitus à Deipara senex ne* πολλὰ ἀνέφραξας, οὕτω μοι ἡδὺ τὸ νᾶμα προχέειν ἔχουσαν; οὕτω διειδὲς, οὕτω δαψιλὲς καὶ νεκταρῶδες ὕδωρ ἀναπαύσεως τῶν ψυχῶν; ὕδωρ ὑπὲρ τὸ ἐκ πέτρας ἐν ἐρήμῳ βλύσαν ξενοπρεπῶς; ὕδωρ οὗ πιεῖν Δαυὶδ ἐπεθύμησεν; ὕδωρ ὃ τῇ Σαμαρείτιδι Χριστὸς ἐπηγγείλατο. Ἔα φέρεσθαι τοὺς πηγούς· δραμεῖται πολὺ καὶ πᾶσαν διελεύσεται τὴν οἰκουμένην· ὡς ὕδωρ πολὺ καλακαλύψαι θαλάσσας αἱρέσεων· μεταβαλεῖ τε τὰς τοιαύτας, πρὸς θαυμασίαν γλυκύτητα· οἱ διψῶντες ἐπὶ τὸ ὕδωρ μετὰ σπουδῆς πορευέσθωσαν· καὶ ὅσοι μὴ ἔχοντες ἀργύριον βίου καθαροῦ πωλήσαντες τὰς ἐμπαθείας αὐτῶν, ἐκ δ' Ἰωάννου ἀγοράσατωσαν πᾶσαν ἐν δόγμασι καὶ ἔργοις ἀκραιφνῆ καθαρότητα. Οὗτος ἐπλήρωτὴν τῶν προφητικὴν κιθάραν καὶ τὸ Δαβιδικὸν ἐκεῖνο ψαλτήριον, καὶ ᾄσει ᾄσματα καινὰ, ᾄσματα Κυρίῳ τῷ Θεῷ· ὑπερβαλεῖται τοὺς Μωσέως ᾠδοὺς τοῖς μελῳδήσασιν, καὶ τὸν χαραυλίαν Μαρίας· μοῦσος ἐλεγχθήσεται τὰ δ' Ὀρφέως ἀνόητα μελῳδήματα. τὸν πνευματικὸν καὶ οὐράνιον μελῳδίαν οὗτος ᾄσεται, τοὺς χερουβικοὺς ὕμνους οὗτος μιμήσεται, καὶ πάσας τὰς ἐκκλησίας, τὰς θυγατέρας Ἱερουσαλὴμ, αὐτὸς νεάνιδας τυμπανιστρίας ποιήσεται, ᾄδουσας ᾄσμα Θεῷ, τὸν νέκρωσιν Χριστοῦ ἀπαγγέλλον καὶ τὸν ἀνάστασιν. Οὗτος ὀρθοτομήσει τὰ τῆς πίστεως δόγματα, καὶ πολιτεύσεται πάσης αἱρέσεως διαστροφὴν καὶ λοξότητα, καὶ ἡ καρδία αὐτοῦ ἐρεύξεται λόγους ἀγαθούς, καὶ ἐρεῖ τὰ δ' βασιλέως ἔργα τὰ ὑπὲρ θαύμασα.

AUCT IO. PATR. IER. EX MS. *ultra prohiberet Ioannem*

E

33 Περὶ δὲ τοῦ θεοκαλεῖται τὸν Ἰωάννου ὁ μυηθεὶς τὰ ἀπόῤῥητα, καί φησιν. Ὦ τέκνον τῆς ὑπακοῆς τοῦ Χριστοῦ, ἀνοιξόν σου τὸ στόμα, ἵνα ἐλκύσεις τὸ πνεῦμα· μᾶλλον δὲ ὁ προείληφας ἐν τῇ καρδίᾳ σου, ἐξερεύγου διὰ τοῦ στόματος· τὸ στόμα τοῦ γὰρ λαλήσῃ θρίαμβον, ὅτι μελέτην ἔσχες ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς σωτείας πολλήν. Ἄνοιξόν σου τὸ στόμα οὐκ ἐν παραβολαῖς, ἀλλ' ἐν ἀληθείᾳ· οὐκ ἐν αἰνίγμασιν, ἀλλ' ἐν δόγμασι· λάλησον h εἰς ὦτα Ἱερουσαλὴμ τῆς ὁρώσης Θεὸν τῆς εὐρυχωρικῆς ἐκκλησίας αὐτοῦ, ᾗ λόγους εἶχε καὶ εἰς ἄερα ῥέοντας, ἀλλ' ὡς ἔγραφε τὸ πνεῦμα ἐν τῇ καρδίᾳ σου. Ἀνῆλθε εἰς τὸ ὄρος τὸ Σίναιον τῶν ὀπασιῶν Θεοῦ καὶ ἀποκαλύψεων. Κἂν ἐταπείνωσας ἑαυτὸν ἕως τοῦ ἀβύσσου τῆς πολλῆς ταπεινώσεως, νῦν ἄνελθε εἰς τὸ τῆς ἐκκλησίας ὄρος, καὶ κήρυξον εὐαγγελιζόμενος τῇ Ἱερουσαλήμ· Ἐν ἰσχύι ὕψωσον τὴν φωνήν· δεδοξασμένα γάρ μοι ἐλαλήθη περί σου παρὰ τοῦ θεομήτορος σύγγνωθί μοι δὲ καὶ ὅσα σοὶ γέγονε ἐμποδίον, ἐξ ἀγροικίας μου τοῦτο καλαπραπόμενος.

h

F

34 Ἐξ αὐτῆς οὖν ὁ Ἰωάννης τῶν θείων μελισμάτων ἀρχὴν ποιησάμενος, ἦσε τὰ μελίῤῥυτα ἄσματα, ᾄδει τὴν ἐκκλησίαν ἐφάδρυναν, καὶ τόπον σκηνῆς τοῦ Θεοῦ ἐποίησαν, ἔνθα ἦχος καθαρὸς τῶν ἑορταζόντων ἀκούεται. Οὐ ταῦτα μόνον· ἀλλὰ καὶ τοὺς εἰς σφαδρὰς πανηγύρεις λόγους ἐξέθετο· καὶ τὴν ἱερὰν βίβλον καὶ θεοχάρακτον πλάκα, ἵνα ὕστως εἴπω, διεχαράξατο, πᾶσι θρῆνος τε καὶ ἰδιώταις, ᾗ μετρίαν παράκλησιν καὶ θύραν εἰσαγωγῆς εἰς τὰ περὶ θεολογίας μυστήρια καὶ τῶν ἄλλων δογμάτων τῆς ἀληθοῦς πίστεως, καὶ τῶν ὄντων νοητῶν καὶ ἀϋλητῶν σωτηριωτέρας καὶ θεωρίας καὶ γνώσεως· τὴν ἐγὼ οὐρανὸν ἐκάλεσα, ὡς ἄστρασι τὰς ὀρθὰς ἀποδείξεσι καὶ φυσικαῖς τε καὶ γραφικαῖς καὶ λίαν ὑπερημονικαῖς διαλάμποντα. Ὁ γοῦν πρὸς τοῦτον οὐκ ἀποβλεπόμενος τὸν οὐρανὸν, καὶ τοῦ ἐν αὐτῷ κάλλους μὴ καλατρυφῶν, μηδὲ δι' αὐτοῦ φωτὸς ἀπολάυων, ἢ τυφλός ἐστι ἢ ἐσκότισαι. καὶ ἄθλιον εἰκοίμι τὸν μυωπάζοντα πρὸς τὴν λάμψιν αὐτοῦ τὴν εὔθεον. Ἔτι δὲ καὶ μακρὰς σωτῆρος λόγους ὁ Ἰωάννης καὶ αὖθις περὶ τῶν θείων καὶ σεπτῶν ἐνόνων περιρανῆς προσκυνήσεως· καὶ ὅσον τὸ ἐν αὐτῷ τῆς θείας εἰκόνος κάλλος τὸ ἐξ ἀρχῆς ἀνεμορφώσατο κάλλιον, τοσοῦτον καὶ

qui non illis tantum sed etiam scriptis libris Ecclesiam locupletat,

ipsum ad hoc animat:

AUCT. IO. PATR. IBR. EX MS.

τὰ περὶ τ῀ θ῀ Σεβασμίων εἰκόνων τιμ῀ς ἀνετάξατο ὑψηλόγερον κ῍ φαιδρόγερον.

35 Εἶχα γ῍ πρὸς τὰς τοιούτους πόνους ἀδελφικῶς ὑπαλείφοντα, ὃν ἐν πνεύματι θείῳ ἔσχηκεν ἀδελφὸν Κοσμᾶν τ῀ κόσμιον, τὸν κ῍ κοινωνήσαντα τούτῳ κ῍ λόγων κ῍ ἀναγωγ῀ς κ῍ ἀσκήσεως· ὃς δὴ κ῍ ὅτ῍ τοῖς ἐν ἅσμασι πνευματικοῖς πόνοις, τ῀ Ἰωάννῃ ἐμιμήσατο σωτ῀ρ῀, κ῍ ὑπ῍σε λιγυρὰς τ῍ ἐκκλησίᾳ τὰς ἁρμονίας ἐν κιθάρᾳ κ῍ φωνῇ ψαλμῷ, τὸ οἰκεῖον Σῶμα τύμπανον παρασησάμενο῍ τῷ Θεῷ διὰ τ῀ν τ῀ παθῶν νέκρωσιν, κ῍ ψαλτήριον ἄλλο δεκάχορδον καθασήσας ὅλον ἑαυτὸν, τ῀ν πενταπλ῀ν δ' Σώματο῍ ἄθλησιν κ῍ τὰς ἰσαρίθμους δυνάμεις τ῀ ψυχ῀ς σὺν τέχνῃ κ῍ Θεῷ συντεινάμενο῍. Ἀλλ' ὁ μὲν Κοσμᾶς Ἐπίσκοπο῍ τ῀ Μαϊουμᾶ ὑπὸ δ' τ῀ Ἱεροσολύμων Πατριαρχεύοντος ὀρθ῀ ἐκυσίως χειροτονεῖται, τ῍ βίᾳ γ῍ ὑπενδοὺς, κ῍ καλῶς ποιμάνας τὸ ποίμνιον κ῍ ὡς φίλον Θεῷ, εἶτα κ῍ τραφεὶς ἐν γήρᾳ καλῷ πρὸς τὰς πατέρας αὐτ῀ ἀπελήλυθε, μᾶλλον γ῍ πρὸς Θεὸν ἐξεδήμησε· τ῀ Ἰωάννῃ γ῍ ὁ τοὺς τ῀ Ἱεροσολύμων ἰδιώτας οἴκους θεοπνευσίας μέλασφλαμῷ῍ο῍, ἐν καθέδρᾳ Πρεσβυτέρων ἀνεῖναι τ῀ Κύριον τοῦτον χειροτονῆ.

36 Ὁ δὲ πρὸς τῷ δ' Θεοφόρῳ Σάβα λάυραν αὖθις ἐπανιὼν, κ῍ τῷ οἰκείαν ὡς εἰπεῖν νοσιὰν ὑπθσιὼν ὁ ὑψιπέτης ἀετὸς, οὐκ εἰς νοῦν ἔθετο τὸ δ' Σολομῶντο῍ ἐκεῖνο παράγγελμα, τὸ τὰς πρεσβυτέρας διπλ῀ς ἀξιῶσθαι τιμ῀ς· ἀλλ' οἷον μέλαν μεταμῷ῍ο῍ τὸ ῥητὸν, καθ' ἑαυτὸν ἔστρεφε, λέγων, τὸ τὰς Πρεσβυτέρας διπλ῀ς ὀπιμελεῖσθαι τ῀ ταπεινώσεως, τὸ τὰς πρεσβυτέρας διπλῶ ὀπποιεῖσθαι τῷ ἄσκησιν, ὑπὲρ τῷ πρὶν τὸ τὰς πρεσβυτέρας διπλ῀ς τὰς ἀγῶνας ἐνδείκνυσθαι, ἃ πρὸς τὰ πάθη δ' σώματο῍ μόνον, ἀλλὰ κ῍ πρὸς τὰ τ῀ ψυχ῀ς κ῍ τὰ κρύφια, ἃ διαλανθάνει τὰς ἀσκημόνας πολλάκις εἰ μὴ σφόδρα νήφουσι, κ῍ ὁ σὺν αὐτῷ μιαίνεται ἄνθρωπο῍ κ῍ οὐκ ἐπαισθάνοιτα, τὰ δὲ ὅτι δόλο῍, φθόνο῍, οἴησις, ἀλαζονεία λανθάνουσα, κενοδοξία ἐν ταπεινοδοξίας σχήματι, πολυπραγμοσύνη ἀλλότρι῍, ὑφ' ὧν πολλὰ τὰ ἐκ τ῀ γλώττ῀ς ἀνάγεται κακὰ, μέλεωρισμός, ῥεμβασμός, ὕπνολον ἦθο῍, τύφο῍ ὑποταφνώσει δ' σώματο῍, μεθ' ἡδυπαθείας ἐγκράτεια, ἀντιποίησις δ' οἰκείᾳ θελήματο῍, ἡ ἐν τοῖς ἠδαμινοῖς τ῀ χρημάτων προσπάθεια, ἡ παρὰ τὰς κειμήλιας ὄρυς ἀμφίασις, ἀφ' ἧς τὸ πρὸς τὰς ἀδελφὰς ἀνόμοιον, κ῍ τὸ λεληθὸς τ῀ ὑπερηφανίας δέλεαρ.

37 Ταῦτα ὁ Ἰωάννης ῥιζόθεν σπεύδων ἐκλίλαι τ῀ οἰκείας ψυχ῀ς, τοῖς πόνοις πόνους προσέθετο, κ῍ μᾶλλον ψυχικὸς κ῍ τ῀ νοῦ συσείας πανλαχόθεν τέλεον, ἃ πεπόνηκε πρότερον ὀπισυναγηοχὼς, ἐποιεῖτο τούτων ἐπίσκεψιν ὀπιοσμῶν, ὀπικαλιόων, ὀπιδιορθούμενο῍ πρὸς ἀκρίβειαν κ῍ λέξιν κ῍ νοῦ κ῍ ῥυθμόν· κ῍ σωθήκιον, κ῍ ὅπως τὸ κάλλο῍ ἀνθηρὸν ἄγαν κ῍ οἷον ἄμετρον, ὀπισεμνιόων διὰ τ῀ Σώφρονο῍, ἵνα γένοιντο αὐτῷ οἱ λόγοι μηδὲν ὀπιδεικλικὸν κ῍ φαῦλον ὀπισυρόμενοι. Ὅσις οὖν ὀπισημόνως αὐτῷ ἐγκύψει τοῖς τοιούτοις πονήμασιν, ὄψεται τ῀ θεωρημάτων τὸ ὕψο῍, κ῍ τὸ κάλλο῍ δ' λόγου μετὰ σεμνότητο῍. Τὸν γ῍ ὑπὲρ τ῀ εὐσεβείας ζ῀λον τοῦτον, τίς ἐκ τ῀ λόγων αὐτ῀ μὴ ἐκθειάσηται; τὸν δὲ τ῀ Σοφίας πλοῦτον πῶς τοῖς πᾶσι διένειμεν, ἀφ' ἧ῀ τὸ τ῀ γνώσεως ὁ εἰλήφει τάλαντον, οὐκ εἰς διπλοῦν ἐπολλαπλασίασεν, ἀλλ' εἰς δεκαπλάσιον; φείδομαι γὰρ ἐπαυξήσαι τ῀ ἀριθμὸν, ἵνα μὴ δόξαιμι τὰς εὐαγγελικὰς ὅρυς ὑπερβάλλεσθαι, ἃ γὰρ καλὸν ἁπλῶς τὰ ὑπερόρια φεύγεσθαι.

38 Ἐκεῖνο δὲ κ῍ εἰς τοῦτο πεπύκνευκεν ὁ ζ῀λο῍ ὁ ἔνθεο῍, ὡς ὑπὲρ τὰς θείας νόμους ἀγωνισάμενο῍, ἐκ Δαμασκοῦ μὲν τὸ πρότερον, ἐκ γ῍ Παλαιστίνης τὸ δεύτερον βάλλειν τὰς ἐν Κωνσταντίνου πολλ῀ τῶν σεπτῶν εἰκόνων καθαιρέτας κ῍ ὑβριστάς. Ἐνθὲν δὲ τὸ τ῀ μεγαλοπόλεως θρέμμα, ὁ τῷ Πρωτομάρτυρι ὁμωνυμῶν, κ῍ λίθοις ὡς ἐκεῖνο῍ ὑπὲρ Χριστοῦ, οὕτως ὑπὲρ τ῀ εἰκόνο῍ ἐκείνου [βαλλόμενο῍] εἰς οὐρανὺς ἀναδραμὼν, μέμνηται τ῀ δ' Ἰωάννου λόγων κ῍ τ῀ πόρρωθεν [γεγραμμένων] κατὰ τ῀ δυσσεβῶν, θῆον κ῍ θεοφόρον ἄνδρα καλῶν. Κἂν μὴ κεχρισμένο῍ ὦ Ἀρχιερωσύνης τῷ χρήματι, ἀλλ' οὖν ἀρνήσασθαι τὴν ἀλήθειαν, κ῍ μαρτυρίας ταυτὶ ὄφει τ῀ ἄνδρα τῷ κεφαλῷ ἐσεμνύνον· Διὰ γὰρ τ῀ εὐσεβείας ζ῀λον, ἡ συκοφαντία τῷ εὐσεβεῖ, ἐξ ἧς ἡ χάρις ἐκτομή.

39 Οὕτω βιὺς, κ῍ οὕτω τ῀ δρόμον τετελεκὼς τ῀ς ἀσκήσεως, κ῍ τῷ πίστιν τετηρηκὼς, μᾶλλον γ῍ κ῍ πλατυσμὸς λόγοις κ῍ καλλυσμὸς τοῖς δόγμασι, κ῍ εὐ δεδρομὼς δ' χρόνῳ οἷς πεπόνησε βεβαιῶν, σωέχων, σωλ῀ρῶν, πρὸς Χριστὸν ἀνέδραμε ὃν ἠγάπησε. Καὶ νῦν οὐκ ἐν εἰκόνι τοῦτον ὁρᾷ, οὐκ ἐν ἐκτυπώματι προσκυνεῖ, ἀλλ' αὐτὸν ὀπτάνετα καθὰ πρόσωπον, ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ βλέπων τῷ δόξαν τ῀ς μακαρίας Τριάδο῍, ἐπὶ τούτοις διπλοῦν ἀθλητῷ ἔδει, τ῀ ἀσκητῷ τὸν τ῀ ἐκκλησίας κοσμήτορα, τὸν τ῀ ἀληθείας σημάντορα, τ῀ ἀθλητικόν, τ῀ ἀσκητικόν, τ῀ δογματικόν, τ῀ σωτ῀ριστῷ τῶν ἀσωμάτων, τ῀ δογματιστῷ τῶν ἀμυήτων, λόγοις ἐγκωμιαστῶν τοῖς κατὰ δυνάμιν παρ' ἡμῶν· [ἵνα δόξης τὸ οἱονοῦν ἐκείνῳ περιποιησάμεθα] i, ἀλλ' ἵν' ἐκεῖνο῍ ἡμῶν ἐν οὐρανοῖς ἀντιμνημονεύσῃ. κ῍ τ῀ ἐκείνου δόξης ἐμπλησθῶμεν τ῀ οὐρανίου, ἔτι ἐνδημοῦντες τῇ γῇ, ἐκείνης λέγω τ῀ δόξης, ἣν Δαβὶδ ὀπομαρτυρεῖ τῇ δ' βασιλέως θυγατρὶ, κ῍ ψυχῇ βασιλικῇ ἐνιζάνεσθαι, πᾶσα λέγων, δόξα τ῀ς θυγατρὸς τοῦ βασιλέως ἔσωθεν.

40 Σύγγνωθί μοι τρισμάκαρ κ῍ ἱκέτης γένοιό μοι τὰ πρὸς Θεὸν θερμότατο῍ κ῍ ἀνένδοτο῍, ἐφ' οἷς τοῦτον καλὸν ἔρανον, ἄλλως πεποιηκότες ὡς εἶχεν ὁ ἄνθρωπο῍, ἀφελῶς αὐτὸς εὐρηκὼς κ῍ διαλέκτῳ Ἀῤῥάβων κ῍ γράμμασι κείμενον, ὁ ὁμωνυμῶν θι, ἐκ πόθου εἰς τοῦτο λόγου κ῍ ὀπιμελείας τ῀ς κατὰ δυνάμιν, διὰ Χῶν μελέβαλον ὀπισκέψεων, ἃ ἂν ὕτω δέῃ, κ῍ ὀπισκήψεων, κ῍ τ῀ Τριάδο῍ ποίησον κἀμὲ προσκυνητὸν ἄθλον, ὅλον τῷ σώματο῍ ἐξισάμενον, ὅλον ἔκδημον τ῀ς θεωρίας, ὅλον ἱερώμενον τῇ ὁλοκαυτώσει δ' θείου ἔρωτο῍, ἔτι ἐνδημοῦντα τῷ Σώματι, ἵνα μετὰ ἀπαθείας ἐκδημήσας τ῀ς Σαρκὸς, μετὰ παῤῥησίας σὺν Θι τῷ Θεῷ παραστήσωμαι. Αὐτῷ ἡ δόξα, εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

ANNOTATA.

a *Editio Basileensis hæc suggerit verba, deficientia in Ms.*

b *Ms.* σκοτομία, *forte* σκοτομανία.

c *Ms.* ἔξω μενόντων, extra manentium.

d *Ms* ἔνδραχι, *quod nescio an barbariori ævo usurpatum credam.*

e *Scriptum & impressum* ἔμπροσθεν, *contrario prorsus à mente auctoris sensu, quem secutus, mendum correxi.*

f *Pari modo utrobique legitur* ἀπαδὸν, *quod æque vitiosum esse existimo & nihil significare.*

g Θρόπωμα, *pro* Τέρπωμα, *hactenus non legi.*

h *Ita restituo sensum verborum nonnihil depravatum.* Λάλησον εἴσω τ῀ ὁράσης Ἱερουσαλὴμ Θεὸν.

i *Deerant hæc in Ms.*

socio Cosma in omnibus utens.

Hoc Episcopo facto ipse Presbyter ordinatur,

virtutibus acquirendis,

elimandis etiam scriptis suis

B

C

D

in quibus zelum religionis

laudavit Stephanus Iunior Martyr CP.

& tandem vita functus migrat in cælum,

E

F

& reversus ad lauram institit vitiis extirpandis,

unde eum sibi propitium habere auctor precatur.

ΜΝΗΜΗ ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΔΑΜΑΣΚΗΝΟΥ

ΜΗΝΙ ΝΟΕΜΒΡΙΩι κϚ

Ex Ms. Synaxario Basilii Imperatoris apud Cryptam Ferratam.

Οὗτος ὑπῆρχεν ἐπὶ τῆς βασιλείας Λέοντος τοῦ Ἰσαύρου καὶ Κωνσταντίνου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, ἐκ τῆς πόλεως Δαμασκοῦ, γένους περιφανοῦς καὶ εὐδόξου καὶ πιστοῦ· ἔτυχε δὲ φιλαρέτου πατρὸς, καὶ ἐπαιδεύθη πᾶσαν τὴν ἑλληνικὴν παίδευσιν, ἀλλὰ καὶ τὴν θείαν γραφήν· διὰ δὲ τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν τὸν πατρικὸν πλοῦτον καταλιπὼν, γέγονε μόναχος μετὰ καὶ Κοσμᾶ, οὗτινος πολὺς ὁ λόγος τῶν ἐν ταῖς ἁγίαις ἑορταῖς ποιημάτων καὶ μελῳδιῶν, καὶ μάλιστα ἐν τῇ μεγάλῃ ἑβδομάδι τοῦ ἁγίου πάσχα. Ὁ οὖν ἅγιος Ἰωάννης τῇ τῶν λόγων αὐτῶν δωρεᾷ καὶ ταῖς ἐκ τῶν γραφῶν ἀποδείξεσιν καλήσχυνε τὴν τῶν εἰκονομάχων αἵρεσιν· ὅθεν καὶ διαφόρως διωρισθεὶς παρὰ τῶν αἱρετικῶν βασιλέων, καὶ φυλακαῖς παραδοθεὶς ἐν καλῇ ὁμολογίᾳ ἐτελειώθη, ταφεὶς ὑπὸ τοῦ μαθητοῦ αὐτοῦ.

Ita Codex iste: Menæa vero, nulla facta exiliorum & carcerum mentione, post prolixiorem virtutis monasticæ & scriptorum ab eo & Cosma librorum ac poëmatum laudationem, ita concludunt encomium; ἐν γήρει σὺν πίονι καταλύει τὸν βίον, ζήσας ἔτη ἑκατὸν πρὸς τοῖς τέσσαρσι.

ΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ ΚΥΡΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ ΛΟΓΟΘΕΤΟΥ ΑΚΡΟΠΟΛΙΤΟΥ

ΛΟΓΟΣ ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΓΙΟΝ ΙΩΑΝΝΗΝ ΤΟΝ ΔΑΜΑΣΚΗΝΟΝ

ex Ms. Bibliothecæ Vaticanæ.

Sapientissimi Domni Constantini Logothetæ Acropolitæ sermo IN S. IOANNEM DAMASCENVM

Interprete Joanne Francisco de Rubeis *Iurisconsulto Romano.*

a ΔΕΣΠΟΤΑ ΕΥΛΟΓΗΣΟΝ. a

Benedic Domine.

Τῷ Ἰωάννῃ τὸν λόγον! τῷ ἐκ Δαμασκοῦ τὰ ἐγκώμια! Πῶς δὲ ἄρα μὴ εὐθὺς ἀποκνήσω, καὶ πρὶν ἢ πρὸς τὸν ἅλιον ἀποδύσασθαι διαδράσω; Τῷ τῆς Σοφίας ἀπλέτῳ βύθῳ, τῷ τῶν λόγων ἀχανεῖ πελάγει, τὸ τοῦ λόγου ἐπαφῆναι παρωρμήθην ἀκάτιον· καὶ πῶς ἄν οὐ μελὰ φρίκης τὸν πλοῦν εἰσίω; καὶ εἰσιὼν, πῶς οὐχὶ δειλίας παρ' αὐτὰ πληρωθεὶς, καὶ τὰ οἰάκων C ἔνθεν ὀλιγωρήσας, καὶ τῶν πρόσω μεθέμενος, καθάπερ πρὸς τὴν ἀναγωγὴν ἀναπέσοιμι; Οὐκ ἔφθην τὸ τῆς ὑποθέσεως Σωνοησάμενος μέγεθος· οὐδὲ ἔσην, ἵν' οὕτω φάω, ἀποσκοπεύσων, ὅπη με προάγει τὰ τῆς προθέσεως· καὶ οἱονεί με κυμάτων ἐμβολὴ περιεκύκησεν ἀλλεπάλληλος, καὶ ὡς ἐν ζάλῃ διαλεταράγμαι, καὶ τὰς φρένας Σκοτοδινία Συγκέχυμαι. Ἐξ οὗ ἀφετηρίας αὐτῆς, τὸ τοῦ λόγου μεμέγνωκα· μᾶλλον δὲ ἅμα τῷ ἀνελέσθαι πρὸς ἀπόπλουν ἄγκυραν, ἀπειρήκατε καὶ παντελῶς ἀπηγόρευκα, καὶ γέγονα ἐν ἀπόρῳ, ὅπως τε κυβερνήσαιμι καὶ κατὰ τί τῆς ψυχῆς διϊθύναιμι βάλημα. Τὸ μέγα δηλαδὴ τοῦθ' ὅρμημα καὶ ἐγχείρημα· Ἀλλὰ παρευθὺς ὡς ἂν ἐπὶ τῶν μεγίστων κλυδώνων πύρσος ἔφανε, καὶ αὐσία τις αὔγλη διῆξεν· ἥ καὶ περιαυγάσασά μοι τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα, τὸν νοῦν θάρσους τε ἐνέπλησε, καὶ τὴν διόλου κυβέρνησιν ὑπεσήμηνε, καί πως δὴ χρηστὴν ἐλπίδα δεξιᾶς ὑπέτεινε καθορμήσεως. Τίς δὲ ἡ αὔγλη καὶ ὁ πυρσός; Ἡ τοῦ Μακαρίου τοῦδε, τοῦ θείου καὶ κοσμολαμποῦς φωστῆρος, προσβολὴ καὶ ἐπίφαυσις. Ὡς γὰρ δὴ τῶν μνημονικῶν μοι ἐξανασχὼν τοῖς λογισικοῖς ἀνεπήρανεν, ὅση τε εὐθὺς αὐτῷ παρὰ τῷ Θεῷ παῤῥησία παρέστησε, καὶ τὴν ἐκεῖθεν

1 IOanni orationem! Damasceno encomia! Quo igitur pacto in ipso limine non torpebo, & priusquam ad certamen exuar non aufugiam? Ad immittendam in inexpletum sapientiæ profundum vastumque sermonum pelagus orationis naviculam impetum arripui; & quomodo non cum horrore navigationem aggrediar? ingressus vero, quomodo non subito repletus terrore, neglectis gubernaculis depositoque ulterius progrediendi conatu, non protinus ad regressionem convertar? Fateor equidem F quod non satis mature consideravi magnitudinem argumenti, neque ut sic dixerim substiti, speculando quo me propositum meum proveheret. Circumdedit me fluctuum inter se colliforum æstus, & tamquam in tempestate conturbatæ menti offusa est caligo; ideoque ab ipsis carceribus, ut proverbio dicitur, me subiit pœnitentia, seu potius in ipsa navis solutione anchoram tollendo fatiscens, penitus defeci atque ambiguus substiti, incertus quomodo gubernarem aut quo mentis dirigerem intentionem. Magnum est profecto, quod faciendum suscepi: verum, sicut in maximis quandoque tempestatibus, fax opportune elata apparuit, & faustus quidam splendor pertransiit, qui illuminato mentis oculo & mentem implevit fiducia, & universum gubernandi modum indicavit, ac bonam quodammodo spem felicis in portum appulsus ostendit. Qualis vero splendor? aut quæ fax? Beati hujus divinique & mundum illustrantis luminaris radius atque exortus. Hic enim statim atque confirmatâ memoriâ mentem ad ratiocinandum illuminavit, manifestavit etiam quanta apud Dominum valeat gratia; simulque ostendit quomodo per invia

Argumento difficili ser-vitus orationi.

confirmatur fiducia in Sancto lo-cata.

A.CONST. ACROPOL. possit mihi viam aperire Deo proximus ac veluti deificatus; Deo, inquam qui suam in arduis implicatisque negotiis libenter ostentat potentiam, & solo nutu patrat miracula, opinionem omnem excedentia.

2 Faustis ergo auspiciis solvo, & claris in altum provehor plaustris: confido etenim quod magnus hic vir, de quo sermonem instituo, quemque nunc mihi proposui in nobile orationis argumentum, subsistenti in se Verbo increatæque Dei Sapientiæ adstans, & cum beata ac per seipsam bona Trinitate conversans, cui dum viveret sincere servivit ejus quoad licuit imitator, non tantum tolerabit quod pro mea tenuitate offero, verum etiam adjuvabit & auxiliarem dexteram porriget, felicemque cursum præbebit sermoni, & mecum ut ita dicam suscipiet conatum effectui mancipandum. Age ergo, magna fax veritatis & luminare cognitionis Dei, appare, meamque orationem rege, & quo decet flecte. Hinc meus jam incipiendus est labor: Deo tamen prius invocato, ut me, gloriæ tuæ causa, supra spem omnem, edoceat sapientiam; aliisque frequentibus in te collatis honoribus adjiciat istud, quod ostendes in me adjuvando, miraculum. Equidem licet ante me alii nonnulli iis, qui divinam sicut tu conversationē excoluerunt, & supra humanæ vitæ normam elevati terrena deseruerunt adhuc in mundo viventes, tamquam Angeli cum luto compacti; licet, inquam, alii nonnulli haud præsumpsissent patriam istiusmodi hominibus aliam adscribere, aliam nuncupare civitatem, ipsosque aliunde natos profiteri; primus id de te auderem, & cælum patriam tuam esse assererem, contribulesque ac cives tuos divinas istic mentes præstantioresque naturas, materiâ & perturbationibus nostris superiores; atque hoc faciens forte attingerem scopum, certe non nisi veritati congrua prædicarem. Quoniam tamen prævenientes me alii, de aliis tibi in virtutis honore similibus ita sunt locuti; per diversam ego viam progrediar, scilicet per tritam vulgo expeditamque, quæ ad ejus qui commendatur genealogiam perducit, atque à majoribus ipsumque prægressis incipiens, in ejus, quem sibi proposuit, laudes descendit.

Deoque invocato

3 Ab Oriente exortus est hic Lucifer, divino effulgens lumine, unde etiam Salvator humanam indutus carnem, veluti sol mente perceptibilis temporaque excedens apparuit, exinde terminos mundi suis divinis sermonibus veluti radiis quibusdam illustrans, & abacta erroris caligine, luminosum cognitionis divinæ orbem explicans, ac viam in cælum tendentem manifestans nobis. Decebat enim, & plane decebat, ut cum divinum Verbum ab Orientalibus plagis apparuisset, ad viam salutis sese ducem præbens (quoniam rursus subverti debebat hominum genus mutabilitati obnoxium, ita ut magnis licet evectum profectibus à regio tamen rectoque tramite haud parum deflecteret) decebat, inquam, hunc erroris expertem Theologum, quasi divinum lumen indidem consurgere, nosque successive deducere per iter, infallibilis veritatis splendoribus illustratum, per rectam scilicet verorum dogmatum confessionem, qua ad eam perveniremus sortem, quæ supra cælos nos manet, atque ad sublimiores illas divinioresque mansiones, quas ante tempus, futuris sub tempore, universi Opifex præparavit, intendens ut ad easdem pertingeret lubrica & versatilis natura humana. Quomodo autem à recto tramite cito aberraverit, & ad perniciem festinaverit per intemperantiam, suo in loco mea explicabit narratio; seu potius, quando istuc pervenerit, deplorabit; nostramque ut par est lugens infirmitatem, gravem & assiduum contra nos sathanæ incursum lamentabitur:

B *statuit encomium ordiri à patria,*

qua fuit in Oriente

C

ἰσχὺ διεδήλωσε· καὶ ὅπως ἐν ἀπόροις δεῖναι πόρον D
ἱκανός ἐστιν, ἅτε ἔγγυς ὢν τοῦ Θεοῦ, καὶ θείῳ ὅλῳ γενόμενον, τῷ ἐν ἀμηχάνοις δεικνυμένῳ τὴν δυνασείαν
ἀεὶ, καὶ τεραλθργοιῶντι μόνῳ νεύματι τὰ παράδοξα.

Ἀπαίρω τὸ λοιπὸν, μετ' αἰσίων, ὅ φασι συμβόλων, καὶ
σοὶ λαμπροῖς ἀνάγομαι τοῖς κελεύμασι· πεποιθὰ
γὰρ, ὡς ὁ Μέγας οὗτος, περὶ οὗ τὸν λόγον πεποίημαι, καὶ ὃν νῦν ὑπόθεσιν λαμπρὰν τοῦ λόγου προβέ-
βλημαι, τῷ λόγῳ ἢ αὐτολόγῳ, τῇ Θρία Θεοῦ καὶ αὐτοσο-
φία, παρεσηκὼς τῇ μακαρία τε καὶ αὐταγάθῳ Τριάδι
συνὼν, ἣ καὶ περιὼν ἀκραφνῶς ἐλάτρευσε, καὶ ὡς ἐφι-
κτὸν ἐμιμήσατο· οὐχ ὅπως ἀνέξεται τὸ καθ' ἐμὲ εἰσ-
φέροντος δυνάμιν, ἀλλὰ καὶ ἐπαρήξει, καὶ χεῖρα βοηθείας
ὀρέξει, καὶ τῷ λόγῳ τὴν εὐδρομίαν παρέξεται, καὶ ὁλο-
σχερῶς ἵν' ὅτως εἴπω τὴν ἐγχειρήσεώς μοι Συναν-
λήψεται. Ἄγε δή, ὦ μέγα τῆς ἀληθείας φῶς ἧκες, καὶ πυρσὸν
θεογνωσίας, ἐπίφαινε, καὶ διίθυνέ μοι τὸν λόγον, καὶ
πρὸς τὸ δέον καλεύθυνε· ἔμοιγε δὴ σὺν ἐλεύθεν ἀρκτέον
ἤδη τοῦ ἐγχειρήματος, τὸν σὸν ὑπερκαλεσάμενον Θεὸν,
ὡς ἂν δὴ κἀμὲ, Χῆς εἵνεκα καὶ τοῦτο δόξης, παρὰ πρόσ-
δοκίαν πᾶσαν Θρίσθε, καὶ Συχνοῖς σε τιμήσας ἄλ-
λοις, καὶ τῷ ἐπ' ἐμοὶ, οὐχ ἧκισα διάρῃ τερατεργήματι.
Ἀλλ' εἰ μὴ προὔλαβόν τινες, τοῖς ὁμοίως θεῖ, τὴν καλὰ E
Θεὸν διαπρέψασι πολιτείαν, καὶ τὰ τῆς χθονίων ὑπεραρ-
θεῖσι ζωῆς ἔτι ὑπὲρ γῆς ὄσι, καὶ λιπεῖσι τὴν γῆν, καὶ
ἀγγέλοις μετὰ τοῦ πηλοῦ καλασᾶσιν αὐτόχρημα, ἑτέ-
ραν ὑπερημίσαι πατρίδα, ἄλλων τε φρατρίαν ἀνα-
γράψαι, καὶ ἁπλῶς ἄλλοθεν ἐκείνοις ἀνομολογῆσαι τὴν
γένεσιν· αὐτὸς ἂν ἐγὼ πρῶτος ἐπί σοι ταῦτ' ἐθάρρη-
σα, καὶ πατρίδα σὴν τὸν ὑράνιον ἀνείπον χῶρον, καὶ
φυλέτας ὄντως καὶ φράτορας τοὺς θείους νόας, τὰς ὑ-
περφυέρας φύσεις καὶ ἀνωλέρας τῆς ὕλης καὶ τῆς σὺν ἐλεύθεν
ὑψηλοτέρας παθῶν· καὶ τάχ' ἂν εὐσόχως ταῦτ' εἰπὼν
ἀπεθάρρησα καὶ ἐπεφήμισα τὰ καθήκοντα. Ἐπεὶ δὲ
φθάσαντες ἐπ' ἄλλοις ἄλλοι τὴν ἀρετὴν ὁμοτίμοις ταῦ-
τά πως εἰρηκότες τυγχάνουσιν· ἑτέραν ἔγωγε βαδιοῦ-
μαι, τὴν τελειμμύλιον ταύτην καὶ πρόχειρον, ἣ πρὸς τὴν
σὴν ἐγκωμιαζομένου γενεαλογίαν προάγει τὸν λόγον,
κἂν τῆς ἄνωθεν καὶ πρὸ αὐτῆς ἀρχομένην, εἰς αὐτόν τε τὸν
εἰς ἔπαινον προσκείμενον κάτοσιν.

Ἐξ ἑώας οὖν ὁ θεολαμπὴς φωσφόρος ἀνέτειλεν,
ὅθεν καὶ ὁ Σωτὴρ ἀνανθρωπήσας, ὁ νοητὸς καὶ ὑπέρχρονος
ἐπέφανεν ἥλιος, κἀκεῖθεν δὴ τὰ πέραλα τοῖς αὐτοῦ θεο- F
πνεύστοις λόγοις οἷά τισιν ἀκτῖσι καθηύγασε, καὶ τὸν
τῆς πλάνης ζόφον ἀπήλασε, θεογνωσίας τε τὸ φῶς ἐξε-
δίσκευσε, καὶ τὴν εἰς ὑρανὸς ἡμῖν ἀνάγουσαν ἐφανέρω-
σεν. Εἶδή γὰρ, καὶ καλῶς ἔδει, τὸ Θεοῦ λόγου ἐκ τῆς ἑώας
τοῖς ἀνθρώποις ἀναφανέντος μερῶν, καὶ πρὸς σωτηρίαν
καθοδηγήσαντος (ἐπειδή πως περιλαπτῶται καὶ αὖθις
ἔμελλε τὸ εὐμελάβολον τῆς ἀνθρώπων φῦλον, ὡς καὶ προκό-
ψαι τὰ μεγάλα, καὶ τῆς εὐθείας καὶ βασιλικῆς ἐξολισθῆσαι
μακρὰν) ἐκεῖθέν ποθεν καὶ τὸν ἀσφαλῆ τυτονὶ θεολόγον,
φωσηρά τινα θεσπέσιον ἀνασχεῖν, καὶ διαδέξαι τὴν
ἀπλανῆ τῆς τῆς ἀληθείας φιλαυγείας ἡμῖν. τὴν καλὰ
Θεὸν δηλαδὴ πορείαν, ἐπ' οὖν ὀρθῶ τῷ ἀληθινῶν
δογμάτων ὁμολογίαν, ἣ πρὸς τὴν ἄνω λῆξιν ἐπανά-
γῃ ἡμᾶς ἔχει, τὰς ὑρανίους καὶ θεοπέρας δῆτα μονὰς,
ἃς πρὸ τοῦ χρόνου τοῖς ὑπὸ χρόνον ὁ τῶν ὅλων δημιουρ-
γὸς κατεσκεύασεν, ἐφ' οἷς καὶ ἤμελλε προσκόψειν τὸ
εὐόλισθον τῶν ἀνθρώπων φῦλον καὶ εὐπερίτρεπτον.
Ὅπως τε τοῦ ὀρθοῦ παρεσφάλη καλὰ βραχύ, καὶ πρὸς
τὴν ἀπώλειαν ἀκρατῶς καὶ πάλιν ὑπήγετο, λόγος καλὰ
χαμαὶ διηγήσεται, ἢ μᾶλλον ἐκεῖσέ που γενόμενος ἀπο-
κλαύσεται, καὶ τὴν ἡμέτεραν ὡς εἰκὸς θρηνήσει ἀσθένειαν,
εὐχὴ ἥκιστα δ' ἂν καὶ τὴν βαρεῖαν καθ' ἡμῶν ἐπὶ τοῦ σατὰν
ἐπί-

A ἐπίθεσιν ἀποδύραιτο· νυνὶ δὴ καὶ αὖθις ἐπανιτέον, καὶ τὰ τῆς γενέσεως, τά τε πρὸ τῆς γενέσεως διηγητέον τοῦ
b Μάκαρος.

Ἀπὸ b Θαμασκοῦ, ὡς ἔφθην εἰπών, ὁ μέγας οὗτος ἀνεφάνη καὶ θρέμμα ὄντως ἀληθῶς ἄνθρωπος ἐκ τῶν ἐγγυτέρων παραδείσου καὶ τῆς θείας πλησιαιτέρων Ἐδέμ, τὸ θεῖον ἐβλάστησε τόδε φυτὸν ἐκ τῶν ἑῴων ἀνέσχε μερῶν, ὁ εὐγενὴς τῶν ἀφ' ἡλίου ἀνατολῶν, προδείκνυμι δὴ ἂν καὶ τῶν ἐκ δυσμῶν, καὶ βορρᾶ καὶ νότου καὶ μεσογείου πάσης· τίνα γὰρ τῇ καθ' ἀληθείαν εὐγενείᾳ οὐχ ὑπερήλασεν; Ὡς δ' ἂν καὶ ὅθεν παραδηλώσαιμι. Ἐκ τῆς περιωνύμου γέγονε Δαμασκοῦ, ἣν οὐκ οἶδ' ὅστις οὐκ ἐν ταῖς πρώταις τυγχάνειν ἠξίωσε πόλεων, καὶ ὧν τὰς τις ἰδὼν σὺν ἔστιν ὅπως οὐ πρὸ παντὸς ἂν ἄλλου ἀξιάκουστον ποιοῖτο διήγημα, κἂν τοῖς μὴ πεφθακόσι θεάσασθαι θαυμάσιον περιλάλημα. Τί γάρ τις τῆς πόλεως οὐ θαυμάσαι; Τὴν θέσιν; Καὶ ποία τοιαύτης ἔτυχε θέσεως; Ὧν ποταμοὶ κοσμοῦσι, καὶ λειμῶνες καθαραίζουσιν, ὄρη τε ἀσφαλίζουσι, καὶ πεδιάδες καλλωπίζουσιν· ἡ πλήθουσα θρεμμάτων, ὡς ἀφθόνως ἐκτρέφουσα, κἀνθένδε ἀνενδεῶς ἔχουσα, καὶ ἀγαθὴ κηγοτρόφος καθέστηκεν, ὁποίαν τε τὴν εἰρηνίαν αὐτὴν
c ὁ φάμβος c ἐγνωμάτευσεν. Ἀλλὰ καίπερ τοιαύτην
B οὖσαν αὐτὴν, καὶ τοσούτοις εὐθηνοῦσαν τοῖς ἀγαθοῖς, καὶ οὕτω μέχρι γε καὶ αὐτοῦ, ἐκ τοιούτων περιαδομήνου ἀπαναχῇ, δεῖ δέ τινος ἄλλου ζημιοῦσθαι παρακε-
d χωρήκει [ὁ δεῖ αὐτῆς] d γενόμενος· ἀλλ' ὡς ἂν τινα τῶν φαύλων τε καὶ ἀσήμων, τοὺς δὲ ἑτέρων γενομένους ὑπερβαλὼν καὶ περιώνυμος καλασὰς, δεῖ αὐτοῦ καὶ μόνου περιθρυλλεῖσθαι πεποίηκε. Τὴν γάρτοι κλῆσιν δεῖ αὐτῆς εἰληχὼς, τάχα γε ὡς δεῖ μέγεθόν τι χρῆμα φανείς, καὶ πρός τε εἰκείους πρός τ' ἀλλοτρίους ἀναδειχθεὶς ἀπαραμίλλος, κἀνθένδε δὲ γεγονὼς περιβόητος, οὐκ ἔστιν ὅπη τὸ καθ' αὐτὸν οὐχὶ καὶ ταύτῃ περιλαλεῖσθαι πρυγξένησεν, καὶ πρὸς τοῦτον οἷον ἀντονομάζεσθαι, ἢ κἀκ τούτου ἐπονομάζεσθαι. Ἅμα γάρ τις καὶ ἀκούσειεν, ὅτε ὁ οὗτος γέγονε, Δαμασκὸν τὸν πολὺν καὶ τὰ θεῖα καὶ τὰ ἀνθρώπινα, Ἰωάννου ὥσπερ Σωήκουσε· μιγισόν τε εὐθὺς δεῖ ἀμφοτέρων αἰσθόμενος φανιάζεται μεθ' ἑκπλήξεως, κἀνθεῦθεν ἀναπεμπάζων τῷ λογισμῷ οὐ μείριόν τοῦ θαύματος ἐμπίπλαται.

Ἀλλ' εἰς ἑαυτοὺς σὺν ἔτι γεγενημένοι μεθέλκονται, καίπως δὴ μὴ παριδεῖν ἀνισορήσαι τὰ καθ' αὐτοὺς ἐκβιάζονται· οὐδὲ γὰρ οὐχ οὕτω ταῦτα μικρὰ, ὡς παραδρομῆς ἀξιωθῆναι καὶ παραλείψεως, ἀλλὰ καὶ λίαν περιφανῆ τε καὶ ἀξιάγαστα, καὶ συγγραφῆς ἀκριβοῦς καὶ μνήμης ἀλληλοδιαδόχου
C δέομενα· τά τε γὰρ καλὰ κόσμον, καὶ οἷς ὑπεκεχώρασιν ἄνθρωποι, καὶ διάσημοι καὶ περίβλεπτοι, καὶ καλὰ θεὸν οὐχ ἧττον περιφανεῖς καὶ θαυμάσιοι. Ἄνωθεν γὰρ καὶ ἐκ προγόνων τοῖς εἰς Χριστὸν πίστιν οἱονεί τινα κλῆρον ἐκ διαδοχῆς ἔλκοντες, τῷ πρὸς αὐτοῦ ζήλῳ μακρῷ τοὺς πρὸ αὐτοῦ ὑπερήλασαν· καὶ γὰρ τοῖς μέχρις αὐτοῦ, καθάτις ἡ πίστις συγκρυπτομένη σπινθὴρ, πυρσὸς ἐν αὐτοῖς τε καὶ δεῖ αὐτοῦ ἀνήφθη, ἐμφανὴς καὶ διάδηλος. Ὡς γὰρ δὴ κρίμασιν ἀκαταλήπτοις Θεοῦ, τὰ ἑῷα μικρῷ πάντα τῆς τῶν Ῥωμαίων ἀρχῆς καὶ ἑδράμον τε καὶ ἐλεηίσαντο, καὶ τὰς ἐκδοσε πόλεις οἱ τῆς δούλης Ἄγαρ ἀπόγονοι παρεσήσαντο, καὶ ἡ ῥάβδος τοῦ ἁμαρτωλῶν καὶ δὲ κλῆρος τοῦ δικαίων ἀφεθεῖσα ἢ πάντως γε τῶν καλῶς ἐγνωκότων Θεὸν καὶ μόνῳ λατρευόντων αὐτῷ, τὰ πάντα σχεδὸν καθηλόησεν, ἢ μᾶλλον ὡσεὶ χοιρὸς ἀπελίκμησεν· ὑπὸ τοῖς ἀσεβέσι, φεῦ συμφορᾶς! καὶ ἡ καλὴ γέγονε Δαμασκός. Τῶν οὖν ἐν αὐτῇ πάντων, τοῦ μοὐ μικρὸν ἀντισχόντων, τοῦ δὲ ἐκ πρώτης τὴν εὐσέβειαν ἀπομισαμένων, σπίων δὲ καὶ τηρησάντων (πάνυ δὲ τούτων βραχέων) τὸ σέβας διὰ τέλους ἀμόλυντον, καὶ οἱ δὲ μεγάλου τούτου τοῦ εὐσεβείας δι-

nunc vero redeundum nobis in materiam est, & quæ A. CONST. Beati concernunt originem, quæque ipsam præce- ACROPOL. dunt, jam sunt enarranda.

4 Ab Oriente ergo, ut supra dixi, magnus hic vir & plane cælestis apparuit: in vicinioribus Paradiso plagis & voluptatis horto propinquioribus divina hæc planta germinavit: ex Auroræ cubili surrexit nobilis iste inter Orientis, addam etiam & Occidentis, Boreæque & Noti atque universi mediterranei incolas; ut qui neminem non antecessit vera ingenitaque nobilitate. Quomodo autem & unde, significabo. Natus est Damasci, celebri supra modum civitate, quam inter primas urbes numerari nescio quis non audiverit; quique ea visa non ante rem aliam omnem, dignam auditu velit de ea narrationem instituere, descriptionemque contexere. iis etiam, qui ipsam prius numquam viderint, admirabilē. Quid enim in hac urbe invenies, quod non suspicias? Situmne? Et qualis talem nacta est positionē? quā sic venustant flumina, prata ornant, montes muniunt, condecorant planities; quæ pecoribus referta atque ubertim ea alens & hinc affluentiam habens rerum, optima est nutrix juventutis: quam is, de quo loquimur, Pacem ipsam diserte nominavit. Sed quamvis ea talis esset, totque affluaret bonis, & propter ista sic etiam ab E illo laudaretur; nulla tamen re alia permisit deinceps gloriari ipsam natus in ea, qui alios, ex aliis natos locis, antecellens & supra modum celebris factus, effecit ut à se solo celebraretur, tamquam parvarum & obscurarum urbium aliàs una foret. Cognomentum enim ab ea sortitus Joannes, continuo egregium quid visus est; domesticisque ac peregrinis incomparabilis demonstratus, atque hinc longe lateque celeberrimus, effecit ut numquam laudari posset ipse, quin etiam ejus patria laudaretur, & quasi pro ipso nominaretur aut cognominaretur ex ipso. Ex illo sane tempore quo natus ibi Joannes est, simul ac nominari aliquis audit Damascum, divinis humanisque rebus insignem; etiam ipsius nomen audit, & utrimque grande quidpiam atque admirabile sibi repræsentans, suamque cogitationem supra se reflectens ratiocinando, stupore prorsus ineffabili completur.

urbs Damascus, & per se,

& per ipsum celeberrima.

5 Verum nos hinc ad se genitores trahunt, & ne res suas taciti prætereamus cogunt: non enim ita parvæ hæ sunt, ut transcursu atque omissione censeri possint dignæ; sed valdæ conspicuæ ac mirabiles accuratam scriptionem memoriamque ordinatam merentur: fortunæ siquidem bonis, & his quibus homines inhiant commodis præclare fulti, nihilo minus insignes fuerunt divinis animi dotibus. Jam pridem enim fidem in Christum, velut hereditatem quamdam à majoribus per manus traditam tenentes, longe anteiverunt decessores suos, quodam zeli impetu ulterius elati. Scilicet ad ipsorum usque ætatem fides, in hominibus parvæ adinstar scintillæ deliteſcens, in ipsis atque ex ipsis accensa est ad modum facis luculentæ. Cum enim occultis Dei judiciis omnes fere Orientis partes, Romano Imperio subditas, posteri ancillæ Agar suis excursionibus vastarent ac depopularentur, eas subjugaverunt civitates pleraſque; & virga peccatorum contra Justorum sortem immissa, eorum qui recte Deum noverant eique soli serviebant omnia diriperet, vel potius excuteret velut pulverem; pulchra quoque Damascus (heu calamitas!) sub impiorum illorum potestatem devenit. Ex omnibus itaque illius incolis, aliquibus nonnihil reluctantibus, quibusdam Dei cultum ab initio ejurantibus, nonnullis vero (qui valde pauci erant) impollutam usque ad finem ser- *genus ejus* vantibus religionem; majores magni hujus ma- *omne fidem* gistri atque præconis fidei intrepide constanterque *tenuit,*

qua capta à Saracenis, F

A. CONST. ACROPOL. pro eadem ſeſe oppoſuerunt, & tota vita ſua cuſtodiverunt illam, puri puram ſuis tradentes poſteris; quod eorum quoque deſcendentes ſucceſſive faciendo, erant veluti rivus mundiſſimi fluenti; & lutum impietatis permeantes profanationes barbaricas veluti limum tranſibant; virtutum ut ſic dixerim denſitate eos impermixtos tranſmittente.

una cum publica dignitate:

6 Hoc igitur pacto, veluti per ſucceſſionem, hujus beati viri parentes vita omnino religioſa & præſtanti virtute emicuerunt. Nec enim recipiendos putamus eos qui diverſa quædam de ipſis narrarunt, eo quod res eorum indiſcriminatim audiverint, ut exiſtimo, neque de exquirenda accuratius veritate auditorum ſoliciti fuerint. Sancti namque atque ex ſanctis prognati fuiſſe credi debent, qui in medio impiorum conſtituti fidem intemeratam ſervare potuerunt. Sanctiſſimo igitur ac diviniſſimo viro calumniam impingunt, & veluti ex ipſius odio illos, à quibus proceſſit, fugillant: quandoquidem vir beatus & majores habuerit ſanctos, & parentes quoad vixerunt ſectatores pietatis; idque cum publicas eſſent dignitates nacti, & multa apud Perſas potentia præditi, utpote cum Præfectis eorum dominantes & curam urbis partientes, univerſa ferme Da-
B maſco ſub patris Manſuris ditione conſtituta. Sub barbaris namque, ſicut jam dixi, geniti majores ſeſe aptaverant tempori; & licet à vera religione non recederent; appellationibus tamen nominum & amictuum ſpeciebus, barbari (ut ſic dixerim) & Perſæ fuerant facti.

ex quibus pater Manſur Perſice dictus,

7 Vocabatur itaque pater ejus Manſur, Perſico vocabulo, & in maximo apud Perſas honore poſitus circumfluebat divitiis, atque indutus gloria ambiebatur à frequenti comitatu. Indigentibus interim ſuppeditabat pecunias, ferebat injuriam patientibus opem & redimebat captivos, ab execrabili Perſarum ſuperſtitione ſimul & à gehenna, ipſos alioqui manente, vindicans in futurum. Non autem hoc faciebat perfunctorie, vel ſicut ſors tulerat, eorum peragebat negotium, ſatis habens redemiſſe eos atque de cetero neglectos dimittens: ſed maxima circa eos utebatur providentia, iterumque & iterum iis aſſiſtens, omnes inſimul ac ſeorſim ſingulos curabat. Imprimis namque eorum contegebat nuditatem, & imbecillitatem corporum diligenti competentis victus ratione fovebat: congruo deinde numero dierum ipſis velut dominis ſuis intendens, & quidquid ad eorum
C commodum pertineret ſtudioſe complens, poſtquam ab ærumnis ſuæ captivitatis exemptos ſufficienterque recreatos videbat ad priſtinam rediiſſe valetudinem, jubebat benevole, utrum mallent, edicere, manere cum ipſo vel redire ad propria. Quicumque igitur ad reditum in patriam propendebat, ſufficientia ſibi ſumebat viatica & inter felicis itineris vota dimittebatur: quibus vero nihil erat potius quam cum eo verſari in ſuburbanis agris quos poſſidebat plurimos, iis ſufficientem largeque abundantem ibidem ſubminiſtrabat victum, delicias eiſdem exhibens nullo ipſorum labore quæſitas. Talis erat vita genitorum Joannis, talis virtus eorum: ſic vacantes Deo ac puro ejus famulatui, annos ſuos cum omni honeſtate emetiebantur, ſemper illum habentes præ oculis, & ſua omnia ipſi conſecrantes, cui totum ferebant acceptum, & propter quem fortunas omnes promptiſſime communicabant poſcentibus.

excellunt mira incaptivos caritate

cujus mercedem à Deo accipiens filium,

8 Quid autem bonus remunerator Deus? Magna extremis reſervans temporibus, magnum quid largitus eis fuit. Erenim diuturna laborantes ſterilitate & ſobolem jam diu deſperantes, parentes effecit, & quidem maſculæ prolis pa-

δασκάλῳ καὶ κήρυκι προγόνοι, σεβάσμιοί τε ὑπὲρ τὴν D
εὐσεβείας ἀνέσησαν, καὶ διὰ βίου τῷ πίστιν ἐφύλαξαν,
καὶ καθαροὶ καθαρὰν τοῖς ἐξ αὐτῶν ἐνεπίστευσαν, καὶ οἱ
ἀπ' αὐτῶν ὡσαύτως καὶ μεθ' αὐτοὺς καλὰ διαδοχῷ
ποιούμενοι ἐτύγχαν, καὶ οἷον ὀχετὸς ἦσαν ῥεύματι
καθαρῷ διὰ βορβόρου τὰ ἀσεβῶν ῥέοντες, καὶ δι' ἰλύος
ὡς περὶ τὰ ἐν τοῖς βαρβάροις ἐναγισμάτων διήεσαν,
τῇ τῆς ἀρετῆς ὑτωσί πως ἀπλῇ πυκνότητι διηθούμενοι.

Οὕτω μὲν οὖν ἐκ διαδοχῆς οἱ τοῦ Ἁγίου γεννήτορες
εὐσεβεῖς καὶ τὸν καθ' ἀρετὴν βίον ἐπιφανεῖς. Μηδὲν δὴ
δεξώμεθά τινας, ἑτεροῖα περὶ αὐτῶν ἱστορήκοτας, ἀπε-
ρισκέπτως οἶμαι τὰ καθ' αὐτοὺς ἀκηκοότας, καὶ τὰ τῆς ἀ-
ληθείας καὶ τῶν ἁγίων προγόνων μὴ διηκριβωκότας.
(Ναὶ γὰρ ἀληθῶς ἅγιοι, μέσον ἀσεβῶν εἰλικρινῆ τῷ
πίστιν τηρήσαντες, τῶν ἁγίων τε φιλοσπόρων) ἔ ἁγιωτά-
του τοῦδε καὶ θειοτάτου καλαφευδομένους ἄνδρος, καὶ οἷον
ὑπὲρ αὐτοῦ τοὺς ἐξ ὧν προελήλυθε σκιτεύοντας· ἀλλ'
εὐσεβεῖς μέν, οἱ γεννάρχαι τῷ μάκαρι ὡς ἡ ἀληθὴς
ἀνέκαθεν ἱστορία παρέδωκεν· εὐσεβεῖς δὲ οἱ πατέρες,
καὶ ἀρετῆς διὰ πάσης ἀνειποιούμενοι βιοτῆς, καὶ ταῦτα
δημοσιῶν ἀρχῶν ἐπειλημμένοι, καὶ τὰ μεγάλα παρὰ
Πέρσαις δωρούμενοι, ἅτε καὶ παραδυναστεύοντες τῷ
ε Περσάρχῃ καὶ τὰς ὑπὲρ ἕ κακῆς φροντίδας συμμε- E
ριζόμενοι, πᾶσάν τε σχεδὸν εἶχε τὴν Δαμασκὸν ὁ c
πατὴρ Μανσὴρ ὑπ' αὐτόν. Ὑπὸ γὰρ τοῖς βαρβάροις, ὡς
ἔφθην εἰπών, γεγονότες οἱ πρόγονοι, καὶ χρόνος αὐτοῖς
συναμείψαντες, εἰ καὶ μὴ τῷ θρησκείαν μεταπεποίηκε-
σαν· ἀλλ' οὖν κἂν κλήσεσιν ὀνομάτων, κἂν ἀναβολῶν
σχήμασιν ἐβαρβάρισαν, ἵν' ὅτως εἴποιμι, καὶ ἐπέρσισαν.

Ἐκαλεῖτο γοῦν Μανσὴρ ὁ πατὴρ Περσικώτερον, καὶ
πλεῖσα παρὰ Πέρσαις ἐτιμᾶτο· πλούτῳ τε περιερρῄτο,
καὶ δόξαν ἐνεδιδύσκελο, καὶ ὑπὸ συχνῶν πάνυ περιεβέ-
βλητο, δεομένοις ἐπάρκων, ἀδικουμένοις βοηθῶν, αἰχμα-
λώτους ὠνούμενος, καὶ τὸ ἀναγὲς θρησκείας Περσῶν καὶ
σιωπὰ τὸ περιμυσὸς ἔνθα γεέννης ῥυόμενος. Οὐκ
ἄλλως ἢ ἐξωνεῖτο, καὶ ὡς ἔτυχεν ἐποιεῖτο τὰ καθ' αὐ-
τοὺς, ἀπαμελήτως ἔπειτα παριεὶς καὶ περὶ ἐλαχίσου
τιθέμενος· ἀλλὰ σπουδῇ πάνυγε πολλῇ τῇ προνοίᾳ
ἐσαῦθίς τε αὐτοῖς ἐφισάμενος· καὶ ἀθρόους ὁμοῦ
πάντας καὶ ἰδίᾳ καὶ καθ' ἕνα ἐπισκεπόμενος. Τὰ
πρῶτα καὶ γὰρ τῷ τὴν αἰχμαλωσίας ἐκείνης περιέσελλε
γύμνωσιν, καὶ τῷ τὴν διαίτης ἐπιμελῆ ἀνελάμβανεν, ἱκα-
νᾶς δὲ ἡμέρας οἱονεί τισι δεσπόταις προσανέχων
αὐτοῖς, καὶ πᾶν ὅπερ εἰς θεραπείαν σωλῆνον ἤδη διὰ F
σπουδῆς ποιούμενος ἐκπληροῦ, ἐπειδὰν ἤδη καὶ ἔβλε-
πε, τὴν ἐκ τῆς λεηλασίας τέλεον τληπαθίας ἀπαλλαγέν-
τας καὶ ἱκανῶς ἀναῤῥωσθέντας, πρός τε τῷ ἑαυτῷ
ἕκαστον ἐπανεληλυθότας ὑγίειαν, τό πρὸς ἔθλησιν ἐξαγο-
ρεύειν, δεξιᾶς ἀνέπειθεν ἐρωτήσεσιν. Ὅς οὖν ἤρξατο συ-
νέχειν σωλῶν· ὃς ἦν τῷ πρὸς τοὺς οἰκείους προθυμεῖτο
δήπουθεν εἰσελαύνειν, ἐφόδιά τε ἐλάμβανεν αὐτάρκως, καὶ
εὐχῆς εὐοδίαις συνεξεπέμπετο· ἔστι δὲ καὶ οἷς πρὸ παν-
τὸς ἄλλου τούτοις ἐρέξασιν ἐν προασείοις, ἐν ἀγροῖς
(πλεῖστοι γὰρ αὐτῷ προσόντες ἐτύγχανον) ἄνειον τῷ
δίαιταν ἐδίδου καὶ ἄφθονον, καὶ τρυφῷ ἐκεῖσε παρεῖχεν
ἄμοχθον καὶ ἀνήροτον. Τοιοῦτον τῶν γεγεννηκότων ὁ βίος,
τοιαύτη ἐκείνων ἡ ἀρετή· ὅτω τε τῷ Θεῷ λατρεύοντες
καθαρῶς τῷ ζωῷ καλῶς ἐξεμέτρησαν, Θεὸν ἀεὶ πρὸ
ὀφθαλμοῦ ἔχοντες, καὶ Θεῷ τὰ καθ' αὐτοὺς ἀναστρώμενοι,
καὶ τούτῳ πᾶν ἀνατιθέντες, καὶ δι' αὐτὸν προχείρως ἄγαν
τὰ πρόσοντα τοῖς βουλομένοις παρέχοντες.

Τί γοῦν ὁ ἀγαθὸς μισθαποδότης Θεός; Μεγάλα
ἐπ' ἐσχάτων ταμιεύων, μεγαλῳ κάτλαθα τούτους δε-
δώρηται. Καὶ γὰρ τέτοκε πατέρας, μακρὸς ἤδη χρόνος
τῷ ἀπαιδίᾳ δυσχεραίνοντας, καὶ τῷ τέκνωσιν τὸ
πανυ-

A πάντελὲς ἀπελπίσαντας· καὶ παλέρα ἄῤῥενός τε παιδὸς, καὶ αὐτόθεν εὐθὺς συγγενηθέντος (εἶπεν ἄν τις) ταῖς χάρισιν· οὐχ ὅτι γοῦν τῆς προτέρας ἐπὶ τῇ σειρᾷσει λύπης ἀφαιρεῖται, ἀλλὰ καὶ πλείστης ἥδη τὴν εὐθυμίας ἐμπίπλησι, τῇ τοῦ γεγεννημένου ἐκ αὐτῆς προόδου καλλονῇ τε καὶ ὡραιότητι, τὸ τοῦ ἤθους ἐς νέωτα κόσμιόν τε καὶ χαρίεν δῆλος αὐτοῖς προφοιβάζεσθαι. Ἐκ τοιούτων ὁ μέγας οὕτος γεγέννηται, ἐκ τοιαύτης ὁ θεῖος καρπὸς τῆς ῥίζης τετελεσφόρηται, ἐκ τοσούτων τὼ ἀρετὼ ὁ ταύτῃ ἀπαράμιλλος προελήλυθεν· ἐπειδὴ δὲ καὶ προελήλυθε, παρ' αὐτὰ τῷ βαπτίσματι καθαγνίζεται. Ὦ ζῆλος γονέων! ὦ πίστεως ἀκραιφνοῦς! ὦ διαπύρου φίλτρου πρὸς Κύριον! οὐκ ἔτρεσαν τὴν ἀσεβῆ δεσποτῶν, οὐ τοὺς ἐν τέλει καὶ σωφάρχους ἔπηξαν, οὐ δῆμου ἀλογίαν, οὐκ ἔθνους ἀπόνοιαν ἐδειλίασαν· οὐ δόξης ἐφρόντισαν, οὐ χρημάτων, οὐκ ὄλβου πολυειδοῦς, οὐδενὸς ἁπλῶς τῶν τοῖς πολλοῖς περὶ πολλοῦ τυγχανόντων τούτοις ἀμοσγέπως ἐμέλησεν· ἀλλὰ τῶν πάντων ἡ σέρησις ὡς οὐδὲν ὑπερεωρᾶτο, καὶ μόνου ὁ τοῦ Θεοῦ πόθου προετιμᾶτο καὶ λαμπρῶς προετίθετο. Οὐδὲν οὖν ὅπερ ὑπέθραξαν ἀναβολήν τινα καὶ ὑπέρθεσιν ἐμπεποίηκεν· ἀλλ' ἐκ αὐτῆς αὐτὸν ἡγίασαν τὴν γενέσεως ἀναφανδόν, οὐχ ὡς οἱ πρὸ
B αὐτῶν λάθρα τοῦτο διεργασάμενοι, ἔμοιγε δοκεῖν· καὶ ἄνωθεν εἰς τοῦτο καλεπεγόμενοι. Ὃν γὰρ προέγνωκεν ὁ Θεὸς, καὶ πρὸς τὸν τοῦ ἑαυτοῦ πόρρωθεν ἀφώρισεν ἐκκλησίας καλαρτισμὸν, οὐκ ἠνέσχετ' ἂν μὴ αὐτίκα τῷ προελθεῖν καθαγνισθῆναι, καὶ ἅμα τῷ ἀναπνεῦσαι ἀναγεννηθῆναί τε καὶ ἀναπλασθῆναι, τῷ κρείττω τε καὶ θειοτέραν ἀναγέννησιν καὶ ἀνάπλασιν.

Ἀλλ' ἐπειδὴ τῷ βρεφικῷ παραμείψας, ὡραῖον ὃν ἐτύγχανεν καὶ παιδεύσεως, οὐκ ἀπεῖδον οἱ Ⓒεμνοὶ γεννήτορες καὶ δεσπέσιοι εἰς παιδοτρίβας Ⓒωματικοὺς, ὡς ἂν ὁ πᾶς αὐτοῖς εὐφυῶς ἀσκήσειε τόξον μελαχειρίζεσθαι, καὶ καθάπαξ περὶ μάχας καὶ πολέμους εὐδοκιμῆν· ἀλλ' οὐδὲ τοὺς ἐπὶ τοῖς γυμνικοῖς γυμνάσουλας ἀγῶσιν ἐζήτησαν, ὡς ἂν δὴ πυγμῇ παιδοληβηθεὶς διαγωνίζεσθαι, κύφως τε θέειν τὸ δίαυλον, καὶ δισκεύειν εὐχερῶς, καὶ δολιχὸν ἅλλεσθαι, ἢ καὶ πάλῃ τοὺς εἰς χεῖρας ἰόντας δεξιῶς καλαβάλλειν καὶ νικηφόρον ἀνίσασθαι· ἀλλ' ἐζητεῖτο παιδευτὴς ἀξιόχρεως, ὃς ἂν εἰδείη ῥυθμίσασθαι ψυχὴν, κοσμῆσαι Ⓒῶμα, καὶ Θεῷ παρασῆσαι, καὶ ἁπλῶς ἀντί χθονίου καλασῆσαι ἄγγελικόν τινα καὶ ὑράνιον. Ἐζητεῖτο μὴν ἄξιος παιδευτὴς· ἀλλ' οὐμφοων οὐχ ἡυρίσκετο· τοῦ γὰρ καὶ παντελῶς ἄπορον ἐν βαρβάροις τὸ Ἕλληνα
C διηκριβωκότα λόγον εὑρεῖν, καὶ μέσον ἀσεβῶν ἀνδρὶ καλὰ Θεὸν ζῶντι περιλυχεῖν, καὶ ἱκανῶς γε πρὸς ἐπὶ τούτοις ἦθος ἀνθρώπου πρὸς τὸ κρεῖττον καὶ θειότερον ἀγαγεῖν. Ἦν οὖν ὁ πατὴρ ἐν ἀπορείᾳ (τούτῳ γὰρ μᾶλλον ἢ περὶ τῶνδε φροντὶς ἐνέκειτο) καὶ ὅτως πάντοθεν ἀνεζήτει, ἅτε ἐπὶ πάσης ἰσχύων τῆς ἀρχῆς μεγάλα Περσῶν, καὶ πανταχόθι ταύτης περιφοιτῶν, καὶ τοιοῦτον ἀνιχνεύων ὅθεν ἂν καὶ ἡρᾶσατο. Θεὸς ἦ ἄρα, ὁ διὰ πάντων ἐναντίων τὰ ἐναντία οἰκονομῶν καὶ λόγοις ἀπορρήτοις διεξάγων τὰ καθ' ἡμᾶς ἄνωθεν, καὶ τὰ περὶ τούτου Ⓒφῶς διετίθει, καὶ πόρρωθεν σωτήλα τὰ κατὰ πρόθεσιν, καὶ μάκρωθεν προσῆγε τὰ κατὰ βύλησιν, καὶ τρόποις διοικονόμει παραχωρήσεως ἐπευδοκῆσαι τούτῳ τὰ πρὸς ἔφεσιν· καὶ οἷ Ⓒ ὁ τρόπος, ἀκούσατε.

Οἱ τῆς δούλης Ἄγαρ ἀπόγονοι, καὶ τῷ ἐκ τῆς ἐλευθέρας Σάῤῥας οὐκ οἶδ' ὅπως [ἐπωνυμίαν] σφετερισάμενοι, δοῦλοί τε ὄντες ὡς ἐκ δούλης τυγχάνοντες καὶ τὰ τῶν δούλων φρονεῖν ἔχοντες, καὶ αἰεί πως περὶ τοὺς κυρίους δύσνοι περφυκότες καὶ πρὸς τοὺς δεσπότας κακοὶ, οὐκ ἀρκεῖον ἐνόμισαν τῆς ἡμετέρας τῶν Ῥωμαίων ἀρχῆς τῶν πρὸς ἕω τὰ πλεῖστα κατασχόντες, καὶ τὰ τοῦ δεσπο-

rentes, taliſque filii quem ſimul cum Gratiis natum quis dixerit, eo quod non ſolum illos à præteritæ infœcunditatis mœſtitia liberavit, verum etiam jucunditate quam maxima implevit, inſignem ab ipſius uteri egreſſu formam vultus atque elegantiam præferens, unde eis dabatur occaſio, augurandi bene de ea, qua adultior complendus eſſet, morum gratia ac venuſtate. Ita genitus, luſtralibus mox undis per-baptiſmum purgatur. O fides genitorum! ô ſincerus zelus! ô amor fervens erga Dominum! Non timuerunt impium Præſidem, non Magiſtratus aut eorum miniſtros formidarunt, non irrationabilem vulgi dementiam, non gentis vecordiam exhorruerunt: non gloriæ, non pecuniarum, non multiplicis in ſpeciem beatitudinis rationem habuerunt, nullum denique earum rerum reſpectum, quæ apud pleroſque in magno ſunt pretio: ſed bonorum omnium privatio contemnebatur, ut nihili damnum: & ſolum placendi Deo deſiderium cunctis rebus præferebatur. Nullam igitur conſiliis ſuis moram dilationemve interponentes, ſanctificaverunt puerum ſtatim ac natus fuit; non ſicuti alii ante ipſos chanculum id facientes, ſed propalam, idque ſuperno (ut mihi quidem videtur) inſtinctu moti. Quem enim Deus prænoverat atque à longo temporum intervallo ad ſuæ Eccleſiæ reparationem deſtinaverat, non toleraſſet non ſtatim ut prodiit ſanctificari, & ſimul atque ſpirare cœpit non regenerari præſtantiori quodam generationis modo.

9 Poſtquam infantilem prætergreſſus ætatem Joannes, inſtitutioni cœpit maturus videri; honeſti ejus admirandique parentes non reſpexerunt ad corporalium exercitationum magiſtros, quorum cura filius ſuus ſcite tractaret arcum & bellicæ gloriæ conquirendæ aptaretur, decertare inter pugiles diſcens, aut ſtadium levi pede percurrere, diſco ludere, ſaltare agiliter, conſerere manus, adverſarium ſupplantare atque proſternere: ſed quærebatur pædagogus idoneus, qui ſciret animum excolere, ornare corpus, & utrumque admovere Deo, atque ex terreno homine Angelicum quiddam & cæleſte formare. Magiſter quærebatur vere profuturus, ſed qualem inveniendi ſpes nulla apparebat: prorſus enim difficile erat reperire aliquem inter barbaros Græci peritum ſermonis, & in medio impiorum nanciſci virum, qui ſecundum Deum vivens ſufficeret homini ad meliora perducendo. Pater igitur (quem acrius hæc torquebat cura) hærebat ambiguus, & omnes Imperii Perſici, in quo poterat plurimum, partes luſtrans, indagabat num alicubi ejuſmodi hominem venari poſſet. Deus interim, qui ſæpe ex contrariis contraria procurat & res humanas rationibus occultis ab alto temperat, etiam negotium iſtud diſponebat ſapienter, atque jam pridem è longinquis mundi partibus accerſebat virum, juxta intentionem mentis ejus: arte enim quadam receſſus in ſpeciem contrarii uſus, providerat quo modo ei largiretur id quod tantopere deſiderabat: quiſnam autem fuerit hic modus, audite.

10 Poſteri ancillæ Agar, qui liberæ Saræ nomen ſibi neſcio quo jure uſurpaverunt, quique ſervi exiſtentes, tamquam ſervæ filii & ſervilia cogitare ſoliti, ſemper circa dominos pravæ mentis, & animi erga heros improbi apparuerunt; non ſatis habuerunt in Romano Imperio occupaſſe pleraque Orientis loca, & dominorum ſceptra vehementer imminuiſſe; ſed reliquis etiam partibus inhiantes, conſilium iniverunt inſulares atque

A. CONST. ACROPOL.

ſtatim cunctis publice baptizandum.

atque adoleſcenti magiſtrum quærens,

inter captivos trans mare advectos

A. CONST. ACROPOL. que maritimas urbes & regiones invadere. Claſſe igitur delati percurrebant littoreas civitates, & incolarum accolarumque multos vivos capiebant, quorum alios quidem perimebant gladio, quamplurimos vero ſubjiciendos pretio crudeliſſime diſtrahebant. Poſtquam autem (heu calamitatem!) malis tantis ex animi ſententia patratis, redierunt ad ſua, cum immenſa quam adduxerant turba; quia vendere omnes non poterant (nam plurimi cum eſſent, magno tamen pretio taxabantur) ſimul univerſos decreverunt jugulandos. Fortaſſis autem hoc conſilii ſumebant, quia eos magiſtro ſuo execrabiliſſimo Mahometh malebant ſacrificare; contra fas quidem naturæ acturi, aliquam tamen etiam in hoc rationem ſequentes: ſiquidem ille diaboli ab initio homicidæ diſcipulus imitatorque dum viveret, lætabatur cædibus permiſitque occidere, aut potius præcepto inter poſteros inviolabili demandavit; quemadmodum aliud quoque ſcelus omne incunctanter docuit perpetrare.

occidi deſtinatos

invenit Coſmam,

11 Igitur ad cædem & ſacrificium adducebantur myriades integræ, interque eos velut unus de vulgo æſtimabatur quidam, ad eadem cum ceteris ferenda damnatus, qui unus diei poterat pretioſus mundi theſaurus & dignum terrarum orbis ornamentum; ille, inquam qui ſecundum Deum ſe ornaverat Coſmas, vir & externa ſapientia inſignis, & ea quæ domeſtica eſt nobis incomparabilis: qui cum à mundo receſſiſſet, inter homines ex Dei conſilio viventes conſcriptus, non ſolum cum ipſis cito venit in vitæ morumque ſocietatem, eorumque virtutes perfecte æquavit; verum etiam longo ipſos præcelluit intervallo, propoſitus cunctis ut converſationis perfectioris idæa atque irreprehenſibilis regula. At non hoc uno fuit contentus, neque ſatis habuit tantum ſeipſum dirigere ac propriam vitam juxta Dei voluntatem componere; ſed vitæ communis homines circumiens, eoſdem curare & ad Deum ſtuduit promovere; ut ſi fieri poſſet abduceret eos ab indulgentiori & affectibus mancipata ac brutali converſatione, atque ad honeſtum & ornatum vivendi genus traduceret, quale revera hominem condecet. Denique ſuo egrediens monaſterio, & ab Italia (unde erat oriundus) recedens atque ulteriores regiones ex ordine pertranſiens, & per viam cunctos inſtruens ad ſaniorem vitæ formam; cum perveniſſet ubi piratæ facturi erant exſcenſionem, ex incomprehenſibili Dei judicio in eorum incidit manus, & captus fuit. Simul itaque abductus, nunc inter jugulandos aſſiſtebat: non tamen eum conturbabat mors præſens, eamque peregre ſubeundi neceſſitas, quæ ſolet imprimis formidanda videri: ſed una re ſolum valde triſtabatur & commovebatur, ac pœne ultra quam decebat ferebat moleſte (probitatis tamen potius quam ambitionis ſtudio ſeſe affligens) id ipſum autem in pectoris arcano fovebat, quia cui aperiret non habebat.

una dumtaxat re mœſtum,

12 Cum ergo concaptivi ejus per viam ſupplicii rapiebantur ad mortem, videre erat illos confertim ad pedes ejus provolvi, eoſque humectare lacrymis & ut ſaluti ſingulorum conſuleret pro ſe orare unumquemque. Quorum erga ipſum reverentiam precandique inſtantiam, indicem fiduciæ ac ſpei immobilis, quam in ipſo repoſitam habebant, conſiderantes barbari, & ceteroqui gravem ſpecie ac moribus venerabilem conſpicientes; cœperunt interrogare eum, quis eſſet, unde natus, quod ei ſtudium, quod nomen foret; & qua de cauſa (cum ipſe quoq; ſimilem aliis haberet originem ex hominibus) ita præter naturam agere videretur, monaſtica vita in perpetuum electa (ex amictu namq; agnoſcebant ejus profeſſionem) ut à ſecularibus rebus averſus, ſolam quę in Religioſorum

qui de ſua conditione interrogatus à barbaris

τῶν δ' μείζους Cκῆπτρα μειώσαντες ἀλλ' ἕδη καὶ καλὰ τῶν λοιπῶν μερῶν ἐμελέτησαν, τ' Cναλίων τε καὶ παραλίων καλεπωιχειρήσαι πόλεων καὶ χωρῶν ἐβυλεύσαντο. Νεναυσοληκότες οὖν κατέτρεχον τὰ παραλία, καὶ πολλοὺς μὲν ἐζώγρουν, συχνὰς δὲ ξίφους ἔργον ἐτίθουν, πλείστας δὲ καὶ ἀπημπόλουν τιμυλκουῦντες ἀσυμπαθέστατα. Ἐπεὶ δέ ποτε, βαβαὶ συμφορᾶς ἐκείνης! τὰ δεινὰ ταῦτα καλὰ θυμὸν ἐκλελέσαντες, καὶ νόσῳ μνησάμενοι, πλείστας ὅτι τὰς ξυλληφθέντας ἀγήγαγον, πάντας ἀποδόσθαι μὴ ἔχοντες, πολλῶν τε ὄντων καὶ πολλῷ τιμωμένων, σφαγῇ συλλήβδην παραδῶναι βεβούλευνται· τάχαγε τῷ σφετέρῳ αὐτῶν διδασκάλῳ, τῷ Cαγεσάτῳ Μωάμεθ, προσαγορευόμενα προελόμενοι θήματα· καὶ εἰκότως ἄρα, εἰ καὶ παρὰ τὸ εἰκὸς τ φύσεως ἐβυλεύσαντο· τῷ γὰρ ἀνθρωποκτόνῳ Cατᾶν μυσὴς ὢν ἐκεῖνος καὶ μιμητὴς, φόνοις τε περιὼν ἐγαννύσκετο, καὶ τ φονεύειν Cνδέδωκεν, ἢ μᾶλλον, ὥς τι τῶν ἀμεθατέτων Cνίσταλται, ὥσπερ δὴ καὶ πᾶν ἕτερον Cναγὲς ἀπαραβάτως δεδίδαχεν Cνελθεῖν.

Ἄπῆγον οὖν μυριοσὰς ὅλας, ἐφ' ᾧγε Cφαγιάσαι καὶ θυσίαν θεῖναι τῷ Catanᾷ· ἀλλὰ Cωτῶν ἐκείνοις, καὶ τῶν πολλῶν ἓς Cνενόμισο καὶ τὰ αὐτὰ Cυγκαλαδεδίκασο, κόσμῳ θησαυρὸς ἀξιόχρεως καὶ οἰκυμένης ἄξιον ἀληθῶς ἐγκαλλώπισμα, ἐκεῖνος ὅτος ὁ καλὰ Θεὸν ἑαυτὸν κοσμήσας Κοσμᾶς, ἀνὴρ τῶν ἐκτὸς Cφίαν πολὺς καὶ τῶν Cντὸς καὶ ἡμελέραν ἀξύμβλητος· ὃς ἀποκεχωρηκὼς κόσμῳ καὶ Cυγκαταλεγεὶς ἀνδράσι ζῶσι κατὰ Θεὸν Cν μετρίῳ πάνυ τῷ χρόνῳ, ὐχ ὅτι γε σφίσι σωνημιλήθη καὶ ἀκριβῶς τῶν ἀρετῶν ἐξισώθη, ἀλλὰ πολλῷ τινι τῷ μέτρῳ καὶ ὑπερβέβληκε, καὶ τύπος οἷον δ' καὶ' ἀρετῶν ἐγκατέσκηβίᾳ καὶ κανὼν ἀπαρέγκλητος. Ἀλλ' οὐκ ἠγάπησε τούτῳ, ὐδ' ἀρκεῖον Cνόμισε τὸ μόνον ἑαυτὸν ῥυθμίσαι καὶ ζῆν ἀπευθυνῶς κατὰ Θεὸν· ἀλλ' ἤδη καὶ τοὺς Cν βίῳ περινοσῶν ὑπισκέπτεσθαι ἤθελεν, ὡς ἂν εἰ οἷόν τε τ ἐμπαθεστέρας πάντας καὶ κτηνώδους ζωῆς ἀπαλλάζειε, καὶ πρὸς εὐπρέπειαν μεταγάγοι, τῶν ὡς ἀληθῶς ἀνθρώπῳ καθήκουσαν. Ἀμέλειτοι καὶ τ μονῆς ἀπάρας, καὶ τ τ' Ἰταλῶν ἐξορμήσας, ὅθεν ποθὲν καὶ γεγένητο, καὶ τὰ ἑφεξῆς ἅπαντα διιὼν, τάχα δὲ καὶ πρὸς τὸ κρεῖττον μεταγαγὼν, ὅπῃπερ οἱ πειρατὰ ἐπισφρῆσαι ἤμελλον (κριμάτων ἀκαταληψίας Θεοῦ) προλαβε γεγονὼς, καὶ ξωειλῆπαι. Σωαπήγετο γοῦν Cυσφαγιῶαι Cωεκλεγεὶς· ἀλλ' οὐκ ἐθάραπε τυλονὶ θάνατος, ὐχ ἡ ἐπαλλοδαπῆς, τό γε δὴ τοῖς πᾶσιν ἀπευκλαιόταλον, τελευτή· ἑνὶ δὲ καὶ μόνῳ πάνυ λίαν λελύπητο, καὶ δι' ἓν ἐπαθαίνετο, καὶ ὑπὲρ τὸ δέον (εἴ γε δέον εἰπεῖν) ἐδυσχέραινέ τε καὶ ἐχαλέπαινε (φιλαγάθως πάντως, ὐ φιλοτίμως) ἀλλ' εἶχεν Cν ἀποῤῥήτῳ, πρὸς ὃν οὐκ ἔχων εἰπεῖν.

Ὡς δὲ δὴ καὶ σωαπήγοντο τῷ ἐπὶ θανάτῳ οἱ συγκατάσχετοι, καὶ τοῖς ἐκείνῳ ποσὶν ἄλλος ἄλλον προσλαμβάνειν ἔσπευδον ὑπικυλινδύμενοι, καὶ ὑπὲρ τ ἑαυτῶν σωτηρίας δυσωποῦντες ἕκας συχνὰ τ ποδῶν κατέῤῥανον δάκρυα, ἰδόντες οἱ βάρβαροι τῷ πρὸς ἐκεῖνον πάντων ἐκείνων αὖδὼ, καὶ ἅμα τῷ διάπυρον αἴτησιν ἥ τις ἀδιάπτωτον ὥσπερ τῷ ἐλπίδα Cφῶν ὑπενέφαινε, σεμνὸν καὶ ἄλλως τὸ εἶδος ὁρῶντες, κἂν δ' ἤθους καταννοοῦντες σεβάσμιον· τίς τε εἴη προήχθησαν ἐρέσθαι, καὶ ὅθεν ἐσχήκοι τῷ γένεσιν, καὶ ὅτι γε τούτῳ τὸ ἐπιτήδευμα, κλῆσίν τε πρὸς τούτοις, καὶ ὑπὲρ τίνος (καὶ αὐτὸς τοῖς ἄλλοις ἐπίσης [ἔχων] τὸ ἐξ ἀνθρώπων γενέσθαι) ὅτως ἀπὸ ψυχῆς ποιούμενος φαίνεται, τ μονάδα βίον ἅπαξ ἑλόμενος (ἐκ γὰρ τ ἀναβολῆς σωιέντες εἶχον τῶν πολίτδαν) καὶ βιωτικὸν ἅπαν ἀποσραφεὶς, μόνης δὲ τ ἐκεῖθεν λήξεως ἐφιέμενος, καὶ καὶ γενέσθαι περὶ πλείστου πάνυ

A πάνυ τιθέμενος· ὁ δὲ γὰρ ὀδὴ ἐλάνθανε τὰς ἀλιτηρίους ἐκείνους, οἵα τῆ εὐσεβῶν ἡ πρόθεσις μοναζόντων, καὶ ὅτι γε σφίσι τὸ διὰ παντὸς σκοπούμενον καὶ ζητούμενον, ὑπὸ χεῖρά τε πολλὰς πολλάκις ζυλλαβόντας, καὶ τότε δὴ συχνοὺς πάνυ καλασχόντας, καὶ παιδιᾶς χάριν (τάχα δὲ καὶ τῆ ἡμετέρων εἰρωνείας) τὰ καθ' αὐτοὺς ἀνετάζοντας. Καὶ ὃς δὴ βαθὺ σενάξας καὶ μόχιον· Καὶ ἄλλως μοι ἐχρῆν ἀπαραμύθητα λυπεῖσθαι, τοὺς ὁμοεθνεῖς τούτους βλέποντι καὶ ὁμόφρονας βοσκημάτων δίκην ἀπαγομένους πρὸς τὸν σφαγέα· καὶ ὑμᾶς τῆ ἀπωλείᾳ σφῶν ἐπιχαίροντας, ἀνθρώπους ὄντας καὶ ἡμῖν ἐξίσης θεοῦ τυγχάνοντας πλάσματα· εἰ καὶ τὸν θρησκείαν ἀντιδιήρθρωσε, ὑποβολαῖς ὄντως ὁ ἀρχέκακος σατὰν, ὃς πάλαι μὲν ἡμᾶς ἀπατήσας, θεοῦ τε διέστησε, καὶ τῆ θείας τρυφῆς ἐξωσράκισε, καὶ εἰς τὴν κλαυθμῶνα τόνδε χῶρον κατῴκησεν· ὁ παύεται μὲν καὶ νῦν εἰσέτι, φύσει ἡ πονηρὰ καὶ χαιρέκακος, καὶ ἀλλήλων διασκεδῶν καὶ ἀπομάχων θεοῦ, ταῖς πολυπλόκοις αὐτοῦ μαγγανείαις καὶ τοῖς δεινοῖς ἄγαν σφίσμασιν. Ἀλλ' ἔστι μοι πρὸς τούτοις καὶ ἕτερον, λίαν ἀποκναίων καὶ ἀνιῶν ἀπαράκλητα· διὰ πάσης καὶ γὰρ παιδείας ἐλήλυθώς, καὶ σοφίας
B εἰς ἄκρον ἐληλακὼς, μέρος τε αὐτῆς μηδὲν λελοιπὼς ἀνεξέτασον, ἀδενί πως ἄχρι δὴ καὶ τῆ σήμερον τοῦ τοιούτου θησαυροῦ μεταδέδωκα, καὶ δέδοικα ἐπ' αἰσχάτων ὀμέλει τὸ παρὰ τοῦ ἐμπεπιστευκότος κατάκριμα.

Ἀκούει τὸν λόγον ὁ τοῦ Ἰωάννου πατὴρ· συμπαρωμάρτει καὶ γὰρ, ἐφῶ γε ἐκθέσθαι τὰς κατασχέτους πάνυ δεξιῶς Σωσθῶν, καὶ ὅτι συγχνὰς ὑφαιρούμενος. Ἔγνισά σου τοίνυν ἐκείνου γενόμενος· ῥῆμα καὶ σοὶ αἰδοῖ ἐπανήρετο· Ἀληθῶς ἄρα σὺ καὶ ὡς ἐφηνθά, τοσοῦτον ἐγκατακέκρυπται ἀγαθὸν, καὶ οὕτω χρῆμα τοῦ παντὸς ἄξιον ἀποκέκειται; Καὶ ὃς δακρύσας καὶ τῷ ψυχῷ αὐτοῦ ὠσπουδῶς, τὰ αὐτὰ καὶ αὖθις εἰρήκει· πλατύτερόν τε διεξήει τὰ τῆς παιδεύσεως, καὶ τὰ ἐξακριβωθέντα παραγεγυμνώκει λεπτότερον. Φησὶ γοῦν ὡς λόγους τε ἀριθμοῦ, καὶ ἀναλογίας ἁρμονιῶν καλῶς ἄγαν ἠκριβωκὼς, τοῦ ὀπτικοῦ καὶ σερρέων ὠρισμένους καὶ διαμέτρους καὶ σχήματα, καὶ αὐτῆς γε τῆς πολυθρυλλήτου τοῦ ἀστέρων Σωτάξεως τοῦ πολυύμνητου ὀπτικῶς Σωκελοχῶς, καὶ ὡς ἐν οὐρανῷ γεγονὼς καὶ τοῦ αἰθερίων Σωμάτων τοῦ κίνησιν ἀναμεμελετηκότος· τά τε τῆς ὑπερτέρας σοφίας μυηθεὶς ὄργια, καὶ (ὡς ἔπος εἰπεῖν) τὸ τιμιώτατον τοῦ ἐν ἀνθρώποις κτῆμα κτησάμενος, λόγους δεδαδὴς καὶ σοφίαν (χρῆμα· ᾧ οὗτος, οἷον οὔτε
C ἦκεν ἐνθάδε, οὔτε μὴν ἥξει τοῦ χρόνων ποτὲ, ὡς καὶ τοῦ πάλαι τις σοφῶν ἰσχυρίσατο) οὐδενὶ τυχὸν ὧτῳ τοῦτο μεμέδωκα. Καὶ ὃς· Ἀλλ' ἐγὼ σοὶ τοῦτ' ἤδη ἐκπλήσω τὸ καλαθύμιον, καὶ οὐκ ὄντως ἀπελθεῖν ἐάσω καταδεᾶ καὶ περίλυπον, τοῦτο μὲν, οἷς τοῦ ὑπὲρ τοῦ ἐμπεπισευμένου δίκην ὑποπτεύεις καὶ τοῦ εὐθυμοῦ ὀπτιλογίζη καὶ δέδιας, τοῦτο δὲ οἷς ἀνώνυμον οἴχεσθαι κινδυνεύεις καὶ λήθης ἐν ἀποκρυβλῶσαι βυθοῖς, μὴ παῖδας ἄτε καταλελοιπὼς τῷ βίῳ διὰ παιδεύσεως, πολλῷ τινι τοῦ ἐκ σαρκὸς πρὸς τοῦ ἐσαῦθις μνήμου κρείττονας πεφηνότας, καὶ μονιμωτέρους ὡς ἀκούσας ἔχω μακρῷ τοῦ ὄμματος. Εἰσὶ γάρ μοι παῖδες, παῖδες ὡραῖοι, παῖδες καλοὶ, παῖδες παιδευμάτων οἷον ἀπηριθμήσω καθαρὰ πάνυ δοχεῖα καὶ εὐρεῖα δήπου δεξαμένου, κενοὶ δὲ ἔτι, κἠτει τοῦ τοῦ τοιούτων μεταδώσοντος καὶ οἷον ἐκχετηγήσοντος, καὶ ἐσομένου· τούτους, γίνωσκε, τοῦ λοιποῦ παῖδας ἐγώ γε θήσω θεοῦ σοὶ δὲ ἄν τὸ ἐντεῦθεν εἴη ὅσοις τε καὶ οἵοις ἐρρήκεις ἀναγεννῆσαι παιδεύμασι.

Ταῦτ' εἰπὼν, σπουδῆ παρὰ τὸν Περσάρχου ἄπεισι, καὶ τὰ κατὰ τὸν Κοσμᾶν ἀπαγγελῶ, καὶ αἰτεῖται, καὶ ὅτου γε χάριν διασαφῶ. Ὡς δὲ δὴ καὶ εἶληφε τὸ ἐνδέσιμον,

clauſtris & quietem deſideraret, illic eſſe quam maximi faciens. Neque enim nefarios illos latebat monachorum inſtitutum, & quem ſcopum conſiderationibus ac meditationibus ſuis haberent propoſitum; ut qui eorum multos ſæpe fecerant captivos, & tunc eorum plures tenebant; curioſitatis gratia, forte etiam noſtra ridendi ſtudio, res illorum ſoliti explorare. Ille vero, profundo arcanoque ſuſpirio edito, Me quidem, inquit, oportebat inconſolabiliter triſtari, intuentem contribules hoſce & unamines meos, pecudum more ad lanienam protractos, vos autem eorum pernicie gaudentes, cum ſitis homines & æquali nobiſcum ſorte creaturæ Dei, quamquam religione diſſideatis à nobis, operâ auctoris malorum diaboli, qui jam pridem genus humanum decipiens ipſum ſejunxit à Deo, & à Paradiſi deliciis exterminavit, atque in hanc luctus regionem tranſtulit; non autem deſiſtit etiam nunc ejus peſſima indoles ac malis gaudens ab invicē nos disjungere fallacibus ſuis præſtigiis, & doloſis illuſionibus magis magiſque elongare à Deo. Verumtamen aliud quiddam eſt, multo dignum mœrore, quod me affligit inconſolabiliter, videlicet quod diſciplinarum omnium emenſus ſtadium & ſapientiæ faſtigium conſecutus, nullam ejus partem dimittendo quam non ſim perſeruratus; nemini ad hunc uſque diem de hoc theſauro communicavi; & ab eo, qui hæc mihi tradidit, meruo ſocordiæ ad extremum damnari.

A. CONST. ACROPOL.

faſſetur ſe dolere quod nulli dum communicaverit ſententiam ſuam.

E

13 Audiit hunc ſermonem pater Joannis: ſequebatur enim, dextere ſatagens, ut ex iis qui detinebantur differrentur multi, nec paucos exitio *eademque* ſubtrahens. Quam proxime itaque accedens ad eum, *patri Joannis* ſenſim & reverenter interrogavit, dicens; Verene, *faſſus,* ut dixiſti, tantum in te bonum occultatum eſt? Ille autem, effuſis ad hæc lacrymis eodemque animi ſenſu motus, eadem iterum affirmavit, & quæcumque noverat diſtinctiori enumeratione percurrens, ſingula diſtinctius diffuſiuſque explicabat. Dicebat ergo quomodo numerorum rationes & cohærentiarum proprietates pulchre calleret; & plani ac ſolidi perimetros ac diametros atque figuras edoctum ſeſe, etiam laudatiſſimam aſtrologicæ compoſitionis ſcientiam tenere, ac veluti conſtitutum in cælo dimenſum eſſe motus corporum æthereorum; ſapientiæ quoque ſublimioris ſacris initiatum ſe; quodque (ut uno dicam verbo) poſſideret aliquid inter humana pretioſiſſimum, bonum profecto quale numquam huc aut venit aut veniet, ſicut quidam è veteribus Sapientibus dixit. Et tamen in neminem incidi, inquit, quocum hæc poſſem communicare. Ad quæ ille: Scito quod ego implebo deſiderium animi tui, neque abire te ſinam tali laborantem egeſtate & confectum dolore; partim quia pro tibi creditis examen formidans, pœnam times, partim quia periculu eſt ne ignotus hinc exeas, & in oblivionis profundo occulteris, eo quod nullos poſt te relinquas filios, acquiſitos per magiſterium, qui longe præſtantiores ad futuram memoriam quam naturales eſſe videntur, &, ſicut audio, diutius vivunt quam geniti ſecundum carnem. Sunt enim mihi filii, forma præſtantes, filii maturi, filii capaces diſciplinarum quas enumeraſti, velut receptacula puriſſima & ampliſſimi alvei, ſed adhuc inanes, defectu talia largientis & quaſi per rivum infundentis. Hos ego tibi adoptandos tradam: tuum erit eas quas dixiſti diſciplinas ipſis tradendo eoſdem quodammodo regenerare.

F

14 Hæc cum dixiſſet, feſtinanter abit ad Perſarum Principem, quæ ſibi cum Coſma interceſſiſſent denuntians, eumque petit dari ſibi, & cujus

ab hoc dimittendis citur

A.CONST. ACROPOL. rei gratia id petat, manifeſtat. Ut vero aſſenſum ejus obtinuit (multa enim apud ipſum gratia & auctoritate valebat) non minori gaudio quam Coſmas perfuſus, domum eum perducit. Quomodo autem inter varia humanitatis officia ipſum exceperit, & quam jucunde complexus fuerit, longiori verborum circuitu prolixius explicare ſuperfluum puto. Ceterum cum ſuper omnes domeſticos eum conſtituiſſet, & ſicut alterum ſe coli à cunctis juſſiſſet tradens ei filios ſuos, ipſius quaſi filios efficit. Iſti erant, Joannes, ſplendidum noſtræ orationis argumentum; & ille qui ante ipſum, defectu prolis naturalis, fuerat adoptatus à Manſure, admirabilis, inquam, ſuoque ut nomine ſic & moribus Coſmas; de quo quid velut in tranſitu dixerim? quandoquidem ſi quis res ejus ſuſceperit ex propoſito recenſendas, vix eas prout dignum eſt exequeretur. Accepit ergo puerorum ſibi commiſſorum par divinus pædotriba, tamquam pullorum generoſorum domitor, exercendum ad univerſi orbis culturam & eccleſiaſticorum dogmatum ſementem. Ego autem de eximio Coſma in præſentiarum dicere omitto, differens eum & in aliud tempus rejiciens. Qui enim de uno pro dignitate dicere non valeo, qualiſnam exiſterem, in alterius actionibus ad placitum immoratus? cum ceteroquin proverbium audierim, Adverſum duos ne exuitor. Ea igitur quæ ad Coſmam ſpectant prætereo; ægro quidem animo ferens quod ſimul ambobus nequeam intendere, & res ab eis geſtas utraque (ut dicitur) manu complecti, unaque oratione enarrare prærogativas utriuſque, aut potius divina opera actaque egregia. Cum itaque ad id agendum ſim impotens, revertor ad Joannem; animo ad defectionem uſque laborans, atque anhelitum ægre ducens, & totus ſudore madidus; velut eorum aliquis qui longam emenſi viam, longiorem ante conſpectum habent.

Ioanniſque & ſodalis Coſma magiſter conſtituitur.

Ex his Ioannes

15 Poſtquam ergo Joannes dignum ſe præceptorem, Deo id procurante, nactus eſt; aquæ, ut dicitur, per declive fluenti apparuit ſimilis irrevocabili impetu & celeri comprehenſione diſciplinarum; aut ſicut ignis in ſtipula, aut ſi quid eſt aliud eorum, quæ progredientia celeriter, ad metam ſuam pertingunt celerrime, oculorumque aciem ferme prævertunt. Quin etiam ſuperavit ea quæ in exemplum velocitatis populari ſermone uſurpantur, & quæ hyperbolice adducuntur anteceſſit, omnes inſimul artes citiſſime emenſus, ipſaſque prævertens volucres, atque efficiens, ut collatæ ſecum, animalia quædam tardigrada aut humi repentia poſſent videri. Dixerim ergo quod quanta celeritate gloriatur ſpiritus, quantaque pollet agilitate, ut ab extremis ad extrema ſubito impetu tranſeat; & in cælum ipſum ab inferioribus hiſce partibus recurrens, interdum ſuper illud conſtituatur; tanta etiam Joannes, qui erat veluti purus ſpiritus, non obtenebratus corpore neque implicitus vinculis carnis, gloriari poterat curſus felicitate contentioneq; circa liberalium artium diſciplinam, nuſquam labens, nuſquam offendens, ſed omnia continuo impetu pertranſiens, & uſque ad profundum quarumcumque notitiarum mente pervadens. Non incongrue igitur, ſi hunc vidiſſet Plato, doctrinam eſſe reminiſcentiam definiviſſet, & fortaſſe meruiſſet probari, magis veroſimile quid loqui viſus, quam ſi propoſuiſſet quædam ignobilia parvaque exempla, puta ſilentem ac facilem olei curſum, & reliqua his ſimilia, infantulorum tenue ingenium valde exiliter exprimentia.

artes omnes celerrime complexus,

16 Univerſum namque orbem litterarium fere ſine temporis ſpatio abſolvit, & quaſi momentaneo, certe perquam brevi temporis impendio ad Græci

& Grammaticam addidus

πάνυ γὰρ ἡδὺ πολὺ παρ' αὐτῷ τὸ ἀδέσμευτον, οὐχ D
ἧττον αὐτὸς χαίρων ἢ χαίροντα ἐκεῖνον, οἷα δὲ ἀπάγει λαβών. Ὅπως μὲν οὖν ἐφιλοφρονήσατο, καὶ οἵοις τὸν πρώτιστον ἐδεξιώσατο, περιττὸν ἴσως μακρηγορεῖν. Πλὴν ἀλλ' ἐπὶ πᾶσι τοῖς αὐτοῦ κατασήσας, καὶ ἄλλον ἑαυτὸν ἅπασιν ἀναπολεταχὼς, τοὺς αὐτοῦ παῖδας ἐγχειρίζει, παῖδας αὐτὸς εἰσποιήσας αὐτῷ. Οὗτοι, Ἰωάννης, ἡ λαμπρὰ τῶν ἡμελέρων λόγων ὑπόθεσις, καὶ ὁ πρὸ αὐτοῦ τεθεὶς εἰς ὑὸν, γνησίᾳ σφρήσει γεννήματος, ὃ θαυμάσιός τε καὶ τρόπου Κοσμᾶς· περὶ οὗ τί περ ἂν καὶ φαίην, ὕστως ἐκ παρέργου εἰδὼς; ὡς εἰ καὶ προῦργού τίς τὰ καλὰ τοῦτον ποιήσαιτο, μόλις ἂν τῷ πρὸς ἀξίαν ἐφίκοιτο; Πλὴν ἀλλ' ἐγχειρίζεται τὸν ἱερὰν ξυνωρίδα ὁ θεῖος ἐκεῖνος παιδοτρίβης ἢ γυμνασής, ἥδιστα δ' ἂν φαίην καὶ ἱερὸς μοσχοδάμνης, ὅπως ἂν πρὸς τὸν τῆς οἰκουμένης δήπουθεν νέωσιν, καὶ τὸν τῶν θείων δογμάτων διασπορὰν ἐγγυμνάσειε. Περὶ μὲν δὴ τοῦ θείου λέγειν Κοσμᾶ τόγε νῦν εἶναι, ἀναβολὴν παραπέμπω καὶ ὑπερτίθεμαι· ὃς γὰρ περὶ τοῦ ἑνὸς πρὸς ἀξίαν λέγειν οὐκ ἔχω, πόθεν ἂν γενοίμην καὶ τοῖς τοῦ ἑτέρου φιλοχωρήσας; ἄλλως τε καὶ τὴν παροιμίας ἀκηκοὼς, πρὸς δύο μὴ ἀποδύεσθαι, τὰ καλὰ τοῦτον παρίημι· δυσχεράνων μὲν οἷς οὐκ ἐξισχύω ἅμα καὶ ἀμφοῖν ὀφθαλμεῖσθαι, καὶ τὰ κατ' αὐτὸν ἀμφιλαφῶς δραξάσθαι, καὶ ἐνὶ τούτῳ λόγῳ, τὰ ἑκατέρου διεξιέναι πλεονεκτήματα, ἢ μᾶλλον τὰ θεῖα τούτων ἔργα καὶ καλλιρρήματα. Οὐκ ἔχων δὲ ὅτι καὶ δράσαιμι, πρὸς τὰ δ' Ἰωάννου καὶ πάλιν ἐπάνειμι, ἀγωνιῶν τε καὶ πνευσιῶν, καὶ ὅλος τῷ ἱδρῶτι διάβροχος, ὡσάν τις τῶν διωδευκότων μακρὰν, καὶ μακροτέραν ἀφορώντων τὸν εἰς τὸ ἔμπροσθεν.

Ἀλλ' ἐπεὶ τοίνυν ὁ Ἰωάννης ἀξίου τοῦ παιδευτοῦ, ᾧ Θεοῦ καλῶς προνοησαμένου, τετύχηκεν· ὕδωρ ὃ φασι καταπτανοῦς τῷ τῆς φορᾶς ἀκαταστρέπτῳ διεδείχθη, ἢ πῦρ εἰς καλάμην τῷ τῶν μαθημάτων δραστικῷ τε καὶ περιληπτικῷ, ἢ εἴ τι ἂν εἴη ἄλλο τῶν ῥᾳδίως ἁπολυμένων ἢ προβαινόντων, καὶ σχεδὸν ὑπερεκπιπόντων τὸν αἴσθησιν· μᾶλλον δὲ καὶ τὰ τῆς παροιμίας νενίκηκε, καὶ ὑπερβαλλόντως τὰ καθ' ὑπερβολὴν λεγόμενα παρελήλυθεν, ἅπαντ' ὀμοῦ παρελθὼν τὰ ταχύτατα, παραδραμὼν καὶ πλησῶν αὐτῶν τὸν ὠκύτητα, καὶ χαμερπῆ τινα καὶ δυσκίνητα, φαίνεσθαι ἀφεὶς, Συγκρινόμενα· ἀλλ' ὃ δή μοι ἔπεισιν ἐπὶ τούτοις ἐρῶ. Ἐρῶ γοῦν ὡς ὅσον τὸν ταχύτητα ὁ νοῦς αὐτόθεν αὐχεῖ, μᾶλλον δὲ ὁπόσον τὸν ἀεικινησίαν πλουτεῖ, ὡς ἀπ' ἄκρων ἀθρόον εἰς ἄκρα διϊκνεῖσθαι, καὶ εἰς αὐτὸν ἐκ τῶν τῇδε καὶ κάτωθεν ἀνατρέχειν τὸν ὑραῳὸν, καὶ ὑπὲρ ἐκεῖνα δέ ποτε γίνεσθαι· τοσαύτην ὁ αὐτοχρῆμα νοῦς Ἰωάννης, ὥσπερ μὴ ὑπερσθενοῦντος σώματι μηδὲ σαρκὶ παραποδιζόμενος, περὶ τὰς τῶν μαθημάτων ἀναλήψεις εὐδρομίαν καὶ συλλογίαν, ἀπροσπταίστως, ἀπαραποδίστως, ἀθρόον ὁμοῦ διϊὼν σύμπασιν καὶ εἰς βάθος τῶν νοημάτων κατανοῶν ἕκαστον. Καί μοι δοκεῖν οὐκ ἀπεικότως ἂν εἰ τοῦτον Πλάτων τεθέατο, τὴν μάθησιν ἀνάμνησιν ἐδογμάτισε, καὶ ἴσως ἂν ἐδέχθη καὶ πιθανώτερος ἔδοξε· παρῆκε δ' ἂν ἐπὶ τούτῳ τὰ φαῦλα καὶ μικρὰ παραδείγματα, τὸ ἐλαφρὸ δηλαδὴ τὸ ἄψοφόν τε καὶ εὔδρομον, καὶ ἀλλάττα τούτοις παρόμοια, παιδαρίων μικροφυΐαν πάνυ μικροφυῶς περισάνοντα.

Τὸ τε καὶ γὰρ ἐγκύκλιον παίδευσιν ἅπασαν ἀχρόνως σχεδὸν ἠκριβώσατο· οὐ καιρῷ γὰρ καὶ μετρίῳ πάνυ τῷ χρόνῳ πρὸς ἐλλιωσμόν τε τὴν γλῶτταν ἐρρύθμισε, καὶ συχνὴν ἰσορίαν ἐνθένδε συνειληχὼς τὰς φρένας πεπίκνωτο, μύθων δὲ καὶ λόγων

A λόγυς πλασμάτων ἀναλεξάμθυ☉, φλυαρίας μθὺ ἑλλ-
λωικῆς κατεγνωϰέ, προσφυῶς δ᾽ ἐνλεῦθεν ἀλληγορᾷν
θαυμασίως ἄγαν ἐξήσκηται, ἔνθεν δὲ ϰ᾽ πρὸς ὑποδο-
χὼ εὐτρεπῆς μειζόνων γεγένηται, ὑψηλοτέρων λέγω
μαθημάτων ϰ᾽ καλαλήψεων. Τοίνυν ϰ᾽ διαιρέσει τοῦ
f τ̀ f πυριπνόυ κεφαλαίων ἐγγυμνασάμθυ☉, λόγων τε
ἰδέας ϰ᾽ μεθόδυς διασκεψάμθυ☉· ϰἀνλεῦθεν συχνὼ
εὐπορίαν ϰ᾽ ἄφθονον εὕρεσιν παροδικῶς συλλεξάμε-
νθ☉, ὥσπερ ἄν τις μεγαλέμπορθ☉ ἄλλοθί πυ τὸν
Cκοπὸν ἔχων ϰ᾽ τὸ μέγα ἐκεῖθεν ϰέρδθ☉ ἀπεκδεχό-
μθυ☉, μεταξύ πυ τ̀ πορείας τοῦ τινι μὴ εὐϰαλαφρο-
νήτων περιλυχὼν, βραχύ τι διατρίψας προσεπιϰερ-
δάναι μὴ ϰαλοϰνήσειεν. Ὡς᾽ ϰ᾽ οὗτ☉ ῥητορικὼ ϰ᾽
τὰς τ̀ ῥητορικῆς μεθόδυς ἀμηχέπως ἐμπορευσάμε-
νθ☉, τὸ τάχ☉ πρὸς φιλοσοφίαν ἀπέδραμε. Κ᾽ πρῶ-
τα μθὺ τὰ προτέλεια ταύτης τὼ λογιϰὼ πραγμα-
τείαν ἐξαϰριβῶται, σχήματά τε ϰ᾽ ἀναλύσεις Cυλλο-
γισμῶν Cϰέπεται, ϰ᾽ προτάσεων χορηγίαν Cυλλέγει,
ϰ᾽ ϰαθάπαξ τ̀ ἀποφαντιϰὸν λόγον ἐϰμελεήσας τὼ
ἀπόδειξιν ἐγχειρίζεται, ϰανόνα λόγων ϰ᾽ ϰαθμὼ ἀλη-
θείας, ἢ ϰ᾽ ἀνάγωγόν τινα πρὸς τὰ φυσιϰὰ ϰλίμαϰα·
ἅτα δὴ πρὸς θεωρίαν μεταβιβάζει, ὑψηλοτέραν ἄλλως
B ϰ᾽ χρείττονα, τὼ τ̀ ὑπὲρ φύσιν λέγω ϰ᾽ θειοτέρων ἐξέ-
τασιν. Τὼ δὲ δὴ σὼ ταύτῃ ϰ᾽ μεθ᾽ αὐτὼ, τὼ ἀδο-
λεσχίαν λέγω (ὕτω γάρ τις τ̀ πάλαι τὼ διαλεϰτιϰὼ
ϰαλωνόμασεν, ἢ φιλοσοφίαν τὼ πρώτως ὑποϰρίνεται
δεξιώτατα, τὼ ἁπάσαις τέχναις ϰ᾽ ϰτήσεσι πρεσ-
βεύυσαν, τὰς ἀρχάς τε παρέχυσαν, ϰ᾽ διασαφῦσαν
τὰ ἀξιώματα) τὼ ου᾽ ἐϰείνω, ἀνλιϰρυς εἰϰονίζυσαν·
(πρὸς γὰρ ἅπαν τὸ ζητύμθυν ἢ προβαλλόμθυν εὐχε-
ρῶς ϰ᾽ αὕτη τὺς λόγυς ἐπάγει, εὐλόγυς ἅμα ϰ᾽ ἁρ-
μόζοντας ϰεϰλημθύη πρὸς ἕϰασον) τίς ὑπὲρ ἐϰεῖνον ἢ
ϰαῖ᾽ ἐϰεῖνον ἠϰρίβωσε, ϰ᾽ ὕτωσὶ μεῖ᾽ ἀγχινοίας ἐχρή-
σατο; Οὐδεὶς ἂν εἰς λόγυς ἐλθὼν ἐϰείνω, μὴ παρ᾽ αὐ-
τὰ μεῖέγνω ϰ᾽ τ̀ προπετείας ἑαυτὸν ϰατεμέμψατο·
εὐχερέστερον ἄν τις τ̀ ἐν Κρήτῃ λαβύρινθον, ἢ τ̀ παρὰ
g Λαϰεδαιμονίοις g ϰρυάδαν ἐξέφυγεν, ἢ τὰς ἐϰείνυ τοῦ
λόγων ἄρϰυς διέδρασεν εἴ γε οἱ τοιύτυ πόλε ϰ᾽ ἐδέησεν.

Ἀλλ᾽ ἐπειδὴ περὶ φύσεως ἐξετάζειν ἤδη προήγελο,
ὑπὲρ τοῦ ἐϰ Σταγείρας ἐδείϰνυτο· ὐ γὰρ δὴ μόνον δε-
ξιός τις τ̀ φύσεως ϰατιγνώμων ἐφαίνετο, ἀλλὰ ϰ᾽ τοῦ
λόγων ἀϰριβῶς ἄριστ☉ ϰαθ᾽ ὕς ὕτω πως τελάϰαται
τὰ τ̀ φύσεως· ἔνθεν ϰ᾽ αὐτῷ τε Ἀριστοτέλυς ϰ᾽ τ̀ ὅσοι
C πρὸ ἐϰείνυ ϰ᾽ μεῖ᾽ ἐϰεῖνον περί τε φύσεως ϰ᾽ φυσιϰῶν
διεσϰέψαντο, ἀϰριβὴς ἄγαν ἀνεδείχθη διατητὴς, ϰἀπὶ
τὸ ἀληθὲς διορθῶτὴς ἀσφαλέστατ☉. Τὼ δὲ τ̀ ψυχῆς
ἀθανασίαν, οὐϰ ἀμφιβόλως ἐϰ ἀμφιβόλων τ̀ ἐϰείνυ
λόγων, ὑπείληφεν· ἀλλ᾽ ὐδ᾽ ἐϰ τ̀ τῷ Πλάτων☉ ὑψη-
γοριῶν, ἐῶ δ᾽ εἰπεῖν μυθολογιῶν, Cεσοφισμθύα τε ϰ᾽
πεπλανημθύα περὶ ψυχῆς δοξάσας, μεῖ᾽ σωματώ-
σεις τινὰς ἢ μεταμφιάσεις ταύτης τ̀ Cώολον παρε-
δέξατο· ἀλλ᾽ ἀληθῶς ϰ᾽ ἀναμφιῤῥήτως ἀθάνατον ϰτι-
γνύς, ἀθάναλα πρὸς τῷ δεδημιυργηϰότ☉ ἢ δοξαζή-
σεσθαι ἢ ϰολασθήσεσθαι, ὅπως ἄρα τῇ Cαρϰὶ Cυμβιώ-
σειε, ϰ᾽ ϰαλείληφε ϰ᾽ δεδίδαχε ϰ᾽ γινωθύλω εὐθὺς, ἐνί
τε ϰ᾽ ἅπαξ ἐπέπειστο Cωδεῖσθαι παχυλῷ Cώματι, ὃ
ϰ᾽ αὖθις ἀναλήψεται, πλὼ λεπτότερον ϰ᾽ θειότερον.
Ἀλλ᾽ ἐνλεῦθεν ὁδῷ πρειῶν, ϰ᾽ τοῖς ὑψηλοτέροις
προσβαίνει μαθήμασιν, ὡς θεωρεῖν λόγυς τε ϰ᾽ ἀνα-
λογίας, ἁρμονίας τε Cυζητεῖν, ϰ᾽ ἀνερευνᾷν σχήματα
ϰ᾽ ϰινήσεις ἀστέρων, ϰ᾽ Cωόδυς πλανήτων ἐξαϰρι-
βοῶν, Cχηματισμύς τε τύτων, ϰ᾽ διαφόρυς μετα-
σχηματισμύς (ἐφ᾽ οἷς δὴ ϰ᾽ ὡς ἀληθῶς τις ἀπόγει☉
ϰ᾽ ἄντιϰρυς ὑράνι☉ ἄνθρωπ☉ ἀναπέφανται) Εὐ-
ϰλείδας ὑπεραϰονίσας, Πτολεμαίυς ὑπερβαλὼν, τοὺς

sermonis usum conformavit linguam; multamque cognitionem hinc adeptus, eâ mentem instruxit: lectis vero fabulis figmentisque, Græcas quidem nugas damnavit, in allegorica tamen locutione apparuit vel exinde mirabiliter exercitatus, atque ad susceptionem majorum idoneus, ad sublimiorum dico disciplinarum speculationumque comprehensionem. In divisione itaque earum partium, quas ignem spirans facultas complectitur, perbene versatus, inspectis orationum idæis ac methodis, collegit ex iis obiter multiplicem inventionum copiam affluentiamque, velut mercator sedulus, qui ad alium tendens locum in quo magnum sperat lucrum facere, sicubi per viam quid offenderit neutiquam contemnendum, non recusat ejus causa tantillum ibi commorari. Ita ergo etiam Joannes, Rhetoricam Rhetoricæque methodos quoquomodo mercatus, continuo ad Philosophiam accurrit. Et primum quidem hujus primordia, rationalem scilicet facultatem exacte perdiscit, figuras resolutionesque syllogismorum explorat, propositionum affluentiam & promptum usum colligit; atque enuntiativę orationis naturam speculatus, demonstrationem aggreditur, velut ratiocinii regulam & perpendicularem normam veritatis, aut potius ut scalam quamdam introducentem ad naturalium rerum investigationem, quæque ad contemplationem evehit mentem, ad sublimiorem scilicet aliam præstantioremque supernaturalium rerum indaginem. Loquacitatem vero quæ cum ipsa & post ipsam discitur (ita namque veterum non nemo Dialecticam nominavit, quæ primam Philosophiæ partem mire excolit & omnium artium est ministra, earumque tradit ac declarat principia & axiomata: ad omne siquidem quod perquiratur aut accidat opportunas etiam ipsa vias aperit) Dialecticam, dico, facultatem ecquis diligentius quam ille, aut sicut ille perdidicit? quis tanta perspicacitate ingenii in ea versatus est? Nullus sane cum eo disceptavit, quin è vestigio cœpti pœnitens ipsum se condemnarit temeritatis. Expeditius enim aliquis Cretæ Labyrinthum, aut Cæadam Lacedemoniorum effugisset, quam elenchorum ipsius evasisset retia, si semel iis esset irretitus.

17 Ast quando ad investiganda naturalium rerum arcana processit, Stagiritæ discipulis superior apparuit: non enim solum videbatur naturæ peritus arbiter, verum optimus explorator rationum, juxta quas naturæ rerum fuerunt ordinatæ. Quare ipsius Aristotelis, & omnium quotquot ante & post illum de natura deque naturalibus rebus disseruerunt examinator sedulus, aut etiam explanator tutissimus habitus est. Animæ vero immortalitatem non ambiguè ex ambiguis illius argumentis credidit; neque ex altiloquis, ut non dicam fabulosis commentis Platonis, erronea quædam circa illam sophisinata fuit amplexus, per incorporationes quasdam & transformationes totam de anima doctrinam suscipiens: sed vere atque indubitanter intelligens ipsam esse immortalem, à Conditore Deo etiam in æternum aut glorificatum aut punitum iri, juxta vitam in corpore actam, & cognovit & docuit; persuasumque habuit, statim atque creata foret, semel eam colligari uni materiali corpori, quod rursus esset assumptura subtilius diviniusque. Hinc vero progrediens ad sublimiores disciplinas, accessit ad speculandas astrorum rationes proportionesque, eorumque inter se congruentias conquirendas & investigandas figuras: propter quorum notitiam terrigena quispiam possit, velut ex opposito, dici homo cælestis. Properavit etiam ad Planetarum progressus figurationesque eorum & transfigurationes varias indagandas, Euclidas in hoc genere antecellens, Ptolomæos exuperans, & qui illis antiquiores fuere Chaldæos,

A. CONST. ACROPOL.

atque Rhetoricam.

studuit Logicæ

E

ac Dialecticæ,

F

Physicæ,

Astronomiæ,

A. CONST. ACROPOL.

quaſi pueros ſemiperfectos ſcientiâ fuiſſe demonſtrans.

& Ethica.

18 Verum illud parum abfuit quin me præteriret. Cum in veterum commentarios de morali philoſophia incidiſſet, quos Stagirita & Chæroneenſis ac gravitate morum apud Græcos commendatiſſimus Plato compoſuit; non ſemetipſum omnibus incircumſpecte tradidit, quæ ab iis memoriæ fuerunt tradita; ſed inter ea optime diſcernens, quæ bona judicabat imprimebat cordis tabulis, quæ vero ad licentiam vivendi gentilem & cupiditatum illecebras putavit pertinere omnino reſpuit. Sic communionem uxorum, à Platone adinventam, & à Cratete inſtitutam communis vitæ ſocietatem, caninam reputans atque ex animo deteſtans, ſectatores ipſorum in malam crucem amandabat: Ariſtotelis vero de conjugio opinionem non improbans, ſed excelſius ea aliquid ſapiens, ſublimioraque & diviniora cogitans, incontaminatam longeque præſtantiorem conjugali vitam prælegit. Ut enim provectioris evaſit ætatis, compellebatur quidem à genitoribus ipſis ad nuptias; atque ab aliis, & his quidem multis poſtiſque in dignitate, eodem pertrahebatur: ſed veluti impaſſibilis quædam natura, à terrenis rebus omnino averſus, ad eas inflecti recuſabat obſtinate: utpote alibi ſuum habens ſcopum, eoque ſtudium ſuum transferre cogitans, quo magnus Paulus ſuum intendit propoſitum, unuſque & alter Joannes, is ſcilicet qui in utero matris ante nativitatem exilivit, & quem necdum viderat Dominum adoravit; & ille qui ſupra ejuſdem Domini pectus recubuit, hauriens inde Theologiæ fontem.

Cœlibem vitam conjugali præferens

B

in patrùm officium ſuccedit.

19 Deinceps autem taliter concinnavit ſeipſum animique potentias ita adornavit ac mentis imperio ſubordinavit, ut in eo reipſa apparerent divina quædam harmonia & decor morum Angelicus, gravitaſque: quapropter non ſolum erat carus atque amabilis genitoribus, ſed & aliis omnibus ipſiſque heterodoxis multum venerabilis. Poſtquam vero pater ex hac vita egreſſus tranſiit ad aliam, ſuffectus ſtatim filius paternam aſſumpſit dignitatem, atque inter proceres fuit adſcriptus. Invitus tamen. A pueris enim & ab initio cogitaverat ſemetipſum Deo conſecrare eique ſoli vivere; Samuelis exemplum non ſolum ſequens, ſed etiam in hoc fortaſſe ſuperans; eo quod ex ſeipſo hoc elegit, non autem à parentibus, ſicut ipſe, promiſſus Deo & exhibitus fuit. Verumtamen ſuppoſuit humeros curæ civilium rerum, qui ſpiritualibus adhærebat ex animo. Sed ô! quam dextrè quam

C

prudenter & conſulte creditum ſibi munus adminiſtrabat! Diffundebatur ergo per omnium ora admiratio ejus, ſed præcipue ab ipſo Urbis Præfecto honorabatur, poſt quem erat immediate primus ac velut collega dignitatis. Atque hinc ordimur majora dicere, exantlatos nempe in cauſa Dei labores quæque pro veritate ſuſtinuit certamina admiratione quam maximâ digna.

Eccleſia pacem habente,

20 Sed quando huc devenit oratio; agedum noſtras lamentemur calamitates, & humanam lugentes imbecillitatem, faciamus ſpectabile inveteratum adverſus nos odium auctoris malorum; atque de iis quæ ab ipſo paſſi ſumus & patimur, ut par eſt, conqueramur. Bene eatenus habebant ſe noſtra, & res Chriſtiana florebat, prævalente ubique orthodoxa fide, omniaque univerſim optimo erant in ſtatu; adeo ut cæleſtis quædam, ut ſic dixerim, regio videretur eſſe orbis terrarum, quia rebus noſtris præſens aderat Deus, ſeque adverſus contraria nobis præbebat curatorem. Verùm malignis ac faſcinantibus oculis aſpexit nos, qui jam pridem nobis invidit ſathan, atque (ut gentiles loquuntur) gravi Saturnalique aſpectu nos intuitus eſt. Modum igitur acer ille atque

πρὸ τούτων χαλδαίους παῖδας ὥσπερ ἀποφλοίας καὶ τῷ ὄντι ἡμιτελεῖς. D

Ἀλλ' ὀλίγῳ με παρέδραμε. Τοῖς γὰρ ἠθικοῖς ἐντυχὼν τοῦ παλαιτέρων συντάγμασιν, ὅσα ὁ ἐκ Σταγείρας, ὁπόσα ὁ ἐκ h Χαιρωνείας, καί γε ὁ Σεμνότητι παρ' ἕλλησι διαβόητος Πλάτων Σωκράτει, οὐκ ἀπειροσκέπτως τοῖς δεδομένοις ἑαυτὸν ἐμπαρέσχεθ· ἀλλ' ἅμα πάντων, ἃ μὲν ἐνέκρινε τῇς καρδίας πλαξὶν ἐνεχάραξεν, ἃ δ' ἑλληνικῆς διέκρινεν ἐμπαθείας ἢ προσπαθείας, ἀρίσως ἀποκρίνας, ἐκδύμως ἀπέσερξεν· ἀμέλειτοι καὶ τὸν Πλάτωνος κοινογαμίαν, εἰ δὲ βούλει τὸν i Κράτητος ὡς κυνώδη βιωτὸν ἐπελογισάμην καὶ ψυχῆς αὐτῆς βδελυξάμην, αὐτοῖς ἐπῄνεσιν, k ἐς Κυνόσαργες, τότε ἐκείνων ἀπῄειν ἀπεπέμψαντο· τόν τε Ἀριστοτέλη τὸν γάμον μὴ κακίσας, ἀλλ' ὑπερφρονήσας, ὑπέρτερά τε φρονήσας καὶ σεμνότερα, τὸ ἄσπιλον αἱρεῖται βίον καὶ χρείττονα. Ἐπειδὴ γὰρ καὶ γέγονε κρείττονος τῆς ἡλικίας, καὶ πρὸς γάμους πρός τε τῶν γεγεννηκότων αὐτῶν ἐβιάζετο, καὶ πρὸς τ' ἄλλων ξυνῶν οὐ τέλει δῆτα καὶ μεγάλων ἐφείλκετο, καθάπερ τις ἀπαθὴς φύσις καὶ πάντα πρὸς τὰ τῇδε ἀπόσροφος, ἀκλινὴς ἄγαν ὢν καὶ ἀνένδοτος, ἄλλοθί πως τὸ σκοπὸν ἔχων καὶ ἀλλαχοῦ μεταθεῖναι διανοούμενος τὸ πολίτευμα· ὅπερ καὶ Παῦλος ὁ μέγας εἶχε τὸν πρόθεσιν, Ἰωάννης τε καὶ Ἰωάννης, ὅτε σκιρτήσας πρὸ τ γεννήσεως καὶ τ Δεσπότου προσκυνήσας μὴ θεασάμενος, καὶ ὁ ἐπὶ τῷ τοῦ Κυρίου στήθει ἀναπεσὼν κἀκεῖθεν τὰ τ θεολογίας ἀρρυσάμενος νάματα. H

Καὶ δὴ λοιπὸν ὅπως ἑαυτὸν ἐρρυθμισε, τάς τε τ ψυχῆς δυνάμεις ἐκόσμησε, καὶ τῷ νῷ καλῶς καθυπέταξεν, ὡς θεῖον ὄντως ἁρμονίαν ἐμφανέσθαι τούτῳ, καὶ ἀγγελικὸν ὡς ἀληθῶς Σεμνοπρέπειαν. Ὅθεν δὴ καὶ οὐ μόνον τοῖς γεννήτορσιν ἐράσμιος ὁμοῦ καὶ τίμιος ἦν, ἀλλὰ καὶ πᾶσιν ἄλλοις, καὶ αὐτοῖς δὲ τοῖς ἑτεροδόξοις σφόδρα λίαν ἀγάσιμος. Τοίνυν καὶ τελευτᾷ τ βίον ὁ παλαιός, καὶ πρὸς τὰ ἐκεῖσε μεθίσαται· ἐγκρίνεται δὲ οὕτως εὐθὺς, καὶ τὸν πατρικὸν ἀξίαν ἀναλαμβάνει, καὶ τοῖς λογάσι ξυγκαταλέγεται· ἄκων μὲν· ἀλλὰ γὰρ ἐκ παίδων καὶ ἐξ ἀρχῆς εἰς νοῦν ἔσρεφεν, ἑαυτὸν τῷ Θεῷ καθοσιῶσαι καὶ δοῦλος αὐτῷ χρηματίσαι, πρὸς τὸν μέγαν ὄντως καὶ οὕτως ἀπευθυνόμενος Σαμουήλ, ὅτι δὲ αὐτόθεν αὐτὸς τοῦδ' εἵλετο, καὶ μὴ πρὸς τῶν γεννητόρων ὑποσχεθεὶς δέδοτο, τάχαγε καὶ ὑπερλιθέμενος. Πλὴν ἀλλὰ τοῦ τ πολιτικῶν ἐπωμίσατο φροντίδα, ὁ τ πνευματικῶν ἀπρὶξ ἀνθεχόμενος. Τί γοῦν, ὡς δεξιῶς, ὡς νυνεχῶς, ὡς εὐεπηβόλως τὰ ἐγκεχειρισμένα διωκονόμει! Καὶ πρὸς μὲν ἁπάντων ἄλλων περιελαλεῖτο καὶ ἐθαυμάζετο, πρὸς ᾧ δ' χρηλοιῶτος αὐτῷ τὰ πρῶτά τε ἐτιμᾶτο, καὶ μεθ' αὐτὸν ὧν εὐθὺς, καὶ σωμάρχος ἐνενόμιζο. Ἐγὼν ἐδὲ λέγειν τὰ μείζω καὶ τιμιώτερα, τὰ καλὰ Θεὸν τούτῳ παλαίσματα, καὶ τὰ ὑπὲρ τ ἀληθείας ἀξιάγαστα ἀγωνίσματα.

Ἀλλ' ἐπείπερ ἐνθαδὶ δ' λόγος γεγένηται, ἄγε δὴ τὰ ἡμέτερα θρηνήσω πάθη, καὶ τὴν ἀνθρωπίνην ἀσθένειαν ἀποκλύσωμαι, τόν τε παλαιὸν πρὸς ἡμᾶς δ' ἀρχικάκου θριαμβεύσω δυσμοῦσαν, καὶ ὡς εἰκὸς ἀποδύρωμαι ὑπὲρ ὧν πρὸς αὐτοῦ πεπόνθαμέν τε καὶ πάσχομεν. Εἶχε μὲν τέως εὖ τὰ ἡμέτερα, καὶ τὰ τ Χριστιανῶν ὧδε· τὰ γὰρ τ ὀρθοδοξίας ἐκράτει, καὶ τὸ πᾶν ἁπλῶς καλῶς εἶχε, καὶ κοσμίως ὡς ἀληθῶς ἐσαλεύετο, καὶ ἵν' οὕτω φαίην ὑράνιός τις χῶρος, τόπος ὢν ὁ περίγειος, καὶ Θεὸς τοῖς ἡμετέροις ἐπεχωρίαζε, καὶ τ καθ' ἡμᾶς ὡς εἰπεῖν ἐπεδρόπευεν. Ἀλλ' ἐπεῖδε βάσκανον ὁ ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς φθονερῶς ἡμῖν ἐποφθαλμίζων Σατὰν, καὶ (ὅ φασιν οἱ ἐκλὸς) τελχινῶδες καὶ κρόνιον ἐνηλέγισε· τρόπον ὅν ἀνευρίσκει ὁποῖος ἐκεῖνος ῥαδιουρ-

A ῥᾳδιεργῆσαι δεινὸς, καὶ πρὸς τὸ κακὸν πολυμήχανος· ᾧ γε οὐκ ὅπως ἂν ἐξοργανιζόμεθα τὴν θείας ὑπισχνουμένης τε καὶ κυβερνήσεως, ἀλλ' ἐκπολεμήσομεν καὶ Θεὸν, καὶ τὰ ἔσχατα καθ' ἡμῶν ὀργιζόμενον διεργασόμεθα. Ἐπεὶ δὲ ὡς τὰ πολλὰ διὰ μέσου προσβάλλειν ἡμῖν εἴωθεν (ὡς καὶ ἐπὶ τῶν πρωτοπλάστων πάλαι διὰ τοῦ ὄφεως) εὑρίσκει καὶ αὖθις τὸν Σκολιὸν τοὺς τρόπους, τὸν ποικίλον τῷ γνώμῃ, τὸν πονηρίας ἀνάπλεων, τὸν ἄνλικρυς ὄφιν τοῖς Σκαμωνήμασι, τὸν Σωεσπειραιδόν τε καὶ περιεσταλμένον τοῖς Σκέμμασιν, ἢ μᾶλλον, τὸν ἀνήμερον φερωνύμως θῆρα, τὸν αὐτοχρῆμα λέοντα, τὸν ἄσεκλον τῷ ὁρμῷ, τὸν ἀνύποιστον τῷ ὀργῷ, τὸν τῷ κακίᾳ ἀφόρητον. Λέων οὗτος ὁ ἐξ Ἰσαύρων ὁ ἀποσάτης, τὰ μὲν πρῶτα
1 τοῦ Δεσπότου 1 καὶ Βασιλέως γενόμενος, καὶ τὸ κράτος αὐτοῦ καὶ τῷ ἀρχῷ ὀφελόμενος, οὐκ ἀνδρεία (μὴ οἰηθείη τις τοῦτό γε) μηχανᾶς ἢ καὶ δόλοις ὑποσπασάμενος· ὑ μικρὰ γὰρ πολλάκις καὶ πανοῦργος ἰῶνσε τρόπος, καὶ τὰ μέγιστά ἐσιν ὅτε ἦθος ἐπίκλοπον ἐξεῖλεσε, καὶ ἀγεννὰς πόλεις χεὶρ σὺν μαχρῷ τῷ πόνῳ οὐκ ἴσχυσε παρασήσασθαι, ἐκ δ' ῥᾳστωνὴ δόλου καλέσρεψεν. Οὕκουν δὴ θαυμαστὸν εἰ καὶ οὗτος καλὰ δ' εὐσεβοῦς μεμελητηκὼς Αὐτοκράτορος καὶ ἐπανασάσῃ ὑπεχειρηκὼς,
B τάχα γε τὴν ἀγαθότητα αὐτοῦ καλασοχασάμενος (δι' ἣν καὶ πρὸς τὴν βασιλείαν ἀνεκρίθη ὁ πάντ' ἐκεῖνος καλὸς Θεοδόσιος) δ' καλὰ βούλησιν οὐκ ἀπέτυχεν εἰσὶ γὰρ οἵ φασιν ὡς καὶ ἐκ μανίας καὶ ἀποῤῥήτου ἱερῶν μυήσεων καὶ τελετῆς ἀθέσμων, ἐκ πολλοῦ πρὸς τούτοις διηρέθισο. Πλὴν ἀλλ' ὁ μὲν τὸν Σκῆπτρον ἀφεμένος, καὶ ὑποχωρήσας τὸ βασιλείων (ὡς μὴ ὄφελον) τοῖς τὴν ἐκκλησίας φέρων ἑαυτὸν ἐγκαλέλεξεν· ὁ δὲ ἐπεὶ δ' κράτησε ἐπείληπται, καὶ τὸ θείων, φεῦ, εἰκόνων λελύπηκε, ταυτὸν δὲ εἰπεῖν καὶ αὐτοῦ δ' Θεοῦ, οὐκ ἀνασχόμενος μὴ τὰ ὑπεσχημένα τοῖς μανιεῦσιν ἐκπλῆσαι, καὶ τὸ χρέος σῴσιν ἀποτίσαι, τὸ τῶν προφοιβασμάτων ἐκβάσεως.

Ἐγείρει τοίνυν μέγαν καὶ Θεοῦ πόλεμον, ἀχρειούμενος τά τε μνήμη καὶ τοὺς νεὼς διεγείρεται, τά τε θεῖα καὶ τίμια ἐκτυπώματα διαξέειν τε καὶ ἀπαλείφειν ἐπαίρεται, καὶ ἁπλῶς ἀμορφοῖ ἢ μᾶλλον καλασρέφει τὴν ἐκκλησίαν Θεοῦ, ἣν αὐτὸς ἀνανθρωπήσας ἐθεμελίωσε, καὶ θεόπνευστοι τοῦτο περιεσείχισαν κήρυκες, μάρτυρές τε θεῖοι τοῖς αἵμασι φοινίξαντες καλὴν γλαΐσαν, καὶ θεοφόροι
C πατέρες πρὸς ἀσφάλειαν διωρόφωσαν (τί πολλὰ λέγω;) ἣν αὐτὸς ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ παλαμηφορεῖ, τῷ δ' Υἱῷ καὶ Λόγῳ ἐξωνημάμενος αἵματι, τότε θεῖον Πνεῦμα συνέχει, Πνεῦμα τὸ Πατρὸς καὶ Λόγου μονογενοῦς, Πνεῦμα τὸ ἐκ Πατρὸς ἀῤῥήτως ἐκπορευόμενον, ὡς ὑπὲρ λόγον καὶ ὁ Λόγος δ' αὐτοῦ γεννᾶται Πατρός. Κατὰ τοιαύτης ἐκκλησίας, ὦ τόλμης παραβόλου! ὦ θράσους ἀλογίστου! ὁμόσε ὁ ἀλιτήριος ἐκεῖνος κεχώρηκε, τοσοῦτον καλετόλμηκε πράγματος· ἀλλὰ, φεῦ κριμάτων Θεοῦ! εἰς πέρας τὸ πρὸς βούλησιν ἤγαγε, καὶ τὸ καλὰ θυμὸν ἐξετέλεσε. Τοιοῦτόν τι καὶ γὰρ τὸ ἡμέτερον, ἀνέμου πεδίον, ὅ φασιν, ἢ κάλαμος πρὸς αὖραν τρεφόμενος καὶ μεταστρεφόμενος, λύγος τε ἄγαν λεπτὸς καὶ ἀκρόβριζος, πρὸς ὅτις ἂν καὶ τύχοι βιαζόμενος, ἀγόμενός τε καὶ μεταγόμενος. Οὐ καληγορῶ πάντων, τῶν πλειόνων δὲ καταφέρομαι σωτήριον ὅπη καίρως, καὶ δ' τῶν παλαιτέρων προσλαμβάνων ἀπόφθεγμα. Εἶδον γὰρ, εἶδον ὡς μὴ ὄφελον τοιαῦτα κἀγὼ, καὶ ὁμοίοις κακοῖς, βάθει τῆς Συμφορᾶς! περιέτυχον· τοιαύτη τε Σκόλοψι ἐγκόρσας, μεγάλα προσκέκρουκα, καὶ ἀνίατα μικρῷ τέτραυμάτισμαι. Ἀλλ' ἐμὲ μὲν ὁ τῶν ψυχῶν ἰατρὸς καὶ τῶν Σωμάτων ἰάσαιτο, καὶ τὰς τῶν μωλώπων ἐκείνων ἕλκας ἀπαλείψειεν ὁ φιλάν-

ad malefaciendum induſtrius adinvenit, quo non ſolum repelleremur à gubernatione & viſitatione divina, ſed ipſum Deum nobis efficeremus inimicum, & ad ſummam contra nos iracundiam concitaremus. Quoniam autem plerumque conſuevit impetum in homines non facere niſi per medium, quemadmodum olim in protoplaſtos per ſerpentem, rurſus quemdam ſibi invenit pravum moribus, varium mente, refertum improbitate, conglomeratis fraudulentiis contortiſq; in orbem commontis ſerpentem, iracundiæ vero impetu & intolerandi furoris vehementia belluam, ac congrua ſui nominis appellatione leonem, Leonem, inquam, ex Iſauris apoſtatam, qui primum Domino ſuo Imperatorique acceptus, potentiam ejus atque imperium ſupplantavit, non generoſa quadam ſtrenuitate uſus (ne quis hoc putet) ſed dolis & fraudibus: vafrities ſiquidem haud raro peragit magna quædam, & grandia patrat fraudulentia; quæque manus robuſta diuturno labore non valuit edomare, quandoq; facillime expugnat aſtutia. Non igitur mirum, ſi etiam ipſe, contra pium Cæſarem impia meditatus eumq; rebellando aggreſſus, ac forte ipſa illa ejus bonitate confiſus, propter quam ad Imperium evectus fuerat, non eſt fruſtratus ſuæ voluntatis propoſito. Sunt autem qui dicant occultioribus
B ſortilegiis divinationibuſque ſuperſtitioſis ac nefariis præſtigiis jam pridem ad hoc fuiſſe invitatum. Et ille quidem, præclarus ſcilicet Theodoſius, abdicato ſceptro Imperium dimittens (quod utinam non contigiſſet!) Eccleſiaſticis miniſteriis ſemetipſum dedicavit; Leo vero poſtquam accepit regnum, furere, eheu! adverſus ſacras Imagines cœpit, ſive, quod eodem recidit, adverſus Deum, ne non adimpleviſſe diceretur quod vatibus ſuis promiſerat, ſed debitum fideliter, perſolviſſe quod ſub conditione eventus ſucceſſuri contraxerat.

A. CONST. ACROPOL.

Imperium adeptus Leo Iſauricus

E

21 Magnum igitur bellum contra Deum excitat, inutilia faciens templa & loca ſacra ſubvertens, ſimulque ad divinas imagines aboſendas & comburendas tota vi conſurgens, deformem omnino reddit, potius dixerim, ſubruit Dei Eccleſiam, quam ipſe aſſumpta humanitate fundavit, quam præcones ejus divinitus afflati circummunierunt, quam Martyres cruore ſuo purpuratam illuſtraverunt, quam ſancti Patres tamquam turribus ad ſecuritatem comparatis vallarunt; quam denique Deus ipſe & Pater in palma manus ſuæ gerit, Filii & Verbi ſui ſanguine redemptam, & divinus Spiritus continet, Spiritus Patris & Verbi unigeniti, Spiritus ex Patre indicibiliter procedens, ſicut & Verbum modo quodam à nulla ratione comprehendendo ex eodem Patre generatur. Contra hanc Eccleſiam, ô grandem audaciam! ô temerariam præſumptionem! pernicioſus ille pedem extulit; & tantum facinus molitus, ô Dei judicia! ad finem quod volebat perduxit, quidquid animo volutarat adimplens. Erant ergo res noſtræ quaſi campus, ut ajunt, ventorum, vel arundo ad auram verſa inverſaque, aut virgultum tenue levibus ac brevibus innixum radicibus, & quocumque libuerit cuivis ductile & flecti facile. Equidem non omnes accuſo, ſed potius pleriſque advocatum me opportunum offero, ſicut unus ex antiquioribus dixit. Vidi etenim, vidi (quod utinam non vidiſſem!) etiam ego talia & in ſimilia tempora, prô dolor! incidi, atque in noctem hujuſmodi tenebris obvolutam incurrens graviter offendi, immedicabilibus pœne vulneribus conſoſſus. Sed oro ut animorum & corporum curator Deus medeatur mihi, iſtorumque verberum livores aboleat benignus medicus noſtræque infirmitatis miſericors

contra ipſam inſurgit abolendo imagines.

F

A.CONST. ACROPOL. fericors reparator. Sed agedum ad priora revertatur oratio & ſuperioribus rurſum inſiſtat.

quod ubi intellexit procul abſens Ioannes,

22 Subverſi fuimus à malo, malum in res humanas divinaſque uſurpante imperium: qui vero hæc reſtaurans ad priſtinam reduceret integritatem inveniebatur nemo, omnia autem ad impoſſibilitatem deſperationemque extremam reciderant: nam magnus Joannes, qui tam denſam impietatis dominatricis noctem poterat illuminare, abſens in Perſide vivebat Damaſci; & qui vere noſter erat rerumque noſtrarum etiam exinde proviſor circumſpectiſſimus, in aliena commorabatur regione. Quid ergo? An ſuæ iſtic ſtudens utilitati, res quæ hic erant publicas neglexit? Minime vero. Sicut enim loci alicujus indigena & amator in alieno conſtitus ſolo, ibique negotiis ſuis curandis intendens, ſicubi intellexerit res patriæ præter animi ſui votum agi, etiam è longinquo iiſdem conſulit ſtudioſe, non ſine conturbatione atque anxietate propria: ſic quoque vir hic divinus, animo quidem conſternatus eſt ſtatim atque id contigit & internis motibus conturbatus, tamen Domini ſui hereditatem anxie curans, conſuluit populo Chriſtiano, & frequentium epiſtolarum ſcriptione curavit ubique omnibus notum facere errorem, manifeſtare corruptelam, & in demiſſo ad animarum perniciem hamo occultatam eſcam ſub conſpectum adducere. Forte etiam præſens intervenire voluit iis quæ hic agebantur, & noſtris calamitatibus coram opitulari, ipſum Cæſarem redarguendo juxta conſuetum ſibi zelum, multa loquendi libertate præditum; zelum, inquam igneum pro Deo, Eliæ inſtar; & poſita juxta Pſalmiſtam iniquitate ejus in conſpectu ejus, coercere impetum multitudinis imperitæ, & quatenus poſſet ipſam erudire. Verum tamen abſens (ubi autem & quomodo diximus ſupra) iſtiuſmodi propoſitum non poterat facile executioni mandare; aliis ergo modis debitum Deo obſequium perſolvere cupiens, quaquaverſum ſuas direxit epiſtolas, quibus monebat ritus priores capeſſere & patriis legibus ac religionibus inhærere. Has autem epiſtolas ad eos qui hic degebant mittens multas ac fere innumerabiles (quamvis eas conarentur occultas habere qui recipiebant) non potuit evitare quo minus venirent in notitiam Imperatoris, ejuſque furorem adverſus ſapientem feribam ſuſcitarent & contra generoſum palæſtritam incenderent, ſuaderentque fraudulentis dolis eum adoriri: quod quomodo actum ſit, licet breviter explicare cœperimus, nunc iterum dicemus diſtinctius.

Pſal 89, 8

conatur ſcripta epiſtolis prohibere.

Leo contra mortem ei per inſidias ſtruens,

23 Erat is, ut dixi, Leo Iſauricus, belluinus ille quidem & iracundiæ modum nullum ponens, non tamen uſque adeo leoninus, ut palam auderet prodire ad pugnam; ſed vulpini moris multum quoque habens, ſub regia ac leonina & terribili ſpecie vulpinam vilemque & fraudulentam occultabat mentem. Furit ergo contra Sanctum, occidere eum, ſi poſſit, aut verius laniare cupiens, cruentaſque maxillas ſanguine ejus tingere, & manſuetiſſimum virum ferino more quam crudeliſſime devorare: ſed non inveniens quomodo id perficeret, ad familiarem ſibi vafritiem convertitur. Coactis undequaque ſubnotariis notariiſque, Phariſaice contra veritatem inſurgere audentibus, quos aliquis haud inepte dixerit iniquitatis expertiſſimos ſcribas; cum perditis illis conſiliariis, contra gratiam Filii Dei & chriſtum Domini deliberationem inſtituit, tamquam Herodes alter etiam ipſe inſaniens: multoſque deſpiciens, veluti parvulos atque imbelles, angitur animo, ut unum illum, virum utique perfectum, interficiat. Unum ſiquidem

Θρωπ@ ἀκέσως, καὶ τ ἡμελέρας ἀδενείας οἰκλίρμων D
θεραπευλής. Ὁ δὲ λόγ@, ἄγε, τ̃ῳ πρoτέρων ἐχέδω,
καὶ ἐπειλήφθω αὖθις τ̃ῳ ἄνωθεν. Ἀνεράπη μὰ ὑπὸ τ̃ῦ
κακ̃ῦ κακ̃ως βασιλεύσαντ@, τὰ δ̃ά τε καὶ ἡμέτερα ὃ
δ̃ι ἀνασήσων ἢ ἀνορθώσων ἰὼν, ὡς ἔφλω, ὐδεὶς πάνλα
δ̃ι ὢν ἀμηχάνῳ καθεισήκῃ, καὶ ὢν ἀπόρῳ τὰ δ̃ πράγματ@ κατλωτήκῃ, καὶ τὰ τ̃ διορθώσεως ἁπαξαπλ̃ως
ἀπηγορεύετο. Ὁ γὰρ τ̃ ἀσεβείας φωσήρ, ὁ μέγας Ἰωάννης, ὢν Δαμασκ̃ῷ καὶ Περσίδι διῆγε, καὶ ἐπ' ἀλλοδαπ̃ης ἐτύγχανεν ὢν ὁ ἡμεδαπὸς ἀληθ̃ως, καὶ τ̃ ἡμελέρων
κἀκ̃ζθεν κηδεμὼν προμηθέσατ@. Ἀλλὰ τί γοῦν; Τὸ
καθ' αὐτὸν ἐκ̃ῇ σέρξας, τ̃ῳ τ̃ηδε καὶ κοινῶν καλήμελησε;
Πολλ̃ῦ γε καὶ δ̃ῆ. Ὡς γάρ τις αὐτόχθων τε καὶ φιλόπατρις, ἐπ' ἀλλοτρίας γενόμ@ν@, καὶ τ̃ ἰδίων αὖθις φροντίζων, εἴ πως δ̃ητὰ ὢν τ̃ῇ πατρίδι μὴ ὡς βυλητὸν ἔχειν
ἀκύσειε (κἂν παρὰ τὸ καρδίαν πάθοι, καὶ σκέψῃ τ̃ῳ
λογισμ̃ῳ ὀνδοίη) κἀκ τ̃ ἀλλοδαπ̃ης τε καὶ πόρρωθεν
περὶ τ̃ῳ ὢν τοῖς ἰδίοις ἂν διασκέψαιτο· ὡς ᾗ καὶ ὁ
θεῖ@ οὗτ@ ἀνὴρ, βάλλ̃ελαι τὸ καρδίαν αὐτίκα τ̃ῷ
Συμβάντι, πάθ̃ῳνελαι τὸ ψυχὸ, κήδελαι τ̃ῦ θεί̃υ
λάχυς, προνοεῖται τ̃ῦ χρισωνύμυ λαῦ, καὶ συχνοῖς πάνυ τοῖς γράμμασι πᾶσι πανλαχ̃ῇ τὰ τ̃ πλάνης ἀναγνωρίζει, καὶ τὰ τ̃ λύμης διασαφεῖ, τόγε ἐγκεκρυμμ̃ύον E
δ̃έλεαρ τ̃ῷ καθιερμύῳ κατὰ τ̃ ψυχῶν ἀγκίσρῳ πᾶσιν
ὑπ' ὄψιν ἄγῃ καὶ διάδηλον τίθησι. Τάχα δ̃ ἂν καὶ τοῖς
ὀνθαδὶ πρυλεθύμητο, ὡς καὶ παράνομον διαλέγξαι Βασιλέα, κατὰ τ̃ πολιὰ τὸ παῤῥησίαν, καὶ τ̃ ὑπὲρ Θεῖ̃
ζ̃ῆλον ἐμπύρινον Ἠλίυ· καὶ παρασ̃ήσας τύτῳ, κατὰ τ̃
Ψαλμωδὸν, τὸ ἀνομίαν αὐτ̃ῦ κατὰ πρόσωπον, λαόν
τε ἀσιώ̃ελον νυθετ̃ῆσαι, καὶ ὡς ὀνὸν παιδαγωγ̃ῆσαι καὶ
διορθώσασθαι. Ἀλλ' ἀπὸν (ὅπ@ῃ ᾗ καὶ ὅπως πρoδεδηλώκαμ@ν) ὀδὲ εὐμελαχείρισον ἔιχε τὸ κατὰ πρόθεσιν.
Τύτυ γοῦν ἕνεκα τρόποις ἄλλοις ἀποπ̃ῆσαι Θε῟ῷ
τὰ τ̃ ὀφειλ̃ῆς διεσπύδαχεν· ἀμέλει καὶ γραφὰς ἁπανταχ̃ῇ πέπομφεν, ἀντιποιεῖσθαί τε τ̃ῳ πρoτέρων ὑπ-
ταπ̃ύσας ἐθ̃ῶν, καὶ τ̃ῳ πατρικ̃ῶν θεσμ̃ῳ καὶ θείων
ἐξέχεσθαι· ἃς δὴ καὶ πάνυ πολλὰς τοῖς ἐνλαῦθα διέσπειρεν, ἀφειδ̃ῶς πάνυ καταπυκνώσας, καὶ δαψιλ̃ῶς
ἄγαν διασκορπίσας τοσαύτας. Καὶ γὰρ, ὡς καὶ χρυπ̃όντων τ̃ῳ ἀναλαμβανόντων, καὶ διὰ πολλ̃ῦ τὸ λαθεῖν
τιθεμ̃ύων, [συμβαίνῃ] γνωσθ̃ῶσί τε τ̃ῷ Βασιλεῖ καὶ
κατὰ τ̃ῦ Θ̃ῦ γραμματέως ἐκμ̃ῶσαι, καὶ κατὰ τ̃ῦ γεννάυ ἀλείπ̃υ διανάψαι, καὶ δολεροῖς ἀναπεῖσαι κατε- F
πιχ̃ῃρ̃ῆσαι τοῖς τρόποις. Ὁποῖον δ̃ήπερ ἐκεῖνον, εἰ καὶ
διὰ βραχέων, δεδηλωκότες πεφθάκαμ@ν.

Θηριώδης μὰ γὰρ, καὶ τ̃ῳ ὀργ̃ῳ ἀκατάσχετ@, ἀλλ' οὐχὶ καὶ τἆλλα λεοντώδης κἀκ τ̃ῦ φανερο῀ τ̃ῳ μάχ̃ῳ καὶατολμ̃ῶ, ὁ Ἴσαυρ@ ὢν ἐτύγχανε Λέων· ἀλώπεκ@ δὲ κεύθων ἰὼ τρόπυς, καὶ
ὡς ἀληθ̃ῶς ὑπὸ λεοντ̃ῇ τ̃ῇ βασιλικ̃ῇ καὶ φρικαλέᾳ σολ̃ῇ
τ̃ῳ δολεράν τε καὶ ἄτιμον ἀλωπεκ̃ῷ περιέξελλε.
Λυπ̃ᾶ γοῦν κατὰ τοῦ Ἁγίυ, εἰ οἷόν τε διαχρήσασθαι
ἐκμανεὶς, ἢ μᾶλλον διασπάσαι, καὶ ὠμότατα τ̃ῷ
γένυ ἐμβάψαι τ̃ῷ αἵματι, καὶ θηρὸς δίκ̃ῃ τὸν
πρᾶον καταβροχθίσασθαι· ὀδὲ ἔχων δ̃ῆ ὅτι καὶ δράσειεν, ἐπὶ τ̃ῷ Σωτ̃ῆρι κακυργίαν χωρεῖ. Καὶ γοῦν
Σωτ̃ᾶγει τοὺς ὑπογραμματεῖς, πάντας τε γραμματεῖς, καὶ φαρισαϊκ̃ῶς κατὰ τ̃ ἀληθείας τραχηλιάσαντας, εἴπέ τις ἂν ἐκείνυς καὶ τ̃ κακίας ἀκριβεσάτυς γραφεῖς· καὶ δὴ Σῷ τοῖς ἰαλέμοις ἐκείνοις
Σχέπ̃ετα βυλευτ̃ᾶς, καὶ κατὰ τ̃ῦ χάριν υ῀ὸ Θεο῀ὸ
καὶ Χρισο῀ὸ Κυρίυ βυλεύεται, ὡς Ἡρώδης ἄλλ@ καὶ αὐτὸς ἐκμανεὶς· πολιὰ ἕνα καὶ τέλειον Σφαδάζ̃ῃ τ̃ῦτον
διαχειρίσασθαι, πλείσ̃ᾶς ἄλλυς περιδὼν νυκτιώδεις
ἄτε χρίνας καὶ ἀτελ̃ῆς. Ἕνα καὶ γὰρ τ̃ῦτον πάντων ἐκεί-

νων

A νων ἀλείπτην ἐγνωκώς, καὶ πρὸς ἕνὸς ἤδει τοῦ μάχην δύσαντι παράταξιν ἐσκηκὼς· μανθάνει μὴν τοι παρὰ πάντων ἐπίσης, τὸ καλὰ πάντων περὶ λόγους αὐτῷ κράτος, τῷ ὧν λόγοις διαῤῥήδην ἀνωμολογηκότων ἰσχὺν, καὶ τὴν πρὸς τὸν ἄνδρα διὰ λόγου πάλην, κοινῇ ἀπφηκότων φωνῇ· καὶ μηδ' ἂν πώποτε ἐκ δ' φανερᾶς καὶ ἰσχύσειν διὶς χυρισαμένων τὰ ἐκείνου ἀναλύσαι Συγγράμματα, πανταχῇ τε διασπαρέντα· καὶ πολλῆς ὅτι τὸ πειθοῦς (οὐ γὰρ ἀληθείας ἤθελον λέγειν) πλήρη τυγχάνοντα.

Τότε δὴ λοιπὸν τύραννος, ὡς πάντων ἀπειρήκοι, ἐν ἑαυτῷ γίνεται, καὶ τοῖς οἰκείοις ἐπιτρέπει λογισμοῖς τὰ τοῦ Σκέψεως· καὶ ἀθρεῖτε ποριμωτάτης πρὸς τὸ κακὸν φύσεως, δαιμόνιον ὡς ἀληθῶς εὕρεμα προσάπτει ζητήσαι τὴν ἐπιστολῶν αὐτοῦ μίαν, καὶ διὰ πλείστου ὡς εὑρεθῆναι ποιήσασθαι, ἰδίαν ἢ αὐτῷ διαχαραχθεῖσαν χειρῖν. Καὶ γοῦν οἱ ἀνθρώπῳ ἐκεῖνοι καὶ μὴ Θεῷ ἀρέσκειν διὰ σπουδῆς ἔχοντες, ὧν καὶ τὰ ὀστᾶ διεσκόρπισεν ὁ Θεὸς, καὶ ὧν μεθ' ἧχος τὸ μνημόσυνον ὤλετο, ἐζήτησαν, εὗρον, δρομαῖοι προσενήνοχασιν· ὁ δὲ ὥσπερ ἕρμαιόν λαβόμενος, τινὶ ταῦτα δεξιῶν, Εἴ γέ φησι δυνηθείης ἀπομιμήσασθαι τὸν ἴδιον τοῦ ἐν τῇ Δαμασκῷ Ἰωάννου χαρακτῆρα (Ἰωάννου λέγω τοῦ τοῦ Μανσούρ, ὃν δεινὸν
B κἀκεῖθεν ἤδη τοῦ ἡμετέρων ἐχθρὸν καὶ πολέμιον) καὶ τὸν τῶν γραμμάτων τύπον ἐξακριβώσασθαι, μεγάλων εἴσομαί σοι τὸν χάριν, καὶ μεγίστων ἀξιώσω τῶν ἀμοιβῶν. Ἀκούει τοῦ λόγων ὁ δεξιὸς τὸν κακίαν ὑπογραφεὺς, καὶ ὑπισχνεῖται τὸν μελαχείρησιν, καὶ ὅτω πως εὐσόχως ἐκπληροῖ τὸ πρὸς βούλησιν, ὡς οὐχ ὅτι πρὸς ἄλλους διαλαθεῖν, ἀλλὰ καὶ αὐτῷ γε τῷ ἀγχινοωτάτῳ καὶ πρὸς παντὸς ὑπινοσοῦν ὀξυτάτῳ καλύπτειν τὰ τοῦ Σκηνωρίας ἀμωσγέπως ἀγνοηθῆναι, καὶ τὰ τοῦ κακουργίας παραδραμεῖν· καὶ τοσοῦτον, ὡς τὰ μὴν χαρακτῆρος ἀμφισβητεῖν καὶ τοῦ γραμμάτων ὡς ἰδίων ἀντιποιεῖσθαι, τὰ δὲ ἐμπεριειλημμένα Σφίσιν, ὡς οὐκ ἴδια παραιτεῖσθαι. Καὶ γὰρ πέπλασαν τῷ δεινῷ τυράννῳ ἐπιστολῆς ἔκδοσις, δῆθεν ἐκ τοῦ Ἰωάννου πρὸς Αὔγουστον, καὶ Συντέθειται τῷ εὐφυεῖ γραμματεῖ, πρὸς ἰδέαν ὡς ἐπελάχθη γραφῆς, πρὸς γραμμάτων ὁμοίωσιν, πρὸς δαιμονίαν ἀκρίβειαν καθ' ἀμφότερα, καὶ ἀπέσταλται τῷ Περσάρχῃ, καὶ ἑτέρα περὶ αὐτοῦ Συνεπέσταλται. Ἃ τοίνυν τὰ ὡς ἐκ τοῦ Ἰωάννου πρὸς τὸν Βασιλέα ἐπιστολῆς τὰ δηλούμενα ἰοῦ, ταῦτά γε ἰοῦ· πλὴν οὐκ ἐπὶ λέξεως
n ἔποιμι, ἐπιτέλεσμαι n γὰρ ἐπεί πως, οὐδ' ἐδικαίωσά
C μοι ἐναποθέσθαι τῇ μνήμονι, ἀναξιώσας ὁμοῦ καὶ τοῦ πλάσματος καὶ τοῦ Σκευωρήματος βδελυξάμενος· εἶχον δ' ἄρα ὑπωσί πως αὐτά.

Δύλειον αὐχένα καὶ πόρρωθεν ὑποκλίνω σοι Βασιλεῦ, καὶ σοὶ τοὺς ὠραίους προσπίτνομαι πόδας. Ὁ ἀπὸ Χριστοῦ παρωνομασμένος ἐγὼ, τῷ τῶν Χριστωνύμων ὁπηδήποθ' ἂν καὶ εὑρίσκοιντο διάγοντες Ἄρχοντι, καὶ διασαφῶ τὰ τῶν ἀσεβεσάτων Ἀγαρηνῶν, ὅπως τε τὰ νῦν ἔχωσι, καὶ ὁποῖα δή ποτε τὰ καλὰ τύτοις Συμπέπτωκε, καὶ οἵ κακῶν οἱ δυσμενεῖς ἐληλάκασιν. Ἴσως σοι τὸ κράτος, τὰ τῆς στρατιᾶς παντελῶς ἐξηπορηκότας (πρός τε
o γὰρ ἀλλήλους διήρηνται, καὶ ὑπ' ἀλλήλων ἐκδαπανῶνται) ἔνθεν καὶ εὐεπιχείρητος, ὥπερ ἂν καὶ ἂν βουλομένῳ τυγχάνοντας· προσεπιτύτοις δὲ καὶ τὴν ἐμὴν πατρίδα, τὴν ἀρχαίαν πόλιν καὶ περιώνυμον, ἀτειμήτον ἐκ μακροῦ τε οὖσαν καὶ ἐς τὸ παντελὲς ἤδη καταβληθεῖσαν καὶ εὐάλωτον περιῆναν καὶ λίαν εὐεπιχείρητον. Μὴ γοῦν ὑπερίδοις ἀναβαλοῦ, τρισμέγιστε Βασιλεῦ· ἀλλ' ἐπίσχες, ὑπεράνθι μόνον, παραγενοῦ τοῖς τῇδε· διὰ βραχέος γὰρ καὶ ἀκονιτὶ τὴν Δαμασκὸν παρασήσῃ τὴν πολυθρύλλητον, καὶ μέγα κλέος ἐπαναζεύξεις ἁρμάτων· εὑρήσεις γὰρ ἐμὲ οὐκ ἐπὶ

illum noverat ceterorum omnium esse instructorem ad luctam, & cum uno sibi congrediendum sciebat ad pugnam paratissimo. Intelligebat enim ex concordi omnium relatione vim atque potentiam sermonum ejus contra universos, quia palam omnes confitebantur, quod non auderent cum homine congredi disputando, desperabant autem quod ejus scripta possent abolere, utpote jam ubique dispersa, multumque persuasionis (nec enim volebant dicere veritatis) habentia. A. CONST. ACROPOL. *quem unice sibi timendum sciebat:*

24 Tunc tyrannus aliis diffisus omnibus atque in seipsum conversus, cognitionem propriis committit cogitationibus, & ingenii ad malum vaferrimi machinamentum vere diabolicum reperit. Imperat epistolarum Joannis unam aliquam requiri, studio quantocumque adhibito, sed epistolam autographam: ministri vero ejus, qui non Deo sed homini placere nitebantur, quorum ossa dispersit Deus & quorum memoria cum sonitu periit, perquisiverunt, invenerunt, cursimque attulerunt ad eum, tamquam ad magnum quoddam inexpectatumque lucrum gaudentem: qui accersito ad se viro cuidam industrio; Si characterem, inquit Joannis apud Damascum degentis, Joannis dico filii Mansur, quem gravem infestumque rerum nostrarum hostem etiam inde patimur, sicut nosti, potueris imitari ejusque simillimum exemplar confice re, magnam à me inibis gratiam & grandi præmio remuneraberis. Audit hæc dexter ad nequitiam scriba, & falsificandam Joannis manum pollicetur, deinde quod erat pollicitus tam scite explet ad Imperatoris voluntatem, ut non solum alios latere suppositio posset; sed etiam ipsummet Joannem, licet ad cujusvis rei comprehensionem acerrimum, sic fugere valeret fraus occulta & maleficus astus, ut, quod ad characteris proprii formam attinet, litteras pro suis deberet agnoscere, quæ vero iis continebantur ut non sua repudiare. Conficta siquidem fuit epistola, velut ab ipso ad Augustum scripta, sicut solers ille scriptor acceperat in mandatis, secundum propositi in autographo characteris similitudinem & diabolicam tam scribentis quam jubentis industriam; & ad Persarum Præfectum missa: cum hac vero missa est etiam alia de Joanne. Quæ autem ab hoc, velut ad Cæsarem missâ epistolâ, suggerebantur, hæc erant quoad sensum; neque enim verba referre ipsa possim, partim oblitus eorum, quæ non credebam memoriam nostram mereri, partim dignatus tam execrabilem imposituram. Sensus ergo talis quadamtenus erat: E *epistolam fingit velut ab eo datam* F

25 Servile collum etiam è longinquo submitto tibi, Cæsar, tuorumque pedum extremitates amplector. Equidem, ut à Christo denominationem habens, Tibi, ut Christianorum ubique degentium Præsidi manifestare debeo, quæ pertinent ad impiissimos Saracenos; quemadmodum scilicet ea se nunc habeant, & qualia ipsis acciderint, quóque malorum processerint furiosi illi. Sciat igitur Majestas tua, ipsos omnino destitui militaribus copiis (divisi enim inter se sunt, mutuoque ab invicem atteruntur conflictu) atque adeo superatu faciles esse cuicumque volenti: meam insuper patriam, urbem antiquam & claram, quæ à fundamentis multo jam tempore subruta jacet, & in miseriarum plenitudinem dejecta est, nullo pariter negotio subjugabilem apparere. Ne cuncteris igitur, ter maxime Imperator, sed præsens assistens solum te videndum præbe, atque ad ea quæ hic geruntur improvisus accede: brevi enim ac sine certamine Damascum, famæ celebritate notissimam, sub tuam rediges potestatem, & magna gloria acquisita redibis: me siquidem in multis adjutorem reperies, utpote *de prodenda Damasco:*

A.CONST. ACROPOL. utpote potentem in Perſide & rerum ſummam quocumque libuerit ducentem ac traducentem. Et hæc quidem aut hujuſmodi alia figmento iſto continebantur: quæ vero ab Imperatore ad Perſarum Præfectum addebatur epiſtola in hunc fere modum conſcripta erat.

quæ ad Præfectum miſſa,

26 Admodum inclite ac nobiliter nate & præpotens Perſarum Præfecte, Bene valeas, & quæ ad tuam attinent potentiam ac dignitatem cedant proſpere, meæque dominationi denuntieris plena felicitate frui, atque de magnitudine noſtra idem intelligas. Noſti quam ego ſim in fœderibus & pactis conventis nulli obnoxius mutabilitati: tempus enim, magnus (ut quidam dixit) magiſter rerum, nihil non detegit atque revelat. Tuorum interim ſubditorum quidam, improbitate gaudens, inimicus pacis, & hoſtis virtutis, convellere nititur fœdera inter nos jam olim ſancita, & jusjurandum diſſolvere quo nos ad invicem pridem obſtrinximus, urgendo ut regionem tuam ſubjugare coner, atque auxilium ad hoc non modicum mihi ſe laturum pollicendo. Verum ego ſincerę amicitiæ nihil comparabile eſſe exiſtimans, hujuſmodi ſuggeſtiones atque conſilia abominor: quod enim tam magnum
B lucrum mihi poſſet alicunde emergere, propter quod fœdus violem & amicum provocem ad iracundiam? Cęterum quis talium machinator ſit, ipſe (quod ajunt) prodet: id enim manifeſtum facit epiſtola, ipſius propriâ exarata manu. Hæc nempe ſunt Imperatorio apice digna & in commune utilia cogitata; ſic eum ſua docuit purpura; ita ſublimis illius honoratiſſimæque dignitatis inſignia non patiebantur vafre diſſimulantem aut omnino reticere quidpiam, aut agere fraudulenter.

mulctatur dextera abſciſſione;

27 Poſtquam tales ſcripturas accepit barbarus iiſque contenta perluſtravit oculis, inhumanus jam antea cum eſſet & inconſiderato impetu ferri in iracundiam ſolitus præcepſque ad quidlibet effutiendum; vera eſſe mox credidit quæ ſignificabantur ſibi. Accerſitum ergo Joannem cum interrogaſſet; utrum ipſe eas ſcripſiſſet epiſtolas & quid hæc ſibi vellent; cumque ille, ut in re improviſa non auderet ſuam eſſe ſcripturam abnuere (erat enim perquam circumſpectus in verbis cautuſque, ne qua in iis ſibi obreperet falſitas) fidenter tamen inficiaretur, ſe talis ullius facinoris habere conſcientiam, vel quidpiam ejuſmodi tractaviſſe; tyrannus neque
C moram diſquiſitioni indulgens, neque tempus examini, tamquam in re proprii oris confeſſione comperta & undequaque certiſſima, decernit ſupplicium. Ita ad dexteræ manus abſciſſionem dexter per omnia miniſter damnatur; idque (ut crudelis ille ac prorſus irrationalis exiſtimabat) non minus merito quam clementer: dexteræ ſiquidem miniſterio privatum, &, qua facinus fuerat auſus, parte mulctatum, impotentem reddebat ad ſimile quidpiam moliendum patrandumve deinceps.

qua publice in foro expoſuit,

28 Non tamen hic ſtetit effrænis iracundiæ impetus: ſed addidit aliud, partim ad contumeliam ejus qui fuerat in delicto comprehenſus, partim ad aliorum ne in talia umquam prolaberentur exemplum; eodem etiam facto ſuæ obſecutus graviſſimæ iræ odioque, ſuccedenti in locum prioris amoris ac benevolentiæ. Sic enim ferme comparati ſumus, ut quibus paulo ante afficiebamur tenerius, ſi quid offenderint quoquo modo, magis etiam averſemur: & quod heri impenſius amabamus, hodie, ſi tegula intercidat, ut proverbio dicitur, oderimus ac reprobemus. His ergo de cauſis reſciſſam dexteram jubet Præfectus tolli in altum ac medio foro ſuſpendi ad ſpectaculum omnium. Nec mora, ſuſpenditur dextera, dextera utique Domini,

μικροῖς πάνυ ὠνήσιον, μεγάλα ἐπὶ τῇ Περσίδι πάσῃ δωρούμενον, καὶ τὸ πᾶν ὅπη τε καὶ ὅπως μοι βούλητον καὶ ἄγονα καὶ μελάγοντα. Καὶ ταῦτα μὲν ἢ τοιαῦτα δὴ τὰ τοῦ πλάσματος· ἃ δὴ ἐκ τοῦ Βασιλέως πρὸς τὸν Περσάρχην διεσήμαινεν ὑπογόλιον ταῦτά γε ἢ τοιαῦτ' ἄττα, καὶ κεῖνα τῷ ἐκθεσίνῳ.

Μεγακλὲς, ὑψιγενὲς, Κρατάρχα Περσῶν, εἴης ὑγιείας ἔχων καλῶς. Τὰ δ' ἐξ ὑσίας εὖ ᾖ διέποιτο, καὶ μοῦ τῷ κράτει παυλοίας τ' εὐθυμίας ἐπαπολαύων ἀγγέλοιο εὖ ἔχοντα· καὶ τὰ καλὰ τῷ ἐμῷ μάνθανε μεγαλωνότητα· οἶδα οἷος ἐγὼ τὰς σπονδὰς ἀσφαλὴς καὶ οἷος τὰς συμβάσεις ἀμεταμέλητος· ὁ γάρτοι χρόνος, μέγας (ὥ τις ἔφη) πάντων διδάσκαλος, καὶ ὑδὲν ὅπερ οὐκ ἀνακαλύπτει ἔχει, καὶ παραγυμνοῖ εἰς ἀλήθειαν. Τῶν μὲν τοί τις ὑπὸ θεοῦ, χαιρέκακος ὄντως καὶ τῆ εἰρήνῃ πολέμιος καὶ τῷ ἀγαθῷ δυσμενὴς, συγχέαι τὰς ἀνέκαθεν ἡμῖν πειρᾶται σπονδὰς, καὶ τοὺς ὅρκους παραλῦσαι διερεθίζει ὥσπερ ἀλλήλοις ἐκ μακροῦ σωσθέμεθα, καὶ καταχειρήσασθαί
p σου τὴν χώρας παραβιάζεται, ἐφ' ᾧ καὶ ὁ μικρὰ σωφρονεῖσθαί μοι καταπαγγέλλεται. Ἀλλ' ἐγώ γε, φιλίας ὑδὲν ἀκραφνοῦς λογιζόμενος ἰσοστάσιον, περιφρονῶ τοὺς λόγους καὶ τὰς τούτου ξυμβολὰς ἅπαν ἀγνώμας. Πόσον γὰρ ἂν καὶ εἴη μοι τὸ κατευθὲν κέρδος, ὑπὲρ οὗ τὴν σωθησομένων ἀλογήσαιμι, καὶ τὴν φίλιον παροργίσαιμι; Ὅστις δ' ὢν καὶ τυγχάνει
q ὁ ταῦτά γε μελαχειριζόμενος, ὅ φασιν, αὐτὸς δείξει· τὸ γὰρ δὴ πρός με γράμμα σαφῶς γνωριεῖ, ἰδίαν αὐτῷ χεροῖν σωληθέν. Ταῦτα τὰ τοῦ Βασιλέως ἀρχικὰ καὶ κοινωφελῆ βουλεύματα καὶ διανοήματα· ταῦτα ἡ ἀλυγὶς αὐτὸν ἐξεπαίδευσεν· οὕτω τὰ τῆς περιόπτου καὶ τιμιοτάτης ἀξίας διάσημα σύμβολα καὶ περίβλεπτα μή τε πανοῦργος ἀνίει μηδολιοῦν ἀνέχεσθαι φθέγγεσθαί, μήτε δολερῶς τὸ παράπαν μελαχειρίζεσθαι.

Ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ ἀνελάβετο τὰς γραφὰς ὁ βάρβαρος ἐκεινοσὶ τύραννος, καὶ τὰ ἐν αὐταῖς ἀνελέξατο, ὑδὲν
q .... ἀλλ' ἢ βάρβαρος εὐθὺς ὢν, ἀπερίσκεπτος τῷ ὁρμῷ καὶ τὸ ὅλον φάναι παράβολος, αὐτίκα τὸν ἐπελθεῖν ἀληθῆ τὰ δεδηλωμένα παραδεξάμενος. Ὡς γὰρ δὴ καὶ μελαχαλέσαιτο τὸν Ἰωάννιον, καὶ εἰ τὰς ὑπουλὰς ἐγχειρίσειε, τίνα τε ταῦτ' ἐστιν, ἐροιτο, ὁ δὲ ἐκ τοῦ εὐθέως μὲν οὐκ εἶχεν ἀνανεῦσαι, μηδὲ τὰ τοῦ γράμματος ἀπομόσασθαι (τοιοῦτος καὶ γὰρ ἐτύγχανεν ὢν ἀκριβὴς ἄγαν, καὶ προπελὴς καὶ τῷ σωφρονεῖν διαφυγγάνων ἐφ' ἅπαξ) σωισθέναι δ' αὐτῷ τοιοῦδέ τι μελαχειρισμοῦ θαρραλέως
F ἀπέφασκε· μὴ δῶς ἀναβολὴν τὰ δ' σκέψεως, μὴ χαμερὸν ἐφεὶς ἐξελάσεως, ὡς ἂν ἐπὶ τῷ τοῦ ὁμολογημένως κατακρίτων καὶ πάσας καταδεδικασμένων, τῷ τιμωρίαν ἀνηλεῶς ἀποφαίνεται. Καὶ γοῦν τῷ τὸν δεξιᾶς ἀφαίρεσιν ὁ τέως δεξιὸς τὰ πάνθ' ὑπηρέτης καταδεδίκασαι, οὐχ ἧττον εὐλόγως ἢ φιλανθρώπως, ὡς ὁ ἀπλοῦς καὶ τὰ πάντα παράλογος ᾤετο· τὴν γάρ τοι καθυπερβεβηκυῖαν ἐσκηνὴν καὶ τὴν ἐργῷ καταπολμήσασαν ἀποκεκοφὼς, ὅτ' αὐτὸν ἐκτῆνον τοιοῦτ' ἀφῆκεν εἰσέτι διαπράττεσθαι δύνασθαι, ὅθ' ἕτερόν πολεκαταπιχειρῆσαι τῶν ὁμοίων ἐς ὕστερον.

Οὐ μὴν τοί γε μέχρι τούτου ἔστη τὰ τῆς ὀργῆς, οὐδ' εἰς τόδε τὸ δεινὸν λήξειεν· ἀλλὰ τοῦτο μὲν εἰς κλευασμὸν δ' ἐκλωκότος δῆθεν ἐπὶ τοιούτῳ, τοῦτό γε καὶ τῶν ἑτέρων σωφρονισμὸν, τοῖς ὁμοίοις ὡς ἄν γε μὴ περιπέσοιεν, ἅμα γε καὶ ἐς ἄκρας ὀργῆς τε καὶ μίσους ὀπτανομένου ἀνθ' ἧς τέως σοργῆς τε καὶ εὐμενείας ἐκέκλητο πρὸς αὐτόν (οὕτω καὶ γὰρ εἰώθαμεν ἄνθρωποι, ὡς περὶ μικρῷ ποθοῦντες ἥμεν, εἴγε τι μικρὸν ἀμηγέπη προσχρῄσειαν, τὰ μέγιστ' αὖφνης ἀπεχθανόμεθα· καὶ οἱ τῇ χθὲς ἐρωτικῶς περὶ τὸ δεῖν διακείμενοι, τήμερον ὀργάζονται τὸ δ' λόγου μεταπεσόντος, μισοῦμέν τε καὶ χαλεπαίνομεν) τούτων μὲν ἕνεκα χάριν καὶ διὰ ταῦτα ἐπ' ἀγορᾶς μέσης τὴν ἐκκοπεῖσαν ἀμφοτεροδεξίαν διακελεύεται.

A λεύεται. Τοιγάρ τοι καὶ πρὸς θέαν πάντων ἡ δεξιὰ κρεμᾶται, δεξιὰ ὡς ἀληθῶς Κυρίου, δεξιὰ δεδοξασμένη ἐν ἰσχύϊ τῇ θεοτέρᾳ δηλονότι καὶ κρείττονι, δεξιὰ ἡ θραύσασα ἐχθρὰς τὰς πρωτάτας δηλαδὴ καὶ εὑρετὰς καὶ εὑρέσεως, καὶ τῷ πλήθει τῆς δόξης τοὺς ὑπεναντίους σωτρίψασα (τίς ἡ δόξα, ἢ παρὰ Θεοῦ σωτηρίας;) ὑπεναντίοι δὴ ἄρα, οἱ κενοδόμοι ἐκεῖνοι τῶν θείων καὶ πατρικῶν παραδόσεων, οἱ γεννηταὶ τῆς κακίας ὑπασπισταὶ, καὶ οἱ ἀλλοπρόσαλοι τυραννοδαίμονες, οἱ ἀρχῆθεν ἡμῖν δυσμενεῖς καὶ πολέμιοι. Τεθριάμβευται δεξιὰ, ἡ ποιήσασα κἀκ τοῦ ἀπωλέστου καὶ πορρωθεν δυνάμιν, καὶ τὸ πρόσφατον ὁμοῦ καὶ πρεσβύτατον Ἰσραὴλ, τὸ μὲν τῷ χρόνῳ τὸ δὲ ἀποκαλύψει τελεωτέρᾳ καὶ ἐπιγνώσει θεοτέρᾳ καὶ κρείττονι, τὰ μεγάλα καὶ ἐχθρῶν ἐνισχύσασα. Ἀλλ' ἐπεὶ γοῦν εἰς θέαν ἦκε πᾶσι, καὶ πάντες τῷ καταδίκῳ καὶ τῷ τιμωρίαν ἐπέγνωσαν, σωτηθεὶς, ἀγνῶτες, οἰκεῖοι, ἀλλότριοι, ἐπιτήδειοι, δυσμενεῖς, εἴγε καὶ ὑπολαμπτέον εἶναί τινα τῆς ἐχθραίνοντα τῷ τὰ πάντα καλῷ, τῷ πρὸς πάντας χρηστῷ. Πεφυκὸς δὲ ἄρα ξυμβαίνει καὶ γὰρ τῇ ἡμετέρᾳ τοιαῦτ φύσει, μᾶλλον δὲ καὶ ἔωθεν ὡς τὰ πολλὰ ἐπιγίνεσθαι. Ἔνιοι καὶ γὰρ, μᾶλλον δὲ ἵν' ὕτω φαίην οἱ πλείους, καὶ τοῖς μὴ ἠδικηκόσιν ἥδεν, εἴγε μόνον ἐκεῖνοι σφῶν ὑπερέροιεν, τοῦτο δὲ
B μόνον καὶ ἀκ ἄλλο μισοῦσι, καὶ ἐκθύμως αὐτοὺς ἀποσοβοῦντας, πρὸς τὸν πλάσαντα ὄντως ἀπαναισχυντοῦντες Θεὸν, καὶ τῷ φιλοτιμίαν τοῦτο μὴ σέγοντες.

Πλὴν ἀλλὰ πᾶσι καὶ τὰ τῆς καταδίκης, καὶ τὰ τῆς χλεύης ἐπέγνωσαν, προνοίᾳ πάντως Θεοῦ, παρ' ἣν δὴ τὰ μεγάλα καὶ κατὰ τὰ πρὶν ἐκεῖνα θαυματοποιηθῶσι, καὶ αὖθις αὖ ἤμελλεν, εἰ δὴ μὴ δι' ἀξίου τοῦ μέσου Μωσέως, ἢ Ἰησοῦ, ἢ μὴν Ἠλιοῦ, ἢ τοῦ τινος ἑτέρου προφητοῦ καὶ θείων ἀνδρῶν, ἀμέσως δὴ ἐπ' ἀξίῳ ἑτερός τις ᾤγε ἂν καὶ ἔτι βουλομένῳ. Καὶ λεγέτω καὶ σιωπαγέτω τὸ ὑπερβάλλον, καὶ ὑπερτιθέτω καὶ τὸ νῦν ὁμοῦ καὶ τὸ πώποτε. Ὡς γὰρ δὴ τῷ βαρβάρῳ λήξειαν οἱ θυμοὶ, πέμψας ὁ Ἰωάννης, ἡνίκα τὴν χεῖρα, τὸ περιαλγὲς δηθεν σχηματισάμενος, καὶ τὸ τῆς ὀδυνης εἰς δυσώπησιν ἀφόρητον προβαλλόμενος, λόγους τε εὐλόγους προφασισάμενος, ὡς ἐς τὰ ἂν ἡ χεὶρ ἀπωρημένη τε εἴη τὰ τοῦ ἄλγους ὑχὶ λωφήσειεν. Ἐπὶ τούτοις καὶ ἱλαρωτέρῳ τῷ ἄχρι, καὶ τῷ ἀμειλίκτῳ μειλίσσεται. Τοιοῦτόν τι καὶ γὰρ ἄνθρωπος ὀργίζεται συμπεσὸν ὕτω, καὶ θηρίον ἐξ ἀνθρώπου καθίσταται· ἡμερωθὲν δὲ καὶ τὸ κατ' ὄρεξιν ἐκπλήσας, καὶ εἰς ἄνθρωπον ἐκ θηρίου πάλιν μεταπέποιηται. Τοίνυν δὴ καὶ ἐδέδοται τοῦτο τῆς δεξιᾶς ἡ ἀνάληψις· παραυτὰ γοῦν καὶ ἀνείληπται· καὶ ὅθεν ἐκκέκοπται καὶ ἐπιτέθειται, καὶ ἐνήρμοσται. Ἀλλὰ τί γέτις ἐντεῦθεν ἂν καὶ θαυμάσειε; μᾶλλον δὲ, πῶς ὁ λόγος πρὸς ἀξίαν διηγήσαιτο τὰ τοῦ πράγματος; πότερα γὰρ ἔτ' ἀνδρὸς τὴν πίστιν ἀγάσεται· ἢ τὸν τῆς Παναγίας δυνάμεν ἐκπλαγήσεται τῆς ἀειπαρθένου καὶ θεομήτορος; ποῖόν τε τούτων τοῦ ἑτέρου προθεὶς, ἐνθεώτερον διασεύσειεν, ἢ δηλονότι καὶ ἄμφω συλλήψοιτο, καὶ δι' ἄμφω περιχορεύσειε, καὶ ὡς εἰκὸς ἄμφω ἐνθεάσειε;

Τὸ γάρ τοι εὐκλεὲς ἐσιὸν, καὶ τῆς σεπτῆς ἔμπροσθεν εἰκόνος τῆς Δεσποίνης καὶ Θεομήτορος καταβαλὼν ἑαυτὸν, καὶ ἐφικανὸν τῷ ἐδάφει προσφὺς, μέλαν ἢ καὶ συχνὰ τῆς καλὰ γῆς ὁλοψύχοις καταφορᾶς προσαρράξας τὴν κεφαλὴν, τὴν ἐκκοπεῖσαν ἀνανεύσας ὑπέδειξε· καὶ ὡς ἐκείνῃ αὐτῇ παρούσῃ τῇ Παναγίᾳ, ἐπεφώνησέ τε καὶ τὴν θεραπείαν ἐζήτησε, δάκρυα θερμὰ καταχέων· καὶ ὅτι χάριν ὑποσαίη τῷ τιμωρίαν ὑπομεμνήσκων, Ὑπὲρ τῆς σῆς λέγων εἰκόνος, καὶ σὸ μονογενοῦς σου υἱοῦ, τὴν εὐκρεσηκότων τε διαφόρως αὐτῷ, πρὸς δὲ τῆς ἀληθείας ἐχθρᾶ τὰ τοῦ δράματος ἐσκαμμένην, καὶ τὰ τῆς σκηνῆς καθυποκέκριταί μου καὶ πεπλασμένην· ὅθεν δὴ καὶ μετὰ θάρρους ἀντιβολῶ, ἐπάκουσόν μου, καὶ τῷ χεῖρα σῶσαν αὖθις κα-

dextera præſtantiori glorificanda virtutè, dextera quæ confregit inimicos, auctores ſcilicet ac repertores impoſturæ, quæ & magnitudine ſuæ gloriæ contrivit adverſarios: adverſarii autem erant innovatores divinarum ac patriarum traditionum, improbitatis pugiles generoſi, eorumque inſtructores dæmones, qui nos jam inde à principio oderant. Detriumphatur dextera, etiam à remotiſſimis partibus virtutem operata, quæ novum ſimul ac veterem Iſraelem, hunc tempore, illum revelatione perfectiori ac cognitione diviniori ſic dictum, contra inimicos vehementer corroboravit. Porro ſtatim atque in omnium conſpectum dextera illa venit, omnes ſimul & crediderunt culpam & pœnam agnoverunt, noti & ignoti, domeſtici & alieni, bene ac male affecti (quamvis promptum eſſet ſuſpicari aliquem, viro per omnia honeſto ac probo inimicum) quaſi à natura ſit inſitum ſeu potius à conſuetudine prava inolitum pleriſque, mala etiam de optimis facile credere. Aliqui enim aut potius plerique, eos à quibus nec in minimo quidem læſi ſunt, hoc ipſo quod vel tantillum præcellant, oderunt & averſantur, contra creatorem eorum Deum agentes impudenter, ipſiusq; magnificentiam ægris oculis intuentes. B

29 Ut ut ſit, per omnium ora divulgata fuit & culpa & pœna, ita volente Deo, per quem denuo facienda erant magna & antiquis illis non abſimilia miracula; ſi non mediante Moyſe, Joſue, Elia, aut aliquo Prophetarum ac divinorum iſtorum virorum; certe immediate, per non indignum ſi quis alius, neque invitum. Referantur igitur & conferantur inter ſe, & præponantur etiam hodierna veteribus. Poſtquam detumuerat furor barbari, mittens aliquem Joannes repoſcit manum, prætexendo doloris vehementiam, & cruciatus acerbitatem ſupplicationi alias non excuſabili; allegandoq; rationem veroſimilem, quod numquam mitigandus eſſet pœnæ ſenſus, quamdiu ſuſpenſa manus maneret. Nec pluribus opus fuit ad cicurandum ferinum tyranni animum, & eum qui implacabilis videbatur componendum. Ita enim ſeſe habet homo, iracundiæ ſuccumbens fera efficitur ex homine, ſumpta autem ut voluit vindicta manſueſcit, & ex fera rurſus transformatur in hominem. Indulgetur ergo Joanni, ut dexteram recipiat: mox autem & recepta fuit: & admota parti unde fuerat abſciſſa, eſt eidem adunata. Quid vero hic juſtius admirabitur aliquis? vel potius quomodo exæquabit ſermone rei factæ dignitatem? Utrum deinde obſtupeſcet prius, an fidem Joannis, an vero potentiam ſemper virginis Deiparæ Mariæ? Quodnam horum denique majoribus præconiis efferet? aut quomodo utrumque ſimul comprehendet, utrumque ut par eſt celebrabit? C F

30 Oratorium namque domeſticum ingreſſus Joannes, cum ante venerandam imaginem Deiparæ Angelorumque Reginæ proſtraviſſet ſeſe, & pavimento adhærens crebris capitis alliſionibus intimum animi ſenſum eſſet teſtatus, reſciſſam protendit dexteram, & velut à præſenti medelam magno clamore depoſcens, ac profuſis cum lacrymis irrogati ſibi ſupplicii cauſam commemorans; Propter tuam inquit, imaginem ac filii tui, & eorum, qui multifariam placuerunt, icones, inimici veritatis hoc drama ſubornarunt, & totam hanc ſcenam contra me compoſuerunt: itaque fidenter peto, ut me exaudias, & manum ſalvam mihi reddas, ut valeam miraculi tanti laudem adſcribere tibi, ac celebrare magnificeque extollere

deinde recepta ac brachio applicata,

poſt preces ad Deiparam fuſas,

A CONST. ACROPOL. tollere gratiam, qua vales apud Deum, & assiduam tuam deprecationem pro nobis. Testabor autem omnibus manifeste ipsam pro qua passus sum veritatem, & propter quam truncata mihi dextera fuit. Eja, pii ac misericordis Domini mater pia atque misericors: eja, omnipotentis Dei genitrix, ejus, inquam, Dei, qui sola voluntate cuncta produxit & nutu regit universum mundum: & quoniam propitiabilis est supplicatio tua, orationem meam excipe & petitioni meæ largire effectum.

ab eadem in somnis visa reunitur brachio.

31 Hæc atque his plura cum dixisset, dolore nonnihil se remittente obdormivit: & (ô mirabilem Deum! ô potentiam apud eumdem! & apud filium auctoritatem!) apparet dormienti Sanctissima, ac velut vigilanti non secus ac si viveret ex imagine colloquens, sanam quidem dexteram ei se facturam pollicetur; Verum inquit, tu vicissim recordare sponsionis, & ad ea quæ dixisti impositurum manu eadem utere. Exorna ut poteris Ecclesiam Christi, propter quam semetipsum exinanivit, cumque perfectus esset Deus perfectus etiam homo ex me atque per me apparuit: quod vide ut pulchre exponas, uti & cetera ineffabilia mysteria ex suggestione Spiritus, sapientiam tibi præbituri. Exorna Ecclesiam propter quam sanguinem suum fudit, qui super Cherubim ambulat, quem tremunt Seraphim, cui virtus universa Angelorum atque Archangelorum multo cum metu assistit. Ad hæc Joannes: Nihil equidem, quod in me erit prætermittam: sed tu, Domina, succurre mihi: fateor enim supra vires meas esse, quod imperas quodque ego conabor. Tune evigilans salvam sibi dexteram suam esse invenit, nec habuit mentem in potestate, partim quidem præ gaudio, partim ex admiratione, & ex alio in alium affectum propter miraculi magnitudinem distractus est. Atque hic opportune quis istud Psalmistæ usurpaverit; Ad vesperam demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. Ea enim pro quibus familiares atque vicini omnis conditionis & ætatis ejularant, gemuerant, suspiraverant vesperi, mox atque illuxit agebant contraria omnia, exultantes, gratulantes, jubilantes communi cunctis gaudio; cum præter expectationem viderent dexteram salvam, adhærentem brachio, atque ad quidlibet habilem.

Psal 29, 6

32 Neque porro intra parietes domesticos hic plausus, vel penes solos familiares hæsit notitia rei gestæ: sed longe lateque procurrit fama: quidam etiam festinaverunt Præfecto suo nuntiare (ex Agarenis hi erant, erga nos semper malevoli propter detestabilem suam sectam) quod salvus sit Joannes, ac membris integer gaudeat gratuleturque sibi, & veluti laureatus quidam pæana concinat, palamque exultet. Ille vero continuo accersens Sanctum, quid sibi factum esset jubet veraciter explicare, extrema quæque comminatus, nisi ut acta erant omnia loqueretur. Divinus autem Joannes, tamquam seipso jam melior, ut qui ad meliora vocabatur à Deo & exhinc majora susceperus erat; nihil veritus, non iram quam paulo ante expertus fuerat, non furorem ejus intolerabilem, non terribiliorem sententiam, libera voce & animo confidenti; Ne existimes, inquit, quod vel donis vel dolis evaserim pœnam, aut alio aliquo modo me eidem subtraxerim; multo minus quod humana arte vel pharmacorum virtute sectionem curaverim: sed omnino crede quod & passus sum quidquid jussisti, & à solo Deo medelam sim consecutus, membrorumque integritatem salvam quemadmodum potes intueri. Atque hæc di-

B C

Accersitus Præfecto rem narrat intrepide:

τάσηson· ἵνα Θι τὰ ϯ θαυμαλϑργίας καλλιγραφήσω παράδοξα, καὶ μελῳδήσω καὶ ἀναμέλψομαι, τὴν πολλὴν πρὸς Θεὸν παῤῥησίαν σϑ, καὶ τὴν διὰ ταύτην ἐκ τοῦ σώματος ἀπόνοιαν, ὑπὲρ ἧς πέπονθα, καὶ δι' ἣν τὴν δεξιὰν κεκολόβωμαι. Ναὶ δ' εὐσπλάγχνϑ καὶ τῆ Συμπαθοῦς μήτερ συμπαθὴς καὶ φιλεύσπλαγχνε· ναὶ τῆ παντοδυνάμϑ Θεοῦ γεννήτρια, ὃς μόνη βϑλήσει τὸ πᾶν τόδε παρήγαγε, καὶ ϯ κόσμον διϑθύνει τῷ νεύματι· ἐπὶ σὲ ἵλεων πρὸς σὴ τὸ ἱκετήριον πρόσδεξαι τὴν δέησιν, καὶ εἰς πέρας ἄγαγέ μοι τὴν αἴτησιν.

Ταῦτα δὴ καὶ πλείω τούτων εἰπὼν, μικρόν τι ϯ ὀδυνῶν ἀνεθεὶς, ὕπνωσε· καὶ, ὦ θαυμασίων Θεοῦ! ὦ μητρὸς παῤῥησίας! ὦ πόσην ταύτην ἡ πάναγνος πρὸς ϯ ἑὸν πλοῦτον καὶ Θεὸν, οἵαντε ἐκεῖθεν ἔχει τὴν δυώαμιν! ὑπεφάνεται τούτῳ καθεύδοντι, καὶ ὡς ἐγρηγορότι ζῶσα ὥσπερ ἡ εἰκὼν διαλέγεται, σῶαν γοιῶ ποιεῖται τὴν δεξιὰν ὑπισχνεῖται, πλὴν τὰ ϯ ἐγγύης, φησὶ, μέμνησο· καὶ τοιούτου ἕϑεν τῆ χειρὶ χρῆσαι πρὸς ἃ δὴ καὶ εἴρηκας· κόσμησον ὡς ἐμὸν τὴν ἐκκλησίαν Χριστοῦ, δι' ἣν κενώσας ἑαυτὸν τέλειος Θεὸς ὢν καὶ τέλειος ἄνθρωπος ἐξ ἐμοῦ τε καὶ δι' ἐμοῦ..... αὐτὸς σὺ καλῶς ἂν ἐκφώνειας, ὡς καὶ τἄλλα δῆ ϯ ἀπορρήτων ὑποθυμοσιοῦχη τῷ Φρίσαντος Πνεύματος· σέμνυσον τὴν ἐκκλησίαν, ὑπὲρ ἧς τὸ ἑαυτοῦ αἷμα ἐξέχεεν, ὃ ἐπὶ ϯ Χερουβὶμ ὑπεβεβηκὼς· καὶ ὃν τὰ Σεραφὶμ πέφρικε, καὶ ᾧ πᾶσα σὺν δέει Ἀγγέλων καὶ Ἀρχαγγέλων παρέστηκε δυώαμις. Καὶ ὃς, Ἐγὼ μὴν ὀδέν τι προθυμίας ἐλλείποιμι, σὺ δ' ἄλλ' ἀνίλαμβάνϑ μϑ, Δέσποινα· ὑπὲρ τὴν ἐμὴν γὰρ ὁμολογῶ τὸ πίταγμα δυώαμιν, ὑπὲρ τὴν ἐμὴν ἰσχὺν τὸ ἐγχείρημα. Ἐπὶ τούτοις διύπνισα, ἐπὶ τούτοις σῶαν τὴν δεξιὰν εὗρηκεν. Οὐ γοῦν εἶχεν ὅτι καὶ γένοιτο, τοῦτο μὴν εὐφραινόμϑος, τοῦτο δὴ ἐκπληττόμϑος, καὶ ἄλλο ἐξ ἄλλϑ τῆ τερατϑργίᾳ γινόμϑος. Ἐχῆ τις ἂν καλῶς ἐπιλύεγκε τὸ ϑ' ψαλμῳδοῦ, τὸ ἑσπέρας κλαυθμὸς, καὶ εἰς τὸ πρωῒ ἀγαλλίασις. Ἀνθ' ὧν γὰρ ἑσπέρας ὠλόλυζον, ὤμοζον, ὠλοφύροντο πρόσπολοί τε καὶ περίοικοι, ἡλικία καὶ τύχη διάφορος, πρωΐας εὐθὺς ἀνίεπεν· γεγηθέναι τε καὶ σκιρτᾶν· καὶ λαμπρῶς ὁμοῦ πάντας ἀγάλλεσθαι, ὑγιᾶ παρὰ προσδοκίαν ἅπασαν καθιδόντας καὶ ἐμπεφυκυῖαν αὖθις τὴν χεῖρα, καὶ ἐνεργὸν πρὸς ὅγε αὐτῷ βϑλητόν.

Οὐ μέχρι δὴ ϯ καθ' οἶκον κρότος, οὐδὲ εἰς τοὺς οἰκείους ὁ λόγος διέμεινεν· ἀλλὰ διέδραμε ἡ φήμη κἀν τοῖς κύκλοσε κἀντοῖς πόῤῥωθι· τοίνυν καὶ φθανοῦσί τινες τῷ σρατάρχῃ προσαγγέλαντες Ἄρχοντι (Τῶν Ἀγαρηνῶν ἦσαν οὗτοι, ϯ δυσμενῶν ἡμῖν καὶ πολεμίων ἐκ τοῦ ἐναγεστάτου θρησκεύματος) ὅτι τε σῶς ὁ Ἰωάννης μένοι, καὶ τὰ μέλη ἀδιαλώβητος, καὶ ὅτι χαίρει, καὶ ὅτι περικροτεῖ· καί τις σεφανίτης καθάπερ εἰ παιανίζει, καὶ λαμπρῶς γέγηθε. Καὶ ὃς παρ' αὐτὰ ϯ Ἅγιον μελαγέλλεται· καὶ τὰ καθ' αὐτὸν ἐξεπίτηδες, διακελεύεται πρὸς ἀλήθειαν· τὰ ἐσχατα ἐπαπειλησάμϑος, εἰ μὴ ἂν ὡς ἐσχήκεσαν παρασήσοι. Καὶ γοῦν ὁ θεῖος Ἰωάννης, κρείττων ὥσπερ αὐτοῦ γεγονὼς, ὅτι πως ἤδη καὶ πρὸς κρείττονα μεταλαλεῖτο πρὸς δ' Θεοῦ, καὶ πρὸς μείζονα τοιούτου ἀνελαμβάνετο, μηδὲν ὑποτρέσας, μὴ τὴν πρὸ βραχέος ὀργὴν, μὴ ϯ ἄσεκτον ἐκείνου θυμὸν, μὴ τὴν φρικαλέαν ἀπόφασιν, ἐπαῤῥησιασμένη γλώττῃ καὶ ἀπονήτῳ ϯ ψυχῆς παρασήματι· Μὴ οἴϑ μέ φησι δώροις τισὶν ἢ δόλοις τὴν τιμωρίαν ὑπαλύξαι, ἢ ἄλλῳ τῷ τῶν ἁπάντων τρόπῳ διεκφυγεῖν, μητε μὴν ἀνθρώπϑ τέχνη καὶ φαρμάκων ὑπϑέσει τὴν διαρτίαν ἀπολαβεῖν· ἀλλ' ἴϑι σαφῶς καὶ ἐπονϑότα ὅγε δὴ καὶ προστέταχας καὶ πρὸς Θεὸν μόνϑ τὴν ἴασιν ἐσχηκότα· καὶ ὥσπερ δὴ καὶ ὑγιᾶ ἔχεις, ἀνελλιπῆ γεγονότα τὴν ὁλομέλειαν. Ἐκτείνας ἐπὶ τοῖσδε

D E F

A τοῖσδε τῷ χεῖρε, καὶ τῷ ἑτέρᾳ περικυκλῶσαν δείξας γραμμὴν, ἣ τῷ τε διακοπῇ καὶ τῷ μετὰ τοῦτο ἁρμογῇ, πάνυ καθαρῶς ὑπεδείκνυεν.

Ἐφ' οἷς καὶ καταπλαγέντα τὸν βάρβαρον, Ὄντως ἀνεύδωρ ἦδα, φάναι καὶ δόλῳ μοὶ ἡμᾶς ἠπάτησε; παρὰ τὰ πάντα δίκαιον λόγον, αὐτὸς, Ἰωάννη, καὶ καλὲ δικάδης καὶ πεπονθὰς· ἀλλ' ἴσθι μειζόνων ἀξιωθησόμενος πρός ἐμοῦ τὸ μετὰ τοῦτο τιμῆς, ὑπὲρ τοὺς ἄλλους τε ταξόμενος, καὶ τὰ ὑπ' ἐμοὶ τοῦ λοιποῦ καλεσησόμενος ἁπάντων περιφανέστατος. Ὁ δὲ πρῶτα αὐτίκα πεσὼν, δάκρυά τε θερμὰ καταχέων, Μή μοι γένοιτο καὶ ἐτι τῷ κόσμῳ περιπολεῖν, ὑπὸ Θεοῦ μόνου * ῥᾳδίως ὧν ὑπενεγκεῖν εἴωθεν ὁ περίγειος ὑτοσὶ τόπος δεινῶν, ὁ τὰ ἄτης λειμὼν (ὡς τῆς τις θυραίων σοφῶν ἐγνωμάτευσεν) ἢ καθ' ἡμᾶς ἐρεῖν, ἡ κοιλὰς τοῦ κλαυθμῶνος. Ὁ δ' ὑπολαβὼν, Ἀλλ' οὐκ ἐνδώσω σοι, Ἰωάννη, τοῦτό ποτε. Καὶ ὅς· Ἄφελέ μοι καὶ τὴν κεφαλήν εἰ βούλει, καὶ γὰρ εἰ οἷόν τε, μυρίους ἑτοίμως θανάτους ἀποθανεῖν, ἢ τὸ ἀπὸ τοῦδε τοῦ καταβάλλειν ἐκπεσεῖν. Κἀκεῖνος αὖθις ἀκλινὴς διέμενε καὶ ἀνένδοτος· ὡς δὲ καὶ οὗτος τὴν αἴτησιν ἰσχυρὸς, καὶ τὴν προθεσιν ἀμεταθετος. Καρτερὸς γοῦν ὥσπερ σωτὴρ σωτῆρι ἀγὼν, καὶ ἰσχυρά τις ἐκείνοιν διαμάχη συμπέπλωκεν· ἑκάτερος γὰρ θατέρῳ μηδὲ ἂν πῶς ποθὲν ὑπεῖξαι ἀπισχυρίζετο, καὶ ὅλῃ ἀνέπιπτεν ἰσχύι, καὶ ἐθύμως ἐπὶ τῷδε διηγωνίζετο. Ἀλλὰ νενίκηκεν Ἰωάννης τῇ σωτάρσῃ τοῦ κρείττονος· ἥττηται δὲ ὁ πολεμικὸς ἐκεῖνος καὶ βάρβαρος τύραννος, καὶ σὺν ᾗ ἥνυτον οἱ ἀόρατοι ἀλείπται τε καὶ σωτῆρες, οἱ τοῖς ἀγαθοῖς ἡμῶν ἀεὶ βασκαίνοντες ἔργοις τε καὶ βουλεύμασι δαίμονες.

Τί γοῦν καὶ ποιεῖ; Ἐπεὶ περ, ὅτι ἂν θέλει καὶ εἴη βουλόμενος, ἄγε δὴ ἐκπέρανον, ἤκουσε; πῶς τε τὰ καθ' αὐτὸν διατίθεται; Ὁ πιστὸς μοι οἰκονόμος καὶ φρόνιμος, ὅτε καὶ οἰκονομεῖν ἀνεδέξατο, τότε δὴ σωφρονισθεὶς θεοῦ καὶ σωφρονέστερα βουλευσάμενος, ἅπαντα μοι τὰ πλεῖστον τοῖς δεομένοις διένειμε, ἀγροὺς δὲ καὶ τὴν κλῆσιν ἄλλην, τοῖς προσήκουσιν ἀπεκλήρωσεν· ἐπεὶ δὲ θρῶς τὰ καθ' αὐτὸν ἅτω διέθετο, εἰλωτικὴν ἀναβολὴν περιθέμενος, πρὸς τὴν ἀγαθὴν ἀπαρτὶ πορείαν, τὸ μὲν φαινόμενον πενιχρὸς, πρὸς δὲ τὴν τοῦ ἐριτίμου μαργαρίτου ἀξίωσιν πλεῖστον βαρυνόμενος τὴν ἀρετὴν ἐπαγόμενος. Καὶ γοῦν τὴν Ἱερουσαλὴμ καταλαμβάνει, ἵνα τε τὸ σωτήριον ἀπετελέσθη μυστήριον, κἀκεῖσε σεπτῶς τῷ Θεῷ καὶ Δεσπότῃ τὴν προσκύνησιν ἀφωσιωσάμενος, παρὰ τὴν τοῦ μεγάλου Σάβα μονὴν ἄπεισι, Σάβα τοῦ τὴν ἀρετὴν περιβοήτου καὶ τὴν καθ' Θεὸν πολιτείαν περιφανεστάτου, Σάβα τοῦ λαμπρότητι βίου τὸν ὑφ' ἥλιον καταυγάσαντος, ὃν εἴπερ τις ἂν φαίη τύπον ἅ μοναδικοῦ βίου ἄνωθεν τοῖς ἐν γῇ καταπεμφθῆναι, εὖ οἶδα, τὴν ἀληθείας οὐκ ἁμαρτήσεται. Παρὰ γοῦν τὴν ἐκείνου φοιτᾷ· λαύρας τὰς τοιαύτας μονὰς καλεῖν εἰώθασιν οἱ πολλοί. Ὡς οὖν παρ' αὐτὴν γένοιτο, καὶ τῷ τὴν ἐν αὐτῇ προεσῶτι εἰς ὄψιν ἔλθοι, πεσὼν πρὸ τοῦ ἐκείνου ποδῶν, τῷ παρὰ τοῦ εὐαγγελίου ἑαυτὸν ἀπολωλότι προβάτῳ προσείκαζεν, ἀφαρπάσαι τε τοῦ νοητοῦ καλεδυσώπει θυρὸς, καὶ τῇ ἰδίᾳ ἐνσκήσαι μάνδρᾳ πάνυ λιπαρῶς καθικέτευε, μηδὲ τὰς ὀφθαλμὰς εἰς ὑρανὰς ἆραι τολμῶν, ὡς ὁ τῷ Σωτῆρι παραβολικῶς ἐπισκυνηθεὶς τελώνης, καὶ πρὸς μελανοίας σχεδιασθεὶς ὄντως ὑπογραμμὸν, καὶ ἀτρεπῆ τύπον ἐξαγορεύσεως· καὶ ταῦτά γέ τις, ὁ ἐξ ὀνύχων ἀπαλῶν καθαρὸς καὶ ἀπὸ γενέσεως. Ὦ καρδίας σωλετριμμένης! ὦ πνεύματος τελαπεινωμένου! ὦ ψυχῆς Θεὸν ὁρώσης, Θεὸν φαντασομένης ἀεί! ὦ ψυχῆς τῷ ἀνείκαστον Θεοῦ δόξαν ἀναπολύσης διὰ παντὸς, καὶ μόνα τὰ ἐκείνου διανοουμένης διὰπαντὸς, καὶ ἀμέσως ἀμέσῳ νοΐ

B

C

cens ambas manus extendit, atque in altera demonstravit circumductam lineam, quæ perquam manifestam faciebat sectionem factam, & restaurationem secutam. A. CONST. ACROPOL.

33 Ad hæc obstupefactus Barbarus; Vere, inquit, innocens eras; Joannes; & nos quidem fraus decepit, tu vero contra omnem justitiam damnatus ac passus es: sed deinceps majoribus apud me honoribus extolleris, & supra ceteros constitutus subditis meis universis eris illustrior. Joannes vero in terram se prosternens, & lacrymis calentibus profluens: Absit, inquit, ut amplius in mundo maneam, à solo Deo extractus ex iis ærumnis, quas proferre solet hæc terrestris habitatio, seu potius pratum noxarum, sicut externorum Sapientum nonnemo dixit, vel, ut consueto nobis vocabulo utar, vallis lacrymarum. At Præfectus: Numquam ego hoc tibi, Joannes, concedam. Hic autem; Caput, inquit, si velis aufer: nam paratus sum mille potius, si possibile sit, mortes obire, quam ex eo quod nunc cœpi proposito excidere. Ille tamen manebat immotus, nec minus Ioannes suam urgebat petitionem, à sententia neutiquam revocabilis. Grave ergo inter utrumque certamen ac veluti colluctatio pertinax fuit, cum unus alterum niteretur viribus omnibus superare, totoque robore velut irruere; planeque ex animo ad hoc incumberet. Sed victoria penes Ioannem, utpote causa meliorem, stetit: victus est autem sanguinarius ille barbarusque tyrannus, & cum eo invisibiles luctatores atque adjutores ipsius dæmones, qui bonis nostris operibus atque consiliis perpetuo invident. à quo, honoribus cum prosequente, retineri nequit.

34 Quid ergo fecit aut quomodo res disposuit, postquam audivit; Quidquid placuerit, age, exequere? Fidelis ille & prudens dispensator, jam inde ab eo tempore quo sui ipse juris potuit res proprias ordinare, tunc autem adjuvante ipsum Deo utiliora etiam consilia capiens, pecuniam quidem omnem distribuit pauperibus, agros vero & reliquas possessiones inter propinquos divisit. Cum autem sic omnia prudenter ordinasset, servilem indutus habitum, in bonam sese viam dedit, externa quidem specie pauper, sed ad emendam pretiosam margaritam multas opes, virtutem scilicet, secum efferens. Ingreditur ergo Hierosolymam, ut ibidem salutis nostræ mysterium susciperet; Deoque ac Domino suo reverenter adorato sanctificatus, ad magni Sabæ monasterium abit. Sabæ inquam illius, virtute celeberrimi & conversatione nominatissimi: Sabæ, totam quæ sub sole est terram vitæ suæ claritate illustrantis, quam quidem ejus vitam aliquis dixerit in exemplum monasticæ professionis de cælo missam esse hominibus super terra commorantibus, eumque hoc dixerit, nihil præter veritatem dixerit, certo scio. Ut autem ad illius monasterium (lauras plerique solent istiusmodi loca nominare) atque in conspectum Abbatis venit, ad ejus pedes procidens, similem sese exhibuit ovi illi in Euangelio perditæ, supplicans ut spirituale ostium apprehendere sibi liceret, & in illius proprium ovile recipi; interim vero nec oculos audebat levare in cælum, sicut ille in parabolis à Salvatore memoratus Publicanus, propositusque in exemplum pœnitentiæ atque sinceræ confessionis; idque cum à teneris, uti dicitur, unguiculis ipsaque nativitate purus fuerit. O cor contritum! ô spiritum humiliatum! ô animam Deum videntem, Deum semper cogitantem! ô animam divinæ gloriæ semper intentam, eaque sola spectantem quæ illuc conducunt, mentique illi primæ ac mentium corporearum æque ac incorporearum Pecuniam egenis, prædia propinquis dividit. S. Sabæ monasterium adit. ac admitti supplex petit.

A. CONST. ACROPOL. opifici immediatius inhærentem ! ô animam tam excelsa virtute evectam, tam profunda humilitate depressam, ut se quasi inutilem ad omnia existimans de seipsa triumpharit, seque ut gravissimorum peccatorum ream traduxerit!

Seniores non audent ejus instruendi curam suscipere ob nostram virtutem.

35 Ergo in magni Sabæ lauram Magnus Ioannes receptus est, quasi qui necdum multos eosque in virtute præstantes superasset. Monasterii autem Præfectus monachorum præcipuos accersit: ac primo quidem ei, qui ante alios ingressus adstabat, curam injungit novitii, quem ei monstrabat, gerendam. Ille vero tamquam attonitus, uti vultu ipso monstrabat, ministerium hoc recusavit suscipere, postquam se utcumque collegisset, hoc solum effatus: Tibi nunc, Pater, videor inobediens esse, nihil tale, sicut nosti umquam passus, ex quo me tibi regendum commisi, sed neque alias idem commissurus: nunc autem causam intellige & ignosce. Ego à longo jam tempore novi celeberrimum hunc virum: ejus enim laudes manifesta vulgavit fama, tamquam facundiâ & vitâ clarissimi: quapropter vereor ejus curam suscipere, Pater reverende, imparem eidem me judicans. Ad alium deinde se convertit Abbas, & hic similiter sese excu-
B sat; indeque ad tertium, qui æque toto nisu resilit: prout etiam alii aliique fecerunt, quos Abbas appellabat, æque eos inveniens impersuasibiles ex formidine prænotata. Ut enim verbo absolvam, omnes illi venerabiles senes, licet à plurimis annis monasticam vitam professi, ejusque officia omnia perspecta habentes, in hoc conspirabant, ut magisterium sibi propositum declinarent.

Cellam ingressus summa voluptate perfunditur,

36 Post omnes denique vir ille divinus, tamquam istos despiciens, accersivit alium, ætate provectiorem, fortassis & virtute, simplicitate vero morum Abrahamium senem, multum etiam Iacobi præferentem sinceritate sua, vereque antiqui moris hominem. Huic institutionem Ioannis commendat, huic præcipit ipsum deducere per viam Nazarenæ secundum Deum conversationis. Cum ergo ille Ioannem perquam libenter accepisset, manu prehensum in suam deducens cellulam; ipse quidem revertebatur gaudens velut grande lucrum adeptus, Ioannes vero ineffabili repletus erat lætitia ac si ipsum Paradisum ingrederetur. Nam & huic Beato dabatur præceptum: sed præceptum haudquaquam ex levioribus, quale imperfecto alicui proponeretur. Siquidem mandabat senex
C *instruitur præceptis variis,* voluntati propriæ omnino nihil indulgere, neque facere quidpiam quo per se inclinabatur; sed ea solum quæ imperarentur conatu omni ad finem perducere perfecteque implere: Deum assidue habere præ oculis, & cum eo versari continuo ac pro delictis deprecari, crebro genua flectendo & ferventes lacrymas effundendo. Nihil enim, fili, inquiebat sic acceptum habet aut pluris facit Dominus quam spiritum humiliatum & cor contritum. Atque hæc quidem ipso in limine præcipiens ac veluti fundamentum jaciens, ostendebat quasi primordia quædam: quæ autem ad animam transformandam in melius atque perfectius coaptandam faciunt, nec non ad potentiarum ejus perpurgationem evectionemque, quæ demum oratio possit digne exequi? Incipit autem à cognitivis facultatibus, ut appetitivas etiam animalesque potentias, quæque his subjectæ sunt spectantque ad tertiam deterioremque hominis partem, parti subjiciat meliori atque ad diviniora transferat.

37 Atque hic fortasse mirabitur aliquis, quomodo perfectum jam virum docere præsumpserit senex, & jam summum perficere adhuc magis: etenim per seipsum magnus erat Ioannes, utpote

σωματοποιήσης τῷ πρώτῳ νῷ καὶ νῶν ἀσωμάτων καὶ D
ἀσωμάτων δημιουργῷ! Ὢ ψυχῆς ἐς τηλικοῦτον διαρθείσης ἀρετῆς, καὶ εἰς τοσοῦτον ὑποπιπτούσης ἐκ ταπεινώσεως, καὶ ὡς τὸ μηδὲν ἑαυτὴν ἀχρεώσης, θριαμβευούσης τε καὶ σκιλευούσης ὥσπερ ἁμαρτῶσαν ἀνήκεσα.

Πλεῖ ἀλλὰ τῇ μεγάλῃ Σάβα μονῇ ὁ μέγας Ἰωάννης προσέλαπλαι, ὁ ὅσον ἠδέπω συχνὸς ὑπερβαλέσθαι μέλλων καὶ τῶν μεγάλων εἰς ἀρετήν. Καὶ γοῦν ὁ τῶ τότε τῆς μονῆς προστατῶν τὸν πρόχοντας τῶν μοναχῶν μεταπέμπεται· καὶ πρῶτα μέν, τῷ πρὸ τῶν ἄλλων καὶ εἰσιόντι καὶ ἐξιόντι, τὴν δὲ νεηλυδῶν ἐφορείαν, δέξας αὐτόν, ἀναλίθησι. Καὶ, ὃς καθάπερ εἴ τις ἐκπλήττεται ὡς δεδήλωκεν ἐκ δὲ σχήματος, τὴν λειτουργίαν ἀπαγορεύει, τοῦτο μόνον εἰπών, ὀλίγον ἀνειληφὼς ἑαυτὸν μόλις· Σοὶ, Πάτερ, νῦν ἀκήκοα ἀναφάνομαι, ἐξότου σε καὶ ἐνεχείρισα ἐμαυτὸν μήπω γε ὡς οἶδα τυτοῖ πεπονθὼς, ἀλλὰ μηδὲ εἰς αὖθις εἶθε πολὺ· τὸ δὲ αἴτιον τοῦτό γε οὐκ ἄλλο καὶ τύγγνωθι. Ἐκ μακροῦ τὸν ἄνδρα περιβόητον ἔγνωκα· ἡ γάρ μοι φήμη, τὰ καθ' αὐτὸν ἀκριβέσαλα διετράνωσε, καὶ λόγῳ τε καὶ βίῳ τὸν περιφανεσάτων παρέσησεν, ἐφ' ᾧ καὶ δέδοικα τὴν ὕπεισασίαν, ὑπὲρ ἐμὲ κρίνων, πάτερ δεσπότα. Ἐπὶ τὸ μεῖζον ἐκεῖνον τρέπῃ τὸν λόγον· καὶ καθ' ἓν E
ὁτῳοῦν τῷ πρὸ αὐτοῦ σωφρονεῖ τὴν ἀπαγόρευσιν. Ἐπὶ τὸ ἕτερον, καὶ οὐδὶ οὕτω σωτίθεται· ἐπὶ τὸ μετ' αὐτὸν, καὶ ὅλῳ καθ' ἕνα ὑποχωρεῖ τῷ πρώτῳ ἐπ' ἄλλον οὗ μετ' ἄλλον ἐστρέφετο, καὶ ὁμοίως τὴν ἐκ τῆς δειλίας ἀπείθειαν περιεύγχανε· σωτηρίαν γὰρ φάναι ὁμογνωμονήσαντες ὁμοῦ πάντες οἱ γηραλέοι ἐκεῖνοι καὶ Σεβάσμιοι ἄνθρωποι, καὶ τὸ μονάδα βίον ἀνηρημένοι ἐξ ἄγαν μακρῶν τῶν σφιαυτῶν, τὴν τε πολιτείαν ὑπερηρμένοι, καὶ ἀκριβεῖς τῆς μοναχικῆς ἐπισήμονες, τὴν τῆς προσασίας παραίτησιν ὁμοφώνησαν.

Μέλασέλεται μετ' αὐτὸς ὁ θεῖος ἐκεῖνος ἀνὴρ, πάντας ὥσπερ ἐκείνους περιϊδὼν, ἕτερον τὴν ἡλικίαν προήκοντα, τάχα δὲ καὶ τὴν ἀρετὴν ὑπερβαίνοντα, τῇ δὲ ἧττος ἁπλότητι, Ἀβραμιαῖον ἄντικρυς γέροντα, πολὺ κατὰ τὸν Ἰακὼβ αὐχοῦντα τὸ ἄπλαστον, καὶ ἀρχαῖον ὡς ἀληθῶς ἄνθρωπον. Τοῦτῳ τὴν ἡγεμονίαν ἐπιτρέπει, τοῦτῳ τὴν ὁδηγίαν τῆς Ναζωραϊκῆς καὶ καλὰ Θεὸν πολιτείας ἀνατιθεῖ. Καὶ ὃς εὐθύμως ἄγαν τὸν χῆρος τὸν Ἰωάννου λαβόμενος, ἅπασι παρὰ τὸν οἰκεῖον τὸν ἴδιον· ὁ μὲν καθά τινος ἐρμαίου τυχὼν, ἐπαναστρέφας περιεχαρὴς· ὁ δὲ ὥσπερ ἑαυτὸν τὸν παράδεισον εἰσιὼν, ἡδονῆς ἀῤῥήτου πλησθείς. Καὶ δὴ τῷ Μακαρίῳ δίδοται σχολὴ, καὶ ἡ σχολὴ, οὐχ ὡς πρὸς ἀτελῆ τὸν ἐλαφροτέρων τις ἦν. F
Ἐπισκήπτει γὰρ ὁ γέρων, τῷ ἰδίῳ μεδόλως στέργειν βουλήματι· μηδὲ ἐκλελεῖν τι τοπαράπαν ἀνθέκαστον· ἀλλ' ὅσπερ ἂν προσαγείη μόνον, καὶ τοῦτο ἰσχὺς ὅση πείρατι δίδοναι καὶ καλῶς ἐκπληροῦν, ἀεί τε τὸν Θεὸν ἔχειν πρὸ ὀφθαλμῶν, καὶ Θεῷ διηνεκῶς συντυγχάνειν, καὶ ὑπὲρ τῶν ἁμπλακημάτων ἐκλιπαρεῖν, συχνὰ γόνυπελοῦντα καὶ δάκρυα θερμὰ καταχέοντα. Οὐδὲν γὰρ ἔφασκε τέκνον οὕτω προσίεται, καὶ περὶ πλείονος τίθεται, ὡς πνεῦμα τεταπεινωμένον καὶ καρδίαν συντετριμμένην ὁ Κύριος. Καὶ ταῦτα μὲν ἐξ αὐτῆς ὑπεθίθεται, καὶ οἷόν τι βάθρον ὑπέβαλεν, ἢ καί τινα προτέλεια παρεδείκνυεν· ἃ δὴ μεταποιεῖν χρεὼν οὐδενὸς ἧττον ψυχῆς, καὶ πρὸς τελεωτέραν συμβάλλεται μεταῤῥύθμισιν, τῆς αὐτῆς τε δυνάμεων κάθαρσιν καὶ ἀνάβασιν, τίς ἂν παρασῆσαι λόγος ἱκανὸς εἴη; Ἀπὸ μὲν γὰρ τῶν γνωσικῶν ἄρχεται, ὡς ἂν δὴ καὶ τὰς ὀρεκτικάς τε καὶ ζωτικὰς, καὶ σὺν ταύταις τὰς ὑπαυλὰς, τὰς δὲ τρίτης γε λέγω μοίρας καὶ χείρονος, μεταθεῖσα πρὸς τὸ κρεῖττον, καὶ μεταβάλοι πρὸς τὸ θειότερον. G

Ἀλλὰ μὴ θαυμάσῃ τις ὅπως ἄρα καὶ ἐπαναγάγοι τὸν τέλειον, καὶ τὸν ἄκρον καταρτίζειν· εἰ γὰρ καὶ μέγας αὐτόθεν ὁ Ἰωάν-

A ὁ Ἰωάννης ἐτύγχανεν ὢν, Θρία πεπυκνωμένῳ, καὶ ἀρετῇ κεκοσμημένῳ, καὶ ὑψηλὸς ἀμφοῖν καὶ θεσπέσιος· ἀλλ' ἔστι τις καὶ ἐπίδοσις τοῦ καλοῦ, καὶ τοῦ τελείου πέφυκε τελεώτερον, καὶ τοῦ διασήμου περιφανέστερον. Οὐκ ἀπλοῦς ἦν καὶ ὁ ἁπλοϊκὸν γέροντα, τῶν πρὸ τοῦ μὴ ζωέντα, ὡς μὴ ἀκριβωσάμενόν πως ἢ καὶ πανηλεῶς ἀλογήσαντα, ὡς τῶν τινα παιδοτριβεῖν ἀτελῶν, καὶ καταμικρὸν οἷον ἀνάγειν πρὸς τελειότητα. Κολάζει τοίνυν τοὺς ἀῤῥησίν, μηθ' ὁρᾶν περιέργως, μήτ' ἀκούειν εἰκῆ δόνως, ὅτι μὴ περὶ Θεοῦ καὶ τῶν θείων ἐγκελευσάμενος, μηδὲ λιχνεύεσθαί πως περὶ τὴν γεῦσιν ὥστε δὴ καθηδύεσθαι· ἀλλ' ὅσον γε ἀποζῆν τρέφεσθαι, μεμνημένον τῆς παραβάσεως, καὶ τῆς ἐκεῖθεν διὰ τοὺς λιχνείαν τῶν καλλίστων ἐκπτώσεως, τῆς ἀκράτου δήπουθεν ἐκείνης τρυφῆς, καὶ τῆς ἀῤῥάστου γε ἡδονῆς· πρὸς δὲ τάσιν χῦρος ζυσέλλειν παράλογον, καὶ ἁφῆς καλέχειν τὸ ἄνετον, εἰς νοῦν διὰ ἐκῶς ἄγοντα τὸ ἐκ τολμηρῶς ἅψασθαι τῶν προπατόρων ὀλίσθημα· ἀνθέων τε καὶ μύρων ὀδμὰς ἀποπέμπεσθαι, μονονοῦ διαπαντὸς τῶν ἐν Ἐδὲμ ὀσφραινόμενον, κἀκείνων ἐπιτυχεῖν ἐφιέμενον.

Καὶ ταυτὶ μὲν περὶ αἰσθήσεως καὶ αἰσθητηρίων, ὁ
B Γεμνὸς ἐκεῖνος γέρων καὶ πρακτικῆς φιλοσοφίας ἐπιβολώτατος, τῷ τὰ πάντα μὲν εὐηκόῳ· κἀκ τούτου ἀμαθίας ἄκρας ὑποκριτῇ, τῇ δὲ ἀληθείᾳ θεωρίας ὁμοῦ τελείας καὶ πράξεως ἐπιμελητῇ, θρώτατα ἐπέσκηψε μαθητῇ. Περὶ δὲ φαντασικοῦ τε καὶ φανλασίας τοῦ παθητικοῦ δῆτα νοὸς, ὁποῖα; ὡς λίαν θαυμασὰ, καὶ μόνης τοῦ μεγάλου γλώττης δεόμενα, τοῦ πρακλικωτάτου καὶ θεωρητικωτάτου, καὶ τῇ κατάμφω φιλοσοφίᾳ λαμπρῶς ὑπερβαλόντος, καὶ τοὺς νεῶν ὁμοῦ καὶ τοὺς πώποτε. Μηδέν τι συνόλως τῶν γηΐνων καὶ ὑλωδῶν παρηγγύησεν ἀναμάττεσθαι· ἔτι δή πως καὶ ἀπολέλειπται οἱ ἀναπολήμενον, ἀποβαλεῖν τὸ τάχος καὶ διακρύσασθαι (τοῦτο γὰρ τῶν χθονιωτέρων φαντασίας καὶ πάθους καὶ Σύσασις, καὶ τὰ κατ' αὐτὸν ἐνεργείας τοῦτ' αὖθις διάλυσις) μόνα δ' φαντάζεσθαι τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς, κἀκεῖνα ὄντως ὄντα δοξάζειν ὡς ἀδιάπτωτα, κἀκείνων ἅπτεσθαι τῇ διανοίαν, κἀκείνων ἐφάπτεσθαι· ἵν' ὅπως ἐκ τοῦ δυνάμει νοῦν πεφυκέναι, ἐνεργείᾳ ταύτῃ νοῦν ἀποφήνειε· τὸν δὲ αὖ ἐντελεχείᾳ νοῦν ἐνεργέτερον μακρῷ καὶ θειότερον, ὡς τῇ νοητὸν, ἀμέσως ἀντιλαμβάνεσθαι, μηδέ τινι τῇ ὑποδεεστέρων δυνάμεων καταστρώμενον, τὰς δὲ ὑπαυτῷ πάσας ἀνάγοντα, καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἕλκοντα, καὶ
C δι' αὐτοῦ καὶ σὺν αὐτῷ πρὸς Θεὸν μεταφέροντα.

Καὶ ταῦτα μὲν ὁ καλὸς γέρων ὑπέδηκε νουνεχῶς καὶ ἐπέσκηψεν ἐμβριθῶς τῷ κατὰ χάριν υἱῷ, τῷ πολιῷ μὲν τὴν θρίαν, καὶ πρεσβύτῃ τὴν φρόνησιν· εἰ καὶ ἄλλως ἐκ παιδὸς ζωτροφον εἶχε τὴν ἀρετὴν καὶ δι' ὅλης σωδίαντον. Προσεπιτύτοις, μή τί πως οἴεσθαι τὰ παράπαν τυγχάνειν, ἢ γοῦν τινὸς ἐκ τῶν λόγων ὑπερφέρειν παιδεύσεως, μέγα τε ἢ μικρὸν μὴ φρονεῖν ἐπὶ λόγοις τὸ ζωόλον, ἀλλ' ἀποθέσθαι καθάπαξ λόγον τὸν θύραθεν, καὶ πάντα τρόπον ἀποπέμπεσθαι τοῦτον τῆς μνήμης· καὶ οὐχ ὅπως λόγους
* an πλα- * πλατυκῶς ζωτιθέναι, καὶ ἐγκωμίοις ἢ καὶ ἱστορίαις σικῶς. ἐπιχειρεῖν, ἀλλ' οὐδὲ τῶν ζωήθων ἅπτεσθαι τινί. Οἶδα μὲν οὖν ὡς μικρὰ ταῦτα νομίζεσθαι τοῖς ἀμυήτοις τὰ λογικὰ καὶ τὰ τῆς παιδείας ἀτελέσιν ὑπωσί πως ἐρεῖν ὄργια, ἔνθεν καὶ οὐχ ἱκανοῖς διαγνῶναι, οἷόν τινα τῷ ἡδονῷ ἔχει καὶ ὁποῖον τῆς καρδίας ἐμποιεῖ πλατυσμὸν ἢ τῶν διανοημάτων εὔσοχος ἐκφανσις καὶ τῶν νοημάτων ἀκριβὴς ἀνακάλυψις. Ἀλλὰ τί ἂν οἱ τοιοῦτοι καὶ φαῖεν ἀκούσαντες, ὡς καὶ ζιωπῷ ἐπισκήψειε· καὶ τελέαν τῆς γλώττης καλοχῷ ἐπιτάξειεν, ὡς μηδὲ χρῆ τὸ

plenus ſapientia, ornatus virtute & utrimque venerabilis quam qui maxime. Verumtamen adjici ſemper aliquid poteſt ad bonum, & perfecto perfectius, præclaro præclarius invenitur. Non igitur incongruum fuit quod ſimplex hic ſenex, ignarus præteritorum (ut qui ea nec ſcrutatus erat fortaſſe nec ſcire curaverat) inſtituerit eum, velut ex imperfectioribus aliquem, paulatim ad virtutis perfectionem inducendo. Caſtigat itaque ſenſus ejus, ut aſſueſcat neque ſuperfluum videre quidpiam, nec delicioſum audire, niſi Dei vel rerum divinarum cauſa; neque gulæ aliquid indulgere per guſtum voluptatis ergo: ſed ſolum comedere quod ad tuendam vitam ſit ſatis, memorem antiquæ tranſgreſſionis, & quomodo per gulam maximis bonis olim exciderimus, cogitantem etiam ſinceras alterius vitę delicias ineffabileſque voluptates. Vetabat quoque vel manum extendere conſiderate vel aliquid molle contingere, præ oculis habentem ruinam protoplaſtorum ex audaciori contactu natam. Florum deinde atque unguentorum odores jubebat ablegare, ſola mente ſemper olfacientem Paradiſi fragrantiam, atque hac frui unice cupientem.

A.CONST. ACROPOL. *præſertim ad mortificationem ſenſuum*

38 Et hæc quidem circa ſenſus eorumque organa venerabilis ille ſenex & philoſophiæ practicæ ſcientiſſimus docebat diſcipulum ad omnia obſequentiſſimum, & dum ſummam ignorantiã ſimulat, actionis æque ac ſpeculationis perfectionem ſedula meditatione conſecutum ſapientiſſime docebat. Quę autem circa phantaſiam phantaſiæque obnoxias animi paſſiones præcipiebat, qualia demum erant? Vere admiranda, quæque ut explicari poſſint, egeant ipſa magni illius viri lingua, utpote in praxi ac theoria ſummo, in eaque quæ ex his duobus exſurgit philoſophia præcellentem manifeſte cunctis, qui eo tempore aut etiam aliquando extiterunt. Imperabat ſcilicet, terrenarum atque materialium rerum nulli omnino adverteret animum, ſiquid vero ejuſmodi reliquum ei eſſet, id continuo enectum ejiceret atque exturbaret (in hoc enim conſiſtit paſſio phantaſię, circa res magis terrenas verſantis, & hoc virtutem eidem adverſantem diſſolvit) ſola autem ea cogirando volveret, quæ ſupra nos ſunt & quæ vere ſubſiſtunt, ut quæ excidere nequeant, magni faceret: ad ea ſola mentem attollere, ad ea conniti jubebat: ut qui per virtutem factus eſſe ſpiritus videbatur, ipſam quoque operationem ſpiritualem monſtraret, animumque ad perfectionem evectum immediate ſuſciperet, efficaciorem multo atque diviniorem, utpote intellectualem, neque ulli inferiorum facultatum obnoxium, ſed has omnes elevantem atque trahentem ad ſe, & per ſe ac ſecum transferentem ad Deum. *& phantaſia facientibus.*

39 Talia venerandus ille ſenex prudenter atque cordate ſuggerebat injungebatque ſuo per gratiam filio, licet ſapientia cano & prudentia ſeni, qui aliquo etiam à puero virtutem ſibi veluti collactaneam & ubiq; familiarem habuerat. Inſuper, ne ſe omnino aliquid eſſe putaret ſeq; propter eloquentiæ cultum extolleret, vetabat illius ullam ſive magnã ſive parvã rationem habere, ſed foras excludere ſimul ac ſemel quidquid, didicerat externũ atq; ipſam etiã memoriã quantum poſſet eliminare jubebat: neq; ſolum non permittebat aliquid numeroſe componere, vel encomiis hiſtoriiſve ſcribendis vacare, ſed neq; epiſtolam mittere notorum alicui. Scio equidem hęc ſpiritualia parvi facienda ab imperitis, quaſi qui de myſteriis diſciplinę arcanę loquor apud nondum initiatos; eo quod non ſint apti ad cognoſcendum, quantam habeat voluptatem, quantumque faciat animum dilatari perfecta expreſſio cogitationum ſuarum & conceptuum mentis accurata manifeſtatio. Sed quid dicerent illi, quando audirent quod etiam præſcribatur *In humilitate exercetur.*

A.CONST. ACROPOL. silentium & omnimoda linguæ compreſſio imperetur, ita ut nec gry proferre diſcipulus audeat, niſi cum à magiſtro juſſus ex divinis libris aliquid legerit ad Deum propitiandum confitendumque?

Laudes ejus præclaræ.

40 Quid vero innocens ille & Deo tota mente affixus, cujus cor rectitudinem ſemper dilexit, quomodo in iſtis ſe habet? Num labaſcit, tantum pondus præceptorum dedignans? aut ſublevari petit, ne ſcilicet in principio prægravatus ſuccumbat? Longe iſtud à Joanne. Libenter cuncta in humeros ſuſcipit, & viam hanc quæ ducit ad Deum generoſe ingreditur, ſeu potius ad vitæ monaſticæ ſtadium alacriter percurrendum exuitur, & non ſolum ad quintuplum ſed ad decies millecuplum certamen inungitur. Sed forte ſuſcepit generoſe, quod non tulit fortiter; aut ingreſſus intrepide, non certavit conſtanter. Abſit hoc omnino, abſit. Non tamen velut victor aliquis in Olympiacis, Nemeæis, vel Iſthmicis viliter coronatus apparuit, aut ut unus eorum qui in Panathenęis prævaluerunt corona oleagina magnifice revinctus comas, aut pineam quatiens, eoque vehementer intumeſcens, vel ſa-
B cris quibuſdam pomis (profanis potius dixerim) glorioſus, ridentibus quidem illum ſapientioribus, pueris vero applaudentibus, & ſuccinentibus in ſcena theatris; aut ſicuti ſors tulerit inunctus & brevi admodum tempore laudatus, idque ſolis forſitan promiſcuæ conditionis turbis ac vili plebeculа: ſed exiit cælitus coronatus, Angelis & Angelicis hominibus cum admiratione circum ſtipantibus, ſpectaculum vere factus, uti loquitur Paulus, & Angelis & hominibus, viſibilemque atque inviſibilem naturam obſtupefaciens.

Sportulis oneratus mittitur Damaſcum,

41 Cum ergo gravis ille magiſter cognovit Joannem humilitate ſublimem, obedientia morigeram, virtutis exercitatione infatigabilem, omnique ex parte probatum; adinvenit modum alium quo eum tentaret: aliter enim adhuc probandum cenſuit, ut videret, utrum & quomodo etiam inter notos familiareſque poſſet eamdem modeſtiæ mediocritatem tenere. Sportulas itaque multas colligens, eaſque partim humeris ejus imponens, partim in manus tradens, Damaſcum ferre omnes juſſit: Tanto, inquiens, venales offeres, idque aucto immodice rerum tam vilium pretio, ut vel ſic experiretur diſcipulum ſuum atq; ad conſummatam obedientiam exerceret. Quid
C porro Joannes, virtute ſummus, obedientia incomparabilis? An cunctatus eſt vel affectus tædio, aut aliquod diſplicentiæ ſignum oſtendit; ut alius forſan faceret minus quam ille in rebus divinis humaniſque magnus, aut etiam alterutris dumtaxat illuſtris? Quomodo autem? Tamquam vocatus ad beneficium recipiendum exivit quam promptiſſime, & magno cum ſtudio in viam ſe dedit, velut ſi mitteretur ad illuſtrem ſui oſtentationem atque ad triumphum pulcherrimum invitaretur. Ingreſſus vero Damaſcum, pauper, obſoletus &, quantum ex habitu dignoſci poterat, omnino contemptibilis, qui pridem ab omnibus honorabatur & circumſpiciebatur; mox ut forum intravit, ſportis tamquam ornamento inſigni circumcinctus, convocavit turbam, & quanti venderet ſingulas indicavit: erat autem, quemadmodum incolarum quilibet judicabant, præter morem exorbitans pretium, cujus petitio advenientibus omnibus riſus & cachinni occaſionem præbebat. Igi-

ubi eaſdem nimio indicans inſigniter illuditur

tur; Quid deliras? ô homo, inquiebat unus; alius, Nugaris & mente captus videris; tertius aliud quidpiam ei objiciebat; nec deerant qui colaphos ei infligerent, aut in faciem cæderent; quemadmodum fieri aſſolet in promiſcua fori plebe, ut

τῦ λόγυ τολμᾷν φθέγγεσθαι, ἐκλὸς εἰ μὴ πρὸς αὐ- D
τὸν προσαπήμυ τῶν θειοτέρων ἀναλέγοιτό τινα
βίβλων · πρὸς ἐξιλασμὸν Θεοῦ καὶ ἀνθομολόγη-
σιν.

Τί τοίνυν ὁ πραὺς; τί τοίνυν ὁ ἄκακος καὶ τῷ Θεῷ
διόλυ κολλώμενος, οὗπερ εὐθύτητας ἠγάπησεν ἡ καρ-
δία, πῶς ἐπὶ τυτοισὶ διατίθεται; Μῶν ὀκλάζει τῷ
τοσύτῳ βάρει δυσαναστελήσας τῶν ἐντολῶν; ἢ μᾶλλον
ἐπελαφρίσαι ζητεῖ, ὡς ἂν μὴ ἐκ πρώτης βαρηθεὶς
ἀναπέσῃ; Πολλῦ γε καὶ δεῖ· εὐθύμως καὶ γὰρ τὰς ἐν-
τολὰς ἐπωμίζεται, καὶ γενναίως τῷ πρὸς Θεὸν ταύ-
τῳ ἄγυσαν ἔσεισιν, εὐθαρσῶς ἢ μᾶλλον εἰπεῖν πρὸς
τὸ τῆ μοναδικῆς σάδιον ἀποδύεται, καὶ ὐχ ὅτι γε ἐς
s πένταθλον ἐπαλείφεται, ἀλλ' ἀληθῶς εἰπεῖν εἰς s
μυρίαθλον. Ἆρ' οὖν ὑποδέχεται μᾶλλον θαρσαλέως, οὐ
φέρει δὲ καρτερῶς· ἢ ἔσεισι μᾶλλον ἀπλοήτως, ὑ σερῥῶς
δὲ ἐπαγωνίζεται. Οὐκ ἔστι τῦτο εἰπεῖν, οὐκ ἔστιν. Ἀμέ-
λειτοι καὶ ὐχ ὡς Ὀλυμπιάσιν, ἢ ἐν Νεμέᾳ, ἢ Ἰσθμοῖ
νενικηκὼς σεφανίτης μικροπρεπὴς ἀναδείκνυται, ἢ καὶ
τῶν τις κεκραληκότων τὰ Παναθήναια σεφάνῳ τάχα
τῷ ἐκ κοτίνης μέγα κομῶν ἢ ἀιασοβῶν τ ἐκ πίτυος
καὶ τὰ μέγιστα ὑπερενθυόμενος, ἢ γοῦν ἱεροῖς τισι E
μήλοις, μᾶλλον δ ἀνιέροις περιθρυλλύμενος, ὑπὸ
μῶν νεηνιεσέρων ὐχ ἥκιστα ἐμπαιζόμενος ἢ θριαμβευό-
μενος, ὑπὸ ᾧ παιδισκαρίων περιβοώμενος, καὶ τοῖς ἐκ
τ Σκίωνος Συριττόμενος ἢ καὶ τῷ ἐκ τ μοίρας ἀλλ-
λιμμένος, καὶ βραχὺ τῷ χρόνῳ περιλαλύμενος, μό-
νοις γε τάχα τοῖς τ χυδαίας τύχης καὶ ζύρακος· ἀλλ'
ἕξεισι σεφανίτης ὑράνιος, ἀγγέλοις τε καὶ ἰσαγγέλοις
ἀνδράσι περισοιχιζόμενός τε καὶ θαυμαζόμενος, θέα-
τρον ἀληθῶς καὶ ἀγγέλοις καὶ ἀνθρώποις, καλὰ τ μα-
κάριον Παῦλον, γενόμενος· ἐκπλήττων δηλονότι καὶ
τῷ ὁρατῷ φύσιν καὶ τῷ ἀόρατον.

Ἀλλ' ἐπεὶ γοῦν ἐπὶ πᾶσιν ὑτωσὶ τέλειον ὁ ἐμβρι-
θὴς ἐκεῖνος ἐπίσατης διέγνωκε, τῷ ταπεινῶσιν ὑψη-
λὸν, τῷ ὑπακοῷ εὐεικέλιον, τ ἀρετῆς ἐργάτῃ ἀκαλα-
γώνιστον, καὶ καθάπαξ τοῖς ὅλοις ἀποδεκτόν· ἄλλον
τρόπον ἀποπειράσασθαι ἔσκεπται, καὶ ἑτέρως δοκιμά-
σαι τῦτον βεβύλευται, ἵνα πως εἰδείη, κἂν τοῖς γνω-
στοῖς καὶ σωήθεσιν ὅπως ἂν τὸ μέτριον τηρήσαι δυσκ-
θείη καὶ ἄτυφον. Ὅτι τοίνυν Συχνὰς σπυρίδας Συνα-
γαγὼν, τὰς μὲν ἐγχειρίζει τὰς δ ἐπωμίζει, εἰς Δαμα-
σκὸν πάσας εἰπὼν ἔχθυ μελαχόμισον, καὶ τοσύτυ γε
ἑκάστῳ ἀποκήρυξον, ὑπερεκλιμᾷ ᾧ τὰ εὐτελῆ ἐξεπί- F
τηδες, δοκιμάζων κἀν τύτῳ τ μαθητῶν, καὶ πρὸς τε-
λείαν γυμνάζων τῦτον ὑπακοήν. Τί τοίνυν ὁ τῷ ἀρε-
τῷ ἄκρος, τῷ δ ὑπακοῷ ἀπαράμιλλος; ἆρ' ἀνα-
βάλλεται; μῶν ἀποδυσπείθει; ἢ τινα γοῦν δυσαρεσίας
ἐμφασιν ὑποδείκνυται, ὥς τις ἂν ὐχ ὅτι τ καθ' αὐτὸν
μεγίσων τὰ θεῖα καὶ μεγάλων τ' ἀνθρώπινα, ἀλλὰ καὶ τ
θατέρῳ ὁπολέρῳ γε τύτων καὶ φαίης ὑπφανῶς; Καὶ
πῶς; Ὡς ἐπ' εὐεργεσίᾳ καλύμενος, προθύμως ἄγαν
ἤκει, καὶ σωὶ Σπυδῇ τ ὁδοιπορίας ἥψατο, ὡς ἂν εἰ
πρὸς λαμπρὰν ἀπήγετο τῷ ἀνάδῃξιν, καὶ εἰς θρίαμβον
μελεκαλῆτο παγκόσμιον. Ἐπῇδὴ ᾧ καὶ εἰσῆκει τῷ Δαμα-
σκὸν, πενιχρὸς, ῥυπαρὸς, μηδενὸς ἐκ τ ἀναβολῆς ἄξιος, ὁ
τέως πλείσυ τοῖς πᾶσι καὶ τιμώμενος καὶ περιβλεπόμε-
νος, καὶ παρὰ τῷ ἀγορᾶν γένοιτο, ἐγκαλλωπίσματι
καθαπερεὶ περιτιθέμενος τὰς Σπυρίδας, ἀπεμβολεῖν
τε ἀνεβόησε, καὶ ὅσυ γε ἀποδίδωσιν ἑκάστῳ προσεπε-
δήλωσεν· ἦν ᾧ ὡς ἐκ θ σωήθυς πᾶς τις ἂν τ ἐγχω-
ρίων ἐπέκρινε, πλῆον τὸ τίμημα καθ' ὑπερβολῇ ἀπαν-
τῶν, χλεύης τοῖς παραλυχθῦσιν ἀφορμὴ καὶ γέλωτος γί-
νεται. Ὁ μὲν ὖν, Τί λήρεις; ἔφασκεν, ἄνθρωπε, ὁ ᾧ, Παρα-
παίεις, καὶ τὰς φρένας ἐγκέκοφας· ἄλλος δ ἄλλο τε

ἐπε-

A ἐπειῶθάζεν ἄλλοθεν· ἔνιοι δὲ ὅτι ϗ κονδύλως ἀνέτεινον, ϗ καλὰ κόρρης ἀνέπαιζον, εἰωθὸς ὂν τοῖς ἀγοραίοις τοῦτο ϗ ξύγκλυσι τῶν εὐκθετέρων καλειρωνεύεσθαι, καλαμωκᾶσθαί τε τ παρατέλαμβάνων τὸ φρόνημα, ϗ τ ὕτω λεγομβύων χρονολήρων, τ παρασεσαλευμβύων δηλαδὴ καλεπαίρεσθαι, τῷ τε τ ψυχῆς ἀλογωλέρῳ ὑπδιαχεῖσθαί σφισι ϗ ὑχ ὅτι γε μυσὶ ϗ νεύροις ἐκλύεσθαι ϗ ἀτακλά πως ὑπκαγχάζειν, ὡς ἀποκρυνίζειν ϗ δάκρυα· ἀλλ' ἐπαφιέναί τοῦτοις ϗ χεῖρας, ϗ ῥαπίζειν ἀνέτως, ϗ ἁπλῶς τῶ ἀπολυχίαν διαπαίζειν τ φύσεως ἢ τὴν τ διοργανώσεως, εἴγε δὴ ϗ τοῦτο τύχοι συμπεσὸν ἄμβλωσιν.

Ἐφ' ἱκανὸν μὲν οὖν ὁ Σπυδαιότατος ἀνεπαίζετο, ϗ ὁ τὰ πάντα κόσμιος ἔνθεν κἀκεῖθεν διωθεῖτό τε ϗ ἀπωθεῖτο ϗ παραλόγως ἐσίζετο, μᾶλλον δ αὐτὸς τ ἀόρατον ἐμάσιζε δυσμενῆ· ὁ μὲν γὰρ τοῦ Δεσπότου τραχηλιάσας, ἐλεεινῶς πέπωκεν· ὁ δ ὕτωσὶ μετριάσας ϗ εἰς τοσόνδε ταπεινώσας αὐτὸν, εἰς ὐρανοὺς αὐτὸς πέφθακε, θαῦμα ϗ αὐτοῖς Ἀγγέλοις γενόμενος. Ἀλλ' ὀψὲ δήποτε τ πάλαι τις οἰκεῖος, ἀνιδὼν τοῦτο περιεργότερον, ϗ τὰς ὄψεις ἐπείσας ὑπμονώτερον, τοῦτον ἐκεῖνον ἔγνωκεν εἶναι, οὗ πέως τοῖς
B πρεσπόλοις Σωλέτακλο. Παρ' αὐτὰ γοῦν ϗ πλοῦτος ἀνεμιμνήσκετο, ϗ δόξαν ἀνελογίζετο, τάχα δ ἂν ϗ τῶ πρὸς τὸ ἐλωλικὸν εὐμενὲς αὐτοῦ ϗ γαλλωιον παρεισεκύκλει τῷ λογισμῷ, ϗ χρῶτο πάντως ἐπελογίζετο, ϗ ἀνανλία γε ὅ φασι περιλυχόντι τῇ δαίμονι εὐνοεῖν. Χρηστὰ γοῦν ὕτως ὁ χρηστὸς ἐκεῖνος τοῖς τρόποις οἰκέτης ἀνονδεὶς (ἔωθε ϗ γὰρ τοῖς ἄρχουσιν, ὥς φασι, Σωεξομοιοῦσθαι τὸ ὑποχείριον) ἀδιακρίτως ὁπόσον ἐπὶ ταῖς Σπυρίσιν ἀπητεῖτο καλαβαλόμενος, ϗ ἐπευχαριστήσας ὥσπερ τοῦ Σωαλλάγματος, μόλις ἀπήλλαξε πραγμάτων, τ ὑπὲρ δ ἀπραγμόνως ζῆσαι πλεῖσα πάνυ τῶν πραγμάτων ἀποβαλόμενον. Καὶ γοῦν ὁ πρὸ τοῦ πλείσοις ὅτι τοῖς ἱππόταις παραπεμπόμενος, μονώτατος τὸν Δαμασκὸν ἥξιον, παλίνορσος βαδίζων ἀνέζευξεν· ὐδὲ γὰρ ἂν ἐπανῆλθε μὴ τὸ καλ' ὁλολὼ ἐκπλήσας, κἂν ὕτω γε τυχὸν εἰς μακρὸν ἄγαν ὑπερημέρησε· θᾶττον γὰρ ἂν περιῶν ϗ παίζομενος ὑτοσὶ πολλοῦ τὰ φαυλόταλα ἐλιθέμενος τῷ ζωλὼ ἠρεμέτρησεν, ἢ τοῦ πνευματικοῦ Πατρὸς ἀτελῆ παρῆκε τὼ ὁλολὼ· Πλὼ ἀλλ' ἐπανῆκε τροπαιοφόρος ϗ ὑπέροφρυς, γενναίως καλα-
C παλαίσας ἀντίπαλον.

Ἀλλ' ἐκδέχεταί ἡμᾶς ἕτερον, οὐκ ἂν ἔποιμι ἀποπλώματος τρόπαιον, ἀλλ' ἐκ μικροῦ τινος τοῦ Συμβάματος μέγα λίαν ἀρίσευμα. Μοναχώ τινε τῷ Μακαρίῳ μὲν ἀγχιθύρῳ ἐτυγχανέτην ὄντε, ἀδελφὼ δὲ ἦθος ἀλλήλοιν, ϗ ἐφρονέτην ἀδελφικά· ὐκ ἦσον γὰρ ἐκ προαιρέσεως Σωκπεθῆναι τῷ πνεύματι ἢ τοῖς Σώμασιν ἀπὸ φύσεως. Τούτων ἄτερος ἐξ ἀνθρώπων γενόμενος, μικροῦ νεκρὸν κατέλιπε θάτερον· τῇ γὰρ Συμφορᾷ καλάκρας ἐκεῖνος ἐαλωκὼς παρακλήτορας ὐ προσίετο, παραμυθίας ὐ παρεδέχετο, καθάπαξ ϗ πρὸς πάντα λόγον τῶ ἀκοὼ ἀποκέκλειστο. Ἀλλὰ πρόσθεν τούτῳ μελὰ Συχνὺς ἄλλους, ϗ ἡ Συμπαθεστάτη ψυχὴ ὁ γλυκὺς Ἰωάννης, ὁ ϗ τῶ ὄψιν ἡδὺς, ϗ τὸν λόγον πραΰς, ϗ ὑπεικὼς ἀδέσιμος κατ' ἀμφότερα, ϗ δὴ ἐπειρᾶτο τ ἀκηδίας ἀναλαμβάνειν. Τί μὲν μὴ ἀνευρίσκων παρ' ἑαυτοῦ ἱκανὸν παρεκάλεσαι ψυχῶ; τί δὲ μὴ παρὰ τῶν γραφῶν ὑπσωείρων, πρὸς τὸ κατασχεῖν τὸ πάθος παραμυθήσασθαι; Πάντα κάλων, ὅ φασιν, ἐπὶ τὸ ἀνῦσαι κεκίνηκεν· ἀλλ' ὦ ὥσπερ ἀνδριάντι προσομιλῶν ἢ περιξόων ἀδάμαντα; Ἀναπήρῳ μόγις ὁ μοναχὸς· κοιλαίνει γὰρ ἀνδελεχὴς ϗ πέτραν ῥανὶς, ϗ ἀν ἑαυτῷ γίνεταί ϗ εἰς Σωαίσθησιν ἔρχεται· ϗ γοῦν, Εἴ με βύλει παρακλησῶναί φησιν, ϗ εὐθυμότερον ἐθέλεις θεάσασθαι, ἄγε Σωίδες τι ϗ μελῴδησον, ᾧπερ ἂν ἐμαυτὸν κατεπάδων τὰ ἐκ τ Συμφορᾶς πάθη κοιμίζοιμι, ἅπα μοι τῶ ψυχῶ ἐκβαίνει, ϗ δεινῶς ταράττει τὸν λογισμὸν, ϗ τῶ καρδίαν ὥσπερ καταδαρδάπτει μυ.

rideantur ſtolidi, & cerebro læſi ludibrio habeantur. Ita contra jam pridem ſtultos atque deliros inſurgitur paſſim; & judicii imbecillitas, naturali nervorum muſculorumque diſſolutioni imputanda, tribuitur ipſis ſæpe cum riſu tam effuſo, ut lacrymæ ab oculis exprimantur: quin etiam contingit ut talibus injiciantur manus, raptenturque inclementer, & ludibrium de ſe præbeat naturalis organizationis infelicitas, vel cæcutientium oculorum caligo, ſi hæc quoque eis acciderit. A CONST. ACROPOL.

42 Ludificabatur ergo ſatis diu vir graviſſimus; & qui per omnia decorus erat impellebatur hinc inde ac repellebatur, & præter rationem cædebatur, ſeu potius cædebat ipſe hoſtem inviſibilem: hic enim contra Dominum extollendo cervicem miſerabiliter corruit, ipſe vero ſic modeſte humiliterq; ſe gerens, uſque in cœlum extollebatur, factus etiam Angelis admirabilis. Tandem vero antiquorum ejus famulorum quiſpiam, curioſius eum intuitus, & oculos in eumdem conſtanter defigens, cognovit ipſum eſſe, cujus famulitio fuerat adſcriptus. Mox autē in mentem recurrerunt opes & gloria viri priſtina, fors etiam benignitas ac manſuetudo erga famulos obverſabatur animo; eumque egēre reapſe ſuſpicabatur, & ei, qui in adverſam, ut ajunt, fortunam impegerat, bene velle incipiebat. Bonus ergo ille famulus, bona etiam cogitans (ſolent enim dominis ſuis, ut dicitur, ſervi eſſe ſimiles) indiſcriminatim numeravit, quantum pro ſportis exigebatur: & veluti de contractu ſibi gratulatus, à negotio importuno eum ſubtraxit, qui ut procul à curis ſecularibus viveret, negotia omnia abdicaverat. Sic qui antea plurimis ſtipabatur equitibus, nunc ſolus Damaſco egrediens, retro unde venerat rediit: neque enim regreſſus fuiſſet, niſi mandato expleto, quamvis contigiſſet ei immorari diutius: & potius circuiviſſet tota vita ſua inter ludibria exprobrantium, quod viles reculas tam caro exponeret, quam Patris ſui ſpiritualis præceptum non eſſet executus: rediit autem trophæis gravis, quę ſuperbo hoſti generoſe obluctando detraxerat. *ὁ à famulo quondam ſuo, indicatum pretium tribuente, liberatur.* E

43 Sed excipit nos aliud, non dixerim de peccato trophęum, verum ex parva quadam occaſione ingens facinus. Beato viro vicini habitabant fratres duo, fraterna inter ſe caritate conjuncti; nec enim minus ſibi conjungebantur ſpiritus eorū ex propoſiti ſimilitudine quam corpora ex natura. Horum alter ſublatus è vivis alterum pœne mortuū reliquit: nam is calamitate iſta prorſus victus, non admittebat conſolatores, non recipiebat hortatores; ſed cuicumq; rationi aures penitus ſuas occluſerat. Poſt alios ergo plures, ad eum quoq; acceſſit illa compaſſione pleniſſima anima Ioannes, vultu hilaris, ſermone ſuavis, & utroq; venerabilis, conabaturq; mœrorē eximere. Quid autem non excogitavit quo ejus animū ad ſe revocaret, quid non contulit ex ſacris Scripturis quo paſſionē conſolando leniret? Omnem, uti dicitur, lapidē movit; ſed nihilo plus proficiebat, quā ſtatuæ colloquens vel adamantem terens. Tandem tamen (nam etiam gutta cadens aſſidue petram excavat) rediit utcumq; ad ſeſe monachus, ſibiq; ac ſenſui reſtitutus; Siquidem, inquit, conſolari me velis; age, compone melos aliquod, quod memetipſum ſuccinendo dolores infortunii mei leniam, qui in animam meam incurrentes, intellectum conturbant, & cor meū quodammodo depaſcuntur. *Vt conſoletur inconſolabilem.* F

44 Cui

A. CONST. ACROPOL. 44 Cui Joannes: Et qua, inquit, ratione fieri poterit, ut Patris mandatum transgrediar, absolute jubentis abstinere à quocumque ejusmodi cogitatu vel opere? Levis, respondet alter, hæc inobedientiæ culpa, respectu utilitatis è converso provenientis: animam enim mœrentem consolaberis, seu potius retinebis deficientem, ac pœne jam egressam conservabis vel etiam corpori suo restitues. Abnuebat nihilominus Joannes & iterum prætendebat datum sibi præceptum; nec instabat minus alter, gravitérque incumbebat supplicando, cogendo, blandiendo; nihil non dicendo, nihil non faciendo, quo persuaderi homini posse credebat, genuinam ipsarummet Litaniarum seu Precum imaginem in se exprimens qualesque repræsentavit is qui primus Deas fecit, tales assimilavit, ut dici posset tamquam ipsemet optimus poëmatis imitator. Verum ad hæc etiam obfirmatus Joannes persistebat immotus, semper memor præcepti, ipsumque in excusationem prætendens, quod nulla ratione posset infringere, quia per illud salvandum se sperabat. Sed alter, & jam ante mentis impos præ dolore, & tunc in unum quod quærebat toto incumbens ingenio, prudenter omnino ac sapienter; Reddenda tibi erit, inquit, in die judicii ratio hujus mei mœroris: scis autem quomodo condemnentur à Patribus, qui mœrentes afficiunt injuria. Quidquid hactenus adhiberi ab hominibus potuit, nihil ad solatium meum valuit, non deprecatio, non pollicitatio, non præcipiens pater, non familiaris consolans, non amicus invisens, non cognatus præsens, ut uno dicam verbo, nihil omnino: omnia enim æqualiter averser, quæ & jam pridem dimisi & nunc plane abominor. Eja ergo, Pater reverende, stylo tuo elegantissimo applica mihi sermonis pharmacum, velut emplastrum quoddam salutare, quo sanitatem recipiam & anima retineatur in corpore jam deficiente, ipsamque, ut ita dixerim, in naribus habente, tantumque non expirante. Scias autem, & certo scias, fore ut res tota occulta maneat, neque umquam ad notitiam senis deferatur: hoc enim mihi curæ imprimis erit, semper provisuro, ut quod compositum fuerit occultum & arcanum habeam.

adduci non potest ullo modo ad componendum carmen,

id unum semper caussatus: à moderatore vetitum esse,

B

45 His vincit hominem misericordem, demulcet sua natura flexibilem, & ad quod vult, trahit per se ducibilem. Componit ergo Joannes Troparium, sic enim istiusmodi solent nec aliter debent appellari: Troparium paucorum versuum, sed multæ energiæ plenum, quod etiam suavissime canit, secundum harmoniæ vere primæ tenorem: estque (si lubet audire) hujusmodi. Humana omnia vanitas, quæ post mortem non existunt. Non permanent opes, non comitatur gloria, subsequens enim mors omnia ista facit evanescere. Quapropter immortali jam Christo clamemus: Requiem dona translatis hinc illuc, ubi omnium salus est. O quantæ sapientiæ plenæ sunt hæ paucæ syllabæ? paucæ, inquam, syllabæ respectu amplissimi quem continent sensûs: qualem Philosophiæ latitudinem, hoc definitu ac memoratu facile dictum! Universim ostendit, planeque demonstrat, & absolute concludit, nihili faciendam vitam, nihili præsentia hæc æstimanda esse. Similia dixisset etiam is, qui omnium sapientissimus declaratus est Salomon, & dixisset ei, quam cælitus adeptus est, sapientiæ consona: dicta autem, ut admiranda, fuissent usum Proverbii sortita, non tamen prorsus consona verbis ejus vitæque dixisset, motus reverentia doni exinde, sicut ipse testatur, procedentis, ut taceam passionum omnium humanarum, potius dixerim

C

tandem multis rationibus persuasus Troparion conscribit:

Καὶ ὃς, Καὶ πῶς ἂν τὼ παιρικὼ σὺ λολὼ περιδοιμι, ἁπαξαπλῶς ὅπισκήψασαν ἀποσρέφεσθαι ἅπαν γε τοιῦτον καὶ μελέτημα καὶ ἐνέργημα. Ὁ δὲ μικρὸν ἴδε τὸ τῆ παρακοῆς ταύτης ἀμπλάκημα, πρὸς τὸ ἐκ τῆ ὑπακοῆς τῆσδε κατόρθωμα· ψυχὼ σὸν ὀδυνωμένω παρακαλέσῃς, ἢ μᾶλλον ἐκλείπουσαν ἐφείξεις, καὶ μικρῦ δεῖν ἀποιχομένω σωληρήσεις, ἢ καὶ ἐπανασώσεις τῷ Σώματι. Ὁ δὲ Ἰωάννης καὶ αὖθις ἀνένευε, καὶ αὖθις αὐτὼ σὺ λολὼ προεβάλλετο· ὁ δὲ πολὺς καὶ πάλιν ἐνέκειτο, καὶ φορτικώτερος ἐπελίθετο, λιπαρῶν, ἀναγκάζων, μειλίσσων ἐκβιαζόμενος, τί μὼ ὑ λέγων; τί δὲ μὴ πράττων; τ ὅσα δυσωπεῖν οἶδεν ἄνθρωπον· ἀκριβεσάτην σὺ ἑαυτῷ τὴν τ Λιτῶν εἰκόνα διεῤῥύπου καὶ ὁποίας ὁ προσοποιήσας ταύτας ἐνέγραφε, τοιαύτας ἐκεῖνος ἀντίκρυς ἐξεικόνιζεν, εἴπέ τις ἂν εἰ παρέτυχεν, ὡς ἀκριβῶς ὄντως τ ῥαψῳδίας οὕτως ὑποκριτής. Ὁ δὲ ἀκαμπὴς καὶ ἄτως λῶ, καὶ ἀνένδοτος διέμενεν εἰς τὸ παυσελὲς, τ σὺ λολὴς ἀεὶ μεμνημένος καὶ προτείνων διαπαντὸς εἰς παραίτησιν, καὶ μὴ ἄν γε τῷ τρόπῳ ἀπισχυριζόμενος ἀφετῆσαι, ὡς ἐνθέντεν τὼ Σωτηρίαν ἀπεκδεχόμενος. Καὶ ὃς, ἐκφρων μὼ ἄλλως τῷ πάθει γενόμενος, Ἐπὶ δὲ τῷ ζητουμένῳ καὶ λίαν ἐμφρόνως διασκεπτόμενος, νυνεχῶς ἁπάντων καὶ διομιλῶν συνετώτατα· Ὑφέξεις, φάμη, τ ἐμῆς ἀπηδίας ἐν καιρῷ κρίσεως τὸ κατάκριμα, οἶδα δὲ ὁπόσα τὺς ἀκηδιῶντας οἱ παλέρες καταδικάζουσιν· ὑδὲν γὰρ τ ὅσα πλάζελαι παρ' ἀνθρώποις ἱκανὸν τυγχάνει μοι πρὸς παράκλησιν, οὐκ ἔνλευξις, ὐχ ὑποθήκη, ὐ προσάπων πατὴρ, ὐ παραμυθούμενος ὅπλήδειος, ὐ φίλος ὁρώμενος, ὐ Συγγενὴς ἐφισάμενος, Σωελὼν. εἴπω τῶν ἁπάντων ὑδέν· πάντα γὰρ ἐξίσης ἀπέσραμμαι, πάλαι μὼ ἀπολαζάμενος, νυνὶ δὲ ἀληθῶς βδελυξάμενος. Ἄγε γοῦν, Πάτερ Σεβάσμιε, διὰ λόγυ μοι προσένεγκαι φάρμακον τῇ δεξιωτάτῃ Σου γραφίδι· ἔμπλασρόν τινα θεραπευλικὼ ὅπισκεύασον, ἤ τις ἀνακαλέσεται πρὸς ὑγίειαν, καί μοι τὼ ψυχὼ παρακαθέξει τῷ Σώματι, λειποθυμοῦντι, καὶ μικρῦ δεῖν ἐν ῥισὶν αὐτὼ φέροντι, καὶ ὥσπερ ἐξαποτνέοντι. Ἴδι γὰρ ἴδι ὡς ἐν ἀποῤῥήτῳ τὰ τ πράγματος κείσεται, καὶ ὑδοποσοῦν ποτε φωραθεὶς τῷ γέροντι· διὰ γὰρ φροντίδος ἂν ἔχοιμι, καὶ προορώμενος ἀεὶ, περικαλύπτοιμι τὸ Σωτιδὲν καὶ Συσέλοιμι.

D

E

Πείθει τύτοις τ Συμπαθῆ, μειλίσσει τ οἰκοθεν εὐεικλον, ἐφέλκεται πρὸς ὃ καὶ βεβήληται τ πᾶσι τόγε εἰς αὐτὸν ἦκον εὐένλευκλόν τε καὶ εὐμετάφορον. Σωλίθησι τοίνυν τροπάριον, ὕτω γὰρ ταχθὲν ἐκείνῳ τὰ τοιάδε καλεῖν, σὐκ ἄλλως δέον εἰπεῖν· τροπάριον, ὐ πολύσιχον μὼ, πολυδωάμον δὲ· ὃ δὴ καὶ ἐμμελέσατα μελῳδεῖ, τὴν πρώτως ὄντως ἁρμονίαν ἁρμοσάμενος (βάλει πυθέσθαι) καὶ ὃ, Πάντα ματαιότης τὰ ἀνθρώπινα, ὅσα ὐκ ὑπάρχει μεῖὰ θάνατον. Οὐ παραμένῃ ὁ πλῦτος, ὐ Σωυδεύει ἡ δόξα· ἐπελθὼν γὰρ ὁ θάνατος, ταῦτα πάντα ἠφάνισε. Διὸ Χριστῷ τῷ ἀθανάτῳ βοήσωμεν· τὺς μεῖασάντας ἡμῶν ἀνάπαυσον, ἔνθα πάντων ἐσὶν ἡ Σωτηρία. Ὢ πόσης τῦτο γέμει φιλοσοφίας τὸ βραχυσύλλαβον! βραχυσύλλαβον γὰρ, πρὸς λῶ παρισάνῃ πλατυκῶς ἔννοιαν· ὦ πόσων Σοφίας αὐχεῖ μεγαλόνοιαν τὸ εὐόρισον τῦτο καὶ ἐμνημόνευτον! Γενικῶς ἀποφαίνεται, ὁλικῶς ἀποδείκνυσι, σεμνῶς ἀναγκάζει, μηδὲν ἡγεῖσθαι τ βίον, μηδὲν τὰ παρόντα λογίζεσθαι. Εἴπέ πῃ τ αὐτῦ λόγων καὶ Σολομὼν παραπλήσια, ὁ πάντων μεῖὰ πάντων μεμαρτυρημένος Σοφώτατος· καὶ εἴπε μὼ ἄξια τ ἧς ἄνωθεν ἐσχηκὼς Σοφίας, καὶ ἐγνωμοδότησεν ὡς θαυμάσια· ἀλλ' ὑμνουσι διαπαντὸς Σωφδὰ τοῖς λόγοις καὶ τὰ τ διαγωγῆς

ἐπε-

A ἐπιδείξατο· αὐδοὶ γὰρ ἡ ἐκεῖθεν ὡς αὐτὸς ἐκεῖνῳ μεμαρτύρηκε δωρεᾶς, παρίημι λέγειν παθῶν ἀνθρωπίνων ἢ μᾶλλον ἀλογωτέρων κατάσχεσιν. Ὁ δέ γε μακαρίῳ οὗτοσὶ καὶ τέλειῳ ἀληθῶς ἀνδρωπῳ, ὅτι καὶ διὰ πάντων ὁμολογῶν διετέλεσεν ἑαυτῷ, ὁ τῷ πάρεδρον Θεῷ θρίαμβον ὄντα ἀρτήσας μὴ φανερῶς, ἀληθῶς δὲ ἀληθῶς, εἰ καὶ μὴ ἐξεῖπεν ὡς ἤληφε, πάντη πως ἐκκλίνων προπέσθαι μεγαλορρημοσύνῃ τοῦ σώματος, καὶ λόγοις ὅπως ἀληθείας ἔχει καὶ σάσεως ἐγνωμάτευσε, καὶ ἔργοις αὐτοῖς διεχλεύασε, καθάπαξ τοῦτον ἀποσραφεὶς, καὶ παντὸς ἀλογωτέρου πάθους ἀνώτερος φυλαχθεὶς· ἁπλῶς τε εἰπεῖν καὶ ἄλληλα τῇ θεωρίᾳ τὰ περὶ τὴν πρᾶξιν ἐφιλοσόφισεν, ἅπαντ' ὀμοῦ περιφρονήσας καὶ τοῦ μηδενὸς ἀξιώσας, ὡς οὐκ ὂν μᾶλλον ἢ ὂν λογισάμενος, ἅπαν ὁμοῦ χθόνιόν τε καὶ χρόνιον, οὐδὲ μόνῳ καὶ κυρίως ὄντος, τοῦ ὑπὲρ ἡμᾶς ἐκείνῳ καὶ ἀπορρήτῳ, παρ' ὃ πᾶν ἐσχήκει ἢ λαμβάνει τῷ ὄντωσιν, διάπυρον τῷ ἔρωτι ἐσχηκώς.

Ἀλλ' ὦ περιπλώματος ἀφνιδίου! ἢ μᾶλλον εὖγε τῆς ἐνθένδε λαμπρᾶς δοκιμασίας τοῦ Μάκαρος!

B δι' ἧς ὅπη μᾶλλον ἐμφανίσαι τὸ εὐπαθὲς ἤμελλε καὶ εὐήκοον ὁπόσον εἰς τὸν πνευματικὸν ἦχει πατέρα, καὶ οἷαν ἐκέκλητο τῷ ὑπολαγεῖ. Ἐφίσταταί οἱ παρὰ προσδοκίαν μελῳδοῦντι ὁ γέρων, ἀκούει τῶν λόγων, ζωΐνησι τοῦ ἔργου, ἐκβαίνεται περιφρονηθείς. Εἴσεισι γοῦν γέμων θυμοῦ καὶ πλήρης ὀργῆς, χόλον ὥσπερ ἀποπνέων, καὶ μηδὲ ἐνιδεῖν δηθὲν ἐθέλων· ἀλλὰ τελέως ἀποστρεφόμενος, κἀκ ψυχῆς τοῦτον ἀποποιούμενος, ὀψὲ δὲ ποτε καὶ μόγις λόγου καὶ λόγου μεσοῦ πικρίας ἠξίωσεν· Οὕτως, ἄθλιε, τῆς ἐνολῆς ἐπελάθου; ταῦτ' ὑπέσχου; ταῦτα προείλου ὅτε τοῦ κόσμου ἀποκεχώρηκας, καὶ παρ' ἡμᾶς ἀναγκάσαντος μηδενὸς γέγονας; οὐκ οἶδα ἐφ' ὅτῳ σε προσείληφα δέλαρ; Οὐ μέμνησαι πόσων σε καὶ οἴων οὐ προσδεχομένων, τὸ τοῦ τρόπου τάχα κατοπτευσάντων ζοφερὸν καὶ δυσάγωγον, μόνος ἐγὼ γε προσηκάμην, ὡς ἄθλε μὴ ὄφελον, καὶ μαθητείας ἠξίωσα, οὐκ ἐπὶ τοιαύταις ταῖς ἐλπίσιν, οὐκ ἐπὶ τοιούτῳ σκοπῷ, οὐ μὰ τοὺς τῶν μονάχων ἱερωτάτους θεσμοὺς, οὐ μὰ τὴν ζωτηρηθεῖσαν ἀρχῆθεν εὐταξίαν, τοῖς πρὸς ἀλήθειαν τὸν μονάδα βίον ἀνελομένοις, καὶ τὴν καλὰ θεὸν πολιτείαν ἀσπασαμένοις, οὐ μὰ τὴν ὁραθεῖσαν

C ἄνωθεν ✕ Παχωμίῳ τῷ θεσπεσίῳ φαιδροτάτην ταύτην καὶ λαμπροτάτην μελανειμόνησιν· ἀλλ' ἵν' ὡς δέον σε καλαρτίσαμι, καί σε φυσιῶσαν καθυποτάξας ἅπασαν οἴησιν, ἀπροσκόπως τὴν πρὸς ζωὴν διαβαίνειν καθοδηγήσαμι. Νῦν δὲ ἀλλ' ἔλαθον ἐμαυτὸν ἀποσμήχων αἰθίοπα, ἢ καρκίνον βαδίζειν ὀρθὰ μελαμανθάνειν ἐκβιαζόμενος, ἢ ξύλον ζαμβὸν ἀπευθύνας πειρώμενος, ἢ εἴτι γε ἄλλο τῶν αὐτόθεν δυσμελαθλήτων, καὶ ἀπὸ φύσεως μελαποιήσας κατεπειγόμενος· ἔνθεν ἂν καὶ εἰς παραβολὴν γενοίμην, καὶ ἡ παροιμία καθηκόντως ὀπτήθείη μοι, ὃν κατὰ τῶν ἀφρόνως τι καὶ μάτην μεταχειριζομένων ὀπτέρειν οἴδασιν οἱ πολλοὶ· καὶ γὰρ ἀνωφύτοις ὀπτεχείρηκά, καὶ ἐπὶ ματαίοις ἐσπόδακα, καὶ ὡς ἀληθῶς καθ' ὑδάτων γράφειν πεθέληκα. Ἀλλ' ἐξελθε τὸ τάχος, ἀπ' ἐμοῦ γενοῦ, καὶ τῆς ὀπίσω πονηρᾶς διανοίας πορεύθητι.

Ὁ δὲ ἀπαράκλητα ἐθρηνῶ πεσὼν, καὶ τὴν αἰτίαν τε ἐξηγόρευε, καὶ πλῆσα ὑπὲρ ζυγγνώμης ἐδέετο. Ὁ δὲ ἀγέρων, θεαρὸς ἴσατο, συχνὰς κατατείνων τὰς λόγους, μᾶλλον δ' μᾶχρὰς ὀπτσωπέρων τὰς χλευασμούς· τέλος δὲ χέρος τόνδε λαβόμενος, Οὐδὲν τὸ ἀπὸ τοῦδε θί τε κἀμοὶ κοινὸν, ἔφησεν, ἄνθρωπε· ὅπη γοῦν θι καὶ βούλητον, ἄπιθι. Ἔξεισιν ἐπὶ τούτοις. Ἀλλὰ τίς ἂν ἐπιλεῦθεν ἐκφράσῃε τὰ δάκρυα, τὸ κοπετὸν, τὴν κατήφειαν, τὸ δὲ

irrationabilium compreſſionem. Beatus hic certe & vere perfectus homo fuit, qui ſibi omnino conſcius erat, collateralem Deo ſapientiam non quidem petiiſſe palam, ſed vere accepiſſe, etſi non propalaret quomodo eam acceperit; utpote jactantiam oris uſquequaque declinans; quam id tamen verum eſſet ſermone ſimul & opere declarans. Prorſus enim averſus à mundo & omni affectu irrationali ſuperior, atque ut verbo abſolvam, æque faciendo ac ſpeculando philoſophari edoctus, omnia ſimul contemnebat & nihili faciebat omnia: quippe qui temporalia & terrena cuncta potius non eſſe quam eſſe credebat; atque illius præcipui boni dumtaxat cupiditate flagrabat, quod ſupra nos eſt atque ineffabile, & per quod univerſa quæ ſunt ſuam habent vel accipiunt eſſentiam. A. CONST. ACROPOL.

46 Sed ô repentinum caſum! aut potius, Euge præclaram Beati noſtri exinde probationem! qua manifeſtius debebat monſtrari, quam ſubditus & quam promptus eſſet ad Patris ſui ſpiritualis mandatum, quantamque obedientiam ei deferret. Canenti præter expectationem ſupervenit ſenex, verba audit, rem intelligit, indignatur ut contemptus. Ingreditur ergo ira tumens & plenus furore ac veluti meram bilem ſpirans: neque intueri eum voluit, ſed plane averſans ſerióque repellens, vix demum verbo, eoque acerbitate pleno, dignatur mœrentem: Ita, ô miſer, præcepti oblitus es? Hæccine promiſiſti? Hæccine elegiſti, quando renuntians mundo, cogente nemine acceſſiſti ad nos? Non meminiſti, quot quantiſque rejicientibus te, eo forſitan quod morum tuorum pravitatem intractabilitatemque introſpicerent, ſolus ego te (quod utinam non feciſſem!) ſuſceperim in diſcipulum, mea te inſtructione dignatus? non ſane in ſpes ejuſmodi ac talem finem: non profecto, per ipſam vitæ monaſticæ Regulam: non, per ordinem illum pulcherrimum quem à principio obſervarunt, qui vere ſolitudinem elegerunt: non, per ſpecioſiſſimam clariſſimamq; nigredinem habitus, venerabili Pachomio de cælis monſtrati: ſed ut te prout oportet corrigerem, & omnem qua inflaris tui æſtimationem ſubigens, per viam ſalutis ſine offendiculo tranſeundam deducerem. Nunc autem deceptum me video lavando æthiopem, & canerum docendo recti greſſus rationem, ac lignum tortum erigendo, aut ſi quid aliud difficile mutatur, contra naturam tentando. Quapropter in deriſum factus ſum, quadratque in me proverbium, quo plerique utuntur contra eos qui aliquid imprudenter ac ſtulte aggreſſi ſunt: Etenim cœpi facere, quę perfici nō poterant, & ſuper aquas ſcribere volui. Nunc ergo exi ſtatim, diſcede à me, vade poſt perverſam cogitationem tuam. *hinc acérrime à moderatore reprehenſus & expulſus* E F

47 Joannes vero proſtratus humi flebat inconſolabiliter, cauſam exponens multumque pro venia exoranda ſupplicans. Econtra ſenex ſtabat rigidus, inerepantia verba in longum protrahens, ſeu potius prolixas invectivas colligens: denique manu eum apprehendens; Nihil, inquit, ex nunc tibi ac mihi commune ſit, ô homo; quo voles abito. Egreditur ergo: verum quis valeat explicare ejus lacrymas; planctum, gemitum, afflictionem animi, emaciationem corporis, doloris intolerabilis & inconſolabilis *fruſtra ſe excuſans*

A. CONST. ACROPOL. triſtitiæ acerbitatem ? Non ſic olim è Paradiſo ejectus Adam luxit, quemadmodum hic, non vana ut ille ſpe deceptus, ſed affectu fraternæ commiſerationis ſupplantatus, & caritatis cauſa domo paterna expulſus. Ut vero aliquantulum in ſe rediit (induſtria autem res eſt neceſſitas, & quiſquis vim patitur multum contra molitur) Quid ſi, inquit apud ſe, primoribus monachorum ſupplex fiam, iiſque ut legatis ad ſenem deprecatoribus utar, ut me priori diſciplina dignetur, neque repellat à ſalute, quam inde expecto ?

tandem, ſenioribus intercedentibus, recipitur hac lege,

48 Dictum, factum. Abeunt venerandi illi & ſancti ſenes, ut diſcipulum magiſtro reconcilient, filium reducant ad patrem. Sed adamante reperiunt duriorem illum, nihil enim ſuſcipiebat neque ſe patiebatur emolliri. Cum tamen inſtarent vehementius, oſtenderentque quod graviores pro ſua inclementia daturus eſſet pœnas, quam pro inobedientia alter. Licebat enim, inquiebant, iterato præcepto corrigere in diſcipulo quantumcumque gravis delicti lapſum ; neque convenit non admittere pœnitentem, ac ne ſatisfactionem quidem quam pro culpa vellet explicare. Repoſuit ille : Si primi præcepti tranſgreſſionem diſſimulare me vult, age, ſecundum adimpleat. Circumeat Lauram totam & latrinarum ſordes expurget. Hoc audito illi averterunt vultus, diſceſſerintque pudore prægravati, cum ex una quidem parte conſiderarent viri venerabilis honeſtatem, ex altera vero obſcœnitatem ſordium cogitarent.

B *ut latrinas totius Lauræ emundet,*

49 Quid porro Joannes ? Vidit revertentes illos (ex quo enim ingreſſi erant, lætum aliquid ab iis ſe auditurum præſtolans, ferventi ad Deum deprecationi inſtabat) & accedens interrogat; quid velit Pater, & quid pro delicto fieri jubeat. At illi primo non audebant rem eloqui, reverebantur enim virum ob generis in eo claritatem, nec minus ob virtutis excellentiam. Ut ergo vidit nihil ſe interrogando proficere, ad eorum ſeſe proſternens pedes, magna voce ; Edicite, inquit, Patres, quid velit Pater meus : ecce enim paratum me ad mandatum explendum & quidquid voluerit executioni mandandum. Tunc rem, ut erat, expoſuerunt, avertentes vultum & prout decebat erubeſcentes. Aſt ô cor contritum ! ô ſpiritum humiliatum ! propter quæ non ſolum non deſpexit illum Deum aut ſalute qualicumque dignatus eſt, ſed omnino magnifice & ſplendide eumdem excepit, admirandis omnino præmiis ipſum cumulans. Etenim vix audierat verbum, cum mox apprehenſis manu ſcopis & cophinum humero ſuſcipiens abivit, velut qui animo, Deum ubique præſentem vidente, & ſtatim mandatum capeſcente, non ſecus quam de antiquo Iſraëlis populo confitebatur David, hæc Pſalmi verba opportune concineret, Avertit ab oneribus dorſum ejus, à gravioribus utique & magis pudendis ſarcinis ; & manus ejus in cophino ſervierunt. Ferens igitur neceſſaria ad ſordium exportationem inſtrumenta, non ſcopis ſolum ſed etiam manibus eaſdem in cophinum collegit.

C *quam lubens amplectitur :*

Pſal. 80, 7

ψυχῆς πάθος, τὸν τοῦ σώματος πτῶσιν, τὸ ἀφόρητον πένθος, τὸ ἀπαράκλητον ἄλγος ; Οὐκ ὄντως πάλαι πέπονθεν ὁ Ἀδὰμ τὸν Ἐδὲμ ἐξωθεὶς, ὡς γε οὗτος ὁ μὴ ματαίᾳ κατ' ἐκεῖνον ἐλπίδι κλαιεὶς, ἀλλὰ συμπαθείᾳ τῇ πρὸς τὸν ἀδελφὸν ὑπαχθεὶς, καὶ τῆς τοῦ παλαιοῦ ἐσίας ὑπὲρ φιλαδελφίας ἀπελαθείς. Ἄλλα μόλις εἰς νοῦν ἔπεισιν (εὑρετικὸν γὰρ ἡ ἀνάγκη, καὶ πως δὴ τὸ βιαζόμενον πολυμήχανον) ὡς εἰ τοὺς πρώτους τῶν μοναχῶν πρεσβεῖς καταδυσωπήσειε, καὶ πρέσβεσι σφίσιν ἀποχρήσαιτο πρὸς τὸν γέροντα, ἱκέτας τε ἀδεσίμους προβάλοιτο, ἵλεων αὖθις ἂν ἑαυτῷ θείη, καὶ τῆς προτέρας μαθητείας καταξιωθείη, καὶ τῆς ἐνθεῦθεν σωτηρίας σχῇ ἀσοχήσειε.

D

Τοῦτο δὴ καὶ ποιεῖ· καὶ ἀπίασιν οἱ σεμνοὶ καὶ δεσπέσιοι γέροντες, ὡς ἂν δὴ τὸ παιδευτῷ τῷ μαθητῇ καταλλάξειαν· καὶ τὸν υἱὸν ἐπαναγάγοιεν τῷ πατρί. Ἀλλ' εὑρέσεσαν μὲν ἀδάμαντος ἐκεῖνον σκληρότερον· οὐδὲν γὰρ ὅτι μὴ παρεδέχετο, οὐδενί πως διεμειλίσσετο. Ὡς δὲ σφοδρῶς ἐνέκειντο, μὴ βαρυτάτοις αὐτὸν ὑπὲρ τῆς ἀσυμπαθείας ταῖς ὀπτιμίαις ἀπεδείκνυον ἀνεχόμενον μὴ μείζοσιν ἅπερ ἐκ τῆς * παρηκοΐας ἐκεῖνον (ἐξὸν γὰρ ἔφασκον [δευτέρᾳ] σὺν τολῇ τὸ τοῦ μαθητοῦ διορθώσασθαι πταῖσμα ἐσχάτης ἁμαρτίας, μήτε μὴν μελανοσωῦτα προσίεσθαι, μήτε τὸν ὑπὲρ τοῦ ὀπτιμάτος εὐθυμοῦντα παραγυμνοῦν) οὕτως ὑπολαβὼν, Ἀλλ' εἰ παρίδοι ἐθέλει τὸν τῆς πρώτης παράβασιν σὺν τολῆς, τὴν δευτέραν δεῦρο δὴ γενέσθω ταύτης ἐκπληρωτής· ὅλον τὸν λαῦραν περιελθέτω, καὶ τὰ τῶν ἰχθύων, ἃ δὴ καλοῦμεν Σωτήρια, σαρωσάτω τὰ λύματα. Τοῦθ' ὡς ἤκουσαν, ἀπεσράφησαν τὰς ὄψεις· καὶ οὐκ ἦσον μετ' αἰσχύνης ἢ βάρους ἀπήεσαν, τότε τοῦ ἀνδρὸς σεμνὸν καὶ περίδοξον ἀναλογιζόμενοι, καὶ τὸ τῶν ῥυπασμάτων ἅγος διενθυμούμενοι.

E

* an παρεγκοῆς.

Ἀλλὰ τίπερ ὁ Ἰωάννης ; Ὁρᾷ τούτους ὑποσρέφαντας (ὧν γὰρ ἐξότε καὶ εἰσήεσαν, πυθέσθαί τι χρηστὸν ἐκδεχόμενος, καὶ θερμῶς ὑπὲρ τοῦδε τὸν Θεὸν δυσωπῶν) τοίνυν καὶ προσιὼν εὐθὺς ἐρωτᾷ, τί τε ὁ πατὴρ ἐθέλει, καὶ ὅτι γε ὑπὲρ τοῦ ἀμπλακήματος διαπράξασθαι βούλεται. Οἱ δὲ τὸν μὲν πρώτων ἐξειπεῖν οὐκ ἠνείχοντο· ἠσχύνοντο γὰρ τὸν ἄνδρα, τῆς τε ἐκ τοῦ γένους περιφανείας, καὶ τῆς ἀρετῆς οὐκ ἦσον σεμνότητος. Ὡς δ' οὐκ ἀνίει ἀνερωτῶν, πρὸ τῶν ποδῶν τε πεσὼν, Ἐξείπατέ μοι Πατέρες ἐβόα, ἐξείπατε τίπερ ὁ ἐμὸς θέλει πατήρ· ἕτοιμος γὰρ ἐκπληρῶσαι τοῦτο τὸ θελητὸν, καὶ εἰς πέρας ἀγαγεῖν τὸ πρὸς βούλησιν. Μόγις δὴ τότε τὰ τῆς ὀπτιμίας ὡς εἶχεν ἐξαγορεύουσι, τὰς ὄψεις ἀποσραφέντες, καὶ τὰ εἰκότα ἐρυθριάσαντες. Ἀλλ' ὢ καρδίας ἐκείνης σωλετριμμένης ! ὢ τεταπεινωμένου πνεύματος ! οἷς καὶ οὐκ ὅτι γε Θεὸς τοῦτον οὐκ ἐξουδένωσεν ἡ σωτηρίας φιλῆς κατηξίωσεν, ἀλλὰ καὶ λαμπρῶς ἄγαν προσήκατο, καὶ μεγαλοπρεπῶς προσεδέξατο, καὶ θαυμασοῖς οἵοις ἠμείψατο γέρασιν. Οὐκ ἔφθη γὰρ ἀκούσας· καὶ λαβὼν μετὰ χεῖρας τὸ πῦον καὶ ἐπωμισάμενος κόφινον, ὡσὰν δὴ καὶ ἐπῶ τῷ διαπαντὸς τούτῳ Θεὸν ὁρῶντι καὶ αὐτόχρημα καλασάντι νοΐ, οὐκ ἦσον αὖθις ἢ ἐπὶ τῷ πάλαι Ἰσραὴλ ἀνθομολογοῖτο Δαβὶδ καὶ εὐχερότατά φαλμῳδοίη, ὡς ἀπέσησεν ἀπὸ ἄρσεων τὸν νῶτον αὐτοῦ μοχθηροτέρων τε καὶ αἰσχροτέρων δηλαδὴ βασαγμάτων, καὶ ὡς αἱ χεῖρες αὐτοῦ, ἐν τῷ κοφίνῳ ἐδούλευσαν. Διαγκαλισάμενος οὖν τὰ πρὸς ἐκφόρησιν ὄργανα, τῷ πύῳ δὲ μόνῳ, ἀλλὰ καὶ χερσὶν αὐτᾶς διεχειρίζετο τὰ μολύσματα, καὶ πληρῶν τὸν κόφινον ἀνετίθετο.

F

A Τῦτ' ἀκυσλὲν ὁ γέρων μειλίσσεται, καὶ δρομαῖος ἐφίσσατο, καὶ περιφὺς τῷ τραχήλῳ, περιεπύσσετο Cυχνὰ, προσωμίλει ἡδέα · παλινῳδίαν τε ἄγων, τέκνον ὑπακοῆς ἀπεκάλει, καὶ θεῖον κατωνόμαζεν ἄνθρωπον· πολλά τε ἑαυτὸν ἐμακάριζεν, οἷς ὅτι τοιύτῳ τῶν ἀρετῶν ἐπεσάτησεν, ὕτω μεγάλῳ, ὕτω τελείῳ, ὕτω τοῖς ἅλοις ἀπαραμίλλῳ, καὶ οἷς δὴ τοὺς λοιπὺς παραγκωνισάμενος, τῶν ἡγεμονίαν αὐτὸς ἐκληρώσαλο. Ἐπεὶ δ' αὐτάρκως ἔσχε τῶν ἀσπασμῶν, ἔσεισι τὸν οἰκίαν, τῇ λαιᾷ μὲν τ δεξιᾶς ἐχόμενος, θατέρᾳ δὲ τῶν νώτων αὐτὸν διαγκαλιζόμενος, καὶ τὸ μὲ ἐκείνυ, ὕθ' ὡς μαθητῇ παιδευτὴς, ὕθ' ὡς πατὴρ τέκνῳ χρώμενος ἰῶ, ὥς τινι τῶν κρειττόνων φύσεων προσανεῖχε καὶ δι' αἰδοῦς ἦγε, καὶ τὰ μεγάλα ἐτίμα, καὶ ὡς εἰκὸς ἐσεβάζετο.

Ἐπεὶ δ' οὐκ ἐχρῶ ὅπλέον τ λύχνον ὑποκεκρύφθαι τ μέδιμνον (ὐδὲ γὰρ ὐδὲ μέτριά πως ἐγλεῦθεν ἰῶ ἡ ζημία τῷ εὐσεβεῖ καὶ θείῳ Cκοινίσματι, ὡς ἐν βαθεῖ τῷ Cκότῳ πλανωμένῳ καὶ δεινὰ πάνυ προσπαίοντι) μήτε μὴν διαπαντὸς τὸν πηγὸν ἀγακόπεδθαι δίκαιον ἐτύγχανεν ὂν, ὅ θεὸς λαὸν δίψει θείων λειποψυχοῦντ ῥημάτων, καὶ τὰ ἔσχατα μικροῦ πνέοντός τε καὶ κινδυνεύοντ, πῶς καὶ τίνα τρόπον ὅτε λύχν παῤῥησιάζεται, καὶ τὸ ἄφθονον τ θείας ταύτης ἀνασομᾶται ῥεῦμα πηγῆς, τότε χρισώνυμον καλαρδεύει λάχ, καὶ τὸ θεῖον ἀναζωοῖ πλήρωμα, θεῷ τῷ Cφῷ τ ἡμελέρων προνοητῇ, καὶ τὰ κατὰ τῦτο διῳκονόμηται. Θεὸς γὰρ αὖθις παῤῥησιάζεται, πλὴν ὐχ ὡς τῷ Ἀβραὰμ ἐν τῇ Cκηνῇ καὶ πάροδον ὀπφαίνεται, ὕθ' ὡς τῷ ἐκγόνῳ Ἰακὼβ διὰ πάλης τε καὶ νίκης διασημαίνεται, πάλης ἐκείνης, ἣ τὸ μέγα προδιεῖπε τ κοινῆς ἡμῶν Cωτηρίας μυτήριον · τὴν κένωσίν φημι καὶ τὴν πρόσληψιν, καὶ τὴν τῦ προσληφθέντ ἐξ αὐτῆς προσλήψεως δέωσιν. Τῦτο γὰρ οἶμαι τὸ τ Ἰσραὴλ ἐκνικηθῆναι προϋπέφαινε, τὸ τὴν ἡμελέραν ἐπ' ἐσχάτων φύσιν, τὴν τέως ἰσχυρὰν τὴν ἁμαρτίαν καὶ ἀμελάθετον, ξυμπλακῆναι θεῷ, ἔτσω προσληφθῆναι καὶ τοσῦτον ἐξ ὑπερ ἰῶ πεσεῖν, ἔτσω μεταπεσεῖν, ὡς ὐκ ὄτι γε ἁγιασθῆναι (ἀλλ' ὦ φρικτῦ μυτηρίυ! ὦ τερασίυ καὶ νῦν καταπλήττοντ, καὶ λόγον Cυσέλλοντ!) καὶ θεωθῆναι, καὶ ὑπὸ πάσης προσκυνηθῆναι τ κλίσεως. Πλὴν ὐκ ὄτω γε θεὸς καὶ αὖθις παῤῥησιάζεται (ταῦτα γὰρ ἄλλυ τύπυ, καὶ οἰκονομίας μείζον προχαράγματα) νυνὶ δὲ διὰ τ αὐτῦ πανάγνυ μητρὸς, τ θείας καὶ ἀχειροπεύκλυ Cκηνῆς, ἐξ ἧς προελθὼν καλῃγωνίσατο τ ἐχθρὸν, διαγγέλλει τὸ βυλητόν. Ἐπειδὴ γὰρ ἐξ αὐτῆς τε καὶ δι' αὐτῆς ἐπανθρωπήσας τῇ κοινῇ τῶν ἀνθρώπων προσωμίλησε φύσει, διὰ ταύτης καὶ νῦν αὖθις, μᾶν ἀγγέλων καὶ ἀρχαγγέλων καὶ πασῶν δυνάμεων προλετίμηκε, καὶ ὁμιλεῖ καὶ διασαφῖ τὰ πρὸς βύλησιν.

Μιᾷ γοῦν τ νυκτῶν ὀπφαίνεται τῷ πρεσβύτῃ ἡ πάναγν αὐτὴ Θεολόκ, καὶ, Τί φησι τῦτο ποιεῖς; ἵνα τί τε πηγὴν ἀναφράττεις θείων πολυχεύμονα λόγων, καὶ φωτὸς περικαλύπτεις καὶ Cυσκιάζεις τὸ φῶς, καὶ νύκτα μεσημβρίας ποιεῖς; Ἄφες τ Ἰοάννην κοσμῆσαι λόγοις τὴν Ἐκκλησίαν Θεῦ. Ἄφες σηρίξαι ταύτην τοῖς ὀρθοῖς δόγμασιν. Ἄφες ἀναλῦσαι τὰ τῶν Cφισῶν τ κακίας περίεργα καὶ ψιφώδη προβλήματα. Ἄφες διελέγξαι τὰς ἀπάτας τύτων καὶ τὰ Cφίσματα. Περίπλεως οὖν τρόμυ καὶ φρίκης ὁ μοναχὸς ἀφυπνίζεται, καὶ τ Ἰωάννην μεταλαλεῖται, καὶ Ὦ, φησιν, ἄνθρωπε τῦ Θεῦ, ἄγε τὸ ἀπὸ τῦδε τὴν δοθεῖσάν σοι χάριν πρὸς ὅ κρεῖττονσ παῤῥησίασον, ἐν ἰσχυῖ τὴν φωνὴν ὕψωσον, φθέγξαι ῥήματα θεῖα, καὶ Cωθες λόγυς Cφίας πλήρεις τοῖς ἄνωθεν· ὦπαί μοι γὰρ ἡ τῦ ἡμελέρυ Cώ-

60 Audiit hæc ſenex, ſtatimque emollitus, in occurſum ejus velociter egreditur, colloque infuſus deoſculatur frequenter, alloquitur dulciter, & dicta retractans appellat filium obedientiæ, divinumque hominem nuncupat; ſeipſum vero beatum prædicat, partim quia præfectus fuerat tantæ virtutis viro, tam magno, tam perfecto, tam incomparabili; partim quod ſubmotis aliis ejuſmodi munus ipſe eſſet ſortitus. Denique amplexibus ejus uteumque ſatiatus, ingreditur cellam, læva quidem manu dexteram ejus tenens, dextero vero brachio dorſum ejus circumdans; atque ex eo tempore illo utitur, non ut magiſter diſcipulo, neque ut filio pater, ſed tamquam nobiliorum naturarum uni cum verecundia accedebat, vehementer ipſum honorans, & ſicut conveniebat colens. A. CONST. ACROPOL. *hinc majorē in amore & honore Dei erectori ſuo.*

61 Quoniam vero non expediebat lucernam abſcondi ſub modio (neque enim parva hæc calamitas erat fideli populo, profundis in tenebris oberranti, & graviter valde prolabenti) nec æquum erat omnino obſtrui fontem (dum plebs Chriſtiana verborum divinorum ſiti fatiſcit, & extreme periclitans ægre ſpiritum ducit) age videamus qua ratione producta lucerna ſit, & fluento copioſi fontis hujus reſerato irrigata hereditas Chriſtianorum, & divina plenitudo reſtaurata, Deo rebus noſtris ſapienter providente, & circa id ſatagente. Iterum enim libere egit Deus: non tamen ſicuti Abrahamo tamquam in tranſitu apparuit intra tabernaculum, neque ſicuti nepoti ejus Jacobo per luctam & pugnam ſe manifeſtavit; illam, inquam, luctam, quæ communis noſtræ ſalutis magnum præfigurabat myſterium, exinanitionem ſcilicet & ſuſceptionem, atque ejus qui ſuſceptus fuerat ex ipſa ſuſceptione deificationem. In quo ſane naturæ noſtra, ut exiſtimo, extremis hiſce temporibus viſa eſt Iſraëlem ſuperaviſſe, quod eatenus incommutabiliter ac firmiter peccato inhærens, congreſſa cum Deo ſit atque ab eo aſſumpta, atque ex eo ipſo per quod labi ac relabi debuerat, non ſolum ſanctificata (ô tremendum myſterium! ô prodigium obſtupeſcere faciens animam rationemque tranſcendens!) ſed etiam deificata & ab omnibus creaturis adorata. Non tamen, ut dixi, ad eumdem modum nunc libere egit (iſtæ enim figuræ erant alterius rei altioriſque providentiæ) nunc autem per ſuam puriſſimam Matrem, illud ſcilicet divinum & non manufactum tabernaculum, ex quo prodiens inimicum ſuperaverat, voluntatem ſuam ſignificavit. Quoniam enim ex ipſa & per ipſam factus homo cum hominibus dignatus eſt converſari; per eamdem, quam ſupra Angelos Archangeloſque & omnes Virtutes honoravit, locutus eſt & manifeſtavit, quæ volebat.

62 Ergo nocte quadam apparuit ſeni Deipara: &, Cur, inquit, hoc facis? Quare obſtruis fontem, divinis ſermonibus copioſe ſcatentem; & luminare abſcondis, ac lucem obumbrans, noctem efficis in meridie. Permitte Joannem exornare verbis Eccleſiam Dei; permitte ut rectis eam dogmatibus ſtabiliat, permitte ut diſſolvat perplexas intricataſque peſſimorum ſophiſtarum objectiones, permitte ut eorum ſophiſmata & fraudes redarguat. Ad hæc timore ac tremore impletus monachus expergiſcitur, Joannem advocat, &; Eja, inquit, vir Dei, datâ tibi ad meliora gratiâ libere ex nunc utere, exalta in fortitudine vocem, loquere verba divina, & compone ſermones delapſa ex alto ſapientia plenos: apparuit enim mihi generis noſtri ſalvatrix, intemerata Virgo Maria, ſuccenſens mihi quia te impedivi, ſevereque injungens, *cui apparens B. V. reprehendit, quod vetet Ioannem uti ita. lenia à Deo data.*

A. CONST. ACROPOL. ut tuo te arbitrio ſinam agere. Ignoſce igitur quod te cohibuerim, ignoſce ſenili ſimplicitati. Econtra Joannes, non elatus animo, neque ullam omnino in ſe mutationem oſtendens, ſed in eodem ſtatu permanens, atque familiarem ſibi modeſtiam retinens, ipſe potius ignoſci ſibi petiit, & pro ſe ut oraret ad rem aggrediendam ſupplicavit.

Scripta ejus recenſentur:

63 Qualia vero exinde compoſuerit & quæ ſcripſerit, longi temporis prolixique ſermonis opus foret exponere: igitur neque omnia neque ordine ſuo dicam, ſed pauca admodum, quæ mihi in mentem venient, indicabo: partim ut iis, qui ipſa jam antea noverunt, memoriam renovem; partim ut nota faciam iis, qui eorum cognitionem necdum ſunt aſſecuti. Exornavit ergo primum concinnis ſuis melodiis præclaram Salvatoris Reſurrectionem, idque non ſimpliciter ſed multifarie ac diverſimode, inventione variarum cantionum, alternaque earumdem inter ſe mirabiliter connexarum viciſſitudine. Sed & pro reliquis feſtis, quibus religioſa plebs congregatur, unum aliquod ſibi proponens eorum myſteriorum, quæ Dominus ac Redemptor noſter homo factus complevit, plurima eaque pulcherrima compoſuit. Deinde etiam Sanctorum memorias ſimiliter honeſtavit, ita ut tantum non omnes ad ſimilem zelum evehat, atque ad ipſam eorum imitationem diſponat; facit enim ad exemplum Martyrum generoſos, quicumque ad concinendos Martyrum hymnos acceſſerint; & ad omne, quod terrenum vel carnale eſt, ſic affectos, quemadmodum ii qui iſtis ſuperiores ſancte vixerunt, quandocumque laudatorias de iis componit odas qui vitam ſic egerunt: eoſque ſuis glorificans cantibus alios ex aliis, canentes dico & audientes, ſimul omnes ad meliora ac diviniora transfert. Illa porro, quæ aliter diffuſe expoſuit, quis valeat ſigillatim numerare?

64 Ceterum ut hæc aliaque dimittam, quomodo prœteribo encomiaſticos ſermones, quibus venerandę feſtivitates circumſonant, quique ad diviniorem vere melioremque choream invitant? quomodo tranſiliam fontem ſcientiæ inde emanantis, ut non ſaltem in tranſitu exinde hauriam? ut ad reliquæ feſtivitatis curſum robuſtior evadam, quando me deficere in ſtadio ſenſero ac deſperare coronam. Cum enim illius memini, evagantem foras mentem continuo revoco; cum ejus memini, vere magis rationalis videor, ipſa ratione prudentius uti valens; cum ejus memini, repente invenior eſſe ſolidus præ aliis eunctis Theologis & multo illis intelligentior. O quot myſteriorum notitiam brevi temporis ſpatio mihi ſentio infundi! ad quantam evehor magnanimitatem! Calco humana, ſcindo aërem humidiorem hunc & circumfuſum terræ, quin & alterum puriorem tranſcendo, & tantum non procurro ultra æthera atque ad tertium cælum pertingo, & quæ non licet loqui, effari doceor, plenus enthuſiaſmo multumque meipſo melior; parum enim abeſt quin illius cauſa in cælum aſcendam, totuſque divinus fiam & plane ſpiritualis, atque intelligendi facultate æqualis Angelo factus videor. Diſco quæ ad immateriales ſubſtantias pertinent; & quomodo novenarius chorus ad trinarium reducatur, prout ordinatus eſt, cognoſco & admiror: inſonant mihi ineffabiles eorum doxologiæ, & pœne compellor una cum iis diverſimode canere atque laudare ſimplicem ac vere unicam Trinitatem. Intelligo ſupremæ eſſentiæ ac ſuperſubſtantialis naturæ hypoſtaticas proprietates, imo ipſam unam trium Perſonarum eſſentiam quodammodo comprehendo, ſic unam potentiam poteſtatemque cognoſco: quo fit ut ipſam intelligam adoremque unum ac verum Deum, ſolumque inter omnia quæ exiſtunt tri-

ſummus ea legentium fructus.

τερα γένης, ἡ πάναγν Μαριὰμ, οἷς τε πρὸ τῦ διεκώλυον χαλεπαίνυσα, καὶ ἀνεῖναι δ' λοιπῦ Cφοδρῶς καλεπείγυσα. Τοίνυν μοι καὶ τ εἰσέτι κατασχέσεως Cύγγνωθι· Cύγγνωθι τ ἀφελείας τῷ γέροντι. Καὶ ὃς μὴ μέγα φρονήσας, μηδέτι παρηλλαγμένον ὅλως ἐπιδειξάμν, ἀλλ' ἐπὶ ταυτῦ μένων, καὶ τὸ σώτροφον διαληρῶν μέριότητα, τό τε ἀντισυγχώρησιν ἅμα καὶ τὸ εὐχὸ ἀπήτ πρὸς τὸ ἐγχείρησιν.

Τίνα δὲ ἄρα τοιῦτεῦθεν ἠξέθετο, καὶ ὁποῖά γε συνεγράψατο, μακρῦ πάντως τῦ χρόνυ καὶ τῦ λόγυ δεόμνα· ἀχ ἅπανλα μὲν κατὰ ῥυθμὸν εἴποιμι, ὀλίγα ἢ λίαν, καὶ ὅσα νεῦν ἡμῖν εἰς μνήμλιν ἦκε δηλώσωμεν, τῦτο μὲν τὲς φθάσαντας ἐπελθεῖν ἀναμιμνήσκοντες, τῦτο ἢ καὶ τοῖς μήπω περίλυχῦσι γνωρίζοντες. Κοσμῷ μὲν οὖν τὰ πρῶτα τοῖς σιχηροῖς αὐτῦ μελῳδήμασι, τὴν τῦ Σωλῆρ φαιδρὰν ἐξανάστασιν· καὶ ἀχ ἁπλῶς ἵτω κοσμεῖ, ποικιλωδῶς ἢ καὶ ποικίλως, μελῶν τε διαφόροις εὑρέσεσι καὶ θαυμασῶς οἷος ἀναλλαπομένοις ἐγγύτησι· κἂν τᾶς λοιπᾶς ἢ τ πανηγύρεων, ἐφ' αἷς ὁ εὐσεβὴς λεὼς ἀθεάζομεν, ἔνθι πάντως προτιθέντες τ δσα περ ὁ Δεσπότης καὶ Ρύσης ἀνανθρωπήσας διατελέλεκε· καὶ τὰ εἰκότα ἐπαγαλλόμενοι, κάλλιστά τε καὶ πλεῖστα ξυνέθετο. Πρὸς ἢ καὶ μνήμας Ἁγίων, τοῖς ὁμοίοις λαμπρῶς καλεκόσμησε, μόνον οὐ ἀχ ἑπάρει πάντας πρὸς ζῆλον τ ὅμοιον, καὶ ὑπαλείφ πρὸς τὸ αὐτὸ μίμησιν· καὶ γάρ πως ἀνδρείυς τίθησι καλὰ Μάρλυρας, εἴτω ἂν τύχοι τ Μαρλύρων συνείρων τ ὑμνητήριον· καὶ πρὸς ἅπαν δὲ προσπαθὴς Cαρκικόν τε καὶ γήϊνον, καλὰ τὲς ὁσίως καὶ ὑπὲρ τὰ τῆδε βιώσαντας, εἴ τινι πάλιν τ ὑτωσὶ ζησάντων τὲς ἀγεληρίυς ἔτι συνθέμνος· καὶ καθωραΐσας τοῖς ἄσμασιν, ἄλλυς ἁπλῶς δὲ ἄλλων τὲς τ ᾄδοντας, τούς τ ἀκροωμένυς, μελαποιᾷ, καὶ συνάμα πάντας πρὸς τὸ κρεῖτον καὶ θειότερον μελαστοιχειοῖ. Α δ' ἐς πλάτος ἄλλως ἐξέθετο, τίς ἂν καλὰ μέρ ἀπαριθμήσαιτο;

Ἐάσω τ ἄλλα· [ἀλλὰ πῶς] Παρήσω τὲς ἐγκωμιαστικὲς τὲς τὰς σεβασμίυς ἑορλὰς περικρολῦντας, ἃ δὴ πρὸς χορείαν μελαχαλῦνται θειόλεραν ὄντως καὶ κρείτονα; τὴν ἢ πηγλὼ, πῶς ἄρα παραδραμῦμαι τ γνώσεως; ἢ πῶς ὄχι καὶ ἐκ παρόδυ ταύτης ἀρῤῥύσομαι; ἵνα πως πρὸς τ ἐφεξῆς δρόμον ἀκμαιότερος γένωμαι, λιπόψυχῶν ἰδὲ ἀπογινώσκων τ δίαυλον, καὶ ἀπαγορεύων τ στέφανον· ἀλλὰ γὰρ ἐμνήθλω ἐκείνης, καὶ νοῦ παραυλὰ τ θήραθεν συναγήοχα· ἐμνήθλω ἐκείνης, καὶ τῷ ὄντι λογικώτερ ἀναδέδειγμαι, χρῆθαι συνετώτεραν τῷ λόγῳ δυνάμνος· ἐμνήθλν ἐκείνης, καὶ τ μᾶζον πάντων, ἀσφαλὴς θεολόγος παρευθὺς εὕρημαι, καὶ νοερώτερός δή πως γεγένημαι. Ὢ πόσων ἐν ἀκαρεῖ μυριάδων ἠξιώθην! ὡς εἰς οἷαν κατλώτηκα μεγαλόνοιαν· ὑπερπηδῶ τὰ ἀνθρώπινα, διασχίζω τ ἀέρα τυλονὶ τ ὑγρότερον καὶ περίγλον, ὑπερβαίνω τ καθαρωτέρων, ὑπὲρ τ αἰθέρα θέω μικρῦ καὶ εἰς τρίτον ἠρανὸν φθάνω, καὶ ἃ ἠχ ἐξὸν λαλῆσαι γλωσσημυθῆμαι, καὶ ἐνθυσιασμῷ πληρῦμαι, καὶ μακρῦ κρείτων ἐμαυτῦ γίνομαι· μόνον γὰρ ἠχ ἐν ἠρανῷ διὰ ταύτης ἀνέρχομαι, καὶ θεῖος ὅλος καθίσαμαι, καὶ νῦς ἄνλικρυς χρηματίζω, καὶ ἰσάγγελος τῷ καταλήψιν ἀναδείκνυμαι· μανθάνω τὰ τ ἄῦλων ὡς παρῆκλαι δυνάμεων, τ ἐνεαδικὸν διάκοσμον, τ εἰς τριαδικὸν συναγόμνον, μόνον ἠχ ὡς διατέρακλαι καὶ γινώσκω καὶ ὑπεράγαμαι· ἐνηχῦμαι τὰς ἀπορρήτυς ἐκείνων δοξολογίας, καί πως δὴ συνεπαίρομαι τῷ ἀπλῷ τριάδα καὶ ὄντως μοναδικῷ, διαφόρως ἀνυμνεῖν καὶ γεραίρειν πολυειδῶς· ἐννοῦμαι τὰς τρεῖς τ ὑπερφυῦς ἠσίας καὶ ὑπερουσίν φύσεως ὑποσατικὰς ἰδιότητας, πρὸς δὲ, ὥσπερ δὴ ταύτῳ καὶ μίαν ἠσίαν τ τριῶν καταλαμβάνω προσώπων, ἤτω καὶ μίαν ἐξουσίαν ἐπιγινώσκω

καὶ

A καὶ δυώαμιν, ὅθεν καὶ ἕνα καὶ ἀληθῆ ταύτῳ Θεὸν, καὶ μόνον τῶν ὄντων τριττῶς ἀπερίγραπτον καὶ ἀληθῶς ἀκατάληπτον τὸ θαυμάσιον καὶ καταλαμβάνω καὶ Σέβομαι. Οὐ γοῦν φθάνω διαιρῶν εἰς τρία, καὶ Συνάπτω πρὸς ἕν, τὸ μὲν τοῖς χαρακτῆρσι, τὸ δὲ τῇ ἐξουσίᾳ, τῇ μοναρχίᾳ, τῇ ὁμοουσιότητι, τῇ τε πρὸς τὸ πρῶτον αἴτιον τὲ ἐκ Θ πρώτου καὶ αἰτιατῶν συμφυΐᾳ καὶ ἀπαραλλάκτῳ ταυτότητι, ὅπως ἐπαίρομαι, ὅπω κυφίζομαι, ὅπω θαυμασίως ἀνάγομαι· καὶ ὅλως τῶν ὁπόσα ταῦτα μετεωρίζομαι· καὶ θειότερον ἀποκαθίσαμαι καὶ φαιδρότερον.

Μῦθον μὲν γάρ τις καὶ ποιητικὴ τερατεία, μᾶλλον ἢ γραώδης ἀνάπλασις, ὅτι καὶ ἐξίσης ἃ μὲν τὰ βρεφύλλια οἱ ἢ τοὺς νηπιώδεις ψυχαγωγεῖν ἔχουσι τοῖς χαυνοτέροις ἀκούσμασι· μῦθον οὖν, τὸ ἥλιον ἐς ὠκεανὸν κατείγειν, κἀκεῖθεν λελυμμένον ἀνάγειν λαμπρότερον. Πλὴν ἔστι μῦθος, πάλαι μὲν θρυλλούμενος, νυνὶ δὲ διαπαιζόμενος· τὸ δέ γε ζωηρρύτου ταύτης πηγῆς, μᾶλλον δὲ ἀπλέτου τοῦδε τῶν λόγων πελάγους, καὶ ἀδιεξιτήτου τὸ Θρίας βάθους, οὐκ ἔστιν ὃς ἂν εἰ καί τι μικρὸν ἀποσείλβοι, ἀστέρισκος ἂν ἐγένετο τύχοι ὢν ἀφανὴς, καὶ οὐχ ὅτι κατὰ τὸ μέγαν τοῦτον ἥλιον ἀκλινοβολῶν, καὶ τὰ
B πέρατα διαυγάζων, ὡς ἀπ' ἄκρων φθάνων εἰς ἄκρα, καὶ πάνθ' ὁμοῦ τὸ αἴγλης πληρῶν· ὁποῖοί τινες οἱ πρὸ τούτου καὶ μεθ' τοῦτον ἐκλάμψαντες φωστῆρες παγκόσμιοι, τοὺς οἰκουμένης λαμπρυνάντες, Βασίλειόν φημι καὶ Γρηγόριον τὸν ἀκλονήτους τὸ εὐσεβείας προβόλους, τοὺς στερεοὺς τὸ ἐκκλησίας θεμέθλους, τὰς ἀρραγεστάτας βάσεις τὸ πίστεως· (ταῦτα γὰρ ἤτοι πάντα δεόντως ἀκούοιεν, τάχα δ' καὶ τὰ ὑπὲρ ταῦτα καθηκόντως ἄγαν καλονομάζοιντο) πρὸς δ' τούτοις καὶ μεθ' τούτων, Ἰωάννην τὸ τὴν γλῶτταν χρυσοῦν, τὸ ὁμώνυμον τῷ λόγῳ καὶ ὁμότροπον, καὶ τοῖς πᾶσι πάντη κατάλληλον· ᾧ δὲ γὰρ ἂν φαίην ἐφάμιλλον ἢ συνάμιλλον, ἀλλ' ὅπως ἀκριβὲς ἀπηχόνισμα, ὡς πρὸς εὐφυὲς ἐκτύπωμα ἀρχέτυπον, καὶ διαγινώσκω τοῦτον καὶ ἀποφαίνομαι. Πλὴν ἀλλ' οὐκ * ἀρρυσάμενον, καὶ τ τινα καθ' ἡμᾶς τ ἀμυδρῶς δῆτα πεφωλισμένων, καὶ ἀκτῖνος ὥσπερ ἀποπάλσαι διηυγασμένων, μὴ ὅλον ἀνελθεῖν φωτεινότατον, καὶ ὅλον φαιδρότατον, καὶ ὅλον θεοειδέστατον;

* an ἀῤῥιζωμένον?

Τί μοι λέγειν λοιπόν; ὡς παρεῖται Σταγειρίτης μὲν τὸ χριφώδης τεχνολογίας, καὶ τὸ πολυσχιδοῦς περὶ φύσεως καὶ φυσικῶν ἀρχῶν ἐκθέσεως; ὡς παρῶνται μὲν τὸ ὑψηγορίας (ὀκνῶ γὰρ φάναι θεολογίας) καὶ τῶν οὐκ ἀσφαλῶν
C περὶ ψυχῆς γνωμαλευμάτων, ἢ τεραλευμάτων μᾶλλον εἰπεῖν, ὁ πολὺς Ἀθηναίοις Πλάτων καὶ τοῖς Ἕλλησι διαβόητος; ὡς ὁ λοιπὸς τῶν φιλοσόφων ὅμιλος ἐκείνοις δοξῶν, μᾶλλον δὲ ἀνοήτων, κατέγνωσται; ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐατέον εἰ καὶ μεγάλα τυγχάνει καὶ ἀληθῶς ἀξιάγαστα. Ἄγε δ' καὶ αὖθις τῶν ὑπὲρ τὸ εὐσεβείας παῤῥησίαν θ μάκαρος ἀναλάβωμεν, καὶ τὸ ζῆλον ὃν καλὰ τὸ Φινεὲς ἔσχηκε, καλὰ τῶν ἐκπορνευσάντων ἐν τοῖς σφετέροις αὐτῶν διανοήμασιν, εἴτ' ὂν τολμήμασιν, καὶ αἰσχρῶς ἄγαν ἀπερυθριασάντων κατὰ τῶν ἀχράντων καὶ Σεβασμίων εἰκόνων· εἰκόνων (ἀβάλε τόλμης!) ἃς εἰς ἀνάμνησιν τὸ ὑπὲρ ἡμῶν θ Σωτῆρος ἐνανθρωπήσεως, καὶ τῶν ὑπὲρ ταύτης διαθλησάντων ἢ καὶ σεμνῶς ἄλλως καὶ καλὰ Χριστὸν ζησάντων Ἁγίων, ἄνωθεν εὐθὺς καὶ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ κηρύγματος τὸ χρισώνυμον ἀνατυποῦν παῤῥησίᾳ πλήρωμα. Καὶ γὰρ ἀκοντίζει, εἰ καὶ μὴ παρὼν ἀλλὰ πόῤῥωθεν, κατὰ τῶν ἀκολάστων γνώμην καὶ αἰσχρῷ λογισμῷ βεβηλωσάντων ἢ καὶ παντελῶς διαχαράττων τὰ ἅγια· βάλλει καθά τινι δόρατι, εὐσόχῳ λίαν ὀπτικῇ, τὸ τοῦ πρώτως τὸ ἀληθείας ἐξολισθήσαντος λέοντος ἔγγονον, περὶ θ δὴ καὶ ἔφθην προῤῥηκὼς μετριάσαι, καὶ ἐκ πολλῶν

pliciter indefinibilem ac prorsus incomprehensum. Cum igitur in tres divido & in unum conjungo, tres in proprietatibus, unum potentia, auctoritate, consubstantialitate, & eâ quæ est causatorum omnium cum prima causa dependentiâ, indissolubilique ipsius identitate; sic extollor, tam levis fio, tam mirabiliter sursum agor, ut ex iis quæ istic sunt totus suspendar, atque inde divinior splendidiorque mihi ipsi restituar. A. CONST. ACROPOL.

65 Fabula est figmentumque poëticum, seu potius anile commentum, quo æqualiter hinc quidem infantuli, inde pueruli consueverunt oblectari, novitatibus audiendis gaudentes; fabula est, inquam, qua dicitur Sol in oceanum mergi, ibique ablutus illustrior resurgere. Ut tamen hæc sit fabula, olim celebrata, nunc explodenda: qui vivifluo isti fonti, aut potius inenavigabili sermonum pelago & impenetrabili sapientiæ profundo se immerserit, fieri non potest, quantumcumque parum ipse scintiller, tamquam exigua atque inconspicua stellula, quin instar magni hujus solis radios suos diffundat atque extrema quæque collustret, tamquam à summis ad summa procurrens & splendore suo simul omnia replens: quales nonnulli ante & post ipsum quoque effulserunt, velut pulcherrima luminaria, universum terrarum orbem illuminantia; Basilium atque Gregorium intelligo, inconcussa pietatis antemuralia, firma Ecclesiæ fundamenta, integerrimas fidei bases; ita siquidem ipsos nuncupabimus non incongrue, quin & eminentioribus cognomentis appellari possint; cum illis vero atque post illos Joannem, aureum illud os, huic nostro cognominem ac moribus similem eique comparandum; neque enim ausim dicere æqualem vel coæqualem; sed vere accuratum exemplar, velut ad archetypi elegantis formam expressum, agnosco illum atque demonstro. Verumtamen numquid sine fundamento quis dixerit, aliquem nostri temporis modice dumtaxat, illuminatum & velut radii unius evibratione coruscantem, non posse fieri totum clarissimum, totum splendidissimum, totum deiformem? *Cum summis virtutibus comparatur.*

66 Nunc vero quid attinet dicere, quomodo præ Joanne contemnendus sit Stagirita cum sua ænigmatica differendi arte atque multiplici expositione naturæ & naturalium principiorum? quod parvi faciendus sit cum sua grandiloquentia (non enim ausim dicere Theologiam) eumque sua male fundata, aut, ut verius loquar, monstrosa de animabus sententia ille apud Athenienses & Græcos ceteros nominatissimus Plato? quod despicabilis fuerit tota Philosophorum turba, eadem cum illis seu potius contraria sentiens? Prætermittenda namque hæc mihi sunt omnia, quamvis magnifica & consideratione dignissima; iterumque dicendum de libertate Beati, qua pro pietate decertavit, & zelo quem habuit instar Phinees contra fornicantes in suis adinventionibus sive temerariis ausis, & imprudenter agentes contra immaculatas venerandasque imagines. Imagines (vah audaciam!) quas in memoriam incarnati Salvatoris, & eorum qui pro ipso decertaverunt aut alias religiose juxta legem Christi vixerunt Sanctorum, jam inde à principio prædicatæ fidei efformare didicit universitas Christianorum. Quamvis minime præsens, eminus tamen emisit jacula contra improbos, qui opinione ac fœdo ratiocinio suo conspurcaverunt aut etiam omnino aboleverunt sancta: & epistola sua, veluti hasta bene collimata, confixit filium Leonis, ejus qui primus à veritate exciderat, de quo etiam jam ante dixi, pauca ex multis circa eum in historiam relatis seli- *Ô antiquis Philosophis præfertur.* *Libertas in defensione imaginum.*

A.CONST. ACROPOL. gens: nunc autem nominandus est mihi (velle enim vos credo) is, qui ex eo natus, secundum ejus exemplum regnavit. Constantinus hic fuit: qui nihilo minus, quin etiam multo magis quam ille, insanivit, animo utique impudentissimo & homo stercoreus; de quo non possum imo abominor enarrare, quid ei, nescio qua ratione, in baptismo contigit, contra rectam doctrinam aut potius contra ipsum baptisma, in prælagium, sive, ut verius dixerim, in manifestam futuri eventus prænotionem.

contra Constantinum turpissimum hominem.

67 Hic ubi ad virilem pervenit ætatem, quod utinam non fuisset! quid non admisit sceleris? quid turpitudinis non patravit? Fœdius quam pater suus inquinavit Dei populum. Sed ô solertissimum consilium Sancti! ô plagam opportunissimo tempore inflictam! Phinees quidem Israëlitam in sua observavit nequitia, & hastam intorsit atque propalavit peccatum, & ceteros eo exemplo emendavit: sed uno solum in loco repressit crimen, solosque præsentes avertit à scelere. Joannes vero vehementer zelosus pro Deo, & supra nos intelligens ac circa nos satagens, jaculatus est quidem, & una cum peccato peccatorem confodit; sed statim id fecit ubique notum, & momento pœne temporis omnes sustulit iniquos, litteris ipsis revelans scelus ubique locorum in conspectu omnium, & de impietate triumphans. Macte tuo isto in Dei causâ zelo, Martyr incruente! Macte ferventi tuo erga eumdem amore! Macte animi tui ad pietatis defensionem fiduciâ! Macte illustri tua intrepidaque constantia in prædicanda veritate.

B

unde ferventior existit:

68 Quid autem? an erga Deum resque divinas ita affectus hic fuit, & Deus eum non promovit, atque ad maxima quæque suscepit? Igitur quomodo cum eo egerit Deus, disce; & quomodo eum susceperit, audi. Suggerit Hierosolymorum Antistiti, tunc obtinenti thronum Fratris Domini, Jacobi scilicet fervidi illius magistri atque præconis veritatis (quomodo autem suggesserit taceo, quia invisibiliter per internam spiritus motionem id factum) suggerit, inquam, ut Presbyteris adscribat Joannem, & supernis atque cælestibus mysteriis dignatum, ordinet ad ea quæ in terris geruntur. Ille ergo mox accersitum inungit, & inter Sacerdotes collocat, ut magnam hostiam, Christum ipsum nempe, rite consacret, quæ semel immolata immolatur quotidie pro nobis, semel quidem lapsis, quotidie vero impelli ad lapsum solitis. Quem vero sic unxit & sic evexit Deus, quantique faceret etiam longe positis demonstravit; an deinceps negligentius egit, remisitque industriam & circa virtutis exercitationem elanguit? Minime vero: sed ex hinc majorem multo animi alacritatem adhibere visus est, in subjugando corpore ferventior, in se humiliando sublimior, atque ad omnem aliam virtutem robustior. Sicut enim eorum aliquis qui versantur in Palatio, si ad majorem ascenderit dignitatem, promptiorem se ad obsequia exhibet, ut ab eo qui ipsum honoravit judicetur id meritus, secum ipse rationem iniens quo pacto debitum suum juste exolvat: ita etiam Joannes, à Rege Regum, solo bono ac solo vero Domino nostro, Sacerdotii donatus honore, omnium honorum maximo & venerabilissimo, & à solis ipsi revera similibus suscipiendo gerendoque; promptius capessivit ministerium sacrum, atque ad virtutis cultum vigilantior exurrexit. Postquam autem sese tam generose, non ad pentathlum (ut superius dictum est) sed ad myriathlon præparavit, quam maxime admiranda patravit facinora, totumque in sui admirationem theatrum rapuit: theatrum vero implebant Angelici spiritus,

Divino nutu presbyter consecrari jubetur:

C

ὀλίγα τῶν ἀνισορημούων περὶ ἐκείνου ἀναλεξάμενος· γνωρίσω δὲ οὐ ὑμῖν καὶ τὸ ἐξ ἐκείνου, καὶ κατ' ἐκεῖνον (βούλεσθαι γὰρ ἴσως) δεδηλωκὼς τὸ ὀνόματος. Κωνσταντῖνος οὗτος, ὃς οὐκ ἦλθον εἰ μὴ καὶ μᾶλλον κατὰ τὸ εὐσεβείας λελύθηκεν, ἡ δυσωδεστάτη ψυχὴ, ὁ κοπρόφυρτος ἄνθρωπος. Οὐκ ἀνέχομαι, ἢ μᾶλλον βδελύττομαι τὸ ἐν τῷ βαπτίσματι καλὸν ὀρθοῦ δόγματος, μᾶλλον δὲ καὶ αὐτοῦ βαπτίσματος, οὐκοῦν ὅπως, ἐπισυμβάντα τούτῳ, πρὸς φοιβασμὸν ἢ, ἀληθέστερον εἰπεῖν, σαφῆ γεννησομένου προδήλωσιν, εἰς ἐπήκοον ἐξενεγκεῖν.

Οὗτος εἰς ἄνδρας ἐλθὼν, ὡς εἴθε μὴ ὤφελε, τί μὴν τὸ ἀθέσμων οὐκ ἔπραξε; τί δὲ τὸ αἴσχρων οὐκ ἐποίησε; χεῖρον δὲ γεγεννηκότος τὸ θεοῦ ἔθνος ἐμίανεν. Ἀλλ' εὖγε εὐσοχωτάτης τοῦ Ἁγίου βουλῆς! εὖγε καιριωτάτης πληγῆς! Φινεὲς μὲν γὰρ τὸ Ἰσραηλίτιδι τῇ κακίᾳ συνδιεπήρησε, καὶ ἀνετείνετο δόρυ, καὶ ἐσηλίτευσε τὸ ἁμάρτημα, καὶ τὸ ἀπ' ἐκείνου τοὺς λοιποὺς ἐσωφρόνισε· πλὴν ἐφ' ἑνὶ τόπῳ ἀνέσχηκε, καὶ μόνους τοὺς παρατυχόντας τὰ ἁμαρτίας ἀνακεχωρίτικεν. Ὁ δὲ τὸ ὑπὲρ Θεοῦ ζῆλον οὗτος πολὺς, ὁ τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς σωτὴρ, καὶ τὰ καθ' ἡμᾶς συνεχὴς, κατηκόντισε μὲν, καὶ τῷ κακῷ τὸ κακίαν συνεξεκέντησεν· ἀπαλλαχῆ δὲ ἀθρόον ἀνέδειξε, καὶ ἐν ἀκαρεῖ δὲ χρόνου πάντας συνέσεισεν, καὶ ἁμμασι τοῖς αὐτοῖς πᾶσι πανταχῆ τὸ ἁμαρτίαν ἀνακαλύψας, καὶ θριαμβεύσας τὸ παρανόημα. Εὖγέ σοι δὲ καλὰ θεοῦ ζήλου μάρτυς ὄντως ἀναίμακτε! εὖγε δὲ διαπόρου πρὸς τὸν θεὸν φίλτρου! εὖγε τοῦ ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας παῤῥησίας! ὑπέρευγέ σοι δὲ περιφανοῦς καὶ ἐξατρέσου τῆς ψυχῆς παρασήματος, ὑπὲρ τῆς ἀληθείας κηρύγματος!

Ἀλλὰ τί γοῦν οὗτος μὲν οὕτω πρός τε θεὸν καὶ τὰ ὑπὲρ θεοῦ, θεὸς δὲ ὁ προσίελο, ἢ οὐκ ἐν τοῖς μάλιστα προσεδέχετο; καὶ ὅπως τοῦτον εἶχε θεὸς μάνθανε, καὶ ὅπως προσελάμβανεν ἄχρι· Ὑποβάλλει τῷ τοῦ Ἱεροσολύμων προστατοῦντι καὶ τὸν θρόνον κατ' ἐκεῖνο χαιροῦντῷ Ἀδελφοθέῳ διέποντι, Ἰακώβου λέγω τῷ διαπρυσίου τῆς ἀληθείας διδασκάλου καὶ κήρυκος (τὸ δὲ ὅπως ὑποβάλλει παρίημι; ἀοράτως γὰρ καὶ δι' ὀπτασίας δὲ πνεύματος) Πρεσβυτέροις τοῦτον συγκαταλέξαι, καὶ τῶν κάτω θείων μυστηρίων ἐκτελέσαι τε τῶν ἄνω καὶ οὐρανίων ἐπάξιον. Καὶ ὃς χρίει τὸ τάχος μεταπεμψάμενος, καὶ τοῖς ἱεροθύταις συνατάττει, ὡς ἂν δὴ τὸ μέγα θύμα καλλιεροίη χρισὸν, τὸ τυθὲν μὲν ἅπαξ, θυόμενον δὲ εἰσαεὶ, ὑπὲρ τῶν ἅπαξ μὲν πεπωκότων καθ' ἑκάστην δὲ διασαλευομένων ἡμῶν. Τί δὲ θεὸς μὲν οὕτω πως ἔχρισε, καὶ οὕτως ἀνέδειξεν, ὁποῖόν τε εἶχε καὶ τοῖς πόῤῥωθεν διεδήλωσεν; Ὁ δὲ ὠλιγόρησεν, ἢ καθυφῆκεν, ἢ τὸ κατ' ἀρετὴν συνλογίας ὅλως ἠμέλησεν; Οὔμμυν ὐδαμῶς· μακρῷ γὰρ πλείων ἐνλεῦθεν τὴν προθυμίαν ἐφάνη, καὶ πολλῷ τινι θερμότερος τὸ σώματος ὑπωπιασμὸν ἀνεδείχθη, τῶν τε ταπείνωσιν ὑψηλότερος, καὶ πρὸς πᾶσαν ἄλλην ἀρετὴν ἀκμαιότερος. Ὡς γὰρ ἄν τις τὰ τῇδε περιπολούντων ἀρχεῖα, μείζονος ὀπαδὸς ἀξίας, ἐνεργέστερος καλασαίη καὶ προθυμότερος, εἴπερ εὐλόγως πρὸς τὸν τετιμηκότος ἐγκριθείη, καὶ αὐτός γε πρὸς αὐτὸν ὀπολογίσαιτό οἱ τὸ ὀφειλόμενον, καὶ τὸ δίκαιον ὀπικρίνειεν· ὡς ἦ καὶ ὅτος, πρὸς τὸν ἄνω Βασιλέως, ἕ μόνου ἀγαθοῦ, τοῦ μόνου ἀληθινοῦ Δεσπότου, τὸ τῆς ἱερωσύνης δεδεγμένος ἀξίωμα, τὸ μέγιστον ἀξιωμάτων καὶ τιμιώτατον, καὶ μόνοις τοῖς κατὰ τὸ μέγαν τοῦτον πρὸς ἀλήθειαν καταλαμβανόμενόν τε καὶ συνληρύμενον, εὐθυμότερόν τε τῆς λειτουργίας ἐπέλησπο, καὶ πρὸς τὸν τῆς ἀρετῆς ἐργασίαν συνλονώτερον διεγήγερτο. Ἀλλ' ἐπείπερ οὕτω γενναίως, οὐχ ὅτι πρὸς πένταθλον, ἀλλ' εἰς μυρίαθλον (ὡς καὶ φάμου ἔφθην) ἀποδυσάμενος, θαυμαστὰ οἷα ὀπεδείξατο· καὶ ὅτι γε πλείστων ἐμβάλοι τῷ θεάτρῳ τὸν ἐκπλῆξιν·

D

E

F

A πληξιν· ἦσαν δὲ ἄρα τὸ θέατρον θεοί τε πληροῦντες Ἄγγελοι, οἳ καὶ τῶν ἀγώνων ἦσαν τούτων ὑπεραγάλλοντες· καὶ δαίμονες περίεχοντες, οἱ καὶ ἀντικαθισάμενοι τούτῳ, καὶ πολυτρόπως ἀντεπιόντες, καὶ πολυμηχάνως ἀνιέμενοι, οὓς καὶ οὐκ ἦττον εὐτέχνως ἢ γενναίως καθηγωνίσατο.

Ἐπεὶ δοῦ οὕτω ταῦτα διένυσε, ἀγέρασον δὴ ὅπως πλέον καταλιπεῖν οὐκ ἰῷ τάχα πρὸς τὸν τεφοδότην Θεόν, ὃν καὶ ἀγωνοθέτιν προσήσατο, καὶ πρὸς ὃν ἀρχῆθεν ἀφορῶν, ἑαυτῷ τε ὁσημέραι πλείων ἐγένετο, καὶ τοῖς ἄθλοις ἀκμαιότερον ἐπετείνετο, τέλει δὲ καὶ τὰ μεγάλα διεπράξατο καὶ καλώρθωσε. Τί τὸ σύλευθεν καὶ γίνεται; Τῶν μακρῶν ἀναλαβεῖν ἐθέλει πόνων Θεὸς, καὶ τοῖς περὶ αὐτὸν λογάσι συγκαλαλέξαι, καὶ τῶν καρτερῶν ἀγώνων διαναπαῦσαι, τοῦτο δὴ καὶ ποιεῖ. Τοίνυν καὶ ἐπιτρέπει τοῖς τῶν ἀγώνων θεαταῖς Ἀγγέλοις ἡ ἀγασαῖς, καὶ οἳ λαμπρὰν λαμπρῶς τὴν μακαρίαν ἀνειληφότες τήνδε ψυχὴν, ἐς ὑγρὰς ἀναφέρουσι, καὶ ταῖς τῶν ἁγίων ψυχαῖς σεμνῶς ἄγαν συγκαλατάττουσιν. Ἀλλ' ἴσως ἡ μικρά τις ἂν ἀμφισβήτησις τοῖς τῶν ἁγίων ἐκεῖ συνεπεπώκει χώροις, ὅπη τε ὁ θεῖος ἀνὴρ οὕτω τετάξεται, ἴσως δὴ ἂν καὶ ποίᾳ προσοίκῃ
B χορῷ τῶν περὶ Θεόν. Ἡ μὴν γὰρ ἱερὰ τῶν μαρτύρων πληθὺς εἰς ἑαυτὴν ἂν μεταλαμπωῦτο, ἐπειδὴ καὶ λαμπρῶς ἄγαν οὕτω ἀνωμολόγηκε τὴν ἀλήθειαν, καὶ μικρῷ δεῖν τὰ ἔσχατα πέπονθε, κἂν εἰς μεῖζον οἱ θυμοὶ τῷ τυράννῳ λωφήσειαν, καὶ ἀφαιρεθείη μόνης τῆς δεξιᾶς, τάχα γε ἄνωθεν ὀπισχεθέντος, ὡς μὴ ἂν ἐξ ἀνθρώπων τοιούτων πρὸ ὥρας καλὸν γένοιτο, καὶ ξερηθείη λόγων ὁ βίος, οὗς ἤμελε σωθεὶς εἰς νέωτα σηρίξαι τε καλῶς τὴν ἐκκλησίαν χριστῷ καὶ κατακοσμῆσαι θαυμασιώτατα. Μικρὸν γὰρ πρὸς τάδε, πλοῦτός τε μνημονεύειν, καὶ περιφανείας λέγειν ἀφαίρεσιν, ὅτι καὶ ἀποσόργως πρὸς τὰ τῆδε ἐκ παιδὸς εὐθὺς εἶχε, καὶ ἀπαξάπαντα τοῦ μηδενὸς ἦξίᾳ. Οἵ τε δὴ ἄλλως τὴν ἐκκλησίαν σηρίξαντες, πρὸς ἑαυτοὺς ἂν μείσων, καὶ τὰ εἰκότα ἐπεσεμνύοντο πάνυ γε ὡς πλεῖσα περὶ εὐσεβείας καὶ συγγραφόμενον καὶ διδάξαντα· τί δὲ καὶ οἱ τὸν ὑγρὸν καὶ λελυμένον τὸν ἡμέτερον τοῦτον βίον ἀποσέρξαντες, τὸ δὴ ἐρημικὸν ἑλόμενοι καὶ τραχύτερον; οὐκ ἂν δὴ ἐγκαλλωπιζοῖμι καὶ οὗτοι σωθέντι σοφίσιν ἡσπάσαντο; καὶ μάλα ἂν εἰκότως· τίς καὶ γὰρ τῆδε μᾶλλον τὸ βίου καὶ τὰ τοῦ βίου ἀπέγραπται, καὶ πλέω καὶ μείζω περιεώρακε, καὶ ἁπλῶς τοῦ μηδενὸς διακέκρινεν ἄξια τὰ
C τοῖς πολλοῖς τιμώμενα τοῦ παύλου, καὶ μόνῳ σωέζηκε τῷ σαυρῷ, γυμνὸς ἀπάντων κατηκολουθηκὼς τῷ χριστῷ;

Οἶμαι δὴ ὡς καὶ αὐτὸς ὁ βροντῆς υἱὸς μελονομασθεὶς, διὰ τὴν ὑψηγορίαν πάνυ καὶ τὴν φρικτὴν θεολογίαν, οὐχ ὅπως ἂν ἑαυτῷ καὶ τοῖς καθ' αὑτόν τε καὶ σὺν αὐτῷ, συγκαταλεγῆναι χρῆναι τοῦτον ἐπέκρινεν· ἀλλὰ καὶ δι' ἔργων ἂν ἐπεποιήκει, καὶ λόγους εὐλόγους ἐπενηνόχει, καὶ μικρῷ ἐπεμαρτύρατο τὴν ἰσοτιμίαν. Ἡ γὰρ θεόνους ἀκριβῆ καὶ τοῦτον ὡς ἑαυτὸν θεολόγον παρέσκευσεν; ὁ παρθένον; ὁ τῶν πρὸ αἰώνων μυστηρίων ἐκφάντορα, καὶ τῶν ἐσχάτων καὶ δι' ἡμᾶς διαπρύσιον ὡς ἀληθῶς κήρυκα; Εἰ δὲ καὶ μὴ ἐπὶ τὸ τοῦ Κυρίου σῆθος ἀναπεσὼν ἔτυχεν, ἀλλὰ τοῖς τοῦ Κυρίου λόγοις ἀνεπαύσατο, κἀκεῖθεν δὴ καὶ οὕτω ὡς ἐξ ἀκενώτου πηγῆς δαψιλῶς ἄγαν τὴν σοφίαν ἠρύσατο· εἰ μὴ τὸ πάναγνον ἀνεχωρίσθη καὶ θεομήτορα (ἐπ' ἄλλοις γὰρ διοικονομηθεῖσα ταῦτα τοῖς χρόνοις πρὸς τὸ μεγάλης καὶ ἀκαλήπτου προνοίας ἀφώρισο, καὶ ὁ τοῦ κατὰ τὸ μέγα τοῦτον ἦσαν χαροῦ) ἀλλ' οὖν καὶ ἀνελάβετο τὰ ὑπὲρ αὐτῆς, καὶ ὥσπερ ταύτῃ ἰδιοποιησάμενος κατεκόσμησε· καὶ οὐχ ὅτι γε πολλῷ ἐπὶ ταύτῃ τοῦ ἀδοῦ συνεληρησεν, ἀλλὰ καὶ πᾶσιν ἄλλοις ἀνέβαλε· κἂν εἰ μὴ παρέτυχε τῷ σαυρῷ, ἀλλ' ἠσπάσατο τὸν σαυρὸν, καὶ

ejusmodi certaminibus plus quam dici possit oblectari soliti: diaboli autem circumcursabant, ipsi resistentes ac multipliciter repugnantes variis ex adverso machinis adhibitis, quos ille nihilo minus industrie generoseque pugnando superavit. A. CONST. ACROPOL.

69 Talibus perfunctum, non erat par, relinqui irremuneratum à Deo, quem sibi proposuerat agonothetam; & in quem jam inde à principio intentus, seipso quotidie fiebat major, & ad pugnas fortior procedebat, maxima denique opera ad finem perducens. Quid igitur? Prolixos ejus labores suscipere voluit Deus, eumque Sanctis suis associare, à certaminibus generosis deinceps quieturum, sicut & fecit. Imperat ergo spectatoribus ac laudatoribus facinorum ejus Angelis, ut beatam illius animam ac virtutibus splendidam splendide accipiant deferantque in cælum. Hic vero non mediocris forsitan extitit concertatio inter choros Sanctorum, ubinam divinus vir iste locaretur, & cuinam eorum, qui Deo assistunt, ordini præficeretur. Etenim multitudo Martyrum ipsum invitabat ad se, quia præclare fuerat veritatem confessus & tantum non extrema perpessus; quamvis, emollitâ ad mediocritatem tyranni iracundiâ, sola fuerit dextera privatus: qui verosimiliter idcirco differebatur, superna quadam providentia, ne ante tempus cito auferretur vir tam insignis, & ætas nostra privaretur sermonibus, quos componens Ecclesiam Christi velut de novo fundaret & mirabiliter adornaret: ut non dicam, tamquam exile nimis, quod opes & generis claritatem abdicarit, quod jam inde à puero amorem seculi à se removerit, quod simul omnia transitoria nihili æstimarit. Qui vero aliter quam fuso sanguine stabiliverunt Ecclesiam, ad se illum traducebant, de eoque jure meritissimo gloriabantur, ut qui circa religionem plurima scripserat docueratque. Illi porro, qui fluxam hanc nostram solutamque vivendi rationem dimiserunt, solitariam austerioremque amplexi, numquid ejus societate ornari etiam ipsi desiderabant, idque optima ex causa? Quis enim magis illo seculum & quidquid in seculo est aversatus est, & plura ac majora despexit; nihilique omnino æstimavit, quidquid plerique hominum maximi faciunt, atque in sola cruce vixit, nudus omnino Christum secutus? *& copiosiora à Deo donatur remuneratione.* E

70 Existimo autem quod etiam is, qui Tonitrui filius cognominatus est, propter suam grandiloquentiam & verendam omnino Theologiam, non solum judicavit ipsum secum sociisque suis Apostolis collocari debere; sed id etiam reipsa effecerit, rationes ad id perquam justas adducens, & propemodum æqualem sibi Joannem contestatus. Numquid enim studiosissimum hunc virum juxta secum esse Theologum demonstravit? numquid virginem? numquid mysteriorum à seculo abditorum præconem, & eorum quæ postremis temporibus circa nos agentur fervenirem prædicatorem? Quod si non recubuit supra pectus Domini, acquievit tamen verbis Domini, atque exinde etiam ipse tamquam è fonte inexhausto copiosam hausit sapientiam. Si purissima Dei mater ei commendata non est (hæc enim ut aliis temporibus agerentur, magna atque inscrutabili Dei providentia constitutum fuit, nec ejus fuerunt seculi, cujus noster Sanctus) commendatam tamen sibi habuit ejus causam, & ipsammet in suis numerans exornavit; neque solum ipse multa eam est reverentia prosecutus, sed etiam hunc affectum ingessit omnibus. Si ei non contigit sub Cruce consistere, Crucem *Confertur cum S. Ioanne Apostolo.* F

A. CONST. ACROPOL. cem tamẽ adamavit & quoad vixit prę oculis habuit, Jeſum mortis damnatum intuens, & nudum in ea pendentem Salvatorem cum memoria paſſionis ejus, & communis ſalvationis per eum patratæ, unde excitabatur ad corpus magis ſubigendum ſubjiciendumque ſpiritui. Ceterum, uti ſoli Deo Deumque circumſtantibus notum eſt, an iſte cum ſociis ſive alius ex divino Choro, eum ſibi vindicare cupiens, prærogativam tulerit à totius cauſæ diribitore Deo; ita ex iis quæ diximus quæque multo plura prætermiſimus manifeſtum atque certiſſimum eſt, quod à Deo collocatus ſit inter eos qui proximi ſibi aſſiſtunt.

Oratio ad Sanctos ut pro nobis apud ipſum intercedant.

71 Nunc age chorus omnis juſtorum, oremus & ferventer ſupplicemus illi, ut velit noſtrûm meminiſſe apud Deum, eumque perpetuo interpellare pro univerſa multitudine Eccleſiæ, quam non minus hoc, quam quo ipſe vivebat tempore, auctor malorum ſathanas infeſtat, & ſingulis quod maxime convenit impetrare patrocinando; ut omnes quidem communiter ſtabiliamus in vera ſecundum Deum animorum concordia, ſinguli vero ſigillatim liberemur ab ea, quæ univerſum nunc occupat, caligine; ut diſſipetur tempeſtas & gravis Eccleſiæ jactatio conquieſcat, atque ita omnes & ſinguli ad quietum ſalutis portum dirigamur, componendo fluctus perturbatarum cogitationum & ſeculi curas, quibus, tamquam ſævis animæ procellis, mens gubernatrix circumagitur, & invita quoque dimovetur à gubernaculo præſidentis circa res ſpirituales potentiæ, tamquam nauſea vertigineque & deliquio laborans, ſimul cum ſubjectis ſibi potentiis ſubmergenda & profundo perditionis involvenda; iis, inquam potentiis, quas ſocias navigationis & tranquillæ negotiationis participes futuras mens accepit, naufragium autem quomodocumque patiens atque ſubverſa, perdit, & una cum ipſis perditur.

Obteſtatio auctoris ad S. Ioannem proſ.

72 Ego vero, ô Beate, oro te, ſupplicem tuum ſuſcipe: & nunc quidem mei curam aſſumens res meas ad ſalutem cæleſtiſque paradiſi habitationem perducas, poſtquam vero fuerit anima ſoluta corpore ardenter inſta, ne æterna privatus requie, excidam ſincera voluptate. Ignoſce etiam infelici mihi, & huic conatui propitius eſto. Non enim ex arrogantia ad oſtentationem, ſed multa, ut noſti, devotione ſinceroque amore, quem à pueritia habui erga te & tuas compoſitiones lucubrationeſque, ad hanc de te orationem ſcribendam me ingeſſi, nihil quod potui prætermittens. Eja ergo condona mihi, & hunc laudatorium ſimul deprecatoriumque ſermonem ſuſcipe; atque in hac quidem vita me reforma in omnibus verbis, operibus, cogitationibus atque conſiliis adjutor atque opitulator; poſtquam autem è vivis tranſlatus hinc fuero, oſtende te mihi ſuſceptorem & opportunum advocatum apud Deum, ut meliori ſorte non excidam ex operibus meis damnatus, ſed cum iis collocer, qui incarnato Verbo à dexteris ſtabunt; felicemque illam vocem audiam, quæ dignum facit hominem benedictione jam olim ab æterno Patre decreta, eumq; ad perennem beatitudinem transfert, gratiâ & beneficio ipſius ingeniti Patris & coæterni Filii ſanctiſſimique & optimi atque vivifici Spiritus, unius eſſentiæ, unius potentiæ, unius auctoritatis, unius naturæ ac Deitatis, quam decet omnis gloria, honor, & adoratio, nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum. Amen.

σεως καὶ θεότητος, ἡ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις· νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ANNO-

ANNOTATA.

a *Respondet huic*, Latinis *usitato*, Jube Domine benedicere, *& significat Encomium hoc fuisse aut inter Sacra legi solitum, aut ad eum finem ut sic legeretur compositum.*

b Themanitis *regio Arabiæ hic antonomastice pro toto* Oriente, *adeoque & pro Syria accipitur, in qua Damascus Ioannis patria.*

c *Si recte sensum capio, ipse* Joannes *intelligitur: sed velim discere quo operum suorum loco ita Damascum appellet.*

d *Hoc modo supplendum censui, expuncto εἰς αὖθις, quod sic in Ms. legebatur* ἐξ ὧ δὲ πν& εἰς αὖθις ἄπαξ.

e *Videtur auctor, veluti ex sui temporis usu, honoratiori* Persarum *appellatione* Saracenos *dignari, ut qui jam inde ab anno* 628, *extincto Chosroe & filiis ejus, imperium Orientis ereptum Persis tenuerunt.*

f Τῶ πνεύματι hic pro Rhetorica *usurpari, ut quæ animos dicendo inflammet, patet ex sequentibus: ne quis autem de hujus lectionis sinceritate scrupulus cuiquam incideret, operæ pretium censuit Possinus noster ipsum archetypon codicem inspicere.*

g *Notus passim Cretensium* Labyrhintus, *Lacædemoniorum* Cædas *non item. Fuit autem hæc, ut ex Strabone, Thucydide, & Pausania colligitur,* custodia publica, in quam malefici conjiciebantur: *addit Strabo, apud Persas sic dictum* ædificium plenum cineribus, *& alibi memini legisse me quidpiam de supplicio per cineres, cui destinatus illis ex improviso involvebatur suffocandus, quod forte occasionem præbere possit suspicandi, ex* καίω uro, *&* ᾅδης infernus *etymologiam petendam esse. Ms. Vatic.* κεάδων *habet.*

h Plutarchum *intellige*; Chæroneiæ *in Bœotia natum.*

i Crates *Thebanus, Diogenis Cynici discipulus, qui nihil possidere sapientem voluit.*

k Ad canem album, *verbatim diceretur: erat autem* Κυνοσάργες *Athenis dictum gymnasium, in quo, procul à pudice natis remoti, exercebantur nothi ac spurii.*

l Theodosius Adramyttenus *hic esset intelligendus, qui Anastasio depositio suffectus an.* 715 *Leoni cessit Imperium: verum non à Theodosio, sed ab Anastasio Præfecturam Orientis assecutus erat Leo; Theodosium vero numquam agnovit Imperatorem, sed mox ut electum audivit contra eum fœdus cum Artabasso Armeniæ Prætore iniit. Factus autem Imperator non* statim, *ut infra dici videtur, sed anno Regni sui nono primum cœpit insanire contra Sanctas imagines.*

m *Videtur infelix schismaticus dolere, vel quod non satis constans fuerit in tuendo schismate sub imperio Michaëlis, qui unionem cum Ecclesia Romana fecerat, eique se opponentes removebat ab officiis, sicut & hunc Constantinum,* quem educarat apud se informarique optimis artibus curarat, privavit *propterea* loco gratiæ, quem prius habuerat & à sua familiaritate removit, *uti scribit Pachymeres parte 1. l. 6 c. 27: si tamen ille sic castigatus vel modicũ remisit de pertinacia, Michaële sesqui anno post mortuo, rediit ad vomitum an.* 1282 *sub Andronico, à quo denique factus est Logotheta circa annum* 1294. *Vel (quod potius crediderim) dolet ob eam divisionẽ, qua sub Andronico schismatici ipsi divisi fuerunt in Iosephitas & Arsenianos, quorum hi severius, isti benignius agi volebant cum iis qui unioni Romanæ (quam utrique detestabantur) renuntiarant; de quibus idem Pachymeres parte 2. lib. 1 cap 21 & 22: sed & alia deinceps schismata plura exstiterunt Constantinopoli, per justam Dei retributionem, ut nec unionem haberent inter se qui nolebant habere cum Romana Ecclesia.*

n *Videtur præsumere, quod textus epistolæ in Vita expressa sit originalis, hoc autem ex illa Vita adeo non intelligitur, ut potius contrarium dici existimem.*

o *Anno Christi* 730, *motæ à Leone persecutionis quarto,* Masalmas, *Saraceni exercitus veteranus & plurimis victoriis illustris Ductor,* in Turcorum terras expeditionem suscepit, confertoque prælio plures utrimque cecidere, Masalmas autem in fugam actus est: *& rursum anno* 732, in Turciam exercitum induxit eumque jam Caspias portas attigisset, metu correptus retro concessit; *sicuti scribit Theophanes ad annos Leonis* 13 *&* 15, *quæ sane non male conveniunt cum Chronologia alibi à nobis deducta.*

p *Hyperbolice id accipiendum, sive cum respectu ad tractatus pridem initos, sed sæpius violatos, per irruptiones iteratas Saracenorum in Romanum Imperium Nam idem Theophanes testatur, quod prædictus* Masalmas, *anno Leonis* 10 Cæsaream Cappadociæ armis aggressus, eam occupavit; *& rursum anno* 14 Romanam ditionem armis infestavit, atque in Cappadocia Charsiani castrum sibi dolo subjecit: *ac rursum anno* 16 Mavias filius Isam bellum Romaniæ intulit, penetrataque cum armato milite Paphlagonia, multa captivorum præda ditatus in patriam rediit: *atque ita deinceps singulis fere annis, quamdiu vixit Leo, modo Mavias, modo Suliman, filii ejusdem Isam, provincias has aut illas ingressi leguntur; dum ille orthodoxis imaginum cultoribus vexandis intendit.*

q *Videtur versus vel saltem verba aliquot excidisse.*

r *Quæ hæc pars tertia hominis? Corpus nisi fallor, ad quod spectant quinque sensus externi, subjecti appetitui ac voluntati, quam concipio velut alteram hominis partem, sitam in anima partim, partim in corpore: cui denique superstet ratio sive intellectus, totus spiritualis, eoque pars prima & dignissima hominis.*

s *Festus*: Pentathlum antiqui quinquertium dixerunt: id autem genus exercitationis ex his quinque artibus constabat, jactu disci, cursu, saltu, jaculatione, luctatione.

t Litas, *id est*, Preces *primus in Dearum numerum retulit Homerus, cujus etiam poëmata distinguuntur in* Rhapsodias, *quas Latine* libros *dicimus.*

u De Tropariis, *quæ Latine Versiculos vocare possis, ita scribit Zonaras ad Canonem Anastasimum Damasceni,* Τροπάρια λέγονται, ὡσ πρὸς τὰς εἱρμικὰς τρεπόμενα καὶ πρὸ τὴν ἀναφορὰν τῶ μέλους πρὸς ἐκείνους ποιήματα, ἢ καὶ ὡς τρέπουσα τὴν φωνὴν τῶν ᾀδόντων πρὸς τὸ μέλος καὶ τὸν ῥυθμὸν τῶν εἱρμῶν· εἰ μὴ γὰρ πρὸς ἐκείνους ὁ τῶν αὐτὰ ψαλλόντων φθόγγος εὐθυποιοῖτο, οὐκ εὔρυθμον ἔσται τὸ μέλος οὐδὲ ἐναρμόνιον, οὐδὲ μέλος λέγοιτο, ἀλλ' ἀπηχὲς καὶ ἀνάρμοστον καὶ ἄῤῥυθμον φώνημα. Troparia dicuntur quia se convertunt ad Tractum, & cantus mutationem ad illum faciunt, seu vertunt quodammodo ad tonum modulationemque Tractuum: nisi enim cum illis concordet tonus, ipsa Troparia canentium non dicentur esse melos, sed confusus, incompositus & inconcinnus clamor.

x *S. Pachomii prolixa & antiquissima Acta damus* 14 *Maji, ubi num.* 15 *refertur Regula, eidem præscripta ab Angelo, in qua fit mentio Melotes albæ, lebitonis seu superpellicii linei, & cuculli: cujus licet non explicetur color, nigrum tamen hunc fuisse facile quivis credet.*

y *Ad verbum*, ædicularum, quas Sellas appellamus: *ita, ad hujusmodi necessitatem honestiori vocabulo explicandam, variæ apud nos gentes utuntur voce* Sedis: *Suidas autem, quæ hic neutraliter* ζωτήρια, *femininè scribis* ζωληρίας, *vultque dici ut* σίλλας, σιλλάριον, ἕδρας.

ΑΘΛΗΣΙΣ

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΚΑΙ ΕΝΔΟΞΟΥ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ

ΑΚΑΚΙΟΥ

Ex Ms. Cryptæ-Ferratæ servato in Bibliotheca Vaticana.

CAPUT I

Post crudelia edicta

Τρίτον τοῦτο τοῦ μισοκάλου καὶ παμπονήρου δράκοντος λαίλαπα κινήσαντος καθ' τῶν τοῦ Θεοῦ δούλων, ἐπὶ Μαξιμιανοῦ τοῦ γαμβροῦ Διοκλητιανοῦ, οὗ δὲ καὶ ὑπερασπισοῦ τοῦ Σαλάνα· εὐθέως καὶ τὰ ἀσεβῆ διατάγματα τούτου καθ' ὅλην ἐποιήσατο χώραν ὑπεροίκησεν, ἔνθα προσέταττεν ὥστε ἐν πάσῃ πόλει, εἴ τις μὴ βούλοιτο τῇ θεραπείᾳ τῶν θεῶν προσιέναι, τοῦτον ἀπαραιτήτως πάσῃ τιμωρίᾳ ὑποβληθῆναι. Καὶ ταῦτα μὲν πρὸς τοὺς ἔξω Ἀρχόντας ἐβέσπισε, φόβου παντὸς καὶ κινδύνου βασιλικοῦ γέμοντα· πρὸς δὲ τούτοις καὶ τοῖς τοῦ στρατοῦ αὐτοῦ Ἡγεμόσι ταῦτα παρηγγέλλετο, ὥστε εἴ τις τῶν στρατιωτῶν μὴ ὑπείκοι τοῖς προσάγμασι τοῦ Βασιλέως εἰς τὸν θεραπείαν τῶν Θεῶν, μᾶλλον δὲ δαιμόνων, τοῦτον δέσμιον τοῖς ἔξω δικασηρίοις δίδοσθαι εἰς τιμωρίαν.

Acacius Cappadox Centurio,

2 Ἐν τούτῳ τοίνυν τῷ χαρῷ καὶ τὰ καλὰ Ἀκάκιον τὸν ἅγιον Μάρτυρα ὠφθη μαρτύρια, τὸν ἀληθῶς φερωνύμως τῇ θείᾳ πράξει μαρτυρηθέντα, καὶ μηδὲν τοῦ κακοῦ διαβόλου μελασχόντα, ἢ πράξαντά τι τῆς κακεντρεχοῦς αὐτοῦ μηχανῆς. Οὗτος δὲ ὦν ὁ Ἅγιος, γένους μὲν Καππαδοκῶν, τῇ δὲ τύχῃ στρατιώτης, τῇ δὲ προθέσει ἀθλητὴς τοῦ Χριστοῦ, καὶ ταύτῃ ἐκόσμει καὶ γένος, καὶ στρατείαν, καὶ ἄξίωμα· τάδε καθ' αὐτὸν οὕτως ἔχει τὸ τρόπον. Φίρμου τινὸς ταξιαρχοῦντος τοῦ ἀριθμοῦ τῶν λεγομένων, καθὰ μὲν τῶν Ῥωμαίων γλῶτταν Μαρτησίων, καθὰ δὲ τῶν Ἑλλήνων Ἀρειέων, στρατευομένου τε αὐτοῦ τῷ ἀριθμῷ Κενturίωνος· καὶ ἕκαστον τῶν στρατιωτῶν προσκαλουμένου τοῦ Φίρμου, καὶ πειρωμένου τὰ τῆς γνώμης ἑκάστου, καὶ πολλοὺς μὲν κολακείαις καὶ ὑποσχέσεσι προτρεπόντα, τοῦτον δὲ καὶ ἀπειλαῖς δελεάζοντος εἰς τὴν ἀπώλειαν· ὡς ἔφθασε καὶ εἰς αὐτὸν ἡ πεῖρα τοῦ Ἄρχοντος, ἀνέκραγεν ὁ Μακάριος φωνῇ μεγάλῃ, λέγων, Ἐγὼ Χριστιανὸς ἐγενήθην, καί εἰμι, καὶ ἔσομαι, τοῦ Κυρίου μου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦτο θέλοντος· καὶ γὰρ καὶ γονέων, καὶ γένους Χριστιανοῦ εἰμι. Καὶ τρίτον τοῦτο τὴν πεῖραν ποιουμένου τοῦ Φίρμου, καί ποτε μὲν ἀπειλῇ βαρείᾳ, πολὺ δὲ μείζοσιν ὑποσχέσεσιν ἐκμαλάξαι αὐτοῦ τὸ προθύμον βυλομένου καὶ ἐξέλκοντος, ἔμεινεν ἀσάλευτος ὁ Μακάριος τῇ ὁμολογίᾳ· ὡς λοιπὸν ἀναγκασθῆναι τὸν Φίρμον, κατὰ τὸ πρόσαγμα τὸ βασιλικὸν, δεδεμένον ἀποσεῖλαι τὸν ἅγιον Ἀκάκιον Βιβιανῷ τινι, τῷ καθόλου τοῦ στρατοῦ διεπόντι ἀξίαν.

ad Bibianum supplicii affi-ciendus mittitur:

3 Καθεζόντος οὖν τούτου προ τοῦ βήματος, καὶ ἐπερώτησιν μέλλοντος ποιεῖσθαι, τῶν εἰς τὸν Θεὸν τὸν ὁμολογίαν ἐσχηκότων, Ἀνίωνῖνος Κομβταρίσιος ἀναφέρει τῷ Βιβιανῷ, λέγων, Τῇ προ ταύτης παρελθούσῃ ἡμέρᾳ, Κύριε, Φίρμος ὁ Τριβοῦνος τῶν λεγομένων Μαρτησίων, Ἀκάκιον, στρατιώτην τοῦ νυμέρου αὐτοῦ, δέσμιον παρέπεμψε προς τὸν Σὸν τοῦ ἐμοῦ Κυρίου ἐξουσίαν, ὡς μὴ βυληθέντα εἶξαι τῷ προσάγματι τῶν δεσποτῶν ἡμῶν τῶν ἀηττήτων Αὐγούστων, τῇ δὲ τῶν Χριστιανῶν θρησκείᾳ ἐξακολυθοῦντα, ἀκριβῶς γράψας καὶ τὸν αἰτίαν αὐτοῦ τῇ σῇ ἀρετῇ. Βιβιανὸς εἶπεν, Ἀναγνωσθήτω τὰ γραφέντα τῇ ἐμῇ καθοσιώσῃ παρὰ τοῦ Κυρίου μου, καὶ σπαρέντα Φίρμου τοῦ ταξιάρχου· καὶ ἀναγνώσθη· ὧν δὲ τὰ γραφέντα ταῦτα. Φλάβιος Φίρμος τῷ καλὰ πάντα μοι Σεβασμίῳ Βιβιανῷ χαίρειν· Ἀκάκιον τὸν στρατιώτην τοῦ ἀριθμοῦ τυγχάνοντα τοῦ ὑπ' ἐμὲ, καὶ πολλὰ παρ' ἡμῶν τοῦτον μὲν κολακείαις καὶ ὑποσχέσεσι προτραπέντα, τοῦτον δὲ καὶ ἀπειλαῖς ὑπομνησθέντα, Χριστιανόν τε ἑαυτὸν λέγοντα, καὶ ἀκλινῶς περὶ τούτου ἔχοντα, πληρῶν τὸ πρόσαγμα τῶν ἀηττήτων προπαμούχων Βασιλέων ἡμῶν, ἀπέσταλα δέσμιον, ὀφείλοντα καὶ στρέβλαις ὑποβληθῆναι τιμωρίαις, ὅπως ἔχῃ τοῖς νόμοις.

ab hoc interrogatus de nomine & patria

4 Ἀναγνωσθείσης δὲ αὐτῆς τῆς ἐπιστολῆς, Βιβιανὸς λέγει, Εἰσαχθήτω Ἀκάκιος, ὃν λέγει ἡ τάξις. Ἀντωνῖνος Κομβταρίσιος λέγει, Ἔστηκε κύριε. Σταθεὶς δὲ ὁ Ἀκάκιος, τὸ πρόσωσον εἶχε μειδιὸν, ἤδη προκατεικονιζόμενος τὴν χαρὰν τὴν μέλλουσαν. Ὁ δικαστὴς εἶπεν, Τίς λέγῃ; ὁ Ἀκάκιος εἶπεν, τὸ ποθεινόν ὄνομα ἐμοί τε καὶ παντὶ τῷ γένει μου Χριστιανὸς, τὸ δὲ τῆς χρήσεως τῆς πρὸς τοὺς ἀνθρώπους, Ἀκάκιος. Ὁ δικαστὴς εἶπεν, Καὶ διατί φησιν Ἀκάκιος λεγόμενος, καθὼς λέγεις, κακὸς φάνῃ, μὴ πειθόμενος τοῖς θεσπίσμασι τῶν Αὐτοκρατόρων; τοῦτο γὰρ σημαίνει τὰ γραφέντα ἡμῖν παρὰ Φίρμου τοῦ Ταξιάρχου. Ἀκάκιος εἶπεν, Κατασοφίζῃ μου δικασά· ἐγὼ δὲ λέγω σοι ὅτι κατὰ τοῦτο μᾶλλον καλῶς Ἀκάκιος λέγομαι, ὁ γὰρ θέλω μετασχεῖν τῆς κακίας τῶν ἀμοβόρων δαιμόνων, ἢ τῶν τούτοις πειθομένων Ἑλλήνων. Ὁ δικαστὴς λέγει, Πόθεν ὁρμώμενος, οὕτω καταθρασύνῃ τῷ λόγῳ; Ἀκάκιος εἶπεν, Τί γὰρ τοῦτο ποιεῖ, ὅτι ἐρωτᾷς περὶ τοῦ πατρίδος; Ὁ δικαστὴς εἶπεν, Ἐπειδὴ σὺ πεῖρα γεγόναμεν, καὶ τὰ ἤθη τῶν πατρίδων ὀφείλομεν διὰ τοῦτο ἐπηρώτησα, ἵνα πρὸς τὸ ἦθος τοῦ πατρίδος σου ἀκούσας, οὕτω καὶ χρήσωμαι σοι τῷ παρόντι προσάγματι. Ἀκάκιος εἶπεν, γένει μὲν Ἀχαιὸς, ἐγενήθην δὲ ἐν Καππαδοκίᾳ, ἐκεῖσε καὶ τῶν καλοίκησιν τῶν γονέων μου ἐχόντων, ἐπὶ στρατείαν ἦλθον, ὅθεν μάλιστα καὶ πολλοὺς τῶν συστρατιωτῶν μου προλαβόντας Μάρτυρας τοῦ Χριστοῦ γνωρίζω, ἀλλὰ καὶ γείτονας, καὶ συγκλικιώτας μου, ὧν τὴν χάριν τὴν δοθεῖσαν αὐτοῖς παρὰ τοῦ Θεοῦ μέλλω τῶνδε θάνατον ἔδον. Βούλομαι οὖν ἐκείνοις μᾶλλον ἀκολυθῆσαι, ἤπερ τοῖς λεγομένοις παρ' ἡμῶν νόμοις ἀνθρώπων, τοῖς μετ' αὐτῶν φθειρομένοις τῇ παραλλαγῇ τοῦ βίου τούτου.

5 Ὁ δικαστὴς λέγει, μὴ νομίσῃς τὰς τυχούσας σε τιμωρίας ἐκδέξασθαι, καὶ γὰρ καὶ τὸ πάτριόν σου κληρῶδες καὶ ἀπότομον θάρσος τοῦτο ζητεῖ· Ὥστε οὖν πάντα σου τὸν λογισμὸν ἐκεῖνον ῥίψας, θέλησον πειθαρχῆσαι τοῖς νόμοις τῶν Βασιλέων τῇ πρὸς τοὺς θεοὺς θεραπείᾳ, δι' οὓς κρατοῦσιν οἱ τὰ πάντα νικῶντες καὶ διέποντες Αὔγουσοι, ἀδεσπότου σου καὶ ἡμᾶς καὶ τὸ βῆμα ἡμῶν· καὶ [μὴ] νομίσῃς εἶναι πάντων φρονιμώτερος, ἀποκρύπτεται ἀκαίρῳ κεχρημένος, εἰς ἄνθρωπόν τινα, ὡς φασιν, ὑπόδικον τοῖς νόμοις γεγενημένον, τὰς ἐλπίδας ἔχων.

Iudicis errorem reprehendit:

A ἔχων. Ἀκάκιος λέγει, Φάλλη δικασὰ, δεινὴ πλάνη τοῦ Σαλανᾶ πλανώμενος, ὁ γὰρ διὰ τὴν θεραπείαν τῶν θεῶν, ὧν λέγεις, κρατοῦσιν οἱ Βασιλεῖς, ἀλλὰ διὰ τὴν συγχώρησιν τοῦ ἀγαθοῦ Θεοῦ, τοῦ τὰ πάντα διακυβερνῶντος. Τὸ δὲ εἰς ἄνθρωπον ὑπόδικον, ὡς σὺ λέγεις, ἔχειν με, δικασὰ, τὰς ἐλπίδας· γνῶθι ὅτι ἄνθρωπος μὲν δι' ἡμᾶς ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ἐπεφάνη τῷ κόσμῳ, ἵνα σώσῃ ἡμᾶς. Θεὸς δὲ ὢν ἀληθινὸς, καὶ φέρων τὴν ἀπόῤῥητον αὐτοῦ οἰκονομίαν, ἵνα σὺ μὴ ἂν δυνηθῇς ἀκοῦσαι, ἢ γνῶναι, εἰ μὴ πρῶτον ἑαυτὸν εὐτρεπίσῃς τῇ πίστει. Θεὸς γὰρ ὢν ἀληθινὸς, ὡς ἔφην, τὴν φύσιν, Λόγος ἀδιαίρετος ὑπάρχων καὶ σωαίδιος ἀεὶ τοῦ Πατρὸς, οὐ ἰδίοις ὅτε ἠθέλησε χωρεῖς ἐτέλεσε τὸ ἔργον τῆς ἡμετέρας σωτηρίας, καὶ τὴν κατακρίσεως τοῦ Σατανᾶ, τοῦ ἀπ' ἀρχῆς βασκαίνοντος ἡμῖν, ἐλευθέρωσεν.

6 Ὁ δικασὴς εἶπεν, Καὶ εἰ καὶ αὐτοῦ πράττουσιν οἱ Βασιλεῖς, πῶς οὐκ ἀμέλεται αὐτοὺς ὁ Χριστός σου, ὁ τὴν οἰκονομίαν, ὥσπερ σὺ ἔφης, δι' ἡμᾶς βασάσας, εἶγε ἐστὶ Θεὸς ἀληθῶς δικαιός. Ἀκάκιος εἶπεν,

B Ἐκ τούτου γὰρ μᾶλλον, δικασὰ, ὀφείλεις γνωρίσαι αὐτὸν, καὶ τὴν ἀγαθότητα αὐτοῦ, καὶ τὴν δύναμιν, ὅτι καὶ ὑβριζόμενος οὐκ εὐθέως ἀνταποδίδωσιν ὑμῖν, ἐκδεχόμενος τὴν μετάνοιαν ὑμῶν τῶν Ἑλλήνων, τὸ αὐτῷ πρέπον σέβας τοῖς δαίμοσι προσφερόντων· ἐστὶ δὲ καὶ τὸ εὐαρεστούντων αὐτῷ δούλων τὴν ἐκλογὴν καὶ προκοπὴν βουλόμενος ἐκτελέσαι, ὅτω καὶ ᾠκονόμησεν· εἰ γὰρ ἐβούλετο εὐθέως ὑμῖν ἀποδοῦναι, καὶ ὑμεῖς ἀπόλεσθε αἰωνίως, καὶ οἱ δοῦλοι αὐτοῦ οὐκ ἐγίνοντο φανεροί. Ἀλλὰ καὶ ἡ δύναμις τοῦ χαρίζεσθαι αὐτοῦ ἀργὴ διέμενε· καὶ πῶς ἔσχε δοξασθῆναι ὁ Κύριος ἡμῶν, εἰ μὴ ἐπὶ τοῖς πονηρίαις ὑμῶν; Νῦν δὲ συγχωρεῖ ταῦτα ὅτω γενέσθαι, ἵνα καὶ ὑμεῖς ὅσοι ἐμελανεῖτε, ἀλλὰ καταπαύσαντες τὴν ἀνοχὴν τοῦ μακροθυμίας αὐτοῦ ἐμμένετε τῇ ὁμότητι ὑμῶν καὶ τῇ ἀποσάσει τοῦ ἀπωλείας, αὐτοκαλάκριτοι γένησθε· καὶ ἡμεῖς δὲ ἐκ προθέσεως τὴν δεσποτείαν αὐτοῦ ὑπηγόντες, ζήσωμεν ἀδίως σὺν αὐτῷ· καὶ ἡ δόξα δὲ αὐτοῦ φανερωθῇ διὰ τῶν μετανοούντων ἀνθρώπων, καὶ διορθουμένων τὸν ἑαυτῶν βίον.

7 Βιβιανὸς εἶπεν, Γράμματα ἔμαθες, ὅτι ὅτω προσόχως ἀποκρίνῃ; Μὰ τοὺς γὰρ θεούς! καὶ λόγον ἐχόμενον εἶπας, ὅσον τὸ ὑπεξουσίαν εἶναι Θεοῦ τὴν τῶν ἀνθρώπων σωτηρίαν. Ἀκάκιος λέγει, Ἐν τούτῳ γὰρ μᾶλλον ὀφείλεις γνωρίσαι τὴν δύναμιν καὶ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ, τοῦ πάντων ἡμῶν δεσπότου, ὅτι μαθόντος τὰ δοκοῦντα ὑμῖν περισπούδαστα γράμματα, εἰ μὴ μόνον ὀλίγα πρὸς τὴν ἀνάγνωσιν τῶν θείων γραφῶν, αὐτὸς ὑπὲρ ἡμῶν τῶν ἐλεεινῶν δούλων αὐτοῦ ἀπολογεῖται, καὶ ποιεῖ ὑπὸ πάντων ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ ὑφ' ὑμῶν τῶν πεπαιδευμένων, ἐπαινεῖσθαι. Καὶ γὰρ ἀπ' ἀρχῆς πληρῶν τὴν οἰκονομίαν, καὶ μέλλων κηρύσσειν ἐν τῷ κόσμῳ τὴν ἑαυτοῦ βασιλείαν, οὐκ ἐχρήσατο ἀνθρώποις ἢ γένει, ἢ πλούτῳ, ἢ λόγῳ, ἢ γράμμασι δυνατοῖς πρὸς τὸ κήρυγμα τοῦ Εὐαγγελίου, ἀλλ' ἁλιεῦσι καὶ τελώναις, καὶ πανταχῶς ἐν πτωχαῖς περιουσίαις ἐχρήσατο. Τοῦτο δὲ ἐποίησεν, ἵνα ἡ ὑπερβάλλουσα πάντα νοῦν δύναμις αὐτοῦ γνωρισθῇ, τοῦ θείου καὶ ἁγίου Πνεύματος ἐν πᾶσι συνεργοῦντος αὐτοῖς.

8 Ὁ δικασὴς εἶπεν, Ἐγὼ ἐάσας τὸ καίριον ὡς εἰπεῖν, λῆρον μέλει σου τοιαῦτα διαλεγομένου. Οἶδας ὅτι πάντες φόβον ἡμῖν ὅτι γέμοντα τὰ προστάγματα τῶν Αὐτοκρατόρων, ὥστε ἡ θύοντας καὶ θεραπεύοντας τοὺς θεοὺς ὑμᾶς τοὺς Χριστιανοὺς ἐν πᾶσί τε ὑπηκόους αὐτοῖς γενομένους, καὶ τιμὰς παρ' αὐτῶν κομίζεσθαι, τοὺς δὲ μὴ θύοντας τιμωρεῖσθαι κατακρίτως. Θύεις οὖν τοῖς θεοῖς, καὶ πειθαρχεῖς τοῖς νόμοις; ἢ ἀντιλέγεις; Ἀκάκιος, Καὶ ἐπὶ Φίρμου πολλάκις ἐπερωτηθεὶς, ὡμολόγησα Χριστιανὸν ἑαυτὸν εἶναι, καὶ ὅτως εἶπον, καὶ πάλιν λέγω ὅτι Χριστιανός εἰμι, καὶ ὑπὸ δύο δαίμοσι ἀκαθάρτοις. Ὁ δικασὴς εἶπεν, Ἐγὼ ἔτι τὸ τῆς ἡλικίας σου μέτρον οἰκτείρω· ὁρῶ γάρ σε μὴ πλέον εἴκοσι καὶ πέντε ἐτῶν ὄντα, ἀλλὰ καὶ τὸ τοῦ στρατιώτου σχῆμα ἀδεδεικὼς, οὐκ ἠθέλησα τιμωρίας σε τέως ὑποβαλεῖν. Ἐπὶ πολὺ δὲ, ἐὰν ἐμμένῃς τῇ μωρίᾳ ἐκείνῃ, ἀναγκάσεις με ἐπαγαγεῖν σοι βασάνους ἀνηκέστους. Ἀκάκιος εἶπεν, Καὶ ὃ ἐγὼ βούλομαι ποιῆσαι οὐκ ἔστι μωρὸν, ἀλλὰ καὶ πάνυ φρόνιμον καὶ ἀποδεκτὸν· ἵνα τὸν ποιήσαντά με καὶ μέχρι τοῦ νῦν στρονοῦμενόν μου μὴ ἐγκαταλίπῃ τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεόν. Ὁ δικασὴς εἶπεν, πῶς μόνον ἔφης ἀληθινὸν Θεὸν, ὁπότε λέγεις τὸν Χριστὸν υἱὸν εἶναι Θεοῦ, ἀνάγκη ἢ πᾶσα, εἰ υἱὸς, καὶ ἴσος ἐστὶ τῷ πατρὶ, δύο αὐτοὺς εἶναι λοιπὸν, καὶ οὐχὶ ἕνα Θεόν. Δύο οὖν καὶ αὐτοὶ λέγοντες Θεοὺς, πῶς νῦν ἕνα ἐκφωνεῖς; ἀναγκάζεις με γὰρ ληρολογεῖν μέλα σου, ὅτως ἐκθεσμα καὶ ἀνάρμοσα ὁμιλῶν.

9 Ἀκάκιος εἶπεν, Πιστεύω τῷ Ἰησοῦ τῷ σταυρωθέντι ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, δοθῶσί μοι λόγον διὰ Πνεύματος αὐτοῦ τοῦ ἁγίου, πρὸς τὴν ἐπερώτησίν σου ταύτην τοῦ διασαφῆσαι αὐτοῦ· ὁ γὰρ ἡ τυχοῦσά ἐστιν αὕτη ἐπερώτησις, ὡς δύο λέγοντες Θεοὺς, ἕνα προσκυνεῖν Θεὸν ἐπαγγελλόμεθα. Ἐγὼ δέ σοι λέγω καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀχώριστον εἶναι τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ εἶναι μὲν τρία πρόσωπα ἐν τρισὶ προσηγορίαις, μίαν δὲ δύναμιν καὶ θεότητα τούτων τῶν ὀνομάτων ὑπάρχειν· ἕνα δὲ λέγομεν Θεὸν, ἔχοντα καὶ Λόγον καὶ Πνεῦμα, πάνυ γὰρ ἀλογώτατόν ἐστι, Θεὸν ἄλογον καὶ ἄνευ τοῦ ζωτικοῦ Πνεύματος εἶναι. Δίδωμι δὲ σοι καὶ ὑπόδειγμα ἐγχωρῶ, ὅσον πρὸς τὴν ἡμετέραν ἀνθρωπίνην δύναμιν ἐν τούτῳ, Ὥσπερ ὁ Βασιλεὺς ὁ νῦν, ὃν σὺ ὀνειρόφρων δεσπότην, ἐγὼ ἄνθρωπον αὐτὸν λέγω, ἀλλὰ καὶ κρίσει μείζονι ὑποκείμενον, ἔχει δὲ υἱὸν· καὶ λέγεται εἰ τύχοι οὗτος Μαξιμιανὸς, ὁ δὲ υἱὸς αὐτοῦ Μαξέντιος, καί εἰσι δύο μὲν πρόσωπα, ἡ δὲ φύσις αὐτῶν τυτέσι τὴν ἀνθρωπότητος μία, καὶ ἡ βασιλεία μία καὶ ἀδιαίρετος τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ, τιμᾶται γὰρ ὁ υἱὸς διὰ τὸν πατέρα, καὶ ὁ πατὴρ διὰ τὸν υἱόν· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ἐπὶ τοῦ Θεοῦ, τὴν θείας οὐσίας μιᾶς οὔσης καὶ ἀτρέπτου, Θεοῦ τε καὶ τοῦ Λόγου αὐτοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ τοῦ ἁγίου, ἓς καὶ ἀληθῶς Θεὸς ὁ παρ' ἡμῶν προσκυνούμενος.

10 Ὁ δικασὴς εἶπεν, Καὶ πολλάκις ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐμοῦ προτρεψαμένου σε, σὺ τοῖς λόγοις σου τούτοις, τοῖς μηδέν σοι ὠφελοῦσι, μεταγαγεῖν με βούλει. Πείθητι οὖν μοι, καὶ θύσον, καὶ ἐπίγνωθι τοὺς πατρώους θεοὺς, δι' οὓς τὰ πάντα συνέστηκεν· ἐπὶ πολὺ γάρ σου ἐφεισάμην. Ἀκάκιος λέγει, Μή με νομίσῃς φόβοις ἀλυπεῖν, ἔχεις τὸ σῶμά μου εἰς μάστιγας ἕτοιμον· ὡς βούλει χρῶ· τὸν δὲ λογισμὸν τῆς ψυχῆς μου, οὔτε σὺ, οὔτε ὁ Αὐτοκράτωρ σου, οὔτε ἡ παρουσία τῶν δαιμόνων σου δύναται μεταβάλλειν ἐπὶ τὸ φαῦλόν ποτε. Ὁ δικασὴς εἶπεν, Ἐπεὶ οὖν ὅτως βούλει, ἀνάγκη με πᾶσα εἰς ἀκισμοὺς χωρῆσαι κατά σου, καὶ τὸ πρόσταγμα τοῦ βασιλικὸν πληρῶσαι· ἀδύνατον γάρ σε τοιαύτῃ ἐξετάσει ὑποπεσόντα ἀναχωρῆσαι ὅτως, καταπάξαντα τὸ δικαστήριον. Τότε θυμωθεὶς ὁ Ἄρχων πρὸς τὴν τάξιν λέγει, Πήξατε τέσσαρας πάλους, καὶ ἐκεῖ σὺν δήσαντες αὐτὸν, νεύροις ὠμοῖς χρήσασθε αὐτῷ καθ' ἑκάτερα μέρη, νῶτα καὶ τὴν κοιλίαν, ἵνα μάθῃ μὴ φλυαρεῖν τοσαῦτα· καὶ νομίζειν εἰδέναι τι, μηδὲν ὄντα μηδαμῶς. Ἴδωμεν

fidem constanter profitetur.

& docetur Christus permittat tyrannos diu impune sævire in Christianos.

C *responsum à Iudice laudatur,*

explicat personarum Trinitatis in substantia unitatis.

ad patientiam alacris,

crudelissime verberatur.

D

E

F

A μὴν τῷ βοηθειαν τῦ Θεοῦ αὐτῦ, ἢ τὸ ἄτρεπτον τοῦ λογισμοῦ αὐτοῦ. Δεθέντ☉ ☽ αὐτῦ ἐν τοῖς πάλοις, ☽ μαστιζομένῳ αὐτῦ καθ' ἑκάτερα μέρη τῦ Σώματ☉, αὕτη μόνη ἐγένετο φωνὴ παρ' αὐτῦ, Χριστὲ, βοήθει μοι τῷ ταπεινῷ δούλῳ σου, Κύριε μή με ἐγκαταλίπῃς. Καὶ ἀλλαγέντων ἐξ τῶν τυπτόντων αὐτὸν, ☽ ☧ αἵματ☉ αὐτῦ τῷ γάῳ πληρώσαντ☉, ☽ ὅλῳ τῦ Σώματ☉ αὐτῦ χαλεπῶς διατεθέντ☉ τοῖς τραύμασιν, ὁ δικαστὴς ὁρῶν τὸ πάθ☉ ἐλεεινὸν γεγενημένον, ☽ τὸν λογισμὸν τῦ Μάρτυρ☉ ἀμεταπίνητον, λέγει πρὸς αὐτὸν, Θύεις; ἢ τί λέγεις; σὺ γὰρ εἶ ὁ ἄθλι☉ μᾶλλον λεχθῆναι, ἢ φίλ☉ γενέσθαι τ Βασιλέως;

II Ἀκάκι☉ λέγει, Οὐ θύω· ἔχω γὰρ τ Κύριόν μου Ἰησοῦν Χριστὸν τ βοηθοῦντά μοι· ἐμὲ γὰρ ἐκ τῶν βασάνων σου τούτων ἰσχυρότερον μᾶλλον ☽ θαρσαλεώτερον καλέσησας. Ἕως γὰρ ἄρτι ἡ προσδοκία κἂν σὺ μέρει τὸν λογισμόν μου ἐτάραττε· γενομένη δὲ ἡ πεῖρα τῦ πάθους, ☽ ἐνεχθεῖσα, διὰ τ ἐνδυναμοῦντά με Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, σφόδρα με γενναιότατον ἐποίησε πρὸς πᾶσαν τιμωρίαν, πιστεύσαντα ἀδιακρίτως τῷ Θεῷ. Ὁ δικαστὴς εἶπεν, Ἐπειδὴ τὰς μέ-

ex ipsis pœnis robustior factus

B ζονάς σοι τιμωρίας ὑδέπω ἐπήγαγον, ταῦτα λέγεις· ἐγώ σου τὸ θράσ☉ καθαιρῶ τῦτο· φεισάμεν☉ γάρ σου, θαρσαλέον σε, ὡς λέγεις, πεποίηκα. Ἀκάκι☉ λέγει, Ποίει μόνον διὰ τάχους ὃ θέλεις, ἃς γὰρ νομίζεις βασάνους μοι ἐπάγειν, εἰς ὠφελειάν μού εἰσιν· ☽ ὅσον μείζονάς μοι ὑπενέγκῃς κολάσεις, τοσῦτον τῷ σὺν Κυρίῳ μου χάριν ἄκων χαρίζῃ. Ὁ δικαστὴς λέγει, Ταῦτα λαλεῖς, ἐπειδὴ τὸ Σῶμά σου ὑδέπω κατεξάνθη τοῖς ἀγκισμοῖς. Ἀκάκι☉ εἶπεν, Καὶ ἤδη σοι ἔφλω, ποίει ὃ θέλεις· ὑ θύω γὰρ δαίμοσιν ἀκαθάρτοις, ☽ ὑ ποιῶ τὸ θέλημά σου, ὑ δὲ ☧ πατρός σου τῦ Σατανᾶ. Ὁ δικαστὴς εἶπεν, Κλάσατε αὐτῦ τὰς σιαγόνας μολυβδίσιν, ἵνα μὴ ἀπαυθαδίζηται τῇ ἡμελέρᾳ ἐπ' αὐτῷ μακροθυμίᾳ. Ἀκάκι☉ εἶπεν, Ἴδε ☽ σὺν τούτῳ ὃ ἠθέλησας ἐποίησας, ☽ οὐδὲν πλέον ὠφελήσας· ὑ γὰρ νικήσουσιν αἱ κακοτεχνίαι σου τῷ εἰς Χριστόν μου ἀγάπῳ. Ὁ δικαστὴς εἶπεν, Θῦσον λοιπόν, ☽ ἀπαλλάγηθι τῶν μολυβδῶν σε βασάνων. Ἀκάκι☉ λέγει, Εἰπόν σοι, ὑ θύω· τοσῦτον γὰρ τῶν μελλουσῶν βασάνων κατέπτυσα, ὅσον ☽ τῶν ἤδη προλαβουσῶν σὺν ἐφρόντισα, τῷ Θεῷ μοι χορηγοῦντ☉ τῷ δυνάμει.

C 12 Ὁ δικαστὴς εἶπεν, Πῶς στρατιώτης ὢν, ☽ ἀγράμματ☉, ὕτως ἀπολογῇ; Ἀκάκι☉ εἶπεν, Τί γὰρ νομίζεις, ἡμᾶς ἀπολογεῖσθαι ἐξ ἰδίας σκέψεως; Οὐχί· ἀλλὰ τὸ πλούσιον ☽ ἅγιον Πνεῦμα τῷ Θεῷ χορηγεῖ τοῖς δούλοις αὐτῦ τῷ παῤῥησίαν, ☽ τῷ ὑπομονῷ, προνοούμενον αὐτῶν, καθὼς ὁ Σωτὴρ ἐδίδαξε προεπὼν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ· Ὅτ' ἂν φέρωσι παραδιδῶσιν ὑμᾶς τοῖς ἄρχουσι διὰ τὸ ὄνομά μου, μὴ μεριμνήσητε πῶς ἢ τί λαλήσητε, δοθήσεται γὰρ ὑμῖν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ τὸ τί λάπητε· ὑ γὰρ ὑμεῖς ἐστε οἱ λαλοῦντες, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τῦ Πατρὸς ὑμῶν, τὸ λαλοῦν ἐν ὑμῖν. Ἀντωνῖν☉ Κομμοδιανῷ λέγει τῷ ἁγίῳ Μάρτυρι, Τί ὠφελᾶς, ἄθλιε, τοιαῦτα νοθευόμενος, ☽ μὴ πειθόμενος; ἐὰν ὕστερον μέλλῃς βασάνων βαρυτέρων ποιήσῃ τὸ πρόσταγμα τῶν Βασιλέων. Ἀκάκι☉ εἶπεν, Ὕπαγε, νοθεύει σεαυτόν· εἰ γὰρ τῦ Ἀρχοντ☉, ☽ τῶν ἀπειλῶν αὐτῦ, ☽ τῶν ἐπενεχθεισῶν μοι βασάνων σὺν ἐφρόντισα χάριτι ☧ Θεοῦ μου, Θν ἔχω ἀκύσαι; Ὁ δικαστὴς λέγει, Ἀκάκιον τ ἀκαθοσίωτον, στρατιώτην ποτὲ, ὑπὸ ἀσφαλῆ φρουρὰν τῷ σιδοτέρῳ εἰς τρία κιγκλήματα ☧ ξύλου βαλόντες, περίθετε σίδηρα βαρέα κατὰ τῦ τραχήλου ☽ κατὰ παντὸς τῦ Σώματ☉, τηρηθησόμενον τῇ ἐξῆς δικασίμῳ· μή τε ὁρᾶσθαι ὑπὸ τῶν Σωσθένων συγχωρούμενον, μή τινα μακαριζόμεν☉ ὑπ' αὐτῶν, σπουδαιότερ☉ ἡμῖν πρὸς τὸν μέλλουσαν ἐξέτασιν εὐρεθείη. Καὶ ἀπήχθη ὁ Μακάρι☉ σὺν τῇ φρουρᾷ, χαίρων ἐπί τε τῇ παρελθούσῃ ἐπερωτήσει, ☽ ἐπὶ τῇ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ἀπολήψει παρὰ τοῦ ἀψευδοῦς Θεοῦ· καὶ ἐπυίησεν σὺν τῇ φυλακῇ Πειρίνθου ἡμέρας ἑπτά.

13 Ἐγένετο δὲ τὸν Βιβιανὸν γράμματα δέξασθαι παρὰ τῦ Φλακκίνου, τῦ προλαβεῖν αὐτὸν εἰς τὸ Βυζάντιον· ἐκέλευσε δὲ ☽ τοὺς δεσμώτας ἀκολουθῆσαι. Ὁ οὖν μακάρι☉ μάρτυς Ἀκάκι☉, ☽ τῷ ὄγκῳ τ τραυμάτων τρυχόμεν☉, ☽ τῷ πόνῳ ☧ Σώματ☉, ἔτι ☽ ☽ τῷ πλήθει τῶν σιδήρων βαρυνόμεν☉, ☽ τῇ ἐπείξει τῶν δημίων τῇ σὺν τῇ ὁδῷ, ☽ τῷ καμάτῳ τ πορείας, ☽ τῇ σὺν δείᾳ τ σιλίων τρυχόμεν☉, ☽ τῷ μὴ συγχωρεῖσθαί τινα τ γνωσῶν Σωσθένων ὁρᾶν αὐτὸν πρὸς τὸ ζῆν λοιπὸν ἐξαπορούμεν☉, ἐπακολουθούντων δὲ ☽ τῶν Σωσθένων αὐτῷ δεσμωτῶν σὺν τῇ ὁδῷ ☽ τ καταπονουμένων δημίων, ηὔξατο τῷ Θεῷ λέγων, ἀξιώσας πρότερον τοὺς δημίους ☧ συγχωρηθῆναι αὐτῷ εὔξασθαι, ☽ σταθεὶς σὺν τόπῳ τινὶ, ηὔξατο, ☽ εἶπεν· Δόξα σοι, ὁ Θεὸς, ὁ κατὰ τὸ ἔλεός σου ποιῶν τὰ ἐλέη σου μετὰ τ ἀγαπώντων τὸ ὄνομά σου· δόξα σοι τῷ ☽ ἐμὲ τ ἁμαρτωλὸν καλέσαντι εἰς τ κλῆρον τῦτον· δόξα σοι Ἰησοῦ, τῷ εἰδότι τῶν ἀσθένειαν τ σαρκὸς ἡμῶν, ☽ δόντι μοι σὺν τοῖς βασάνοις τῶν ὑπομονῶν. Ἐπεὶ οὖν βλέπῃς, Κύριέ μου, πολλά τα σωέχοντά με κακὰ, ☽ ☧ μέλλοντ ἐκδημῆσαι τῶν ψυχῶν μου ἀπὸ τῦ Σώματ☉, αὐτὸς, δέσποτα Κύριε, ἀπόστειλον Ἄγγελον τηρεῖν με, ἵνα μὴ πολεμαχηθῶ ὑπὸ τῶν ἀναγκῶν· ☽ κέλευσον καταξιωθῆναί με οἱωδήποτε τρόπῳ, μόνον ἀποφάσει δικαστοῦ τελειωθῆναι, ☽ ἵνα μὴ παρὰ σοί. Καὶ εὐξαμένου αὐτῦ, φωνὴ ἐγένετο ἐκ νεφέλης (ἣν γὰρ ὁ ἀὴρ συγκεχυμένῳ) Ἴσχυε, ☽ ἀνδρίζου, Ἀκάκιε. Ὡς ☽ τοὺς δημίους ☽ τοὺς δεσμώτας ἀκούσαντας θαυμάζειν, ☽ λέγειν, ἆρα ☽ νεφέλη λαλεῖ; ἢ ἠκούσθη ποτὲ ὡς νῦν ἠκούσαμεν; ☽ διαπορεῖν περὶ τούτου.

14 Πολλοὶ ☽ τ δεσμωτῶν ἀκούσαντες ταῦτα, ἐπίστευσαν τῷ λόγῳ, ☽ προσέπεσον τῷ Μάρτυρι, ἀξιοῦντες αὐτὸν ἐλεῆσαι αὐτοῖς τ λόγον τ πίστεως. Τότε γοῦν ὁ Μάρτυς σὺν αὐτοῖς ὀδύνων ἔλεγεν, Ἐγὼ μὲν ἐγενόμην σὺν ὀλίγῳ χρόνῳ στρατιώτης, αὐξηθεὶς δὲ εἰς χεῖρας ἱερέων, ἀλλὰ ☽ γένος ἔχων ἱερατικὸν, μεμνημαι αὐτῶν διδασκόντων, ὅτι ὁ Θεὸς θέλων τὸν ἐκπεσόντα ἐκ ☧ παραδείσου σῶσαι ☽ ἀναγαγεῖν εἰς τῦ ᾅδου, ἀπέστειλε τ Σωτῆρα αὐτῦ Λόγον εἰς τὸν κόσμον, ☽ ἐλθὼν ὁ Υἱὸς ☧ Θεοῦ, σαρκῶται ἐκ τ ἁγίας Παρθένου Μαρίας, ☽ σχήματι φανεὶς ὡς ἄνθρωπ☉, σαυτὸν ὑπέμεινεν, ἵνα τῷ Ἀδὰμ τῷ παρακοῇ πάλιν διὰ ξύλου ☧ σαυτοῦ ἰάσηται, ☽ δῶσῃ τῷ ἄφεσιν τ καταδίκης, αὐτὸς ὑπὲρ ἡμῶν τὸ χρέ☉ ἀποδοὺς ὁ Κύρι☉ ἡμῶν· ☽ διὰ τὸ προσηλωθῆναι τῷ σαυτῷ σχίσας τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον, ☽ λύσας τῷ ἁμαρτίαν, ☽ διὰ τῦ οἰκείου θανάτου θανατώσας τ θάνατον, ☽ νεκρώσας τ ᾅδου, ☽ καταισχύνας, ☽ ἐξουδενώσας τῷ δυνάμιν πᾶσαν ☧ διαβόλου ☽ πάσης τ στρατιᾶς αὐτῦ, σωθλάσας τε πύλας χαλκᾶς ☽ μοχλοὺς σιδηροῦς συντρίψας διὰ τ τριημέρου αὐτῦ ἀναστάσεως, χαρίζεται τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων τῷ ἀνάστασιν, ἵνα ζήσωσιν πάντες εἰς τοὺς μέλλοντας αἰῶνας· οὕτ☉ γὰρ ὁ κόσμ☉ προσκαιρ☉, ☽ οὐδὲν ἔστι. Καὶ πάντες ἀκούσαντες ταῦτα, ἐπίστευσαν τῷ λογῳ τῦ Χριστοῦ.

15 Τῶν

maxillas caditur plumbeis mabis:

ducitur in carcerem lætus.

à Spirita sancto edoctum se asserit loqui:

in itinere orans

divinitus confirmatur:

prædicat Christum concaptivis:

convertit eos ad Christum:

A 15 Τῶν δὲ πιστευσάντων, ἰδὼ τῇ ὀπτάσῃ ἐσπέρᾳ ἐν τῇ μονῇ, ἔνθα ἐμέναν ἐν τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ, εἶδον λαμπροφοροῦντάς τινας σχήματι στρατιωτικῷ, ὁμιλοῦντας αὐτῷ. Καὶ οἱ μὲν τ ἰδόντων ἐνόμιζον φίλους αὐτοῦ εἶναι Συρατιώτας, διὰ ὡς διὰ τ βασιλικὸν φόβον ἐληλυθέναι ἐν νυκτὶ πρὸς αὐτὸν ὀπτασκέψασθαι αὐτόν· οἱ δὲ ἕτεροι ὀπασίαν τινὰ ἀπόρρητον ἔλεγον εἶναι. Πάλιν δὲ τῇ ὀπτάσῃ νυκτὶ, ἐλθόντες ἐν τῷ Βυζαντίῳ, καὶ κληθέντες ὁμοῦ ἐν οἴκῳ ἑνί, εἶδον πάλιν τοὺς αὐτοὺς Ἀγγέλους ὁμιλοῦντας αὐτῷ, καὶ καταντλοῦντας ὕδατι θερμῷ τὰ τραύματα τοῦ Σώματος αὐτοῦ, καὶ θεραπεύοντας αὐτὸν, ὡς πάντας τοὺς θεασαμένους, τότε καὶ τῇ προτέρᾳ νυκτὶ, εἰπεῖν, ὅτι ὄντως ὀπασία τις ἁγίων Ἀγγέλων τῷ Μάρτυρι ἐγένετο. Τῇ δὲ ὀπτάσῃ ἡμέρᾳ, βληθέντος τοῦ Μάρτυρος εἰς τὸν ἐνδόλεραν φυλακὴν ἐν τῷ ξύλῳ καὶ τοῖς σιδήροις, κατὰ τὸ προσταγμα τοῦ Ἄρχοντος ἐσφιγμένου καὶ τρυχομένου, καὶ τ ἄλλων δεσμωτῶν εἰς τὴν ἐξωτέραν φυλακὴν ὄντων, εἶδον πάλιν φῶτα πολλὰ ἐν τῇ νυκτὶ ἀπόμυα πρὸς τ Μάρτυρα, καὶ τοὺς ἄνδρας, τοὺς μὲν λύοντας αὐτὸν ἐκ τ δεσμῶν καὶ θεραπεύοντας αὐτὸν, τοὺς δὲ τροφὴν αὐτῷ προσφέροντας. Καὶ ταῦτα ἐν πλείοσιν ἀγωγαῖς θεασάμενοι, τῷ δεσμοφύλακι ἀνενέγκαντες, ἐποίησαν αὐτὸν αὐτᾶς ὄψεσι πληροφορηθῆναι, ὅθεν καὶ ὁ Καπικλάριος ἐκπλαγεὶς ἐφ' οἷς ἐθεάσατο, πολλοῖς τῶν φίλων αὐτοῦ ἀπελθὼν ἐφανέρωσεν.

B 16 Ὁ δὲ Ἄρχων μετὰ τὸ ἐλθεῖν αὐτὸν ἐν τῷ Βυζαντίῳ, μετὰ ἑπτὰ ἡμέρας καθίσας πρὸ βήματος, ἐζήτησε τ Μάρτυρα λέγων, Κάλει Ἀκάκιον, τὸν τ ἀσεβῆ θρησκείας τῶν Γαλιλαίων συνήγορον. Ἀντωνῖνος Κομμοδαρίσιος εἶπεν, Ἔστηκε Κύριε. Σταθεὶς δὲ πρὸ βήματος τοῦ Μάρτυρος, ἰδὼν ὁ δικαστὴς τὸ πρόσωπον τοῦ Ἁγίου φαιδρὸν ὡσεὶ πρόσωπον Ἀγγέλου, ἐξεπλάγη· ἤλπιζε γὰρ αὐτὸν ἐκ τ τραυμάτων τοῦ Σώματος, καὶ ἐκ τ ἁλίψεως τ δεσμῶν, καὶ ἐκ τ ἐνδείας τῶν Σιλίων, καὶ τοῦ κόπου τ πολλῆς ὁδοῦ καταπεπονημένον καὶ καταδεδαπανημένον σφόδρα ἰδεῖν τῷ Σώματι· ὡς θαυμάσαντα αὐτὸν ἐπὶ τῇ ὡραιότητι αὐτοῦ εἰπεῖν πρὸς τὸν τάξιν, Ὦ κακοὶ στρατιῶται, διχὶ ἐκέλευσα ὑμᾶς εἰς τὴν ἐσωτέραν φυλακὴν ἐν τῷ ξύλῳ εἰς τρία κεντήματα βαλεῖν, Σιδήροις τε βαρυτάτοις, καὶ πολλῶς κατὰ τοῦ τραχήλου, καὶ τῶν μέσων, καὶ κατὰ παντὸς τοῦ Σώματος περικείμενον βληθῆναι, ὡς τῇ τούτων ἀγχονῇ τὸ ἀκμαῖον τ ἡλικίας αὐτοῦ καταπονηθῆναι, καὶ μήτε ὀπτασκέπτεσθαί τινας αὐτὸν, πολὺ δὲ τὸν βρῶσιν αὐτοῦ εἰσφέροντος; Πῶς οὖν ὁρᾷ αὐτὸν ὕτω νῦν τεθραμμένον ὡς ἀθλητὴν, ἀλλὰ καὶ τῷ κάλλει προσεδημένον, καὶ πολὺ χαριέστερον γεγονότα; Ἀντωνῖνος Κομμοδαρίσιος εἶπεν, Μὰ τὸν σὸν ἀρετὴν, καθὼς προσέταξας εἰς πάσας τὰς τιμωρίας ἐμβέβληται, καὶ ἐν Περίνθῳ κατὰ τὸν ὁδὸν τὰ Σίδηρα φορῶν ἦλθεν ἕως καὶ ὧδε· ἐὰν οὖν δοκεῖ τῇ ἐξουσίᾳ σου ἐπιδεῖν τὰ σίδηρα, καὶ σαθμῖσαι, ᾧδέ εἰσι, μέχρι γὰρ τοῦ δικαστηρίου τούτου οὐ περιηρέθησαν ἀπ' αὐτοῦ· ἐπερωτήσῃ δὲ ἡ ἐξουσία σου καὶ τ δεσμοφύλακα μετὰ ἀπολλῆς, εἰ μὴ ὕτω προσέταξέ αὐτῷ κατὰ τὸν κέλευσίν σου.

17 Ὁ δικαστὴς εἶπεν, Εἰσαχθήτω ὁ δεσμοφύλαξ· καὶ εἰσαχθέντος αὐτοῦ, ὁ δικαστὴς εἶπεν, Διατί τρισκατάρατε καὶ τὸ προσαχθέν σοι οὐκ ἐποίησας τοῦτο, ἀλλὰ ὅτως αὐτὸν τεθραμμένον καὶ ἀνειλημμένον ἤγαγες ἡμῖν, ὡς μέλοντα πάμμαχον ἡμῖν ποιῆσαι; Ἀκάκιος εἶπεν, Τὸ ἐμόν σοι πάμμαχον τετήρηταί σοι ἐν ὐρανῷ ἔμπροσθεν δ ἀληθινοῦ ἀθλοθέτου Χριστοῦ, τοῦ καὶ τῶν ῥᾳδίων μοι προσαχόντος· ὁ γὰρ Κύριός μου ὕτω θεραπεύει τοὺς δούλους αὐτοῦ ῥήματι μόνῳ. Ὁ δικαστὴς εἶπεν, κλάσατε αὐτοῦ τοὺς ὀδόντας, ἵνα μὴ λαλῇ μὴ ἐπερωτώμενος. Καὶ πρὸς τ δεσμοφύλακα λέγει, Τί λέγεις σὺ τρισκαλάρατε; Κάσιος δεσμοφύλαξ εἶπεν, Μὰ τὸν σὸν ἀρετὴν, τὰ μὲν προσαχθέντα πάντα, καὶ μετὰ προθυμίας κακῶν γενόμενα αὐτῷ· ἄλλοι δὲ ἦσαν οἱ δορυφοροῦντες αὐτὸν, ὡς καὶ οἱ δέσμιοι πάντες οἱ σὺν αὐτῷ ἐπίστανται, καὶ εἰ ἄλλως λέγω, κεφαλὴν ἔχω, δέομαί σου, ἐξουσίαν ἔχε, ποιεῖ ὁ βούλει· ἐθεωρῶμεν γὰρ πολλάκις λαμπροφοροῦντάς τινας ὥσπερ στρατιώτας, καὶ ἄλλους ὡς σχολαστικοὺς καὶ ἑτέρους ὡς ἰατροὺς εἶναι ἐνομίζομεν σωτῆρας αὐτῷ, καὶ τημελοῦντας, καὶ τῷ ὕδατι καταντλοῦντα τὰ τραύματα αὐτοῦ, ἅμα δὲ ζωοδιόντας αὐτῷ· ταῦτα δὲ πάντα καὶ οἱ δέσμιοι ἀπὸ τ Περίνθου ἐρχόμενοι μετ' αὐτοῦ ἐν τῇ ὁδῷ ἰδόντες, καὶ ὧδε πολλάκις ἀνιώμεθα μὴ πιστεύειν αὐτοῖς. Εἶποτε δὲ ἀνοίξας τὸν κατωτάτω, εἰσελθὼν ἠθυμήθην, ἀφνιδίως θεωρῶν, ταῦτα ἐπερωτήσας αὐτοὺς βουληθείς, πόθεν ἄρα εἰσῆλθον, ἢ τίνες εἰσὶν ἐκεῖνοι, οὓς ἔβλεπον μετ' αὐτοῦ· εἰσελθὼν δὲ πολλάκις πρὸς αὐτὸν, οὐδένα αὐτῷ εὕρισκον, οὐ δὲ τ προκειμένων αὐτοῖς ἀγαθῶν, ἀλλὰ τοῦτον μόνον ἐν τῷ ξύλῳ εὐχόμενον καὶ δοξάζοντα τ Θεὸν αὐτοῦ, ὅτε δὲ καὶ ὕπνῳ καλακείμενον. Ὁ δικαστὴς εἶπεν, Σὺ χρήματα παρὰ τ Σωσθένων αὐτοῦ λαβὼν, παίζειν θέλεις τὸ δικαστήριον· καὶ θυμωθεὶς, ἐκέλευσε καταυχενίοις αὐτῷ πολυθέσι χρήσασθαι. Ὡς δὲ ἐβασανίζετο ὁ δεσμοφύλαξ, ἔβοα, Δέομαί σου, εἰ ἄλλως εἶπον, ἀπόκτεινόν με. Ὁ δικαστὴς εἶπεν, Οἰκεῖν γόητα αὐτὸν ἀποφαίνῃς; Ὁ δεσμοφύλαξ εἶπεν, Ἐγὼ ὃ εἶδον, εἶπον· εἰ δὲ ἔστι γόης, οὐκ οἶδα.

18 Ὁ δὲ μακάριος Ἀκάκιος ἐσὼς, ἐγέλασεν ἐπὶ τῇ ἀφροσύνῃ αὐτοῦ, καὶ τοῦτο κλασθεὶς τὰς σιαγόνας. Ὡς δὲ δικαστὴς πάλιν ὀργισθέντα εἰπεῖν τῷ Μάρτυρι, Καταπαίξαι ἡμῶν ἦλθες, θαῤῥῶν ταῖς γοητείαις σου; Ἀπεκρίθη Ἀκάκιος, Ἐγὼ μὲν οὐ καταπαίζω ὡς ὀπτιχαίρων τῇ ἀπωλείᾳ ὑμῶν, ἀλλὰ καὶ σφόδρα λυπούμαι περὶ τ ἀϊδίου ὑμῶν κρίσεως· παίζετε δὲ ὑμεῖς τοῖς ἑαυτῶν ζωοὶ, καταλιπόντες τ ἀληθινὸν Θεὸν, τ ποιήσαντα τ οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ τὴν θάλασσαν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς, καὶ λίθοις προσκυνοῦντες. Ὁ δικαστὴς εἶπεν, Μὴ νομίσῃς με νικῆσαι τῇ εὐτονίᾳ σου, οὐκ ἐὼ σε ζῆσαι, ἐὰν μὴ θύσῃς καὶ πληρώσῃς τὸ προσαχθέν σοι ὑπὸ τῶν ἀηττήτων αὐτοκρατόρων Βασιλέων. Ἀκάκιος λέγει, εἰ ἐφοβούμην σου τὰς ἀπειλὰς, ἀπὸ πρώτης ἂν πρόθυμός σοι ἐποίουν ὃ λέγεις· ἐπειδὴ δὲ ὁ λογισμός μου καλλίων σού ἐστι, καὶ οὐ φοβοῦμαί σου τὰς ἀπειλὰς· ποίει ὃ θέλεις.

19 Τότε θυμωθεὶς ὁ δικαστὴς λέγει, Θύσεις λοιπὸν, ἢ ἔτι ὀπτοῦσις τῇ μορίᾳ σου; Ἀκάκιος εἶπεν, Ἐπιμένεις σὺ, ἀνθρώπους μηδὲν πράξαντας κακὸν ἢ ἀδικήσαντάς σε ἀδίκως ὕτως ἀναλίσκων; Ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ δικαστὴς, κελεύει μηλείνας ῥάβδους ἐνεχθῆναι, καὶ καλὰ δὲ νώτου καὶ τ κοιλίας τύπτεσθαι αὐτόν. Ἀλλαγενῶν δὲ δέκα ἀνδρῶν τυπτόντων αὐτὸν, ὁ Μάρτυς ἐν ταῖς βασάνοις ἐβόα, λέγων, Χριστὲ, βοήθει μοι τῷ ταπεινῷ δούλῳ σου· καὶ θυμωθεὶς ὁ δικαστὴς, κελεύει κατὰ τ κοιλίας τύπτεσθαι αὐτόν. Ἀλγήσας δὲ ὁ Μακάριος, ἐνεβόησε φωνῇ μεγάλῃ καὶ εἶπεν· Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, βοήθει τῷ δούλῳ σου Ἀκακίῳ. Τούτου ῥηθέντος ὑπ' αὐτοῦ, εὐθέως φωνὴ ἐκ δ ὐρανοῦ ἐγένετο λέγουσα αὐτῷ, Μὴ φοβοῦ Ἀκάκιε, ἀλλὰ θάρσει, σὲ γὰρ δεῖ μετὰ τοῦ πατέρων σου ἀπιέναι, καὶ εὐφραινθῆναι ὧδε, ὅπου νῦν ὁμολογεῖς τὸ ὄνομά μου. Καὶ γενομένης τῆς

ab Angelis sanatur,

& recreatur.

de eo custodem interrogat,

quem ita vegetum miratus Iudex

Sanctos sitere jussos:

D

reſtaurat ille angelica viſione confortatum

quam ipſe & vincti omnes ſæpe viderint,

E

& ideo crudeliter caditur.

Acacius minas regias dicit:

F

virgis quernis flagellatur

cæleſti voce conſolatur:

A φωνῆς ταύτης, οἱ δέρονλες αὐτὸν ναρκήσαντες, ὡς ⟨θεοὶ ἔσησαν, μὴ δωάμθνοι τὰς χεῖρας κινῆσαι, ὡς ἀποργιθῶσι τὸν Ἄρχοντα, καὶ θυμωθῶσι, πέμψαι τε τὸν ἅγιον Ἀκάκιον τοῦ Μάρλυρα εἰς τὰ μείζονα δικαστήρια Φλακκίνῳ τῷ Ἀνθυπάτῳ τῆς Εὐρώπης, ἀναφυρὰν γράφαντα τοιαύτλω. Τῷ καλὰ πάντα θαυμασιωτάτῳ καὶ μεγίστῳ δικαστῇ Φλακκίνῳ Ἀνθυπάτῳ, Βιβιανὸς ὁ ἀδεσημώτατος Καθολικός. Ἀκάκιον τὸν ἀσεβῆ θρησκείας τῶν Χριστιανῶν ⟨ωμήγορον, παραπεμφθέντα παρὰ Φίρμου τοῦ Ταξιάρχου τοῦ ἀριθμοῦ τῶν Μαρτησίων, καὶ μὴ βυλόμθνον ἔχειν τοῖς προσαχθεῖσι παρὰ τῶν ἀηττήτων Βασιλέων ἡμῶν, πρὸ τούτων τῶν εἴκοσι ἡμερῶν ἀποσαλέντα δεξάμθνος, καὶ ἰσχυρῶς τῷ καθ' αὐτοῦ ἀνάκρισιν ποιησάμθνος, οὐδὲν πλέον ἴσχυσα· θροκειμθνου αὐτῷ γὰρ ⟨κοπὸν ἔχειν. Ἐπεὶ οὖν πλέον ὁ φόβος πρόσεστι τῇ μεγίστῃ σου ἐξουσίᾳ, τοῦτον μετὰ τῶν πραχθέντων παρὰ τὴν ἐμὴν βραχύτητι ἀπέστειλα ἐπὶ τὸ μεγίστιόν σου ἐξουσίαν, αἰτίσας μθν ἔτι ἐκ δικαστηρίου, νῦν δὲ ⟨ὐδημήσασαν ἐνθάδε γνῶναι τὸ Λαμπρότητά σου.

ad Proconsulem mittitur:

B 20 Δεξάμθνος τοίνυν ὁ Φλακκῖνος τὰ γράμματα, ἐκέλευσεν ἐγκλεισθῆναι τὸν Μάρλυρα, ἄνευ δεσμῶν καὶ φυλακῆς μισαρᾶς· γυναῖκα γὰρ εἶχεν ὁ Φλακκῖνος Χρισιανὴν, καὶ ὠὶ ἀξιωθεὶς καὶ ὀρκισθεὶς λάθρα παρ' αὐτῆς, ὥστε τοὺς διὰ τὸν λόγον τοῦ Χριστοῦ παρ' αὐτῷ ἐξεταζομθνους, μὴ ἐπὶ πολὺ τιμωρεῖσθαι παρ' αὐτοῦ. Μετὰ οὖν πέντε ἄλλας ἡμέρας καθίσας, ἐκέλευσεν ⟨ενεχθῆναι τὸν Μάρλυρα, καὶ ἀναγνωσθῆναι τὰ ἐπ' αὐτῷ πεπραγμθνα παρὰ Βιβιανοῦ. Καὶ ἀναγνωσθέντων αὐτῶν, κατέμαθε τὴν αὐθηρίαν τοῦ ἐπ' αὐτῷ ἐξετάσεως, καὶ ἔνσασιν, καὶ ὁμολογίαν ἀκλινῆ τοῦ Μάρτυρος, καὶ τῶν ἐπ' αὐτῷ γεγονότων θαυμάτων, αἰτιασάμθνος τὸν Βιβιανὸν, ὡς μὴ τάχιον αὐτὸν ἀνελόντα, ἀλλ' εἰς τοσαύτλω ἀκρίβειαν καὶ ἐπερώτησιν πρὸς ἄνθρωπον στρατιώτλω ἐλληυθέναι· προσέταξε δὲ ξίφει ἀποτμηθῆναι τὴν κεφαλὴν τοῦ Μάρτυρος πρὸ τῆς πόλεως Βυζαντίου, εἰπὼν, Ἀκάκιον τὸν τοῦ Γαλι-

condemnatur mortis:

λαίων σύμμαχον λιποτακτήσαντα τῇ Συμμαχίᾳ τῶν D
προσωπάχων Αὐτοκρατόρων ἡμῶν, καὶ βίᾳ ταύτην μᾶλλον ἁρπάσαντα τὸ τέλος ἑαυτῷ θάνατον ἰδεῖν, ὡς ἡ κατ' αὐτὸν ἐξέτασις τοῦ σρέβλων ἐδίδαξε, τοῦτον κελεύει τὸ δικαστήριον, τοῖς νόμοις μὴ πειθόμθνον, ξίφει τὴν κεφαλὴν ἀποκοπῆναι.

21 Ὡς δὲ ἔγνω ὁ Μακάριος τοῦ κλήσεως αὐτοῦ τελειώμθνον τὸ ἔργον, βραβεύσαντος αὐτῷ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου, ἀνεβόησε, καὶ εἶπεν, Ὦ πόσοις σόμασι εὐλογήσω σε, ζωῆς ἀρχηγὲ Υἱὲ τοῦ Θεοῦ, ὅτι ὕτως ἐλεήμων καὶ μακρόθυμος εἶ ἕως ἐμὲ τοῦ ἁμαρτωλὸν, εἰς τοιοῦτον κλῆρον καταξιώσας με; Καὶ ἀπαχθεὶς ἔξω τοῦ πόλεως εἰς τόπον, οὗ ἔμελλε τελειοῦσθαι, ἀξιώσας τοὺς δημίους, ὥστε ὑπολαπῆναι αὐτῷ ῥοπὴν ὥρας εὔξασθαι, θεὶς τὰ γόνατα, ἤυξατο λέγων, Δόξα σοι ὁ Θεὸς, καὶ τῇ μεγαλοπρεπείᾳ σου τῇ ἀνυπερβλήτῳ πρέπει αἴνεσις, τῷ ὕτως ⟨ὐδοξαζομθνῳ ⟨ν τοῖς ἁμαρτωλοῖς ἡμῖν· ὅσω γὰρ ἡμῖν χαρίζῃ, καὶ παροράς τὰς ἀνομίας ἡμῶν, τοσοῦτον πλέον πλεονάζει ἡ δόξα τοῦ ἀγαθότητός σου, ὅτι ὕτως εὐδόκησας ⟨ν τῷ Μονογενεῖ σου, καὶ τῷ Πνεύματί σου τῷ ἁγίῳ, τιμῆσαι τὸν ἄνθρωπον· καὶ νῦν με ἀνάξιον ὄντα εἰς τοιαύτλω δόξαν E
ἐκάλεσας, διὰ τὴν σὴν ἀγαθότητα, ὐδὲ διὰ τὰ ἐμὰ ἔργα. Εὐλογῶ οὖν σε δέσποτα ὁ Θεὸς, ὁ ἅγιος τοῦ Ἰσραὴλ, σὺν τῷ μονογενεῖ σου Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ δόξα καὶ ἡ τιμὴ. νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. Καὶ ταῦτα εἰπὼν, ἀπεμήθη ἡ κεφαλὴ αὐτοῦ τῷ ξίφει, καὶ ἐτελειώθη ὁ ἅγιος Ἀκάκιος τῇ πρὸ ὀκτὼ Ἰδῶν Μαΐων, τυτέστι Μαΐου η', καθ' Ἕλλησι δὲ τῇ πρὸ δεκαπέντε καλανδῶν Μαΐων, ἐπὶ αὐτοκράτορος Μαξιμιανοῦ. Καὶ ⟨υνέσειλαν ἄνδρες εὐλαβεῖς τὸ ⟨ῶμα αὐτοῦ, καὶ ἐκήδευσαν μετὰ πάσης ὑπομελείας ⟨ν τόπῳ ὑπικαλυμθνῳ Σταυρίῳ. Ἐτελειώθη δὲ τὸ Μαρτύριον αὐτοῦ, βασιλεύοντος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

extra Byzantium ductus,

capite plectitur:

in Stauria sepelitur.

ΕΓΚΩΜΙΟΝ ΕΙΣ ΤΗΝ ΕΠΑΝΟΔΟΝ

ΤΟΥ ΤΙΜΙΟΥ ΛΕΙΨΑΝΟΥ

ΤΟΥ ΕΝ ΘΕΟΛΟΓΙΑ ΥΠΕΡΣΤΡΕΨΑΝΤΟΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ.

Ex MSS. Ducis Sabaudiæ βίοις διαφόρων Ἁγίων *fol.* 327.

Festi hujus præstantia,

1 Πανήγυρις ἱερὰ καὶ ὑπέρλαμπρος ἡ θαυμασοῦ Γρηγορίου ἐπάνοδος, καὶ τῶν ἐτησίων αὐτοῦ πανηγύρεων ἡ λαμπροτάτη καὶ ὑπεραίρουσα. Κεφάλαιον δὲ πανηγύρεως μνημονεῦσαι Θεοῦ, παρ' ὃ, τῷ ταύτης αἰτίῳ, τὸ ὕτως τιμᾶσθαι καὶ πανηγυρίζεσθαι, κἀνθεῦθεν μεθ' ἡδονῆς ἀνεκφράστου τὸ ἐκείνης ἀποθεάζειν σεβάσμιον a. Γρηγορίου ἐκείνου, ὃν, ὡς οὐκ εἰδέ τινα ἄλλον, ἡ φύσις ἀσπήλως ἀπογεννήσασα, τὸ τῆς πρώτης πλάσεως ἐκπαθῶν ἀνεπίμικτον ⟨ν αὐτῷ διεμόρφωσεν· ὥστε μεγίστων (καὶ θ μὲν οὖν εἴποι τις ἄν, ἡλίκων καὶ ὅσων) τῶν ἀπ' αὐτοῦ ὀφελειῶν καὶ χαρίτων ἀπολαύσαντες· δι' ὧν τὰ ὑπὲρ ἔννοιαν ἡμῖν ἐκκαλύ-

2

b ψας μυστήρια βλητοτέρας b ἀναβάσεώς καὶ θειοτέρας ἀγωγῆς νομοθέτης καθέστηκε. Πανηγυρίζειν αὐτῷ δῆν ὑπειλήφαμεν, θ μόνον ὅσ ἀξίῳ τῶν ὑπερφυῶν καταλήψεως, θδὲ ὡς δοχείῳ πάσης θείας καὶ ἀνθρωπίνης θρίας, θδὲ ὡς δεδομθνῳ δῶρον εὐχῆς τοῖς γεννήσασιν, ἐξ θ καὶ πρὸς τὸ ὠδίνος, καὶ μετὰ τὴν ὠδῖνα τῷ πανηγίῳ διεπλάτηλο καὶ καθηρτίζετο Πνεύματι, ὅπερ ἐπ' ὀλίγων ἔστιν ἰδεῖν· ἀλλ' ὡς καθεγεμόνι τοῦ νῦν ἑορτῆς, ⟨ν ᾗ πρὸς τὸς οἰκείους τοῦ πίστεως ἐπεδήμησεν, καὶ ὡς ἀπό τινος νίκης καὶ τροπαίων ἐπανιόντι, ὧν καλὰ τὰ ἀριστιζόντων πρὶν ἀνίσησατο, δι' ὧν καὶ λαμπροτέραν ⟨υγκροτῆσθαι αὐτῷ τὴν πανήγυριν. Ὅτε μὴν οὖν ὑπέρτερος πάντων ἐπᾴνου καὶ πάσης λόγου δυνάμεως ἀναδεδεικται, καὶ θδὲν προθύροις ψάναι αὐτοῦ τις καθατολμήσειε, κἂν ὅτι μάλιστα τῶν ἄλλων ὑπέρκειται. Οὐκ ἔστιν θκ, ὕτως ἐκτὸς τοῦ ἀληθείας, μὴ θ μόνος αὐτὸς ἑαυτῷ διαρκέσαι πρὸς εὐφημίας ὑπόθεσιν· ὥσπερ αἱ φυσικαὶ τῶν μορφῶν τὰς κομωτικὰς περιτίας μακρὰν ἀποθέμεναι. Εἰ δὲ μικρόν τι προσθέτειν ὁ λόγος νεανιεύσοιτο, πολλοῦ μὲν ἂν ἔστ' ἄξιος,

propter ipsius Sanctitatem excellentiam,

ἐς

A εἰ τοσοῦτον τ῀ μὴ τοῖ προθυμίας ἀποδέχεσθαι· τοῦ δέ γε καθήκοντος τοσοῦτῳ διεσηκὼς ὀρθήσεσθαι καὶ ἀπολείπομαι, ὅσῳ τῶν ἐπὶ γῆς τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς καὶ οὐράνια.

2 Αἰ οὕτω μοι λοιπὸν ὑπῆρξε νικᾶν, τῷ τὴν ἡσυχίαν ἀναμφίλεκτον ἀπενέγκασθαι. Καὶ εἰ τοῖς ἄλλοις μὴ ἀνεκτὸν τὸ παραδραμεῖν ἢ παρισῶσαι τοῖς ἔργοις τὸν ἔπαινον, μεῖζον ἐμοὶ καὶ χάριεν τὸ μὴ ἧττον λόγου προσίεσθαι ἴσον κρίνοντι δ' ἁπλῶς ἐφικέσθαι τ῀ μέσων, τὸ μὴ δι' ἐγγύθεν προσίεναι τοῖς κρείττοσιν. Ἀλλ' ἐπεὶ τῷ μεγέθει τ῀ τοῦ Ἀνδρὸς καθορθωμάτων ἡσσᾶται μὴ νῦν, τὸ τ῀ λόγων ἧττον κράτος ὑποχωρεῖ καὶ Συσέλλεται, καὶ γίνεταί τι καὶ παῦθα τοιοῦτον, οἷον περὶ τὸν ἡλιακὸν ἀκτῖνα τῆς ἀθενέσι τ῀ ὄψεων, ἢ περὶ τὰ μακρὰ καὶ ἀδιεξίτητα πελάγη, τὰ δι' ἀπορίαν ὐχ ὁριζόμενα. Οὐ δι' οὕτως λειπολαξίᾳ σχοίνων λαβὰς, τῷ Συμπαθεῖ δ' Πατρὶ ἐμαυτὸν ἀναθέμενος· ὅτι καὶ τούτῳ τ῀ ἄλλων καλὰ πολὺ διενίκηκε Συμπαθεία, νικῶν δ μόνον τοὺς εἰς αὐτὸν ἁμαρτήσαντας, ἀλλὰ καὶ Συγγνώμοσι δοὺς τοῖς πρός τι τ῀ μειζόνων ἐπεκτεινομένοις, ἐξατονοῦσι δὲ τῷ ἀνεφίκτῳ δ' πράγματος. Οὐκοῦν, ἐπέπερ τῷ μὲν τ῀ πρὸς ἐπαίνους ἀπρόσιτον ἀπεδείξαμεν, ἡμῖν δ' ἧττον ὅσον οἵοντε τὴν εὐφημίαν προσάγειν ἀκίνδυνον· φέρε, πρὸς μικρὰν ἀπορροὴν τ῀ χαρισμάτων, ὡς πρός τι θεολαμπὲς ἱερὸν διὰ τ῀ ἐξῆς βαδιούμεθα.

3 Θεῖος γὰρ, εἰ καί τις ἄλλος, καὶ ἱερὸς ὁ Ἀνὴρ καὶ παντὸς θείου καὶ ἱεροῦ ἀναθήματος θειότερός τε καὶ ἱερώτερος. Ὦ γὰρ τ῀ ὑπερφυὲς καὶ ἀκαλάλητον τ῀ Τριάδος περιέλαμψε φῶς, μᾶλλον δ' ἡ Τριὰς αὐτὴ τὴν ἐκείνου ψυχὴν συσκιώσασα τ῀ ἀπορρήτων αὐτῆς μυσηρίων τῷ δήλωσιν ἀπεκάλυψε, πῶς ὑ πάσης μὲν ἁγιότητος συνδιάτημα, πάσης δ' κρυφιομύτου θεωγορίας δοχεῖον θεοειδέσταλον; Ὡς καὶ πρὸς τὰς διαφανεῖς ὕλας τ῀ ἡλιακὸν ἔμπτον φῶς φωτοειδεστέρας ἐργάζεται συγκιρναμένης τ῀ ἀκλινοῦς τῇ τ῀ ὕλης διαυγείᾳ καὶ καθαρότητι, ὕτω καὶ τ῀ Τριαδικοῦ φωτὸς τῇ τοῦ καθαρωτάτῃ ψυχῇ περιλάμπεται, καὶ οἷον ἀνακραθέντος αὐτῇ, πολλῷ διαυγεστέραν καὶ φωτοειδεστέραν δ' ἡλιακοῦ φωτὸς ἀπεργάσατο, δι' ὃ καὶ φωσφόρος ἐν κόσμῳ λόγον ἐπέχων ζωῆς, καὶ καλὰ μετουσίαν τ῀ πρώτου φωτὸς φῶς δεύτερον καὶ φωτιστικὸν τ῀ ἐν ἀγνοίᾳ τ῀ Τριαδικοῦ φωτὸς ἀναδέδεικται. Οὕτω μὲν ἐγὼ περὶ τούτῳ κέκρικα, εἰ καὶ θρασὺς νομισθείην, καὶ εἰς τὰ ἄμεινα ἐκλεινόμενος. Ὑμεῖς δὲ ὅσοι τ῀ λόγου καὶ ὅσοι δ' βήματος, ὅσοι τ῀ θεωρίας καὶ ὅσοι τ῀ πράξεως, ἐπὶ τοῦτον τ῀ ἀγῶνα ἐλθέλετέ μοι, καὶ κάμνοντι περὶ τ῀ λόγου ἐπαμύνατε, καὶ τ῀ ἔπαινον Συμμερίσασθαι, καὶ ἄλλο τι τῶν τ῀ ἐπανόδου ἀξίων προσφθέγξασθε. Οὐ γὰρ εἰ πάντων αἱ γλῶτται τῷ Σεραφικῷ καθαρθεῖσαι ἄνθρακι, ἢ τῷ τοῦ παρακλήτου Πνεύματος σωμωθεῖσαι πυρὶ, εἰς ταὐτὸ Συνελθοῦσαι, δυνήσεταί ἄν τι τῶν ἐκείνῳ προσόντων ἀξίως διαλαβεῖν. Πειρατέον δ' ὧν καὶ ἀντιληπτέον τ῀ ὑποθέσεως, καλῶς καὶ ἀποχρώντως ἡμῖν προοιμιάσεσθαι τ῀ πανηγύρεως.

4 Ναὸς Ἀποστολικὸς καὶ Σεβάσμιος τ῀ τ῀ Ἀποστόλων ἰσότιμον Κήρυκα, καὶ τ῀ τ῀ τ῀ ὑγανίᾳ βροντῆς ἀπηχημάτων μύσιν ἐγκολπῶται καὶ ὑποδέχεται. Ναὸς μεγαλοπρεπὴς καὶ ὑπέρλαμπρον τ῀ ἁγιοπρεπὲς τ῀ θεολογίας θησαύρισμα πρὸς τὰ τ῀ ἁγίων ἀνατίθησιν ἄγια. Ναὸς (καὶ μή μοι μέμψεσθε τ῀ ἁπλησίας τοῦτο πάσχοντι διὰ ζῆλον θερμότητος) ὑπερθαύμαστος ὄντως καὶ ἀξιόμνητος τὸ τ῀ ὑπερθέου Τριάδος ἔμψυχον τέμενος τῶν ἑαυτοῦ ἀδύτων ἔσω περιεσείλατο. Οὗτος (ἵνα μικρόν τι πρὸς ἡδονὴν τοῖς παροῦσι χαρίσωμαι) μεγέθει μὲν, ὡς ἄν τις εἴποι τῷ ὑρανίῳ ἀπείκασαι σεμνώματι, φωταγωγία δὲ τοῖς ἄστροις ὁμοίωται φρυκτωρήμασι, καὶ σύμβυλα τ῀ ἐκεῖθεν λαμπρότητος τὰ παρόντα τοῖς φιλεόρτοις προσυπαινίσσεται· ἔνθα καὶ οἰκοδόμων εὐτεχνία θαυμάζεται, καὶ μέγεθος ἀναλογῶν τῷ ποιήματι καὶ ἰσότητος ὅροι διαπεπήγασιν καὶ συμμετρίας νόμοι διατετήρηνται. Ναὶ μὴν καὶ πλακῶν διαλεύκων καὶ πολυχρόων αἱ φυσικῶς εἰς πολυμόρφους γραμμὰς χρηματιζόμεναι ὡραιότητες, αἵ τε ἀπὸ Σωθέτων τμημάτων πρὸς διαφόρων Σώων ἢ τίνων ἄλλων εἰδῶν ζωγραφούμεναι ὁμοιότητες, καὶ ἡ ἐπὶ τοῖς ἁρμονὴ καὶ παράθεσις τῷ λείῳ τὸν ὄφιν διαλανθάνουσα, ὥσπερ τινὲς χρυσόσικτοι χιτῶνες τὰ τ῀ τοίχων ὄψεις κατασολοίζουσα, ἄλλον τινὰ πολυανθῆ καὶ πολύδενδρον χῶρον τὸ περικαλλὲς ἱερὸν ὑπολαμβάνειν τὸν αἴσθησιν πείθουσιν· ἄτε τῶν κύκλῳ περιηγμένων κιόνων καὶ τῶν τοῖς ἄνωθεν περιδρόμοις ἐγκρεισμένων δίκην φυτῶν ἀποδενδρυθέντων τῇ φυσικῇ τ῀ χρωμάτων διαφορίτητι. Ὑπερμεγεθεῖς δὲ καὶ διαεῤῥιοι ἀψίδες, ὡς ἐπί τινων ἀτλαντικῶν ὄπτικήματας σηριγμάτων, καὶ τῇ πρὸς ἄλληλα τῶν ἄκρων Συνθέσει κοινοποιήματα, καὶ δι' ἀλλήλων ἐδράσμασι σερροποιήματα, τὸν χρυσόφορον ἐκεῖνον ὀροφὸν ὑπερείδουσιν, ἐφ' ᾧ ὕπερθεν δεσποτικὸς χαρακτὴρ χρυσολαμπέσι ψηφῖσιν ἐγγέγραπται. Τοσοῦτο τὸ ἐκ τ῀ τέχνης ὑπερφυὲς καὶ ἀμίμητον κληροσάμενος, ὡς ἔμπνουν ὑποτοπάζεσθαι καὶ φρίκης καὶ θαύματος ἐμπιπλᾶν τοὺς πρὸς αὐτὸν ἀτενίζοντας. Αἱ δ' ἄλλαι τῶν ὀροφῶν μικρὸν ὑποβεβηκυῖαι τῷ μεγέθει τ῀ μέσου, καὶ εἰς τετράπλευρον σχῆμα ἀναγραφόμεναι, ὥσπερ τινὰ τειράστοιχον κόσμου τὸ ἱερὸν Σωισῶσι καὶ Σωέχουσι τέμενος.

5 Ἀλλ' εἰ καὶ πρὸς τὰ τ῀ ναοῦ θαύματα λαβὼν ὁ λόγος ἡμᾶς ἀπησχόλησεν, ἐπανιέον πρὸς τὸ προκείμενον καὶ πανηγυρισέον τοῖς φιλεόρτοις πνευματικώτατα. Ἡ Σήμερον ἑορτὴ καὶ πανήγυρις τ῀ καλοῦ Ποιμένος καὶ Θεολόγου τ῀ Χριστοῦ τὸν πρὸς ἡμᾶς αὐτ῀ ἐπανέλευσιν διασαλπίζει καὶ ὑποδείκνυσιν, ὧν καὶ τ῀ ἐκ τῆδε τ῀ βίου πρὸς Θεὸν ἀναλύσεως πολλῷ τιμιωτέραν οἶδα καὶ τίθημι. Δι' ἐκείνης μὲν γὰρ τὸν ἀφ' ἡμῶν αὐτ῀ διάσασιν καὶ οἷον ἀναχώρησιν διδασκόμεθα, διὰ δὲ ταύτης τὸν πρὸς ἡμᾶς ἐπάνοδον, καὶ διὰ μακρῶν τῶν χρόνων ἐπανάκλησιν παιδευόμεθα. Δοκῶ μοι καὶ αὐτὸν τ῀ ὑρανὸν τῷ ἀέρι λαμπρὸν αἰθριάζοιτι Σωαγάλλεσθαι, καὶ τὰς περὶ αὐτ῀ τ῀ φίλτρου τ῀ Ποιμένος καὶ Διδασκάλου κατεχουμένους ᾄδεσθαί τε καὶ ἀνασκυρᾶν καὶ κρολᾶν λαμπρὸν καὶ χαρμόσυνον. Σήμερον γὰρ ἀληθῶς Ἀνατολὴ ἐξ ὕψους ἡμᾶς ἐπεσκέψατο, ἐξ ἑῴας τ῀ Θεολόγον ὡς πολύφωτον ἀνατείλασα ἥλιον, καὶ τὸ Σκηνωμα τ῀ περὶ αὐτὸν σεμνώσεως διαλύσασα. Σήμερον Τριὰς τ῀ ἑαυτῆς ὑπέρμαχον θεατρίζουσα, τὸ τῶν αἱρέσεων καταβάλλον ὀχύρωμα καὶ ἀνυψοῖ τῶν Ὀρθοδόξων τὸ Σύνταγμα. Σήμερον ὁ τ῀ Ὀρθοδοξίας φωτοειδέστερος σύλλογος, καὶ τ῀ σὺν χάριτι λαοῦ προηγούμενος, τὸν τῶν μακρῶν χρόνων παραδρομὸν οἷά τινα διάβασιν ἔρημον, οὐχ ὡς ὁ παλαιὸς καὶ Σκιώδης ἐκλέλοιπεν, ἀλλ' ἐλθὼν ἔστη μέσον ἡμῶν τῷ ἑαυτοῦ φωτὶ καταπυρσεύων τὰ τ῀ Ὀρθοδόξων πληρώματα.

6 Ἄρτι δ' Πατὴρ ὡς ἀπό τινος ἀποδημίας ἐπανιόντος, περὶ αὐτὸν τὰ τέκνα Σωαθροιζόμενα τῷ ὑπερβάλλοντι τ῀ χαρᾶς πρὸς θείαν ἀλλοίωσιν μετατρέπονται. Ἄρτι τ῀ Ποιμένος πρὸς τὸν ἑαυτοῦ ποίμνιον εἰσελεύσαντος περιχαρῶς τούτῳ τὰ λογικὰ προσίασι θρέμματα, ὄπτιβυλαῖς ἁπάσαις ἀνάλωτα. Ἄρτι τὰ ἱερὰ τεμένη τῷ θείῳ τούτῳ καὶ ὑρανομικῇ τῷ illius, ναῷ Συμπανηγυρίζοντα, καὶ τὰς ἐφόρους αὐτῶν Ἀγγέ-

λους

EX MS. TAURIN.

abstineret oratorem;

nisi illius humanitati confidens

præsumeret loqui de viro vere divino:

cujus corpus in Apostolorum templum

structura & ornatu augustissimum

relatum hac die fuit,

summo cum gaudio urbis

EX MS. TAURIN.

λυς συγχορευλὰς τ εὐφροσύνης παραλαμβάνονλα, τῷ Ιεράρχυ καὶ Θεολόγυ τὼ ἐπανάκλησιν ἑορλάζυσιν. Νυῦ ὁ μικρὸν τῦτο πάλαι ποίμνιον καὶ βραχὺ αὐξήσας τε καὶ πλατύας, καὶ εἰς τὼ παρῦσαν καλλονὼ καὶ καλάσασιν ἀγαγὼν, πρὸς τῦτο ἐπανελθὼν χαίρ καὶ γέγηθεν, ὐχ ἧττον νυῦ ἢπερ ζῶν τοὺς οἰκείυς καμάτυς πρὸς αὔξησιν ὑπεδεδωκότας θεώμυ. Νυῦ ὁ ἀφομοιόμυ τῷ Θεῷ Ἀρχιερεὺς τὼ οἰκείαν καθέδραν ἀπολαμβάν, καὶ ἀναλάμπ τρανότερον ἢ Τρυας, καὶ ὁ τ πίσεως λόγ παρρησιάζεται, καὶ οἱ τ ἐκεῖνυ Θρίας ἐρασὰ περὶ τυτονὶ τ ναὸν καὶ τὼ ἱερὰν ταύτων κιγκλίδα συωθῦνλά τε καὶ συνεισρέυσιν τῦ Θεολογικοῦ καλεντρυφῆσαι σκηνώματ. Νυῦ ὥσπερ πρότερον ἐξ ἀγροῦ ἐπανελθὼν τ ἀπωκισμένης καὶ μακρᾶς καταθέσεως, ἀντιλαμβάν τ ἐξ ἡμῶν πόδον, καὶ τὼ ἐκ τ διατάσεως σβέννυσι φλόγα, καὶ μετασχεῖν τ ἐξ αὐτῦ χαρίτων προῖρεται, ἃς ἐπανερχόμ ἑαυτῷ συναθροίεγκεν.

quam olim fuerat coactus dimittere.

B

7 Καὶ ἀπλαιώετο τῦ θρόνυ, καὶ τὸ τῶν αἱρελικῶν σύσημα ἐπῆρτό τε καὶ ἠλαζονεύετο ὡς τῦ σὺν ἡμῖν κράτυς καὶ τ ἰσχύ καθηρημένης· σήμερον εἰσάγεται πρὸς αὐτὸν, καὶ ὀρῥωδῦσι μὲν οἱ τ κακίας προστάται· ὑπερίσταται δὲ ἡ τύτων στρατηγὸς καὶ δαιμόνων πλῆθ καὶ ὀλέθρι. Καὶ ἀπαίρειν οἴκοι καλώναγκάζελο, καὶ πρὸς τὼ ἀναχώρησιν κατηπείγετο, καὶ συνεκβάλλειν ἑαυτῷ τὼ Τριάδα παρὰ τ θερμοτέρων τ πίσεως ἤκυσεν· σήμερον ὑπολανθανόμ καὶ τῦ σίκυ καὶ τῦ πατρὸς αὐτῦ ἐπανέρχεται πρόθυμ, σωσαγὼν ἑαυτῷ τὼ Τριάδα καὶ τοῖς πωθῦσιν ἀποδιδόμ, καὶ φαιδρύνων ψυχὰς, αἳ τῇ ἐκείν σεμνύσει κατηφιῶσαι διέκειντο. Καὶ τῆς καλῆς μετοικίας τῶν ἱερῶν ἀπωκίζετο Ἀποσόλων, καὶ πρὸς τὼ φίλων αὐτῷ ἐρημίαν ἀναπέτρεχε· νυῦ ἐπάνεισι πρὸς αὐτὺς, καὶ ὡς τ ἀθλήτεως διδασκάλυς, καὶ ὡς συμπανηγυρίζων αὐτοῖς τελειότερον, εἰ καὶ μὴ πρότερον, διὰ τ ἐκ τῶν ἐναντίων Κατᾶν τε καὶ Σκόλοπα.

Hic natus in Cappadocia

8 Ἀλλὰ γὰρ καλὸν ἄνω τ λόγον ἀγαγεῖν, καὶ μικρὰ περὶ τ τῦ Πατέρ μνημονεῦσαι διαγωγῆς, ἵν ὕτω κατάρυθμον καὶ τάξιν τῶν αὐτῷ προϋπηργμένων βραχέως διειλημμένων, ἀκόλυθός μοι ἁρμόζυσα ἡ νυῦ ἐπακολυθήσῃ διήγησις. Οὕτ, ὡς ὁ περὶ ἐκείνυ βί τοῖς φιλομαθέσι δεδήλωκε, παλρίδ μὲν ἦν τ Καππαδοκῶν, γονέων δ Ζυζώντων εὐσεβεία, καὶ Θεῷ τὸ πλεῖσον μᾶλλον ἢ τὸ πὰν ἀνατεθεικότων, ὡς καιρὸν εὐχῆς τῦτον λαβεῖν, καὶ μὴ ἀπολυχεῖν ὧν ἐλπίζονλες σκ ἐσφάλησαν. Καὶ ἐπειδὴ τῶν τ Καισαραίων μελέσχε παιδευληρίων ἀπέπλ πρὸς τὺς σὺν Παλαισλίν καὶ Ἀλεξανδρεία παιδευλάς. Κἀκεῖθεν Ἀθλίσι μελεφέρελο λώϊκα καὶ ναυαγίῳ περιπεσὼν, αὐτῷ μὲν ἡ διὰ τ τῶν τεκόνλων ἐμφανείας συνεργεῖτο Σωληρία, ἐκείνοις δὲ ἡ τῦ παιδὸς ἐδηλῦτο δι' ὄψεως ἀπολύτρωσις. Ἔνθα δὴ καὶ ἀναγνωρίζεται Βασιλείῳ τῷ μεγάλῳ, καὶ φιλοσοφῦσιν ἄμφω τὼ ἀρελὼ καὶ τὼ πρὸς Θεὸν οἰκείωσιν καὶ ἀνάβασιν· ξυνωρὶς εὐσεβὴς καὶ ὁμότροπος καὶ ὄνλες καὶ γνωριζόμενοι. Εἶθ' ὁ μὲν πρὸς τὼ Καισαρέων ἀνεκομίζετο πρότερον, ὁ δ μετ' αὐτὸν τοῖς γονεῦσι φέρων ἑαυλὸν ἐπέδωκεν, ὧν διασωθεὶς τῇ εὐχῇ ἀνλεδίδυ τὼ θεραπείαν· καὶ τ ἐρεξῆς αὐτῷ διὰ λύτρυ παλιγγενεσίας τυχὼν, μελὰ Βασιλείυ τὼ εἰς Πόντον διατριβὼ κατασπάζεται.

cum eodem Episcopo certavit contra haereticos,

Κἀκεῖθεν πρὸς τ πατέρα ἐπάνεισι, ὑφ' ὃ καὶ εἰς Ἱερέα χριθεὶς, πρὸς Σελευκίαν διὰ τὸ ἀναχωρητικὸν καὶ ἥσυχον μελανίσαται. Μετ' ὀ πολὺ δ ἐπανιὼν πρὸς τοῖς κακοδόξοις ἀνλαγωνίζεται· καὶ καλαλλάγει μὲν Βασίλειον τῷ πρὸ τύτυ Προέδρῳ, ἀγῶσι δ σὺν ἀγεννέσι τ πρὸς τὼ ὑψηλοτέραν αὐτῷ καθέδραν Συνεφάπεται ἀναβάσεως· παρ' αὐτῦ ἢ πρὸς ὑπισκοπῆς χροδονεῖται ἀξίωμα. D

9 Ἐνλεῦθεν ἡ πρὸς τὸ Βυζάνλιον ἐκ θείας ὑπηρεσίας αὐτῦ ὑπηφοίτησις, ἡ πρὸς τὺς ἀντιδόξυς ἀδιάπαυς Συμπλοκὴ, ἡ τύτυ νίκη, ἡ ἐκείνων ἧττα, ἡ καθ' ἑκάσλω προθυμία τῶν Συζωμένων, ἡ τ πνευμαλομάχων καθαίρεσις, ἡ τῶν Εὐνομίυ Συμμάχων καλάλυσις, ἡ τῶν Ἀπολιναρίυ πρασπισῶν κατάπωσις, καὶ τέλ ὁ ὕτω αὐτῶν λιθασμὸς, καὶ ἡ παράδοξος Σωληρία καὶ λύτρωσις· ἵν' οὗ ἑάσω τὼ παρὰ πάντων αὐτῷ προσῦσαν αἰδῶ, τὼ δ Κυνικοῦ φιλοσόφυ ὑπόκρισιν, τὼ πατρικὼ πρὸς αὐτὸν σοργὼ καὶ διάθεσιν, τὼ καλὰ τῦ πατρὸς αὐτῦ ἐπανάσασιν, τὼ ἐκ Βασιλέως τῦ θρόνυ ἀπόδοσιν, τὼ ἐκ Συνοδικῆς Συνελεύσεως τ καθέδρας βεβαίωσιν, τὼ διὰ ταῦτα δ' Ἀνδρὸς ὑποχώρησιν, καὶ πρὸς τὼ παλρίδα ἐξέλευσιν, καὶ ὅπως ἀγῶσι μείζοσι τὰ τῶν αἱρέσεων ἀνέτρεψέν τε καὶ ἀπελέπωσεν· ἵνα ταῦτα πᾶνλα διὰ τ χόρον παρελθὼν σὺνλαῦθα τ ὑποθέσεως γένωμαι. Ἐπεὶ γὰρ ἀπειρηκότι τῷ Μακαρίῳ τύτῳ τοῖς ὑπὲρ τ εὐσεβείας ἀγῶσι καὶ πόνοις, καὶ Σώματι μὲν παρηβηκότι καὶ ἀπλωθηκότι καὶ πρὸς βαθὺ γήρας ἐληλακότι, πνεῦμα δ' ἀκμάζοντι καὶ νεάζοντι, ὃ δ' ὡς ἔλεγε τ πρὸς τὺς σνανλίυς Συμπλοκῆς καὶ ἀνλιπαρατάξεως, ἀλλὰ (καὶ τὼ ἐκείνυ φωνὼ) καὶ διὰ γλώσσης ἐβάλλετε καὶ καλετίτρωσκεν, ἕως τῦ ἐξ αὐτῶν ἄγυς τὼ πατρίδα καθῆρε καὶ ἀνεσώσατο. E

ac denique in patria senex:

10 Ἐποθεῖτο δὲ τύτῳ ἡ πρὸς Χρισὸν ἀνάλυσις καὶ μελάθεσις, καὶ τὸ καλοπλεύειν τρανότερον τὼ παρ' αὐτῦ θείαν Τριάδα, καὶ τ σὺν αἰνίγμασι καὶ Σκιᾶς ἐμφάσεων τὼ καλὰ πρόσωπον ἀληθειαν σνοπτρίζεσθαι. Ὁ μὲν ὅλ Θρία καὶ ἡσυχία κεκαθαρμέν, καὶ μηδὲν τῶν σὺν ἡμῖν Σπήλων ὑπισυρόμ, μεῖῆλθε πρὸς τὼ ἀγήρω καὶ ἀωνίαν ζωὼ, προθήκη τιμία τοῖς ἱεροῖς Παλράσι γενόμ, καὶ τοῖς Πατριαρχᾶς ὁμόσκνω, καὶ τοῖς Ὁμολογίλαις ὁμοδίαιτ, καὶ πᾶσιν Ἱεροχύριξιν ὁμολαγὴς καὶ ὁμόδοξ· μεθ' ὧν καὶ τὸ ἀκατάληπλον φῶς τ ἁγίας Τριάδ ἐκλυπώτερον σνωρᾶν, ἀωνίως γέγηθεν καὶ ἀγάλλεται. Σῶμα δ τὸ τύτυ Σεμνὸν καὶ ἀγνόταλον τάφῳ μετὰ πατέρ κατατίθεται, μνήμῳ ἐπαρετῷ καὶ ὑπόθεσιν Σωτηρίας, καὶ ψυχῶν παιδαγωγίαν, καὶ πρὸς ὐρανὺς ἐκ τ γηΐνων ἀνάβασαν τῦ ἑαυτῦ βίου ἡμῖν ἐπαφεῖς. Εἶχε μὲν οὖν τὸ Σώωμα τὸ Καππαδόκων ἔδαφ, ὥς τινα πολίυχον καὶ οἰκισλὴν, παρεωραμένον δ καὶ τ προσκυνήσης τιμῆς ἀμέθεκτον, καὶ τῦτο ἐπὶ πολύ. Εἶτα τύτυ τῷ πίσιν ἡμῶν δοκιμάζοντ, εἰ μὴ δυσχεραίνοιμεν τηλικυτυ θησαυρὸν σεροῦμενοι· οἷα πολλὰ τῶν ἐκείνων χρημάτων, τὺς χρόνυς μὲν τ ἀγνοίας ὑπερορῶντ, τὺς δὲ τ πίσεως προγινώσκοντ, κἂν τύτοις ἀνακαλύπτοντ τ μυσηρίων αὐτῦ τὰ ἀπόῤῥητα. F

& sepultus fuit.

11 Ἄρτι δὲ τῶν Ρωμαΐκῶν Σκήπτρων τῷ Βασιλεῖ πίσῳ καὶ θεοσεβεῖ, ὃ πρώτως βασιλεύοντ ὁμωνύμῳ καὶ ὁμοζήλῳ, καὶ πλεῖσον ὅσον τ Ἄνδρα τιμῶσι καθισαμένῳ, πολλῶ τε περὶ τὺς τύτυ λόγυς μελέτων καὶ φιλοπονίαν ὑπιδεικνυμένῳ, καὶ ὑπερθαυμάζοντι εἰ τηλικύτυς ἀγῶνας καὶ πόνυς περὶ τὼ βασιλίδα τῶν πόλεων ἐνεσκαμμένον, καὶ τῦ τ αἱρέσεως ἄγυς ταύτων περικαθάραντα, ὕπαυδρον ὄντον καὶ ὑπερόριον παροῦραν, καὶ μὴ πρὸς ὠ ἐκοπίαζε ποίμνιον ἀνακληθῶναί τε καὶ ἐπανελθεῖν, ὥσπερ τις ἔνθυς καὶ κάτοχ τῷ παναγίῳ γενόμ Πνεύματι, διανίσαται πρὸς τὼ ζήτησιν, καὶ τὸ βυλευμα ἱεροῖς καὶ τὰ θεῖα πεισμένοις ἀνδράσιν ἀνατίθησιν. Ἐπεὶ δ ὡς ἐκ τι-

Constantinus Imp.

ubi sanctè mortuus

praesertim Constantinopoli, jam Episcopus,

contra haereticos,

Constantinopoli,

Athenis,

& una cum Basilio litteris & virtute excultus

Antiochiae,

quam olim fuerat coactus dimittere.

Hic natus in Cappadocia

Caesareae,

Alexandriae,

Athenis,

Caesareae,

Nazianzi,

Seleuciae,

Nazianzi,

Seleuciae,

Nazianzi,

*Seleuci

A ὑπηνόιας ἐπένευσαν τῷ βυλεύματι, καὶ πρὸς τὸν ἐκπλήρωσιν καθικέτευον, πείθεται ταῖς ἀγαθαῖς αὐτῶν εἰσηγήσεσι, καὶ τόπον ἕτερον τῷ μεγάλῳ συναμιλλᾶται Προδρόμῳ, ἑτοιμασὴς καὶ ὅτῳ τῶν τριῶν τῶν μεγάλων Θεολόγων καὶ Ἀρχιποίμνιος γενόμενος, ὡς ἐκεῖνός ποτε ὑπὲρ ἡμᾶς διὰ σαρκὸς ἐνδημήσαντος Ἰησοῦ. Καὶ δὴ παρευθὺ, ὡς ἔχε, τάχιστα εὐτρέπιζε τὰς ἀναληψομένας τὸ σκήνωμα, τὸν τοῦ καταθέσεως τόπον ἐντὸς τῶν ἀδύτων ἐπογραψάμενος, καὶ σὺν τούτοις τὴν περικαλλίστην ἐκείνην, καὶ τῇ πίστει μᾶλλον, ἢ τοῖς ἐκ ἀργύρου κοσμήμασι μεμορφωμένην Θρόνον.

corpus translaturus CP.

12 Τί δὲ; Μὴ θρασέως οὕτω καὶ βασιλικῶς μεμενεγκεῖν τὸν Ἅγιον σκῆνος διενοήσατο; ἢ τὸ ταπεινὸν καὶ δοῦλον ἐτήρησεν; ἢ ταῦτα μὲν διεφύλαξεν, Βασιλείας δὲ καὶ Ἱερωσύνης διαφορὰς παρεβλέψατο; ἢ καὶ περὶ τούτων μὲν καλῶς ὑπεσκέψατο, οὐκ ἐπαξίως δὲ ὑμνῳδίας καὶ εὐφημίας αὐτὸν ἀνεμείψατο; Οὐ μὲν οὖν ἀλλ' ἕκαστον τούτων ἐπὶ τῷ ἱερῷ Ἀνδρὶ καὶ τελεληκὼς καὶ συνηγγικὼς δι' ἐγγραμμάτου ἱκετηρίας τῷ ἐπάνοδον ἐζητεῖτο. Τίς δὲ αὕτη; Σὲ μὲν, ὦ τῆς Θεολογίας πηγὴ ἀνεξάντλητε, καὶ τῆς ἁγίας Τριάδος λατρευτὰ, καὶ κήρυξ μεγαλοφωνότατε, ἄξιον τῆς ἀγγελικῆς δοροφορεῖσθαι Δυνάμεσιν, καὶ πάντων Ἁγίων τοῖς πιεύμασιν, ὅτι μὴ θέμις τῆς ἐκ τῆς ὕλης τιμῆς καὶ ἀφοσιώσεσι τὸ ὑπεράνω τοῦτον ἀναδεχθέντα τιμᾶσθαι, ὅτε τῷ ὑπερβάλλοντι τῆς πρὸς Θεὸν οἰκειώσεως αὐτῷ συγκραθέντα, καὶ τῆς ἐκεῖθεν αὐγῆς τρανότερον ἀσπαλόμενον. Ἀλλ' ἐπεὶ καὶ αὐτὸς ἐξ ἴσου τῆς ὑλικῆς σαρκὸς ταύτης κεκοινώνηκας, καὶ δεσμοῖς ἀρρήκτοις φύσεως ἐλκυσθέντας, εἰ καὶ τῷ ἐγκρατεῖ βίῳ τὸν ταύτης ὄγκον ὑπερενίκησας, καὶ μέτρα πόθου καὶ πίστεως ἐξοχάσω, καὶ τῷ ἀμοίῳ τοῦ ὁμοίου πίσιν προσείληφας, μέτρησον καὶ νῦν ἡμῖν τὸ πόθον, καὶ πρὸς τὸ τῆς πίστεως ζέον ἀπόβλεψον. Ἐμβάθευσον εἰς τὰ τῆς καρδίας ἡμῶν βάθη, τὸν διαλογισμὸν ἐρεύνησον, καὶ γνῶθι ὅτι σὺν προσεχεῖ μαλακῇ δυλείᾳ, καὶ δεσποτείᾳ σε τρόπῳ, πρὸς τὴν ἐπάνοδον ἐκαλούμεθα. Μίμησαι τὸ μέγα καὶ πρῶτον Ἀρχιερέα Χριστὸν, ὃς τοῖς καλοῦσι πειθόμενος ἀναβολὴν τοῦ πορείαν οὐκ ἤμβλυνεν· ζήλωσον αὐτοῦ τοῦ ἀνίκητον ταπεινότητα, ὃς καὶ πρὸς τάφον νεκροῦ καὶ φίλου παραγενέσθαι ἀπηξίωσεν, ἵνα ἑτέρους τὴν σωτηρίαν χαρίσηται. Καὶ τοιοῦτος ὀφθεὶς ἐλθὲ πρὸς ἡμᾶς, ὧν οὐκ ἀπέστης τῇ σχέσει τοῦ πνεύματος, ὃς ὀρφάνους οὐκ ἀπέλιπες, ἀλλὰ τῇ θεολόγῳ σου βίβλῳ τὰς ἡμῶν διανύσας φωταγωγὸν, ἔχειν σε διὰ ταύτης παρεσκεύαζες, καὶ διὰ τὸ καλὰ νῦν ἀναλυπώσεως τὸ ἀδιάσκλον ἐχαρίζου τοῖς ἀγαπῶσί σε. Ἰδοὺ γάρ σοι καὶ μακρὰν ἀφεστηκότες ὅλως ἑαυτοὺς ὑποκλίνομεν, καὶ τὰ τῆς βασιλείας ἐπίσημα πρὸ τῶν σῶν ἁγίων ὑφαπλοῦμεν σοδῶν. Ἐπίνευσον, ὅπως καμφθεὶς, πρὸς τὸν σὸν λαὸν ὑπισχνήσῃ, ἵνα σε πρὸς πόλιν σὺν ᾗ τὸ ὀρθὸν τῆς πίστεως λόγον ἐνήριξας κινδυνεύοντα, σὺν ᾗ τῶν Τριάδα βλασφημουμένων ὀρθοδόξως νοεῖσθαί τε καὶ λατρεύεσθαι σαραδέδοκας. Οὕτω γὰρ καὶ ἡμῖν χαριούμενος ἅπας τῶν εἰς ψυχὴν ὠφέλειαν, καὶ πλείους ἕξεις ὑπὲρ τὸ πρότερον τοὺς διὰ σὲ τῇ εὐσεβείᾳ προσιθεμένους.

ut se illuc reduci sinat.

13 Ταῦτα ὁ πιστότατος ἐγχαράξας Αὐτοκράτωρ, ὅπως δίδωσι τοῖς εἰς τοῦτο ἡτοιμασμένοις, οἱ πορείας τάχυ τῶν Καππαδοκῶν καταλαβόντες τῷ τοῦ Μεγάλου τάφῳ προσήεσαν, τῇ σὺν θεῷ ἀπορίᾳ τοὺς λογισμοὺς περιζόμενοι. Τίς δὲ ἡ ἀπορία; Ζῶντι τῷ Μακαρίῳ δοῦναι τάφοιν αὐτῷ διαλελαξευμένοιν, τὸν ἐκ γένους τελευτώντων χάριν τῆς καταθέσεως, δατέρῳ τούτων μελὰ παλέρος Ἱερῷ συνετέθαπτο. Ὡς δ' ἄγνωστος ὢν ὁ ὅπου ζητούμενος, τρέποντας πρὸς ἱκετείαν, αἴρουσι χεῖρας πρὸς οὐρανὸν, ἐκχέουσι δάκρυα, καὶ πόθου μᾶλλον τῶν φανέρωσιν ἐξαιτούμενοι· καὶ, ὦ τῆς ἄνωθεν χάριτος! φανεροῦται τοῖς ἱκετεύουσιν, καὶ τοῖς ζητοῦσι συμπαθῶς ἐμφανίζεται. Τίνα τρόπον; Τῶν τότε τιμίων ὀστῶν, καὶ κατὰ τὴν οἰκείαν ἁρμονίαν εὑρημένων, καὶ καινοτέραν καὶ ἄῤῥητον εὐωδίαν ἀναδιδόντων, καὶ θαυμασιόν τινα καὶ ὑπὲρ συνήθη τὸν ὅπου φάνειαν καὶ θέαν ἐχόντων· ἃ καὶ ἁγιοπρεπῶς ἀνακομισάμενοι τῇ Θρᾴᾳ ἐναπέθεντο. Πρὸς ταῦτα χαρὰ καὶ δάκρυα, πρός τε τῶν κομιζόντων καὶ τῶν παραπεμπόντων ἐπεκέχυντο, τοῖς μὲν τοιούτου θησαυροῦ καὶ πότου ἀποστερουμένοις, εἰ καὶ πρὸς μείζω τιμὴν ἀπενήνεκτο· φιλεῖ γὰρ ἕκαστος δυσαποσπάστως ἔχειν πρὸς τὸ ποθούμενον· τοῖς δὲ, ὡς μὴ μόνον οὐ ζητουμένου τυχοῦσιν, ἀλλὰ καὶ Βασιλεῖ καὶ πολιτείᾳ χαριουμένοις τὸ ἐκ πολλοῦ Ποιμένα ποθούμενον· Ἐβάδιζον ὅν, ὡς εἶχον, καὶ πρὸς πορείαν ἑτράποντο. Ἐβάδιζον δὲ ὕμνοις ἀσιγήτοις καὶ ἀειφανέσι λαμπαδουχίαις τὸ ἱερὸν ἐκεῖνο τιμοῦντες καὶ σεβαζόμενοι σκήνωμα.

Sancto per litteras supplicat,

B

14 Δοκῶ μοι καὶ τὰς ἐπουρανίους τότε διαρθοῦσαι πύλας τῷ ὑπερφυεῖ καὶ καιρῷ δαυματος, καὶ τοὺς μὲν τῶν Ἀγγέλων συνκατιέναι καὶ δορυφορεῖν τὸν τῆς ἁγίας Τριάδος καλοῦντα κτήριον, καὶ τὸν ἱερᾶς αὐτῷ προπομπεύειν Θρᾴ, τοὺς δὲ ἄνωθεν διασκοπεῖν τὴν ξένην ταύτην τελετὴν καὶ μετάβασιν, καὶ διαπορεῖν καὶ ὑπερπλήττεσθαι εἰ σῶμα περικείμενος ἄνθρωπος ὅπου τὰ δ' σώματος ἀναβέβηκεν, ὡς πρὸ τελευταίας ἀναβιώσεως τὸ θνητὸν εἰς ἀθανασίαν μεταβαλεῖν, καὶ μετασοιχεῖσαι πρὸς ἀϋλίαν τὴν χῦν, καὶ ὁμοφυὲς τούτοις ἀπολέσαι τὸ ὑλικόν. Πῶς δ' ἄν τις τῷ λόγῳ παρασήσειεν τὰ καλὰ τὴν πορείαν παραδόξως τελούμενα; Ὄχλοι πανταχόθεν ἐπέῤῥεον σὺν μιᾷ πίστει καὶ προθυμίᾳ, καὶ ἄλλος ἄλλον παρελθεῖν κατεπείγετο, καὶ πρὸς τὴν ἱερὰν ἐκείνην Θρόνον ὡς ἀπό τινος παραλάξεως συνελαύνοντο, οἱ μὲν συμπορευόμενοι καὶ τὴν τιμὴν τῷ ἀγγελικῷ σκιρτῶντες, οἱ δὲ ἀπονέμοντες, οἱ δὲ ὑμνῳδίαις καὶ ᾄσμασιν αὐτὸ δεξιούμενοι, καὶ οἱ μὲν λαμπάσι καὶ μύροις καὶ πᾶσιν οἷς τὰ θεῖα τιμᾶται, τοῦτο τιμᾶν διεσπούδαζον, οἱ δὲ καὶ πρὸς θέαν μόνην ὑπετρέχον, ἁγιασμὸν ἐκ τούτου ἀντλῆσαι πιστεύοντες. Ἱερεῖς δὲ καὶ Μονάζοντες, οἱ μὲν ἱεροπρεπῶς τὴν Ἱερατάρχην καὶ Ποιμένα πρυπεδέχοντο, οἱ δὲ ἀσκητικῶς διαπρέψαντα ἑτέρων καὶ περιεπλούτουν. Τί δὲ καὶ ἀσυκοι καὶ ἐγχώριοι; οὐ δὲ γὰρ οὐ δὲ αὐτοὶ ἀσυλλεκτεῖς πρὸς τὴν προπομπὴν καθορῶντο, ἀλλὰ καὶ αὐτῷ ἕκαστος καθ' ὅσον τε οἷός τ' ἦν καὶ δι' ὧν εὐπόρει, τὴν τιμὴν προσαπένεμεν· ὁ μὲν τὴν ἔχων ὁ δὲ τὴν μὴ ἔχειν εὐχαρισίαν, καὶ ὁ μὲν προθυμίαν ὁ δὲ πίσιν ἀδίσακτον. Ἄλλος τε τοῖς ὑμνολόγοις συνέπεσθαι, ἄλλος τὸ τῶν ἑπομένων ἀντιλαμβάνεσθαι, καὶ πάντες πρὸς τὸ τιμᾶν ἐγίνοντο πρόθυμοι, τὸ ζῆλον διὰ τὸ παραθήξεως πλεονάζοντες.

magna ab omnibus veneratione excepium,

15 Οὕτως ἀμοιβαδὸν τῷ μακρὰν καὶ δυσχερῆ πορείαν διανυκότες τοῖς τῆς βασιλευούσης ὁρίοις ἐπέστησαν, καὶ νεφέλη μὲν ἡ σὺλω πυρὸς σάσειε ἡλίου καὶ ἀστέρος φωσφόρεια καθοδηγοῦσα οὐκ εἶχον (ταῦτα γὰρ Μωυσέως ἦν καὶ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ καὶ τοῦ ἐμοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ, πρὸ δὲ καὶ τούτοις τὰ τοιαῦτα τερατουργεῖν πρὸς τὸ τῶν ὅτως ἐχομένων καὶ μέτρον καὶ χάρισμα) δυνάμει δ' ἀοράτῳ καὶ ὅπισασία δ' παρ' αὐτῷ διακονιζομένῳ δυναμένοις τε καὶ ὁδηγέμενοι. Τότε δὴ τότε Βασιλεὺς μὲν σὺν Ἱερεῦσι καὶ τοῖς τοῦ μεγαλόπολιν οἰκοῦσι τὰ τῆς ἀπαυλῆς πρυευτρέπιζον, καὶ ἄλλος ἄλλον προθυμίᾳ καὶ πίσει νικᾶν ἠγωνίζετο· καὶ ὥσπερ τὸ πρὶν πᾶδες τὸν Ἰησοῦν τῆς Ἱερυσαλὴμ ὅπιβαίνοντα ταῖς εὐφημίαις ἐδεξιοῦντο, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ νῦν τὸν ἐκείνου μιμητὴν πρὸς τὴν νέαν ταύτην Ἱερυσαλὴμ εἰσιόντα μετ' ὁμοίας ὑμνῳδίας καὶ τιμῆς πρυσυπλούτων καὶ ὑπεδέχοντο. Ὡς οὖν τῆς θαλάσσης ἐπέβαινον, ἵνα ἰδεῖν θέαμα ἡδύ τε μόνον καὶ θάμβους ἀνάπλεων. Ἡ μὲν γὰρ τὸ τραχὺ καὶ ἄχριον μεταβαλοῦσα πρὸς ἡμερότητα, καθάπερ δ' χαροῦ πρὸς τοῦτο διερεθίζοντος, γαληνιῶσα, μικρὸν ὑποκυρτουμένοις τοῖς κύμασιν, τὸ πλοῦν πορεῖχεν ἀκόλυθον τῇ

atque per viam qua portabatur

appellit Constantinopolim:

EX MS. TAURIN.

νκὶ, καὶ ὥσπερ τὰ νῶτα ὑφαπλῶσα τῷ μιμητῇ Χριστοῦ, κῦφον καὶ ἀταλαίπωρον τὴ διάπλωσιν εἰργάζετο. Βασιλεὺς δὲ ἐπὶ πρύμναν μελέως ποκαθήμενος, καὶ τῶν θαυμασίων ταύτῃ θρὸν περιφέρων ἐγκόλπιον, περζεύειν ὑπὲρ θαλάσσης ἐώκει, καὶ κρείττονι δυνάμει περζοπορεῖν τὸν ὑγρὸν ἐφαντάζετο. Ἡ δὲ τοῦ φωτὸς τῶν λαμπάδων διαύγεια τῷ λείῳ τοῦ ὕδατος προσεμπίπλωσα καὶ εἰς μαρμαρυγὰς μεταποιουμένη, κἀκεῖθεν ἀνακλωμένη πρὸς τὸ ἄερα, ὅλον ἀπετέλει φοτολαμπῆ καὶ ὑπέρλαμπρον.

16 Τίνα οὖν τὰ μετὰ ταῦτα; Φθάνουσι τὰ βασίλεια, καὶ πρὸς τὸ ἐν αὐτοῖς πολυθαύμαστον ναὸν τὸ ἀξιοπρεπὲς τοῦ μεγάλου Βασιλέως ἀνάκλορον ἀνακλίνουσιν. Καὶ ἐπειδὴ κόρος οὐκ ἦν τοῦ βασιλικῆς πρὸς τὸ θεολογικὸν σκηνῶμα περιπλοκῆς τε καὶ ἀναχράσεως, περιπλοῦσα τοῦτο καὶ αὖθις, περιφύεται τῇ θρᾳ, δακρυρροεῖ ἐκπλήττεται, τὸ μὲν ὑπὸ περιχαρείας καὶ τοῦ τεθυμωμένου λαβῆς τε καὶ κατασχέσεως, τὸ δὲ ὑπὲρ εὐγνωμοσύνης, καὶ τοῦ εἰς ἄκρον ἀδιστάκτου πίστεως, τὸ δὲ πρόδηλον, ἵνα καὶ αὐτὰ τὰ ἀνάκλορα τοῦ δι' αὐτοῦ μεταδῶ χάριτός τε καὶ ἁγιότητος ἧς ἔ δὲ πρὸ μικροῦ ἐσέρρυτο. Ἐπεὶ δὲ ἱκανῶς εἶχεν αὐτῷ ἡ ἐν βασιλείοις καλάθεσις, ἐκεῖθεν μὲν ὑπεξήγετο καὶ πρὸς τὸ μέγαν τῶν Ἀποστόλων σηκὸν μεθέφερετο. Ἆρ' οὖν ἁπλῶς τινα καὶ μυνοειδῆ τὸν τοιούτων μεταφορὰν οἰκεῖον, ἢ φαιδροτάτου καὶ λαμπρὰν καὶ τοῦ θεολογικοῦ σκηνώματος ἐπαξίαν; μυρίων γε λαμπροτάτων, καὶ περιφανεστάτων, καὶ τῶν ποτε προπομπῶν κρειττόνων.

17 Ἐκομίζετο μὲν τῶν βασιλείων ὁ Ἅγιος ἐπὶ θρόνου, βασιλικῇ πορφυρίδι κεκοσμημένης, καὶ ἀρχιερατικοῖς ὤμοις ἐποχουμένης, ὅτι μὴ θέμις τοῖς ἀναξίοις τοῦ ἁγνοτάτου καὶ καθαρωτάτου ἐφάπτεσθαι. Καὶ τότε πίστις Ὀζᾶν ἐκεῖνος ὁ παλαιὸς, ὃς μὴ κατὰ τὸ προσῆκον τῆς κιβωτοῦ ἐφαψάμενος, πυρὸς ἐδείκνυτο παράναλωμα. Βασιλεὺς δὲ ὡς τοῦ μεγίστου πάντων, καὶ μηδὲ αὐτοῦ τοῦ κόσμου ἰσοσθενοῦς τυχὼν ἐφέτου, σὺν Ἀρχιερεῖ πιστῷ καὶ θεοφρονι συνεπέλα καὶ συνεβάδιζεν. Ἀλλ' ὡς τῶν βασιλικῶν προαυλίων ἐξέπεσαν, ἐκεῖθεν εὐθὺς οἱ τὸν ἐν τέλει τῆς Συγκλήτου βουλῆς, καὶ εἰς Πατέρας Βασιλέων ἀποχραφόμενοι, ὅσον τε περὶ τὸν Σύγκλητον ὑποβεβηκὸς καὶ καλώτερον τῆς θεολογίας ἐπώνυμον ὑπεδέχοντο, οὐ μόνον κατὰ ψυχὴν φαιδρυνόμενοι, ἀλλὰ καὶ ταῖς ἑκὰς λαμπρότησι τῶν στολῶν τὸν ὅλον περιχαρὲς ὑπεμφαίνοντες. Ὡς δὲ βαδίζειν πρὸς τὸ τῆς πολιτείας πλῆθος τοσοῦτον συναθροισθὲν, καὶ ὕτω περιχυθὲν, ὡς ξενοχωρεῖσθαι καὶ Βασιλέα καὶ Ἱερέα, καὶ πρὸς τὴν ἔξοδον ἀνακόπτεσθαι. Οἱ μὲν γὰρ περὶ τὰς τῶν ὁδῶν ὑπαίθρους συναθροιζόμενοι, ταῖς ὑμνῳδίαις ἐτίμων τὴν προπομπὴν, οἱ δὲ καὶ πρὸς τὰς θόλους αὐτὰς συῤῥηγνύμενοι καὶ μακρῶθεν ἰδεῖν τὸν ἱερὰν θρὸν ἠγωνίζοντο, ἕτεροι πρὸς τὰς πολυσύλους ἀθύσας καὶ τὰς μελεώρους σοὰς ὑπισυῤῥέοντες δ' ἀκορέστου θεάματος ἐνεπίμπλαντο, ἄλλοι περὶ τὰς μεταρσίους καὶ τριωρόφους οἰκοδομάς. Ἔστιν δ' ὅπου καὶ τὰς ἀκροτάτας ὀροφὰς ὑπεραντίους ἐκεῖθεν ἐσκόπουν τοῦ πανηγύρεως αἴτιον, καὶ οὐκ ἦν ὅτε τοῦ λεωφόρου μερῶν, ὃ μὴ προκατέλημπτο, καὶ προκατελαμβάνετο ἀνδράσι, γυναιξὶ, γέρουσι, νέοις, παισί. Πάντας γὰρ ὁμοίως ἡ πίστις πρὸς τὸν τοῦ μεγάλου Θεολόγου συνήλαυνε τελετὴν, ὡς καὶ αὐτὰς τὰς τῶν παρθένων ἀθεάτους ἄρτι τῶν θαλάμων ὑπεξιέναι, καὶ ἀῤῥένων καταθαῤῥῆσαι ὕψεως, καὶ τοῦ τελουμένης ἑορτῆς κατιδεῖν τὸ μυστήριον.

18 Ἐφέρετο δὴν ἡ τιμία ἐκείνη θρὸς, ὡς ποτε ἡ συπικὴ κιβωτὸς, τοῖς τῆς χάριτος Ἱερεῦσιν ἐποχουμένη, οἷόν τις οὐράνιος θησαυρὸς τῶν ἀκαταλήπτων τοῦ Θεοῦ μυστηρίων συγκρύπτουσα τὰ ἀπόῤῥητα. Ἤγετο διὰ μέσης ὁδοῦ, ἐν ἡμέρᾳ μέσῃ, μέσον τοσοῦτο πλῆθος διαβιβαζομένη· καὶ λαμπάδες ἦ μυριοπληθεῖς τὴν ἑορτὴν κατεφαίδρυνον, ὡς τὸ ἐκῆθεν ἀπαυγαζόμενον φῶς τὰς ἡλιακὰς ἀκτῖνας ὑπερνικᾶν, καὶ χειμῶνος ὥρᾳ καὶ καταφορᾷ νιφετοῦ ἥλιον ἄλλον ποσυφανῆ καταφαίνεσθαι. Οὕτως ἡ ἱερᾶς ἐκείνης προπομπῆς τελεσθείσης, καὶ μετὰ τοσαύτης φαιδρότητος πρὸς τὴν ὑπερφερῆ καὶ πολυόνυμον τῶν Ἀποστόλων ναὸν κατωλισθήκασης. Ἐδεῖ γὰρ τὸ ὁμόζυγον αὐτοῖς ἀναδειχθέντα, καὶ διὰ τοῦ οἰκείου κηρύγματος τὸ τῆς ἁγίας Τριάδος φῶς πανταχοῦ διαπλώσαντα, μὴ μόνης τῆς ἐν ὑρανοῦ ἰσοτιμίας, ἀλλὰ καὶ τῆς κάτω συσκηνίας καὶ συνοικίας ὁμοδίαιτον ἀναδειχθῆναι· ἔδει μὴ μακρὰν τοῦ Χρυσολόγου πάλιν καὶ φωσφόρος τοῦ οἰκουμένης θρᾶς, τῷ μικρῷ πρὸ αὐτοῦ τὸν βασιλίδα καταλαμπρύναντα, μᾶλλον ἢ σὺν αὐτῷ ἐν ὁμοίοις χαροῖς τε καὶ πράγμασι ἀπωκίσθαι τε καὶ ἀποῤῥήγνυσθαι, ἀλλὰ πλησίον εἶναι τῇ καταθέσει, καὶ κοινωνεῖν διὰ τοῦ ταφῆς οὗ τοῦ καθ' εὐσεβείαν ὁ διεκήκει θερμότητος· ἔδει τῷ μεγάλῳ καὶ πολυφαῆ καὶ ἀκοιμήτῳ τοῦ μελανοίας ὀφθαλμῷ, καὶ τῷ τοῦ εὐσπλαγχνίας καὶ συμπαθείας εὐσπλάγχνῳ καὶ συμπαθεστάτῳ κήρυκι καὶ ἐγγυητῇ, τοῦ τοῦ ὑπερθέου καὶ μακαρίας Τριάδος μύστην καὶ λατρευτὴν καὶ ταύτης μυστηρίων ὑφηγητὴν καὶ διδάσκαλον, καὶ τοῖς ἐν κόσμῳ τοῦ ταύτης γνῶσιν διατρανώσαντα καὶ συντεθεῖσθαι καὶ συντεθάφθαι· ἔδει πρὸς τὰ τῶν ἁγίων ἅγια ἁγιότευκτον σκηνος εἰσαχθῆναι τοῦ Πνεύματος, καὶ μὴ μετὰ νέκρωσιν ἀφορισθῆναι, οἷς ἐν σαρκὶ προσιὼν ἐμυσαγώγει τὰ κρείττονα· ἔδει καθαρῶν καὶ ἀχράντων θυμῶν Ἀμνὸν τοὺς καθαροὺς αὐτοῦ θύτας καὶ ἱερεῖς συμπαρεῖναι τῷ θύματι, καὶ τοῦ θυσίαν ἱερουργεῖν καὶ τοῦ Πνεύματος ἄνωθεν κατάγειν τοῖς πανηγυρισταῖς ὁπαδοποιήσειν· ἔδει τὰ καθαρώτατα καὶ ἀγγελικῆς ἁγιότητος πλήρη τύπων σκηνώματα, οἷά τινα χερουβικὰ ἐκτυπώματα κατακαλύπτειν τῷ περιόντι τῆς ἁγιότητος τὰ τῶν μυστηρίων φρικτὰ καὶ ἀθέατα.

19 Ὡς δὴ ταῖς τοῦ νεῶ πύλαις προσήγγισαν, καὶ πρὸς τυτονὶ τὸ ἐπὶ γῆς δεύτερον ὑρανὸν εἰσήεσαν, καὶ τὴν ἱερὰν ἐκείνην θρὸν μεθ' ὁμοίας τιμῆς ἐν τοῖς τοῦ ἱερεῖ ἐναπλίθεντο βήματος, αὐτὸς μὲν ὡς ὑράνιον καὶ θεῖον κημέλιον καὶ θυσαύρισμα ἐν τοῖς ἁγίοις ἁγίων ἀναχλιθεὶς, τὴν εἰς αἰῶνας ἀγώνων ἀνάπαυσιν εὗρε, τοῖς δὲ τῷ ἐκείνου πόθῳ καὶ φίλτρῳ καλεσχημένοις ἀοράτως ἐπιφαινόμενος, καὶ τὸ ἑκάστου πόθον καὶ ζῆλον περισκοπῶν, τὴν δὲ αὐτοῦ βρίσασαν χάριν τοῦ Πνεύματος ἀφθονώτατα ἐπιδαψιλεύετο. Τὰ μὲν δὴν τῇ παρούσῃ ἀνακομιδῇ τελεσθέντα παρὰ τῶν θερμοτέρων τοῦ πίστεως καὶ τῶν γνησιωτέρων ἐρασῶν τοῦ Ἀνδρὸς, καὶ ὅπως ὁ σύμπας λαὸς περιχυθεὶς καθ' ὅσον οἷόν τε ἦν τὴν πανήγυριν ἐσεβάσθησαν, ταῦτά ἐστιν ἃ καὶ παρελθεῖν βυλομένῳ ἀδυώτατον, καὶ προσηκόντως ἐξυμνεῖν ἐργωδέστατον.

20 Καὶ νεῶ πρὸς τὴν οἰκείαν μάνδραν εἰσελάσας, τὰ ἑαυτοῦ συνήγαγε θρέμματα, καὶ πρὸς τὸ παρ' αὐτῷ πλατυνθὲν ποίμνιον, καὶ εἰς προθήκην ὁδοῦσαν ὑπεφοιτήσας, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς κύκλῳ διάρας, ὁρᾷ τὸν ἑαυτοῦ λαὸν, καὶ τῶν τότε λόγων ἀκατασιωμένον ὡς τὸ πρότερον, ἀλλ' ὑπευθυμητικὸν ἐνθεώτατον, ἀλλὰ κατηργισμένον ἐν πνεύματι, ἀλλὰ τετελειωμένον ἐν δόγμασιν, ἀλλὰ κεκαθαρμένον ἐν ἁγιότητι, μεμνημένους τῶν λιθασμῶν, τῶν πόνων, τῶν ἱδρώτων, τῶν καθ' ἡμέραν θανάτων, οὓς ὑπὲρ αὐτοῦ ἐκαρτέρησεν· ὡς διὰ τὴν ἁγίαν Τριάδα ὑπωύχενεν, ὑπὲρ ἧς καὶ ἀλγεῖν ἅπαντα καὶ κινδυνους ἔφερεν, ἵνα μή τι τῶν Τρίων ἀλλήλων ἀποξενώσῃ, καὶ ζημιωθῇ τῶν ὥστερ ἐκέκτητο τὸ κάλλιστόν τε καὶ τιμιώτατον, μᾶλλον ἢ ἄλλους ζημιώσῃ τοῦ

B

C

D

E

F

deinde versus templum Apostolorum,

illud in eadem palatinam defert,

tota civitate ad spectaculum concurrente,

jungendum corpori S. Ioan. Chrysostomi:

ubi præsto est se invocantibus,

& gregem suum in sana de Trinitate doctrina conservat,

A τῶν ζωληρίαν ἡ διὰ τῶν πονηρὰν Cυναίρεσιν τὸ τῆς Προσώπων διάφορον ἀναιρῶν, ἡ διὰ τῶν πονηρολέξαν διαίρεσιν τὸ τῆς Οὐσίας ὁμότιμον διασπῶν. Οἶδεν γὰρ οἶδεν ὁ ἱεροπρεπέστατος νῦς καὶ θεολαμπέστατος, τίνες οἱ ἀδιαστάτως αὐτῷ προσερχόμενοι, καὶ τίνες οἱ ἀμφιβόλως· τίνες οἱ τὰ Cπέρματα τῆς αὐτοῦ θεολογίας πολύχουν σάκκω ἀπεργασάμενοι, καὶ τίνες οἱ δι' ἀκαρπίαν ἀποξηρανθέντες· ἐπίσταται τίς ὁ τὸ τάλαντον πολυπλασιάσας, καὶ τίς ὁ τοῦτο πρὸς γῆν καταχωρυχώς· οὐκ ἀγνοεῖ τίνες τῷ καθαρωτάτῳ Cίτῳ τῆς δογμάτων ὡς ζιζάνια Cυμβλασάνουσι, καὶ τίνες τοῦ Χριστοῦ λήϊον πίονα καὶ εὔσαχνον διετήρησαν.

21 Οὕτως οὐδεὶς τῶν παλαὶ, καὶ νῦν, ἡ ἐσομένων ἑαυτὸν ὕπνωσε ἡ κόσμον ἀπέρρηξεν, ἡ πρὸς τὰ θεῖα ἐπέρωσεν, ἡ πρὸς τοσαύτην ἀναβέβηκε καθαρότητα, ὡς καὶ αὐτῆς τῆς τοῦ ἀμηχάνου κάλλους καταξιοῦσθαι ὁράσεως. Ποίῳ δὲ ἄλλῳ ἐπὶ τοσοῦτον τὴν ἀνωτάτω φιλοσοφίαν ἠγάπησεν, καὶ ὅλῳ ταύτῃ συναπεχράσθη, καὶ τὴν ἀνθρωπίνην αὐτῇ καθυπέζευξεν, ὡς τὸ μὲν τὸ ἔνδοξον, τῆς δὲ τὸ ἐν θείοις πάνσεπτον εἰς ἓν συγκεράσασθαι, καὶ μίαν κάλλους εἰκόνα ποικίλαις μορφαῖς διατυπώσασθαι; εἰ μὴ ἄρα τινὶ τῶν εἰς φῶς προελθόντων ἤξεγένετο τοσοῦτον ὑπεραναβλύσαι τὴν αἴσθησιν, καὶ ἔσω τῶν οὐρανῶν χωρῆσαι, καὶ τὸ τῆς Cαρκὸς ὀφελοῦντι προκάλυμμα τὰ τῶν ἁγίων ἅγια καλοπλεῦσαι, εἰπεῖν οὐκ ἔχω· ὅτι μείζων τῶν πάλαι ὁ μέγας οὗτος ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ ἐπὶ Cοφίᾳ πρακτικῇ τε καὶ θεωρητικῇ διαβεβόηται, καὶ οὐδὲν αὐτῷ τῆς θεολογίας δογμάτων ὃ μὴ πρὸς τὴν Τριάδος αὐτῆς ἀποκεκάλυπτο, παρ' ἧς καὶ τὸ ἐμπρεπῆσθαι τὰ τοιαῦτα, καὶ δογματίζειν καὶ Cυγγράφειν κεχάρισται, οἶδα Cαφῶς καὶ τοῖς ἀγνοοῦσιν ἐκλέγομαι. Τί γὰρ ἄν τις τῶν ὑψιλῶν καὶ οὐρανίων θεωρημάτων ἡ Θεῷ προσοικειούντων καὶ βελτιόντων τὰ χρωμένων τῷ θεολόγον αὐτοῦ βίβλον μετερχόμενος, οὐκ καρπώσοιτο; Οὐχὶ τοῖς πανηγυρικοῖς αὐτοῦ λόγοις προσομιλῶν τὸ μέγα τῆς οἰκονομίας τοῦ Θεοῦ μυστήριον ἐκπλαγήσεται, καὶ ὅσα ταύτης ἀκόλουθα; Οὐ τοῖς περὶ Ἱερωσύνης συντυγχάνων αἴσεται καὶ τὸ ταύτης ὕψος, καὶ τὸ τῆς θνητῆς φύσεως ταπεινὸν, καὶ οἷον ἄναγκες τοῖς τηλικούτοις ὑπηρετήσαντα; Οὐ τοῖς περὶ θεολογίας ἐμβαθεύων, εὐθὺς τῆς Cαρκικῶν ἀποσήσεται, καὶ πρὸς τὸ ὄρος ἀναβήσεται, καὶ τῆς νεφέλης ἔσω χωρήσει, καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ κατίσει ὀπίσω; ἢ τοῖς τούτου ἐπιτάφιοις καὶ ἐγκωμίοις ἐμμελετῆσαι πρὸς τὸ κρεῖττον ἀλλοιωθήσεται, καὶ διὰ μιᾶς πρὸς ἀρετὴν καὶ βίον ἄλυπον ἐπαναχθήσοιτο, διὰ δὲ τῆς τὸ χαριστικὸν παιδευθήσεται. Ναὶ δὴ καὶ τοὺς ἑαυτὸν d σωματωμένους, καὶ τοὺς εἰς ἑαυτὸν ἐκφωνηθέντας ἀκριτιζόμενοι, τὸν ἐν Χριστῷ πραότητα καὶ πολιτείαν ἀσπάσοιτο, καὶ τοὺς περὶ δογμάτων ἐνωτιζόμενος εὐκόλως καταβαλεῖ τὸ ἀντίδοξον· ἂν δὲ καὶ τῆς Ἐπιστολῶν ἔλθοι, πρὸς πᾶραν ἡδύτητος ἀφράστου ἐμφορηθήσοιτο· ἂν δὲ καὶ τῆς ἐμμέτρων ἐσπῶν, τὴν ἑλληνικῆς ἅλμης τὸ ἄπολον ἀποκλύσοιτο· ἂν δὲ καὶ νυκτερινῶν εὐχῶν εἰς οὐρανὸν αὐτὸν ἀναθήσεται.

22 Ἐγὼ γὰρ ὁπλοτέροις τούτοις τὸν γλῶτταν ἐπαφεῖναι θελήσοιμι, αὐτίκα με ὡς ἀπό τινος ὄρους Σινᾶ βροντὴ καὶ ἀστραπὴ βάλλουσιν νοημάτων, καὶ Cάλπιγγες ἠχοῦσαι σφοδρότερον, καὶ κάπνος, καὶ γνόφος περικυκλοῖ τῶν εἰς τὰ πρόσω πορείαν ἀπείργοντα· καὶ ὅλος καλεπηχὼς καὶ δεινὸς ἀνάπλεως γίνομαι, διὰ τὸ ἐπ' αὐτοῖς ἐν πυρὶ καταβεβηκέναι τὸν Κύριον. Τίς δὲ καὶ τὸν νῶν αὐτοῖς ἐμβαθυνάσας ὑπὸ τὸν Ἡλίου πῦρ ἄνωθεν ὁρᾷ κατεργόμενον, ἡ τὸ ἐκ φλογὸς ἅρμα τοῦτον ἁρπάσαν μετάστασιν, ἡ τὸν ἐκ πυρὸς σῦλον τῷ Ἰσραὴλ προηγούμενον, ἡ τῶν Cιαγόνα Σαμψὼν τὰς ἀλλοφύλων Cυγκόπτουσαν φαλάγγας, εἰπεῖν δὲ μᾶλλον τῶν καταβᾶσαν μετ' ἠχοβιαίαν πνοὴν ἐπὶ τοῦ πνεύματος καὶ τῶν χάριν ἐν εἴδει πυρίνων γλωσσῶν ὑποδείξασαν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν σχολῆς ἑτέρας τὰ διηγήματα, καὶ ἀνθρώπων γλώττης τοιούτων ἐν τοῦτο ἐσπουδακότων καὶ μόνον ταῖς τοιαύταις εὐδοκιμεῖν ὑποθέσεσι.

23 Δεῦτε οὖν περιστάντες ἐμοὶ, ὦ κλῆρος Χριστοῦ, καὶ μερὶς ἡ θεόλεκτος, οἱ τῆσδε τῆς μεγαλοπόλεως γνησιώτατοι τρόφιμοι, καὶ τῆς ἐμῆς φιλίας Cπουδαῖοι τὴν θεραπευτὰς τὰς θεολογικὰς ἐκείνας φωνὰς ἀναπτύξαντες, τῶν ὁδὸν ἀνακρούσατε, μᾶλλον δὲ Cωτῆρα, δὲ προσοχῇ τῶν ὕμνων ῥυθμίζοντες, ἑαυτοὺς δὲ κατασάσει καρδίας πρὸς αὐτὸν ἀποβλέποντες. Ἴδωμεν τὸν Θεολόγον Γρηγόριον, τῷ καλῷ ταύτῳ μετοικίαν τοῦ Ἀποστολικοῦ ναοῦ ἀσπασάμενον, πρὸς ὃν πολλάκις ἐπανηγύρισεν. Πείθομαι γὰρ μὴ μόνον αὐτὸν, τὰς οὐρανίους καταλιπόντα διατριβὰς, μεθ' ἡμῶν πανηγυρίζειν καὶ Cωαγάλλεσθαι· ἀλλὰ καὶ τῶν τῶν Ἀποστόλων χορὸν τῇ δεξιᾷ παρεῖναι νῷ, τοὺς ἐμοὺς θερμοὺς προσάτας καὶ τῆς οἰκουμένης ἀσφαλεστάτους φρουρούς· πρὸς δὲ τούτοις καὶ τὸ τερπνὸν καὶ πάνχρυσον σόμα τὸν ἐμὸν χρυσορρόαν, καὶ τῆς ἐκκλησίας διειδέστατον καὶ μελίῤῥητον πόλαμον, τὸν τῆς μετανοίας ἐγγυητῶ, εὐκατάνυκτον καὶ τῆς διδασκαλίας εὐηχέστατον ὄργανον, καὶ εἴ τινες ἄλλαι τῶν Μακαρίων ψυχαὶ, ἐπείπερ Δικαίων πνεῦμα διὰ παντὸς ἐν ταῖς τῶν ἁγίων λαμπρότησι δοξολογοῦσι τὸν Κύριον. Ταῦτά σοι παρ' ἡμῶν, ὦ θεία καὶ ἱερὰ κεφαλὴ, μικρά τε καὶ ἀκαλλῆ, καὶ οἷα τὰ τῶν παίδων ψελίσματα· σὺ δὲ ταῖς πρεσβείαις ταῖς σαῖς διεξάγῃς ἡμᾶς πρὸς τὰ κρείττω τὴν βασιληρίαν τῶν λόγων σου, καὶ ὁδηγοίης πρὸς τὰς τῆς Cωτηρίας αὐλὰς, καὶ ἀνιδοίης εὐχαῖς σου τὴν τελειωτέραν ἐκεῖσε μυσαγωγίαν τῆς ὑπερφώτου Τριάδος, διὰ τῆς σὺν αὐτοῖς μυήσεως καὶ καθάρσεως, ἔχων Cυλλήπορας τῆς αἰτήσεως τὸν τῆς δωδεκάδος τῶν Ἀποστόλων χορείαν, καὶ τὸν οἷος σὺ ἀπ' αἰῶνος θεῷ εὐηρεστηκότων, καὶ δοξαζόντων τὸν Κύριον. Αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

EX MS. TAURIN.

Sed hæc suis majora viribus sentiens orator

qui vivens ad perfectam evaserat sapientiam,

ad eum se vertit, ut præsentem cum Apostolis,

in omni scriptorum suorum genere lectori utilissimus.

Chrysostomo aliisque Sanctis.

ANNOTATA.

a *Videtur aliquid huic loco deesse ad sensum integrandum.*

b Βλῆλος, *an idem quo* ὕψηλος altus, sublimis?

c *Hic etiam unum alterumve verbum deest.*

d *Ecgraphum nostrum* τὸ μαχόμενον, *quod in* σομαχωμένους *vertens, videor mihi verum sensum habere. Non invenio quidem auctores qui* ἀπὸ τοῦ σομάχω *derivatum* σομαχάομαι *usurparint: sed decimo, quo auctor vixit, sæculo nova hæc vox indulgeri potest.*

ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΚΑΙ ΠΑΝΕΥΦΗΜΩΝ ΜΑΡΤΥΡΩΝ

ΑΛΦΙΟΥ, ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥ, ΚΑΙ ΚΥΡΙΝΟΥ

ΜΑΡΤΥΡΗΣΑΝΤΕΣ ΠΡΩΤΟΝ ΜΕΝ ΕΝ ΡΩΜΗ,

ΔΕΥΤΕΡΟΝ ΑΝΑΚΡΙΘΕΝΤΕΣ ΕΝ ΠΟΤΙΟΛΟΙΣ,

ΤΟ ΔΕ ΤΡΙΤΟΝ ΠΕΜΦΘΕΝΤΕΣ ΠΡΟΣ ΤΕΡΤΥΛΛΟΝ

ΕΝ ΤΗ ΛΕΟΝΤΙΝΩΝ ΜΕΣΟΠΟΛΕΙ ΤΗΣ ΣΙΚΕΛΩΝ ΕΠΑΡΧΙΑΣ

ΥΠΟ ΤΟΥ ΑΙΜΟΒΟΡΟΥ ΒΑΛΛΕΡΙΑΝΟΥ

ΚΑΚΕΙΣΕ ΤΕΛΕΙΩΘΕΝΤΕΣ ΥΠ' ΑΥΤΟΥ.

Εὐλόγησον δέσποτα.

ΗΜὲν τῷ Κυρίῳ ϗ Θεοῦ ϗ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ προαιώνιος ϗ αὐτάρτης βασιλεία, οὔτε ἀρχὼ ἡμερῶν οὔτε ζωῆς τέλος ἔχει· ἡ δὲ φανερώθεισα ϗ φανύμενη διὰ τῆς ἁγίας παρθένου ϗ θεοτόκου Μαρίας σαρκώσεως αὐτοῦ ἀνθρώπησις, ϗ ἐπὶ γῆς παρουσία ϗ βασιλεία, ἔλαμπε μὲν ἤδη κατὰ πάσης τῆς οἰκουμένης, διὰ τῶν ἁγίων ϗ μακαρίων Ἀποστόλων διδασκαλίας, τοῖς καταξιωθεῖσι γενέσθαι τοῦ κλήρου τῶν ἁγίων, ὡς ἐξέσιον ϗ πάσης ἐπέκεινα φύσεως ϗ σοφίας· ἠπίστειτο δὲ τοῖς πολλοῖς, διὰ τὸ τῆς σοφίας παράδοξον, Ἄπιστον γοῦν ἐδόκει τοῖς τῇ πλάνῃ δεδυλωμένοις, ὅθεν πάντες τῇ γνίνῃ ϗ ματαίᾳ δόξῃ τοῦ κόσμου τούτου κρατούμενοι, ὕβριν ἡγοῦντο ϗ μῦθον τὸ τῆς οἰκονομίας μυστήριον, ϗ τὸ Σωτήριον κήρυγμα τοῦ Κυρίου σαρκοφανείας ϗ βασιλείας, Ἰουδαίοις μὲν Σκάνδαλον, ἔθνεσι δὲ μωρίαν νομιζόμενον εἶναι· ϗ διὰ τῆς τῶν δύλων αὐτοῦ παραδόξοις ὑπομονῆς, ἠὐδόκησεν ὁ Θεὸς τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος σωτηρίαν εἰς ἀληθινὸν ϗ Σωτήριον θεοσέβειαν. Ἐγένετο δὲ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον, τῆς Σατανικῆς εἰδωλολατρείας ὑπερκρατούσης καὶ τῶν ἀνθρώπων, βασιλεύσαντος Λικίνιου τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς, λύκου τινὰ ϗ ἀπάνθρωπον, ϗ θῆρα ἄγριον γενόμενον καὶ τῆς Χριστοῦ ποίμνης, ἢ πῶμνον Σφόδρα τῇ πλάνῃ τῶν ματαίων εἰδώλων· ἔχων δὲ φίλον ὁμόφρονα, Σύμβουλόν τε ϗ Συγκάθεδρον, ϗ ὑπερβάλλοντα τῇ ἀσεβείᾳ. Βαλλεριανὸν ὀνόματι, ὃς δεύτερος ὢν αὐτοῦ σὺν τῇ βασιλείᾳ, ϗ ζέων πάνυ τῇ καλῇ τῶν Χριστιανῶν μανίᾳ, ϗ τῇ τῆς εἰδωλολατρείας ἀσεβείᾳ. Τοῦτο οὖν Συμβουλευσάμενος τί ἂν δεῖ ποιήσαντας αὐτοὺς ἁρᾶσι παντελῶς τὸν τῶν Χριστιανῶν λατρείαν, ἀπάντας δὲ πεῖσαι ἀνθρώπους ὑποκύψαι ϗ σέβεσθαι σὺν αὐτοῖς τοῖς ματαίοις θεοῖς αὐτῶν· ὧν γὰρ ἐκλελοιπὼς τῇ ψυχοφθόρῳ τῶν εἰδώλων πλάνῃ, μάλιστα δὲ τῷ Ἀπόλλωνι ϗ Ἀσκληπίῳ, τοῖς τῆς ἀπωλείας ὁδηγοῖς· ϗ σκεψάμενοι ἅμα, χάφυσι μὲν ὀπτασίας ἐκ προσώπου αὐτοῦ Λικινίου τοῦ βασιλέως, καὶ πᾶσαν ἐπαρχίαν ϗ χῶραν τοῖς ἄρχουσιν, στρατηλάταις τε ϗ πᾶσι τοῖς σὺν ὑπεροχῇ ὄσιν, ἐχούσας τὸν τύπον τοῦτον.

2 Λικίνιος ἀσεβέστατος αὐγούστος Βασιλεὺς, τοῖς καὶ πᾶσαν ἐπαρχίαν τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς, στρατηγοῖς τε ϗ ἡγεμόσι, ϗ τοῖς κατ' ἐξοχὴν πᾶσι χαίρειν. Ἐπὶ δήπερ ἦλθεν εἰς τὰς θείας ἡμῶν ἀκοὰς φήμη, ἣ μετρίως ἡμᾶς ταράττουσα, ὡς αἱρέσεώς τινος ὑπερκρατούσης ἀσεβεστάτης τῶν λεγομένων Χριστιανῶν, οἱ ὃν ἔτυχε Μαρία τις, Ἰουδαία γυνή, Ἰησοῦν λεγόμενον, ὡς Θεὸν προσκυνοῦσιν, Ἀπόλλωνα ὃν τε μέγαν Θεὸν ϗ Ἀσκληπιὸν, Ἑρμᾶν ϗ Διόνυσον, Ἡρακλῆ τε ϗ Δία, δι' ὧν εἰρήνη τῇ ἡμετέρᾳ πολιτείᾳ δεδώρηται, συνβρίζουσι βλασφημοῦντες, τὸν ὃν λεγόμενον Χριστὸν ὡς Θεὸν προσκυνοῦσιν, ὃν Ἰουδαῖοι ὡς κακοῦργον ϗ μάγον ἐσταύρωσαν. Τούτου χάριν θεσπίζομεν πάντα Χριστιανὸν εὑρισκόμενον, ἄνδρας τε ϗ γυναῖκας, κατὰ πᾶσαν πόλιν τε ϗ χῶραν, τιμωρίαις ὑποβάλλεσθαι πικροτάταις, πρὸς τὸ τοῖς θεοῖς ἡμῶν θύειν αὐτούς, ἀρνεῖσθαι τὸν πλάνον ἐκεῖνον· ϗ εἰ μὲν πείθοιντο, ἀξιοῦσθαι συγγνώμης· εἰ δὲ μή, πονηρῷ θανάτῳ τῷ διὰ πυρὸς ϗ ξίφους παραδίδοσθαι τούτους προσήκομεν· εἰδότες ὡς εἴ τις καὶ τι τῶν ἡμετέρων θείων τούτων ἀμελήσαντες ἀποφάσεων, τοιαύτας ἐκείνας τιμωρίας ὑφέξεται.

3 Τῶν δὲ τοιούτων γραμμάτων καὶ πᾶσαν πόλιν προτεθειμένων, ϗ διωγμὸν μεγάλην ὑπερκρατοῦντος κατὰ τῆς Χριστοῦ ποίμνης· ὡς ϗ πολλοὺς τῶν ὑπισημοτάτων μέλη πήσας βασάνοις ἀνδρῶν. Ἐπὶ πλείω τε ἐμμανὴς ὁ Λικίνιος, προσεκαλέσατο πρὸς ἑαυτὸν τὸν Σύγκλητον ἅπασαν, ϗ πάντας τοὺς ἐν ὑπεροχῇ ὄντας, σὺν στρατεύμασι. Καὶ πάντων ἐπὶ τῷ αὐτῷ γεγονότων, Συμβούλιον ἐποιεῖτο πάλιν, ὅπως ἂν καθ' ὅλης ἐξολοθρεύσῃ ἐκ τῆς αὐτοῦ βασιλείας τὸ τῶν Χριστιανῶν γένος. Πάντων δὲ Συγκαθημένων, ϗ τῶν παρισταμένων τῷ Βασιλεῖ σὺν φόβῳ ὄντων, ϗ τῶν παρισταμένων αὐτῷ ἑτοίμως πράττειν λεγόντων, ὃ Λικίνιος ἐδημηγόρησε λέγων· Ἐμοὶ δοκεῖ, ὦ προσφιλέστατοι, μηδὲν εἶναι τιμιώτερον τῆς εἰς τοὺς Θεοὺς ἡμῶν εὐσεβείας· ἐπειδὴ δὲ αὐτῶν ἐμοὶ μὲν ἡ βασιλεία, ἀνθρώποις δὲ πᾶσιν ἡ Σωτηρία δεδώρηται. Δίκαιον τοίνυν ἡγούμεθα τοὺς θεοὺς τῆς σωτηρίας θυσίαις ἀμείβεσθαι, τοὺς δὲ εὑρισκομένους Χριστιανοὺς, ϗ τοὺς θεοὺς συνβρίζοντας, παντοίαις ὀπτοίαις βασάνων ὑποβάλλεσθαι, μέχρις ἡ τούτων θρησκεία λυθῇ, ϗ τὸ μνημόσυνον αὐτῶν διὰ κακίστων θανάτων ἀποσβεσθῇ. Πρὸς ταῦτα σωφρόνως πάντες ἀπεκρίναντο λέγοντες· Ἡμεῖς προθύμως ἀποδεχόμεθα, μέγιστε Βασιλεῦ, τὸν τῆς ὑμετέρας θεότητος διὰ παντὸς πρόνοιαν, ϗ τιμᾶσθαι βουλόμεθα τοὺς ἀθανάτους θεοὺς, ὥσπερ ϗ τὸ ἡμέτερον κράτος· εἴ τις δὲ τῶν λοιπῶν εὑρεθήσεται, ὃς μέχρις συνθυμήσεως Χριστὸν ὀνομάζων, παντοίαις εἰδέαις θανάτου ὑποβληθήσεται. Τοῦτον τὸν ἀσεβῆ ϗ παράνομον τρόπον βουλευσαμένης τῆς ἀσεβοῦς τῶν τυράννων Συγκλήτου, ϗ διὰ γραμμάτων προτιθεμένων,

Post Christi incarnationem praedicatã

Imperator consilio Valeriani

edictũ contra Christianos vulgat,

quod & S.C. probatur.

A θεμένων, καὶ πανηγύρεων βασανιστηρίων ὀπτομενόντων καὶ τῶν εὑρισκομένων Χριστιανῶν, πολλῶν τε ὄντων ἐχθρῶν τ θεσπεσίου, ὡς ἂν εὐθέτῳ αὐτοῖς καιρῷ, εἴ τινα εὕρον Χριστιανῶν.

Ab Onesimo magistro

4 Τὸ τοιοῦτον ἀνέλαμψαν ὡς ἐν Σκοτομένῃ νυκτὶ ἀστέρες διαφανεῖς καὶ λάμποντες, οἱ τῆ Χριστοῦ μαργαρίται, Ὀνήσιμός τις ὀνόματι καὶ δ Χριστοῦ γενναῖος στρατιώτης, ἅμα ᾧ τούτῳ μειράκια ὕστερον λεγόμενα, Ἄλφιος, Φιλαδέλφιος, καὶ Κυρῖνος. Οὗτοι οἱ τρεῖς νέοι, ἀδελφοὶ τυγχάνοντες, τὴν ἁγίαν καὶ ὁμοούσιον Τριάδα ὁμολογοῦντες, Σὺν αὐτοῖς δὲ καὶ Ἐρασμος, ἀφανίσαντες μὲν τὴν ἀρχὴν τ πολυθέου πλάνης τῶν εἰδώλων μανίαν ἐν τῷ τελείῳ φρονήματι, φωτίσαντες δὲ τὴν ἡμέραν δ σωτηρίου κηρύγματος, πᾶσι τοῖς ἀξίοις διὰ τ οἰκείας αὐτῶν ἀθλήσεως. Μὴ δειλιάσαντες γὰρ τὸ μιαρώτατον Βασιλέως Λικινίου, μηδὲ τὴν μανίαν τῶν τοσούτων ἀρχόντων καὶ στρατοπέδων, οὐδὲ τ προκειμένων βασανιστηρίων πανηλεῶς ποιησάμενοι λόγον· ἀλλὰ τούτοις πᾶσιν ἀναλενίζοντες τοῖς δοκοῦσιν εἶναι δεινοῖς, τῷ φιλοθέῳ τ καρδίας φρονήματι πρὸς Θεὸν ἀπέβλεπον. Ὀνήσιμος τοίνυν καὶ ἐκεῖνον τ χαλεπὸν εἰσελθὼν ἐν τῇ τ Βασκόνων χώρᾳ, ἐν μιᾷ τῶν πόλεων λεγομένῃ Πραφέκλα. Κἀκεῖσε οὖν αὐτὸν ὑπεδέξατο ἀνήρ τις φιλόχριστος καὶ θεοσεβὴς, Χριστιανὸς μὲν ὑπάρχων τὴν θρησκείαν ἐκ νεαρᾶς αὐτοῦ ἡλικίας, Βιτάλιος ὄνομα αὐτῷ· ᾧ δὴ ὁ ἀνὴρ χρήσιμος καὶ φοβούμενος τ Κύριον, εὐμελάδοτος, ἐλεήμων, πάνυ σπουδαῖος περὶ τὰ θεῖα λόγια. Οὗτος τ Ὀνήσιμον ξενάγει ἐν τῷ οἰκῳ αὐτοῦ, διδάσκουσα τ λόγον τοῦ Θεοῦ. Ὑπῆρχον δὲ τῷ Βιταλίῳ παῖδες τρεῖς; ὡς καὶ προειρήκαμεν, Ἄλφιος, Φιλαδέλφιος καὶ Κυρῖνος, πάνυ ὡραῖοι τὴν ὄψιν, καὶ καλοὶ σφόδρα, ὡς ἀνέλεγέτο ἐκ παιδόθεν αὐτῶν, διδάξας κάλλιστα γράμματα, καὶ γλῶτταν Ἑλληνίδα, παιδεύσας αὐτοὺς καὶ τὴν τ Χριστιανῶν ὀρθόδοξον πίστιν σέβεσθαί τε, καὶ προσκυνεῖν τ ἕνα μόνον ὄντα Θεὸν, καὶ τ μονογενῆ αὐτοῦ υἱὸν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ τὸ Πνευματικὸν καὶ ζωοποιὸν Πνεῦμα, Τριάδα ὁμοούσιον, μίαν ἁγίαν θεότητά τε καὶ δυνάμιν. Ἔρασμος δὲ ὢν ἔγγων δ Βιταλίου ἐκ τ αὐτοῦ θυγατρὸς γεννηθείς. Τῷ αὐτῷ δὲ καιρῷ ἡ μήτηρ αὐτοῦ ὢν τελευτᾷ· ἔμεινε δὲ ὁ Βιτάλιος καὶ αὐτὸν ἐκπαιδεύων μετὰ τῶν ἁγίων αὐτοῦ τέκνων. Ἐδόθη δὲ χάρις εἰς τὰ παιδάρια ταῦτα, ὥστε θαυμάζεσθαι αὐτὰ ὑπὸ πάντων τῶν ὁρώντων αὐτά· σχολάζοντές τε ἦσαν οἱ ἅγιοι καὶ μακάριοι παῖδες ἐκεῖνοι, νύκτωρ τε καὶ ἡμέραν, ἐν τῇ μελέτῃ τῶν θείων γραφῶν, διερχόμενοι τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον, τὸν διδασκαλίαν τοῦ μακαρίου Παύλου, λοιπὸν δὲ καὶ τὰς τῶν ἁγίων καὶ πανευφήμων Ἀποστόλων πράξεις ἀδιαλείπτως ἐντυγχάνοντες ὁμοίως καὶ τὰς προφητικὰς βίβλους. Ἐκ τούτου οὖν προσηύχοντο τῷ Θεῷ, ἵνα εἴ ὅτι ἐστὶν αὐτῷ εὐάρεστον, καταξιωθῶσιν ἐκχύσαι τὸ αἷμα αὐτῶν ὑπὲρ δ ὀνόματος αὐτοῦ, καὶ Συναριθμοὶ αὐτοὺς γενέσθαι δ κλήρου τῶν ἁγίων τῶν εὐαρεστησάντων.

tres fratres instruuntur

cum Erasmo eorum nepote;

5 Ἐν μιᾷ οὖν τῶν ἡμερῶν, ὄντος τοῦ ἁγίου Ὀνησίμου ἐν τῇ πόλει, καὶ διδάσκοντος πολλοὺς, ἰδού τις παρεγένετο ἀποσταλεὶς ἐκ τοῦ Βασιλέως Λικινίου, μεῖζον ὀπτολὴς ἧς ἔγραφαν κατὰ πᾶσαν ἐπαρχίαν, ἐκ τ Ῥωμαίων πόλεως, Νιγελλίων ὄνομα αὐτῷ. Οὗτος

qui edicto per Nigellionem proposito

εἰσελθὼν ἐν τῇ πόλει Πραφέκλων μετὰ στρατοπέδου πολλοῦ, καὶ πολλῆς ταραχῆς δι' αὐτοῦ γενομένης παντὶ τῷ λαῷ, ἐφοβήθησαν ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ Σφόδρα, καὶ ἐζήτουν ἀποδράσαι οἱ τ πόλεως ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ· ἦν γὰρ λοιμὸς καὶ ἀπάνθρωπος, καὶ πάνυ ὠμότατος καὶ παράνομος καὶ τῶν εὑρισκομένων. EX MS. VATICAN.

Προσκαλεσάμενος δὲ πάντας τοὺς ἐν ὑπεροχῇ ὄντας ἐν τῇ Πραφέκλων πόλει ἄρχοντας, μικρούς τε καὶ μεγάλους τοὺς ἐκεῖσε κατοικοῦντας, καὶ ἀνελθὼν ἐν τόπῳ ὑψηλῷ, ὃς ἦν ἐν μέσῳ τ πόλεως, ἐπέχων ἐν χερσὶν αὐτοῦ τὰ ἐκπεμφθέντα καὶ κελευσθέντα παρὰ δ Λικινίου δεινὰ καὶ ἀθεμίτα βλάσφημα ῥήματα διὰ τ ὀπτολῆς ἔτους· Λικίνιος μέγιστος ἀσεβαστος αἰώνιος Βασιλεὺς, τοῖς κατὰ πᾶσαν ἐπαρχίαν, πόλιν τε καὶ χώραν τῶν Ῥωμαίων ἀρχῆς στρατηγοῖς τε καὶ ἡγεμόσι, καὶ τοῖς κατ' ἔχοχὴν πᾶσι χαίρειν. Θεσπίζομεν πάντα Χριστιανὸν εὑρισκόμενον, ἀνδρας τε καὶ γυναῖκας, κατὰ πᾶσαν πόλιν τε καὶ χώραν, τιμωρίαις ὑποβάλλεσθαι πικροτάταις, πρὸς τὸ τοῖς θεοῖς ἡμῶν θύειν αὐτοὺς, ἀρνήσασθαι δὲ τὸν πλάνον ἐκεῖνον. Καὶ εἰ μὲν πείθοντο, ἀξιοῦσθαι συγγνώμης· εἰ δὲ μή γε, πονηρῷ θανάτῳ τῷ διὰ πυρὸς καὶ ξίφους παραδίδοσθαι τούτους προστάττομεν· εἰδότες ὡς εἴ τις κατά τι τῶν ἡμετέρων θείων τούτων ἀμελήσηται ἀποφάσεων, τὰς αὐτὰς ἐκείνοις τιμωρίας ὑφέξεται. Τῶν δὲ τοιούτων γραμμάτων ἀναγνωσθέντων ὑπὸ δ ἀσεβοῦς Νιγελλίωνος ἐν τῇ προειρημένῃ πόλει Πραφέκλων, ἐν ᾧ E ἦν ὁ ἅγιος Ὀνήσιμος, καὶ σὺν αὐτῷ οἱ ἄνδρες, οἳ ἦσαν ἐπακολουθήσαντες αὐτῷ ἐκ τῆς περὶ πόλεων καὶ χωρῶν, ἐφοβήθη πᾶς ὁ λαὸς τ πόλεως ἐκείνης· καὶ πάντων αὐτῶν ἀποκριθέντων τ παρισαμένων, Δέσποτα, δικαίως ἔκρινεν τὸ τούτων εὐσεβεσάτων κράτος, ἑτοίμως ἔχομεν πάντα πράττειν, καὶ πληροῦν καθὼς ἐπέταξας. Ταῦτα δὲ ἀκούσας ὁ Βιτάλιος, δρομέως ἀπίει εἰς τ οἶκον αὐτοῦ· καὶ εἰσελθὼν εἰς τ οἶκον, ἐν ᾧ ἦν ὁ ἅγιος Ὀνήσιμος καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ δεκατέσσαρες ἄνδρες, μέσων παρὰ τὰς πόδας αὐτοῦ, ἤρξατο αὐτῷ μετὰ δακρύων διαλέγεσθαι τὰ γενόμενα ἐν τῇ πόλει δεινὰ πράγματα. Ἀκούσας δὲ ὁ Ὀνήσιμος λίαν ἔχαρη ἐπὶ τούτῳ, λέγων τῷ Βιταλίῳ· Ἔδει σε οὕτω, ἀδελφὲ, ἐπὶ τούτῳ χαρῆναι μᾶλλον, ἢ λυπεῖσθαι.

à patre ex Onesimi sententia accersiti,

Ὁ δὲ λέγει αὐτῷ, Ναὶ κύριέ μου, καὶ πάνυ ἐχάρη καὶ ὁ δοῦλός σου, ἀλλὰ θρηνῶ τὴν τῶν πολλῶν ἀπόλειαν, ὅτι ἀρνούμενοι τ τ ὅλων δημιουργὸν τ σωτῆρα ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, λατρεύουσιν ἀψύχοις εἰδώλοις. Λέγει αὐτῷ ὁ ἅγιος Ὀνήσιμος· Σὺ δὲ τί βούλει τέκνον περὶ τῶν ἠγαπημένων ἡμῶν τε καὶ ὑμῶν τέκνων; Ὁ δὲ Βιτάλιος λέγει αὐτῷ· Βούλομαι, ἐὰν Χριστὸς αὐτοὺς F προσκέκληται, θυσίαν καθάραν αὐτοὺς προσενέγκαι αὐτῷ. Ἀλλὰ φωνήσωμεν αὐτοὺς ἐνθάδε, καὶ ἴδωμεν τὰ παρ' αὐτῶν λεγόμενα περὶ τ θείας ταύτης καὶ μακαρίας ὁδοῦ.

se ad mortem paratos ostendunt:

6 Ἀποστέλας δὲ ὁ Βιτάλιος ἕνα τ παίδων αὐτοῦ, προσεκαλέσατο τὰ παιδάρια ἐν τῷ τόπῳ, ἐν ᾧ ἦν ὁ ἅγιος Ὀνήσιμος, καὶ λέγει αὐτοῖς ὁ πατὴρ αὐτῶν, Ἠκούσατε τέκνα μου τὸ τί ἐναῦθα ἀπέστειλεν ἐν τῇ πόλει ἡμῶν ὁ παράνομος Λικίνιος διὰ τοῦ ἀσεβοῦς Νιγελλίωνος, τοῦ ἀρνήσασθαι τ Χριστὸν τ ἀληθινὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ προσκυνεῖν εἰδώλοις ματαίοις τε καὶ ἀψύχοις; Εὐθέως δὲ ἀποκριθέντες οἱ ἅγιοι τρεῖς παῖδες, ὡς ἐξ ἑνὸς σώματος, εἶπον τῷ πατρὶ αὐτῶν· Ναί φησι, πάτερ, ἠκούσαμεν, καὶ πάνυ κατεγελάσαμεν τοῦ αὐτοῦ παράνομον κέλευσιν, καὶ τὸ δόγμα αὐτοῦ τὸ Σατανικὸν παντελῶς διαπτύομεν· ἡμῖν μὴ γένοιτο ἀρνήσασθαι τ τ ὅλων ποιητὴν καὶ δημιουργὸν τ Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, μηδὲ τ ἀληθινὸν αὐτοῦ Πατέρα καὶ Θεὸν, μηδὲ τὸ σὺν αὐτοῖς ὑπάρχον πανάγιον καὶ ζωοποιὸν Πνεῦμα, ἤγουν τὴν ἁγίαν ὁμοούσιον καὶ ζωαρχικὴν Τριάδα· ἀλλ' ἑτοίμως ἔχομεν ἐκχύσαι τὸ αἷμα ἡμῶν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ. Ὁ δὲ πατὴρ αὐ-

EX MS. VATICAN.

αὐτῷ ταῦτα ἀκούσας παρὰ τῶν ἑαυτοῦ τέκνων, ἔδωκε δόξαν τῷ Θεῷ, λέγων· Εὐχαριστῶ σοι, Κύριε μου Ἰησοῦ Χριστὲ, ὁ καταξιώσας τὸν σὸν δοῦλον ταῦτα ἀκοῦσαι παρὰ τῶν ἐμῶν τέκνων. Οἶδας, Δέσποτα Κύριε ὁ Θεὸς, τὸ πῶς αὐτοὺς ὑπεστήριξας διὰ τοῦ παναγίου Πνεύματος χάριτος, γνωρίσαι τὸ σὸν ἅγιον καὶ ὑπερύμνητον ὄνομα. Αὐτὸς καὶ νῦν, Κύριε, σὸς ὁ βραχίων μελάδωσας εἰς σωτηρίαν αὐτοὺς ἐκ τῆς παρὰ τοῦ πυράννου μελλούσης αὐτοὺς ἐπάγεσθαι πολλῶν καὶ ἀνυποκάτων βασάνων· ἐνίσχυσον αὐτοὺς, Κύριε, πρὸς τὸ σὸν εὐάρεστον θέλημα, ἵνα ἐν ὑπομονῇ ὄντες, λάβωσι παρά σου ἔλεος καὶ σωτηρίαν ἐν τῇ φρικτῇ καὶ δευτέρᾳ παρουσίᾳ. Ταῦτα δὲ αὐτοῦ εἰπόντος, κρατήσας αὐτῶν τὰς χεῖρας, παρέδωκεν αὐτοὺς τῷ ἁγίῳ Ὀνησίμῳ, λέγων αὐτῷ· Εἰς χεῖράς σου παρατίθημι τὰ μειράκια ταῦτα, ὦ δέσποτα, δίδαξον αὐτοὺς τὰ Σύμβολα τῆς ὑπομονῆς, καὶ τὸ πῶς ἐκφυγεῖν δεῖ τὸν τοῦ κόσμου τούτου πλάνον, καὶ προσπελάζειν τῷ ἀπροσπελάστῳ, διὰ ὑπομονῆς καὶ καρτερίας, ὑποστηρίζων αὐτῶν τὰς καρδίας, μή πως ἀχμαλωτισθῇ ἀπὸ τῆς ὀρθῆς πίστεως. Ἐγὼ αὐτῶν ἐγινόμην καλὰ

B Σάρκα πατὴρ, καὶ ἡ μήτηρ αὐτῶν πρὸ ἐτῶν ὑπεξῆλθε τὸν ἀνθρώπινον βίον· ἐγώ τε αὐτοὺς ἐπαίδευσα τὰ κάλλιστα γράμματα, καὶ δι' αὐτῶν ἔγνωσαν τὸν ἀληθινὸν Θεὸν καὶ πατέρα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ αὐτὸν τὸν μονογενῆ αὐτοῦ υἱὸν, τὸ γέννημα τὸ ἀληθὲς τὸ προαιώνιον, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ζωοποιὸν ἅγιον Πνεῦμα, ἑνάδων διὰ τοῦ αὐτοῦ χάριτος δοξάζειν τὴν ἁγίαν καὶ μόνην ἰσοδύναμον Τριάδα. Ταῦτα ἀκούσας Ὀνήσιμος καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, ἔδωκαν δόξαν τῷ Θεῷ τῷ δόντι χάριν τοιαύτην τῷ ἀνδρὶ τοιαῦτα ἀποφθέγγεσθαι. Οὐκ ὤκνησε δὲ ἐκεῖσε ὁ Ἐρασμος, ὅτ' ἂν ταῦτα πρὸς ἀλλήλους διελέγοντο· παραγενόμενος δὲ πρὸς αὐτοὺς, λέγει αὐτοῖς· Τί τὰ ῥήματα ὑμῶν, ἃ πρὸς ἀλλήλους ἀντιβάλλετε; Οἱ δὲ διηγήσαντο αὐτῷ τὰ καλὰ καὶ παράνομον Νιγελίωνα. Ὁ δὲ Ἐρασμος λέγει αὐτοῖς· Ἐμοὶ ὄντι ἐν τῷ ἀγρῷ, τινές μοι περὶ αὐτοῦ διηγήσαντο, καὶ ἀκούσας ἐγὼ, ἐνέπνευσα αὐτῷ τὸν ἀναδῆ ζωοτυχίαν. Λέγει αὐτῷ ὁ Βιτάλιος· Τέκνον, ἰδοὺ τούτους τοὺς τρεῖς ἀδελφούς σου, παρέδωκα αὐτοὺς τῷ ἀνδρὶ τούτῳ, τῷ γενομένῳ προξένῳ τῆς ζωηρίας ἡμῶν, καὶ προθύμως ὑπέσχοντο

C ζωαθλῆσαι αὐτῷ, καὶ ἐκχύσειν τὸ αἷμα αὐτῶν ὑπὲρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ὁ δὲ Ἐρασμος ἔφη· Κἀγὼ ὕστερος ὁμολογῶ, καὶ Χριστιανὸν ἑαυτὸν ἀποκαλῶ· καὶ δέομαι ὑμῶν, ἐάσαι με, ἀλλὰ ζωὴ ἡμῖν εἶναι μεθ' ἡμῶν· καὶ ἐν τῇ μαρτυρίᾳ ἐν ᾗ βάλεσθε, σωὶ ὑμῖν εἰμι. Εἶτα παραλαβὼν αὐτοὺς ὁ ἅγιος Ὀνήσιμος, ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ ἐδίδασκεν αὐτούς. Τέκνα μου ἀγαπητὰ, ἀκούσατέ μου. Μνήσθητε τῶν εὐαγγελικῶν μαθημάτων, καὶ τῆς ἀψεύδους εὐαγγελικῆς ἐπαγγελίας λεγούσης, Ὃς ἂν ὁμολογήσῃ μοι ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων· ὁμολογήσω κἀγὼ αὐτὸν ἔμπροσθεν τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς· καὶ πάλιν ὁ μακάριος καὶ ἅγιος Παῦλος, ὁ τῆς οἰκουμένης διδάσκαλος, λέγει Οὐκ εἰσὶν ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ, πρὸς τὴν μέλλουσαν ἀποκαλύπτεσθαι εἰς ἡμᾶς ζωὴν. Μὴ προκρίνητε τὸν πρόσκαιρον ταύτην ζωὴν καὶ παρερχομένην τοῦ βίου σκιὰν τῆς φωνῆς καὶ ἀκηράτου ζωῆς, μηδὲ τὴν ματαίαν δόξαν τοῦ κόσμου τούτου τῆς οὐρανίου ἐλπίδος· ὅτι πᾶσα δόξα ἀνθρώπου ὡς ἄνθος χόρτου. Ὀλίγον ὑπομείνωμεν, καὶ μετὰ Ἀγγέλων εἰς ᾠδὴν ἀγαλλιασόμεθα. Ταῦτα τοῖς παιδαρίοις διελέγετο, καὶ τοῖς λοιποῖς τοῖς σὺν αὐτῷ, ὁ ἅγιος Ὀνήσιμος, λαλήσας μετρίως ἀκουομένῃ φωνῇ, καὶ ταύτῃ τῇ καλλίστῃ γνώμῃ στηρίξας τὸ λογισμὸν ἑαυτοῦ καὶ τῶν σὺν αὐτῷ, οὐκ ἐφοβήθησαν τὰς τοῦ τυράννου ἀπειλὰς, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀληθειαν λόγῳ καὶ ἔργῳ ἐκήρυξαν, καὶ τὸ προκείμενον τοῦ κολαστηρίου πῆδος καλεγέλασαν, μείζονα διδασκαλίαν σὺν τῇ ἀληθείᾳ αὐτῶν τῇ ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ, μνημοσύνα κάλλιστα ἐγκαλέλειπον. D

7 Ὑπῆρχον μὲν οὖν οἱ ἅγιοι οὗτοι τοῦ Χριστοῦ CAP. II
πανεύφημοι Μάρτυρες, Ἄλφιος, Φιλαδέλφιος καὶ Κυρινᾶς, καὶ Ἐράσμιος ἐκ τῶν Βασκόνων χώρας καθὼς καὶ προεγράψαμεν· πόλεως δὲ Πραιφέκτων, εὐγενεῖς τὸ τρόπον καὶ τῇ περιουσίᾳ λαμπροὶ, καὶ σωτῆρι θείᾳ κεκοσμημένοι. Ἔτι ἐκ παιδόθεν αὐτῶν ὑοὶ ὑπάρχοντες Βιταλίῳ Βάσκονος τυγχάνοντος, Ἄρχοντος δὲ καὶ πρώτου τῆς πόλεως Πραιφέκτων, ἐν εὐπορίᾳ δὲ αὐτοῦ ὑπάρχοντι πολλῇ. Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ εἶναι αὐτοὺς ἐκεῖ ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Βιταλίου, καὶ διδάσκεσθαι ὑπὸ τοῦ ἁγίου Ὀνησίμου, ἀκούσαντές τινες τῆς πόλεως τῶν ἁγίων ψαλμόντων, διέβαλλον αὐτοὺς τῷ Νιγελλίωνι, λέγοντες, Εἰσί τινες ἐν τῷ οἴκῳ Βιταλίου, τοῦ Ἄρχοντος ἡμῶν, τὸν ἀριθμὸν ιδ', οἵτινες λέγουσιν ἑαυτοὺς εἶναι Χριστιανοὺς, καὶ Χριστὸν καταγγέλλουσιν ἀναθεματίζοντες τοὺς ἀθανάτους θεοὺς, καὶ τὸ δόγμα τοῦ Αὐτοκράτορος διαπτύοντες. Ταῦτα ἀκούσας ὁ Νιγελλίων, καὶ θυμοῦ πληθεὶς, ἀπέστειλεν στρατιώτας ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Βιταλίου ἀγαγεῖν αὐτοὺς Συρομβύους ἐκ τῶν τριχῶν. Ἀπελθόντες δὲ οἱ στρατιῶται, εὗρον τὸν ἅγιον Ὀνήσιμον καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ δεκαπέντε ἄνδρας, καὶ τὰ παιδάρια σὺν αὐτοῖς. Φθάσαντες ἕως αὐτῶν, ἐπέβαλον ἐπ' αὐτοὺς τὰς χεῖρας, καὶ ἔσυρον αὐτοὺς ἐκ τῶν τριχῶν, καὶ ἤγαγον ἕως τοῦ Νιγελλίωνος. Καὶ στάντες ἐνώπιον αὐτοῦ, λέγει αὐτοῖς· Πόθεν ἐστὲ καὶ τί τὰ ὀνόματα ὑμῶν; Ὁ δὲ ἅγιος Ὀνήσιμος λέγει αὐτῷ· Χριστιανοί ἐσμεν καὶ σεβόμεθα τὸν Θεὸν τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς, καὶ δαίμοσιν οὐ θύομεν. Ὁ δὲ ἐκέλευσε λίθον λαβεῖν ἕνα τῶν στρατιωτῶν, καὶ καλαχλάσαι αὐτοῦ τὰς σιαγόνας. Ὁ δὲ στρατιώτης ἐποίησε τὸ προσαχθὲν αὐτῷ, καὶ λαβὼν λίθον, ἔτυπεν αὐτοῦ τὰς σιαγόνας, λέγων αὐτῷ· Σωφρόνως ἀποκρίνου τῷ Ἄρχοντι, καὶ μὴ ὕστερος αἰσχρῶς καὶ προπετῶς ἐνύβριζε τοὺς Θεούς. Ἰδόντες δὲ οἱ περὶ τὸν Ὀνήσιμον, ἔκραζον λέγοντες, Χριστιανοί ἐσμεν, ποιεῖ ὃ βούλει, ἀναδέσαι τύραννε. Ὁ δὲ Νιγελλίων, ἐκέλευσεν αὐτοὺς χρεμαδιῶσαι ἐκ τῶν τριχῶν, ἀπὸ πρωὶ ὥρας δευτέρας ἕως ἡλίου δυσμάς. Ἰδὼν δὲ ὁ ἀσεβὴς Νιγελλίων τὸ καρτερικὸν τῆς ὑπομονῆς αὐτῶν, ἐκέλευσε κατενεχθέντας ἀπελθεῖν ἐν τῇ φυλακῇ, καὶ ἀσφαλισθῆναι ἐν τῷ ξύλῳ. Πρωΐας δὲ γενομένης καθίσας ἐν τῷ πραιτωρίῳ, ἐν ᾧ ἐκεῖ διάγων, ἐκέλευσε τοὺς ἁγίους ἀχθῆναι εἰς μέσον, καὶ λέγει αὐτοῖς· Ὑμεῖς τί ἐσκέφθε περὶ τῆς ζωηρίας ἡμῶν; Λέγουσιν αὐτῷ οἱ ἅγιοι· Ἡμεῖς ἐσκεψάμεθα τοῦτο, καὶ τὸ ζῆν ὑμᾶς σὺν Χριστῷ, καὶ τὸ ἀποθανεῖν κέρδος. Λέγει αὐτοῖς ὁ Νιγελλίων· Ἄθλιοι, ποῖον κέρδος λήψεσθε ἀποθνησκόντων ἡμῶν; Λέγουσιν αὐτῷ οἱ ἅγιοι· Ναὶ κέρδος ἡμῖν ἐστι, μετὰ τὸν πάροδον τοῦ κόσμου τούτου εἶναι ἀεὶ σὺν Χριστῷ. E

8 Τότε ἐκέλευσεν ὁ Νιγελλίων δεθέντας αὐτοὺς a ὀπισθάγκονα ἀπελθεῖν ἑαυτοὺς ἕως τῆς Ῥώμης, πόλεως πρὸς Λικίνιον καὶ Βαλεριανὸν, παραδοὺς αὐτοῖς στρατιώτας ἱκανούς. Παραλαβόντες οὖν αὐτοὺς οἱ στρατιῶται ἐκ τῶν Βασκόνων χώρας, ἀπήγαγον αὐτοὺς ἐν Ῥώμῃ πρὸς τὸν Βασιλέα Λικίνιον. Καλαλαβόντων δὲ αὐτῶν τὴν πόλιν ἅμα τῶν στρατιωτῶν, ἤμελλε μὲν ὁ Λικίνιος καθ' αὐτὰς τὰς ἡμέρας ἀποκινεῖν ἐπὶ τὰ

a

commendat eos S. Onesimo,

Illegratias Deo agens

Comprehensi ducuntur ad Nigellionem,

& post Onesimi maxillas fractas

diu suspensi clauduntur carcere.

qui omnibus addit animos.

Romam

A τὰ ἀνατολικὰ μέρη, βυλόμενος παντελῶς ἐξάραι τὸ τῶν Χριστιανῶν γένος. Ἰδὼν δὲ τὰς ἄνδρας, πάνυ ἐχάρη εἰς πρόσωπον Νιγελλίωνος· προσκαλεσάμενος δὲ τὸ Βαλεριανόν, λέγει αὐτῷ. Ἡμεῖς, προσφιλέσαλε, ἀπερχόμεθα ἐν τῇ ἀνατολῇ, τοῦ τελείως ἐξάραι τὸ γένος αὐτῶν ἐκ τῆς ἡμετέρας Βασιλείας. Σὺ δὲ ἐνταῦθα καθεζόμενος ἐν τῷ δευτέρῳ ἡμῶν θρόνῳ, ὅπως ἐὰν εὕρῃς ἐπὶ τῷ ὀνόματι τούτῳ τῶν λεγομένων Χριστιανῶν ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας, ἐν πολλαῖς καὶ πικραῖς αὐτὰς τιμωρίαις ποίησον ὑπεξελθεῖν τὸν ἀνθρώπινον βίον. Ἐκέλευσέ τε αὐτὰς ὁ Βαλεριανὸς ἀπενεχθῆναι ἐν τῇ φυλακῇ, καὶ δεινῶς ἀσφαλισθῆναι ἐν τῷ ξύλῳ τὰς χεῖρας καὶ τὰς πόδας. Ἐν δὲ τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ ἐφάνησαν αὐτοῖς ἐν τῇ φυλακῇ οἱ ἅγιοι καὶ πανεύφημοι Ἀπόστολοι, φῶς δὲ μέγα περιέστραψεν ἐν τῇ φυλακῇ, καὶ εὐθέως περιέπεσον τὰ δεσμὰ τῶν ποδῶν αὐτῶν καὶ τὰ χειρῶν, καὶ εἶπον· χαίροις, Ὠνήσιμε δοῦλε Χριστοῦ, χαίρετε καὶ ὑμεῖς οἱ σὺν αὐτῷ· χαίρετε καὶ ὑμεῖς ἅγια μειράκια, τὰ καλῶς ἀναιρηφέντα καὶ ποθήσαντα τὸν Χριστὸν ἐκ παιδόθεν ὑμῶν· δεῖ γὰρ ὑμᾶς πολλὰ παθεῖν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ταῦτα αὐτῶν εἰπόντων, ἀσπασάμενοι αὐτοὺς οἱ ἅγιοι Ἀπόστολοι, ἀπῆλθον ἀπ' αὐτῶν. Ἦσαν δὲ περιπατοῦντες ἐν τῇ φυλακῇ ὡς μηδὲν ἔχοντες.

in carcere visitantur ab Apostolis.

B

9 Εἶτα μεθ' ἡμέρας ζ' ἐκέλευσεν αὐτοὺς ὁ Βαλεριανὸς ἐξελθεῖν ἐκ τῆς φυλακῆς καὶ ἄγεσθαι πρὸς αὐτόν. Ἐλθόντων δὲ αὐτῶν, ὑδὲν αὐτοὺς ἀνέκρινεν ὁ Βαλεριανός, ἀλλ' ἔκρινεν αὐτοὺς ἐν ἑνὶ τόπῳ, ὅπως ἑτοιμάσῃ πᾶν εἶδος βασάνων αὐτοῖς. Θεασάμενοι δὲ οἱ Ἅγιοι τοσαύτων καὶ τοιούτων μανίαν παρὰ τῶν θεραπευτῶν τῶν εἰδώλων, μᾶλλον δὲ τῶν δαιμόνων, ἀθλητικῶς ἀποδυσάμενοι ἅπαντες, καὶ πάντες προθύμως ἐν μέσῳ τοῦ Βασιλικοῦ βήματος τοῦ Συγκλήτου, καὶ πάντων τῶν στρατηγῶν καθημένων, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐπ' ἐξουσιῶν παρεστηκότων, ἔκραξαν οἱ Ἅγιοι λέγοντες, Χριστιανοί ἐσμεν πάντες οὗτοι, ὃς ὁρᾶτε· ὃς καὶ δεσμίους ἐνέκλεισας ἐν τῇ φυλακῇ, ἀναιδέστατε Βαλεριανέ· διὸ θαρροῦντες εἰς τὸν ἀληθινὸν καὶ ἐπουράνιον Θεόν τε καὶ Βασιλέα Χριστὸν ἕστημεν μέσωθεν ἡμῶν, θαυμάζοντες τὴν τοσαύτην πλάνην ὑμῶν, ὅτι περὶ τὰ εἴδωλα ἔχετε, ἀγνοοῦντες τὸν μόνον ζῶντα καὶ ἀληθινὸν Θεὸν τὸν τῶν ἁπάντων δημιουργόν, ὃς καὶ τὴν βασιλείαν δέδωκε τῷ Λικινίῳ. Διό, Βαλεριανὲ καὶ πάντες οἱ συγκαθήμενοί σε, μὴ πλανᾶσθε σεβόμενοι εἰδώλοις κωφοῖς καὶ ἀναισθήτοις. Ἐμβλέψας δὲ εἰς αὐτοὺς ὁ Βαλεριανός, λέγει αὐτοῖς· Μανθάνομεν περὶ ὑμῶν, ἄνθρωποι, ὅτι ἐν φρονήσει εὐδοκιμεῖτε ἀεί· προσέλθετε οὖν καὶ θύσατε τοῖς θεοῖς ἡμῶν, ἵνα μὴ κακῶς ἀποθάνητε, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον τοῦ Αὐτοκράτορος προσφιλίας ἀπολαύσητε, τιμῆς τε καὶ πλούτου περιουσίᾳ τύχητε, διὰ τὴν ἡμετέραν προνοίαν, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν παῤῥησίαν· αὕτη γὰρ ὑμῶν ἡ ματαία παῤῥησία οὐκ ὠφελήσει ὑμᾶς. Ἀποκριθέντες δὲ οἱ Ἅγιοι εἶπον τῷ Βαλεριανῷ· Εἶθε, ἄθλιε Βαλλεριανέ, ἀναστοχάσαιο καὶ ἐπέγνως τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεόν, ἵνα καὶ ἐπὶ γῆς βασιλείας ἀξιωθῇς· αὕτη γάρ σε ἡ ἐξουσία προσκαίρως ἔδωκεν, αἱ δὲ ἐπαγγελίαι σου καὶ αἱ κολάσεις οὐκ ἂν τὸ σαθρὸν τῆς πρὸς τὸν Θεὸν ἡμῶν εὐσεβείας παρασαλεύσαι δυνηθεῖεν· αἱ οὖν τιμαί σου σοὶ ἔσονται, ὡς καί που ἄλλῃ γέγραπται, αἱ δὲ ἐπαγγελίαι σου ἔσωσαν τοὺς πεποιθότας σοι· ἡμεῖς γὰρ Χριστὸν ἔχομεν τὸν ἐπουράνιον Βασιλέα, παρέχοντα ἡμῖν δόξαν καὶ νίκην κατὰ τοῦ πατρός σου τοῦ Σατανᾶ, καὶ τῶν ὑπηρετῶν αὐτοῦ. Θυμωθεὶς δὲ ὁ Βαλλεριανός, ἐκέλευσεν αὐτοὺς γυμνοὺς παραδοθῆναι καὶ βουπεύροις ἀφειδῶς τυπτεσθαι αὐτούς. Λαβόντων δὲ αὐτῶν τὰ βύτευρα, ἐκέλευσεν παραδοθῆναι αὐτοὺς τοῖς στρατιώταις καὶ ἀγαγεῖν αὐτοὺς ἐν τῇ φυλακῇ, ἕως οὗ σκέψηται περὶ αὐτῶν. Ἀπενεχθέντων δὲ αὐτῶν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, πᾶσαν τὴν νύκτα ὑπεστήριζεν αὐτοὺς ὁ ἅγιος Ὠνήσιμος, λέγων πρὸς τοὺς ἁγίους καὶ μακαρίους παῖδας, Ἄλφιον, Φιλαδέλφιον, Κυρίνον καὶ Ἔρασμον· Χαίρετε τέκνα ἠγαπημένα παρὰ Κυρίῳ· ἰδοὺ ἤγγικε τὸ ἀθλήσεως τοῦ μαρτυρίου· ἰδοὺ μικρόν, καὶ ἥξομεν εἰς λιμένα εὔδιον, καὶ εὕρομεν ἀνάπαυσιν ὑπὸ τοῦ μισθαποδότου Χριστοῦ. Ταῦτα καὶ ἕτερα πολλὰ οὐκ ἐπαύετο ὁ ἅγιος Ὀνήσιμος ὑπομιμνήσκων πάντας, ἀκαρέτως τὰ μειράκια.

Coram Senatu

fidem ultro profitentur:

promissa respuunt:

nervis cæsi animantur ab Onesimo:

EX MS. VATICAN.

10 Εἶτα ἐπὶ τὸν αὔριον ἐκέλευσεν αὐτοὺς ἀχθῆναι πρὸς αὐτὸν ὁ Βαλεριανός, καὶ σκεψάμενος περὶ αὐτῶν, ἐκέλευσε γραφῆναι ὑπομνήματα, τῷ μὲν πρώτῳ ὕστερον· Βαλεριανὸς, ὁμόφρων καὶ συγκάθεδρος τοῦ ἀεὶ Σεβαστοῦ καὶ μεγίστου ἀγωνίου Βασιλέως Λικινίου, πρὸς Διομήδην τὸν Ἄρχοντα τῆς Πολιόλων, καὶ τὰ ἐκεῖσε μερῶν, πάντοτε χαίρειν. Ἐπειδὴ γινώσκοντες τὸν εὐπρόθυμον καὶ γαλλιανότητος, ὃ κέκλικεν πρὸς τοὺς ἀθανάτους ἡμῶν θεοὺς, ἐνταῦθα ἡμῖν ἐπέμφθησαν ὑπὸ Νιγελλίωνος τοῦ φιλτάτου ἡμῶν τέκνου, ἄνδρες δεκατέσσαρες, καὶ παιδάρια τέσσαρα, οἳ λέγουσιν ἑαυτοὺς ἀδελφοὺς τυγχάνειν, ἄνδρες βλάσφημοι καὶ προπετεῖς σφόδρα, ὥστε καὶ πᾶσαν αὐτῶν ἐρώτησιν ἀναθεματίζοντες καὶ παύοντας τοὺς θεοὺς ἡμῶν. Ἔστι δὲ αὐτῶν προϊσάμενος Ὠνήσιμός τις λεγόμενος. Καὶ τὸν μὲν Ὠνήσιμον καὶ ἑτέρους δεκαέσσαρας σὺν αὐτῷ, ἐκρίναμεν προσάπτομεν διὰ πολλῶν καὶ πικρῶν στρεβλώσεων τελειωθῆναι· τοὺς δὲ ἑτέρους τρεῖς παῖδας ἀποστεῖλαι ἐν Σικελίᾳ πρὸς Τέρτυλλον, τύλεσιν, Ἄλφιον, Φιλάδελφον καὶ Κυρίνον, πρὸς τὸ τὴν Σικελίας διέποντα ἀρχήν. Βληθέντων οὖν αὐτῶν ἐν τῷ πλοίῳ ἅμα καὶ στραπιωτῶν, καὶ διαπερασάντων ἀπὸ Ῥώμης ἦλθον ἐν Ποτιόλοις. Δεξάμενος δὲ ὁ Διομήδης τὰ παρὰ τοῦ Βαλλεριανοῦ πεμφθέντα αὐτῷ γράμματα, καὶ περιχαρὴς γενόμενος, ἐκέλευσε τοὺς ἄνδρας ἀπενεχθῆναι ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ. Εἶτα μεθ' ἡμέρας τρεῖς ἐκέλευσεν [ἀχθῆναι] αὐτοὺς ἐκ τῆς φυλακῆς καὶ καθίσας ἐπὶ τοῦ βήματος, προσκαλεσάμενος τὸν Ὠνήσιμον λέγει αὐτῷ· Οὐκ εἶ σὺ Ὠνήσιμος, ὁ τὸν λαὸν τοῦτον ἀπατῶν εἰς τὰς κενάς σου καὶ μωρὰς διδασκαλίας; Λέγει αὐτῷ· Ἐγὼ μέν εἰμι ὁ Ὠνήσιμος, Χριστιανὸς δὲ τυγχάνω κἀγὼ καὶ οἱ σὺν ἐμοὶ ὄντες παρεστηκότες. Λέγει αὐτῷ ὁ Διομήδης· Πόθεν ἀπεπλάνησας ταῦτα τὰ παιδάρια. Ὁ δὲ ἔφη· Οὐκ ἀπεπλάνησα μᾶλλον, ἀλλ' εἰς τὴν ὁδὸν τῆς ἀληθείας ὡδηγήθησαν διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ χάριτος. Λέγει αὐτῷ ὁ Διομήδης· Πανκάκιστε, πῶς ἐτόλμησας ἐνώπιόν μου ὀνομάσαι Χριστὸν, ὃν ἐγὼ φέρω ἐγὼ ἀκοῦσαι. Λέγει αὐτῷ ὁ ἅγιος Ὠνήσιμος· Ἄφρων καὶ ἀναίδητε, καὶ τῆς ἀληθείας ἐχθρὲ, πῶς οὐ μὴ ὀνομάσω τὸ ὄνομα τὸ φοβερὸν τὸ καὶ σὲ καὶ πᾶσαν πνοὴν ἀνθρώπων δημιουργήσαν; ἀσεβῆ καὶ παράνομα; Τότε ὀργισθεὶς ὁ Διομήδης, καὶ θυμοῦ πολλοῦ πλησθεὶς κατὰ τοῦ ἁγίου Ὠνησίμου, ἐκέλευσεν αὐτὸν ὕπτιον τεθῆναι, προσάξας ἐνεχθῆναι λίθον παμμεγεθῆ, καὶ τεθῆναι αὐτῷ εἰς τὴν κοιλίαν. Καὶ βασάνιλες αὐτὸν οἱ δήμιοι, καὶ ἐλθόντες, ἔῤῥιψαν αὐτὸν ἐπὶ τὴν κοιλίαν τοῦ ἁγίου Ὠνησίμου, καὶ οὕτω παρέδωκε τὸ πνεῦμα τῷ Θεῷ. Τοὺς δὲ λοιποὺς ιγ' καὶ τὸν Ἔρασμον ἐκέλευσεν αὐτοὺς τῷ ξίφει παραδοθῆναι. Καὶ ἐκβαλόντες αὐτοὺς ἔξω τῆς πόλεως οἱ δήμιοι, ἀπέτεμον αὐτῶν τὰς κεφαλάς.

cum litteris Valeriani traduntur Diomedi Puteolis,

qui ceteris interfectis,

11 Εἶτα ἔμειναν οἱ τρεῖς οὗτοι ἀδελφοὶ Ἄλφιος Φιλα-

EX MS. VATICAN.

Φιλαδέλφι☩ καὶ Κυρίν☩· καὶ ἀγαγὼν αὐτοὺς ἐμπροσθεν αὐτοῦ ὁ Διομήδης, λέγει αὐτοῖς· Πόθεν ἐστὲ ὑμεῖς παῤῥάρια; Ἡ θέα ὑμῶν φανερά ἐστιν, ὅτι ὑμεῖς ἀνδρός τινος ἐστε τέκνα πλουσίου καὶ φίλου τοῦ Αὐτοκράτορ☩ καὶ Ἐπάρχου Βαλεριανοῦ. Δεῦτε οὖν τέκνα Συμβουλεύσω ὑμῖν ἀγαθὴν Συμβουλίαν· φείσασθε τῆς κάλλους τῆς νεότητ☩ ὑμῶν, καὶ μὴ ἔτω κακῶς ἀπολεῖσθε· ἀρνήσασθε δὲ τὸν ματαίαν πίστιν ὑμῶν, καὶ θυσιάσαντες θύσατε τοῖς ἀηττήτοις καὶ ἀθανάτοις θεοῖς, καὶ παρακαλέσαι αὐτοὺς ὅπως δώσουσιν ὑμῖν Συγγνώμην· πάλιν δὲ καὶ τιμὴν λήψεσθε παρὰ τοῦ Αὐτοκράτορ☩, καὶ πρώτους ὑμᾶς ποιήσει, καὶ ἄρξετε λαῶν πολλῶν. Οἱ δὲ ἅγιοι παῖδες ἀποκριθέντες εἶπον αὐτῷ· Ἄκουσον Διομήδη, τὰ δώρατά σου σοὶ ἔσωσαν, ὡς καὶ σὺ γέγραπται, αἰσχυνθήτωσαν γάρ φησι, καλὰ τὰ μελῳδὸν Προφήτην, πάντες οἱ προσκυνοῦντες τοῖς γλυπτοῖς· ἡμεῖς δὲ σεβόμεθα τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, τὸν Πατέρα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ αὐτὸν τὸ μονογενῆ υἱὸν τοῦ Πατρὸς, καὶ ζωοποιὸν Πνεῦμα, ὅσις σε παραδώσει εἰς τὸν γέενναν τοῦ πυρὸς τοῦ αἰωνίου· καὶ οἱ θεοὶ ὑμῶν, οὓς σέβεσθε, οὐ μὴ δυνηθῶσιν ὑμῖν βοηθῆσαι· λίθοι γάρ εἰσιν καὶ ξύλα ἀναίσθητα, μήτε φωνὴν ἔχοντες μήτε νοῦν, ὅμοιοι αὐτῶν γένοιντο οἱ ποιοῦντες αὐτά· διὰ αὐτῶν γὰρ ὑμᾶς ἀπατᾷ ὁ Σατανᾶς τοῦ σπαταλεῖσθαι ὑμᾶς σὺν αὐτοῖς. Ταῦτα ἀκούσας ὁ Διομήδης, ἐθαυμάσθη καλὰ τὰ νέων παίδων, καὶ λέγει αὐτοῖς· Οὐχ ὁρᾶτε τοὺς ἑαυτοῦ ὑμῶν τὸ ὡς πικρῷ θανάτῳ αὐτοὺς παρέδωκεν ἡ αὐτῶν ἀπόνοια; Ἐκελεύσθην ὑπὸ τοῦ Συγκαθέδρου τοῦ Αὐτοκράτορ☩ Βαλεριανοῦ, ἵνα ἀποσείλω ὑμᾶς εἰς χώραν μακράν, ἵνα ἐκεῖσε θεώμενοι ὑμᾶς οἱ τοῦ τόπου ἐκείνου ἄνθρωποι ἀκιζομένους δεινᾶς τιμωρίας, μάθωσι δὲ ὑμῶν μὴ ἀντιλέγειν δεσπότας. Λέγουσιν αὐτῷ οἱ Ἅγιοι· Ὦ βούλει, ἀσεβέσατε καὶ τῆς ἀληθείας ἐχθρὲ, ποιεῖν, ποίησον σὺ τάχει. Ὁ δὲ Διομήδης ἐκέλευσε τύπτεσθαι αὐτῶν τὰ σώματα μέλα λίθων, λέγων αὐτοῖς· Μὴ ἐπαίρεσθε καὶ τῶν Θεῶν καὶ καὶ τοῦ Αὐτοκράτορ☩ Λικινίου μὴ βλασφημεῖν. Τότε λοιπὸν ὁ Διομήδης, ἰδὼν ὅτι οὐδὲν ἰσχύει πρὸς τὰ παιδάρια, ἐκέλευσεν αὐτοὺς ἀπενεχθῆναι σὺν τῇ φυλακῇ, καὶ σὺν τῷ ξύλῳ ἀσφαλισθῆναι, ἕως ἂν ἑτοιμάσῃ πλοῖον καὶ ἀποσείλῃ αὐτοὺς σὺν Σικελίᾳ πρὸς τὸν ἀνθύπατον Τέρτυλλον, τὸν Ἄρχοντα τῶν Σικελῶν ἐπαρχίας. Ὅπλων δὲ τῶν Ἁγίων σὺν τῇ φυλακῇ ἄϋπνοι διετέλουν ἕως ὀρθρου ψάλλοντες καὶ προσευχόμενοι τῷ Θεῷ, ὅπως δώσει αὐτοῖς καταλαβεῖν τὸ βραβεῖον τῆς Μαρτυρίας, καὶ καταξιώσῃ αὐτοὺς μὴ χωρισθῆναι τοῦ χόρου τῶν Ἁγίων, τῶν πρὸ αὐτῶν τελειωθέντων.

blanditiis & minis superiores invenit,

tres fratres

B

C

b

CAP. III

Mittuntur cum litteris Valeriani in Siciliam ad Tertyllum,

12 Καὶ μεθ' ἡμέρας ἡ ἑτοίμασεν ὁ Διομήδης πλοῖον· ἀγαγὼν δὲ τοὺς ἁγίους παρέδωκεν αὐτοὺς Σιλβανῷ τινὶ ἀνδρώπῳ b λυμῶ καὶ θηριώδει· καὶ ἐμβὰς σὺν αὐτοῖς εἰς τὸ πλοῖον, ἐξῆλθον ἀπὸ Πολιόλων, καὶ κατέλυσαν σὺν τῇ Μεσινῶν πόλει· κἀκεῖθεν δύσαντες τοὺς Ἁγίους, ἦλθον σὺν τῷ λεγομένῳ Ταυρομενίῳ· καὶ Συγκυρίαν δὲ ἐκεῖ ὡς ὁ Τέρτυλλ☩, πολλοὺς Χριστιανοὺς ἐκεῖ ἀνελών. Εἰσελθὼν δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ Σιλβανὸς, ἐπέδωκεν αὐτῷ τὰ ἀποσταλέντα αὐτῷ γράμματα παρὰ τοῦ Βαλεριανοῦ πεμφθέντα αὐτῷ, ἔχοντα τὸν τύπον τοῦτον. Βαλεριανὸς Ἔπαρχ☩ ὁμόφρων καὶ Συνέδρ☩ τοῦ Κυρίου μου Λικινίου, ἀεισεβάστου, μεγίστου, ἀγωνίου Αὐτοκράτορ☩, καὶ τοῦ τῶν Ῥωμαίων πιστευθεὶς ὑπ' αὐτοῦ ἀρχοῦ, Τερτύλλῳ τῷ ἀγαπητῷ τέκνῳ τοῦ Σικελῶν διπόντι ἐπαρχίαν. Ἐπειδὴ πᾶσα ἡ οἰκουμένη πειθαρχήσασα τῷ δόγματι τοῦ Αὐτοκράτορ☩, πρὸς τὸ θύειν καὶ σέβεσθαι τοῖς ἀηττήτοις καὶ ἀθανάτοις θεοῖς· τὸ δὲ κάκιστον τῶν Χριστιανῶν καὶ ἀπειθὲς γένο☩, ὑδαμῶς δυώνατο τῷ δόγματι τοῦ Αὐτοκράτορ☩ ὑπολαγῶσαι· ἐπέμφθησαν ὑπ' ἐμοῦ ἐκ τῶν Βασκόνων χώρας παρὰ τοῦ φιλάτου ἡμῶν Νιγελλιανός τινες ἄνδρες, ἄγνωστοι καὶ ἰδιῶται τὸ ἀριθμὸν ιη'. καὶ τούτων μὲν μὴ πειθόντων θύσαι τοῖς θεοῖς, τούτους ἀπεστείλαμεν σὺν Ποτιόλοις πρὸς Διομήδην ὁμόψυχον ἡμῶν, κελεύσαντες, τοὺς μὲν δεκαπέντε ἐκέντησε μὴ πειθομένους θῦσαι· πολλοὺς δὲ καὶ δεινᾶς τιμωρίας τούτους καθυπόβαλε· ἕως οὗ τὸ ζῆν ἀπαλλαγῶσι· τρία δὲ ἐξ αὐτῶν ἀπεστείλαμεν πρός σε μειράκια πάνυ ὡραῖα, ἵνα σὺν γαλήνιότητι τοῦ σου προσώπου ταῦτα ποιήσῃς θῦσαι τοῖς ἀθανάτοις θεοῖς, τούτου γὰρ χάριν αὐτοὺς ἀπεχωρήσαμεν ἐκ τῶν μιαρῶν ἐκείνων, διὰ αὐτῶν γὰρ καὶ οὗτοι παρ' αὐτῶν ἀπαλώμενοι ἀνέλεγον· καὶ εἰ μὲν πείθοιντο ἂν ταῖς Σαῖς παραινέσεσι, καὶ θύσωσι τοῖς θεοῖς, Συγγνώμην ἐκέτωσαν, καὶ μετὰ πάσης τιμῆς πρὸς ἡμᾶς ἀπόστειλον, ὁ γὰρ Αὐτοκράτωρ αὐτῶν χρείαν ἔχει· αὐτῶν δὲ μὴ πειθομένων, πᾶν εἶδ☩ βασάνων ὑπομενοῦσιν ἡ σὴ ἀνδραγαθία ἐπινέγκει αὐτοῖς, ὅπως διὰ πολλῶν καὶ ποικίλων στρεβλώσεων ἐπαγομένοις αὐτοῖς, τὸν τοῦ παρόντ☩ βίου ζωὴν τιμωρούμενοι ὑπεξέλθωσιν· ἡμεῖς γὰρ γινώσκομεν τὸ Σωτήριον καὶ εὐπρόθυμον, ὃ κέκληκας πρὸς τοὺς ἀθανάτους θεοὺς, λοιπὸν ὑπ' καὶ εἰς τὸν Αὐτοκράτορα καὶ εἰς ἡμᾶς.

D

E

Taurominii examinati a Tertyllo

13 Καὶ ταῦτα ἀναγνοὺς ὁ φονώδης Τέρτυλλ☩, ἐκέλευσε παραστῆναι τὰ παιδάρια ἐνώπιον αὐτοῦ· καὶ περιβλεψάμεν☩ αὐτοὺς, ἐθαύμασε τὴν εὐπρέπειαν τοῦ προσώπου αὐτῶν, καὶ λέγει αὐτοῖς· Πόθεν ἐστὲ, καὶ ἐκ ποίας πόλεως; καὶ ποίαν θρησκείαν σέβεσθε; καὶ τί ὑμῶν καλοῦνται τὰ ὀνόματα; Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ ἅγι☩ Ἄλφι☩, λέγει αὐτῷ, Ἐγὼ μὲν Ἄλφι☩ καλοῦμαι· ὁ δὲ ἕτερ☩ ἀποκριθεὶς, Κἀγὼ Φιλάδελφ☩· ὁ δὲ τρίτ☩, Κυρίν☩ λέγομαι· ὁρμούμεθα δὲ ἐκ τῶν Βασκονῶν χώρας, πόλεως λεγομένης Πραιφέκλων, Χριστιανοὶ δὲ τὴν θρησκείαν ὑπάρχομεν. Λέγει αὐτοῖς ὁ Τέρτυλλ☩ γαληνῷ τῷ προσώπῳ· Ἀρνήσασθε οὖν ὃν λέγετε Σέβεσθαι Χριστὸν, καὶ πειθόμενοι θύσατε τοῖς ἀθανάτοις θεοῖς. Οἱ δὲ Ἅγιοι λέγουσιν αὐτῷ· Αὐτοὶ θεοὶ οὐχ ὑπάρχουσιν, ἀλλὰ λίθοι καὶ ξύλα ἀναίσθητα· καὶ σὲ ὁ πατὴρ Σου ὁ διάβολ☩ ἀναγκάζει θύειν αὐτοῖς, τοῦ μετ' αὐτοῦ εἰσελθεῖν εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, τὸ ἡτοιμασμένον αὐτῷ τε καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ. Ταῦτα ἀκούσας ὁ ἀμοβόρ☩ καὶ φονώδης καὶ παμμιαρώταλ☩ Τέρτυλλ☩, ἐκέλευσεν αὐτῶν τὰς τρίχας ξυρίσαι, καὶ λυθῆναι πίσσαν, καὶ ἐκχύσαι ζέσης πίσσης ἐπὶ τὰς κεφαλὰς αὐτῶν, καὶ τὰς ὄψεις αὐτῶν μελανῶσαι τῇ πίσσῃ. Καὶ ἐκέλευσεν ἀχθῆναι ξύλον καὶ πελεκῆσαι αὐτῷ, καὶ γενέσθαι κλοιὸν, καὶ ἐμπλεχθῆναι περὶ τὸν τράχηλον αὐτῶν· καὶ σὺν αὐτῷ τῷ ξύλῳ καὶ τὰς χεῖρας αὐτῶν ἐμβληθῆναι· καὶ ἀπελαύνειν αὐτοὺς οἱ στρατιῶται ἕως τοῦ Λεοντίνων Μεσοπόλεως. Ἀπερχόμενοι δὲ σφόδρα αὐτοὺς ἀπεβάρυνε τὸ ξύλον· καὶ ὀλιγοθυμήσας ὁ ἅγι☩ Φιλάδελφ☩, λέγει τοῖς ἀδελφοῖς· Εὔξασθε, ἀδελφοὶ, περὶ ἐμοῦ, μέλλω γὰρ ἐκλείπειν. Οἱ δὲ τὸ ὅμμα εἰς τὸν οὐρανὸν ἄραντες, εἶπον· Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, ὁ Θεὸς ὁ Πατρὸς ἡμῶν, ἐπάκουσον ἡμῶν σὺν τῇ ὥρᾳ ταύτῃ, καὶ κούφισον ἐξ ἡμῶν τὸν κλοιὸν τοῦτον, καὶ τὰ μεμελανωμένα ἡμῶν πρόσωπα καθάρισον· ἵνα ἡ σὴ εἰκὼν, ἣν ἔδωκας τῷ πλάσματί σου, ἔστιν ἀκηλίδωτ☩, ἵνα κἂν ἡμεῖς ἔχωμεν παῤῥησίαν διά σου ἀντιλέγειν τῷ ἀλάστορι Τερτύλλῳ. Ταῦτα δὲ αὐτῶν προσευξαμένων, ἰδοὺ ἐξαίφνης γέγονεν ἐπ' αὐτοὺς ὡς ἀστραπὴ καὶ ταραχὴ ἀνέμου, καὶ ἔπεσον οἱ στρατιῶται ἐπὶ πρόσωπον αὐτῶν, καὶ ἐγένοντο ὡς νεκροὶ, καὶ ἤρθη ἀπ' αὐτῶν ὁ κλοιὸς,

Tauromenii examinati a Tertyllo

D

& piceper-fusi mittuntur vincti Leontinos:

καὶ

A καὶ ἐβρίπτησαν εἰς τὴν θάλασσαν. Καὶ ἰδού τις φοβερὸς ἦν ἄλλος τῇ κεφαλῇ αὐτῶν καὶ τῷ προσώπῳ, καὶ ἐκαθαρίσθησαν ὡς τὸ φῶς, καὶ αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς αὐτῶν ἀνέτειλαν, καὶ ἐγένοντο καθὼς ἦσαν τὸ πρότερον. Καὶ περιβλεψάμενοι ἀλλήλους, καὶ ἰδόντες ὅτι ἐκαθαρίσθησαν, καὶ ὁ χλοιὸς ἀπ-
ἐπεσεν ἀπ' αὐτῶν, καὶ ἐβρίπτησαν εἰς τὴν θάλασσαν, ἔβρεψαν ἑαυτοὺς ἐπὶ πρόσωπον ἐπὶ τὴν γῆν, κλαίοντες καὶ λέγοντες, Εὐχαριστοῦμέν σοι, Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ καταξιώσας ἡμᾶς διὰ τὸ ἅγιον ὄνομά σου, τυχεῖν ἰάσεως· καὶ τί ἀνταποδώσομέν σοι περὶ πάντων ὧν ἀνταπέδωκας ἡμῖν ἀγαθῶν· σὺ Κύριε ἡ ὑπομονὴ καὶ καταφυγή, καὶ ἄς σε ἐλπίζοντες βουλόμεθα νικῆσαι τὸ ἀρχέκακον διάβολον· σὺ γὰρ εἶ Θεὸς τῶν πεποιθότων ἐπί σοι.

14 Ταῦτα δὲ αὐτῶν εἰπόντων, προσελθόντες ἤγειραν τοὺς στρατιώτας οἳ ἦσαν τὸ ἀριθμὸν τεσσαράκοντα. Ἀνασάντες δὲ οἱ στρατιῶται, καὶ ἰδόντες τοὺς Ἁγίους, ἐθαύμασαν τὸ πῶς ἤρθη ὁ χλοιὸς ἐκ τοῦ τραχήλου αὐτῶν καὶ γέγονεν ἀφανὴς· καὶ τὸ πῶς παραχρῆμα ἀνέτειλαν αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς αὐτῶν. Ἔλεγον δὲ πρὸς ἀλλήλους οἱ στρατιῶται· Ἀληθῶς Θεὸς ἀληθινός ἐστιν, ὃν σέβονται τὰ ἅγια ταῦτα παιδάρια. Οὐκ ἐτόλμησαν δὲ οἱ στρατιῶται προσεγγίσαι αὐτοῖς, καὶ ἐπιβαλεῖν ἐπ' αὐτοὺς τὰς χεῖρας, ἰδόντες
B παράδοξα τὰ γενόμενα ἐν αὐτοῖς, μόνον ἠκολούθουν αὐτοῖς. Αὐτοὶ δὲ μετὰ πάσης προθυμίας καὶ χαρᾶς ἐπορεύοντο ἐπὶ τὸ μαρτύριον τοῦ ἀθλήσεως αὐτῶν. Ὑποσυρίζων τε αὐτοὺς ὁ ἅγιος Ἅλφιος, ἔλεγεν· Ἀδελφοί, οἱ δαμὼν τὴν διδαχὴν τοῦ πατρὸς ἡμῶν, τὸ πῶς ἡμᾶς ὑπεμίμνησκεν, ὅτ' ἂν ἡμᾶς παρέδωκε τῷ ἁγίῳ καὶ πνευματικῷ ἡμῶν πατρὶ Ὠνησίμῳ, λέγων· Βλέπετε, τέκνα μου, ὡς ἐν τῷδε τῷ βίῳ οὐκ ἐχωρίσθητε, μηδὲ ἐνώπιον τοῦ δικαίου κριτοῦ ἐν τῇ τῶν δικαίων πρὸς αὐτὸν παῤῥησίᾳ. Μὴ οὖν χωρισθῶμεν, ἀδελφοί, ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν· μὴ θροήσωσιν ἡμᾶς αἱ τῶν τυράννων ἀπειλαί, μηδὲ τὰ βασάνων αὐτοῦ αἱ ἐπίνοιαι· αὐτὸς γὰρ ὁ Κύριος ἡμῶν ἐκ τοῦ παναγνοῦς αὐτοῦ σώματος ἔφησεν ἐν εὐαγγελίοις· Μὴ φοβηθῆτε ἀπὸ τῶν ἀποκτεννόντων τὰ σώματα ὑμῶν, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι· φοβήθητε δὲ μᾶλλον τὸν δυνάμενον καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα ἀπολέσαι ἐν γεέννῃ· αὐτὸν οὖν φοβηθῶμεν, ἀδελφοί, γινώσκοντες ὅτι ἀψευδὴς ὁ ἐπαγγειλάμενος· ταῦτα μὲν καὶ ἄλλα πολλὰ ὁ ἅγιος Ἅλφιος διελέγετο τοῖς δυσὶν ἀδελφοῖς αὐτοῦ, περιπαλύντων αὐτῶν ἐν τῇ ὁδῷ. Καταλήσαντες οὖν ἐν τῇ Καλανέων πόλει ἐβλήθησαν ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν εἰς τὴν φυλακήν· πᾶσαν δὲ τὴν
C νύκτα ἄϋπνοι διῆλθον οἱ Ἅγιοι, ἕως ὄρθρου προσευχόμενοι τῷ Θεῷ, ὅπως δώσῃ αὐτοῖς ὑπομονήν, καὶ νικήσωσι τὰς τῶν τυράννων κακοτέχνους μηχανάς. Προΐας δὲ γενομένης, ἐξήγαγον αὐτοὺς ἐκ τῆς φυλακῆς· καὶ δύσαντες αὐτοὺς, ἤλαυνον πορευόμενοι ἐπὶ τὴν τῶν Λεοντίνων Μεσόπολιν.

15 Καλαλαβόντων δὲ αὐτῶν ἐν τῷ πολάμῳ τῷ λεγομένῳ d Σκιμίθῳ, ἰδού ὁ ποταμὸς πλημμυρίζων καὶ χειμαρ-
d νόμυος ἦν σφόδρα, ὥστε μὴ δύνασθαι αὐτῶν τινα διαπεράσαι· καί τινες τῶν στρατιωτῶν ἠνάγκαζον εἰσελθεῖν τοὺς Ἁγίους ἐν τῷ πολάμῳ, καὶ διαπεράσαι. Οἱ δὲ Ἅγιοι ἔλεγον, Ἄθλιοι καὶ ταλαίπωροι, οὐκ ὁρᾶτε ὅτι ὁ πολάμος πλημμυρίζων καλέρχεται; καὶ πῶς ἡμᾶς ἀναγκάζετε τοῦ εἰσελθεῖν, βουλόμενοι ἡμᾶς ἐν τοῖς ὕδασιν ἀπολέσαι; ἢ πάντως ὁ Κύριος ὑμῶν ὁ Τέρτυλλος οὕτως ὑμῖν περὶ ἡμῶν διετάξατο; Οἱ δὲ στρατιῶται τὸ ἀριθμὸν μ' ἐβίαζον τοὺς Ἁγίους, καὶ ἐτυπτον αὐτῶν τὰς κεφαλὰς μετὰ τῶν κόντων καὶ δοράτων αὐτῶν, καὶ τοῦτο δεδεμένους αὐτοὺς ἐβίαζον εἰσελθεῖν. Μεταστραφεὶς δὲ ὁ διάβολος, εἰς ἄνθρωπον ὥσπερ ξένον ἑαυτόν τινα ποιῶν ὁδοιπόρον, ἔκραξεν εἰς τὸ ἐκτὸς μέρος, λέγων πρὸς τοὺς στρατιώτας· Χαλάσατε τὰ παιδάρια πρῶτον ὡς ἂν πεζεύοντα, καὶ εὐκόλως τὸν ποταμὸν διαπεράσωσι· κἀγὼ γὰρ πρὸ μιᾶς ὥρας ὑμῶν αὐτὸν διεπέρασα. Τοῦτο δὲ ἐνόμιζεν ὁ διάβολος διαβο-
λος ἐπ' ἀγνοίᾳ αὐτὸν τοὺς Ἁγίους. Οἱ δὲ ἅγιοι καὶ πανεύφημοι καὶ Χριστοῦ μάρτυρες, ἐπιγνῶντες αὐτὸν, ἔπον αὐτῷ· Ὦ πανάθλιε καὶ ψυχοφθόρε διάβολε, ἡμᾶς μὲν βυλόμενος ἐν τοῖς ὕδασιν ἀπολέσαι, ταῦτα τοῖς στρατιώταις διελέξω περὶ ἡμῶν. Ἡμεῖς μὲν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰσελθόντες ἐν τῷ ποταμῷ διελευσόμεθα ἐν ἰσχύϊ αὐτοῦ· σὲ δὲ καὶ τὸν συνεργόν σου δώσομεν κολασθῆναι εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, ὃ πῦρ ὁ σκώληξ ὁ ἀκοίμητος, καὶ τὸ πῦρ ὃ σβέννυται, καθὼς αἱ τῶν ἁγίων πατέρων καὶ ἱερέων εὐχαὶ περιέχουσι. Ταῦτα δὲ αὐτῶν εἰπόντων, ἀφανὴς ἐγένετο ὁ διάβολος· οἱ δὲ ἄθλιοι ἐκεῖνοι ὄχλῳ στρατιῶται ὑπερίσχυσαν καὶ ἐχάλασαν τοὺς Ἁγίους ἐν τῷ πολάμῳ δεδεμένους. Αὐτοὶ δὲ οἱ Ἅγιοι ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἔπον· Μὴ ἐν πολάμῳ ὀργισθείς, Κύριε, ἐν πολάμοις ὁ θυμός σου γενέσθω ἐφ' ἡμῖν, μηδὲ καταποντισάτω ἡμᾶς καταιγὶς ὕδατος, μηδὲ καταπιέτω ἡμᾶς βυθός· ἀλλ' ὡς τὸν ἅγιον καὶ μακάριον Πέτρον ἐκ τῆς θαλάσσης ἔσωσας, οὕτω καὶ τοὺς σοὺς δούλους ἐκ τῶν βαθέων τῶν ὑδάτων τούτων διάσωσον. Ταῦτα αὐτῶν προσευχομένων, ἔσπη βραχύ τι ἡ αὔρα καὶ ἡ πλημμύρα τοῦ πολάμου, καὶ διεπέρασαν οἱ ἅγιοι τρεῖς παῖδες, μηδὲ ἕως τῶν ἁγίων γονάτων αὐτῶν φθάσαι τὸ ὕδωρ. Ἰδόντες δὲ οἱ ὄχλῳ στρατιῶται, οἱ καλάσαντες τοὺς Ἁγίους, ὅτι διεπέρασαν, δρομαίως εἰσῆλθον ἐν τῷ ποταμῷ, καὶ κατῆλθε τὸ πλῆθος τῶν ὑδάτων, καὶ ἐβύθισεν αὐτούς, καὶ οὐκ ἐφάνησαν μέχρι τῆς σήμερον· μετὰ οὖν τέσσαρας ἡμέρας, διεπέρασαν οἱ λοιποὶ στρατιῶται, καὶ ἔλαιωσον αὐτούς.

16 Εἶτα καταλαβόντες ἐν τῇ Λεοντίνων Μεσοπόλει, ἰδού ἐν τῇ ὁδῷ; ἐν ᾗ ἤμελλον διέρχεσθαι οἱ Ἅγιοι, καί τις δαιμονιζόμενος Ἰουδαῖος ὑπάρχων, ἐκυλίετο ἀφρίζων καὶ κράζων· ἐν αὐτῷ γὰρ τῷ τόπῳ ὑπῆρχον σπήλαια, ἐν αὐτοῖς δὲ κατῴκει δαίμων· καὶ πᾶς ὅστις ἐπλησίαζεν τῷ σπηλαίῳ, ἐραπίζετο ὑπὸ τοῦ δαίμονος. Πρὸς αὐτὸν οὖν ὁ δαίμων εἰσελθών, ἐτιμώρει αὐτὸν δεινῶς, μὴ δυάμενος ἀπὸ τῆς γῆς ἀνασῆναι, ἀλλὰ κυλιόμενος ἤρριζεν. Πολλῶν δὲ προσελθόντων τοῦ κρατῆσαι τὸν παῖδα, οὐκ ἴσχυον αὐτὸν κρατῆσαι· ὁ γὰρ δαίμων οὐκ ἔα αὐτὸν ἀνασῆναι ἀπὸ τῆς γῆς. Πλησίον δὲ γενόμενοι οἱ Ἅγιοι τοῦ παιδὸς, καὶ ἰδόντες τοὺς γονεῖς αὐτοῦ ἀδημονοῦντας ἐπ' αὐτῷ, ἐπυνθάνοντο παρ' αὐτῶν τί ἂν εἴη τοῦ παιδὸς αἰτία· οἱ δὲ γονεῖς αὐτοῦ διηγήσαντο τοῖς ἁγίοις τὸ συμβὰν τῷ παιδαρίῳ. Εἶπεν οὖν τις ἐκ τῶν στρατιωτῶν, Μερκούριος λεγόμενος· Οὐ δύνασθε οὖν νεῦσαι ὑμεῖς διὰ προσευχῆς παρακαλέσαι τὸν Θεὸν ὑμῶν, καὶ ἰάσασθαι τὸ παιδὸν ἀπὸ τοῦ δαίμονος; Ἐγὼ γὰρ μέγα ἠγησάμην τὸ εἰς ἡμᾶς γενόμενον θαῦμα, τὸ πῶς ὁ χλοιὸς ἁρπαγὴν ἐκ τοῦ τραχήλου ὑμῶν, καὶ ἐκαθαρίσθησαν καὶ ἀνετάλαν αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς ὑμῶν, καὶ εὑρέθητε ὡς μηδὲν παθόντες ὑπὸ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Τερτύλλου. Οἱ δὲ Ἅγιοι ἓν αὐτῷ ἀπεκρίθησαν. Ἀκούσαντες οὖν οἱ γονεῖς τοῦ παιδαρίου τὸν λόγον τοῦ στρατιώτου λέγοντος πρὸς τοὺς Ἁγίους, δρομαίως ἔδραμον ἐν τῇ ὁδῷ, πίπτοντες ἐπὶ πρόσωπον αὐτῶν, κλαίοντες πικρῶς, καὶ παρακαλοῦντες τοὺς Ἁγίους, ἵνα δέησιν ποιήσωνται αὐτῷ τὸν υἱόν. Οἱ δὲ Ἅγιοι ἀποκριθέντες εἶπον· Ποίαν θρησκείαν σέβεσθε; Οἱ δὲ εἶπον αὐτοῖς· Ἰουδαῖοι τυγχάνομεν, κύριοι ἡμῶν. Οἱ δὲ, εἶπον τῷ Ἰουδαίῳ, τῷ παιδὶ τοῦ παιδαρίου· Ἐὰν ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἰάσηταί σου τὸν υἱόν, πιστεύεις εἰς αὐτόν; Ὁ δὲ Ἰουδαῖος περισσῶς ἔκραζεν· Ναὶ, κύριοί μου, πιστεύω, μόνον σωθήτω τὸ παιδάριόν μου, ὅτι σήμερον τριάκοντα ἡμέραι εἰσὶ, καὶ οὐκ ἀνέστη ἀπὸ τῆς γῆς, οὐδὲ ἄρτον βεβρώκει, οὐδὲ ὕδωρ ἔπιεν, ἀλλ' ὡς αὐτὸν ὁρᾶτε, οὕτω σκυλίεται ἀφρίζων καὶ ἀδημονῶν· καὶ πολλοὶ γενόμενοι ἐπὶ τοῦ κρατῆσαι αὐτὸν, ἵνα κἂν ἐν οἴκῳ ἢ ἐν σπηλαίῳ βάλωμεν αὐτὸν, καὶ οὐδαμῶς ἰσχύσαμεν κυριεῦσαι αὐτοῦ· ἀλλ' ὡς ὑπό πέρον πολέμου ἄγρεται ἐκ

ex MS. VATICAN.

eum admiratione 40 militum.

& incolumes transeunt demersis impellentibus.

E

Iudaeum energumenum,

F

spondentibus parentibus fidem Christi amplecti,

Post noctem Casanæ actam

Symathii fluvium

Stadente quodam co- gente ut in- grederentur

EX MS. VATICAN.

τ χειρῶν τῶν βασαζόνλων αὐτὸν, ϗ ἀποκρύεται ἐν τῇ γῇ. Οἱ δὲ στρατιῶται εἶπον πρὸς ἑαυτούς· Ἀνασχόμεθα ὀλίγον τ πομδῶν, ϗ ἴδωμεν εἰ δωμλός ἐστιν ὁ Θεὸς, ὃν ὗτοι σέβονται, ἰάσαται τ παῖδα τοῦτον τ πάσχοντα. Δραμὼν δ Ἰωδᾶς ϗ ἡ μητὴρ αὐτοῦ ϗ οἱ ἀδελφοὶ, παρεκάλουν τοὺς στρατιώτας λέγονλες, Ἐλεήσατε ἡμᾶς, κύριοι, ἄφελε τὸς ἁγίους τούτους παῖδας παρακαλέσαι τ Θεὸν αὐτῶν, ἵνα ἰαθῇ τὸ παιδάριόν μου. Παρεκάλεσαν δὲ οἱ στρατιῶται τοὺς Ἁγίους λέγονλες· Ἐπικάμφθητε τοῖς δάκρυσι τοῦ ἀνδρὸς, ϗ παρακαλέσατε τ Θεὸν ὑμῶν, ἵνα ἰαθῇ ὁ παῖς οὗτος ἀπὸ τ μάστιγος τοῦ δαίμονος.

17 Οἱ δ Ἅγιοι εἶπον· Λύσατε τὰς χεῖρας ἡμῶν. Οἱ δὲ στρατιῶται περιβλεπόμενοι εἰς ἑαυτοὺς, οὐκ ἐτόλμων λύσαι τοὺς Ἁγίους, πιωηθέντες μήπως ἀναγγελεῖ τῷ Τερτύλλῳ τις ἐκ τῶν ὄνλων ἐκείσε ἐν τῷ τόπῳ, ϗ ἀπολέσῃ αὐτούς· πολλοὶ γὰρ παρεσήκεσαν, θεωροῦντες τοὺς ἁγίους ϗ τοὺς στρατιώτας πρὸς ἀλλήλους συμβυλευομένους. Ἐγένετο δὲ ὡς ἐν τῷ μέλλειν αὐτοὺς Συμβυλευομένων, ἐλύθησαν αἱ χεῖρες τ Ἁγίων, ϗ ἀπέπεσον ἀπ' αὐτῶν τὰ δεσμά. Καὶ μικρὸν ἐκ τ ὁδοῦ ἐκνεύσαντες ἔστησαν οἱ Ἅγιοι, ϗ κλίναντες τὰ γόνατα ἑαυτῶν εἶπον· Κύριε ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστὲ, Θεὲ ἀληθινὲ ϗ δημιουργὲ τοῦ παντὸς, οὐρανοῦ τε ϗ γῆς ϗ θαλάσσης, ἐπίβλεψον ἐπὶ τὴν προσευχὴν τ δούλων σου, ϗ ἴασαι τὸν παῖδα τοῦτον, τ κακῶς ὑπὸ τοῦ ἀρχεκάκου διαβόλου πάσχονλα· ὅπως ἂν ϗ ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ, ἐν ᾧ ἐκέλευσε τὸ σὸν θέλημα ἀγαγεῖν τοὺς σοὺς δούλους, δειχθῇ ἡ σὴ φοβερὰ ϗ κραταιὰ δυνάμις· σὺ γὰρ εἶπας, Δέσποτα, διὰ τοῦ προφήτου, Ὅτι ὃ βούλομαι τ θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι αὐτὸν ἀπὸ τ ὁδοῦ αὐτοῦ τ πονηρᾶς, ϗ ζῆν αὐτόν. Καὶ νῦν, Κύριε, ἵλεως γενοῦ τοῖς δεομένοις σε, ἵνα σωθῇ ἡ ψυχὴ τοῦ προσπίπτοντος ϗ ὑποσχομένου πιστεύειν εἰς τ πανάγιον ὄνομά σου. Ταῦτα δὲ αὐτῶν εἰπόντων, ἀνασάντες οἱ ἅγιοι παῖδες, ϗ κατασφραγίσαντες ἑαυτοὺς, πλησίον τε γενόμενοι τ δαιμονιζομένου, λέγει πρὸς αὐτὸν ὁ ἅγιος Ἅλφιος· Ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δαῖμον ἀκάθαρτε, ἔξελθε ἀπὸ τοῦ πλάσματος τοῦ Θεοῦ. Καὶ αὐτῇ τῇ ὥρᾳ σπαράξαν αὐτὸ τὸ πνεῦμα ϗ προσχρῆσαν αὐτὸν παρὰ τοὺς πόδας τῶν Ἁγίων, ἔφυγεν ἀπὸ προσώπου αὐτῶν κράζων ὁ δαίμων ϗ λέγων· Πόθεν ἔχασιν ὧδε οἱ νέοι οὗτοι; δέσμιοι παραγενόμενοι ἐμὲ ἐκ τ ἐμῶν ἐφυγάδευσαν; ποιήσω δὴ Τέρτυλλον, τ σὺν αὐτοῖς ἀποσείλαντα, ὑπὸ θηρίων ἀγρίων βρωθῆναι, ϗ κακῶς τὸ πνεῦμα αὐτοῦ ἡμῖν παραδῦναι. Ἦκουον δὲ πάντες οἱ ὄνλες ἐν τῷ τόπῳ τ φωνῆς τοῦ δαίμονος ταῦτα λέγοντος· ἀλλὰ ϗ ἐν τῇ Μεσοπόλει πολλοὶ ἦκουον τοῦ δαίμονος κράζονλος. Ἐγένετο δ θόρυβος πολὺς ἐν τῇ Μεσοπόλει, λέγονλες οἱ ἄνθρωποι ϗ διαλογιζόμενοι, Τίς ἂν ἦ ἡ φωνὴ ἡ δοθεῖσα ἐκ τ ἀέρος· ϗ ἐγένετο ἐκεῖσε φόβος μέγας διὰ τὴν φωνήν. Ἐξελθόντος δ τοῦ δαίμονος ἐκ τ παιδαρίου, ἔμεινε κεῖμενος ὡς νεκρὸς ἐν τῇ γῇ. Προσελθόντες δὲ οἱ Ἅγιοι ϗ κρατήσαντες τ χειρὸς, ἤγειραν αὐτὸν, ϗ ἔστη ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτῶν· ϗ προσκαλεσάμενοι οἱ Ἅγιοι τ πατέρα τοῦ παιδὸς ϗ τὴν μητέρα, παρέδωκαν αὐτὸν αὐτοῖς λέγονλες· Βλέπε ἀδελφὲ, ὡς ἐπηγγείλω, ποίησον ϗ πίστευσον Χριστῷ τῷ ἀληθινῷ θεραπευθῆναι, τῷ ἰασαμένῳ τ ὑόν σου· ποίησον ἐν τάχει, μήπως ἐπέλθῃ ϗ εἴς σε ἡ ἀληθινὴ φωνὴ τοῦ Κυρίου, ἡ εἰποῦσα τῷ ἐκ τ σῆς θρησκείας παραλυτικῷ πολε, Ἰδοὺ ὑγιὴς γέγονας, μηκέτι ἁμάρτανε, μήποτε χείρονός σοι γένηται. Καὶ παραδόντες τ παῖδα ἀφῆκαν ϗ ἤρξαντο τ ὁδοῦ.

18 Ἰδόντες δὲ οἱ στρατιῶται τὸ γενόμενον θαῦμα διὰ τ Ἁγίων, ἐξέστησαν φόβῳ μεγάλῳ λέγοντες· Τίς σεβόμενος τοὺς θεοὺς ἡμῶν ἠδυνήθη τοιαῦτα θαύματα ποιῆσαι, οἷα οἱ Ἅγιοι οὗτοι ποιοῦσι, ἀοράτως ἐπικαλούμενοι τ Θεὸν αὐτῶν, ϗ εὐθέως σὺν τῇ προσευχῇ προσγίνεται ϗ ἡ αἴτησις; Ἀδύνατόν ἐστι τοῦτο γενέσθαι παρὰ τ τῶν ἡμετέραν θρησκείαν ἐχόντων ϗ [παρὰ τῶν τοὺς θεοὺς] σεβομένων τι τοιοῦτο ποιῆσαι. Ὁ δ πατὴρ τοῦ παιδὸς, ϗ ἡ μήτηρ, ϗ οἱ ἀδελφοὶ, ϗ οἱ συγγενεῖς αὐτοῦ Ἰωδᾶται, παρεκάλουν τοὺς Ἁγίους, λέγονντες, Τί προστάττεται τοῖς δούλοις ὑμῶν; τί ποιήσωμεν, ὡς βαπτισθῶμεν; ἀπέδρασαν γὰρ ἔνθεν ϗ οἱ Ἐπίσκοποι, ϗ οἱ Πρεσβύτεροι τῶν Χριστιανῶν, ἐάσαντες τὴν ἐκκλησίαν αὐτῶν, ἐν ᾗ βαπτίζονται, διὰ τ φόβον Τερτύλλου τοῦ Ἄρχοντος· πολλοὺς γὰρ ἀπώλεσε Χριστιανοὺς ἐνταῦθα, ϗ ἐν παντὶ τόπῳ τ Σικελίας διὰ τὴν πίστιν τ ματαίων εἰδώλων. Λέγουσιν αὐτοῖς οἱ Ἅγιοι· Ἰδοὺ κεκρυμμένοι εἰσὶν ἐν τοῖς ὄρεσι ϗ σφραγισθῆτε ὑπό τινος τ Ἱερέων, ὁμολογοῦντες ἐν ᾧ συνετάγητε τῷ σωτῆρι ἡμῶν Χριστῷ, τῷ τ ὑὸν ὑμῶν ἰασαμένῳ. Τὸ δ παιδάριον οὐδαμῶς ἠδύσχετο μεθ' τῶν γονέων ἀπελθεῖν, ἀλλ' ἔλεγε τοῖς Ἁγίοις· Μεθ' ὑμῶν ἔσται ἡ ψυχή μου, ϗ θανεῖν μεθ' ὑμῶν ἑτοίμως ἔχω. Ἀποκριθέντες δὲ οἱ Ἅγιοι εἶπον τῷ παιδαρίῳ· Ἄπελθε ϗ σπούδασον πληρῶσαι τὸ ἐπάγγελμα, ὃ ἐπηγγείλω τῷ Χριστῷ· ϗ ὅτε αὐτὸς εὐδοκήσει, θεωρῇ ἡμᾶς πάλιν. Πεισθεὶς δὲ τοῖς λόγοις αὐτῶν, ἀπῆλθε μεθ' τῶν γονέων αὐτοῦ, χαίρων ϗ δοξάζων τ Θεὸν, ὥστε πάντας θαυμάζειν τοὺς Ἰωδαίους τοὺς ὄνλας ἐκείσε· τοῦτο πρῶτον θαῦμα ἐγένετο διὰ τ Ἁγίων, πρὶν εἰσελθεῖν αὐτοὺς ἐν τῇ Μεσοπόλει. Τινὲς δ τῶν στρατιωτῶν, τ ἀριθμὸν ἔχοσι, εἶπον τοῖς λοιποῖς· Δήσατε ἡμᾶς μεθ' τ Ἁγίων τούτων· ὁμολογοῦμεν γὰρ ἐν σωῇ αὐτοῖς, ϗ λέγομεν, Χριστιανοί ἐσμεν, πιστεύομεν εἰς τ Θεὸν ὃν οὗτοι καταγγέλλουσιν. Οἱ δὲ ἐκ τ ἵππων καταβάντες, ῥίψαντες τὰ ὅπλα αὐτῶν ἐν τῇ ὁδῷ, συνεμήγκαν. Οἱ δὲ στρατιῶται προσεγγύσαι αὐτοῖς ἐφοβήθησαν, διότι φόβῳ μεγάλῳ συνέπεσον σφόδρα, ἰδόντες ὃ ἐποίησαν οἱ συστραλιῶται αὐτῶν. Εἰσελθόντων δὲ αὐτῶν ἐν τῇ Μεσοπόλει Λεοντίνων, ἐξῆλθεν ἅπαν τὸ πλῆθος τ πόλεως θεωρῆσαι τοὺς ἁγίους· ἄκυρον γὰρ ἐγένετο ἐν ὅλῳ τῷ πόλει, ἐθεράπευσαν τ παῖδα τοῦ Ἑβραίου τ δαιμονιζόμενον τούτους γὰρ ἀπέστειλε Τέρτυλλος δεσμίους τοῦ ἀπολέσαι αὐτοὺς καθὼς ϗ τοὺς λοιποὺς Χριστιανούς. Εἰσαγαγόντες δὴ τοὺς Ἁγίους ἐν τῷ πραιτωρίῳ Τερτύλλου, παρέδωκαν αὐτοὺς τῷ Ἀλεξάνδρῳ τῷ συμβύλῳ Τερτύλλου· αὐτὸς δ Ἀλέξανδρος παραδοὺς αὐτοὺς στρατιώταις, ἀπήγαγον ἐν τῇ φυλακῇ, ϗ ἠσφαλίσαντο ἐν τῷ ξύλῳ· σὺν αὐτοῖς δ ϗ τοὺς εἴκοσι στρατιώτας ἀπήγαγον ἐν τῇ φυλακῇ, ψάλλοντας ϗ προσευχομένους διὰ παντὸς τῷ Θεῷ, ὅπως ἀξιωθῶσι τυχεῖν τ κλήσεως τ Ἁγίων τῶν ὑπὲρ Χριστοῦ τελειωθέντων· ϗ ὑπεστήριζον τοὺς στρατιώτας οἱ Ἅγιοι τοὺς σὺν αὐτοῖς συνεισελθόντας ἐν τῇ φυλακῇ, Μὴ φοβηθῶμεν, ἀδελφοὶ, τ φόβον τοῦ παρανόμου Τερτύλλου, μηδὲ δειλιάσωμεν αὐτῷ τὰς ἀπειλὰς, ἀλλ' ἐνδυσώμεθα τ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τ ἐνισχύοντα πάντας τοὺς εἰς αὐτὸν πεποιθότας. Ἐχρόνισε δὲ ὁ ἀσεβὴς Τέρτυλλος ἐν τοῖς μέρεσιν ἐκείνοις· διῆλθε γὰρ ἕως τ Μεσινῶν πόλεως ϗ Μίλων e, ἀναζητῶν τοὺς εἰς τὸν Χριστὸν πεπιστευκότας, ϗ δειναῖς τιμωρίαις καθυποβάλλων, ϗ ξύρει παραδιδῶν.

19 Γυνὴ δ τις ἦν ἐν τῇ τ Λεοντίνων Μεσοπόλει, ὀνόματι δ αὐτῇ Θέκλα, πάνυ πλουσία ὑπάρχουσα, φοβουμένη τὸν Θεὸν ἐκ παιδόθεν αὐτῆς· ἥτις ἦν ἀδένης παραλελυμένη πρὸ ἐτῶν ε'. Ἀκούσασα δ περὶ τῶν ἁγίων Μαρτύρων, ὅτι ἰάσατο ὁ Θεὸς δι' αὐτῶν τ βʹ Ἑβραίου παῖδα, προσκαλεσαμένη Ἀλέξανδρόν τινα τ βʹ Τερτύλλου σύμβυλον, ϗ τὴν ἀρχὴν ἐπέχοντα αὖθις τ Μεσοπόλεως (ϗ

CAP. IV

Thecla ab Alexandro teste oculato, de energumeno liberato audiens,

B

oratione facta liberant,

C

& parentibus reddunt.

D

Convertuntur 20 milites,

E

& cum Sanctis includuntur carceri Leontino.

F

e

A (καὶ τοὺς εὑρισκομένους Χριστιανοὺς αὐτὸς ὧν δεσμεύων, καὶ παρατηρῶν ἐν τῇ φυλακῇ) λέγει αὐτῷ ἡ γυνή· Ἄχυσόν μου, τέκνον Ἀλέξανδρε· λάβε παρ' ἐμοῦ χρήματα ὅσα ἂν βούλῃ, καὶ μόνον ἐπάχυσόν μου, καὶ ἀπόστειλόν μοι τὴ νυκτὶ τοὺς παῖδας τοὺς ξένους τοὺς ὄντας ἐν τῇ φυλακῇ, ὡς ἐνταῦθα ἀπέστειλε Τέρτυλλος δεσμίους· ἀκήκοα γὰρ περὶ αὐτῶν, ὅτι διὰ τὴν προσευχὴν αὐτῶν καὶ τὴν δυνάμεως τοῦ Θεοῦ αὐτῶν, ἀπηλλάγη ὁ δαίμων ἐκ τοῦ παιδαρίου τοῦ Ἑβραίου· κἀγὼ τοῦτο ἀκούσασα, μέγα καὶ παράδοξον ἡγοῦμαι τὸ μυστήριον, ἐὰν οὕτω γέγονεν. Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος ἀποκριθεὶς, εἶπεν αὐτῇ· Ναὶ, κυρία μου, οὕτω γέγονε· κἀγὼ οὕτως ἐπληροφορήθην, καὶ ἄλλοι σὺν ἐμοὶ πλείονες. Ἀκούσαντες γὰρ τοῦτο, καὶ ἡμεῖς ἐξήλθομεν ἕως τοῦ τόπου, καὶ πλησίον γενόμενοι, ἐκρύψαμεν ἑαυτοὺς φοβούμενοι μήπως σκανδαλίσωμεν αὐτούς, καὶ ἐκφοβήσαντες ἐάσωσι τὰ παῖδα, καὶ ἐκτήσωσι f ἐκ τῆς προσευχῆς αὐτῶν· ἡμῶν δὲ μὴ φανέντων, ἔρριψαν ἑαυτοὺς τὰ παιδάρια ἐπὶ πρόσωπον ἑαυτῶν ἐπὶ τὸν γῆν, καὶ μετὰ ὀλίγον ἀνασάντες ἀπὸ τοῦ ἐδάφους, ἐπελίμησαν τῷ δαίμονι, ὡς θυσίαν πολλὴν ἔχοντες κατ' αὐτοῦ, λέγοντες· Δαῖμον ἀκάθαρτε ἔξελθε ἀπὸ τοῦ πλάσματος τοῦ Θεοῦ· B Εὐθέως δὲ καὶ παραχρῆμα προσκρούσας τὰ παῖδα ὁ Δαίμων παρὰ τοὺς πόδας αὐτῶν, ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ παιδαρίου, κράζων καὶ λέγων· Οὐαί! μοι τίνες εἰσὶν οὗτοι οἱ ξένοι ἔχοντες θεὰν, ὅτι ἐκ τῶν ἐμῶν με ἀπελαύνουσιν. Τῆς δὲ φωνῆς ταύτης πᾶσα ἡ πόλις ἡμῶν ἀκηκόει· ἀναπηλήσας δὲ Τερτύλλῳ, ὡς ἔλεγε θηριόβρωτον αὐτὸν μέλλων ποιεῖν. Κἀγὼ, κυρία μου, ἐκ τότε καὶ ἕως τοῦ νῦν τύπει ὁ ἐν ἐμοὶ λογισμὸς ἐν ἑαυτῷ σοχαζόμενος, μήπως ἀληθῶς δυνάμιν ἔχοντα τὰ παιδάρια τοῦτο g πεποίηκαν. Εἶτα λέγει τῇ γυναικὶ ὁ Ἀλέξανδρος g, νομίζω κυρία μου, ὅτι οὐκ ἔστιν ἄλλος Θεὸς δυνάμιν ἔχων, πλὴν οἱ Θεοὶ οὓς Σεβόμεθα.

20 Λέγει αὐτῷ ἡ γυνή· Ὦ Ἀλέξανδρε, εἰς κενὸν κοπιᾷς σεβόμενος εἴδωλα μάταια, λίθοις ἀφώνοις λατρεύων· Θεὸς γάρ ἐστιν ἐν οὐρανῷ, ὅστις ἐποίησεν αὐτὸν, καὶ τὴν γῆν ἐθεμελίωσεν ἐπὶ ὑδάτων, καὶ τὴν θάλασσαν ὥρισε, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς, αὐτὸς ἡμῖν πνοὴν ἔδωκε καὶ ζωὴν, καὶ αὐτεξούσιον ἔθετο τὸν ἄνθρωπον, ὃν ἔπλασεν ἐπὶ τῆς γῆς· δι' αὐτοῦ γὰρ βασιλεῖς βασιλεύουσιν, καὶ δυνασταὶ κρατοῦσι γῆς, ὡς γέγραπται. Εἶτα μεταλαβοῦσα θάνατον, καὶ μέλλοντα θάνατον ὥρισεν ἡμέραν κρίσεως, καὶ ἀνάστασιν νεκρῶν, καὶ παράστασιν πάντων γένους ἀνθρώπων ἀπὸ Ἀδάμ, ἕως τοῦ ἐσχάτου ἀνθρώπου πάντων, C τῷ βήματι αὐτοῦ τῷ φοβερῷ, καὶ δίκαιον ἀπράπιστον ἕκαστον παρὰ τῶν παρ' αὐτοῦ πλημμεληθέντων, καὶ ἕως ἀργῆς λόγου καὶ ἐνθυμήσεως· καὶ τότε παραδώσει ἕκαστον εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, ἐκεῖ γάρ ἐστιν ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων, ἐκεῖσε οὐ κολασθήσονται πάντες οἱ προσκυνοῦντες τοῖς Θεοῖς ὑμῶν. Ταῦτα ἀκούσας ὁ Ἀλέξανδρος, ἔπεσε τῇ καρδίᾳ, καὶ σφόδρα ἠγανακτήθη ἐκ τῶν τοῦ γυναικὸς λόγων· ὧν γὰρ ἐγγύζων αὐτῇ κατὰ σάρκα ὁ Ἀλέξανδρος· ἡ γὰρ μήτηρ αὐτοῦ, ἡ μακαρία Νεοφύτη, ἀδελφὴ κατὰ σάρκα ὑπῆρχε τοῦ ἁγίου καὶ μακαρίου Ἰσιδώρου τοῦ μητρὸς Θέκλας· αἵτινες δύο αἱ ἀδελφαὶ πολλοὺς ἀγῶνας ἐνεδείξαντο, καὶ βασανιστήρια ὑπέμειναν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ· αἵτινες διὰ πολλῶν καὶ κακοτέχνων στρεβλώσεων τοῦ ζῆν ὑπεξῆλθον, ὑπὸ τοῦ ἀληθηρίου καὶ παρανόμου Ἀρμάτου, τοῦ πρὸ Τερτύλλου τοῦ Μεσοπόλεως διέποντος ἀρχήν· αἵτινες τελειωθεῖσαι, θάπτονται ἐν τῷ ἰδίῳ αὐτῶν προαστίῳ Ἀντζιανῷ. Καὶ μετὰ ταῦτα λέγει ὁ Ἀλέξανδρος τῇ γυναικί· Πῶς ἀποστέλλω πρός σε τὰ παιδάρια, μήπως καὶ ἀποδράσουσιν, καὶ ἀκούσεται Τέρτυλλος, καὶ ἀφελῇ τὴν κεφαλήν μου ἀπ' ἐμοῦ; Ἡ δὲ διεβεβαιώσατο αὐτὸν περὶ τούτου, λέγουσα· Ἐὰν ἐκδράσωσιν οἱ παῖδες, ἡ ψυχή μου ἀντὶ τῆς ψυχῆς αὐτῶν δοθήσεται εἰς θάνατον. Ἢ οὐκ ἔχουσάς ποτε, Ἀλέξανδρε, περὶ τῶν τεκνίων ἡμᾶς, ὁπόσας βασάνους ὑπέμειναν παρὰ τοῦ ἀσεβεστάτου Ἀρμάτου, καὶ οὐδέποτε ἠδυνήθησαν ἀποδράσαι, ἕως οὗ τὸ ποθούμενον αὐτῶν ἔτυχον μαρτύριον; καὶ νῦν τέκνον Ἀλέξανδρε, προθύμως ἐκδέχονται παθεῖν ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ· λαβὼν οὖν τὰ χρήματα παρ' αὐτῆς ὁ Ἀλέξανδρος, ὑπέσχετο αὐτῇ λέγων, ὅτι τῇ νυκτὶ ἀποστέλλον ἐκ τῶν παιδαρίων σου δύο τινὰς πιστούς, καὶ ἐνεγκάτωσαν αὐτοὺς εἰς τὸ εἰκόν σου, καὶ ἔτι βούλῃ λάλησαι μετ' αὐτῶν, καὶ πάλιν ἀπέωθεν ἀποστελόν μοι αὐτοὺς ἐν τῇ φυλακῇ, ὅπως ἐκεῖσε αὐτοὺς εὕροι ὁ Τέρτυλλος. Λέγει αὐτῷ ἡ γυνή· Ναὶ πάντως, μόνον παρακαλῶ, ἀποστελόν μοι αὐτούς.

21 Προσκαλεσαμένη δὲ ἡ γυνὴ δν εἶχε παῖδα πιστὸν ὀνόματι Σωφρόνιον, ὃν εἶχεν ἐπὶ τοῦ οἴκου αὐτῆς, καὶ ἕτερον λεγόμενον Νίκονα, λέγει αὐτοῖς· Ἐὰν σκοτάσῃ, ἀπέλθετε ἐν τῇ φυλακῇ τῇ μεγάλῃ, ἵνθα οἱ Χριστιανοὶ καταδικάζονται, καὶ εἴπατε τῷ Ἀλεξάνδρῳ τῷ τοῦ Τερτύλλου συμβούλῳ, τάδε παρεκάλεσεν ἡ κυρία ἡμῶν, Ἀποστελόν μοι τὰ τρία παιδάρια, τὰ ὄντα ἐν τῇ φυλακῇ τὰ ξενὰ, καθώς μοι καὶ αὐτὸς ὑπέσχου. Οἱ δὲ παῖδες τοῦ Θέκλας ἀπελθόντες ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Ἀλεξάνδρου, εἶπον αὐτῷ καθὼς ἐκελεύσθησαν παρὰ τῆς κυρίας αὐτῶν. Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος κατελθὼν λέγει τοῖς Ἁγίοις· Ἀπέλθετε μετὰ τῶν παιδαρίων τούτων ἐν τῷ οἴκῳ τῆς κυρίας αὐτῶν, ὅτι χρείαν ὑμῶν ποιεῖται, καὶ πάλιν εἰς τὸ τάχιον πρὸς ἡμᾶς ἐπανελεύσασθε. Οἱ δὲ ἄπον Γέγονεν ὡς ἐπέταξας, δέσποτα. Ἐξελθόντες δὲ οἱ ἅγιοι παῖδες ἅμα τῶν παιδαρίων τοῦ Θέκλας εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς, καὶ ἀσελθόντες εὗρον αὐτὴν κατακλαομένην, ὅλην παραλελυμένην, μὴ δυναμένην ὅλως μηδὲ χεῖρα αὐτῆς ἐπὶ στόμα ἐπαγαγεῖν. Ἰδοῦσα δὲ τοὺς ἁγίους τρεῖς παῖδας ἐκείνους, ἐθαύμασεν εἰς τὴν περικαλλῆ αὐτῆς θέαν (ἦσαν γὰρ ὡς ἀληθῶς οἱ Ἅγιοι ὡραῖοι τῷ προσώπῳ σφόδρα) καὶ λέγει ἡ γυνὴ μετὰ δακρύων· Ἀληθῶς δὲ Χριστοῦ ἐστε Μάρτυρες Ἅγιοι· μακάριός ἐστιν ὁ ὑμῶν τῷ τρόπῳ ἀκολουθῶν· μακάριος ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ γεννήσας καὶ παιδεύσας, ὁ δι' ὑμῶν ἔχων ἐμβατεῦσαι εἰς τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν. Εἶτα ταῦτα αὐτοῖς εἰποῦσα, λέγουσιν αὐτῇ οἱ Ἅγιοι, τί ἐστί σοι κυρία μῆτερ. Ἡ δὲ λέγει αὐτοῖς· Ἀκούσατε τέκνα μου πνευματικά, ἠγαπημένα ὑπὸ Κυρίου· σήμερον ἐξαετῆ χρόνον ἔχω, ὅτι ἐπάταξέ με ὁ σατανᾶς, καὶ παρέλυσε· καὶ ὡς δύναμαι, καθὼς αὐτοὶ ὁρᾶτε, οὐδὲ χὰν τὴν χεῖρά μου ἐπὶ τὸ στόμα ἐπενέγκαμι, καὶ δεινῶς βασανίζομαι ὑπὸ ἄλλων στρεφομένη· καὶ παρακαλῶ ὑμᾶς, ὡς τέκνα τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, παρακαλέσαι τὸν δεσπότην, ὅπως ὅπισθέν σφ καὶ εἰς ἐμὲ ἡ χάρις τοῦ Χριστοῦ δι' ὑμῶν. Λέγουσιν αὐτῇ οἱ ἅγιοι παῖδες· Κυρία μῆτερ ἡμῶν, οὐκ ἔστι τοῦτο ἡμῖν δύναμαι ποιεῖν ἢ θεραπεύειν, ἀλλ' ἢ τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὃ δυναμένου ἰάσασθαι καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα· ἡμεῖς γὰρ εἰ καὶ νέοι τυγχάνομεν, ἀλλ' ὅν καθ' ἡμᾶς ἁμαρτία πολλὴ ἐστιν ἐνώπιον αὐτοῦ. Ἀλλ' ἱκετεύομεν αὐτὸν, τὸν δημιουργὸν καὶ ποιητὴν τῶν ἁπάντων Θεὸν, ἁμαρτίας νεότητος ἡμῶν καὶ ἀγνοίας μὴ μνησθῆναι, ἀλλὰ συγχωρῆσαι τὰ παρ' ἡμῶν ἐνώπιον αὐτοῦ πλημμεληθέντα δεινά. Καὶ ἡ γυνὴ παρεκάλει αὐτοὺς λέγουσα, Ἐλεήσατέ με, Ἅγιοι, ἐλεήσατε, ὅτι οὐχ ἡ τῶν ἐτῶν πολυγηρία εἰσακουσθήσεται ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ἡ καθαρὰ πίστις καὶ λατρεία τῶν εἰς αὐτὸν πεπιστευκότων, καὶ ἀνενδότως δεομένων· οἱ δὲ Ἅγιοι ἄπον αὐτῇ· Γενέσθω τὸ θέλημα Κυρίου ἐς σε, ὡς βούλεται, κυρία μῆτερ· ἀκηκόαμεν γὰρ παρά τινων Χριστιανῶν ἐν τῇ φυλακῇ, ἐν ᾗ ἤμεθα ἐγκεκλεισμένοι τὰ περὶ τῆς σῆς πίστεως· καὶ αἱ ἐλεημοσύναι σου πολλαὶ οὖσαι, δι' αὐτοῦ ὁ Χριστὸς ἀντισκέψεταί σε.

E

F

EX MS. VATICAN.

ac data ei pecunia,

excipit ad tres Matres

exponit ei fidem de Deo

tamquam ejus consobrina,

per eos curari à paralysi,

EX MS. VATICAN. *iisque permissis redire*

22 Ταῦτα ϗ αὐτῷ εἰπόνλων, λέγουσιν αὐτῇ· Ἀπόσειλον ἡμᾶς, Κυρία μῆτερ, μήπως σκανδαλίσωμεν τοὺς σωὶ ἡμῖν κεκλεισμένους ἀδελφοὺς ἐν τῇ φυλακῇ, τοὺς δὲ μέλλονλας ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ τελειωθῆναι. Λέγῃ αὐτοῖς ἡ γυνή· Τί δώσω ὑμῖν, ἅγιοι Μάρτυρες, διὰ τ κόπον ἡμῶν; Οἱ ϗ Ἅγιοι εἶπον αὐτῇ· Τῶ ἀνυπόκριτον ἀγάπην τὴν ἐν Χριστῷ δυναμένην καί σε ϗ ἡμᾶς σῶσαι ἐκ τ πυρὸς ἐχθροῦ ὀπτηδευμάτων. Καὶ ταῦτα αὐτῶν εἰπόνλων, παρέλαβον αὐτοὺς τὰ παιδάρια, ϗ ἀπήγαγον ἐν τῇ φυλακῇ. Καὶ εἰσελθόντες ἔστησαν προσευχόμενοι ϗ λέγοντες· Ὁ Θεός, ὁ μόνος ἅγιος, ὁ πατὴρ τ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ ποιητὴς πάσης κλίσεως ὁρατῆς τε ϗ ἀοράτου, ὁ καταξιώσας τοὺς ταπεινοὺς ϗ ἀναξίους δούλους σου διὰ τὸ ὄνομα τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ ϗ Θεοῦ ἡμῶν καταλείψῃ τὴν πατρίδα ἡμῶν, ϗ κατανтῆσαι εἰς ταύτην, ὑμᾶς γάρ ἐστι κλίσις ἀφανὴς ἐνώπιόν σου, ἀλλὰ πᾶσα γυμνὰ ϗ τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς σου· εἰ γάρ εἰσιν οἱ οὐρανοί, ϗ σή ἐστιν ἡ γῆ ἡ οἰκουμένη ϗ πάντες οἱ κατοικοῦντες ἐν αὐτῇ. Αὐτὸς ἐπάκουσον ἡμῶν, ϗ ἐπίσκεψαι τὴν δούλην σου, τὴν διὰ τὸ σὸν ἅγιον ὄνομα ϗ πόθον προσκαλεσαμένην ἡμᾶς· ἡμῶν γὰρ τ ταπεινῶν ἥττησεν εὐχὴν ϗ θεραπευθῆναι, μὴ εὑρεθῆναι τὰ παρ' ἡμῶν προαχθέντα ἁμαρτήματα. Ἀλλὰ ϗ νῦν θαρροῦντες τῇ σῇ μεγάλῃ ἀγαθότητι, ἀξίωσον αὐτὴν τ ἰάσεως κατὰ τὸ σὸν εὐάρεστον. Καὶ ταῦτα εἰπόντες, ἤρξαντο τ ψαλμῳδίας, ϗ τ προσευχῆς ἕως ὄρθρου. Τούτων δὲ ἐξελθόντων ἐκ τοῦ οἴκου τ Θέκλης, ἐγένετο ὡς αὐτῇ ἐξηγήσαιο, ὕπνον ἐπενεχθῆναι· ϗ ἀφυπνώσασα ὁρᾷ καλόναρ ἄνδρα τινά, Ἐπισκόπου σχῆμα περιβεβλημένον, φοβερὸν, περιπολιωμένον, ϗ εἰσελθόνλα πρὸς αὐτήν. Καὶ περισφραγίσας, λέγει αὐτῇ· Γυνή, ὁ Κύριός μου Ἰησοῦς Χριστὸς ἀπέσταλκέ με ἰάσασθαί σε, διὰ τ παρακλήσεως τῶν ἁγίων τριῶν παίδων, τῶν ὄνλων ἐν τῇ φυλακῇ, ὡς ὁ παράνομος ϗ ἀσεβέστατος ἐνέκλεισε Τέρτυλλος. Ἡ ϗ σύντρομος γενομένη, οὐκ ἐτόλμησεν ἐπερωτῆσαι αὐτόν, Τίς εἶ; Εὐθέως δὲ ϗ παραχρῆμα διυπνισθεῖσα, εἶδεν ἑαυτὴν ὑγιαίνουσαν, ὡς ἦν ὅταν ὑπῆρχε νέα. Ἀνασάσα ϗ αὐτῇ τῇ ὥρᾳ, ϗ λαβοῦσα μεθ' ἑαυτῆς δύο κοράσια, ϗ τοὺς δύο παῖδας αὐτῆς τοὺς πιστούς, ἀπίει δρομαίως ἐν τῇ φυλακῇ· δοῦσά τε χρήματα τ στρατιωτῶν, εἰσῆλθε πρὸς τοὺς ἁγίους ϗ πανευφήμους Μάρτυρας, ϗ δραμοῦσα ἔπεσε παρὰ τοὺς πόδας αὐτῶν, κλαύσα ϗ λέγουσα· Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ δι' ὑμῶν, ἅγιοι Μάρτυρες, ὅτι διὰ τ προσευχῆς ὑμῶν μόνης ἐπεσκέψατό με ϗ ἰάσθαι, ὃν ἀληθῶς σέβεσθε Χριστὸν τ Υ Θεοῦ ἀληθινὸν ὑόν. Οἱ ϗ εἶπον αὐτῇ· Οὐχί, κυρία μου, καθὼς ϗ προείπομέν σοι, μᾶλλον ἡ πίστις σου ϗ αἱ ἐλεημοσύναι σου, καθὼς ϗ ἄλλη που γέγραπται, ἰάσαντό σε. Ἐποίησε δὲ ἐν τῇ φυλακῇ κλαύσα ϗ καταφιλοῦσα τ Ἁγίων τοὺς πόδας, ϗ παρακαλοῦσα αὐτοὺς εὔχεσθαι ὑπὲρ αὐτῆς· οὐκ ἐπαύετο ϗ νυκτὸς ϗ ἡμέρας εἰσερχομένη εἰς τοὺς Ἁγίους ἐν τῇ φυλακῇ, ἕως ὅτου παραγενέσθαι τ Τέρτυλλον.

ac pro ea orantibus,

eos revisit in carcere.

23 Μετὰ ϗ τρεῖς μῆνας, παρεγένετο ὁ παράνομος κύων ἐν τῇ τ Λεοντίνων Μεσοπόλει· ἐπόθει γὰρ ἐκεῖσε αὐτὸν εἶναι πάντοτε, διὰ τὸ τ τόπον εἶναι χρήσιμον, ϗ ὕδατα ἔχειν ἱκανὰ, διὰ τοῦτο τὸ στρατόπεδον αὐτοῦ ἀπόλαυσιν. Ἐδέξαντο ϗ αὐτὸν οἱ τ Μεσοπόλεως πάντες λαοὶ μετὰ χαρᾶς πολλῆς, ἐπευφημοῦντες αὐτόν τε ϗ τοὺς θεοὺς αὐτῶν. Ὡς ϗ εἰσῆλθεν ἐν τῷ πραιτωρίῳ ἑαυτοῦ, ϗ καθίσας ἐπὶ τοῦ βήματος, πάντων τ μεγιστάνων αὐτῷ παρισαμένων ἐν φόβῳ, προσκαλεσάμενον τ Ἀλέξανδρον τ ἑαυτοῦ σύμβουλον, λέγει αὐτῷ ἐπὶ πάντων· Κατέλαβον ἐνταῦθα οἱ παῖδες ἐκεῖνοι, οἱ βλάσφημοι, οὓς δεσμίους ἀπεστείλαμεν πρός σε, ξυρήσαντες αὐτῶν τὰς κεφαλὰς, ϗ πίσσῃ καταχρίσαντες τὰ πρόσωπα αὐτῶν, ϗ κλοιὸν ὀπισθίνης ἐπὶ τοὺς τραχήλους αὐτῶν; Λέγῃ αὐτῷ ὁ Ἀλέξανδρος ἐπὶ πάντων, Νὴ δέσποτα, καλέλαβον ἐνταῦθα οἱ νέοι· ἀλλ' οὔτε αἱ τρίχαι τ κεφαλῆς αὐτῶν ἐξυρημέναι ὑπάρχουσιν, ἀλλ' ὅτε τὰ πρόσωπα αὐτῶν βεβηλάνθησαν ὑπὸ πίσσης, ἀλλ' οὔτε πάλιν κλοιὸν εἰς τ τράχηλον αὐτῶν, καθὼς ὁ Κύριός μου διηγεῖται· ἀλλὰ λάμπουσι τὰ πρόσωπα αὐτῶν ὡς ὁ ἥλιος· ἀλλὰ τοιοῦτον κλοιὸν ϗ ἐκ τ καλεχόντων αὐτοὺς στρατιωτῶν, ἑαυτοὺς παρέδωκαν ἡμῖν λέγοντες, Ποιεῖτε ὃ βούλεσθε εἰς ἡμᾶς, Χριστιανοί ἐσμεν ϗ ἡμεῖς καὶ οὗτοι οἱ ἅγιοι οἱ τρεῖς παῖδες, ϗ τοῖς θεοῖς ὑμῶν οὐ προσκυνοῦμεν. Ταῦτα ϗ ἀκούσας ὁ Τέρτυλλος, λέγῃ· Ὦ τί ποιήσω! Ἐξεκάκησε τὸ τ Χριστιανῶν γένος, κἂν μύρια αὐτῶν προσενέγκῃς βασανιστήρια, οὐκ ἂν αὐτοὺς δυνηθῶσιν ὀπισκάμψαι, ἀλλὰ μᾶλλον ϗ εἰς ὕβρεις τρέποντα κατὰ τ ἀθανάτων θεῶν ϗ κατὰ τοῦ Αὐτοκράτορος. Πάντως ϗ οὗτοι οἱ ὀπισκατάρατοι τ γοητείας αὐτῶν μελέτησον. Ἀλλά, μὰ τὸν τ θεῶν πρόνοιαν, ποιήσω αὐτοὺς, ἵνα δι' αὐτῶν μάθωσιν οἱ ἄνθρωποι μὴ ἀντιλέγειν δεσπόταις. Μεθ' ἣν ἡμέρας ε', ἐκέλευσεν ὁ ἀσεβέστατος Τέρτυλλος ἀχθῆναι τοὺς κ' στρατιώτας ἐν τῷ πραιτωρίῳ αὐτοῦ, τοὺς ϗ ἁγίους τρεῖς παῖδας ἐκέλευσεν ἀσφαλισθῆναι ἐν τῷ ξύλῳ, ϗ ἐκέλευσε πάντας ξυσθῆναι τοὺς τ Μεσοπόλεως Λεοντίνων, ἵνα ἐπὶ αὐτῶν ἀνακρίνῃ τοὺς κ' στρατιώτας. Σωθῆσαν δὲ πάντες εἰς τὸ πραιτώριον Τερτύλλου, ἐφοβοῦντο γὰρ αὐτὸν σφόδρα, ἦσαν ϗ ἐν τῇ τ εἰδώλων ἀπατούμενοι πλάνῃ. Πάντων δὲ συναθροισθέντων, ἐκάθισεν ὁ Τέρτυλλος ἐπὶ βήματος ὑψηλοῦ, ϗ ἐλθόντες οἱ στρατιῶται ἔστησαν ἐνώπιον αὐτοῦ, ϗ λέγῃ αὐτοῖς ὁ Τέρτυλλος· Τίς ὑμᾶς ἐνέκλεισεν ἐν τῇ φυλακῇ; Οὐχὶ ἐμοὶ ὑπηρέται καλὰ τ βλασφημούντων εἰς τοὺς θεοὺς, ϗ τιμῆς πολλῆς ἠξιοῦσθε; Τίς ὑμᾶς ἀπέτρεψεν ἀπὸ τ θεῶν εὐμενείας; Ἀποκριθέντες ϗ δι' ἑνὸς ἐξ αὐτῶν ὀνόματι Μερκουρίου, εἶπον· Ἡμεῖς ἕως τοῦ παρόντος καιροῦ ἐν σκότει ϗ ἀγνοίᾳ περιπατοῦμεν, μὴ εἰδότες τ τῶν ὅλων δημιουργὸν ὅτε ϗ ἡ χάρις τοῦ Χριστοῦ διὰ τ Ἁγίων τούτων ἐπέφανεν εἰς ἡμᾶς, ἀρνούμεθα τοὺς τ ματαίων εἰδώλων πλάνην· οὐ γάρ εἰσι θεοί, ἀλλ' εἴδωλα κωφὰ, ὅμοιοι αὐτοῖς γένοιντο ϗ ἀναίσθητοι οἱ προσκυνοῦντες αὐτούς. Ἔσω σοι ϗ τοῦτο γνωσὸν, Τέρτυλλε παράνομε ϗ τ ἀληθείας ἐχθρὲ, ὅτι τοῖς θεοῖς σου οὐ προσκυνοῦμεν· ἑτοίμως ἔχομεν πάντα σου τὰ βασανιστήρια δέχεσθαι, ἐχόμεθα δὲ σεφανίτου τ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τ ἔχοντα ἡμῖν βοηθῆσαι, ϗ σῶσαι ἐκ τῶν ῥυπαρῶν σου χειρῶν.

Adveniens Tertyllus,

interrogatos & item dem professos

24 Ταῦτα ἀκούσας ὁ Τέρτυλλος, ἐκέλευσεν αὐτοὺς ἀναριθέντας τύπτεσθαι μετὰ ῥοπάλων φοινίκων σφοδρῶς, πρὸς τὸ τὰ σπλάγχνα αὐτῶν χαμαὶ ῥιφῆναι· ϗ κελεύει αὐτοὺς εἰς μέρος ἀπελθεῖν ὀλίγον· ϗ συμβουλευσάμενος τοὺς συγκαθεζομένους αὐτῷ, λέγῃ αὐτοῖς, Οὐκ εἶπον ὑμῖν, ὅτι τὸ τ Χριστιανῶν γένος προπέλει σώματί ἐστι; ϗ μᾶλλον ὅσον ἐπάγονται αὐτοῖς τὰ βασανιστήρια, τοσοῦτον ἀναίδειαν κλῶνται; Ἀποτεμῶ αὐτῶν τὰς κεφαλὰς, ἵνα διὰ τάχους τοῦ ζῆν ἀπαλλάγωσι, μήποτε ϗ ἄλλους πλανήσωσιν. Ἐκέλευσε δὲ πάλιν ἀχθῆναι αὐτοὺς εἰς τὸ μέσον, ϗ λέγῃ αὐτοῖς· Ἡ ἀρχή ἐστι τ βασανιστηρίων αὕτη, ἐπεὶ προαιρῶ ϗ κολάσω ὑμᾶς, ἕως οὗ τ λογισμὸν ὑμῶν πείσητε τοῦ θύσαι τοῖς θεοῖς, ϗ τὰ θέσπισμα τοῦ Βασιλέως πληρώσητε. Οἱ ϗ ἀποκριθέντες εἶπον αὐτῷ· Ποίει ὃ βούλῃ εἰς ἡμᾶς, παράνομε ϗ θεομάχε, ἐὰν γὰρ τὰ βασανιστήρια τ οἰκουμένης ἡμῖν ἐπαγάγῃς, ϗ πλέον τὰ σπλάγχνα ἡμῶν ἐκχύσῃς, οὐ μὴ μεταπείσῃς ἡμῶν τ νοῦν ἀρνήσασθαι τ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τ ἀληθινὸν Θεὸν, κύριον ἀναιδέσατε. Ταῦτα ϗ ἀκούσας ὁ παράνομος Τέρτυλλος, ἐκέλευσεν αὐτοὺς τῷ ξίφει παραδοθῆναι. Ἐξαγαγόντες δὲ αὐτοὺς οἱ δήμιοι ἔξω τῆς πόλεως εἰς τόπον λεγόμενον Θεοπιών.

militum 20 conversione audita,

fustibus cadi jubet

& capite plecti 10 Decembr.

A Θεοπην, καὶ πᾶς ὁ λαὸς οἱ Ἅγιοι, καὶ προσευξάμενοι, εἶπον· Κύριε ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ, πρόσδεξαι τὰς ψυχὰς ἡμῶν, καὶ συγκαλαρίθμησον ἡμᾶς μετὰ τῶν ἁγίων παίδων σου Ἀλφίου, Φιλαδέλφου καὶ Κυρίνου, καὶ μὴ χωρίσῃς ἡμᾶς ἐκ τῆς αὐτῶν τελειότητος. Ταῦτα αὐτῶν εἰπόντων, ἀπέτεμον αὐτῶν οἱ δήμιοι τὰς κεφαλὰς, μιᾷ δεκεμβρίῳ ι', καὶ ἔρριψαν αὐτοὺς ἐν τόπῳ Σκολεινῷ, ἔνθα ἦν λελαξομημένον φρέαρ. Ἡ δὲ γυνὴ, ἡ διὰ προσευχῆς τῶν ἁγίων ἰαθεῖσα, αὐτὴ παρεσήκει τοῖς Ἁγίοις ὅταν ἐτελειώθησαν· δοῦσα δὲ χρήματα πολλὰ τῷ Τερτύλλῳ διὰ τοῦ Ἀλεξάνδρου παρεκάλεσεν, ὅπως ἀναγάγῃ αὐτοὺς ἐκ τοῦ λάκκου, καὶ θάψῃ αὐτούς. Ὁ δὲ Τέρτυλλος λαβὼν τὰ χρήματα παρ' αὐτῆς, ἐπέτρεψεν αὐτῇ λαβεῖν αὐτοὺς καὶ θάψαι· ἐν δὲ τῇ πόλει οὐκ ἔασεν αὐτοὺς θαφῆναι. Ἡ δὲ θεοσεβὴς ἐκείνη γυνὴ ἐπέτρεψε τοῖς δούλοις αὐτῆς, καὶ ἤγαγον ἁμάξας ι', καὶ ἔθαψαν τοὺς Ἁγίους βληθῆναι ἐκέλευσε· καὶ ἀπήγαγον αὐτοὺς ἐν τῷ ἰδίῳ προαστίῳ αὐτῆς Ἀντζιάνων, ἔξωθεν τοῦ Λεοντίνων Μεσοπόλεως· καὶ ἔθαψε τάφους αὐτῆς παρασώσης, καὶ ἔθαψε τοὺς Ἁγίους ἀπέθετο, ἐν ἐγκασα πᾶσαν τὴν ὁδὸν αὐτῆς τὴν πολυτελῆ, ἐν ἔδυσε τοὺς Ἁγίους (γυμνοὺς γὰρ αὐτοὺς ἐκέλευσε ῥιφθῆναι ὁ ἀνήμερος Τέρτυλλος) καὶ ἀνῳκοδόμησε ναὸν αὐτοῖς μετὰ τὴν ἀπώλειαν τοῦ παρανόμου Ἄρχοντος, πλησίον τοῦ τόπου, ἐν ᾧ ἀπέθετο τὴν ἁγίαν καὶ μακαρίαν Ἰσιδώραν τὴν μητέρα αὐτῆς, καὶ τὴν ἀδελφὴν τοῦ μητρὸς αὐτῆς τὴν ἁγίαν Νεόφυτον τοῦ Ἀλεξάνδρου μητέρα. Αἱ δὲ διὰ τοῦ Χριστοῦ τελειωθεῖσαι, καθὼς καὶ προειρήκαμεν, ὑπὸ πολλῶν καὶ δεινῶν στρεβλώσεών τε καὶ βασανιστηρίων ὑπὸ τοῦ τρισαλιτηρίου καὶ παμμιάρου Ἁρμάτου, τοῦ πρὸ Τερτύλλου ἄρξαντος τοῦ ἐκεῖσε Μεσοπόλεως. Ἐπωνόμασε δὲ τὸν ναὸν τῶν ἁγίων ἑκκοσι στρατιωτῶν.

CAP. V 25 Μετὰ οὖν ἡμέρας ἱκανὰς ἐκέλευσεν ὁ παράνομος Τέρτυλλος ἀχθῆναι τοὺς ἁγίους τρεῖς παῖδας, Ἄλφιον, Φιλάδελφον καὶ Κυρίνον. Καθίσας τε πάλιν ἐπὶ βήματος ὑψηλοῦ, ἐκέλευσε τοὺς Ἁγίους στῆναι ἐνώπιον αὐτοῦ. Ἰδὼν δὲ αὐτοὺς, ἐξέστη ἡ διάνοια αὐτοῦ, λέγων ἐν ἑαυτῷ· Ἆρά γε ὑγιαί εἰσιν, οὓς ἐγὼ τὰς κεφαλὰς ἐξύρισα, καὶ καλέχρισα πίσσῃ τὰ πρόσωπα αὐτῶν ἐν τῇ τοῦ Ταυρομενίτου πόλει, καὶ κλοιὸν ἐκέλευσα μέγα ἐπιτεθῆναι ἐπὶ τοὺς τραχήλους αὐτῶν; Καὶ ἐπεγνῶν αὐτοὺς τελείως ἠλλοιώθη τῷ προσώπῳ, καὶ οὐκ ἠδύνατο ἀπολογήσασθαι τοῖς συγκαθεζομένοις αὐτῷ· ὥραν δὲ μίαν ἢ καὶ δύο ἔμεινεν ὁ Τέρτυλλος ὡς λίθος ἄφωνος. Μετὰ δὲ ταῦτα εἰς ἑαυτὸν ἐλθὼν, ἐξανασὰς ἀπὸ τοῦ θρόνου ἑαυτοῦ, προσεκαλέσατο ἕνα τῶν στρατιωτῶν, ᾧ αὐτοὺς παρέδωκεν ἐκ τοῦ Ταυρομενίας, καὶ λέγει αὐτῷ κατιδίαν, Οὗτοί εἰσιν οἱ παῖδες, οὓς παρέδωκα ὑμῖν, οἱ ἀποσταλέντες πρός με ἀπὸ τῶν Ῥωμαίων πόλεως ὑπὸ τοῦ Κυρίου μου Βαλεριανοῦ, οὓς ἐξύρισα καὶ ἐνέχρισα πίσσῃ τὰ πρόσωπα αὐτῶν, καὶ κλοιὸν ἐκέλευσα ἐπιτεθῆναι ἐπὶ τῶν τραχήλων αὐτῶν, ὡς αἱ τρίχαι αὐτῶν οὕτω ταχέως ἀνέτειλαν, καὶ τὰ πρόσωπα αὐτῶν ἐκαθαρίσθησαν; Ὁ δὲ στρατιώτης ἀποκριθεὶς, εἶπε τῷ Τερτύλλῳ· Ἄκουσον, δέσποτα, καὶ διηγήσομαί σοι. Ἐρχομένων ἡμῶν κατὰ τὴν ὁδὸν, καὶ φθασάντων ἡμῶν ἐν τῷ ὄρει τῶν Μασχάλων, ὠλιγοθύμησεν ὁ εἷς ἐξ αὐτῶν καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους ἐλάλησε, καὶ ἔσπευσαν προσευχόμενοι τῷ Θεῷ αὐτῶν· καὶ ἐξαίφνης γέγονεν εἰς ἡμᾶς βροντὴ, καὶ σκότος ἔπεσεν ἐφ' ἡμᾶς, καὶ ἀλλοιωθέντες, ἐπέσαμεν χαμαὶ ἐπὶ ὥρας πολλὰς κείμενοι ὡς νεκροί· μετὰ δὲ πολὺ προσελθόντες ἤτοι αὐτοὶ οἱ παῖδες, ἤγειραν ἡμᾶς· καὶ περιβλεψάμενοι αὐτοὺς, ἴδομεν αὐτοὺς ὅλους καθαροὺς, καὶ τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς αὐτῶν ἀνατειλάσας, καὶ τὸν κλοιὸν ἀρθέντα ἀπὸ τοῦ τραχήλου αὐτῶν, καὶ μηκέτι θεαθῆναι αὐτὸν ὑφ' ἡμῶν. Ἰδόντες δὲ ἡμεῖς τὸ γενόμενον σημεῖον εἰς ἡμᾶς τε καὶ αὐτοὺς, ὑκέτι αὐτοὺς ἐτολμήσαμεν δῆσαι, καὶ ὕτως ἀπελάσαι· ἀλλὰ μόνοι ἑαυτοῖς ἤρχοντο χαίροντες καὶ δοξάζοντες τὸν Θεὸν αὐτῶν, ἐὰν γὰρ ἠβούλοντο ἐξ ἡμῶν ἀποδρᾶσαι, κἀμοῦν ἡμῶν ἐπὶ τοῦ γοῦ ἠλλοιωμένοι, πῶς ἄρα καὶ πῶ ἠμελομεν αὐτοὺς διπζητεῖν; Ἀλλ' αὐτοί, ὡς εἶπον, προσελθόντες ἤγειραν ἡμᾶς. Πάλιν δὲ φθασάντων ἡμῶν ἐν τῷ πολαμῷ τῷ λεγομένῳ Σιμήθῳ εὕρομεν αὐτὸν πλημμυρίζοντα, ἔχοντα πλήθη ὑδάτων πολλά· καὶ ἀναγκασθέντες ὑπὸ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν στρατιωτοῦ τὸ ἀριθμὸν ὀκτὼ, καὶ τύψαντες αὐτοὺς, ἐνέβαλον αὐτοὺς εἰς τὸν πολαμὸν, βιαζόμενοι αὐτούς. Αὐτοῦ δὲ εἰσελθόντων ἐκ τοῦ ποταμοῦ, κατέπαυσε βραχὺ τὸ ὕδωρ τοῦ πολαμοῦ, καὶ διεπέρασαν οἱ παῖδες, μηδὲ ἕως τῶν γονάτων αὐτοῦ φθάσαν τὸ ὕδωρ. Ἰδόντες δὲ οἱ σὺν ἡμῖν στρατιῶται, συνηκολούθησαν αὐτοῖς, καὶ κατῆλθεν ὁ πολαμὸς, καὶ ἔχωσεν αὐτοὺς τὸ ὕδωρ, καὶ ἐγένοντο ἀφανεῖς ἕως τοῦ σήμερον. Διηγήσατο δὲ αὐτῷ καὶ τὰ καλὰ τοῦ δαιμονιζόμενον Ἑβραῖον, τὸ πῶς ἀπέπεσον τὰ δεσμὰ ἐκ τῶν χειρῶν αὐτοῦ. Ταῦτα δὲ ἀκούσας ὁ Τέρτυλλος, ἐκάθισε πάλιν ἐπὶ τοῦ θρόνου αὐτοῦ, καὶ περιβλεψάμενος τοὺς Ἁγίους, καὶ σοχασόμενος αὐτοῦ τὰς ὄψεις (ἦσαν γὰρ ὡραῖοι σφόδρα, καὶ ἔλαμπον ὡς τὸ φῶς) ἐκέλευσε τοῖς ὑπηρέταις αὐτοῦ ἀπαγαγεῖν αὐτοὺς ἐν τῇ φυλακῇ· τοῦτο δὲ ἐποίησεν αἰσχυνθεὶς διὰ τοὺς συγκαθεζομένους αὐτῷ. Εἶτα συσκεψάμενος ὁ παράνομος πᾶν εἶδος βασανιστηρίων ἐπαγάγαι ἐπ' αὐτούς, μετὰ θυμοῦ πολλοῦ ἀνῆλθεν εἰς τὸ πραιτώριον αὐτοῦ. Οὐκ ἐπαύετο δὲ ἡ γυνὴ ἐρχομένη ἐν τῇ φυλακῇ καὶ καταφιλοῦσα τὰ δεσμὰ τῶν ποδῶν αὐτῶν, καὶ παρακαλοῦσα εὔχεσθαι ὑπὲρ αὐτῆς.

26 Μετὰ ὃν ἡμέρας ι' ἐκέλευσε πάλιν τοὺς Ἁγίους ἐν τῷ Πραιτωρίῳ αὐτοῦ συρομένους ἐκ τῶν τριχῶν ἄγεσθαι πρὸς αὐτόν· καθίσας τε ἐπὶ βήματος πάλιν ἅμα τῷ σωτῆρι αὐτῷ παρανόμων ἀρχόντων τοῦ Μεσοπόλεως ἐκείνης, ἀχθέντων τῶν Ἁγίων, ἔκραξαν ἔμπροσθεν αὐτοῦ, καὶ λέγει αὐτοῖς ὁ Τέρτυλλος γαλήνῳ προσώπῳ, Πόθεν ἐστὲ ὑμῖς παιδάρια, καὶ τί τὰ ὀνόματα ὑμῶν; καὶ ἐκ ποίας πόλεως ὧδε ἥκατε; καὶ τίς ἡ αἰτία δι' ἣν προς ἡμᾶς ἀπεσάλητε; Τοῦτο δὲ εἶπε, θέλων δοξασθῆναι ὑπὸ τῶν συγκαθεζομένων αὐτῷ παρανόμων ἀνδρῶν. Οἱ δὲ Ἅγιοι ἀνοίξαντες τὸ στόμα αὐτῶν, εἶπον· Τὸ μὲν πρῶτον, τὸ ὄνομα ἡμῶν, Χρισιανοί ἐσμεν, ὁρμώμεθα δὲ ἐκ τῶν Βασχόνων χώρας, πόλεως λεγομένης Πραιφεκτίων· ἐνυβρίζομεν δὲ καὶ διαπτύομεν τὰ παρὰ σοῦ παρανόμου ὑμῶν καὶ ἀθέου Λικινίου καὶ ὑμῶν προσκυνήματα εἴδωλα ἄψυχα, λίθους καὶ ξύλους, οὓς ὡς θεοὺς λέγετε εἶναι· ἀπέστειλε δὲ ἡμᾶς ὁ σωτὴρ Θεὸς ἀπὸ τοῦ κακόφρονος Βαλεριανοῦ πρὸς τὸν σὸν ἀθεΐαν, ἵνα δι' ἡμῶν διαβόλου ἀποπληρώσῃς τὸ θέλημα. Ταῦτα ἀκούσας ὁ Τέρτυλλος, λέγει αὐτοῖς, Τίνα θαρροῦντες ὑμεῖς καλεῖτε τοὺς ἀθανάτους θεοὺς καὶ τὸν Αὐτοκράτορα, καὶ τὸν Κύριόν μου Βαλλεριανόν καὶ ἡμᾶς; Ἀποκριθέντες δὲ οἱ Ἅγιοι εἶπον· Θαρροῦντες τῷ ἀθανάτῳ ἡμῶν Θεῷ καὶ τῷ μονογενεῖ αὐτοῦ Υἱῷ, καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, ἡγιασμένῃ τῇ ἁγίᾳ καὶ ἀχωρίστῳ Τριάδι, ταῦτα πρὸς ὑμᾶς ἀποφθεγγόμεθα. Θυμωθεὶς δὲ ὁ ἀσεβὴς Τέρτυλλος, ἐκέλευσεν ἀχθῆναι δώδεκα ῥοπάλους τελείους ἀπὸ φοινίκων, καὶ σῆσαι ἑνὶ ἑκάστῳ αὐτῶν τέσσαρας δημίους, καὶ τυπτεῖσθαι αὐτοὺς τοῖς ῥοπάλοις εὐτόνως. Ἐπὶ πολὺ δὲ τυπτόμενοι οἱ Ἅγιοι, ἐκοπίασαν οἱ δήμιοι, καὶ αἱ χεῖρες αὐτῶν ἀπεξηράνθησαν. Τούτου δὲ γενομένου, τὰ μὲν σώματα αὐτῶν τῷ αἵματι περιερράνθησαν, αἱ δὲ χεῖρες τῶν δημίων ἀπελιθώθησαν. Τότε εἶπον οἱ ἅγιοι παῖδες· Εὐχαριστοῦμέν σοι Χριστὲ, ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὅτι δοῦλον διαβόλου ἀπέστρεψας τὸν ῥομφαίαν εἰς τέλος, καὶ τὸ καθ' ἡμῶν φρύαγμα καὶ τυράννου

quibus à S. Thecla sepultis

templum postea erigitur.

auditis quæ acciderant,

Pulchritudinē Sanctorum stupens Tertyllus,

Iterum adducti & interrogati

generosè respondens qui & cuiates sint.

eos remittit in carcerem.

fustibus verberantur,

EX MS. VATICAN.

EX MS. VATICAN.

καθῆλες. Ὀργῆς ⸗ ⸗ θυμοῦ πληθεὶς ὁ Τέρτυλλος, ἐκέλευσεν αὐτὰς λυθλῶσαι ⸗ ἀπενεχθλῶσαι ἐν τῇ φυλακῇ, ⸗ τεθλῶσαι τὰς ᾠδὰς αὐτῶν ἐν τῷ ξύλῳ δεινῶς, ⸗ τεθλῶσαι ἐπὶ τραχήλου αὐτῶν ξύλον μέγα· διπλεθέντος ⸗ ξύλου ὑπὸ ἓξ βόλισμα σαχθέντος, φωνῇ μεγάλῃ εἶπον οἱ Ἅγιοι. Εὐχαριστοῦμέν σοι, ὁ Θεὸς ὁ ὕψιστος, ὅτι καταξίωσας ἡμᾶς ξύλῳ τοιούτῳ διπλεθῶσαι εἰς τὰς τραχήλους ἡμῶν, τῷ ὀφείλοντί σοι δίκην ἐν ἡμῖν τὸ ἀμεθάτετον τῆς σῆς ὁμολογίας. Τῇ ⸗ ἐπαύριον ἐκέλευσεν αὐτοὺς πάλιν ὁ Τέρτυλλος ἀγεθῆναι πρὸς αὐτὸν, ⸗ λέγουσιν αὐτῷ οἱ συγκαθήμενοι αὐτῷ; Ἄφες αὐτούς, δέσποτα, θεραπευθῶσαι τὰ πληγῶν ὀλίγον· ἐπεὶ ἐὰν αὐτοὺς ἀγάγῃς, ⸗ διπλάσιας ἑτέρας πληγὰς, ἐκλείπουσι, ⸗ ταχέως ἀπαλλάσσονται τῆς παρούσης ζωῆς· ⸗ πῶς ὑποσῶσι πᾶν εἶδος βασάνων, καθὼς ἡ Αὐτοκράτορος ἐδόθη περὶ αὐτῶν κέλευσις; Ἐκέλευσέ τε αὐτοὺς πάλιν διαμεῖναι ἐν τῇ φυλακῇ· ἡ ⸗ Θέκλα ἀπίει ἐν τῇ φυλακῇ νυκτὸς, δοῦσά τε χρήματα τοῖς στρατιώταις, ⸗ εἰσελθοῦσα κατεφίλει τὰ δεσμὰ αὐτῶν κλαίουσα, ⸗ προσελθοῦσα καλέσασα τὰ σεσηπότα τραύματα αὐτῶν, ἀλείφουσα αὐτοὺς σμύρναν, ⸗ πᾶν εἶδος θεραπευτικὸν, δοῦσα χρήματα τοῖς στρατιώταις· λοιπὸν δὲ ⸗ ἕτερα τίμια γυναῖκες εἰσήρχοντο ἐν τῇ φυλακῇ ἅμα τῇ Θέκλῃ, ⸗ περιέβαλλον τοὺς Ἁγίους· οὐκ ἐσχόλουν δὲ οἱ Ἅγιοι, ἵνα τί ⸗ τί περιποιήσονται αὐτοῖς αἱ γυναῖκες, αἱ εἰσερχόμεναι πρὸς αὐτούς.

foventur à S. Thecla.

B

27 Ἰδὼν δὲ ὁ διάβολος τὸ ἐπίμονον τῆς καρτερίας αὐτῶν, μελασχηματίζεται εἰς ἄνθρωπόν τινα ἑαυτὸν εἶναι γηραλαῖον, καὶ φάσιν ὡς πονῶν περὶ αὐτῶν, τῇ νυκτὶ εἰσῆλθε πρὸς τοὺς Ἁγίους, ⸗ λέγει αὐτοῖς· Τί ὑμᾶς κολάζει Τέρτυλλος τοσούτῳ χρόνῳ; δεῦτε συμβουλεύσω ὑμῖν συμβουλίαν ἀγαθήν· λοιπὸν ⸗ ἐμπαίξωμεν αὐτῷ, ⸗ σωθῶμεν αὐτῷ, ⸗ προσκυνήσωμεν τοὺς θεοὺς θωπεία, ⸗ ἀπαλλάγητε τῶν πολλῶν ὑμῶν βασάνων, φεισόμενος τοῦ κάλλους ⸗ τῆς νεότητος ὑμῶν, ⸗ παρέχει ὑμῖν συγγνώμην. Ἀποκριθέντες δὲ οἱ Ἅγιοι, εἶπον αὐτῷ· Οὐκ ἀγαθὴ ἡ βουλή σου αὕτη πρὸς ἡμᾶς, ὦ ἄνθρωπε· αὕτη ἡ βουλὴ, ὡς φθέγγεσαι πρὸς ἡμᾶς, διαβολική ἐστιν· ἡμῖν γὰρ ⸗ τὸ ζῆν σωτηρία Χριστῷ, ⸗ τὸ ἀποθανεῖν κέρδος, καὶ τὸ μακάριον Παῦλον· ⸗ εἶπον αὐτῷ· Ἀπόστα ἀφ' ἡμῶν, ἄνθρωπε· πονηρὰ γὰρ συμβουλεύεις, ⸗ οὐκ ἀγαθά· ἡμεῖς γὰρ ἔχομεν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν ἀοράτως ἡμᾶς παρισάμενον, ⸗ ἐνισχύοντα διὰ τὸ ⸗ πναγίου Πνεύματος χάριτος, ⸗ διασκεπόμενον ἡμᾶς, ⸗ ῥυόμενον ἐκ τῶν ἐπαγομένων ἡμῖν πολλῶν ὑπὸ τοῦ ἀσεβοῦς ⸗ παρανόμου Τερτύλλου, μᾶλλον ⸗ τοῦ πλείονος αὐτοῦ ⸗ κακοτέχνου διαβόλου, βασανιστηρίων. Ἀπελθὲ ἀφ' ἡμῶν, ἀναίσχυντε διάβολε, εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, τὸ ἡτοιμασμένον σοι ⸗ τοῖς ποιοῦσί σου τὸ θέλημα· δαίμων γὰρ εἶ, ὁ τοιαῦτα πονηρὰ ἡμῖν συμβουλευόμενος. Ταῦτα ἀκούσας ὁ διάβολος, ἔφυγεν ἀπὸ προσώπου αὐτῶν, ⸗ οὐκ ἔτι αὐτοῖς φανερῶς ἠδύνατο φανῆναι.

Simulare suadentem diabolum

28 Μετὰ δὲ ἡμέρας ὀλίγας, ὑποβάλλει ὁ διάβολος τῷ Τερτύλλῳ ⸗ τοῖς σὺν αὐτῷ, ποιῆσαι ὀγκίνους δώδεκα πρὸς τὸ ἐν αὐτοῖς ἀπολέσαι τοὺς Ἁγίους· γενομένων δὲ αὐτῶν, ἐκέλευσεν ἀχθῆναι τοὺς Ἁγίους ἐν τῷ Πραιτωρίῳ· ⸗ καθίσας ἐφ' ὑψηλοῦ βήματος, ⸗ ἀγαγόντες αὐτοὺς ἐνώπιον αὐτοῦ, λέγει αὐτοῖς· Τί ἐσκέψασθε περὶ τῆς σωτηρίας ὑμῶν; Ἐγὼ παρακαλῶ φείσασθαι τῆς νεότητος ὑμῶν, ⸗ μὴ εἰς τέλος τοσοῦτο κάλλος ἀπολέσθαι. Ἀποκριθέντες δὲ οἱ Ἅγιοι εἶπον αὐτῷ· Ἡμεῖς ἐσκεψάμεθα, ἵνα ἐάν ἐστι θέλημα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, αὐτῷ παραδῶμεν ἄσπιλον ⸗ καθαρὰν θυσίαν τὰς ψυχὰς ἡμῶν· σὲ δὲ Τέρτυλλε παράνομε ⸗ τῆς ἀληθείας ἐχθρὲ, κολάσει ὁ Χριστὸς ἡμῶν εἰς τὸ πῦρ τὸ

repellunt & confundunt.

C

Iterum reducti ad tribunal

αἰώνιον. Ταῦτα ἀκούσας ⸗ θυμοῦ πληθεὶς ἀμέτρου, ἐκέλευσεν ἀχθῆναι τοὺς Ἁγίους, ⸗ τεθλῶσαι ἐμπροσθεν αὐτοῦ, ⸗ λέγει τοῖς Ἁγίοις· Ἐμβλέψατε εἰς ταῦτα τὰ ἡτοιμασμένα δι' ὑμᾶς, ⸗ ὅτως οὐκ ἀμελήσατε τῆς σωτηρίας ὑμῶν, ἀλλ' αἰτήσασθε συγγνώμην τοὺς ἀθανάτους Θεούς· ⸗ αὐτοὶ, ὄντες ἀνεξήκακοι, συγχωρήσουσιν ὑμῖν τὰς παρ' ὑμῶν ἐπενεχθείσας αὐτοῖς ὕβρεις. Ἀποκριθέντες δὲ οἱ Ἅγιοι εἶπον αὐτῷ· Μωρὲ ⸗ ἀναίσθητε Τέρτυλλε, εἰ παμπόλλους ἐποίησε τοσούτους, ὁμοίους ⸗ γενήσεσθαι τῶν θεῶν σου ⸗ σὺ ⸗ πάντες οἱ σοὶ θεοὶ προσκυνοῦντες αὐτοῖς. Τότε ἐκέλευσεν ὁ παράνομος Τέρτυλλος ἐνεχθῆναι τοὺς ὀγκίνους, ⸗ προσάψαι δύο δημίους σταθῆναι ἔμπροσθεν, ⸗ δύο ἀπὸ ὄπισθεν, ⸗ ἕως ἑσχάτου τῶν ἁγίων παίδων, ἐκτείνειν τοὺς σιδηροῦς ἐκείνους ὀγκίνους, ⸗ ὀπτιάζειν τὰ ἁγίων τὰς Σάρκας, ὥστε ⸗ εἰς τὰ σπλάγχνα αὐτῶν ἅπτεσθαι. Καὶ δὴ αἱματος ὑπερεχυνομένου σροδρῶς, ἀτενίσαντες εἰς τὸν οὐρανὸν οἱ Ἅγιοι εἶπον, Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, ὁ Θεὸς, εὐχαριστοῦμέν σοι, ὅτι καταξίωσας ἡμᾶς εἰς τοῦτον τὸν κλῆρον καταλαβεῖν· αὐτὸς οὖν, ὁ ἀθάνατος γενόμενος ἀθάνατος ὑπάρχων, ἵνα ῥύσῃ ἐκ τοῦ θανάτου τὸν κόσμον, δὸς ἡμῖν τοῖς δούλοις σου ἀκλινῆ ὁμολογίαν τῆς εἰς σε πίστεως ἐν τῇ ὥρᾳ ταύτῃ, ⸗ φύλαξον τὰς ψυχὰς ἡμῶν ἀπὸ τῆς διαβόλου κακοτέχνου μηχανῆς. Καὶ ταῦτα, εἰπόντες, ἐδόθη τοῖς Ἁγίοις ὑπομονὴ πολλὴ, ὥστε καρδιάζειν αὐτοὺς ⸗ λέγειν· Παράνομε ⸗ ἀσεβέστατε Τέρτυλλε, πρόσδες ἄλλους βασανιστὰς ἐπὶ τῷ παρανόμῳ ⸗ ἀσπλάγχνῳ σου πονηρᾷ διανοίᾳ. Οὐκ αἰσχύνῃ, ἀναίσθητε κύον, ὅτι τοῖς αὐτοῖς σάρκα περιβεβλημένος ⸗ σὺ παράνομος ⸗ ἀνελεήμων ... ἡμᾶς ἐν τοιαύταις ⸗ δειναῖς τιμωρίαις βασανίζεις; ⸗ τοῦτο δωρεὰν, διὰ τὸ ὄνομα τοῦ δούλου σοι τοῦ πολλοῦ ⸗ ζωοῦ. Ἰδόντες δὲ οἱ σωκαθήμενοι τῷ Τερτύλλῳ, εἶπον αὐτῷ· Εἰ βούλει αὐτοὺς, καθὼς ⸗ προέφημέν σοι, ἀπάλλαξον αὐτοὺς διὰ ταχίστων ⸗ πλειόνων πληγῶν τοῦ ζῆν· εἰ δὲ βούλει παντοίαις τιμωρίαις καθυποβάλλαι αὐτοὺς, ἄφες αὐτοὺς πάλιν ἰαθῆναι ἀπὸ τῶν πληγῶν, ⸗ σκέψαι περὶ αὐτῶν, ⸗ εἴ τινας ἑτέρας βαρυτέρας βασάνους αὐτοῖς ἐπιφέρῃς.

D

ferreis uncinis laniantur

Reducti in carcerem

29 Τότε ἐκέλευσεν αὐτοὺς ὁ Τέρτυλλος ἀπίεναι ἐν τῇ φυλακῇ, ὅπως πάλιν περὶ αὐτῶν σκέψηται. Ἀπενεχθέντων δὲ αὐτῶν ἐν τῇ φυλακῇ, παρεγένετο πρὸς αὐτοὺς ἡ Θέκλα, κλαίουσα ⸗ ὀδυρομένη ⸗ καταφιλοῦσα ἑνὸς ἑκάστου αὐτῶν τὰ δεσμά. Ἔκλαιον ⸗ οἱ Ἅγιοι προσευχόμενοι τῷ Θεῷ, ὅπως ἰαθῶσιν ἀπὸ τῶν πληγῶν πρὸς χείρονα τοῦ Τερτύλλου καταλύσιν. Ἐν αὐτῇ δὲ τῇ νυκτὶ, κειμένων αὐτῶν ἐν τῷ ἅδῃ (ἦσαν γὰρ πάνυ ἐκλελυμένοι ἀπὸ τῶν πληγῶν) ἰδού τις ἀνηρ γηραλαῖος ἐλθὼν ἐν τῇ φυλακῇ, λέγει αὐτοῖς· Χαίρετε, τέκνα ἀγαπητὰ, ὑπὲρ Χριστοῦ, τοῦ παθόντος ὑπὲρ ἡμῶν, καλῶς ἀγωνισάμενοι· θαρρεῖτε, ἀνάστητε· ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἀπέσταλκέ με τοῦ ἰᾶσθαι, ἃς ὑπὲρ αὐτοῦ ὑπεμείνατε πληγάς. Καὶ εἶπον αὐτῷ οἱ Ἅγιοι πάντες, Τίς εἶ σὺ, δέσποτα; Ὁ ⸗ ἀποκριθεὶς εἶπον αὐτοῖς· Μὴ θορυβεῖσθε, μηδὲ σκανδαλισθῆτε ἐν ἐμοὶ, καθὼς ὑμᾶς ἐβυλήθη πρὸς ὀλίγον ὁ διάβολος πειράσαι· ἐγώ εἰμι Ἀνδρέας ὁ Ἀπόστολος, ⸗ παρεγενόμην πρὸς ὑμᾶς, τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀποστείλαντός με. Χαίρετε οὖν, ἀγαλλιᾶσθε, ὅτι πολλὰ σημεῖα δοθήσονται ἐν ταύτῃ δι' ὑμῶν, ⸗ σώσει ὁ Θεὸς τὴν πόλιν ταύτην. Πολλοὶ γὰρ διὰ τὴν ὑπομονὴν ὑμῶν, ὁρῶντες τὸ ἀμετάθετον ὑμῶν τῆς καρδίας, ὃν ἐποιήσατε ἐπὶ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. Ταῦτα δὲ αὐτοῦ εἰπόντος, προσεποιήσατο ψηλαφᾶν τὰς πληγὰς αὐτῶν, ἃς διὰ τῶν σιδηρῶν ὀγκίνων ὑπέμειναν, ⸗ μόνον ἐγένετο ἐν τῷ ψηλαφᾶν αὐτοὺς τὸν Ἀπόστολον, ⸗ ἀφανὴς

E

Tertullo insultant.

F

sanantur à S. Andrea,

A ἀφανᾶς ἐγένοντο ἀπ' αὐτῶν. Ὑποκρίξας δὲ αὐτὸς ὁ ἅγιος Χριστοῦ Ἀπόστολος, καὶ ἀσπασάμενος αὐτὸς, ἀπέστη ἀπ' αὐτῶν καὶ ἀφανὴς ἐγένετο. Πρωΐας δὲ γενομένης, προσκαλεσάμενος ὁ πραιμιαρὸς Τέρτυλλος στρατιώτην τινὰ ἐκ τῶν αὐτὸς φυλακόντων, λέγει αὐτῷ· Ἀπελθὼν ταχέως ἐν τῇ φυλακῇ, ἴδε τοὺς βλασφήμους πᾶδας ἐκείνους ἢ ἔτι ζῶσι. Δρομαίως δὲ ἀπελθὼν ὁ στρατιώτης ἐν τῇ φυλακῇ καὶ εἰσελθὼν, καὶ περιβλεψάμενος τοὺς Ἁγίους, ἴδεν αὐτὸς ὑγιεῖς ὡς μηδὲν παθόντας, μηδὲ εἶναι ἐν τῇ σαρκὶ αὐτῶν πληγὴν τὸ σύμολον. Ἐλθὼν δὲ ὁ στρατιώτης, διεσάφησε τῷ Τερτύλλῳ λέγων· Πίστευέ μοι, δέσποτα, ὅτως εἰσὶ τὰ σώματα τῶν παιδαρίων, ὡς μηδέποτέ τι πονηρὸν παθόντα. Ἀκούσας δὲ ὁ Τέρτυλλος, ἀπέστειλε στρατιώτας πρὸς τοὺς Ἁγίους καὶ ἐκέλευσεν αὐτοὺς πρὸς αὐτὸν ἀχθῆναι. Ἐνεχθέντων δὲ αὐτῶν, αὐτὸς καθίσας ἐπὶ βήματος ὑψηλοῦ ἅματῶν σὺν αὐτῷ παρανόμων ἀρχόντων, λέγει πρὸς τοὺς Ἁγίους, Εἴπατε ἡμῖν, τίς ὁ θεραπεύσας ὑμᾶς; Ἢ πάντως ἡ τῶν Θεῶν δύναμις ὑμῖν σπλαγχνισθεῖσα, διὰ τὸ κάλλος τῶν νεότητος ὑμῶν, ἐχαρίσατο ὑμῖν τοῦ ῥῶσιν τοῦ σώματος, καὶ καλέδησαν τὰ ἀποσάζοντα αἵματα τῶν μελῶν ὑμῶν, ὅπως

B καὶ ὑμεῖς διὰ ταύτης αὐτῶν τῆς συγγνώμης θύσητε αὐτοῖς, καθὼς καὶ πάντες ποιοῦσιν αὐτοῖς. Λέγουσιν αὐτῷ οἱ Ἅγιοι Μάρτυρες· Ἐὰν ἀκούσητε πάλιν, ὅτι μὴ πιστεύσητε. Γένοιντο ὡς οἱ θεοί σου καὶ σὺ καὶ πάντες οἱ προσκυνοῦντες αὐτοῖς· αὐτοὶ γάρ, ἄθλιε, ἑαυτοῖς βοηθῆσαι οὐ δυνανται, καὶ πῶς ἡμῖν ὡς λέγεις ποιήσουσιν; ἄφωνα γάρ εἰσιν ἔδωλα, κωφὰ καὶ ἀναίσθητα. Πλὴν ἔσῃ γινώσκων, παμμίαρε καὶ παράνομε καὶ ἀσεβὲς Τέρτυλλε, ὅτι ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ τοῦ Θεοῦ μονογενὴς υἱὸς, αὐτός ἐστιν ὁ θεραπεύσας ἡμᾶς, καὶ διαφυλάξας ἡμᾶς ἀπὸ πάσης σου ὀπτοίας βασάνων· καὶ πάντας γὰρ τοὺς εἰς αὐτὸν πεποιθότας ῥύσεται ἐκ τοῦ πατρός σου τοῦ διαβόλου παγίδων, καί σε κολάσει σὺν αὐτῷ εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον.

Cum calceis clavatis ambulare coacti

30 Ταῦτα ἀκούσας ὁ Τέρτυλλος, ἐκέλευσε γενέσθαι ὑποδήματα σιδηρᾶ, ἔχοντα ἥλους ὀρθοὺς ὀξεῖς, καὶ πυρωθέντα· ὑποτεθλῶσι αὐτοὺς διὰ λαβίδος σιδηρᾶς, καὶ ὅτως ἐλαυνεσθαι τοὺς Ἁγίους ὑπὸ τῶν δημίων! Οἱ δὲ ἅγιοι Μάρτυρες μὴ δυνάμενοι βαδίζειν ἐλαυνόμενοι, ἐπεὶ οἱ ἥλοι ἐπάταξαν αὐτῶν τοὺς πόδας, καὶ ὑπερέχυτο τὸ αἷμα σφοδρῶς, ὁ ἅγιος Φιλάδελφος ὀλίγον ὑστερίσας τοῦ περιπατεῖν, ἔτυπτον αὐτοῦ οἱ δήμιοι τῷ κεφαλῷ ἀνελεῶς· πάνυ γὰρ ἦν ὡραῖος καὶ τρυφερός. Στραφεὶς δὲ ὁ

C ἅγιος Ἅλφιος, εἶπεν αὐτῷ· Τρέχε, ἀδελφὲ, καὶ συναγωνίσηθι ἐπὶ τὰ καλαληφθέντα ἡμᾶς κλῆρον. Ὁμοίως δὲ καὶ ὁ ἅγιος Κυρῖνος ταῦτα αὐτῷ παραινῶν ἔλεγεν· Ὑπομένωμεν, ἀδελφὲ, ταῦτα γὰρ τὰ βασανιστήρια πρόσκαιρά εἰσιν· τὰ δὲ μέλλοντα κολαστήρια τοῖς ἀρνουμένοις τὸν Χριστὸν, ἀτελεύτητά εἰσιν· ἐστὶ γὰρ πῦρ ἄσβεστον, σκώληξ ἀκοίμητος, σκότος ἀώτερον, βρυγμὸς ὀδόντων, καὶ τάρταρος πικρότατος, ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἁμαρτάνουσιν ἐνώπιον αὐτοῦ· οἱ δὲ ταῦτα ὑπομένοντες ἐν τῷδε τῷ βίῳ, πρόξενοι γενήσονται ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, οἱ ταῦτα δι' αὐτὸν ὑπομείναντες, καὶ ἀπολάβυν ἐκεῖνα τὰ ἀγαθὰ, ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδεν, καὶ οὖς οὐκ ἤκυσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ αὐτὸς δωρεῖται τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. Ταῦτα δὲ τοῦ ἁγίου Κυρίνου εἰπόντος τῷ ἁγίῳ Φιλαδέλφῳ (ἀληθῶς γὰρ φιλάδελφοι πρὸς ἀλλήλους ὑπῆρχον)

i ταῦτα ἀκούσας ὁ ἅγιος Ἅλφιος παρὰ τοῦ νεωτάτου αὐτοῦ ἀδελφοῦ, πάνυ λίαν ἐχάρη, καὶ ὁμοίως ὁ ἅγιος Φιλάδελφος, προσέθηκε τὸ περιπαλεῖν, μᾶλλον δὲ καὶ ὀλίγον αὐτοὺς προβαίνειν. Καὶ μετὰ ταῦτα ἐλαυνομένων αὐτῶν, ἤρχοντο οἱ ἥλοι ἐπάνω τῶν ποδῶν αὐτῶν.

Εἶτα ἄραντες τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς τὸν οὐρανὸν, εἶπον, Κύριε, ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ὁ μόνος ἅγιος, ὁ σωτὴρ τῶν θλιβομένων, ἡ τῶν διωκομένων καταφυγὴ, καὶ ὑπομονὴ τῶν διὰ τὸ ὄνομά σου πασχόντων, μὴ ἐγκαταλείπῃς ἡμᾶς, ἀλλὰ παράσχου ἡμῖν τὸν ὑπομονὸν μέχρι τέλους, ἵνα μὴ εἴπῃ ὁ ἐχθρός μου, Ἴσχυσα πρὸς αὐτούς. Μετὰ δὲ τὸ πληρῶσαι αὐτοὺς τὸν εὐχὸν, ἐγένετο εἰς αὐτοὺς θεία τις ἔλαμψις τοῦ παναγίου Πνεύματος χάριτος, καὶ ἐνεδυνάμωσεν αὐτῶν τὸν νοῦν καὶ τὸν καρδίαν, καὶ ἦρθη ἐξ αὐτῶν ἡ ὀδυνηρὰ τοῦ βασάνου ἐκείνη θλῖψις, καὶ ἀπίεσαν χαίροντες καὶ δοξάζοντες τὸν Θεὸν, ὥσε μήτε τοὺς δημίους καταλαβεῖν αὐτοὺς δυνάσθαι. Ἀπελθόντων δὲ αὐτῶν ἕως τοῦ τόπου, οὗ ἦν ὁρίσας αὐτοῖς ὁ Τέρτυλλος, καὶ πάλιν ὑπέστρεψαν αὐτοὺς εἰς τὸ πραιτώριον.

Adhæc obstupescens Tertyllus,

31 Ἦν δὲ ὁ Τέρτυλλος ἐν βαλανείῳ λυόμενος· ἐξελθὼν δὲ ἐκ τοῦ βαλανείου, καὶ ἀνελθὼν εἰς τὸ πραιτώριον αὐτοῦ, θεωρεῖ τοὺς ἁγίους Μάρτυρας ἀχθέντας ὑπὸ τῶν δημίων, καὶ ἰδοὺ τὰ πρόσωπα αὐτῶν περιχαρῆ καὶ ὡς ὁ ἥλιος λάμποντα. Περιβλεψάμενος δὲ αὐτοὺς, ἠλλοιώθη τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ συνέσησε τῇ καρδίᾳ, καὶ ἔκραξε λέγων· Οἴμοι! τί ποιήσω; ἐξεκάκισα μετὰ τῶν κακίσων καὶ βλασφήμων τούτων. Ἄνδρες τῆς πόλεως ταύτης, ἔλθετε, ἴδετε θαῦμα καινὸν, πῶς οἱ ἄθλιοι οὗτοι τῶν ἥλων ἐπάνω τῶν ποδῶν αὐτῶν διαπερασάντων οὐκ ἐφείσαντο ἑαυτῶν. Λέγουσιν αὐτῷ οἱ τῆς πόλεως ἄρχοντες· Τάχα, δέσποτα, μάγοι εἰσὶ, καὶ ὃν λέγουσι Χριστὸν, αὐτὸς αὐτοῖς χορηγεῖ ἐκ τῆς μαγικῆς αὐτοῦ ὀπτοίας, πρὸς τὸ μὴ δειλιᾶν αὐτοὺς τὰς βασάνους. Ταῦτα δὲ εἰπόντων αὐτῶν, ὀργῆς καὶ θυμοῦ πληθεὶς ὁ Τέρτυλλος, *jubet eos* ἐκέλευσεν αὐτοὺς ἀπενεχθῆναι ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ· καὶ *fame necandos in* ἐκέλευσεν αὐτοὺς ἕως ἡμέρας ἀσίτους διαμεῖναι, καὶ *carcere:* μήτε ὕδωρ πιεῖν, λέγων αὐτοῖς· Λιμοκτονήσω ὑμᾶς, ἄθλιοι, ἕως οὗ ἡ ζωὴ ὑμῶν πικρῷ θανάτῳ παραδοθῇ ἐκ τῶν σωμάτων ὑμῶν. Βληθέντων δὲ αὐτῶν ἐν τῇ φυλακῇ, ἀπέστειλεν Ἀλέξανδρον τὸν συνόμιλον αὐτοῦ σφραγίσαι τὰς θύρας τῆς φυλακῆς, κελεύσας μὴ συγχωρῆσαί τινα εἰσελθεῖν εἰς αὐτοὺς, μήτε ἄρτον μήτε ὕδωρ ἐπιδοῦναι αὐτοῖς, ὁρίσας τῷ Ἀλέξανδρον τὸν αὐτοῦ σύμβουλον παραμεῖναι τῇ θύρᾳ τῆς φυλακῆς, ἔνταλμα δεδωκὼς τοιοῦτον ὁ ἀσεβὴς Τέρτυλλος, ὅτι ὅσις ἐὰν φάνῃ ἀνὴρ ἢ τε γυνὴ ἄρτον ἢ ὕδωρ αὐτοῖς ἐπιδιδὺς, τῷ ξίφει αὐτὸν παραδοθῆναι. Οἱ δὲ ἅγιοι καὶ πανεύφημοι Μάρτυρες αὐτὰ ἀκούσαντες, σφόδρα κατεγέλων τοῦ Τερτύλλου, λέγοντες· Ὁ πανάθλιος ἀγνοῶν τὴν δύναμιν τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ταῦτα λέγει· αὐτοὶ δὲ ἔσησαν ἐν μέσῳ τῆς φυλακῆς ἑδραῖοι καὶ ἀμετακίνητοι τῷ φρονήματι, αἰνοῦντες καὶ δοξάζοντες τὸν Θεὸν, καὶ προσευχόμενοι, καὶ λέγοντες ὅτω· Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, ὁ Θεὸς ἡμῶν, σὺ εἶ ὁ ἀληθινὸς ἄρτος, ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς, καὶ μεταλαμβανόμενος ὑπὸ τῶν πιστῶν, αὐτὸς καὶ τοὺς δούλους σου ἐνίσχυσον· οἶδας γὰρ τὸν τῆς σαρκὸς ἀσθένειαν, ὡς πλάσης καὶ ἐνδυτάμενος αὐτὸν· αὐτὸς γὰρ εἶρηκας ἐν εὐαγγελίοις, ὅτι οὐκ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ ζήσεται ἄνθρωπος, ἀλλ' ἐν παντὶ ῥήματι Θεοῦ· καὶ πάλιν αὐτὸς εἶρηκας, Ὁ τρώγων μου τὸν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ἐν ἐμοὶ μένει, κἀγὼ ἐν αὐτῷ. Καὶ ἡμεῖς οὖν, οἱ ἁμαρτωλοὶ καὶ ταπεινοὶ, οἱ δὲ ἀχράντου σου σώματος καὶ τοῦ τιμίου σου αἵματος μετέχοντες, οὐ μὴ πτοήσωμεν, οὐδὲ οὐ μὴ διψήσωμεν εἰς τὸν αἰῶνα.

ubi oratione instantes

32 Ποιησάντων οὖν αὐτῶν ἐν τῇ φυλακῇ ἡμέρας τρεῖς ἄσιτοι, ἐγένετο δὲ ἐν τῇ νυκτὶ ἔσῃ ἐν μέσῳ τῆς φυλακῆς τῶν θυρῶν κεκλεισμένων τις ἀνὴρ γηραλαῖος, *ab Apostolo* ἔχων ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ τρεῖς ἄρτους, καὶ ὕδωρ εἰς ἄγγος, *accipiunt* φῶς δὲ περιέλαμψεν ἐν τῇ φυλακῇ μέγα. Οἱ δὲ ἅγιοι *panem &* τρεῖς πᾶδες, ἰδόντες αὐτὸν, ἔπεσον παρὰ τοὺς πόδας *aquam,* αὐτοῦ, λέγοντες· Εὔξαι ὑπὲρ ἡμῶν, ἅγιε Ἀπόστολε καὶ

ex MS. VATICAN.

quod Tertyllus Deorum potentiæ adscribit,

& post fusas preces divinitus roborantur.

mutuo se animant ad cursum,

EX MS. VATICAN.

μαθηταὶ τῦ Κυρίυ ἡμῶν Ἰησῦ Χριστῦ, ὅπως μένομεν ἀμεταμετάκινητοι εἰς τὴν ἀγάπην αὐτῦ. Ὁ δὲ κρατήσας ἤγειρεν αὐτὸς, λέγων· Θαρσεῖτε, τέκνα, χαίρετε, καὶ ἀγαλλιᾶσθε ἐνώπιον Θεῦ· αὐτὸς γὰρ ἀπέστειλέ με ἰάσασθαι ὑμᾶς. Ἔτι γὰρ μικρὸν ὑμᾶς κολάσει ὁ παράνομος Τέρτυλλος, καὶ ἐκ τῦ σώματος ἐκδημήσετε, καὶ ἀμερίμνως ἔσεσθε τῦ λοιπῦ μετὰ τῦ ὑμᾶς ἐκλεξαμένυ Θεῦ καὶ τῦ Κυρίυ ἡμῶν Ἰησῦ Χριστῦ. Καὶ ταῦτα αὐτοῖς εἰπὼν, ἀσπασάμενος αὐτὸς, ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτῶν. Αὐτοὶ δὲ λαβόντες ἐκ τῶν ἄρτων, ἔφαγον, καὶ ἔπιον ὕδωρ· καὶ ἐνισχύσαντες, ἔστησαν ἀδιαλείπτως ψάλλοντες καὶ προσευχόμενοι τῷ Θεῷ. Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος ἰδὼν τὸ φῶς τὸ ὂν ἐν τῇ φυλακῇ· ἦκουε γὰρ καὶ τῦ Ἀποστόλυ διαλεγομένυ τοῖς Ἁγίοις, καὶ ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτὸν φόβος μέγας, ὥστε καὶ φυγεῖν αὐτὸν δοκιμάσαι καὶ μὴ ἰσχύσαι. Πρωΐας δὲ γενομένης, προσκαλεσάμενος ὁ Ἀλέξανδρος τὰς πύλας αὐτῦ, καὶ τοὺς φυλάσσοντας στρατιώτας, λέγει αὐτοῖς· Ἀκούσατε ἄνθρωποι ξένον καὶ παράδοξον θαῦμα, ὃ ἐγὼ καθεύδων ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ εἶδος τοὺς πύλας τύτυς τοὺς νέους. Ἰδού τις φοβερὸς δυνατὸς ἐπέστη αὐτοῖς, τῶν θυρῶν τῆς φυλακῆς ὑσῶν ἐσφραγισμένων, καὶ προσήγαγεν αὐτοῖς ἄρτους
B καὶ ὕδωρ, καὶ ἐπέτρεψεν αὐτοῖς φαγεῖν, καὶ ἐνίσχυσε, καὶ καταφρονεῖν αὐτὸς τῶν παρὰ τῦ Κυρίυ μυ Τερτύλλυ προσαγομένων αὐτοῖς βασάνων. Ἐγὼ μὴ δυνάμενος φέρειν τὴν λαμπρότητα τῦ φωτὸς, τὴν ὑσαν ἐν τῇ φυλακῇ, φόβῳ συσχεθεὶς μεγάλῳ, ἠβουλήθην μὴ φυγεῖν, οὐκ ἠδυνήθην δὲ, ἀλλὰ τὰ γόνατά μυ τῦτο προσεκρούοντο, καὶ ἔμεινα ὡσεὶ νεκρός.

33 Καὶ ἴδε, ἀδελφοὶ, τῦτο ὑμῖν ἐξαγγέλλω τὸ μυστήριον· ὅτι ὕτοι οἱ ἅγιοι παῖδες, ὃς ἡμεῖς ἀδίκως βασανίζομεν, τινὸς δυνατῦ ὑψηλῦ εἰσι μαθηταὶ, καὶ δικαίως αὐτὸν καταγγέλλυσιν καὶ σεβῦσι καὶ προσκυνῦσι· δυνατὸς γάρ ἐστι ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων θεῶν. Οὗτοι γὰρ, ὃς ἡμεῖς σεβόμεθα, καὶ λέγομεν εἶναι θεὺς δυνατὺς, ὡς αὐτοὶ οἱ Ἅγιοι λέγυσιν, εἴδωλά εἰσι κωφὰ, μήτε νοῦν ἔχοντα, μήτε ζωήν· καὶ ἡμεῖς μὴν νομίζυς θεὺς προσκυνῦντες, ὐδὲ ἰσχύσιν ἀνταποκριθῆναι τοῖς Ἁγίοις τύτοις, παρ' αὐτῶν καὶ ὕβρεις καὶ ἀτιμίας αὐτοῖς προσαγομένας καθ' ἑκάσην ἡμέραν καὶ ὥραν· ὕτοι δὲ οἱ ἅγιοι παῖδες, ἵνα Θεὸν ὀρθοκαλύμμενοι, καὶ ὃν αὐτῷ μονογενῆ ἵνα ὑπάρχειν, καὶ ἓν πνεῦμα ἅγιον σὺν αὐτοῖς σεβόμενον, τοὺς πολλοὺς καὶ μεγίστυς θεὺς νικῶσιν· ἀλλὰ καὶ τὰς βασάνυς,
C ἃς αὐτοῖς προσάγομεν, αὐτομάτως ἴονται· καὶ ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ἀδελφοὶ, ὅτι ὐκ ἔστι Θεὸς ἄλλος παρὰ τῦτον, ὃν οἵτοι σέβονται οἱ Ἅγιοι, οὔτε ἐν τῷ ὑρανῷ ἄνω, ὔτε ἐν τῇ γῇ κάτω. Δίκαιον τοίνυν ἡγούμεθα, ἀδελφοί μυ, καὶ τῦτο, ὅτι Ἰσιδώρα ἡ μήτηρ Θέκλης τῆς συγγενῦς μυ, καὶ Νεοφύτη ἡ ἐμὴ μήτηρ, αὐτῷ τῷ μεγαλώνυμον ἁγίαν Τριάδα καταγγέλλυσαν καὶ Θεὸν σεβόμενα, ἀεὶ ζῶσα, διὰ πολλῶν βασάνων τῆς ζωῆς ταύτης ἀπηλλάγησαν ὑπὸ Ἀρμάτυ, τῦ πρὸ τῦ Κυρίυ μυ Τερτύλλυ ἐν τῇδε τῇ Μεσοπόλει τῷ ἀρχῷ ἐπέχοντος. Λέγυσιν αὐτῷ οἱ παῖδες αὐτῦ καὶ οἱ στρατιῶται, Καὶ τί γέγονεν ὁ ἀνὴρ ὁ πρὸς αὐτοὺς εἰσελθών; καὶ διαλεγόμενος αὐτοῖς, Ἀποκριθεὶς ὁ Ἀλέξανδρος, λέγει αὐτοῖς, Πολλὰ διαλεχθεὶς αὐτοῖς, καὶ ὑποσημείξας αὐτοὺς, ἀφανὴς ἐγένετο ἀπ' αὐτῶν. Λέγυσιν αὐτῷ οἱ παῖδες αὐτῦ καὶ οἱ στρατιῶται· Πῶς, Κύριε, ὡς σὺ λέγεις, ὅτι ἡ μήτηρ συ τῷ θρησκείαν ταύτῃ σεσεβομένη, ἅμα τῇ ἀδελφῇ αὐτῆς ὑπὸ Ἀρμάτυ ἐβασανίσθησαν, καὶ τῷ αὐτῷ ὁδὸν τί οὐκ ἐζήλωσας, ἀλλ' ἐγένυ ὁμόφρων Τερτύλλυ, καὶ σύμβυλος αὐτῷ εἰς τὸ ἀπολέσαι πάντας Χριστιανοὺς, ἐξαιρέτως ἢ ταῦτα τὰ ἅγια παιδάρια, τὰ δι' αὐτῶν πολλὰ σημεῖα γενόμενα ἐν τῇ Μεσοπόλει ταύτῃ; καὶ ὐδεὶς δύναται αὐτοῖς ἐπίστευσεν ἐκ τῆς πόλεως, εἰ μὴ Θέκλα ἡ Συγγενὴς συ, καὶ Ἰσιδώρα, καὶ ὁ ἀλλογενὴς Ἑβραῖος. Ὁ δὲ D
Ἀλέξανδρος ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς, Ἀναπολογήτως εἰμὶ περὶ τύτυ, ἀδελφοί. Ταῦτα εἰπὼν ὁ Ἀλέξανδρος ἐπαύσατο· παρεστήσαν δὲ πρὸς τὴν θύραν τῆς φυλακῆς, καί τινες γυναῖκες ἱκανὰι, αἵ τινες ἦσαν Θέκλα καὶ Ἰσιδώρα, ἃς διὰ προσευχῆς οἱ Ἅγιοι ἰάσαντο· ὧν δὲ καὶ ὁ Ἑβραῖος ἐκεῖνος, ὅ τινος τὸν υἱὸν ἠλευθέρωσαν οἱ Ἅγιοι ἐκ δαίμονος, εἰσερχόμενοι πρῶτον ἐν τῇ Μεσοπόλει ἐν τῇ ὁδῷ σὺν τῷ υἱῷ αὐτῦ, καὶ πάσης τῆς πανοικίας αὐτῦ, κράζοντες καὶ λέγοντες· Ἐλέησατε ἡμᾶς δῦλοι τῦ Χριστῦ· κελεύσατε ἡμῖν σὺν υἱῷ ἀθλῆσαι.

34 Ἀνασὰς δὲ ὁ Ἀλέξανδρος αὐτῇ τῇ ὥρᾳ, ἀπῆλ- CAP. VI
θεν εἰς τὸ πραιτώριον, ἐν ᾧ ὢν ὁ Τέρτυλλος καὶ εἰσελθὼν διηγήσατο αὐτῷ ἅπαντα ἃ ἑώρακε σημεῖα τὰ γενόμενα εἰς τὺς Ἁγίυς. Ταῦτα δὲ ἀκύσας ὁ Τέρτυλλος, σφόδρα ταραχθεὶς καὶ τῦ Ἀλεξάνδρυ, ἔλεγεν αὐτῷ· Τάχα καί σε κατέλαβον ἀπὸ τῆς Χριστιανῶν μαγίας ἐξελθόντα ἀπ' ἐμῦ, καὶ ἑαυτὸν διαχειρίζομαι. Πάντων θησαυρῶν χρημάτων λαβὼν παρά τινων τῶν σὺν αὐτοῖς, ἀνοίξας τὰς θύρας τῆς φυλακῆς, καὶ εἰσήγαγον ἐνώπιον αὐτῶν ἄριστον καὶ ὕδωρ, καὶ ἔφαγον καὶ ἔπιον. Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος λέγει αὐτῷ· Σὺ τὸ δακτύλιον ἐπέχοντος ἐν τῇ χειρί συ, E
ὡς ἐγὼ ἀνοίξα τὰς θύρας τῆς φυλακῆς; Κατάβηθι καὶ θέσαι τάχυ σφραγῖδά συ σῶαν μοῦ ὖσαν. Καὶ ὑπεχώρησεν ἀπὸ προσώπυ αὐτῦ ὁ Ἀλέξανδρος, καὶ κατῆλθεν ἐν τῇ φυλακῇ. Ὁ δὲ Τέρτυλλος ἤρξατο ἀδημονεῖν, *multum anxius*
καὶ προκρούειν ἑαυτὸν ἐν τῇ κλίνῃ ἑαυτῦ. Καὶ μετ' ὀλίγον ἀποστείλας τοὺς παῖδας αὐτῦ, ἐκάλεσε τοὺς μεγιστάνας καὶ τὺς πρώτυς τῆς Μεσοπόλεως ἐκείνης· ἐκαθέζετο δὲ ἐπὶ θρόνυ ἑαυτῦ, καὶ ἐκέλευσε καὶ αὐτὺς καθεσθῆναι, καὶ λέγει πρὸς αὐτούς· Τί ποιήσω τύτυς τοὺς παῖδας τοὺς φαρμάκυς, ὃς ἀπέστειλε πρὸς ἐμὲ ὁ Κύριός μυ Βαλεριανὸς, ὁ Ἔπαρχος; πρὸς τὸ καταπλῆξαι τῷ ἐμῷ ψυχῷ πάντως, αὐτοὶ καταλαβόμενοι αὐτῶν τῷ βασανίαν καὶ γοητίαν, ἀπέστειλεν αὐτοὺς ἐνταῦθα. Μὴ δυνατώτερος ἐγὼ Διομήδυς καὶ Νιγελλίωνος; Ἀποστελῶ κἀγὼ αὐτοὺς αὐτῷ πάλιν, ᾧ ἐὰν βάλωμαι τρόπῳ ἀπαλλάξαι αὐτὺς τῦ ζῆν. Οἱ δὲ συγκαθήμενοι αὐτῷ ἄρχοντες, ἀποκριθέντες λέγυσιν αὐτῷ· Οὐχ ὕτως, ὡς ὁ Κύριος ἡμῶν ἐνθυμεῖται, τῦτο ἐποίησεν ὁ Αὐτοκράτωρ καὶ Κύριος ἡμῶν Βαλεριανὸς, ἢ ὡς μὴ δυνάμενοι *Sanctos occidere persuasus,*
αὐτοὺς δὲ ζῆν ἀπαλλάξαι διὰ πολλῶν αὐτῶν βασάνων· ἀλλ' ἕνεκε τῆς ἀνδραγαθίας, καὶ γινώσκοντες τὸ ἀφιλάνθρωπον τὸ σὸν κέκλησαι τοὺς βλασφημοῦντας εἰς τοὺς ἀθανάτυς θεούς· τῦτυ χάριν αὐτὺς ἀπέστειλάν F
σε, ὅπως καὶ δι' αὐτῶν οἱ τῆς χώρας ταύτης φόβον ἔχωσι. Καὶ ἵνα ἀποστείλῃς αὐτοὺς πάλιν πρὸς αὐτούς, ἃ συμβυλεύομαι, μήποτε ὀργισθῇ ἡμῖν ὁ Αὐτοκράτωρ Λικίνιος, καὶ σὺν αὐτῷ ὁ Βαλλεριανὸς, καὶ ἀποστείλαντες, καί σε τιμωρήσονται, καὶ τὴν πόλιν ἡμῶν καλασκάψωσιν· ἀλλὰ μᾶλλον διὰ πολλῶν συ καὶ πλείσων βασάνων τύτυς δὸς ζῆν ἀπάλλαξον, καὶ ἔσῃ ἄφοβος καὶ ἀθόρυβος ἐξ αὐτῶν.

35 Πληρωθεισῶν δὲ τῶν ι' ἡμερῶν, ἀπέστειλαν τοὺς στρατιώτας δ' ἀγαγεῖν αὐτοὺς ἐν τῷ πραιτωρίῳ, συρομένυς ἐκ τῆς τριχῶν. Καὶ καθίσας ὁ Τέρτυλλος ἐπὶ βή- *eis iterum adductis ad tribunal*
ματος ὑψηλῦ, ἐκέλευσέ τε αὐτοὺς ἄγεσθαι ἔμπροσθεν αὐτῦ· καὶ περιβλεψάμενος αὐτῶν τὰς ὄψεις ἅμα τῶν συγκαθεζομένων αὐτῷ, ἦσαν γὰρ περικαλλεῖς σφόδρα, λέγει τοῖς συγκαθεζομένοις αὐτῷ· Τί ὑμῖν δοκεῖ τὰ πρόσωπα ταῦτα; ὐκ ἔφαγον, οὔτε ἔπιον τὰς ι' ταύτας ἃς ὡρίσαμεν ἡμέρας; Εἰσπειδήσας δὲ ὁ Ἀλέξανδρος, ἔστη ἔμπροσθεν αὐτῶν λέγων· Μὰ τῶν πρόνοιαν τῶν μεγίστων καὶ ἀθανάτων θεῶν, καὶ τῷ κεφαλῷ τῦ Αὐτοκράτορος, καί συ αὐτὲ, δέσποτα, ὐκ ἰῶοίχθη ἡ θύρα

Christi divinitatem agnoscit:

videnti Alexandro: qui custodibus rem narrans

Tertyllus re intellecta,

pro qua etiam passa sunt mater & matertera sua.

A Ὑμᾶς τ φυλακῆς μέχρι τ σήμερον, οὔτε παρά τινος ἔλαβον ἄρτον ἢ ὕδωρ οὗτοι οἱ παῖδες· ἀλλὰ καὶ ὃν διηγησάμην σοι ἄνδρα φοβερὸν ὅτι προσωμέγκεν ἄρτον καὶ ὕδωρ, σήμερον ἑωράκαμεν τρεῖς ἄρτους ἀκεραίους μὴ ὄντας ἐν τῇ φυλακῇ, ὁμοίως καὶ τὸ ἄγγος τοῦ ὕδατος. Ἀποκριθέντες δὲ οἱ συγκαθήμενοι αὐτῷ εἶπον· Μαγικῆς ὀπτανοίας τοῦτο, δέσποτα. Καί φησι πρὸς αὐτοὺς ὁ Τέρτυλλος· Μέχρι τίνος θρασυνόμενοι ταῖς βασάνοις ἐγκαρτερεῖτε, μαγίαις μᾶλλον κεχρημένοι· πειθήτε μοι ὄντες καὶ θύσατε τοῖς ἀθανάτοις θεοῖς, ἐπεί, μὰ τὸν αὐτοῦ πρόνοιαν, τῷ πυρὶ παραδίδωμι τὰ σώματα ὑμῶν, ἵνα πικρῶς τοῦ ζῆν ἀπαλλαγῆτε. Οἱ δὲ ἅγιοι καὶ πανεύφημοι Μάρτυρες εἶπον πρὸς τὸν Τέρτυλλον, καὶ τοῖς συγκαθεζομένοις αὐτῷ. Ἡμεῖς δεχόμενοι τὰς ἀντιλήψεις τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, πάσας ὑμῶν τὰς βασάνους προθύμως εἰσδεχόμενοι, ἐσήκαμεν ἐνώπιον ὑμῶν ὑγιεῖς Μάρτυρες τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ Θεοῦ· καὶ ἑτοίμως ἐσμὲν πάλιν πρὸς πᾶσαν ὑμῶν βάσανον, διὰ τὸν εἰς Χριστὸν ἐλπίδα τὸν ἀποκείμενον ἐν οὐρανοῖς. Ὑμεῖς δὲ ποίαν παῤῥησίαν ἔχοντες τοῖς ἀψύχοις καὶ ματαίοις εἰδώλοις μάτην θρησκεύοντες, καὶ ταῖς ἀπωλείαις αὐτῶν κοινωνοὶ καθεστάμενοι; Αἰσχυνθῆτε οὖν λοιπὸν θεοὺς ὀνομάζοντες, τοὺς

B ἐν ἀσελγείαις καὶ μέθαις καὶ πολέμοις καὶ φόνοις πρὸς ὀλίγον ζήσαντας ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ, καὶ νῦν δὲ κολαζομένους ἐν τῷ ἀσβέστῳ πυρί· ὅπερ τὸ αὐτὸ ἄσβεστον πῦρ μένει, καὶ πάντας τοὺς σεβομένους αὐτούς. Ταῦτα ἀκούσας ὁ παράνομος Τέρτυλλος, καὶ οἱ συγκαθήμενοι αὐτῷ, καὶ κελεύσῃ βυνεύροις ἀφειδῶς τὰς σάρκας αὐτῶν καταξέεσθαι. Ἐπὶ πολὺ δὲ γενομένου τούτου, εἶπε πρὸς αὐτοὺς ὁ Τέρτυλλος· Μέχρι τίνος, ἄθλιοι, θ πείθεσθε ἡμῖν καὶ θύετε τοῖς θεοῖς, καὶ συγγνώμην παρ' αὐτοῦ ἕξετε, καὶ τιμῆς μεγάλων παρ' ἡμῶν ἀξιωθήσεσθε; Οἱ δὲ ἅγιοι τρεῖς παῖδες εἶπον αὐτῷ· Ἡμεῖς τῷ ζῶντι Θεῷ καθ' ἑκάστην ἡμέραν θυσίαν αἰνέσεως προσφέρομεν, ὃς ἡμᾶς ῥύσεται ἐκ τ χειρῶν ὑμῶν, καὶ τῇ ἐπουρανίῳ δόξῃ καταριθμήσει. Εἶθε οὖν, Τέρτυλλε παράνομε, μᾶλλον ἐπείθου ἡμῖν, καὶ σωὴ ἡμῖν τ μόνον ἀληθινὸν προσεκύνεις Θεὸν, τ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. Ὁ δὲ Τέρτυλλος λέγει αὐτοῖς, Διὰ τὴν προπέτειαν ὑμῶν ἀπολέσω ὑμᾶς. Οἱ δὲ Ἅγιοι εἶπον· Ἀπολέσει σε ὃν βλασφημεῖς Θεόν.

36 Τότε ὁ παμμιαρώτατος Τέρτυλλος ἐκέλευσεν ἐνεχθῆναι μόλυβδον καὶ πίσαν, καὶ ἄσφαλτον, καὶ λυθῆναι ἐν λέβητι, καὶ καταχυθῆναι ἐπὶ τὰς κεφαλὰς τ Ἁγίων καὶ καλὰ πάντος τ σώματος αὐτῶν. Τότε δὲ γενομένου τ ἀνοσίου προστάγματος, καὶ λυθέντος λοιπὸν τ πίσσης καὶ μολύβδου, ἐκέλευσεν αὐτοὺς στῆναι ὑποκάτω πέτρας ὑψηλῆς, καὶ γυμνωθῆναι τ λέβητα, καὶ ἐκχύσαι τ μολυβδον ἀπὸ τ κεφαλῆς τ Ἁγίων καὶ διατρέχειν δι' ὅλου τ σώματος αὐτῶν. Καὶ τότε γενομένου ὀπτχέοντες ἦσαν οἱ δήμιοι ἐπάνω τ Ἁγίων. Ἐκραζον δὲ λέγοντες, Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, σῶσον ἡμᾶς, καὶ δώρησαι ἡμῖν ὑπομεῖναι ταῦτα τὰ βασανιστήρια, ἃ ἡμῖν προσάγει ὁ παμμίαρος Τέρτυλλος διὰ τὸ σὸν ἅγιον ὄνομα. Ἐκχεομένου δὲ τοῦ μολύβδου καὶ τ πίσσης ἐπ' αὐτοὺς, ἦσαν πεπηγότα ἀμφότερα· ἀνέμου γὰρ ἰσχυροῦ πνεύσαντος κατὰ τὴν ὥραν, πεπήγασι, καὶ οὐδὲν ἠδυνήθησαν βλαβῆναι τ ἁγίων ἀπὸ τ ἀπενεχθείσης αὐτοῖς κακοτέχνου διαβολικῆς κολάσεως. Θυμοῦ δὲ καὶ ὀργῆς ζέσας ὁ παμμίαρος Τέρτυλλος, ἐκέλευσε τοὺς Ἁγίους ὀπτκέφαλα τ ποδῶν κρεμασθῆναι, καὶ καπνῷ δριμυλάτῳ καπνίζεσθαι αὐτοὺς εὐτόνως. Καὶ ταύτης προσενεχθείσης αὐτοῖς τ βασάνου, ἔλεγον· Κύριε ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστὲ, δὸς ἡμῖν ὑπομεῖναι τὸν πικρὸν ταύτην τ βασάνου τιμωρίαν. Εὐτόνως δὲ αὐτοῖς τ καπνὸν ὑποβαλόντων, καρτερικῶς ὑπομείναντες οἱ Ἅγιοι, ἐπὶ πλεῖον θυμοῦ πληθεὶς ὁ Τέρτυλλος, ἐκέλευσεν αὐτοὺς λυθῆναι καὶ σῆναι ἔμπροσθεν αὐτοῦ. Τότε ἐκέλευσεν αὐτοὺς ξυρῆσαι τὰς κεφαλὰς αὐτῶν, καθὼς καὶ τὸ πρῶτον ἐκέλευσεν αὐτοῖς, διαπερασάντων αὐτῶν ἐκ τ Ρώμης, ὅτε ἦν ἐν Ταυρομενίοις. Ἐκέλευσεν οὖν λυθῆναι πίσσαν, καὶ ἐκχυθῆναι ἐπὶ τὰς κεφαλὰς τ Ἁγίων· καὶ ἀχθῆναι ξύλον βαρὺ, καὶ πελεκήσαντες αὐτῷ ὀπτθῆναι ἐπὶ τὸν τραχήλους αὐτῶν δίκην ζυγοῦ, ὡς δέκα ἄνδρες μόλις ἐπέθηκαν εἰς τοὺς τραχήλους τ Ἁγίων, καὶ ἐκέλευσεν ἐνεχθῆναι τὸ ξύλον ἐν αὐτοῖς· καὶ ἐκέλευσεν αὐτοὺς περιπατῆσαι πᾶσαν τὴν πόλιν, καὶ προσπορεύεσθαί τινας ἔμπροσθεν αὐτῶν κράζοντας καὶ λέγοντας, Ὅσις ὁ θύει τοῖς ἀψύχοις καὶ ἀθανάτοις θεοῖς, τοῦτον τὴν καλὴν δίκην ὑφέξεται. Πορευομένων δὲ τῶν Ἁγίων διὰ μέσου τ πόλεως, καὶ τῶν προπορευομένων κραζόντων, ἠκολούθει αὐτοῖς πᾶν τ λαὸς, λοιπὸν δὲ καὶ Ἰουδαῖοι καὶ Θέκλα καὶ ἕτεραι σὺν αὐταῖς.

37 Ἦν δὲ προσάξας ὁ Τέρτυλλος τοῖς δημίοις ἀπελάσαι αὐτοὺς ἕως τῶν ὑψηλῶν σπηλαίων, καὶ πάλιν ὑποστρέφειν αὐτοὺς διὰ μέσωθεν τ τῶν Ἑβραίων κατοικίας. Ἐλθόντες δὲ εἰς μέσον τῶν Ἑβραίων, δραμὼν ὁ Ἑβραῖος ἐκεῖνος, ὃς τ γὸν ἐθεράπευσαν οἱ Ἅγιοι, λοιπὸν καὶ αὐτὸς ὁ παῖς ὁ ἰαθεὶς ἅμα τῇ μητρὶ αὐτοῦ καὶ τοῖς ἀδελφοῖς, καὶ πάσῃ τῇ πανοικίᾳ αὐτοῦ· καὶ πεσόντες ἐπὶ πρόσωπον αὐτῶν ἔλεγον αὐτοῖς· Ἐλεήσατε ἡμᾶς Ἅγιοι, καὶ σωὴ ὑμῖν ὀπτρέψατε ἀκολουθεῖν. Ὁ δὲ ἅγιος Ἅλφιος σωὴ τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ, λέγει τῷ Ἰουδαίῳ καὶ τοῖς σωὴ αὐτῷ· Δόξα ὑμῖν Κύριος ὁ Θεὸς, ὁ δι' ἡμᾶς τὰ πάθη ὑπομείνας, καταξιωθῆναι τ μερίδος τῶν Ἁγίων. Τότε ἦραν φωνὴν πάντες, κράζοντες καὶ λέγοντες· Χριστιανοί ἐσμεν, καὶ ἀρνούμεθα τὴν τῶν Ἰουδαίων μυθολογίαν· καὶ πιστεύομεν εἰς τ ἕνα Θεὸν, καὶ εἰς τ μονογενῆ αὐτοῦ υἱὸν τ Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ εἰς τὸ πανάγιον καὶ ζωοποιὸν Πνεῦμα, καὶ τὸ αἷμα ἡμῶν ἐκχέομεν ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ, ὃν οὗτοι καταγγέλλουσιν ἀληθῶς. Ταῦτα ἀκούσαν τὸ πλῆθος τῶν Ἰουδαίων, ἐξελθόντες ἐκ τῶν σπηλαίων αὐτῶν, ἄραντες λίθους ἐλίθαζον αὐτοὺς καὶ ἔλεγον· Οὕτως εἰς Χριστὸν ὑμεῖς πιστεύετε, ὃν οἱ πατέρες ἡμῶν λαβόντες ἐσταύρωσαν; Οἱ δὲ δήμιοι ταῦτα ἀκούσαντες, ἀνήγαγον τῷ Τερτύλλῳ τὰ γενόμενα. Ἀκούσας δὲ ὁ παράνομος Τέρτυλλος ταῦτα, ἐκέλευσε καὶ αὐτοὺς τοὺς Ἰουδαίους δεθέντας ἀχθῆναι πρὸς αὐτόν. Ἐπιλαβόμενοι δὲ οἱ στρατιῶται τοὺς Ἑβραίους, ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας, ἐπέδησαν αὐτοὺς καὶ ἦλασαν μετὰ τῶν Ἁγίων πρὸς τ Τέρτυλλον. Ὁ δὲ περιβλεψάμενος αὐτοὺς ὡς λέων, λέγει αὐτοῖς· Πότε ὀπτεύσατε τοῖς ἀθλίοις τούτοις; εἴπατε ἡμῖν. Οἱ δὲ ἀποκριθέντες εἶπον· Ἡμεῖς Τέρτυλλε πανώμωμοι ὀπτεύσαμεν πίστιν ματαίαν καὶ βέβηλον, εἰδότες δὲ νῦν τὴν ἀληθινὴν πίστιν τῶν ἁγίων καὶ μακαρίων τούτων παίδων, ἣν εἰς Χριστὸν κεκλήκασι, σωὴ αὐτοῖς πιστεύομεν, καὶ σωὴ αὐτοῖς αἷμα ἡμῶν ἐκχέομεν.

38 Διηγήσαντο οὖν οἱ δήμιοι τῷ Τερτύλλῳ, λέγοντες· Ὅτι δέσποτα διερχομένων ἡμῶν διὰ μέσου τ πολιτείας τ συνεθνῶν αὐτῶν, καὶ ὡς μόνον ἤκουσαν λεγόντων αὐτῶν, ὅτι Χριστιανοί ἐσμεν καὶ εἰς Χριστὸν πιστεύομεν, ἦραν λίθους, καὶ ἐλίθαζον αὐτούς. Ταῦτα ἀκούσας ὁ παμμίαρος Τέρτυλλος, ἐχάρη λίαν, καὶ ἀποστείλας ἐκάλεσε τοὺς πρώτους τῶν Ἑβραίων. Παραγενόμενοι δὲ ἐξ αὐτῶν τ ἀριθμὸν κ´ πρὸς τ Τέρτυλλον, καὶ προσκυνήσαντες αὐτὸν, λέγει αὐτοῖς· Καλῶς παρεγένεσθε πρὸς ἡμᾶς οἱ τῶν θεῶν σεβασταὶ καὶ φίλοι τοῦ Αὐτοκράτορος, οὗτοι λέγουσιν οἱ Συνέθνοι ὑμῶν. Οἱ δὲ λέγουσιν αὐτῷ· Ἐὰν ἐν τῷ λογισμῷ τούτῳ ἐμμείνωσι, κακῶς ἀπολέσομεν

fustra ignem minatus,

taureis eos lacerat.

quibus vi- sis Iudaei quidam

fidē Christi profitentur

etiam coram Tertyllo,

illi à plumbo & pice liquefactis non laduntur:

EX MS. VATICAN.

EX MS. VATICAN.

σομῶ αὐτούς. Εἶτα μετὰ ταῦτα πλησίον καλέσας ὁ Τέρτυλλος τ̃ πεπιστευκότα Ἑβραῖον τῷ Χριστῷ, λέγει αὐτῷ, Μέχρι τίνος πλανᾶσαι καὶ βλασφημεῖς εἰς τοὺς ἀθανάτους θεοὺς τοὺς ἀεὶ ζῶντας; γίνωσκε γάρ, ἄθλιε, ὅτι οὗτοι οἱ σωσθέντες σε ὑπὸ τοῦ ὀνόματος τ̃ Χριστοῦ, ὃν οὗτοι οἱ ἄθλιοι ἀπεπλανῶσιν ὑμᾶς. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἑβραῖος, εἶπε τῷ Τερτύλλῳ· Ἐγὼ πολλὰ λέγειν οὐκ οἶδα, τοῦτο δὲ λέγω Θι, Χριστιανός εἰμι καὶ δάσκομαι τὸν θεόν. Τότε ὁ Τέρτυλλος θυμῷ πληθεὶς, τοὺς μὲν Ἁγίους κελεύει πάλιν βληθῆναι εἰς τὴν φυλακὴν· τὸν δὲ Ἑβραῖον, τὸν πεπιστευκότα τῷ Χριστῷ, δὸς στρατόπεδον ἱκανόν, παρέδωκεν αὐτοῖς τοῖς σωσθεῖσιν αὐτῷ, λέγων, Ἄραντες αὐτὸν ὑμεῖς, καὶ κατὰ τὸν ἔθνος ὑμῶν κρίνατε αὐτόν. Παραλαβόντες δὲ αὐτὸν οἱ στρατιῶται ἐξήγαγον αὐτὸν μακρὰν τ̃ πόλεως, καὶ σήσαντες ἐλιθοβόλησαν αὐτὸν ἐκεῖ, καὶ ἀπέθανον πάντες εἰς τὴν ἡμέραν ἐκείνην. Καὶ ὑπέστρεψαν οἱ δήμιοι καὶ οἱ στρατιῶται, καὶ ἀνήγαγον τῷ Τερτύλλῳ, τεθνηκαν ἐκεῖνοι οἱ ἄθλιοι. Ταῦτα ἀκούσας ὁ Τέρτυλλος, καὶ περιχαρὴς γενόμενος, ἐκέλευσεν ἅπαν τὸ στρατόπεδον σωθῆναι εἰς τὸ πραιτώριον. Πάντων δὲ σωθέντων εἰς αὐτῷ, ἀπεκρίνατο ὁ Τέρτυλλος, λέγων αὐτοῖς· Δεῦτε, σωχάρητέ μοι πάντες, ὅτι οἱ μαθητεύσαντες τοῖς ἀθλίοις τούτοις, ἐλίθασαν αὐτοὺς οἱ σωθέντες αὐτῷ· καὶ πάντων αὐτῷ ἀποκριθέντων, μέγας ὁ θεὸς Ἀπόλλων καὶ Ἀσκληπιὸς καὶ Ἡρακλῆς, καὶ Διόνυσος καὶ Δίος, οἵτινες τῇ οἰκουμένῃ εἰρήνην χορίζουσι, καὶ τῇ τοῦ Αὐτοκράτορος κεφαλῇ, καὶ τῇ σῇ, δέσποτα.

à quo Iudaeis aliis traditi

lapidibus obruuntur.

B

39 Τῶν δὲ Ἁγίων ἐν τῇ φυλακῇ εἰσελθόντων, ἅμα τῷ κλοιῷ τοῦ καλασκευασθέντος τέχνῃ Σατανικῇ ὑπὸ τοῦ παρανόμου Τερτύλλου, εἰς τὸν οὐρανὸν ἀτενίσαντες, εἶπον· Κύριε Ἰησοῦ Χριστέ, ὁ θεὸς ἡμῶν, εὐχαριστοῦμέν σοι, ὅτι ἐκάλεσας ἡμᾶς εἰς τοῦτον τὸν κλῆρον τὸν μαρτυρίας. Αὐτὸς γάρ, δέσποτα, ὁ ἐν μέσῳ δύο λῃστῶν σταυρωθεὶς, καὶ θανάτου γευσάμενος θάνατον ὑπάρχων, ἵνα ῥύσῃ ἐκ τοῦ θανάτου τὸν ἄνθρωπον, δὸς καὶ ἡμῖν ἀκλινῆ ὁμολογίαν αὐτῆς εἰς σε πίστεως ἐν τῇ ὥρᾳ ταύτῃ, καὶ φύλαξον τὰς ψυχὰς ἡμῶν ἀπὸ τοῦ διαβόλου μηχανῆς. Καὶ ὁ μὲν ἀσεβὴς καὶ παράνομος Τέρτυλλος ἠθυμήθη τὰ πρόσωπα ἡμῶν ἀλλοιῶσαι τῇ πίστει, καὶ τὴν μορφὴν ἡμῶν, ὡς κατ' εἰκόνα σου ἐφορεύσαμεν· καὶ τὰς τρίχας ἡμῶν ἀπεξύρισεν, ἃς ἔδωκας τῷ ἀνθρώπῳ, ὃν ἔπλασας εἰς εὐπρέπειαν· αὐτὸς καὶ τὰ νῦν, κύριε, ἴασαι τὰς δύλας σου καθὼς καὶ τὸ πρῶτον, ἵνα μὴ ἐπάρητα εἰς ὕψος τὸ κέρας αὐτοῦ, ὁρῶν ἡμῶν ἀλλοιωμένην τὴν μορφήν, ἀλλ' ἵνα κατενεχθῇ ἀπὸ τοῦ διαλογισμοῦ αὐτοῦ τοῦ ματαίου. Ταῦτα δὲ αὐτοῦ εἰπόντων, προσάξει Θεοῦ διερράγησαν οἱ λῶροι, ἐν οἷς ἦν δεδεμένον τὸ ξύλον ἐν τοῖς τραχήλοις αὐτῶν· ἐγένετο δὲ ἄφανον ἀπ' αὐτῶν καθὼς καὶ τὸ πρότερον, καὶ ἐρρίφησαν εἰς τὴν θάλασσαν· τοῦτο γάρ μόνον ἦτον οἱ ἅγιοι τ̃ φιλοχλείρμονα καὶ φιλάγαθον θεόν, ἵ μὴ μορφὰς αὐτῶν εἶναι ἀλλοιωμένας. Ὁ δὲ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς δέδωκεν αὐτοῖς τὸ αἴτημα αὐτῶν καὶ εὐθέως καὶ παραχρῆμα ἐκαθαρίσθησαν τὰ πρόσωπα αὐτῶν, καὶ ἐγένοντο ὡς τὸ φῶς· ἀνέτειλαν δὲ καὶ αἱ τρίχες αὐτῶν, καὶ εἰς ἀλλήλους ἀτενίσαντες ηὐχαρίστησαν τῷ Σωτῆρι Χριστῷ καὶ δεσπότῃ πάσης τ̃ κλίσεως.

Sanctiora-tione fusa

solvuntur & priori forma re-stituuntur,

C

40 Εἶτα τῇ ἑξῆς ἐκέλευσεν αὐτοὺς ὁ Τέρτυλλος πάλιν ἀχθῆναι τοὺς ἁγίους τρεῖς παῖδας ἐν τῷ πραιτωρίῳ, καὶ πάντες ἔμπροσθεν αὐτοῦ λέγει αὐτοῖς· Ὑμεῖς ἐστε οὓς ἐγὼ ἐξύρισα καὶ ἐξέχεα πίσαν εἰς τὰ πρόσωπα ὑμῶν; Οἱ δὲ εἶπον· Ναὶ, ἡμεῖς ἐσμεν, ἀναιδέσατε κύον. Ὁ δὲ πάλιν θυμῷ πληθεὶς καὶ ὀργῆς πολλῆς, λέγει αὐτοῖς· Ἐγὼ ὑμᾶς κακῶς τοῦ ζῆν ἀπαλλάξω, μὰ τοὺς μεγίστους θεούς, ὅτι πυρὶ ὑμᾶς παραδώσω. Οἱ δὲ ἅγιοι παῖδες

raptantur proni per ſuxa,

ἀποκριθέντες εἶπον αὐτῷ. Ἡμεῖς καλαγελῶμέν σου τῇ D
ματαίᾳ καὶ ἀναιδήτῳ νοός. Γνῶθι οὖν καὶ τὰ νῶν, ὅτι ὅτε ἑαυτοῖς, ὅτε αὐτοῖς δυνάμεθα βοηθῆσαι οἱ θεοί σου· ἔδωλα γάρ εἰσιν ἀναίσθητα καὶ δαιμόνια πλανῶντα τοὺς ἀναισθήτους ἀνθρώπους, ὑπὸ δὲ τοῦ τοῦ Χριστοῦ δύλων καλαργούμεθα. Τότε πάλιν ἐκέλευσεν αὐτοὺς δεθέντας σχοινίῳ εἰς τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας τῶν Ἁγίων· καὶ σήσας εἰς τοὺς μὲν πόδας στρατιώτας ι', ὁμοίως καὶ εἰς τὰς χεῖρας δέκα, πρὸς ἕκαστον τ̃ ἁγίων κ'· καὶ τεθέντας αὐτοὺς ἐπὶ πρόσωπον, σύρεσθαι καλὰ ἀγρίων λίθων γυμνοὺς αὐτοὺς ὑπάρχοντας· τὸ δὲ αἷμα ὑπερέκχυτο σφοδρῶς, καὶ αἱ σάρκες αὐτῶν ἐπίπλον, ὥστε καὶ τὰ σπλάγχνα αὐτῶν φαίνεσθαι. Πάλιν δὲ ἐκέλευσεν αὐτοὺς ὑπίους στρέφεσθαι, καὶ σύρεσθαι ὑπὸ τ̃ δημίων εὐτόνως, ὥσε καὶ τὰ ὀστᾶ αὐτῶν γυμνωθῆναι. Καὶ ἐκέλευσεν αὐτοὺς ἀχθῆναι ἔμπροσθεν αὐτοῦ, καὶ λέγει αὐτοῖς· Πῦ ἐστιν ὁ θεὸς ὑμῶν, ὃν σέβεσθε; Διατί οὐκ ἐξείλαλο ὑμᾶς ἐκ τ̃ χειρῶν μου; Τότε ὁ ἅγιος Ἄλφιος, καμαὶ κείμενος, λέγει αὐτῷ· Ὦ παράνομε καὶ ἀσεβέσατε Τέρυλλε, οὐκ ἠρκέσθη οὐδὲ ἐπλήσθη ἡ δολερά σου ψυχὴ τῶν τοσούτων βασάνων, ὧν ἐπήγαγες εἰς ἡμᾶς, ἀλλὰ καὶ ταύτῃ τῇ βάσανον ἐπήγαγες εἰς ὑμᾶς· ἀλλὰ καὶ τοῦτο ποιῶν, προσέθηκας E
ἐπὶ τὸν στεφάνους ἡμῶν. Οὐκ ἠδέσθης ὅλως ἄνθρωπος ὢν, *generoſe*
θηριωδέσαλε, καὶ ἐκ τῶν αὐτῶν στοιχείων γεγονὼς, εἰς τοὺς *reſpondent*
ὁμοιοπαθεῖς ἀνθρώπους τοιαύτας καὶ ποικρὰς ἐπάγαγε *Tertullo*
βασάνους. Ἀλλὰ τί εἶπω πλέον; εἶπω καὶ τοῦτο, παναθλιε· καθὼς καὶ οἱ πρὸ ἡμῶν ἅγιοι πάντες, οἱ ὑπὲρ τοῦ νόμου τελειωθέντες, τῷ αὐτῷ κἀγὼ ἀναλαβὼν φωνῶ λέγω Θι παράνομε, τοῦ πυρὸς τοῦ ἀσβέσου πρόξενον ἑαυτὸν ποιῶν· τρία γάρ μειράκια καταλελύκαμέν σου τῶν τυραννίδα, τὸ γάρ μὴ δωσηθῶσί σε μελαποιῆσαι ἡμᾶς, καλάλυσίς ἐστι τὸ πῦρ σου ψυχρὸν ἡμῖν, καὶ ἄτονοι οἱ κατάπελται, καὶ ἀδυσώπητος ἡ βία σου· ἐὰν γάρ ἑτέρας μυρίας βασάνους ἐπαγάγῃς ἡμῖν, καὶ πάντα τὰ τοῦ παλρός σου δ διαβόλου ἀποκενώσῃς εἰς ἡμᾶς βέλη, οὐκ ἂν τῶν πίσιν ἡμῶν συλήσαι δυνηθῇς. Ταῦτα ἀκούσας ὁ παμ- *& retra-*
πόνηρος καὶ ἀναιδέσατος Τέρυλλος, κινηθεὶς ἐκ τ̃ τοῦ *huntur in*
δαίμονος ἐνεργείας, ἐκέλευσεν ὅπως αὐτοὺς Συρομένους *carcerem.*
ἀπενεχθῆναι ἐν τῇ φυλακῇ καὶ ῥιφῆναι ἔνδον. Ἠκολούθη δὲ αὐτοῖς πλῆθος λαῶν πίσων καὶ γυναῖκες, κλαίοντες καὶ λέγοντες, Ὁ θεὸς, ὃν οἱ Ἅγιοι οὗτοι σέβονται, βοήθησον αὐτός τε καὶ ἡμῖν· ξένον γάρ καὶ παράδοξον ἠγοῦντο, ὅτι τοσοῦτον αὐτοῖς ἐπενεχθέντων βασάνων, οὐκ ἐξέλειπε τὸ πνεῦμα αὐτῶν. F

41 Τότε κελεύει ὁ Τέρυλλος γενέσθαι σχάραν CAP. VII
παμμεγεθῆ, καὶ τήγανον χαλκοῦν, καὶ ὀγκινίσκους μικροὺς *Dum nova*
τρεῖς, πρὸς τὸ τοῦ γλῶσσαν δ ἁγίου Ἀλφίου ἀποκόψαι. *tormenta*
Τῆς δὲ k σχάρας καὶ δ τηγάνου μείζα λ' ἡμέρας πλησθέντων, οἱ Ἅγιοι διέτριβον ἐν τῇ φυλακῇ, οὐκέτι γάρ αὐτοὺς ἀνείασαι ἤθελεν ὁ Τέρυλλος, διὰ τὸ ἐν μέσῳ πάντων ἐνυβρίζειν αὐτοὺς αὐτὸν ὡς κύνα· παραινούντων αὐτῷ καὶ τ̃ συγκαθεζομένων δ μὴ ἀγαγεῖν αὐτοὺς ἔτι εἰς ἐρώτησιν, ἀλλ' ἀπαλλάξαι αὐτοὺς ταχέως τοῦ ζῆν. Οἱ δὲ ἅγιοι Μάρτυρες Ἄλφιος, Φιλάδελφος καὶ Κυρῖνος εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβλέψαντες, ἔλεγον· Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ πρὸ τῶν αἰώνων ὑπάρχων, εἰς ὃν ἡμεῖς *orantes in*
καταφεύγομεν ἐκ νεότητος ἡμῶν, ἡ καλὴ καὶ ἀληθὴς τῶν *carcere*
Χριστιανῶν ἐλπὶς καὶ προσδοκία, ἀψευδὴς τῶν δούλων *Sancti*
σου ἐπαγγελία, ὁ ἀνέκλειπτος θησαυρὸς, ὁ καὶ πρὸ τῶν ἡμετέρων αἰνέσεων παρέχων τὰς σὰς δωρεὰς τοῖς ἀγαπῶσί σε· ἐπάκουσον ἡμῶν Κύριε, ὁ δοὺς ἡμῖν τὸν τ̃ μαρτυρίας ὁμολογίαν μέχρι τέλους ὑπομεῖναι, αὐτὸς καὶ νῦν πρόσδεξαι τὰς ψυχὰς ἡμῶν, καὶ ῥῦσαι αὐτὰ ἐκ τῶν πονηρῶν καὶ πολεμίων πνευμάτων, καὶ μέλα τῶν εὐαρεστησάντων σοι κατάταξον· Συγχωρῶν δὲ καὶ οὗτοι·

ὅθα

A ὅσα ἐπραξαν εἰς τοὺς σοὺς δούλους τοὺς ὀνομαζομένους τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον· φώτισον δὲ αὐτοὺς εἰς ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας, ὅτι μόνας θέλεις σωθῆναι· ἐξαπόστειλον δὲ βοήθειαν, καὶ ἐπὶ τοὺς δούλους σου τοὺς σε ὁμολογήσαντας, καὶ διὰ τὸ μαργαρίτιόν σου ὄνομα λίθοις τελειωθέντας, βαπτισθέντας δὲ ὑπὸ τοῦ ἰδίου αἵματος, συγχωρῶν αὐτοῖς, δέσποτα, ἃ ἐπράξαντο πρὸν εἰς σε κακά· αὐτὸς δι' οἰκτιρμῶν σου ἀμοιβῶν, ἀνάπαυσον αὐτοὺς ἐν τῇ φοβερᾷ σου καὶ φρικτῇ ἐλεύσει, τούτους ἀξιῶν τῆς ἐκ δεξιῶν σου σάσεως κατὰ τὸν σὸν θέλημα.

42 Ταῦτα δὲ αὐτοῦ ἀπόντων, ἐλθοῦσα Ἰουσίνη καὶ Θέκλα, ἤνεγκαν πᾶσαν τὴν ὀθόνην αὐτοῦ τὴν πολυτελῆ, βυλόμεναι καλάσχυσαι καὶ καταδῆσαι τὰ τραύματα τῶν Ἁγίων. Εὑροῦσαι δὲ ἐκεῖ τὸν Ἀλέξανδρον, αὐτὸς γὰρ ἦν τεταγμένος τῷ φυλάσσειν αὐτοὺς ἐν τῇ φυλακῇ, δοῦσαι αὐτῷ χρήματα, παρεκάλεσαν αὐτὸν λέγουσαι· Ἔασον ἡμᾶς, κύριε, εἰσελθεῖν πρὸς τοὺς Ἁγίους, καὶ καλάδησαι αὐτοῦ τὰ τραύματα. Ὁ δὲ εἶπεν αὐταῖς, Εἰσέλθετε. Εἰσελθουσῶν δὲ αὐτοῦ, προσεκύνησαν τὰ δεσμὰ τῶν ἁγίων, καὶ ἐνέχασαν τὴν ὀθόνην αὐτῶν τῷ περικόψαι καὶ καλαδῆσαι αὐτῶν τοὺς πόνους. Εἶπον αὐταῖς οἱ Ἅγιοι, Μὴ γένοιτο ἡμῖν περιποιήσασθαι ὑπ' οὐδενὸς τῶν ἀνθρώπων, ἢ περιδεδέσθαι ἢ θεραπεύεσθαι· ἔχομεν γὰρ τὸν μέλοντα ἡμᾶς λόγῳ θεραπεῦσαι, μᾶλλον δὲ τῷ θελήματι αὐτοῦ τῷ ἁγίῳ· ταύτην δὲ ἣν προσηνέγκατε ἡμῖν, ἐξελθοῦσα, δότε αὐτὰ τοῖς δεομένοις, πτωχοῖς, χήραις καὶ ὀρφανοῖς. Ἦν δὲ Ἰουσίνη ἕνα ἔχουσα ὀφθαλμόν, ἀπελθοῦσα εἰς τὸν ἅγιον Φιλάδελφον, ἦν γὰρ αὐτὸς πλεῖν τῶν ἄλλων ἐκλυθεὶς ὑπὸ τοῦ βασάνου· ἡ δὲ λέγει αὐτῷ· Ἐπίδου μοι κύριέ μου τὴν χεῖρά σου. *& Iuſtina oculum ſanant.* Ὁ δὲ ἐπέδωκεν αὐτῇ τὴν χεῖρα· καὶ περιπυξαμένη κατεφίλει αὐτήν. Ἐπιθεῖσά τε αὐτὴν ἐπὶ τὸν ὀφθαλμὸν αὐτῆς, καὶ ἐγένετο ὑγιὴς ὡς ὁ ἄλλος· ἔδωκε δὲ δόξαν τῷ Θεῷ ἡ γυνὴ λέγουσα· Εἷς Θεὸς ἀληθινός, ὃν οἱ Χριστιανοὶ σέβονται. Εἶτα μετολίγον ἐξῆλθον ἐκ τοῦ φυλακῆς, καὶ ὡς εἶδε τὴν Ἰουσίναν ὁ Ἀλέξανδρος ἀναβλέψασαν, ἔμεινεν ἐνεὸς ἐν ἑαυτῷ· εἰς ἑαυτὸν δὲ ἐλθών, προσκαλεσάμενος αὐτὴν λέγει αὐτῇ· Οὐχί, κυρία μου, μετὰ ἑνὸς ὀφθαλμοῦ συγχωρεῖσα εἰσῆλθες εἰς τοὺς ἀνθρώπους; Ἡ δὲ λέγει αὐτῷ· Ναὶ· καὶ ἡ τούτων πίστις καὶ προσευχὴ ἰάσατό με τὴν ἑλεεινήν, κἀγὼ δὲ σοὶ αὐτοῖς ἀνῷ καὶ ὑμνῷ Χριστὸν τὸν ἀληθινὸν Θεόν.

non permittunt vulnera obligari,

43 Ταῦτα ἀκούσας ὁ Ἀλέξανδρος, εἰσεπήδησεν εἰς τὴν φυλακήν, καὶ πεσὼν παρὰ τοὺς πόδας τῶν Ἁγίων, μετὰ δακρύων ἔλεγε· Συγχωρήσατέ μοι Ἅγιοι ἃ εἰς ἡμᾶς ἐπραξα κακά, καὶ δεήθητε τοῦ Χριστοῦ, ὅπως κἀμὲ καταξιώσει τοῦ ἁγίου καὶ Σωτηριώδους βαπτίσματος· ἦν γὰρ καὶ αὐτὸς πεπαδευμένος γράμμασι, καὶ καθημέραν ἀναγινώσκων τὰς τῶν Χριστιανῶν γραφάς. Λέγουσιν αὐτῷ οἱ Ἅγιοι· Ὁ Θεὸς, ἀδελφὲ, ὁ πάντας θέλων σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν, δώη σοι κατὰ τὸ αὐτοῦ θέλημα. Πλὴν καθὼς ὁ μακάριος Ἀπόστολος βοᾷ, ὅτι ἰδοὺ νῦν καιρὸς εὐπρόσδεκτος καὶ ἡμέρα Σωτηρίας, σπεῦσον, ἐὰν βούλῃ σῶσαι τὴν ψυχήν σου. Ὁ δὲ φησι πρὸς αὐτούς· Τί ποιήσω; πῶς δέξομαι τὸ βάπτισμα. Οἱ δὲ λέγουσιν αὐτῷ· Εἰ μὴ δυνατὸν καὶ εὐάρεστόν ἐστι τῷ Θεῷ δέξασθαί σε τὸ βάπτισμα, καλόν· εἰ δὲ μή γε, διὰ τοῦ ἰδίου σου αἵματος βαπτίζεσθέ σε. Ταῦτα δὲ αὐτοῦ ἀπόντος, ἐξῆλθε καὶ ἐκάθισεν ἔμπροσθεν τῆς φυλακῆς. Καὶ ἰδοὺ ἀποστείλας ὁ Τερτύλλος, ἐκάλεσεν αὐτὸν ἐν τῷ Πραιτωρίῳ καὶ εἰσελθὼν ἔστη ἔμπροσθεν αὐτοῦ. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Τέρτυλλος λέγει αὐτῷ· Ἀλέξανδρε, ἆρά γε ζῶσιν οἱ ἄθλιοι ἐκεῖνοι, ὧν τὰ σπλάγχνα ἔρρεον ἐν τῇ γῇ; Λέγει αὐτῷ· Ναὶ ζῶσι, καὶ ἰάθησαν ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ αὐτῶν. Ὁ δὲ λέγει αὐτῷ· Ἀπελθὼν ἄγαγε ἡμῖν τοὺν σχάραν καὶ τὸ τύγανον καὶ τοὺς ὀγκινίσκους, ἃ ἐπετάξαμεν εἰς τὴν ἀπώλειαν αὐτῶν. Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτῷ· Μή μοι γένοιτο ἀπὸ τοῦ νῦν ἐπενεγκεῖν χεῖράς μου εἰς τοὺς Ἁγίους τούτους· ἀλλὰ κἀγὼ ἀπὸ τῆς σήμερον τὸν Χριστὸν σέβομαι, ὃν οὗτοι προσκυνοῦσι, καὶ Χριστιανὸν ἑαυτὸν ἀποκαλῶ.

& coram Tertyllo ſe Chriſtianum faetetur:

ex ms. vatican.

44 Ταῦτα ἀκούσας ὁ Τέρτυλλος, ὡς λέων ἐταράχθη, κράζων καὶ λέγων· Οὐαί μοι! τί ποιήσω; Ἰδοὺ γὰρ προείρηκα· τάχα ἡ τῶν Χριστιανῶν μαγία καλέλαβε καὶ ἁρπάσασα ἐκ τῆς ἐμῆς χειρὸς καὶ ὃν εἶχον ἕνα Σύμβυλον. Ἀποστείλας δὲ ἑκάλεσε πλείους ἄρχοντας τῆς Μεσοπόλεως, καὶ καθίσαντες εἶπεν ἀχθῶμεν τὸν σχάραν καὶ τὸ τύγανον καὶ τοὺς ὀγκινίσκους· καὶ ἐκέλευσε καθεσθαι αὐτὰ κατὰ κράτος. Ἐκκαίνιον δὲ αὐτῶν, ἐκέλευσεν ἀχθῶμαι μόλιβδον καὶ πίσαν καὶ ἄσφαλτον καὶ ῥητίνην, καὶ κλιθῶμαι ἐν τῷ τυγάνῳ, καὶ ἐκκαλῶμαι σφοδρῶς· ἀγαγών τε τοὺς ἁγίους Μάρτυρας λέγει αὐτοῖς· Ἰδοὺ ταῦτα δι' ὑμᾶς ἡτοίμασα, ἢ πεισθέντες δύσατε τοῖς θεοῖς, ἢ καυτροβάλλω ὑμᾶς ἐν τοῖς τυγάνοις τούτοις. Οἱ δὲ ἀποκριθέντες εἶπον τῷ Τερτύλλῳ· Ὃ βούλει ποιῆσαι, παράνομε καὶ ἀσεβέστατε κύον, ποίει ἐν τάχει· ἡμᾶς γὰρ ὡς καὶ προεφημύσοι, οὐδεὶς χωρίζει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ ἡμῶν. Τότε θυμωθεὶς ἐκέλευσε τὸν μὲν ἅγιον Ἅλφιον γλωσσοτομηθῆναι· ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἅγιος εἶπεν· Ἄκουσον, ἀναίδεστατε κύον, κἂν ἀφέλῃς τὸ τῆς φωνῆς ὄργανον, καὶ σιωπῶντων ἀκούει ὁ Θεός. Τότε οἱ στρατιῶται ὁπλοβόμβοι αὐτὸν, ἀνοίξαντες τὸ στόμα αὐτοῦ, ἐκράτησαν οἱ δήμιοι τοὺς ὀγκίνους, καὶ σύροντες τὴν γλῶσσαν τοῦ ἁγίου Ἅλφιου, ἐπέτεμον αὐτήν. Τὸ δὲ πλῆθος τοῦ αἵματος ἐκχυθέντος, παρέδωκεν αὐτοῦ τὸ πνεῦμα ἐν εἰρήνῃ τῷ Θεῷ. Ὁμοίως δὲ ἀγαγόντες καὶ τὸν ἅγιον Φιλάδελφον, ἐπέθηκαν ἐπὶ τὸν σχάραν καὶ προσοπλώμενος ἔλεγε· Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, υἱὲ τοῦ Θεοῦ, εἰς χεῖράς σου παρατίθημι τὸ πνεῦμά μου· ὁ γὰρ σωρὸς τῆς ἀνθρακίας τοῖς τοῦ ἰχώρων ἐσβέννοιτο σαλαγμοῖς· καὶ οὕτω παρέδωκε τὸ πνεῦμα. Ὁ δὲ ἅγιος Κυρῖνος εὐχαριστῶν τῷ Θεῷ, ἑαυτὸν ἔρριψε κατὰ τὸν τύγανον· καὶ οὕτω τελειώθησαν ἀμφότεροι οἱ ἁγιώτατοι στρατιῶται, οἱ πολλὰς καὶ πικρὰς καὶ δεινὰς βασάνους ὑπομείναντες ὑπὸ τοῦ πραιτωρίου Τερτύλλου. Ἐτελειώθησαν μηνὶ Μαΐῳ ι', ἐν τόπῳ λεγομένῳ Πυβλίκῃ, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἅμα τῷ Πατρὶ καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

qui plenus ira

adductos extremum Sanctos

10 Maji,

45 Ἐγένετο δὲ μετὰ τὸ τελειωθῆναι τοὺς ἁγίους καὶ πανευφήμους τρεῖς Μάρτυρας, Ἅλφιον, Φιλάδελφον, καὶ Κυρῖνον, ὑπὸ τοῦ πραιτωρίου καὶ φονώδους Τερτύλλου, ἐκέλευσε δεθῆναι σχοινίον ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτῶν, καὶ συρομένους αὐτοὺς ἔρριψεν ἐν φρέατι ξηρῷ, ἐν τόπῳ λεγομένῳ Στροβιλίῳ, πλησίον τοῦ οἴκου Ἰουσίνης καὶ Θέκλης· ἦσαν γὰρ αὗται αἱ μακάριαι γυναῖκες συγγενεῖς ἀλλήλων ὑπάρχουσαι, ἦσαν δὲ καὶ πλούσιαι σφόδρα, παρὰ πάντας τοὺς κατοικοῦντας ἐν τῇ αὐτῇ Μεσοπόλει Λεοντίνων. Ἰδοῦσα δὲ τὸ γενόμενον παρὰ τοῦ ἀχρείου θηρὸς Τερτύλλου, ὅτι ἔρριψε τοὺς Ἁγίους ἐν τῷ φρέατι, ἔτυψαν τὰ πρόσωπα αὐτῶν καὶ τὰ στήθη, σφοδρῶς κλαύσασαι καὶ λέγουσαι, Μὴ συγχωρήσῃς Κύριε τῷ δυνάμεων διαμεῖναι ἐν τῷ φρέατι τούτους τοὺς μακαρίους Ἁγίους, οἳ καὶ διὰ τὸ σὸν ὄνομα ἐξέχεαν τὰ αἵματα αὐτῶν διὰ πολλῶν καὶ κακοτέχνων στρεβλώσεών τε καὶ βασάνων. Ταῦτα δὲ εἰποῦσαι, ἡσύχασαν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτῶν ὀλίγον, ἕως οὗ βραδέως γέγονεν ἤδη ὥρα· προσκαλεσάμεναι δὲ τοὺς ἑαυτῶν παῖδας πεῖνε καὶ ι' τὸν ἀριθμὸν,

corporibus in puteum abjectis:

ad quæ tollenda & egreſſæ Thecla & Iuſtina eſi famulæ

EX MS. VATICAN.

ἀριθμὸν, εἶπον αὐτοῖς· Γινώσκετε, τέκνα ἡμῶν ἀγαπητὰ, ὃν σέβυσιν οἱ Χρισιανοὶ Θεὸν, δυνατὸς ὑπάρχει καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ ἰᾶσθαι τοὺς εἰς αὐτὸν πεποιθότας· οἴδατε ὅτι οἱ ἅγιοι οὗτοι τρεῖς παῖδες ξένοι, παραγενόμενοι ἐνθάδε, καὶ πολλαῖς βασάνοις ὑποπεσόντες ὑπὸ τοῦ θεομάχου καὶ πανμιάρου Τερτύλλου, οὐκ ἠδυνήθη διὰ τῶν τοσούτων βασάνων μετακινῆσαι αὐτῶν τὴν εὐσεβῆ λογισμὸν ἐκ τοῦ Χρισοῦ ἀγάπης· τῷ τέλει δὲ πυρὶ παρέδωκε τὰ σώματα αὐτῶν, καὶ ὕτω παρέδωκαν τὸ πνεῦμα τῷ Θεῷ, ὁμολογοῦντες αὐτόν τε καὶ τὸν μονογενῆ Υἱὸν, καὶ τὸ σωαῖδιον ἅγιον Πνεῦμα, Τριάδα τελείαν ἁγίαν 1 ὁμοιούσιον καὶ ὁμοδύναμον. Ἀποκριθέντες οὖν οἱ παῖδες εἶπον τῇ κυρίᾳ αὐτῶν· Γινώσκομεν ὅτι ὁ Θεὸς τῶν Χρισιανῶν ὑπάρχει μέγας καὶ ἰσχυρὸς, καὶ οἴδαμεν ὅτι καὶ οὗτοι οἱ Ἅγιοι δι' αὐτὸν ἔπαθον καὶ ἐτελειώθησαν ἐνθάδε. Λέγυσιν δὲ αὐτῇ· Καὶ τί κελεύετε ἵνα ποιήσωμεν; Ἡ δὲ Ἰυσίνη καὶ Θέκλα εἶπον αὐτοῖς· Βυλόμεθα ὑμῖν ποιεῦσαι μυσήριον, ἵνα ἀπελθόντες σὺν ἡμῖν ἐν τῷ φρέατι, ἐν ᾧ ὁ δαίμων ἐχάλασε τοὺς Ἁγίυς, καὶ ἐν πολλῇ ἰσχύϊ ὑμῶν κατελθεῖν ὑμᾶς ἐν τῷ φρεάλι, καὶ ἑλκύσαι ἐκεῖθεν ὑμῖν τοὺς Ἁγίυς. Οἱ δὲ μετὰ χαρᾶς δεξάμενοι τὸ προσαχθὲν αὐτοῖς ἔργον, ἀπίεσαν ἐν τῷ φρέατι, ἔνθα ἦσαν περιμμένοι οἱ Ἅγιοι· εἶδησαν γὰρ καὶ αὐτοὶ ἔνθα ἦσαν οἱ Ἅγιοι βληθέντες.

B

cum caelesti odore & luce

46 Καὶ προσδραμόντες τὰ γλύαια ὀλίγον, οἱ παῖδες ἀπήρχοντο ἕως τοῦ φρέατος. Ἤδη δὲ αὐτῶν ἀπερχομένων ὑ μακρὰν αὐτῶν ὄνλων, ἤκυσαν εὐωδίαν πολλὴν, καὶ ᾠδανόμενα εἶπον πρὸς ἀλλήλυς· Τάχα ἡ εὐωδία αὕτη τῶν Ἁγίων τούτων ὑπάρχει. Εἶτα μετολίγον ἀναβλέψαντες, θεωροῦσι φῶς περιασράπτον κύκλῳ τοῦ φρέατος καὶ πλησίον γενόμενοι, θεωροῦσι κεκμένυς τοὺς Ἁγίυς ἐπάνω τοῦ φρέατος, ἐξασράπτοντα αὐτῶν τὰ πρόσωπα, καὶ τὸ σῶμα αὐτῶν ὅλον ὑγιὲς γενόμενον, ὡς μηδὲ πυρὸς ὀσμὴν λαβόνλα. Τοῦτο ἰδόντες τὸ παράδοξον οἱ παῖδες, ἐπέσρεψαν δρομαίως, καὶ σωλύτησαν ἐν τῇ ὁδῷ τῆς ἑαυτῶν κυρίαις, λέγοντες· Ἀληθῶς, κύρια ἡμῶν, καθὼς εἰρήκαλε, ὅτι μέγας ἐσὶν ὁ Θεὸς τῶν Χρισιανῶν, καὶ μεγάλη ἡ ἰσχὺς αὐτοῦ, καὶ τὸ μεγαλοσωύης αὐτοῦ σὐκ ἔσι πέρας. Ἰδὺ γὰς ἐλέγομεν ἀνασπάσαι ἐκ τοῦ φρέατος, οὗτοι κεῖνται πλησίον τοῦ σόματος τοῦ φρέατος. Ἀναβλέψασαι δὲ καὶ αὗται, ἴδον φῶς μέγα περιασράπτον τὰ σώματα τῶν ἁγίων καὶ πανευφήμων Μαρτύρων. Πλησίον δὲ αὐτῶν γενόμεναι ἅμα τῷ παιδαρίῳ, συνεκολύθυν δὲ αὐτῇς καὶ πέντε κοράσια· καὶ τρέμυσαι Ἰυσίνη καὶ Θέκλα, προσέπεσον τοῖς ποσὶ τῶν Ἁγίων, κλαίυσαι καὶ λέγυσαι· Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς, ὁ ἐκλεξάμενος ὑμᾶς καὶ ἀγαγὼν ἐκ τοσούτων καὶ μακρῶν ὁρίων, πρὸς ἀνόρθωσιν καὶ σωτηρίαν τῶν δι' ὑμῶν μελλόντων πιστεύειν εἰς τὸ ἕνα καὶ μόνον ἀὸν μονογενῆ τοῦ Θεοῦ τὸ ἀληθινόν. Εἶτα προσκυνήσαντες αὐτά τε καὶ οἱ παῖδες τὺς ἁγίυς αὐτῶν πόδας, καὶ αἱ τούτων θεραπαινίδες.

C

& post redditum surdae ancillae auditum

47 Μία μὲν ἐκ τῶν τῆς Θέκλης θεραπαινίδων ὑπάρχυσα κωφὸς, μηδέποτε ὅλως ἀϊδανομένη φωνῆς· καὶ ὡς μόνον προσεκυνήσαν τοὺς τιμίυς καὶ ἁγίυς αὐτῶν πόδας, εὐθέως καὶ παραχρῆμα ἀνοίχθησαν αὐτῆς τῶν ὠτῶν ἀκοαὶ καὶ ἤκυσεν ὡς αἱ λοιπαί. Ἰδοῦσα δὲ ἡ κόρη τὸ εἰς αὐτὴν γενόμενον παράδοξον θαῦμα, ἐσδραμοῦσα πάλιν ἐκυλίετο παρὰ τοὺς πόδας τῶν Ἁγίων, λέγυσα· Εὐχαριςῶ σοι, Θεὸς δι' ὑμῶν Ἅγιοι, ὅτι ἀνεῴχθησαν οἱ Ἅγιοι τῶν ὠτῶν μυ, καὶ ἤκυσα ἃ ὐκ ἐθυμυν ἀκυσαι. Οὐκ ἔδησαν δὲ Ἰυσίνη καὶ Θέκλα ὅτι τοῦτο ἐγένετο εἰς αὐτὴν τὸ θαῦμα, εἰ μὴ ὅτι μόνη ἐκυλίετο παρὰ τοὺς πόδας αὐτῶν. Ἔμφοβοι δὲ γενόμεναι αἱ μακάριαι ἐκεῖναι γυναῖκες, λοιπὸν δὲ καὶ τὰ παιδάρια αὐτῶν, καὶ πάλιν ὠδριομένυι, ἐλέγοντο τοῖς παιδαρίοις· Ἐπιβάλετε τὰς χεῖρας ὑμῶν χωρὶς πανὸς φόβυ καὶ τρόμυ, καὶ ἄρωμεν τὺς Ἁγίυς ἔνθεν· καὶ ἀπαγάγωμεν καὶ κατακρύψωμεν αὐτὺς ἐν ᾧ οἴδαμεν ἀποκρύφῳ τόπῳ. Καὶ ὡς μόνον ἐπέβαλον τὰς χεῖρας αὐτῶν τρεῖς ἐξ αὐτῶν παῖδες, ὁ μὲν εἷς Βαρνάβας, ὁ δὲ ἕτερος Ἰυλιανὸς, ὁ δὲ τρίτος Ἀγαθόνικος (οἱ μὲν δύο ὑπῆρχον Θέκλης, ὁ δὲ ἕτερος ὑπῆρχεν Ἰυσίνης ὁ λεγόμενος Ἀγαθόνικος) καὶ ὡς μόνον ἐπέβαλον τὰς χεῖρας ἐπὶ τοὺς Ἁγίυς, ἑαυτοὺς σωέδωκαν εἰς τὺς ὤμυς τῶν παιδαρίων, ὡς δοκεῖν μηδὲν βασάζειν. Ἤγαγον οὖν αὐτὺς ἐν τῷ οἴκῳ Ἰυσίνης καὶ Θέκλης, καὶ ἀπέθεντο αὐτὺς ἐν κελλίῳ μικρῷ ἐν τόπῳ καθαρῷ, ἔνθα καὶ σπήλαιον ὑπῆρχεν· ἔμπροσθεν δὲ τοῦ αὐτοῦ σπηλαίυ ἦν οἰκοδομημένον τὸ κέλλιον, ὡς μὴ ὑπονοεῖν τινα ὅτι ἐκεῖσε σπήλαιόν ἐσιν. Ἐν αὐτῷ δὲ τῷ σπηλαίῳ εἶχον αἱ μακάριαι ἐκεῖναι γυναῖκες τὸ τίμιον καὶ ζωοποιὸν σαυρὸν ἀποκεχρυμμένον, ἐν ᾧ καθ' ἑκάσλυ ἡμέραν προσεκυνήσαν αὐτὸν, καὶ πᾶσα ἡ πανοικία αὐτῶν. Κἀκεῖσε αὐτὺς διεφύλαξαν ἐν τῷ αὐτῷ σπηλαίῳ, ἔνθα καὶ ὁ Ἐπὶς ναὸς αὐτῶν ἀνῳκοδομήθη, μεθ' ὧν αἱ ἐκκλησίαι τοῦ Θεοῦ εἰρήνυν πληφασι, διὰ τὴν χάριν αὐτοῦ, ὅτι αὐτῷ πρέπει δόξα καὶ κράτος, τιμὴ, μεγαλοσυύη, τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

D

E

ANNOTATA.

a Ὀπισθάγκονα *alibi necdum lectum ab* ὄπισθεν *retro & ἀγκών,* ἀγκῶνος cubitus.

b λυμὴ pernicies *est,* λυμὸς *nusquam legitur, imo nec* λυμώδης, *quemadmodum a* λοιμὴ peſtilentia *dicitur* λοιμώδης: *quod autem per apharesim ultimae ſyllabae, ex ſequenti epitheto ſupplendae, dicatur* λυμῶ καὶ θηλώδη *pro* λυμώδη καὶ θηλώδη *non auſim aſſeverare abſque exemplis aliunde allatis.*

c *Videtur ſubintelligi* πόλεως urbis *& mox infra* νήσε, inſulae.

d *Ecgraphum noſtrum* Ἡμίθῳ, *quod corrigendum fuit.*

e *Ibidem* μέλλον, *deinde verbo hoc punctis ſubnotato ſupra ipſum ſcribebatur* καὶ Μύμονα, *fortaſſe corrigendum & legendum, ex mente ejus qui autographum correxit,* μύδων.

f *Scriptum erat* ἐνδόσιν, *pro quo nullum ſenſum faciente ſubſtituimus* ἐκφήσωσι.

g *Expungo, quia redundat* ἐμοὶ ὡς,

h Βεβηλάνω *pro* βεβηλόω *necdum alibi legimus.*

i *Ita etiam Latina verſio, ubi in ecgrapho noſtro perperam ſcripsit* Φιλάδελφος.

k Σχάσε *per apocopen primae ſyllabae pro* Ἐσχάσε.

l *Ecgraphum noſtrum* ὡμολόγησαν, *quod ſenſum non facit.*

super puteum inveniunt integra,

auferunt atque ſe-peliunt.

APPEN-

APPENDIX
SIVE ADDENDA AUT EMENDANDA D. P.
AD II TOMUM MAJI.

AD DIEM V.

*Fol.*1 *col.*1 *Poſt* S.Irenem Mart.C P. *ponatur.* S. Herina *ſive* Irene Aletii in Salentinis Calabriæ.

De Irene CP *Fol.*4 *col.* 1 *lin.*7 *à fine dele,* Præterea cap.7 Idem Procopius,*& hæc ſubſtitue:*

Alteram ad mare *dictam,cum exigua eſſet,deſtrui divinitus juſſam,S.Marcianus Magnæ Eccleſiæ Oeconomus extruere cœpit; abſolvit autem Verina Auguſta, Leonis Magni uxor, poſt annum* CCCCLX, *uti in Vita S. Marciani die* x *Ianuarii cap.* 5 *fuſius legi poteſt,& ad* xv *Maji paucis etiam indicatur, propter S.Iſidori Martyris reliquias, ab eodem Marciano iſtuc illatas. De hac autem* S.Irenes *eccleſia cap.7 ſic loquitur idem Procopius.*

B *Fol.* 5 *Col.* 2 *lin.* 24 *dele reliqua iſtic poſita de* S.Irene, *incipiendo ab his verbis,* Ac deinde ſeorſim refert S.Herinam ; *& ſequentia ſubſtitue.*

4 P. *Antonius Beatillus noſter p.m.de hoc Opere ſæpe atque conſtanter bene meritus quoad vixit,ad petitionem R. P.Bernardini Realini,in gratiam Aletinorum ſeu Lupienſium, inter hanc & Sanctam ſuam Patronam ac Protectricem(de qua ſeorſim agere proponimus)non diſtinguentium,* **Cultus in Theraſia** *prolixum de ejuſdem Actis opus ſcripſit Italice, & Neapoli anno* 1609 *imprimendum curavit Ibi poſt relata fuſe Acta ex Græcis Latiniſque monumentis, & ad quamdam veriſimilitudinis ſpeciem adducta, lib.* 2 *cap* 5 *agit de illius cultu in variis orbis partibus, atque imprimis notat Inſularum Archipelagi ex non minimis unam, quæ antiquis* Theraſia *dicta, hodie à nomine* S.Irenes, *appellatur vulgo* Santorini *&* Santerini. *Cumque ea mutatio nominis ſeculo* VIII *facta videatur,haud inepte conjectat, ejus cauſam fuiſſe,quod inſigni Sanctæ communiter invocatæ patrocinio fuerint ſalvati inſulani ab excidio proximo,quod cunctis minabatur anno* DCCXXVI *Indict.* IX *horribilis fortuna,qua* meſſis colligendæ tempore *(ſicuti narrat Theophanes)* inter Theram & Theraſiam inſulas per aliquot dies vapor ex profundo maris,quaſi ab ardente fornace ebullivit: quo paulatim denſato atque in lapidem concreto,totus fumus igneus apparuit; & ob terrenæ materiæ craſſitiem magni pumices lapidum inſtar per totam Aſiam minorem, Leſbum,& Abydum, & maritimas Macedoniæ regiones disjecti ſint, ita ut univerſa facies ejus maris pumicibus innatantibus repleta fuerit. *Conjecturam ſuam Beatillus firmat in eo, quod non ſine miraculo videatur inſula potuiſſe ſervari; ſervatam autem fuiſſe perſuadeat incolarum hodieque numerus,oppidorumque cultus & cetera omnia,quæ felicem undequaque regionem commendant. Nihil certe dubitem, quin inſigne aliquod Sanctæ templum extiterit,atque adeo cultus ibidem viguerit, unde nomen novum factum ſit. Idem licet præſumere de duobus in Cypro oppidis, corrupto nunc nomine* San-Reino *&* Sant Arino *dictis. Adde* Nerodiadem *in minori Aſia,quæ nomen in* Irenopolin *vertit;&* S.Irenem *vulgo* Sant-Arem *in Luſitania, & alia alibi ſimilia loca, fortaſſis nec à Sancta, nec ab una eademque nuncupationem adepta omnia: ſed quædam etiam à* Pace,*quæ Græcis* Εἰρήνη *dicitur,quædam vero à diverſis ejuſdem nominis.*

E *Cypro & alibi.*

DE S. HERINA SIVE IRENE D. P.
ALETII SEV LVPIIS IN CALABRIA

§. I. *Vetuſtiora monumenta cultus in civitate prædicta.*

C BEatillus *ſupra laudatus, & alii in Regno Neapolitano ſcriptores,* Aletinorum *ſeu* Lypienſium *vel* Lucienſium *Patronam non diſtinguunt à celebri illa* Irene,*de qua hactenus egimus. Horum ſenſui inhærens Philippus Ferrarius in Catalogo Sanctorum, qui non ſunt in Romano Martyrologio,poſtquam ea ſcripſit de* S. Irene *quæ retulimus,ſeorſim refert* S. Herinam Virginem & Martyrem,ſub Licinio Imperatore, Aletii in Salentinis:*& in Notis cenſet* unam eamdemque eſſe, corpuſque Aletium tranſlatum fuiſſe,*ac* Aletinos ignorantes illius hiſtoriam, credidiſſe eam ſuam civem, aut certe acta utriuſque confudiſſe. *Apparet hoc ex Vita S.Herinæ Aletinæ, quam idem Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ diu ante ediderat,ubi in Annotatione indicat,*à Ladiſlao Rege anno MCCCCXVIII,in quodam ſacello,quod olim extra urbem Aletinam erat, imagines S.Herinæ & S.Veneræ, una cũ accenſis lampadibus imaginem ſanctiſſimæ Deiparę circumſtantium,fuiſſe repertas: ubi S.Mariæ de Luce cognominatæ templum conſtructum fuit. Sanctæ vero Herinæ inſignem baſilicam ab Aletinis excitatam fuiſſe,quam Clerici Regulares tenent.

Cultus & templum Aletii

non ſine confuſione perſonæ,

2 *Agit de utriuſq; Sanctæ Virginis ac Martyris Paſſione prolixe* Paulus Regius Vico-Aquenſis Epiſcopus,*in fine partis* 1 *de Sanctis Regni Neapolitani, &* S.Veneram *facit ſodalem ſeu famulam* S.Herinæ : *hanc vero filiam Licinii Imperatoris ex Conſtantia Magni Conſtantini Sorore,quæ* Aletii *(dicitur vulgo* Lecce,*aliis* Lupiæ *&* Lycium*)nata & educata,à patre impio, poſt primam cladem in extremũ iſtum Italiæ angulum reducto, inventa ex matris inſtitutione Chriſtiana, atq; in propoſito ſervandæ virginitatis obfirmata.ejuſdem juſſu ibidem primum obſcuræ turri inclu-* F *ſa cum ſua ſodali fuerit.poſtquam autẽ in iis tenebris conſpecta eſſet ardere lampas ante eas accenſa, neq; alterutra poſſet à Chriſti fide abduci, ſimul utraq; Licinii juſſu per exquiſita tormenta martyrio deniq; coronata ſit ſub annum Domini* CCCXVI. *De* S.Venera,*aliis* Veneranda *aut* Paraſceve, *una aut pluribus, agemus menſe Iunio die* XXVI *aut* XXVIII, *ſimillimam in ea rerum, temporum,locorum ac perſonarum confuſionem reperturi, quæ hic occurrit circa* S.Irenem *Conſtantinopoli celebrem, atque in Thracia natam & paſſam, maleque à multis creditam filiam Licinii Imperatoris;quod & huic* S.Herinæ *Aletienſi æque inſipienter applicatum eſt.*

13 *Etenim Conſtantinus (uti narrat Zoſimus lib.* 2*) victo Maxentio, adeoque poſt* VIII *Kalendas Octobris anni* CCCXII, Licinio Mediolanum accerſito ſororem Conſtantiam in matrimonium tradidit, quam antea ſe daturum ei promiſerat, cum eum ſibi ſocium contra Maxentium hoſtem adjungere vellet: *nuptiiſque celebratis, amborum Imperatorum nomine, pro Chriſtianis fuit promulgatum edictum, quod refert Baronius ad annum* 313 *num.* 5. *Diſſimulabat ſcilicet homo ethnicus tantiſper, in gratiam novæ affinitatis, ſuum contra Chriſtianos odium; quod in Oriente, ubi potiſſimum regnavit, cœpit exercere,*

& fœdè circa Vitam parachroniſmus.

AUCTORE D. P.

hypocriſi depoſita ſub annum CCCXVI, *Deo æque ac Conſtantino noviterque ductæ uxori injurius per ſua adulteria. Idem falſo oraculo ad perſecutionem movendam animatus, arma tandem adverſus Conſtantinum ſumpſit, à quo Cybalenſi prælio in Pannonia victus anno* CCCXVIII, *iterumque & iterum ac ſæpius rebellans, ad extremum profligatus captuſque ad Nicomediam anno* CCCXXIII, *ab aliis quidem occiſus dicitur, ab aliis vero in Galliam amandatus, numquam viſa, ex quo uxorem iſtam ultimam duxerat, Italia; & ſexagenario major, quando exutus fuit dignitate omni, atque ipſa (ut pluribus placet) vita. Ex quibus liquido demonſtratur, quam male conſuta ſit tota de* Herena *Aletienſi fabella: quam interim apud Salentinos natam ac paſſam, ſed ab altera diverſam, non negavero: corpus ſaltem apud eos honoratum ſemper eſſe in confeſſo manet. Illam vero de lampade ardenti narrationem non aliud habere fundamentum crediderim, quam Euangelii verba, quibus Virgines prudentes Matthæi* XXV *inducuntur in adventum ſponſi lampades ardentes præparatas habere. Ita Romæ in* D. Praxedis *æde, cuidam ipſius eccleſiæ arcitravæ (uti appellant) inſculpta cernitur ipſa & ſoror* S. Pudentiana, *cum Sanctis Paſtore atque Pudente, hoc patre, iſto patruo (uti credunt multi) utriuſque, juxta expreßionem deſumptam ex Floravante Martinellio, in Trophæo ſanctiſſimæ Crucis Romæ* 1655 *pag.* 52.

D *Cur ipſa cum & S. Venera pingatur cum lampadibus,*



in imagine reperta anno 1418.

4 *Similem* Sanctarum Herinæ & Veneræ *expreſſionem repræſentat Paulus Regius, de inventione prænemoratarum imaginum ſic loquens.* Quia in memoria æterna Juſtos eſſe vult Deus; accidit ut eo tempore quo Aletii habitabat Regina Maria, uxor Ladiſlai Neapolitani Regis, in capella quadam inveniretur perquam devota & antiquiſſima imago glorioſiſſimæ Virginis Deiparæ, cum imaginibus duarum Sanctarum Martyrum Herinæ & Veneræ, à dextris & ſiniſtris ſtantium, habentiumque accenſas in manibus lampades. Ea capella, quia extra cinctum murorum erat, viſitabatur à nemine: ſed cum circa idem tempus locus illuſtrari cœpiſſet nocturno quodam lumine, totum unum annum durante, & ſupra tectum conſiſtente; ædificata eſt ibidem ab Aletienſibus eccleſia inſignis, ſub titulo S. Mariæ Lucis; quæ ab eo tempore, id eſt ab anno MCCCCXVIII, in tanta veneratione cunctorum fuit, ut auctis paulatim circa eam ædificiis, viſa ſit includenda civitati. Cum autem his noſtris temporibus Aletium veniſſent Patres Theatini, comperiſſentque Patronam urbis appellari S. Herinam, eamdem aſſumpſerunt in Titularem novæ ſuæ eccleſiæ, hanc ſub ipſius nomine dedicantes. Sed etiam Andriæ Reliquia quædam iſtius Sanctæ eſt, nec non Aletii, *ſcilicet (uti mihi Carolus Bozzi, vir Aletii nobilis & eruditus)* apud Patres Cæleſtinos à ſancta Cruce cognominatos, intra pulchrum vas argenteum, nomen S. Irenes Græcis litteris inſcriptum habens, *quas manu Silverii Metii Presbyteri Græci tranſcriptas exhibet Iacobus Beatillus, lib. 2 de S. Irene Cap. 7 Annot. c,* ΤΟ ΑΤΥΦΑΝΟΝ, ΚΥΡΙΕ, ΤΗΣ ΣΗΣ ΑΓΙΑΣ ΑΘΛΟΦΟΡΟΥ ΕΙΡΗΝΗΣ, ΤΗΣ ΕΝΔΟΞΟΥ, ΗΤΗΣ, ΚΕΙΤΑΙ ΕΙΣ ΒΟΗΘΕΙΑΝ ΠΑΣΙ ΤΟΙΣ ΦΕΡΟΥΣΙ ΡΤΓΟΣ. Reliquiæ, Domine, tuæ ſanctæ victricis, Irenes glorioſæ, quæ jacent in auxilium omnibus ferentibus frigus febrile.

C

Reliquia ejus quædam,

5 In hac etiam civitate, *inquit prælaudatus Carolus Bozzi*, invenitur antiquum manuſcriptum cujuſdam Nobilis Aletini, in eoque ſcripta hæc verba. Anno MCCCCLXXXIV obiit Illuſtris Dominus Franciſcus de Baucio Dux Andriæ, in cujus morte pleno die ſtella apparuit. Et vero in numero Sanctorum reputari ille poteſt, propter bonam ac ſanctam ſuam vitam. Ejus tempore in Beteghis per revelationem inventa ſunt corpora SS. Sergii, Mauri, & Pantaleonis. Cumque aliquando Dux prædictus eſſet Aletii, miſſus huc à Rege Ferdinando, obtulit Univerſitati huic noſtræ corpus S. Herinæ & corpus S. Orontii, quæ ubinam eſſent ſciebat Dominatio ſua: ſed Univerſitas hæc, ingrata atque indigna tanto bono, pigra fuit in eo requirendo. Neque hanc rem putet aliquis fabuloſam eſſe: ipſe enim Antonellus Conizer præſens interfui. *De Sanctis Martyribus tribus prænominatis agemus* XXVII *Iulii. De* S. Orontio *deque SS. Iuſto ac Fortunato commune feſtum Aletini celebrant* XXVI *Auguſti, ex indulto ſacræ Congregationis Rituum, tamquam de Patronis æque Principalibus, jam inde ab anno* MDCLVIII. *Ad ipſam* S. Herinam *quod attinet, eam non ſolum credo ab* Irene *diverſam perſona, ſed etiam nomine, ut ſit diminutivum* Herina *ab* Hera; *ſicut* Paulina *à* Paula: *non tamen id prorſus firmiter ſuſtinuero, cum ſciam ipſum Græcum nomen diverſiſſime pronuntiari, ut videatur paßim eſſe* Erini.

cetera adhuc latent.

6 *Et fuit hæc quidem exinde Aletii culta: prout fidem faciunt antiquiora Miſſalia ac Breviaria, in quibus ad quintam Maji (teſte Beatillo) quamvis Officium & Miſſa jubeantur fieri de S. Hilario Epiſcopo Arelatenſi, addi tamen jubetur Commemoratio* de S. Herina: *donec tandem hæc ſolenniſſime celebrari cœpit, Officio S. Hilarii prorſus dimiſſo.* Hoc vero ut qua occaſione factum ſit per veroſimilem conjecturam definiatur, ſciendum eſt, *inquit Beatillus*, quod in Palatio Aletino, id eſt ea domo quam Gubernator Regius incolit, eccleſiola ſit, neque valde antiqua, neque omnino recens, ſub nomine S. Herinæ, poſita editiori loco, ſic ut per ſaxeas ſcalas illuc aſcendere è publica via oporteat. Circum hujus eccleſiolæ parietes, totam S. Herinæ vitam & res geſtas depingendas curaverunt Aletini. In principio autem utriuſque porrectioris lateris viſuntur quadra duo, ipſam quam quærimus auctæ feſtivitatis & eccleſiolæ erectæ cauſam (niſi fallor) ſignificantes. Etenim in ea quæ ad dexteram ſeu cornu Euangelii eſt, viri ac feminæ cernuntur flexis genibus, manibuſq; in cælum porrectis monſtrare turrim S. Herinæ, in media tabula expreſſam: inſuper deſignantur plurimi ſexus utriuſque homines humi ſtrati, enectique ignibus undique de cælo vibratis. In altero latere, ex adverſo tabulæ jam deſcriptæ, conſpiciuntur ſimiles ſagittæ igneæ, quibus

F *Cultus auctus*

erectionis eccleſiolæ patinæ.

A bus jumenta cujuſcumque generis enecantur, hominibus eodem, ut in priori tabula, modo conantibus malum precando avertere. Hæc ante annos haud multo plures quam centum picta, cum locus dealbaretur, ſola fuerunt reſervata, cautumque ne cum aliis per reliquum parietem picturis oblinerentur calce: quod qui caverunt, & ſimul à communi dealbatione exemerunt quadrum, ubi pingebatur S. Herina cum ſociabus, circa turrim ſibi à patre ſtructam conſiſtens; videntur poſteris ſignificatum voluiſſe, eccleſiolam iſtam fuiſſe conſtructam occaſione peſtilentiæ alicujus, in homines animaliaque graſſantis, quam S. Hirena publico invocata voto reſtinxiſſe ſit credita.

ſæculo 15. 7 Ætas picturarum convenit cum hiſtoria noſtrate, conjecturamque firmat. Etenim conſtat quod XV ſeculo poſt Chriſti incarnationem, violenta peſtilentia pluſquam ſemel depopulata ſit Italiam, atque imprimis Hydruntinam provinciam; ita ut aliquando Aletii ſpatio biennii mortui ſint ad quatuordecim hominum millia, & vice altera anno uno millia quindecim; uti habet Antonellus Coniger in Chronica ſua MS. Propius autem ad rem eamdem confirmandam facit inſcriptio, in fronte Palatii prædicti ſculpta; quæ licet exeſa tempore, curioſius tamen explorantibus has plane litteras ac ſenſum viſa eſt reddere. IOANNI TUFO, QUOD REM LUPIEN-

B SEM PROPE PERDITAM, TURCICO BELLO AC PESTE URGENTE, ADMINISTRAVERIT; QUODQUE IN TOT HUMANARUM RERUM CASIBUS PRÆTOREM BONUM EGERIT, INSIGNIBUS DONATO, MAGISTRATUS IN QUARTUM ANNUM PROROGATUS, ET HÆC..... CONSTRUCTA, ANNO A CHRISTO NATO MCCCCLXXXII. P. NICOLAI SCANCII OPUS.

antea in ejus honorem erecta turris 8 Quod autem ad Turrim attinet, in pictura ſupra deſcripta expreſſam, traditio quædã Aletini populi, à fide dignis gravibuſq; teſtibus relata, habet, quod anno MCCX fuerit Lupiis Epiſcopus, nomine Formoſus, cognominatus Bene, qui cum erexiſſet novam Cathedralem ſub invocatione S. Mariæ, campanariam turrim pentaſtegam zonarum quinque ſuperbeq; coronatam eidem adjunxerit Goffridus quidam, hujus urbis tunc Comes, in honorem S. Herinæ, & memoriam ejus turris cui, fuerat incluſa à patre, exemplo ut dicitur Theſſalonica petito: quæ turris deinde civitati aliquamdiu pro inſigni ſervierit. Cum autem & eccleſia & turris poſt annos centum ac ſedecim corruiſſent, utramque à funda-

C mentis reſtauravit Epiſcopus Robertus: in monumentum primæ molitionis ſecundæque reparationis hujuſmodi epigraphas inſculpi faciens marmori, ad ingreſſum & portam aulæ Epiſcopalis locando.

anno 1114. Cura Formoſi Bene, Præſulis officioſi,
Cultu non vilis cum pratis ridet Aprilis,
Hæc in honore piæ quæ viſitur aula Mariæ,
Tunc & fundari cœpit ſimul & fabricari,
Atque Deo fido, Lycii dominante Gofrido,
Transactis mundo cum tempore jam moribũdo
Centũ mille decẽ, poſt hos quoq; quatuor annis,
Aſtra regens poſtquam noſtræ voluit fore carnis.

Et hæc quidem inſcriptio, loco ſuo ablata, nunc invenitur apud Victorium Priuli; alia vero in architrava majoris portæ adhuc ſupereſt:

poſt lapſum reſtauratur anno 1230. Annis completis Domini cum mille ducentis,
Anno ter deno, vultu reſidẽte ſereno
Præſule Roberto, tecto vi diſcooperto,
Corruit eccleſia tibi condita, virgo Maria,
Cum campanili. Quæ condidit arte virili
Præſul prædictus Lycienſis: ſit benedictus.
Nam ſtatim refici fecit, debet benedici.
Hoc opus eſt ſignũ laudantibus hunc fore dignũ.

AUCTORE D. P.

§. II *Geminæ Reliquiæ S. Herinæ ſive Irenes apud Patres Societatis Ieſu. Miracula varia per uſum goſſipii, à P. Bernardino Realino Reliquiis admoti.*

Anno 1604 Roma Lycium allata Reliquia 9 ANNO MDLXXIV *conſtitutum Societatis noſtræ Collegium apud Aletinos ſine Lupios fuit, initia ponente P. Bernardino Realino: qui deinde ætatem reliquam apud eoſdem egit, magnis eximiæ ſanctitatis monumentis illuſtris, uſque ad diem* II *Iulii anni* MDCVI. *Vita ejuſdem, dũ de eo in Sanctorum Catalogum referendo Romæ agitur, deſcripta extat Latine & Italice à variis, Latine autem copioſiſſime à P. Leonardo de Anna, impreſſa Stabiis anno 1656. In ea, lib.* I *cap.* 28 *ſic legitur.* Anno à partu Virginis MDXIV, advecta Lycium ex urbe Roma Servatricis egregiæ lipſana, noſtri homines & excepere cultu magnifico, & carminibus pluribus celebrata, in argenteo ſigno affabre elaborato compoſuere: templum item qua emblematis, qua ſcriptionibus, qua aulæis diſtinctum, eidem Virgini concinnatum egregie eſt. Interim dum hæc aguntur, non defuit piis laboribus & civium ſuorum ſtudiis, quibus excipiebatur, manifeſtum ejuſdem Virginis patrocinium. Etenim ut acceptam ſibi Lupienſium & noſtrorum operam oſtenderet; repente novum ex oſſibus & inuſitatum odorem efflavit. E At Bernardinus, in communi civium ſoſpitæ ſuæ gratulantium officiis ne aſymbolus ageret, deſiderari partes ſuas minime voluit. Itaque & excepit Patronam hilare, & miram reliquiarum fragrantiam carminibus celebravit. Sed rependit illico vati atque hoſpiti ſuo gratiam Irene. Etenim dum ille Virgini ſtylum exercet, ecce tibi inter ſcribendum, cæca quadam corporis lue ſenem jam annis quatuor laborantem, ſanitati reſtituit, ſordidâ ſtatim peſte diſcuſſa: quod ipſum novis carminibus celebravit.

odorem mirum diffundit.

quinto poſt anno indidem allatum corpus alterius S. Irenes. 10 Anno deinde labentis ſeculi nono, Roma item allatum ad ædem noſtram corpus eſt alterius S. Irenes, Virginis & Martyris, in qua excipienda ſimilem operam Bernardinus præſtitit, qui tum forte Collegio Prorector præerat. Id ut pro dignitate componeretur, illuſtris femina Catharina Aquaviva, Nucenſium Dux, magnis ſumptibus & eleganti artificum opera induſtrie elaboratum conditorium cryſtallinum, argento belle diſtinctum, Patribus dono dedit. Igitur ut ſacrarum Reliquiarum theca in ſacello collocaretur, quod in æde noſtra opere Corinthio affabre elaboratum viſitur, ſolennis ſupplicatio eſt indicta. Realinus Vice-rector, affecta ætate jam gravis, excipiendæ Virginis curam Patribus demandavit: neque illi ſegniter ad rem aggreſſi. Interim dum pompa ſolennis adornatur, Prætor Aquaviva, Nucenſium Dux, tam gravi morbo diſtineri cœptus eſt, ut in extrema jam vitæ alea laboraret. Id adeo ne rem turbaret Bernardinus effecit: qui decumbentẽ graviter Ducem, noctu conventum, peramanter amplexus ac deoſculatus, Age, inquit, quoniam Irenes Virginis lipſana ſolenni pompa per urbem in ædis noſtræ ſacellum ſunt exportanda, & te Virginem præſentia tua cohoneſtare addecet; jubeo te in lecto non eſſe diutius. Cras itaque præſcriptam tibi à medicis potionem hauri (obfirmaverat autem animum Prætor ne biberet, multis antea periculis certus illam ſe nauſeante ſtomacho reddere) ſive enim illa tibi proceſſerit, ſive rejectum eas, ſtatim nihilominus convaleſces ac feſto diei integer ac lætus intereris. Prætor Realini verbis confirmatus paruit; & quamquam hauſtam medicorum potionem ſtatim revomuiſſet, tamen

F

ad cujus tranſlationẽ Dux Nucenſis jubetur.

EX VITA REALINI.

ita repente convaluit, ut ſupplicationi intereſſet, ac Martyris corpus pie juxta ac officioſe comitatus ad ædem noſtram deduceret.

& militaris tumultus compeſcitur

11 Et vero tanti viri præſentia non leve operæ pretium fecit: deſcriptos enim Neapolitani regni milites, qui ad pompam ordinati convenerant, de loci dignitate inter ſe infenſis odiis digladiantes, ſua ipſe auctoritate ac nominis majeſtate compeſcuit. Ergo ſeditione compoſitâ inſtituta ſupplicatio longo ordine per medium urbis incedere. Ad eum vero urbis Antiſtes & Canonicorum collegium ac totius Cleri reliqua multitudo confluxerant. Jam civium frequens turba, ad ſpectaculum effuſa, ſacro corpori præſto aderat atque ad templum proceſſerat: cum ecce tibi pro foribus, mali dæmonis arte, novum ac periculoſum derepente excitatum diſſidium eſt. Inter Prætorianos enim & militem quemdam Legionarium neſcio quid turbarum exoritur, eductiſque utrimque gladiis ſpectare res ad ſanguinem videbatur. Enimvero nondum comperto quid ille ſibi tumultus vellet, alii ferrum ſtringere, inermes alii terga vertere, denique ingens hominum vis, in re ſubita trepidantium atque in anguſtis templi foribus ſeſe invicem collidentium, ancipitem rei exitum fecerat. Sed re cognita Bernardinus accurrens, arundineque qua nitebatur ingrediens, ſeſe in medium repente proripuit; turbamque omnem ex facili ita compoſuit, ut è veſtigio, poſitis odiis tectiſque vagina gladiis, ad officium omnes pietatemque ſine ullo metu redierint.

Sanctâ invocatâ.

B

Miraculoſâ odorem communicant genores admoto ſibi goſſipio;

12 *Quod ad priorem Reliquiam attinet, eane Lupiis olim delata fuerit Romam, an aliunde, non habeo quo definiam: ſatis eſt quod Lupias relata, ab ipsâmet Sanctâ crebris miraculoſarum curationum ſignis agnoſcatur. pro ſua, ac nominatim in mox ſequenti hiſtoria, quam una cum ceteris accipiemus ex prædicta P. Bernardini vita, juxta Depoſitiones juratas in ordine ad hujus Canonizationem exceptas, lib. 2 cap.* 10. Forte per eos dies quibus ſacra Irenes oſſa Lupias traſvecta ſunt, Victorius Priuli, vir inter Principes nobilis, cum lipſanothecæ linteolum appoſuiſſet, adhæſiſſe tenui lino recentiſſimum odorem animadvertit. Igitur cum dentibus forte tunc laboraret, dexteræ genæ illud admovit, neque ita multo poſt tactu ſalubri convaluit. Hoc cum Senex animadverteret, ſubit periculum facere. Igitur goſſipium oſſibus Virginis admovens, cum inodorari id quoque cognoſceret, cœpit illico laborantibus pro ſacris lipſanis mittere. Quod pergratum Irenæ aceidiſſe, cum exitus rerum felices, tum illuſtria quædam miracula probavere.

C

Quo utens Bernardinus Realinus

13 Quidam cui tenuis admodum & anguſta domi ſupellex erat, cum & hanc ſibi clam furto ſublectam vidiſſet, tanto animi mœrore eſt afflictus, ut in morbum ineiderit. Agebant porro miſerum male perpetuę quędam vigiliæ, ſic ut ſeptennium ipſum numquam ſalubriter tranquilleque dormierit: nam vix illi ſomnus acceſſerat, cum repente excitus evigilabat. Quamobrem jure ac merito demirabantur medici, tantæ inſomniæ hominem tam diu eſſe ſuperſtitem. Ceterum illi vitam morte omni graviorem morbi violentia effecerat. Ita enim vivebat, ut vecors ac ſtolidæ mentis hominis umbra verius quam homo, per agros ac loca ſola, oſor celebritatis erraret, cibi non minus quam ſomni parcus. In hoc rerum ſtatu aliquando deſidenti forte ſub arbore, Virgo egregiâ formâ ſeſe videndam dedit, cui candida palla virgineos artus velabat; ac laborantem placide affata, ſe Irenen Lupienſium Patronam eſſe dixit. Dein imperat, ſi ſe ſalvum velit, Lupias petere ad fines Hydruntinos; atque inibi ſanctitate celebrem virum, cui vocabulum Bernardino, in Collegio Societatis exquirere, atque huic omnes animi noxias ſacra Confeſſione aperire, curare demum ut ejuſdem manu lanæ xylinæ modulus, qui ſua ipſius lipſana attigiſſet, ejus capiti adhiberetur. Paruit extemplo miſer, ſuſceptoque novem dierum itinere pervenit Lupias, ac Senem conveniens rem illi omnem aperuit. Exceptus itaque à noſtris hoſpitio perhumaniter eſt, ac rebus omnibus rite abſolutis ſtatim ſomno tam arcte complexus eſt, ut quatuor ipſas ac viginti horas continenti ſopore dormiverit, dein ſe cibo refecerit, ac demum recuperatis brevi viribus ſanus ac ſoſpes remeaverit domum.

D

curat brachium à vermibus exeſum;

14 Triputeum ſuburbanum oppidum eſt, tribus ferme paſſuum millibus Lycio diſtans. Hic forte mulier dextero brachio laborabat, quod myrmecia ita corroſerant, ut ſæpe inde chirurgi mortuæ carnis execta fruſtula ſine ullo ſenſu doloris abjicerent. Hæc adeo Lupias aliquando ſe contulit, ut ſi quid denique opis in medicorum arte ſupereſſet, periculum faceret. At hi inſanabilem morbum pronuntiant. Ergo cum illi ad reſtim, ut ajunt, res rediiſſet, deſperatis humanis opibus ad Senem noſtrum adiit: qui mulieris malum commiſeratus, prius de peccatis confitentem audiit, dein ſacra Communione refecit. Ad ultimum jubet goſſipium Irenes, quod ipſe dederat, ad brachium apponere. Quæ cum cuncta ordine peregiſſet, proxima nocte Virginem aſpectu pulcherrimam videre ſibi viſa eſt in ſomnis, quæ redditæ ipſâ ſanitatis admonuit. Nec vana fuiſſe ſomnia probavit eventus. Mane proximo proſilit è lectulo integra, ſic ut maximo miraculo medici tam ſubitam tam certam ſanitatem adſcriberent. Ergo confirmata ſucceſſibus præſentia Virginis, mirũ quantum pietatem civium & cultum erga Patronam auxit. Statimque ſi quid vel immineret adverſi, vel in præſens urgeret diſcriminis, adito Bernardino aliquid goſſipii efflagitabant. Nec deerat piis ſuorum ſtudiis ac votis egregia Virgo. Ceterum quod è Senis manibus xylum prodibat, id demum in cunctis unum ſalutare ac præſens experiebantur. Denique non unius urbis aut regni finibus contineri tantarum rerum fama potuit, ſed longe lateque tota Italia atque extra vagatus rumor, multos mortales ad iſtiuſmodi xylinæ modulum lanæ efflagitandum excivit: quibus ex animo Senex benigne faciebat, monebatque omnes ut eam cum pietate ac religione tractarent, ita demum præſentiſſimam Virginis opem pollicitus.

E

conjuges maleficio liberat:

15 *Libro deinde 3 Capite 3, 5, 7 & 9 ſequentia interſeruntur, eodem ſpectantia, his verbis:* Neriti conjuges quidam, jam multos annos veneficio & cantionibus obſtricti, geniali thoro abſtinebantur. Hoc adeo clam omnes habuerant: verum Bernardini fama exciti, certum hominem ad illum, qui huic malo præſens aliquod amuletum poſtulet, legare deliberant. Quare Octavium quemdam, cognomento Nuccium, nobilem virum ad id muneris eligunt. Hic vero negotio ſuſcepto, Lupias ad Senem, nullo ſibi antea uſu cognitum, adit. At ille, ut primum cubiculi limen intrantem vidit, venientem occupat; eidemque ſuſcepti itineris cauſam aperit primum, deinde quid facto ſit opus edocet, Divæ ſcilicet Irenes adhiberi malo goſſipium, certum inde veneficii remedium fore pollicitus. Mulier, cui Rebecca vocabulum, cum neſcio quid noctu per ſitim hauſiſſet, cœpit inde mox illi tam male eſſet, ut vir juxta ac domeſtici emotam miſeræ de ſede ſtatuque ſuo mentem non de nihilo crederent, uſque adeo ſtolide meticuloſa ac triſtis agebat, nec veneficii ſuſpicio aberat. Eam ob rẽ legitimis evocationibus procurata ſuſpicio aberat. Eam ob rem legitimis evocationis procurata, nihil tamen inde profecerat. Jam fer-

F

phreneticum ſanæ menti reddit:

amentiam veneficio inductam aut furi:

me

A me bimestri circumacto, vir ad Bernardinum se contulit, ac re tota ordine enarrata audiit à Sene, adhuc diu conjugem his intemperiis agitandam. Ceterum Virginis Irenes opem implorari imperat, ejusdemque gossipium, quod sibi mulier admoveret, dono dat. Vir omnia ordine exequitur, ac post multos dies pro uxore iterum convenit Senem: qui tum demum secuturam brevi sanitatem affirmavit. Nec res aliter evenit. Etenim non ita multo post aciculas duas, incurvam alteram & inflexam, alteram rectam atque integram evomens mulier, perfecte convaluit.

oculos obscuratos illuminat:

16 Margaritæ Corsæ, dexterum brachium abscessus in totum debilitaverat ac prætenta oculis membranula videndi etiam vim paulatim attriverat. Hæc itaque ad Senem adiens, quærendæ opis causa, hæc audiit: Tuam tibi ad Dei voluntatem addicere necesse est, filia: proinde sic habeto, velle Deum te oculis imposterum habere melius, brachio non item. Sub hæc D. Irenes gossipium admovit oculis: ex quibus quemadmodum brevi convaluit, ita numquam reddita brachio sua sanitas est. Annæ Morellę nobilis feminæ mammas turpis abscessus tam fœde vitiaverat, ut sex ipsos menses ingravescente indies

B *ubera putrefacta sanat:* peste medicinam omnem evinceret. Mulier ut morbi pertinaciam frangeret, petiit ut Bernardinus ægram se inviseret domi, ac D. Irenes lipsana, quæ in æde Societatis servantur, manibus suis admoveret ad mammas. Nec vero id Rector abnuerat. Ceterum id ubi rescii Senex, nuntiari feminæ jussit, nil esse cur Virginis lipsana exportarentur; si communis Patronæ opem studiose imploraverit, utique melius habituram. Audit bene monentem mulier, seque Irenæ Virgini sub serum diei commendans, nocte ipsa in totum repente convaluit.

item contractum digitum,

17 *Atque hæc, ut dixi, sparsim per illa quatuor Capita: ast Capite* 12, *quod totum de hoc argumento est, plura leguntur sic deducta:* Jacobus Brancatius Societatis Jesu Sacerdos, casu nescio quo grave vulnus digito inflixerat [frustillo vitreo]; & affectus ictu nervus contraxit articulum, sic ut non sine acri dolore explicare digitum posset, & chirurgus curvitatem perpetuam timebat. Cogitavit igitur Provincialis Vitellesschus, qui toti postmodum Ordini præfuit; Lycio secum ad balneas Puteolanas Brancatium avehere. Sed Bernardinus saucium invisens, quid medicus timeret, quid destinasset Provincialis cognito, laborantem amplexus, ponere metum jubet, haud dubie valiturum. Mox sacra Irenes pignora coram Provinciali vulneri admovet, non sine præsenti ope Virginis. Postero enim mane Brancatius conglutinatū sibi vulnus animadvertit; digitoq;

C *& discussum solvit.* ad sua munia valido cœpit uti, stupente chirurgo, qui perpetuā nervi contractionē, vel certe diuturnam ac permolestā curationem timebat. Triennis infans [Josephus Panneterius dictus] cū urinā reddere non posset, acri dolore angebatur. At pater, filii periculo anxius, ad Senē advolat: qui hominē conspicatus, antequam de pueri morbo audiret; Laborat scilicet, inquit, filius, quod excernere urinam non possit. Agedum & Irenes lanam xylinam ad uxorem tuam defer; eamque, post Dominicam precem & Angelicam salutationem semel recitatam, admoveri puero jube: statim enim dolore levabitur. Ergo pater, promissis & pio amuleto auctus, domum reversus imperata exequitur. Nec frustra: namque è vestigio finiri dolor, ac per urinam morbi causam reddere puer cœpit [Huic ipsi vero, ætate jam provectiori, sed longo mensium trium febri, qua æstuaverat, in hecticam desinente, simili pharmaco salus reddita est.]

§. III *Aliæ variarum sanitatum gratiæ eodem modo divinitus impetratæ.*

EX VITA REALINI.

18 A Dolescentem cui Didacus [Chetta] nomen, abscessus gravis in interiori thorace ita confecerat, ut aliquando medici vix proxima nocte victurum pronuntiaverint. Pater [ejus Joannes Chetta Juris Doctor] cum nihil jam in arte præsidii superesse cerneret, ad Senem dolore anxius Cælestium opem quæsitum adiit. Abjicit itaque se ad pedes lacrymans, obtestatur ne filium cæca tabe, ne se ægritudine curaque confectum velit. Movit ea dolentis species mitissimum Senem: ac statim effusus in preces, una cum illo recitare Deiparæ Litanias aggreditur. Quo demum supplicio peracto, adfuturum se proximo mane est pollicitus, interim pro certo affirmat nocte proxima filium neutiquam, ut timebatur, expiraturum. Neque evenit aliter. Adest itaque primo mane Senex, atque in schedula Divæ Irenes nomen & gossipium ferens, illud post preces laboranti admovet: deinde matrem ejulantem sevocat, ac placide affatur, lacrymas sisteret, ageret Numini gratias, sanitatem jam esse redditam filio. Nec va- E *moribundum sanat,* nā elocutum eventus ostendit. Vix Bernardinus abcesserat, cum æger redditas sibi vires sentiens, ut periculum faceret surgit è lectulo: mox discursare ac pro sano se gerere, adeo ut excussam pestem haud dubio intelligeret.

Eodem gossipio Realinus

19 Hanc ipsam istius matrem [Antoniam Monciam] Bernardinus à gravi malo incolumem ali- *item oculos suppuratos,* quando præstitit: res vero ita se habuit. Gravis suppuratio sinistrum ei oculum ita infecerat, ut sensim exerescens, dexterum occuparet & utrumque mox clauderet. Quare coacta est ægra ad quadragesimam lucem tenebras pati. Interim pestis ipsam vitæ arcem caput invaserat: atque hinc pervagata licentius pertinere ad os cœperat, atque utraque insano tumore vitiaverat. Ergo medici aut mortis aut perpetuæ cæcitatis damnatam pro depositā habebant. Mulier actum de salute sua persuasum habens, Bernardinum accersit, ut apud illum animi noxas Confessione deponeret. Atque ille ad officium advolans præsto est, & vix fari valentem excipit. Sacra demum cognitione criminum peracta, cœpit Senex suis manibus splenia solvere; & malagmata abjicere; oculosque Cruce signans metu solutam agere jussit, pollicitus fore ut quamprimum sanescceret. Mora nulla: illo ipso

descripto Sancta nomine. temporis puncto cœpit laboranti esse melius, & oculorum usura frui; paucorumque dierum spatio interjecto in totum convaluit quamquam Senex, ut F patrati miraculi laudem alio deflecteret, discedens scriptum in scheda D. Irenes nomen reliquit, quod ægra secum haberet.

20 Neretinum etiam Medicum [Petrum de Bannis] egregie curavit Bernardinus. Hic gravi anhelitu aliquando usque eo cœpit urgeri, ut nec quieti ullum nec cibo tempus à morbo vacuum daretur. Hinc miler se veneficio obstrictum ratus, ad Senem *Rursum gossipio curat asthma,* quærendæ opis causa Lupias se confert. Qui re intellecta, ter salutare Virginem, ter precem Dominicam recitare Medicum jubet: lanam etiam D. Irenes xylinam habendam dedit, addiditque nec ulli veneficio obnoxium fuisse unquam, nec imposterum huic quo torquebatur morbo futurum. Neque abfuit dicto fides: nam ita repente sanus effectus est, ut & Medico ipsi & familiaribus, qui laborantem noverant, admirationi fuerit. Joannes quidam Mat- *morbum letalem,* thæus, cui cognomen Mirabello è Societate, gravi morbo conflictatus & supremo Viatico instructus vitæ exitum expectabat. Hunc vero Bernardinus invisens, gossipium D. Irenes secum habere jussit: quo

EX VITA REALINI.

oculum adustum,

admoto, repente melius habere cœpit,& paucis demum post diebus omnino sospes evasit. Puella septennis [Beta nomine] pistoris filia, cum æquali sua domi ludebat: dumque inter se, ut fit, pueriliter lacessunt, altera per jocum vivacem prunam (quam mater dum furnum converreret in angulum conjerat) in sociam jecit;ac statim alterum oculum corripiens ignis tanto cum dolore perussit, ut misella dies noctesque inenarrabiliter gemeret. Triduum ejulando continuaverat, cum mater per nobilem feminam [Isabellam Venturam] Palmerigensium Comitem,Seni filiam commendatum iit. Qui puellæ vicem miseratus, imbutum lustrali aqua gossipium affecto lumini admovit,ac signavit Cruce, pollicitus brevi convalituram. Nec eventus præsensionem fefellit. Sero diei mater,soluta vitta [quam Isabella prædicta adstrinxerat] oculum contemplata, sanum ac valentem reperit, perinde ac si nullas prunas sensisset unquam.

faciem deformatam,

20 Laviniæ cuidam [Casavecchiæ] inter sinistrum oculum & nares subnata caro os ita turpaverat, ut perpetuæ deformitatis medici prædamnarent. At Bernardinus Patronæ Virginis gossipio admoto, nullo negotio persanavit. Durescere enim primo clavus,mox in totum recedere est visus. Tarenti Joannem Hieronymum è Caloa familia strumæ exitiales septennium ipsum male habuerant, & insanabiles eas medici edixerant. Enimvero nihil, quod in humanis artibus præsidii esset, non tentaverat: Tarento Neapolim concesserat,periclitatusque chirurgos nobiles nullum operæ pretium fecerat: nam quamvis vinci se aliquando morbus efficacia medicamentorum simulabat, tamen mox revalescere ac multo acrius laborantem urgere. Eidem Lupiensium medicorum manus experiri placitum: sed videlicet omnem operam luserat: nam præter emplastra ac vulnera & ceteram ferramentorum sævitiem, nihilo plus opis acceperat. Tandem ad Bernardinum, tamquam ad sacram anchoram perrexit, opem imploraturus. Jacebat illi miser ad pedes,arundinem,globulos coronarios,vestem deosculabatur, morbi pertinaciam accusans,admovensque cervicibus cingulum Senis,enixe suppetias flagitabat. Movit tanta doloris significatio Bernardinum: recitatisque precibus sacri gossipii particulam dono dedit, dictisque blandissimis sacrum munusculum cumulavit: Abi felicet,inquit, pro te preces ad Deum fundam, neque ita multis post diebus valesces. Redit itaque Tarentum æger bonæ spei plenus, & Irenes gossipio auctus,Senisque promissum familiaribus narrat. Movit ea pollicitatio animos, ut omnes rei exitum operirentur. Haud multum temporis intercesserat, cum vatis præsensionem eventus probavit. Vigesima enim luce difflari tumor,humores arescere, pestis denique è faucibus abire omnis ex toto visa.

alteriqua.

21 Jam adolescentem alium, strumis itidem male habitum, multo citius sanitati restituit. Hic Bernardini præsentem opem alias expertus, à quo gravi oculorum epiphora fuerat signo Crucis & gossipio Virginis momento temporis liberatus, ad notum scilicet compertæque virtutis medicum advolat: qui eodem quo antea Martyris gossipio usus pro amuleto, tantum quod admoverat faucibus, cum repente victa mali vis omnis abscessit. Petiit Uxento Lycium quidam nobili loco genitus, cui Joanni Dominico Cesuræ nomenclatura, ut orbam luminibus filiam Senis precibus commendaret: acris enim distillatio puellæ oculos tam male affecerat, ut utramque miseræ lucem in totum extinxerit. Senex ubi de morbi violentia cognovit, ejusdem gossipii particulam patri dedit, jubens illam filiæ luminibus admoveri paulo frequentius: sic enim convalituram. Redit ergo domum pater, Senis imperiis dicto audiens: nec ita multo post redit puellæ luminum usus,sic ut brevi omnem à se cæcitatem integre averterit. Nicolaum quemdam ædium fabrum, sæva pleuritide conflictatum, medici octava luce extinguendum severe pronuntiaverant. Ergo æger ipso leti appetentis die, Bernardinum qui acerseret misit, ut supremis piaculis apud illum noxas animi procuraret. Accurrit ad hominem Senex, atque inter eundum forte fit funeri obviam, quo femina pleuritide extincta efferebatur. Cepit ad ferale spectaculum Senem miseratio fabri, eodem morbi genere laborantis, ac statim illum D. Irenæ,cujus icona ad ægrum ferebat, enixius commendavit. Mox ut se recepit,ad Socium versus, Certe quidem, inquit, Nicolaus D. Irenes patrocinio momento sospes evadet. Nec vanam præsensionem eventus ostendit. Illo ipso momento temporis cœpit laboranti melius esse,exarmato magnam partem doloris morsu; ac vix pauculæ horæ interceserant, cum se æger ex toto sanum ac valentem sensit. Horatii cujusdam [Pallonii], qui domi nostræ agebat hospes, sævus dolor caput vehementer afflixerat: at Bernardinus liquore olei, quem de sulpensa Martyris lampade acceperat, cum signo Crucis unctum repente sanitati restituit.

imagine Sanctæ curat pleuritim.

& oleo dolorem capitis.

22 *Hactenus ex Vita Bernardini per Leonardum compositа. Habemus & aliam ejusdem Vitam ex Manuscriptis Italicis concinnatam, auctore* N. L. *Societatis etiam nostræ Sacerdote, impressamque Lugduni anno* 1645, *ubi cap.* XI *similiter exponitur*, quam multa per sacras B. Irenes Virginis ac Martyris Reliquias admiranda patraret Bernardinus. *Sunt in his eadem fere quæ retulimus ex Leonardo, interjectis subinde propriis nominibus addito* [] *signo dignoscendis, quod sint ex hac alterâ vitâ accepta: reliqua hic non gravabor transcribere.* Tarenti Franciscа Ritondia, profluvio sanguinis tam diuturno exhauriebatur, ut esset cadaveri similis. Huic Leonardus Pratius nobilis Lupiensis à P. Bernardino de S. Irenes gossipio pauxillum impetravit: quod cum traderet Pater, jam inde (ut postea est agnitum) Tarenti ægrota sibi meliuscule esse sensit. Acceptum vero cum sibi admovisset, adjecta semel oratione Dominica & Angelica salutatione, prorsus convaluit, ut à Bernardino fuerat ei prænuntiatum. Venit paulo post Tarentum Nobilis, uxorem sibi ex Vergæorum familia desponsurus. Pridie sponsaliorum ad sanguinis libras duodecim cum vel exspuisset vel evomuisset, jacuit semivivus: eodem tamen B. Irenes applicito pignore è vestigio restitutus, destinatum connubium transegit.

Rursum gossipio fistis fluxum sanguinis.

23 Hannibalis Molesii Hydruntini Prætoris honorarius ephebus, oculorum epiphora pessime affectus, repentinam valetudinem recepit, Bernardino illius oculis sacrato gossipio Crucem inscribente. Idemque alias strumarum correptus ulcere, remedio simili ab eodem pariter est statim sanatus. Catharinæ Mezzææ virgunculæ deformis in oculo macula ex variolis remanebat: quæ P. Bernardini gossipio prorsus eluta est. P. Antonius Beatillus, in Tropæensi collegio, ex letali morbo post sacrum Viaticum servatus à S. Nicolao, cujus tum colebatur dies, bimestri post, febris quidem expers, carcinodis tamen intra nares retinuerat quamdam labem, quæ septum illarum medium paulatim exedebat, pertinacissimo adversus remedia processu. Ob hæc Lupios missus,à Bernardino expetiit, ut B. Irenes Reliquiis supra ægras nares Crucem efformaret. Fecit, aperteque asseruit, non ituram ulterius mali tabem,sed eo quem occuparat hæsuram gradu. Quod uti affirmarat ad amussim evenit. Joanni Baptistæ Personio trimestre jam spatium acerbissima epiphora oculos cruciabat, & obtensus pupillæ rubeus pani-

abscessus & strumas,

polypum in naribus,

& cæcum illuminat,

Strumas periculosas uni

A paniculus ; Joannem-Antonium Joannis infesta febris & periculi plena detinebat ; Antonium Bellium è Societate Jesu , ex illiso per viam à jumento calce, ingens labor : singuli eâdem à P. Bernardino S. Irenes medicina sanati sunt.

24 Cæsari Saracenio humores decidui alterum brachium gravabant & incrudescebant remediis : sed S. Irenes gossipio à P. Bernardino accepto dissipati, dolorem una secum abstulerunt. Ludovicus Samalius, anniculo major ; & Joannes Andreas Felix, anniculo minor ; ille ab intestini in scrotum prolapsu , continuo humi repens , signo Crucis & sacro gossipio , ac recitatis semel Pater & Ave ; hic vero ab hernia eodem gossipio sanati luntsuti etiam Diodora Samalia ex B. Francisci tertio Ordine , cui nihil pœne supererat , quod non in medicos & medicamina consumpsisset , ad extinguendum carcinoma papillas misere arrodens. Olympiæ Pratæ, Hieronymi Verardi viduæ , ex immoderato sanguinis profluxu à medicis abjectæ , preces à Bernardino Federius Verardus filius exposcebat. Dedit adolescenti gossipium solitum , matrique jussit ut ferretur, post orationes Christi & Mariæ in laudem S. Irenes dictas, certoque ægrotam (ut vere contigit) valetudini reddendam. Francisco Antonio Mucetolæ
B Brundusii angina mortifera correpto, misit Bernardinus gossipium solitum , cum icuncula lustrali, cujus appressu convaluit.

atque delirium, 15 Erat P. Joannes Mirabellis in extremis sacro jam Viatico munitus ; cum accedens Bernardinus, ad religiose moriendum animos opemque illi additurus , de S. Irenes gossipio pauxillum brachio apponit : ex quo mox ægroto meliuscule fit, ac paucis diebus sanitas succedit. Dionoram Simonettam Tarenti in patria deliratio diuturna fatigabat : hæc missum à P. Bernardino gossipium cum pie sibi admovisset , non delirio tantum soluta est , sed cui suam hanc commodaverat medicinam Julia Moronia, gravi à morbo liberata. Quæsivit ex Patre Purcilia à S. Maria Herculanâ , quod est vicinum Lupis castellum , auxilium aliquod ægrotationi, quæ permolesta filiam detinebat. Dedit solitum Pater, ac toties dictum , multoque sæpius mira & potenti efficacitate usurpatum , quod virgini sanitatem pristinam reparavit. At finis sit : nec enim brevitas aut ratio finit omnia referre , quæ Irenes Virginis ac Martyris nomine Bernardinus admirabilia peregit.

DE S. SACERDOTE EP.

C

Fol. 20 *col.* 1 *Annot.* e *mulcipliciter turbata invenitur chronologia , propter similem apud Sammarthanos in enumerandis monasterii Sarlatensis Abbatibus conturbationem ; cujus post istæc impressa indicium nobis fecit Armandus Girard prælaudatus. Igitur ad corrigenda ista errata, sequentes Comitum Petragoricensium & Abbatum Sarlatensium catalogos texuit ; quos primum exhibeo.*

Comites Petragoricenses

Anno DCCCLXVII , *mortuo* Emenone *Comite Engolismensi , Carolus Calvus* Vulgrinum *instituit Comitatuum Engolismensis & Petracoricensis administratorem ; cujus deinde posteri , sicut & filii aliorum in Provincia Comitum sub Carolo Simplice jus hereditarium sibi in addictos cuique Comitatus , tamquam Domini, arrogarunt. Propterea jam dictum* Vulgrinum , *qui decessit anno* DCCCLXXXIV *vocamus primum Comitem hereditarium Petragorici. Filios hic post se duos reliquit : quorum primogenito Hilduino Engolismensis Comitatus cessit ; secundo genito autem* Guillelmo, *dicto* Taille-fer, *id est* Sector-ferri, *Sectori-ferri Petracoricensis & Agennensis : hic enim etiam Vulgrino obtigerat per dotem Rogelindis uxoris , quæ erat soror Guillelmi* II *Comitis Tolosani. Obiit* Guillelmus Sector-ferri *anno* DCCCCXX, *successorem in Petracorico relinquens filium* Bernardum, *hunc quem Sarlatensis monasterii benefactorem reformatoremque post annum* DCCCCXXXVI , Imperante , *idest , regnante* Domino Ludovico, *eo scilicet quem hujus nominis quartum* Ultramarinum *appellant scriptores , Caroli Simplicis ex* Ogiva *filio, ab anno jam dicto usque ad* DCCCCLIV. Bernardo *quatuor fuerant filii , qui post ejus mortem , & annum* DCCCCL *successive gesserunt titulum Comitatus Petracoricensis , sed absque liberis decedentes hereditatem dimiserunt filiis amitæ suæ Emmæ, ex Bozone seniore Comite Marchiæ natis , vocatisque ad successionem in Petracorico circa annum* DCCCCLXXVI. *Filii autem Bernardi prænominati hi erant* Arnoldus Borsacius, *Bestio in Comitibus Aquitaniæ minus recte Vortacius,* Guilielmus Taleirandus , Ranulfus Bonus-par , *seu Bonus-socius , &* Richardus Simplex. *Atque hæc omnia habentur ex Chronico Ademari & Historia Episcoporum Engolismensium in Biblioth. nova Labbe tom.* 2 *pag.* 165 , 167 *&* 253, *nec non ex fragmentis historiæ Ducum Aquitaniæ & Comitum Pictavensium apud Bestium. Porro* Guilielmus Taleirandus *jam nominatus ipse est qui* contra Apostolica præcepta venditor ecclesiæ *Sarlatensis extitit , in gratiam* Huberti *num.* 25 *indicati.*

Vulgrinus an. 867.

Guillelmus Sector-ferri, 884.

Abbatum porro seriem, quæ in Gallia Christiana tom. 4 *perturbata extat, & in qua non invenitur Simoniacus ille* Hubertus , *sic correctam vult Armandus , ut in monasterii Sarlatensis reformatione Abbas constitutus sit circa an.* DCCCCXXXVI. E

I Odo, *idem (ut existimant) qui Abbas Cluniacensis Benedictinum Ordinem reformavit in Gallia.*

II Adacius, *ab Odone institutus , circa annum* DCCCC XL, *cum antea Abbatiam Tutellensem reformasset.*

III Asservarius, *seu* Assenarius , *circa* DCCCCI.

IV Bassenus, *circa* DCCCCLX.

V Hubertus , *Simoniacus, circa* DCCCCLXX.

VI Bernardus , DCCCCLXXV.

VII Geraldus , DCCCCXCIV.

VIII Americus , MXXXI.

IX Stephanus , MLXXVI.

X Arnaldus , MCXXII : *in quo corrigendi Sammarthani, cum dicunt sub eo factam esse* S. Sacerdotis *Translationem circa annum* MCXL. *Etenim eâ res narratur in Actis veluti sub Ludovico Pio , statim post Ecclesiæ restaurationem , gesta : & in Chronico Gaufredi Vosiensis Cap.* 2 *narratur , quomodo* S. Pardulphi corpus de cœnobio Garactensi delatum est in monasterium Sarlatense, & juxta corpus S. Sacerdotis Lemovicensis Episcopi honeste collocatum est , *utique circa annum millesimum , atque adeo post factam Translationem.* F

XI Gilbertus, MCXXXIV, *prætermissus à Sammarthanis.*

XII Raymundus de Felenon , MCLIII.

XIII Garinus de Comarca, MCLXIX.

XIV Radulfus de Cromiaco, *non* Cormiaco, MCXCV.

XV Arnaldus , MCCII.

XVI Bertrandus de Limegeoulz , MCCVIII , *non vero* Bernardus.

XVII Guido de Cornil, MCCXII, *præteritus Sammarthanis.*

XVIII Helias de Umion, *non* Vinion, MCCXXI.

XIX Stephanus de Rignac , MCCXXIX.

XX Helias Petri , MCCXXXII.

XXI Bernardus del Couderc, MCCXXXVI.

XXII Geraldus de Valibus , MCCXXXVIII.

XXIII Helias de Maignanae , MCCXLIX, *qui fuit Decanus Issigeacensis.*

XXIV Bernardus III , MCCL.

XXV Geraldus d'Albusson MCCLV. *Inter hos tres ultimos Abbates de jure contestatio fuit, quis eorum potior, lisque adhuc pendebat Romæ an.* MCCLX.

XXVI Arnoldus de Stapone MCCLX, *in cujus favorem depositos fuisse tres illos contendentes , per sententiam novamque electionem, verosimile est.*

AUCTORE D. P. *Bernardus* 920, *hujus* 4 *filii an.* 950:

AUCTORE D. P.

XXVII Robertus à S.Michaele, MCCLXXIV.
XXVIII Bernardus de Vallibus, MCCLXXXIII.
XXIX Armandus de S.Leonardo MCCCXII, *praeteritus à Sammarthanis: fuit autem Abbas usque ad annum* MCCCXIII, *quando Abbatia Sarlatensis erecta est in Episcopatum à Ioanne Papa* XXII. *Quoniam autem primus Episcopus fuit creatus Raymundus de Roca-cornu, Abbas Galliacensis, credibile est, Galliacensem Abbatiam Armando in vicem cessisse.*

Hactenus ille, cujus diligentiam utinam plures imitarentur, expeditioremque facerent usum Catalogorum sacrorum; quos licet studiose Sammarthani collegerint, magnis tamen laborare defectibus, vel hoc uno exemplo discimus. Nobis certe perquam incommodum accidit caruisse hac distinctiori notitia; quam si habuissemus, omissa Annotatione prolixiori, post hac verba lin. 9 cui subscribunt è Proceribus undecim, *loco sequentium, quae jubemus expungi, solum hoc scripsissemus, quod nunc substitui volumus.*

Ludovicus *iste*, *quo* Imperante *sive* regnante *conditum est instrumentum*, *fuit* Ludovicus IV *dictus* Ultramarinus: *Nam* Comes Bernardus, *reformationis auctor, patri suo* Guilielmo Sectori-ferri *successit anno* 920 *& vixit usque ad* 950: *filius autem ejus secundo genitus, avo synonymus, cognomento Taileran-*
B *dus*, Huberto *Simoniaco Abbatiam vendidit, circa annum* 970.

Fol. 22 *ante* Appendicem *ponatur:*

SUPPLEMENTUM MIRACULORUM

Ex veteri MS. Petragoricensi.

Miraculorū in veteri Ms. descriptorum

Si potuisset D. Armandus Girard per se ipsum integre legere, Galliceque aut Latine reddere veteris sui MS. Petragoricensis contextum, non fuisset opus miracula ibidem descripta reservare in Appendicem, sub spe bona quod voti nostri fieremus compotes, antequam ad eam processisset impressio. Sed neque nunc adhuc quidpiam refertur Sarlato, & post plures litteras eo frustra datas, pene cogor vereri, ne tam bonus amicus & tam sedulus adjutor mortem obierit. Ergo ex litteris anno MDCLXXVII *datis quod licet transcribimus, atque Latine de Gallico reddimus; primum titulos qui legi potuerunt, deinde miracula quaedam postrema. Tituli retrogrado ordine nobis descripti, sed ad situm suum naturalem hic relati, tales sunt.*

C De equite, qui captus fuit, falso accusatus falsi per
tituli alii quot. suum inimicum, *implet paginas duas cum dimidia.*

De femina contracta, quæ venit ex oppido S. Joannis Angeliacensis, *implet paginas quatuor cum dimidia.*

De mercatoribus Tolosanis, *quod invenitur in editis num.* 44.

De Vagabundo monacho Seguino, *quod habetur num.* 43.

De captivo, quē S. Sacerdos fecit exire de carcere.

Quomodo quidam captus sit, & is qui torquere cum volebat, amiserit digitum.

De Equite, qui periit, quia dixerat injuriosa verba monacho Isligeacensi S. Sacerdotis: *est autem* Isligeacum *oppidum exiguum prope* Bergeriacum *in Petracorio.*

Sequuntur alia duo miracula, in quibus fit mentio duarum navium, quæ nulla vi brachiorum commoveri potuerunt; advenientibus autem peregrinis quibusdam, mox commotæ sunt.

Pes ab igne sacro sanatur:

De paupere cui S. Sacerdos pedem sanavit.

Eo tempore venit ad monasterium pauper quidam, cui pes adustus erat, igne & morbo illo, qui sæpe grassatur per mundum: mox autem atq; portā attigit, restinctus est, neque ullum deinde dolorem sensit æger. Postquam autem hoc miraculum & alia plurima quæ fiebant virtute S. Sacerdotis vulgata fuerunt per provincias vicinas, multi ægroti venerunt D
ad monasterium, qui sanabantur à quacumque tenebantur infirmitate: & in suas reversi regiones publicabant miracula in se facta.

Quomodo portæ monasterii ultro fuerunt apertæ. *porta divinitus aperta peregrinis:*
Nocte quadam ad monasterium S. Sacerdotis venerunt peregrini quidam: & iis qui intro aderant sopiti inclamaverunt ut sibi aperirentur portæ. Cumque viderent se licet fortiter clamantes non exaudiri, cœperunt ipsas portas pulsare etiam fortius, petentes continuo ut sibi aperiretur. Interim unus de turba, contemni se sociosque cognoscens, neque se commovere quemquam ad ostia referanda, cœpit clamare: Sancte Sacerdos aperi nobis utramque portam. Et continuo ipsæ portæ, suis cardinibus motæ excussæque introrsum, supra pavimentum ceciderunt. Illi vero simul intraverunt, simul genua figentes humi laudaverunt Deum, qui tale miraculum in honorem S. Sacerdotis fecerat.

Capitulum generale de pluribus miraculis.

Ultramarinus quidam ex hisce partibus captus fuit *liberatur captivus Cairi apud Soldanum.*
positusque in carcere Soldani Babylonis in Ægypto, perquam difficili: in quo adeo arcte constrictus fuit compedibus, cippis, catenis, & circulis ferreis, ut nec movere quidem se posset. Grandis erat E
quem miser patiebatur cruciatus, & plane talis qualē Saraceni solent Christianis à se captis inferre. Captivo huic nota erat fama S. Sacerdotis, utpote ex loco Sarlatensis territorii oriundo, identidemque interrogabat custodem carceris, quis mensis ageretur. Cum autem advenisset Vigilia S. Sacerdotis, iterumque custodem interrogasset; Cras, inquit, est dies quinta mensis quinti. Sciens ergo captivus tali die agi celebritatem S. Sacerdotis, post egressum Custodis, cœpit flere & gemere. Tunc apparuit S. Sacerdos in obscuro illo carcere; dixitque; Quid est, ô homo, quod tantopere te affligis & ploras? Tu vero, respondit captivus, quis es, qui me interrogas? Imo, inquit S. Sacerdos, Tu potius tuum mihi nomen edicito. Hoc vero, replicat captivus, quid tibi vel mihi proderit eum docuero? Scito tamen, Domine, me ex Petracorio esse, atque in hunc carcerem ab infidelibus injuste retrusum. Nunc autem recordor quod eras agatur festum cujusdam glorioſi Confessoris Dei, cujus corpus in ecclesia Sarlatensi requiescit, ubi sæpius tali die fui, spectavique honorem istic ei solitum quotannis exhiberi, pulcraF
sque processiones, in quibus circumferebantur luminaria multa & hymni ad ejus laudem canebantur. Hæc ergo fletuum meorum & planctuum causa est, Domine: quia video me non esse eo in statu, quo possim festo illi interesse. Ad hæc S. Sacerdos: Surge & egredere de carcere: ipse enim sum S. Sacerdos. Cui captivus: Ah! nimium arctis constringor vinculis: non possum me commovere, Sancte Dei. Ne dubites, reponit S. Sacerdos, vincula ista diffringentur cito, & salvus de carcere egredieris. Tum conatum aliquem adhibuit captivus, ipsoque momento soluta sunt vincula omnia diffractave. Mox vero Sacerdos: Vade, age, a- *& vincula sua cum pallio Soldani defert Sarlatum.*
scende ad aulam, ubi invenies Soldanum latrunculis ludentem cum suo quodam equite: accipe latrunculos cum pallio Soldani, quod humeris gerit, unaque cum catenis tuis defer Sarlatum ad monasterium, in testimonium veritatis. Non ausim, replicavit captivus: nam sine dubio comprehenderer. Econtra Sacerdos: Nihil, inquit, formides. Tandem sumptis animis ascendit captivus in aulam, ludentes invenit, tollit citra hæsitationem ab humeris Soldani pallium quo amiciebatur, serico auroque contextum cum figuris hominum, bestiarum & equorum

A rum antiqui operis, collegit etiam latrunculos cryſtallinos, cunctis qui præſentes aderant ſtupeſcentibus, ſeque invicem aſpicientibus profundo cum ſilentio. Simulque omnia una cum ſuis vinculis portans captivus, non ſine manifeſto S. Sacerdotis auxilio, poſtridie, ideſt ipſo die feſto, cognovit ſe eſſe prope Sarlatum, in loco qui etiam nunc appellatur Pons S. Sacerdotis; tulitque ad monaſterium pallium, latrunculos, & ferrea vincula, utique per Dei virtutem & auxilium S. Sacerdotis: ipſe vero opertus erat fruſto nigri panni, in modum ſtraguli, quod etiam hodie Sarlati aſſervatur, una cum prædictis pallio, latrunculis, vinculiſq;. Ipſo autem quidquid actum fuerat referente, eſt cognitum, eum nocte una huc veniſſe, & redditæ ſunt gratiæ omnipotenti Deo.

alii item varii detenti ab hoſtibus.

Alia etiam miracula ab annis decem aut quindecim fecit S. Sacerdos occaſione ultimorum bellorũ, varios captivos ex carceribus liberans, nominatim inquilinos oppidorum de Caſtelnart, de Berbiguieres, & de Terſac: qui cum ſe voviſſent S. Sacerdoti, egreſſi ſunt ſalvi ex turribus, vinculis & cippis quibus clauſi tenebantur; itemque ex vinariis doliis, quibus in caput verſis grandiumque ſaxorum quadratorum mole deſuper oneratis ſuppoſiti fuerant; B prout illi teſtati ſunt, Sarlatum venientes cauſa voti reddendi. Viros etiam varios & infantes mortuos ſuſcitavit S. Sacerdos, & plurima miracula fecit tempore iſtius grandis peſtilentiæ, quæ anno MCCCXLVIII tam horribiliter graſſata eſt Sarlati.

Item duo ex carcere Sarlatenſi.

Inſuper à ſenioribus narrari audivimus, quod in carcere Sarlatenſi fuerint captivi duo, ſub cuſtodia cujuſdam nominati Peliſſoni: qui cum in vigilia S. Sacerdotis audiviſſent campanarium ex turri luſum, ad Matutinas feſtivius reſonantem, ſicut mos eſt in majoribus ſolennitatibus; interrogaverunt cuſtodem, qua occaſione id noctis tantum ſtreperent campanæ. Qui reſpondit eis, hoc fieri in honorem S. Sacerdotis, cujus ſequenti die feſtum agebatur: eſſe autem Sanctum iſtum magnorum miraculorum patratorem, præſertim circa captivos liberandos, & corpus ejus in monaſterio requieſcere. Illo digreſſo, inquit unus ad alterum, Ut quid ergo ei votum non facimus? Cumque id ſimul feciſſent omnes, eodem inſtanti viderunt oſtiolum carceris apertum, & ſuis cum catenis egreſſi adſtiterunt ante oſtium monaſterii, eo C quod fores omnes clauſæ eſſent ejuſmodi hora. Illis autem ibi manentibus, regreſſus in carcerem cuſtos neminemque reperiens, ſed oſtiolum apertum, cum vehementer obſtupeſceret, intellexit captivos omnes ſtare ante portam monaſterii. Illuc ergo properat, & ſuadere conatur in carcerem ut redeant. Ipſi vero id æquum eſſe negabant, divino enim auxilio ſe inde eductos & per interceſſionem S. Sacerdotis. Denique accurrente ad ſpectaculum populi multitudine, eoſque liberos manere jubente, facta eis gratia eſt, quam audivimus narrari à Senioribus Sarlatenſibus fide dignis, monſtrantibus locum in quo tunc erat carcer, captivoſque à ſe viſos referentibus, & nomen Cuſtodis carcerarii memoriter tenentibus.

Atque hic eſt finis MSS. de Vita & miraculis S. Sacerdotis.

Fol. 23 *in fine adde:*

Nova capſa curata an. 1677.

Hactenus monumenta nobis communicata à D. Armando Gerard; qui cum in prioribus ſuis anno MDCLXII *datis ſignificaſſet, pro nova capſa argentea fabricanda in promptu haberi ſeptingentas vel octingentas libras monetæ Francicæ; de eadem, an jam confecta eſſet, interrogatus, reſpondit anno* MDCLXXVII, XVI *Martii.* Res ea nunc agitur: nam Archidiacono noſtro propter negotia quædam Capituli Toloſæ agenti mandatum eſt, ut cum fabris conveniat de pretio: curo etiam faciendam tabulam altaris pro ſacello S. Sacerdotis; opus ſane elegans nec minoris quam ſeptingentis octingentiſve libris ſtaturum: poſt hanc collocabitur prædicta capſa, atque ita S. Sacerdotis Reliquiæ ſemper manebunt ſuper altari: ipſa vero tabula collocabitur proximo illius feſto. D

DE S. LANDO.

Fol. 49 *poſt num.* 4 *adde:*

Sepultura non viſitur curata à S. Eutitio.

5 *Qui nos de prædicti* S. Eutitii Presbyteri *cultu multa docuit Andreas Guidi, curam ejus in ſepeliendis Chriſtianorum corporibus ex majorum traditione commendans, eamdem probat ex ſepultura* S. Landi, *quam ab eo fuiſſe curatam, ait, agnitum eſſe in ipſius corporis inventione; eo quod pariter inventus ſit lapis tribus inſcriptus litteris* P. E. S. *quas nemo dubitavit ſic legere,* Presbyter Eutitius Sepelivit. *Debile profecto argumentum. Quis enim non videt litteras illas multiplici ſenſui poſſe aptari, prout cuique in mentem venerit divinare? Certe eodem jure quo iſti* E *legerunt* Eutitium, *alius quivis legeret* Epiſcopum, *& intelligens aliquem Hortanorum Epiſcoporum, quorum nomina exciderunt (excidiſſe enim plura liquet ex eorum ſerie apud Vghellum tom.* I *Italiæ ſacræ col.* 778) *illas litteras ſic enuntiaret,* Petrus *vel* Paulus Epiſcopus ſepelivit, *vel* Poſuit Epiſcopus Stephanus, *puta is qui Romano concilio dicitur interfuiſſe anno* DCCCXXVI. *Vt ut eſt, non ſolis iſtis tribus litteris abſolvitur lateris iſtius inſcriptio: ſed, quemadmodum intelligo ex epiſtola Rev. Dom. Petri Corazza Curati Baſſanellenſis, ſuperiori anno menſe Aprili ſcripta ad D. Theſeum Pennatium, rogatu noſtrorum Patrum Viterbienſium iſta requirentem; ſic habet ad unguem:* Lannus Chriſti Martyr hic requieſcit (E. P. S.) ſub Diocletiano paſſus: *qua ſi vera eſt lectio, magnam conjecturis prioribus alterationem inducit: multum enim diſtant* Domitiani *&* Diocletiani *tempora: & nomen* Lannus, *nullam cum Germanica lingua cognationem habens, propius accedit ad Græcam, in qua apud Heſychium* Λανὸν κῆρ *idem eſt quod* σοφωτάτη ψυχή, pectus bene conſultum: *&* λανίζειν *uſurpatur pro* λαγχάνειν ſortiri, obtinere, experiri. *Additur quin etiam ex relatu ſeniorum Baſſanellenſium, illo tempore quo viſitatum fuit Sancti corpus, cum eo pariter inventam eſſe ſcripturam quamdam Græcam in membrana, quam quia legere neſcivit ejus temporis Curatus, neque ſaltem laboravit ut interpretem reperiret, nunc dolent neglectam periiſſe. Quæ omnia non explent pium curioſæ religionis deſiderium, ſed diligentiam debent ſtimulare Hortanorum ad ulteriorem inquiſitionem.* E F

DE S. JOANNE MONASTERIENSI.

Fol. 51 *ad finem hæc adde:*

Memoria in Martyrologiis die 27 *Iunii.*

5 *His jam pridem impreſſis, antequam vulgarentur, dum Acta Iunii quædam prælo paramus, reperimus hunc eumdem* Joannem *in variis Martyrologiis conſignari die* XXVII *ipſius Iunii, quin & in tabulis Romani Martyrologii notari ſacram memoriam* S. Joannis, Presbyteri & Confeſſoris in agro Turonio, *quem* præcipuæ ſanctitatis *virum fuiſſe addit Molanus in prima editione: Secuti Caniſius, Ghinius, Sauſſajus, & auctor Martyrologii Anglicani primæ editionis, ubi in ſecunda editione relatus eſt ad diem præcedentem: quaſi jure quodam ad Anglos ſpectet, quod* Britto natione *dicatur. Verum Beda lib.* I *hiſtoriæ Anglicanæ cap.* I Brittones de tractu Armorico in Britanniam inſulam advectos, Auſtrales ſibi partes ejus vindicaſſe ſcribit: *& manſit nomen apud dictos Armoricos, quos potius*

AUCTORE G.H.

hic intelligi arbitramur. Gregorius Turonenſis cum capite XXII *de Gloria Confeſſorum egiſſet de S. Maximo, Cainonenſium in agro Turonenſi Patrono, cujus feſtum celebratur die* XX *Auguſti, mox capite* XXIII *de S. Ioanne iſta ſubjunxit.*

Elogium ex Gregorio Turonenſi.

6 Requieſcit haud procul ab hac baſilica Joannes quidam Presbyter, natione Brito, in ſumma religione degens: per cujus manus Dominus multa ſigna ſanitatum dignatus eſt operari. Qui ob amorem divinum ab aſpectibus ſe hominum cohibens, parvulam oratorii cellulam habebat ante ipſam Cainonenſis vici eccleſiam: ibiq; in viridariolo, quod manu propria excolebat, lauros arbores plantaverat; (quę nunc vaſtis columnarum fomitibus jucundarum frondium amœnitate tenduntur) ſub quarum umbracula vir ſanctus confidens, aut legebat aliquid aut ſcribebat. Cum poſt obitum ejus arbores illæ, ut diximus, patulis diffuſæ ramis, obumbrarent locum viridarii, una ex his vetuſtate ſeneſcens exaruit. Tunc cuſtos loci, effoſſa cum radicibus columna, inciſis ipſis cum ramis ſuis, ſcamnum adaptat; in quo interdum aut reſideret laſſus, aut aliquid ſecure decideret cum neceſſitas exegiſſet. Quod cum per duos annos aut fere amplius ſcamnum in hoc uſu habuiſſet, tactus, ut credo, inſpiratione divina, dolore cordis ait: Væ mihi, quia peccavi, ut arborem, quam talis Sacerdos propria manu plantavit, ego ad diverſas neceſſitatum utar ſeſſiones. Et hæc dicens, accepto ſarculo, effoſſa humo, & inciſis ſcamni pedibus, poſuit ipſum ſub terra, replevitque foſſam humo. Mirum dictu. Adveniente verno tempore, ſicut reliquæ arbores floreſcunt, ita & hæc columna, quæ viri manu, ut ita dixerim, ſepulta fuerat, rediviva & ſoſpitate vireſcens, novas frondes emiſit. Extant de ea hodie quoque virgulta in quinûm ſenûmve aut fere amplius pedum altitudine, quæ annis ſingulis incrementum ſumentia, à Domino ſublevantur. *Hæc ibi: quæ plane cum elogio ſupra relato conveniunt.*

DE S. ANGELO CARMELITA.

Fol. 56 *in margine pro* ANNO MCCXXV, *pone* MCCXX. *Et fol.* 57 *expuncto toto numero ultimo, hæc ſubſtitue.*

7 *Quid moverit Alegræum de Caſanate, in Paradiſo Carmelitici Decoris, Statu* 4 *Cap.* 12 *ut ſcriberet,* S. Angelum *occiſum fuiſſe anno* MCCXXXI *haud equidem divino, cum Vitæ omnia exempla notent dumtaxat annum* MCCXX, *à quo ſi recedendum eſſet, potius dicerem anno* MCCXXV *eadem iſtam contigiſſe. Etenim tali anno, & alio nullo (qui quidem in Honorii* III *Pontificatum decennalem incidit) celebratum fuit* feſtum S. Marci *in feria* VI, *ſub quo feſti feriæque concurſu, Vita ex MS. Vaticano apud Goncnum notat ferventem illam concionem, quæ Sancto cauſa mortis fuit. Sed omnes omnino temporum characteres adeo male conveniunt inter ſe per totam illam vitam, ut in ſimili concurrentia nolim aliquid innovare circa chronologiam. Proinde exiſtimo tenendum eſſe annum* MCCXX. *Sed neque dimicare velim pro patria Sancti, Siciliane hæc fuerit, uti Groſus & Henricus de S. Vrſio videnter ſentire; an Hieroſolyma, prout eadem omnes Vitæ habent, & paſſim Scriptores Carmelitici volunt. Multo minus velim propugnare* Letiferos carceres, *quibus ante mortem fuerit mancipatus* Angelus *ab infidelibus; nec enim verificari poſſe videntur, niſi ſupponas totum Leocatam infidelium fuiſſe, qui ibidem omnia geſſerint pro arbitratu; quod abſque idoneâ probationis argumento præſumi non debet.*

His ibi mutatis prætermiſſam S. Angeli *Vitam hic accipe, Lector, & ſimul prætermiſſionis illius cauſam recognoſce diſtinctius.*

AD VITAM S. ANGELI MmartyrIS

D.P.

ORDINIS S. MARIÆ DE MONTE CARMELO.

PROTESTATIO PRÆVIA.

C *Dilata in hunc locum Vitæ,*

Tandem in lucem prodit Speculum Carmelitanum, admodum R.P. Danielis à Virgine Maria *poſtumum opus, nec ſolum ſuo Ordini vehementer expetitum, totis novem annis quibus ſudavit ſub prælo; ſed etiam nobis, utpote non exiguum commodum ex illo ſtudioſiſſimi ac diligentiſſimi viri labore ſperantibus. Hac certe expectatione inducti, diſtulimus agere de Vita* S. Angeli Martyris, *ipſo quo ponenda erat loco, ſcilicet die quinta Maji, inter Acta Sanctorum tunc occurrentium; ſolumque voluimus iſtic imprimi Commentarium, pridem ab ipſomet* R.P. Daniele *approbatum, de cultu, tranſlatione, & miraculis ſancti iſtius Martyris: in hac ſcilicet Appendice multo poſt imprimenda ipſam Vitam exhibituri, ſi id à nobis Ordo ſuus exigeret; parcere alias malebamus labori, nec divulſam nuper amicitiam reſtauraturo; & apud animos exulceratos novas forſitan offenſiones parituro.*

duplex datur cum Annotatio,

2 *Fueritne hic affectus diffidentis de cauſa animi, an caritatis diſcretæ, quæ olim etiam in Martio perſuaſit ſilentio involvere quæſtiones, cum vitâ* S. Bartholdi *primi in Carmelo Prioris connexas, ſi non ſatis patuit ex* Aprili; *patere poterit nunc luculentius, quando ſolenni ante* Speculum *præfatum adjuratione compellor occaſionem hanc non præterire. Parebo igitur, & Vitam dabo, quam ſic à me poſtulant* R. P. Danielis *Diſcipuli. Dabo autem non ſolum unam (quod ipſis forſitan ſatis eſſet) ſed etiam alteram vitam, & utrique communes Annotationes ſubjiciam, tum quas ipſe* Rever. Pater *ſuo marte compoſuit aſteriſco * ad diſcrimen notandas, ut ſuus honor Auctori maneat, nec me alienis plumis jactare videar; tum quas ego addam plures & prolixiores ad notanda loca, vel difficilia ad fidem indubitatam eis habendam, donec certioribus exemplis probentur eſſe verosimilia; vel ſic adverſantia principiis hiſtorico cuilibet tenendis, ut ea indicaſſe apud talium intelligentes, conviciſſe ſit. Hujuſmodi nempe vitia ſunt, quæ nulli librariorum ſocordiæ imputabilia, ipſi auctori debent neceſſario adſcribi; nec ea qualiacumque, ſed talia, ut impoſſibile prorſus ſit tam aliena à veritate profluere ex calamo hominis, id dumtaxat ſcribentis, quod oculis vidit aut oculatorum teſtium relatu didicit; ſicut ſe facere profitetur utriuſque, quam dabimus, Vitæ Auctor.*

E

difficultates præcipuas indicantibus;

3 *Vt autem quam clariſſime procedant omnia, neque liberum adverſariis ſit, iis quæ magis premunt diſſimulatis, divagari per alia, minus difficultatis forſan habentia; ad extremum proponam* Anacephalæoſim *in qua num.* 3 *paucas interrogationes colligam, ad quas ſi reſponſum idoneum dederint, qui cauſas ſcire cupiunt, cur tota* S. Angeli *hiſtoria fuerit mihi ſemper de ſuppoſitione ſuſpecta; ſancte polliceor, quod in altera noſtri Maji parte palam profitebor, Vitam illam eſſe omni acceptione digniſſimam. Nullus in toto* Armamentario Carme-

F

quibus ſolutis vel admiſſis,

A Carmelitico *fere eſt angulus, ulatus nullum, quod non ſit inſtructum telis ac ſcutis ex hac Vita petitis. Hanc igitur recepiſſe, ut verum veri* Enochi Patriarchæ Hieroſolymitani *ſcriptum, nihil minus erit, quam cecinisſe palinodiam, tot jurgiis convitiisque, carmine & proſa conglomeratis, poſtulatam. Aliud enim hoc non fuerit quam ea fere omnia retractaſſe, quæ præter amicorum exſpectationem, contraque propriam voluntatem, ſcripſi in Aprili, inter reſpondendi neceſitatem ab adverſario impoſitam, & veritatis tenendæ conſtantiam in Hiſtorico fideli requiſitam inexcuſabiliter (ut mihi quidem videbatur) conſtitutus. Reſponſum idoneum ſi ipſis nullum ſuppetat ad interrogationes meas; & hoc præcipuo ſuo Achille privati, cauſæ nihil habeant cur ſcriptis, Hieroſolymitani Ioannis Cyrillique Prioris ferentibus nomen, aliiſque hujuſmodi plus fidere debeant, quam huic apud ipſos hactenus indubitabili Vitæ; ceſſent obſecro quiritationes indignæ viris & intempeſtivi ante victoriam triumphi; quibus ego quidem nec lædor, nec moveor; ipſi vero ſuæ cauſæ præjudicant plurimum, tamquam alia nulla præſidia habenti. Quid? quod & apud lectores cordatos ac moderatos perdatur doctrinæ æſtimatio, Scholaſticis ſtudiis acquiſita, & ipſe Sacerrimus Ordo ſit extravagantiis iſtis vilior, pro cujus augendo tuendoque honore quidlibet facere ac pati paratus ſum, præterquam veritatem agnitam ejurare. Tacere poſſum, mentiri non volo.*

finis ſit contentionum:

B 4 *Cum hac præparatione animi, indifferentis in partem utramque, ſecluſo quolibet etiam honoris proprii reſpectu accedens ad ſcribendum, quaſi omnia mihi adhuc integra forent; quem potius nunc optem habere propitium, quam ipſum* S. Angelum, *humanis fictionibus neutiquam egentem ut in firmamento Catholicæ Eccleſiæ inſtar ſideris fulgentiſſimi luceat, atque ut in Paradiſo Carmelitico fragret tamquam ſuaviſſima roſa? Velim tamen ut tuum pariter mihi aſpires favorem, Anima beata, Anima* R.P. Danielis à Virgine Maria, *Anima, quomodocumque res erant, ſemper me diligens, ſemper à me dilecta. Iam enim cum* R.P. Franciſco Bonæ-ſpei (*quem ipſum credo non alio quam pio, licet non ſecundum ſcientiam, zelo contra me ſic excanduiſſe*) *jam inquam, cum ejus beato pariter ſpiritu, tali Te confido receptam loco, ubi æternum vives, memor vicennalis amicitiæ, immemor moleſtiæ, quam in hujus mortalitatis caligine verſans ſæpe attuliſti mihi & ſæpe retuliſti, propter judiciorum ex principiis diverſiſſimis procedentium diverſitatem. Ibi ſiquidem non æternam dumtaxat contemplaris veritatem ineffabilium myſteriorum religionis ac fidei noſtræ, etiam in hac tenebrarum valle citra cunctationem credendorum; ſed & præteritorum quoque omnium temporum geſta, de quibus fas homini quærere & ambigere, intueris ut præſentia; procul*

C *ab illis præjudiciis, quibus vivens pluſculum videris tribuiſſe. Sane nec mentionem quidem ferre poteras patienter ullius dubii, circa receptas in Ordine traditiones movendi; videbarque tibi deliramenta loqui, quoties aliquid conabar communicare eorum principiorum, quæ hiſtorico convenit eſſe familiariſſima; quæque omnibus, ad ſolidam eruditionem verique & falſi diſcretionem, ſuggerit Ars prudenter dubitandi circa res facti; Ars multiplicis ſcientiæ & filia & mater; Ars ignota fere ſuperioribus ſeculis, maxime autem exculta hoc ævo, quod Dei ſingulare munus cenſeri poteſt: factum enim per eam eſt, ut præterita cum præſentibus comparanti, videatur medii temporis hiſtoria, à tenebris pluſquam Cymmeriis, ad lucem gratiſſimam eſſe traducta, paulatimque proficere ad plenam meridiem, labore & conſtantia provehentibus.*

quod S. Angelus Diviſo concedant.

Prima Vita, licet edita ex MS. Vatica-no,

5 *Eſt porro* S. Angeli Vita, *de qua incipimus hic tractare, non una, ſed duplex. Prima extat apud Benedictum Gonorum, inter Vitas Patrum Occidentis, editas Lugduni anno* MDCXXV, *folio* 227, ex pervetuſto quodam codice manuſcripto, nuper Romæ quaſi divinitus reperto, bona fide fideliterque deſcripta & excerpta, anno Domini MDCI. *Habet MS. iſtud Appendiculam de Vita* S. Simonis Stock, *verbotenus tranſcriptam ex Viridario Ioannis Groſſi; qui cum adhuc in vivis fuerit anno* MCCCC, *ſi ab eadem manu eſt Appendicula illa à qua eſt Vita* S. Angeli, *non poterit ſe ultra ſeculum* XV *Chriſtianæ æræ Codicis totius vetuſtas extendere. Eſſe autem ab eadem manu, videtur judicatum fuiſſe anno* MDCXXXV, *nonnullis in dubium revocantibus repertum poſt eam de* B. Simone *teſtimonium. Tunc enim ipſum* ab Illuſtriſſimo Horatio Juſtiniano viſum, lectum, extractum, atque congregatis ſacri Officii Judicibus (quibus præerat, Eminentiſſimus Cardinalis Scalia, aderat Magiſter ſacri Palatii) expoſitum fuit: qui omnes, poſt diligens examen, nihil annotarunt, quo vel leviter manuſcripti fides poſſit labefactari, imo ſuo decreto probarunt, atque Vaticanæ Bibliothecæ reſtitui voluerunt. *Ita Irenæus à S. Iacobo, in Tractatu Theologico de ſingulari immaculatæ Virginis protectione, Pariſiis impreſſo ſub annum* MDCL.

AUCTORE D. P.

6 *Satis apparet ex verbis jam allegatis, atque ex occaſione inſtituta quæſtionis, aliud eo congreſſu judicatum non eſſe, quam quod poſtulabatur; videlicet, Appendiculam prædictam ibi antiquitus ſcriptam fuiſſe, non autem recentiori fraude aliqua furtim adjectam. Sed eo non contentus Irenæus, more profeſſionis ſuæ ſcriptoribus pluribus perquam familiari, tranſiens à ſcripturæ certitudine ad certitudinem rei ſcriptæ, omnibus qui de hac præſumerent dubitare, eo judicio os putat uſquequaque obſtructum: eo quod exiſtimet, Iudices illos continuo pro poteſtate juſſuros fuiſſe librum comburi, aut ſaltem prohibituros referri ad bibliothecam, ſi in eo aliquid fabuloſi contineri ſenſiſſent. Miſera enimvero foret librorum veterum ac bibliothecarum publicis uſibus erectarum conditio, ſi tali tamque levi ex cauſa has ſpoliari, illos aboleri oporteret, ad arbitrium Theologorum aliquot vel Canoniſtarum, imo & Hiſtoricorum, quamvis omnes forent Baronii aut Bellarmini. Non ita, vir bone, non ita agitur. Quod uni diſplicet, placet alteri: & aliquando contingit etiam ex mendaciſſimis ſcriptis, qualis eſt exempli cauſa Marcellini & Fauſtini Presbyterorum partis Viſini adverſus Damaſum libellus, ingentem haberi pro hiſtoria utilitatem; & hujuſmodi intuitu publica luce libellum iſtum donavit Sirmundus, erutum ex veterum membranarum tenebris. Fuimus nos ſolidis novem menſibus Romæ, & illius temporis partem præcipuam impendimus Bibliothecæ Vaticanæ MSS. evolvendis, notantes quid & unde deſcribendum nobis eſſet. Hoc cum fieret, Cuſtos Bibliothecæ Allatius, in omnem noſtram actionem pro munere intentus, religioni ſibi duxit non admonere Pontificem, cujus juſſu nobis Bibliotheca patebat (erat is Alexander* VII) *etiam à nobis deſcribendas notari Vitas Sanctorum, ſuo judicio fabuloſas. Si tunc ad Solium ſtetiſſet Irenæus, exclamaſſet utique,* Cur flammis devoti non ſunt libri ejuſmodi, qui fabulas & nullius momenti narrationes complectuntur? Exules certe fieri debent. *Sed aliter ſapientiſſimus Pontifex: de libris abolendis eliminandiſve nihil ille; ſolum autem intelligere voluit, quo conſilio tales Vitæ tranſcriberentur; intellectum porro conſilium laudavit, ſicut alibi fuſius dixiſſe memini.*

non ideo magis authentica eſt,

sed nec forte ejiciendæ

E

F

ſi forte minus veræ.

7 *Altera Vita ante ſeſqui ſeculum reperta eſt apud Siculos in MS. Panormitano, indeque edita ſub hoc titulo:* Vita S. Angeli Martyris, cum revelationibus ei à Chriſto factis in deſerto, quibus prædicuntur victoriæ Turcarum, invaſiones, calamitates, excidia, everſiones regnorum, & afflictiones Chriſtianorum in multis provinciis, & præcipue in Italia. *Titulum ſequitur epiſtola editoris ad Generalem Ordinis Audettum, cum indiculo Capitum: ac rurſum titulus, his verbis conceptus:* Vita S. Angeli Martyris, Ordinis Carmelitarum B. Mariæ Dei genitricis montis Carmeli, civis Hieroſolymitani de ſtirpe Davidica, edita per Reverendiſſimum Patrem Dominum Enoch, Patriarcham

2 Vita Panormi inventa

AUCTORE D. P.

triarcham Hierosolymitanum; & per Reverendum Thomam Bellorosium, Canonicum Panormitanum & Protonotarium Apostolicum, emendata, & in Capita xxx divisa, anno post reparatum orbem MDXXVI. *Hanc Vitam prælaudatus* R. P. Daniel à Virgine Maria *totam inseruit parti quartæ Speculi sui ad diem* v *Maji, non ex impresso Panormitano immediate, sed ex fide transumpti MS. anno* MDCXLVII *Romæ missi à* R. P. Joanne Baptista de Lezana. *Ast de fide transcribentium non ausus dubitare, haud credidit operæ pretium esse explorare ipsam, facta collatione cum originali; quod apud nos esse non ignorabat, sciebatque non minus libenter commodandum sibi, quam commodabamus quæcumque alia Musei nostri instrumenta, nihil ipsi quoad licuit occultum habentes. Hoc posito, nemo nobis poterit vitio vertere, quod ipsum, ut jam dixi, originale habentes, missum huc Neapoli anno* MDCXXXVII *curâ* R. P. *Antonii Beatilli nostri, ad illud conferamus Antverpiensem novissimam editionem; quando* P. Daniel *id facere prætermisit; ex eaque tum alia quædam suppleamus & corrigamus, tum insignem unum plurium linearum in Dedicatoria Epistola hiatum, non casu, sed studio (quod indicant puncta notata...) factum, ad dissimulandum, quod* S. Angelus, *quando Epistola scribebatur, necdum erat à Sede Apostolica canonizatus, prout nimis expresse ibidem dicebatur.*

datur ex editione anni 1526.

B

Vtraque Vita parallele componitur.

8 *Prior Vita, simpliciori & contractiori stylo, sed subbarbare scripta, videri posset primus ac genuinus esse Auctoris sui fœtus, nisi dubitationem injiceret alia quædam Vita, ex Vltrajectino MS. sumpta: quam, licet antiquiorem forsan ac sinceriorem, in ultimum tamen reservo locum; quia sicut hæc nihil continet eorum, unde Patres Carmelitæ solent prætensionum suarum argumenta petere; sic de ipsâ nulla mihi cum iisdem est controversia. Quidquid autem sit de ea, quæ fuerit aliarum omnium Vitarum fundamentum primum: de illa tamen, quam hic primam voco, sine scrupulo possum pronuntiare, ipsam præ oculis fuisse Auctori, qui composuit alteram, novo magisque Latino & fluidiori stylo, quæ quia in Sicilia est reperta,* Interpolatorem Siculum *appello ejus auctorem. Poteram* Metaphrasten *seu* Paraphrasten *dixisse: nisi judicassem, quod non pauca de suo addiderit, ordinem quoque in principio mutans. Vt autem facilius primoque intuitu observari possit utriusque Vitæ differentia, decrevi non excudendam esse unam post alteram, sicut passim in usu nostri Operis est; sed parallele comparandos inter se textus, eum qui ex Gonono sumptus est exprimendo littera (ut vocant) Romana seu Stante; alterum ex Bellorosio Italica seu cursiva.*

C

Vtraque præfert nemen Enochi Patr. Hierosolym.

9 *Vtraque porro, licet altera alteri valde dissimilis, ut jam dixi, Auctorem unum eumdemque præfert* Enochum, *quo nullus certior rerum à* S. Angelo *gestarum testis videtur produci aut optari posse. Sola namque ea scribi à se dicit, quæ vel ipse à Patriarcha Hierosolymitano audivit,* S. Angeli *baptizatore, nutritio & magistro, in ejusdem Patriarchæ palatio educatus etiam ipse, vel coram plena Episcoporum triginta sex Synodo, præsens exponi & narrari audivit in ordine ad ejusdem* S. Angeli *canonizationem Hierosolymis factam; vel denique propriis oculis vidit, ex Carmelo usque in Siciliam comitatus Sanctum, reliquæ omnis vitæ, miraculorum & martyrii inspector. Patriarcham vero illum, sub quo tam ipse* Enoch *quam* S. Angelus *adoleverint, ait, appellatum fuisse* Nicodemũ: *cui defuncto successerint* Onuphrius, *&* Joannes: *in quorum denique locum ipse* Enoch *sublectus, scripserit Vitam Sancti, martyrizati in Sicilia anno* MCCXX, *idque, secundum scriptorum Carmeliticorum calculos, expleto ætatis anno* XXXV. *Consequens igitur est Sanctum esse natum anno Christi* MCLXXXV; *&* Nicodemum *istum, uno saltem anno citius factum Patriarcham (tenentibus adhuc urbem Sanctam, cum suo Patriarcha* Heraclio, *Latinis usque ad an.* MCLXXXVII) *Sedem tenuisse ut minimum per annos continuos* XXIX, *siquidem primum obiit sub illud tempus, quo* S. Angelus *Sacerdos ordinandus agebat ætatis annum* XXVIII.

& nominat Patriarchà Nicodemum

D

pro eodem tempore quo non solum Latinus alius,

10 *Nihil hic difficultatis invenit* R. P. Daniel, *quia constat Latinos permisisse Syro-Græcis, sub imperio suo in Palæstina constitutis, habere proprii ritus Episcopos. Dubito an etiam Patriarcham: exemplum enim quo id affirmem nullum reperio, nec ejus ipsis concedendi necessitatem, quia simplex Episcopus Græcus, à Latino Patriarcha approbatus eidemque subjectus, abunde eo loco ac tempore sufficere poterat. Sed & hoc demus factum fuisse; vel eum qui ante captam urbem non nisi titulum gerebat Episcopi, expulsis inde Latinis assumpsisse sibi titulum & insignia Patriarchalia, de Constantinopolitani Imperatoris consensu: hic enim deinceps sibi arrogavit potestatem instituendi Patriarchas, dissimulantibus Saracenis, cum quibus clam ipsi conveniebat in perniciem Latinorum. Testem hujus rei habemus irrefragabilem Nicetam Choniaten, Annales sui temporis scribentem. Cum enim in Isaacio Angelo lib.* 2 *narrasset, qua ratione* Dositheus, Studii monachus, à *jam dicto* Isaacio, cui adhuc privato Imperium prædixerat, designatus est Hierosolymorum Patriarcha, post obitum Leontii viri eruditi & virtute celebris; *subjungit quomodo idem Imperator, post mutatos jam tertium pro libidine sua Constantinopolitanos Patriarchas,* Hierosolymitanum Dositheum ad Oecumenicam Sedem evecturus, *fefellerit Theodorum Balsamum, ut id licere testaretur:* quo facto, *inquit* Nicetas, Dositheus à Sede Hierosolymitana Constantinopolim est translatus: *qui tamen rursus,* eodem quo canis Æsopicus modo, & Pontificatum quem tenuerat amisit (nam alius Hierosolymis suffectus erat) & majori Sede excidit.

sed etiam Græcus Patriarcha fuit:

E

quod miramur ab Auctore Speculi non esse observatum.

11 *Hoc est quod dico (inquit* R. P. Daniel *num.* 1242) Anno MCLXXXVII Patriarcha Latinus erat Heraclius: eodemque tempore Patriarchæ Græci successive fuerunt Dositheus, Athanasius & Leontius, prout habetur ex Baronio ad dictum annum & sequentem MCXCIII. *Itane vero? Duo Patriarchæ Hierosolymis uno tempore fuerunt? Ita omnino: suntque ad manum etiam in Patriarchatu Constantinopolitano exempla. Nam* anno reparatæ salutis MCCIV Patriarcha Constantinopolitanus Latinus erat Thomas Maurocenus, & Græcus Joannes Camaterus, cui anno MCCVI successit Michael Saurianus, Sedem suam habens Nicææ, residente Constantinopoli præfato Thoma. *Ast non hoc quærebam,* Pater Reverende: *neq; ignoro, quod urbe capta Latini exules cum suo Latino Patriarcha resederint Accone seu Ptolemaide; Hierosolymas, ut recte doces, tenentibus Syro-Græcis. Sed capere non possum, quomodo Hierosolymis uno eodemque tempore, id est anno* MCLXXXV *& pluribus sequentibus, sederint Patriarchæ duo, ambo Syro-Græci, unus ab Imperatore Constantinopolitano designatus ex more & à Niceta nominatus; alius in hac* S. Angeli *Vita primum repertus, nomine* Nicodemus: *quod fuisse necesse est si vera hæc sit.*

F

æque ac alia multa valde notabilia.

12 *Malum omen, Fratres, ipso in limine offendisse. Cum autem Scriptori isti adeo infelix memoria sit, ut nec Patris quidẽ sui spiritualis nomen exprimere potuerit absq; errore duplici, nomenclaturæ uno, chronologiæ altero; vereor profecto ut ei possim vel de proprio suo nomine credere. Hoc autem amisso, cum nolitis* Pseudo-Enochum *vocari, restat ut relinquatur* Anonymus, *donec mihi nodum istum solverit aliquis ex vobis, supra sati magistrum sapiens. Nec tamen putetis, hunc, quem primo proposui nodũ, quia se primum offerebat, esse aut solũ aut præcipuum. Difficiliores alii occurrent in progressu, qui me plane facient dubitare, utrum ille tam certus, ut vult videri, testis miraculorũ à* S. Angelo *in Palæstina patratorum, unquam pedem posuerit in Terra sancta: & qui se saltem Episcopum Syro-Græcum facit, an viderit unquam ejusmodi Episcopum Græco ritu divina celebrantẽ mysteria. Viceritis, cũ istos & alios nodos solveritis.*

VITA S. ANGELI MARTYRIS

EX ORDINE FRATRVM B. MARIÆ DE MONTE CARMELI.

Auctore (ut præfertur) Enoch Patriarcha Hieroſolymitano.

EPISTOLA DEDICATORIA THOMÆ BELLOROSII D. P.

a Ampliſſimo in Chriſto Patri Magiſtro Nicolao Audetto, *a* ſacræ Theologiæ Doctori & totius familiæ ſacratiſſimæ Religionis Carmelitanæ primario Moderatori, Thomas Belloroſius Panormita, Apoſtolicus Protonotarius, æternam in Chriſto Deo ſalutem dicit.

Vitam hanc nactus,

Eſcio qua inſcrutabili ſummi Dei diſpoſitione, Pater Ampliſſime, de Vita ſanctiſſima Divi Angeli Martyris Carmelitæ incidit in manus meas libellus, vetuſtate miratu dignus: quem cum accurate ſæpe ac ſæpius perlegiſſem, nonnullis illum purgavi mendis. Fuit ſane Vita beatiſſimi Martyris Latinis tradita litteris ab hinc annis *b* trecentis, à veridico & beato Viro Enoch, Carmelitanæ Religionis Profeſſore, coætaneo & comite ſanctiſſimi Angeli, tam in patria ſua, quam in peregrinatione, & in loco martyrii. His igitur nimirum de cauſis indubitata & ſole profecto clarior adhibenda eſt fides ſimplici & beatæ vitæ Scriptori. Sed quia libellus ipſe rerum admirabiliū quâdam farragine videtur oppletus; ne Lector, confuſo rerum geſtarum cumulo, afficiatur tædio, perquirendo rem aliquam ſingularem, cognitione dignam, breves prius exſculpſi ex eo indices; & deinde totum opuſculum in triginta digeſſi Capita.

B b

emendatam diſtinguit in Capita.

c 2 *c* [Quod latuit poſtea in arca mea triennio: quandoquidem cupienti mihi diligere Principem quemdam, & iſtius ſacratiſſimæ familiæ Carmelitanæ ſtudioſiſſimum, in cujus nomine libellus in lucem prodiret; numquam (neſcio quo judicio) viſus eſt quiſquam idoneus, qui cura, ſtudio, labore & omni alio favoris adjumento promulgari curaret in toto Chriſtiano orbe, ſicut fuit Scriptoris flagrantiſſimum deſiderium, hanc Vitam ſanctiſſimam; & ipſum Divum Angelum tandem, decreto indelebili ſummi Paſtoris ſacroſanctique Senatus Apoſtolici, in Catalogum Cælicolarum Martyrum referri efflagitaret efficeretque: niſique tuæ Amplitudini hæc anxifera cura, hoc ſtudium ardentiſſimum, hic labor deſudatus, hic divini amoris ardor, in ipſum glorioſum Martyrem divinitus & quidem merito ſervabatur: quoniam & inſperato, & hoc tempore in divina mente præviſo] adveniſti ad hanc Siculam patriam, ubi conditum eſt beatum corpus ipſius Divi Angeli Martyris, quotidie miraculis refulgentis. Qui ad hos Sicanos populos olim ex Hieroſolymis fuit miſſus à Chriſto Deo; ut prænuntiaret excidium, quod hac tempeſtate forte videtur ingruere cervici totius Chriſtianæ Reipublicæ, præſertim Italiæ, à Turcarum debaechantium immanitate; & valde timeo huic Trinacriæ, ad quam peculiariter Sanctus Martyr fuit legatus: cui propterea inditum fuit nomen Angeli, priuſquam naſceretur, à Beata Virgine; quia futurus erat Dei Nuntius mirabiliumque rerum, ducturus quoque vitam Angelicam.

Optatque ut Canonizationi petenda ſerviat,

C

3 Adveniſti, inquam, Pater Ampliſſime, tamquam novum ſidus, ad reparationem pœne labentis ſanctorum morum Regulæ Carmelitanæ. Et utinam atque utinam ceteræ familiæ Religionis Chriſtianæ excuterent contractam rubiginem ex incuria majorum, induerenturque priſcum ſplendidæ puritatis indumentum & non ſimulatæ ſanctitatis; ut avertatur æterni Patris indignatio contra hypocritas, jam manifeſtata nuperrime in debellatione Regni Pannoniæ. Quoniam, ſicut Chriſtus Divo Angelo reſeravit, ſex & trecentis ab hinc prætergreſſis annis, ut prædicaret, quot Regna, quotque Provinciæ Chriſtianorum in Aſia Africaque ab Agarenis & Iſmaëlitis, ac etiam in Europa Turcarum Imperio vi armorum occupandæ forent uſque ad Regnum Hungariæ *d**. Id quod jam ita evenit, prô dolor! proximis Kalendis Septembris; ut Pannoniæ Rege interfecto (quem quandoque *e** dum eſſet infantulus, in ulnis meis tenui) ejuſque validiſſimo exercitu penitus deleto, Regnum ipſum, quod olim Archi-regnum dicebatur, ceciderit in manus cruentas ſeviſſimi hoſtis. Monuitque idem Chriſtus Deus noſter, ut prænuntiaret, quales ſubſequerentur poſtea calamitates, & cruentiſſima bella adverſus totam Italiam, vexaturaque fere omnes Chriſtianos. Et inter reliqua mala quæ præceſſura eſſent prædictorum temporum turbines, inquit, quod tunc ventura ſunt hæc flagella, cum multæ forent Religionum familiæ vitiis [magnis] ſcatentes, & præſertim hypocriſi *f** [qua deciperent Chriſtianum populum: indicans hypocritarum dolis & ficto animo mirifice offendi Majeſtatem divinam, cujus offenſionis causâ, tota] res Chriſtiana laceranda foret. Et niſi eatur in criminum pœnitentiam à populo Chriſtiano, deplorenturque tam propria quam aliena peccata ab ipſis Religionum familiis; vereor, & plus quam vereor, ne propediem efficiatur, quod à Chriſto revelatum eſt ſancto Martyri, & conſcriptum in cap. XIV hujus parvi voluminis, de Turcali victoria contra Italiam. Et væ! væ tibi Regina Orbis, quæ Caput es Chriſtianæ fidei; quandoquidem non poſſunt membra tua diſcerpi abſque incomparabili capitis dolore.

prædictas in ea clades inculcans,

E

d*

e*

f*

F

Rogat Generalem ut præveniat cladem futuras

4 En, age, rumpe moras, Pater Venerabiliſſime; & da operam, ut cito & in proximo tempore Quadrageſimi jejunii hic libellus volitet per orbem, & ſignanter totam perluſtret Italiam, moreque declamantis Jonæ Prophetæ, tam per te quam per alios concionatores idoneos fungaris officio, quod Tuæ Paternitati, ut mihi perſuadeo, cælitus reſervatum eſſe non dubito. Tibi, inquam, in præſens hoc onus à Deo injunctum eſt, reformandi Religioſam vitam Carmelitanæ Familiæ; & in hoc Regno Sicano, ubi ſummâ uſus es curâ, & ſingulari prudentiâ in expurgandis Domibus ſacris omni ſorde & abuſu; inter quas illud cœnobium Drepanitanum, miraculis aſſiduis Virginis glorioſæ cuncto orbi famigeratum, & Divi Alberti peculiare, dum vixit, domicilium, revocatum eſt ad priſtinum [vitæ] honeſtiſſimæ ſplendorem, tuo paterno affectu & auctoritate, juxta divinam diſpoſitionem, quæ adhuc, imminente ruina, & in articulo ferendæ ſen-

& populum ad pœnitentiam hortās,

reformando ſuum Ordinem Carm.

tentiæ, misit tuam Amplissimam Paternitatem ad
A has Siculas oras, velut alterum Angelum; ad ingerendum mentibus hominum ea, quæ prænuntiata sunt à Divo Angelo, ab hinc annis, ut dixi, plus quam trecentis. Et non sine inscrutabili mysterio advenisti, Pater in Christo, in habitu Divi Angeli, & Religionis immaculatæ Virginis Matris Dei; quæ mundi est Advocata indefessa, & assidue, ut vere confidimus, provoluta pro nostris delictis ad pedes divinæ Trinitatis, profusis lacrymis orat & rogat inducias, ut interea Christianus populus, scelerum sopore sepultus, evigilet & resurgat.

populumque excitando ad pœnitentiam

5 Nec miretur tua Amplitudo, si tibi videor in-
timo quodam præcludi dolore ob debellatum Regnum Pannoniæ à Turcis, vel g* ob cladem illam
g* miserabilem illius gentis belligeræ centum quinquaginta sex millium pugnatorum; quoniam in illo Regno quinquennio gessi vices Amplissimi Patris
h quondam *h* Cardinalis Rhegini in gubernatione
i Episcopatus *i* Vesprimiensis & duorum cœnobiorum insignium Pechivacadionensis & Sassardiensis; novique in ea patria fuisse propugnaculum & antemurale Christianæ rei: quibus perfractis facilis patet sævissimis hostibus aditus ad Italiam. Præterea revelatio Christi ad Divum Angelum tenere debet
B omnes Christianos anxios & k* solicitos; quoniam
k* perpauca restant ut adimpleantur, sed horribiliora impendent. Et si de quodam sancto Rege, Christianæ rei pœne ruentis reparatore, spes tandem promittitur, calcandi communes hostes, revendicandiq, Imperium Christiano Orbi: parum profecto nos pavefactos & excussos hæc expectatio solari potest. Sero enim Rex ille & ad nutum Dei movebit la-
certos; & forte quando, quod absit, consummata erit divina ultio.

pro demandato sibi divinitus munere.

6 Verum quia divina Majestas suopte nutu non delectatur vindictâ, sed potius clementiâ; non est nobis hæsitandum, quin ipse clementissimus Pater æternus cupiat emendationem populi sui, notamque fieri mortalibus iram suam, quæ placari nostrâ pœnitentiâ facile potest. Ideoque rogo & obsecro per viscera divinæ misericordiæ tuam magnam in Christianum populum caritatem; ut tanti meriti magnitudinem viriliter amplectaris, quam nullo modo tibi defuturam spero. Ne igitur, quæso, differas exequi quod ex divina dispositione commissum esse non dubito; sed rejectâ omni morâ invigiles, ut hoc divinum Opusculum, refertum stupendis miraculis sanctisque exemplis, cœlestibus arcanis atque
C divinis monitis, à me tibi Amplissimo Viro dicatum, ad laudem & gloriam Dei omnipotentis, ejusque Sponsæ immaculatæ Mariæ Virginis, & ad honorem Divi Angeli Martyris, & totius Familiæ Carmelitanæ, in tuo celeberrimo nomine ubique cunctis populis innotescat. Vale, Decus moderatorum Sacratissimæ Religionis B. V. Mariæ Matris Dei montis Carmeli.

ANNOTATA.

a* *Is natione Cyprius, pietate & doctrina clarus Ordinem totum in magna temporum varietate rexit annis triginta octo, videlicet ab an.* 1524 *usque ad* 1562.

D

b* *Ab anno* 1227, *quo scripta notatur, usque ad* 1527, *quo à Thoma Belloroſio digesta in capita, & typis edita fuit, anni erant trecenti.*

c *Totus hic locus inclusus* [] *deest editionibus Belgicis, à Romano transcriptore prætermissus; sic tamen ut quod hic omissum est, relictum sit in epilogari Belloroſii epistola; atque ita non omnino mala fide actum videatur fuisse Romæ; sed quasi ex aliqua discretione hic dissimulatum, quod ad finem positum minus natum erat animadverti ab omnibus.*

d* *Ingens illa & luctuosa clades Hungaricæ gentis, cujus hic mentio fit, contigit anno* 1526, *festo decollationis S. Ioannis Baptistæ (nonnulli alium diem assignant) quo Ludovicus Rex Hungariæ, anno ætatis vigesimo, in palude cum equo suffocatus interiit, & cæsi duo Archiepiscopi, quinque Episcopi, permulti Barones, atque immensus Nobilium numerus. Et sequentibus diebus Hungaria tota ferro & flamma vastata fuit, per exercitum Solimani Turcorum Imperatoris.*

e* *Ex istis verbis, & ex officiis quæ in Hungaria Thomas ille Belloroſius obivit, gerendo vices Cardinalis Rhegini in administratione Episcopatus Vesprimiensis & duorum insignium Cœnobiorum, habetur, magna illum auctoritate fuisse.*

E

f *Hic rursum omissa fuerunt lineæ, quas* [] *includimus. quod soli transcribentis incuriæ imputandum facilem excusationem habet; ostendit tamen, non sine operæ pretio hujusmodi collationes cum originalibus institui. Sic & aliæ duæ voces hic omissæ supplentur ex prototypo, & aliâ quadam emendantur, quæ nihil attinet notare singula.*

g* *Numerum cæsorum & captorum illo in prælio Hungarico (de quo mox ante) ascendisse supra ducenta hominum millia referunt Hungaricarum rerum Historiographi & Annales Ecclesiastici. Inter ceteros certius, uberius, & dilucidius infelicis illius prælii Historiam descripsit Stephanus Brodericus, Episcopus Vatiensis, illius Regni Procancellarius, qui interfuit.*

h Petrus Iluales *hic fuit, ab Alexandro* VI Rheginus Archiepiscopus *factus an.* 1497, *ac deinde Cardinalis S. Cyriaci in Thermis, etiam Legatione functus in Pannonia. Obiit anno* 1511, *teste Vghello in Episcopis Rhegiensibus.*

i Est Vesprimium, *Germanis* Weilbrun, *sub Archiepiscopo Strigoniensi; nomen, ut videtur, accipiens à fonte ejusdem fluvii, à quo ipsa Vngaria Regia iisdem Germanis nuncupatur* Stul-weissenburgh, *unde etiam solis* 8 *leucis* Vesprimium *distat.*

k* *Et merito, evidens enim est prophetiam illam S. Angeli de tota Terra Promissionis, ceteriſque Regionibus Asiæ & Africæ, Turcico Imperio subjugandis, jam pridem esse adimpletam, sicuti & illam,* Ungariam pluries invadent, & fere desolabunt. *Quis autem novit, an jam evenerint, & omnino adimpleta sint illa quæ sequuntur?* Terrebitur & infestabitur Europa. Italia vero ipsa, ubi Sedes Petri est, diu & sæpe vexabitur.

F

INTRO-

Præfatio auctoris & vitæ Epitome relata coram Episcopis XXXVI, *in Synodo Hierosolymitana ad S. Angeli canonizationem collectis.*

Ex Bellorosio.

Enoch servus Dei & Domini nostri Iesu Christi, divina miseratione Patriarcha Hierosolymitanus, toti ac venerabili Ecclesiæ Orientali, Occidentali, Meridionali, & Septemtrionali, ac omnibus Catholicis & fidei orthodoxæ subjectis salutem & pacem. Vobis universis & singulis, quibus Spiritus Dei, in virtute Domini nostri Iesu Christi, mysterio & sacramento fidei lumen cognoscendæ veritatis infundit; vere & fideliter scribere statuimus vitã & triumphum sanctissimi viri Angeli Hierosolymitani, Christi Martyris glorioſissimi (cujus martyriũ propriis ipsi manibus contrectavimus) ad instructionem præsentium & futurorum Christi fidelium, & in testimonium veritatis: Athanasii Episcopi Alexandrini, & Hieronymi Presbyteri Cardinalis vestigia imitantes, & aliorum doctrina & sanctitate præstantium hominum, qui magna virtute & fide vitæ, passiones, & flagella Martyrum ac Christi Confessorum diversis temporibus conscripserunt, & conscriptis eorum exemplis atq; miraculis populo Christiano multipliciter profuerunt. Quamquã enim nos imbecilli & fragiles, ac Dei servorum minimi, ingenii viribus diffidimus; immenso tamẽ caritatis ardore & Sanctorum exemplis incensi, non de lingua tersitie & styli candore, sed de sola Dei bonitate & mentis sinceritate confisi, id operis scribendum suscepimus; ut per nos vestræ sinceritati & fidelium universitati Vita hujusmodi undecumque probatissima tanti Patris, quam Deus mirabilium suorũ operibus insignivit, & tam glorioſi Martyris victoria imitanda proponatur; & deinceps per vos, quasi per manus, posteris etiam excolenda tradatur, & in omnium seculorũ memoriam reducatur. Nos enim nonnisi, aut qui ipsimet rem oculis conspeximus, aut à sociis nostris aliis fide certissima dignis audivimus & cognovimus, veritati semper inhærentes, nuntiamus, ab omni etiam mendacii suspicione penitus alieni, nõ immemores dicti Salomonis: Qui mentiuntur, occidunt animam; *& Psalmographi dicentis;* Perdes omnes qui loquuntur mendacium; *cum & Dominus in Euangelio suo instruat,* de omni verbo otioso nos in extremo judicii die rationem esse reddituros. *Hanc igitur Vitam sanctissimam viri sancti Dei, hanc ejus victoriam glorioſissimã merito imitandam, vobis & cunctis fidelibus intimamus. Vos autem imprimis, qui Ecclesiæ ipsi à summo Deo præpositi, per salutaria Christi pascua commissum vestræ fidei gregem ad cælestem patriam dirigitis, hortamur & obsecramus in Domino; ut non modo vitam ipsam & victoriam sancti Martyris, sed etiam revelationes, quibus futuris ætatibus moneri potest & instrui populus Christianus, à Domino Iesu Christo ei factas omnibus notissimas faciatis; ut ex his etiam magno fidelium profectu, glorificetur Deus in sancto Martyre suo, in hac ipsa mortalium militia, qui Martyrem suum æternum vivere facit in patria.*

B

C

2 *Congregatis in sancta Hierosolymitana Synodo sanctis Patribus, dum Angeli Hierosolymitani, viri omnium consensu sanctissimi, nuper in Sicilia gladio perempti, extremus vitæ dies profusis lacrymis & intimo pectoris dolore pranuntiatur; & vitæ necisq; innocentissimi viri decursus, scitu quidem dignissimus, à plerisq; Patrum studiosa meditatione perquiritur; Ieraſimus homo divinus, Archiepiscopus Nazareth, Angeli ipsius sapissime memorandi socius; & Ioannes Archiepiscopus Cæsarienſis, ac Petrus Episcopus Hastilonensis (quæ est Bethlem) multi etiam sanctissimi ac honestimi viri Eremitæ montis Carmeli, atq: alii complures sacratissimi homines, qui ejusdem S. Angeli diuturnam societatem habuerũt, & cum eo religioſissime convixerunt, veritati testimoniũ perhibentes, constanti animo affirmant; ipsum Angelum toto vitæ spatio virũ sanctitate clarissimum, Dei jussu cum Reliquiis Sanctorũ & Deiferæ Virginis Mariæ imagine, primum ad Italiam, mox vero ad Siciliam profectum; atq; ibi tandem in oppido Agrigentinæ Diœcesis, quod Licata dicitur, cum veritatem prædicaret, & contra plurima & nefanda, quæ indies magis pullulabant, hominum facinora invectus, ne Deus offenderetur jugiter, neve boni, si qui aderant, malorum contagia contrahere sinerentur, acriter argueret (sicut à Christo mors ei prænuntiata fuerat) pro divinæ voluntatis revelatione & veritatis defensione gladio peremptum, & martyrio coronatũ, diuturni certaminis victoria ad Christum, quem toto mentis ardore inhiabat, migrasse. Quorum attestationem ego Enoch (qui in ejus obitu præsens fui, illumque diem, & ejus societatis memoriam nunquam delere valui) certo & solido veritatis argumento confirmans, ab ipsis viri sancti natalibus, quos Nicodemus Patriarcha, vir sanctissimus, prædecessor noster, viva voce sæpius referebat, usque ad martyrii gloriam, totam vitæ seriem (prout præsentibus scriptis digeram) gravissimo approbante Senatu, tum animi alacritate, tum ingenti cordis mœrore recensui.*

3 *Fuerunt autem inter alios illo in consessu Patres numero sex & triginta, videlicet:* Athana-

Ex Gonono.

Enoch servus Dei & Domini nostri Jesu Christi, miseratione divina Patriarcha Hierosolymitanus, Venerabili Ecclesiæ Orientali, Occidentali, Meridionali atque Septemtrionali, omnibus Catholicis & fidei orthodoxæ subjectis salutem, pacem, ac sempiternam benedictionem.

Vobis quam fideliter & veraciter scripsimus passionem glorioſissimi Martyris dignissimique eremitæ S. Angeli, civitatis Hierosolymitanæ, Ordinis eremitarum S. Mariæ de Monte Carmelo: cujus passionem & obitum nostris propriis sumus oculis intuiti, atque vidimus, nec non propriis manibus palpavimus. Nos ergo fragiles & minime Sanctorum virorum vestigia imitantes; utpote S. Athanasii Episcopi Alexandrini, & Hieronymi Presbyteri Cardinalis, sanctissimi ac sapientissimi Doctoris: qui eorum virtute & sanctitate Vitas & Passiones multorum Sanctorum virorum scripserunt; nec non aliorum doctissimorum hominum Christianissimorum, qui dictas Passiones notare voluerunt, pariter & nos eorum exemplis memorati S. Angeli Vitam & Passionem scribere, & in memoriam reducere voluimus. Magno ac arduo amore, immensaque caritate, sanctitatibus & benevolentiis vestris dictam Passionem memorati S. Angeli intimantes; verum funditus narrantes, quod vidimus & audivimus; nolentes penitus mentiri, cum qui mentitur, Salomone testante, occidat animam & alibi scribente, Perdes omnes qui loquuntur mendacium: & Dominus in Euangelio, De omni verbo otioso in novissimo judicio rationem reddituri sumus.

SS. Athanasii & Hieronymi exemplis motus,

E

scribit quæ vidit & audivit,

Sap. 1, 11
Ps. 5. 7
Mat. 12, 36

2 Igitur veritati ipsi inhærentes, vidimus & audivimus nuntiationem natalis beati Martyris voce vera à sanctissimo Nicomede, Patriarcha Hierosolymitano, Prædecessore nostro, præfati Angeli Patre Spirituali, ac etiam aliorum sanctorum virorum fideli testimonio dignorum, qui vitam præfati S. Angeli, quem ob ejus merita summus cæli Conditor sibi contulisse videtur, ejusque miracula ac merita: quæ Deo omnipotenti sibi faventi omni solertia peragebat. Fuitque divinus homo Gerasinus Archiepiscopus Nazarenſis, præfati Angeli Martyris socius; atque Joannes Archiepiscopus Cæsareenſis, & Petrus Episcopus Ascalonenſis, quæ & Bethlem.

ac narravit in Synodo.

F

3 Fuerunt autem sanctissimi ac honestissimi viri Eremitæ montis Carmeli atque alii sanctissimi homines, qui cum S. Angelo societatem habuerunt, qui ejus vitæ testimonium perhibuerunt veritati, sancta Synodo præsente Hierosolymitana, coram sanctis Patribus ibidem existentibus & approbantibus, nemine discrepante, numero vere XXXVI, videlicet:

Athana-

	Ex Gonono.	Ex Bellorosio.
A *Episcoporum 36.*	Athanasio de Claromonte, Patriarcha Alexandrino.	*Athanasius, de Claramonte Patriarcha Alexandrinus.*
	Joanne, Archiepiscopo Duracensi.	*Ioannes, Archiepiscopus Duracensis,*
	Andrea, Archiepiscopo Nicomediensi.	*Andreas, Archiepiscopus Nicomediensis.*
	Joanne, Archiepiscopo Cretensi.	*Ioannes, Archiepiscopus Tardenensis.*
	Luca, Archiepiscopo Thessalonicensi.	*Lucas, Archiepiscopus Thessalonicensis.*
	Paulo, Archiepiscopo Colossensi.	*Paulus, Archiepiscopus Colocensis.*
	Alexandro, Archiepiscopo Nicosiensi.	*Alexander, Archiepiscopus Nicosiensis.*
	Petro, Archiepiscopo Tracensi.	*Petrus, Archiepiscopus Carthensis.*
	Petro, Archiepiscopo Joronensi.	*Stephanus, Archiepiscopus Toranensis.*
	Joseph, Archiepiscopo Tyrensi.	*Iosephus, Archiepiscopus Tyrensis.*
	Philippo, Archiepiscopo Patracensi. Item	*Philippus, Archiepiscopus Petracensis,*
	Joanne, Episcopo Athenensi.	*Ioannes, Episcopus Athonensis.*
	Juliano, Episcopo Veronensi.	*Iulianus, Episcopus Beranensis.*
	Paulo, Episcopo Lyddensi.	*Paulus, Episcopus Bindensis.*
	Cassiano, Episcopo Syndonensi.	*Casianus, Episcopus Syndonensis.*
	Nerairio, Episcopo Buicenensi.	*Mercurius, Episcopus Bariconensis.*
	Sixto, Episcopo Penadensi.	*Sixtus, Episcopus Panadensis.*
	Petro, Episcopo Tyberiadensi.	*Petrus, Episcopus Tiberiadensis.*
	Helia, Episcopo Joppe & Jaffæ.	*Helias, Episcopus Ioppensis.* 1. *Iaffa.*
	Andrea, Episcopo Ascalonensi. 1. Gatha.	*Andreas, Episcopus Ascolensis.* 1 *Caza.*
	Pelagio, Episcopo Neapoli. 1. Sichen.	*Pelagius, Episcopus Napolienſis.* 1. *Sithen.*
	Athanasio, Episcopo Montis Tabor.	*Athanasius, Episcopus Montis Thabor.*
B	Georgio, Episcopo Jerabolensi.	*Georgius, Episcopus Palferensis.* E
	Andrea, Episcopo Gabulonensi.	*Paulus, Episcopus Fameguſtensis.*
	Joële, Episcopo Anteradensi.	*Georgius, Episcopus Ierobolienſis,*
	Petro, Episcopo Impolitano.	*Andreas, Episcopus Gabulensis.*
	Georgio, Episcopo Palphonensi.	*Ioëles, Episcopus Anterebensis*
	Paulo, Episcopo Famagustanensi.	*Petrus, Episcopus Tripolienſis.*
* Edessæ.	Athanasio, Episcopo * Rages Medorum.	*Athanasius, Episcopus Rages Medorum.*
	Alexandro, Episcopo Damasceno.	*Alexandrinus, Episcopus Damascenus.*
	Thadæo, Episcopo Scopiensi.	*Thadæus, Episcopus Scopiensis.*
	Antonio, Episcopo Stephanensi.	*Antoninus, Episcopus Steplanensis.*
	Alexio, Episcopo Cirgenensi.	*Alexius, Episcopus Oronensis.*
	Georgio, Episcopo Albanensi.	*Georgius, Episcopus Albanensis.*
	Jona, Episcopo Bendenensi.	*Ioannes, Episcopus Heridensis.*
	Petro, Episcopo Dulanensi.	*Petrus, Episcopus Dulanensis.*
	Jacobo, Episcopo Mexiensi.	*Iacobus, Episcopus Alexiensis.*

qui eum canonizarunt ut Martyrem.

4 Unde præfatus S. Angelus gladio peremptus, diem sui obitus in insula Siciliæ, in quadam terra quæ Lecatta nuncupatur, finivit, Agrigentinensis diœcesis: in cujus obitu ego Enoch præsens fui, atque sui societatem numquam deserere valui. Qui prædicans veritatem contra Berengarium de Pulcella, sororem suam turpi incestu cognoscente, à Deo missus, ut nefandissimum scelus eradicaret, ab eo per Jesum Christum fuit sibi mors nuntiata: & à C S. Joanne Baptista confortatus, à quo suas sanctissimas Reliquias in Italiam portaverat; videlicet Brachium & Tibiam, reservatas per Sanctum tempore Juliani Apostatæ, una cum capite S. Hieremiæ, & cum brachio S. Catharinæ Virginis, & tibia S. Georgii, & imagine quam S. Lucas Euangelista depinxit ad petitionem S. Theclæ Virginis, S. Pauli Apostoli discipulæ: quas Reliquias Alexandrinus Patriarcha Athanasius de Claromonte nobili suo fratri Gederigo de Claromonte per eum miserat.

4 *A quibus omnibus, & singulis, nemine ulla ex parte in aliquo discrepante, gravi censuræ judicio, relata primum, omnia rigoroso cognita examine, confirmantur. Mox vero magnificatur divina bonitas, & sanctus ipse Christi Martyr Angelus Cælituum adjunctus consortio, ut pro militanti Christiano populo sit apud Deum perpetuus intercessor, communi omnium prece rogatur: & maxima demum apud cives Hierusalem devotione recipitur, & assiduis ac magnis votis obsecratur & colitur, ubi indies majoribus, Deo operante, miraculis* F *claret.*

REFLEXIO HISTORICA

Circa prædictam Synodum, & Alexandrinum Patriarcham Athanasium, primo loco nominatum.

Considerandæ circumstantiæ hujus Synodi,

1 *Circumstantiæ, in quibus res aliqua gesta narratur, semper notandæ ab eo sunt, qui de ea ordinate ac fundate intendit agere. In Synodis autem præcipuam considerationem merentur tempus ac locus, tum qualitas Synodi (utrum scilicet Provincialis, Nationalis, vel Oecumenica sit) Præsulum eamdem constituentium fides, Personæ tam convocantis quam præsidentis auctoritas & conditio, causa denique movens ad conveniendum tali loco ac tempore: quæ omnia si recte se habeant atque invicem congruant, dubium esse nullum potest, quin & legitima fuisse, & vere (sicut dicitur) habita, non autem otiose conficta credatur. Huc ergo spectat* Reflexio *hæc Historica, varias paritura quæstiones, quarum vix minimam partem attigit aut prævidit* R. P. Daniel à Virgine Maria, *quando vel Annotationes suas ad hanc Vitam composuit, vel in Propugnaculo Eliano, Dissertat. 24 & ultima, per conjecturas quærit causam, ob quam eam non possim simpliciter & sine censura suscipere. Res ipsa paulatim se evolvet, apparebitque, quod, licet omnia ea abessent, in quibus Vita hæc repugnat meis in Aprili assertis; licet etiam de prætensa Ordinis antiquitate tam essem certus, quam ipsimet Patres Carmelitæ se putant esse; possem tamen, imo deberem dubitare, verene eam Vitam scripserit auctor, ut plurimum oculatus, sicut in titulo & per decursu ubique*

A *ubique prætenditur; an aliquis alius, qui multis post* S. Angeli *mortem annis, etiam centum & amplius, præsumpserit oculati testis ac pæne individui comitis personam & nomen arrogare sibi; speraveritque sub larva tam speciosa devotis* S. Angeli *mentibus, etiam hominum, alias non plane simplicium, impune se venditaturum pro compertissimæ veritatis historia, quidquid de Sancti istius vita ac gestis posset ex certis incertisve documentis & Leocatensium Carmelitarumque traditionibus corradere, vel ex cerebri sui phantasia vellet ad miraculum comminisci.*

quæ dicitur convenisse Hierosolymis,

2 *Ad Synodum quod attinet, convenisse ea dicitur* prope Hierosolymas, *urbem Sanctam, de qua in Notis ad* I *Nicæni Concilii can.* 7 *Severinus Binius hæc observat:* Ecclesia hæc per annos quingentos, fere usq; ad Juvenalem Episcopum, Patriarchalis nomine, non re; honore, non potestate, habita est, sic ut Episcopus illius Ecclesiæ quarto quidem loco in Conciliis sederit, verum nulli Episcopo vel Archiepiscopo præfuerit: ipsum autem Cæsariensi Archiepiscopo Palęstinę Metropolitano, & Antiocheno Patriarchæ, qui toti Orienti præsidebat, subjectum fuisse testantur Hieronymus in epistola ad Pammachium, & Leo Epist. 62 ad Maximum Antiochenum. *Ab hac auctoritatis potestatisq; exiguitate, quomodo paulatim provecta sit ad majorem, Cæsariensique*

B *Archiepiscopo subtracta primum, eidem etiam cœperit dominari, non est hujus loci quærere; satis est sciri; quod in Concilio Chalcedonensi anno* CCCCLI pro bono pacis *conuenit inter Patres,* post multam contentionem, per consensũ *Maximi Antiocheni & Iuvenalis Hierosolymitani,* ut Sedes Hierosolymorũ habeat tres Palæstinas. *Ex hinc* Sanctissimus & Apostolicus Thronus Hierosolymorum (*uti apud Carolum à S. Paulo in parergo ad Geographiam sacram pag.* 5 *legitur*) sub se habuit totam Palæstinam usq; ad Arabiam. *Quando autem describebatur Anacephalæosis & enumeratio finium Patriarchalium, quæ ibidem transcripta est ex Græco Codice Vaticano, Constantinopolitanæ Ecclesiæ Thronus jam secundum locum inter Patriarchales obtinuerat, nequiquam improbante id S. Leone; necdum tamen* Oecumenici *titulum arrogare sibi Patriarcha Constantinopolitanus cœperat. Descripta ergo Anacephalæosis illa est inter seculum* V *&* VII. *Tunc autem nominabantur Hierosolymitano Patriarchæ subjectæ in*

quorum Patriarchis olim fuerant Episcopi 55,

Provincia Palæstinæ primæ
- Dora,
- Antipatris,
- Diospolis, *vulgo* Rama,
- Jamnia, *vulgo* Zania,
- Nicopolis, *alias* Emmaus,

C
- Onus,
- Joppe, *vulgo* Jaffa,
- Ascalon, *vulgo* Scalona,
- Gaza, *nunc* Azza,
- Rhaphia *quibusdam* Rhama,
- Anthedon,
- Diocletianopolis,
- Eleutheropolis,
- Neapolis, *alias* Sichem,
- Sebaste, *vulgo* Samaria,
- Regium Apathos,
- Regium Jericho,
- Regium Libiæ,
- Regium Gadarorum,
- Azolus Paralus, *vulgo* Azdot,
- Azotus Hispinus,
- Eucomazon,
- Vitelius,
- Tricomias,
- Texus,
- Salton,
- Salton Geraiticus *seu* Barsanomus.

Provincia Palæstinæ secundæ,
- Scythopolis, *alias* Bethsan,
- Pellas,

D
- Gadira,
- Capetolissa, *alias* Capitolias, *vulgo* Sunete,
- Abila,
- Maximianopolis,
- Diocæsarea,
- Tiberias, *vulgo* Tabarie,
- Gadæ,
- Elenopolis,
- Hippus,
- Tetracomia,
- Clima Gaulames,
- Vicus Nais,

Provincia Palæstinæ tertiæ.
- Petra Metropolis, *vulgo* Krach *&* Arach,
- Augustopolis,
- Arindela,
- Parochmuchi,
- Ariopolis,
- Mapses,
- Elusa,
- Sura,
- Birosamon,
- Elias,

E
- Pentacomia,
- Mamopsora,
- Metrocomes,
- Salton Hieraticum,

3 *Quo statu res fuerint, quando seculo Christi* XI *Terram sanctam recuperarunt Christiani, incertum est. Ex Notitia tamen Patriarchatuum Latina, non diu post scripta & ex Ms Regiæ Bibliothecæ Parisiis transcripta, in dicto Parergo (ubi pag.* 72 *sub nomine* Chananeæ *numerantur Sedes Hierosolymitano Patriarchatui subjectæ) apparet numerum nõ modo non imminutum tunc fuisse, sed etiam auctum; eique accessisse totam Arabiam quartam, in qua ad triginta quinq; Episcopi numerabantur. Pro quibus omnibus (sicut ex Notitia in Codice Thuano reperta apparet) Latini valde paucos substituerunt ritûs sui Antistites,* Patriarcham *scilicet cum* Archiepiscopis Tyri, Cæsareæ, Nazareth *&* Petræ; *quorum aliqui nullos, alii aut unum aut tres aut quinq; ut summum Suffraganeos sui ritus habebant; de Græcis parum aut nihil curantes, nisi quod in* Monte Sinai, *propter celebritatem peregrinationis ad S. Catharinam, voluerint unum habere, qui unionis Catholicæ esset, subjectus Episcopo* Montis Regalis, *sicuti prior Notitia indicat. Nunc gentibus sub Turcarum jugo qualibuscumque in Palæstina Christianis; & Constantinopolitanis Imperatoribus, à quibus solebant Episcopi peti, pridem extinctis; eo res devenit, ut cum nuper præterito anno* MDCLXXII *congregari Synodum placuisset adversus Calvinistas, pro reali Christi præsentia in Eucharistia, exemplo aliarum quæ fuerant super eadem causa Constantinopoli celebratæ an.* MDCXXXVII *&* MDCXLII (*quarum omnium Acta Græcolatina recenter accepimus impressa Parisiis*) *soli septem reperti sint, qui ad Dositheum tunc Patriarcham convenire possent; scilicet Metropolitæ* Petræ, Ptolemaidis, *&* Posidonis (*qui etiam,* Cæsareæ *Præsulem se dicebat*) Nazareth, Bethleẽ *cum Archiepiscopo* Gazæ (*qui etiam locum tenebat absentis Archiepiscopi* sancti Spelæi) *&* Archiepiscopo Neapoleos *atque* Sebastæ, *nec non cum Episcopo* Lyddæ; *subscripseruntque Decreto fidei ibidem constituta, una cum sexaginta Hegumenis monasteriorum, ecclesiarum Oeconomis, Hieromonachis, Presbyteris ac Diaconibus, ceterisque Ecclesiæ Hierosolymitanæ ministris, aliquam tituli dignitatem habentibus. Hæc operosius deducere placuit, ut ne ex præsenti Patriarchatus istius statu & Episcoporum in eo paucitate dubitare quis velit, utrum, quo tempore hæc (de qua agimus) Synodus celebrata dicitur, satis multos Episcopos Syro-Græcos habuerit Palæstina, ad complendum numerum* XXXVI *Patrum in titulo expressum.*

& seculo XI *etiam plures,*

F

nunc ad summam paucitatem redacti.

A

Sed illos an. 1210 ad Synodum convenire difficile fuit:

4 *Aſt utrum tam multi potuerint paulo poſt annum* MCCXX *Hieroſolymas convenire, merito ambiget, qui conſiderabit Saracenos ſic eam, vicinaſque provincias tenuiſſe, ut Acconem ſeu Ptolemaidem cum omni circum regione uſque Ioppen tenerent Latini Chriſtiani, & bellis omnia arderent quam maxime. Quapropter ſuſpecta omnia habens Coradinus Sultanus an.* MCCXIX, *magnamq; cladem paſſus ad Peluſium ſeu Damiatam, à Cruceſignatis obſeſſâ ac deniq; captam, rebus ſuis diffidens, muros turreſq; Ieruſalem omnes evertit, civitatẽ miſere deformavit, & in Chriſtianorũ quoq; ſacra furorẽ vertens, cogitavit de Chriſti ſepulcro deſtruẽdo, id ipſum Damiatam minaciter ſcribi jubens, ſicuti ex Godefrido auctore coævo ſcribit ad dictum annum Odericus Raynaldus in Annalibus. Tali porro tempore tamq; turbato, & itineribus (quod conſequens erat) tam periculoſis, an ſatis veroſimile eſt auſos vel cogitare Chriſtianos Græco-Syros, de celebrando conventu tam ſolenni tamq; numeroſo Epiſcoporũ, & quidem non ex Palæſtina ſolum, ſed etiã ex Græcia, Macedonia, Creta, Cypro, quod indicant tituli Epiſcopales? Nec parum ponderis addit ad causã dubitandi, quod ea Synodus non ſolum* Provincialis *dicenda foret, aut* Nationalis, *qualem facit Lezana; ſed propemodum* Oecumenica. *Demus autem tot Epiſcopos atq; ex regionibus tam procul ſitis adducendos, ſatis fuiſſe temerarios, ut in viam ſimul ſe omnes*

B

darent; an etiam hoc probabile erit, quod Saraceni, aut cladibus efferati aut victoriis inſolentes, aut exercituum ex Europa certatim tranſeuntium expectatione ſoliciti, permiſerint, tam enormem Præſulum Chriſtianorum numerũ cum proportionato Cleri ſecularis ac Regularis ſuffragio ducentorum ut minimum capitum convenire, & ſuos conventus libere agere, prope eam urbem, quã unam ſpectabant omnes iſti conatus Chriſtianorum? Qui vero urbis mœnia turreſq; ſic deſtruxerant, ut non relinqueretur lapis ſupra lapidem, putas ſuburbanis domibus eccleſiiſq; pepercerint, quæ tali in caſu ſolent prima deſtrui, ne receptum hoſti præbeant? Vbi ergo locum inveniemus in quo convenerit turba tanta?

nemine tunc exiſtente qui convocaret

5 *Non eſt profecto levis hæc difficultas ex parte temporis, ex qua tamen adhuc naſcitur alia, par vel major priore; videlicet, quod Synodorum plus quam Provincialium congregatio, qualis nobis deſcribitur ab Auctore Vitæ, ſit & fuerit ſemper tam in Oriente quam in Occidente moliminis maximi; nec abſque Principum ſecularium conſenſu auxilioque perducenda ad effectũ. Interim nõ apparet, quis potuerit tali tempore ejuſmodi Concilium indixiſſe, & indictionis decretum tam efficaciter evulgaſſe, ſicuti hic ſupponitur. In Hieroſolymitano Patriarcha, quẽ vidimus ab Imperatore Græco totum pendere, licet aliquid facere per Palæſtinã potuiſſet illo non requiſito, nulla certe reſidebat auctoritas ad illos*

C

etiam ex aliis Patriarchatibus,

Epiſcopos evocandos, qui erant Conſtantinopolitano Patriarchæ ſubjecti, quales ſunt, Nicomedienſis, Theſſalonicenſis, Coloſſenſis, Nicoſienſis, Athenienſis, *ac ſimiles alii. Conſtantinopoli autem (quæ tunc obtinebatur à Latinis) neq; Imperator erat, neq; Patriarcha Græcus, ſed uterque nomen ſuum ægre obtinebat Nicææ in Bithynia; neq; hoc abſq; æmulo. Surrexerat enim ad Pontum Euxinum Imperator alius adverſus Theodorum Laſcarim, ex familia Comnena, Thronum ſuum habens in urbe Trapezuntina, fortaſſis & Patriarcham factionis ſuæ. Vt ut erat, vix poteſt videri credibile, quod alteruter vel Imperator vel Patriarcha potuerit voluerit ve ſolicitus eſſe pro Synodo cogenda in Palæſtina, ubi vel Saraceni vel Latini Græcis exoſiſſimi tenebant omnia. Demus autem id eos curare voluiſſe: fruſtra id erat, niſi annuiſſent faviſſentque Saracenorum Sultanus atque Amirii: & hoc vel cogitatu peregrinum eſt, rebus eorum ſic turbatis atque periclitantibus, ſicut dixi ſuperius.*

idque ad canonizationis actum ignotum Græcis:

6 *Accedit huc, quod, ut omnia alia impedimenta abfuiſſent, non appareat quæ publicæ utilitatis aut neceſſitatis cauſa, in aliis Synodis per ea tempora coactis ſemper graviſſima, prætendi poſſit iſti Hieroſolymitano Concilio. Nam ſi ſola* S. Angeli *Canonizatio ſufficiens cauſa videatur alicui, vereor ne omnium irriſioni ſeſe exponat, ſcientium, Sanctorum quidem Canonizationes in Europa cœpiſſe circa iſta tempora in Conciliis proponi & definiri, poſt lecta vitæ ac* D *miraculorum Acta; ſed in Oriente nihil ſimile unquam uſurpatum fuiſſe vel etiammunc uſurpari. Qua ibi ratione Sanctitatis nomen cultumque obtinuerint, quos Eccleſiæ iſtæ pro Sanctis colendis ſuſcepere, neque dictu facile eſt, neque hoc loco neceſſarium: ſatis eſt quod nequeat ſapienter credi, iſtud Latinorum inſtitutum adeo placuiſſe Syro-Græcis, ut ceteros omnes eorum ritus, etiam antiquiſſimos, habentes contemptui, novum iſtum neque antiquitus cognitum uſum recipere voluerint.*

qui tunc etiam erant ſchiſmatici, & Latinis infenſiſſimi,

7 *Quid? quod Syro-Græci omnes erant non ſolum alieniori ſemper à Latinis animo, ſed pertinaci plane ſchiſmate ab eiſdem diſſidebant; eoque magis, quo ferebant agrius ſuas ab ipſis eccleſias occupari, Reliquias diſtrahi, ritus negligi, ſe ipſos Cenſuris eorum gravari, Imperium denique fere totum obtineri. Placeat de his audire Iacobum de Vitriaco, ipſo quo* S. Angelus *martyrizatus dicitur anno ſcribente. Hic poſtquam cap. 70 & ſeqq. fuſe explicaſſet vitia & peccata Latinorum, ex Europa in Palæſtinam advectorum vel ibidem genitorum, quibus Terra ſancta exterminium acceleratum fuit; tranſit ad enarranda nihilo leviora delicta & crimina eorũ, qui* à diebus antiquis, in terra commorantes Suriani *vocantur, aliis* Syro-Græci, ſub Romanis, Græcis, Latinis, barbaris, Saracenis & Chriſtianis, vicibus ſubalternis longo tempore jugum paſſi ſervitutis . . . homines magna ex parte infideles, duplices & more Græcorum velut vulpes doloſi . . . furtum & rapinã quaſi pro nihilo reputantes, ſecreta Chriſtianorum pro modico pretio Saracenis enuntiantes, inter quos nutriti ſunt, quorum etiam lingua libentius utuntur quã alia, & mores perverſos magna ex parte imitantur . . . Conſuetudines autem & inſtitutiones Græcorũ in divinis Officiis & in aliis ſpiritualibus (*in quibus & littera & lingua utuntur Græca, etſi hanc pleriq; eorum non intelligant*) penitus obſervant; & Græcis tamquam Superioribus obediunt: Latinorum vero Prælatis, in quorũ diœceſibus commorantur, non corde, ſed ore tantum & ſuperficialiter ſe dicunt obedire, timore ſcilicet ſecularium Dominorum. Habent enim proprios Epiſcopos Græcos: nec Latinorum excommunicationes formidarent, niſi ab eorum communione, in contractibus & aliis neceſſariis, laici noſtri ſe ſubtraherent. Dicunt enim inter ſe, quod Latini omnes excommunicati ſint, ideoq; non poſſunt excommunicare. Etenim tam Græci quam Suriani, occaſione Symboli, quod in Nicæna Synodo compoſuerunt ſancti Patres, miſerabiliter decepti, negant à Filio procedere Spiritum S. . . . . Cũ igitur omnes Latinos, *hoc aſſerentes*, excommunicatos reputent; al- F taria ſupra quæ Latini celebraverunt Divina, priuſquam in ipſis celebrent, abluere conſueverant. Sacramentis etiam noſtris nullam exhibent reverentiam, nec aſſurgere volunt quando Corpus Domini ad infirmos noſtri deferunt Sacerdotes. . . Diem autem Sabbati adeo ſolennem reputant, quod non licet alicui eorum in Sabbato jejunare, excepto tantummodo Sabbato ſancto Paſchæ. Solenniter autem, ſicut in die Dominica, in Sabbato Divina celebrant; & carnes in ea manducantes, more Judæorum, ſplendide epulantur.

cum quibus nihil debuit commune habuiſſe S. Angelus & Ordo Carmelitarum.

8 *Talia cum & in aliis ſcriptoribus legerem, & omnem fidem Vitriaco adhibendam putarem, circa mores & religionem gentium Terram-Sanctam incolentium, quando illuc Latini appulerunt, victiſque Saracenis Hieroſolymitanum Regnum ſibi conſtituerunt; non modo nullam me injuriam facere credidi* ſacerrimo Ordini Fratrum Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, *ſi primum eorum Priorem* Bertholdum *ſocioſque & ſucceſſores ejus Latinos omnes fuiſſe dicerem; neque inſtitutione aut propagatione habere quidquam commune cum tam deteſtanda ſchiſmaticorum colluvie, quæ ſola cum Saracenis, Mahometanis, & Iacobitis hæreticis*

A *Nam quos forte cogitare hic vellet aliquis Syro-Græcos, Catholicæ unione conjunctos cum Latinis, ſub Epiſcopis Græcis eidem unioni adhærentibus (quales poſtmodum reperimus in urbibus quibuſdam Græciæ, diu ſubjectis Genuenſiũ ac Venetorum dominio, poſt Latinorum imperium Conſtantinopoli extinctum; & quales ſunt etiam inter Ruthenos, Regi Polono ſubjectos) hos in Terra ſancta, ſaltem pro iſto de quo agimus tempore, nullos noverunt hiſtorici. Quod ſi aliqui eorum ſerio amplexi ſunt Catholicam unionem quando ſub Latinorũ dominatu erant; eos omnes aut pleroſq; credo rediiſſe ad vomitum, mox atq; in Saracenorum poteſtatẽ redierunt: Sic enim de facto vidimus acciditſſe Hieroſolymis, ubi mox atq; urbs capta fuit, receptos diximus Patriarchas à Græco ſchiſmatico Imperatore miſſos. Atq; hic obſecro cogiten:* RR. PP. Carmelitæ, *quantam tum injuriam eorum majoribus, ab Alberto regulam habentibus, tum* S. Angelo, *inter eos vitam religioſam profeſſo, per ignorantiam ac temeritatem fecerit hujus Vitæ Auctor; in omnibus ſic faciens communicare Carmelitas cum Schiſmaticis, ut Priorum Latinorum, quos vere Sanctos Carmelus habuit, nec nomina quidem curaverit diſcere.*

In Ægypto vix alii Chriſtioni erant quam Iacobitæ vel Melchitæ,

10 *Ex Syria tranſeo in Ægyptum, ubi Auctor noſter offert nobis* Athanaſium de Claromonte, *ex Baſiliano Græci ritus monacho* Monaſterii S. Maria de Grotta *in Sicilia*, Alexandrinum Patriarcham. *Videamus ergo*
B *quales ea ætate Chriſtianos Ægyptus, quales Epiſcopos habuerit. Non alios utique quam habet hodie, ſchiſmatis nota infames, & variæ hæreſeos ſtigmate notabiles, quos paſſim vocant* Jacobitas, *ipſi ſe* Cophtitas *appellant. Agit de his conſequenter Iacobus de Vitriaco cap.* 75, *aitque quod* à multis jam temporibus à Conſtantinopolitano Patriarcha excommunicati, & ab Eccleſia Græcorum ſequeſtrati, *uſque in Indiam & Æthiopiam diffunduntur*; omnes *quidem* Chriſtiani, ſed lamentabili errore longo tempore obtenebrati, parvulos ſuos in utroq; ſexu more Saracenorum ex magnâ parte circumcidentes... Alius autẽ & error eorum eſt, quod Confeſſiones peccatorum ſuorum nõ Sacerdotibus, ſed ſoli Deo latenter faciunt, ponentes thus juxta ſe in igne, tamquã cum fumo peccata ſua aſcendant coram Domino. *Atque hi, dum ſub Saracenis Ægyptus fuit, ſoli fere potiebantur Eccleſiarum, aut diviſas habebant cum* Melchitis, *ſæpe commemoratis in Hiſtoria Saracenica, edita à Thoma Erpenio anno* MDCXXV, *perductaque uſque ad mortem* Macarii Iacobitarum Alexandriæ Patriarchæ.

quorum Patriarcha recenſentur accurate,

C 11 *Hujuſmodi Patriarcharũ nomina & tempora à Marco Euangeliſta uſque ad ſuam ætatem pertexens alius Auctor, ex Arabico MS. Petri Sigucrii Franciæ Cancellarii Latine redditus ab Abrahamo Ecchellenſi, edituſq; Pariſiis an.* MDCLI, *ſcribere ſe dicit* nomina Patriarcharum Cophtitarum Ægypti Sedis urbis Alexandriæ, *quorum quinquageſimus nonus numeratur iſte Macarius; ſeptuageſimus vero tertius quidam* Marcus filius Zaraæ, *cujus* tempore tranſiit Abbas Marcus filius Alkonbari ad Melchitas: *quos* Melchitas, *ut à* Iacobitis *diſtinguuntur, puto fuiſſe* Neſtorianos: *qui uſq; in hodiernũ diem in Ægypto prævalent, poſtquam eamdem Turcæ debellato Sultano obtinuerunt. Sunt igitur* Cophtitæ, *ſive ut alii brevius appellant* Copti, *non idololatræ (ſicut mihi inepte exprobatur in primo Speculi Carmelitici limine, inter* errores ac falſitates *meas) ſed Chriſtiani (quod etiã manifeſtum faciunt eorum kalendaria à Seldeno edita, in opere de Synedriis Hebræorum, & ſæpe à nobis ad dies Sanctorum feſtos allegata) ritibus quidem Græcis, lingua vero & litteris olim propriis id eſt Ægyptiis; deinde Arabicis uſi ſub Mahometanorum tyrannide; in* Iacobitas & Melchitas, *id eſt* Eutychianos & Neſtorianos *diſciſi. ſic ut* Iacobitæ *an.* MCCVII, *ſecundum calculum Abrahami prædicti, Patriarcham habuerint* Ioannem Abulmagedi filiũ Abulbala, qui confeſſionem ab eccleſia Cophtitarum abrogavit, circumciſionem vero plurimum commendavit: *& huic poſt annos* XXVI *(quorum integris* XIX *ac menſibus* V *vacaſſet Sedes, occupantibus eam Melchitis, ab iſto ſcriptore numquam poſitis in ſerie Patriarcharum) ſucceſſerit anno* MCCXXXIV Cyrillus filius Laklaki, *Cyrillo vero, poſt ſeptennalem Sedis vacationem (qua iterum Melchitarum aliquem ſediſſe dixerim)* Athanaſius, filius Cabili Archipresbyter Eccleſiæ Mohlakæ Cairi, *in cujus promotione facta anno Martyrum* DCCCCLXVII, *adeoque poſt annum Chriſtianæ æræ* MCCL, *definit prædictum Chronicon Orientale.*

& in his Athanaſius poſt annum 1250.

perperam converſus in Athanaſium de Claromonte pro anno 1220.

12 *An hujus* Athanaſii *nomen aliunde innotuerit Auctori vitæ* S. Angeli, *& ad annos triginta retro trahere eum placuerit, ad faciendum ſuum* Athanaſiũ de Claromonte, *equidem ignoro: unum video fieri non poſſe, ut ejuſmodi Patriarcha Alexandrinus fuerit Catholicus; uti nec Patriarcha Hieroſolymitanus, quiſcumq; is fuerit, quando* S. Angelus *martyrio fuit coronatus. Proinde exiſtimo nullam eſſe veriſimilitudinem, quod ejuſmodi homines ſoliciti fuerint pro honoranda memoria Carmelitæ Religioſi, à ſua ſchiſmatica hæreticaque communione alienißimi, qualem par eſt credere fuiſſe* S. Angelum *& omnes ejuſdem ſocios Carmelitas. Si nunc extarent Epiſcopalium apud Syro-Græcos ſucceßionum catalogi, vix poßum dubitare, quin ex ſingulis haberetur nova convictio falſitatis, abſcondita ſub ſpecioſo nomine Hieroſolymitanæ Synodi,* S. Angelum *canonizantis. Interim non videtur operæ pretium examinare moroſius quam bene vel male ſcripta ſint nomina Eccleſiarum ſingulis attributarum. Quare finem facio Reflexioni huic hiſtoricæ, ejuſq; ſummam ad paucas quæſtiones reſtringens, peto ut mihi demonſtrentur probenturque ſequentia puncta:*

Summa quæſtionum hinc enaſcentium.

1 *Quod* Hieroſolymis *& Alexãdriæ fuerint an.* MCCXXI *vel ſequentibus Patriarchæ* Onuphrius & Athanaſius.

II *Quod Patriarchæ iſti, cum Epiſcopis ſibi adjunctis ex toto Oriente fuerint, Catholicæ communionis.*

III *Quod ritus & forma Canonizationum, tunc apud Latinos cœptarum inſtitui, in uſu fuerit Græco-Syrorum.*

IV *Quod poßibile fuerit tali loco ac tempore, & rebus politicis adeo turbatis, convenire Synodum* XXXVI *Epiſcoporum, præter plurimos alios ex Clero ſeculari ac regulari, jus habentes ſeßionis ſuffragiique in Synodis.*

Quæ ſi nequeant ulla ratione probari, reſtat ut interrogem, ecquid fidei mereatur Auctor, tam multa ἀσύστατα καὶ ἀδύνατα commentus, velut certißimo ſibi comperta, idque in prima introductione ad Vitam, cujus examen deinceps compendioſiori via procedet.

CAPUT PRIMUM.

Miraculoſa parentum S. Angeli converſio à Iudaiſmo: ejuſdem nativitas atque infantia.

EX BELLOROSIO.

5 *NOndum communis naturæ neceßitas omnes, qui Ieſſæum & Mariam, Martyris Angeli parentes, noverunt, de medio ſuſtulit: ſunt enim adhuc Hieroſolymis complures, tametſi longævi & annis graves, ſenſuum tamen fere omnium integritate vegeti, qui eorum vitam inculpabilem, Chriſti fidei receptionem, ac mortalis vitæ exitum adeo memoria teneant, ut perinde ac ſi illi nondum vita functi eſſent, de ſingulis hi rationem reddere, & bone-*

EX GONONO.

5 FUit quidam, Ieſſe nomine, Hebræus, incola Hieroſolymitanus, habens uxorẽ Mariam nomine; ambo ex progenie David, abſq; aliquali redargutione Deũ timentes, omnibuſq; diebus eorum vitæ legem divinam obſervantes; ac jejuniis & vigiliis Deũ orando vacabant, quatenus Deus omnipotens eis deberet manifeſtare, utrum verus Meſſias, in Lege promiſſus, jam veniſſet an venturus eſſet. Quamobrem ad Nicodemum Patriarcham Prophetam pergebant,

Parentes ex ſtirpe David,

EX GONONO.

A eumque ſuper hoc conſulebant, tamquam Catholicum & fidelem amatorem, & animarum quæ ſeſe dabant ſanctæ Legis atque ſanctorum Prophetarum dictis & documentis.

6 Et una dierum, ſcilicet vigeſima quarta a menſis Martii, prope feſtum Azymorum, Jeſſe & Maria in terra proſtrati, atq; rigido cilicio induti, Deo immortali voverunt numquã de terra ſurgere, nec quidquam bibere atque comedere, donec æternus Pater veritatem fidei Catholicæ eis manifeſtaret, utrũ eſſet verum id quod Patriarcha eis latius explicarat. Stantes ergo illi in magno fletu & amaritudine per totam noctem uſq; ad horam ſextam, videlicet die Veneris ſancti, viderunt Virginem Mariam, Chriſti Jeſu matrem, magno Angelorum cœtu viſibilium comitatam, ubi uterque proſtrati jacebant. Quæ ait, Frater & Soror de domo David, ex qua nempe & ego; ſit vobis certum quod ſum Maria Virgo, mater Jeſu Chriſti, veri Meſſiæ in Lege Dei promiſſi quantum ad Divinitatem, veri hominis quãtum ad humanitatem aſſumptæ carnis à me B virgine ejus matre, qui Spiritu ſancto conceptus eſt abſque humano ſemine. Igitur, ô frater mi Jeſſe, & tu ſoror mea Maria, tota mente credere debetis, quod Nicodemus vobis mandavit de ſancta fide Chriſtiana. Illico Jeſſe & Maria, capite de terra provoluto, Virgini matri dixerunt: O mater Dei & gratiæ, quid pro ſalute noſtra agere nos expedit?

7 Tunc reſpondit Virgo beata, Recedatis hinc, & ad templum, ubi divinum Officium celebratur per prædictum Patriarcham, attingere non tardetis: & dicatis quæ vidiſtis, & meã apparitionem narrate. Et confeſtim videbitis in manibus dicti Patriarchæ filium meũ Chriſtum, verum Meſſiam: & eras in mane ſacroſanctum baptiſma accipere ne differatis, quo mediante poſſidebitis regnum æternum. Et in veritate dico, ô Jeſſe, quod Maria uxor tua concipiet à te, vigeſimo b die poſt Penteco-ſten, duos filios maſculos: & illi, qui primus naſcetur, impone nomen Angelus, & ille erit Martyr pro veritate dicenda; ſecundo vero impone nomen Joannes, & erit iſte Patriarcha Jeruſalem: qui erunt duo candelabra & duæ lucernæ ante conſpectum Domini. His igitur C dictis Virgo Dei diſparuit.

8 Illico Jeſſe & Maria ſurrexerunt, & cum omni feſtinatione ad ſanctum Templum Domini acceſſerunt, ad quod nullus alius Judæus aut Paganus accedere poterat. Intrare vero volentes templi cuſtos, cognoſcens illos eſſe Judæos, ſubito inde repellere eos non eſt veritus. Chriſtiani vero, qui aderant illic, cum vidiſſẽt duos Angelos ſanctos eos aſſociantes, dixerunt Jeſſe & Maria, Nos volumus effici Chriſtiani: dimittatis nos ad S. Nicodemum ire. Et cum magna Chriſtianorum ſocietate in ſanctũ Templum intrarunt: atque coram Patriarcha pavimento irruerunt. Et ibi erat fere totus populus; & adſtantes ibi cœperunt narrare eis beatæ Virginis Mariæ, matris Jeſu Chriſti, viſionem viſibiliter viſam; ac etiam præceptum eis ab ea ore ſuo ſanctiſſimo factum. Quapropter ipſe Patriarcha Deo & Virgini glorioſæ gratias retulit immenſas: illos vero non modica caritate, ſcilicet Jeſſe & Mariam, recepit, & omni affectione ſpirituali: & etiam catechu-

a potentes inſtrui.

cum promiſſo duplicis prolis.

A B. Virg. edocentur,

& ad Nicodemum Patriarc. mittuntur:

In templum inducti ab Angelis,

EX BELLOROSIO.

D *ſtiſſimam illorum conſuetudinem recenſere & approbare conſuescant. Ipſi itaque Ieſſaus & Maria (quod locupletiſſimis teſtibus comprobatum eſt) utpote natione Hebræi, de ſtirpe & progenie David, etſi antiquam Dei Legem toto mentis ſtudio ſervabant; & jejuniis ac vigiliis mirifice vacantes, vitam, non intermiſſo Dei ſervitio, traducebant; cum primis tamen ſtudioſiſſime orabant, ut Deus lumen veritatis mentibus eorum infunderet, & num in Lege promiſſus veniſſet jam, an venturus eſſet Meſſias, oſtenderet.*

6 Poſt longas denique meditationes, & diuturnas preces ad nonum Kalend. Aprilis prope feſtum azymorum, dum ſolo proſtrati, & rigido induti cilicio, ac multis profuſis lacrymis, continua in oratione perſiſtunt; & confirmato animo, donec æternus Pater, diuturni gemitus & lacrymarum miſertus, fidei Catholicæ veritatem manifeſtet, inediam pati præeligunt. & ſine cibo & potu perſistere decernunt; ſub horam noctis ſextam diei ſanctæ Veneris, Virginem ſplendidiſimam Chriſti Matrem, magno Angelorum cœtu comitatam, conſpiciunt; quæ his eos dictis affari dignata eſt: Progenies de domo David, unde me quoque prodiiſſe Altiſſimus voluit; ponite dubium, & metum mentis oculis abſtergite, & Meſſiam in Lege promiſſum fruſtra poſtmodum expectari credite. Venit ille, & ſalvum fecit populum ſuum, quem noctis & caliginis tenebræ non comprehendent. Hic Dei quoad divinitatem Filius, de Spiritu ſancto conceptus, abſque virili ſemine, ex me matre & virgine, aſſumptæ carnis humanitatem ſuſcepit. Hoc vos ſuſcipite myſterium, hoc tenete ſacramentum E *; id ipſum ut deterſa mentis acie percipiatis, Hieroſolymitanum Patriarcham, virum ſpiritu prophetico inſignem, ſæpius convenite; ipſumque, ceu pervigilem animarum Paſtorem & verum Catholicæ fidei zelatorem, conſulite.*

7 Iamque moram tollite, templum adite, ubi divinæ ex more celebrantur laudes; & quæ vidiſtis ſacro Antiſtiti renuntiate: quæ vero ipſe de Chriſtiana fide inſinuet, pectore fido ſuſcipite, & mente firma credite. In ejus etenim manibus Meſſiam videbitis optatum, Ieſum Chriſtum Filium Dei vivi; quo mortalibus viſo oculis, ſacroſanctum baptiſma nequidquam differetis; eo enim fidei ſacramento ſuperioris Ieruſalem incolæ fieri poteritis, qui inferioris nunc cives eſtis. Id autem, Ieſſæe, tibi prædictum velim, vigeſimo poſt Pentecoſten die Mariam uxorem tuam duos tibi filios concepturam; quorum primo Angelo, ſecundo Ioanni nomen eſto. Erunt hi olivæ binæ, florentes in Carmeli vertice, duoq; candelabra lucentia, atque duæ lucernæ ardentes in ſancta Dei Eccleſia. Hic enim erit Patriarcha magnus, & inſtruet Ieruſalem virga virtutis ſuæ: ille vero pro divinæ voluntatis revelatione, & Chriſti nomine glorioſum conſequetur triumphum martyrii. Quibus dictis Virgo venuſtiſſima, velut latitans circumfuſa nube recedere viſa eſt. Ac Ieſſaus & Maria primum animo conterriti, mox quadam fiducia freti, piis Virginem & devotis proſequuntur vocibus: atque ubi felicisſima viſione ſe deſtitui cognoſcunt, poplite flexo & capite ad terram provoluto, Deo & ipſi Deiferæ Virgini gratias agentes, gaudio & exultatione explentur. F

8 Certiſſima demum hujus oraculi evidentia firmati, & animis aucti, ſanctum Dei templum feſtini & alacres adeunt. Quod cum nullus, aut Iudaico aut idololatrico dogmati deditus, ingredi poſſet, ingenti animi fiducia ſubire volentes, à janitore impetu quaſi tumultuario repelluntur. Tum candidati juvenes, ſpecie & nitore venuſtiſſimi, quaſi de improviſo apparentes, repulſorum protectionem ſuſcipiunt; & cuſtode ſecedere coacto fores patere faciunt; quorum duo Ieſſæum, duo Mariam ſuſcipientes, introducunt. Hac Angelorum apparitione permoti complures, qui Legibus adhuc Iudaicis tenebantur, Chriſtum animo Deum verum concipiunt, & magna fide & ſpe ingreſſos ſubſequuntur. Ieſſaus & Maria ritum ſervantes, Antiſtiti item reverentibus dictis ſalutant; & ceu minime diffidentes, juſſa Deiferæ Virginis ejuſque viſionem clara oratione exponunt: populum (qui quatuor circumſtantium millia hominum excedebat) ſtupore replente, Antiſtes Deo & Virgini gratias referens illos incompa-abili caritate ſuſcipit; ſacriſque Chriſtianæ fidei initiari, ac ſalutaribus documentis inſtrui præcipit: atque interim, cum dies ille Chriſti Paſſioni dicatus eſſet, & maxima populi confluentis devotione divina celebrantur Officia, Chriſtianis eos ritibus & divinis laudibus intereſſe jubet. Illi vero incredibili mentis alacritate, utpote nuper ad fidei ſacramenta vocati, ritus & ceremo-

nia s

A

Ex Bellorosio.

niæ ipſaque divina officia admirati, Deo majores gratias egerunt, qui ab eorum oculis tenebras effugaſſet.

9 *Sequenti vero die, cui Sabbati nomen indicitur, cum ſolito more Antiſtes Hoſtiam manu tenens, ſigno crucis Calicem ſignare voluiſſet, Ieſſæus & Maria (dictu mirabile) Chriſtum ea ætate & forma, qua morti ſubjici voluit, mortalibus oculis vident. Quod verum ſanæ fidei argumentum & alii non pauci, hora eadem atque eodem modo, vidiſſe atteſtati ſunt. Fuere autem numero triginta, qui pura idipſum conſcientia Patriarchæ retulerunt, & æque omnes percepto expleti gaudio, divinæ bonitati gratias egerunt, quæ tali eos tantoque munere dignata fuerit. Ipſa Sabbati die, aqua Fontis ſacri ſanctificata, Præſul ad ſe Ieſſæum & Mariam vocari jubet, & quid de Chriſtiana fide ſentirent quidve crederent, interrogat: atque omni uſus diligentia, intima etiam cordis ſcrutatus, quoad ejus fieri potuit, ſingula quæque examinat. Quos ubi mente pura cordeque ſincero eſſe comperit, prout ſancta docet Eccleſia, baptizat in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti, univerſo populo reſpondente, Amen. Quo peracto, Corporis eos & ſacratiſſimi Cruoris participes efficiens, more Eccleſiæ communicat, indeque ſtatuta loca eis adire præcipit.*

10 *Ieſſæus igitur, uxore valere juſſa, domum adiit eremiticam Cœnobitarum Dei Genitricis de monte Carmelo, quæ Divæ Annæ ædes, ubi Deifera Virgo in lucem edita eſt, ſervato adhuc nomine, cenſentur. Maria vero, venia à conjuge impetrata, petiit montem Sion, ubi Monaſterium eſt Sanctimonialium Ordinis S. Baſilii. Hoc autem Patriarchæ præcepto præſtare, & uſque ad feſtum Pentecoſtes ſeorſum cum ſanctis hominibus morari adducti ſunt, ea lege, ut poſt præfixum dierum terminum, ad eorum ædes redirent. Difficile dictu eſt, quanto animi ardore, quanta & fide & caritate, non modo præcepta ſed & conſilia Chriſti ſervare, eaque toto ſpiritu complecti ſtuduerint, atque adeo ut non modo Chriſtianiſſimi, ſed & omnium integerrimi, & religioſiſſimi judicati ſint. Vnde factum eſt, ut eorum exemplo brevi temporis ſpatio centum & triginta, Iudaica pravitate relicta, ad fidem orthodoxam converſi, ſeſe Chriſto addixerint. Interea feſto die Pentecoſtes adveniente, pœnitentiæ ſacramento, juxta Eccleſiæ inſtitutum, imbecillitatis humanæ piacula deponunt; & priſtino animi candore recepto, manu Antiſtitis, ſolenni ritu Euchariſtiæ Sacramentum incomparabili devotione ſuſcipiunt. Nec multo poſt, obtenta à ſacro Antiſtite venia, ad proprios lares remigrant.*

11 *Miratur univerſa civitas, & indies magis ſingulorum mentes firmantur; dum breviſſimi temporis ſucceſſu animi conſtantiam, virtutem & religionem utriuſque ſuſpiciunt. At Maria, prout Virgineæ viſionis oraculo ei prænuntiatum fuerat) felici puerperio*

C *geminam prolem ſuſcepit; & tranſacto juſto dierum numero, ex more Antiſtiti offerens, ſanctiſſimi fontis lavacro gemellos regenerari curavit. Primo quidem Angelo, ſecundo vero Ioanni nomen fuit. Hos tanta ſolertia pietas paterna nutriendos ſuſcepit, ut nihil eis deeſſet, quo utique idonei fierent ad omnium virtutum exemplar. Patriarcha imprimis, parentum paupertate cognitâ (omnibus enim illi, quæ ante ſuſceptum fidei Sacramentum poſſidebant, pauperibus, Patriarchæ juſſu, diſtributis, ſolo Chriſto contenti & nudi ad Eccleſiæ ſinum pervenerant) ſummo caritatis affectu, & parentibus & infantibus ipſis alimenta ſimul & omnia vitæ neceſſaria miniſtrat. Hoc autem ſilentio prætermitti non debet, cum non ſine myſterio & admirandæ virtutis præſagio effectum judicari poſſit, quod uterque infantulus uberibus admotus, numquam vel lac ſumeret, niſi prævia & notabili corporali neceſſitate adductus, & ita ut facile eos conſulto abſtinere dignoſceres.*

12 *Quartum denique infantiæ annum complevere, cum parentes diem ſui obitus Angelo Dei nuntio prænuntiante accepiſſe, & ad ſupernam Ieruſalem ſe propediem à Domino vocari, conſtantiſſime Antiſtiti retulerunt: atque ut eorum corpora in domo S. Annæ extra Vrbis mœnia, ubi Eremitarum S. Mariæ de monte Carmelo conſtructum eſt monaſterium, ſepeliret, votis piis ſupplicantes; ipſus eorum liberos infantulos ejus fidei crediderunt; quibus potuerunt precibus orantes, ut patrem indueret, & infantulos ipſos in filios adoptaret. Antiſtes, ſuſcepta prius pio & benigno animo infantum cura, converſus ad utrumque parentem, religioſis verbis; Fiat, inquit, in pace locus veſter, & habitatio veſtra in monte ſancto Sion.*

D

Ex Gonono.

minari eos injunxit, præcepitque modicum ab altari reſidere, ut Officium audirent, & quæcumque fienda viderent, ad laudem & honorem Paſſionis Jeſu Chriſti Domini noſtri: atque viderent omnes accipere, more ſolito, corpus Chriſti.

9 Patriarcha enim, cum eſſet dies *c* Jovis ſancta, & vellet (ut moris eſt) ſignum Crucis *d* facere cum Euchariſtia ſuper Calicem; Jeſſe & Maria viderunt *e* oculis propriis viſibiliter Chriſtum in forma humana, ætate perfecta, in qua erat dum mortem paſſus fuit. Aliqui perfecti Domini ſervi, eo modo & ea hora eos vidiſſe ſimiliter atteſtati ſunt, qui erant numero triginta: qui totum pura conſcientia Patriarchæ explicaverunt. Omnes unanimiter mox gaudio percepto ſummæ bonitati Jeſu Chriſti gratias egerunt de tali apparitione eis impenſa. In Sabbato ſancto, aqua ſacri *f* baptiſmi facta & ſanctificata, præfatus Patriarcha Jeſſe & Mariam interrogavit, quid de fide crederent Chriſtiana. Et cum vidiſſet eos perfectos pura mente & corde, prout ſancta Romana *g* tenet Eccleſia, baptizavit eos in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti; toto populo reſpondente, *h* Amen. Poſtea vero ex Corpore & Sanguine Chriſti communicati ſunt.

c *Chriſtum viſibili forma in ſacra Hoſtia cernunt:* d e

& *baptizati,* f g E h

10 Jeſſe igitur ivit ad domum quamdã, quæ fuit S. Annæ matris beatiſſimæ Virginis Mariæ, in qua nata fuit; ubi nunc monaſteriũ eſt Fratrum *i** Eremitarum Ordinis S. Mariæ de monte Carmeli; Maria autem ad montẽ Sion, ubi eſt monaſterium Monialium Ordinis S. Baſilii. Et hoc fecerunt ex Patriarchæ præcepto, & quod ibi moram facerent uſq; ad Pentecoſten cum illis ſanctiſſimis perſonis, poſtmodum eorum domum adire deberent. Quod præceptum cum omni humilitate & caritate obſervarunt, *l* confitendo ſemel in hebdomada peccata ſua, & Corporis Chriſti communionem à manu Patriarchæ ſumendo. Celebrato autem die Pentecoſtes, & Corpore Jeſu Chriſti accepto de manu Patriarchæ, Jeſſe & Maria, habita licentia, ad eorum domum perrexerunt.

ad monaſteria ſecedunt: *i k l*

F

11 Iuxta vero Dei præceptum Ieſſe cognovit Mariam uxorem ſuam, & concepit tempore accepto, *m* ſcilicet novem menſium, & peperit duos filios maſculos, prout Virgo Maria eis nuntiaverat. Poſt octo *n* dies pueri fuerunt Patriarchæ memorato præſentati & baptizati ſunt, in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti. Amen. Primogenitus vocatus fuit Angelus, ſecundus vero Ioannes, prout à beata Virgine nuntiatum fuerat. Quos Ieſſe & Maria eũ omni ſolertia nutrierunt, & Patriarcha etiam eum ſumma dilectione eis provideri faciebat de neceſſariis alimentis, tam filiis quam *o* parentibus. Et ſciatis quod hi duo infantes in eorum vita tantæ ordinationis & virtutis exiſtebant, quod numquam cibum & lac ſumebant, niſi prævia magna corporali neceſſitate.

quibus filii gemelli nascuntur, m n o

12 Et poſtquam annum quartum compleverunt, Ieſſe & Maria eorum parentes ab hoc miſerabili ſeculo tranſierunt. Et quia eis vi-ſus fuit Angelus bonus Dei, qui dies ſuos extremos annuntiavit, in die SS. Petri & Pauli devote & humiliter Confeſſionem ſuam peregerunt, & Sacramentum Euchariſtiæ ſumpſerunt per manus prædicti Patriarchæ.

& quarto poſt anno de obitu ſuo prænoniti

A Poſtmodum cum mortui eſſent, Patriarcha eorum corpora cum omni honore omnique devotione ſepeliri fecit in prætata p eccleſia.

Habita tum Præſulis benedictione, incomparabili in Deum devotione accenſi, ad lares proprios redierunt. Indeque ſæpius repetitis quotidianis orationibus, ſanctiſſimæ Trinitati & beatæ Virgini totique cœleſti Curiæ preces fundebant, ut mentem piam uſque ad vitæ exitum eis ſervarent. Et paucis denique interjectis diebus, Maria primum felicem animam exhalans, ad Dominum, qui eam elegit, non ſine Beatorum lætitia pervenit; nec longo poſt interpoſito temporis ſpatio, ipſe quoque Ieſſæus conſortem ſecutus eſt. Illorum corpora, omni honore & devotione, cura Antiſtitis ſepulta ſunt in Monaſterio Carmelitano, ubi Divæ Annæ ædes eſſe conſueverant, extra Vrbis mœnia. D

ANNOTATA.

An. 1184 Feria 5 aut 6 Hebdomadæ ſanctæ non concurrit cum 24 Martii.

a Cum S. Angelus *dicatur à P. Daniele num. 1386 fuiſſe annorum 35 & dierum aliquot, quando martyrio eſt coronatus, anno 1220, 5 Maji; conſequens eſt annum quo natus eſt fuiſſe 1185, atque adeo parentum ejus converſionem ſpectare ad annum 1184. Prædictam vero S. Angeli ætatem idem P. Daniel probat ex eo, quod dicatur in vita num. 21 infra, anno 28 ætatis miſſus fuiſſe, ut ad Sacerdotii gradum promoveretur:* annus autem iſte erat ſalutis 1213. *His ex P. Danielis ſententia poſitis quærendum nobis eſt Paſcha anni 1184, quod inventur per eos qui tunc numerabantur Cyclos, Lunæ 7, & Solis 17, litteriſque Dominic. A G. ex quibus ſurgit Paſcha 1 Aprilis celebrandum. Nec hoc difficile eſt invenire etiam ignoranti Cyclorum rationes, quia ad ſtudioſorum commodum exſtant apud varios conſcripta tabulæ, & ab initio æræ Chriſtianæ uſque in ſeculum 18 & ultra digeſtæ, in quibus notantur cujuſque anni Paſcha, Indictio & littera Dominicalis: quas tabulas haud dubie inſpexiſſet P. Daniel vel commodatas accepiſſet à nobis, ſi dubitare didiciſſet, eiſque inſpectis cognoviſſet, anno 1184, 24 Martii non fuiſſe aut* diem Jovis ſanctum *(ut mox infra hic dicitur) aut diem Veneris ſanctum (ut videtur indicari in Panormitano) ſed Sabbatum aut Dominicam Palmarum. Nec enim conjungi poteſt 24 Martii cum feria 5 vel 6 Hebdomadæ Majoris, niſi quando Paſcha celebratur 27 vel 26 Martii: Primum ab anno 1160 uſque ad 1239, contigit numquam; ſecundum etiam intra annos 1144 & 1227 nec ſemel quidem factum invenitur.*

b *Anno 1184 quo Paſcha, ut jam dictum eſt, celebratum fuit 1 Aprilis, dies Pentecoſtes celebrari debuit 20 Maji; & ab hoc dies vigeſimus fuiſſet 9 Iunii: ex nota autem erronea diei 24 Martii concurrentis cum die Veneris ſancto, fuiſſet Pentecoſte 13 Maji, & dies abinde vigeſimus fuiſſet 2 Iunii: eodem autem 24 Martii concurrente cum die Iovis ſancto, die uno anticipanda eſſent omnia.*

c *Ita hic expreſſe: & hoc die revera moris eſt Euchariſtiam præſentibus diſtribui, apud Latinos quidem ſub ſacrificio Miſſæ ex conſecratione tunc facta, apud Græcos vero ſub finem Veſperarum ex Præſanctificatis Dominicæ præcedentis. Panormitanum tamen exemplum expreſſius notat diem Veneris* Chriſti Paſſioni dicatum ... ſequenti *mox* die Sabbati: *quo neque à Latinis neque à Græcis Miſſa fit, niſi Propaſchalis, & hæc apud Græcos fit poſt mediam noctem: nec ſub ea quiſquam communicat.* C

Græci non faciunt Crucem cum Hoſtia ſupra Calicem

d *Hic manifeſte apparet quam imperitus Græcorum Rituum fuerit auctor, qui præſumit Patriarchæ Græci nomen aſſumere: nec enim Græci Miſſam ordinariam faciunt diebus jejunii, & multo minus in hebdomade Sancta; ſed ſi communicandum eſt, faciunt Miſſam quæ dicitur Præſanctificatorum: in hac autem non eſt* moris ſignum Crucis facere cum Euchariſtia ſupra Calicem. *Vide ſis Græcorum Euchologium, ſive quod Venetiis Græce excuſum eſt an. 1602, ſive quod Pariſiis Græcolatinum notiſque eruditiſſimis illuſtratum edidit Iacobus Goar an 1647. Ibi invenies duplicis formæ Liturgiam, quarum prior à S. Baſilio, poſterior à S. Chryſoſtomo nomen habet, nec non Miſſam Præſanctificatorum, cum Exegeſi B. Simeonis Metropolitæ Theſſalonicenſis ſuper ipſam Liturgiam. Atque ex his omnibus diſce, quod in ipſa quidem Liturgia ordinaria, finitis Matutinis laudibus fieri ſolita ſub auroram, poſt diviſionem* ſancti Panis, *Sacerdos* partem unam manu renens, cum ea ſignum Crucis exprimit, immittitque in ſanctum Calicem; *in Miſſa autem Præſanctificatorum, facienda poſt Veſperas in diebus Quadrageſimæ, poſt* Pater noſter *& pauculas preces, nihil ſimile faciens Sacerdos,* ad divina dona tecta manum mittens, tangit vivificum Panem cum reverentia & metu multo, *& communicaturos advocans dicit,* Præconſecrata Sancta ſanctis: deinde detegens ipſum vivificum Panem, perficit communionem divinorum donorum: *omittuntur enim in hac Miſſa omnia, quæ Conſecrationem in Canone Miſſæ præcedunt ac ſubſequuntur, in quibus eſt ipſa fractio Panis ſancti, ad quam pertinet ſignum Crucis ſuper Calicem cum Euchariſtia faciendum. Typicon autem Græcorum, quo totius divini Officii ordo per anni circulum definitur ad diem Paraſceves.* Sciendum eſt, *inquit,* quod intellexerimus in Palæſtina die magnæ Paraſceves non fieri Liturgiam, neque perfectam neque imperfectam ſeu præſanctificatam: *quod idem intelligendum de Sabbato ſancto uſque ad noctem Paſchalem, utpote Catechumenorum baptiſmis aliiſque ceremoniis occupatiſſimo toto. Solum autem* poſt occaſum ſolis hora circiter ſecunda, *ea fere ratione, qua nobis in nocte Natalis Domini, præſcribitur facienda* Liturgia S. Baſilii, *in qua non fit prænotata elevatio & ſignatio cum ſancto Pane ſupra Calicem, uti in ordinaria Miſſa Chryſoſtomi. Hæc autem completa primum digreditur Clerus ab eccleſia, ad modicum ſomnum cibumque ſumendum, quo vires reſtaurentur ad ſequentis feſtivitatis prolixiſſima officia.* E

in Miſſa præſanctificatorum diebus jejunii:

& die magnæ Paraſceves etiam hanc omittunt Palæſtinii.

Quæro nunc, quo fundamento credere poſſim, eum, qui talia ignoravit, & omnia prorſus ex uſu & ritu Latinorum ſcripſit, fuiſſe Græcum Patriarcham? De errore circa 24 Martii, male cum hebdomade ſancta compoſita, nullam ei moveo quæſtionem: poſſet enim iſtud imputari memoriæ erranti in numero, quo nihil facilius. Sed utrum talem errorem non obſervaſſe excuſari poſſit in eo, qui prætendit more noſtro Vitas Sanctorum illuſtrare annotationibus ſuis, neſcio: iſta enim aliaque ſimilia prima ſunt, quæ incurrunt in oculos aliquid examinare volentis, quia dant occaſionem examinandi. Sed quid examinare volet, qui putat ſe habere præ manibus ſcriptum undequaque certiſſimum; ſicut putavit R. P. Daniel, *quoties ſui Ordinis hiſtorias ſumebat in manus? Vtinam tali exemplo diſciputi ejus tandem aliquando reddantur cautiores, diſcantque non eſſe ſatis quod annos aliquam multos Theologicis diſputationibus contriverint, ut de hiſtoriis quibuſlibet judicent, præſertim propriis, pro quibus pugnat affectus præjudiciis armatus.* F

Idem nec Hoſtiam elevant ſic ut conſpiciatur à populo.

e *Hoc quoque valde ſuſpectum mihi eſt. Nam Goar agens* de Elevatione hoſtiæ ante fractionem *num. 158 ait:* Longe poſt Orationem Dominicam, brevi tamen ante communionem ſpatio, juxta Jacobi, Chryſoſtomi & Baſilii Liturgias, Dominicum corpus elevat Græcus Sacerdos, non ita tamen ut à populo conſpiciatur. *Quomodo igitur in ſacra Hoſtia, quæ elevatur quidem, ſed ita ut non videatur à populo, Chriſtum in ſua humana forma viderunt Ieſſe & Maria? neque ipſi ſolum, ſed ex perfectioribus Dei ſervis alii triginta? Quid autem dico Elevationem Hoſtiæ non videri à populo? cum totum* ſacrum Adytum, *in quo eſt Altare, à conſpectu non ſolum populi, ſed etiam Cleri in Choro ſedentis, ſeclu-*

ſum

A *Nec ante communionem aperiũt Portam ſacram ut videri altare poſſit.*

ſecluſum ſit ſepto ligneo, ultra humanæ ſtaturæ menſuram alto. Quæ autem in medio ejus eſt Porta ſacra, *oppanſis relis vel adductis valvis clauſa manet toto tempore Miſſæ, uſque dum poſt Communionem Sacerdotis ſacrificantis & Diaconi miniſtrantis, advocandi ad Communionem divinorum myſteriorum ſunt, qui ad hoc fuerint præparati de Clero ac populo: In* ſacrum *autem* Adytum *nemo recipitur, niſi Sacrificans & qui immediate aſſiſtunt ſacrificio: ſed Clerus manet in ſuis ſubſelliis per chorum circumductis, unde ejus locus, medius inter ſacrum Adytum & partem eccleſiæ anteriorem populo attributam, vocatur* Σύνθρονος. *Per hujus autem Chori Portam, quæ* Porta *appellatur* ſpecioſa, *ingrediuntur communicaturi verſus* ſoleam *templi, id eſt verſus ſpatium, prætenſum cancellis Adytum ſecludentibus, uno gradu altius quam pavimentum Chori & templi reliqui. Vide de his Miſſam S. Chryſoſtomi ſub finem ad Communionem, & Goar Annot.* 133 *ad eamdem, ubi rationem reddit, cur ſtatim à conſecratione Hoſtiam ſacram extenſa manu demonſtret Diaconus, voce quidem tacens, ſed geſtis profitens quod dicebat Ioannes,* Ecce Agnus Dei: quamvis prædicta ceremonia non pateat oculis populi in eccleſia conſiſtentis, propter cancellos interpoſitos, & ſacras fores obſeratas. *Aſt, inquies, nihil horum invenio ad* XXIII *Martii, ubi inter Miracula S. Georgii Cap.* 5, *Saracenus, ipſiuſmet A-*

B *merumnis nepos, in oppido Thebaidis Ampelo, ingreſſus templum dum peragitur ſacrificium, vidit totum illius Ordinem Chriſtumque infantili ſpecie oblatum, mactatum, diviſum inter communicantes. Reſpondeo ab Ægyptiis ritibus ad Græcos non eſſe ducendum argumentum; neq; ab impia ſacrilegi Saraceni impudentia, in ſacra adyta eodem ſe penetrantis auſu, quo camelos ſuos induci in templum juſſerat, conſequens fieri ad id de quo dubitamus; interim ipſum Sacrorum ibi expoſitum ordinem eum eſſe ut hic dicta poßit confirmare, & Orientalium ab Occidentalibus ritus diverſiſſimos explicare.*

Conſecratio Fontis,

f *Sicut apud Latinos peculiari ac ſingulari ritu conſecratur Fons baptiſmalis in Sabbato ſancto, ita & apud Græcos, formâ præſcriptâ in Euchologis Goar pag.* 357 *ſub hoc titulo,* Orationes baptiſmatis, quas catechesibus abſolutis dicit Patriarcha, maxime Sabbato ſancto veſpere. *Hoc autem intereſt inter Latinos & Græcos, quod Latini Aquam aque ac Oleum ſacrum conſecrent pro toto anno, Græci vero ad ſingulos baptiſmos ea renovent, & Olei quidem reliquias mittant in ſacram lampadem, Aquam vero effundant in loco ſimiliter ſacro.*

g *Vtinam ea Syro-Græcis Patriarchis atque Epiſcopis cura fuiſſet, quid* ſancta Romana teneat Eccleſia *docere Catechumenos; & non ejus odium ipſis inſtillare à*

C *prima ætate, tamquam hæreticæ & excommunicatæ!*

h *Nec hoc cum ritu Græco concordat; ſed* poſtquam Sacerdos *vel Epiſcopus* cum populo, ter Alleluia decantans, tres Cruces oleo in aqua effuſo fecit, exclamavitque, Benedictus Deus qui illuminat & ſanctificat omnem hominem in hunc mundum venientem, nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum, & Chorus reſpondit, Amen; offertur Baptizandus: & Sacerdos, accepto Oleo, Crucis figuram exprimit in ejus fronte, & in pectore, & in dorſo, dicens; Ungitur ſervus Dei N. Oleo exultationis, in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti, nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum. Amen. Et Cruce ſignat ejus pectus & dorſi medium; in pectore quidem dicens, In animæ corporiſque medelam; in auribus, Ad fidei auditum; in manibus, Manus tuæ fecerunt me & plamaverunt me. Uncto vero toto corpore baptizat eum Sacerdos, erectum illum tenens & ad ortum Solis reſpicientem, & dicit: Baptizatur ſervus Dei N. in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti, nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum, Amen: unaquaque prolatione demergens & educens eum ex aqua .... & induens eum

& ordo Baptiſmatis, cujus formam non populus.

ſed Sacerdos claudit, addito Amen.

ſuis involucris ait: Induitur ſervus Dei N. tunica juſtitiæ in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti, nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum Amen. *Vbi vides ad formalia Sacramentorum baptiſmalium verba nihil addi à quoquam, ſed omnia Sacerdoti pronuntianda præſcribi uſque ad ipſum* Amen. D

Monaſterium S. Annæ Hieroſolymis aliquando Carmelitæ habuit,

i* *De illo monaſterio S. Annæ ſcribunt Hiſtorici Ordinis Carmelitani, Ioannes Groſſius Generalis in Viridario Clavii. Ioannes Hildensheimenſis vetuſtus celebriſque auctor, in libro inſcripto Defenſorium Ordinis contra detractores cap.* 14 *hæc de eodem commemorat:* Traditum tenemus à Patribus, quod primus Conventus Ordinis poſt montis Carmeli Collegium fuit in loco, qui Porta aurea dicitur, in quo Joachim & Anna convenerunt, &c. *Fere eadem habet Ioannes Palæonydorus in Hiſtoria Carmelitana libro* 2 *cap.* 1, *Balduinus Leerſius in Collectario Exemplorum cap.* 1, *& Petrus Lucius in Compendio Hiſtoriali. Præ ceteris autem accurate (ut ſolet) id pertractat Lezana Tom.* 2 *Annalium ad annum Chriſti* 40.

non habuit hoc de quo agitur tempore, ſed Benedictinas.

Hactenus P. Daniel: ſed contra hunc torrentem auctorum ſatis eſt, & plus quam ſatis unus teſtis oculatus, Iacobus de Vitriaco, qui enumerans varia tum urbis tum Terræ-ſanctæ monaſteria, poſtquam cap. 58 *de* Bethania *egiſſet,* in qua eſt Abbatiſſa nigra, & moniales, S. Benedicti Regulam & Inſtituta profitentes, *mox ſubjungit;* Ejuſdem autem Ordinis & Profeſſionis eſt E Abbatia S. Annæ, genitricis Matris Domini, juxta portam quæ dicitur Joſaphat, juxta Probaticam Piſcinam ſita, in quo loco beata Virgo nata fuiſſe perhibetur, in qua eſt Abbatiſſa cum Monialibus nigris. *Ecce quam nullo negotio diſſipetur ille torrens Auctorum Carmeliticorum, invicem ſeſe ut oves ſequentium, toties nobis objectus totieſque objiciendus, ſed poſt hujuſmodi exempla nemini amplius formidandus.*

Et eccleſiæ Templi & Montis Sion Canonicos Regul. habebant.

k *Iterum Iacobus eodem Capite:* In eccleſiis Templi Domini & Montis Sion & Montis Oliveti ſunt Abbates & Canonici, ſecundum Regulam B. Auguſtini Domino militantes: *quæ verba licet non prorſus excludam ſanctimoniales Baſilianas, cum plura in uno monte Sion fuiſſe monaſteria potuerint; juſtam tamen formidinem falſitatis incutiunt, donec certiori, quam ab hac Vita haberi poßit, teſtimonio veritas probetur. Simili etiam modo formidare poſſumus, ut verum ſit quod initio num.* 8 *præſupponitur de* Templo Domini, *quaſi iſtic ſua ſacra facere fuerit ſolitus Epiſcopus ſeu Patriarcha Græcus, quamdiu civitatem Sanctam Latini tenuerunt per quatuor adhuc annos. Certe in Hiſtoria ſacra nullo indicio docemur Latinos permiſiſſe, ut in eadem ſecum eccleſia res ſuas agerent Syro-Græci, cum non deeſſent* F *aliæ plures ædes ſacræ, quæ libere poßent relinqui hominibus, Latinorum ritus uſque adeo averſantibus, ut eodem quo ipſi ſacrificaſſent altari Liturgiam ſuam peragere nefas exiſtimarent, niſi ipſum ante laviſſent.*

Frequens uſus Sacramentorum.

l *O bene! quod frequens Sacramentorum uſus & peccatorum etiam venialium Confeßio certioribus Sanctorum verorum probetur exemplis. Interim tamen etiam hæc qualiſcumque vita, cum diu ante annum* 1500 *compoſita ſit, nonnullum reddit antiquioris uſus teſtimonium. Sed hic quoque haud inobſervatum prætereas, toto hoc Capite nec unum quidem verbum aſpergi, quod Græci Ritus odorem referat vel ſaporem; ita pura puta Latina ſunt omnia,* Hoſtia, Euchariſtia, Communio; *pro quibus Græci in ſuis Ritualibus ſolent nominare* ſanctum Panem, *&* divina Myſteria, *& horum* ſuſceptionem *vel* traditionem.

m *Si vigeſimo die poſt Pentecoſten anni* 1184, *adeoque* 2 *Iunii concepit mulier; conſequens foret eam peperiſſe, circa initium Martii, unde ad initium Maji, quo obiit Angelus, non ſolum pauci dies (uti colligit P. Daniel) ſed bimeſtre integrum ſupereſſet.*

n *Iudaiſmum ſapit illa octavæ diei obſervatio; neque*

pute

A puto ex idoneis auctoribus probatum iri, quod Græci octiduo toto soliti fuerint differre baptismum infantium. Si fallor, discam libens.

o Perquam difficile creditu est jussisse Patriarcham (quod asserit Vita altera) ut conjuges baptizati, quibus & sustinenda familiola erat, & filii quos educare oporteret promissi divinitus, omnibus sese bonis exuerent.

Ratio sepeliendi apud Græcos.

p Tantum abest ut fidelium laicorum corpora intra Ecclesiam sepeliant Græci, quod nec Sacerdotibus quidem vel Episcopis privilegium hoc indulgeant, sed in consecrato ad id cœmeterio illos sepeliant æque ac laicos. Et illorum quidem corpora, dum super iis fit Officium funebre, intro admittuntur; laicorum vero, etiam monachorum, relinquuntur tantisper in vestibulo ante ecclesiam, donec absolutum Officium sit: quod ultimum in Rubricis huc spectantibus apud Goar perquam distincte præscribitur fol. 526 & 545: de egressu vero ab ecclesia ad cœmeterium agitur fol. 556. D

CAPUT SECUNDUM.

Sanctorum Fratrum ingressus in Ordinem Carmelitanum & utriusque prima miracula.

Ex Gonono.

Sanctis ætate & scientia auctis.

13 ANgelus autem & Joannes deportati fuerunt in domum præfati Patriarchę: quos erudiri jubet scientia, bonisque moribus informari: & eos addiscere fecit Grammaticam Græcam *a* & Latinam: & adeo bene fuerunt eruditi, quod à septennio ad decimum octavum annum ita valentes censebantur, ut nihil supra. Verum cum Patriarcha cognovisset dies suos novissimos claudere debere;

a

B vocavit Angelum & Joannem, quibus hæc explicavit: Filii carissimi, Ego in brevi tempore ex hac vita sum recessurus: vos igitur gratias Deo agite, qui vos in suorum numero elegit. Rogo autem vos, ut devotam aliquam Regulam eligatis, ut in aliqua religione *b* approbata Deo servire possitis.

suadet Nicodemus religionem,

b

illi Carmelitanam eligunt.

14 Cui Angelus & Joannes dixerunt: Regula S. Patris Basilii perfecta est & laudabilis; sed nos animo nostro statuimus Regulam ob-

c servare, quam S. Albertus fecit Carmelita, Patriarcha *c* prædecessor vester, annis jam elapsis quadringentis *d* duodecim, ubi habitant

d Fratres Eremitæ montis Carmeli, & in ea Religione cum benedictione vestra volumus Deo servire, & Virgini gloriosæ ejus Matri. Patriarcha hæc audiens innuit eis, & ad id agendum intimavit. Præfatus igitur Nicodemus Patriarcha à domo propria recessit, & omni solicitudine & humilitate, ad præfatum monasterium S. Annæ perrexit una cum Angelo & Joanne. Prioris quæsito nomine; Hieronymus *e*, vir magnæ auctoritatis & potestatis & sanctitatis & reputationis in civitate Jerusalem, tum erat Prior. Quo reperto, eum rogaverunt, ut in illam Religionem Sanctam,

e C eos, scilicet Angelum & Joannem, recipere vellet, ac ibi humiliter Deo servire.

recipiunturque in S. Annæ monasterio.

15 Habito autem consilio Frattum cum dicto Priore, ad honorem summi Dei & gloriosæ Virginis Mariæ matris suæ, cum omni honore & humilitate & devotione, recepti sunt in Fratres Ordinis Eremitarum de monte

f Carmeli secundum Regulam S. Alberti *f* Patriarchæ. Post annum autem probationis *g* Regulæ, cum licentia Prioris, gressus suos in montem Carmelum direxerunt, majorem abstinentiam quam Regula præciperet volendo servare. Ordinatio eorum vitæ, cum licentia Prioris fuit à festo sanctæ Crucis de mense Septembris, usque ad festum Paschæ jejunare in pane & aqua: feria vero secunda, quarta & sexta nihil aliud sumebant nisi de fabis crudis & mollibus. A Pascha vero usque ad Pentecosten feria quarta & sexta in pane & aqua: aliis vero diebus solum comedebant modicum caulium cum modico oleo, & modicum pomi.

g

Ex Bellorosio.

13 *SEpultis parentibus, Angelus & Ioannes in domum Nicodemi adducuntur; ubi crescente firmiori ætate, linguarum & artium peritia ac moribus informari cœperunt. Hebraicas primo, Græcas proximo, Latinas postremo loco litteras paucis annis tanto studio didicerunt, ut à septimo ad decimum octavum suæ ætatis annum trium linguarum peritissimi censerentur. Verumtamen cum linguis non mediocriter, & artibus, & scripturis profecerunt, adeo ut eruditam eorum adolescentiam, & optimis informatam moribus, nemo satis admirari posset. Interim Nicodemus Patriarcha vir sanctus, & se multo onustum senio & morti proximum cognoscens, vocatos ad se adolescentes, paterna* E *hac oratione compellat: Brevi, relicta mortali hac vita, scio me profecturum ad Patrem, qui me de nihilo procreare dignatus est. Vos, carissimi Filii, Deo gratias agite, qui deduxit adolescentiam vestram ad optimæ indolis periodum. Tempus jam adest ut bonæ spei fruges proferatis. Quocirca, quanti filiis paterna caritas fieri debet, vos hortor, ut vanam spem omnem & fallacissimi mundi hujus illecebras contemnatis, ac vitam cœlibem sacraque sanctorum hominum societati dicatam, eligatis; & in ea firmato vivendi propositu, usque ad mortem Deo serviatis; vita enim cœlibe nihil aut felicius aut beatius, quæ homines ceu Angelos efficit.*

14 *His auditis juvenes, ingenti dolore confecti, & imo pectore suspiria trahentes, mœsta hæc responsa dederunt: Stupor invasit cor nostrum, & anima in amaritudine posita est, ubi tristi nuntio te, quem ceu unicum & verum parentem novimus, brevi nos relicturum accepimus. Et quamquam majoris gloriæ corona, ad quam properas, lætitiam proponit; paternæ tamen præsentiæ, è qua filii recreari mirifice solemus, prædicta jam privatio menti tristitiam affert. Quia vero divinæ dispositioni humana semper voluntas conformanda est, Deum, veræ consolationis Patrem, oramus, ut tanti parentis cura destitutos, consoletur, & divinæ clementiæ suæ manum ipse porrigat, & animos languentium erigat,* F *tueatur, & foveat. Hortationibus sanctis tuis sic hærebimus, ut vita durante tuæ sanctæ memoriæ nunquam immemores videamur. Immortali Deo ejusque Genitrici, quod nobis vitæ superest, dedicamus. Regula S. Basilii miris modis nostrum animum diu jam invitavit: sed, Deo denique inspirante, animo statuimus vitæ normam servandam suscipere, quam annis, supra quadringentos, pluribus jam evolutis, Prophetarum Successores diu in monte Carmelo, nunc vero plerisque in locis, servare susceperunt. Hæc enim vel ex eo mirifice nostrum invitat & commovet animum; quia præcipuo Dei Genitricis titulo dicata, uberrimas in sancta Dei Ecclesia virtutum omnium fruges proferre videtur. In hac ipsa Religionis professione, te Patre filiis benedicente, Deo & Virgini Deiferæ servire decrevimus: oramusque ac precamur filii Patrem, ut antequam ad Dominum migraturus tuæ æternitatis iter suscipias, in monasterio S. Annæ Cœnobitarum Carmeli montis, ubi quiescunt ossa parentum, filios reponas, in Dei & beatæ Virginis obsequio vitam mortalem actures. Exploratis itaque adolescentium & cognitis animis, annuit benignissime eorum votis vir sanctus: & quibus potuit verbis hortatus, ad confirmandum propositum eos induxit. Ac paucis tandem interjectis diebus, re prius opportune discussâ cum Hieronymo expresi Monasterii Priore, viro vitæ integritate ac innocentia singulari, habitoque Fratrum consilio & assensu, ipsum monasterium ingrediendi propositum & diem statuunt.*

15 Die

A

Ex Bellorosio.

15 *Die igitur ſcilicet feſto Nativitatis beatæ Virginis, omni ſolennitate ſervata, adoleſcentes moribus & vita conſpicui, incredibili humilitate & devotione, habitum Carmelitanæ profeſſionis ſuſcipiunt; nec ſolum Religionis ingreſſu, virtute, ac probitate proficiunt; ſed & interim ſanctimoniæ & humilitatis quotidiana exempla proferunt; ſicque tandem peracto probationis anno, & ex more ſolenni profeſſione emiſſa, decreto Patrum in Cœnobio Carmeli montis conſtituuntur; ubi abſtinentia majori, quam Regulæ inſtituto tenerentur, vivere cœperunt. Nam cum à feſto ſanctæ Crucis, quod menſe Septembri celebratur, uſque ad Dominicæ Reſurrectionis læta ſolennia, Carmelitæ jejunia continuare ſoleant; ipſi ardentiori animo corpus abſtinentia premere cupientes, impetrata humiliter à Priore venia, eadem jejunia, ſimplicis & ſolius panis & aquæ modica refectione contenti, peragebant. Feria tamen ſecunda, quarta, & ſexta nil penitus aliud, niſi crudarum & mollium fabarum modicum ſumebant. A feſto quoque Reſurrectionis ad Pentecoſten, quarta & ſexta feriis, ſolo & eodem modico pane & aqua contenti erant: aliis vero diebus parum caulium, modico oleo conditarum, edebant. A Pentecoſte autem ad Feſtum ſanctæ Crucis, Dominico & Iovis die, coctis tum oleribus tum leguminibus veſcebantur: ceteris autem diebus ſolius panis & aquæ ſimplici cibo vivebant. Numquam denique aut carnes, aut lac, aut ova comederunt, nec vinum biberunt.*

16 *Sed neque ſolum ciborum abſtinentia & jejuniis corpus*
B *premere, ſed & fere intolerabili veſtium duritie & aſperitate illud ad ſervitutem ſpiritus redigere ſatagebant. Ferrea namque camiſia nudam carnem tegentes, laneam deſuper albam, griſeamque deinde ceu canuſinam nativi coloris cucullatam, Cœnobitarum more, geſtabant. Ceterum divinis in choro vacantes, aut extra monaſterium juſſu Prioris prodeuntes; candidam inſuper chlamydem, canuſinis ceu virgulis diſtinctam & circulatam, gerebant. Lecti eorum nuda humus; & cum ſpiritus quandoque languidior eſſet, tabulæ, ſeu (quod majus mente concipi levamen non poterat) mediocris fœni manipulus cubile feſſis pluſquam molliſſimum videbantur: duabus tamen lodicibus, inferius altera, altera ſuperius, uti ſolebant. Nunquam viſi ſunt in lecto jacentes: & erat tanta eorum vigilantia, tanta ſolicitudo, ut quotidiano Officio ex debito perſoluto, die ſingula totum genibus flexis Pſalterium, Legem Domini meditando, perlegerent; nec unquam orationibus vacare deſiſterent, niſi ad alia obedientiæ ſalutaris monita vocarentur.*

17 *Die quadam, juſſu Prioris, nomine Hieremiæ, viri ſenio*
C *venerabilis, Angelus & Ioannes lignatum mittuntur. Vbi cum Ioannes arboris ſtipitem ſcindere niteretur, forte manubrio egreſſa ſecuris, in profundiſſimum, qui juxta erat, fontem Eliæ decidit. Quo caſu percuſſus juvenis animus, triſtari cœpit: Angelus vero, hoc viſo, bono fratrem animo eſſe jubet, & lignum manu accipiens, dixit: Nunc, Frater, quanta in Deum fide erigamur facile cognoſcere eſt: orandus quippe nobis eſt Deus, Virgo etiam ac Eliſæus Pater noſter, ut nunc quoque ſecurim hanc noſtram ſupernatare faciant, veluti tempore Prophetarum ſupernataſſe non dubia fide creditur: quo dicto aquæ lignum appoſuit, & ferventi oratione habita; Agedum, Frater, inquit, ſecurim cape: & ſurgens Ioannes, ferrum invenit, ut prius erat, ligno conjunctum, medio in fonte quaſi natans: & accepta ſecuri ingentiſſimas Deo & Virgini ac Patri Eliſæo gratias egerunt.*

18 *Tunc Angelus, ne hominum viventi cuipiam Dei donum hujuſmodi revelaret, fratri præcepit; Deo, inquiens, ſoli acceptum, & Sanctis ejus, ac ſinceræ fidei referendum: & nihil Deo magis placere, quam majori ſemper humilitate Dei ſervum proficere, ad memoriam revocavit. Erat tum ſenex Hieremias oratorio clauſus, & divinorum meditationi innixus; ubi quaſi raptus, vidit Angelum ferventiſſime orare, & ejus orationis virtute ferrum natare; prout oratione Patris Eliſæi olim nataſſe dicitur: & hoc primum miraculum fuit, quod fecit Dominus per orationem ſervi ſui Angeli. Hæc autem ſuperius explicata omnia à Nicodemo, Hieroſolymitano Patriarcha prædeceſſore noſtro, fide & ſinceritate relata, jam omnibus in aperto ſunt.*

19 *Ipſe quoq; à primis (quod ajunt) incunabulis fere ſemper in domo ſuperius expreſſi Nicodemi Patriarchæ verſatus, prædicta omnia ab eo ipſo pluries accepiſſe, in conſpectu Dei & hominum atteſtari non vereor. Ceterum poſteaquam Religionem ingreſſus ſum, vidi & alia multa ipſius Angeli opera mirabilia, quibus quantum divinæ bonitati ardentiſſima fides, cum ſpe & caritate, atq; cum abſtinentia numquam intermiſſa oratio, ac deniq; ſinceræ probitati conjunctæ humilitas, acceptæ forent, facile perſpectum eſt. Silentio nunc præterirem quæ plurima meritis Ioannis Deus operari dignatus eſt: ſed*

Ex Gonono.

D

A Penteeoſte uſq; ad feſtum Exaltationis ſanctæ Crucis, die Dominico & die Jovis comedebant cocta, aliis vero diebus panem & aquam. Numquam comederunt carnes nec ova, nec vinum biberunt. *In Carmelo abſtinentia excellunt.*

16 Supra carnem nudam, camiſiam *h** ferreã geſtabant; poſtea vero unam veſtem laneam albam *i**, & deſuper aliam griſeam cum ſcapulari more monachorum. Poſtea vero cappam albã cum griſeo *k* nigro; & hanc cappam gerebant in eccleſia & in civitate. Eorũ dormitiones ſuper tabulas, ſeptẽ libræ ferri appoſitæ erant. Tempore ſomni dormiebant induti, nec poſt religionis ingreſſum viſi fuerunt à Fratribus in lecto jacere: & ultra debitum Officium ſemper genibus flexis totum dicebant Pſalterium. Hæc ſupradicta omnibus diebus vitæ eorum peregerunt in hoc miſerabili mundo. h* *& reliqua vitæ aſperitate.* i* k *Corporis maceratio. Orandi aſſiduitas.*

17 Una die, cum licentia Prioris, nomine *l* Hieremia, Fr. Angelus & Fr. Joannes, pro labore ſibi injuncto peragendo, iverunt portatũ lignum. Cum ergo Joannes unam arborem incideret, ſecuris de manico exivit, & in aquam decidit in quodã fonte S. Heliæ vocato, *m* qui profundiſſimus erat. Fr. Angelus hoc viſo, accepit lignum, ſcilicet manicũ, & in aquam poſuit, dixitq; fratri ſuo Joanni, Oremus Dominum & Patrem noſtrum Eliſæum, ut nunc ita natare faciat ſuper aquam ſecurim noſtram, veluti fecit tempore Prophetarum, & virtute ejus magnæ ſanctitatis. Facta oratione cum ſurgerent, invenerunt ferrum cum ligno ſicut prius erat. Hoc viſo immenſas Deo obtulerunt gratias, pariterque S. Eliſæo. l *Lapſum in fontem ferrũ ẽducunt.* m E

18 Angelus autẽ prohibuit fratri ſuo ut nulli viventi hoc revelaret. Sed Prior memoratus, in ſua camera orans, vidit quamdam viſionem, ſcilicet quod propter orationem Angeli Deus faciebat natare ferrum ſuper aquas, prout faciebat S. Eliſæus. Et iſtud fuit primum miraculum, quod Deus fecit per orationem S. Angeli. Et hæc ſupraſcripta ſunt dicta & relata per ſupradictum Nicodemum, Patriarcham Hieroſolymitanum, prædeceſſorem noſtrum. *quod revelatur Prioris abſenti.*

19 Ego vero omnia prædicta atteſtor, quia à pueritia ſemper fui in domo præfati Patriarchæ converſatus. Poſtquam vero Religionem ingreſſus ſum, vidi alia multa & infinita ſigna & miracula præfati S. Angeli, dimiſſis illis quæ fecit Deus inſtantibus orationibus Fr. Joannis ejus fratris, quæ operata ſunt in ſancta Religione, & eo exiſtente Patriarcha Hieroſolymitano prædeceſſore noſtro, ubi etiam pro poſtulationibus miraculorum beneficia exhibere non deſinunt. Mortui quoque quatuor vitam receperunt, paralytici quoque viginti adepti ſunt ſanitatem, leproſi vero novemdecim cutem receperunt mundam, cæciq; quinq; lucis reſtituti ſunt ſanitati: plurimi etiam à dæmonibus vexati & à variis ſunt infirmitatibus liberati, meritis præfati ſanctiſſimi Joannis *n* Carmelitæ, fratris prænominati Angeli. F *Ioannes multa miracula claret.* n*

A *decet Deum glorificari in operibus Sanctorum, qui ſemper eſt mirabilis, & facit mirabilia magna ſolus, in cælo & in terra.* D *Vidi ego, qui vita penitus functi ad ſuæ reſolutionis corruptionem accedebant, orationis virtute & lacrymis Ioannis, vitæ officium reſumpſiſſe. Vidi non modo paralyſi & lepra, ſed & morbis aliis fere incurabilibus laborantes, ad ſanitatem revocatos fuiſſe. Vt taceam plurimos oculis captos, qui faciem cæli videre non poterant, oculorum beneficio reſtitutos. Vt omittam dæmonibus vexatos, & denique liberatos. Hæc enim ut facilia ſunt Sanctis, in virtute illius in quo ſanctificantur, ſic & vere credentibus non difficilia, quæ facta fuerint, videbuntur.*

ANNOTATA.

a *Non videbatur convenire juvenibus, ex Davidica ſtirpe prognatis, ut alteri alicui linguæ quam Hebraicæ diſcendæ (licet ejus nullus barbaro iſto ſeculo neceſsitas eſſet nec fere utilitas) navarent operam: ergo in recognitione poſteriori poſita hæc primo loco eſt.*

b Religionis approbatæ *nomen ante Concilium Lateranenſe* IV, *celebratum anno* 1215, *quis uſurpaverit ſcripſeritq; doceri cupio: item an apud Græcos ſit aliquid, quod iſti tam ſpecificæ appellationi reſpondeat. Dum hoc non fit, licebit opinari Latinum hominum, ex Latino ſui temporis uſu loqui & ſcribere, quæ Græcis non conveniunt.*

c *Hoc* Prædeceſſoris *epitheton, ſolitum inculcari in Pontificum Romanorum Bullis, præſertim horum trium ultimorum ſeculorum, tam ſcrupuloſe hic Auctor obſervat, ut hoc quoque Latinum hominem, & phraſeon Græcanicarum expertem poſsit indicare lectori, non prorſus habeti. Turpius eſt quod* Nicodemi *Prædeſſorem faciens* Albertum, *non* B *ſolum contra chronologiam peccet, de qua mox: ſed etiam clare indicet, ignotam ſibi fuiſſe diſtinctionem inter Latinos Græcoſque Patriarchas.*

Ætas Alberti Patriarchæ, d *Hæc ſi dicta cenſeantur* decimo octavo ætatis anno, *qui numero præcedenti indicatur ſpectant ad annum Chriſti* 1204, *quando adhuc in Italia manebat* Albertus, *& de eo in Palæſtinam mittendo primum cogitare cœpit Pontifex Innocentius* III, *Ioffrido Cardinali delatum ſibi Patriarchatum recuſante, uti pluribus videbis in ejus Actis* 8 *Aprilis Cap.* 3. *Neſcio an hanc contradictionem obſervaverit hactenus Carmelitarum quiſpiam. Non potuit tamen in eorum oculos non incurrere enorme mendacium, quo dicebatur* Albertus annis jam elapſis 412 Regulam *Carmelitarum* feciſſe. *Ergo Waſtelius lib. Vindiciarum pro Ioanne Hieroſolym. Sect.* 1 *art.* 2 *pag.* 15, *legi jubet* Statuimus Regulam obſervare quam ſanctus Joannes fecit . . . anno 412. *Oſtendi ego ad* 18 *Martii, agens de S. Cyrillo,* Joannis *hic à Waſtelio nominati deceſſore immediato, obiiſſe Cyrillū anno ut ſummum* 390, Joanni *autem tribuuntur anni* 16 *in Patriarchatu: hactenus igitur non male Waſtelius. Sed unde probabit nobis, quod ſeculo* 13, *rerum hiſtoricarum tam imperito, Hieroſolymis habebatur Patriarcharum ſeries, adeo exacte comparata cum numero annorum Chriſtianæ æræ, ut eum hoc loco definire promptum adeo fuerit? Quo etiam jure* C *mutat contextum minime dubium, cui ſi error ineſt, non poteſt alteri quam ipſimet auctori imputari, non* Joannem, *ſed* Albertum *nominanti, nec qui an.* 412 *ſederit, ſed* elapſis jam annis 412, *Regulam fecerit, illam utiq. quam (ut alterius Vitæ verbis utar)* annis ſupra quadringentos pluribus Prophetarum ſucceſſores in monte Carmelo ſervare ſuſceperunt: *per quæ præſumptum initium Regulæ ad annum fere* 800, *ſive ſeculi* 9 *initium referetur, non autem ad tempus prædicti* Joannis. *Vidit hoc Interpolator Siculus, &* Alberti *nomen prudenter expunxit, retento annorum numero, quo Regulam faceret antiquiorem videri, quod etiam alii plures præſtare ſunt conati, anticipando datam Regulæ magis minuſq; prout quiſq; ſolicitior erat, ut facerent ipſam multo antiquiorem videri Concilio Lateranenſi* 4, *quo cavebatur,* ne quis de cetero novam Religionem inveniret, ſed quicumque voluiſſet ad Religionem converti, jubebatur unam de approbatis ſumere; & ſimiliter, qui voluiſſet domum de novo fundare, Regulam & inſtitutionem accipere de approbatis. *Non enim ipſis ſatis videbatur approbata, quam* Albertus, *licet Apoſtolici legati auctoritate munitus, ſcripſerat, ſi ea ſcripta ſolum erat ante pauciſſimos annos, quando eam necdum ullus Pontifex confirmarat.*

e *Capta civitate Latiniſq; omnibus inde ejectis, adeoq; &* *& Regulæ ab eo datæ per eam definita.*

Sanctimonialibus Benedictinis, quæ Abbatiam S. Annæ *tenebant, ut vidimus; potuerunt in harum locum Monachi Suriani ſucceſſiſſe: ſed an hos pro ſuis volent agnoſcere Carmelitæ? Et ſi velint, an etiam aliis credibile facient hujuſmodi monachos, utiq; ſchiſmaticos, pertinuiſſe ad obedientiam Prioris Latini, ad fontem Eliæ commorantis in Carmelo? Interim in kalendario codicis Ms. Carmeli Mechlinienſis (quod nobis conſtat manu non una ſucceſsive auctum fuiſſe, & abſque ullo ſcripturarum diſcrimine præponitur tomo* 2 *Speculi Carmelitani) inter Sanctos Ordinis ad* XIX *Iulii ponitur nomen* Hieronymi Confeſſoris, *cum addito* Ordinis noſtri; *& in alio præfati Codicis catalogo, ſic commemoratur,* S. Hieronymus, qui erat Prior Confeſſor, XIX die Julii: *in Acie vero bene Ordinata Philippi à Viſitatione, ad eumdem diem collocatur* Hieronymus Sapſaſus, *de eoq; dicitur in Mss. Notis ad dictam Aciem, quod* in Domo S. Annæ Prior, SS. Angeli & Joannis præceptor, mortuum quatriduanum reſuſcitavit, & in cœnobio E Sapſaſo obiit anno 1225. *Hieronymus Prior in monaſterio S. Annæ, an Sanctus?*

f *Ecce iterum inculcatum* Alberti *nomen, ne de alia quã* Albertina *Regula cogitaſſe auctorem, quiſquam dicat. Quod iterum confirmatur ex numero ſequenti, ubi dicuntur Angelus & Ioannes* majorem abſtinentiam ſervare voluiſſe quam Regula præciperet: *nã Regula Albertina artic.* 10 *&* 11 *certas abſtinentiæ leges præcipit, ſcilicet,* ſingulis diebus, exceptis Dominicis, à feſto exaltationis ſanctæ Crucis uſq; ad diem Dominicæ reſurrectionis *una cum perpetua* ab eſu carnium *abſtinentia. In libro autem de Inſtitutione monachorum ad Capraſium, quem* Joannis *eſſe volunt, & ante Alberti tempora pro Regula fuiſſe. nullum de jejunio verbum, quod quidem ab editoribus meruerit in Indice rerum adnotari ad vocem* Jejunium. *Reg. jejunii Carmelitis præſcripti.*

g *Et hic purus putus medii ævi Latiniſmus eſt, Græcorum inſtituto contrarius, quibus inter edicta Patriarchalia apud Iſaacium Habertum in Pontificali Eccleſiæ Græcæ ſeu Hieratico, edictum* 12 *ſic ſonat:* Debet reverentia tua conteſtari ad univerſos, qui ut ſacrorũ phrontiſteriorum curam habeant ordinati ſunt, ne monachos aut monaſtrias ante triennii tondeant explorationem, *& huic edicto conſonat Iuſtinianus ab eodem Haberto diſſert.* 7 *ſuper eadem edicta allegatus, ſic ſtatuens,* Sancimus ſacros Canones ſequendo, eos qui monaſticam converſa- F tionem profitentur, non prompte mox à reverendiſſimis Præſulibus venerabilium monaſteriorum habitum percipere monachalem; ſed per triennium totum tolerare, nondum monachicum habitum promerentes; ſed tonſura & veſte eorum qui laici vocantur uti, & manere divina addiſcentes eloquia. *Probatio monaſticæ triennalis.*

h* *In Ordine hoc ſemper in uſu fuit, ut Orationi & internæ cum Deo converſationi (quæ primaria pars ſeu finis inſtituti Carmelitici eſt) perpetua ſociaretur interna & externa ſenſuum mortificatio, ſicuti Vitas Sanctorum hujus Ordinis legenti pateſcet.*

i* *En antiquum & genuinum Ordinis habitum, videlicet* de lana: *unde in antiquis Ordinis Conſtitutionibus, editis à Ven. P. Ioanne Soreth, Priore Generali an.* 1466 *ſtatuitur:* Veſtimenta Fratrum lanea ſint. *Et infra.* Sint albę tunicę, (*ſcilicet de lana.*) *De tunica ſuperiori ibidem;* Habeant tunicas amplas, griſeas, ad nigredinem tendẽtes,

k *Gloſſarium Cangianum,* Frilum *&* friteum *interpretatur* Fimbriam, Laciniam, *Gallis* Frange, *Belgis* Frenie. *Sic Leoni Oſtienſi, in Chronico Caſſinenſi lib.* 3 *cap.* 13, *deſcribitur* Alba, à ſcapulis capite ac manibus friſo decentiſſime adornata, à pedibus vero friſeâ nihilominus liſtâ circumdata: *& in Chro-* *Friſeum affictum Pallio Carmelitico.*

nicis

A nico Trudonenſi Pallio cum friſo. *Quæ omnia ut liquet ſignificant* lineam *ſive* liſtam, *non à capite ad pedes perpendiculariter fluentem, ſed circum oras colli, manicarum &c. circulariter ductam. Interim minus plena hæc erat Pallii Carmelitici, veteris deſcriptio, quod non erat* friſatum cum una liſta nigra *ad infimam oram (ut phraſi Leonis Oſtienſis cap. 58 lib. 3 utar) ſed* Carpitum, *id eſt albis griſeiſque lineis diſtinctum totum, unde &* Carpita *vocabatur. Suppleturus igitur hunc defectum Interpolator ſiculus* Chlamydem albam *canuſinis* virgulis diſtinctam ſeu circulatam *deſcripſit. Ex qua deſcriptione duo ſequuntur pro mea de forma* Carpitæ *jam dictæ ſententia. Primo griſeum iſtud, quod albam Chlamydem diſtinguebat, vocari* virgulas; *ad denotandam exiguam griſearum partium latitudinem, quæ intercurrebant fundo ipſius panni albo: adeoque non ſubſiſtere quod in epiſtola, Cyrillo S. Angeli coævo attributa, dicitur veſtis iſta ex tribus ſolum griſeis quatuorque albis partibus perpendiculariter conſutis fuiſſe compoſitum. Quia hæ ſic ſumptæ non potuiſſent integrare pallium, niſi magnam haberent latitudinem ſingulæ unius circiter ulnæ, longitudinem autem vix duarum: quales partes abſurdiſime aliquis* virgulas *dixerit. Neque hoc potuit diſſimulare P. Daniel parte 2 Propugnaculi diſſert. 19 conatus ad epiſtolæ illius ſenſum formam Carmelitani Pallii exprimere, ſed non auſus definire latitudinem ſingularum partium; hæc enim cum proportione relata ad longitudinem, intentum ejus plane ſubvertiſſet. Secundo ſequitur quod ſaltem ex mente hujus auctoris, vox* Circulata, *qua utitur, accipienda ſit in propria ſua ſignificatione, ſicuti diceretur* Friſeata, *quodque huc non poſſit valere explicatio P. Danielis, loco citato num. 1895, ut dicatur* Circulata, quia confecta ex partibus diverſis circulariter habitum illum componentibus: *quod prius quam ſcriberet, requirendus ei erat auctor aliquis, qui ante ipſum in tali ſenſu aliquid dixerit* circulatum. *Interim pro ipſo conſului omnis antiquitatis ſcientiſſimum virum Dominum du Cange, interrogavique cur eam vocem non annotarit, quidque de ea ſentiret: hic vero reſpondit, in auctoribus quos legerat ipſam ſibi non occurriſſe; non videre tamen quomodo explicatio P. Danielis poſſit cum veritate ſubſiſtere:* Credo autem, *inquit,* quod qui Carmelitica pallia circulata fuiſſe dixerunt, expreſſa voluerint eo plane modo, quo exprimuntur circuli in Pallio Eliæ Salmanticenſis: adde quod ſeculo iſto nullius omnino moris eſſet veſtes ex panno virgulato faciendas ſic contexere, ut lineæ à collo ad

C pedes deſcenderent, ſed ut tranſverſæ formarent circulos. Miror bonos iſtos Patres adeo cervicoſe ſtare pro prætenſa Ordinis ſui origine, & tuendis auctoribus pure imaginariis atque ad beneplacitum fabricatis. *Ita ille. Ceterum non magnopere repugnabo ſi quis ſuſtinere velit ut probabile, quod primi ex Aſia in Europam tranſgreſſi Carmelitæ, difformiter uſi ſint panno illo unde Carpitas faciebant, ſic ut aliis quidem* virgulæ *ſuæ aut etiam* Virgæ (*nam & in latitudine diverſitas erat*) *à collo ad talos perpendiculariter penderent; aliis circulorum inſtar corpus ambirent; atque hinc confuſa utriuſq; formæ memoria factum, ut tam variæ utriuſque modi picturæ in locis variis inveniantur: omnes tamen tendant ad multitudinem* virgarum, barrarum *vel* circulorum, *uti ex iis patet, quas vel ego vel P. Daniel pro noſtra quique ſententia confirmanda adduximus.*

Nunc vero quid dicemus de auctore, qui in deſcribenda Carmelitana Carpita *ſic variavit phraſim? Numquid non poſſumus opinari, ſcripſiſſe eum, poſtquam non ſolum abolitus erat illius uſus, ſed ipſa pœne memoria formæ? Prioris autem textus errorem manifeſtum corrigens Interpolator Siculus, numquid antiquiori ſcriptore videtur uſus & tali, qualem præ oculis habuerunt Bergomenſis, Antoninus, Sabellicus, Heroldus,* Circulata pallia *proponentes? Idem ſuadet ipſa ſolicitudo & diligentia relucens in hoc loco, quæ non ſolet eſſe circa rem vulgo notiſſimã, qualis erat forma Carmelitani habitus eo tempore quo debuiſſet vixiſſe Enoch,* S. Angeli *coævus. Ridiculum ſane ſe faceret hodie, qui cappæ Carmelitanæ albæ, quam Ordo utitur à quatuor ſeculis, formam operoſe deſcribere vellet, quaſi aliquis eam ignorare nunc poſſit iis in locis, in quibus tam copioſa ſunt iſtius Ordinis monaſteria.* D

l *Sic infra initio capitis ſequ.* Fr. Hieremias Ordinis Prior *aut (ut Panormitanum)* Montis Carmeli Prior, miſit Angelum ad Ordines ſacros. *Quid ergo Brocardus?* Generalis, *inquiunt hic* Prior *erat; & hæc omnia* locali Priori *diſponenda relinquebat. Difficile creditu, tum quia neſcio utrum eo tempore monaſterium ullum habebant Carmelitæ ii, quibus ſcripta fuit ab Alberto Regula, extra Carmelum; tum quia in aliis Ordinibus video eumdem qui* Abbas *aut* Prior generalis *dicitur, etiam eſſe localem ipſius Archimonaſterii Superiorem; & licet* Vicarium *aut* Suppriorem *habeat ad quotidiana miniſteria, nihil tamen magnæ rei (qualis eſt promotio ad Ordines ſacros, dimiſſioque ad provincias exteras) fieri niſi ad ejus præſcriptum. Interim vero in tota hac Hiſtoria, ubi tam magnæ res offeruntur quam ſunt illæ quæ dicuntur S. Angelo commiſſæ à Chriſto, trans mare peragendæ; qui etiam ab Interpolatore Siculo inſtruitur auctoritate recipiendi novitios ad habitum Ordinis aliaque ſimilia faciendi; ne ſemel quidem nominatur* Brocardus. *Et hunc egò credam ſcriptoris Enochi Superiorem coævumque fuiſſe: qui merito dubito an vel nomen* Brocardi *aliquando audiverit?* E

Cur nulla mentio Brocardi Prioris in hac Vita?

m *De fontis illius ſitu nequaquam dubito, ſupereſt ille etiam hodie, &* R. P. *Antonius Gonzales Recollectus, qui Montem Carmelum anno 1668 menſe Martio luſtravit, in ſuo Hieroſolymitano itinere, Belgice ſcripto editoque Antverpiæ an. 1673 lib. 3 cap. 30, eum deſcribit his verbis:* Aſcendimus montem verſus Orientem, unde defluit fons Eliæ dictus, quia ſuis eum precibus excitavit Propheta. Hic eſt celebris ille fons, in Carmelitana Regula nominatus: ſcaturit autem ex ipſo monte per duos meatus, tam copioſe, ut brachii menſuram aquæ erumpentes æquent. Quantum vero ex canalium reliquiis intelligi poteſt, pluribus olim radiis erumpebat ex ſaxo: nunc duo illi qui ſuperſunt primum excipiuntur in piſcinam quadratam, ſive labrum amplum exciſum in rupe; atque hinc porro derivati latices irrigant ſubjectam monti planitiem, arboreſque eximie fructiferas reddunt. Non longius autem quam poteſt arcus ſagittam jacere, abſunt ruderà veteris conventus, in F quo habitabat Brocardus eum ſociis quando Regulam accepit ab Alberto. *Hactenus Gonſales, qui utinam etiam annotaſſet ipſius labri profunditatem! difficulter enim perſuadeor tantam eſſe, quanta hic præfertur. Deinde non video, quomodo cum tanta Fontis atque conventus inter ſe vicinia, conſiſtat lignatio deſcripta ab Auctore vitæ, & neceſſitæ miraculi petendi à Deo, vel ejus per viſum cæleſte oranti Hieremiæ revelandi. Poterat enim hic vel ex feneſtra videre quid ageretur ad fontem & in promptu erat baculum aliquem longiorem (ſi opus) ex conventu quærere, eoque ad labri oras minus profundas ferrum illapſum ſurſum attrahere; lignatio denique ſolet fieri in ſilva, qualem hic non debemus nobis fingere eo loco, ubi ſi virgulta quædam arbuſtave ſteterint, non erat opus ad ea demetenda ſecuri tam violenter adacta. Quanto veroſimilius lib. 4 Reg. 6, Filii Prophetarum narrantur cum Eliſæo lignatum egreſſi uſque ad Iordanem, in cujus aquam lapſum ferrum ſecuris, quà materiam ad ædificandum habitationis locum unus quiſpiam eorum incidere cœperat, certiori miraculo ſupernatavit.*

Fons Eliæ in Carmelo.

monaſterio proximus.

n* *Obitus iſtius* B. Ioannis *in Annalibus Carmelitanis refertur ad ann. 1222, ubi iſta inter cetera:* Inter Sanctos Religionis noſtræ prædictũ Joannẽ Patriarcham S. Angeli

undè dicitur Cappa Circulata.

Angeli Fratrem enumerant. *Plura de eo videantur ad diem 13 Iulii, ubi Vita ejus ex hac fratris Vita colligitur, & præmittitur auctoritas Codicis Mechlinienſis, in quo ad talem diem notatur memoria* Joannis Confeſſoris, Ordinis noſtri, Patriarchæ Hieroſolymitani, fratris S. Angeli.

CAPUT TERTIUM.

S. Angeli promotio ad Sacerdotium, miracula diviſi Iordanis & mortui ſuſcitati, anachoreſis quinquennalis,

Ex Gonono.

*S. Angelus ejuſq; frater ad ſacros Ordines promovendi, * infra* Honophrius.

20 NIcodemo vero Patriarcha ab hac vita migrante, & ad gloriam cæleſtem revertente, quidam Frater nomine* Stonobius, Ordinis S. Baſilii, vir magnæ ſanctitatis, fuit in Patriarcham electus & confirmatus. Et cum eſſent quatuor tempora *a* Nativitatis Domini, Fr. Hieremias dicti Ordinis Prior miſit Angelum & Joannem, Zebedæum
a
b *b* & Thadæum Hieroſolymam, cauſa ſe promovendi ad Ordines Sacerdotales. Præfati ergo Fratres cum omni humilitate & reverentia iter arripuerunt ad ſanctam civitatem Jeruſalem. Illis vero adjunctis verſus ripam
c fluminis Jordanis, ubi *c* S. Joannes Baptiſta
B Dominum baptizarat, repererunt flumen adeo exundatum propter nimiam aquarum copiam & pluviarum, quod navem demerſerat. Nullo eis licebat modo tranſire, adeo quod ibi erant fere ſeptuaginta homines, qui flumen tranſire quærebant, nec poterant. Eo viſo S. Angelus dixit circumſtantibus, Precor, Fratres cariſſimi, ut omnes oremus; quatenus omnipotens Deus nobis gratiam præbeat, ut flumen iſtud tranſire valeamus. Et eis orantibus una cum eo fere per mediam horam, S. Angelus ivit ad flumen & dixit: O ſanctum flumen, quod Dei mandato per ſiccum populum Iſraëliticum tranſire ſiviſti, & per obedientiam retro cucurriſti in meatus tuos, & Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, filium Dei in baptiſmo recepiſti, & per virtutem Dei, Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, & per merita ſanctorum Prophetarum Eliæ & Eliſæi, & per obedientiam nobis impoſitam, ſta & mane obediens & firmum, tuumque velociter curſum ceſſa, ut nos & iſti devotiſſimi Chriſtiani tranſire valeamus immunes. His vero dictis flumen ex parte inferiori ſuum velociſſimum curſum retroceſſit: ex parte vero ſuperiori, ſicut planities aquarum ad inſtar montis firmiſſimi ſtetit, quod quilibet ſicco pede tranſivit, per virtutem divinam & merita S. Angeli: quo viſo omnes maximam reverentiam erga S. Angelum habuerunt.

ſiccis pedibus Iordanem tranſeunt.

C 21 Quod miraculum divulgatum fuit per totam Jeruſalem & totam patriam. Et cum dictam civitatem applicuiſſent, S. Honofrius S. Angelum recepit maxima cum lætitia ac ejus ſocios; Ordines vere Sacerdotales eis contulit. Angelus vero & Joannes, cum Or-
d dines Sacerdotales receperunt, erant *d* viginti octo annorum. Et cives Hieroſolymitani, audientes tantam de S. Angelo ſanctitatem & miraculum quod fecerat, Priorem rogaverunt, ut per aliquot dies eum ibi ſtare permitteret. Qui eorum deſideriis & petitionibus conſenſit.

A matre pro mortuo filio rogatus Angelus,

22 Adveniente autem die Natalis Domini, S. Angelus, una cum fratre ſuo Joanne, ab Jeruſalem receſſit, & ſuos greſſus verſus Bethleem direxit devotionis gratia: & eorum

Ex Bellorosio.

20 *NIcodemo vita functo Honuphrius, ſocietatis Cœnobitarum S. Baſilii Profeſſor, vir ſanctitate eximia, in Patriarcham eligitur, & interim ſupervenientibus quæ celebria ſunt Nativitatis jejuniis, Hieremias montis Carmeli Prior Angelum, Ioannem, Zebedæum, & Thadæum, Cœnobitas egregii nominis & ſpectatæ ſanctitatis, ad ſuſcipiendos Ordines ſacros promovet, & propterea Hieroſolymam mittit. Quocirca Prioris benedictione humiliter accepta ſeſe alacres itineri accingunt. Vbi vero ad Iordanis ripam perveniunt, nimia defluentium aquarum excreſcentia flumen exundare conſpiciunt; adeo ut demerſa ſcapha, plurimi qui ad alteram fluvii ripam trajicere cupiebant, fruſtra ibi morari cogerentur. Quibus in unum coactis Angelus ſic ait: Viri fratres, vos præcipue qui regenerationis charactere ſignati eſtis, nunc precor, revocate animos, & Deum vera fide credentibus benignum, & exorabilem ſperate. Ipſe enim omnipotens,* E *nec abbreviata eſt manus ejus, ut mirabilia faciat. Orate igitur, Fratres, ut divino digni munere nunc effici mereamur, & flumen pertranſire valeamus. Quibus dictis, nuda terræ apponens genua, atque Orientem verſus faciem dirigens, junctis & extenſis utriſque manibus & oculis in cælum elevatis, tota ſimul cum multitudine, dimidiam horam vel circiter oravit. Poſtmodum ad flumen ſe conferens, dixit: O flumen vere ſanctum! quod Dei mandato meatus tuos retrorſum convertiſti, & populum electum ſiccis pedibus tranſire permiſiſti, ac D. N. Ieſum Chriſtum in baptiſmo recepiſti; per ſignum quod in te fecit S. Pater Elias, præſente Eliſæo ad Paradiſum per turbinem profecturus; & per virtutem Dei Patris, & Filii, & Spiritus ſancti; atque per merita ſanctorum Prophetarum, nec non per obedientiam nobis impoſitam; ſiſte, & comprime curſum tuum; ut omnes nos, ſpiritu & aqua regenerati, illæſi tranſire valeamus. His dictis flumen (mirabile dictu & longe mirabilius viſu) parte inferiori curſum velociſſimum retrofecit, ſuperiori vero, ceu aquarum planicies inſtar firmiſſimi montis ſtetit, atque ita omnes tuti illæſique pedibus ſiccis pertranſivere.*

21 *Hoc miraculum, tota regione vulgatum, multis tum improbis converſionis ad pœnitentiam, tum Agarenis Hebræiſque reductionis ad fidem cauſa fuit. Verum Angelus quanto magis Dei benignitatem erga ſe & gratiam cognoſcebat, tanto ſe humiliorem præſtabat, tantoque ardentius Chriſtianæ pietati &* F *orationibus exhibebat. Venit tandem cum ſociis Hieroſolymam, & à ſancto viro Honuphrio ſacros Ordines incredibili humilitate & devotione ſuſcepit. Erant autem Angelus & Ioannes, tunc Sacerdotii dignitatibus ſublimati, vigeſimum & octavum annum nati; cum, audita interim Angeli ſanctitate, Hieroſolymitani Cives Priorem conveniunt, ut diebus aliquot Angelum Hieroſolymis retineret, quem commode ſalutare, ejuſque orationibus ſe commendare cupiebant. Quod cum Prior ab Angelo requireret, honeſtis ille adductis rationibus, quo celerius inde diſcederet, ei perſuaſit. Hoc autem imprimis Angelo diſcedendi rationem ſuadebat, ut populares auras declinaret.*

22 *Tranſactis itaque Natalitiis feſtis, Angelus cum Ioanne Bethleem proficiſcitur: ubi, quæ loci devotio exquirebat, Religionis officia complere ſtudet. Cum interim mulier, Eliſabeth nomine, viri ſancti Dei nomen celebre & miracula audiens, devotione accenſa & ſpe erecta natum, biduo jam ante vita functum, ad Angelum afferri curat, eumque his compellat: Angele, ſerve Dei, Prophetarum imitator, credo firmiſſime, ſi filium hunc meum chlamyde quam geris tetigeris, revicturum. Cui Angelus: Mortuos ſuſcitare peccatori homini, qualem me eſſe profiteor, non eſt datum: munus hoc Dei ſolius, & vere ſervorum ejus. At illa, obortis perfuſa lacrymis, Numquam, inquit, abſcedam, donec chlamyde contexeris Ioſephum filium meum, & pro eo orationem*

A

Ex Bellorosio.

tionem feceris. His commotus lacrymis vir Dei ſanctus, puerum chlamyde cooperuit, & ad Orientem verſus in hæc orationis verba prorupit: Deus admirande in omnibus operibus tuis, qui per merita Patris Eliæ viduæ filium ſuſcitaſti, per virtutem ſanctiſſimæ Paſſionis Filii tui Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ſuſcitavit Lazarum quatriduanum à monumento jam fœtidum, quæ tua eſt infinita potentia, ſuſcitet & revocet ad vitam filium Eliſabeth ancillæ tuæ. Vix orationem complevit, & adoleſcens quaſi à ſomno excitatus, revixit: ubi, multorum cœtu adſtante; Vere, inquit, Dei cultor Angele, quem Deus exaudit, & mortuos revocat ad vitam, ora pro Ioſepho, qui per orationem tuam à corporali ſimul & ſpirituali morte ad vitam iterum revocatus ſum. Converſus poſtmodum ad aſtantes, dixit: Scitote me æternis damnatum tenebris, & ſempiternis pœnis deſtinatum, eo quod ſanctiſſimum Dei nomen blaſphemare ſum auſus; & ſancti hujus viri Angeli meritis & interceſſione ab utraque morte liberatus. Fuit autem miraculum hujuſmodi omnibus notiſſimum, non modo Bethleëmitis, ſed his qui ad feſtum convenerant, decem numero hominum millia excedentibus; aderant autem comprimis Ioannes Archiepiſcopus Nazareth, & Petrus Epiſcopus Bethleëm, cum aliis Græcorum Præſulibus.

23 *Nocte vero ſequenti, longa & ferventiſſima oratione peracta, jam ſpectatæ ſanctitatis & gratiæ æſtimationem de ſe concitatam, & honoris reverentiam omnium conſenſu paſſim exhibitam, fugere ſtatuit, & humilitati ac contemplationi in ſolitudine vacare decrevit;* B *ob idque locum pœnitentiæ idoneum mente volutans, tandem viſione manifeſta apud ſe Angelum vidit, qui ejus propoſitum confirmavit, locum docuit, & ſeſe ducem exhibuit. Surgens itaque Angelus, Angelo Dei dumtaxat comitatus, in deſertum abiit, ubi Chriſtus quadraginta diebus & noctibus pro humano genere cum jejunio pœnitentiam continuavit. Et quamquam loci facies undecumque ſqualida, ſitu nihil non aſperum præferens, horrida ſolitudo obvia, pericula omnia intentabant; ipſe tamen, veluti ad deliciarum omnium locum amœniſſimum, perveniſſe judicat: ibique firmato permanendi conſilio, quoſcumque humanarum virium conatus, pœnitentia & devotione, ac continua cæleſtiū meditatione, aſſiduus experitur. Quotidie Chriſti jejunium ad memoriam revocatur, quotidie locus Chriſti contactu venerabilis cor ejus inflammat, quotidie demum Chriſti Paſſio ſolvit ad lacrymas & provocat in ſingultus. Atque his ſtudiis eo in loco quinquennium complet. Quo tempore ubi Angelus eſſet, ad nullius quidem notitiam pervenit; tametſi per nemora & montes, & univerſam Regionum Provinciam diu quidem quæſitus foret.*

24 *Interea vero chlamys ipſius, quæ penes ſocios relicta erat,* C *apud Bethleem ingenti & incredibili devotione quæſita, ejus apud Deum meritâ & gratiam multipliciter patefecit. Hoc autem relatione & ſtupore dignum videri poterit, quod cum plurimi variis vexati languoribus, & (quod humani ingenii vires excedit) nonnulli vita functi devotione inenarrabili eadem chlamyde contecti, certiſſimo fidei argumento referantur; non tamen omnes ejuſce chlamydis contactu ſanitatis & vitæ beneficium accepiſſe dicuntur. Ex his autem, qui, non ſine Deigloria, revixerunt, Andreas Ioannis filius Hieroſolymitanus, Blaſius Antonii ex Bethania, Thadæa Pauli Samaritana, Stephanus piæ memoriæ Philippi Hieroſolymitanus, Lazarus bonæ recordationis Blaſii ex Iericho, Matthæa recolendæ memoriæ Ioſephi Nazareni, fideli multorum teſtimonio memorantur. Ex his vero qui fuerunt ad vitam revocati viri, Cœnobitarum; mulieres autem, Sanctimonialium in Monte Sion Monaſteria ingreſſæ ſunt, Deoque & magnæ ejus Genitrici ſemper Virgini, vitæ auſteritate & pœnitentia incomparabili, ſervierunt, & miris modis alios ad Dei obſequium induxerunt. Hæc autem omnia & ſingula palam proferri per totam Orientalem Eccleſiam omnibus ſatis conſtat. Imprimis autem in ipſa Hieroſolymitana Eccleſia ab Honuphrio Patriarcha, viro certiſſimæ fidei, ea omnia publicari audivimus; præſentibus ſex & triginta Epiſcopis ſuperius expreſſis, in Synodali Concilio ejuſdem Honuphrii Patriarchæ prope Hieroſolymas ſolemniter congregatis. Eorum unanimi aſſenſu ipſe divus Angelus, in Divorum numerum relatus, debita Martyribus veneratione excolitur. Sed quod reliquum eſt vitæ & geſtorū ejus memorabiliū narrare procedamus.*

Ex Gonono.

D

devotione peracta uſque ad veſperas, montem aſcendit. Et cum ubique jam ejus fama fuiſſet divulgata: quædam mulier de civitate Bethleem, nomine Eliſabeth, ad S. Angelum acceſſit, filium ſuum in brachiis geſtans; magniſque fletibus abundans, ſeſe ad pedes S. Angeli projecit, atque dixit ei: O dulcis Pater, ô dulcis amice Dei & ſerve Jeſu Chriſti, ego profecto credo & firmiter exiſtimo, quod ſi chlamydem tuam projicias ſuper puerum meum, qui jam ſuos dies expiravit, à morte reſuſcitabitur ad vitam. Sanctus vero Angelus ſic ei reſpondit: O ſoror, ſuſcitare mortuos non eſt conceſſum peccatoribus qualis ego ſum, ſed ſolum ſanctis Prophetis & amicis Dei ſpiritualibus. At illa: Numquam hinc recedam, donec projeceris mantellum tuum ſuper filium meum, & facias orationem pro eo. Audiens talia verba vir ſanctus, cooperuit filium ſuum cum chlamyde & ſic oravit: O Deus omnipotens atque mirabilis in omnibus operibus tuis, qui reſuſcitaſti filium viduæ & Lazarum quatriduanum jam fœtidum à monumento, reſuſcita iſtius mulieris filium. Hac oratione peracta ſtatim revixit qui erat mortuus. Juvenis vero prædicabat ſic: Hic Fr. Angelus verus amicus eſt & magnus cultor Dei, qui mortuos reſurgere facit non ſolum à morte corporali, verum etiam à ſpirituali: quoniam ego damnatus eram propter peccatum e* blaſphemiæ, ſed per ejus orationem liberatus ſum ab utraq; morte. Et hoc miraculum divulgatum fuit omnibus gentibus Bethleem, & omnibus qui ad feſtum venerant, qui numero erant fere decem millia, præſentibns Honophrio Patriarcha Hieroſolymitano, & Joanne Archiepiſcopo Nazareth, & Petro Epiſcopo Bethleem, & aliis Prælatis Græcis & f Armenis.

cum invocato S. V. Elia ad vitam revocat.

e*

f

23 Nocte vero ſequenti S. Angelus receſſit ſolus, Angelo Dei dumtaxat ſociatus: & abiit in deſertum, & ibi per quinquennium ſtetit; nec unquam quiſquam hominum g tempore illo ſcivit quid de eo factum eſſet, quamquam per valles & montes undique quæſitus fuiſſet.

Auram popularem declinaturus adit deſertū;

g

F

24 Vobis autem notum ſit & manifeſtum, quod ejus *h* mantellus impoſitus fuit ſuper aliquos mortuos, nec quilibet nec omnes reſurgebant præter ſeptem, videlicet Andreas filius Joannis de Jeruſalem, *i* Blaſius filius Antonii de villa Bethaniæ, Thadæa *k* filia Pauli de civitate Samariæ, Stephanus filius Philippi civitatis Jeruſalem, Lazarus *l* filius Blaſii de Jericho, Matthia filia quondam Joſeph de Nazareth; qui longo tempore ſupervixerunt in Religione ſancta Carmelitana, & mulieres intraverunt monaſterium quarumdam monialium in monte Sion. Et ex *i* illo ſanati fuerunt quatuor leproſi. Et hæc miracula manifeſte & publice vidimus publicari per totam Eccleſiam Hieroſolymitanam ab Honophrio *m*, ejuſdem Eccleſiæ Patriarcha, præſentibus triginta ſex Epiſcopis, in Concilio Synodali dicti Patriarchæ Hieroſolymitani congregatis.

h

interim chlamys ejus infirmis ſanitatem & 7 mortuis vitam reddit.

i k l

m

25 His vero diebus Honophrius Patriarcha ſuos dies clauſit: loco cujus fuit ſubrogatus Fr. Joannes, dicti S. Angeli frater: & unanimiter fuit gratia Spiritus ſancti invocata.

Ioannes, mortuo Onuphrio, fit Patriarcha.

A

EX GONONO.

Electus in Patriarcham, qui poſt ſuam conſecrationem Sedem adſcendit Patriarchalem: & nuper ſcitum eſt, quod ſcilicet S. Angelus in eo deſerto morabatur ubi Chriſtus *n* jejunavit, & illic quinque annis ſemper nutritus fuit pane Angelico, & quotidie à ſanctis Angelis viſitatus.

n

D

EX BELLOROSIO.

25 *His vero diebus Patriarcha vita diem clauſit; cujus loco Ioannes, Angeli frater, ſubrogatus, & unanimi totius Civitatis aſſenſu, Spiritus ſancti gratia diſponente, in Patriarcham electus, oves contagiis purgare, & ad paſcua ſalutis reducere ſatagebat. Et non multo poſt conſtans fama per ora omnium volare, & ubique increbreſcre cœpit, Angelum in deſerto, ubi Chriſtus jejunavit, quinquennio perſtitiſſe; ibique ſpiritali alimonia & pane Angelico nutritum, ac Beatorum alloquio roboratum, ab officiis corporeis quaſi alienum, ſoli ſpiritui & divinorum contemplationi vacare; & ipſa Chriſti ſolitudine, toto ſpiritu & affectu Chriſtum imitari, Chriſto adhærere, Chriſtum denique toto mentis ardore momentis omnibus reſonare. Hujus vero rei conſtantiſſima fama certiſſimi fuere auctores, & plurimi haud dubia ſanctitate homines, quibus idipſum antelucana & certa viſione, & oraculo non obſcuro renuntiatum fuerat.*

ANNOTATA.


a *Quæ ſunt hæc* Quatuor-tempora Nativitatis Domini, *ſive (ut loquitur alius textus)* ſolennia Nativitatis jejunia? *An putavit Auctor, ritum ſervandi* Quatuor-tempora *jejunii annui, etiam ad Græcos pertinere, & Apoſtolicum ea eſſe inſtitutum, Eccleſiis omnibus etiam Orientalibus commune? Nos quidem in Pontificum Catalogis apud Anaſtaſium Bibliothecarium, identidem legimus*, Fecit Ordinationes per menſem Decembrem: *item in Ordinario Romano*, Quartum Tempo-

B

rum jejunium (*Tempora autem iſta erant uſque ad an.* 1022, *quando eorum duo Gregorius Papa* VII *mutavit*, Menſis primi *ſcilicet Martii*, Quarti *Iunii*, Septimi *Septembris*, Decimi, *Decembris*) Quartum, *inquam*, jejunium *lego quod* quarta hebdomada in iiſdem feriis conſummatur, & tunc ſacri Ordines in Eccleſia Romana de iis qui dicuntur Cardinales, tradi conſueverunt. *Sed apud Græcos nihil tale invenies.*

b *Referuntur hi duo cum titulo* Sanctorum Confeſſorum *in Acie bene ordinata ad* 13 *Maji & 27 Novembris, in Notis autem MSS. ad primum diem ſic monet Auctor*: SS. Zebedæus & Thadæus, ab adoleſcentia & in Carmelo ipſo & alibi, S. Angeli Martyris collegæ & commilitones, cum quo aquas Jordanis ſiccis pedibus calcarunt, & tandem vitam totam ſanctiſſime exegerunt, miraculis illuſtres; ideo in kalendariis noſtris merito celebrantur. *Ad alterum diem in iiſdem Notis dicuntur* claruiſſe ad annum 1228. *Quanam ſint iſta kalendaria neſcio; quæcumque alicujus momenti eſſe credidit P. Daniel initio tomi ſui ſecundi curavit imprimenda: ſed nuſquam nomina iſtac invenies. Cetera quo fundamento dicantur, viderit auctor.*

E



c *Obſecro hic ego te quiſquis oculos habes ut legere hæc poſſis, & ſimul conſiderare ſitum locorum, accuratiſſime expreſſum ex tabula præfixa Commentariis noſtri Iacobi Tirini: obſecro, inquam, ut vel ex hoc ſolo æſtimes quam bene cognitam regionem, de qua loquitur, habuerit hic Scriptor, toto non cælo, ſed ſolo aberrans, qui tamen credi vult fuiſſe Patriarcha Hieroſolymitanus. Poteratne talis ignorare, quod Hieruſalem ex Carmelo petenti vicinus dumtaxat rivulus ponte tranſeundus ſit, quod Iordanis decurrat procul à via atque à Ieruſalem, eo ubi Chriſtus baptizatus eſt loco in mare mortuum influens, ſolumque tranſmeandus, quando ire in Moabitidem quis vellet ex Paleſtina, in qua eſt Ieruſalem, integri diei itinere vicinior Carmelo, quam locus in quo baptizatus fuit Chriſtus? Eumne tu judicares Brabantum eſſe aut aliquam Brabanticarum urbium habere notitiam, qui petenti quomodo Bruxellis Liram poſſis pervenire, nulla facta mentione Mechliniæ, te mitteret Antverpiam, longius quam ipſa ſit Lira Bruxellis remotam, ut ibi Scaldim tranſeas, & Brabantia egreſſus eas in Flandriam, numquam ſic venturus Liram, quam à tergo reliqueris, ſed ſemper longius abiturus?*

d *Annus* 18 *S. Angeli, juxta calculum* P. Danielis, *incidit in annum Chriſti* 1213, *quando adhuc vivebat* Albertus, *quem ſolum ſine ſcrupulo poterant veri Carmelitæ pro ſuo Superiore agnoſcere; & vero etiam debebant, propter notam Syro-Græcorum in ſuo Schiſmate pervicaciam. Hic vero in proximo morabatur, ſcilicet Accone, ubi non poterat deeſſe aliquis Epiſcopus Græcus pro Græcorum commodo toleratus, à quo Latinorum ſubditi Syriani conſecrationem peterent, abſque periculo ordinationis ſchiſmaticæ. Poſito autem quod Ritu Græco ordinandus eſſet Angelus, quomodo in eo obſervatus non fuit* Canon Ordinationum XXX, *apud Habertum in Pontificali Eccleſiæ Græcæ*

An veroſimile Sanctum à Schiſmatico

& ante ætatem legitimam eſſe ordinatum?

A *Græcæ pag.* 550? Presbyter ante triginta annos non ordinetur, etiamsi fuerit homo valde dignus: Dominus enim Jesus Christus in trigesimo anno baptizatus est & cœpit docere. *Erat autem hic Canon, ipso de quo agimus tempore, adhuc in vigenti usu: siquidem Symeon Archiepiscopus Thessalonicensis, qui seculo* XIII *florebat, libro de sacris Ordinationibus cap.* 5 *apud Morinū*; Presbyter, *inquit*, ordinandus triginta annorum esse debet, ideo Presbyter, id est senior nominatur, veluti juvenilem ætatem supergressus & Christum ætate exprimens. Ipse enim docere cœpit post acceptum baptismum, redditumque de ipso in spiritu testimonium, qui velut ordinationis à Patre vicem gerebat. Scribit enim Lucas, Et ipse Jesus erat incipiens quasi annorum triginta. Ille igitur ætate perfectus esse debet, quoniam Christi constituitur Sacerdos, rerum divinarum doctor & mystagogus. *Scio in Vita S. Theodori Siceotæ legi 22 Aprilis num.* 21, *quod Theodosius Anastasiopolitanus Episcopus, eum qui solum* duodeviginti annos impleverat, *divinitus sibi manifestatum, subito Lectorem ordinavit totonditque*, postridie *vero* Subdiaconum, Diaconum & Presbyterum instituit: *sed hoc etiam scio, quod* multi Episcopum accusabant, quia eum ante legitimam ætatem ad Presbyteri dignitatem provexisset; *Episcopum autem respondisse*, se non ignorare, Canones non permittere, ut quisquam ante legitimum ætatis tempus & sine testimonio Presbyter instituatur: sed quemadmodum ipse Paulus Timotheum ætate juvenem Episcopum constituit; sic & ego, *inquiebat*, in nomine Domini, propter ejus probitatem hunc Presbyterum constitui; significavit enim mihi Deus eum esse dignum hoc munere. *Revelatio ergo specialis, non aliqua dispensandi facultas, Episcopis Græcis nusquam à Canonibus indulta, immaturam istam ordinationem excusavit. Revelationem autem ejusmodi extraordinariam pro S. Angelo, non persuadet miraculum divisi Iordanis, tam parum congrue ad veritatem & naturalem situm locorum descriptum.*

Damnandi aliqui suc sitati ad pœnitentiam,

e* *Octavius Cajetanus in Animadversionibus ad vitam S. Angeli circa hoc, ista notat*: [Memorat *Basilius, Seleuciæ in Isauria Episcopus, Falconillam Tryphenæ filiam, absque baptismate & fide mortuam, D. Theclæ precibus servatam. Idemque tradit S. Ioannes Damascenus, & Simeon Metaphrastes. Mirum igitur non est, adolescentem hunc Iosephum, æternis suppliciis addictum, precibus D. Angeli à morte corporis & animæ liberatum. Sed enim effatum illud Ecclesiastæ: Si ceciderit lignum ad*

C *Austrum, aut ad Aquilonem, in quocumque loco ceciderit, ibi erit; de ordinario divinæ justitiæ modo intelligitur, non autem de eo, qui extra ordinem, in libera Dei misericordia positus est. Deus enim, supremus omnium Iudex, cujus immensæ potestati procreata res omnes subjectæ sunt; quique de illis, ut ejus Majestati placitum, suo jure discernit, cum prævideat fundendas à sanctis viris flagrantissimas preces pro alicujus animæ salute, seque illis misericorditer flectendum, particularis judicii sententiam differt, designato interim loco ubi adservetur, quousque illud tempus adveniat, ut docent D. Thomas, Richardus, Durandus, aliique Theologi, lib.* 4 *sentent. distinct.* 45 *q.* 2 *art.* 2.

sed an etiam triennis aut quinquennis puer capax dicendus mortalis blasphemiæ.

Totum hoc non difficulter intelligo: sed capere vix possum, quomodo mortalis blaphemiæ, incurrendæque per eam damnationis æternæ capax esse potuit hic puer, *adeo exiguæ adhuc ætatis, ut potuerit mater corpus defuncti brachiis suis ex urbe in montem ferre, nescio quam altum & quam procul dissitum: nec enim vacat quærere an & qualis circa Bethleem mons sit. Sanctus quidem Gregorius narrat lib.* 4 *Dial. cap.* 18, *ut rem tota urbe Romana notissimam, quomodo puer quinquennis, verbis blasphemis assuetus, de ipso patris nimium indulgentis sinu abripi se ab hominibus Mauris questus*, Majestatis nomen blasphemavit, & animam reddidit... quatenus reatum suū D pater agnosceret, qui parvuli filii animam negligens non parvulum peccatorem gehennæ ignibus nutrivisset. *Puto tamen hanc tam severam sancti Pontificis sententiam, non tam ad asserendam pueri tantilli æternam damnationem spectare, quam ad terrorem parentibus hac in parte negligentibus incutiendum; sicuti eodem spectat quod noster P. Philippus de Berlaymont refert in Paradiso puerorum part.* 1 *cap.* 17 §. 6 *de puero ad parentis imprecationem à dæmone sublato per biduumq; detento juxta Mariæ montē in Belgio. Memini certe ex Actis Sanctorum Perpetuæ & Felicitatis, ab ipsamet Perpetua indubitabili fide scriptis, & ad* 7 *Martii illustratis, Dinocratem ejus fratrem, qui teste Augustino lib.* 3 *de anima cap.* 9 septennis *adhuc* puer, fuerat ab impio patre ad gentilium sacrilegia revocatus, ob hoc fuisse in pœnis, *sed purgatoriis dumtaxat, utpote* de quibus sorore orante liberatus est. *Et tamen in ordine ad usum rationis, citra quem pueri non incipiunt esse peccati, nequidem levioris capaces, ingens cognoscitur esse discrimen inter quinquennium atque septennium; rursum vero inter quinquennem & eum qui potest adhuc per notabile spatium gestari maternis in brachiis. Vidit hoc Interpolator Siculus, nec ausus primigenia phrasi* puerum *scribere, solum dixit quod defunctum* ad Angelum deferri *curavit mater, acsi de juvene annorum viginti loqueretur: eamdemque majorem ejus ætatem supponunt Scriptores Carmelitici, qui dicunt quod mox in Ordinem receptus, post quinquennium una cum S. Angelo iverit in Siciliam, prout infra ad num.* 33 *notabimus.*

f *Erat Armenia tota hoc tempore cum suo Patriarcha, quem* Catholicum *nominant, Romanæ Ecclesiæ unione devincta, summique Pontificis obedientiam professa, satis integra in fide: neque ejus gentis homines, suis adhuc juribus legibusque viventes, sic erant dispersi per varias regiones, etiam per Palæstinam, uti sunt hodie, postquam toti in Saracenorum venerunt potestatem: proinde nec suos hic habere debebant Episcopos. Scribit autem Iacobus de Vitriaco cap.* 78 *quod* inter Atmenos & Græcos inexorabiles sunt discordiæ & dissensiones implacabiles, & invicem alii aliorum ritus & instituta detestantur, *Armeni à Græcis alienissimi.*

g *Quid ergo? an absque Superioris sui licentia, distulit redire in Carmelum, ad hoc Sacerdos ordinatus, ut Fratribus, majori verosimiliter parte laicis, sacra ministraret?*

h *Belloroſius in titulo cap.* 10 Cappam albam *nominat, oblitus* Circulati, *quod antea num.* 16 *descripserat*, pallii.

i *In præcitata Acie referuntur hi ambo ad* XXI *Iunii ut* Beati, *allegantur*q; *Kalendaria Ordinis, & dicuntur obiisse ad annum* 1227. *Absunt à Kalendariis nunc excusis, alia hactenus ignota cujus fidei sint non definio.* F

k *Similiter etiam hæc* Thadæa *& quæ sequitur* Matthæa, *ut* Beatæ *referuntur* 3 *Octobris, & circa annum* 1222 *dicuntur sanctissime obiisse in Notis, nec allegato quidem Kalendario ullo aliove auctore, præter hanc S. Angeli vitam, in qua de morte earum nec verbum quidem.*

l *Præterito* Stephano, *solus* Lazarus *locum habet in Acie, allegatis* Kalendariis Ordinis, *necdum productis, ad* 28 *Septembris, dicitur*que *obiisse circa an.* 1225.

m *Non mirarer ego, si tam parum solicitus Auctor ut saltem verosimilia fingeret, eosdem omnes* 36 *quos post obitum Angeli dicit convenisse Episcopos, non alio Præside nominato quam* Athanasio Patriarcha Alexandrino; *credi voluit convenisse sæpius, & hac vice cognovisse de miraculis adhuc viventis Angeli; omnes, inquam, eosdem si non nominibus, saltem titulis Sedium prænominatarum. Lezana, quem sequuntur alii, maluit duos* Onuphrios *facere, inter quos medius sederit* Joannes *frater* S. Angeli. *Sed qui hoc dicunt, non facile dabunt rationem, cur in posteriori Synodo, non solum non præsederit, sed nec nominetur quidem* Onuphrius. *Si autem dixerimus Auctorem* *Vnamne an plures* 36 *Episcoporum Synodos hac Vita suppo nat?*

A *rem hujus vitæ unicum ſolum* Onuphrium *nobis ſignificatum voluiſſe, qui primæ Synodo præſederit; & quod hujus ſucceſſore Ioanne vita functo, convenerint ad novi Patriarchæ electionem Epiſcopi ſub Athanaſio Alexandrino, eaque occaſione actum ſit de Canonizatione* S. Angeli; *minus inconcinna fuerit fictio, & conſtabit ſibi numerus Epiſcoporum 36 tam expreſſe bis poſitus, & ex ipſa ſingulorum nomenclatura notus, alias uno addito augendus. Redibit tamen, uno inconvenienti ſublato, inconveniens alterum; videlicet, quod dicendum erit in Synodo 2 prius de Canonizatione quam de Electione actum fuiſſe; alioqui enim præſidere debuiſſet Electus, qui tali caſu fuiſſet ipſe* Enoch *Vitæ auctor, cum titulo* Sancti *in Kalendario Mechlinienſi, ex eoque in Acie bene ordinata, ſcriptus ad diem 12 Auguſti.* D

n Deſertum Quarantanæ *hodie dicitur, inter Ieruſalem & Iericho, inter quam & Torrentem Carith, circa fontem Elizæi,* Mons oſtenditur Quarantanæ: *& hinc aſcendentibus in Hieruſalem occurrit* Mons *alius,* Diaboli *nuncupatus, quod in hunc Chriſtum credatur ſuſtuliſſe Sathan, quando ei oſtendit omnia regna mundi.*

CAPUT QUARTUM.

Viſiones & revelationes S. Angelo in deſerto oblatæ.

Ex Gonono.

a *Chriſtus S. Angelo apparens* 26 IN fine vero quinque annorum *a* apparuit ei Jeſus Chriſtus, cum magna Sanctorum multitudine & Angelorum, qui dixit ei: Angele, non eſt tempus hic amplius morandi, ſed volo quod tu ad gloriam Patris mei venias cum Angelis & Sanctis: nec illam mereri vales, niſi mediante martyrii corona: quia uſque ad mortem mei amore te oportet pati in inſula Siciliæ, in quadam terra quæ B *mittit eum ad prædicandum,* Licatta dicitur, Agrigentinenſis diœceſis, Ad quam inſulam ibis cum Reliquiis Præcurſoris mei Joannis Baptiſtæ; videlicet cum Tibia & b c *b* Brachio ſuo, nec non Capite *c* Hieremiæ d Prophetæ, & Brachio *d* S. Catharinæ, & Tibia e *e* S. Georgii, & imagine Matris meæ, quam f depinxit S. Lucas *f* ad petitionem S. Theclæ, Apoſtoli Pauli diſcipulæ: quam ſervus meus g *g* Athanaſius, Patriarcha Alexandrinus, tibi dabit.

Reliquias transferre mandat, 27 Cum vero fueris ibi, videlicet in dicta terra nomine Licatta, prædicabis abominationes illas, quas committit Berengarius cum ſua ſorore carnali jam duodecim annis elapſis: cum qua genuit filios tres; & eos moneas ſecrete ſepties & clam: & ſi ſeipſos noluerint emendare, palam & manifeſte eorum peccata redargue. Quamobrem certus exiſtas, quod illius redargutionis indignabitur, & cum ira magna & ſuperbia te interficiet, & ſolum ſoror ejus cum qua peccavit, peccatorum pœ- C nitens, ad gloriam convertetur. Et in hac forma prædicando & reprehendendo mala acta & inceſtum ſceleratiſſimum, more Joannis *martyrium prædicii,* Baptiſtæ mortem recipies & patibulum martyrii, & ad vitam cæleſtem adſcendes tribus h coronis *h* coronatus, ſcilicet corona virginitatis, ſecunda obedientiæ & humilitatis, tertia martyrii propter veritatis aſſertionem & pravitatis redargutionem.

& oranti pro Ieruſalem 28 Sanctus vero Angelus, Chriſtum viſibiliter videns, in terra proſtratus, eum adoravit qua potuit mente puriſſima, dicens, ſe totis viribus velle obſervare ejus mandata, & mortem pro ipſo ſubire. Deinde ipſum ſic rogavit: Te deprecor, Domine Jeſu Chriſte, ut hanc tuam civitatem Jeruſalem, tibi placeat habere recommiſſam, in qua ſacratiſſimum tuum ſanguinem fudiſti, pro redemptione & ſalute humani generis.

29 Cui Chriſtus reſpondit: Angele mi, certus exiſtas quod civitas Jeruſalem & tota Judæa & Samaria & Galilæa & tota Terra promiſſionis & Armenia & Ægyptus & Cappadocia tota & Phrygia, hinc ad *i* modicum i tempus dabitur in manibus Iſmaelitarum ſeu

Ex Bellorosio.

26 *INterea vero quinquennio tranſacto, Chriſtus ſole ſplendidior, magno Angelorum & Sanctorum multitudine comitatus, Angelo apparuit, dicens: Satis hic tibi, Angele, jam ſatis hic immoratum eſt; ſatis privato profectui & contemplationi datum. Ea te nunc celerius præſtare oportet, per quæ à Patre æterno ad gloriam prædeſtinatus non dubia adoptione vocaris. Martyrio igitur in inſula Siciliæ & oppido Agrigentinæ diœceſis, quod Licata dicitur, Dei amore ſuſcipiendo, & plurimis pro revelanda Dei voluntate, & veritate tuenda laboribus perferendis te accingas. Verumtamen primum Hieroſolymam & ad Eccleſias β Orientis te transferas; & fideles confirmes in his omnibus, quæ ſunt ſecundum voluntatem Patris mei. Poſtea cum tempus fuerit, Alexandrinus Patriarcha Athanaſius juſſu meo credet tibi reliquias Ioannis Baptiſtæ, Hieremiæ, Georgii, & Catharinæ, cum imagine Matris meæ, quam, Thecla Virgine Pauli diſcipula inſtante, miro devotionis affectu Lucas depinxit. Ea enim, ubi ſacrilega barbarorum impietas omnia contaminare, & furens in ſacra δ dehoneſtare contendit, ſervari non decet. Quæ Romano Pontifici Honorio Tertio, & Frederico de Claramonte reſignabis in Italia apud Vrbem veterem.* E β δ

27 *Quibus peractis Siciliam verſus iter facies; ibi enim euangelizare opus eſt; ibi pugnare oportet; nefanda ibi Chriſtianorum ſcelera, impia ſacrilegia, crudeles inceſtus, execranda cordis duritia, nulla Dei reverentia, nullus timor, infidelitas plurima, nulla legum obſervantia, & fere nulla fides. Ea nullo cenſore committuntur & creſcunt, quibus offenditur Pater meus cæleſtis. Quas ob res evangelizabis legem meam, increpabis, argues & clamabis, in abominationem & deteſtationem impiorum: & niſi converſi fuerint, pronuntiabis evaginatum gladium, & manum ejus percutientem, & ita hæc ultio veniet ſuper eos. Cum vero in oppido Licatæ fueris, ſcito ibi hominem ſceleſtiſſimum qui propriam ſororem, elapſis jam annis duodecim, cognovit carnaliter, & tres ex ea filios habuit, quamquam illa maritum habet (quod nefandiſſimum ſcelus inquinat Siciliam totam, & cedit in ſcandalum populorum & fidei) ibi labores tibi, ibi ſudores plurimi ſuperſunt. Sed Margarita, tuis tandem prædicationibus ad pœnitentiam adducta, crimen, quod jam manifeſtum eſt, palam pronuntiabit, & culpam fatebitur, tres filios in medium producens, & ſupplex ac humilis veniam petens: Berengarius vero, hujus facti cauſa, ira replebitur & inſoleſcet, ac primum coacta ſceleratorum & conſciorum manu, te innocentem gladio perimet: ſororem poſtmodum, quia pœnitens illa crimen proprio ore detexerit, amens & furiis agitatus, petet, quam tu ſervari præcipies. Hoc prædicationis labore, in abominationem execrabilium ſcelerum & impietatum ac nefandi inceſtus, hoc martyrii medio, more Ioannis Baptiſtæ, ad cæleſtem patriam aſcendes; ad quam mors pro veritate accepta, ſpontaneo martyrii patibulo, viam aperiet; ubi tribus laureis coronato paratum tibi regnum invenies ab initio ſeculi, & gaudebis cum ſanctis Angelis in æternum.* F

28 *Angelus ubi ſe Chriſtum clara viſione vidiſſe cognovit, reverenter proſtratus, qua potuit mente puriſſima, adoravit, atque poſt piam maximi & devotiſſimi affectus orationem, ſeſe obtulit pro ejus nomine & amore moriturum, & pro viribus ubique conniſurum, ut ejus voluntas omnibus innoteſceret. Tu, inquit, fili Dei vivi, vere Deus æterne, pro me hanc viliſſimam carnem induere; tot labores, tot dolores, tot ærumnas pati; mortem etiam ſubire dignatus es; & ego pro nomine ſancto tuo non moriar? Moriar certe latus*

& erit

Ex Bellorosio.

A *& erit dulce mihi tua pro veritate mori. Demum autem, unum, inquit, te oro ac precor, clementißime Ieſu, ut civitatem iſtam Ieruſalem immenſæ bonitatis tuæ oculo reſpicias, ubi manus ad Patrem tetendiſti in ſacrificium veſpertinum, ubi contumelias omnes & quæ hominis lingua éxprimi vix poſſunt ſponte paſſus, & tandem in cruce affixus, & ſpinea coronatus, ſacratißimum ſanguinem tuum pro inſtauratione & ſalute humani generis effundere voluiſti. Miſerere, miſerere, & propitius eſto propter nomen tuum; & libera eam, ne ſemper in ea glorientur inimici tui.*

29 *Tum Chriſtus; Scito, Angele, & hanc revelationem ubique prædicabis, quod civitas Ieruſalem diu erit ſub ditione Agarenorum, quæ & ab eis non multo poſt fere tota funditus deſtruetur: ipſa inſuper Iudæa, Samaria, Galilæa, & tota terra Promißionis, & Cappadocia, & Ægyptus, cum multis Regionibus & Provinciis Aſiæ & Africæ, paucis interjectis annis, omni ex parte cedent in poteſtatem Iſmaëlitarum; & quas nunc vides, ubi divinæ celebrantur laudes, ſacræ ædes, delubra, & eccleſiæ deſtruentur; & Chriſtiani ritus fere ubique ad nihilum reducentur. Nec multo poſt univerſa illa mundi pars, quæ minor Aſia dicitur, in ditionem Mahumetis, Othomano Duce, deveniet, cujus ſucceſſores Græciam invadentes, fere totam occupabunt. Indeque terra & mari indies magis potentia eorum augebitur, & terrebit fere omnes gentes, & perveniet uſque ad Regnum Epiri, Dalmatiæ, & Raßiæ. Succe-*

B *dente vero tempore civitatem etiam ipſam Hieroſolymam, cum univerſo Iſmaëlitarum dominio Othomani obtinebunt, & ipſa Chriſtianorum propugnacula expugnabunt, ipſam etiam Vngariam pluries invadent, & fere deſolabunt eam, & terrebitur & infeſtabitur Europa. Italia vero ipſa, ubi Sedes Petri eſt, diu & ſæpe vexabitur, & diuturna & pernicioſa reprehenſionis bella ſentiet, & videbit ignem & ſanguinem, & ruinam & quaſi deſolationem. Et erit afflictio, & ſæviet furor & ira ſuper filios ingratitudinis: & præcedent fames, peſtis & diviſio, & comitabuntur & non deficient. Venient autem hæc propter abominationes eorum qui conſtruunt Babylonem, diſſipant Sanctuarium, & ſuſtinent populum iniquitatis, & odii & rancoris, & convertunt eum ad impietatem & turpitudinem omnis immunditiæ & omnis peccati.*

30 *Tunc Angelus: Quando hæc futura prænuntiabo? Et Chriſtus: Quando Eccleſia, nitore deterſo, jacebit quaſi vidua: quando Romani Paſtoris ſolium & Regnum auctum plurimi affectabunt, & unus adverſabitur alteri; quando ſurgent hypocritæ, populos fraudantes prætextu ſanctitatis & religionis, & erit plena Eccleſia ſectarum, in quibus regnabunt ſuperbia, ambitio & luxuria, cum cohorte filiarum ejus: quando Principes diviſi diſceptabunt, & Rex Regi & Pontifex Pontifici adverſabitur, & quaſi tolletur pax de medio gentium & diſcordia fere pariet interitum. Quando hæreſes prævalebunt & erit fere extincta fides, & populi & qui dominantur eis ad vanitates & inſanias convertentur: tunc*

C *Pater meus æternus mittet furorem & iram, ac permittet ingratitudinis filios ubique torqueri ab hoſtibus & inimicis nominis mei.*

Ex Gonono.

D Agarenorum. Ab alia parte, quaſi tota Græcia uſque ad regnum Albaniæ & Sclavoniæ & *k* Ruſſiæ & Hungariæ erunt in manibus *l* Juxorum; & magnas guerras & reprehenſiones habebit tota Italia ab iis infidelibus propter magna crimina. *ejus & totius Terræ Sanctæ deſolationem.* k l

30 Iſtud erit quando Eccleſia erit ſæpiſſime diviſa & unuſquiſque alteri adverſabitur, & quando duo *m* vel tres ſummi Pontifices effici voluerint, & quando Eccleſia erit à multis tyrannis expoliata, & quando Eccleſia plena erit multarum Religionum hypocritarum, populos defraudantium ſub colore ſanctitatis: qui paucam caritatem erga proximum habebunt, & loco ejus ſuperbiam, avaritiam, invidiam, luxuriam & ſodomiam communiter habebunt. Et propter talia peccata permittam Italiam, & quaſi omnes Chriſtianos per manus inimicorum meorum caſtigari. Tu igitur prædica, & nuntia populo Chriſtiano quod venturum eſt propter eorum ſcelera. m *Propter ſchiſmata & peccata:*

31 Cui Angelus dixit: O Deus meus, quis ergo liberabit tuam ſanctam civitatem de manibus infidelium? Et Dominus reſpondit: Unus ſanctus & potens Rex *n* de domo Franciæ. & iſte amabitur ab omnibus Regibus Chriſtianorum, & ab omnibus fidei orthodoxæ profeſſis: & habebit Paſſagium cum meo Vicario & cum multis Chriſtianis, quorum multi meo amore mortem patientur, & gloriam æternam *o** ſibi vendicabunt. E n *ac tandem Regem venturum, qui Terram ſanctam recuperet.* o*

32 Illico S. Angelus cum magna conſolatione iter arripuit verſus Jeruſalem: & propter maximam pœnitentiam incognitus fuit: & cum Priorem ſuum vidit, ſe in terram projecit, *p** dicens culpam ſuam. Hoc audiens Fr. Joannes Patriarcha ejus frater, venit ad monaſterium S. Annæ, & eum viſitavit. Sanctus vero Angelus dixit Priori & omnibus Fratribus & Fr. Joanni Patriarchæ, ſicut Jeſus Chriſtus ei apparuerat: eique narravit omnia viſa & audita. Fecit ergo fieri edictum *q* populo Hieroſolymitano, quod prædicare volebat. Propter quod fuit totus populus congregatus; & B. Angelus prædicavit die Dominica proxima *r* ſeptuageſimæ, qua excellentior nec prius nec poſtea audita fuit prædicatio: propter quod octoginta *s* Judæi baptiſmum ſuſceperunt, & veri Chriſtiani effecti ſunt. *Reverſus ab eremo ſanctus* o* p* *prædicat Hieroſolymis.* q r F s

Hæc omnia conſtanter & intrepide prædicabis, & annuntiabis populo Chriſtiano, quæ ventura ſunt propter ſcelera ejus.

31 *Et Angelus: Miſerere, inquit, Eccleſiæ tuæ, & averte iram tuam à populo tuo, qui clementer paſſus es pro eo, & liberentur dilecti tui, quos effuſi ſanguinis pretio redemiſti; & da tandem qui liberet civitatem ſanctam tuam, & eripiat eam à captivitate & manu hoſtium. Cui Chriſtus: Cum contritus fuerit populus meus & cognoſcet vias meas, ſuſcipiet juſtitiam & cuſtodiet eam; veniet tandem qui liberabit & ponet pacem in gentibus, & erit conſolatio juſtorum. Quis, inquit Angelus, iſte erit, qui liberabit civitatem tuam? Et Chriſtus: Surget tandem Rex antiqua de gente & ſtirpe Francigena, inſigni in Deum pietate, & ſuſcipietur à Regibus Chriſtianis & fidei orthodoxæ profeſſis, & erit dilectus eis, & terra ac mari creſcet potentia ejus. Hic, rebus Eccleſiæ quaſi ad internecionem reductis, ſubveniet: & Pontifici Romano junctus, purgatis Chriſtianorum erroribus, & Eccleſia ad ſtatum bonis optatum reſtituta, copias tranſmittet; quas ſequetur multitudo ultro militantium; & magna eorum turma, qui pro meo nomine eo prælio cadent, effuſi cruoris præmia ſuſcipiet, & trophæis glorioſis cælum aſcendet. Ipſe vero inſtructa claſſe fretus tranſfretabit, & perditas reſtituet eccleſias, & liberabit Ieruſalem. Et his dictis ab oculis Angeli Chriſtus, candidiſſima nube circumfuſus, abiit.*

32 *Hac Chriſti viſione confirmatus Angelus, & conſolatione repletus, Ieruſalem verſus iter arripuit: ubi propter magnam diuturnæ inediæ abſtinentiam vix cognitus, Priorem petiit. Quem ubi vidit, religioſo more in terram provolutus, humiliter ſalutavit. Prior cognito Angelo, omni coacto Fratrum cœtu, geſtiens ingentes Deo gratias egit, ipſumque complexus ſuaviſſime recepit. Audiens Angeli adventum Ioannes Patriarcha ejus Frater, venit ad monaſterium S. Annæ, plurima lætitiæ ſigna oſtendens. Angelus vero Ioanni ipſi Patriarchæ fratri, & ſimul Priori ac Fratribus, eum ut Hieroſolymis remaneret orantibus, Chriſti juſſa expoſuit, ejuſque apparitionem & revelationem narravit. Deinde prædicare cœpit, & ſæpius univerſo totius civitatis populo congregato, ſexaginta fere millium hominum numerum excedenti, Chriſti revelationes tanto fervore tantoque ſpiritus ardore manifeſtavit; ut non modo Chriſtianorum plurimi, alii quidem abſterſis prioris vitæ maculis ad vitæ integri-*

A *tatem ſeſe contulerint, alii vero Religioni & regularibus clauſtris perpetuo ſeſe addixerint; ſed etiam ex Agarenis multi, & ex Iudæis non pauci, Mahumetica ſpurcitia & Iudaica perfidia relictis, ad Chriſti fidem converſi, ſacramentum regenerationis ſuſceperint. Quibus peractis, multis aliis in oppidis & urbibus Chriſti juſſa executus, incredibilem laborem ſubiit, & vitæ non pepercit.* D

ANNOTATA.

a *Adeoque circa finem anni* 1218.

β *Neſcio quæ ſint hæ* Eccleſiæ Orientis, *aut quid hac adjunctione ſibi voluerit Interpolator: nihil hic amplius narratur poſt aditam Hieroſolymam, quam quomodo* S. Angelus, *viſitata in tranſitu Alexandria, appulerit Meſſanam.*

Reliquiæ S. Io. Bapt. Alexandriæ,

b *In vita S. Athanaſii, ad 2 Maji cap. 29 ex Rufini lib. 12 cap. 28, docui, qua ratione aliquæ S. Ioannis Baptiſtæ Reliquiæ ad illius poteſtatem pervenerint,* quas ille ſuſceptas, paucis arbitris ſub cavato ſacrarii pariete incluſas, prophetico ſpiritu generationi poſteræ conſervavit: quibus *Rufini tempore*, dejectis & proſtratis idololatriæ reliquiis, in ædibus quondam profanis aurea tecta conſurgerent. *Sed ut has Angelus credatur inde tranſtuliſſe ſecum, certius nobis conſtare deberet de modo, quo eæ Alexandriæ acceperit, vel ſaltem accipere potuerit; quod & de ceteris dictum intellige.*

Ieremiæ Prophetæ,

B c *De cineribus* Jeremiæ Prophetæ, *ab Alexandro Magno conditore in hanc urbem tranſlatis & illuſtri monumento ornatis, vide dicta 1 Maji num. 4.*

& S Catharinæ.

d *Fuit ſanctiſſimæ Martyris* Catharinæ *corpus medio ævo revelatum; exindeque tam in Orientali quam Occidentali Eccleſia magis cœpit nomen ejuſdem celebere haberi.*

e *De plurimis ubiq;* S. Georgii *Reliquiis vide quæ diximus* 23 *Aprilis ante ejus Acta* § 4 & 6.

Imago picta à S. Luca.

f *Vtinam hæc quam fidenter aſſeruntur tam certo eſſent à Chriſto ſic revelata! magnum utique præſidium adferrent confirmandæ vulgari fidelium credulitati de iſtiuſmodi imaginibus. Lezana ad an. 1220 num.* 3 Conſtat, *inquit*, eam imaginem in Metropolitana Panormi eccleſia adhuc ſervari, prout in ſpeciali diſcurſu, de hac re in eadem civitate ſub an. 1597 edito, teſtatur Canonicus Joannes Bapt. de la Roſſa.

g *Iam ſupra oſtendimus ante annum* 1250 *nullum extitiſſe Alexandriæ Patriarcham, nomine* Athanaſium: *& hunc*, Ægyptium *natione*, *hæreſi* Jacobitam *fuiſſe.*

δ *Prudenter Interpolator Siculus hæc appoſuit, ſciens jam pridem ſub Saracenorum dominatu Alexandriam fuiſſe: ſed eadem ratione ſcire potuiſſet, quam inepte re-*

C *linquatur eidem urbi Patriarcha Siculus idemque Catholicus.*

Tres aureolæ S. Angeli.

h* *Solet propterea* S. Angelus *depingi cum palma & triplici corona.*

Merito id quidem; ſed an antiquæ picturæ ſuppetunt quibus id probetur? Non exiſtimo: alioqui tres illas coronas puto fuiſſe reperiendas in imagine, quæ ligneo inciſa typo præponitur editioni Panormitanæ. Præterea trium corollarũ *ſeu* Laureolarum *diſtinctio, quam eſt apud ſcholaſticos Latinis nota, tam ignota eſt Græcis; quin nec apud Patres Latinos nomen earum invenies; non tamen ideo rem improbabis, utpote ſolidum habens in ſacris Litteris fundamentum.*

i *Satiſne videtur hic Auctor præterita diſtinguere à futuris? Numquid* Jeruſalem, Samaria *& totum regnum Hieroſolymitanum cum tota Ægypto, præter nuperrime captam à Crucigeris Damiatam, pridem reciderant in poteſtatem Saracenorum? Sane quanto magis hanc Vitam conſidero, tanto magis compellor credere, quod Scriptor ſupponat tempore* S. Angeli *Chriſtianis adhuc omnia integra fuiſſe in Oriente omniaque pacata, eſto Saracenis permixti viverent.*

k Ruſſia *longius adhuc aberat à periculo, ideo probo magis ut legatur* Raſſia, *Hungariæ proxima. Ceterum ſatis apparet, Auctorem non niſi ea prophetare quæ jam facta erant cum ſcribebat.*

l *Vix dubito quin librarii errore,* Juxi *pro* Turcis *hic obrepſerint, neque id auctori imputari debeat: ſed quod iidem ab Interpolatore Siculo vocentur Othomanni, ætatem illius nobis indicat, tum ſcilicet ſcribentis cum iidem Turci Græcia tota ſubacta celebriores eſſe cœperunt, atque denominari ab Imperii ſui conditore* Otman *ſive* Atman: *hic vero circa annum* 1300 *cœpit in Myſia Regni ſui ſedem figere, intentus dominationi ex Aſia in Europam transferendæ: quod ipſi quidem non ſucceſſit: ſucceſſit autem ſuo nepoti* Amurathi, *qui Myſiam, Beſſos Triballos, ac denique Adrianopolim ſubegit. Poſteri varia fortuna uſi, potentiam tamen ſuam paulatim promoverunt: quam denique ad ſummum extulit Mahumetes* II, *capta anno* 1453 *Conſtantinopoli. Vt hinc conjectura haud inverosimili dici poſſit, circa hoc tempus aut primum compoſitam, aut ſaltem prophetiis hiſce auctam fuiſſe Vitam, quam habemus præ manibus.*

Turci quando dicti Othomanni,

& à quo?

E m *Accidit hoc poſt Concilium Piſanum celebratum anno* 1409, *quando exauctoratis* Gregorio XII *&* Clemente VII, *creatus* Alexander V *ſchiſma Eccleſiæ non extinxit ſed auxit: vix demum abolitum in Conſtantienſi Concilio per electionem* Martini V, *& ultroneam ceſſionem* Joannis XXIII *anno* 1417. *Rurſum tamen præſumptio Baſileenſis Concilii novum ſchiſma excitavit contra* Eugenium IV, *Martini ſucceſſorem, anno* 1439 *aſſumpto* Felice V; *qui denique male ſibi delatum Pontificatum humiliter depoſuit anno* 1449.

Tres ſimul Papæ Romani.

Prophetia de Rege liberaturo Ieruſalem

n *Gononus in margine notavit;* Is eſt S. Ludovicus. *Magnam ſane ſanctus hic Rex de ſe ſpem fecit, ea quam ad Terræ ſanctæ liberationem ſuſcepit expeditione anno* 1248; *uſque ad annum* 1254, *incredili cum generoſitate & patientia, ſuſtinens belli ſacri ac regni pondus; neque deinde umquam ex animo deponens, quoad vixit, conſilium illuc redeundi; donec tandem inter ipſa ſecundæ expeditionis primordia peſte contactus expiravit an.* 1270. *Non obtigit quidem ei felicitas iſta, ut Ieruſalem ac Dominicum ſepulcrum reciperet ab infidelibus, res tamen Chriſtianas in Paleſtina vehementer erexit confirmavitq;: atq; ex hinc cœpit à fabricatoribus propheticarum prædictionum prædici Rex aliquis, civitatem ſanctam liberaturus. Hujus generis* F *exempla tria ſuppeditat libellus Ioannis Bonatii de Prophetis ſui temporis, inſertus Hiſtoriæ Suevorum anno* 1660 *Neapoli impreſſæ, ubi de futuro Imperii ſtatu conſulenti Henrico* VI, *Frederici Ænobarbi filio, primum* Joannes *quidam* Aquitanus, *mortuus an.* 1259, *promittit Regis à Deo eligendi poſteris, quod* Evincent Gallos & Græcos, confundent Soldanorum potentiam, convertentur rurſus in Aquilonem, & ligabunt prorſus Arcturum, nationes omnes incognitæ ſceptris eorum ſubdentur, liberabunt in fine Sion. *Secundus* Joannes Kalà pollicetur poſt diviſiones & ſchiſmata *unum Rectorem, cujus ſemen* evincet primo Britannos, de *varia à variis conficta.* Francis deinde triumphabit, Græcorum confringet jugum, Soldanos inde confundet, penetrabit ad interiora Indorum, revertetur rurſus ad Borcã, & domitabit Urſæ furorem, revertetur in Orientem, & diſſolvet vincula Sion. *Vltimus* Abbas Joachimus *Dei nomine ſic loquitur de eodem Rege*: Dilexi eum quoniam dilexit me ... propterea ſemen ejus benedicetur & dominabitur omni carni, humiliabit Anglos & Francos, & Græcorum juga confringet: ſervient ei nationes incognitæ, ſubjugabit gelu Bootis; revertetur in Orientẽ & liberabit ſepulcrum meum. *Quæ omnia*

non

A *non dubito eſſe conficta, & hominibus à prophetici ſpiritus opinione famoſis attributa, poſtquam depulſis à Neapolitani Regni poſſeſſione Francis, ibidem Hiſpani prævaluerunt. Sic auctor epiſtolarum propheticarum ſub larva S. Franciſci de Paula ſeſe occultans, ut in Supplemento ad hujus Vitam num. 77 die 2 Aprilis dixi, Coſmo Hetruriæ Duci, ſub annum 1537, auſus fuit polliceri*; Si Dei viventis ſignum ſuſcipiat, futurum in cælo terriſque beatum, atque ante mortem Regem coronandum,& quidem regni multo quam ſperare poſſet amplioris: *utique in Oriente debellatis Turcis, quos ſpectabat Cruciata, eo quo iſtæc fingebantur tempore, deſignata. Velim ego in hoc ſaltem veraces inveniantur omnes iſti pſeudo-prophetæ, ut unus aliquis (Hiſpanus an Francus, Italus an Germanus, Anglus an Danus, nil intereſt) Turcorum potentiam conterat, & natalem Salvatoris noſtri terram eorum eximat ſervituti. Interim vehementer metuo, ne ſicut Romana Monarchia divinitus præparata fuit ſuſcipiendo Chriſti Euangelio & regno ejus ſpirituali: ſic Monarchia Turcica venturo Antichriſto præparetur, uſque ad ejus adventum duratura. Vnuſquiſque in ſuo ſenſu votoque abundet. Si ſperavit Auctor Vitæ S. Angeli approbationem certam apud eruditos in Francia viros, quia tam glorioſam de ſuo aliquo Rege prædictionem ſuis inſeruit commentis, fruſtra id ſperavit, tot alia ſuæ fictionis coarguendæ argumenta ſuppeditans.*

B *In ſacro bello occumbentes quomodo dici poſſint Martyres.*

o* *Nempe qui recta intentione, pro Dei amore, ad bellum illud ſanctum vadunt & in eo occumbunt, quadam ratione quaſi Chriſti Martyres glorioſo triumpho cælum conſequuntur. Et ea olim temporibus Godefridi Bullonii communis erat militantium contra Saracenos perſuaſio, prout teſtatur variis locis Willelmus Tyrius in Hiſtoria Orientali, & quidem lib. 3 cap. 9 poſt relatum caſum cujuſdam ſtrenui Nobilis, in oppugnatione Vrbis Nicænæ lapidum molibus ſecus murum contriti*; Flevit, *inquit*, ſuper eum populus, ejus plurimum commendans animoſitatem, & mortem ejus in conſpectu Domini reputans pretioſam, per quam ejus animam electis ſpiritibus non dubitabant ſociandam: omnium enim, ut prædiximus, una mens erat & eadem ſententia, eos qui ſic acie procumbebant, vitam mereri perpetuam; & in parte ſortis Sanctorum, prædeſtinato collocari in lumine. *Et hæc confirmantur ex doctrina S. Thomæ 2, 2, quæſt. 124 art. 5 ad 3 ubi ſatis indicat*, eos qui pro defenſione Reipublicæ moriuntur, poſſe conſequi meritum martyrii, ſi illam defenſionem & mortem ſuam in Deum referant. *In quem locum ſic commentatur Franciſcus Sylvius*: Adverte, illos qui pro defenſione Reipublicæ in bello juſto occiduntur, poſſe eſſe Martyres, ſi illam defendant propter Deum, amore Juſtitiæ ac Legis divinæ; non vero ſi ſtipendii militaris aut prædarum intuitu; aut alia aliqua intentione, vel prava, vel bonum dumtaxat humanum ſpectante. *Potiori igitur ratione illi, qui pro Eccleſia defenſione, Chriſti cauſa ſuſcepta, mortem patiuntur, velut Martyres cenſendi ſunt, ſeu, ut S. Thomas loquitur*, meritum Martyrii conſequuntur; *ſi vulnera, & mortem, Dei amore ſuſtineant. Confirmantur prædicta ex notabili Hiſtoria, quam refert Thomas Cantipratenſis, in vita S. Chriſtinæ Virginis, & ex eo Laurentius Surius ad diem 23 Iunii capite 20, & Cardinalis Baronius in Annalibus Eccleſiaſticis ad annum Chriſti 1187, ubi iſta*: Quo autem die à Saladino Ægypti Sultano capta fuit Hieruſalem, cum Sepulchro & Cruce Chriſti, illa in caſtro Loenenſi tum conſtituta, ſpiritu cognovit rem geſtam. Cumque multum exultaret, ab iis qui aderant rogata ut ejus lætitiæ cauſam exponeret, *Reſpondit (ex revelatione à Chriſto ſibi facta) eam eſſe, quod ſit* data occaſio, qua magna poſſit hominum copia ſalva fieri;

C

D *videlicet* quando Hieroſolymæ & Terræ ſanctæ recuperandæ cauſa, animæ ſemper victuræ, ejuſq; ſanguine redemptæ, ab iniquitate ad juſtitiæ ſtudium converterentur, fundentq; homines ſanguinem ſuum, & quamdam morti Salvatoris vicem cum multa devotione rependent. *Vbi notandum, eos qui recuperandæ Terræ Sanctæ cauſa ſanguinem fundunt*, quamdam morti Salvatoris vicem rependere, (*ſicut jam dictum*) meritum martyrii conſecuturos: *atque hac ratione* magnam ſalutis oblatam occaſionem.

p* *Mos ille ab antiquo eſt in hoc Ordine, quod exituri extra Conventum, & deforis redeuntes Superiorem adeant, & ab eo benedictionem petant, prout faciendum decernunt Conſtitutiones Ordinis his verbis*: Exeuntes Fratres petant benedictionem, & reverſi præſententſe Priori, iterum benedictionem habituri.

Venia Græcorum quæ ſit

Hoc quidem erat Gracis Latiniſq; commune: ſed hi ſolent genibus flexis in terrã projici, *ſeu* provolvi: *Græci vero (quorum morem hic conveniſſet exprimi) ſatis habent profunda corporis totius inclinatione* Μετάνοιαν βαθεῖαν. *Petrus Venerab. in Statutis Cluniac. cap. 4 Græcam Latinamque vocem, non morem conjungens*, Metanœæ, *inquit* (genuflexiones *ante à ſe nominatas intelligens*), quæ quotidiano uſu in Capitulo fiunt, & vulgo Veniæ nominantur: *de modo autem Græcorum Ioannes Meurſius in Gloſſario Græcobarbaro*, Μετανοίας μεγάλας & μικρὰς diſtinguens; Magnæ, *inquit*, erant, cum quis toto corpore, ſine genuum tamen inflexione, ad terram fere uſque ſe inclinaret; parvæ cum tantum cervicem & caput aliquo uſque.

E

q *Numquid hæc ſcribens ſciviſſe videtur, quod eo tempore, quo id præſumpſiſſet facere* S. Angelus, *Saraceni tenebant Ieruſalem; & ab obſidentibus Damiatam Cruciferis metuentes ſibi, uſque adeo ſuſpectos habebant Chriſtianos, ut totam civitatem mœnibus turribuſque nudarent?*

r *Anno 1219 celebratum eſt Paſcha 7 Aprilis, atque adeo in 3 Februarii cadebat* Dominica Septuageſimæ: *quam Græcus homo potius vocaſſet* Dominicam τῦ Ἀζώ̃ȣ *id eſt* filii prodigi, *ab eo quod tunc recitatur Euangelio, vel* Dominicam *ante hebdomadem* τῦ Ἀπoκρέω *id eſt Carniſprivii.*

F

s *Quiſquis Mahometanorum inſtituta novit, etiam hoc ſcit, capitale apud eos haberi, ſi Iudæus ad Chriſtianiſmum vel Chriſtianus tranſeat ad Iudaiſmum, eoque caſu aut moriendum ei, qui fidem mutavit, aut ad Mahometem tranſeundum. Quomodo autem nunc credere poterimus ſub eorum oculis baptizatos* 80 *Iudæos? Interpolator Siculus, auſus etiam* Agarenos multos *addere*, qui Mahometica ſpurcitie relicta ſacramentum regenerationis ſuſceperint, *longius extra lineam veroſimilitudinis abiit, non animadvertens, crimen certa morte luendum ſemper ea in gente fuiſſe, non ſolum ſiquis à Mahomete deficeret, ſed etiam ſiquis contra ejus legem verbum aliquod auderet proferre.*

CAPUT QUINTUM.

Iter S. Angeli Alexandriam, Romam, Panormum, Agrigentum,

EX BELLOROSIO.

33 POſt *hæc autem, aſſumptis Fratre Ioſepho, ex oppido quod Emaus nuncupatur, Fratre Petro ex Bethleem, & me Fratre Enoch, Alexandriam verſus iter facere cœpit. Quo ubi pervenimus, illius Civitatis Patriarcha Athanaſius, vir ſanctitate & fama nemini poſtferendus, quod jam ſanctiſſimi viri An-*

EX GONONO.

33 POſtea vero ipſe Angelus & Fr. Joſeph de *a* Emaus & Fr. Petrus *b* de Bethleem, & ego Fr. Enoch *c* receſſimus ab Jeruſalem, cauſa eundi in *d* Alexandriam. Ut autem ad hanc pervenimus, recepti ſumus à

Tranſita Alexandria & Reliquiis acceptis, a b c d

A

Ex Gonono.

S. Athanaſio Patriarcha Alexandrino, qui jam famam S. Angeli perceperat, maximo cum honore & devota caritate. Cui S. Angelus explicavit, quomodo Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum viderat, & quod ei præceperat ut aſportare deberet brachium & tibiam S. Joannis Baptiſtæ in Italiam, cum aliquibus aliis Reliquiis: de quo Patriarcha nullum ſignum adhuc habuerat *e*.

e

f

appulſus in Siciliam Sanctus,

34 Poſtea receſſimus die primo *f* Aprilis, & cum proximo vento in Siciliam ivimus ſuper quamdam *g* Januenſium navim quæ tunc erat Alexandriæ, & Januam volebat repatriare. Die vero decima nona ejuſdem menſis prope Siciliam applicuimus, in qua die quatuor Saracenorum galææ navem noſtram aggreſſæ ſunt, & eam cœperunt & aſcenderunt circiter ſeptuaginta Saraceni, & quaſi omnes Chriſtianos ferripedarunt. Quibus S. Angelus ait: A, a! nolite offendere amicos Chriſti & ejus ſervitores. His auditis, ſubito quidam illorum Saracenorum maximo impetu eum fortiter percuſſit, magna ira motus, & dictum

g

invadentes navim Saracenos

B

S. Angelum in terram poſuit ut eum ferriperet. Tunc S. Angelus manibus junctis Deum oravit hac oratione. Libera nos, Deus, de manu inimicorum noſtrorum, & da gloriam nomini tuo, ut gloriemur in laude tua, & liberentur dilecti tui. Et ſubito iis dictis venit ignis de cælo & combuſſit omnes illos ſeptuaginta Saracenos, & omnes alii exiſtentes in galæis facti ſunt cæci, qui numero erant fere trecenti, qui ſubmiſſa voce clamabant miſericordiam. Et S. Angelus, una nobiſcum & cum omnibus Chriſtianis, dictas galæas intravit, & dixit infidelibus: Quis veſtrûm credit fidem Chriſtianam? Dico vobis quicumque fideliter credet fidem Jeſu Chriſti, lucem recuperabit ſpiritualem & corporalem, & poſtea vitam æternam recipiet. Ex quibus ducenti fuerunt baptizati & lucem receperunt, ivimuſque omnes in Siciliam ad laudem & gloriam æterni Patris, qui talem gratiam contulit ſervo ſuo Angelo, qui ad fidem Chriſtianam illos Saracenos convertit.

igne cæleſti & cæcitate plectit,

Meſſana loquelam muto reddit.

C

f

35 Et applicuimus in terra *h* Meſſinæ, ubi fuit magnum feſtum celebratum, ex lætitia novellorum Chriſtianorum. Erat ibidem quædam Domina, nomine Conſtantia, habens filium mutum: quem portavit coram S. Angelo, ut eum ſanum faceret. Angelus vero Deo omnipotenti orationem fecit: qua facta illico puer ſanitatem recuperavit.

Honorio 3 Reliquias tradit,

i

k

l

36 Poſt hæc navim intravimus & ad Portum Romanum *i* Urbis-veteris venimus. Ibi erat *k* Honorius III Romanorum Pontifex, & D. Federicus de Claro-monte, *l* cui S. Angelus Reliquias conſignavit S. Joannis Baptiſtæ: quas cum maximo gaudio ſpirituali recepit. Et cum famam S. Angeli audiſſent, valde contenti Chriſto Jeſu gratias egerunt.

m*

Roma in Lateranenſi Eccleſia,

37 Poſt hæc inde receſſimus ivimuſque Romam, & S. Angelus una nobiſcum. Qui omnia Sanctorum loca *m** viſitavit: ubi invenit SS. Dominicum & Franciſcum, qui erant in eccleſia S. Joannis Laterani. Et cum eccleſiam intraſſent, S. Franciſcus, caritate & amore plenus nec non ſpiritu prophetiæ, S. Dominico alta voce dixit: O Dominice, ecce

Ex Bellorosio.

D

geli virtutem & ſanctimoniam percepiſſet, incredibili caritate nos ſuſcepit. Cui Angelus, poſt ardentiſſimam ad populum habitam concionem, Chriſti viſionem & mandata expoſuit. At ille de Reliquiis reſignandis, nihil penitus accepiſſe reſpondit: ultro tamen ſeſe vir ſanctus obtulit, divinis ſe monitis obſequentem præſtiturum. Nocte vero ſequenti manifeſtiſſima viſione & certiſſimo oraculo habito, Reliquias Angelo credidit, eique ad Fredericum de Claramonte litteras dedit, atque quo Chriſti præcepta exequeretur omni eum humanitatis officio affectum dimiſit.

34 *Alexandria relicta Kalend. Aprilis, Ianuenſi navigio freti inde Siciliam verſus ſolvimus, & proſpera uſi navigatione quindecim dierum ſpatio ad portum Siciliæ propinquum pervenimus. Forte autem ibi triremes quatuor infidelium latebant; quæ Ianuenſium navem de improviſo aggreſſæ, capiunt, eamque ſexaginta vel circiter Saraceni aſcendunt, & Chriſtianos fere omnes compedibus ferreis devinciunt. Quibus Angelus dixit: Nolite Dei ſervos & amicos Chriſti offendere. Illi vero ira perciti in Angelum ruunt; quem dum ligare volunt, ille junctis manibus hac voce orare cœpit: Libera nos Deus de manibus inimicorum noſtrorum, & da gloriam nomini tuo, ut gloriemur in laude tua, & liberentur dilecti tui. Et his dictis ſubito ignis de cælo deſcendere viſus eſt, quo ſexaginta qui navem aſcenderant Saraceni exuſti, quaſi in favillas & cineres converteruntur. Alii vero, qui trecenti in triremibus erant, omnes oculis capti, voce humili miſericordiam petebant. Tunc Angelus ad triremes primus pertranſiit, & Chriſtianis ut ſequerentur animatis, hoc ſermone uſus eſt. Quicumque veſtrum, ó viri Iſmaëlitæ, corde ſincero credet in Ieſum Chriſtum filium Dei, dicto citius ſpiritus & corporis lucem ſuſcipiet, & denique æternæ vitæ gaudia conſequetur. Qua Angeli oratione omnes ſacri Fontis lavacrum ſuſceperunt, & lucem obtinuerunt. Inde vero ſolventes in Siciliam pervenimus.*

E

35 *Primum itaque Meſſanam profecti, Cœnobium Carmelitanæ profeſſionis adivimus, Priorique ex more obedientia præſtita, & Cœnobitis ſalute dicta, hoſpitia charitatis accepimus, atque ipſa in Vrbe ſolennia ſacra peregimus, tota Civitate geſtiente ſpectaculo eorum qui nuper Sacramentum fidei receperunt. Mulier tunc nobilitate inſignis, nomine Conſtantia, filium mutum, ut eum ſanum faceret, ante viri Dei ſancti pedes conſtituit; à quo, Deo oratione facta, linguæ beneficium infans recuperavit. Tribus poſtmodum religioſis ſermonibus habitis, ab oculis multorum tenebras effugavit.*

36 *Poſt hæc, Meſſana relicta ad portum Vrbis veteris pervenimus. Erat autem ibi Honorius III Romanorum Pontifex, & Fredericus de Claramonte. Angelus Chriſti Vicarium prius ex more ſalutat, & ſumma eum proſequitur reverentia: à quo benigniſſime ſuſcipitur, ac de multis primum Terræ-ſanctæ mirabilibus devotiſſime interrogatur; & poſt mutui & prolixi ſermonis colloquium, libero & facili aditu ſponte dato, quo ſæpe redeat requiritur. Demum benigne Pontifice relicto, Fredericum de Claramonte convenit, & eum Patriarchæ Athanaſii fratris nomine valere jubet: qui quanta humanitate & quibus officiis nos cumulaverit, longum eſſet referre. Multis denique cum eo colloquiis habitis, opportunitate data, ipſis Pontifici & Frederico Sanctorum Reliquias reſignavit, ſcilicet Brachium & Tibiam Ioannis Baptiſtæ, Caput Hieremiæ Prophetæ, Brachium S. Catharinæ, Tibiam S. Georgii, & Imaginem B. Virginis. Eas honore incomparabili & incredibili devotione ſuſcepit Honorius; & Angelum mirifice complexus, omnibus eum officiis humanitatis proſequitur, & ut ibi remaneret omni ſtudio hortatur. Ille vero candidus & humilis, ingentes Pontifici gratias egit, & ſe ad Chriſti mandata vocari affirmat; cui ſuæ profeſſionis Cœnobitas Carmeli montis commendat. Verum Pontifex ubi eum quinquies publice prædicantem audivit, in eum mira devotione accenſus, & ſanctitate ac doctrina ejus incredibiliter permotus, modis omnibus ipſum detinere nititur; & mœſtus tandem abeundi ſolicitum & invitus dimittit. Fredericus B. Virginis Imaginem à Pontifice impetrat, & Angelo Panormum perferendam commendat.*

F

37 *Relictis Honorio & Frederico, Romam venimus; ubi loca Sanctorum omnia devote luſtrantes, mane primo, maxima tum Cle-*

ri tum

EX BELLOROSIO.

A *ri tum populi multitudine coacta, in Baſilica S. Ioannis Lateranenſis ſanctus Dei Angelus magno ſpiritus fervore prædicare cœpit. Aderant ibi ſancti Dei viri Franciſcus & Dominicus; quos cum nuſquam antea vidiſſet, ſuperna claritatis ſplendore mens illuſtrata cognovit; & novas, ſed ſolidiſſimas Eccleſiæ columnas adeſſe prædixit. Sermone tandem finito S. Dominicus ſpiritu elevatus, dixit S. Franciſco: Hic eſt Angelus Hieroſolymitanus, Chriſti & fidei Catholicæ defenſor & declamator ardentiſſimus, qui doctrina & ſanctitate vitæ incredibiliter Chriſtianæ fidei profuit. Cui S. Franciſcus reſpondit: Hic ille eſt civis cæleſtis, qui in Sicilia martyrio coronabitur. Et ambo ſimul animo hilari, ad S. Angelum veniunt, & eum incredibili humilitate ſalutant, ac mutuo pacis oſculo proſequuntur. Tunc Angelus: Salvete, inquit, maximi Chriſtianæ militiæ Ductores, Dominice impugnator hæreſum ſtrenuiſſime, & Franciſce Chriſti præcipue imitator, qui virtute humilitatis vera portabis ſtigmata Chriſti. Dominicus vero: Tu, inquit, Angele, gaude & lætare; tibi enim Chriſti privilegio datum eſt, mortiferam hæreticorum rabiem compeſcere, Chriſtianum nomen defendere, & Eccleſiam augere & illuſtrare. Et Franciſcus ſubdit: Tibi Angele, veritatis defenſor, merito geſtiendum eſt; brevi namque in Sicilia martyrio vitæ militiam terminabis, & triplici laurea coronatus divinæ fruitionis & ſempiterni gaudii præmia ſuſcipies. Ad hæc Angelus: Vobis, ſanctiſſimi viri, vobis magis gaudendum, quibus Chriſtianam*

B *Rempublicam felicibus cœptis, meritis, & doctrinis amplificare conceſſum eſt. His & aliis ultro citroque inenarrabili caritatis ardore dictis, ſeorſum cedentes, de multis & magnis Scripturarum & fidei myſteriis, humiliter inter ſe aliquamdiu locuti ſunt. Quibus ita agentibus, felicem qui aderant diem, & rarum ac ſingulare ſpectaculum dixerunt, quo ſimul tria mundi lumina in unum convenerint. Inde vero ſimul procedentes, cum prope ad S. Sabinam perveniſſent, homo genere nobilis leproſus offert ſe obvium eis, dicens: Orate, ſanctiſſimi Viri, ut Deus fœdo hoc morbo, veſtra interceſſione, me liberet. Quem illi in pacem abire jubent; & ſubito ſanus effectus dat gloriam & honorem omnipotenti Deo. Angelus autem, cum Dominico & Franciſco, diem illam & noctem divinis ſermonibus & oratione tranſegit.*

38 *Benigna tandem à ſanctiſſimo Pontifice Honorio Tertio venia impetrata, & ſanctis Dominico & Franciſco in Chriſto valere juſſis, ab Vrbe profectus cum ſociis, per ſuperiorem Italiam iter longum faciens, ubicumque moram trahere oportuit, euangelizando & verbo & opere in fide conſtruendo, multa & admiratione digniſſima fecit miracula: & aliqua, tum in Apulia tum in Campania, ſuæ profeſſionis Cœnobitis loca ſuſcepit; ac tandem in Siciliam pervenit ubi prima Panormus ei hoſpitium dedit in monaſterio S. Mariæ, cognomento de Grotta, Ordinis S. Baſilii: ubi Athanaſius monaſticam duxit vitam, antequam in Alexandrinum Patriarcham aſſumptus foret, quoniam nondum ibi domus Carmeliticæ profeſſionis*

C *eſſet. Hic, ſpiritus fervore incomparabili, diebus quadraginta, quotidianis ſermonibus vacat Angelus, & incomparabilia converſionis opera & fructus incredibiles protulit. Nam & Iudæorum ſeptem ſupra ducentos converſi ſunt, & de Iſmaëlitis plurimi, Chriſtiani vero fere omnes ad pœnitentiam redacti; infirmi quoque non pauci diverſis ægritudinibus vexati ad ſanitatem reſtituti: quibus peractis, eiſdem aſſumptis ſociis majorem Inſulæ partem, ubi Sanctus ſua prædicatione opus eſſe, Chriſto inſpirante, cognoſcebat, verbum Dei ſeminando peragrat; plurimiſque interim Carmelitanæ profeſſionis habitum concedit, & loca aliqua Carmelo addit; ac denique Agrigentum, ut illius Vrbis Antiſtitem reverenter ſalutaret, proficiſcitur.*

39 *Porro tranſeunti per balnea Cephalitana, in ipſo thermarum loco inventi ſunt ſeptem viri leproſi, videlicet Ioannes Drepanenſis, Pinus Thermenſis, Franciſcus Pactenſis, Andreas Nothenſis, Lazarus Randacenſis, Antonius Calathamixenſis, Manfredus Suteranus; quibuſcum aliquamdiu balneorum cuſtos contenderat, prohibens ne balneum intrarent, ipſum leproſorum non eſſe atteſtans. Tum ille eorum controverſiam audiens, dixit: Pacem habete, precor, viri Chriſtiani, & audite obſecro: creditiſne balnei virtute ſanitatem vobis reſtitui poſſe? At illi: Credimus, inquiunt. Tunc Angelus: Error certe veſter eſt, viri Chriſtiani; alia enim via ſanitas vobis quærenda eſt: pœnitere vos peccatorum oportet, contritione prævia confeſſio veſtra eſt medicina, qua ſine balnei ingreſſu jam liberati*

EX GONONO. D

Angelus de Jeruſalem, totus civis cæleſtis propter martyrium; & ſeipſum proſternens S. Angelum cœpit oſculari. Dixitque S. Angelus S. Franciſco, quem numquam viderat: Bene & feliciter adveniat verus humilis & grandi humilitate plenus, qui ſolus meretur portare ſacra ſtigmata Jeſu Chriſti. Sanctus vero Dominicus admirabatur de eorum ſermonibus, qui per horam & amplius ſteterunt amplexati. Poſt vero ſeipſis dimiſſis ad S. Dominicum venerunt, & de rebus ſpiritualibus & cæleſtibus loqui cœperunt. Venientes autem de S. Sabina invenerunt unum leproſum qui vocabatur Angelus: quem S. Angelus cum eſſet oſculatus, ſubito ſanus effectus eſt, data gloria & honore omnipotenti Deo.

ſalutatur à SS. Franciſco & Dominico:

leproſumque oſculo ſanat,

38 Poſt hæc ii ſanctiſſimi viri per diem & noctem in oratione ſteterunt, & licentia impetrata à ſanctiſſimo Papa, ex præcepto Jeſu Chriſti receſſit *n* ab urbe, & cum ſociis ſuis in Siciliam applicuit, & venit Panormum, & in monaſterio S. Mariæ *o** de Grotta, Ordinis S. Baſilii hoſpitatus eſt, ubi fuit monachus ſupra memoratus Athanaſius Patriarcha Alexandrinus. Ibi cum fervore intentiſſimo prædicationi vacavit per quadraginta dies, ex qua maximus fructus ſubſecutus eſt: quoniam ſolum de Judæis converſi ſunt ducenti & ſeptem, exceptis aliquibus infirmis diverſarum infirmitatum, qui integram receperunt ſanitatem.

n o* E

Panormi prædicans 200 Iudæos convertit.

39 Poſt dies vero quadraginta *p* ipſe cum ſociis ſuis ivit ad civitatem Agrigentinam; & tranſeundo per balnea Chifalii *q* illic invenimus leproſos homines, qui volebant ſeipſos balneare in illo balneo, ut ſanari poſſent. Balnei autem cuſtos nolebat quod balneum intrarent, quoniam non erat balneum leproſorum. Et audiendo hanc controverſiam S. Angelus eis dixit, Pacem habeatis. Audite me parumper precor. Creditiſne quod ingreſſus hujus balnei faciat vos ſanos? At illi, Credimus. S. Angelus reſpondit: Non eſt verum, quoniam nondum purificati eſtis vera Confeſſione. Si igitur habita vera contritione peccatorum veſtrorum, velitis veſtram facere Confeſſionem, poſtea intrabitis balnea, & liberabimini: & ſic fecerunt. Poſtea S. Angelus ſuis propriis manibus illos leproſos lavit cum aqua fontis proximi; & oratione facta, per virtutem Jeſu Chriſti, eos ſanavit: & eorum carnes, quæ ſimiles porcorum aſſatorum carnibus videbantur, ita mundæ effectæ ſunt ac ſi numquam leproſæ fuiſſent. Poſt hæc S. Angelus dixit eis: Cavete vos à peccato, ne in aliquam aliam infirmitatem incidatis: quoniam mediantibus ſceleribus pro peccatis ſupervenient infirmitates. Et iſtud miraculum fuit manifeſtum pluribus quam centum triginta hominibus, qui præſentialiter aderant, præcipue Reverendo Patri & Domino D. Gothfredo, *r* Archiepiſcopo Panormitano, qui in illis balneis erat, propter eum prementes dolores, qui ſe S. Angelo commendans ſanus fuit à ſua inæſtimabili infirmitate.

Cephaledi mundat ſeptem leproſos,

P

q

F

r

40 Qui una nobiſcum venit Agrigentum, ubi S. Angelus prædicavit per quinquaginta dies, ubi maximum fructum fecit:

Ex Gonono. Ex Belloroſio.

A *& ſanat Archiep. Gotfridum.* quia multi infirmi liberati fuerunt ab infirmitatibus ſuis, videlicet paralytici, dæmoniaci, ſurdi, cæci, leproſi diverſarum Inſulæ partium. *eritis. His auditis ſancti viri monitis parent, & Pœnitentiæ ſacramentum perficiunt. Quos Angelus proximi fontis aqua propriis manibus lavat, & oratione præhabita, per virtutem Ieſu Chriſti, lepram abire jubet; ſubitoque eorum carnes mundiſſimæ viſæ ſunt, ac ſi nunquam lepræ contagio laboraſſent. Sanatis vero Angelus dixit: Cavete, ne peccando in aliam graviorem agritudinem incidatis; ſcelus enim infirmitatis cauſa eſt, & peccatum in Deum & proximum. Fecit autem vir Dei ſanctus hoc miraculum palam: quod manifeſtum fuit viris centum & triginta præſentibus, præcipue vero Gotfrido Panormitano Archiepiſcopo, qui doloribus preſſus in balneis morabatur. Et Deum magnificans in ſancto viro Angelo, ſubito & ipſe ſanus fuit.*

Agrigenti multos infirmos curat. 40 *Diſceſſurum Angelum Antiſtes Panormitanus multis precibus detinere nititur; quem ubi confirmato animo abiturum vidit, Agrigentum uſque comes ſequitur; ubi quinquaginta dierum ſpatio quotidianis prædicationibus Angelus ipſe operam dedit, & populum ad pœnitentiam & devotionem uſque adeo convertit, ut fere tota civitas opera pietatis & religionis complexa, uberrimas ſalutis fruges proferret, ſummo Dei & Catholicæ fidei cultu, juſtitia, obſervantia, & pace fidelibus reſtitutis. Illuc Paralytici, dæmonibus vexati, cæci, ſurdi, leproſi, aliiſque infirmitatibus variis oppreſſi, à diverſis inſulæ partibus confluentes, meritis S. Angeli recuperatæ ſanitatis beneficium receperunt,*

ANNOTATA.

Fr. Ioſeph de Emaus an Epiſcopus?

a *Non obſtante quod hic expreſſe dicatur* Fr. Joſeph de Emaus, *utique à patria; volunt tamen Scriptores Carmelitani, ipſum eſſe juvenem iſtum Bethleemitam, de quo à duplici morte reſuſcitato agitur num.* 22; *atque eumdem Kalendario Mechlinienſi inſcribi ad* 13 *Iunii his verbis,* Joſeph Epiſcopus Ordinis noſtri. *In Notis ad Aciem bene ordinatam additur, quod* poſt cædem S. Angeli, aliis in patriam redeuntibus, ipſe in Hiſpaniam tranſiit, ubi cœnobia ſtatuit; unde in patriam reverſus, pro laboribus & meritis per Gregorium IX Papam factus eſt Epiſcopus Emauſenſis: qui paucis in Epiſcopatu annis exactis, ſanctiſſime obiit circa annum 1238. *Factus eſt Papa Gregorius primum anno* 1227, *quo ipſo ſcriptam eſſe ab Enoch Vitam dicit* P. Daniel *in titulo: &, ſi paucos ſolum annos in Epiſcopatu vixit* Joſeph, *non poteſt niſi poſt annum* 1230 *ordinatus credi. Quomodo igitur potuit* Enoch *ipſi dediſſe cognomen, non à patria, ſed ab eo quem poſtea acceptaturus erat Epiſcopatu? Quæro inſuper, pro Græciſne an pro Latinis eum Epiſcopum creavit Gregorius? Nam quamdiu hic Pontifex fuit (fuit autem uſque ad annum* 1241) Emaus *æque atque ipſa Vrbs Hieruſalem gemuit ſub Saracenis; neque pro iſto ſeculo exempla habemus nudorum titulorum, quales nunc conſecrandis quibuſdam Epiſcopis dari ſolent ab aliqua diœceſi in partibus infidelium conſtituta. Præterea hominem Græco-Syrum, Latinis Epiſcopum datum fuiſſe, non ita temere credi debet abſque exemplis. Non etiam pro Syrianis potuit fuiſſe ordinatus* Joſeph *iſte: quia neque Pontifex curabat Syrianos ſchiſmaticos, neque hi accipere voluiſſent Epiſcopum à Pontifice Romano ſibi datum.*

item Fr. Petrus de Bethleem?

b *Hunc* Fr. Petrum de Bethleem *videntur Scriptores Carmelitæ diſtinguere ab eo, qui anno* 1213 *ibidem eodem nomine Epiſcopus citatur, teſtis reſuſcitationis prædictæ: & hoc omnino recte. Adſcribitur autem ad* 2 *Iunii Kalendario & Aciei prædictis, ubi de eo addit P. Daniel quod* poſt *mortem S. Angeli* in Palæſtinam reverſus, ex monaſterio ſuo Bethleem ob vitæ ſanctitatem violenter extractus, illius Eccleſiæ ſicuti & Aſcalonenſis ei conjunctæ Epiſcopus creatus fuit, cui & tribus annis ſancte præfuit ac miraculis clarus [obiit] circa annum Chriſti 1224. *Fuiſſet ergo non Syro-Græcus, ſed Latinus Epiſcopus: nam juxta Catalogum Epiſcoporum, in prætenſa Synodo Hieroſolymitana nominatorum,* Aſcalonenſis Epiſcopus Andreas *erat, diverſus ab eo, qui paulo ante nominabatur num.* 2 Petrus Epiſcopus Aſcalonenſis, (*Belloroſio* Haſtilonenſis) quæ eſt, *vel,* quæ & Bethlem. *Apud Latinos conjunctus erat Epiſcopatus uterque, ſicut conſtat ex Notitia ultima apud Carolum à S. Paulo, ubi Patriarcha Hieroſolymitanus ſub ſe habere dicitur* ſuffraganeos tres, Ebronenſem, Lidenſem, Aſcalonenſem, qui etiam & Bethleemitanus eſt. *Sed pro Latino Epiſcopatu redit eadem quæ ſupra difficultas.*

Lanfrancus Segeli.

c *Vbi manet* B. Lanfrancus, *quem Philippus Metius Straubingenſis in Vitis Illuſtr. virorum Ordinis & ex eo ſocium S. Angeli. Segerus Pauli in Chronologia S. Simonis ſcribunt,* quo tempore S. Angelus occiſus eſt, interfectum quoque fuiſſe? *Segerus* Siculum *vocat; Metius ait* propter morum probitatem, inſignem eruditionem, & maximam erga Catholicam fidem zelum, à S. Angelo in ſocium peregrinationis aſſumptum. Talis ac tantus vir, *inquit Lezana in Annal. an.* 1220 *num.* 19, nullatenus debebat ab Enocho in ſua hiſtoria prætermitti. Nihilominus quia iſte Lanfrancus Siculus erat, ut Segerus ait, & Enoch forſan ſuorum Orientalium vel Surianorum geſta texere dumtaxat intendebat, ideo prætermiſiſſe credendum. *Allegat Metius* Archivium Carmelitarum. *An Leocatenſium? Hoc profecto ſcrutandum potius Lezana fuiſſet, aliaque de eodem Landfranco memoria Siculorum, ſi quæ ſupererant requirenda; & vel hoc nomine ſuſpectus habendus Enochus, quod eo prætermiſſo alios nominet.*

Quale iter Alexandriæ Ægypti ex Palæſtina?

d *Terrane an mari* Alexandriam *Ægypti profectus cum ſuis Angelus eſt? Terram cum exercitu ſuo inſidebat Corradinus, claſſis etiam ejus non contemnenda obſidebat mare: & Damiata* 13 *menſem obſidebatur à Crucigeris quando in iter ſe dediſſet Angelus, ac denique hoc anno capta eſt menſe Novembri eodemque* 22 *cœpta obſidionis. Erant igitur utrimque infeſtiſſima itinera; &* Alexandria, *Ægyptiarum civitatum verſus Libyam fere ultima, adiri vel terra vel mari non poterat, niſi emenſa totius Ægypti Latitudine trans omnia* Nili oſtia, *ad quarum primum Peluſiacum jacet Damiata, Syriæ proxima.*

e *Quale deinde ſignum accepiſſe dicatur, vide explicatum per epiſtolam ejus ad fratrem Fredericum, infra poſt Vitam.*

f *Si cogitaſſet Auctor anno* 1219 *Paſcha celebratum fuiſſe* 7 *Aprilis, fortaſſis Sanctum detinuiſſet Alexandriæ, ad ſacra Hebdomadæ & Dominicæ Reſurrectionis feſta celebranda.*

g *Neque hoc dixiſſet credo, ſi Alexandriam hoſtium fuiſſe ſciviſſet; ad quam appellere nequaquam tutum fuiſſet Ianuenſibus, à claſſe Damiatam obſidente veroſimiliter venientibus: horum enim & Venetorum & Piſanorum navibus omnis commeatus deferebatur ad exercitum Chriſtianorum.*

Quid de conventibus quos in Europa reperere-rit S. Angelus?

h *Quæ hic & deinceps Interpolator Siculus interjecit de conventibus Ordinis in Sicilia atque Italia, contra expreſſiſſimam atteſtationem Sanvici, dicentis quod* Profeſſores hujus Religionis, *ante decretam tranſmigrationem, id eſt ante mortem B. Cyrilli & electionem Bertholdi* 2, *factam anno* 1234, numquam propoſuerunt extra Terram-ſanctam habere ad habitandum aliquam manſionem ſuæ Religionis: *quæ inquam, de talibus in contrarium reperiuntur hic apud Belloroſium, non eſt opus infirmare, donec definitum fuerit, authenticane*

A *cane ſit hæc Vita, an non. Nam ſi authentica, nihil ambigendum erit de veritate prætenſæ iis in locis antiquitatis; ſin minus, levioris momenti ſunt cetera omnia, quæ aliunde ad ipſam ſtabiliendam adducuntur.*

Portus Romanus, Vrbs-vetus & Civitas-vetula confuſa in hac Vita.

i Urbs-vetus, *vulgo* Orvieto, *civitas mediterranea Vmbriæ* p.m. 40 *circiter Roma, & pari ſpatio diſtans à mari: ubi cum Hadrianus 4 ſibi ac ſacro Cardinalium Collegio Sedem conſtituiſſet anno* 1156, *celeberrima cœpit haberi civitas, frequenti ſucceſſorum Pontificum commoratione vel hoſpitio. Cives* Urbe-vetani *nuncupantur, urbs ipſa* Orebitum & Orbitum, *deinde* Urbi-ventum: *ſed in Pontificum Bullis ordinarie legas*, Datum apud Urbem-veterem. *Vidit hoc Belloroſius; & nihil in textu mutare præſumens (quod fidelitatem ejus nobis probat) inſcripſit titulum Capitis* 20, De adventu S. Angeli ad portum Civitatis-vetulæ: *eam ſcilicet expreſſam volens, quæ olim, ex* Centum-cellarum *à Saracenis deſtructarum ruinis, commodiori excitata loco à Leone Papa* IV, & Leopolis *juſſa appellari, vulgi tamen inveterato ſemel uſu perrexit appellari* Cività Vecchia; *portum etiam habens, quem maris violentia pridem deſtructum & inhabilem, hoc noſtro ſeculo Vrbanus Papa* VIII *conſtrui novum juſſit, ad Pontificias triremes ibidem collocandas, & abſolvit anno* 1634. *Ceterum neque hic recte dicitur* Portus Romanus, *utpote tanto littoris tractu remotus ab*

B *eo loco, qui vere eſt & dicitur* Portus, *ac* Portus Romanus, *apud Oſtia Tiberis.*

Toto fere anno 1219 non fuit Honorius Papa niſi Romæ.

k *Nec* ibi, *nec* Urbe-veteri, *nec in* Civitate-vetula *erat Honorius anno* 1219, *quantum quidem ſciri poteſt ex ejus epiſtolis apud Odoricum Raynaldum relatis in continuatione Annalium Eccleſiaſticorum Baronii: fuit autem Romæ ab initio ſui Pontificatus, ideſt à die* 18 *Iulii anni* 1216 *uſque ad finem anni* 1219. *Tum Demum ad expedienda ſubſidia, obſidentibus Damiatam Chriſtianis mittenda, primum* Roma *egreſſus eſt*, Urbem-veterem *verſus; & Nicolao Cardinali de Claromonte Epiſcopo Tuſculano dedit eccleſiam S. Mariæ in monaſterio, per Breve* Datum Viterbii XIII Kal. Decembris Pontificatus anno IV. *Ibidem* XIII Kal. Maji *expeditum eſt Breve de canonizatione S. Hugonis Lincolnienſis: tandemque progreſſus idem Honorius ad* 12 m.p. *Vrbem-veterem pervenit quo intenderat, moram iſtic diuturniorem facturus, ſicut apparet ex ejus epiſtolis, quarum una contra Epiſcopi Anicienſis parricidas data legitur*, apud Urbem-Veterem VI Idus Julii Pontificatus anno IV: *aliâ deinde ibidem datâ eodem Chriſti anno, ſed Pontificatus jam quinto,* III Idus Auguſti, *monuit Ioannem Hieroſolymitanum Regem, ne contra Armenios arma converteret dimiſſis Saracenis. Atque exhinc varia peragravit loca*

C *dominii Pontificii: nam & Ancona ſcitur fuiſſe menſe Decembri; atque poſt anni ſequentis Roma tranſacti quietem, circa Majum anni* 1222, Alatri *in Campania habuiſſe reſidentiam ſuam. Ex his patet non multum exeraviſſe Auctorem Vitæ circa tempus quo Angelum ipſe ad Honorium in Vrbe-veteri adducit: ſed loca confudiſſe (maritimum exiſtimando, qui mediterraneus eſt) & utroque oſtendiſſe, quam falſo ſibi arroget ſocietatem Sancti in iſto itinere.*

Diploma datum Federico de Claromonte ſuppoſititium

l *Extat apud Ferdinandum Vghellum in Epiſcopis Tuſculanis Inſtrumentum*, de mandato (*ut ſubſcribitur*) *trium Cardinalium*, Petri Sabinenſis, Nicolai Tuſculani & Stephani tit. SS. Apoſtolorum *confectum* Urbe-veteri, anno 1219 Indict. 8 die 6 menſis Septembris, *ubi dicitur* Potentiſſimus & Magnificus Princeps & Dominus, D. Fredericus de Claromonte, conſanguineus *dictorum Cardinalium*, nuper à ſanctiſſimo in Chriſto Patre & Domino noſtro D. Honorio divina Providentia Papa tertio Miles creatus, & Roſa aurea donatus, *cum poteſtate pugnandi* contra Saracenos & infideles ſeu ſchiſmaticos, velut elapſis temporibus ſemper fecerunt potentiſſimi & magnificentiſſimi Principes de domo Chriſtianiſſimi Magni Caroli Regis Franciæ, de qua ille glorioſiſſimus magnificentiſſimuſque Verelandus de Claromonte deſcendit. *Sequitur deinde enumeratio Reliquiarum variarum, è corporibus pluſquam octoginta illuſtrium Sanctorum acceptarum à variis Cardinalibus*, tantam ſublimem atque magnam progeniem & devotionem, quam ipſe *Fredericus* habet circa ſanctiſſimas Reliquias Sanctorum conſiderantibus; *additurque, quod Honorius prædictus*, cuivis confeſſo & pœnitenti dictaſque Reliquias viſitanti prò qualibet earum conceſſit vivæ vocis oraculo [annos] decem & ſeptem quadragenas de indulgentia in perpetuum: *quibus prædicti tres Cardinales, ita ſe audiviſſe teſtati, addunt ſinguli* indulgentiam centum dierum. *Sed in hoc inſtrumento, ut in pluribus ſimilibus illuſtrium familiarum, quas nominare nihil attinet, variæ deprehenduntur ineptiæ, quæ omnino perſuadent aut ſuppoſititium totum eſſe aut varie interpolatum. Quare antiqua devotio Claromontanæ familiæ erga Sanctorum Reliquias, multo certius probari poteſt ex inſtrumento Ioannis Cardinalis Ragufini, quo ſub data anni* 1417 & 7 *Februarii notum fit, quod* Henricus de Claromonte, Admiralius Regni Siciliæ & Comes Palatinus, de mandato Gregorii XII vivæ vocis oraculo ſibi facto ſuper depoſitionem Sanctarum Reliquiarum, quas ipſe D. Henricus tranſportavit cum ipſo de d. regno Siciliæ in civitate Gajetæ, cum ipſe eſſet expulſus de d. inſula per guerras D. Martini Regis Aragonum; quæ Reliquiæ erant in capella palatii ſuorum prædeceſſorum & per D. Matthæum de Claromonte, patrem ſuum, juſſit conſignari viro religioſo D. Federico de Claromonte, filio ipſius Henrici & Abbati S. Annæ de Joſaphat *Theſſalonicenſis diœceſis Ordinis S. Benedicti; ipſas cum ſumma devotione & reverentia aſſignavit D. Federico filio ſuo, coram Reverendiſſimo D. Donato de Aquino Archiepiſcopo Beneventano, & aliis novem Epiſcopis. In hoc porro minus ſuſpectabili inſtrumento, primo loco ponitur* de pretioſo ligno ſanctæ Crucis Domini noſtri; *non autem, ſicut in altero, nobis ob varias cauſas improbato*, de glorioſiſſimo Chriſti Martyre Georgio & parte de lorica ipſius, qui ſubjugavit totas nationes barbaras. *Hæc autem placuit ſic diffuſe extendere, ut veroſimile fiat, quod ſicuti ex uno vero inſtrumento ſeculi* 15 *dari potuit occaſio fingendi alterius, tamquam ducentis fere annis antiquioris, ſub* Honorii & Federici *nominibus. atq; eidem inſerendi prætenſam à familia Claromontana antiquitatem propaginis; ſic ex ſimili occaſione data ſit anſa Auctori hujus vitæ comminiſcendi epiſtolam de Reliquiis ſeculo* 13 *per* S. Angelum *allatis. Sane vix dubito quin rebus in Sicilia pacatis, redeunte in Siciliam Federico Henrici filio, concreditaſque ſibi à patre atque avo Reliquias ad Palatii Claromontani capellam vel aliam aliquam eccleſiam referente, ac publice venerandas exponente, aucta ſit erga eas Siculorum devotio; cui acceſſerit fama, de numero, antiquitate, & certitudine earumdem, more ſuo circumſtantias varias auditis addens, quæ mirabilitatem in vulgo augent, fidem minuunt apud prudentiores. Eſt porro* Clarus-mons *vulgo* Chiaramont, *unde familiæ nomen, in Valle Netina, aliquanto proprior Neto quam Leocatæ,*

de Reliquiis ei conceſſis:

aliud certius in favorem alterius Federici ex ſimili cauſa.

D

E

F

m* Sanctus Dei Angelus Carmelita Martyr, habiturus concionem in Baſilica Lateranenſi, Scalam Pilati aſcendendo genuflexus, ſeipſum & circumſtantes ad lacrymas provocavit. *Ità Nicolaus Proceſſi in libro, tempore Vrbani* V *circa annum Chriſti* 1370 *ſcripto, cui titulus,* Codex miſcellaneus, *Indicat, id ſe habuiſſe* ex archivo Carmelitarum. *Liber ille Proceſſi MS. compactus in tabellis ligneis, cum lamellis ex aurichalco extat Romæ in Bibliotheca Vaticana, nondum cum aliis ſignatus certo numero. Nicolaus autem ille beneficiatus erat in Eccleſia Lateranenſi anno* 1362 *& ſequenti.*

S. Angelus Scalam Pilati devote ſcandit.

Nihil eſt quo ſuſpectum reddatur hoc teſtimonium: ſed eo ſuſpectum merito redditur colloquium Sanctorum de quo

mox

** an Cephalœdicenſis ?*

A *an etiam cū SS. Dominico & Francisco egerit?*

mox : si enim hoc verum fuisset , aut saltem vere habitum Romæ , magis meruisset tanto memorabilioris rei notitia, quam istius ascensus in Archivio Carmelitarum *asservari. Suspicionem auget silentium eorum omnium, qui alterutrius Patriarchæ Vitas antiquitus scripserunt , multa de mutua eorumdem familiaritate memoriæ commendantes. Accedit quod difficile sit utrumque Romam simul adducere anno* 1219: *& ideo Waddinghus , nolens congressum utriusq; cum S. Angelo prorsus rejicere ut fabulosum, retulit eumdem ad annum* 1216 , *quod auctoritati Vitæ hujus æque repugnat. Sane* S. Francisci *adventum Romam pro hoc anno nullo possumus vestigio deprehendere.* S. Dominicum *ibidem fuisse , saltem usque ad Martium , demonstrat satis clare Waddinghus : docet etiam utrumque intra festum Paschatis & Pentecostes fuisse Perusii apud Cardinalem Hugolinum , & deinde Assisii in Capitulo generali Minorum , cui initium datum ipsa die Pentecostes, ideſt* 25 *Maji. Exinde* Franciscus , *missis in varias Provincias socis, ipse in Orientem cogitans, regimen Ordinis in Occidente commisit Eliæ ; atque Anconam petens , cum navibus Damiatam commeatum ferentibus navigavit, nec ante sequentem annum in Italiam rediit.* Dominicus *in Hispaniam pedes iter instituit , & magna æstatis parte peracta Segoviam appulit , nec nisi sequenti anno mense*

B *Septembri Bononiam rediit, neque Romæ fuit quoad vixit, ideſt usque ad Augustum anni* 1221. *Quid autem* Angelus ? *Die* 19 *Aprilis primum in Siciliam appulisse dicitur, inde Vrbem-veterem venisse ad Honorium, & quinquies publice coram eo prædicasse. Hoc vero nisi continuis fere diebus factum dicas , effluxisse debuit non solum quod reliquum esse poterat ex Aprili, sed etiam Majus totus. Restat igitur solum, ut post Pentecosten Romam Sancti excurrerint , licet in maximarum rerum apparatu occupatissimi ; quod utrum ex sola Vita hujus usque adeo vacillanti fide maneat credibile, dijudicent alii.*

n *Erat ergo jam in Vrbe Pontifex : non fuit autem à Novembri anni* 1219 *usque ad annum* 1222 , *uti ex supra dictis liquet. Demus igitur eodem fere tempore quo Roma discessit Honorius , Siciliam versus profectum Angelum, appulisse illuc mense Novembri exeunte ; potuit habuisse satis temporis ut Panormi diebus* 40, *Agrigenti diebus* 50 *prædicaret, antequam veniret Leocatam, quo dicitur intrasse die* 10 *Martii.*

o* *Octavius Cajetanus , in vita S. Angeli, nuncupat* S. Maria de Crypta : *& in Animadversionibus ait,* quod monasterium Robertus Vuiscardus Dux Apuliæ & Siciliæ construxerat, eo loco situm , quo nunc est

C Domus Professa Societatis Jesu : veterem Ecclesiam nostro ævo demoliti sumus , & in ampliorem formam , cultumque à fundamentis exstruximus. *Addit* P. Daniel *num.* 1312 , *quod* * monachi *illi* S. Basilii Panormi *servabant olim, & adhuc modo servant, translati ad alium locum nuncupatum S. Christophori, Græcos ritus & idioma. Sane nos ipsi id vidimus in monasterio Cryptæ-ferratæ prope Tusculum, nec usquam scimus Basilianos alio ritu ac lingua uti , præterquam quod more Ecclesiæ Latinæ sacrificent in Azymo, & eodem quo Benedictini utantur habitu: quo fit ut apud imperitos non distinguantur hi ab illis.*

p *Vtique mense Ianuario fere dimidio , quod considerata calidioris regionis natura mirum non est : cum mense Februario balneæ ejusmodi incipiant in Lombardia tanto inferiori frequentari.*

Balneæ Cephaliæ.

q *Cajetanus noster sic notat:* Sane abest Panormo ad meridiem 20 passuum millia arx Cephala , quæ sita in rupe edita , ad cujus radices in imo balneæ aluminosæ, sunt , maximæque salubres ; quibus ab arce cui subjacent , inditum nomen. Cephalitana igitur balnea nolim juxta urbem Cephalœdiam esse putes , sed quæ ad arcem Cephalam seu Ciphalium sunt : illa enim in littore , hæc in Siciliæ mediterraneis, & ab illis distant P. M. XL & amplius. Thomas Fasellus Cefalam nomen Saracenicum putat: Græcam crediderim , quod rupes , cui arx insidet, formam capitis præseferat. D

r *Hactenus multa notavimus , quæ homini ad res historicas attento potuissent curam inquirendi injicere ; cui si obsequeretur, facile agnosceret haud magnam fidem adhibendam tam male consutæ narrationi, quantumvis Auctoris magni & testis oculati personam præferenti. Quod autem eorum nihil animadverterit* P. Daniel , *excusavi ipse apud me, accusando intellectum occupatū præjudiciis, quæ fecerint ut nec dubitare quidem sciret. Hoc autem loco etiam ista excusatio me deficit, quando considero quoties petierit & quamdiu habuerit sibi commodata à nobis Notitias Ecclesiarum Sicilicensium Rocchi Pirri , anno* 1630 *Panormi editas , idque etiam cum scriberet suas in hanc Vitam Annotationes ; jamque tantum non convincor , ut credam subinde humanum quidpiam passum , agnitam difficultatem dissimulavisse, ne quid scilicet scriberet, unde hæc Ordini suo tam authentica Vita alicui veniret in suspicionem crassissimi & nullatenus excusabilis erroris.* E *Etenim jam laudatus Auctor , postquam* Berardi de Castaca Archiepiscopi Panormitani , *anno* 1214 *constituti, gesta perduxit usque ad annum* 1220 , Hoc, *inquit, anno* Gaufridum Panormitanum Archiepiscopum appellari video in historia S. Angeli Carmelitæ . . . . . *ceterum ego Berardi Archiepiscopi mentionem reperio ad plures annos , nec facile admiserim duos fuisse Berardos , inter quos Gaufridus iste sit interjectus : diplomatum enim verba in eumdem semper videntur cadere. Ita ille atque ex ordine profert diplomata quædam , quibus* Berardi *nomen & Episcopatus usque ad ann.* 1252 *sit impressum : nec in tota Archiepiscoporum Panormitanorum serie* Gaufridum *vel* Gothfredum *ullum reperit. Quid igitur ? Fidem abroget huic Vitæ ? Nimium illa videtur apta ad res Siculas illustrandas.* Sentio , *inquit* , Gaufridum non Archiepiscopum fuisse Panormitanum , sed Panormitanæ Ecclesiæ curam & vices suas illi demandasse Berardum , quem scilicet, dum in comitatu Frederici Regis esset , sæpissime Panormo abesse oportuit. *Si quæstio esset de fide Auctoris , solum longe audita scribentis , valere posset excusatio : non autem cum agitur de Auctore , ea quibus interfuit præsens scribere* F *se profitenti. An enim talis potuit ignorare , utrum is cujus hospitio utebatur , uti mox dicitur , & qui secutus ipsos Leocatam erat , esset Archiepiscopus an solum Vicarius? Præterea non decet Rocchum Pirrum , totius fere Siciliæ, uti apparet , scrutatum archivia, dissimulare , quod talis Vicarii nullum usquam vestigium potuit invenire. Si autem non invenit, & sæpe ac diu sic abfuit* Berardus , *uti nos jubet citra probationem credere ; nihilne interea publicæ intervenit actionis, cui talis* Vicarius *nomine absentis Archiepiscopi , suum debuisset nomen subscribere ? Quod ergo nullum nominat qui hoc fecerit, id signum nobis est , nullum ab eo repertum, cujus exemplo posset ejusmodi evasionē fulcire : quæ ut multis fulciretur exemplis, in præsenti tamen casu non sufficeret. I nunc & mirare non inveniri nominatos in hac Vita Hierosolymitanos & Alexandrinos Patriarchas , quando nec Siculum quidem Episcopum , à quo exceptus , & post mortem tumulatus S. Angelus fuit, potuit sine errore nominare, hic , pæne dixeram , Pseudo-Enochus.*

Pro Berardo Archiep Panormitano

obtruditur Gotfredus,

nequidem notus ut Vicarius.

CA-

A D

CAPUT SEXTUM.

S. Angeli Acta cum Berengario, mors, ſepultura.

Ex Bellorosio.

41 *Kalendis Martiis, dimiſſo Agrigento, Licatam pervenimus, quo præcipue Chriſti Domini noſtri præcepto ad prædicandum miſſus fuerat Angelus. Venit & nobiſcum Panormitanus Antiſtes, Angeli ſanctiſſimi divino colloquio mirifice delectatus; in cujus domo hoſpitari, & cum eo diebus aliquot permanere, antequam noſtræ profeſſionis locum, qui non multis ante annis ibi conſtructus fuerat, ingrederemur, multis ejus precibus coacti fuimus; miſſo ad Priorem loci Fratre Ioſepho, & venia impetrata. Denique Religionis domum ingredimur, & omnibus juxta profeſſionis morem peractis, haud multo poſt cœpit Angelus vehementiſſimo ſui ſpiritus fervore prædicare: vitia arguere, peccata deteſtari, inceſtum damnare; ſacrilegia, ſtupra, & id genus facinora, quibus ira Dei provocatur, taxare; pœnas & ſupplicia, quæ ſubituri ſunt obſtinati, proponere; Dei ultionem ad memoriam revocare, juſtitiam docere, Scripturarum dogmata aperire, & alia hujuſmodi declamationibus quotidianis agere; quibus plurimi, licet maximis innodati ſceleribus, & malis malorum artibus irretiti forent, ad cor redire, gemitu & lacrymis cordis*
B *dolorem præ ſe ferentes, & Dei miſericordiam implorantes: quos Belingarius tyrannus ore impudenti ridens ſubſannabat. Quem S. Angelus, ſervato caritatis & fraternæ correctionis ordine, quam ſapiſſime monuit, ut Deum metueret, inceſtum dimitteret, Chriſti legationem audiret; & ita quidem monuit, ut nihil prætermiſſum relinqueret, quod ad ejus reductionem attineret. At ille indies inſolentior effici, in malitia gloriari, & obdurato ac inflato animo jura, leges, & divina oracula deteſtari; juſtitiam contemnere, Deum execrari, aliaque hujuſmodi factioſa tyrannide fretus agitare cœpit; Angelo denique metum incutere, ut prædicare deſiſteret, minis & multis modis tentavit. Namque homini perditiſſimo aliorum etiam reſipiſcentia & ad Deum converſio mirum in modum diſplicebant, omneſque ſuæ perditionis participes fieri cupiebat.*

42 *Verum Angelus, Chriſti præcepto intentus, ſpiritu ardentiſſimo quotidianæ prædicationi incumbebat; donec tandem eo prædicante mulier, nomine Margareta, cum tribus filiis, quos ex fratre Belingario carnaliter cognito conceperat, pœnitentia adducta, die quinto Maji, quo major Litania eſt, coram toto populo flens amare, & magno cordis dolore incenſa, in medium proceſſit; ubi: Precor, inquit, Angele ſancte, pro noſtra ſalute à Deo miſſe, ut ores pro me miſerrima muliere, quæ diabolicæ poteſtati ſubjecta diu, vix expiabili peccato detineor. Iam enim tranſiguntur anni duodecim, quibus cum fratre meo Belin-*
C *gario, de quo hoſce concepi filios, in nefandiſſimo ſcelere perſtiti. Cui Angelus: Deus clemens & miſericors, qui te convertit ad pœnitentiam, peccatis tuis parcere dignetur. Hoc crimine ſic manifeſte à muliere pronuntiato, Belingarius ſpiritu diabolico magis agitari cœpit; & ſanctum Dei Angelum, cujus prædicatione mulier ad pœnitentiam converſa peccatum protulit, interficere diſpoſuit.*

42 *Nocte itaque ſequenti Angelo Ioannes Baptiſta apparuit, quem Domini Ieſu verbis hortatus, dixit: Scito, Angele, humilitatem, obedientiam, caſtitatem, conſtantiam, aliaſque, quibus te dotavit Altiſſimus, virtutes tuas ipſi Domino Ieſu Chriſto & magnæ ejus Matri ſemper Virgini mirifice placuiſſe; quocirca gaude & lætare, mortem brevi glorioſam recepturus; quia exultant Angeli, te ſimul cum Sanctis in patria expectantes. Accingere igitur ſancto operi, & quinto die Maji ſanguinem tuum pro veritate effundas, intrepidus Chriſti miles, qui commiſſo prælio & victoria parta, victor trophæo perducaris ad gloriam. His auditis gratias Deo immenſas egit; & Ioannem Baptiſtam veneratus, ejus interceſſionibus apud Deum & Virginem ſe plurimum commendavit. Mane vero primo, Dominicis expletis Officiis, vocat Angelus Fratrem Ioſephum, Fratrem Petrum, & me Enoch; quibus S. Ioannis Baptiſtæ viſionem recitat, & quinta Maji die ſe amore Chriſti gladio peremptum iri affirmat. Cui Petrus: Evitanda inquit hæc mors eſt, & hinc nobis ſine dubio ſecedendum. Nec de-*

Ex Gonono.

41 POſt hæc inde recedens venit Licattam, quo Domini noſtri Jeſu Chriſti præcepto miſſus fuerat cauſa prædicandi. Die decima *a* Martii intravimus illam terram, una cum præfato Archiepiſcopo, qui numquam nos voluit deſerere, & hoſpitati fuimus in domo ſua *b*. Poſt paucos autem dies S. Angelus fecit convocari Berengarium in camera ſua, & ſecreto eum admonuit, juxta præceptum ſibi impoſitum, & non ſolum ſepties ſed decies ſepties: cui prædictus Berengarius omnia negavit à principio uſque ad finem. Et dixit ei, quod S. Angelus non erat Angelus, ſed homo diabolicus & hypocrita triſtis, & quod de omnibus mentiebatur. Et ſic publice præ. dicabat coram hominibus & mulieribus. Cui aliqui dicebant, Berengari, noli mentiri, quoniam ſi ea quæ dicit vera ſunt, Deus manifeſtavit ea per mundum.

a *Licatæ fervenſer prædicat.*

b *Berengarium fruſtra monet,*

E

42 Die vero Veneris *c* S. Marci in Litania majori, prædicante S. Angelo, advenit Margarita cum tribus filiis, quos fecerat cum Berengario fratre ſuo; & coram toto populo amariter flendo dixit, atq; magno dolore cordis incenſa: O Angele ſanctiſſime, à Deo miſſus pro noſtra ſalute, te deprecor ut ſim tibi recommiſſa, atq; Deum orare placeat, quoniam jam ſunt anni duodecim, quibus in peccato perſtiti, cum Berengario fratre meo & ab eo hos concepi filios. S. Angelus dixit ei, Deus miſericors tibi parcere peccata tua dignetur. Et tam manifeſte iſtud protulit, quod Berengarius, ſpiritu diabolico ductus, diſpoſuit S. Angelum interficere.

c *ſorore ejus publice ſuum ſcelus feſſa.*

43 Nocte itaque ſequenti ſibi apparuit S. Joannes Baptiſta, & eum excitavit, ex parte Domini noſtri Jeſu Chriſti, dicens: O Angele mi, ſcias quod tua humilitas, obedientia & caſtitas placuerunt Domino noſtro Jeſu Chriſto & glorioſæ Virgini matri ſuæ. Ideo gaude: nam omnes Angeli exultant de tuo adventu ad gloriam: quoniam mortem recipere debes, atque tuum ſanctum ſanguinem ſuper terra diffuſe diſpergere debes, in quinta die menſis Maji per manus Berengarii. His autem dictis S. Angelus gratias retulit Deo, quoniam ipſum peccatorem dignabatur ad cæleſtem gloriam recipere. Poſt hæc S. Joannes diſparuit. De mane divinis Officiis expletis, S. Angelus vocavit Fr. Joſeph, Fr. Petrum & me Fr. Enoch, quibus viſionem recitavit, quam viderat à S. Joanne Baptiſta, & quomodo die quinta Maji à Berengario debebat interfici. Cui dixit Fr. Petrus, Ergo hinc recedamus cauſa mortis evitandæ. Cui S. Angelus: Neſcis quod ordinatum eſt ab ipſo & Spiritu ſancto ut hoc martyrium pati debeam, quo poſſim ad ſempiternam gloriam pervenire? & vos me fugere vultis? Cui Fr. Petrus dixit ſuam culpam.

Apparet Sancto Ioanni Bapt. & martyrium prædicit,

F

ad quod promptus Angelus,

44 Adveniente autem die quinta Maji, celebrata Miſſa S. Angelus prædicabat prope mare, ubi erat eccleſia SS. Apoſtolorum Philippi & Jacobi. Ibi erat populus fere quinque millia *d* hominum, & ipſo prædicante d

Ex Gonono.

A dicante venit Berengarius ſpiritu diabolico ductus, aſcenditque pulpitum & S. Angelum quinquies e percuſſit. Quapropter populus videns tantum nefas eorum, in S. Angelum inique commiſſum, homicidam arripuit, cauſa interficiendi. Cui S. Angelus dixit: Nolite ex parte Dei dare impedimentum tanto amico meo, quo mediante ad ipſum Deum proficiſcar. Dimittite vindictam Domino meo dicenti, Mihi vindictam & ego retribuam eis: ſed unum precor, ut ad domum Margaritæ feſtinanter adire debeatis, eamque latere ne differatis, ne iſte Berengarius eam interficiat.

e *inter tradicandum*

Heb. 10, 30

quinque letalibus plagis confodi-tur,

45 Poſtea cantare cœpit Pſalmum, Beatus vir qui non abiit in conſilio impiorum &c. deinde, In te Domine, ſperavi. Et cum pervenit ad, In manus tuas Domine, audita fuit vox una à populo, dicens; Veni, Angele, ad æternam patriam, ad gaudendum cum ſanctis Angelis & animabus. His dictis fuit viſa lux ſole ſplendidior à populo ſupra corpus S. Angeli, & illico ejus anima fuit à corpore ſeparata, & à multis viſa fuit ſicut columba candida de corpore exire, atq; cantus mirabiles auditi fuerunt de cælo. De ejus vero corpore exibant odores ineffabiles. Et cum non poſſet Berengarius ſuam ſororem occidere, eo eunte ad Palatium, laqueo ſe ſuſpendit in quadam pertica. Ejus vero anima & corpus, à divina miſericordia deſperatum, projectum fuit, atque in locis profanis ſepultum.

pro percuſſoribus orat,

B

at ple mortuus,

apparet Archiepiſcopo Panormit.

46 Et cum Archiepiſcopus Gothfredus, non eſſet præſens in morte S. Angeli, ſed ſtudens in aliquibus lectionibus S. Bernardi, apparuit ei ſancta ejus anima, & dixit ei: Archiepiſcope, vado ad Paradiſum. Qui reſpondens ait: Quis es tu? Et reſpondit: Ego ſum Fr. Angelus Carmelita, civis Jeruſalem inferioris, nunc effectus ſum ſuperioris. Vade & ſepeli corpus meum in loco, ubi propter Dei amorem martyrium ſuſtinui, & amore juſtitiæ & Jeſu Chriſti gladiatus fui.

qui ad cadaver accedit.

47 Subito Archiepiſcopus cum tota familia ſua venit ad ſanctum corpus: illud vero ſtare ſupra terram fecit per octo dies, cum magnis faculis & *f* officiis, prout unus ſanctus Martyr Chriſti:

f

C

Sanantur multi ad ſepulcrum.

48 In quibus diebus quædam miracula fecit, quæ dictis eſſent inexplicabilia. Nam ſurdi auditum, cæci lumen, claudi greſſum, leproſi mundationem, paralytici ſoſpitatem, & denique omnes infirmi cum devotione eum viſitantes per octo dies [valetudinem] receperunt. Fuit autem ſepultus in loco ubi gladiatus fuit, per manus ejus loci *g* Symporitimi. Fr. Petrus, Fr. Joſeph, & ego Fr. Enoch fuimus ſocii, anno Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo ducenteſimo vigeſimo. Die vero decima tertia *h* Maji ſepultum fuit corpus ejus, ad honorem illius, qui vivit & regnat in ſecula ſeculorum.

g

Salubris fons ex eodem ſcaturit.

h

Ex Bellorosio.

D

fuerunt perſuaſiones tum ab eo tum ab aliis adductæ, ut inde abiremus. Ceterum omnibus auditis, tandem ipſe; Orate, inquit, obſecro, filii, ut quod ordinatum eſt à Deo Patre, Filio, & Spiritu ſancto, hoc martyrium intrepido & conſtanti animo pro Chriſto patiar. Iam enim ut Apoſtolus cupiebat, & ipſe nunc maxime cupio diſſolvi & eſſe cum Chriſto. Mox vero ſubjunxit ſæpius repetens; Sufficit, ſufficit mihi, Domine, tolle animam meam

44 *Adveniente*) *quinta die Maji, re divina peracta in Baſilica Apoſtolorum Philippi & Iacobi prope mare, coacta populi multitudine quinque hominum millia excedente, Angelus prædicare cœpit; tanta divini fervoris efficacia, ut omnibus de cœlo miſſus nuntius judicaretur, qui hominum mentes, neglectis mortalibus curis, ad cæleſtia ſublevaret. Mirabatur jam univerſus populus vultum ejus, & ſuſpiciebat faciem quaſi candentem ut fulgur. Quo ſic prædicante, ſupervenit Belingarius furiis pluſquam cerberei agitatus, magna ſceleratorum & ſuæ conjurationis cohorte comitatus; & populo ſpectante, pulpitum aſcendit, atque Angelum divino operi innixum, tamquam agnum manſuetum ſanguinolentus invadens, quinquieſque pugione percutiens, quinque letalibus plagis transfodit. Quod ſacrilegum & nefandum facinus, contra innocentiſſimum & vere Angelicum virum impie & nequiſſime commiſſum, populus non ſuſtinens, ſanguinarium tyrannum interficiendum inſequitur. Angelus vero letalibus affectus vulneribus, jugiter ejus corpore ſanguinem effundente, nullo dolore percitus,* E *nullo percuſſus metu, ſed vultu hilari & alacri voce, populum hortatur, ut Belingarium dimitteret; ejuſque ſororem potius ad pœnitudinem converſam, ne à furente trucidaretur, ſervaret.*

45 *Poſitis deinde genibus Crucifixi imaginem verſus, junctis manibus & oculis elevatis, pro univerſo populo & obitus ſui memoriam agentibus, oravit; Crucifixum deprecatus, ut qui pro omnibus paſſus eſſet, ſuis etiam perſecutoribus ad pœnitentiam converſus veniam concederet, & diei illius ac obitus ſui memoriam agentibus optatam omnem gratiam impertiret. Qua oratione peracta, Pſalmum cantare cœpit; Beatus vir qui non abiit in conſilio impiorum. Et Pſalmum: In te Domine ſperavi, non confundar in æternum. Et ubi pervenit ad illum verſum: In manus tuas, Domine, commendo ſpiritum meum; audita vox eſt de cælo: Veni, Angele, ad Regnum tibi & Electis meis paratum à conſtitutione mundi, ut gaudeas cum Sanctis, ac inter Angelos in cælis colloceris, & cum Martyribus in æternum vivas, qui in ſuperna Ieruſalem triplicem jam tandem aureolam meruiſti. His auditis felix anima, ceu columba candidiſſima, è corpore exiens viſa eſt, & lux ſole ſplendior ſupra ſanctiſſimi Martyris corpus videri, & cantus ſuaviſſimi, ac mirabiles audiri cœperunt; odores inſuper de corpore illo ineffabiles exiverunt, quorum fragrantia incomparabili oppidum impletum eſt. At Belingarius domum accurrens, cum ſororem interficere nequiverit, conſcius ſceleris tanti ſuique impotens, ac deſperatione, ſic divina ultione permittente, ſuperatus, laqueo ſe (ut Scarioth olim Iudas) ſuſpendit: cujus corpus, locis profanis populi univerſi decreto expoſitum atque inſepultum, feris relictum eſt dilacerandum.*

F

46 *Ea die Gotfredus Antiſtes Panormitanus prædicationi Martyris Angeli, prout conſueverat, aliis impeditus, intereſſe non potuit. Domique, cum lectionibus S. Bernardi vacaret, clariſſima luce refulgens ipſius Martyris anima, thalamo clauſo commoranti apparuit, dicens: Gotfrede Antiſtes, vale: & quod facis, Deum time: ego vero Chriſtum pro te orabo, ad cæleſtium Patriam profecturus. Tunc Gotfredus non mediocriter territus: Quis, obſecro, es? Ille vero: Ego ſum Angelus Carmelita, hodie gladio peremptus in Baſilica Apoſtolorum Philippi & Iacobi: Vade, & ſepelias corpus meum in loco ipſo, ubi Ieſu Chriſti amore martyrium ſuſtinui, & pro juſtitia & veritate morti traditus fui.*

47 *Triſti hoc accepto nuntio; incomparabili Antiſtes dolore conficitur, nec poteſt ſe lacrymis temperare, tanti viri jacturam ex corde deplorans. Cumque non multo poſt multi inſigni pietate viri, imo de pectore ſuſpiria trahentes, ipſique præcipue Carmelitici cœnobitæ, luctu & amiſſi tanti Patris dolore & gemitu ducti, ad Antiſtitem illum, tamquam præcipuum Martyris amatorem, conveniſſent; Præſul ipſe alios conſolaturus, conſolatore egere videbatur; caſum lugubrem miſeratus amici, cujus virtutem noverat, cujus ſanctitatem ſatis laudare non poterat. Procedit itaque cum tota familia, populi lamentationes, quibus eppidum complebatur, audiens; & ubi tandem pervenit ad ſanctam Baſilicam, odoris fragrantia & cantu Angelorum melliſluo quaſi raptus, nonnihil ſiſtere jubet. Mox ſanctum Corpus reverenter veneratus, & voce lamentabili minus audientem ſic eſt affatus amicum: O Angele, veræ pietatis amator, Chriſti athleta fortiſſime, quæ tanta Erynnis furentem illius excivit animum? quis te, unicam*

A *te, unicum ſanctitatis exemplar, crudelibus his vulneribus fœdavit? O mentem ſacrilegam! ô pectus efferum! ô impiam manum, quæ temporis noſtri ſpecimen, firmiſſimam Eccleſiæ columnam, fidei Catholicæ clypeum, ſuſtulit! Digna, Belingari, te manent ſupplicia, cui juſtam Dei ultionem mors peperit Martyris innocentis. At tibi, Angele, velut Baptiſtæ Ioanni, pro redarguto inceſtu morienti, æternam comparavit gloriam & immortalem coronam. Iſtis & aliis pluribus pie & amice prolatis, corpus honorifice ſolenni apparatu ſublimi in loco conſtitui curavit; & diebus octo cereis faculis circumquaque accenſis, & juxta Eccleſiæ morem, officiis pro Martyre celebrari ſolitis horis omnibus, celebratis cuſtodiri fecit.* D

48 *His autem diebus quot quantaque glorioſus Dei Martyr miracula fecerit, explicare difficile eſſet. Nam ſurdis auditus, lumen cæcis, claudis greſſus, mundities lepra vexatis, paralyticis ſoſpitas, & denique quavis etiam incurabili ægritudine preſſis, qui per ipſos dies octo ſacratiſſimum illud corpus tetigere, ſanitas reſtituta eſt. Orta autem fuit pia admodum controverſia inter Carmelios Cœnobitas, & eos qui Eccleſiæ præerant Philippi & Iacobi, de Martyris ſepultura; quam Archiepiſcopi auctoritas diremit, atteſtantis, Martyrem, ut eo in loco ſepeliretur, ubi fuit martyrio coronatus, petiiſſe. Cui acceſſit & fons, eodem in loco miraculoſe ſcaturiens, ubi ſanguis Martyris ſanctiſſimi profuſus fuerat: cujus liquore omnis languoris ſolet curari infirmitas, feſto præcipue die, & feſti vigilia ejuſdem ſanctiſſimi Martyris. Fuit itaq; ſepultus eodem in loco, ubi fuit Martyrio coronatus, manibus propriis ejuſdem Archiepiſcopi Panormitani. Et in his omnibus Frater Petrus, Frater Ioſeph, & ego Frater Enoch ſocii fuimus, anno Domini noſtri Ieſu Chriſti* MCCXX. *Obiit die quinta Maji, die vero* XIII *Maji fuit ſepultum corpus ejus.*

ANNOTATA.

Iterin Dominica caveri ſolitum à piis.

B a *Diſtat* Licatta, *ſeu* Leocata *quam aliqui malunt* Alicatam *nominare, unius dumtaxat diei itinere verſus Ortum, ut minum ſit dies decem impenſos dici, ſcilicet à Kalendis Martii, quæ anno* 1220 *(quando Paſcha celebratum fuit* 29 *ejuſdem menſis) incidebant in* 3 *Dominicam Quadrageſimæ, cum eſſet annus is Biſſextilis & litteræ Dominicales* E D. *Non eſt etiam ſatis credibile, quod Sanctus voluerit iter tantillum ingredi Dominica die, nulla grandi neceſſitate urgente, quandoquidem id etiam religioſiores laici caveant. Sane de* S. Coleta, *Clariſſarum reformatrice ſeculo* 15, *in ejus Vita ad* 6 *Martii cap.* 4 *legimus, quod* quotieſcumque Sorores ducebat ad conventus noviter conſtructos, vel quos viſitare diſpoſuerat dudum ædificatos, in quacumque foret patria vel quocumq; tempore (videlicet hyemis vel æſtatis, pacis vel guerræ) Dominicis vel feſtivis diebus ſuperveniebat, ibidem remanebat, quantumq; locus erat tenuis ſive modica villa. *Et Soror Petrina ſocia Sanctæ cap.* 2 *teſtatur, quod* aliquando ob conjunctam diei Dominicæ cum ſequenti feſtiva feria reverentiam, biduo integro remanſit in exiguo quodam oppido. *Tantum aberat ut tali die in iter ſe daret, quæ jam cœptum proſequi ducebat religioni.*

Difficultates quadam circa hoſpitium Sancti,

b *Interpolator Siculus præſumens quod Leocatæ jam tum fuerit conventus Carmelitanus, addidit ab ejus Priore veniam poſtulatam, apud Archiepiſcopum hoſpitandi: in quo tria occurrunt haud ſatis congrua. Primum quod conſenſerit extra conventum degere Sanctus, nulla apparenti ex cauſa. Secundum quod idem Archiepiſcopus ſupponatur domum habuiſſe in oppido exiguo aliena diœceſis & à ſua Metropoli longe diſito. Tertium quod in tota hac narratione nulla fiat mentio Epiſcopi Agrigentini, qui tunc erat* Urſo, *ab anno* 1198 *uſque ad* 1245 *ſuperſtes, quem non fuiſſe eo tempore ſolitum à ſua Sede abeſſe ſuadent contractus ab eodem Agrigenti ſignati an.* 1219 *&* 1228 *apud Rocchum Pirrum. Neque ad rem facit Archiepiſcopi præſentia, hac enim non obſtante manebat ſuum jus Epiſcopo, ut citra facultatem ſuam nemo concionaretur in ſua diœceſi.*

C

concurſum feſti S. Marci & feria,

c *Non concordant characteres: nam anno* 1220, *uti jam dictum, litteræ Dominicales erant* E D, *atque adeo* feſtum S. Marci *non in diem* Veneris, *ſed* Sabbati *cadebat. Interpolator Siculus, magis etiam hoc loco confuſus eſt, dum ſcribit hoc factum,* die quinto Maji quo Major Litania eſt: *quod animadvertens is qui Romæ textum Belloroſii tranſcripſit, vel etiam ipſe* P. *Daniel, delevit hæc verba* quinto Maji, *nullo eorum (quod fides exegiſſet) relicto veſtigio. Detur tamen venia & Belloroſio & tranſcriptori, & pro* quinto Maji *ſubſtituatur* VII Kalendas Maji *id eſt* 25 *Aprilis, uti fert ſtylus Interpolatoris, Romana phraſi hactenus uſi.*

d *Illo in quo verſamur anno cui* 5 *Maji concurrebat feria*

3 *hebdomadæ* 5 *poſt Paſcha, dies utiq; feriatus, & biduo poſt celebrandum erat feſtum* Aſcenſionis, *quando potius convocandus fuiſſet ad concionem populus. Quomodo igitur credã ex oppido non magno, quale eſt Leocata,* 5 *hominũ millia, dimiſſis operibus & negotiis conſuetis, confluxiſſe ad concionẽ audiendam? aut coram tanta multitudine auſum quemquam patrare ſcelus tale. Dubitari etiam haud immerito poteſt, an eccleſia SS. Philippi & Iacobi, quæ neque Collegiata nec Parochialis erat, ſed à paucis Presbyteris administrabatur (ſicuti ex Roccho Pirro in Notitia Eccleſiæ Agrigent. pag.* 342 *intelligitur) fuerit capax tam ingentis numeri. Adde quod Oppidum ipſum (licet* anno 1553 à Turcica centum fere triremium claſſe, cui ſe Francica fœdere junxerat, igne vaſtatum, horrendam adhuc faciem præfert acerbiſſimi caſus) *credi poſſit propter ingentem concurſum ad* S. Angeli *corpus, aque ac alia ſimilium devotarum peregrinationum loca, multum creviſſe poſt ejus mortem; adeoque etiam nunc, quando tam inſigniter inſtauratus eſt* S. Angeli *cultus, haud minus eſſe numeroſum quam fuerit ipſo illuc appellente. Ante annos autem* 40, *cum ſcribebat Pirrus, ſolum* numerabat lares 1241 *& in his* cives 5215 *omnis ſcilicet ætatis & ſexus.* *auditorium* 5000 *hominum in die feriali,* E

& eadis modum diverſum ab imaginibus.

e *Longe aliam cædis formam, velut non ab uno ſed pluribus patratæ, exhibet imago, præfixa editioni Belloroſianæ, quam veroſimile eſt juxta traditionem popularem jam olim, & forte prius quam Vita ſub nomine Enochi componeretur, pictam extitiſſe, in ea ubi corpus eſt eccleſia. Vnius talis mentio fit in Proceſſibus, tamquam exſtans in Oratorio Sodalitatis Leocatenſis, cujus fidelis delineatio promiſſa mihi à R. P. Scraphino, uti dixi poſt Miracula num.* 149. *Hæc ſi miſſa fuiſſet, poſſet forſitan id ipſum confirmare; videlicet non uno teli genere aut pugione confoſſum fuiſſe Sanctum, ſed caput quidem, ſive (ut Groſſus loquitur) frontem gladio percuſſam, non qualicumque, ſed falcato, & qualem tunc temporis in frequentiſſimo uſu fuiſſe, conſtat nobis ex eo acinace, quo creditur* S. Petrus Martyr *Ordinis Prædicatorum percuſſus an.* 1252; *quemque nos ipſi vidimus Forolivii in conventu, ubi ipſe ejus percuſſor religioſe poſtmodum vixit & ſancte obiit.* F

f *Interpolatori placuit pro* Officiis (*qualia hic intelligi poterant, juxta conſuetum Eccleſiæ ritum, impenſa defuncto*) *ſupponere* Officia, pro Martyre celebrari ſolita: *quod arripiens* P. *Daniel mox ſubintulit Annotationem hujuſmodi.* * *Cœpit itaque cultus S. Angeli, ut Martyris, mox à ſuo martyrio, ſic decernente Archiepiſcopo præfato, propter revelationem ſibi divinitus factam, & propter plura manifeſtiſſima miracula: & illa permoverunt etiam Antiſtites in Synodo Hieroſolymis habita, ut eum velut Sanctum honorandum cenſuerint.*

A g Simporitimus *pro* Metropolita *neſcio quo modo hic dicatur.* Συμπορεύε & *Græce dicimus, cum iter agenti ſocios nos adjungimus.*

h *Erat hæc ergo* Feria 4 Rogationum *iſtius anni, quam* 17 *Maji ſequebatur* Pentecoſtes: *qui concurſus dierum feſtorumque, ſi vere accidiſſet eo tempore* D *quo cæſus eſt Sanctus, reſque deſcripta fuiſſet à teſte vere oculato, multas notabileſque circumſtantias hiſtoriæ addere potuiſſet ac debuiſſet.*

APPENDIX

Epiſtola Athanaſii de Claromonte ad fratrem ſuum Fredericum, de Reliquiis per S. Angelum tranſmiſsis.

Ex Gonono.

a *S. Ioannes Baptiſta apparens Athanaſio,*

49 ANno Domini MCCXIX, *a* in feſto Annuntiationis B. Mariæ poſt horas Matutinales quaſi circa horam nonam noctis, in eccleſia S. Joannis Baptiſtæ, coram ſuis ſanctis Reliquiis orando, quaſi mihi videbatur non dormire. Videbam autem juxta me hominem unum quaſi annorum triginta, cujus aſpectus lucidus & clarus tamquam ſol erat, qui totam eccleſiam illuminare videbatur. Erat enim indutus pellibus camelorum,

c tenebatque in manu ſua vexillum *b* ſanctæ

B Crucis, vocans me ter & dicens: Athanaſi, eſto certus, quod voluntas mea non eſt, ut Reliquiæ meæ & quæ mecum ſunt, in iſto remaneant loco, & maxime imago glorioſæ Virginis Mariæ, propter infinita peccata hujus populi; ſed in Italiam feſtinanter ipſas mittere procures, per Fr. Angelum de civivitate Jeruſalem (qui martyrium ſuſtinere debet in inſula Siciliæ, propter veritatem dicendam, ſicut & ego ſuſtinui) & per Fr. Enoch

c *c* ſervum ſuum.

50 Ego vero tremebundus interrogavi, quiſnam eſſet & quod nomen haberet. Qui dixit; Sanctus ſum Joannes Baptiſta, cujus

jubet transferri ſuas, & aliorum reliquias. Reliquiæ ſunt in iſta eccleſia; eas vero Federico de Claromonte, fratri tuo & meo devoto, mittere debes, qui cum Honorio Papa de iis providebit. Quibus dictis diſparuit: & poſtmodum evigilans de mandato S. Joannis & glorioſæ Virginis per Fr. Angelum prædictas Reliquias vobis mitto, una cum Fr. Enoch, qui homines ſanctæ vitæ ſunt & converſationis quæ Reliquiæ ſunt, Imago glorioſæ

C Virginis Mariæ, Brachium & Tibia S. Joannis Baptiſtæ, Caput Jeremiæ Prophetæ, & Brachium S. Catharinæ Virginis & Martyris, & Tibia S. Georgii.

Ex Bellorosio.

49 *ATHanaſius de Claromonte Panhormitanus, Ordinis S. Baſilii, miſeratione divina Patriarcha Alexandrinus, Dei Servorum minimus, ſpectabili Viro & Nobili Frederico de Claromonte, Panhormitano, fratri ſuo ſalutem & pacem. Frater Angelus Carmelita, vir doctrina & ſanctitate ſingularis, ac ſpiritu Dei ad divina opera excitatus, tuæ ſpectabilitati voce viva renuntiabit, quod præſentibus nos ſcriptis ſignificamus. Nuper enim feſto die Annuntiationis B. Mariæ Virginis, cum poſt matutinas noctis quaſi circa horam nonam orarem in Baſilica S. Ioannis Baptiſtæ, ante ſacratiſſimas ejuſdem Reliquias, vidi apud me hominem annorum triginta vel circiter; cujus aſpectus nitens & lucidus tan-* E *quam ſol, totam Baſilicam illuſtrare videbatur. Is indutus pellibus camelorum, & tenens manu vexillum S. Crucis, ter vocavit me dicens: Athanaſi, Athanaſi, Athanaſi; ſcito & ſis certus, quod voluntas Dei eſt & deſiderium meum, ut Imago glorioſæ Virginis Mariæ, & Reliquiæ quæ in hac conduntur Baſilica, in Italiam mittantur. Non enim diu, quæ huic populo imminet, divinæ ultionis ira differetur. Has Fratri Angelo Hieroſolymitano, qui in Inſula Siciliæ pro veritate dicenda martyrium ſuſtinebit, ſicut & ego ſuſtinui, credes, & reſignabis: qui eas, magna, fide & devotione, cum ſociis Petro, Ioſepho & Enoch, portabit.*

50 *Qua apparitione territus & non mediocriter tremebundus, demum reſumptis nonnihil animi viribus, interrogavi, quiſnam eſſet. Et ille: Ioannes, inquit, ſum Baptiſta, præcurſor Domini noſtri Ieſu Chriſti, cujus Reliquiæ ſunt in iſta Baſilica; eas ad Fredericum de Claromonte fratrem tuum, devotum & timentem Deum, mittas: qui cum Honorio Pontifice eas ſuſcipiet, & ubi divina voluntas diſpoſuerit honeſte reponet. Et his dictis non amplius apparuit. Hujus igitur oraculi præcepto moniti, habita prius oratione & firmato nobis propoſito, per ipſum R. Fratrem Angelum præſignatum & ſocios ejus, ipſas Reliquias tuæ Spectabilitati mittimus. Reliquiæ autem hæ ſunt: Imago glorioſæ Virginis Mariæ, Brachium & Tibia S. Ioannis Baptiſtæ, Caput Hieremiæ Prophetæ, Brachium S. Catharinæ Virg. & Martyris, & Tibia S. Georgii: de quibus, prout Dominus diſpoſuerit, conſulto ſancto Patre Honorio Pontifice Romano, diſpones pie & religioſe. ut te præſtare ſolitus es erga Deum.* F *Audies autẽ plura ab eo ipſo Rev. Fratre Angelo, cujus colloquio mirifice delectaberis: quem utoptime dignoſcas, & omni ſtudio complectaris, hortamur. Eſt enim non minus opere quam ſermone mirabilis, & præcipuus veritatis amator, ac fidei Catholicæ defenſor acerrimus. Cetera quæ de ipſo referri poſſunt admirandæ ſanctitatis opera, quod ipſe brevibus ſcriptis aſſequi ea non poſſum, & tu facile (ut ſpero) cognoſces, ſilentio prætereo. Vale in Domino noſtro Ieſu Chriſto, & orationibus S. Honorii Papæ nos commenda. Datæ Alexandriæ anno Domini noſtri Ieſu Chriſti milleſimo ducenteſimo decimo nono.*

ANNOTATA.

a *Abrahamus Bzovius, ad hunc annum num.* 19 *totam hanc epiſtolam deſcribens, & anno ſequenti num.* 15 *intexens epitomen Vitæ, apud Gononum impreſſæ, indicat Codicem Vaticanæ Bibliothecæ ſignatum num.* 3813, *quam notitiam ei acceptam referimus, non item quod prætermiſerit rem ipſam examinare. Feciſſe id videtur Continuator Baronii Odoricus Raynaldus, alias non parce delibare ſolitus ea Sanctorum Acta, quæ habebat pro genuinis ac veris, quando de* S. Angelo *verbum omninò fecit nullum; media ſcilicet via incedens, inter veritatem agnitam, contra quam nolebat Vitam iſtam approbare; & dilectam ſibi caritatem eorum, quos ſui judicii expreſsione ſciebat conturbandos. Vtinam nobis quoque licuiſſet eamdem, uti cœperamus, viam inſiſtere in rebus ad antiquitatem Carmelitanam ſpectantibus! Sed noluerunt ii, quorum gratia ſilentium tenebamus. Aſt, inquies, Vitam* Angeli *non improbavit Boronius, ſiquidem in ejus Notis ad Romanum Martyrologium ad* 5 *Maji & ad nomen* S. Angeli *ita habet:* Scripſit ejus res geſtas Enoch Hieroſolymitanus: de eodem etiam Molanus in Additionibus ad Uſuardum: habes eaſdem in compendium redactas in Theſauro Concionatorum. *Reſpondeo, quod eodem jure mihi objiciatur Bollandus in S. Cyriaco, quia is ad* 9 *Ianuarii agens de S. Marcellino Epiſcopo Anconitano, ſepulto in æde S. Cyriaci urbis Patroni, annotavit, quod hic* juſſu Juliani Apoſtatæ Hieroſolymis occiſus eſt. *Scripſit & hic & iſte Notas ejuſmodi ex communi aliorum opinione, quæ vera an falſa eſſet examinare & judicio contradictorio ventilare non vacabat ad alia feſtinantibus. Ego certe nolim hanc ſucceſſoribus meis injuriam fieri,*

A *fieri, ut contra me calcaneum levaſſe accuſentur, quoties ipſis continget, rem aliquam à me ſolum obiter ex incidenti occaſione perſtrictam, ſcrutari funditus, & poſt maturum operæ diſtinatæ examen reprobare quidpiam, quod ego vix obiter perlectum neſcivi habere de falſitate ſuſpectum. Potuit etiam Baronio, occaſione quapiam dictam* S. Angeli *vitam examinanti, patuiſſe vanitas totius hiſtoriæ, hocque ſuum judicium memoriæ poſterorum tradidiſſe; ſicuti Bollandum, pœne prius quam prodiret Ianuarius, pœnituit eidem inſeruiſſe S. Teleſphori Papæ Vitam, à Zegero Pauli compoſitam: in qua deceptum ſe agnoſcens, noluit deinceps manum apponere Vitis Sanctorum Carmeliticorum; ſed omnes reliquit ſocio ſuo P. Henſchenio; qui experiendo didicerat docueratque aliquas ex iis ſuſpectas habere, quando de SS. Cyrillo Alexandrino, Anaſtaſio, Avertano, ac Petro Thomaſio ſcripſit.*

b *Ita* S. Joannem Baptiſtam, *non ſolum Latini, ſed etiam Græci exprimunt cum Cruce, uti videre eſt in horum Menæis excuſis ante 7 Ianuarii.*

c *Quis ita de monachis vel eremitis loquitur, ut eorum ſocios* ſervos *ipſorum appellet? Sapientius itaque interpolator Siculus* Socios *poſuit.*

B

EPISTOLA THOMÆ BELLOROSII

Ad eumdem Ampliſſ. Patrem Magiſtrum Nicolaum Audettum, de quotidianis miraculis, quæ fuere meritis S. Angeli Martyris in oppido Leucate, ubi ſepultus eſt; deque fonte vivo & fluxu olei medicinalis in loco ſepulturæ dicti Martyris glorioſiſſimi.

Teſtatur auctor de miraculorum frequentia,

HAbes, Ampliſſime Pater, ea quæ ſcripta ſunt olim de Vita ſanctiſſimi Angeli, Virginis & Martyris, à me non minus expolita quam digeſta per Capita, ut innoteſcant toti Orbi Chriſtiano, quæ ita fere quotidie miraculorum locupletiſſimo teſtimonio comprobantur, ut non egeant aliquo teſtificationis adjumento, ſicuti profuſe tua Paternitas ampliſſima percepit à multis viris præſtantibus in hoc Regno. Non enim tuam Paternitatem latet, quod Divus Angelus, ſpiritu humilitatis quæ de ſinu Patris deſcendit plenus, ut declinaret inanem hujus mundi ventoſi gloriam, priuſquam ab humanis recederet, mandavit, ut in eo corpus ejus humaretur loco, in quo fuerat ſceleſti hominis gladio confoſſus. Nemo tamen poſtea fuit auſus hanc ſupremam ſanctiſſimi Martyris voluntatem violare, verens ne inferret offenſam, quoaduſque

C aliter viſum fuit divinæ Majeſtati; quæ (ſicut conjicimus) ut dilectiſſimus ejus Martyr aſſidue effulgeret miraculis, ex ſepulturæ loco, quæ in templo erat, & quaſi ex ore ſepulti, repente pulchrum li-

lilio ex ore ſepulti nato, lium enaſci fecit, quod quoties fuit inciſum, ſtatim renatum eſt. Et hoc miraculo permoti incolæ illius oppidi Leucatæ, locum effoderunt, ubi inventum eſt corpus, miro fragans odore; quod honorifice repoſuerunt in arca honeſtiſſima.

Ex loco vero, ubi prius jacuerat corpus, fons vi-

fonte ſalutifero. vus aquæ nitidiſſimæ & ſuaviſſimi odoris emanavit. Ex ea vero parte, qua caput Martyris requieſcebat, cœpit fluere medicinalis olei liquor; ubi poſtea manu artificis aqua illa per gradus operis lapidei circumdata eſt, quæ tertio nonas Maji, anniverſario die Martyrii, plus ſolito exereſcit, & tunc etiam oleum effluit, incipiens pridie ab hora veſpertina uſque ad ſolis occaſum diei ſequentis: quod ſolertiſſime à plebe colligitur, ad ſanandos infirmos; multiq; ægroti illo die ſolenni deſcendunt per gradus fontis, loturi corpus eorum; implorantes Divi Martyris auxilium, & ſenſim populo ſpectante recipiunt ſanitatem, præſertim hernici & paralytici. Plura quoque D efficiuntur miracula, ſi die illo celeberrimo vir do- *oleo ex loco ſepulturæ fluente.*
ctus Carmelitanæ familiæ, & non alterius Ordinis Profeſſor, more declamatorio habebit ſermonem ad populum de vita, miraculiſque, & martyrio prædicti Martyris glorioſiſſimi. Non videtur mihi profecto hac de cauſa opus eſſe ut quærantur antiquæ atteſtationes de Vita ſancti Martyris: quandoquidem vivi fontis ſcaturigo & effluentis olei liquamen, teſtantur omnia, quæ tradita ſunt litterarum monumentis de cæleſti beatitudine Divi Angeli, veriſſima eſſe & ſole meridiano clariora. Nava igitur ex imis ſenſibus operam, Ampliſſime Pater, ut ſicut à divina Majeſtate & Cælicolarum ſenatu prædictus Martyr factus eſt cæleſtis civis, triplici corona donatus; pari modo in hac Eccleſia militante, perpetuo ſummi Pontificis ac ſacroſancti Senatus Apoſtolici decreto, divinis honoribus condecoretur, venereturque ab omnibus; ad laudem & gloriam totius Curiæ cæleſtis & individuæ Trinitatis, regnantis in ſecula ſeculorum. Amen.

Sequebatur in Panormitano impreſſo: Ad Divum Angelum, glorioſum ſacro-ſanctæ Carmelitanæ Religionis Martyrem, Marci Panclareni Baſilii Siculi E
Meſſenii

HYMNUS.

SIdus ô ſalve fidei coruſcum,
Qui ſacra palmam meritus corona,
Martyres inter reſides beatos
Tempus in omne.

Cui ſacrum nomen monitus dedere
Virginis, cum lux manifeſta viſus
Rettulit claros oculis parentum
Nocte ſopora.

Tum parens alvo Mariæ beato
Lætior natos peperit gemellos,
Vergeret quamvis genitor ſenectæ
Obſitus ævo.

Aſtinens rerum teneris in annis
Uberum lactas alimenta parcus,
Nec tibi curæ tener apparatus
Divitis aulæ.

Sed labor durus juvat, éque primis
Menſibus cœlebs inhias Olympo;
Scilicet par eſt, etenim decebat
Davidis ortum.

Atque germano ſocio laborum
Nunc domas hoſtes animæ rebelles,
Nunc humi ſtratus tua ceu cubili
Membra reponis. F

Ambo primæva pariles juventa
Rite Carmeli ſubiiſtis ædem,
Servitum magnæ Dominæ ferentes
Pectore caſto.

NOnne miraclis etiam refulges?
Prô fides! Ima revocas ab unda
Ferream molem ſuperenatantem
Alitis inſtar.

Siſtis & ſacri fluvii recurſus:
Sic Ioſephus biduo ſepultus,
Matris heu mœſtæ lacrymis obortis
Luce revixit.

Attamen vulgus refugis profanum.
Ergo deſertas habitare rupes
Eligis, luſtris penitus ferarum
Undique ſeptus.

SÆpe cæleſti chorea reviſunt
Angeli; hi ſacras epulas miniſtrant:
Suſpicis tandem venientis ora
Splendida Chriſti.

Olli ait, Dux ô fidei ſupernæ,
A Præpetem (ſegnis mora nunc abeſto)
I tene curſum Siculas in oras,
Angele ſolers.
Sat tibi cura vigili ferendum:
Sed manet tanti pretium laboris.
Quid gemis cladem patriæ futuram
Hoſte ſub acri?
Occidit quondam Libye, ſubactam
Barbaro cernent Aſiam minores,
Græca Turcæâ ditione tellus
Verſa jacebit.
Hic ubi ſervat Galilæa ritus,
Heu! minax agmen ſteterit, cadetque
Triſtis Epiri plaga, quæque Nili
Fertilis amne eſt.
Dalmatæ cedent miſeri, Rhodoſque,
Pannonis flebit regio, recumbet
Omnis Europe, propior periclo
Itala tellus.
Exeret tantum ſcelerum propago.
Tu modo internos cohibe dolores,
B Nuntio tempus fore quo reſurget
Noſtra poteſtas.
Inclitæ creſcet pietatis Heros.
Victor hoc ultro Duce miles ibit;
Roma jam tandem teneat quietas
Libera ſedes.
Hi dies ſalvæ patriæ ſuperſunt.
Perge nunc urbes celer ad Sicanas,
Hic opem morbis operare, noſtro
Numine fretus.
Impius dum ſe miſeræ ſororis
Frater inceſtu ſcelerat nefando,
Ipſe Baptiſtæ ſimilis Joanni
Fata moraris.
At ſalus mors eſt tua, nec timeſces
Efferum crudi facinus tyranni:
Sic petes cælum gladio peremptus,
Inclite Martyr.

Tripartitus, ut vides, Hymnus hic eſt, adeoque ad uſum Divini Officii pro Veſperis, Matutino & Laudibus compoſitus, neſcio an & uſitatus aliquando. In Carmelitano certe Breviario modo non reperitur. Ne porro quidquam ignores, quod ad hujus Vitæ editionem ſpectat, accipe etiam extremam libri clauſulam, his verbis conceptam. Impreſſum eſt hoc opuſculum felici in urbe Panormo, per Antonium Maidam Panormitam &
C Petrutium Spiram Meſſanenſem, ſocios, ad inſtantiam Reverendiſſimi & Ampliſſimi Patris, & Carmelitanæ Religionis ſummi Antiſtitis, Magiſtri Nicolai Audeti, anno poſt virgineum puerperium ſeſquimilleſimo vigeſimo ſeptimo, die XXVII Aprilis.

ANACEPHALÆOSIS

Præcipuarum circa hanc Vitam difficultatum, quarum ſolutio poſtulatur.

Miranti cur hæc Vita nobis ſuſpecta de falſitate,

REverendus P. Daniel à Virgine Maria, *cum in meo de Vita S. Barſanuphii commentario ad diem* XII *Aprilis legiſſet, quod* non potuimus abſque cenſura dimittere *vulgatam S. Angeli Carmelitæ Vitam*, utpote veritati à nobis demonſtratæ multimodis contrariam, *ſcilicet quoad antiquitatem quorumdam conventuum in Italia Siciliaque majorem juſto; & hanc à ſe firmiter conſtitutam haberi adverſus meas rationes ratus; pergit quærere, in eo quod mihi opponit* Carmelitanæ hiſtoriæ Propugnaculo *tom.* I *num.* 2981, *numquid ſit aliud quod hanc Vitam mihi reddere ſuſpectam poſſit.* An forte, *inquit*, Cenſor ille id veritati contrarium arbitratur, quod eodem tempore duo fuerint eodem ſæculo Hieroſolymitani Patriarchæ? D
An forte in Vita S. Angeli diſplicent, aut veritati contrariæ cenſentur ab iſto ſcriptore, revelationes à Chriſto factæ S. Angelo de variis regionibus ob peccata per Turcas occupandis & vaſtandis? ....
An forte cenſor iſte hiſtoriam illam celebratiſſimam de colloquio SS. Dominici, Franciſci & ipſius Angeli præſumeret unus, ſolus, primus, contra omnes, veritati contrariam dicere? *Equidem fateor etiam in his tribus eſſe aliquid cujus ſolutionem non video; libenterque intelligam, qua ratione poſſit verum demonſtrari, quod eodem tempore Hieroſolymis ſederint duo Patriarchæ ejuſdem ritus ac fidei Syro-Graci: nam hanc difficultatem non ſolvit diſtinctio duorum Patriarcharum Latini ac Græci, diverſis in urbibus reſidentium. Cupio etiam diſcere, quomodo Urbis ſanctæ occupatio prænuntietur ut adhuc futura, anno poſtquam jam acciderat vigeſimo tertio: neque ſatisfacit quod ipſo facto id verum fuiſſe conſtet, quia facile eſt de rebus jam præteritis veritatem dicere. Denique laboro ut tempus inveniam pro iſto colloquio Romæ in Baſilica Latenarenſi habendo, ante vel poſt Feſtivitatem Pentecoſtes anni* MCCXIX, *qua celebratum eſt Aſſiſii* E
Capitulum: neque laborem minuit auctoritas eorum, qui rem, hactenus in contradictorio judicio non ventilatam, bona fide uti acceperant credidерunt.

& vix tria dubitandi capita invenienti,

2 *Interim vehementer miror quod vir ſtudioſus ac laborioſus, quique inter omnia quæ geſſit munera ſemper intentum oculum animumque habuit in hiſtoriam, & noſtra Sanctorum Acta aſſidue volutans diſcere debuerat, per quæ veſtigia ſoleamus deprehendere errores in Sanctorum Vitis latentes, atque ex horum numero & qualitate ſtatuere, quo incertitudinis aut improbabilitatis gradu collocari ſingula mereantur, quænam etiam omni fide haberi indignæ: miror, inquam, ejuſmodi virum, nihil aliud deprehendere in vita S. Angeli valuiſſe, quod aptum eſſet homini non plane inerudito dubitationem movere. Sane licet veritas totius Carmelitanæ hiſtoriæ, quoad ortum, progreſſum, continuationemque ſuam in Carmelo uſque ad initia Bertholdi, tam certa mihi eſſet atque eſt ipſum Euangelium; licet etiam de antiquitate & diffuſione Ordinis per Europam, diu ante ſolennem anni* MCCXXXVIII *migrationem, eadem haberetur evidentia, quæ habetur de Regulæ Benedictinæ per Occidentem propagatione atque univerſalitate ante ejus diviſionem in varios Ordines: licet præfati tres mihi hactenus difficiles nodi perfectiſſime forent explicati; licet denique nihil fictum, nihil ſuppoſititium eſſet in ullo alicujus auctoris Carmelitani ſcripto, imo nec in ulla ullius cujuſcumque Sancti Vita; tamen non poſſem cogere intellectum meum, uti crederem Vitam hanc eſſe ſcriptam ab aliquo qui Hieroſolymis & in Palæſtina, ineunte ſeculo* XIII *vixerit cum S. Angelo, cum eodemque tranſierit in Italiam Siciliamque, & morientem viderit, ac denique reverſus Hieroſolymam factus ſit Patriarcha,*

reſpondeo eam eſſe tam multiplicem quæ gravia,

at nequeat credi à coævo & oculato ſcripta.

F

3 *Quid enim? An talis vir potuit Græcorum rituum tam eſſe ignarus, ut pro iis identidem Latinos ſubſtituens, omnia aliter facta narraret quam fieri debuerunt? An potuit neſciviſſe quo in ſtatu Hieroſolymam atq; Alexandriã reliquerit, inde diſcedens? An potuit credidiſſe, quod Syro-Graci atque Latini promiſcua inter ſe Sacrorum Communione uterentur? An potuit vel ſomniando cogitaſſe, quod ex Carmelo Hieroſolymam eunti tranſeundus eſſet Iordanes fluvius? An potuit Portum Romanum cum Centumcellenſi, & hunc cum Urbe Veteri confudiſſe? An potuit Honorium hic reperiſſe eo tempore, quo conſtat fuiſſe Romæ? An potuit erraviſſe in nominando Archiepiſcopo Panormitano hoſpite ſuo, vel eum non diſtinxiſſe à ſuo Vicario? An potuit denique characteres omnes temporum confudiſſe, ut Paraſceven diceret celebratam* XXIV *Martii, feſtum S. Marci componeret cum feria* VI, *aliaque ſimilia iis annis, quibus id nec factum eſſe nec fieri potuiſſe dijudicare poteſt quantumvis tiro in chronologia, ſi modo vel minimum ei dubium occurrat,*

& eorum ſynopſin exhibeo,

A *quæ ſi ſolvi videro, nihil non credam.*

currat, quo moneatur ad tabulas reſpicere, ex iiſque dubitationis ſuæ ſolutionem petere? Hæc ſi non ſingula, ſed ſimul omnia dicas fieri potuiſſe; vel oſtendas, ut Vita illa verificetur, non debuiſſe fieri; fatebor ego me vel carere oculis, vel plena in meridie denſiſſimam noctem pati, prorſuſque captum eſſe mente, atque (ut ex Approbatoribus Speculi unus loquitur) delirum ſinciput. Fatebor etiam, eos omnes fatuos eſſe dicendos, qui Bollandum atque Henſchenium Sanctorum Actis illuſtrandis applicaverunt, neque ab iis juſſerunt diſcere rationem inveniendi diſcriminis inter verum ac falſum, aſtimandique probabilitatum intrinſecarum atque extrinſecarum momenta diverſa. Cegar denique credere inſaniviſſe eruditos paſſim viros omnes, ſeculares & religioſos, internos & externos, Catholicos & acatholicos, ipſumque cum ſuis Carmelitis P. Danielem, qui noſtrum in hiſce rebus judicium tanti hactenus fecerunt, quantum teſtantur editi eorum ubique libri, ipſumque Speculum Carmelitanum loco non uno.

Non enim valent excuſationes ea,

4 Aſt, ſi ob unum vel alterum errorem, in vitis Sanctorum inventum, *inquit* Baronius *in Annotatis ad Romanum Martyrologium & diem* IX *Octobris*, cetetera quæ remanent fide carere dixerimus, profecto omnes fere Sanctorum Vitas in maximum diſcrimen inducemus; cum pœne in omnibus aliquid notari poſſit, quod corrigendum videatur; ſitque Canonicarum tantummodo Scripturarum ſingularis prærogativa, ut in cunctis vera, inconcuſſa certaque narrentur. *Similia ſcribit* Bollandus, *in Præfatione generali præfixa Sanctorum Actis tomo* I *Ianuarii Cap.* 1 §. 7 *& Cap.* 3 §. 4, *ubi iſta habet*: Fatetur quandoque Baronius, Acta quædam, ut primum venerunt in manus, inepta ſibi viſa & inſipida; quæ accuratius expenſa vehementer probarit, omnique acceptione digna judicarit. *Idem ſibi ſæpius uſuveniſſe non ſolum* Bollandus *atque* Henſchenius *profitentur, ſed ego etiam; atque è converſo etiam accidiſſe, ut multa quæ in hoc ſtadium venientibus nobis viſa ſunt ſolidiſſima atque indubitabilia, uſu experientiaque doctioribus factis judicata ſint revera eſſe figmenta.*

B

propter quas errores ſæpe excuſantur.

5 *Sed uti pro his non patimur valere, nec illis officere præjudicia, etiam propria, quandocumque certior veritas aliunde ſe offert; ſic non ſumus tam rigidi exactores veri, ut nec errores, etiam graves ac multos, poſſimus diſſimulare, cum ii vel in librariorum interpolatorumve temeritatem atque incuriam, vel in auctorum ſimplicitatem credulitatemve nimiam, vel denique in temporum locorumq; diſtantiam refundi poſſunt excuſando: ita tamen ut pro eorum numero ac gravitate, putemus decreſcere probabilitatis ac fidei in ea fundendæ gradum; eoque poſſe deviniri, ut ex talibus Vitis tandem aliud nihil valeat certo conſtare, quam quod ipſi quorum ea ſunt Sancti, in magna notiſſimaq; fuerūt virtutis miraculorumq; æſtimatione, & ut vere Sancti in ſuis reſpectiue locis culti. Quod ſi nobis obtrudatur Auctor, coævi oculatiq; teſtis nomen ſibi & fidem arrogans, qui ſubjectus examini deprehendatur alienam aſſumpſiſſe perſonam, utpote convictus multiplicis falſitatis, & cum cetera quam prætendit plerumq; ſcientia nequaquam componibilis; quantumcumq; is diu & quantoſcumq; fefellerit, abominamur eum deteſtamur ac eiq; quod aſſumpſit nomini conſuetum in talibus* Pſeudo *præponentes, à dicendo teſtimonio omnino removemus; eſto fieri poſſit ut inter multa quæ ſcripſit falſa, non parum lateat veritatis. Hoc enim ſolent lucrari manifeſte mendaces, ut etiam vera dicentibus non credatur, donec alius fide dignior teſtis acceſſerit. Talis autem non eſt, quiſquis omnem quam de re quapiam habet notitiā non niſi ex fonte tam infecto hauſit; ſicut ex hac ſub* Enochi *nomine vulgata* S. Angeli *vita hauſerunt pleraq; quicumq; de eo aliquid ſcriptis memoriæve tradiderunt hactenus.*

C

quando quis convincitur aliud eſſe quam finxit.

Videtur autem omnino Vita ſcripta Latine

6 *Ceterum iſtam qualemcumque* S. Angeli *Vitam primum fuiſſe* Latinis litteris traditam *cenſet ejus evulgator Bellorioſius, cui* P. *Daniel num.* 1318 *aſſentitur. Et meo quidem judicio recte. Nihil enim in alterutra eſt, quod Græciſmum ſapiat; imo mihi clarum certumque videtur Græcarum rerum ac rituum prorſus ignorantem fuiſſe, qui eam primus compoſuit: neque contrarium evincit ingens diverſitas inter utrumque exemplar, Vaticanum ac Panormitanum. Quid ergo? Alii ut volent ſentiant; Ego pro diuturniori & frequentiori iſtiuſmodi differentiarū experientia arbitror, Vaticanum contextum, utpote ſimpliciorem & ſeculi anterioris phraſi ſcriptum, ac minutiorum circumſtantiarum obſervantiorem, periodis tamen breviorem* D *multo, prius ſcriptum editumque fuiſſe; idque ab homine, Carmelitano quidem Ordini perquam amico, antiquitatum tamen ejus tam ignorante, ut pro* pallio canuſinis virgulis circulato, *dederit ei* cappam albam cum friſeo nigro, *id eſt nigro limbo inferne; & Regulam Albertinam ei ſcriptam eſſe crediderit,* annis quadringentis duodecim *ante ingreſſum* Angeli *in Ordinem; unde conſequens videtur Carmelitam ipſum non fuiſſe. Hanc deinde nactus alius, concinniori meliorique Latinitate donavit, omiſſis mutatiſve minutiis nonnullis, ac nominatim duobus iſtis articulis aut vitioſis aut obſcuris; laxata etiam phraſi, de antiquioribus Ordinis in Sicilia Italiaq; Conventibus, atque aliis nonnullis rebus, ea interſerens, quæ quia proprie ad Ordinem ſpectant, adeoque ſtudioſe interponuntur, credere faciunt poſteriorem textus interpolati auctorem Carmelitam fuiſſe. Itaq; primum locum Vaticano textui, ut antiquiori & ſimpliciori; ſecundum dedi Panormitano, tamquam ex priore vitâ ſumpto, licentiuſque interpolato, atque adeo minus ſincero, quemadmodum ex utriuſque collatione mutua facile quilibet deprehendet, neque in hoc puto diſceptaturos mecum R. P. Danielis diſcipulos.*

primo ut eſt apud Gindenum.

deinde interpolata ut apud Bellorioſium.

E

7 *Sed quid ſi dixero, nec unam nec alteram primogenium eſſe ejus fœtum, qui ſeſe* Enoch Jeroſolymitanum *dixit, primum de* Angelo *ſcriptum evulgans? De hoc tamen prius quam pronuntiem quidpiam, volo hic tertiam Vitam* S. Angeli *dare, cum obſervationibus nonnullis, acceptam ex MS. Legendario Vltrajectino eccleſiæ S. Salvatoris, quod apud nos fuit; & Heribertus Roſweidus tranſcribendum curavit, ex autographo (quantum Henſchenius meminit) ſeculo* XIV *exarato: circa quod tempus rem totam primo fuiſſe compoſitam mihi perſuadeo, propter ea omnia quæ ipſam haud dubiæ fictionis condemnant, nec videntur poſſe adſcribi tempori, ei ætati, qua cæſus eſt Angelus, magis propinquo. Ipſum, ut habemus & Rev. P. Danieli utendum dedimus, hic etiam accipe, quo certius ipſe ſententiam feras, utrum Vltrajectinum contextum debeas ex Vaticano antiquiori in epitomen contractum credere, an utrumque ex antiquiori deſumptum eſſe, meliori fide unum quam alterum.*

utrumque tamen antiquior alia extitiſſe.

cujus epitome habeatur in MS. noſtro.

F

TERTIA VITA

Brevior, forſitan etiam antiquior, & ſincerior.

Ex Ms. Vltrajectino S. Salvatoris.

PARS I.

Vita S. Angeli in Palæſtina.

Parentes S. Angeli de ſua Iudaica fide dubii,

1 BEatus Angelus ex tribu Juda traxit originem: cujus pater Jeſſe, & mater Maria dicebatur, Jeruſalem habitantes, ſub divino timore legem Moyſi ad litteram ſervantes, prout narrat Enoch *a* Hieroſolymitanus. Hi jejuniis frequentiſſimis, aſperis ad nudum corpus indumentis utebantur, orationibus continuis inſiſtentes. Et dum in ea vita perſevarerent; nonnumquam dubitatio corda eorum invaſit, an in Lege promiſſus veniſſet, an in antea eſſet

a

EX MS. esset venturus: & in hujus rei gratia Nicodemum Episcopum sæpius adibant: erat enim vir sacrarum litterarum doctissimus. Nec tamen fidem Nicodemi verbis adhibebant, qui etiam eisdem Messiam venisse, & Jesum Christum fuisse affirmabat; nec præteritorum in Lege Judæorum sententiis prorsus adhærebant. Sic nullis rationibus humanis contenti ad Deum confugientes, assidue precabantur, ut scrupulum illum à cordibus eorum extirparet. Et cum multo tempore in ea ambiguitate perstitissent,
b proxima die Paschæ *b* Judæorum domi orantes, frontibus humi procumbentes, voverunt se numquam ex eo loco amoturos, nec sumpturos cibum, donec divinitus illa tolleretur dubietas.

ab apparente sibi Deipara

2 At cum nocte dieque cum lacrymis & orationibus perseverassent, piissima Dei mater visibili specie, Angelico cœtu comitata, lumine circumfulsit eos, talique sermone affatur: Estote fortis animi, Davidica progenies: sum namque Maria, Davidico etiam genere nata, quæ verum Messiam à lege promissum Jesum mundi Redemptorem genui, & lacte proprio nutrivi, de qua Nicodemus vobis persæpe locutus est: cui indubiam fidem esse adhibendam
B nullatenus dubitetis. Ad cujus vocem caput extollentes, clamaverunt uno ore dicentes: Heu! Mater gratiæ, quid ut salvemur nos facere expedit? Quibus respondens Virgo; ait: Cum dies crastinus illuxerit, ite ad templum: ubi divinus Pontifex Nicodemus ad aram serviet: & eidem quæ vidistis & audistis, nuntiate, & sacro baptismate renovari petite. Qui cum crastino summo diluculo surgentes, ad templi valvas se contulissent, & ingredi vellent; c ustos eos acre satis repulit. Sed cum audisset eos, ut sacrum baptisma perciperent adventasse, ad Pontificem ambos
c adduxit. Ad cujus genua provoluti, narraverunt omnia per ordinem, quæ præcedenti nocte audierant & viderant.

mittuntur ad Nicodemum Episc.

3 Quibus auditis Pontifex gratias egit Deo &
d eos catechuminos fecit; ebsque remotius *d* ab altari præ ceteris fidelibus jussit semoveri, eo tamen pacto, ut, licet longe stantes, videre ministrorum administrationem valerent. Cumque Nicodemus Dominicum corpus assumeret, ut assolet quilibet Sacerdos, super calicem; in humana specie Dominus Jesus apparuit illis & quibusdam Christianis, vacillantibus forsan in fide, ut in ea firmarentur. Postmodum Nicodemi mandato Jesse in contubernium se
C dedit Eremitarum Carmelitarum, qui portæ aureæ vicini erant, in domo quæ dicitur B. Annæ: & ejus uxor Maria in consortium puellarum, quæ sub B. Basilii regula in monte Sion vitam agebant, ubi utri-

baptizantur.

que in loco suo manserunt, ubi & vigiliam Pentecostes celebrabant, meditantes beneficia quæ Dei gratia eisdem contulerat, & ipso die regenerationis lavacrum susceperunt. Transacta solennitate suam repetentes domum, convicinos ad fidei percipiendum lumen hortabantur; ex quo factum est ut infra quatuor annorum curricula centum & triginta Judæi ex tenebris infidelitatis ad verum fidei lumen pervenirent.

Nati ex eis filii post mortem parentum

4 Interea Maria concepit & peperit gemellos, Angelum videlicet & Joannem: quos, cum prima ætas capax fuit disciplinæ, bonis moribus & lacte
e doctrinæ salutaris educarunt. Vix septem *e* annis superstiterant, cum hac ex misera luce senserunt se discessuros; cælestemq; adipisci ardenter cupientes, à præfato Pontifice Nicodemo duo devota prece postulaverunt, unum ne eorum cadavera in domo Fratrum Eremitarum prohiberet humari, alterum ut filios post parentum obitum sub tutela educaret. Itaque se Deo commendantes, una eademque hora maritus cum conjuge animas eidem reddiderunt; & sicut se dilexerunt in vita, sic nec mors separavit. D
Pontifex igitur prætatus, post dignas parentibus præstitas exequias, paterna li cura filios suscepit, & honestis moribus & litterarum scientia ornavit. Cum *in familiam Patriarcha assumpti,* vero jam adolevissent, essentque annorum circiter decem & octo, Nicodemus se sentiens viribus corporis destitui ac resolvi, eos advocavit, religiosam vitam plurimum laudans; ad eam postremum aggrediendam attentius exhortando. Adolescentes, ut erant devotione fervidi, responderunt, id ipsum multo tempore se desiderasse: quamobrem ubi corpora parentum sepulta erant, orabant ut ibidem Deo famulari permitterentur.

denique fiunt Carmelitæ,

5 Nicodemus ergo Patre monasterii, quem Priorem vocant, accersito, eidem ipsos valde commendans, educandos religiose tradidit. Revoluto anno probationis, testimoniales humiliter petierunt, &
f ad Priorem, Superiorem *f* scilicet Montis Carmeli mitti, cui profiteri habebant & obedientiam promittere; quod in ejus manibus facere peroptabant. Quibus acceptis, festinanter accesserunt ad illum. Quos cum gaudio suscepit, quia eorum sanctimonia vitæ longe pervenerat. Qui statim professionis emissa voce, Regulæ supererogare cœperunt. Ab exal- E
tatione namque Sanctæ Crucis usque ad Pascha tribus diebus in hebdomada solo pane & lympha contentabantur, reliquo tempore olus cum oleo & sale cibus illis erat. Vinum pro veneno ducentes, super tabulis ligneis modico interjecto fœno vestiti dormiebant, omnes ceteros Coëremitas in admiratione *& Sacerdotio initiantur.* suæ austeritatis inducentes. Vicesimo octavo suæ nativitatis anno, montis Carmeli Prior, Hierosolymam, ut Sacerdotii ordinem susciperent destinare voluit: illique plurimum renitentes, se indignos humiliter asserentes tanto ministerio, tandem præcepto Patris adject, virtute compellente suæ professionis acquiescentes, litteras obedientiales acceperunt: quos cum magna animi lætitia Nicodemi jam defuncti successor ordinavit.

& prævia in monasteriis catechesi,

6 Præterea ad civium Jerusalem instantiam, quibus de illorum præcipua religione proclamante fama innotuerat, Priorem, apud quos illi religionis habitum susceperant, rogavit, ut ipsos retineret, nec ad solitudinem Carmeli migrare permitteret: qua *Angelus Bethleemi moribundum sanat.* ex re apud Fratres illos aliquamdiu moram traxerunt. Sed cum nativitatis Dominicæ dies appropinquaret, ambo uno consensu Bethleem, ut in partus intactæ Virginis loco, ejus solennia celebrarent, se F
conferre decreverunt. Quo in loco ubi primum applicuerunt, mulier quædam, cujus filius in mortis agone laborarat, ad pedes B. Angeli cum fratre pertranseuntis cecidit, plangens & ululans dixit: Angele Pater, amice Christi, credo si in nomine ipsius nati de Virgine pallium tuum super filium meum extenderis, ipsum posse restitui sanitati, virum enim Dei mater illa ex sola fama cognoverat. Ad quam B. Angelus respondit: Heu mulier! numquid Deus sum? homo sane ac peccator. Quod vero à me petis, id singularibus Dei amicis aliquando concessum est. Abi hinc cum cæleſti benedictione, meque pertransire sinas. At illa rursum: me numquam abs te discessuram certum habeas, nisi saltem pallium tuum porrexeris super filium meum, & Deum pro eo depreceris. Vir igitur sanctus mulieris fidem cernens, mantellum suum super filium, jam vitæ spiramen emittentem [explicans,] oravit in hunc modum: Omnipotens & mirabilis Deus in omnibus operibus tuis, qui filium Reguli incipientem mori sanasti, filium viduæ suscitasti, ac quatriduanum Lazarum jam fœtidum de monumento vivum eduxisti; hujus desolatæ mulieris lacrymas respice, ejus filium ad vitam evoca.

Ora-

A Oratione facta illico filius se vivum & incolumem erexit, & mater omnesque qui aderant glorificaverunt Deum, famaque B. Angeli inde plurimum cœpit augeri. Ad dictam solennitatem convenerunt plurimi Ecclesiæ etiam Prælati, inter quos Honufrius successor Nicodemi in Patriarchatu Jerosolymitano, Joannes Archiepiscopus Nazarenus, & Petrus Bethleemitanus Pontifex, plures Græci & Armeni Ecclesiæ Dei Pastores.

secedit in eremum.

7 Nocte postera vir Dei Angelus, ut popularem auram declinaret, licentia g à Priore montis quæsita, ad sqallentem accessit eremum ubi delituit quinquennio. Quo tempore Honufrius, Hierosolymitanus, de quo supra fecimus memoriam, animam expiravit: cui Joannes, B. Angeli frater germanus, cælesti dono successit. At cum Angelus in ea solitudine degeret, plurimas cælestes habuit revelationes; & inter ceteras, cum in ferventi desiderio oraret, apparuit ei Dominus Jesus dicens: Angele, per martyrii palmam ad Angelorum consortium assumeris; ideo versus Siciliam dirige calles, nam in illa insula, oppido quod Leocapta vocatur, diœcesis Agregentinæ, vitam gerit vir cui nomen Belingarius; potens quidem, sed hæreticus sceleſtus; duodecim namque jam annis nefandum cum sorore incestum committit: quod primo quidem exteros latebat, sed jam inverecundus factus nec Deum timet nec homines reveretur: asserens etiam amicis redarguentibus nullum omnino committere nefas, quin potius caritatis opus, eo quod vir sororis frigidus sit & impotens: nec (ut asserebat) aliqua maris & feminæ in eadem specie [conjunctionem] lex naturæ prohibet, si avium, quadrupedum, & omnium reptilium conditiones commiscentium attendantur; & indurato corde non veretur affirmare, Sanctã Ecclesiã non posse hæc prohibere. Ex ea nempe sorore tres excepit filios. Ambos admonebis secreto, ut pœnitentiã agentes à tam nefando desistant opere. Post plurimas tuas exhortationes, illis tibi non acquiescentibus, tale crimen publica prædicatione damnabis, Ecclesiæ etiam auctoritatem super decretum constituendum Christi auctoritate firmatam probabis. Attamen dico, quod mulier, aliquando sui sceleris pœnitens, misericordiam consequetur: Belingarius, in sua hæresi pariter & scelere pravo induratus, te necabit. Itaq; pro fide ecclesiæ & virtute pudicitiæ, quasi alter Joannes Baptista, ad cælestem gloriam aspirabis. Quibus auditis B. Angelus respondit: Domine Jesu Christe, in ditione tua cuncta sunt posita, neque tuæ decet velle repugnare voluntati. Plurima de miserabili Christicolarum persecutione eidem sunt revelata, futuris temporibus percipienda: Angelus vero post hæc Jerusalem rediens, vix ob sordẽ in eremo contractam à Pontifice, suo germano, agnitus est: cui & multis aliis visionem aperuit, & commissam eidem Siciliæ legationem: ibidemque in Septuagesima, fratre suo impulsore, prædicavit; ad quem audiendũ frequenter ultra *h* septuaginta millia personarũ convenisse sunt æstimati, doctrinã ejus & sapientiam admirantes: ex Judæis autem qui convenerant, ad baptismatis gratiã circiter octoginta sunt conversi.

deinde apparente Christo in Siciliam dirigitur.

B

C

h

ANNOTATA.

Enoch in hac vita non vocatur Patriarcha,

a *Non additur* Patriarcha: *atque ita relinquitur locus suspicandi, quod hic titulus ab aliis postea additus sit, nihilo meliori jure, quam ad nomen* Sophronii Hierosolymitani *ante Vitam* S. Mariæ Ægyptiacæ, *maxima cum historiæ totius confusione, sicut ostendi ad 2 Aprilis. Simile quid* Ephremo *illi accidisse, qui Vitam* S. Mariæ Junioris *scripsit, cum non minori perturbatæ chronologiæ incommodo, ostendi ad diem 16 Martii, quando docui quomodo pro recentiori aliquo acceptus sit* S. Ephrem Syrus *tanto senior auctore vero, quam junior erat* Sophronius Patriarcha. *Idem accidisse tum aliis multis mihi persuadeo, tum etiam* Joanni *illi* Hierosolymitano, *Græcæ linguæ ignaro prorsusque Latino, qui scripsit librum de institutione Monachorum ad Caprasium, si tamen hic verum auctoris sui nomen præfert; de quo videbimus in Proliminari de Patriarchis Hierosolymitanis tractatu.* EX MS.

b *Cum certum sit* Pascha *diversissimo sæpe tempore celebrari solere à Iudæis & Christianis, propter diversissimos utrorumque cyclos, hic modus loquendi, præterquam quod aptior sit adhuc Iudæis* Angeli *parentibus, de quibus est sermo; etiam effugit omnes illas difficultates, quibus involverunt nos alii, diem Veneris seu Iovis sanctum cum 24 Martii die componentes anno non suo.* *neque indicatur Pascha Christianorum:*

c *Quanto hoc simplicius ac verosimilius, præ miraculoso illo modo, quo in ecclesiam introductos ab Angelis palam conspicuis narrant alii?*

d *Alii interim, contra omnem Ecclesiæ utriusque ritum, propius faciunt sisti ad altare, tanto minori cum verosimilitudine, quanto remotius à turba laicorum altare suum solent habere Græci. Non tamen hoc satis est ad verificandam rẽ ut hic gesta narratur, quia tempore Sacrificii aspectui nullius extra sacrum Adytum consistentis patet Altare, usq; ad Communionem laicorum, neque credibile est Iudæis casu aliquo permissum esse, ut intra Adyta consisterent, unde fideles ipsi excludebantur.* *erratur tamen in ritu Græco.*

e *Hoc quoq; verosimilius dicitur, scilicet* septennes *potius quã* quadrimos *pueros in Patriarchalẽ familiã esse receptos.*

E

f *Optime dicuntur ad eum missi, penes quem verosimiliter solũ potestas adhuc erat, ad religiosa vota recipiendi novitios debite probatos, neq; hic prohibemur* Brocardũ *intelligere.*

g *Etiam hoc prudenter.*

h *Immensam hyperbolen, alii melius reticuerunt.*

PARS SECUNDA

Gesta S. Angeli in Europa & mors Leucatæ.

8 IPse vero Angelus postmodum cum fratribus Joseph ex Emaus & Petro de Bethleem, & *a* Nicodemo Hierosolymitano navem ascendens *b* partis Januensium, xv Kal. Maji versus Siciliam appropinquaverunt. Et cum non procul à portu Siciliæ essent, ecce navem quatuor barbaricæ trieres invadunt, illamq; brevi domitam prælio populus barbarus ingreditur, contra Christicolas contendunt, nunc manu, nunc pede conculcant. Quos B. Angelus sic alloquitur: Ah! ne servos Christi tantopere offendatis. Quidam vero præ ceteris ea verba indignantissime ferẽs, virum Dei magno ictu tutudit in faciem; deinde fuste accepto male illum feriebat. Vir autem Dei, oculis ad cælum intensis & manibus expansis, orabat dicens: Libera nos Deus de manibus inimicorum, & da glotiam nomini tuo, ut gloriemur in laude tua, & liberentur dilecti tui. Ad hæc, emissum protinus de cælo fulmen cecidit, & abundanti igne sexaginta barbarorum & amplius consumpsit, nullumq; Christicolarũ prorsus offendit; qui vero supervixerunt infidelium, se privatos lumine oculorum compererunt: & eos ut Dei misericordiam implorarent B. Angelus hortatus est, dicens, Qui crediderit Dominum Jesum Christum filium Dei, illuminantem omnem hominem venientem in hunc mundum, certum se habeat lumina recepturum. Ex eis igitur ducenti & eo amplius oculorũ aciem receperunt, qui postmodum Messanæ urbi Siciliæ sunt advecti: qua in urbe mutus quidam B. Angelo orante obtulerat se, & linguæ usum recepit.

a

Hierosolymũ prædicat,

b

transit in Siciliam,

F

9 Non multo post Romam adiit, ubi eum Sanctorum limina visitaret, Beatis Francisco & Dominico in æde Lateranensi obviavit: quo in loco Franciscus, caritatis succensus ardore, spiritu prophetico alta voce B. Dominico dicit; ecce Angelus Hierosolymitanus, vir utiq; angelicus, Christi Martyr in brevi futurus: & ut insuperabilis erat humilitatis, in terra se prosternens, cœpit Angeli pedes deosculari. Et quamquam Angelus S. Franciscum nunquã fuisset antea intuitus, eidem tamen intulit: Salve humilitatis exemplar, qui singulariter in corpore stigmata Domini Jesu portaro

Romæ SS. Dominico & Francisco occurrit,

c meruiſtis. Beatus verò Dominicus horum ſermonũ
A verba audiens, tacitus admirabatur.

c 10 Poſthæc Angelus in Siciliam remeans, Parnormũ
reverſus in Siciliam applicuit: ubi in monaſterio ordinis S. Baſilii, in quo B. Athanaſius, tum Alexandrinus Patriarcha, ſanctæ converſationis habitum primo ſuſceperat, honorifice fuit acceptus. Prædicavit per dies quatuor ibidẽ verbũ Dei. Ejus ſermo adeo efficax fuit, ut Judęos plurimos converterit ad fidei orthodoxæ lumẽ. Deinde Agregentiũ pervenit; ubi prædicans per plurimos dies attentiſſime auditus, Deus virtutẽ dedit voci ſuæ: ita quod Deo cooperãte multa miracula perficeret. Poſtmodum Angelus comitante Epiſcopo Panormitano Leocaptã pervenit. Diebus paucis tranſactis Belingarium hæreticũ; de quo ſupra meminimus, vir ſanctus ad ſe privatim vocavit, eiq; rem ex ordine patefecit, & non ſolũ ſepties ſed pluſquam decies diverſis illũ diebus admonuit. Belingarius quoq; ſuum defenſabat
diſputat cum inceſto Beringario, ſed fruſtra, ſcelus, & furore repletus, dicebat, illum non Angelum bonum, ſed diabolũ eſſe, hypocritam ac pſeudoprædicatorẽ. Sanctus vero illi econtra dicebat, Niſi pœnitentiam egeris, certò ſcias tuum ſcelus, aliquanto prius abſconditum, jam jamq; tuis amicis conſanguineis & familiaribus cum cunctorum cordis diſplicentia agnitum, toti mundo eſſe Deo jubente manifeſtandũ, & cum Belingarius, non confitendo ita eſſe,
B ut etiam opinabantur propinqui; ſed cõditionaliter aſſerens illud eſſe ſecundũ legẽ naturæ, contra quam neq; Eccleſia valebat ſtatuta condere; B. Angelus replicabat aliud eſſe naturæ brutorũ & rationaliũ, quibus Deus prophetica voce ait, Nolite fieri ſicut equus & multus quibus non eſt intellectus. Cũ vero Belin-
Pſ. 31. 8. garius adderet, neceſſe factum in filiis Adæ; reſpondebat Angelus, tunc pro implendo dicto præcepto licuiſſe, ſed multiplicato genere humano à Domino
Leu. 18, 9 prohibitũ fuiſſe, primo per Moyſen, dicentẽ; Non revelabis turpitudinem ſororis tuæ. Contra hoc quod dicebat, Eccleſiam non potuiſſe ſtatuere, dicebat Angelus, oppoſitũ ex Euangelio, Chriſto dicente Apo-
Luc. 10, 16 ſtolis, Qui vos audit me audit &c; ita quod Eccleſiæ mandata, cum evidenter non ſunt contra Deum, ſunt ſuſcipienda acſi ex ore Dei procederent: Vos, inquit
Mat. 10, 20 Salvator, non eſtis qui loquimini, ſed Spiritus Patris.

11 Duravit inter eos hujuſmodi diſputatio longo tẽpore: nec fuit inde pertinax ſui erroris defenſor con-
qui poſt auditã ſororis ſuæ pœnitentiam punctus, ejus tamen ſoror, cui nomen Margarita erat, viro Dei prędicante poſt aliquot dies acceſſit cũ filiis, quos de fratre conceperat: ac cum dolore vehementi,
C omni præſente populo, dixit: Angele, qui pro noſtra ſalute miſſus es à D. Jeſu Chriſto, precor ut hujus miſeræ peccatricis animã commendatã habere digneris, ut tuis precibus veniã conſequi mereatur. XII annis & eo amplius diabolicis laqueis irretita cum meo
conſpirat in necem ſancti: germano Belingario impudicã vitã geſſi, & ex eo tres hos concepi peperiq; filios. Ad iliã vero vir ſanctus ait: Is qui venit peccatores ſalvos facere ſua immenſa miſericordia, quoniã iniquitatẽ tuam cognoſcis, veniam tibi præſtare dignetur. Hac publica ſceleris revelatione facta, Belingarius videns ſororẽ amplius ejus condelectari nolle amplexu, ſed ejus conſortium prorſus devitare; in viri ſancti necẽ virulento ſpiritu aſpirabat. Sequenti nocte ei oraculo cæleſti revelatur quod die prima *d* Maji in eũ irrueret veritatis & virtutis inimicus Belingarius, & plagas mortis eidẽ inferret, adiecitq; eum ſupervicturum uſq; ad diẽ quintum Maji. Qui cum in craſtino Fratribus Joſeph, Petro, &
Enoch retuliſſet quæ viderat & audierat; illi ſuadere cœperunt, ut à Leocapta diſcederet: quod ſi ſe non reſpiceret, comitum ſuorum ſaltem compaſſionẽ haberet. Tandem nulla prece motus reſpondit: Divino nutui repugnare non licet: hoc ipſũ, non me petente, ſed Deo decernente ſtatutum eſt: quare nullus apud me precibus veſtris locus eſſe poteſt. Comites D
proinde ſupplicationibus finem impoſuerunt.

12 Cumq; jã dies neci dicta veniſſet; Miſſarum ſo- *His ab eo perauſus 1 Maji* lenniis celebratis, B. Angelus prædicavit ſecus littus maris juxta ædem Apoſtolorum Philippi & Jacobi, quo & fere quinq; millia hominũ convenerant. Tum prędictus ſceleſtus Belingarius, cum ſathanę e ſatellitibus gladiis evaginatis in virum Dei per mediũ populi irruerunt, inferentes quinq; vulnera mortifera. Et licet potentiſſimus in illa regione eſſet ipſe homicida opibus & amicis, tamẽ populus nõ potuit ſe cõtinere, viſa injuria illata ſervo Dei, quin in eum impetũ facerent, volentes ipſum vita privare. Sed B. Angelus prohibuit dicens: Per Jeſum Chriſtũ vos obſecro, ut nullus amico meo in aliquo noceat: per ipſum namq; expeditius migro ad Creatorẽ. Illi ſinite ultionem, qui
Hebr. 10. 30. ait, Da mihi vindictã & ego retribuã. Precor autẽ ut ad ſororis ejus lares quam cito properetis, tollaturq; de via, ne turbidus pudicitiæ hoſtis furibunde ad eã perveniat. Ipſe quoq; vir ſanctus pſallere cœpit, Beatus vir qui non abiit in conſilio impiorum, & in via peccatorum non ſtetit &c. Tunc populus devotus, ad ejus patientiam admirans, eum aſportavit ad domum in qua quieſcere ſolebat; & continuo uſque ad mortem monebat populum ad patientiam & perſeverantiam, orans pro inimicis.

13 Adveniente die quinta quaſi media nocte pſallere cœpit, Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? E
moritur 5 Maji, Et demũ: In te Domine ſperavi. Et eũ perveniſſet ad illum verſiculũ: In manus tuas Domine commendo ſpiritum meũ, vox cælica audita eſt à circumfuſo populo dicens: Angele, veni accipe perennis gloriæ coronã. Et ſtatim reddidit Deo ſpiritum; auditæq; fuerunt voces & harmonię cantus Angelorum, qui ejus animam concomitabantur in cælum. Belingarius autem, cum ad ſororis ædem cucurriſſet nec eam inveniſſet, reverſus in propriã domum, laqueo ſe ſuſpendit. Corpus B. Angeli ut lux circumfulſit, ex cujus corpore odor ſuaviſſimus emanabat: corpus vero Belingarii in ſterquilinio abjectum eſt.

14 Anima vero B. Angeli apparuit Archiepiſcopo *atque octavo poſt die ſepelitur.* Panormitano dicens: Frater & amice, ecce vado ad gloriam, ite & ſepelite corpus meũ: Archiepiſcopus quoq; mox ut ad Sancti viri corpus acceſſit: juſſit ut per dies octo ſuper terram cuſtodiretur: honoravit interea corpus illud multis funeralibus obſequiis, ſancto Martyre dignis. Per idem tempus plura ut quiſquam crederet miracula facta fuerunt: nam ſurdis auditum, claudis greſſum, cæcis viſum reddidit. F
Octavo die traditum eſt corpus ſepulturæ. Præmiſſa ſcriptis tradiderunt B. Angeli comites Petrus de Bethleem, Joſeph ex Emaus & Enoch Hieroſolymitanus. Obiit autem A. D. MCCXX, III nonas Maji. Miracula quæ quotidie operatur Deus in loco ſuæ ſepulturæ, per Notarios oppidi in magnis voluminibus oſtenduntur ſcripta, nec valent faciliter recitari.

ANNOTATA.

a Nicodemi *nomen pro* Enoch *obrepſiſſe videtur ſolius librarii errore, ſiquidem rurſus in fine nominantur tres ſocii, & horum tertius* Enoch.

b *Ecgraphum noſtrum*, portui, *quod correxi. Hic autem adverto omiſſa Alexandrina excurſione veroſimiliter omnia hic narrari, quod ſcilicet navim hanc S. Angelus in aliquo alio portu aſcenderit.*

c *Accepit ſtigmata* S. Franciſcus *anno* 1224.

d *Celebratur* 1 *Maji feſtum* SS. Philippi & Jacobi Apoſtolorum: *qua die concionatum S. Angelum longe eſt veroſimilius, atq; ſub concione vulneratũ quarto poſt die obiiſſe: licet alii ad ceteras, etiam hoc addiderint, quod diem percuſſionis confuderint cum die obitus.*

e *Hoc iterũ majorem veri ſpeciem habet, multis comitatũ Sicarium fuiſſe quando facinus iſtud auſus eſt, & plures ſimul*

A *Hæretici in Italia*

simul impetum feciſſe in Sanctum; quod & imagines declarant, cultrum pectori infixum & capiti impactum falcatum eſſem repræſentantes. Itaque à Maurolico & hunc ſecuto Baronio rectè dicitur S. Angelus occiſus ab infidelibus & hæreticis, *quos eo ævo multos per Italiam fuiſſe apparet ex hiſtoria S. Petri Martyris, anno* 1252 *prope Mediolanum occiſi, ab ibi dictis* Manichæis, *hominibus utique ſpurciſſimis, quibus id nominis ideo inditum ſit à ſeculi* 13 *fidelibus, comparando eos cum Manichæis primum ac proprie olim dictis. Ad Siciliam ipſam quod attinet, circa annum* 1230 *ibi conſtitutum fuiſſe Inquiſitionis tribunal æſtimat Paramus, libro de Origine Inquiſitionis apud Rocchum Pirrum in Notitia Eccleſiæ Panormitanæ: qui eodem trahit Friderici Regis diploma quoddam, datum anno* 1213. *dicentis,* ſuper eradicandæ autem hæreticæ pravitatis errorem, auxilium dabimus & operam efficacem.

& Sicilia ſec. 13.

APPENDIX I.

De tempore vitæ ac mortis S. Angeli, per veriſimiliorem conjecturam quærendo.

B *Ex præmiſſis ut minimum ſequitur,*

1 *SI tam multa tamque enormia errata Scriptorum, loca, tempora, perſonas, & ritus confundentium, non poſſint diſcipulis* R. P. Danielis *perſuadere, ea quæ apud ſe hactenus indubitata fuere ſcripta, inexcuſabilia prorſus eſſe, atque omnino falſo gerere titulum ſocii & oculati teſtis; ſaltem hac tertia vita, dubitare eos credo faciet, an non multa ſint ab auctoribus Vaticani atque Panormitani contextus audaciſſime interpoſita: proinde excuſabilem me eſſe ſuo Ordini, quod teſtimonia ex illis petita pro ſua prætenſa antiquitatis affirmatione recuſem ſuſcipere, validiori in contrarium auctoritate tum Sanvici tum aliorum obſtante. Etenim apparet manifeſte, tertiæ hujus Vitæ ſcriptorem, licet non profiteatur ſe integram dare, alio & quidem ſinceriori in multis valdeque diverſo contextu Vitæ, ſub Enochi Hieroſolymitani nomine editæ, uſum: qui ſi haberetur, fortaſſe non admodum magna difficultas ſupereſſet ad veritatem certiori indagine conſequendam, aut certe propius attingendam per tolerabiles aliquas conjecturas. Quid ni interim liceat ſuper fictionum priorum ruinas fabricare aliquid, tantiſper valiturum, donec aliunde major lux affulgeat? Lectori ſuo neque vim neque fucum facit, qui nihil certo veri habens quod pro certo ſubſtituat jam notis falſis, ſuggerit aliquid veroſimile, idque arbitrio ejus relinquit probandum improbandumve.*

duplicem S. Angeli Vitam non eſſe ſinceram.

C *Si tamen id dicatur nõ 35 ſed 28 annorum fuiſſe, cum obiit.*

2 *Hac igitur venia præſumpta, dico, quod exigua mutatione facta in numero annorum, quo vixerit* S. Angelus *quando Martyr eſt factus, hac ſaltem quam ultimo loco propoſuimus Vita, poſſit ſalvari in multis, excuſari in aliis; ſemper tamen ſupponendo, quod ipſa accepta non ſit ex vere oculati teſtis ſcripto, ſed ejus qui oculati teſtis perſonã fallaciter aſſumpſit, ſcripturus de rebus ex ſola eaque confuſa traditione habitis. Quæ autem ea mutatio? Non alia, quam ut qui anno ætatis* XXVIII *primum ordinatus Sacerdos dicitur, & ſeptennio integro adeoque ad annum ætatis* XXXV *ſupervixiſſe; concipiatur anno* XXVIII *ætatis mortuus. Neque hoc concipietur omnino gratis, ſed bono cum fundamento. Nam in Proceſſu de miraculis S. Angeli,* Michaël Garnito, *teſtis* LXXXVI *num.* 135 *narrat, quomodo ſibi apparuerit* S. Angelus, qui annos ætatis circiter viginti ſeptem præſeferens, habebat macidulam faciem, barbulam flavam, ſtaturam mediocrem. *Et num.* 141 Maria, relicta qu. Petri Falcone, *teſtis* XCVI *dicit, quod* filiæ *ſuæ* Antoniæ dormienti apparuit in ſomnis Carmelitanus Frater, ætate juvenis, facie candidus, modicum habens barbæ; ipſa vero videbatur ſibi coram eo tamquam coram S. Angelo genua flectere. *Vnde autem hæc eis ſic oblata ſpecies, ut S. Angelum videre ſe crederent, niſi quia talem videre conſueverant in ſuis imaginibus, ex majorum traditione ſic pingi ſolitis?* Certe Hentiona, uxor Angeli Sinecca, *teſtis* LXXXIII *num.* 120, *cum graviter ægra viſa eſſet ſibi videre* per ſomnium perſonam gravem, in ætate juvenili, cum pallio albo, galero & ſcipione tamquam peregrinum . . . experrecta eſt de ſomno, plena ingenti fiducia, quod is qui viſus fuerat, fuiſſet S. Angelus, cujus ſpeciem ex ejus imaginibus cognoverat. *Neque ab hac delineatione abluit imago, quantumcumque rudis, præfixa Bellorioſianæ editioni. Non eſt autem ei abroganda fides propterea quod imagines iſtæ, quibus conformes apparitiones fuerunt, repræſentent Sanctum* cum pallio albo, *loco variegati; quia mutato habitu in Ordine, conſequens fuit eumdem mutari in imaginibus, ſaltem pòſt factis, nec tamen mutari formam ac lineamenta vultuum & reliqui corporis. Nam & memoria noſtra, quando reformatus fuit Patrum Carmelitarum antiquorum in Belgio habitus, vidimus omnes Sanctorum imagines, quotquot antea circum eccleſiam eorum hic Antverpiæ appenſæ fuerant, nihil mutata pictura reliqua, mutaviſſe colorem tunicæ interioris, ex nigro in fuſcum. Cum variegato autem pallio ſi apparuiſſet Sanctus, inaſſuetis ad ejuſmodi ſpectaculum oculis, numquam fuiſſet agnitus pro* S. Angelo.

ſicuti ex ejus apparitionibus & imaginibus intelligitur;

D

E *potuit eodem naſcente Hieroſolymis anno* 1192,

3 *Tali jam poſito fundamento, Sanctus, qui anno* MCCXX, *quando eſt occiſus, agebat ætatis annum* XXVIII, *natus fuerit anno* MCXCII, *quinto poſt captam à Saracenis Ieruſalem & à Latinis evacuatam: interea vero temporis potuit obiiſſe* Leontius, *quem Patriarcham Hieroſolymitanum habuit primis ſui Imperii annis Iſaacius Angelus; eique ſuffectus* Doſitheus, *per ſuam tranſlationem Conſtantinopolim, locum feciſſe alteri, quem Nicetas non nominat, & gratioſe poſſumus credere dictum fuiſſe* Nicodemum, *Nicodemo autem ſucceſſiſſe* Onuphrium, Joannem & Enoch, *tamdiu tolerandos, donec aliunde alii certiores prodeant, qui Leontio Doſitheoque ſucceſſerint, & excludant iſtos.* Nicodemus *porro parentes* S. Angeli *ex Iudæis fecerit Chriſtianos, puerumque ætatis ſuæ anno ſeptimo orphanum receperit in familiam, ac Monachis Syrogræcis, ad* S. Annæ *loco Benedictinarum exulantiam introductis, junxerit ætatis anno* XVIII, *Chriſti* MCCX; *circa idem tempus, quo* Albertus Dei gratia Hierololymitanæ eccleſiæ vocatus Patriarcha *Latinus, idemque Apoſtolicæ Sedis Legatus, Accone reſidens,* Brocardo & ceteris Eremitis, qui ſub ejus obedientia juxta fontem in monte Carmeli morabantur, *tradidit* vitæ formulam, *quam* juxta propoſitum *ſuum* tenere impoſterum deberent. *Novæ autem Regulæ Inſtitutique, in partibus Latinorum juriſdictioni adhuc ſubjectis feliciter pullulantis, fama adductus* Angelus; *dimiſſo Hieroſolymitano monaſterio (quod quia forte etiam ipſum Carmelitani Ordinis Regulam inſtitutaque ſuſcepit, per anticipationem vocari potuit à ſcriptore, ejuſmodi mutationum momenta non curioſe ſcrutato,* Carmelitarum Conventus) *dimiſſo, inquam, Hieroſolymitano monaſterio, haud ſatis tunc à ſchiſmatis labe puro, tranſierit ad Carmelum, ibiq; receptus a* B. Brocardo, *vix alios ſub ſe Fratres quam laicos habente, mox atque idoneam Ordinibus ſacris ætatem attigit, ad eoſdem ſit promotus; non Hieroſolymis, ubi* Nicodemi *ſucceſſor* Honuphrius *ſchiſmaticus reſidebat; neque ritu Græco, qui Carmelitis idoneus non erat; ſed Latino, per manus Latini apud Acconem Patriarchæ,* Thomæ *ſcilicet, qui Concilio Lateranenſi* IV *interfuit, vel* Rodulfi; *incertum eſt enim uter altero prior poſt Albertum; certum eſt tamen eorum alterutrum ſuperfuiſſe uſque ad annum* MCCXXIV. *Certum eſt etiam quod eodem tempore civitas Acconenſis, cui ſuberat Carmelus, proprium ſuum adhuc habebat Epiſcopum, qui potuit (ſi id Patriarcha non fecit)* ordinaviſſe Angelum, *& per omnes ſacrorum Ordinum gradus promoviſſe, Sacerdotem eum faciens anno ætatis ſuæ* XXIV *inchoato ſecundum Ca-*

Nicodemus fuiſſe Patriarcha, & poſt eum alii,

F *& interim Angelus Sanctus Carmelita*

ordinari Acconi ritu Latino;

nones, *in diebus Quatuor-temporum, per Adventum præsidentem annum Domini* MCCXVI.

A

Iturus vero in Europam visitasse fratrem Hierosolymis,

4 *Tum vero, ex occasione quam mox indagabo, mittendus in Europam, petierit facultatem revisendi loca sancta, Hierosolymis, Bethleemi, atque ad Iordanem; salutandi etiam fratris sui* Joannis, *si verum est quod fratrem habuerit, qui mortuo postea* Honuphrio *suffectus sit Hierosolymorum Patriarcha. Sed hic omnino non fuerit Carmelita, alioqui à Græco-Syris numquam eligendus recipiendusque: fuerit autem Patriarcha factus post martyrium* S. Angeli, *non ante; quia non est credibile Syro-Græcos promoturos ipsum fuisse ante ætate legitimam, quæ tanta ut minimum fuisse debuit pro Patriarchis, quanta pro Presbyteris ordinandis, id est annorum* XXX. *Certe nullus erat qui Hierosolymitanum Clerum hoc tempore cogeret ad infractionem hujus canonis (quemadmodum Constantinopoli factum est sæpe, per Imperatorum Græcorum tyrannidem potius quam jussionem) Saracenis scilicet nec-dum se ingerentibus in talia, quomodo nunc faciunt Turcæ ad pecuniam extorquendam; Constantinopolitano autem Imperio sub Latinorum potestatem redacto, & eo qui Nicææ titulum adhuc usurpabat, auctoritatem non habente qua Hierosolymitanos longe dissitos ad nutum suum sequendum compelleret. Electionis autem Patriarchalis & consecrationis ritus legere qui volet, inveniet descriptos, doctisque observationibus illustratos in Pontificali Haberti. Porro si* S. Angelus, *anno suam ordinationem immediate secuto, id est* MCCXVI, *post quinquemestrem ut summum, non vero quinquennem anachoresin, missus in Europam creditur, potuit Romæ in Basilica Lateranensi vidisse* SS. Francilcum & Dominicum: *si vero usque ad* MCCXIX *in Palæstina mansit, non potuit cum eisdem egisse nisi Perusii vel alicubi in Vmbria, intra hebdomades illas paucas, quibus* S. Dominicus *ante ac post Pentecosten in Vmbria fuit.*

non tunc, sed postea factus Patriarcha Græcum;

B

& an. 1216 vel 1219 venisse in Italiam

ad solicitandam approbationem Regulæ;

5 *Quod attinet ad causam, ob quam ex Palæstina in Europam* S. Angelus *transierit, eam Vitæ auctor refundit in visiones & revelationes ipsi factas. De his nihil habeo quod affirmem vel negem: existimo tamen, ad missionem eidem vel concedendam vel imperandam, non defuisse Priori Brocardo causam aliam, quæ communem Ordinis necessitatem tranquillitatemque spectabat. Hanc ut intelligas, memineris velim anno* MCCXV *in Lateranensi Synodo* IV *fuisse prohibitum,* ne quis novam religionem inveniat: sed quicumque voluerit ad religionem converti, unam de approbatis sumat: *talis autem an esset Carmelitana cum ambigerent multi, eoque nomine Fratribus inciperent esse molesti; agendum apud Apostolicam Sedem fuit, actumque est diu, nec ante annum* MCCXXVI *peractum est quidpiam. Qui id egerint nusquam inveniuntur à scriptoribus nominati: libera igitur relinquitur sua cuique conjectura. Mea huc propendet, ut Landfrancum fuisse putem, quem S. Angelo socium assignat* Philippus Metius, *grandi ætate atque experientia virum, sed gradu laicum: cui propterea ex paucis qui aderant Sacerdotibus, & his minime grandævis, (quantum ego quidem existimo) utpote post editionem Regulæ & res secundum eam ordinatas primum promoveri cœptis; ex paucis, inquam, qui suppetebant Sacerdotibus junctus fuerit S. Landfranco Angelus; juvenis quidem, sed magna virtute & gratia instructus à Deo, quæ defectum suppleret ætatis, & nata esset favorem conciliare, accedente præsertim singulari ad prædicandum talento zeli atque eloquentiæ.*

C

una cum Landfranco socio,

navim conscendens Alexandriæ in Syria,

6 *Hi ergo duo (nam alios tres, in Vita commemoratos, eodem jure possum omittere, quo prætensus* Enoch Land-*francum prætermisit) duo, inquam isti terrestri itinere per regiones, Latinis etiamnum subditas, recta iverint* Alexandriam; *non illam Ægypti totius metropolim, quod vitarum prolixiorum auctores decepit (hæc enim sub Saracenis erat, nec Patriarchas habebat nisi Iacobitæ vel Melchitas hæreticos) sed in confinio Syriæ atque Ciliciæ insignem urbem & Episcopalem in sinu Isico, sub Patriarcha Antiocheno & Archiepiscopo Anazarbensi, in notitia antiqua Latina quinque Patriarchatuum apud Carolum à S. Paulo pag. 75 dicta* Alexandros, id est Panna, *unde in pseudo-synodo Hierosolymitana (in qua fingitur canonizatus* S. Angelus) *inter titulos Episcopatuum ex aliquo veteri Catalogo sumptos, nominatur* Episcopus Panadensis *seu* Penadensis. *Etenim cum maris mediterranei littora, secundum Ægyptum Libyamque & Africam protensa, tota essent sub potestate Saracenorum; dubium nullum est, quin Christianorum naves contraria eis littora legerent. Ab Alexandria autem ista, quam dixi, rectus cursus teneri poterat per mare Cilicium, Pamphilium, Rhodiumque secundum Cretam, versus mare Ionium, atque inde in mare Tyrrhenum, ad Portum Romanum. Cum vero in dicta Alexandria Latinus Episcopus procul dubio fuerit, atque ac ceteris in urbibus una cum Constantinopolitano Imperio occupatis in Syria atque Cilicia; nihil prohibet opinari eum fuisse* Athanasium de Claromonte, *fratrem* Federici; *qui cum esset sacrarum Reliquiarum colligendarum studiosissimus, gratificari eidem volens frater Episcopus, usus sit opportunitate euntis ad Curiam* S. Angeli.

D

ubi Episcopus Latinus potest fuisse Athanasius,

E

7 *Hic vero Pontificem non in* Urbe-veteri, *sed* Romæ *debuit reperisse: apud quem cum diu protraheretur Ordinis & Regulæ confirmandæ negotium (uti ejusmodi negotia omnia facile inveniunt obicem aliquem) jamque sub finem anni* MCCXIX *egressus Roma Pontifex alia omnia curaret, spectantia ad exercitum Christianorum Damiatam obsidentium, similesque res maximas atque urgentissimas; desperantes de celeri negotii sui principalis exitu* Angelus *atque Landfrancus, decreverint excurrere in Siciliam, ibidem corrogaturi eleemosynas in subsidium Terræ-sanctæ; quod & in Italia fecisse eos credo, & hanc alteram commissionis eorum partem fuisse. Memini enim me apud* P. Lezanam *aut* P. Danielem, *nescio quo loco, legere commendatitias litteras, Carmelitis datas cum insigni commendatione utilis studii ea in re positi. Promovere consilium commendatione sua potuit* Federicus de Claromonte, *earum habens* S. Angelum *cum socio, tum meritis eorum tum fratris intuitu: & simul tradere Reliquias, quas Panormum ferrent ad Archiepiscopum* Berardum. *Hunc porro non invenientes Panormi, & in Balneis esse intelligentes; Reliquias quidem Panormi reliquerint, litteras vero ad eum tulerint; intellectisque scandalis, quæ Leocatæ creabat* Berengarii *incestus diuturnus,* hæreticorumque *frequentia, suadente ac deducente Archiepiscopo, huc excurrerint,* Berengarium *secreta,* hæreticos *publica correctione castigaturi & emendaturi si possent. Sed hi cum impatientes monitorum, in concionatoris sibi invisi necem conspirassent, ipsum quidem, facto contra dicentem impetu, vulnerarint letaliter, socium vero inclementer habuerint.*

Occiso Leocata Angelo,

F

8 *Landfrancus post Angeli mortem regressus in Italiam ad Pontificem* Honorium, *jam* Urbe-veteri *commorantem, mox inde curaverit in Carmelum scribere rei gestæ ordinem, vulgari forsan Italica lingua: vel saltem anno* MCCXXVI, *expedito feliciter quod intendebat Regulæ confirmandæ negotio, ipso in Carmelo scripserit quidpiam, devolutisque annis aliquot migrarit cum aliis in Siciliam, ibique optaverit sepulturam, ubi suus S. Angelus sepultus clarebat miraculis, relicta saltem oretenus nonnulla memoria Martyrii prænemorati. Hujusmodi relationem Landfranci absque auctoris nomine postmodum nactus aliquis, vero seu falso nomine* Enoch, *una cum obscura fama nonnullarum rerum de vita* S. Angeli *Hierosolymis aut in Carmelo; vel ipsemet commentus aliquam rerum in Palæstina gestarum fabulam potius quam historiam; confecerit Vitam, fortasis circa finem seculi* XIII, *non sine erroribus; facile ignoscendis, si non arrogasset sibi nomen auctoritatemque oculati testis. Sic scriptam Vitam habuerit & secutus sit Auctor Collectionis Vltrajectinæ, nihil addens nisi duas ultimas lineas, nonnulla fortasis omittens:*

reversus Landfrancus eas narrarit aut scripserit aliquid,

A *quod alii poſtea ſub Enochi nomine amplificarunt:*

tens : majori utrumque fide, quam alius poſtea ſeculo XV eamdem Vitam extendit & auxit ; auxit vero non tantum miraculis multis, ex Eliæ & Eliſæi Prophetarum hiſtoria mutuatis, ſed etiam minutiſſimis pluribus circumſtantiis, tanto ineptioribus, quanto ad majorem certæ ſcientiæ ſpeciem fidentius conficta, quæ oſtendimus omnes repugnare rationibus temporum, locorum, ac rituum. Denique talibus laciniis auctam Vitam, uti eam ex Gonono habemus, ſimili fide expoliendam cultioríque Latinitate donandam ſuſceperit alius ante finem ſeculi XV ; idque fecerit non ſine novis additamentis, cum quibus accepimus ſeculo XVI fide optima excuſam Panormi.

documentum Lectoribus ipſiſque Carmelitis,

9 Equidem nihil horum affirmo : ſed erroribus fraudibuſq; detectis ſolum quæro veroſimile aliquod fundamentum, cui inædificari potuerit farrago iſta tot figmentorum. Si recte conjectaſſe videar ; gratulabor mihi quod per ruinas tot intolerabilium ineptiarum viam aperuerim ad qualemcumque veriſimilitudinem : ſi melior alia via cuiquam occurrat, per quam hiſtoriæ ſubſtantia adhuc melius ſalvetur, circumſtantiis fabuloſis ſepoſitis ; eamdem me doceat, ſuccurratque hiſtoriæ tam denſa caligine ſeculis jam aliquot obſeptæ. Interim RR. PP. Carmelitæ, ſi ex vitis BB. Alberti Patriarchæ & Petri Thomaſii, apud Saracenum & eos quos Saracenus ſecutus eſt duces, portentoſam omnino in ſpeciem deformatis, nondum didicerunt, quam facile ſuo in Ordine antiquitus invaluerint & increverint fabulæ, ipſorummet judicio nunc damnatæ; ſaltem jam id diſcant ex Vita S. Angeli, quam credulitati ſuæ tamdiu vident illuſiſſe. Neque injuriam ſuam interpretentur, quod viri eruditi, circa nonnullas alias Carmelitanæ hiſtoriæ partes ſimili examine verſati, eaſdem nolint ad prætenſæ antiquitatis probationem recipere.

B *ut dubitare incipiant.*

Gotfredus Epiſc. non fuerit Panormitanus,

10 Finem hic volebam facere, ſed manum ad tabulam revocat Archiepiſcopus Panormitanus, anonymus in MS. Vltrajectino, ac veroſimiliter etiam antiquiori Vita, quam ſecutus eſt Auctor ; ejuſdem vero interpolatori utrique falſo nomine dictus Gotfredus. Hic unde obrepere potuerit, requirens, in catalogo Epiſcoporum Agrigentinæ Eccleſiæ, cui ſubjacet oppidum Leocatenſe, apud Rocchum Pirrum invenio Fr. Gottofredum de Roncionibus à Piſis, Eccleſiæ iſti præſidentem ab anno MCCLXV uſque ad MCCLXX. Deinde reflectens oculos ad verba Belloroſii, epilogum ſcribentis ; quibus dicitur, quod ex ſepulturæ loco, & quaſi ex ore ſepulti, fecit Deus repente lilium pulcrum enaſci, quoties inciſum, ſtatim renatum; & hoc miraculo permoti incolæ locum effoderunt, ubi inventum corpus miro fragrans odore, idque honorifice repoſuerunt in area honeſtiſſima; rē tam memorabilem, aliis quæ Leocatæ fuerant acta ſcribentibus præteritam, quia non niſi jam mortuo Sancto geſtam, ſuſpicatus ſum pertinere ad iſtius Gottofredi ætatem, qui prædictæ Tranſlationi conſenſum, ac veroſimiliter etiam præſentiam manuſque commodarit : atque hinc factum eſſe, ut confuſa apud poſteros memoria utriuſque Antiſtitis, qui ſepulturam curarat, quique tranſlationem, unius nomen tranſierit ad alterum, cum manifeſto parachroniſmo.

ſed Agrigentinus, qui corpus elevarit.

C

Interim gratulor mihi de ſervato Ms. Vltrajectino,

11 Liceat nunc porro divinam demirari providentiam, quæ voluit ut procul à Sicilia Italiaque, noſtro in Belgio, etiam poſt illuſtrium Eccleſiarum bibliothecas expilatas diſſipataſq; ſub hæreticorum dominatu, conſervaretur MS. Vltrajectinū, donec ecgraphum inde ſumendum curaret noſter Heribertus Roſweidus. Hoc enim niſi fuiſſet, vix aliquid tolerabilis conjecturæ potuiſſemus educere ex tam enormiter interpolata apud Gononum ac Belloroſium S. Angeli Vita. Adeo ut mihi videar haud incongrue aptare illi MS. poſſe, quod longe ſublimiori divinioriq; in ſenſu dicitur in Pſalmo CXVII, Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli : à Domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris. Habuit eam Vitam P. Daniel à Virgine Maria, nec ſcivit æſtimare; utpote in ea nihil inveniens, quo prætenſiones ſuas contra me firmaret. Habui & ego eamdem tamdiu in ſcriniis, indeque eductam anno MDCLXXIV cum accepiſſem in manus, ſcribens tunc brevem de S. Angeli Vita commentariolum, tractatui de miraculis præponendum, deinde vero propter Carmelitani Speculi expectationem ſuppreſſum, nec nominandam quidem putaveram ; ratus non eſſe aliud quam vile compendium, ex Vita apud Gononum excuſa deſumptum. Nunc vero, poſt omnium accuratum examen, judico præ ceteris acceptabilem ; utpote pauca eaque excuſabilia peccantem. Et quamvis propter auctoritatem eorum, qui S. Angelum patria Siculum videntur feciſſe, non leviter formidem, ne tota hiſtoria de converſis in Ieruſalem parentibus, & filiorum educatione apud Nicodemum Patriarcham, gratis conficta ſit ; malo tamen quæ poſſum cedere ; ſi forte indulgentia, qua id totum ſuſcipio, conducat aliquid ad faciendum utraque unum, & diſſidentes animos componendum.

EX MS. *ex quo vere ſimilis conjectura educi potuit.*

APPENDIX II.

De quibuſdam in Sicilia Conventibus, qui ante ſolennem migrationem Ordinis ibidem extitiſſe dicuntur.

12 Non eſt mihi animus in hac Appendice agere de iis conventibus, quorum antiquitas ex ſola Belloroſianæ editionis Vita probatur : ſtat ea vel ruit, prout ipſa fidem per prædicta amiſit, vel per congruas aliter ſentientium reſponſiones recuperabit. Ad alios tranſeo, qui ſive hactenus ſint nominati ſive non, aliunde videntur probari apud Annalium Carmeliticorum ſcriptorem Lezanam. Primus in ordine proponitur conventus, apud Leontinos fundatus (ut prætenditur) anno DCCCXXXVII. Vt autem probetur intentum, offertur atteſtatio authentica & jurata illorum, qui anno MDCXXXIV rogatu Prioris, unanimiter & concorditer oculis perſpexerunt tectum venerabilis antiquiſſimæque eccleſiæ S. Mariæ de monte Carmelo, quod coopertum eſt cum tabulis & trabbis; viderunt que ac legerunt quoddam ſcriptum ſeu pittaphium ſcripturæ, quæ ſcriptura ſic exponit. DIE DECIMA QUINTA FEBRUARII UNDECIMA INDICTIONE 837. Vigore cujus milleſimi exponitur antiquitas dicti conventus, & ab antiquis ſcriptoribus ſemper eſt expoſitum, per famam publicam, quod dictus conventus eſt primus conventus totius Ordinis Carmelitarum, præter de illo conventu de Monte Carmeli extra regnum. Iam alibi dictum eſt, & fuſius demonſtrabitur in Tractatu ad 3 tomum præliminari, uſum Cyfrarum, quales in tecto illo conſpiciuntur, non innotuiſſe Europæ noſtræ niſi poſt Alphonſinas tabulas in Hiſpania conditas, editaſque poſt annum MCCXL. Sed miſſum facio argumentum iſtud, & cum anno qualitercumque notato, compono Indictionem XI, expreſſo ad longum numero, ne quis errorem ſcriptorium credat. Hæc autem non conveniunt, ut notum eſt omnibus Chronologiæ tironibus, qui ex Petavio lib. 11 de Doctrina temporum cap. 20 didicerunt, Indictiones ſic eſſe putandas, ac tali annorum ordine percurrendas, ut annus decimus quintus quilibet poſt annum Chriſti ECCXII, Indictione I notetur à Septembri, à Januario vero decimus ſextus: & illud inquit extra controverſiam eſt : itaque cum anno DCCCXXXVII, menſe Februario, numerari debet Indictio, non UNDECIMA, ſed DECIMAQUINTA. Quiſquis igitur Romanis litteris, in trabe iſta antiquitus deſcriptis neque à ſe intellectis, Barbaricas addidit zyfras ; aliud nihil lucratus eſt, quam quod novo exemplo certiorem me reddiderit, primo quam levi nulloque fundamento opus habeat præjudicata credulitas in Ordine Carmelitano, ut prætenſam in eo antiquitatem ſolide ſtabilitam credat ; deinde quam bona fide, ſed exiguo judicio, Annales ſuos compilaverit Lezana,

E *Prætenſus Leontinis conventus pro an 837.*

male componit Cyfrā anni cum Indict. 11;

F

A *vel nihil vel parum ſciens dubitare, neque æſtimare, utrum id quod ſibi offerebatur ad probationem faceret an non.*

Annus 1118 *&* 1121 *alicubi notatus non probat Carmelitas tunc fuiſſe Panormi:*

13 *Proinde jam non miror, quod idem Lezana, pro ſuorum apud* Panormum *vetuſtate extare dicat* monumenta duo, quorum alterum eſt inſcriptio quædam in trabe tecti ejuſdem monaſterii, poſita ſub his numeris grandiori charactere ſculptis MCXVIII; alterum inſcriptio altera, cuidam ſepulcro ejuſdem eccleſiæ ſub his MCXXI. *Vt enim in his nulla fraus ſubſit; ad ſummum probatur, prius fundatam fuiſſe eccleſiam iſtam, non autem in ea fuiſſe Carmelitas; non magis certe, quam ſi ea invenirentur* in eccleſia anno MCCXII fundari Patavii cœpta, *ut ait Lezana*, & Monialibus ſub titulo Purificationis conceſſa, ac tandem MCCC tradita Carmelitis. *Quod ſi tales annorum notæ lignis lapidibuſque inhærentes, non probant poſſeſſorum hodiernorum antiquitatem; multo minus eam probabunt notæ iſtiuſmodi, impreſſæ mobilibus rebus ac facile dominum mutantibus, qualis eſt* Pyxis, ubi ſanctiſſimum Chriſti corpus ſervatur, *quæ eſt* conventus civitatis Soteræ diœceſis Agrigentinæ, *& inſcribitur* tempore Urbani III; *quamvis* maxime ex hac inſcriptione *Soterenſes Carmelitæ probatam crediderint ſuam eo loco vetuſtatem, in relatione facta Innocentio* X, *ut ſcribit Lezana ad annum præcitatum. Licet enim Vrbanus* III *vita functus ſit anno* MCLXXXVII, *hoc tamen ipſis non magis prodeſt, quam alicui, heri creato nobili, ad avitam ſtirpis ſuæ claritatem probandam, gladium Caroli* V *emiſſe vel accepiſſe donatum.*

neque cibovium Soteræ ſub nota Vrbani 3.

B

vel imago vetus Deiparæ Drepani:

14 *Circa Drepanum anno* MCCL *conceſſam eſſe Carmelitis eccleſiam Annuntiationis, ex noſtro* Octavio Cajetano *ac publicis fundationis tabulis docet idem* Lezana: *ſed ea ætate non contentus, vult ipſos prius in urbe poſſediſſe eccleſiam S. Mariæ de Partu, nullo alio fundamento, quam quod ex hac in illam tranſlata ſit celebris quædam Deiparæ ſtatua: quaſi conſequens ſit, Carmelitas, ibi antea habitantes, anno* MCCXXX *excepiſſe appulſam illuc miraculoſam imaginem, & poſtea ſimul cum ea migraſſe. Interim ibidem olim habitaſſe alterius inſtituti monachos, intelligitur ex reſiduis parietinis; in quibus fatetur Lezana etiam hodie depictos cerni Fratres* in veſtimentis oblongis, *non barratis aut variegatis, quæ tunc erant inſignia Ordinis*, ſed ſubnigri coloris. *Veroſimilius eſt igitur, cum iſluc imago ſacra appulit, locum eum fuiſſe Baſilianorum, quibus deficientibus, & in ſuburbio clareſcentibus Carmelitis, non incongruum fuit his eam permitti, qui ſpecialem Deiparæ cultum ipſo etiam nomine ſuo profitebantur.*

C

aut Rocchus Pirrus, dubitare neſcius

15 *Vir æque ac* Lezana *bonus, & circa antiquitates Carmelitanas neſcius dubitare, fuit* Rocchus Pirrus, *in toto ſuo opere, ſine ſcrupulo uſus notitiis è* S. Angeli *Vita acceptis. Quare nec eo loco, ubi manibus ipſam tenebat falſitatem, id eſt in Notitia Eccleſiæ Agrigentinæ, auſus eſt eam rejicere: ſed videns ibi Archiepiſcopum* Gaufredum *à Sede illa indubitabili auctoritate dejectum; imaginatus ſibi eſt aliquem ejus Vicarium; dupliciter errans, ſive quando credidit, explicatione tali ſervari fidem teſtis (uti prætenditur) oculati; ſive quando perſuaſit ſibi, habendam rei novæ fidem ſine exemplo ullius alterius facti, quo Archiepiſcopus Berardus alias probaretur Vicariis ſic uſus, ut fuerint à populo* Archiepiſcopi *dicti. Auctor iſte in Notitia Eccleſiæ Meſſanenſis pag.* 392 *Bonfiglium arguit, quod dicat Carmelitanam familiam veniſſe in Siciliam anno* MCCLXVII, Ego enim, *inquit*, lego in quodam diplomate, quod extat in tabulario S. Placidi Meſſanæ, dato anno MCLXXIII menſe Decembri Indi-

de antiquitate conventus Meſſana

pro an. 1173 ctione VI, regni Wilhelmi II anno III, Simonem quemdam regium Seneſchallum, pro anima Regis Rogerii ejuſque uxoris Helviræ multa prædia dediſſe Fratribus Carmelitanis Meſſanæ. *Ita Rocchus: ſed an etiam chronalogicos characteres examinavit, verene ſubſiſterent? Non videtur. Siquidem* Guilielmus I *cognomento* Malus, *ipſomet teſte in prævia Regum Siciliæ chronologia*, obiit Panormi pridie kalendis Maji anno MCLXVI, *eique mox ſucceſſit filius* Guilielmus II *cognomento* Bonus: *qui proinde menſe Decembri anni* MCLXXIII *numerabat Regni annum, non* III, *ſed* VIII *à ſemeſtri inchoatum*: Indictio *autem* VI *ejuſdem anni finem acceperat menſe Septembri, & menſe Decembri in curſu erat Indictio* VII. *Denique hoc illud erat tempus, quo primus Carmeli Prior* Bartholdus *adhuc vivebat, & recens novi propoſiti rigor non potuiſſet pati* multa prædia, *qualia hic dicuntur eſſe donata, quæ vix demum in laxiori poſtmodum diſciplinâ ſeculis exinde ſecutis recepta ſunt in Ordine.*

D

& Panormi pro an. 1118

16 *Idem Pirrus in litteris, ad Generalem Ordinis Stratium datis an.* 1627, *agnoſcit* Carmelitas Fratres & Moniales Panormi ſedem habuiſſe ſub tempore anni MCXVIII: *ſed hanc ſuam opinionem in mera fundari conjectura, haud obſcure ſignificavit per alias litteras, eodem anno datas (utraſque autem refert Lezana ad ann.* 1220) *quibus ſcribit*, Adelaſiam Hieroſolymitanam Reginam, *imo Hieroſolymitani Regis pellicem (utpote quæ uxorem vivam habenti inceſtis nuptiis ſe copulavit, cum maximo totius Chriſtianitatis ſcandalo) ſcribit, in-quam*, Adelaſiam, reverſam è Hieroſolymis in Siciliam aliquos ſecum Religioſos portaſſe, & (ut ☞ creditur) etiam Carmelitanos nonnullos, ipſiſque fundaſſe Panormi domum aliamque Meſſanæ. *Florebat tunc Hieroſolymis, indeque per Europam eſt diſperſa Religio ſeu Congregatio Canonicorum Regularium S. Sepulchri. Hujus profeſſores in Siciliam traductos ab Adelaſia crediderim: de Carmelitis quod additur* credi, *non debet ſupponi vere credi, donec probetur aliud habere fundamentum, quam ipſorummet Carmelitarum, proprias origines ignorantium, eaſque antiquiſſimas cupientium, divinationem gratuitam.*

E

aut alibi ex fide Viridarii Carmelit.

17 *Idem dixeris de primordiis conventuum Saccæ, Libæi, Leocatæ, ac Drepani, ad annum* MCCXX *relatorum ab Ægidio Leoindelicato, in libro quem edidit anno* 1600 *& Viridarium Carmelitanum nuncupavit. Hunc enim auctorem in iſtis omnibus allegans & ſecutus Rocchus Pirrus nihil novæ eidem confert auctoritatis. Sicuti nec Ioannes Baptiſta de Groſſis, quando in Catanenſi Decachordo ſeu Notitia noviſſima ſacræ Catanenſis Eccleſiæ, impreſſa Catanæ an.* 1642 *pag.* 157, *citato eodem Ægidio, ſuadere nititur, quod* ab anno MCC uſque ad MCCVII interjecto ſpatio, nova Carmelitarum Colonia Catanæ ſuſcepta eſt, rem promovente Conſtantia Auguſta, Henrici VI Cæſaris uxore, Frederici II etiam Cæſaris matre, Siciliæ Regina, quæ & cœnobii hujus fundatrix à majoribus memoratur. *Auctorem gravem vocat Lezana, & talis omnino fuerit neceſſe ſit, qui Carmelitanæ antiquitati ſic favet, æque ac Iulianus Petri, Luitprandus Ticinenſis, atque Haubertus Hiſpalenſis, non alio ex merito Carmelitis laudati. Ego nihil homini detractum volo, qui ſe Theologiæ ſacræ ac Iuris utriuſque Doctorem appellat & Protonotarium Apoſtolicum: non poſſum tamen non credere oculis meis, quibus ejus librum, uti in Muſæo noſtro eſt, legens, video toto primo Modulo Chordæ* 2 *haberi ab eo pro monumentis gravibus ac fide dignis, Continuationem Argenidis Barclaji & alias quiſquilias ſimiles.*

F

AD DIEM VI.

DE S. THEODOTO MART.

Fol. 105 *col.* 2 *poſt num.* 2 *adde*;

3 *Tertium ejuſdem Martyris feſtum Menæa excuſa offerunt* 11 *Martii, quando nomen inſcribitur Ephemeridi metricæ, tanquam eo die præcipue colendi,*

Δευτερίᾳ

A Δευτερίᾳ ἔβδνίκς Θεόδοτος εἰς ὅρμκς,
Theodotus cælos alcendit luce ſecunda.
Non autem ſolum poëtice id dici (ſicut alibi ſæpe in hac ephemeride , qualemcumque dicm cultus ita acciplente acſi fuiſſet dies obitus) intelligitur ex Elogio addito , quod , idem cum hic poſtremum expreſſo , circa finem ſic variatur: Ceſſante perſecutione propter decretum Conſtantini Magni Imperatoris,dimiſſus eſt ex carcere XIX Januarii,in qua feſtivam ejus memoriam agimus : ſecundoq; poſt anno ad Dominum emigravit,cum ageretur ſecunda dies Martii:quapropter iterum facimus feſtum. *Decretum illud , promulgatum fuit anno* CCC XII *exeunte:mors ergo Sancti in annum* CCCXIV *referenda fuit:& utrumq;feſtum videtur Cyprius proprium fuiſſe,hoc vero quod* VI *Maji agitur,eſſe tranſlationis alicujus,ex Cypro Conſtantinopolim neſcio quando facta.*

DE S. JOANNE DAMASCENO.

Fol. 112 *Col.* 2 *lin.* 37 rerum mobilium,*lege* rerum immobilium.

Fol. 116 *col.* 2 *poſt Annotata adde :*

Sextum inter Opuſcula S.Petri Caleſtini Papæ V , *per R.P.Caleſtinum Teleram edita Neapoli an.* 1640, *cui titulus* De miraculis B,Mariæ Virginis,*inchoatur ab hiſtoria relata hoc* 3 *Capite,tacito eum cui contigit nomine, in hunc modum.*Accuſatus fuit quidam Sacerdos,quod falſam epiſtolam ſcripſiſſet contra Imperatorem, de
B quo in culpa non erat: datur tamen contra ejus ſententia,ut manus abſcindatur , quia ſcriptura videbatur ſua. Quod & factum eſt, & ſuſpenſa eſt manus ante eccleſiam illius Sacerdotis , quæ eccleſia titulo B.Mariæ Virginis erat inſignita.Sed Sacerdos de hoc facto gratias Deo reddebat:dolebat tamen, quia non poterat Deo Sacrificium offerre. Hic autem mox ad imaginem Virginis veniens, aperto vulnere cum ea pie rixabatur: Hæccine,Domina,noſtrorũ ſunt præmia meritorum? Hæccine tuorum beatitudo ſervorum?Ecce,Domina mea,digne pro meritis peccatorum meorum me puniri voluiſti , ſed cur officii tui inſtrumentum abſcindi permiſiſti?Hæc quidem manus ſæpius ſcribebat cantica tuæ laudis,& in honore tuo ſacrificium Deo offerebat. Factum eſt autẽ poſt hæc nocte quadam,cũ ille in lectulo feſſus non dormiens ſed vigilans pauſaret , adfuit Beata Virgo dicens ei:Quid agis,puer mi fideliſſime?Heu,inquit ille,Domina,quid me interrogas?Imo ego te interrogo,Ubi eras quando talia ſuſtinui ? Ecce in eccleſia pendet abſciſſa manus ſervi tui.At illa: Confortare,
C fili mi,manum tibi reſtaurare poteſt, qui totum hominem fecit ex nihilo. Hæc dicens,eo vidente; illa perrexit ad eccleſiam, delatamque inde manum ejus brachio reſtituit,& valedicens abiit.Tunc ille gratias agens,reddita diei luce,Miſſam B.Mariæ ſolenniter decantavit. Quo audito Imperator pedeſter ad eum venit:& ore proprio deoſculans manum,veniam petiit ab eo humiliter.*Vides,lector,quomodo hiſtoria in ſubſtantia eadem,varietur in circumſtantiis per plurium ora & calamos tranſiens; neque referre quam magnus , vel quam ſanctus aliquis auctor ſit ; ſed quam ſolicitus ut quæ narrat vel ſcribit ex originalibus fontibus hauriat: quod juverit obſervaſſe, ut rationem Operis noſtri conſiliumque ſervandæ primigeniæ phraſeos magis probes.*

DE B. PRUDENTIA VIRG.

Fol. 129 *col.* 2 *lin.* 5 *poſt* evanuerunt,*ſequentia ſic lege: Horum unum in Vita B. Magdalenæ Albricæ,per Hieronymum Borſerium collecta,impreſſaq;* Comi *anno* 1624,*qua ſumus uſi ad* XIII *Maji, pag.*67 *explicatur,per ſubſcriptionem ipſi votivæ tabellæ additam:* Quædam Domina Catharina recepit ſanitatem ad ſepulcrum hujus venerabilis Dominæ Prudentiæ iſtius.Obiit pridie Nonas D
Maji MCCCCXCII. *Ceterorum miraculorum nullam conſervatam fuiſſe in ſcriptis notitiam &c.*

AD DIEM VII.

DE S. JOANNE BEVERLAC.

Fol. 186 *ad finem num.* 2 *adde:*

His impreſſis accepimus ab humaniſſimo viro Guilielmo Dugdallo, ex MS.bibliothecæ Cotonianæ,alterum exemplar Vitæ atq; miraculorum fere uſq; ad finem primæ collectionis,nam reliqua evulſa erant:quod ecgraphum commendamus poſteris, conferendum cum hic editis,haud paulo quidem perfectioribus illo, aliquid tamen haud inutilis lucis per ejuſmodi collationem accepturis,quod in appendice non poteſt ita commode fieri.

Fol, 187 *num.* 7 *adde:*

*Quid porro ſecutum ſit declaravit nobis, qui tunc in iis partibus vivebat R.P.Ioannes Turnerus,& modo nobiſcum Antverpiæ vivit,optimus ſenex noſtræq;ſocietatis Sacerdos, manu propria ſic ſcribens:*Sparſa rei fama,plurimos continuo excivit ſpectatores,atq;in his Catholicos non paucos, cupientes venire in partem aliquam tam æſtimabilis theſauri : ſed Pſeudo-Epiſcopi diligentia prævertit,juſſitq; omnia eo,quo fuerant loco reper- E
ta,condi denuo.Regina nihilominus, mox ut inaudiit,volens quacumq; ratione pietati ſuæ facere ſatis, viro nobili commendavit negotium tam ſibi carum.Qui nihil cunctatus, adeo efficaciter egit cum Vice-comite loci , ut is aſſumpto ſecum Henrico Collingwodo,noſtræ etiam Societatis Sacerdote, evocatum noctu ædituum juſſerit reſerare eccleſiam, ac refoſſam ubi condita erat ciſtulam efferre.Qua aperta,ſecrevit noſter duo inſignia oſſa brachii vel femoris,quorum alterum Reginæ ferret , uti factum eſt;alterum ſervaret ſibi. Hanc deinde prædicto P. Turnero,ſuo tunc Superiori , reliquit:qui thecæ argenteæ incluſam miſit Audomaropolim , ad ſuæ nationis Seminarium, ubi in oratione Sodalitii Mariani religioſe conſervatur & colitur. *Ita ille hoc , quo nunc ſcribimus & primam Maji partem edimus , anno* MDCLXXX.

Fol. 195 *num.* 7 *lin.* 5 *à fine,anno* DCCCCXIV, lege, *anno* DCCCCLXXXIV *exeunte.*

*Fol,*283 *col.* 1 *ad nomen primi inter Martyres Byzantinos*, Agatius, *adde ,ſive* Acacius.

AD DIEM VIII.

MIRACULA S. GIBRIANI.

F

*Fol.*303 *Ponenda fuiſſent* S. Gibriani miracula, *libris duobus diſtincta, qualia tandem accepimus Remis;ſed triplex S. Angeli Carmelitæ Vita,cum prolixis ad eam obſervationibus,quam caritatis intuitu prætermiſſam cupiebam, hujus tomi molem ſic fecit excreſcere,ut neceſſe fuerit ad æqualitatem faciendam,ad tomi* 3 *Appendicem illa reſervare.Iſtic ergo lector reperiet omnia.*

DE S PETRO TARENTAS.

Fol. 320 *col.* 2 *poſt lin* 3 *delenda quædam, utpote commodius poſita folio ſequenti num.*4 *circa finem.Ergo pro his verbis,*In quo conſervata fuit Vita *&c uſq;* in S.Petri tranſitu; *pro his, inquam, verbis ac duabus lineis inter eas comprehenſis repone brevius ſic*

in quo ſervatum MS. aſſerit, in S. Petri tranſitu

AD DIEM IX.

Fol. 362 *in titulo lin.* 3.
SATUNINO , *lege* , SATURNINO.

DE

DE S. GREGORIO NAZIANZENO.

Tol. 372 *col.* 1 *ante* §. 3, *appone ſequentia.*

Nolim hic diſſimulare, quod hæc ipſa meditans, nonnullaque eorum quæ propoſui innovandæ chronologiæ fundamenta communicans cum eruditioribus quibuſdam amicis, non omnes æque aſſentientes habuerim. Erant quibus videbatur ſuperſtitioſa ſolicitudo cavendi, ne ex patre jam Epiſcopo natus crederetur Nazianzenus; metuebantque ne ex noſtræ ac paulo ſuperioris ætatis præjudicio procederet illa, hæreticis nupturientibus, riſum motura. Alteri difficile captu apparebat, quod homo, in noſtra ſententia octogenarius quando Conſtantinopolim venit, tanta dicendi gratia ſimul & efficacia devincere ſibi auditores potuerit, etiam heterodoxos, in ſua Anaſtaſia publice prædicans quantam ex ipſiusmet relatu novimus; maxime cum reverſo in patriam adhuc libuerit de vita ſua carmen ſcribere. Omnes denique jurabant, in cunctis, quotquot viderant & me rogante denuo inſpexerant, exemplaribus Mss. conſtanter & ſignanter legi, ὅσος διῆλθε θυσιῶν ἐμοὶ χρόνος: *fatebantur alioqui magnas eſſe, & (abſque prædictis ſcrupulis foret) omnino convincentes rationes, quibus majorem Sancto ætatem conabar adſtruere.*

B *Ad primum quod attinet, reſpondeo ego, Hieronymi teſtimonium, qui ſolis triginta annis Nazianzeno ſuperfuit, eſſe ejuſmodi, ut antiquum ſatis videri debeat ad perſuadendum, Apoſtolicam fuiſſe traditionem, qua ordinatus Epiſcopus jubebatur continentiam ab uxore polliceri, pro mœcho habendus ſi aliter feciſſet. Audi nunc eodem ipſo tempore, quo florebat ſcribebatque Hieronymus, Syneſium Sophiſtam, cujus, lapidem (uti dicitur) omnem moventis ne cogeretur Epiſcopus fieri, extat ad Theophilum Patriarcham Alexandrinum epiſtola, anno* CCCCX *ſcripta, atque etiam in Annales relata à Baronio; ubi inter alia hoc quoque dicit:* Mihi & Deus ipſe & lex uxorem dedit: quapropter omnibus prædico teſtatumque eſſe volo, me illam prorſus deſerturam non eſſe, neque cum illa veluti mœchum clandeſtinam conſuetudinem habiturum: alterum enim minime pium, alterum minime legitimum eſt: quin potius & volo & opto, & plures mihi & probos naſci liberos. *Vbi apparet credidiſſe Syneſium, quod Epiſcopo illicitum eſſet liberis operam dare; idque ex lege ordinationi Epiſcopali conjuncta. Qui autem exiſtimaret, ita proteſtanti fuiſſe indultum uxoris uſum, modo conſecrari ſe ſineret; adeoque legem iſtam non ita indiſpenſabiliter viguiſſe, quin aliquando liceret contrarium; eodem mo-*

C *do debebunt credere, permiſſum Syneſio tenere dogmata quædam, fidei Catholicæ non ſatis conſentanea, à quibus ſimiliter negat abduci ſe poſſe. Quare (ut recte Baronius)* haud aliud credi poteſt verbis hic feciſſe Syneſius, quam quod factis Ambroſius exhibuit, dum ne Epiſcopus ordinaretur ſe adulterum & ſanguinarium publica profeſſione ab omnibus credi voluit. *Manet interim ſenſus ejus de Epiſcopali obligatione ad continentiam notus, neque dubitare debemus, quin conſecratus æque hanc tenuerit atque ſanam in fide doctrinam. Non tamen, quod poſtea in ſimili caſu, idem etiam obtinuit primis illis Chriſtianæ ſimplicitatis ſeculis, neque ſimul ac lecto, tecto quoque ſecedebant conjuges. Et ideo nihil mirum, quod in iis quæ de parentibus ſuis, deque Baſilii fratre Gregorio Nyſſeno & conjuge ejus Theoſebia narrat noſter Nazianzenus, nulla fiat divortii alicujus mentio. Nec enim ſublato per mutuum conſenſum conjugii uſu, deſinebant eſſe & haberi conjuges, & communis familiæ onera curaſque communiter ſuſtinere; magna profecto laude digni, ſi cum his omnibus ſic vitam inſtituerent, animumque à rebus terrenis abſtraherent, ut etiam ἀζύγοις nulloque ejuſmodi vinculo obſtrictis ſimiles ſe præſtarent.*

Iam quid de Anaſtaſia *dicam? Eccleſiam ab initio fuiſſe putat Gregorius Presbyter, ſed propter anguſtias* D *contemptam ab Arianis, omnia ſacra loca alia Conſtantinopoli occupantibus: Sozomenus nec eccleſiam quidem, ſed* in exigua quadam cellula *cœtum ſuum coëgiſſe Sanctum dicit, addens quod* per quoſdam fidei orthodoxæ homines in domum precatoriam conſtructa erat. *Vt autem inter iſtas anguſtias plures dicentem intelligere poſſent, faciebant* tabulata quædam, ſurſum erecta porticuum inſtar, in quibus feminæ ſtantes audirent verbum Dei, *ſicut ex ipſius Gregorii de Anaſtaſia ſua ſomnio Baronius elicit. Non ergo magnum fuit, hominis, quantumvis ſenis, nec tam laterum contentione quam eloquentiæ venuſtate valentis, vocem exaudiri ab auditorio non numeroſo, ſed loci anguſtiis proportionato; quemadmodum quotidianis experimentis videmus in Anglia atque Hollandia, voce minime grandi, veteranorum etiam Presbyterorum, impleri Catholicorum intra breve ſpatium conſtipatorum oratoria. Carminibus autem pangendis quis dicat ineptam eſſe ætatem quamvis grandem? Ejus certe rei in noſtra Belgica Societate exempla ſuppetunt, ubi præter alios annoſos poëtas habuimus Balduinum Cabilliavum, qui vitam ſimul cum verſificandi ſtudio ad quartum ſupra octogeſimum annum extendit; habemus etiamnum Iacobum Wallium, extremo ſuperioris ſeculi* E *anni natum, & tamen ſecundiſſima etiam nunc Minerva utentem ad pangendos quovis metro verſus, Latine ac Græce. Hunc cum aliquando rogaſſem, ut illam, de qua loquimur, Gregorii de ſua vita poëſim carmine redderet elegantiori quam fecerat Billius; nihil minus in excuſationem pratexuit quam ætatem ſuam, altera epiſtola hunc in modum mihi ſcribens,* IX *Idus Iulii anno* MDC LXXVII.

Quam in partem acceperis ea quæ ſuperioribus litteris ad te dedi, ego quidem neſcio. Vereor ſane, ne poſtulata præcidendo partem etiam aliquam vocidoxiæ, imperitorum more chirurgorum, amicitiæ noſtræ integræ & jucundæ, mihique perutilis, neque modo fautricis fideliſſimæ, ſed etiam effectricis honeſtiſſimæ voluptatis, quam ex eo capio, quod de Muſis meis optime mereari. Hoc te velim ad animum referre, quod me terret in primis, quam non modo magni, ſed etiam diuturni laboris futura res ſit. Neque enim diffitebere poſſe me faciliore opera Tragœdiam ſcribere, in qua & genio meo indulgeam, & libero curſu ferar. Ac ne nihil petitioni tuæ dediſſe videar, accipe verſus pauculos, quibus ut vina guſtu prælibamus, ita volui diligentiæ meæ periculum aliquod facere, in primis his octo verſibus.

Τὸ τᾷ λαγᾳ βάλημα, τῶν ἐμῶν κακῶν
Ἐξισορῆσαι τὴν ὁδὸν, εἰτ' ἔν δεξιῶν.
Οἱ μὲν γὰρ ἕλως, οἱ δ' ἐκείνως φᾶεν αὖ,
Ὅπως αὖ οἱμὲν τῆς ῥοπῆς ὦσιν τινές.
Οὐ γὰρ τὸ βάλεσθ' ἀσφαλὲς κριτήριον.
Παίζει δὲ μέτρον τῆς ἀνίας φάρμακον,
Παίδευμα καὶ γλύκασμα τοῖς νεοῖς, ἅμα
Τέρπνον παρηγόρημα...

Liber peractam mihi remetiri viam:
Quotquot ſecundos, quotquot adverſos tulit
Decurſa caſus vita, vulgandis libet
Mandare chartis. Damnet hic, alter probet,
Nihil laboro: cuique mens fuerit ſua,
Ut huc & illuc ſæpe momento levi
Inclinat animus. Quippe judicium nequit
Erroris expers ferre, qui ſolum velit.
At Muſa quidquid aſperum fuerat pati,
Ludente verſu lenit: hæc ſuavi inſtruit
Monitu juventam: hæc pectora hortando arrigit,
Gravibuſque præbet dulce ſolamen malis.

Mihi crede, nihil eſt quod malim, quam ſanctiſſimi Patris ſenſa combibere animo, & ſtylo exprimere: ſubſidio eſſet Leunclavii interpretatio, & ea potior, ſi ulla exſtet, ſimplex & ſoluta numeris verſio. At quid Carolo V *fiet, quem res variæ nonnumquam interturbant?*

Hoc

A *Hoc ſcilicet erat, quod fluxre incipientem venam ſiſtebat; maxime quod homini, numquam adſtringi ſe paſſo ad definiti temporis ſpatium, intra quod abſolvendum aliquid operis foret, perquam anguſtum relinquebatur; cum tomi primi impreßione ultra medietatem provecta, ad prælum vocaretur tomus ſecundus, cui erat ea Vita inſerenda, quando ad medietatem hic quoque perveniſſet. Excuſari ergo ſe petiit, & obtinuit; non ut deinceps vacaret à ſtudio litterarum, ſed ut majori cum otio vacaret argumento magis libero, atque à pluribus diutiuſque expectato, quod etiam nunc facit octogenario major, Muſis interim ſuis non raro indulgens, ut pro re nata canant aliquid operæ levioris.*

Correctionis porro meæ licentiam, qua pro, διῆλθε θυσιῶν, *ſuggero legendam,* διῆλθ' ἐτησίων, *nullius MS. auctoritate fulcini ſcio; ideoque eam libenter dimittam, cum vel aliam magis fundatam certamque invenerit quiſpiam, vel explicandæ phraſeos iſtius rationem aptiorem: quando omnino conſtat (uti feciſſe me credo ut conſtaret) opus eſſe vel correctione vel explicatione aliqua, præter vulgatam lectionem atque ſententiam. Interim qui nihil mutatum volet, eo quod* ἐτησίαι *ipſi non videantur pro* anni curriculo *poſſe per metaphoram accipi; ſequatur explicationem Baronii, grandiorem hyperbolen hic*
B *agnoſcentis, quomodo ſæpe non valde multum grandiores natu, tantillo ſe junioribus dicunt, ſe id de quo agitur ſciviſſe prius quam naſcerentur alii. Sed enormis hyperbole ſit oportet, in qua annorum viginti octo ſpatium, in computanda ætate hominis, habeatur pro nihilo.*

Fol. 400 *col.* 2 *lin.* 10 cælciſve *lege* cæliſve.

Fol. 402 *col.* 1 *lin.* 18 Cotumque in ædem, *lege,* Totumque in ædem.

Fol. 413 *num.* 123 *lin.* 2 per cognitiis *lege* percognitis.

Ibid. num. 125 *lin.* 23 æquum enim ducit *lege* equum enim ducit.

Fol. 431 *num.* 40 *col.* 2 *lin.* 5 nova rurſum de rurſum de cauſa, *lege,* nova rurſum de cauſa.

Fol. 439 *num.* 40 *lin.* 12 indignitatem meam *lege,* in dignitatem meam.

Fol. 459 *ad extremum adde:*

DE BRACHIO IN LUSITANIA.

Antonius Vaſconcellus in Deſcriptione Luſitaniæ, poſt Anacephalæoſes Regum ejuſdem nationis, impreſſas anno 1621 *enumerans* Inſigniora ſanctorum delubra, *per totam Luſitaniam diſperſa, num.* 25 *pag.* 558 Apud Nabantinos, *inquit,* in Regio cœnobio manus integra eſt D.
C Gregorii Nazianzeni, argento incluſa. *Incolunt* Nabantini *oppidum Luſitaniæ mediterraneum, à præterfluente rivo, qui deinde ſe in Tagum effundit, paſſim dictum* Villa de Tomar, *ubi Reges inaugurari ſolebant, duplo propius Conimbricæ quam Oliſiponæ.* Hic ſuum olim Templariorum Ordo locum habuit principalem, antiquamque eccleſiam S. Mariæ de Olivares dictam, quæ creditur unicum ædificium eſſe, quod Saracenicæ vaſtitati ibidem ſuperfuit, *ſicuti in Annotatis ad hunc diem, teſtatur Georgius Cardoſus, ſcribens de prænominata Reliquia, quam ait* illuc Aſcalone allatam anno MCLXVIII una cum aliis ex Palæſtina Reliquiis à famoſo Ordinis Magiſtro Don Gualduino Paez Bracharenſi, ibidemque ſimplici cultu conſervatam uſq; ad annũ MDXXXV; quando R. P. Fr. Antonius de Liſbona, Ordinis Chriſti Prior, indignum ratus tam pretioſum theſaurum adeo parum honorifice haberi, ipſum tranſtulit ad Regium cœnobium: curans fabricandũ argenteum brachium juſtæ magnitudinis, intra quod ſacrum pignus, antiquioris operis auro ornatum, ex eo quod Regi Emmanueli primum allatum Sophalâ fuerat, ſic includitur, ut per appoſitas utrimque cryſtallos conſpici totum poſſit. Incolæ nullum fatentur habere ſe efficacius medium, ad pluvias ſerenitatemve novis frugibus impetrandam, quam brachium iſtud in proceſſionem educere ac circumferre. Cum autem hujuſmodi Proceſſionũ occaſione inter Religioſos & Clericos nata eſſet contentio, de jure prædictum brachium efferendi; egit ſecreto apud Innocentium X Fr. Petrus de Vaſconcellis, Prior an. MDC XLVII, & obtinuit Privilegium, per quod contentio omnis ceſſavit; Ne quis de cetero, quavis auctoritate fungens, brachium ſeu manum S. Gregorii Nazianzeni, quod ſeu quæ, ut pie creditur, in dicta eccleſia magna cum veneratione aſſervatur, aliis eccleſiis, monaſteriis ſeu locis piis commodare, aut ſub quovis quæſito colore, ingenio, cauſa, ratione aut occaſione, è dicta eccleſia extrahere & aſportare, ſeu ut commodetur aut extrahatur & aſportetur promittere aut conſentire audeat ſeu præſumat, ſub excommunicationis ac privationis vocis activæ & paſſivæ pœnis, per contra facientes eo ipſo incurrendis, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium, inquit Pontifex, interdicimus & prohibemus. D

DE S. GERONTIO EPISC.

Fol. 464 *Col.* 2 *ad num.* 16 *addatur:*

Fit autem prædicta Tranſlatio hoc etiam veroſimilior, E *quod Lupoldus Bebenburgius, in libello de veterum Principum Germanorum zelo & fervore in Chriſtianam Religionem, impreſſo Coloniæ an.* 1564, *aſſerat pag.* 58, *quod* ſub anno Domini DCCCLXIII corpus S. Gerontii per quemdam Epiſcopum de Italia eſt allatum, ipſoque Ottone Imperatore jubente in Magdeburg Metropolim Saxoniæ eſt tranſmiſſum. *Hoc autem poſito, minus mirum foret abſcuratam apud cives ſuos fuiſſe memoriam* S. Gerontii, *cujus ſcilicet non niſi vacua tumba loco priſtino manſerit.*

AD DIEM X.

DE S. PALMATIO MART.

Fol. 500 *col.* 1 *lin.* 13 *poſt hæc verba,* tradit Cardoſus in Hagiologio Luſitano, *adde:*

In Commentario autem ad hunc diem obſervat, ipſos quidem Regulares Canonicos hujus Reliquiæ cauſa (quæ conſervatur in ſtatua pectorali argentea ad medii corporis humani menſuram producta, & virenti laurea ex eodem metallo coronata) feſtum agere V *Octobris: neq; dubitat quin id factum ſit per confuſionem aliquam, ex Synonymia duorum Martyrum, quorum hodie paſſus unus ſit Romæ: alter Trevirenſium Martyrum Anteſignamus, tali die nominetur in Romano Martyrologio. Errorem autem ſatis evidenter demonſtrari putat, ex eo quod Ordo divini Officii recitandi, impreſſus recentius, notet* Die V Octobris, in feſto S. Palmatii Romani Conſulis & ſociorum Martyrum Duplex. *Eodem adducit impreſſum librum de Reliquiis dicti Conventus, ubi folio* 116 *hoc in ejus honorem Epigramma legitur.* F

Macte anime, dignus Romani ſanguinis heres,
Jure tibi ſubdit Martia Roma caput.
Aſt ubi devicto victoria nobilis hoſte
Palmati? An vinci eſt inclita palma tibi?

Agnoſco equidem confuſionem hic aliquam: ſed ab utra parte ea ſe teneat, num ſcilicet ex parte Majorum, qui Romano Martyri ſumpſerint diem Trevirenſi proprium; an ex parte poſterorum, qui excluſo Trevirenſi Romanum ſibi aſſerere maluerint; quis definiet, quamdiu latent monumenta tranſlationis, quæ doceant, Române an Treviris allatum caput iſtud ſit? Interim mallem pro vetuſtate ſtare, & credere, eos qui diem V *Octobris primi elegerunt, id feciſſe, quia prædictum Caput non Roma, ſed Treveris acceperunt. Idque vel eo probabilius cenſeo, quod Trevirenſis* Palmatius *non inveniatur*

A *adſcriptus Martyrologio Vſuardi, quale ex Gallia in Italiam atque Hiſpaniam tranſiit; adeoque non potuerunt errandi occaſionem accepiſſe ex Romano hodierno, quod nondum erat, quodque Baronius hac parte auxit ex Molano, interpolatum in hac noſtra inferiori Germania exemplum ſecuto. Quare & quod de Reliquiis Sociorum dicitur, compoſitis intra pyramidem argenteam, duos & ſemis pedes altam, gemmiſque pretioſis adornatam, libentius de Trevirenſibus quam Romanis intellexerim.*

Fol. 510 *col.* 2 *lin.* 10 *à fine*, diſcatis, *lege*, diſcant.

DE SS. TERTULLINO ET CHRYSANTHO.

Fol. 566 *num.* 25 *adde:*

Et hoc quidem uſque ad annum MDCLXXIX, *cum hæc imprimebantur. Tunc ſcilicet ultimum tali die celebrata ſanctorum Martyrum feſtivitas eſt; & de conſenſu utriuſque Præſulis Trevirenſis atque Leodienſis, tranſlata ea fuit in* Dominicam III Julii, *qua deinceps celebrabitur. Mutationi cauſam præbuit ſolenniſſimus actus, per quem anno ſuperiori, communibus Dominorum ex tribus Provinciæ Luxemburgenſis Statibus Deputatorum votis expetita & ſacrâ Rituum Congregatione Ordinariiſque approbantibus conceſſa eſt, in Protectricem ac Patronam Principalem Ducatus Luxemburgenſis & Comitatus Chiniacenſis,* S. Maria, mater Jeſu, Conſolatrix afflictorum, *ſingulari jam pridem devotionis affectu in ſuo ad conſpectum urbis ſacello coli cœpta. Cujus electionis aſſumptioniſque ſolennitas anno præcedenti maximo cum ſplendore & apparatu perfecta fuit die* II *Iulii, Deiparæ Eliſabetham viſitanti ſacra: deinde vero conſtitutum fuit, ut anniverſaria memoria inſtauraretur ipſa* IV *Dominica poſt Paſcha.*

B

Fol. 594 *num.* 17 *lin.* 15 ad regni coronam anno DCCCLXXXVII, *adde:* promoti.

AD DIEM XI.

Fol. 626 *ubi de* S. Liceria *num.* 1 *lin.* 6 *acerbior phraſis, ſic mitigetur:*

Quod eam Sedem tunc obtineret vir, præ Ianſeniana factionis ſtudio tam alienus à noſtræ Societatis hominibus, quam poſſet quis maximis affectus injuriis &c.

Fol. 656 *lin. ult.* Martyrum ſanguis, *lege*, Innocentium ſanguis.

AD COMMENT. APOLOGETICUM.

C *Fol.* 709. *Non licuit nobis, via noſtra gradientibus, procedentia prælа ſiſtere, donec in lucem prodiret Speculum Carmelitanum, cujus editio novis identidem prætextibus acceſibuſque dilata, vix demum anno nono extorqueri cunctabundis potuit, per iteratas ſæpius proteſtationes Typographi, tandem tandem finem facere volentis. Hinc neceſſarium omnino videtur quædam hic annotare, quæ iſtic locum habere debuerant. Notabo autem ea progrediendo per numeros, Commentarium noſtrum partientes.*

Num. 5 P. Danieli, qui & imprimenda & impreſſa de SS. Bertholdo & Cyrillo in Martio bis terve legerat probaveratque, tum aliis moderatioris zeli Patribus placuit moderatio noſtra, *qua ſcilicet abſtinebamus à controverſia circa prætensã antiquitatẽ movenda. Meminit optime ejus rei R. P. Gratianus, & meminiſſe poſſunt alii, nec puto eorum quemquam futurũ, qui audeat dicere, quod dictus* P. *Daniel oſtenderit aliquid ſe mutatum velle, & non potius egiſſe verbis honorificis gratias. Quid autem egiſſe gratias verbis dico? Voluit etiam Provincialis exiſtens rebus ipſis teſtari, quanti noſtrum faceret erga Ordinem affectum: & exemplo plane nobis novo, miſit R. P. Gerardum à Pucro-Ieſu, tunc Priorem conventus Antverpienſis, qui à R. P. Petro vanden Berghen, Domus noſtræ Præpoſito, impetravit ut liceret reciprocæ gratitudinis affectum red-*

D *hibere, religioſæ ac fraternæ caritatis epulo nobis præbendo. Ad hoc ut nova Symbola afferret aliquid P. Henſchenius, ſecurus de priori ſua circa* S. Cyrillum *commentatione (utpote, ſicut dixi, jam ſæpius probata) deproperavit alteram de* S. Bertholdo; *dumque apparatur menſa, coram iis qui nos invitaverunt, legit, ſimili quo priora ſucceſſu; niſi quod Sauſſaji circa Sanctum iſtum errores, ſane craſſi, crediti ſint poſſe diſſimulari, ne per ejus latus viderentur peti auctores Ordinis, ex quibus eos hauſerat. Horum ſic geſtorum memores, & ex Martio ſic prodituro offenſiunculam nec minimam quidem formidantes, ſed grande augmentum amicitiæ pollicentes nobis; quid mirum ſi ad inexſpectatas non unius hominis querelas aliquantum commoti, judicaverimus data in* Alberto *occaſione utendum nobis, ſcribendumque aliquid, quo appareret, quam non ſine cauſa haberemus ſuſpecta Carmeliticæ antiquitatis fundamenta? Id ergo prævidens P. Daniel ac ſocii, expreſſerunt à ſuo Reverendiſſimo Generali, Matthæo Orlando, litteras Roma datas* XIV *Octobris* 1671, *quibus rogaremur, ut acturi de* B. Alberto & Regula Ordini ab ipſo data, *ſequeremur informationes à dicto* P. *Daniele nobis dandas; &* ſicubi alleganda eſſet Cæſaris Cardinalis Baronii auctoritas, non illam nude (ſicut factum in Martio) ſed cum aliqua explicatione inſereremus; ne quod ipſe de Carmelitano E Ordine non ſine paſſione ſcripſit, & nos probare videremur. Non enim ignotum eſſe, ipſum Ordini Carmelitano ob cauſam aliquam offenſum, & inde etiam infenſum fuiſſe, & de eo quædam ſcripſiſſe non ſine grandi & patenti paſſione. *Cardinalem Baronium non fuiſſe in eadem cum Carmelitis ſententia circa librum de Inſtitutione monachorum, ſciebamus quidem;* offenſum, ideoq infenſum & ex paſſione ſcripſiſſe, *ignoravimus ſane; neque adhuc credimus; cum videamus Ordinis inimicos & hoſtes cenſeri omnes, qui non ſatis placentia ſcribunt & ſentiunt de eorum origine: argumentum offenſi animi ſane perquam debile. Interim Reverendiſſ. P. Generali præfato in hæc verba reſpondimus, exeunte Decembri.* Reverendiſſimæ Paternitati Tuæ primum maximas agimus gratias pro affectu, quo memoriam optimi P. Bollandi noſtrumque de Sanctis opus proſequitur Ordo Carmeliticus. Huic ut pari affectu reſpondeamus, dedimus ac porro dabimus ſemper operam. Non autem fuerat neceſſe nos tam operoſe rogari, ut de Sanctis veſtris quam fieri poteſt copioſiſſime ſcribamus, ad id tum noſtra ſponte tum ipſa ſuſceptæ ſcriptionis ratione inclinatiſſimi: ſi quid tamen in iis probamus minus, id præter F conſuetudinem à nobis circa alios uſurpatam malumus premere amico ſilentio, quam ingratæ controverſiæ diſcuſſione imminuere ſuavitatem ejus caritatis, quæ nobis hic cum Patribus veſtris longe ſuavior familiariorque quam cum ullis aliis Religioſis intercedit, verbis factiſque teſtata. Quæ de S. Cyrillo habemus in Martio, ea Adm. R. Daniel à Virgine Maria aliique ex veſtris legerunt & probarunt verbotenus, priuſquam imprimerentur: adeoque culpari non poſſumus, ſi verbum aliquod, ab ipſis oculo inoffenſo lectum, diſplicuit poſtmodum alicui alteri, ingenii minus commodi viro. In elogio B. Bertholdi, eorumdem ſuggeſtione ſemel iterumque reficto, pro verbis Sauſſaji ex Martyrologio Gallicano acceptis, quæ illi omitti malebant quam refutari (nam cetera omnia iidem ipſi probabant) ſubſtituimus diſquiſitionem de tempore, quo videri poteſt Bertholdus vixiſſe: neque aliud iſtic à nobis intendi, patet ex Synopſi marginali, quæ talis eſt: *Gaudium ob recuperatam Terram-ſanctam, ſecutus luctus ea amiſſa, mitigatur ob Carmelitas in Europam traductos. Horum primus Generalis creditur S. Bertholdus, colitur* 29 *Martii. An Lemovicenſis & frater Ademari Epiſcopi Podienſis mortui anno* 1098? *an Haymerici Patriarchæ*

A *triarchæ Antiocheni? Ab hoc traditur Prior Carmeli factus, & mortuus circa an.* 1188. *Elogium ex Grosso, Rolevinko & Bostio.* Hactenus verba Synopsis in margine expressæ. In contextu, quia quæstio erat de tempore, nec certa tūne suppetebant congruæ antiquitatis documenta ad rem definiendam, visum fuit Scriptorum recentiorum proferre sententias, inter quos præ ceteris placuit nominare Cardinales Bellarminum & Baronium, allegatis utriusque verbis; neque enim sciebamus, quod nomen Baronii adeo grave auditu Carmelitis esset, propter verbum COEPIT; quod uti sensum habet multiplicem, ita in subjecta materia poterat (etiam tacentibus nobis nec propriam sententiam explicantibus) pro vestro arbitratu intelligi. *Ita nos tunc, ex certa (ut nobis quidem videbatur) præteritorum memoria. Nunc in quadam* ad Lectorem *allocutione, ante Speculum Carmelitanum, dicitur prædictus* R. P. Daniel *reliquisse* sub protestatione signatum, *die* VIII *Augusti* MDCLXXV, Sicut veritati parceret, qui diceret me Vitam S. Alberti ante impressionem vidisse & probasse (quod quidem aliquos sparsisse intelligo) ita hisce declaro, haud verum esse, in vita S. Cyrilli aut S. Bertholdi non esse litterulam, quam non approbaverim. *De vita Al-*

B *berti si quis locutos nos intellexit, erravit haud dubie: nec enim in ea vel litterula est, quam viderit P. Daniel (utpote ex approbatione Armamentarii palam cognitus adversari) nedum approbarit: in* Bertholdo, *an viderit verba Bellarmini atque Baronii, substituta in locum aliorum ipsius arbitrio omissorum, dubito. Cetera omnia ad usque litterulam ab eo fuisse probata, quomodo negare potuerit, fateor me non capere, potissimum in* S. Cyrillo, *unde tamen non una sumpta est causa querelarum, contra nos formatarum. Nescio quomodo in viris alias optimis locum habeat istum Græcorum,*

Ὃ τις βέλεται, τοῦτο καὶ οἴεται

Quod quis vult, hoc etiam putat esse.

sive mavis, τοῦτο καὶ μέμνηται, hoc & meminit. *Affectus certe suus bono* Patri Danieli *fuit aliquando pro memoria: & hoc mihi evidentius patuit, cum ante editum Aprilem, ipse &* R. P. Gerardus à Puero Jesu, *agebant mecum ut a refutando Armamentario abstinerem; in quo nos esse provocatos, sibi & plerisque in Ordine viris cordatis vehementer ajebant displicuisse. Non meminerat scilicet amplius P. Daniel, se Mechliniæ Priorem sic scripsisse in sua ante ipsum Armamentarium approbatione:* Attente perlegi & studiose examinavi librum .... quem totum ad hi-

C storiæ Carmelitanæ veritatem perspicue elucidatum, totum ad amicorum dissidentium concordiam suaviter præparatum reperi.

*Num.*6 Quinque argumenta, dubia saltem & obscura, *videlicet* I à translatione Ordinis è Terra-Sancta in Europam, post annum 1099. II à Bertholdo, primo Ordinis in monte Carmelo Priore. III à sententia Em. Baronii de origine Ordinis Carmelitarū, sub Alexandro Pontifice & Aymerico Patriarcha Antiocheno. IV à flore Ordinis Carmelitarum seculo XII & XIII, & tunc Generalium acceptione. V à Joannis de Lezana & Danielis à Virgine Maria novarum rerum scriptionibus. *Vere*, dubia & obscura, *cum eo trahuntur, quo per vim contendit ea esse trahenda Armamentarii auctor: in nostro autem de Sanctis* Bertholdo *atque* Cyrillo *contextu plana sunt & clara, non* argumenta (*nec enim ibi argumentamur*) *sed simpliciter prolata, ut posita extra controversiam.*

*Num.*7 TRIUMPHATOR H. AC P. *&c.* sic enim publice ac privatim à suis appellatur discipulis. *Horum dux & tituli tam speciosi Auctor, invento isto mire sibi plaudens, ne quis hanc laudem subriperet, cavit in sua laureata Philippica, quam Approbationis loco scripsit præfigendam Speculo, seque his verbis extulit:* Armamentarii auctori, in edito à me Religionis Clypeo, hoc-

ce dederam elogium: TRIUMPHATOR HENSCHENII D
ET PAPEBROCHII Jesuitarum, NOVISSIMORUM Ordinis nostri HOSTIUM. Sensisse scio, indignatos esse, questosque: at nullos curat incus strepitus. Ecce tibi, Papebrochi, alter item Triumphator, quemque encomio non verebor exornare simili:

(Rumpatur quisquis rumpitur invidia)

R. A. P. DANIEL, Historiographus verax, solidus, solers & accuratus, TRIUMPHATOR HENSCHENII ET PAPEBROCHII, NOVISSIMORUM Ordinis nostri HOSTIUM.

Ecce iterum nigros corrodit lividus ungues.
Corrodat: non enim nisi veritate triumphante triumphant.

Indignatos esse questosque pro nobis de Societate nostra nonnullos, externos autem plures, facile credidero; de me meoque Magistro Henschenio jurare possim, nullum nos alium ostendisse sensum ad insolentiam tituli talis, quam commiserationis erga eos, quos tam manifeste apparebat, in felle amaritudinis positos, omnem moderationis legem excedere: quin & dixi nonnullis, nomen TRIUMPHATORIS *perquam commode offerri mihi, qui verebar auctorem secundæ partis appellare* R. A. P. Franciscum Bonæ-Spei; *eo quod post ejus mortem prodiisset liber, cui allaborasse plures dicebantur; quemque eodem jure poteram ab* E *aliis auctum credere, quo sciebam augeri Speculum, mortuo jam P. Daniele.*

*Num.*12 *sub finem, dicitur Pars 2 Armamentarii attexta Speculo Carmelitano* contra expressam voluntatem auctoris, communi Typographo sæpe protestati, nihil in opere suo appariturum ejusmodi. *Idem postea eidem confirmavit R. P. Columbanus, Provinciæ Syndicus, vehementer factum improbans; de quo tamen non queror: quid enim ad me, bene an male collocata in eo pecunia fuerit? Sed non æque patienter fero, quod qui novam istam Armamentarii impressionem curarunt, fecerint ipsum P. Danielem sic loqui in fine sui Propugnaculi,* Operæ pretium esse duxi, ad hoc monitus à viris cordatis, hic etiam inserere alteram partem Armamentarii Carmelitici, quod à me factum integre de verbo ad verbum. *Ex hoc specimine intelligitur, quam libere Curatores operis, post mortem Auctoris, arrogaverint sibi illius nomen, ut sui proprii consilii inventa eo palliarent: qui etiam hoc sibi voluerunt licere, ut in illo Propugnaculo, in quo nominare me noluerat Auctor, eam moderationem imitatus, qua fueram in Aprili usus erga* P. Franciscum Bonæ-Spei, *meum nihilominus nomen apponerent. De Indicibus idem judicium esto, similiter post Auctoris mortem collectis licentius.*

*Num.*13 Illustrissimo Episcopo nostro Auberto oblatam sibi dedicationem Speculi admittere nolenti, ipsum apud eum laudavimus, diximusque nostro consilio ab Auctore compilatum, sicuti ex præfatione, ante plures annos impressa nobisque ab ipsomet Auctore ostensa, apparitorum affirmabamus. *Laudavimus utique Speculum, non solum in ea qua primitus conceptum forma, sed etiam quatenus tunc excusum erat multo auctius, moxque in lucem proditurum offerebatur Illustrissimo, in æstate anni* MDCLXXVIII. *Consilium quoque colligendi antiqua monumenta Ordinis, quod pridem communicatum nobis fuerat, & jam olim probaveramus, probabamus etiam tunc vel maxime. Verba Præfationis ante secundam partem Speculi sub finem hæc sunt.* Occurrit menti quod pridem pleraque vetustiora opuscula circa historiam Ordinis hujus tradiderim inspicienda Patribus Bollando & Henschenio, & examinanda, quid circa eorum editionem censerent: quibus perspectis & lectis, judicarunt, è re & utilitate publica fore, si thesaurus ille absconditus publicus fiat. *Diu autem antea idem P. Daniel sic scripserat, in Proloquio ad Vineam Carmeli, editum ab eodem R. P. Daniele sub nota anni* MDCLXII: Speculum ma-

A gnum Ordinis Carmelitani, quod paulatim excrevit in molem uteumque notabilem, ab annis multis formare cœpi, conſtans partibus ſex: in quibus, Deo dante, vetuſtiora & præclariora quæ extare noſcuntur hujus Ordinis monumenta, cum inſertis Notulis ſuccinctis exhibere, in votis eſt: quæ, pleraque hactenus nõ excuſa, & tantummodo Manuſcriptis in paucis reperibilia, non modo è re Ordinis ſed & Eccleſię eſſe, cenſent viri graves qui ea viderunt: quos inter RR. PP. Joannes Bollandus & Godefridus Henſchenius è Societate Jeſu. *Nempe è re communi eſſe judicabant & illi, & ego poſt eos, expoſitos publice habere fontes tot paradoxarum in Hiſtoria eccleſiaſtica conſequentiarum, per quas Originis ſuæ antiquitatem ſucceſſioniſque certitudinem demonſtratam haberi volunt Scriptores Carmelitani. Neque ſane fieri videbatur poſſe, ut de iis quamdiu laterent prudenter judicaret aliquis, ex locis hinc inde deciſis, prout fiebat eatenus: ideoque in partem felicitatis duxi, cum meæ de Alberto ſcriberem, accipere à* P. *Cornelio Hazart ſex illas partes Speculi jam impreſſas, ſicut has ad ipſum tulerat ipſe* P. *Daniel, anno* MDCLXXI *: quibus tunc quidem vix aliquid videbatur ad editionem deeſſe præter indices & quaſdam appendices, ultra unius voluminis molem non extenſuras Opus, ſicut illud Ordinario librorum Cenſori exhibitum fuit, ab eoque approbatum* VI *Decembris* MDCLXXII. *Quomodo autem Approbatio tunc data, pro opere eatenus compoſito, ſufficiat pro eodem per ſeptennium deinde ſecutum in quatuor voluminа producto, viderint ii quorum intereſt. Mihi tamen hoc indicandum fuit; ne ſibi contradixiſſe argueretur vir moderatiſſimus ſapientiſſimuſq;* Aubertus vanden Eeden, *tunc Librorum Cenſor, iſta approbans; & deinde Epiſcopus, non omnino probans quæ ſub eodem titulo, ſed multo plura offerebantur: longe minus ea probaturus, ſi vidiſſet quæ poſt ſuam atque Auctoris mortem deinde alii addiderunt.*

Poſt iſtam diem, qua alienum ab Dedicatione prædicta animum nobis declaravit idem Illuſtriſſimus Aubertus, *numquam eum deinde vidimus: incubuit enim haud diu poſtea Antverpienſi urbi gravis illa aura, quæ domos pœne ſingulas implevit morbis, multas etiam mortuis. Inter ægrotantes ad mortem ego fui: ipſe, pro dolor! vix bene cœptum Epiſcopatum dimiſit mortuis additus. Quid interea cum* P. *Daniele egerit, equidem neſcio. Diſcipulos ejus in Tomi ſecundi Dedicatoria, ſucceſſori ejus* Illuſtriſſimo Joanni Ferdinando *inſcripta, gloriantes video, quod* delectatus in ſingulis, hæſit in univerſis: vidit, ſtupuit, laudavit: aggratulatus eſt operi nondum edito applauſitque: & oblatum huoque dicendum nomini ambabus, quod dicitur, ulnis amplexus gratantiſſime acceptavit. *Teſtes citantur*; fallere neſcius R. P. Daniel, ac R. P. Leo à S. Laurentio Antverpienſis Carmeli hodieque Prior. *Nihil equidem alterutrius fidei detractum velim; laboro tamen ut hæc conciliem cum* Auberti *dictis factiſque, jam alibi relatis, quorum oculatam auritamque fidem non patiar mihi extorqueri. Habeant tamen illi quod volunt: acceptaverit Dedicationem* Aubertus: *habebo & ego quod mihi gratuler, adeo ſcilicet efficax fuiſſe extremum illud noſtrum cum eo colloquium, quod fere conſumptum fuit, in perſuadendo, ut noſtræ arbiter futurus controverſiæ, quando prodiret Majus, ſuſpectum ſeſe non faceret parti adverſæ intempeſtiva ſeveritate.*

Num. 24 *lin.* 12 politica non religioſa, ſed nec humana *lege*, politica, quæ non videtur Chriſtiana, nedum religioſa, *ita enim ſonant verba epiſtolæ, nunc demum repertæ datæque* XX *Auguſti* MDCLXXVII: *& his melius convenit reſponſum Epiſcopi, ſumptum ex titulo libri tunc famoſi*, Moralis Chriſtiana & Diabolica.

Num. 25 *Auctorem Epigrammatum injurioſorum, quorum ibi ſpecimen datur, ſuſpicabar juniorem quempiam*, meum forte aut alicujus diſcipulorum meorum diſcipulum: *nec enim credebam ejuſmodi levitatem cadere poſſe in maturioris ætatis Religioſum. Nunc cum Protrepticon lego præfixum Speculo, & ſtylum ſtylo comparo; non ovum ovo videtur ſimilius eſſe, quam illi ſint epigrammata prædicta. Quare meos in Ordine diſcipulos ſuſpicione abſolvo, cum auctor Protreptici ejuſdem fere mecum ætatis ſit: ipſum tamen nolim gravare ultra quam fateri de ſe volet, libenter ignoraturus nomen adverſarii latere volentis.*

Poſt num. 34 *adde.*

Magno certe cum incommodo noſtro id ipſum experti ſumus anno hoc MDCLXXX, *quando iidē Patres Reviſores Generales, qui Commentarium Apologiticum antea abſq; ulla exceptione approbarant; noſtras in Vitam S. Angeli Notas, in quibus teſtabantur* omnia vere, accurate, ſapienter, atq; etiam modeſte deducta videri, *cenſuerunt tamen cum Patribus Carmelitanis communicandas; futurum ſperantes, ut evidentia veritatis & ſtyli moderatione moti illi, aut verecundarentur earumdem jam impreſſarum evulgationi non aſſentiri; aut ſaltem paterentur iis, quibus nota eſt præfixa ſpeculo Carmelitano adjuratio de non prætermittenda S. Angeli Vita, indicari, huic eſſe abunde factum ſatis per ejuſmodi Notas, ſibi amice exhibitas. Etenim cum iſtud Reviſorum conſilium ſecutus eſſet Reverendiſſ. noſter Pater, ſimulque rogaſſet Patres illos, ut cito mentem ſuam manifeſtarent (ſciebat enim ad finem vergere impreſſionem) ab initio Julij, quo id factum, uſque ad* XVII *Auguſti, quo datæ ultimæ noſtrorum ad nos litteræ Roma ſunt, nullum omnino reſponſum potuit obtineri ab iis, licet plus quam ſemel inſtanter rogatis; ita ut denique oportuerit pagellam hanc, uſque ad ultimos dies ſtudioſe dilatam, tandem ſubjicere prælo; & ſilentium tam diuturnum interpretari conſenſum verecundantium palam fateri, quid imprudenter fecerint editores ſpeculi Carmelitani, ad ejuſmodi Vitam provocando, cujus falſitas tam multis tamque evidentibus argumentis poterat eis pridem innotuiſſe, ſi ipſam ſerio examinandam ſumpſiſſent viri, à peritia tractandarum hiſtoriarum debite comparati. Cur autem prædicti Patres Reviſores iſtas potius Notas, quam Parerga, Chronologicæ Patriarcharum Hieroſolymitanorum hiſtoriæ inſerta, atque hunc Apologeticum Commentarium, cenſuerint eſſe communicandas cum Carmelitanis Romæ Superioribus, etſi pro certo compertum non habeam, ideo tamen puto tali uſos diſcrimine, quod hæc omnino erant neceſſaria ad criminum mihi impactorum expurgationem, adeoque non debebant exponi periculo ſuppreſſionis forſitan ab illis petendæ; Notas vero in Vitam S. Angeli ſi poſtularent vel mutari in aliquo, vel etiam omnino ſupprimi, ſuſpenſa ſolum manebat cauſa, cujus peremptoriam definitionem illæ vel continent vel offerunt tergiverſatione ſecluſa: ipſam autem terminari vel indeciſam relinqui noſtra non ita multum intererat; utpote ſatis habentium ſi permittamur de Vitæ iſtius veritate, adeoque de probationibus prætenſæ antiquitatis exinde petitis, cum fundamento dubitare; eaque tenere, quæ de ſtatu Ordinis, ſub Alberto Patriarcha, in Aprili propoſuimus, ut veroſimilioria nobis, quamdiu in contrarium non adducuntur certiora æque veterum & cœvorum auctorum teſtimonia. Qualia nulla à nobis produci, mirum eſt qua fronte auſi ſint nobis adverſarii objicere; cum* Ioannes Phocas *in Carmelo fuerit, non multis poſt cœptum ibi erigi monaſteriolum annis; Samwicus vero eodem tempore vixerit, quo primum ex Aſia migravit Ordo in Europam;* Albertus *Regulam*, Pontifices *ſeculi* XIII *bullas dederint, ex quibus notitiam Ordinis pro eodem ſeculo petri, per veroſimiliores ſaltem rationes, ubi melius aliud non ſuppetebat.*

Liceat hic porro (quoniam alibi nos fugit inobſervatus error) corrigere in Ephemeride Græco-moſca pag. XXX *ad* V Id. Junii *lin.* 5 *verbum unum, quo* Eutychius, *auctor libelli cui titulus* Origines Eccleſiæ Alexandrinæ, *nominatur* Patriarcha Hieroſolymitanus *pro* Alexandrino. *Item pag.* XXXIV *ad* XIII *Kal. Iulii lin.* 8 *typographicum ſphalma, ubi pro* Patrum, *legendum* Patrem. *Quamquam hujuſ-*

hujuſmodi alia proculdubio ſæpius invenienda, ſed benigno ipſiuſmet lectoris oculo facile ac ſtatim notanda, nihil attinet retractare.

Corrige etiam in hoc eodem ſecundo tomo pag. 146 *in titulo cap.* 3 nomen *Fr. Richardi* & lege, *Fr. Fulchardi Item pag.* 357 *in Indiculo Sanctorum diei nonæ col.* 2 *lin.* 7 *nomen Abbatis Coriſopitenſis Sancti, quod eſt* Tudinus, *non* Tiedinus.

Pag. 807 *num.* 11 *poſt lineam* 9 *expunctis ſequentibus quatuor lineis has ſubſtituè.*

Dicuntur, autem Melchitæ, *id eſt* Regii *ſeu* Imperatorii, *qui contra* Euthychianos *& horum præcipuos* Jacobitas *ſequuntur definitionem Chalcedonenſis Synodi, Imperatoribus Græcis probatæ. Sunt ergo* Cophtitæ *ſive* Copti &c.

Deinde col. 2 *lin.* 8 *expunge hæc verba: id eſt* Eutychianos *&* Neſtorianos.

Item in Tomo 3 *pag.* 352 *num.* 12 *lin. ult. inobſervatum errorem calami, ex Græco Latina ſcribentis*, ut apud ſe pro Domino orarent, *& lege*, ut apud Dominum orarent pro ſe.

AD DIEM X. DE S. IOB.

Pag. 495 *poſt num.* 3 *adde. Carolus du Freſne, Dominus de Cange, Conſtantinopolis Chriſtianæ hoc an. editæ cap.* 4. *recenſet* ædes *in ea* ſacras Propheris *dicatas, quæ inde dicebantur* Προφητεῖα; *&* num. 18 Abbates. *inquit*, monaſterii Job Conciliis interfuiſſe leguntur cum ceteris urbs Epiſcopis: ac Domus quidē Ἀρχιμανδρείτης μονῆς & τῆς ὁσίας μνήμης Ἰωὴβ Conſtantinopolitano anni DXVIII, Theodorus vero Ἡγεμὼν μονῆς Ἰωὴβ alteri Conſtantinopolitano ſub Mena.

INDEX HISTORICVS
IN VITAS SANCTORVM
TOMI II MAII.

A

Aaron Ep. Cracovienſis 11 *ſec.* 209 *f*
Abranus frater S. Gibriani 301 *b*, 302 *a c*
Acciolinus Marchio Eſtenſis frater B. Beatricis Ateſtinæ 599 *b*
Accius ſive Azo Marchio Eſtenſis 13 *ſec. pater B. Beatricis Ateſtinæ* 599 *b*, 600 *d*
Acholius Ep. Theſſalonicenſis 4 *ſec.* 404 *b*, 419 *d*
† *Adalbaldus pater S. Mauronti* 53 *b*
Adalvardus Ep. Vpſalenſis in Suecia 97 *b*
Adam Abbas S. Mariæ de Trappa in Normannia Ordinis Ciſtercienſis 132 *c*
† *Adelaides ſive Adelheidis uxor Ottonis* I *Imp.* 663 *c e*
Adelheides Converſa de Molbach 12 *ſec.* 554 *f*
Adelſtanus Rex Anglorum 10 *ſec. devotus erga S. Ioannem Beverlac.* 174 *e*, 175 *c*, 180 *f* 181
Adulphus Archiep. Eboracenſis 10 *ſec.* 97 *a*
Ægidius Epiſc. Fulginienſis 13 *ſec.* 282 *d*
† *Æonius Ep. Arelatenſis* 5 *ſec.* 34 *e*
† *Agapitus Papa* 6 *ſec.* 50 *a*
† *Agatho Ep. Liparitanus* 3 *ſec.* 531, 536 *b*
Agericus Epiſc. Lemovicenſis 5 *&* 6 *ſec.* 16 *b f*
Agia mater S. Deſiderati Epiſc. Bituricen. 303 *c*
Agnes uxor 2 *Andreæ* 3 *Regis Hungariæ* 124 *a*
Airardus Ep. Maurianen. 12 *ſec.* 329 *f*, 331 *d*
Albernoz Cardin. ſub Innocentio X donat 2 *corpora Sanctorum Carmelitis Diſcalceatis* 567
Albergatus Epiſc. Novienſis Guilielmus 477, *ſive Vgolinus* 479 *b*, *Antonius Iuriſconſultus* 478 *c*
† *Albertus Ep. Ferrarienſis* 156 *d*, 158 *b*
† *Albertus Ab. Pontidenſis* 281 *b*
Albertus Cæſar 15 *ſec.* 488 *d*
Aldebaldus ſcriptor Vitæ S. Majoli poſt Syrum 668
Aldredus Ep. Wigornien. & Archiep. Eboracen. 11 *ſec.* 166
Aleidis Abbatiſſa Vallis-Ducis prope Lovanium 3 *b*
Aleſia Virgo Vindocini ſepulta 566 *f*
† *Alexander Conſiliarius in Sicilia ſub Decio* 513 *c f: divinitatem agnoſcit* 518 *b*, *convertitur* 521, 522: *Neophytus dictus in baptiſmo* 524 *c*, *ſecedit ad ſpeluncam* 525, 526, 530: *Ordinatur Presbyter* 534
Alexander 2 *Papa confirmat Ep. S. Staniſlaum* 208 *c*
Alexander 3 *Papa rogatur de Canonizatione Petri Tamaji Tomus II.*

rentaſienſis 321 *a e*
Alexander VII confirmat Confraternitatem S. Soiongiæ 589 *c*, 596 *e*
Alexander 7 *Ab. Ciſtercienſis* 12 *ſec.* 321 *e*, 322 *c*
Alexander Imp. ſub eo Martyres SS. Calepodius, Palmatius Conſul, Simplicius Senator & utriuſque familia; Felix & Blanda 101
Alexander Wilthemius S.I. Scriptor Commentarii de corporibus SS. Tertullini & Chryſanthi Luxemburgum delatis 558
Alfricus Archiep. Eboracen. transfert corpus S. Ioannis Beverlacenſis 166 *f*
Alfridus notus ſeu junior Rex Northumbriæ 169 *d*
Alpeis Comitiſſa Hugardiæ 10 *ſec.* 650
Alpertus, Arpertus, Hardopertus Ep. Curienſis 10 *ſec.* 662 *f*
Alphonſus Rex Legione in Hiſpania anno 1027 *occiſus* 132 *c*
Aloyſia noverca B. Beatricis Ateſtinæ 599 *c*
Alypiana neptis S. Gregorii Nazianzeni, ſoror ejus dicta 413 *d*
Amadæus 3 *Comes Sabaudiæ* 12 *ſec.* 325 *e*, 32[illegible] *d*
Amadæus Dux Sabaudiæ Felix V Papa 489
† *Amandus tondet S. Maurontum in Clericum* 3[illegible] *e*
† *Amatus Ep. cuſtoditur à S. Mauronto* 53 *d*
Ampolianus Præſes 1 *ſec.* 4 *f*
Amphilochius Ep. Iconienſis 4 *ſec.* 369 *f* 411 *c*
† *Anaſtaſiæ Reliquiæ & Eccleſia C P.* 399 *e f &c.*
† *Andreas Apoſt. ſanat cæſos & lanceis ferreis laniatos SS: Alphium, Philadelphum, Cyrinum Mart.* 517: *fame necandos nutrit* 518 *b*: *conſecrat S. Neophytum Epiſcopum* 544 *e*
Andreas Archiep. Coloſſenſis 15 *ſec.* 488 *d*
Andreas Epiſc. Auximanus 615 *d*
Andreas Ep. Plocenſis 13 *ſec.* 262 *e* 263 *d*
Andreas Ep. Wladeſlavienſis 11 *ſec.* 215 *e*
Andreas 3 *Rex Hungariæ pater B. Eliſabethæ Ordinis Prædicatorum* 123 *d*
Andreas Frater S. Petri Tarentaſien. 329 *d*
† *Annæ matris B. Mariæ cranium Bononiam allatum* 48 *f*
Anna Auſtriaca uxor Caſimiri Regis Poloniæ 198 *f*
† *Anno Veronæ Epiſc.* 44 *f*, 46 *b*

Annas de Lewy de Ventudour Archiep. Bituricen. 17 *ſec.* 597 b
Anolinus Conſiliarius Maximiani Imp. perſecutor Chriſtianorum 288 a
† *Anthelmus Ep. Bellicenſis* 329 f, 331 d
Anthimus Metropolita Tyanenſis 4 *ſec.* 394 f &c
Antoninus Carcerum Præfectus ſub Diocl. in Cappad. 293 f
Antonius Præfectus Cœnobii in inſula Barbara 670 f
Antonius Ep. Comenſis 15 *ſec* 608 e
Antonius Ep. Vrbinatium 15 *ſec.* 488 c
Apollinarii doctrina controvertitur 403 e, 409 f, 425
Apollinaris Ep. Alexandrinus an Sanctus 60 d
Apronianus Præfectus urbis Romæ ſub Iuliano 551 b
† *Archadius Ep. Bituricen.* 304 b, 305 f
Aripertus 2 *Rex Longobard.* 8 *ſec.* 194 c f, 195 a
Arnulphus 2 *Archiep. Mediolani* 10 *&* 11 *ſec.* 286 f
Arnulphus pater & filius Florinenſes 650 c, 653 a
Artaſius Præſes Tergeſti ſub Hadriano Imp. 497 b e
Artemia filia Dioclet. à S. Cyriaco liberata à dæmone 619 a
Aſprandus Rex Longobard. 8 *ſec.* 195 a
† *Athanaſius Ep. Alexandrinus* 369 f
Attichus, Ludovicus Donius, ſcriptor Vitæ B. Nicolai Albergati 468 c
Aubertus Vanden Eeden Ep. Antverp. de Origine Thereſianarum 711 d
Auginus pater S. Deſiderati Epiſc. Bituricen. 303 c
Ayſtulphus Rex Longobard. an tulerit corpus S. Iobi Ticinis 496 f

B

Alſamon Silveſter in Conc. Ferrarienſi 15 f *&* 488 d
Barbus, Petrus Cardinalis, dein Papa Paulus II 469 e
Baronius, Cardin. ſcriptor Vitæ S. Gregorii Nazianzeni 3 9 b
Bartholomæus Morenus edit miracula S. Cataldi 569 f
† *Baſilius intimus amicus S. Gregorii Nazianzeni* 369 e
† *Baſilii villa duplex in Italia* 575 c
Baſilius Imp. exiitat templum S. Mocii 621 a
† *Beatrix Martyr profocata* 618 f
† *Beatrix ſoror Ducis Carinthiorum* 619 f
† *Beatus Confluentinus diverſus à S. Beato Vindocino* 365
num etiam Beatus apud Helvetios honoratus 367
† *Beda inſtructus à S. Ioanne Beverlacenſi* 169 c
† *Benedictus imitator Eliæ & Ioan. Baptiſtæ* 685 d
Benedictus Epiſc. Spoletanus 13 *ſec.* 282 d
Berlengerius ſcriptor Inventionis & Tranſlationis S. Cataldi 569 f, 570 b
† *Bernardi Ab. altare an.* 1174 *erectum* 320 f, 331 f
Bernardinus Realinus poſt admotum goſſypium Reliquiis S. Irenæ ſanat multos 791, 792
Bernardus Ep. Bononienſis 12 *ſec.* 479 e, 481 b
Bernardus Ep. Maurianen. 329 e f
Bernardus Comes Biturigum 9 *ſec. an occiderit S. Solangiam* 595 d
Bernardus Guidonis ſcriptor Vitæ S. Sacerdotis Ep. Lemovicenſis 12 f
Bernardus Vaſco Ord. Prædicat. 355 d
† *Berno fundator Cluniacenſis* 685 e
Bibianus Dux in Cappadocia ſub Dioclet. 293 e, f &c.
Bogna mater S. Staniſlai 205 d, 207 a
Boguſlaus Ep. Poſnanienſis 13 *ſec* 262 c
Boleſlaus Rex Poloniæ 11 *ſec.* 207 b, 211 e f, &c. *anathemate percuſſus* 233 f, *miſere perit* 237, 239 e
Boleſlaus Pudicus Monarcha Poloniæ 13 *ſec.* 262 c
Boleſlaus 4 *Princeps Poloniæ* 13 *ſec.* 255 e, 256 e
Bonifacius Epiſc. Tudertinus 13 *ſec.* 282 d
Borrellus Barcinonenſis Comes 9 *ſec.* 640 f
Boſperius Ep. Coloniæ Cappadociæ 4 *ſec.* 396 c e
Brigæ mater S. Comgalli 580 c
† *Britlunus Ab. Beverlacen.* 7 *ſec.* 169 d, 170 f
Brudæus Rex Pictorum 6 *ſec.* 587 e, 588 e
Burchardus 3 *Comes Vindocinenſis* 10 *ſec.* 700 d
Burchardus V Mont-morencius 320 f, 321 a

C

Cabatlus, Bonaventura, edidit Italice Vitam B. Nicolai Albergati 468 c
† *Cæleſtinus Papæ* 35 b, 42 a
Cæleſtinus 3 *Sanctis adſcribit Petrum Tarentaſ.* 346
† *Cæſarius frater S. Gregorii Nazianzeni* 369 e, 377 a
Cæſarius, Iulianus, Cardin. 15 *ſec.* 488 d
Cajetanus, Vrſinus, Cardinalis 13 *ſec.* 258 f, 259 e
† *Caliſtus Papa baptizat S. Palmatium cum familia* 500
S. Simplicium cum familia, SS. Felicem & Blandam conjuges 501 c
† *Calliſti Papæ imago vetuſta Romæ in S. Mariæ trans Tiberim* 499
Canetuli inter factiones Bononienſes 15 *ſec.* 471 d
† *Cannicus Ab. in Hibernia* 6 *ſec.* 584 e, 585 f
† *Candidus M. Romanus in Styriam delatus* 619 f
De Capitibus Liſtæ, Franciſcus, I. V. Doctor & miles ſec. 15 488 c
† *Capraſius Ab. Lerinenſis* 28 f, 29 f
Capuanus Epiſc. Cadurcenſis, an Sanctus 14 d e f, 15 c
† *Carolus Magnus Imp. Sarlatum exornat: ibidem Patronus* 17 d, 18 b
† *Carolomannus Princeps degit Caſini* 120 f
† *Carolus Borromæus Cardinalis viſitat corpora SS. Victoris & Satyri* 286 f
Carolus VI Rex Franciæ 15 *ſec.* 473 e, 481 d
Carolus VII Rex Franciæ 15 *ſec.* 471 a, 481 d
Caſimirus Magnus Rex Poloniæ 13 *ſec.* 236 f, 237 b
Caſimirus 3 *Pater S. Caſimiri Rex Poloniæ* 237 c
Caſimirus Rex Poloniæ 15 *ſec.* 198 f
Caſimirus Dux Culavienſis & Lancicienſis 13 *ſec.* 262 c
† *Caſſianus Lerinenſis* 36 e f
† *Caſtor* 5 *ſec.* 36 f
Cervantes, Ioannes, Cardinalis 477 a. 485 e
† *Ceſſator Lemovici colitur* 286 b d
Chelidonius Ep. Veſontionenſis 5 *ſec.* 31 b, 36 b
Chrichtieius, Henricus, Archiep. Cantuarien. Cardinal. ſec. 15 487 e, 488 f
† *Chriſtinæ Virg. Mart. tranſlatio Panormum* 133 a
Claudianus Mamertus Presb. frater S. Mamerti Ep. 620 c
Cledonius Presb. Iconii 4 *ſec.* 411 d, 415 d: *apud Nazianzum Vicarius* 426 f
Clementianus Tribunus Romæ ſub Iuliano, jubet occidi S. Gordianum 553
† *Cleonicus M. Leontinus* 526 e, 532 f, 548 a
Colmanus diſc. S. Comgalli 588 f
† *Columbanus Hibernus Ab. diſcipulus S. Comgalli* 579 c
Comites Petracoricenſes & Burdigalenſes diſtincti à Comitibus Aquitanis 20 a b
Condulmerius Gabriel Card. poſt Eugenius 4 *Papa* 482 b
Conradus Rex Burgundiæ, Alamanniæ, Provinciæ 689 c
† *Conſtantia Mart. Nuceriæ Paganorum* 1 *ſec.* 360 f
Conſtantinus Magnus dicat templa SS. Mocii & Menæ Conſtantinopoli 620 c
Conſtantinus Porphyrogenitus Imp. 448 c, 451 b
Conſtantinus 3 *Scotorum Rex* 10 *ſec.* 180 f, 181 c
Conſtantius Presb. Arelaten. 5 *ſec. an Sanctus* 31 e
† *Cornelii Papæ imago in S. Mariæ trans Tiberim* 499
Coſmas Magiſter S. Ioannis Damaſceni 113, 736 a
Coſmas ſocius S. Ioannis Damaſceni 113 e: *Epiſcopus Majumæ* 118 e
Creſcens impius Epiſc. Leontinus 3 *ſec.* 546 e
Criſpus Epiſcopus Leontinus 3 *ſec.* 546 e
† *Cunegundis Polona* 255 e, 256 a
Cuſa, Nicolaus, Doctor Decretorum 488 c
† *Cypriani encomia* 403 f
† *Cyriacus, Largus & Smaragdus Mart.* 619 d

D

† *Damasus Papa* 369 f
Daniel à Virgine Maria Carmelita beneficium reputat translata in Latinum miracula S. Angeli 94 d
Daniel Cardonus Latine vertit Carmen S. Greg. Naz. de Vita sua 429 c
Demophilus Arianus Ep. pulsus Constantinopoli 407 d
Deodatus frater S. Desiderati Ep. Bituricen. 6 sec. 303 c
Desiderius frater S. Desiderati Ep. Bituricen. 6 sec. 303 c
Diomedes Praeses Puteoli sub Decio 510 c f, 511 c
Dionysius de Bar Episc. S. Papuli 16 sec. 592 e, 594 c
Dometius Leontinus 3 sec. 531 f, 532 d
Dormacus Rex Laginensium 6 sec. fit monachus 586 f
Drogonus Archiep. Tarentinus 15 sec. 571 a
Drusiana mater S. Miri eremitae 606 f
† *Dubricius Ep. Landavensis* 98 d

E

Edmerus Archiep. S. Andreae 12 sec. 97 a
† *Eata Ep. Hagulstadensis 7 sec.* 169 d, 170 e
Ebrardus Archiep. Vesontion. 12 sec. 335 b
Ecdicius sive Anticius Regulus Aquitaniae 13 c, 14 c f.
Edesius Poëta Arelatae 5. sec. an Sanctus 29 d, 30 a
Editha uxor S. Eduardi Conf. Regis Angliae 168 c e
Eduardus de Gelria Dominus Monfortensis 14 sec. 317 f,
Elburga V. filia Eduardi Regis Angliae, sanctimon. 358 d
Eleutherius Dux dotat monast. Remis 6 aut 7 sec. 51 f
† *Elfleda Abbatissa Streveshalen.* 169 b
† *Elisabetha* 255 e, *apparet B. Elisabethae nepti* 125 c
Elizabeth Abbatissa Tabanensis in Hispania 359 d
Engelbertus Episc. Leodien. 14 sec. 318 c
† *Epiphania uxor S. Alexandri Leontinis Martyr. analia Martyr Hydrunti* 523 c
† *Erasmus nepos SS. Alphii, Philadelphi, Cyrini* 508 c 509 a : *Martyr* 510 e, 546 b
Erchanraus Episc. Catalaunensis 9 sec. 301 d, 302 b
Esau ex majoribus S. Iobi 495 d
† *Euagrius Episc. CP. exul obit* 369 e
Euagrius particeps laborum S. Greg. Nazianzeni 411 b
Euagrius Ponticus an discipulus S. Greg. Naz. 403 b, 404 a
† *Eucharius Ep. Trajectensis ad Mosam 6 sec.* 146 e
† *Eucherius Ep. Lugdunensis* 27 b e, 29 d, 35 c,
† *Eugendus fundator monast. Iurensis* 328 b f
Eugenius 4 Papa 475, 476, 486 d
Eulalius Ep. Nazianzenus 14 sec. 422 b
† *Eulogius Episc. Edessenus 4 sec.* 369 f
† *Euphebii Mart. pars corporis Monachii* 611 c
Euphratius pater S. Mocii Mart. 621 a, 623 d
† *Eupsychius M. Caesareae in Cappadocia* 369 f, 393 f
Euscbius Ep. Samosaten. 4 sec. 11 d 369 f, 391 f
† *Eusebius Ep. Vercellensis 4 sec.* 369
Eusebius Ep. Caesarien. in Cappadocia 384 c, 386 b, 389 a
Eustathia mater S. Mocii Mart. 621 a b 623 d
Eustathius monachus è domo S. Greg. Nazianzeni 410 e
† *Eustratius, Auxentius, aliique Martyres* 409 b
† *Euthalia à Serviliano fratre occiditur* 539 f, 540
† *Eutitius Presb. Mart. Hortae* 49 e
Eutropia mater S. Euthaliae Mart. 537, 538, 539
† *Evurtius Episc. Aurelianensis 4 sec.* 105 f

F

† *Fabii Mart. corpus Bononiae* 611 c
† *Falcus eremita in Aprutio* 282 c d, 283 d
† *Faustus Ep. Regiensis in Gallia* 29 a f, 37 a
Felicinatus Episc. Leontinus 3 sec. 546 e
† *Felicissima & Gracilianus Mart.* 49 d e
† *Felix Mart. Nuceriae Paganorum 1 sec.* 360 f
Fenna Regina mater B. Elisabethae Ord. Praed. 123 f
Ferdinandus II Rex Siciliae, dein Hispaniae 576
† *Fiachrii dicti varii Sancti* 588 f
Fichna Rex Vltoniae 7 sec. 587 e, 588 e
† *Finbarrus Ep. in Hibernia* 585 e f, 586 a
† *Fintanus Ab. de Cluain-Ednach* 580 f, 582 b e
Firmus Tribunus in Cappadocia sub Dioclet. 293 e, 297 f
Flaccinus Proconsul Europae in Thracia 297 f
† *Flavianus Ep. Antioch. 4 sec.* 426 d, 417 b, 420 b
Flavius Ep. Illiberitanus in Batica 4 sec. 135 f, 136 d
Florentius Montmorentius Soc. Iesu accipit corpora Sanctorum 560
Folcardus monachus Cantuarien. scriptor Vitae S. Ioannis Beverlacensis 166 c, 168
Forbius Episc. Aniciensis depositus 6 sec. 305 a
† *Fortuniae Mart. Corpus Massacii ex coemeterio Priscillae* 359 a d
Francia seu Fracia aut Franda soror S. Gibriani 301 b 302
Franciscus Zampanensis in Calabria an Sanctis adscriptus 133 d
Fredericus Barbarossa Imp. 12 sec. 331 e
Frodelinus Ab. Novalicien. 8 sec. 492 f
† *Fronto Episc. Conf.* 359 e
† *Fructuosus Ep. Eugubinus* 464 b
Fulco Archiep. Gnesnensis 13 sec. 256 b f, 262 b

G

Galla filia Gallieni Imp. mater S. Lucinae 616 a, 617 a
Garinus Ep. Tullen. 13 sec. 492 f
Gaufridus Ab. Altacumbae, scriptor Vitae S. Petri Tarentasiensis 322 f, 323, 345 f
Geisla Rex Hungariae 11 sec. 211 e, 213 a
Gemistas, Gregorius, in Conc. Ferrariensi 15 sec. 488 d
† *Genesii ecclesia Arelate* 33 d, 34 e
Gennadius Massilienses 5 sec. 35 b
† *Genovefa collata cum S. Solangia* 596 d
† *Georgii ecclesia Ravennae* 155 c d e, 156
† *Georgii in Alga Canonici* 479 f, 481 b
Gerardus Ep. Cameracen. 11 sec. 649 e, 650 c e
Gerardus Ep. Hereford Archiep. Eboraci 12 sec. 482 a, 484
Gerardus Abbas Prumiensis 12 sec. 554 c d, 555 a
Gerardus Canonic. Cracovien. pro Canonizatione S. Stanislai 257 a c
Gerlacus Abbas Milonicensis in Bohemia Ordinis Praemonstratensis 132 d e
† *Germanus Ep. Autisiodorensis* 31 b, 36 b
† *Germanus frater S. Gibriani* 301 b, 302 a c
Gerardus Ep. Ruthenorum 13 sec. 262 c
Gibellini favent Frederico 2 Imp. 477 e, 479 c
Gerwinehardus Abbas S. Lupi 284 c
Giraldus Archiep. Tarentinus 12 sec. 573 b
Gisala uxor S. Stephani Regis Hungariae 133 b
Godefridus Dux Lotharingiae filius Godefridi Ardennensis sec. 10 650 d
Godefridus Dux Lothar. inferioris, Improlis 11 sec. 632 b f
† *Gorgonia soror S. Gregorii Naz.* 369, *& seqq*
† *Gregorius Ep. Nazianzi, pater S. Gregorii Naz.* 369 e
† *Gregorius Ep. Nyssenus* 369 e 377 f 389 d *&c*
Gregorius 2 Papa mittit S. Petronacem Casinum 120 a
Gregorius Papa 13 erigit sacellum S. Gregorii Nazianz. 373 c, 374 a : *transfert corpus ejusdem* 456
Gregorius senior Episc. Ostiensis 11 sec. 465 e
Gregorius Presb. scriptor Vitae S. Gregorii Nazianz. 369 f
Gregorius Diaconus in familia S. Gregor. Nazianz. 416 a
Gualburgis mater S. Gualterii Stirpensis 702 b
Guelfi adhaerent Papae 477 a, 479 c
Guidinus Dux Brunswic. 25 sec. 488 c, 489 a
Guido Archiep. Viennae dein Papa Calixtus II 12 sec. 324 e,
Guido 2 Episc. Assisii 13 sec. 282 d
Guido puer nepos B. Bonizellae, an Beatus 121 c, 122 e
Guilielmus Princeps Provinciae à S. Maiolo sanatus 664 f

H

H*Adriano Imp. martyrium paſſi SS. Primus Presb. Marcus Diac. Iaſon & Celianus* 493
Harcuria, Chriſtophorus 15 ſec. 487 c
Haroldus Rex Angliæ à Wilhelmo Conqueſtore devictus 174 c 175 c
Haymardus Ab. Cluniac. cedit Officium S. Majolo 657 f, *& ſeqq.*
† *Hedwigis Duciſſa Poloniæ* 255 e, 256 c
† *Helanus frater S. Gibriani* 301 b, 302 a c
Heldricus vir potens factus monachus Cluniac. 678 e
Heliodorus Ep. Atini avunculus S. Nepotiani 627 b
Helladius 5 ſec. 36 f
Henricus 2 Rex Angliæ 12 ſec. 330 a, 331 e
Henricus Iunior filius Rex Angliæ 334 a, 335 d
Henricus V Rex Angliæ 15 ſec. 473 e, 481 e
Henricus Dux Burgundiæ frater Hugonis Capeti 689 c
Henricus Dux Auſtriæ deſponſatus B. Eliſabethæ Hungaræ 124 a d e, 125 a
Henricus Ab. Altæ-cumbæ dein Claræ-vallis 333 c
Henricus 2 Ab. Morimundi 12 ſec. 322 a
Herbertus Archiep. Veſontione ſchiſmaticus 12 ſec. 330 e f
Herebaldus Ab. diſcip. S. Ioannis Beverlac. 171 f, 173 e
Herox, Heros, ſive Hericus Epiſc. Antiochiæ 4 d
Herimannus Comes Dagisburgenſis 11 ſec. 651 f
Herodion Epiſ. Leontinus 3 ſec. 546 a
Hervæus Theſaurarius S. Martini Turon. 702 f, 703 d
Hildebertus Ab. in Scotia an Sanctus 492 d
† *Hieronymus diſcipulus S. Gregorii Naz.* 369 f, 402 e *ſcriptor Vitæ S. Nepotiani* 627
† *Hilarius Ep. Pictavienſis* 25 a
Hilarius Ep. Iſauriæ 4 ſec. 411 d
Hilarius Ep. Narbonenſis 5 ſec. 25 b
Hilarius laicus ſcribit ad S. Auguſtinum 25 b, 41 *&c.*
Hildefonſus Comes Toloſanus 12 ſec. 330 a, 331 d
Hillebrannus Præpoſitus Cluniaci 10 ſec. 686 a
Himerius ſophiſta Athenis 4 ſec. 372 b
† *Homobonus Cremonenſis* 281 b
Honoldus Ep. Wladiſlavienſis 11 ſec. 214 a, 215 e
Honoratus Ep. Arelatenſis 24 f, 26 b, 27 c e f, *&c.*
Honoratus Ep. Maſſilienſis ſcriptor Vitæ S. Hilarii Ep. Arelatenſis 24 c d, 36 b c, 37 a, 41 c d
Hubertus Ab. Sarlatenſis Simoniacus 9 ſec. 18 e f
† *Hugo Ep. Gratianopolitanus* 329 e
† *Hugo Ab. Cluniacen.* 684 e, 685 a
Hugo Cazem Epiſc. Atrebaten. 487 c, 488 f
Hugo Floriacenſis ſcriptor Vitæ S. Sacerdotis Ep. Lemov. 10 c
Hugo Vunſtinck Canon. Trajecti, Præpoſitus Montis-Odiliæ 14 ſec. 318 e
Humbertus 3 Comes Sabaudiæ 12 ſec. 330 a, 331 d
Hungarus Ep. Vltrajecti 9 ſec. 314 c f, 315 a

I

I*Acobus Weltrenſis aliis Velitrenſis Minorita Actor Canonizationis S. Staniſlai* 256 e d f
Iacobus Sirmondus vertit è Græco Acta SS. Alphii, Philadelphi, Cyrini 504 f, 548 a b c
Iagello Wladiſlaus 2 Rex Polon. 13 ſec. 262 d, 263 e
Ianuarius Presb Romæ convertit S. Gordianum 552 d
Idiſilus Ab. Rivipollen. in Catalonia 10 ſec. 640 f
Idrahel Archiep. Tarentaſien. parum probus 2 ſec. 325 f
† *Innocentii I imago in S. Mariæ trans Tiberim* 499
Innocentius 4 Papa de Canonizatione S. Staniſlai agit 256: *peragit* 258, 259, 260, 261
† *Ioannis Bapt. caput Conſtantinopoli* 454 d *Reliquiæ Florinis* 649 e
† *Ioannes Evang. ante portam Latinam* 98 d
† *Ioannis Chryſoſtomi corpus Conſtantinopoli* 453 a, 454 b d: *Encomia ſcripta* 37 a
† *Ioannes de Capiſtrano Ord. Minorum* 198 f
Ioannes V Papa creatus an. 686, 10 Iunii 197 a
Ioannes Papa XVI, Baronio XV, an Sanctus habeatur 132 a
Ioannes I Hieroſolymorum Epiſcopus 492 e
Ioannes Patr. Hieroſ. ſcriptor Vitæ S. Ioannis Damaſ. 109 a
Ioannes Archiep. Saltzburg. a Bonifacio ſtatutus 358 f
Ioannes Archiep. Tarentinus 15 ſec. 488 c
Ioannes I Epiſc. Trevirenſis 3 a
Ioannes Metropolita Euchaitarum ſcriptor 370 a
Ioannes Gothus Ep. Gerunden. in Hiſpania an Sanctus 96 f
Ioannes Apameæ in Syria Epiſc. 4 ſec. 414 b
Ioannes Ep. Bononien. 15 ſec. 472 b, 478 b
Ioannes Ab. de Fontibus, Ep. Elycenſis 13 ſec. 97 c
Ioannes Conti Epiſc. Peruſinus 13 ſec. 282 d
Ioannes Garre Ep. Cameracen. 487 c, 488 f
Ioannes Vico-Sabinas Ep. an Vico-habenas? 154 e
Ioannes Ep. Valentinus in Gallia 12 ſec 324 f, 236 d
Ioannes Vernenburg. Ep. Vltrajecti 14 ſec. 318 a, 320 d
Ioannes Dux Burgund. anno 1419 occiſus 481 d, 483 e
Ioannes Bractifortis Comes Mazarhini 16 ſec. 507 a
Ioannes à Stronconio Ord. Minor. Generalis 25 ſec. 284 d
Ioannes Tentialbenc Ord. Minor. miraculis clarus 358 d
Ioannes Notarius teſtamenti S. Gregorii Naz. 411 d
Iobia filia Regis Perſarum à S. Cyriaco liberata à dæmone 619 b
Iordanus Vrſinus Camerarius Papæ 489 : *Cardinalis* 490
† *Irenæus Epiſc. Lugduni* 361 b f
† *Iſidora Sicula mater S. Theclæ* 505 e, 515
Iſidorus Ep. Ruthenus in Conc. Ferrarienſi 15 ſec. 488 d
Iſmidio Ep. Dienſis 12 ſec. 329 f, 331 d
Ithacius Ep. Hiſpanus degit Treviris 4 ſec. 11 e
† *Iuliana Mantuana* 599 e, 600 b
Iulianus Apoſtata Imp. ſub eo Martyres Gordianus & Epimachus 551 : *Peſſimus futurus prædicitur à Greg. Nazianzeno* 380 f, 383 f, 388 c
Iulianus Exæquator ſub Gregorio Naz. 414 f
† *Iulii Papæ imago in S. Mariæ trans Tiberim* 499
† *Iuſtina Sicula* 518 d, 519 d, 520 a b *& ſeqq.*
Iuſtinianus reſtituit templa SS. Mocii, Platonis &c. 620 f
Iuſtinianus Rhinothmetus Imp. 198 a
† *Iuſtus Epiſc. Viennenſis* 361 c e
Iuſtus Ep. Hieroſolymorum & Martyr traditur 2 f
† *Kiaranus Ab. Hiberniæ* 583 c e

L

L*Aban pater S. Sacerdotis Ep. Lemovicenſis* 14 c, 15 e: *Mortuus ſuſcitatur a filio* 16 a
† *Ladiſlaus Rex Hungariæ 11 ſec.* 211 e, 213 a
Læta à S. Hieronymo edocta an Sancta? 611 d
† *Lambertus Martyr Ep. Trajecten.* 319 f: *Ejus monaſterium in Styria* 619 c, 620 e
Lambertus 2 Comes Lovanien. 11 ſec. 651 f, 652 b f
Lambertus Comes Cabilonenſis 689 c
Lambertus frater S. Petri Tarentaſien. 324 f: *Abbas Chariſiaci* 325 b c
Lampadius avus S. Mocii Proconſul 623 d
Lampertus Epiſc. Cracovienſis 11 ſec. 239 a f
Landulfus Epiſc. Ravennæ 12 ſec. 155 c
Laodicius Proconſul in Macedonia ſub Diocletiano 621 c: *cum ſatellitibus combuſtus* 623 c
Lateranenſes Canonici an Ravennæ 13 ſec. 155 d
† *Laurentii imago in S. Mariæ trans Tiberim* 499
† *Laurentii in Lucina eccleſia Romæ* 197 c e
Laurentius Ep. Labacenſis 11 ſec. 214 a
† *Leo I Papa reconciliatur S. Hilario Arelat.* 31 d, 35 f
† *Leo 4 Papa dat Privilegium Eccleſiæ S. Sacerdotis* 18 e
Leo Iſauricus Iconomachus inſidiatur Ioanni Damaſceno 154 f, 741 *&c.*
† *Leonardus Ab. Vendoperæ 6 ſec.* 162 c
Leontius Ep. Arelatenſis 5 ſec. 34 e, 36 f
Leonora Sabauda mater B. Beatricis Ateſtinæ 600 d

† *Leo-*

† *Leopardus Ep. Auximanus* 615 d
† *Leontius Ep Cæsarien. in Cappad.* 369 e, 374 f
† *Lerinenſes monachi* 500 *à Saracenis occiſi* 659 b, *&c.*
† *Letardus Ep. mortuus in Cantio* 131 b
Libanius Syrus Sophiſta Antiochiæ 4 *ſec.* 372 c d
† *Liberius Papa* 197 b
Licinius Regulus 1 *ſec.* 4 f
Longinus, Ioannes, ſcriptor hiſtoriæ Polonicæ, & Vitæ S. Staniſlai 198,202 f,272 e
† *Locrinæ & ſociæ Mart. corpora Mantuæ* 611
Lotharius Rex donat Vltrajectinis monaſterium S. Wironis 314 b c d
† *Luanus fundator monaſteriorum in Hibernia* 579 e
Lucianus Ep. Leontinus circa 300 *an.* 546 f, 550 c
Lucius Papa de Canonizat. Petri Tarentaſien. 321 a, 345 f
Lucius Cardin. Ioannes, 13 *ſec.* 258
Lucretius curat præfocari S. Beatricem 618 f
Ludovicus 7 *Rex Franciæ pro Canonizat. Petri Tarentaſienſis* 321 f
Ludovicus è Francis Rex Poloniæ 15 *ſec.* 237 a b
Ludovicus de Platamone Ep. Syracuſæ 16 *ſec.* 506 e
Ludovicus Perez Carmelita gratam habet tranſlationem miraculorum S. Angeli ex Italico in Latinum 94 e
Ludovicus Iacob Carmelita de Origine Ordinis ſui 712 e
Lugidus Ep. Hiberniæ 6 *ſec.* 583 d
Luidgardis fundatrix Witichenſis monaſt. Ordinis Minorum 124 c
† *Luidgerus Ep. Monaſterienſis degit Caſini* 121 a
Luitprandus Rex Longobard. 8 *ſec.* 195 a
† *Lupus Ep. Trecenſis* 35 c, 40 e
Lupus Ep. Plocenſis 11 *ſec.* 214 a, 215 e
Luſignanus Hugo Cardinalis 15 *ſec.* 487 c, 488 f

M

† *Macrina ſoror S. Baſilii* 369 e
† *Magneſius Ep. Conorenſis in Hiber.* 580 c, 582 a f
† *Malachias Ep. reſtaurat Benchorenſe monaſt.* 579 c
Manſur pater S. Ioannis Damaſceni 734 b
Marbodus Andegav. Archidiac. ſcripſit Vitam S. Gualterii. Stirpenſis & aliorum, ipſe dein Epiſc. Redonenſis 701 e
Marcellinus Ep. Ravennæ 5 *ſec.* 154 c d
Marcellus Diaconus curator pauperum ſub Greg. Nazianzeno 410 e
† *Marcianus Presbyter C P.* 400 b, 401 c
Marcus Ep. Epheſinus in Conc. Ferrarienſi 15 *ſec.* 488 d
Marcus Ep. Plocenſis 11 *ſec.* 215 e
† *Mariæ Magdalenæ revelatio corporis* 3 e
Maria Regina uxor Caroli Regis Siciliæ 707 a, 708 a
† *Mariani Lectoris & Iacobi Diac. MM. corpora Eugubii* 464 b
Marina uxor S. Gordiani Mart. 492 b. 552 f
† *Martialis Epiſcopus Lemovicenſis* 17 a: *An reſuſcitarit S. Aurelianum ſcriptorem vitæ ſuæ* 285, 286
† *Martinus Turonenſis comparatus S. Majolo* 687 a: *an matrem gentilem convertit* 16 e
† *Martinus Epiſcopus Saguntinus* 4 a b
Martinus V ſub interdicto conſtituit Bononiam 471, *& ſeq.*
Martinus Ep. Chelmenſis 11 *ſec.* 214 a
† *Maternus Ep. Mediolanen.* 4 *ſec.* 290 b c d
Matbæus Camariota ſcriptor 370 a
Mathias Clenſchius donat corpus S. Tertullini Collegio Lexemburgenſi 564 f
Mathildis filia Ludovici Tranſmarini 589 c
† *Maurus propagator monaſteriorum in Gallia* 685 e
† *Maximus Ep Regienſis in Gallia* 27 a, 37 a
Maximus intruſus fraude in Sedem C P. 404 f, 436 f
Maximus Proconſul in Macedonia 621 c, 623
† *Memmia & Iuliana Mart.* 629 d
† *Mercurii Mart. & ſoci corpora Mantuæ* 611 c
Michaël Archiep. Bituricen. 15 *ſec.* 597 d
Michaël de Bucy Archiep. Bituricen. 16 *ſec.* 592 e, 594 c
Mieczislaus I Rex Poloniæ 11 *ſec.* 206 c, 207 b
Mieczislaus Dux filius Bolcſlai Regis Poloniæ 239 a b
Milebardus Ep. Sagienſis 2 *ſec.* 162 b
Milo Ep. Trecenſis 10 *ſec.* 141 c
† *Meletius Ep. Antiochenus* 409 d, 416 a, 444 b e 445 c
Modeſtus Præſes Edeſſæ ſub Valente Imp. 10 b
Mombolus Ab. Latiniaci in diœc. Pariſienſi 359 e

N

† *Nabor & Felix Martyres* 290 b d
Nagodus monachus Cluniaci ſub S. Majolo, hujus Vitam ſcripſit 657 b, 658 d
Nectarius Ep. Conſtantinopolitanus 419 b, 421 a b
Nectarius Presb. Arelatenſis 5 *ſec. an Sanctus* 31 e
† *Neophyta Sicula mater S. Alexandri Ep.* 503 a, 515 f
Nicobulus maritus neptis S. Greg. Naz. 413 d, 422 c
† *Nicolaus Græcus, eremita in Aprutio* 282 c
Nicolaus IV Papa 13 *ſec.* 477 d, 479 b e
Nicolaus V Papa, ante inter domeſticos B. Nicolai Albergati 479 a
Nicolaus Culdeus Ep. an in Scotia Martyr? 358 c
Nicolaus de Romanis Gregorio XI à ſecretis 615 d
Nigellio Præſes ſub Decio & Valeriano 508 d, 509 d
† *Nona mater S. Gregorii Naz.* 369 e, 375 a, 398 b
Notgerus Ep. Leodien. 10 *ſec.* 649 d, 650 d

O

Odeſcalcus, Petrus Georgius, Epiſc. Alexandrinus dein Vigubrumenſis 284 e
† *Odilia mons in Gelria.* 309 b f, 314 d, 318
† *Odilo Ab. Cluniaci ſcriptor Vitæ S. Majoli deceſſoris* 657 d. 684 e: *curat ſcribi miracula ejus* 691 a
† *Odo ex Canon. Turonenſi Ab. Cluniacen.* 685 f
Olivetani monachi Ravennæ 15 *ſec.* 155 e
† *Oneſimus Magiſter SS. Alphii, Philadelphi, Cyrini* 508 b, 509 a, 510 c: *Martyr* 510 e
Opiſzo Abbas de Meſzano Nuntius Apoſt. in Polonia 13 *ſec.* 260 c
Optimus Ep. Antiochiæ Piſidiæ 4 *ſec.* 411 d, 412 f, 415 b
† *Orontii corpus Lupiis* 790 e
Oſredus Rex Northumbriæ 171 b, 173 d
† *Oſwaldus Rex apud Anglos Martyr* 45 e f, 46 b
† *Otgerus Diac.* 309 b d, 316 b, 317 c
Otho Comes Palatinus Rheni 488 c, 489 a
Otto 1 *Imp. reformat monaſteria per S. Majolum* 663 c, 678 c
Otto 2 *Imp. junior dictus* 665 f, 666 c

P

Palæologus, Ioannes, Imp. Orientis 15 *ſec.* 477 e, 487 f
Palæottus, Gabriël Cardinalis Epiſcopus Bononienſis 16 *ſec.* 477 b
† *Paldo Ab. S. Vincentii ad Vulturum flu.* 8 *ſec.* 120 d e
† *Paphantius Ægyptius* 7 f
† *Paracodas Epiſc. Viennenſis* 361 e
† *Paulinus Epiſc. Antiochenus* 4 *ſec.* 416 a, 444 f, 445 b f
† *Paulus Epiſc. C P. Martyr* 369 e
Pelagius Epiſc. Nucerinus 13 *ſec.* 284 d
Perendulfus, Thomas, Archiep. Ravennas 15 *ſec.* 479 d
Perinius Proconſul Nicomediæ ſub Valeriano 3 *ſec.* 362 c
Petranus frater S. Gibriani 301 b, 302 a c
† *Petri Apoſt. imago vetuſta in S. Mariæ trans Tiberim* 499
† *Petrus Chryſologus Ep. Raven.* 5 *ſec.* 154 c d
Petrus Gneſnenſis Archiep. 11 *ſec.* 212 c, 213 b f
Petrus Ab. Firmitatis Arch. Tarentaſien. 12 *ſec.* 325 f, 326 a
Petrus Ep. Alexandr. 4 *ſec.* 404 b, 406 b f, 438 a
Petrus Ep. Atrebatenſis 12 *ſec.* 322 f

Petrus

Petrus Epiſc. Dignenſis 15 ſec. 488 c
Petrus Ab. Claravallenſis 12 ſec. 342 f, 343 a c
Petrus fil. Alphonſi Regis Luſitania Ord. Ciſtercien. 358 d
Petrus Nicolaus pater B. Nicolai Albergati 470 c
Petrus de Piotrawin à S. Staniſlao ſuſcitatus 276 c
Petrus de Palude Ordinis Prædicat. 14 ſec. 221 a
Philelphus, Franciſcus, inter domeſticos B. Nicolai Albergati 479 a d, 485 a
Philippa mater B. Nicolai Albergati 470 e
Philippus Dux Mediolanenſis 15 ſec. 472 e f, 473
Philippus Alſatius Comes Flandriæ 335 d
Philippus Bonus Dux Burgund. 15 ſec. 481 e, 483 e
Philippus Audax Dux Burgund. 15 ſec. 477 e
Philotheus Patriarcha CP. ſcriptor 370 a
Picininus, Nicolaus, Præfectus Ducis Mediolan. 15 ſec. 488 e
Pippinus Rex Francorum 645 e
Pippini Herſtalli Confeſſarius S. Wiro. 313 b, 316 e f, 317 a
† *Pius I Papa ſcribit S. Iuſto Ep. Viennenſi* 100 a
Pius II Papa, ante inter domeſticos B. Nicolai Albergati 479 a
† *Plechelmus Epiſc.* 309 b d e, 313 c d, 316 a c
Peſſemia ſoror S. Gibriani 301 b, 302 a c
† *Porcarius Ab. Lerinenſis cum 500 monachis à Saracenis occiſus* 670 a b c
Præmiſlaus Rex Poloniæ 13 ſec. 236 f, 237 b
Prandotha Ep. Cracov. 255 e: an cultum habeat 256 a
Priſcillianorum hæreſis 4 ſec. 11 e
Proæreſius ſophiſta Athenis 4 ſec. 372 b
† *Proculus Ep. Veronenſis* 44 c, 45 d, 46 b
Promptia ſoror S. Gibriani 301 b, 302 a c
† *Proſper Aquitanus 5 ſec.* 35 d, 41 a b f, 42 d
Przemiſlaus Dux Majoris Poloniæ & Poſnan. 13 ſec. 261 e
Publius Leontinus 3 ſec. 534 a, 536 b

R

Radbodus Comes Namurcenſis 651 e, 652 e
† *Radegundis Regina* 50 c, 51 a
Raimundus Conſularis pater S. Gualterii Stirp. 702 b
Rainaldus Archiep. Tarentinus 12 ſec. 573 b
† *Raphaelis Archang. feſtum* 492 b
Ratchiſus Rex Longobard. degit Caſini 121 a
Ravenius Ep. Arelat. 5 ſec. 31 e, 32 e, 34 e
Raulinus, Nicolaus, Burgundio Orator pro pace 15 ſec. 487 e
Reginaldus Card. poſtea Alexander IV Papa 257 e, &c.
Reginaldus de Chartes Archiep. Remenſ. 15 ſec. 488 c
Reginaldus de la Porte Ep. Lemov. 13 ſec. 286 b
† *Reginſwindis Virgo Mar. ad Necarim flu.* 97 f
Reimbaldus poëta de ſcriptoribus Vitæ S. Majoli 668 f
† *Remaclus Ep. Trajecten.* 654 b
Reinaldus 3 Dux Gelriæ 14 ſec. 317 e, 318 e
Renatus de Breſlay Ep. Trecenſis 17 ſec. 144 b f
Renatus Dux Andegavenſis 15 ſec. 486 f, 488 f
† *Rhodippus Epiſc. Leontinus 3 ſec.* 545 c, 546 e
Ricardus Archiep. Cantuar. an. 1174 conſecratur 320 e
Richardus I Dux Normannorum 689 d
Robertus de Belloviſo Ord. Præd. ab hæreticis occiſus 493 b
Rogerius Archiep. Tarentinus 14 ſec. 576 c
Rogerius Ep. Bathonienſis an. 1174 conſecratur 320 c
† *Roſalia ſubvenit hydropicæ* 90 a
Rotarid Rex Longobardorum an tulerit corpus S. Iobi Ticinum 496 f
† *Rudolphus Ep. Eugubinus* 464 b
Rudolphi Habsburgici Imp. filia ſanctimon. 124 c, 125 a
† *Ruffini Ep. Mart. tranſlatio Aſiſii 13 ſec.* 282 b
Ruſtici duo Ep. Lemovicenſes à Ruricolis non diſtinguendi & forte neque ab Agerico 13 d

S

† *Sabæ monaſterium ingreſſus S. Ioan. Damaſ.* 747 f
† *Sabinus Mart.* 194 c f, 195 a b
Sabinus Præſes in Cypro ſub Licinio Imp. 105 a d
† *Sacerdos Epiſcopus Lugdunenſis* 4 a b
Salomon Rex Hungariæ 11 ſec. 211 e, 213 a
Sanctus Haxius vel Hachius Ep. Bajonenſis 13 ſec. 466 b
Sandivogius de Ezechel Præpoſitus Canon. Regul. Clodaviæ 202 f
† *Satyri fratris S. Ambroſii corpus tranſlatū 16 ſec.* 286 f
Sbigneus Ep. Cracovienſis Cardin. 198 e, 211 c, 219 f
Scherus fundator monaſterii Calmeſiaci in Lothar. 284 c
Sebaſtianus Sericus ſcriptor Vitæ B. Amati Saludecienſis 348 c e, 354 a
Sebaſtianus Syracuſa Prior I Carmelit. Leocatæ 58 f
Sedneus ſeu Sethna pater S. Comgalli 580 c, 582 c
Semozithus Dux Mazoviæ 13 ſec. 262 c
Seraphinus à Ieſu Maria Carmelita agnoſcit beneficium in edendis miraculis S. Angeli ex Italico tranſlatis 94 e
† *Sergii, Mauri & Pantaleonis corpora inventa* 790 c
Sergius Amalphitanus monachus Caſinenſis 284 c
† *Severinus, Exuperius, Felicianus MM. Viennæ* 100 b c
Servilianus S. Euthaliam ſororem occidit 539 f, 540: *excæcatur* 542 f, 544 a
† *Sidonius 5 ſec.* 37 a
Sigga Diaconus S. Ioannis Beverlucenſis 171 e, 173 d
Sigiſmundi Imp. mors 487 f
Sigonius Carolus, ſcriptor Vitæ B. Nic. Alberg. 468 b, 477 b
Silvanus Conſiliarius Decii in Sicilia 511 c, 513 c
Silveſter Sigona interpres Actorum SS. Alphii, Philadelphi, Cyrini 505 b, 506 d
Simon Bonadius Ep. Ariminenſis 16 ſec. 348 f
† *Simplicius & Fauſtinus fratres decollati* 618 f
Siſintrudis ſanctimonialis in Brigenſi monaſterio 4 d
Skarzeſchon Polonus ſtudet Canonizationi S. Staniſlai 257 a
Sophia Abbatiſſa I Prumiæ inferioris 12 ſec. 554 e
† *Staniſlaus de Operow Ord. S. Pauli in Polonia* 131 c
† *Stratonicus M. Leontinus* 526 e, 532 f, 548 a
Stephanus Gneſnenſis Archiep. 11 ſec. 213 f
Stephanus Ep. Camenecenſis 11 ſec. 214 a
Stephanus Ep. Vpſalenſis in Suecia 97 b
Stephanus Comes Palatinus Rheni 488 c. 489 a
† *Sturmius Ab. Fuldenſis degit Caſini* 121 a
† *Suenteſlaus Manſionarius ſancte mortuus* 255 a b c
Syrus ſcriptor Vitæ S. Majoli Ab. 617 c, 668 f

T

Thalaſius Princeps in Macedonia 621 c, 623 c
† *Taſo & Tato Abb. S. Vincentii ad Vulturnum flu. 8 ſec.* 120 d
Teixelina in agro Conimbricenſi Sancta dicitur 2 f
Tertyllus Præſes Siciliæ ſub Decio 511 c d & ſeqq. *à Sanctis occiſus* 535, 536
S. Theclæ Virg. & Martyris Eccleſia in Catalania 134 b
† *Thecla Sicula à paralyſi liberata* 513 f, 514 &c.
Themiſtius Ep. Hadrianopoli in Piſidia 4 ſec. 411 d
† *Theobaldus Ep. Eugubinus* 464 b
Theodotus Condiaconus S. Greg. Nazianzeni 111 c
† *Theodorus Archiep. Cantuar. 7 ſec.* 169 b, 172 e
Theodorus an Ep. Forojul. in Gallia 27 a, 28 a, 37 a
Theodorus, aliis Thomas Ep. Wratiſlav. 11 ſec. 214 a
Theodorus Metochita Genicus Logotheta 369 f
Theodoſius Imp. baptizatus 404 b: *degit Conſtantinopoli* 407 d, 418 f
Theodoſius Ep. Idæ in Lycaonia 4 ſec. 411 d, 412 f
Theodoſius ſeu Theodulus Ep. Apameæ in Piſidia 4 ſec. 411 d, 413 a, 414 b
Theodoſius Maronithes & alius Theodoſius, Epiſcopi Leontini 546 e

Theodulphus Ab. Flaviacen. & Ep. Aurelian. ſcriptor 492
Theophilus puer ſeu ſervus S. Greg. Nazianzeni 411 a
Thomas Epiſc. Wratiſlavien. 13 ſec. 256 b f, 262 c
† *Thomas Ep. Cantuarien.* 342 a f
Thomas à Ieſu fundator Diſcalceatorum Carmelitarum in Belgio 566 f
Thomas individuus ſocius B. Nic. Albergati 470 b
Thomaſina Regina Hung. avia B. Eliſabethæ Ord. Prædic. 123 e
† *Tiburti M. Corpus. Maſſacii ex cœmeterio Priſcillæ* 359 a
† *Timotheus S. Irenem baptizat* 4 f
Timothei Patriarchæ ϱόδιομός. 359 a
† *Treſanus* 301 b, 302 a c
† *Troadius Martyr ſub Decio* 98 e
Turrecremata, Ioannes, Magiſter ſacri Palatii 488 c
Turſtinus Dux Wilhelmi Conqueſtoris 174 f, 175 b

V

Valens Imp. agit cum S. Gregor. Naz. 392 a, 393 e
† *Valentinus Presb. & Hilarius Diac. Viterbien.* 49
Valerianus prænomine Licinius, Cenſor ſub Decio Imp. & utriuſque nomine perſecutio habita, & ab illo continuata 503 c: *ſub illo Cenſore paſſi SS. Alphius, Philadelphus, Cyrinus & alii* 503 f, 507 e &c.
† *Veneræ Mart. imago inventa Lupiis* 790 b d
† *Veranus frater S. Gibriani* 301 b, 302 a f
† *Veronica de Binaſco Ord. Eremit. S. Auguſtini* 129 f
† *Victor Papa 2 ſec.* 361 f, 362 a
† *Villanus Ep. Eugubinus* 464 b
† *Vincentius Lerinenſis* 35 c
Vitalius pater SS. Alphii, Philadelphi, Cyrini 508 e f
Vitus Lithuanorum Ep. 13 ſec. 262 c, 263 d
Vladiſlaus Loctícus Rex Poloniæ 13 ſec. 236 f, 237 b
De Vrſinis, Rainaldus, Cardinalis 14 ſec. 318 c, 320 d

W

Albertus Ep. Auguſtæ Prætoriæ 346 e, 347 d
† *Wenceſlai Ducis Bohemiæ eccleſia Cracoviæ* 241
Wenilo Archiep. Senonenſis 9 ſec. 626 c e
Werricus ſeu Wenricus Ab. Florin. 10 ſec. 649 d, 650 d
Wicliſlaus pater S. Staniſlai 205 d, 206 a
† *Wilfridus Archiep. Eborac. ſit Ep. Hagulſtaden.* 169 f
† *Wilfridus junior Archiep. Eboracen.* 173 a e
Wilhelmus Conqueſtor Nordhumbros domat 174 e, 175 a
Wilhelmus Ab. Ciſtercien. 12 ſec. 346 a, 347 c
Willetrudis & Willegiſa amitæ S. Gengulphi 647 e
Wilhelmus Kecellus Clericus Beverlac. ſcriptor miraculorum S. Ioannis Beverlacen. 173 f, 180 d
† *Willibaldus degit Caſini* 120 b, 121 d
Wolmirus Ep. Wladiſlavien. 13 ſec. 262 c, 263 d
Wladiſlaus frater Boleſlai, Rex Poloniæ 11 ſec. 238 e
Wladiſlaus Princeps Oppolienſis 245 f, 262 c
Wſchewoldus Kyovienſium Princeps 11 ſec. 221 b
Wyſroſlaus Dux Polocenſium 11 ſec. 211 f

X Y

Xantopulus, Theodorus, in Con. Ferrarienſi 15 ſec. 488 d
Ximenius de Gazolaz, Petrus, Ep. Pampelonen. 13 ſec. 466 b
Yolanda in Ducatu Luxemburg. Ord. S. Dominici 133 e

Z

Zabdas Ep. Hieroſolymorum 3 ſec. 98 a
† *Zacharias Papa varia donat S. Petronaci Ab. Caſinenſi* 120 e
Zambeccarii inter factiones Bononienſes 15 ſec. 471 d
Zaſlaus Dux Kyoviæ & Rußiæ 11 ſec. 211 f
Zenus, Iacobus, Epiſc. Bellunen. & Feltren. dein Patavinus ſcripſit Vitas Pontificium & B. Nicephori Albergati 467 f

INDEX TOPOGRAPHICVS

A

ABula urbs Hiſpaniæ. *Reliquiæ S. Agathii Mar.* 293 b
Ægyptus, *Victor, Stephanus ſeu Stephana, Ianuarius* 299
Ænaria inſula prope Neapolim 139 b
Africa, *SS. Gregorius, Archelaus & Feliciſſima, Mart.* 7: *Celerinus, Maximus & alii* xc *nominati, &* 56 *aut* 45 *anonymi & alii plures* 136: *Euticus, Fortunatus, Saturninus, Marcia* 299: *Probata & alii* ix *Martyres* 556: *Majulus, Victorinus & alii* xiii *Mart.* 625
Alba Ripa monaſt. Ciſtercien. 332 b, 333 b
Aletium urbs Italiæ, *templum S. Irenes* 5 e
Alexandria, *SS. Euthymius & Petivus Diac. M.* 6. *An S. Epimachus Martyr oberit* 552 a b: *Studuit S. Gregorius Nazianzenus* 372 c e, 377 e, 430 f
Alexanum urbs Ep. Italiæ ſub Hydruntino 575 b
Alta-Brueria monaſt. Fontis-Ebraldi 334 f, 335 d
Alta-cumba Ord. Ciſterc. in diœceſi Genevenſi 321 a
Altinum urbs Italiæ. *S. Nepotianus Presb.* 627
Alanteum opp. Siciliæ *eccleſia SS. Alphii, Philadelphi, Cyrini & corpora olim occultata* 549 f, 550 b d
Amphibolis urbs Macedoniæ. *S. Mocius Presb. dein Martyr* 621, b f
Andana Abbatia prope Hujum 153 f
Anglia. *S. Fremundus Martyr, Rex habitus* ? 656
S. Anthimi monaſt. & corpus in Comitatu Cluſino 614 e, 615 a
Antiochia. *S. Euodius Ep.* 98
Antinous urbs Thebaidis. *Exilium SS. Eulogii & Protogenis* 10
Apameæ urbes plures in Oriente 414 b
Aquenſium ur. Epiſc. in Novempopul. *S. Eudaldus Martyr* 640
Arelate *S. Hilarius Epiſcopus* 24
Argentacum ad Dervoniam fl. *S. Sacerdos mortuus* 12 a, 16 c
Armorica *poſt annum* 382 Britannia *cœpta dici* 504 c
Aſia *SS. Demetrius, Atticus, Taddeus Mart.* 626
Ateſte municipium Patavinum. *Eſtenſis familia*, hinc *B. Beatrix Ateſtina* 599 b
Athenæ. *S. Gregorius Naz. ſtudet* 372 c d e, 378 a
Atrebatum pro pace facienda 487 c
Aturum urbs Novempopulaniæ. *SS. Gerontius & Edentius* 104
Avellani fontis monaſt. in Italia. *B. Fortis eremita* 464
Auguſtodunum. *S. Placidus Presb.* 138
Autiſſidorum. *S. Iovinianus Lector Mart.* 5 *SS. Valerius & Valerianus Epp.* 105 *S. Helladius Epiſc.* 300
Auximum ur. Piceni. *Siſinnius Diac. Diocletianus ſeu Diocletius, Florentius Martyres* 614
Axiopolis urbs Bulgariæ. *SS. Quirillus, Quindeus & Zenon Mart.* 363
Arianzas pagus *S. Gregor. Nazianzeni* 376 c, 410 f

B

BAbiacum vicus Galliæ. *Corpus S. Gibriani* 302 f
Bamberga. *Reliquiæ S. Gengulphi* 644 b
Barbara insula prope Lugdunum 670 f, 673 d
Basilea. *Concilium habitum. Acceßit B. Nicolaus Albergatus* 475 b
Bassinellum opp. Italiæ. *Ædicula S. Laudi* 49 c
Benchor monast. Vltoniæ in Hiberniæ. *S. Comgallus Ab.* 579
Beneventum. *Corpus S. Iuvenalis* 137
Bergomum. *S. Albertus Agricola* 281
Besuense monasterium in Gallia. *Advocatus S. Gengulphus* 642 b
Bethania monast. Ord. Cist. in Burgundia 330 f, 331 c
Beverlacum, monasterium Angliæ. *S. Ioannes Archiep. Eboracen.* 166
Bituriges. *S. Desideratus Episc.* 303 : *SS. Palladius I & Palladius II Episcopi* 468: *S. Solongia Virgo Mart.* 589
Bona-vallis Ord. Cistercien. in Burgundia *S. Petrus Ab. dein Archiep.* Tarentasiensis 320, 346 c
Bononia. *S. Theodorus Episcopus* 50 : *B. Nic. Albergatus Ep.* 467 : *Corpus S. Fabii. Reliquiæ S. Basi Mart.* 615 c d : *Reliquiæ S. Simplicii Senatoris.* 100 b
Bosra in Arabia ; alia in Idumæa 496 a
Bova urbs Calabriæ. *S. Leo Ord. S. Basilii* 48
Bordines prope Hujum 153 e
Boviensis Abbatia Ord. Cistercien. in Gallia 303 b
Broylus ad Lysam in Flandria. *S. Maurontus Ab.* 52
Brundusium urbs Archiep. Italiæ 575 e
Bullium duplex Ord. Cisterciensis 333 b
Burdegala. *Patria S. Sacerdotis Ep. Lemovic.* 11 c, 14 c
Burgium oppidum Siciliæ 87 a, 88 b
Bulceria monast. Cist. diœcesis Æduensis 332 d, 333 b
Byecx oppidum Poloniæ 267 d
Byzantium. *SS. Agathius Miles, Maximus Presbyter, Anthes Diaconus, Arestinus, & alii nominati* LXXV 291: *Ecclesia S. Agathii* 292 e

C

Cæsarea urbs Palæstinæ. *S. Gregorius Nazainzenus studet* 372 c, 377 d
Cælum aureum monast. Papiæ, *à S. Maiolo reformatum* 663 d, 678 f
Caino opp. Galliæ. *S. Ioannes Monasterienſis* 50
Caieta. *S. Innocentius Episc. Africanus* 138
Calabrum monast. Galliæ ad Dordoniam flu. *S. Sacerdos Abbas* 11 d, 14 c f, 15 a, 16 d
Callipolis, forsan Callinicus, urbs Thraciæ 5 a
Calvus mons variis locis in Gallia 334 a, 335 c
Cameneca urbs Podoliæ Episcop. 214 a, 215 f
Camerinum urbs Umbriæ. *SS. Anastasius Corniculanius, ejus uxor, 4 filii, 2 filiæ, 3 famuli Mart.* 613
Cappadocia. *S. Agathius Mart.* 292 d, 293 d
Campidona monast. Sueviæ. *Corpora SS. Gordiani & Epimachi* 354 a
Capua. *SS. Quartus & Quintus depositi : eorum altare* 555
Carrha urbs Mesopotamiæ. *S. Protogenes Episc.* 10
Castella eremitorium discalceatorum in Latio. *Corpora SS. Sabini & Certesii* 566
Casinum monast. *S. Petronax Ab. & instaurator* 119
Castrum S. Cerenici in Normannia 161 a
Castrum Theodorici. *Corpus S. Cerenici* 161 b
Cella S. Mariæ in Styria, miraculis clara 620 b
Chelmensis urbs Episcopalis duplex 215 e
Cistercium. *Brachium S. Petri Archiep. Tarentasien.* 321 e
Cestra, olim Kunkæcestra in Anglia 108 e
Clodawa monasterium Canonicæ Regul. in Polonia 202 f, 203 f
Cluniacum. *S. Maiolus Ab.* 657
Callienſe monast. Italiæ. *S. Gerontius Episc. Mart. Patronus* 461
Coloniæ. *Reliquiæ S. Gengulphi* 643 f
Colomna oppidum haud procul Roma 607 a
Columna Iovis in Alpibus 327 c, 328 f
Comum, seu Novocomum. *B. Prudentia Virg. Ord. Eremit. S. Augustini* 129
Concha urbs Hispaniæ. *Caput S. Achatii Mart.* 293 b
Conimbrica. *Caput S. Palmatii Mart.* 100 b
Consentia seu Cusentia urbs Archiep. in Calabria citeriore 575 d
Constantinopolis. *Templa tria S. Irenes Martyris* 4 c : *Demetrius, Danax, Donatus, Therinus, Mesicera, Barbarus & socii Martyres honorati* 103 : *S. Theodolus Ep. Cyriniæ in Cypro* 105 : *S. Ioannes Damascenus mortuus* 110 b : *S. Mocius seu Mucius Presb. Mart.* Ejus ibi ecclesia 620 : *S. Gregorius Nazianz. Episcopus* 399 b : *Corpus ex Cappadocia* ad illam translatum 448
Corinthus. *S. Athanasius Episcopus* 54
Corisopitum urbs Britanniæ Armoricæ. *S. Tudinus Abbas* 460
Cracovia urbs Poloniæ. *S. Stanislaus Episc.* 158
Cremona. *S. Albertus Agricola mortuus* 281
Croca in Anglia. 108 e
Crota seu Crotonum urbs Ep. Calabriæ Ulterioris 575 c
Curtisiolra in Hannonia. *SS. Walbertus & Bertilia* 633
Custodiaria insula Hiberniæ. *S. Comgallus* 583 d
Cyrene. *S. Lucius* 99
Cyrinia urbs Cypri. *S. Theodotus Episc.* 105

D

DAilnarais in Hibernia, *patria S. Comgalli* 582 c
Damascus, *patria S. Ioannis Dam.* 112 b : à Saracenis capta 7 sec. 113 a
† Dionysii monast. *reformatum à S. Maiolo* 684 b
Dirillus fluvius & silva Siciliæ 77 f, 79 c
Dobrinum oppidum Poloniæ 270 f
Drepanum. *Reliq. B. Aloysii Rabata Ord. Carmeli.* 717 f
Duacum. *Corpus & cultus S. Mauronti Abbat.* 52 c
Dunelmum in Anglia. *Reliquiæ S. Eadberti & aliorum* 108 e

E

Eboracum. *S. Ioannes Beverlacensis Archiep.* 166
Edessa. *S. Eulogius Episcopus* 10
Einsidlen in Helvetia. *Brachium S. Beati* 568 f
Elwangum op. Germaniæ. *Patroni SS. Quartus & Quintus* 556 e
Elysii campi apud Arelatenses 24 f
Eporedia urbs Italiæ 672 f
Erne stagnum Hiberniæ 585 d f
Eugubium urbs Umbriæ. *B. Villanus Episc.* 282
Corpus B. Fortis eremitæ 464 b
Europa provincia Thraciæ 297 e
Eystadium. *Reliquiæ S. Gengulphi* 644 b

F

FAimenna seu Fœmanna opp. agri Luxemburg 655 c f
Falais Comitatus 153 f
Feczyn oppidum Poloniæ 268 a
Ferraria. *Patronus S. Maurelius Ep. Mart.* 154
Ficoclum ur. Italiæ. *S. Gerontius Episc. Mart.* 461
Florentia. *B. Nic. Albergati corpus* 467 f: 472
Florina opp. Arduennę. *Eccl. & Reliq. S. Gengulphi* 643
Fontinetum oppidum Burgundiæ 336 f, 338 b

Fragel-

Fragellatis S. Philippi monaſt. Siciliæ. *Corpora SS. Alphii, Philadelphi, Cyrini* 549 b, 550 a
Frietberg monaſt. Cittercien. in Burgundia 338, b
Fumiacum oppidum ad Moſam 151 d

G

GEldina in Arduenna. *Eccleſia & Reliquiæ S. Gengulphi* 649 a, 650 c
Galelæa urbs Africæ maritima 140 a
Gallipolis urbs Ep. Italiæ ſub Hydruntino 525 b
Gemmula monaſt. agri Patavini. *B. Beatrix Ateſtina ſanctimonialis* 599 e, 601 a
Gerruſium opp. Baſilicatæ 575 c
Gerundenſis diœceſiis *SS. Eoualdus & Sixtus Martyres* 134
Gneſna ur. Archiep. Poloniæ. *S. Staniſlaus, Ep. ſtudet* 201 a, 206 a

H

HAc ad Sabim & alia Hoc 153 f
Haguſtadum urbs Angliæ. *S. Ioannes Beverl. Epiſc.* 169 d
Heraclea urbs Thraciæ 621 d, 622 a, 624 b
Hibeinda, *patria S. Gibriani, 6 fratrum, & 3 ſociorum* 301 a: *S. Wironis Ep.* 311
Hieroſolyma. *S. Maximus Conf. Epiſcopus* 7
Hieracium oppidum Calabriæ 575 e
Horta urbs Italiæ. *S. Laudus Martyr* 49
Hoſtunum urbs Ep. Italiæ ſub Brunduſino 575 e
Hus, Auſitis, *habitatio S. Iobi* 494, 495 f
Huium op. ad Moſam. *Corpus S. Domitiani Epiſc. Traject.* 147, 150 d

I K

ILcinum urbs Ep. cui unitum monaſt. S. Anthymi 614 f
Imola urbs Italiæ. *S. Maurelius Epiſc.* 106
Inſula del Gozo, ſeu Gaudii prope Melitam 78 c, 79
Iuſtiniana urbs Africæ, ante Adrumetum 139 a, 140 b
Karelſteyn caſtrum Bohemiæ. *Reliq. S. Palmatii M* 100
Kyovia caput Ukraniæ à Polonis occupata 11 ſec. 221

L

LAbenſe monaſt. Ciſtercienſe in Sileſia 256 b
Lancicia urbs Poloniæ 267 e
Lamberti monaſt. in Styria. *SS. Cyrillus, Eleutherius, Marianus, Dorothea Martyres Romani* 629
Laura S. Sabæ. *Monachi S. Ioannes Damaſcenus & Coſmas ſocius* 116 c *& Coſmas Magiſter* 114 b c
Lauſanum urbs Helveriæ 328 e f
Lemovicum urbs Aquitaniæ. *S. Sacerdos Epiſcopus* 11 *S. Aurelianus Epiſc.* 285
Leocate urbs Siciliæ. *S. Angelus Carmelita* 56
Leopolis urbs Poloniæ 270 f
Lerinus inſula. *S. Hilarius dein Ep. Arelat.* 27 e
Lindisfarina in Anglia. *Eadbertus Epiſc.* 107
Longum-vadum Ord. Ciſterc. in diœc. Lingonenſi 320 f, 331 f, 333 a
Lublinum urbs Poloniæ 270 f
Lubecenſis urbs Ep. prope Francofurtum ad Oderam 214 a, 215 b
Lucerna urbs Helvetiæ. *Reliquiæ S. Beati* 568 f
Lugdunum. *S. Majolus philoſophiæ ſtudet* 659 e, 670
Lupiæ urbs Calabriæ. *Herma ſive Irenis* 789
Luxemburgum. *Corpora SS. Tertullini & Chryſanthi MM.* 558
Lycaonia regio Aſiæ minoris. *S. Taraſius Thaumaturgus* 305
Lyconia inſula Romæ, nunc S. Bartholomæi 501 d

M

MAchilonium in Italia 473 e f
Magedon, *patria S. Irenes* 5 a
Majuma urbs Palæſtinæ. *S. Coſmas Ep. 8 ſec.* 118 e
Marchianenſe monaſt. Flandriæ. *S. Maurontus Abbas obit* 52 c, 53 f
Maurilinium monaſt. Aquitaniæ. *S. Palladius 11 mortuus* 569 b
Marſala urbs Siciliæ 78 a, 79 c
Maſo, Maſau, diſtrictus Moſanus 314 d
Maſſabus oppidum Italiæ prope Tarentum 573 b
Materna fluvius Galliæ, antiquis Matrona 301 b, 302
Matiſcona urbs Burgundiæ. *S. Majolus Clericus & Archidiaconus* 659 b d, 670 e f, 686 b
Mauriana urbs & provincia Sabaudiæ 339 c, 331 c
Mediolanum. *S. Gerontius Archiepiſcopus* 43. *Victor, Felix & alii* LXXVII *nominibus ſuis expreſsi, &* 815 *certo numero comprehenſi, & alii plures* 107. *S Victor Maurus Martyr* 286. *SS. Ephenicus, Caſtus & Polimius Mart.* 364. *B. Prudentia Virgo Ordinis Eremitarum S. Auguſtini nata* 129 a
Meſembria urbs Thraciæ 5 a
Meſopolis Leontinorum urbs 512 a, 513 b e
Meſſana. *Crania SS. Alphii, Philadelphi, Cyrini* 550 a
Metæ urbs ad Moſellam. *S. Agatumber Ep.* 632. *S. Godon Epiſc.* 307. *S. Waldrada Abbatiſſa* 51
Methemaucum inſula Venetorum 473 b f
Milę ſeu Milazo urbs Siciliæ 513 c e
Monopolis urbs. Ep. Italiæ ſub Barienſi 575 c
Mons-Cornelii prope Leodium 153 e
Mons-Jovis, aliis Mons S. Bernardi, in Alpibus 664 a
Mons-S. Odiliæ in Geldria. *Habitatio S. Wironis Epiſc.* 309 a b
Montmorencianum caſtrum in Francia 320 f
Monſteriolum duplex in Picardia, & agro Senonenſi 481 b, 483 c
Mortuum-mare monaſt. Ciſtercienſe 334 d, 335 d
Maſſacium opp. Italiæ. *B. Angelus Martyr Ordinis Camaldulen.* 356
Mutina urbs Italiæ. *B. Nic. Albergatus degit* 474 d, 483
Mutula urbs Ep. Italiæ ſub Tarentina 575 b
Myſia inferior ſeu Bulgaria *Cyrillus & alii V Mart.* 557

N

NAmnetum urbs Galliæ. *S. Beatus multos convertit* 566 c
Narus oppidum Siciliæ 81 e, 84 c
Nazianzum, *patria S. Gregorii Theologi* 369, 374 b
Neapolis. *B. Nicolaus eremita* 707
Nemauſus urbs Galliæ 327 f, 328 f
Nicomedia. *SS Flavius Ep. Auguſtinus Ep. Auguſtus ſive Auguſtinus, Marcellinus, Macrobius, Eutheus ſive Eutychius Martyres* 135: *SS. Codratus ſeu Quadratus, Saturninus, Ruffinus & ſocii MM.* 362
Nivellæ oppidum Brabantiæ. *B. Idelburga ſive Itta mater S. Gertrudis* 707
Nivernum urbs Galliæ pro pace facienda 487 a
Novaria. *Cultus S. Demetrii* 626 d
Nuceria Paganorum urbs Italię. *S. Priſcus Patronus* 360

O

OGna pagus ditionis Bergomenſis, *patria S. Alberti Agricolæ* 281 a c
Ooſtwout pagus Borealis Hollandiæ. *Eccleſia conſtructa non à S. Gengulpho* 644 c
Oſtia in ora Tiberis. *S. Grogorius Epiſ.* 465
Oxonium urbs & univerſitas Angliæ. *S. Ioannes Beverlacen. Magiſter in Artibus* 167 c

Oximum, olim Sedes Episcopalis, Sagium translata 163 d f

P

PAnormus. *S. Angelus Carmelita inter Patronos* 59 c
Papia urbs Italiæ. *S. Petrus Episc.* 194. *S. Luminosa Virgo* 460
Paritii. *S. Stanislaus Ep. studet* 201 a, 207 b
Parthenium mare 379
Patavium. *B. Beatrix Astestina V. Ord. S. Bened.* 598
Perinthus seu Heraclea urbs Europæ 621 d, 624 b
Perlis. *Sancti* cccx *Martyres* 364
Petravinum villa Poloniæ. *Resuscitatus à S. Stanislao venditor agri* 202 e, 215 f, 216
Philippi urbs Macedoniæ. *S. Hermas Episc.* 360
Pilsna urbs Bohemiæ. *Reliquiæ S. Stanislai Ep.* 200 d
Pilsno oppidum Poloniæ 272 d
Pinus opp. Burgundiæ 336 b, 338 b
Pisa. *Corpus S. Evellii Mart.* 613 d
Pizicatorium oppidum Italiæ 473 a f
Plutea, civitas Siciliæ 28 f, 79 d
Pons Ursariæ seu Ursarii in Alpibus à Saracenis 9 sec. occupatus 663 f, 664 a
Pontus procuncia diversa à Cappadocia 376 c d: *degit Greg. Nazianz.* 385 b, 433 a
Pradæ oppidum apud Rhætos seu Grisones 607 f
Praga. *Pars brachii S. Palmatii Mart.* 100 a. *Reliquiæ S. Stanislai Ep.* 200 d. *Reliquiæ SS. Gordiani & Epimachi* 554 b
Prumia monast. Diœc. Trevir. *Reliquiæ SS. Gordiani & Epimachi* 554 c d
Przeczlaw oppidum Poloniæ 275 f
Puteoli urbs Campaniæ. *SS. Onesimus & Erasmus Martyres* 510 e

R

RAndatium oppidum Siciliæ. *B. Aloysius Ordinis Carmelitani* 709
Rapheium oppidum Alsatiæ 332 d, 333 b
Ravennæ monast. S. Apollinaris, *reformatum à S. Majolo* 663 d, 678 f
Remi. *Corpus S. Gibriani* 300 c
Rhodus insula 378 c
Ripollense monast. Cataloniæ. *Corpus S. Eudaldi Martyres* 645 c d e
Roma. S. *Crescentia Mart.* 7. *Silvanus Mart.* 7. *SS. Calepodius Presb. Palmatius Consul & alii* 43: *Simplicius Senator & alii* 48: *Felix & Blanda conjuges Mart.* 498: Ecclesia S. Mariæ trans Tiberim *corpus & imago S. Calepodii* 498: *SS. Gordianus & Epimachus; item Primilus & Major seu Medon.* 551: *SS. Achilles, Sipponius, Epimenus, Nereus. Mart.* 625: *S. Benedicta sanctimonialis* 107: *Examinati SS. Alphius, Philadelphius, Cyrinus, aliique* 509 f, Via Salaria *SS. Anthimus Presb. Maximus, Bassus, Fabius Mart.* 614: *SS. Pinianus Proconsul, Lucina conjuges* 614: *Corpus S. Greg. Naz. in Campo Martio* 454, 455: *dein in basilica Vaticana* 456 *& seqq.*
Roma vetus ac Roma nova, in suo statu descripta à Greg. Nazianz. 435 a
Romanum monasterium aliis Jurense, in Burgundia 684 e, 685 a o
Rosetum urbs Italiæ in confinio Calabriæ & Apuliæ 575 c
Ruremunda urbs Gelriæ. *S. Wiron Episc.* 309

S

SAgium urbs Normanniæ. *S. Cerenicus seu Serenicus Diac.* 160
Salandra op. Basilicatæ 575 d
Salarola monast. agri Patavini. *B. Beatrix Astestina sanctimonialis* 599 d
Salica vicus Cenomanniæ 163 c f
Salinæ in agro Arelatensi 32 a
Saludecium opp. Italiæ in agro Ariminensi. *B. Amatus tutelaris* 348, 350 b
Samperiense mare prope Siciliam 78 e, 79 d
Sandomiria urbs Poloniæ 267 f
Santirena opp. Lusitaniæ. *B. Bernardus Ord. Prad. cum duobus parvulis* 354
Sarlatum. *S. Mundana mater S. Sacerdotis Ep.* 11. *Ecclesia S. Sacerdotis* 12 a
Sasima vicus. *S. Gregor. Naz. electus Ep.* 376 e, 394 f 417 a, 433 f
Saussiacum opp. Galliæ, *Patria S. Desiderati* 303 e
Scalabis opp. Lusitaniæ. *B. Bernardus Ord. Prædicat. cum duobus parvulis* 354
Sczepanow vicus Poloniæ. *Patria S. Stanislai Ep.* 205 d
Scyllacium ur. Calabriæ. *Corpus* S. *Agathii M.* 293 a b
Seleucia. *Fugit* S. *Greg. Nazianz.* 397 d, 450 e
Senonum urbs Galliæ. S. *Liceria Virgo Mart.* 626 b
Septempeda urbs Piceni, nunc Sanseverinum. S. *Illuminatus* 706
Silviniacus Prioratus in dicœc. Arvern. *Corpus* S. *Majoli Abbatis* 678 b
Siradia oppidum Poloniæ 213 b
Sirmium urbs Pannoniæ. S. *Montanus seu Montanianus Mart.* 625
Smyrna. S. *Dioscorides Mart.* 624
Sniatyn oppidum Poloniæ 275 f
Sobyen oppidum Poloniæ 276 a
Spoletum, *patria* S. *Cerenici* 162 c
Stamedium monast. Ord. Cistere. S. *Petrus Tarentas. Abbas* 325 c, 326 d
Stirpum monast. in Lemovicensi diœcesi S. *Gualterius seu Gauterius Abbas* 701
Swini Abbatia in agro Eboracensi 173 b f
Suricum op. ad lacum Comensem. *B. Mirus Eremita* 603
Symethus flu. Siciliæ 512 a, 513 a

T

TArentum urbs Calabriæ. SS. *Matthæus & Primus Mart.* 103: S. *Cataldus Episc.* 569: *uti Drogonus* 570 d: *Giraldus* 571 b: *Rainaldus* 571 c: *Rogerius* 575 f
Tarentasia urbs Sabaudiæ. S. *Petrus Archiep.* 320
Tarsus urbs Ciliciæ. SS. *Aphrodisius, Iocundus & Firmus Mart.* 363: *Aprodisius & ex Martyres* 557
Tauriolus fluviolus in Lemovicibus 702 c, 703 c
Tauromenium urbs Siciliæ, *palæstra Mart.* 511 c, 513 d
Tergestum urbs. Istriæ. SS. *Primus Presb. Marcus diac. Iason, Celianus Mart.* 497
Terquanda in diœcesi Senensi. *B. Bonizella vidua* 121
Terra-nova in Sicilia 78 d, 79 d
Thessalonica. SS. *Irenæus, Peregrinus & Irene MM.* 6
Thosa in Helvetia. *B. Elisabetha Hung. Ordinis Prædicatorum* 123
Ticinum ur. Italiæ. *Corpus S. Iobi* 496 e
Trajectum ad Mosam. *S. Domitianus Episc.* 146
Trecæ. S. *Mastidia Virgo* 141
Treviri. S. *Britonius Ep.* 11
Turonensis diœcesis. *Caput S. Athanasii Ep. num Alexandrini, an Corinthiorum* 55 a d. S. *Avertinus Diaconus* 55
Tyana urbs metropolis Cappadociæ 394 c, 417 a

V

VAlentſolum opp. Provinciæ. *Patria S. Maioli* 661 a. 673 d
Varennæ in Burgundiâ. *S. Gengulphus Mart.* 642
Vaſcones pro Vaſtanis in Japygia ſumpti 508 b
Vaſta ſeu Baſta opp. Iapygiæ *SS. Alphius, Philodelphius, Cyrinus nati* 504 b
Verona. *SS. Teuteria & Tuſca Virgines* 44 : *S. Metron Presbyter* 306 : *SS. Primus Presb. & Marcus Diaconus Martyres* 497 a
Veſontio urbs Burgundiæ. *SS. Silveſter & Frominius Epiſcopi* 567
Vindocinum urbs Galliæ. *S. Beatus* 364
Vicohabentia Sedes Epiſcopalis Ferrariam tranſlata 154 b e
Vienna urbs Galliæ. *SS. Nectarius & Nicetius Epiſcopi* 9 : *S. Iuſtus Ep. Mart.* 99 : *S. Dionyſius Epiſc.* 361 : *S. Mamertus Epiſc.* 629
Villa-Franca in Sicilia 84 e
Villa-vicioſa urbs Luſitaniæ. *Reliq S. Gengulphi* 643 e
Villemontium opp. Galliæ. *S. Solangia Virgo M.* 591 b d
Villeriacum pagus Hannoniæ prope Philippopolim 649 a, 650 e
Vindicaris ſinus Siciliæ 78 b 79 d
Viſetum oppidum ad Moſam 153 f
Vltrajectum. *Cultus S. Wironis Ep.* 310 b. *Reliq.* 313 f
Volaterra. *Caput S. Victoris Mart.* 287 e
Vria urbs Epiſc. ſub Tarentino 575 e

W X Z

WEingarta monaſt. *Reliquiæ SS. Gordiani & Epimachi* 554 b
Wladiſlavia urbs Cuiaviæ 214 a, 215 e
Wratiſlavia urbs Sileſiæ 214 a, 215 e
Wura monaſterium Friburgi 124 c, 125 a
Xichilis urbs, fluvius, & mare Siciliæ 78 a, 79 c
Zathor oppidum Poloniæ 270 f

INDEX ONOMASTICVS

A

AContractio, *ſolutio contractionis* 654 b
Acredo, *acerbitas* 16 c
Alalagma, *jubilus* 684 d
Aliubi, *alio* 692 a
Allodium, *fundus proprii iuris* 554 e
Ama, *vas vinarium* 7 e
Amabillimum, *Amabiliſſimum* 651 b
Ambaſſiator, *legatus* 469 b
Anciani, *ſenatores* 489 d 478 b
Appendiciæ, *appendices fundorum* 14 f, 554 e
Appenſa, *menſura frumenti ad alicuius corporis pondus* 653 f
Appodiamentum. *ſuſtentaculum* 190 a
Arcusbuſus, *ſclopus* 353 e
Artiſta, *artifex* 268 f
Aſſaillire, *inſultum facere* 697 c
Attendere, *cuſtodire* 290 f
Attendere, *expectare* 692 d
Autenticare, *approbare* 274 b
Aviſamentum, *admonitio* 253 d
Auricularius, *ſecretarius Regis* 303 e
Cavalcata, *pompa equeſtris* 73 b
Camaſus, *chlamys hiemalis* 412 f
Cambiatio, *permutatio* 461 b
Camiſia, *induſium* 266 e
Candelabra, *candela* 274 f
Canteriatus, *aduſtus* 192 c
Canuſinus, *color griſeus* 701 c
Capellottum, *pannus ex pilis caprinis* 87 e
Carabus, *ſcapha* 683 f
Carnificium, *carnificina* 229 e
Carniſprivium, *initium Quadrageſimæ* 274 d
Catechumenare, *catechizare* 809 d
Cautelolus, *prudens, diſcretus* 204 c, 209 f
Chriſmale, *vaſculum ſacri Chriſmatis* 585 a
Ciliciatus, *cilicio indutus* 248 d
Circumpagenſis, *accola* 698 f
Colobium Epiſcopale, *Pallium* 99 f
Comitiva, *comitatus* 271 f
Commentaria, *carceres* 295 f
Commentarienſis, *Carceris Præfectus* 295 f
Comportalitius, *portatilis* 700 a
Complexive, *compendioſe* 272 a 240 d
Confratria, *ſodalitas* 61 d
Congerrones, *ſocii itineris* 290 f
Congratulamen, *gratulatio* 651 c
Congruius, *congruentius* 597 e
Cooperta, *operculum* 576 a
Corporati, *tribuum decuriones* 562
Coſtorarius, *ſartor* 84 d
Crepedo, *rima* 175 c
Crocæ, *ſcipio, gralla* 343 a
Cucullare, *monachum agere* 648
Culcitrarius, *qui culcitras facit* 94 b
Curia, *prædium* 554 e

B

BAculotentim, *baculo innitendo* 649 c
Baldacchinum, *umbella* 60 e
Ballivus, *prætor* 192 a
Barrare, *barra ſeu tigillo oſtium notare* 68 c
Baſſus, *humilis, depreſſus* 239 c, 252 d
Bocetum, *bubule* 580 e
Bordarium, *fundus* 12
Bovata, *jugerum* 166 f
Broca, *ſudes* 331 e
Burichalia, *equina ſtragula* 412 e
Burgenſis, *civis* 192 a
Burichus, *equus* 412 e
Buſtuale, *rogus* 631 b
Buzunata, Bolfonata, *obtuſi jaculi ictus* 720 a

C

CÆadas, *Carrer Spartanus* 761 b
Cæcucitas, *cæcutitio* 245 c
Calcaneus, *offendiculum pedum* 183 b

D

DAcia, *tributum* 239 e
Damnatilis, *damnatus* 699 e
Damnatitius, *damnatus* 697 e
Debriatus, *plenus* 660 e
Denerata ceræ, *cera denario comparata* 650 f
Defructatus, *marcidus* 664 e
Denſim, *denſe* 651 d

Depalare, *manifeſtare* 1062
Deteriorare, *depravare* 654 e
Devotizare, *devote orare* 265 f
Diaſophiſtæ, *medici* 616 b
Dietim, *quotidie* 236 f
Diffidatio, *provocatio* 317 e
Diffluxim *diffluendo* 655 a
Dilatare, *procraſtinare* 179 b
Diſconſolatus, *ſolatio carens* 697 d
Diſcurvus, *diſtortus* 246 b
Diſtrictor, *ultor* 655 a
Dominicellus, *nobilis* 245 d
Doxa, *gloria* 329 a

E

EGredi, *educere* 60 e
Eleemoſynaliter, *in eleemoſynam* 708 a
Encœniare, *dedicare* 273 c
Equitatura, *jumentum* 574 f
Eſox, *ſalmo* 607 c
Ex corde, *de memoria* 665 b
Examplare, *augere, extendere* 222 a
Exemplare, *tranſcribere* 65 a
Exiſoles, *rationum publicarum ſyndicus* 423 f
Expulſatrix, *expultrix* 681 e
Exungulare, *ungulis lancinare* 622 c

F

FAmigeratus, *celebris* 801 f
Fatiga, *labor* 247 f
Ferentaria, *fercula proceſſionalia* 254 d
Ferripedare, *compedibus vincire* 824 a
Ferto, *ponderis polonici genus* 246
Feſtinantia, *feſtinatio* 190 f
Fiendus, *faciendus* 244 b, 597 e
Filare, *nere* 654 d
Fiſtulum, *fiſtula* 214 b
Flaſco, *lagena* 19 a, 172 c
Foliacea, *ſculpturæ in formam foliorum* 60 b
Forefactum, *ſcelus* 226 c
Fortia, *munitio* 461 f
Franchiſia, *immunitas* 319 b
Frigoriticus, *febriens* 677 d
Frixum, *limbus* 60 a

G

GAlæa, *triremis* 824 a
Glaucumeus, *cæruleus* 674 a
Gladiare, *gladio cædere* 830 b
Graduatio, *promotio ad gradus* 273 d
Grangia, *horreum* 340 e
Graſſus, *plenus* 272 c
Gravitudo, *gravitas* 696 e
Groſſus, *grandis* 482
Guantus, *chirotheca* 691 d
Guerra, *bellum* 317 e, 576 a, 485 f
Gutturoſitas, *tumor gutturis* 247 f

H

HEſtcraſda, *tributum pro pabulo equorum regiorum in Anglia* 182 a
Horoſcopium, *horologium* 194 a
Hymniſonus, *canens* 179 d
Hymnizare, *cantare* 684 d

I

IDolicus, *quod ad idola pertinet* 570 c
Importunari, *importune inſtare* 649 a
Impulſatus, *illæſus* 270 a
Inamorare, *amore inflammare* 274 d
Incardinare, *inſtituere* 595 b
Incharactatus, *inſcriptus* 244 d
Incrementare, *augere* 650 b
Incompos, *impos* 180 a
Initiare, *incipere* 697 d
Imperfectus, *defectus* 651 b
Impræmeditatus, *ex tempore* 649 f
Inſolatiatus, *ſolatio deſtitutus* 652 b
Intereſſens, *præſens* 597 e, 641 b
Intramuraneus, *muris cinctus* 630 a
Invacare, *intendere* 221 b
Inviſor *invidens* 683 c
Joculare, *ludere* 652 d
Irrediturus, *non rediturus* 221 d

K L

KAlendatus, *die ſuo notatus* 61 f
Laborioſus, *agricola* 278 b
Labruſcus, *ſtolidus* 273 b
Languidari, *in languorem adduci* 258 a
Languidatus, *marcidus* 222 d
Latere, *occultare* 830 a
Levigabilitas, *alleviatio* 696 e
Loculum, *loculus* 699 a
Lotum, *menſura medii congii* 638 c

M

MAldrum, *quantum ſimul ad molam fertur* 550 f
Mallones, *cirri capillorum* 194 d
Maneries, *forma* 271 a
Manerium, *prædium* 166 b
Manicum, *manubrium* 813 d
Manipulare, *manum dare* 655 b
Manſor, *incola* 651 c
Marca, *dimidia libra* 273 d
Marginari, *definiri* 631 f
Maſcarata, *larvatorum pompa* 73 b
Maſchi, *mortanola igniaria* 88 b
Matricularius, *adituus* 189 c, 194 a
Meliorare, *corrigere* 692 d
Minimiſſimus, *minimus* 719 e
Minorare, *minuere* 649 c
Minoramentum, *imminutio* 185 d
Modicillum, *modicum* 264 f
Morticinium, *exitium* 650 f
Morticinus, *letalis* 654 f
Moruclæ, *boleti* 664 e
Multiſſimus, *plurimus* 608 b

N

NAuclerare, *nauclerum agere* 242 c
Nepos, *neptis* 601 e
Nonna, *ſanctimonialis* 655 d
Novellare, *innovare* 651 b

O

OBſtinatia, *pervicacitas* 704 c
Offerenda, *oblatio* 152 c
Orama, *viſio* 655 e
Orbitare, *circumvolvere* 651 b
Originarius, *plebejus* 255 f
Oxellum, *axilla* 190 c

P Pa-

P

PActare, *paciſci* 268 b
Paleum, *ſuggeſtus* 60 e
Palearea, *horreum* 574 b
Panczwye, *vermes poloniæ* 274 f
Paralyticatus, *paralyſi tactus* 246 b 257 d
Particulare, *partim excerpere* 310 e
Palergium, παρέργιον 199 c
Paſſagium, *tranſitus* 252 c 821 e
Parviſſimus, *minimus* 691 c
Pauſare, *quieſcere* 181 c
Pedules, *ſocci lanei aut linei* 183 c
Peduzzo, *pede inverſo claudicans* 94 b
Pekunas, *fulminum præſes Deus apud Lithuanos* 263 e
Pendiculans, *pendulus* 260 c
Penſa, *menſura frumenti ad alicujus corporis pondus* 651 f
Penſare, *cogitare* 7 e 699 c
Pereffluus, *abundans* 679 a
Perſonatus, *dignitas eccleſiaſtica* 659 d
Peſſimare, *perdere* 18 e
Phrontiſterium, *monaſterium* 814 e
Phyſicus, *medicus* 84 c
Piſſentúnega, *quaſi mingens in tunica* 351 a
Pittaphium, *inſcriptio* 841 e
Ploſtellum, *infantile curriculum* 190
Polyandrium, *cœmeterium* 189 b
Populicus, *popularis* 649 d
Portulaniæ, *id eſt oſtiarii* officium 274 e
Pneuma, *ſpiritus* 674 a
Practica, *tractatio* 484 f
Præconatus, *edictum* 194 d
Præconizare, *laudare* 268 d 273 d
Præpedium, *impedimentum* 707 d
Præſtitus, *commodatus* 698 d
Profundare aquis, *mergere* 266 b
Probitus, *illitus, delibutus* 248 b
Protoſymbolus, *Præſes Concilii* 114 e
Pſallentium, *pſalmodia* 630 d
Pſalteriſta, *cantor Pſalmorum* 255 b

Q R

QUatripes, *quadrupes* 574 c
Ramiculus, *ramuſculus* 180 e
Recaptare, *recipere* 691 a e
Recapitulare, *iterum narrare* 582 f
Recidivanter, *recidivè* 263 f
Regiſtratus, *deſcriptus* 608 d
Relatare, *referre* 59 a
Repatriare, *in patriam redire* 580 f 574 a
Revigorare, *vigori reddere* 651 f
Robuſtas, *robur* 230 c
Rocchetum, *tunica linea mollior* 457 d
Rotulus, *ponderis genus* 59 e
Rubus, *menſuræ frumentariæ genus* 466 c

S

SAgmarius, *jumentum ſarcinarium* 31 d
Salariare, *ſtipendia dare* 269 a
Salarium, *ſtipendium* 264 a
Salma, *ponderis genus* 78 d
Sanctuarius, *cuſtos eccleſiæ* 239 e
Scamellus, *fulcrum manuale* 700 d
Scanſile, *ſtapes equeſtris* 192 c
Scatula, *pyxis* 588 f
Scerdo di legno 84 c
Sceta, *an peta?* 588 d
Scriptioma, *ſtylus* 274 a
Scurrones, *carnifices* 290 a
Secordia, *diſcordia* 174 d
Secundatio legis, *Deuteronomium* 675 c
Sellare, *ſellam equo aptare* 253 e
Senior, *dominus* 654 d
Sertatus, *coronatus* 233 a
Severiæ, *an* Reveriæ, *ineptiæ* 274 b
Singiliones, *veſtes ex ſimplici panno* 412 f
Sinnichium, *vexillum baſilicarum Romanarum* 459 f
Solennizare, *celebrare* 649 c
Soma, *corpus* 645 d
Stallum, Stallus, *ſedes choralis* 194 b, 319 b
Staurophoria, *cruci delatio* 647 e
Strepa, *linea* 214 e
Stolpniki, *Stylitæ Moſcorum* xxviii f
Stuba, *cubiculum calidum* 274 f
Subvenimen, *ſubventio* 652 b
Suppellicium, *ſuperpellicium* d 457 d

T

TEporari, *tepeſcere* 654 c
Teſta, *caput* 272 a
Tetix, *tugurium* 189 f
Tina, *vas ligneum* 264 e
Tinniola, *tintinnabula* 32 e
Thoralia, *lecti* 194 d
Tobalia, *linteum* 69 b 70 a
Todina, *gracilitas* 189 c
Tornatus, *converſus* 697 c
Trabba, *trabs* 841
Tranſlatare, *transferre* 60 b
Traſtami, *ratis Polonica* 277 f
Trava, *manipulus* 182 a

V

VAdium, *pignus* 181 b
Vaſallus, *miles* 697 c
Volones, *milites voluntarii* 564 a
Viagium, *iter* 252 a
Viare, *iter facere* 704 c
Villagium, villarium, *villa* 206 e 221 a
Vitis, *trochlea ferrea* 62 a
Zetæ, *propugnacula muralia* 161 b

ONOMASTICON GRÆCO-BARBARVM.

Ἀριθμὸς, *cohors* 766 a
Βεβηλάνω, *pro* βεβηλόω 788 f
Βλῆλος, *altus* 771 f
Βληλότερος, *altior* 766 c
Ἔνδερκι, *cum lacrymis* 730 f
Θροπτόμαι, *oblecto* 730 f
Καθολικὸς, *Iudex totius exercitus* 766 a
Κομβοφύλαξ, *cuſtos carceris* 764 c
Καπηλάειος, *cuſtos carceris* 765 b
Κατηώα, *catena* 765 e
Λυμὸς, *pernicies* 788 f
Μελανειμόνησις, *nigredo habitus* 753 c
Νέμερον, *cohors* 762 c
Ὀπισάγκονα, *brachiis poſt tergum* 774 f
Πάπος, *palus* 764 a
Πρητωρεῖον, *Prætorium* 774 f
Σκοτόμαινα, *tenebræ, caligo* 723 c
Στομαχάομαι, *ſtomachor* 771 f
Σχάεδ, *rogus* 786 f
Σχολάσηκος, *miles prætorianus* 765 d
Σχολιστικοὶ, *Advocati* 298 d
Σωτήρια, *latrinæ* 754 e
Τημελοῦχος, *curator* 298 c
Τρίχαι, *crines* 780 d

INDEX

INDEX MORALIS

A

ABbas *& inſtaurator Caſinenſis S. Petronax* 119: Abbas *S. Sacerdos omnibus carus merito virtutum, & utilis exemplo & verbo* 15 b: Abbatis *onus admittere monetur à S. Benedicto in viſione S. Majolus* 674 d e: Abbas *delinquentes paterne monet* 675 d: *miſeris compatitur* 675 d

Abbatiſſa *S. Waldrada Metis* 51

Abbatia *recuperatur invocato S. Majolo* 697 c d

Acta *SS. Alphii, Philadelphi, Cyrini imperite amplificata, interjectis aliorum Sanctorum Actis forte vel fictis vel temere eo tractis* 505 c d: *pars* 4 *tota fabuloſa* 505 f: *Multa ſimilia in Sicilia edita* 506 c d: Acta S. *Cataldi in multis incerta* 576 d e f, 577: Acta *fabuloſa S. Eudaldi Martyris omiſſa* 640 e ? S. *Fremundi Regis Mart.* 656 c: Acta S. *Irenes Græca fabuloſa omittuntur* 4 b: Acta *ex traditione vulgi cum aliqua cenſura explicanda* S. *Landi* 49 c

Adulteram *uxorem ad Dei judicium in aqua convictam ad pœnitentiam hortatus relinquit* S. *Gengulphus* 646 e f, 647 a b: *qui ab* adultero *vulneratus obit* 647 c d: Adulter *diffuſis viſceribus ſubito moritur* 647 f: Adultera *probo perpetuo expoſita* 648 a: Aulterii *convictus Epiſcopus deponitur* 305 d

Agricola S. *Albertus apud Bergomenſes* 281 b

Amentia, *veneficio inducta, auſertur admoto goſſypio* S. *Irenes* 792 f, 795 b: Amentes *ſanati ope S. Petri Tarentaſ.* 336 f, 337 a f, 341 d, 342 a: S. *Majoli* 692 e

Amiſſus *annulus recipitur invocato* S. *Staniſlao* 278 c

Angelus *prædicit matri ſanctitatem Gualterii naſcituri* 702 c: Angeli *cum* S. *Majolo canunt* 664 d, 680 c: *cantu honorant orationem B. Amati Saludecii* 351 d: Angeli *monitu leproſum viſitat, tangit, ſanat* S. *Sacerdos* 15 d: Angelus *detinet equum, ne lædatur* S. *Majolus* 683 b: *eripit* S. *Anthimum in Tiberim conjectum* 617 e: *ab* Angelis *à ſuis vulneribus ſanatur & recreatur* S. *Agathius* 296 f, 297 a: Angelus *educit animam ad corpus reſuſcitandi à* S. *Comgallo* 584 b; *cum eo* Angeli *viſi ſacrificium offerre* 594: Angeli *deferunt animam* S. *Finbarri in cælum* 58 f: *piſces ſuppeditant* SS. *Comgallo & Columbæ* 586 c: *ab* Angelis *in cælum deducitur* S. *Domitianus Ep. Trajecten.* 150 Angelus *indicat corpora* SS. *Eovaldi & Sixti Martyrum prope Gerundam* 134 b

Apes *volantes circa caput* S. *Mauronti dant occaſionem, ut tondeatur à* S. *Amando in Clericum* 53 c: *cereum calicem imponunt manibus B. Bonizellæ ſepultæ* 122 b: *convolantes puniunt violatores monaſterii* S. *Cerenici* 165 d

Apoplecticus *ſub umbra capſæ* S. *Ioannis Beverlac. ſanatur* 177 d

Apoſtema *peſtilens in gutture moribundi ſanatur* 245 e, 247 c: *& alterius in femore ope* S. *Staniſlai* 245 e: *alii* 270 f, 279 e

Aqua *annulo* S. *Staniſlai tacta ſanatur demens* 250 b

Aquilæ 4 *cuſtodiunt corpus* S. *Staniſlai occiſi* 202 c, 231 c

Arbor *in ſcamnum aptata poſt biennium defoſſa multiplicatur* 50 f: *Vimus nata ex ſtimulo bubulci in tranſlatione B. Amati Saludecii* 354 b c

Arancarum *telis tegitur* S. *Teuteria, ne prodatur* 47 a

Archiepiſcopatum *Veſontienis recuſat* S. *Majolus* 660 b

Aſthma *curatur admoto goſſypio* S. *Irenes* 93 f

Auditus *confertur oſculato pedes* SS. *Alphii, Philadelphi, Cyrini Martyrum* 527 f: *variis redditus ope* S. *Eovaldi Martyris* 134 f

Aulam *Principum raro frequentat* S. *Greg. Naz.* 443 b

In Aurem *illapſum granum excidit invocato* S. *Gregor. Oſt.* 466 c

Azylum *in eccleſia* S. *Ioann. Beverlacenſis habentes volens eripere pede aduſto impeditur* 192 a b c

B

BAptiſmo *necdum ſuſcepto, in tempeſtate angitur* S. *Gregor. Naz.* 331 a: Baptizatur *fonte erumpente* S. *Comgallus à Presbytero, ante cæco, tunc ſanato* 580 d: Baptizando *cæcum illuminat* S. *Cataldus* 577 b: *in* Baptiſmo S. *Alexander Leontinus, appellatur Neophytus* 534 c: Baptiſmus *à laicis collatus, an olim omnibus probatus* 379 d

Beatitudinibus 8 *inſtructus* S. *Majolus* 687 b

Benignus *in omnes* S. *Staniſlaus Epiſc.* 209 f

Bibliothecæ *Cluniacenſis Præfectus* S. *Majolus, libros profanos ſpernit* 672 e: *Ex iis utilia ſeligit* 675 b: *in ſacris libris optime verſatus* 675 c

Blaſphemus *in* S. *Gengulphum punitus, pœnitens ſanatur* 651 e

Bona *ſua Eccliſiæ & pauperibus diſtribuunt parentes* S. *Sacerdotis* 15 f

Brachium *ſecta vena intumeſcens ſigno Crucis ſanat* S. *Ioannes Beverlac.* 169 f, 170 a: *poſt inciſam venam periclitans ſanatur ope* S. *Angeli* 92 f: *à vermibus exeſum curatur admoto goſſypio* S. *Irenes* 792 d: Brachio *arefacto ſanatur invocato* S. *Cataldo* 570 f

C

CÆca S. *Mundana illuminatur à* S. *Sacerdote filio* 16 e. Cæca *admoto geſſypio* S. *Herinæ* 794 c: Cæci *ſex patrocinio* S. *Staniſlai viſum recipiunt, inter illos infans abſque oculis natus* 343, 344: *item oculi extincti aut defluentes curantur* 247 a, 269 c d: *alii cæcutientes* 250 f, *ope* S. *Petri Tarentaſ.* 332 d *& ſeqq.* S. *Gregorii Oſtienſis* 466 b. Cæcus *Presb. illuminatur ad baptiſmum* S. *Comgalli.* 580 d, 583 a. Cæcus 7 *annis ante mortem* S. *Gualterius Stirpenſis* 705 a. Cæci *illuminantur benedictione* S. *Hilarii Arelatenſis* 30 d: *oleo SS. Alphii, Philadelphi, Cyrini* 544 f: *ſaliva* S. *Comgalli* 583 c: *invocato* S. *Gibriano* 301 d, 302 d f: S. *Ioanne Beverlacenſi* 175 f, *& ſeqq. ope* S. *Angeli Carmelitæ* 75 d, *& ſeqq. SS. Walberti & Bertiliæ* 637 b, 640 a: S. *Gengulphi* 651 b, *&c.* S. *Maioli* 662 a *&c* S. *Sacerdotis* 20 d. S. *Maſtidiæ* 142 e, 143 c e: S. *Domitiani Ep. Trajecten.* 151 f, *&c.* Cæcus *clauduſque ſanatur invocato* S. *Philadelpho* 544 b: Cæci *ſures benedictione* S. *Comgalli, pœnitentes fiunt monachi.* 584 c: *excæcantur milites ad capiendum* S. *Calepodium miſſi* 100 d

Cælum *nubilum ad ingreſſum* S. *Greg. Nazianzeni in majorem eccleſiam* C P. *ſerenatur* 407 d, 442 e

Calceis *clavatis induti ambulare coguntur SS. Alphius, Philadelphus, Cyrinus* 517 d

Calculi *doloribus oppreſſus moritur B. Nicol. Albergatus* 476 d, 489 c. Calculo *laborantes* 3 *ſanantur ope S. Angeli Carmelitæ* 88 e, 89 a

Calumniam *illatam* S. *Baſilio, quaſi de Spiritu ſancto male ſentiret, rejicit* S. *Greg. Nazianzenus* 392 c: *Mulier, ut adultra habita, tripodem ignitum, invocato S. Petro Tarentaſ. illæſa fert* 338

Cam-

Campanæ *divinitus pulsatæ nocte, S. Stanislão apparente & Missam celebrante* 241 d : *de nocte ultro sonant in ecclesia S. Ioan. Beverlacensis* 188 d : *in obitu S. Cataldi* 577 f

Cancer *morbus infestat S. Benedictam* 107 a : *tollitur ope S. Majoli* 694

Candela *ultro accensa ad Reliquias S. Gengulphi* 649 d: *precibus S. Majoli* 666 c : *super libro innoxia consumitur* 667 a, 683 d :

Canentes *auditi in eccl. S. Gibriani combusta* 301 f

Canonizationem *S. Stanislai procurare monuti & negligentes puniuntur ægritudine* 253 d, 254

Cantica, *B. Virg. præscribente, componit S. Ioannes Damascenus* 118 b, 756

Capita *sua ferentes pinguntur SS. Dionysius, Desiderius, Iustus, Episcopi, Boëthius, S. Solangia* 594 e, 596 b :

Capitibus *vasis sub jugo traducuntur per urbem SS. Alphius, Philadelphus, Cyrinus* 519 d : *capillis subito recrescentibus liberantur* 520 a

Capite plexi *SS. Primus Presb. Marcus Diac. Tergesti* 498 d : *Milites* 20 *Siculi* 515 e : *S. Gordianus* 553 d : *S. Solongia Virgo* 590 d, 592 : *S. Anthimus* 617 f : *S. Maximus* 618 e : *S. Victor Maurus Mediolani* 290 b : *S. Agathius & socii CP.* 292 d e, 298 c : *S. Mocius* 624 b : SS. *Saturninus & Rufinus, & Codratus* 362 e, 363 d : Capitis reus *invocato S. Angelo Carmelita vitæ gratiam impetrat* 94 c d

Capitis *dolor sublatus ope* S. *Avertini Diaconi* 55 e : *S. Cataldi* 572 e : S. *Petri Tarentas.* 337 a c, *& seqq.* Caput *sagitta transfixum sanatur ope B. Amati Saludecii* 353 b

Captivus *à Saracenis, ut socium servet, vulneratur S. Majolus* 663 f, 679 d *suos solatur prædicta liberatione* 664 b : *ultro compedes eius soluuntur* 664 d, 680 b: *Saracenis aut occisis aut submersis* 680 f, 681 a. Captivi *à Turcis, invocato* S. *Stanislao eis apparente, salvi reducuntur* 275 b : *alii* 277 b, 280 e : *Item liberati intercessione* S. *Victoris Mauri.* 290 e f: Captivus *Cairi liberatur invocato* S. *Sacerdote & vincula cum pallio Soldani defert Sarlatum* 796 d: *item alii* 797. *apparente* S. *Ioan. Beverlac. uniculis solutis* 182 f, 183 : *ope* S. *Domitiani Ep. Traiecten.* 151 b

Captivis *liberalem humanitatem exhibet pater* S. *Ioannis Damasceni* 112 d, 734 c : *& captivum filio magistrum dat* 113, 736 : *pro* Captivis *redimendis tradit argentum Ecclesiæ* S. *Hilarius Ep. Arelat.* 28 e

Cardinalis *B. Nic. Albergatus Episc. Bononien,* 467

Carthusiani *Ordinis B. Nic. Albergatus Episc. Bononiensis Cardinalis* 471 e, 477 f

è Carcere *educit tres viros* S. *Petrus Tarentasien.* 308 e

Carnes *comedentes feria 6 ob festum S. Martini excusat* S. *Gualterius Stirpensis* 704 b

Castitatis *servandæ votum concipit monitis parentum* S. *Gregor. Naz.* 375 d: *& visione puellarum Castitatis & Temperantiæ* 375 f. Castitatis *amore* S. *Solongia, vi rapta truncatur capite* 590 b, *&c* Castitatem *perpetuam vovet* S. *Maiolus adolescens* 659 e, 670 e

Catarrhus *ope Aloysi Robata curatur* 720 f, 722 d

Catechesin *baptizandi audiunt stantes, ordinandi flexis genibus* 377 a

Centurio S. *Agathius Cappadox Martyr* 293 d

Chorepiscopi *Græcorum quales* 392 d, 393 d

Christi *passioni & incarnationi pie afficitur B. Elisabetha Hungara* 126 b : *à* Christo *in comitatu Angelorum evocatur ad cælum* S. *Domitianos Ep. Traiect.* 147 c

Cibo *communi semper etiam in morbo contenta B. Elisabetha Hungara* 126 d. Cibi *cælitus deferuntur* SS. *Columbæ & Comgello* 586 e. Cibis *submissis Comitem sanat* S. *Maiolus* 666 f. 682 c

Cilicio *vestitur* S. *Stanislaus Episcopus* 209 c

Circulus ferreus *pœnitentis invocato* S. *Ioan. Beverlac. ruptus cadit* 184 d

Claudi *sanantur ope S. Angeli Carmelitæ* 92 b : S. *Mastidiæ* 142 a : S. *Petri Tarentas.* 332 *&* S. *Gengulphi* 653 f

Cleri *emendationi intendit* S. *Petrus Archiep. Tarentasiensis* 326 e. Clericus *tondetur* S. *Maurontus post volatum apum circa caput eius* 53 c

Clinica *sanatur aquâ benedictâ à* S. *Ioanne Beverlacen.* 170 b c : *ope* S. *Stanislai* 268

Colicos dolores *passa 3 annis B. Elisab. Hungara* 127 e

Colloquia *prava evitat iuvenis* S. *Gengulphus* 645 b

Columbâ *capiti insidente fit Episcopus* S. *Hilarius* 28 b

Cum Columna *ignea apparet* S. *Comgallus* 580 e, 583 a

Concionatur *magno cum fructu* S. *Stanislaus etiam Episcopus* 101 b, 208 a : *magno cum zelo & eloquio, etiam apud rusticos,* S. *Hilarius Ep. Arelat.* 29 b c : S. *Petrus Archiep. Tarentasiens.* 326 c

Confessarii *Pippini Herstalli* SS. *Wiro & Plechelmus* 312 b, 317 d : Confessionem *audiendo ægrum sanat* S. *Maiolus* 662 f, 677 f, 678 a. Confitetur *frequenter, quot annis generaliter, & importunum Confessarium patienter fert B. Elisabetha Hungara.* 125 c

Confirmationem *confert sedulo* S. *Petrus Tarentas.* 326 b

Confraternitas *auctoritate Alexandri* VII *ad honorem* S. *Solangiæ erecta* 589 c : Confraternitas 33 *virorum ad honorem B. Nicolai Albergati erecta.* 467 c e,

Conjuges *Anastasius Cornicularius & Theopista Martyres cum 4 filiis & 2 filiabus & 3 famulis* 613 : *Felix & Blanda Romæ* 101 c d : SS. *Faltonus Pinianus Proconsul & Anicia Lucinia* 614 : SS. *Walbertus & Bertilia* 633

Consiliarius *S. Sigeberti Regis S. Godon* 307 d

Consul *Romanus S. Palmatius M. cum suis* 500

Continentes *vivunt parentes S. Sacerdotis* 15 e

Contracti *sanantur ope S. Angeli Carmelitæ* 92 b : S. *Gengulphi* 652 d &c. S. *Majoli* 692 b c e &c. S. *Mastidiæ* 142 d f, 145 a: S. *Petri Tarentas.* 343 b d, &c. S. *Cataldi* 571 a: S. *Ioannis Beverlacensis* 173 d, 184 e, & seqq.

In Conversatione *circumspecte agit* S. *Majolus* 671

Conversi *ad fidem* 82 *in martyrio* SS. *Primi Presb. & Marci Diac. Tergesti* 498 d : *pro* Conversione *docetur mysterium Trinitatis, Incarnationis, Crucis, & data gratia miraculorum Christo* 616 e

Cordis *dolores sublati invocato* S. *Stanislao* 278 a: *ope B. Beatricis Ateštinæ* 603 d

Coronæ *spineæ festum* 10 *Maji* 492 b

Corpus S. *Stanisl. in mille particulas discissum & dispersum* 229 d: *à 4 aquilis custoditum* 202 e, 231 c: *divinitus redintegratum* 202 e, 231 e, *etiam reperto in pisce articulo digiti* 232 a Corpus, S. *Illuminati adhuc integrum, caput vertit versus sanctimoniales* 706 c: Corpora SS. *Alphii, Philadelphi, Cyrini in puteum projecta reperiuntur integra cum odore & luce cælesti* 527 Corpus S. *Epiphanæ Mart. à Sanctis defertur ad sepulturam* 531 b. Corpus S. *Victoris Mauri Mart. Mediolani à bestiis asservatur* 29 b. Corpus *B. Elisabethæ Hungaræ post 7 menses integrum reperitur* 128 d: *incorruptum B. Bonizellæ* 122 b; *B. Miri nequit auferri* 606 f: *uti & B. Amati Saladecii non sat reverenter tractatum* 354 d: Corpus S. *Greg. Naz. ut è Cappadocia transferatur Constantinopolim, Sancto per epistolam supplicat Constantinus Porphyrogenitus Imp.* 451 b: *ex suavi odore cognoscitur,* 451 f: Corpus *enormiter distortum sanatur invocato* S. *Eudaldo* 641 b: Corpus *castigat cilicio & verberibus* S. *Gualterius Stirpensis* 705 a

Cornibus *furentis tauri raptati servantur ope S. Angeli* 81 b

Cornicularius *præfectus sententiis damnatorum exequendis S. Anastasius* 613

In Cruticula *ardente extensus & pice & oleo perfunditur illæsus S. Codratus* 362 d

Crucis *ſigne facto moritur S. Majolus* 668 c: *ſimulacrum Bacchi comminuit S. Mccius* 622 f
Crucifixi *Chriſti alloquio honoratur B. Suenteſlaus* 255 b
Crus *male affectum ſanatur ope S. Angeli Carmelitæ* 93 e, 94 a. Crura *cum pedibus arefacta curantur invocato S. Cataldo* 571 f, 573 f. Crurum *dolor ope SS. Walberti & Bertiliæ* 635 e f, *&c.*
à Curru *obruti ſanantur invocato S. Staniſlao* 363 e, 366 e

D

Dæmon *ſuadens, ut ſimulent in fide, confunditur à SS. Alphio, Philadelphio, Cyrino* 516 e. Dæmoniacus *furore correptus ſanatur ope S. Ioan. Beverlac.* 186 a: *nomine Ieſu à S. Hilario Arelat.* 301: *ope S. Staniſlai* 249, 250 a: *ope S. Angeli Carmelitæ* 75 b, 79 e: *S. Domitiani Ep. Traject.* 152 b c: *S. Eudaldi Mart.* 641 a: *S. Anthimi* 617 d. *S. Petri Tarentas.* 332 a, 343 b, 345 d: *S. Gregori Oſtienſis* 464. *S. Majoli* 691 c: *S. Deſiderati* 304: *B. Amati Saludecii* 353 e: *S. Gengulphi* 650 e
Deliberans *de ſtatu vitæ commoda contemplativæ & activæ expendit S. Greg. Nazianz.* 432
Dentium *dolor ſublatus invocato S. Staniſlao* 270 f: *S. Petro Tarentaſ.* 337 d, 342 e
Diaconi *Martyres S. Enthymius & Petinus ſeu Petrus Alexandriæ* 6: S. Avertinus *apud Turonenſes* 55
Digitus *B. Amati Saludecii ablatus, divinitus reperitur manui adjunctus* 353 a. Digiti *in palmam reflexi ſanantur invocato S. Petro Tarentaſ.* 337 b, 341 e
à Direptione *ſervatur oppidum per B. Amatum Saludecium* 353 c
Diſcretione *magna utitur in refectione & diſputationibus S. Majolus* 676 b
Dyſenteria *curata invocato S. Staniſlao* 277 f, 279 e
Diſuria *ſolvitur admoto goſſypio S. Irenes* 793 e
Doctrina *S. Hilarii Arelatenſis inculpabilis* 36 c: *Catholica* 37. Doctrinam *de Trinitate ſanam commendat Conſtantinopoli abiturus S. Greg Nazianz.* 418 d: *conſervat relato corpore CP.* 453 e
Draconis *infeſtatio fertur ſublata à S. Domitiano Epiſc. Trajectenſi* 147 b, 149 d

E

Eccleſia *S. Angeli Carmel. à Turcicis piratis immunis* 74 b c: *pro* Eccleſiæ *ornata ſolicitus S. Nepotianus* 628 f
Eleemoſyna *mediata per tenacitatem famuli, ſimiliter mediam libram receptam agnoſcit & arguit S. Majolus* 663 a, 678 a. Eleemoſynis *dediti parentes S. Staniſlai* 205 d. *uti & ipſe* 201 c, 209 c: *& S. Albertus agricola* 281 b: *& S. Eadbertus* 107 c
Epilepſia *ſublata à S. Petro Tarentaſ.* 332 e, *& ſeqq. S. Cataldo* 572 f: *S. Staniſlao* 245 f
Epiſcopus C P. *electus, acquieſcit invitus S. Gregorius Naz.* 404 e, 411 f, 412 a: *cupiens ſe abdicare, obteſtatione populi perſiſtit* 407 a, 439 e, 440, *tandem diſcedit* 447. Epiſcopatu *ſe indignum æſtimat electus S. Staniſlaus* 208 e. Epiſcopatum *ob columbam capiti inſidentem admittit S. Hilarius Ep. Arelat* 28 b. Epiſcopus *electus reſiſtit & ex obedientia conſecratur B. Nic. Albergatus* 471 a, 478 b: *vivit ut Carthuſianus* 478 f. Epiſcopatu *relicto fugit S. Petrus Tarentaſienſis* 329 a. Epiſcopo *digna officia peragit, ſuos exemplo & adhortatione excitat S. Hilarius Arelatenſis* 28 d
Equus *excoriatus reſuſcitatur à S. Staniſlao* 262 c
Eremita *B. Mirus* 504: *B. Nicolaus* 20 *annis auſtere vivit* 707 d
Eryſipelas *frequens ſanatur ope S. Angeli Carmel.* 92 e
Euchariſtiam *in Paſchate ſumpturus prædo corruit, & die* 8 *moritur* 21 c: *ut Viaticum ſuſcipiat, ſuſcitatur pater à filio S. Sacerdote* 16 a
Exemplis *quam verbis fructuoſius prædicari docet S. Greg. Nazianzenus* 445 b
Exequiis *B. Nic. Albergati intereſt Eugenius Papa* 476 f

F

Faciei *deformitas tollitur tactu Reliquiarum S. Teuteriæ* 47 e: *admoto goſſypio S. Irenes* 794 a, Faciei *corporis tumor enormis ſublatus ope SS. Walberti & Bertiliæ* 638 b: Facie *poſt tergum verſa punitur irreverens erga S. Ioan. Beverlac. cujus ope ſanatur* 174 f
Fame *torquetur S. Victor Maurus* 289 a: Fame *necandi ab Apoſtolo Andrea panem & aquam accipiunt SS. Alphius, Philadelphus, Cyrinus* 517 f: *in* Fame *publica divites ad eleemoſynas excitat, addicens meſſem abundantem S. Domitianus Ep. Trajectenſis* 146 f, 149 a
Feminas *fugit etiam decrepitas, S. Greg. Naz.* 424 e
Febrim *tertianam patitur triennio B. Eliſabetha Hungara* 127 d. Febris *moleſta* 5 *annorum ſublata ope Teureriæ apparentis & præſcribentus cultum feſti & legitime approbatum* 47 e. Febris *letalis invocato Aloyſio Rabata* 720 f, *&c.* Febres *variæ ſublatæ ope S. Angeli Carmelitæ* 89 b: *SS. Walberti & Bertiliæ* 635 f, 636, 639 f: *S. Gengulphi* 651 e, 654 e f, 661 d: *S. Majoli* 677 d, 700: *S. Petri Tarentaſ.* 335 a, *&c. B. Amati Saludetii* 353 f: *S. Staniſlai* 269 d *&c.* Febricitans *energumenus ſanatur ope S. Ioannis Beverlacenſis* 173 a
Fidem *Chriſtianam à Spiritu ſancto edoctus S. Agathius Centurio in ea conſtans, in pœnis lætus eſt* 293, 295 d
Filii & filiæ *à S. Greg. Nazianzeno nominatæ, fuerunt ſpirituales* 413 c
Fluvii *aquas ſigno Crucis dividit S. Cerenicus* 164 b. *in* Tiberim *conjectus S. Anthimus, ab Angelo eripitur* 617 e. Fluvium *coacti ingredi, demerſis impellentibus, incolumes tranſeunt SS. Alphius, Philadelphius, Cyrinus* 512 b. Padi *exundatio cohibita ope S. Maurelii Ep.* 158 a
Fons *fertur productus à S. Domitiano Ep. Trajectenſi* 147 b, 149 d. Fons *S. Angeli miraculoſa ſæpius commovetur* 74 e, 75: *ejus aquâ peſtis ſublata* 68 e, 69 a, 70 b, 73 a: *paralyſis ſublata* 72 f, 75 e, 91 d: *cæci illuminati* 75 d, *gladio perfoſſus ſanatur* 83 e d: *copioſe effertur à juratis ſigillatis* 75. Fontem *à ſe emptum, agris ſalubrem, Varennas transfert S. Gengulphus* 645 f. Fons *ſcaturit in loco unde elevatæ Reliquiæ SS. Maurelii & Alberti Ravennæ* 156 f: *erumpit ad baptiſmum S. Comgalli* 580 d, 583 a: *elicitur à S. Gualterio Stirpenſi* 704 c: *è ſaxo elicitus à B. Villano* 282 e: *meritis S. Cerenici emanat* 164 a
Formoſus *fit puer benedictione S. Comgalli* 587 d
Fortis *in adverſis & admonendo Rege de effrænata ejus libidine S. Staniſlaus* 211 212 *& ſeqq. ad martyrium paratus* 225 d f, 226 f, 227
Fratres 4 *Martyres filii Anaſtaſii Cornicularii Mart. cum matre & 2 filiabus* 613: *tres Martyres SS. Alphius, Philadelphius, Cyrinus* 502
Frumentum *negatum S. Comgallo à muribus abſumitur* 584 f
Fuga S. *Aldegundis à nuptiis, SS. Walberto & Bertiliæ parentibus probata* 634 a b
Fumo *torti SS. Alphius, Philadelphus, Cyrinus* 519 d
Furibundus *ſanatur invocato S. Ioan. Beverl.* 18 f: *in viſione admonitus ad pœnitentiam à S. Staniſlao ſanatur* 249 b
Furta *ſublata reſtituuntur invocato S. Domitiano Ep. Trajecten.* 151 c. Furatus *annulum detractum ex manu B. Bonizellæ, fit cæcus, quo reſtituto ſanatur* 122 d: Furatus *vinum, S. Sacerdoti offerendum, fit furibundus* 19 a. Furatus *Sarcinulas venientium ad S. Sacerdotem*

dotem paralysi punitur. 19 : Fures *ad restituenda oblata oratione compellit* S. *Petrus Tarentas.* 331 f
Fultibus *cæditur* S. *Vutor Maurus* 289 b : *cæsi milites* 20 *Siculi* 515 d : SS. *Alphius, Philadelphus, Cyrinus* 516 d

G

Genæ *distortæ sanantur invocato S. Gengulpho* 653 q
Gladio *occisi SS. Danax, Therinus, Mesenera & Barbarus* 103
Gosslypium *admotum Reliquiis S. Irenæ sanat multos* 791, 793, 794
Grando *periculosa depulsa ope S. Eoualdi M.* 35 a
Gressus *restitutus ope S. Mastidiæ* 145 d : *SS. Walberti & Bertiliæ* 636 *&c.*
Gulosо *eleemosynam negat S. Petrus Tarentas.* 332 c
Gutture *præciso è latronibus sanatur, apparente S. Stanislao* 143 f
Gutturis *malum, impedienscomestionem, sublatum ope S. Gengulphi* 650 f

H

Hæmorrhoissa *invocatis SS. Alphio, Philadelpho, Cyrino sanatur* 538 d
Hemiplectica *curatur invocato S. Cataldo* 572 b
Hermosi 25 *sanati ope S Angeli Carmelitæ* 84 *&c. horum unus apparente Sancto* 85 a ; *alius ejus imaginem osculatus* 86 b ; *alius oleo lampadis unctas* 87 b c : *ope SS. Walberti & Bertiliæ* 637 c, 638 f, 639 b
Herpes *insanabilis cum linguæ, colli, oculorum distorsione sanatur ope S. Angeli Carmelitæ* 93 c
Humerus *ex lapsu graviter affectus sanatur ope SS. Walberti & Bertiliæ* 638 a
Humilis *in oculis suis, in omni virtute proficit S. Majolus* 673 b: Humilis *monachus sub aquis illæsus* 585 b: *alius intra marinum æstum non madefit* 585 c: *in* Humilitate *exercetus S. Ioan. Damascenus* 749 f
Hydropici *sanantur ope SS. Angeli & Rosaliæ* 89 f : *S. Stanislai* 277 i : *S. Majoli* 696 c d
Hymnographus *apud Græcos S. Meles* 30 ›
Hypsistariorum *hæresis* 376 f

I

Icericum *morbum curant* SS. *Waldebertus & Bertilia* 636 e
Jesus *in imagine descendens cum 2 parvulis comedit, eosque invitat ad convivium cæleste cum B. Bernardo* 355
Igne *combusti* SS. *Irenæus, Peregrinus & Irene Thessalonicæ* 6 : *in* Ignem *projiciuntur illæsus S. Mosius, comburitur Proconsul cum 9 satellitibus* 625 a b : Igne *terti* SS. *Primus Preb. & Marcus Diac. Tergesti* 497 f: *ob* Igne *illæsa furno inclusa invocata B. Beatrice Atestina* 602 e : Igne *& aqua bulliente lasus sanatur patrocinio S. Stanislai* 266 e : *Cataldi* 574 b : Ignis *sacer sublatus ope S. Sacerdotis* 796 c : *S. Stanislai* 279 a *S. Majoli* 694
Imago *antiqua Christi, S. Mariæ,* SS. *Petri, Calisti, Innocentii I, Laurentii, Cornelii Papæ, Iulii Papæ, Calepodii in ecclesia S. Mariæ trans Tiberim, typis excusa* 499 : Imaginum *sacrarum defensionem suscipit S. Ioannes Damasc.* 114 f, 742, 757 : *dexteram ideo manum amputatam à Deipara recipit* 115 c, 744 *&c.* Imagines *cum radiis indicant venerationem Nic. Albergati* 467 b f: Imago *miraculose picta Aloysii Rabatæ* 719 e: Imaginem S. *Angeli Carmelitæ osculatus liberatur hernia* 86 b : *ad* Imaginem *S. Greg. Naz. in ecclesia positam mutus sanatur* 428
Immobiles *capsæ Corporum* SS. *Eoualdi & Sixti Martyrum* 134 e : Immobiles *facti, quia injurii* S. *Gengulphо, eo invocato surrexerunt* 653 a
Incendio *publico imputato Christianis fit persecutio* 101 b : *in* Incendio *templi, reliquis fugientibus, S. Mamertus persistit in altari* 631 c d : Incendium *modica aqua restinguit B. Elisabetha Hungara* 126 f : Incendium *extinguitur invocato S. Sacerdote nubecula à columba adducta* 18 c: *invocato S. Petro Tarentas.* 36 a: *herbis a sepulcro ablatis* 340 d : *ab* Incendio *liberatur Ecclesia S. Gengulphi* 652 : *ab* Incendio *illæsus patrocinio S. Stanislai* 252 c
Incurvatus *& repens sanatur ope S. Mastidiæ* 142 e : *invocato S. Ioan. Beverlacensi* 188 a
Inventio *B. Amati Saludecii ob suspicionem stupri cum sorore, patefecit pallio ad soli radia appenso* 351 e f
Injuria *fit S. Hilario Arelatensi dum vocatur in suspicionem hæreseos* 59 f: Injuriam *passus, quid egerit S. Greg. Nazianzenus* 401 c, 405 c, 436 b : *veniam dat sicario ad ejus necem progresso* 408 d, 443 c : Injurius *eques in S. Sacerdotem, equi & sua morte punitur* 19 e: Injuriæ *immemor redit ad ecclesiam, e qua contumeliosè ejectus S. Stanislaus* 211 b
Interdictum *Papæ adfert Bononiam cum periculo vitæ B. Nic. Albergatus* 471 e
Ischias *sanatur ope S. Angeli Carmelitæ* 93 a
Iudæi *convertuntur, puero energumeno à* SS. *Alphio, Philadelphio, Cyrino liberato* 512 c : *obruuntur lapidibus ab aliis Iudæis* 519 d : Iudæos *coërcet à mercatura diebus festis exercenda B. Nicol. Albergatus* 479 d
Iudicium *injustum secreto, dein publice, arguit S. Hilarius Episc Arelat.* 29 a
Iuri *civili studet B. Nicol. Albergatus* 470 e, 477 e

L

Lac *cælitus impetratur pro S. Finburro, senibus & infirmis permissum* 585 e: Lactare *visa neptulam annus 54 annorum, implorato S. Angelo Carmelita* 67 b c
Lampas *apud decumbentem B. Elisabetham Hungaram extincta cælitus accenditur* 127 i : Lampas *in ecclesia S. Angeli Carmelitæ in turbine exitiali manet inextincta* 74 b : *per miraculum accensa* 75 b
Lapsu *exanimis factus, invocato S. Ioan. Beverlacensi incolumis surgit* 189 b : Lapsi *ope S. Angeli Carmel. servati, unus in profunda fovea, alter in acuta ligna, alii tres sub opere suo, alii 2 sub molari lapide, alius cum equo in præcipitium, alii fracta tibia* 81, 82
Lapidibus *occiduntur* SS. *Sisinnius Presb. Diocletianus, Florentius* 617 c
Latens *dolor levatur ope S. Cataldi* 573 e
A Latronibus *liberati ope S Stanislai* 269 a
Latrociniis *dedito visum restituere negat S. Petrus Tarentasius* 352 c
in Lecto *ferreo ignito collocatur S. Theodorus Ep.* 105 a d
Lector *Martyr S. Iovinianus Autisiodorensis* 5
Legatus *mittitur B. Nicolaus Albergatus tertio ad Martinum V Papam* 471. 480 e : *ad Gallos & Anglos* 472 c d, 481 d : *ad Venetos & Florentinos cum Duce Mediolanensi & conficit pacem* 472 e, 482 d : *in Gallias* 475 a, 484 b : *ad Concilium Basiliense* 475 b c, 484 f : *ad Venetos & Insubres* 475 e : *ad Gallos & Burgundos* 475 f : *pax concluſa* 487 e : *ad Germanos* 476 a, 488 a : *ad Concilium Florentinum* 470 b, 488
Leo *lingit sudorem S. Mocii, & lea cum veneratur* 624 a
Lepra *absterſa saliva S. Congalli* 583 f : *alterius post hunc ingressi in balneum* 588 e : Lepra *consumptus sanatur ope S. Angeli Carmelitæ* 83 f: S. *Cataldi* 575 e : Leprosum *attactu lepræ sanat S. Sacerdos* 15 d
Libidinis *ardore tabescens invocato S. Ioan. Beverl. sanatur* 178 c : Libidine *abreptus Boleslaus Rex Poloniæ non fert monita S. Stanislai* 212, 213 : *ab eodem ob conjugatam vi raptam acriter monetur* 213 *&c. sævit in mulieres & infantes* 221 e f, 223 e : *excommunica-*

tur 226 d: *furit* 227, 230
Libri *furto ablati per* S. *Staniſlaum recipiuntur* 276 f
Linguæ *& ſenſuum accuratus cuſtos* S. *Majolus* 671 c
Lingua S. *Cataldi illæſa poſt multa ſecula* 57 f: Linguæ *inflatio curatur invocato* S. *Staniſlao* 248 e
Lilia *ex ore* S. *Angeli Carm. ſepulti naſcuntur* 57 f, 60 a
Liquor *ſalutaris ſudat ex corpore* B. *Beatricis* 603
Locuſtarum *lues extincta ope* S. *Greg. Oſtienſis* 466 e
Luce *divina circumfuſus* S. *Faltonius Pimanus Proconſul à morbo ſ. natus baptizatur* 6 6 e
Ludos *aleæ damnat* B. *Nicol. Albergatus* 499 f
Luminaria *viſa ad ſepulcrum* S. *Saniſlai ardere* 133 e, 135 b: *in eccleſia* S. *Gibriani combuſta* 301 f, 302 d.
Lumen *celeſte cingit* S. *Comgallum orantem* 580 b, 582 f: *cellam ejus illuſtrat* 584 a d. Lumine *divino coruſcant corpora* SS. *Eovaldi & Sixti Martyrum* 134 c: *eccleſia* S. *Ioan. Beverl.* 188 c: *ſepulcrum* 193 b

M

Manum *dexteram ob defenſas ſacras imagines à Deipara recipit* S. *Ioannes Damaſcenus* 115 c, 745. Manus *arida curatur ope* S. *Maſtidiæ* 143 d: SS. *Alphii Philadelphi, Cyrini* 525 a: S. *Cataldi* 572 d: S. *Majoli* 691 d &c. Manum *male adhærentem ſanat* S. *Deſideratus* 304 c: Maleficio *liberantur conjuges admoto goſſypio* S. *Irenes* 79 f: Maleficium *multeris, ex cujus brachio acus & ſudes prodibant, tollit* S. *Petrus Tarent* 330 a, 344 d
Maria Deipara *dexteram, ob defenſas ſacras imagines amputatam, reſtituit* S. *Ioanni Damaſ.* 115 c, 745: *Ejus juſſu ſacra cantica componit* 118 b, 755 f: *Ejus imagines à S. Luca dejectæ plures circumferuntur* 486: *aliquam curat circumferri Nicolaus Alb.* 485 c: Deiparæ *cella in Styria miraculis clara* 620 b: *ad* Deiparam *Podienſem peregrinatur S. Majolus* 676 f
Meritrix *zeloſypa immittit dæmones in juvenem ope S. Angeli adjutum* 80 d
Maxillæ *fractæ S. Oneſimi: abſciſſæ* S. *Epiphanæ* 509 e
Ad Mictalla *damnatus* S. *Maximus dein Ep Hieroſ.* 7 f
Militaris *tumultus compeſcitur per* S. *Irenen* 792 a: è Milite *Presbyter* S *Nepotianus* 628 a: Milites 20 *converſi ob miraculum pueri ſanati* 511 b: *baculus caſi capite plectuntur in Sicilia* 515 d: Miles *ſub Pippino Rege* S. *Gengulphus* 645 e
Miracula *proferenda ad Dei gloriam & Sanctorum honorem* 189 a: Miracula *nova ad Canonizationem* S. *Staniſlai quærens Reginaldus Cardin. ægrotat, & moribundus ab eo apparente increpitus ſanatur* 258: *præ* Miraculis *cunctis habenda ſanctitas vitæ* 344 f
Miſſam *celebrans* S. *Staniſlaus manu Boleſlai Regis occiditur* 202 b, 229 a: *eamdem celebrare poſt obitum viſus* 240 f
In Morbo *ultimo lætus* S *Nepotianus* 629 a
Modeſtia S. *Gregorii Naz. etiam in orthodoxorum inſolentia toleranda admirabilis* 402, 436 c
Monachus *divino monitu effeitur* S. *Sacerdos* 14 c: Monachos *exterminare niſus morte punitur* 192 d
Monſtroſus *corpore ſanatur ope B. Ioannis Beverl.* 176 c
A Morte *ſe liberatum patrocinio* S. *Petri Tarentaſienſis ſcripto teſtatur Henricus Ab. Morimundenſis* 322 a: Mortem *Ottonis* I *Imp. præſcit, & Ottomi* 2 *prædicit* S. *Majolus* 665 f, 682 b: *ante ſuam biennio abſtinet publico* 684 a: Mortis *dies à* S. *Petro indicata* S. *Benedictæ* 107 b
Moribundi *ſanatia à* S. *Ioanne Beverlacen.* 170 c, 172 a: *quinque invocato* S. *Staniſlao* 247 d, 250 d &c. *ope* S *Anneli Carmelitæ* 73 a, 83 d, 84 a: S. *Cataldi* 575 a: S *Deſiderati* 304 c: S. *Petri Tarentaſ.* 336 d, *moribundæ ſanctimoniali* S. *Waldradæ manes apparent* 52 d
Mortuus *quaſi inferiore parte ſanatur ope* S. *Maſtidiæ* 143 c: Mortuus *pater ſuus ut Viaticum accipiat ſuſcitatur à* S. *Sacerdote filio* 16 a: Mortuus *natus vivere incipit ad baptiſmum ope* SS. *Walberti & Bertiliæ* 640 b d: Mortuus *infans ſine baptiſmo & ſepeliendus reviviſcit donec baptizetur, apparente* S. *Staniſlao* 242 b: *alius* 264 b: Mortuus *a triennio venditor villæ evocatur è tumulo, datoque teſtimonio ad ſepulcrum reducitur à* S. *Staniſlao* 201 d, 216 &c *id factum in augmentum fidei* 220 b: *& generalis reſurrectionis* 220 d: *Infans à matre dormiendo oppreſſus reviviſcit* 271 e: Mortui *ſex ad vitam revocati* S. *Staniſlao invocato* 242, 243: *alii* 263 f, 264 a, 279 d: Mortui *ſeptem reſuſcitati à* S. *Comgallo* 581 d, 582 a, 584: *ex his monachus* 15 *annis vixit* 581 d: *anima ab Angelis ad corpus reportata* 584 b: *unus ante luſcus rectis oculis vidit* 581 f: Mortuus *reſuſcitatur à S Cataldo* 577 a: *oleo lampadis S. Angeli* 76 d: Moriter *in eccleſia in cinere & cilicio S Gualterius Stirpenſis* 706 b: Moritur *S. Gregorius Nazianz. confugiens ad Chriſtum, pœnitentiam inſtituens, & aſpirando ad Deum* 425
Mortificationi *ſenſuum ſtudet S Ioan. Damaſ.* 749 d
Mulierem *indutus dæmon tentat* B. *Nicolaum erem.* 707 e
Muti *ſanati à S. Petro Tarentaſ* 332 b, 334 a &c. *ope S. Gregorii Oſtienſis* 466 b: *S. Maſtidiæ* 143 b: *S. Sacerdotis* 20 e f, 21 a: *S. Angeli Carmelitani* 92 a: *S. Gengulphi* 655 c: *S. Majoli* 693 b c e, 695 d, 697 e: Muta *& claudi ope* S. *Cataldi* 574 f: Mutus *& ſurdus à nativitate invocato* B. *Ioan. Beverlac.* 182 b: *alii* 182 d, 185 c: *ope* S. *Sacerdotis* 20 e, 21 a: S. *Domitiani Ep. Trajecti* 153 b: *apparente* S. *Staniſlao* 248 c &c. *à* S. *Ioanne Beverlacen.* 169 c, 170 f, 179

N

Narium *polypus curatur goſſypio* S. *Herinæ* 794 f
Ante Nativitatem *prædicitur* S. *Comgallus qualis futurus ſit* 580 c, 582 f: *in* Nativitate *luce cæleſti honoratur* 580 c
Nautragi *liberati invocato* S *Ioan. Beverl.* 187 b: Naufragium *prælatis* S. *Staniſlai Reliquiis evitatur* 251 c *alibi* 265 f &c
Navis, *ut corpus* S. *Gibriani transferatur, ultro accedit* 302 d: Navi *inverſa ſervantur incolumes invocato* S. *Angelo Carm.* 77 a: Navis *everſa* 7 *ſubmergendi adjuvantur* 77
Nervis *caduntur* SS. *Alphius & ſocii duo* 510 c
Inter Nives *manet intactus* S. *Comgallus* 583 b
Nuprias *aſpernatur* B. *Beatrix Ateſtina, contra voluntatem fratris Marchionis Eſtenſis vitam monaſticam auſpicata* 598 e

O

Obedientia *ſingularis & perfecta S. Ioannis Damaſceni, jaſſi ſportas nimio vendere* 117 b, 750 b: *latrinas purgare* 117 e, 754: S. *Majoli* 672 e: B. *Eliſabethæ Hungaræ* 125 d
Occidere *alterum nolens occiditur* B *Nicolaus eremita* 708 b: Occiſor *nequit fugere & ſuſpenditur* 208 c
Occiſor S. *Beatricis a Satana obſeſſus expirat* 618 f
Oculo *altero capta* S. *Iuſtina, ſanatur admota manu* S. *Alphii* 521 b: Oculus *aduſtus curatur admoto goſſypio* S. *Irenes* 794 a: *cæcutiens invocata* B *Beatrice Ateſtina* 603 d
Occultare *ſtuduit, quæ vivus fecerat* S. *Majolus* 690 e
Odium *inter Ottonem II & matrem, alioſque ponit* S. *Majolus* 665 e
Odor *ſuavis ex ſepulcro* B. *Beatricis Ateſtinæ* 601 b: *prodit Reliquias* S. *Cataldi* 570 c
Officium *Eccleſiaſticum in Natali Chriſti negligens monachus*

nachus à S. Sacerdote apparente morte punitur. 21 d
Oleo *& aqua benedicta morbum tollit S. Majolus* 666 e, 682 d. Oleum *emanans e sepulcro S. Ioannis Beverl. cæcos curat* 194 e: Oleum *medicinale, & aqua suavissimi odoris emanat in loco Martyrii S. Angeli Carmelitæ* 58 a, 60 a, 74 e, 75, 76 c, 87 b
Ὁμοιοσία *signatione seducti reconciliantur à S. Gregorio Nazianzeno* 383 c
Orans *luce circumcingitur S. Comgallus.* 580 b, 582 f: *cælesti lumine, & Anglico cantu honoratur B. Amatus Saludecius* 351 d. Oratione *locum paludstrem reddit soliaum S. Majolus* 666 d: Orationis *feruore rapta & a terra elevata B. Elisabetha Hungara* 126 b: *eadem* Orat *pro defunctis, à quibus fuerat injuriam passa* 126 d
Ordinis S. Basilii *S Leo mon. in Calabria* 48. Ordinis Cisterc. *S. Petrus Archiep. Tarentas.* 320. Ordinis Carmel. *s. Angelus Presb. Martyr Leocatæ in Sicilia* 56. Ordinis S. Dominici *B. Elisabetha Hungara, Andreæ 3 Regis filia* 123: Ordinis Eremit. *S. Aug. B Prudentia Virgo Novocomi mortua* 129
Os *contractum restituitur à B. Beatrice Ateste.* 603 d
Ostia *templi S. Ioan. Beverl. ultro aperta & clausa* 188 d

P

PAcem *Ecclesiæ Nazianzenæ & universalis curat S. Gregorius* 421, 425 f, Pacem *inter Pictavos & Andoganenses, aliosque concilias S. Desideratus* 304 e: *inter Insubres & Venetos B Nicolaus Alberg.* 473 474 a: *inter Francos & Burgundos* 487 a
Pane *solo vesci solitus B. Aloys Rabata* 718 b: Panes *dandi pauperibus multiplicantur à Petro Tarent.* 333 d
Paralysin *sanat oratione S. Alphius* 514 e, 515 a: *amplexu suo B. Elis. Hungara* 126 e. Paralytici *sanati ope S. Petr Tarentas* 334 f, 337 c, 342 e: *SS. Walberti & Bertiliæ* 635 f 636 f: *S. Genguiphi* 649 c 652 c: S. *Majoli* 692 f, 699 d, S. *Angeli Carmelitæ* 74 f, 75 a c, *&c.* S. *Mastidiæ* 141 f, 143 a, 144 a c: *S. Stanislai* 245 a, 269 c, 277 c, 278 c, S. *Gibriani* 30 d: *S. Sacerdotis* 20 f: S. *Ioan. Beverlac.* 187 *Aloysii Rabata* 711 d: *S. Cataldi* 570 f, 571 e: *B. Beatricis Atestinæ* 60 b
Parentes SS. *Walbertus & Bertilia* SS. *Waldetrudis & Aldegundis* 633: Parentes *pissimos habet Greg. Naz.* 430 a: *illorum pietate ductus manet Nazianzi* 382
Parturiens *juvatur oleo lampadis S. Ang. Carm.* 76 c: *invocato* S. *Stanislao* 268 f S. *Petro Tarentas.* 333 a, 244 b
Pascit *multa millia perna una & modicis leguminibus* S. *Petrus Tarentas.* 328 d
Patientiæ *speculum* S. *Iob* 494: *lasus in fronte* Patienter *fert renuens indicare auctorem Aloysius Robata* 718 c, 719 a. Patienter *fert injurias* S. *Cerenicus* 165 a: *hereditatem sibi à noverca subtrahi B. Elisabetha Hungara* 127 a b
Paupertatis *amore non permittit vel unicum nummum servari B Beatrix Atistina* 559 f: *In* Pauperes *& peregriaos liberalis* S. *Petrus Tarentas.* 325 d, 327 b, *tunicam largitus friget ipsa* 327 e: 2 *millia solidarum distribuit* 318 a: *erga* Pauperet *misericors* S. *Majolus* 659 d: *in publica fame Deum orans 7 solidos regeriens, in pauperes distribuit* 659 e: *uti & plaustra vini accepta* 660 a, 671 e. Pauperi *vestem largitus accipit meliorem* 678 b: Pauperis *familiæ indigentiæ succurrit invocata* S. *Teuteria* 47 d: Pauperibus *bona distribuit parentibus mortuis* S. *Stanislaus* 207 e f: Pauperibus *sublevandis addictus* S. *Gregorius Naz.* 410 f: Pauperes *large adjuvat B. Bonizella* 122 a
Pedem *attritam sanat* S. *Hilarius Arelat. in somnis apparens* 31 a. Pedes *debiles sanati ope* SS. *Walberti & Bertiliæ* 637 f: *dolores ope* S. *Majoli* 696 a: S. *Stanislai* 276 f 279 b f
Peregrinatur *Hierosolymam* S. *Gualterius Stirp.* 703 e: *Romam* SS. *Wiro, Plechelmus & Otgerus* 316 a
Perseveranti *datur S. Ioanni monasterium à* S. *Radegunde* 50 c f
Peste *infecti in Lazareto Panormitano* 59 b: *& urbs Leocata ope* S. *Angeli Carmelitæ liberantur* 65, 66, 67 *& seqq. Alii aquâ fontis, oleo lampadis, ligno arcæ ejusdem* 68 *& seqq multis.* Pestis *sublata invocato* S. *Stanislao* 280 b c: *B. Amato Saladecio* 353 e: Pestis *animalium sublata voto facto* S. *Ioanni Beverl.* 188 e
Phrenesis *sublata admoto gossypio* S. *Irenes* 792 c: *ope* S. *Cataldi* 571 d: S. *Gengulphi* 654 b
Pice *perfusi divinitus mundati & soluti* SS. *Alphius, Philadelphius, Cyrinus* 511 e
Pingit SS. *Alphium & socios* S. *Atho Ep.* 514 c
Piscem *ab ave delatum accipit* S. *Gualterius Stirp.* 703 f
Pleuritis *curatur admora imagine S. Irenes* 794 d
Plumbaris *cæsi* S. *Gordianus* 553 c: Plumbo *liquato absque lasione perfunditur* S. *Maurus Victor* 289 e: Plumbo *& pice liquefactis perfusi & illæsi* SS. *Alphius, Philadelphius, Cyrinus* 519 c
Pro Pluvia *impetranda instituta processio cum Reliquiis* S. *Solongiæ* 93 b c: Pluviam *post longam siccitatem impetrat* S. *Desideratus* 304 b: *à* Pluvia *protegitur folio cælitus lapso* S. *Gualterius Stirpensis* 704 d: Pluvia *à loco tritura prohibita ope S. Maurelii Ep.* 158 a
Podagra *laborat* S. *Greg. Naz.* 422 d. *sanatur à* S. *Stanislao* 270 a
Pollicis *ulcus curatur invocato S. Cataldo* 574 c
Pœnitentiam *inculcat, cui ipse addictus Hilarius Arelat.* 301 f: Pœnitentiarius *& summus Quæstor Papæ B. Nic. Albergatus* 476 c 489 b
Pontificatum *Rom. oblatum reiicit* S. *Majolus* 665 c
Prædicit *urbis cladem & mortis suæ horam S. Hilarius Arelatensis* 33 c
Presbyter *ordinatus* S. *Ioannes Dam. insistit vitiis extirpandis, virtutibus acquirendis, & elimandis scriptis* 118 e, 758: Presbyteri *inviti ordinantur SS. Basilius & Greg Nazianzenus* 384 a, 386 a, 432 f
Processio *Sanctorum cum Deipara visa in ecclesia S. Ioan. Beverlacensis.* 188 e
Procella *dissipatur invocato.* S. *Cataldo* 57 e
Proconsul S. *Faltonius Pinianus maritus S. Lucinæ neptis Gallieni Imp.* 616 a
Proles *ante nativitatem Deo dicata, divinitus obtinetur* S. *Greg. Nazianzenus* 430 b c: *pie educatur* 430 d
Pudicitiam *suam Deo commendat* S. *Solomgia* 589 f
Pugnam *spiritualem præscribit suis* S. *Hilarius Arelatensis moribundus* 33 a
Purgatorii *pœnas triennio possus, resuscitatur per preces* S. *Stanislai* 319 d
Quadragesimam *ante Pascha & aliam ante Natalem Domini peragit S. Eadbertus* 108 a

R

REgum *aulas ob majorem utilitatem accedit S. Majolus & magna ædificatione* 675 f
Reliquiæ *S. Solongiæ in supplicatione fiunt immobiles, si nefarii, qui portant* 593 c
Renum *cruciatus sublatus ope S. Walberti* 638 e: *Aloysii Rabata* 731 a b d: *ope S. Mastidiæ* 145 e
Sub Rota *conterendus puer invocato ab aliis S. Angelo Carm. servatur* 72 e. Rotis *alligatus laniatur at liberatur* S. *Mocius* 623 f
Ruinis *obruta, & illæsa ope B. Beatricis* 603 b

S

SAcerdotum *castitati studet S. Stanislaus* 201 c, 219 e
Sancti *pretiosis honorantur statuis, magis autem scriptis eorum Actis* 111 d: *fidelibus proponuntur ad*

exemplum 323 d: *in* Sanctis *honoratur Deus* 669 d: Sanctitatem *Staniſlai joco probans, ſi equi oculus ſanaretur, oculum ipſe amittit & equus accipit, ſed pœnitens recipit* 252 a
Saliva *S. Columbani cæcus & leproſus curantur* 583 c f
Sanguinis *fluxus ſiſtitur goſſypio S. Herinæ* 794 e *è naribus ſiſtitur à S. Petro Tarentaſ.* 334 e
per Saxa *raptantur SS. Alphius & ſocii* 520 a
Scientias *omnes facile addiſcit S. Ioan. Dam.* 738 c
Scribendi *ars benedictione S. Comgalli collata* 585 f
Scrofulæ *in collo curantur ab* S. *Cataldo* 573 a
Senator *Romanus S. Simplicius M. cum ſuis* 501
Septennis *Chriſtum ſponſum eligit S. Solongia* 591 c
Sepulcrum *Domini inviſit S. Cataldus* 577 e: Sepelit varios *Sanctos S. Lucina* 618
Silet 40 *diebus S. Greg. Nazianzenus* 423 b
Silicem *gladio ſcindit Athelſtanus Rex invocato Deo & B. Ioan. Beverlac.* 181 e
Simoniacus *Abbas & dilapidator, non emendatus monitu S. Sacerdotis, in furias actus, moritur* 18 e
Somnus *reconciliatur invocato S. Gengulpho* 650 f
Sponſo *Henrico Auſtrio relicto ſit ſanctimonialis B. Eliſabetha Hungara Regis filia* 124 d
Stella *præcedit S. Solangiam ituram adorandum* 590 b, 591 f
Sterilitas *terræ tollitur expoſito corpore B. Ioannis Beverl.* 175 c: Sterilitas *fœminæ invocato S. Petro Tarantaſienſi* 332 b
Stomacho *medentur SS. Walbertus* 105 *& Bertilia* 639
Stranguria *ſolvitur ope S. Angeli Carmelitæ* 88 c
Strumæ *curantur invocato S. Cataldo* 571 e, 574 b: *admoto goſſypio S. Hermæ* 794 b c
Stupranda *S. Euthelia à SS. Alphio, Philadelpho, Cyrino apparentibus defenſa* 540 f
Submerſionis *periculum amovet ſigno Crucis S. Majolus* 664 f, 683 e: *à* Submerſione *ſervatur; aliis ſubmerſis, invocans S. Cataldum* 575 c Submergendi, *liberantur invocato S. Angelo Carm.* 77 e, 78: *puer in fontem lapſus* 79 a. Submerſi *reviviſcunt invocato S. Staniſlao* 243 b: *ope S. Domitiani Ep. Trajecten.* 151 b
Sulphure *liquato in ora infuſo illæſi SS. Primus Presb. & Marcus Diac.* 498 a
Surdi *ſanantur à S. Petro Tarentaſ.* 332 b d, 334 f *&c. ope S. Greg. Oſtienſis* 466 d. *S. Majoli* 692 a: *S. Cataldi* 571 a, 572 a, 578 b
Suſpenſus *toto corpore laceratur S. Theodotus Ep. in Cypro* 105

T

TAureis *lacerantur SS. Alphius & ſocii* 519 c, 529 a Telis *occiſi SS. Demetrius & Donatus* 103
Tempeſtas *maris prædicta à S. Cataldo* 577 f. *ejus precibus ſedata* 578: *invocatione ejuſdem* 573 f. *& Ioannis Beverl.* 179: *ope S. Angeli Carmel.* 73 f, 74 a: *fruſtilli aceæ ejuſdem* 67 e. Tempeſtatem *maris, facto voto ſuſcipiendi baptiſmi, & ſerviendi Deo, evadit S. Greg. Nazian.* 430 f, 431
Tentationes *carnis patitur S. Greg. Naz.* 422 e, 424 d
In Terram *proſternuntur tertio milites, volentes occidere S. Staniſlaum* 228 d e: *aliqui cæci facti* 202 b
Thaumaturgus *Taraſius in Lycaonia* 305
Theologi *nomen ob debellatas hæreſes datum S. Gregorio Nazianzeno* 400 b
Tibia male *affecta ſanatur à B. Beatrice Ateſt.* 603 e: *inflammata, ope S. Maſtidiæ.* 141 f: *ad gradiendum inutilis, ope S. Angeli Carm.* 93 f: *diu ſaucia, ope Aloyſii Robata* 721 c: *languida invocato B. Ioan. Beverlacenſi* 184 f
Trinitatem *perſonarum in unitate ſubſtantiæ explicat S. Achatius Martyr* 294 f
Triticum *ſub manu ſeminantis non deficit invocato S. Petro Tarentaſienſi* 340 e
Tumor *totius corporis, brachii, pedis & tibiæ ope S. Ioannis Beverlac. ſublatus* 186

V

VBera *putrefacta ſanantur per goſſypium S. Irenes* 793 b
Uacca, *pro lacte ſanguinem præbens, curatur invocato S. Petro Tarentaſ.* 336 e
Vena *in pectore rupta ſanatur ope S. Angeli Carm.* 93 b
Venarioni *operam navat S. Gengulphus* 645 d
Venenum *potatum, invocato S. Staniſlao ejicitur* 274 d
Vermibus *ſcaturientes ſanantur ope S. Staniſlai* 247 a: Vermium *morbus invocato S. Gengulpho* 651 d
Venter *computeſcens curatur invocato S. Staniſlao* 248 f: Ventris *torſiones ope S. Majoli* 667 d: Ventris *tumor ope S. Cataldi* 573 d
Verberatur *crudeliſſime S. Agathius, etiam in maxillis* 295
Veſtes *tritas amat B. Eliſab. Regis filia* 125 f: Veſtitu *ſimplici uſus S. Staniſlaus Epiſc.* 210 a
Via *magis fructifera, ubi ſolita orare S. Solongia* 591 e
Vicarius *Iuliani Romæ S. Gordianus* 552 d: *in loco ejus Clementianus ſub quo occiſus* 553 b c
Victoria *de Scotis obtenta monitu S. Ioan. Beverl,* 181 b
Vidua *B. Bonizella in diœceſi Senenſi* 121
Vinum *S. Sacerdoti offerendum furatus, efficitur furibundus* 19 a: Vini *modicum peregrinis apud S. Sacerdotem diu ſufficit* 19 c: Vinum *fracta lagena ineffuſum ſervat S. Ioannes Beverlacenſis* 172 c
Virginitatem *diſſimulans ad ſepulcrum S. Staniſlai calvitio punitur* 251 b c Virgo *B. Beatrix Ateſtina plurimas Virgines congregat in monaſterio* 598 f, 599 e: Virgo *& Martyr S. Solongia pingitur dextra enſem ſiniſtra palmam deferens* 594 e
Virtute *& doctrina clarus magnos fructus facit S. Staniſlaus* 210 d, 211 d: Virtutum *& doctrinæ paralella SS. Baſilii & Greg. Nazianzeni* 429 a: Virtutibus *Cardinalibus inſtructus S. Majolus* 687 c
Vita *apocrypha S. Innocentii Epiſc. Africani Cajetæ depoſiti* 131: Vita *aſperrima in eremo SS. Gregorii Naz. & Baſilii* 387, 388 a: Vitæ *eumdem tenorem ſervat S. Petrus Archiep. Tarentaſ. quem ante monachus & Abbas* 326 a: *ad* Vitæ *peragendæ ſtatum quid dicent 4 virtutes Cardinales, perpendit S. Hilarius Ep. Arelatenſis* 26 f: Vitæ *Sanctorum ad mores formandas proſunt* 349 e d: *ſimplici ſtylo melius exprimuntur* 658 d
Ulcera *fœtida ſanata patrocinio B. Amati Saludecii* 353 f: *S. Majoli* 667 f
Unceis *ferreis laniati, à S. Andrea ſanantur SS. Alphius, Philadelphius, Cyrinus* 517 a
Unctione *ſancta ſanat ægrum S. Majolus* 660 f, 673 a
Ungulis *dilaceratus fortior apparet* S. *Mocius* 622 c
Voce *virginis à dæmone obſeſſæ territus* S. *Palmatius convertitur* 500 e
Vomibunda *ore hianti annos* 14, *Reliquiis* S. *Staniſlai oſculatis, ſanatur* 268 d: Vomitus *ſanguinis ſiſtitur voto eidem facto* 629 a
Vorum *S. Staniſlo factum retractans fit cæcus & amens eo ſervato ſanatur* 250 c
Urina *impedita ſolvitur ope S. Angeli Carmel.* 89 a b
Vulnera *inflicta SS Alphio, Philadelpho, Cyrino non permittuntur obligari* 521 a: Vulnerati *ſanantur ope S Angeli Carmel.* 83 a: Vulnus *à tauro inflictum curatum ope S. Staniſlai* 277 a

Z

ZElus *in avocando ab idolis in S. Mocio* 622 b
Zyſtrarum *uſus ab initio Eccleſiæ non fuit* 713 c

FINIS.